DER KIRCHEN ZU
RADMERITZ
1709

Littr. B. Tit. VI. Nro 3ª.

JOHANNIS BOTSACCI,

S.S. TH. D.

MORALIA GEDANENSIA.

IN EFFIGIEM AUCTORIS,
Theologi incomparabilis, Epigraphe:



Dn. JOHANNES BOTSACCUS. S.S. THEOL. D.
VIXIT PER DEI GRATIAM ANN. LXXV.
OBIIT GEDANI. PLACIDISS.
M.DC.LXXIV. C.C. Dürr sculp.

BOTSACCUS HIC EST, VOLTA CUJUS AFFABRE
CERUSSA SISTIT LUMINATA POSTERIS.
SUNT CANA CANDORIS CHARACTER TEMPORA,
AUGUSTA ZELUM FRONS REPANDIT PECTORIS,
OCULIQUE COMMONSTRANT GRAVITATEM SERIAM,
QUIN FORMAT ORIS IPSA SVADA GRATIAM.
SED SCRIPTA DOTES ARGUUNT MAGIS VIRI,
SEU VERITATIS ILLA CLARANT DOGMATA,
SEU DETEGUNT EADEM SOPHISTARUM STROPHAS,
AUT MORIBUS CUNCTOS HONESTIS INSTRUUNT.
CURATIUS SI NOSSE GESTIS, PERLEGAS:
BOTSACCUS HIC EST, GEDANENSIUM DECUS,
ET LUMEN ORBIS CHRISTIANI, DIXERIS.

JOHANNIS BOTSACCI,

S.S. Theol. D. & Ecclesiæ Gedanensis ad ædem
B. Virg. Ministri,

MORALIA GEDANENSIA,

Juxta
Seriem Literarum digesta,

ORACULIS ET EXEMPLIS

SACRÆ SCRIPTURÆ, PATRUMQVE
DICTIS, ALLEGORIIS, SIMILIBUS,
HISTORIIS SACRIS PARITER ET PROFANIS,
NEC NON USIBUS THEOLOGICIS,
INSTRUCTA.

EDITIO NOVISSIMA,

REVISA DENUO, QUAMPLURIMIS IN LOCIS
CORRECTA ATQUE EMENDATA,
Nec non
Duplici Indice, Dictorum S. Scripturæ, & Rerum
Verborumque, locupletata.

Præfixa est Præfatio

D. JOHANNIS ADAMI SCHERZERI,
S.S. Theol. in Acad. Lipsiens. Prof. Prim.



Cum Gratia & Privilegio Potentiss. Poloniæ Regis & Saxoniæ Electoris.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,
Apud JOHANNIS HEINICHII Viduam.

ANNO M DC XCIX.

Salutem Lectori plurimam P. à Jesu Christo!

SAlvatoris nostri Jesu Christi gratiâ comitante, qui omne bonum incipit in nobis opus, perficit, consummat: duce Spiritu S. eodemque consulto, sine quo nihil est in homine, è Sacris ejusdem, maximam partem, voluminibus, arduum, ut mihi sanè videtur, negotium, tentare aggressus sum, hanc sacrarum rerum indaginem, & tot propositionum cumulos, non proletariâ laborum mole septum, & tot difficultatum vectibus obseratum. Itaque in vota sæpe gemebundus, Spiritus S. afflatu perculsus, qui dulcissimum illud ABBA in cordibus fidelium parturit, Deum meum vocavi, concederet vires, & usuram lucis, quæ tanto labori, inter tot ordinarias in amplissima per Dei gratiam Ecclesia, functiones officii, par foret: assensique genio, qui me in hanc mentem impulit, ut aliorum commodis, præprimis studiosæ juventuti, pro exiguo talento litandum esse, animum meum induxerim; maximè verò, quod non defuerint boni viri, & ab omni affectuum ærugine alieni, qui conjectis in indigestam atque adhuc rudem lucubrationum Theologicarum molem oculis, spe commoditatis ex eisdem hauriendæ inducti, editionem abs me efflagitare: quorum votis refragari, piaculum esse ducebam; cum nulla candidæ petitionis illorum dubietas, animum meum occupare debere, videretur.

Equidem, non nescio, complures omnibus seculis extitisse Scriptores, qui partos ingenii fœtus sempiternâ oblivione sepultos voluerint, eosque vel flammis (quod de Ethnico Poëta quidam commemorat) exuri, vel inter Adversaria disjici: quosque rudior tandem hæres

Detulit in vicum vendentem thus & odores.

Eorum sive invidiæ, sive animi dejectioni (quippe quæ à mediocritate abhorret) subscribere, nefas esse judicavi, cum ad ædificationem tabernaculi etiam olim grata fuerit lanas caprinas adferentium opera, & ex monito Salvatoris nostri Jesu Christi, hujus discipulis liquidum sit, vel parvum talentum (quale meum esse ultrò & candidè largior) humo minimè defodiendum esse. Taceo, quod præclarissimorum, & de Ecclesia Christi meritorum optimè virorum (nonnullorum quoque partis adversæ) judicia æqua & dextera de scriptionum mearum ausu, animum mihi addiderint, ad perseverandum in hoc laborum genere: ut non dicam, admodum (citra jactantiam dictum, quæso) gratam extitisse, studiosæ juventuti operam contextarum allegoriarum, cujus jam quinta Editio adornabitur; quamque Juvenis Judicio summi Theologi p. m. D. D. Nicolai Hunnii Superintendentis Ecclesiarum Lubecensium olim meritissimi, Domini Præceptoris, Hospitis, atque Affinis mihi sempiterna memoria honorandi, munitam Lubecæ edidi (primæ & almæ studiorum meorum nutrici, liberalitate amplissimorum *Schabbelianorum* lactatorum.) Neque verò ab officio viri, publico testimonio ornati, alienum esse arbitratus sum, scriptis erudire alios, quos vivâ non possit voce, quam Deus pro suo nutu, ad certum locum & Ecclesiam restrictam voluit.

Sunt sua singulis scientiis compendia, quæstionum Syllogæ, Lexica, Origenes, principia, catecheses, Theologiæ institutiones, Philosophiæ, Juri, Medicinæ, Symbolicis notis. Nec desunt nostræ Theologiæ. Scholasticæ obstetricatus est Joh. Altenstaig. Lexicæ, M. F. Illyricus, Althammerus, alii. Horum vestigia secutus, ad has operas animum adjunxi, ut studiosæ juventutis animos accenderem, ad majorem sibi sementem faciendam, in particularibus rerum & phraseωn Theologicarum discussionibus & amplificandis sermonibus Ecclesiasticis, & locupletanda rerum divinarum scientiâ. Itaque in hoc Xysto ita me versatum esse confido, ut ad captum juventutis hæc collectanea, simplici stylo & sine calce (ut Gerson alicubi scribit, part. 20. prol in Reg. morales) nec ad grandiloquentiam, nec ad verborum copiam, aut calamistratum dicendi genus contexuerim, cui olim, in conscribendis Anno 1626. Lubecæ

(Ardua Septenas quæ jactat ad æthera turres
Gloria Vandalici, lausque decusque soli)

allegoriis vacans, justam juvenilis luxuriæ ingenioli, reprehensionem venerandi D. D. Hunnii, res, non stylum, parturire jubentis, incurrerim, ut rectè mihi illud perscriptum esse videatur: *Oportet eum, qui docet & instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis* (legentis) *capacitate dirigere.* Et illud Ciceronis: *Malo* (inquit) *indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacitatis.* Itaque Lector meminerit illius Cypriani: *Accipe non diserta, sed fortia, nec ad audientiæ popularis illecebram culto sermone fucata, sed ad divinam indulgentiam prædicandam rudi veritate simplicia.*

Cæterum hûc me quoque respexisse, Lector intelliget, nihil locorum, penè Theologicorum, abs me prætermissum, tàm Theoricorum, quàm practicorum, quod pro Umbone tritum hactenus, & compendiis Theologorum pertractatum; *quorum cognitio, non tàm principum* (ut ille ait) *sed Dei* (ô admirandam Dei bonitatem!) *Amicum facit.* Ac dum alios erudire satago, me ipsum quoque erudire scopus erat: Quæ Sapientiæ documenta, pristina juris, cujus me studio parens meus avitæ recordationis dedicaverat, memoria suggessit.

Aliquando

Aliquando Lector remiſſus eſt ad Autores noſtræ fidei minimè conſanguineos, ut Tertullianus loquitur: non ut his palpum obtruderem; ſed ut, ad probandum omnia, & ad id, quod bonum eſſet, tenendum, ſacræ veritatis cultoribus autor eſſem, tum ut inquirendi amorem inſtillarem. Neque verò omnia & ſingula Logicè pertractata eſſe fateor, tùm, quod id in multis ſupervacaneum eſſe æſtumem: tùm quod aliis, ad penitiùs illa inquirenda, minimè viam præcludere voluerim: adde etiam me metuiſſe, ne hoc volumen plus juſto excreſceret. Adſcitæ in his quoque profanæ, fateor, literæ, ſed patrocinio eſt Hieronymus. Quis (ait ille) *neſciat, & in Moſe, & in Prophetarum voluminibus quædam aſſumpta de Gentilium libris, & Salomonem Philoſophis Tyri & nonnulla propoſuiſſe & aliqua reſpondiſſe? Unde in Exordio Proverbiorum commonet, ut intelligamus ſermones prudentiæ, verſutiasque verborum, parabolas & obſcurum ſermonem, dicta ſapientum, & ænigmata, quæ propriè Dialecticorum & Philoſophorum ſunt. Sed & Paulus Apoſtolus Epimenidis Poetæ uſus verſiculo eſt, ſcribens ad Titum:* Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Id eſt: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. *In alia quoque Epiſtola, Menandri ponit Senarium,* Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. *Corrumpunt* bonos mores, colloquia prava. *Et apud Athenienſes in Martis curia diſputans, Aratum teſtem vocat:* Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμεν. *Ipſius enim & genus ſumus. Videatur* ibidem prolixius diſſerens Hieronymus.

Quod ſi contingat, eſſe, qui hæc collectanea è lege Flavia judicent; eis facilè ſubſcripturus ſum illa lege atque omine, ut primò cogitent, nihil eſſe dictum, quod non dictum ſit prius: ſive ab alio, ſive à me, ſive ſcribamus, ſive doceamus vivâ voce, variis viis in uno veritatis ſtadio decurritur, quanquam intentato calle etiam decurrere, ut ſpero ab iis judicatum iri me, qui verè judicant: Nec enim nudas phraſes attendimus, ſed res, & has conveſtimus, & ad plura de illis concipienda, anſam præbemus.

Erunt qui dicent: ſatis actum de iis rebus eſſe, non opus eſſe iſta commemoratione. His reſpondemus S. Scripturæ, cui primas debemus, verbis: *Primus eam* (Legem, Scripturam) *non cognovit perfectè, neque etiam ultimus planè perveſtigavit. Nam abundantior mari eſt intellectus ejus, & conſilium ejus profundo immenſius.* Velificemus igitur quisque in hoc mari. Omnes ad ſcopum amplificandæ Dei gloriæ, ſecundis Spiritus S. ventis ſubvecti alacri curſu contendamus. Apparemus gnomones nauticos, quisque pro eo, quod divinitus conceſſum eſt, talento & ingenii modulo. Neque v. cœleſtis ſapientiæ fontem adeò exhauſtum eſſe exiſtimaverimus, ut nihil nobis ad hauriendum relictum ſit: nam (ut alias rectè non minus quàm præclarè Seneca ſcriptum reliquit) *patet omnibus veritas; nondum eſt occupata: multum ex illa etiam futuris relictum eſt: ut non repetam eadem fuiſſe illorum virorum* longè clariſſimorum judicia, quorum vocibus & proceleusmatis ad hunc ſcribendi laborem animatus ſum, quem vel ideo ſupervacaneum fore nemo dixerit, qui accurata judicii lance expenderit, multa pomœriis & finibus Theologiæ contineri, quæ adhuc ampliùs, clariùs, apertiùs, commodiùs, imò etiam pleniùs explicatiusque tradi poſſe, nemo cordatiorum iverit inficias. Adde quoque ſemper aliqua fore quæ & ignoremus, & in quæ ut porrò inquiramus, eaque repetamus, inculcemus, ipſa noſtrum omnium, qui in terra oblivionis verſamur, infirmitas & neceſſitas flagitant. Itaque quod Megalander ille *Lutherus* noſter de eorum, qui commentaria ſcribunt in pericopas Evangeliorum & Epiſtolarum, laboribus judicat, minimè hunc eſſe illorum finem & ſcopum, ut deſidiæ quorundam obſtetricentur, qui miſſis precibus & S. literarum ſcrutinio, inertiæ vacant; ſed potius hoc agi, ut ad neceſſaria hæc ſtudia magis magisque excitentur atque inflammentur: Idem de hiſce commentationum præſentium laboribus, ut dictum ſibi eſſe velit benevolus Lector, peramanter quæſo. Imprimis v. ſtudioſæ juventutis commodis litatum ivi, quæ in re anguſtiori & librorum & nummorum conſtituta, neque diu in illuſtribus ſcholis, quas Academias vocamus, hærere, nec variam ſibi librorum ſupellectilem comparare poſſunt, neque eo omnes pollent judicio, ut neceſſariarum rerum ſibi Alveos quaſi conſtruere, viam facilè inveniant. Hanc, hanc quaſi manu ducere, huic calamum, operam, labores, vigilias commodare, rivulos aperire iis, ut ad fontes ipſos contendant, animus fuit. Neque verò dubium mihi eſt, gratum fore, S. Theologiæ ſtudioſis, hunc meum conatum, quos inter refero egregium & induſtrium Dn. Balthaſarem Bendelium, Brandeburgo-Marchicum, qui Gedani moratus ob ampliorem ingenii cultum capiendum, in deſcribendis his miſcellis, indefeſſam mihi manum (quod gratus publiceque deprædico) commodavit, cujus ſtudiis ex alto benedicat Dominus!

Tantum æquus Lector de ſcopo hujus ſcriptionis judicet, velim. Ego verò in conſcientia recti ſcopi & in voluntate juvandi rem literariam, quæ ſacratioris ſcientiæ finibus & ambitu continetur, penitus acquieſco, & ſi quæ occurrere videantur (homo enim ſum, qui irrepente communis illius infirmitatis deliquio fatiſcere poſſim) minus aptè dicta, non dicta volo, imò ad Canonem S. Scripturæ & librorum noſtrorum Symbolicorum cuncta exigi. Quorum ſententiam reverenter amplector, inque eâdem, per Domini gratiam, conſtanter perſeverabo. Vale, Lector benevole, in Chriſto, & hujus Eccleſiam, (nolis verò & noſtræ Gedanenſis bonarum mentium nutricis & ſanæ fidei depoſitariæ & noſtrûm, qui in illa laboramus, dememiniſſe) ſeriis precibus Deo noſtro, inter decumanos ruentis mundi fluctus luctusque commenda. Nos mutuum faciemus. *Sit illi Deo Patri, Filio, & Spiritui Sancto, laus & benedictio nullis ſeculis terminanda.*

Dab. Gedani IX. Cal. Mart. 1655.

JOH. BOTSACCUS, D.

GRA-

GRATIAM CHRISTI

Benevolo Lectori precatur
JOHAN. AD. SCHERZERUS D.P.P.

INter alia, quibus orthodoxos magno nisu & molimine circumvenire student Papæi, stratagemata, non in postremis habenda videtur quadruplicis Scripturarum Sensûs Τετραχοτομία. Hujus enim *insidiosissimæ* (ceu merito suo Magnus ille Theologus, *B. Dannhauerus* loqui amat) *distinctiunculæ* scopus est, *Scripturam Sacram obscuritatis arguere*, quô Pseudo-Apostolicas *Traditiones* simplicibus eò faciliùs obtrudere, ipsumque Papam in thronum *infallibilitatis*, velut Apollinem in Tripodem, collocare queant. Ideò siquidem *Unitatem Sensûs divini* impugnat ROMA, ut jus interpretandi, Monopolii instar, ad se rapiat. Quod non dissimulat *Salmero*, unus ex primis decem Sociis Lojolæ: *Obscuritatis S. literarum causa est, Sensuum, quos litera accipere potest; & à Patribus assignantur, multiplicitas, quod est verbis significantibus nos alloqui: adde etiam mysticorum & spiritualium sensuum varietates, quod est nutibus & signis obscuriùs loqui; perinde atque muti faciunt & histriones* (NB. En! Deum in Scriptura loquentem cum HISTRIONE confert Jesuita) *qui gestibus & variis corporis motibus eandem sententiam potiùs indicant, quàm exprimunt*, &c. Comm. in N. T. Prolegom. II. Tom. I. oper. fol. 14. Idem arcanum prodidit post alios *Bellarminus* L. III. de V. D. c. III. cujus summa hûc redit: *Cùm scriptura sit obscura ob multiplices sensus, indiget omninò Interprete uno, eoque visibili, qui vel est consilium Episcoporum, confirmatum à summo Ecclesiæ totius Pastore, vel summus Pastor cum Concilio. §. Cùm scripturam* & §. *Tota igitur*. In quo dum *omnes*, quos vocat, *Catholicos convenire* ait, tanquam *expresso in ipso Concilio Tridentino Sess.* IV. fallit & fallitur Cardinalis. Nam & αὐτοψία docet, & *Franciscus Veronius* ipse in *Regulâ fidei* §. XV. XVI. ad oculum demonstrat: *nullibi asseri in Tridentino, quòd NB. Papa Supremus Controversiarum Judex, nedum infallibilis* (à quo termino Concilium plane abstinuerit) *existat*. Etsi verò, etiam supposito *sensuum Quaternario*, sint in isto cœtu, qui disertè fateantur: *Ex solo literali sensu firma duci argumenta*, adeoque Scripturam Parabolicam non esse argumentativam; quotidiana tamen Praxis abundè contrarium docet. Quis enim non crederet?, modò laudatum *Bellarminum* fuisse orthodoxum, cum scriberet: *Convenit inter nos & Adversarios, ex solo sensu literali peti debere argumenta efficacia: nam eum sensum, qui ex verbis immediatè colligitur, certum est, sensum esse Spiritûs Sancti*. l. c. §. *sed quanquam*. Conf. L. de Beatit. Sanctor. c. III. ad 4. Testim. L. de Bapt. c. IV. §. *Secundo refelluntur*, & §. *hæ duæ*. L. I. de Euchar. c. IX. &c. At fucum fecit, parumque propitiâ veritate, quasi inter nos utrinque conveniat, Cardinalis commentus est. Orthodoxi enim *unius dicti unicum* duntaxat *sensum literalem* admittunt: Bellarminus cum sociis *plures* fingit, altera scilicet manu protinùs eripiens, quod alterâ dedisse videbatur. Quo errore correptus *Salmero* Jesuita, sex vias sive modos proponit, quibus fiat, ut eadem litera plures sensus (literales) habeat: (1) *Propter variam lectionem textûs Hebraici vel Græci, dummodò confirmetur autoritate Patrum*: (2) *Propter diversitatem versionum, si quando à textu Hebraico varient LXX. sive Latini Interpretes*: (3) *Propter ambiguitatem vocis Hebrææ*: (4) *Propter ambiguitatem, quæ apud Hebræos contingit ex punctis vocalibus*: (5) *Propter varias rationes distinguendi membra textûs*: & (6) *quia res & actiones propè sunt infinitæ, voces verò, præsertim in linguâ Hebraicâ, paucissimæ, quo fit, ut unum nomen plures substantias, & unum verbum plures actiones vel passiones repræsentent, quæ cum ad rem propositam faciant, non videntur respuendæ*, Prolegom. IIX. in Evangel. Tom. I. fol. 85. sqq. Quæ, ut reliqua nunc prætereamus, maximam sui partem à proposito abeunt, & ad statum, quem Jesuita ipse formaverat, quæstionis nullâ ratione quadrant. *Prima* enim, *secunda, quarta*, (quæ falsa insuper hypothesi *novitatis punctorum vocalium* laborare videtur) & *quinta* Salmeronis *via*, totâ viâ aberrant, & non de *unâ numero* (ut quærebatur) sed *quadruplici literâ* agunt. Quatuor verò (ut sic dicamus) Literas, totidem sensus literales habere, cum mille millenis gaudeant, quis ignorat? *Tertia* verò & *sexta* iterum non in unâ eâdemque propositione ac constructione, sed in diversis tantùm locum inveniunt. Vide sis prolixius id monstrantem *Chamier*. Panstrat. Cathol. Tom. I. L. XV. c. III. fol. 263. Si ad Praxin Romani Cleri respiciamus, Deus bone! quot ineptæ articulorum fundamentalium Ecclesiæ Latinæ sese offerunt probationes, suâ quidem opinione firmissimæ, nequaquàm verò ex sensu *literali* (qui semper contradicit) sed nescio, quibus *mysticis* ac *parabolicis, torturis* veriùs, quàm *Scripturis* conquisitæ. Ubi tamen, ne absque Comitibus ire videantur soli, etiam pro τετραχοτομία ista in sensum *Literalem, Allegoricum, Moralem* & *Anagogicum*, quos Lyrani distichon comprehendit.

Litera gesta docet: quid credas allegoria:
Moralis, quid agas: quid speres anagogia.

Patres

Patres quoque (qui, ut alibi ostenditur, in longè alia eunt) in subsidium vocare solent. Ita enim denuò *Salmero: ad literam Hierosolyma terrena est illa civitas: juxta allegoriam, Ecclesia: juxta Tropologiam,* (NB. quam tamen inepte cum *Morali* confundi ipse *Laurentius à Villavincentio* L. II. de rat. stud. Theol. c. XX. & L. 22. de formand. Sacr. Conc. c. I. ostendit) *anima: juxta anagogiam, Patria cœlestis.* Prolegom. VII. in N. T. Tom. I. oper. fol. 74. provocans ad *Johannem Cassianum*, qui, postquam eadem dixisset, hanc exponendi rationem ex Apostolo confirmare ausus fuit: quasi videlicet quatuor ista Interpretationum genera in illo (*Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in revelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina,* 1. Cor. XIV, 6.) subinnuens, per ἀποκάλυψιν *allegoriam*, per γνῶσιν *tropologiam*, per προφητείαν *anagogiam*, per διδαχὴν *Historiam* intellexisset. Id quod etiam *Sedulius* ac *Primasius* fecerunt: Sed *nimis coactè*, ut bene ac nervose judicat *Estius*. Nihil enim horum Paulo in mentem venire potuit. Rectiùs omninò facturus fuerat Jesuita, si ad hunc locum Apostoli *Sacra Latinorum, in ignota lingua celebrari solita* serio contulisset. Sed *Patres*, imo & *Semi-pelagianos*, è quorum numero *Cassianus* fuit, præ Apostolo revereri maluit: quos *Becanus* ex singulari Dei Providentia in his sensibus (*Hieronymum quidem in Literali: Ambrosium in allegorico: Augustinum in anagogico: Gregorium in morali*) excelluisse L. 1. Man. c. I. q. 3. n. 7. postquam *tres Sensus Mysticos* (NB. quo Jesuitico stereomate supposito *Sensus Literalis, virtutis Theologicæ prorsus expers*, & ad fidem, quæ scil. si *Bellarmino* L. 1. de Justif. c. VII. §. penult. credas, per *ignorantiam verius, quàm notitiam* definienda, plane inutilis sit oportet) totidem virtutibus Theologicis, *allegoricum fidei, anagogicum spei, & moralem charitati n. 3.* comparasset, existimet. Ubi cum Lojolitis in arenam descendendi copiosa sese materies offerret, cum nihil sit ista distinctione, & loci Paulini memorata expositione, ineptius. Num enim ἀποκάλυψις solarum allegoriarum: γνῶσις solius tropologiæ: *prophetia* solius anagogiæ: *doctrina* verò solius historiæ est? Anne *Scientia, prophetia* & cœlestis *doctrina* sub nullam *revelationem* divinam cedunt, aut ad eam non pertinent? Lyræ versiculus, suis rem omnem turbat sensusque confundit. Quis enim credat, ea, quæ litera docet, credendis & articulis fidei non esse annumeranda? *Litera* docet: *Christum esse filium Dei, crucifixum, mortuum, ex mortuis resurrexisse*; Ergone hæc credenda non sunt? Quid fiet de *Symbolo Apostolico?* Cur porro Litera moralibus opponitur? Annon enim ex solo Sensu literali mores informari possunt? Certe Scripturæ clara Litera nos docet, quid *agere*, quid *fugere* debeamus. Nî dicere velimus decalogum literali sensu destitui ἀτυπωδῶν. Porro: Si allegoria tantùm credenda docet: reliqua, etiam quæ anagogia de cœlesti Patria inculcat, credenda non erunt. Quis tandem ignorat, Moralia etiam sub allegoriis proponi? Nihil enim ad boni Christiani mores ulla ratione facere, quod non, præeunte Scripturâ, jucundæ allegoriæ involucris tegi queat: etiam nobis tacentibus per innumera confirmat exempla *B. Botsaccus* toto illo MORALIUM GEDANENSIUM, denuo typis subjecto, opere: Quod citrà injuriam erga Autorem & volumen ipsum justâ diligentiâ laudare non valemus. Quantus enim fuerit BOTSACCUS ille, ὁ μακαρίτης heu! quondam NOSTER, in Solis mensa positum, totique Ecclesiæ JESU CHRISTI, quæ sibi hunc veritatis cœlestis vindicem ac venerandum senem, pium, solidum, nervosum, ac subactissimi judicii THEOLOGUM, ereptum acerbe dolet, nimis quàm compertum est. OPUS verò præsens, revera aureum, non nisi ex ipsius Autoris veridico ore commendari debet. Ita enim in Parænesi ad Lectorem: *Sunt sua singulis scientiis compendia, quæstionum Syllogæ, Lexica, Origines, Principia, Catecheses, Theologiæ Institutiones, Philosophiæ, Juri, Medicinæ, Symbolicis notis. Nec desunt nostræ Theologiæ: Scholasticæ obstetricatus est Johannes Altenstaig. Lexicæ M. F. Illyricus, Althammerus: alii. Horum vestigia secutus, ad has operas animum adjunxi, ut studiosæ Juventutis animos accenderem, ad majorem sibi sementem faciendam, in particularibus rerum ac Phraseων Theologicarum discussionibus, & amplificandis sermonibus Ecclesiasticis, & locupletanda rerum divinarum scientiâ. Itaque in hoc Xysto ita me versatum esse confido, ut ad captum Juventutis hæc collectanea, simplice stylo & sine calce, nec ad grandiloquentiam, nec ad verborum copiam, aut calamistratum dicendi genus contexuerim,* &c. Utere ergò, *studiosa Juventus*, quæ ad Sacra Theologiæ Studia animum appulisti, tàm fideli Hodegeta, cum tuo bono hæc statua Mercurialis Hermasque vialis in trivio quasi collocatur. *Inprimis* enim (sunt iterum B. Autoris verba) *studiosorum commodis litatum ivi, quorum plerique in re angustiori, & librorum & nummorum constituti, neque diu in Illustribus Scholis, quas Academias vocamus, hærere, nec variam sibi librorum supellectilem comparare possunt, neque eo omnes pollent judicio, ut necessariarum rerum sibi alveos quasi construere viam facilè inveniant. Hos, hos quasi manuducere, his calamum, operam, labores, vigilias commodare, rivulos aperire iis, ut ad fontes ipsos contendant, animus fuit. Neque verò dubium mihi est, gratum fore S. Theologiæ studiosis hunc meum conatum,* &c. Magna sane solicitudine, multoque labore ac tædio *Te* liberavit, dum singula, quæ dicenda pro suggestu habemus ad Populum, ad certas Classes & areolas ita retulit, ut ea citrà ambages invenire, inventa vero ex voto in præsentissimos usus inde depromere queas. Eme igitur HUNC THESAURUM, lege, utere & non pœnitebit. En Sponsorem! Atque sic ex animi tui sententia vale, rem omnem feliciter gere, nostrisque studiis, imo his Provinciis, afflictæ Patriæ, & Ecclesiæ propitium Deum devotus exora. Perscript. Lips. Dominica LÆTARE. Ann. cIↃ. IↃc. LXXVIII.

IN NOMINE SANCTO

JESU.

A. & Ω.

§. 1 A Et Ω, Principium & finis: Dei æterni nomen, Esa. 41,4. c. 44,9. c. 48, 12. Apoc. 1, 8. & 17. cap. 22,13. notans Christi Deitatem, Æternitatem absolutam. Conf. Apoc. 21, 6. hanc arguit etiam distinctio temporis: Qui est, qui erat, qui venturus est, & vox παντοκράτωρ. Vide Athan. Tract. in Matth. 11, 27. G. Nazianzenum Orat. 35. Ambros. lib. de fid. cap. 2. quod facit ad confutationem Socinianorum, Christum à parte ante æternum Deum esse, inficiantium.

AARON.

§. 2 Significat montem cantici, vel montem fortem, ab הר & רנן. Frater Mosis, summus Sacerdos V. Testamenti, Exod. 29. v. 4. seqq. Conf. Heb. 7. v. 11. Verè peccavit: Eum enim Deus voluit conterere, 5. Mos. 9, 20. 21. Adstipulatur Cornel. à Lapide in Exod. 32. & 7. Actor. contra sentientes diversum, Veteres & recentiores. Est exemplum infirmitatis humanæ & divinæ misericordiæ, quâ in gratiam denuò receptus est, magno summorum etiam Dei servorum, si infirmitate victi peccent, solatiô.

§. 3 Typus Christi, ratione Sacerdotii, Augustin. tom. 10. c. 808. a. b. Hilar. in Ps. 132. Quanquam Christi Sacerdotium non sit ejusdem ordinis, cujus Aaron fuit, Heb. c. 7. v. 11. Vid. Alleg. 691. seq. in Promptuar. Illud enim imperfectum, quoad effectum, fuit & corporale; at Christi Sacerdotium perfectum fuit & spirituale, cui cessit Aaronicum. Illud mutabile, hoc immutabile. Illud circa victimas pecudum: hoc circa ipsum CHRISTI pretiosum sanguinem, DEI sanguinem, Actorum 20, 28. Hebr. 9, 12. 14. 1. Pet. 1, 19. Illud ab hominibus ψιλοῖς & mortalibus administrabatur, hoc ab ipso Christo & Messiâ nostro Domino & Mediatore melioris Testamenti, Heb. 8, 6.

§. 4 Exemplar prælati Ecclesiastici 1. Legitimâ vocatione, Hebr. 5, 4. Sic prælatus legitima gaudeat vocatione; non eam Simoniacè acquirat, non currat, Jerem. 23, 21. c. 14, 14. sequent. Ezech. 13, 6.

2. Speciali electione: hâc enim electus est Aaron, Ps. 105, 26. sic quoque prælatum Ecclesiæ specialiter à Deo electum esse oportet, Jer. 1, 5. Gal. 1, 15. Deus me ab utero separavit.

3. Sapienti populi gubernatione, Psal. 77. v. ult. Sic quoque prælatus ducat oves suas pedo sapientiæ, 1. Cor. 1. v. 17. 18. 1. Pet. 5. v. 2. 3. Prædicet veram sapientiam, 1. Cor. 2. v. 1. 2. & omnia sapienter ordinet, 1. Cor. 14. v. ult. 1. Tim. 3, 15. hanc petat à Deo sapientiam, Ps. 43, 3. Jac. 1, 5. Syr. 40, 5. 6.

4. Singulari elocutione, Exod. 4, 14. Sic Prælatus Ecclesiæ eloquens sit, & potens ad exhortandum, Tit. 1. v. 9. Exemplo Alexandrini illius Act. 18, 24. qui Apollo vocatur, à profano tamen sapientiæ carnalis sermone sit alienus, 1. Cor. 2, 1.

5. Fideli intercessione pro populo Dei, Ps. 99, 6. eandem imitetur prælatus orans pro grege. Exemplo Pauli, Eph. 3, 14. Col. 1, 9. Phil. 1, 4. 1. Cor. 1, 4. & thymiamata spiritualia adolens, Apoc. 5, 8.

6. Spirituali unctione. Ps. 133, 3. In barbam Aaronis descendit unguentum: Ita quoque spirituale oleum, Ps. 45, 8. & unctio illa omnia docens sit in prælato, 1. Joh. 2, 27. ut nôrit aliis viam monstrare, ne cœcus cœcum ducat, Luc. 6, 39. Rom. 2, 18. ne falsum cultum prælatus doceat, Jerem. 6, 13. 14. ne oves per latam viam ducat, Matth. 7, 13.

7. Populi benedictione, Num. 6, 23. Syr. 36, 19. Sic Prælatus benedicat gregi oratione & studio inculpatæ vitæ, ne in oves suas virus maledictionis & castigationis derivet (ut quondam Propheta David, 2. Sam. 24, 17. Eli, 1. Sam. 2, 12. 13. seq.) & populo suo maledictionem attrahat, Jer. 6, 14. 15. Ps. 119, 21.

8. Vestium exornatione, Syr. 45, 9. Sic prælati vestes, mores, conversatio sit humilis, pulchra, ornata, decora, ne qua scandali publici macula in eo deprehendatur, 1. Tim. 3, 2. 2. Timoth. 2, 3. Tit. 1. v. 6. 7. 8. 9. Lavet igitur quotidiè

tidiè veſtes ſuas orando, confitendo, bono exemplo ovibus prælucendo, ſanguine Chriſti ſeſe mundando, 1. Joh. 1, 7. ne nudus inveniatur aliquando, Apoc. 3, 18. c. 16, 15.

9. Os Moſis erat, Exod. 4, 14. Sic labia ſacerdotis cuſtodiant legem, Mal. 2. & miniſter verbi ſit os Dei, per quod Deus loquitur ad Magiſtratum, Pſalm. 82. v. 2. 3. 4. 5. 6. ſeq. Vid. Luther. in h. Pſalmum.

ABADDON, Apoc. 9, 11. *vid. Diabolus, Satan.*

ABBA.

§. 5 1. Vox Syra ab Hebræo אב pater, Rom. 8, 15. Gal. 4, 6. Marc. 14, 36. ab Hebræo אבא voluit: optimè enim vult Pater Filio.

2. Significat Eccleſiæ Judæorum & gentilium conjunctionem, Joh. 10, 16. Hinc Divus Paulus voci Syræ Abba Græcam πατὴρ conjungit, Rom. 8, 15. ut ſub uno patre utriusque Gentis familiam conjungat, Roman. 8, 29. Epheſ. 3, 15.

3. Intimam Dei dilectionem, quæ patris eſſe ſolet, Pſal. 103, 13. Jer. 31, 20. Dominus timetur, pater amatur. Auguſt. Tom. 10. cap. 317. a. b. Hieronym. lib. 2. in epiſt. ad Galat. Confer Pſal. 89. Ipſe invocabit me, Pater meus es tu, &c.

4. Filiorum Dei deſiderium, quo incenſi clamant: Abba, mi pater, Mi, vox eſt fiducialis applicationis. Et hinc jubet Chriſtus orare: Pater noſter, non ait: Sancti noſtri &c. ſed Pater: ſolus ergo pater invocandus, qui ſolus eſt Creator, Redemptor, Sanctificator, Auguſt. d. l. Abba Pater clamor cordis eſt, non faucium, non labiorum, intus ſonat, ſonat auribus Dei, Sermon. 13. de verbis Apoſtoli. Ad hunc patrem genua flectimus, Eph. 3, 14. noſtro tempore aſcendemus, Job. 14, 5. Joh. 20, 18.

ABBAS, ABBATES. *Confer Miniſter, Paſtor.*

§. 6 Juſtino Archimandrita dictus, quoniam olim ἐν ταῖς μανδραῖς, hoc eſt ſpeluncis & cavis montium monachi habitabant: Quis & quæ hujus requiſita, vid. Buſæum p. 1. de ſtatibus homin. D. Bernhard. Epiſt. 4. & ſeq. Speculator: derivatur hoc nomen ab Abba, quod patris vicem geſſerit olim, qui Abbas dictus fuit, vid. Alciat. in l. 1. C. de in Jus voc. Juſtin. in Novellis. & l. Reddentes C. de ſumma Trin. Illorum vitia ſuo tempore carpſit Bernhard. Apolog. ad Guliel. Abbat. & Epiſtol. 42. Virtutes paſſim Cornelius à Lapide depingit. In nomen Abbatis Hieronymus lib. 2. in Epiſt. ad Galat. ex illo Chriſti: nullum, niſi Deum, patrem vocandum eſſe, graviter invectus eſt. Hinc Abbatiſſa monialium præfecta Novell. 133. dicitur ἡγουμένη: quarum appellationum meminit Hieronymus lib. 4. in Matthæum.

ABEL, Filius Adami ſecundus.

§. 7 1. Ejus ſacrificium ignem habuit, Auguſt. lib. 22. cap. 17. contra Fauſtum, Luth. in 2. poſt Trinit. fol. 193. b. poſt Eccleſ. Signum videlicet gratioſæ acceptationis ſacrificii (quo ſine dubio caruit Cain.) Solebat enim Deus igne teſtari, cum ſacrificium gratum habuiſſet, 1. Regum 18. v. 37. 38. Levit. 9, 24. cap. 10, 1.

2. Typus eſt Chriſti veri paſtoris, Joh. 10, 12. (Abel enim fuit paſtor, Gen. 4.) occiſi pro ovibus, Eſa. 53, 56. à populo Judaico, Auguſt. Tom. 5. Col. 816. d.

3. Exemplum perſecutionis Eccleſiæ, Matth. 23, 35. & miſeriæ humanæ. Abel enim vanitatem ſignificat & vilitatem, homine verò quid vanius? quid homine vilius? & ſicut Abel Caini perſecutionem paſſus eſt: ſic quoque pii, 2. Tim. 3, 12. Act. 14, 22. Exemplo Chriſti, Joh. 15, 20 21. Pauli, 2. Tim. 4, 14.

4. Exemplum juſti per fidem. Juſtus enim vocatur à Chriſto, Matth. 23, 35. Luc. 11, 4. Certè Auguſtinus vocat Abelem juſtorum omnium caput, Tom. 7. Col. 734. c. non magiſteriale, ſed miniſteriale: quatenus is dicitur caput, qui inter aliquos primus eſt ordine. Hinc addit Auguſtinus: primus inter homines juſtus fuit, nempe juſtitiâ fidei, Heb. 11, 4. Roman. 3, 21. 22.

5. Exemplum juſtitiæ vindicativæ Dei: Nam ejus ſanguis vindictam efflagitavit, Hebr. 12, 24. Sic hodienum omnis juſtorum ſanguis innocenter effuſus clamat ad Deum, Apoc. 6, 10. Pſ. 79, 10. Timeant ſibi Tyranni! De Abel & Cain plura vide apud Ambroſ. lib. 2. de Cain & Abel. Tom. 4. Oper. Auguſt. Tom. 5. Oper. Col. 805. d.

6. Exemplum veræ filiationis. Non enim Deus attendit primogenituram ſine fide, Joh. 1, 13. Non qui ſecundum voluntatem viri, &c. Abel gratior Deo, etſi natu minor & tempore poſterior ipſo Caino. Crede igitur & fies primogenitus fide, qui non es primogenitus carne & tempore, Rom. 9, 6. 7. Lege porrò Ambroſium libr. de Cain & Abel: Philonem Judæum de utriusque ſacrificio: Auguſtin.

ABELIANI, Abelani, Abelonitæ.

§. 8 Hæretici, (de his Auguſt. lib. ad quod vult Deum cap. 83.) temporibus Theodoſii & Arcadii: à conjugii abſtinebant actibus, etſi mas & fœmina cohabitarent, ſub profeſſione continentiæ. Imitati Abelem, qui cœlibem vitam egerit. Propago Encratitarum fuit & Tatianorum.

ABIES.

§. 9 Oſeæ 14, 10. Deus appellatur futurus: 1. folia ſemper retinet. 2. umbram præbet & opaca eſt. 3. alta. 4. pulchra arbor abies: ſic DEUS conſtans in promiſſis Eccleſiæ datis, Eſa. 54, 9. Matth. 16, 18. umbras præſtat Eccleſiæ, Pſal. 3, 4. & 91, 1. & 121, 5. viribus ſuis altior omni potentiâ Satanæ, hunc ſub pedes conterens, Rom. 16, 20. Superans, Luc. 11, 22. exuens, Col. 2, 15. vincens, Apoc. 12, 10. pulchritudine ſuâ nos induens, peccata remittendo, Pſal. 32, 1. 2. & veſte juſtitiæ Chriſti nos induendo, Eſa. 61, 10. Gal. 3, 27. Gloſſa ordinaria Chriſtum intelligit in c. 14. Oſeæ.

§. 10 Poteſt etiam eſſe figura pii viri, conſtantis animi, beneficentiæ umbram ſpargentis, Pſal. 112, 5. 9. patriam cœli meditantis, Philip. 3, 20. operum bonorum flore magis magisque pulchreſcentis, & per dona ſpiritus ſancti indies flore-

florescentis: & mundi superbi, 1. Joh. 2, 15. elati, in se confidentis, Ezech. 27, 25. Nahum. 2, 3. trement Abietes, i.e. principes, vel hastæ ex abiete factæ.

ABIGAIL.

§. 11 (Patris exultatio) fœmina prudentissima, 1. Sam. 25, 3.

Exemplum (1) prudentiæ, quâ iratum Davidem placavit.

(2) Magnitudinis animi, quâ Heroa Davidem superavit.

(3) Documentum veritatis, quam dixit Christus Matth. 5, 5. beati mites, quoniam hæreditabunt terram.

(4) Pulchritudinis dono insignis fuit, ut & Sara, Genes. 12, 11. Rebecca, Genes. 24, 16. Esther. 2, 7.

ABIGEI. ABACTORES.

§. 12 Exod. 22, 1. Moses pro unâ pecude vult quinque rependi. Justinianus alicubi vult eos lumine privari. Adrianus verò ad metallum & gladium damnari. Conf. Tit. Furum. Furti.

ABIMELECH. *v. Rhamnus.*

ABLACTATI.

§. 13 Notant (1) simplices & adflictos, Esa. 28, 9. quem docebit scientiam, &c. animos suos ad Dei voluntatem conformantes, ac ab ipsius nutu pendentes, ut puer ablactatus à matre suâ omnia bona expectat, Psal. 131, 2. (2) infirmos nos ac indigos opis divinæ, sine quâ nos sustentare non possumus. (3) Fide igitur nos totos in sinum Dei conjiciamus, ploremus, clamemus, & dabit lac solatii, & præstabit paternæ curæ officia.

ABLUO. *Vid. Mundo. Lavo.*

ABLUTIO. *Vid. BAPTISMUS. It. PES.*

ABLIGURATIO. *Vid. PRODIGALITAS.*

ABNEGATIO. *Vid. MUNDUS non amandus. Tit. CHARITAS num. 33.*

1. Fidei. *Vid. Confessio.* | 2. Temporalium. *Vide* | 3. Impietatis. *V.* Pietas. — *Charitas in opposit.* | *Amor rer. mundan.* | *Obedientia.*

ABRENUNCIATIO. *Vid. Baptismus. Vid. Tit. HOMO VETUS. CARO DOMANDA. Tit. Crucifixio.*

ABOMINATIO.

§. 14 Varia est: (I.) Dei, qui omnem injustitiam abominatur & impœnitentiam, Levit. 26, 30. sanguinolentiam, Psal. 5, 7. & Hariolos consulentes Diabolum, Deut. 18, 12. dolosos, Ps. 5, 7. Prov. 15, 12. superbos, Prov. 16, 5. Hic spectat Abominatio devastationis Matth. 24, 15. Dan. 9, 27. justè à Deo inflicta, hoc est, bellica depopulatio & obsidio, Matth. 24, 15. ubi de obsidione urbis Jerusalem duce ac obsidente eam Cestio præside Syriæ anno Christi 68. ut supputat Baronius ad h. ann. Christi. Epiphanius hæres. 29. 30. testatur eo tempore plurimos Christianos Jerosolymas reliquisse, ac in alias profugisse terras, Josephus lib. 2. c. 22. de bello Judaico. Non igitur statua C. Caligulæ, non idola Antiochi, intelliguntur. Non autem sola hic intelligenda est illa Cestii obsidio, sed & simul devastatio per Vespasianum, Luc. 19. ob locum Danielis à Christo allegatum, Matth. 24.

II. Hominis, quæ vel activa Prov. 29, 27. in bono: in malo Mich. 3, 9. cum judices abominantur judicium, hoc est injustitiam exercent; passiva Job. 9, 3. ob peccata, quæ passim abominationes dicuntur.

III. Animalium, quæ pro Diis habebantur apud Ægyptios, Exod. 8, 26. Ezech. 5, 9. 11. c. 6, 9. 11. c. 7, 20. ideoque nefas iisdem videbatur ea sacrificare & mactare, cum pro Diis colerentur. Colebant verò Ægyptii arietem, Apin seu taurum, &c.

IV. Legis Abominatio est peccatum ipsum, Jer. 6, 15. c. 7, 10. & alibi sæpè, quod legi peccatum adversetur, 1. Joh. 3, 4.

V. Poni in abominationem, Psal. 87, 9. id est, fieri abominabilem, Jer. 25, 7.

VI. Idola sunt abominationes. Psal. 106, 18. falsus & impius cultus Abirami.

ABORTUS.

§. 15 Procuratus (1) est homicidium contra 5. Præceptum vitatus à Christianis, Tertull. c. 9. in Apolog.

2. Est duplex: (1) perfectus, cum fœtus animatus occiditur, (2) imperfectus, contra. Cajetanus in summulâ. V. Abortus.

3. Pœna capitalis est, leg. pen. C. de sicariis. Covarruv. Tom. I. variar. resolut. l. 3. ff. ad l. Cornel. de sicariis Cap. si aliqui. §. de homicidis.

4. Venetiis A. C. 1342. gravi terræ motu concussis omnes gravidæ mulieres abortum fecerunt, Sabellic.

5. Paulus se abortivum vocat, 1. Corinth. 15, 8.

Observand. Sixtus V. pœnam excommunicationis infert iis, qui abortum fœtus sive inanimati, sive animati procurant: sed Gregor. XV. sustulit reservat. & excommunicationem quoad fœtum non animatum, teste Johann. de La Vall. V. Abortus in Compend. Mart. Bonacinæ.

ABRAHAM.

§. 16 Pater credentium, Rom. 4, 12. Joh. 8, 56. in Christum credidit: ejus vestigia sequimur, Rom. 4, 12. amicus Dei, Jac. 2, 23 cui secreta sua revelavit, Joh. 15, 15. Gen. 18, 17. 18. Petra vocatur, Es. 51, 2. è quâ excisi Judæi.

Primum nomen Abram fuit, h. e. pater excelsus.

Secundum nomen Abraham, Pater excelsus populorum: in ejus enim semine omnes gentes benedictæ, Gen. 12, 3. Vidit diem Christi, Johan. 8, 56. Confer Genes. 18. v. 17. 18. & 10, 14.

Fidelis verâ fide & sincerâ charitate Deo addictus, non dubitavit, ut malè de eo docet Cajetanus in Genes. 17. meritò reprehensus à Bened. Justiniano, in Epist. ad Rom. fol. 154. a. non est mentitus, Gen. 22. v. 5. ut putat Canus, l. 2. Loc. cap. 4. rectè reprehensus à Pererio in h. l. Gen. Vidit diem Domini, Joh. 8. Gen. 18.

Graviter tentatus à Deo jussus offerre filium, Gen. 22.

Actum sacrificii & fidei luctam accuratè describit Gregor. Nyssen. Orat. de Deitate Spir. Sancti & Filii, Ambros. lib. de Abraham.

Philo. Ephrem Orat. de Abraham & Isaac. Chrysost. in Gen.22. & serm. de fide Abraham: & serm. de Job & Abraham. Lutherus in Genes. Putant nonnulli, quod Lycaon in Arcadia hinc ansam sumserit, sæviendi in filios, & hanc κακοζηλίαν ab Ægypto ad Phœnices, & ab his ad Romanos in sacrificiis humanis propagatam esse. Obediens vid. Tit. *Obedientia*.

ABROGATIO. *Vid. Lex.*

ABSCONDITA. *Vid. mysteria.*

ABSOLUTIO. *Vid. Accusatio.*

ABSTINENTIA. *Vid. Temperantia.*

Abstinere à carnalibus. V. Concupiscentia domanda.

Fornicat. Comess. V. suis Titulis.

ABSYNTHIUM.

1. Doctrinæ pravæ, Apoc.8, 11. 2. Supplicii, Jer. 9, 15. c.23, 15. Thren. 3,15. 3. Iniqui judicii, Amos. 5, 6. c. 6, 12.

§.17 ABUNDO.

Abundare magis, Syrus Adjicere vertit, 1. Thess. 4, 3. notat usque & usque proficere in pietate. Confer Eph.4,14.1. Cor.15,58. 1.Cor. 9, 26. Otii *abundantia*, Ezech. 16, 49. bonorum, Deut. 28, 8. *justitiæ*, Matth. 5, 20. quam requirit Dominus in Christo solo inveniendam, Rom. 3,22.c. 11,32. Ambros. in viis Domini non progredi est retrogredi. Ergo in bono magis magisque nos abundare fas est.

Simile. Arbor succrescens abundat fructibus suo tempore, Ps.1, 3. Infans puer si non crescat, (non simus infantes, Ephes. 4, 13. 1. Cor. 13,11. Confer Hieron. in h.l.) vitis si non augeatur, arbor si minuatur, infelicia sunt omina, Matth. 13, 31. Feliciter abundas, si diversorio cœli semper fias propinquior.

ABUSUS RERUM BONARUM.

§.18 Simile. Sicut Absolonis capilli, ei ornamento, postea mortis causa fuerunt, 2. Sam. 18. Sic Creaturæ Dei bonæ 1. Timoth. 4, 4. 5. quæ nobis & ornamento & servitio esse debebant, multis sunt abusui & vanitati, Rom.8,19. Ecclesiast. 1. 2. 3. Itaque mundo uti non abuti debemus, 1. Cor. 7, 31. & carpit Deus abusum donorum corporalium, Os. 10, 1. c. 2,8. Ezech. 16, 17.

MORALIS.

Abusus moraliter spectatur in vitiis ex excessibus virtuti oppositis. Politicè: in statibus & ordinibus variis, in quibus varia vitia, i. e. perversio ordinis à Deo instituti, occurrunt: de quibus omnibus suis titulis & locis agendum.

SCRIPTURÆ.

Abusio S. Scripturæ, Matth. 4, 6. Diaboli exemplo, variis insuper fit modis. Vid. Tit. Hæreticus. Item: Tit. *Verbum DEI.*

ALIUS.

§.19 Abusio corporis nostri varius est & multiplex; cum nempè voluptatibus litamus: Vide voluptas; aut curam corporis aversamur, Col. 2. v. ult. Abusus verò Temporis, cum breve tempus sit, nos illud malis operibus impendimus, 1.Cor.7,31. vel, cum loco ad pœnitentiam dato abutimur negligendo, Rom. 2,6. 2.Cor.6, 1. Rom. 13,12. Locus ille est Ecclesia, in ea locum pœnitentiæ Deus dedit. V. Pœnitentia, Tempus.

CLAUSTRORUM. *Vid. Monachus.*

Hugo duodecim recenset abusiones claustri Cap. 51. de Claustro animæ.

MUNDI.

Loco mundi abutimur, cum in eo pietati non litamus, sed securitati.

VOCATIONUM.

Abusio in vocationibus: cum illi officiis præficiuntur, qui indigni sunt.

DIVITIARUM.

In divitiis (1) illegitimè acquirendo, ut avari & Raptores. V. suis Tit. (2) injustè retinendo. V. Avarit. (3) expendendo. V. Prodig. & Ecclesiast. qui ex bonis Ecclesiæ pauperes non nutriunt, sed meretrices p. Berchar. V. Abuti.

POTESTATIS POLITICÆ.

Cum Magistratus sub specie recti bona extorquent subditis. V. Magistratus.

INTELLECTUS.

In sensu & sapientia (1) hanc verbo Dei opponendo, 1. Cor.1,20.21. (2) in judiciis justitiam pervertendo, Amos. 5,12. (3) in consiliis innocentiam opprimendo ut Achitophel, 2. Sam. 15, 12. (4) in scrutandis divinis mysteriis abutendo suâ sapientiâ, 1. Cor.1, 19.20. & spiritualiter cum eâ scortando, ut Sichem cum Dina, Gen. 34,2. Alleg. Christus certè vindex erit hujus abusus & sapientiam carnis confundet, 1. Cor. 1, 19. 20. §. 20

VOLUNTATIS.

In Affectu & voluntate (1) Eam Dei obsequio subtrahendo, Rom. 8, 6. 7. (2) mundo consecrando, Roman. 12, 2. ne conformemini, &c. (3) cupiditatibus obsecundando, Syr.21, 30. frange voluntatem. Ex distinct. vernacul. Biblior.

In potestate. Sic multi politici consiliis abusi opprimunt insontes & instar leonum devorant & excoriant: Vid. Magistrat.

De Abusibus Ecclesiasticis plurimorum extant querelæ apud Cornel. Schultinum, de corruptâ disciplinâ Eccles. Confer Rivium fol.137. Oper. Orationem Legatorum Pontificis apud Sleidan.

ABYSSUS. §. 21

(Cognata sunt, Altitudo, profunditas, profundum.)

Abyssus varia est: I. Dei, ratione essentiæ, sapientiæ, judicii, Es.40,23. Psal. 36, 7. Rom. 33. gratiæ, Ephes. 3, 18. operum, huc spectat maris abyssus, Job. 38, 16. Syr. 1, 2. Jon. 2, 3. Mich. 7, 19. Luc. 5,4. 2. Cor.11, 25. quam omninò Deus creavit.

II. Diaboli, cui abyssus est infernus. V. Infernus, Apoc.9, 1. Cur verò infernus dicatur abyssus vel mare, vid. Alleg. 1798. in Prompt.

III. Ho-

III. Hominis, cui est abyssus (1) peccati, Psal. 130, 1. Os. 9, 9. (2) miseriæ & anxietatis, variorumque in mundo malorum ac tentationum, Psalm. 77. v. 17. Psalm. 69, 15. sequent. Psalm. 42, 8. Psalm. 71, 20. Psalm. 88, 7. Esa. 44, 27. Franciscus, quis (ait) tu Domine? ecquis ego? Tu abyssus Entis bonitatis, sapientiæ, potentiæ & gloriæ! Ego abyssus nihili, mali, ignorantiæ, vitiorum & miseriarum & vilitatis omnis. Hæc ille. Unde ergo meritorum monasticorum gloria? (3) falsæ doctrinæ, Apocal. 2, 24. (4) Vitii nempe avaritiæ, quæ est abyssus insatiabilis, Psal. 39. v. 7. 1. Timoth. 6. v. 10. (5) Charitatis & amicitiæ: qualis inter Gregorium Nazianzenum & Basilium fuit: de quâ ille in carmine græco legendus §. ἐξ ὃ γάρ.

§. 22 PROFUNDUM OCTUPLEX.

Hugo Card. in Ps. 130.

1. Malitiæ, Ps. 130, 1.
2. Perfidiæ, Ps. 69, 3. 15. 16.
3. Ignorantiæ, Eph. 4, 24.
4. Miseriæ, Psal. 130, 1.
5. Cordis, Jer. 17, 9.
6. Humiliantium, Eph. 3, 17. seq.
7. Gehennæ, Apoc. 9, 1. c. 11, 7.
8. Divinæ charitatis & misericordiæ, Eph. 3, 18. Mich. 7, 19. mare bonitatis.

ACADEMIA. *vid. Schola.*

ACCEPTIO PERSONARUM.

vid. Magistratus.

Judex. item Personarum Respectus.

Accepti Deo simus 1. Fide, Heb. 11, 6. 2. Pietate & justitia ob Christum, Act. 10.

ACCESSUS.

Rom. 5, 2. Ephes. 2, 12. 16. cap. 3. v. 12. *v. Fides. Item: Christus.*

§. 23 ACCLAMATIO. *vid. Optatio.*

ACCUSATIO.

Falsa & injusta in insontes lata est laus. Maxima laus accusatio & crimina laudes fiunt, & testimonium indubitatum inimicis ipsum perhibentibus. Chrysost. Tom. 5. Homil. 4. ad pop. Antiochen. de trib. Sadrach, Mesachio & Abednego loquens.

Injusta Accusatio.

Exempla hujus. David, Psal. 35, 11. Psalm. 7. Domine Deus meus, si hoc feci, &c.

Justinus Martyr turbarum accusatus est, pro Christianis Apologiam scribens. Julius Capitolin. in Marco. Criminis læsæ Majestatis postulati olim sunt Christiani nolentes per genium Cæsaris jurare. Tertull. Apol. fol. 61. §. *Sed & juram.*

De exitu Israëlitarum ex Ægypto quàm multa in eo fabulosè finxerunt Gentiles! Certè Justinus Judæos asserit ob scabiem Ægypto pulsos esse lib. 36. sub finem ferè, Cornel. Tacit. lib. V. Histor.

Christianorum olim accusatio gravissima sanè, quòd imperio rebelles essent, nec sacrificarent Cæsari (qui tamen maximè pro Cæsare deprecabantur) Tertull. c. 30. Apologet. & c. 32.

Jojadæ & Joæ injusta accusatio 2. Chron. 23, 13. ac si rebelles essent. Athanasii apud Constantinum Augustum ab Episcopis Arianis, ac si is esset veneficus, atque Arsenium brachio mutilâsset, ut ex eo conflaret veneficia. Ostenso verò Arsenio incolumi in Concilio Tyri congregato, nihilo minus tamen per totum Orientem persecutionem passus est.

Hilarius innocenter damnatus in Concilio, ac si esset hæreticus, cum ante librum Hilarionis per fraudem corrupissent malevoli. Johannes Chrysostomus accusatus, quod Augustam Jesabelem vocaverat. Narcissus, Hierosolymarum Episcopus, falsò accusatus vindictam divinam in testes falsos impetravit, Euseb. lib. 5. c. 21. lib. 6. c. 7. conf. infr. *Testis falsus.*

Apostoli & Christiani.

1. Corinth. 4, 9. 10. 11. 12. 13. rejectamenta habiti tanquam infructuosi Reipubl. Tertull. c. 42. Apologetici hanc objectionem gentilium refutat, sed aliò quoque Paulus in Actis accusatus est falsò, quod Evangelium doceret deficere, cap. 19, 26. Christiani verò accusati 1. quod uxores communes haberent. 2. sororibus Germanis misceerentur. 3. carnes humanas ederent. 4. nullas suæ doctrinæ demonstrationes haberent: quas criminationes Theophilus Antiochenus lib. 3. ad Autolycum refutavit. 5. seditiosi essent. Baron. tom. 2. fol. 638. num. 5. Annal. 6. Doctrinâ ansam peccandi darent, sic olim D. Paul. Rom. 3, 8.

Accusatio coram Dei judicio.

§. 24 Homines querentes de proximo ad judicium eum provocant, ad quod etiam comparere coacti sunt multi pernicibus suppliciis multati. David ad judicium Dei citat, 1. Sam. 24, 16. Judicet Dominus inter me & te, &c. Paulò pòst Saul adversâ acie victus tragicâ morte vitam clausit.

Zacharias, Matth. 23, 35. 2. Chron. 24, 22. Videat (ait) Dominus & requirat. Septem fratres Macchabæi pro patriis legibus morientes dicunt Tyranno: Videbis magnam Dei potestâtem, &c. 2. Macchab. 7, 35. 36. seq. quam & Tyrannus sensit.

Paulus Alexandrum fabrum citat ad Dei judicium: Reddat (ait) illi Dominus secundum opera, 2. Timoth. 4, 14. Verba non tàm imprecantis, quàm prænunciantis esse volunt, Justinus quæst. 125. August. libro 1. Serm. Domini in monte cap. 21. Chrysostom. Theod. in h. l. Pauli. Hic sanè respicit magis ad Dei justitiam quàm hominis pœnam, ut David, Psal. 57, 11.

Animæ sanctorum accusant Tyrannidem: Apoc. 6, 10. usque quò Domine non vendicas sanguinem nostrum?

Christus ipse Johan. 8, 50. Ego non quæro gloriam meam, est autem qui quærat & judicet. Confer Justinum Epistola ad Zenam, qui temerarias appellationes dissuadet ad tribunal Dei.

Exempla alia.

§. 25 Fernandus Rex Legionis & Castellæ binos nobiles ex illustri familiâ, proditionis su-

ſpectos (ſine culpâ tamen) & inauditos de altiſſimâ rupe deturbari juſſit: qui ad Chriſtum judicem provocarunt, ad trigeſimum diem Fernandum Regem coram tribunali Chriſti citarunt: trigeſimo die Rex mortuus eſt. Nauclerus in Chronico, & alii. Fulgoſ. de Equite Neapolitano & aliis templariis refert autoritate *Clementis Sexti & Philippi Pulchri Franciæ Regis*, necatis & intra annum & diem utrumque Papam & Regem ad Dei tribunal evocantibus: uterque mortuus quoque eſt vertente anno. Idem refert Johann. Pauli de Rudolpho Auſtriæ Duce, & Equite aurato, quorum hic ab illo decollatus ad Dei tribunal intra annum provocavit, quo elapſo mortuus quoque Rudolphus dixit: ad judicium Dei ſibi eundum eſſe. Vide Drexel. Tractat. 3. pag. 279.

Judæi accuſati olim ineptè.

Mendacium gentilium & Cornelii Taciti de Judæis errantibus in deſerto, quibus Onagri fontes monſtrârint, quos ideò coluerint Judæi. Joſephus contra Apionem Alexandrin. hoſtem Judæorum libr. 2. c. 10. Plutarch. in Sympoſiac, qui ſubjicit craſſum hocce mendacium. quod Judæi porcos colerent, quia eos non ederent. Plutarchus quæſt. 5. in Sympoſiacis.

§. 26 *Quomodo peccata accuſentur & quæ?*

Diffamantur peccata 1. per lapides clamantes, Hab. 3, 11. 2. Vox ſanguinis quoque accuſat, Gen. 4, 10. 3. Sodomorum peccatum, Gen. 19, 13. 4. Vox oppreſſorum, Exod. 3, 7. 5. Merces detenta laborum, Jac. 5, 4. 6. Angeli boni in cœlo diffamant peccata noſtra: ſicut gaudent de pœnitentia, Luc. 15, 11. 7. Angeli mali, Apocal. 12, 10. 8. Angeli miniſtri diffamant cum ob flagitia noſtra gemunt, Hebr. 13, 7. Jerem. 20, 14. cap. 44, 16. 17. Philip. 3, 18. Diffamantur quoque peccata noſtra (1) à Deo omnia vidente, Heb. 4, 13. (2) à pauperibus clamantibus, Exod. 3, 7. (3) à viduis, Exod. 22, 22. & advenis.

Accuſationis juſtæ Exempla paſſim obvia. Joſephi Gen. 37, 2. Judic. 10, 3. Eſræ, Eſdr. 10, 4. ſeq.

Accuſationi opponitur Abſolutio, quæ vel eſt Dei. v. Remiſſio peccatorum. Vel miniſtri. v. miniſter. Vel Conſcientiæ. v. ſuo loco.

§. 27 *Accuſationis falſæ alia exempla.*

Falſa Geneſ. 39, 13. Uxoris Potipharis, 1. Sam. 22, 9. 10. Eſræ 4, 12. Dan. 3, 8. Sic Prophetæ, ſic Chriſtus & Apoſtoli falsò accuſati ſunt ſæpè, Jerem. 26, 11. Dan. 6, 13. 14. Amos. 7, 10. Matth. 9, 14. 2. 3. 11. cap. 12, 2. Luc. 11, 54. c. 23, 2. Actor. 16, 21. Fauſta Uxor Conſtantini Magni capta amore privigni filii, fruſtraque illum tentans tandem accuſat apud patrem, ac ſi ei (matri) vim intentâſſet. Occiſus igitur eſt filius à patre, ſed re aliter compertâ poſt aliquot annos Cæſar capite præciſo animadvertit in uxorem. Nicephorus lib. 7. cap. 35. Athanaſius falsò accuſatus ac ſi famam Conſtantii Cæſaris apud hujus fratrem Conſtantem denigraſſet. Athanaſius fol. 525. 526. Ambroſ. Epiſtol. 64. Accuſatores turpes non ſunt audiendi. Accuſatio ob mutatam fidem. Sic Gebhard. Epiſcopus an. 1583.

Accuſatio { 1. Legalis. *v. Lex.*
2. Conſcientiæ. *v. Conſcientia.*
3. Proximi. *v. Gemitus, Oppreſſio.*
4. Satanæ. *v. Angelus malus.* }

Accuſationes falſas porrò contemplare Tit. Teſtis.

§. 28 ACEDIA. *Vid. Languor, Tepor, Torporque mentis, Securitas.*

Notatio] Dicitur ab α privat. & κῆδος ſolicitudo, q. absque ſolicitudine. Acedia opponitur zelo ſpirituali, eſtque puſillanimitas vel torpor in rebus ſpiritualibus. Eſt ſomnus ſpiritualis, torpor mentis, ſecuritas in actionibus ad ſalutem neceſſariis.

Partes] Acediæ ſunt 2. Partes: (1) averſio à bono ſpirituali, quod eſſe videtur grave, ut jejunare, ſanctè vivere. (2) Converſio ad creaturam, & quidem quæ levis. Eſt verò vitium mortale & capitale, quia ex eo oritur odium rerum ſpiritualium, ſuffragante ſcholâ Pontific.

§. 29 *Acediæ Effectus.*

1. Negligere Dei præceptum. Gen. 3, 19. in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.

2. Maledictionem Dei incurrere. Matth. 21, 19. de ficu maledictâ. Applica.

3. Creaturis irrationalibus refragari. Omnes enim Creaturæ Deo obſequuntur, Sol currit, arbores florent, aqua fluit. Solus homo deſes Deo non obſequitur, Eſ. 1, 2. 3.

4. Tempus perdere. Rom. 13, 12. quoniam ſcimus tempus, &c.

5. Spirituale lucrum negligere, Matth. 25. v. 25.

6. Omnia vitiorum incitamenta colligere: ſic David ex acediâ homicidii & adulterii incentiva collegit, 2. Sam. 11, 2. 3.

7. Locum Diabolo relinquere otiandi. Otium namque Diaboli eſt pulvinar.

8. Et variis tentationibus: *Vid. Tit. Otium.*

9. Mores pervertere, vult metere, non ſeminare. Sed prius ſeminandum in lacrymis inque valle lachrymarum, Pſalm. 84, 7. & 126, 5. quàm metendum, Gal. 6, 7.

10. Curioſitatem cauſare: ſic curioſus David ſecurus de Bathſeba, 2. Sam. 11, 3.

§. 30 *Sex filiæ Acediæ, ex Gregor. Magn. lib. 1. in 1. Reg. c. 14.*

1. Malitia, quæ ſuadet homini torporem, Jer. 48, 10. Rom. 12, 11.

2. Deſperatio de viribus propriis, à Deo tamen ſuppeditatis vel ſuppeditandis, ſi eum rogites, Luc. 11. verſ. 11. 12. Matth. 18, 19. Jacob. 1, 5.

3. Puſillanimitas, de utrâque cavendâ monet Apoſtolus 2. Tim. 1, 6. Excita donum, quod in te eſt.

4. Rancor.

5. Torpor circa Dei præcepta, quorum ſeveritatem Exod. 20, 5. homo acediâ laborans negli-

negligit, Psalm. 50, 21. Psalm. 95, 8. Hebr. 4, 11. Rom. 2, 5. & 17.

§. 31 *Alia Acediæ Effecta.*

1. Non repellit mortem, ut furem, qui fodit parietem: sed hominem periculis indormiscere facit, Luc. 12. v. 20. cap. 21, 35. 1. Thessal. 5, 2. 3.

2. Hominem facit sordium receptaculum, id est peccatorum, sicut navis recipit sordes, nunquam liberata & exhausta aquis.

3. Impedit à vitæ cœlestis possessione. A Simili: Si quis in anno semel pedem moveret, non absolveret iter; ita & illi qui acediâ laborant.

4. Opprimit lætitiam spiritualem, quæ est ex exercitio spirituali & fortitudine, quâ res arduas aggrediuntur pii & Deo regeniti, Joh. 1, 8.

5. Causat ignaviam cognatam profusioni bonorum, Prov. 18, 9. Confer Otium. Somnus. Quies.

6. Ignaviæ supplicium & paupertatem. Proverb. 20, 13. Ignaviæ pars somnum diligere.

7. Impedit acedia bona opera inchoare & inchoata fastidit perficere. Est vitium contra naturam, quia homo nascitur ad laborandum, Job. 5, 7. Atqui laborem impedit Acedia: maximè verò spiritualem.

§. 32 *Historia.*

Romani multos Deos in urbem recipiebant, qui homines ad motum impellerent: Soli Quieti Deæ templum extra urbem extructum est: Augustinus lib. 4. cap. 16. de Civit. Dei. Multò minus Deus amat populum desidem, sed bonis operibus undequaque ornatum, Tit. 2, 10.

Præmium si Acedia repellatur honor est.

Proverb. 22, 29. Vidisti hominem velocem in opere suo? coram Regibus stabit. Sic Joseph. Esra & alii.

Supplicium.

1 Samuel. 25, 38. Cor Nabalis emortuum est intrinsecus & factum est sicut lapis: sic quoque pigrorum corda ad omne opus bonum indurescunt & steriles sunt arbores, infrugiferæ sine aquâ, 2. Petr. 2, 17. Epistol. Judæ, v. 12. pictæ & fictæ larvæ.

§. 33 *Similia.*

Quamdiu fluunt aquæ, limpidæ sunt & salubres; stagnantes non item: ita si per cursum bonorum operum temet exerceas, fluent aquæ virtutum in teipsum & in proximum.

Ut arma & loricæ per usum atteruntur & splendidiora efficiuntur; sic quoque arma justitiæ 2. Corinth. 6. v. 8. splendidiora redduntur per bona opera. Matth. 5, 16. Luceat lux vestra, &c. non ærugine obducantur.

Ut dormiens nihil audit: sic homo piger neque DEI verbum neque boni viri monita admittit, sed securus dormit in utramvis aurem, Jerem. 48. v. 10. quam securitatem deplorat David Psal. 39. v. 7. periculosam judicat Salomon Prov. 23, 33.

Orto sole animalia ad labores se conferunt, & à somno expergiscuntur, Psalm. 104. vers. 22. CHRISTUS est sol justitiæ, Malach. 4. vers. 2. nos visitans, Luc. 1. v. 70. ortus super nos, Roman. 13. v. 12. & diem nobis annunciat, Psal. 19. v. 3. surgamus ergo de somno, Rom. 13. v. 11. Eph. 5, 8. & vigilemus, 1. Thess. 5, 5. 6. 7.

Consequentia Acediæ. §. 34

Pœna: Infert (1) damna corporalia, nempe otium & corporis infirmitatem, Syrach. 31, 27. paupertatem, Proverbior. 21, 25. omnis piger est in egestate. (2) Spiritualia, nempe in animâ efficit omnis generis vitia: Dei oblivionem, mortis contemtum & præceptorum DEI.

Est vitium & peccatum mortale inter septem illa, quæ vulgò recensentur. Thom. part. 2. quæstio. 35. artic. 1. Damasc. libro secund. capite 14. hoc est, quod mortem efficit & infligit.

Turpe vitium. §. 35

Dissuadetur à proprio populi DEI, quod est Spontaneitas quam debemus. Psalm. 110. v. 3. populus tuus, populus spontaneitatum. Roman. 8, 14. hi sunt filii DEI, qui spiritu Dei ducuntur. Huic verò ductui & illi spontaneitati occurrit Acedia, eamque penitus abolet.

Remedia contra Acediam. §. 36

Sunt 1. Turpitudinis hujus vitii consideratio (ex præced. facilis collectu.)

2. Orationis frequentatio: ut DEUS spiritum illum soporis à nobis abigat, spiritu fervoris nos imbuat Rom. 12, 11. ferventes spiritu.

3. Operis boni sine cunctatione inceptatio & persecutio, Bernhard. Sermone 22. in Canticum Canticorum. Augustinus in Psalm. 106.

4. Sanctorum, qui spiritu ferventes fuerunt, diligens contemplatio.

5. Novissimorum (mortis & judicii extremi) meditatio, ut audias vocem Matth. 25, 21. 22. Euge serve fidelis &c. Hanc si vis audire, debes acediam vitare. Plura Tit. Securitas.

Vide porrò de Acedia Scholastic. & P. Wahn. serm. 1. & 2. in Pan. Past. Gulielm. Perald. Summ. de vitiis. Ludovv. de Utino sermon. quadragesimal.

ACCEDO ad Deum. *v. Fides.*

ACHAN.

Josuæ 7. Filii ejus puniti, ob exemplum. v. Augustin. Tom. 4. col. 228. c. d.

ACIES. *v. Bellum.*

Actio Christi. *v. Christus.*

Actio Hominis. *v. Opera.*

ACHATZ.

Es. 7, 11. Rex Juda consolationem accipit à DEO jussus signum petere, quod recusavit. §. 37

Filius fuit τȣ̃ Jothami Idololatra, 2. Reg. 16, 3. confidit auxilio Assyriorum, 2. Chron. 28, 16. & vers. 24. altaria extruit in Jerusalem. Ejus historia suppeditat monita sequentia.

1. De incredulitate Regis non credentis Deo qui dixerat, non stabit consilium, Esai. 7, 7.

2. In rebus deploratis ad hominum auxilia frustra confugiunt homines.

3. Potentissimus Deus dat optionem eligendi signa in cœlo & terrâ. Ergo omnia potest in cœlo & terrâ, Zachar. 8, 6. Luc. 1, 37. Ephes. 3, 20.

4. Bonus Deus ab idolis ad se traducere voluit Achabum: signa obtulit.

5. Miracula temerè petenda non sunt: Hodie à nobis temerè petunt Pontificii.

6. Hypocrita erat Achatz, verbis pietatem simulans, in corde DEUM non timens.

7. Judæi prophetas contemnebant, Esa. 7, 13.

8. Plus dat Deus quam petimus. Pro signo urbis Jerusalem liberandæ dat Deus signum liberationis humani generis.

9. Bellorum causæ sunt peccata. Achatz ob idololatriam bello petitus est.

10. Vet & Nov. Testamentum consonant: Nam Matth. 1, 23. vaticinium de Immanuele de Christo ipso explicatur.

11. Consilia impiorum Deus evertit. Rezin & Pekah funditus tollere volebant lineam Davidis, sed dissipavit Jehovah consilium hoc.

12. Signa non sunt petenda ex curiositate, Matth. 12, 38. 39.

13. Religiones non miscendæ: sic fecit Achaz.

14. Spes frustra in fœderibus humanis locatur.

15. Ecclesiæ rationem Deus habet semper: ideò huic domui Davidis promissio facta est.

16. Homines sæpè Dei consilio repugnant, signa offerentis, juxta illud Matth. 11, 17. cecinimus vobis & non saltastis.

17. Signa varia sunt. (1) in polo, ut Cometæ &c. (2) in solo & salo, Luc. 21, 25. (3) in Christo. (4) in Sacramentis.

18. Deus servat Ecclesiam ob CHRISTUM.

19. De nomine Immanuele v. Christus n. XXIV.

§. 38

ADALBERTUS.

Bobus, equis, suibus, asinis, capris prædicavit, quę animalia arrectis auribus adstiterunt, quasi intelligerent benè abs Adalberto dicta; occisus putatur Fischusii anno cursus 88. Petrus Posnaniens. Dominic. 4. Advent. fol. 87. Col. a. b.

§. 39

ADAM.

A terrâ rubrâ sic dictus, Genes. 2, 7. de quo rectè Augustin. Tom. 10. cap. 903. e. In uno peccavimus & omnes ad corruptionem nati sumus.

Ejus & Christi differentia.

1. Ratione Originis. Adam ex terrâ sine hominis semine formatus, Genes. 2, 7. Christus conceptus de Spiritu S. natus ex muliere, Gal. 4, 4. Luc. 1, 36. Uterque Adam mirabiliter orti.

2. Ratione operationis. Nam (α) ligno vitæ nos Adam privavit, Genes. 3, 22. Christus verò ipse nobis vitæ lignum & panis factus est, Joh. 6, 11. Apoc. 22, 2. seq.

(β) Adam nos bestiis similes reddidit, Psal. 49. v. ultim. naturam suam in nos transfudit: Christus nos Angelis fecit æquales, Luc. 20, 36. Eritis ἰσάγγελοι.

(γ) In Adam corporaliter morimur, Rom. 5, 12. In Christo resurgimus spiritualiter. 1. Corinth. 15, 44. resurget corpus spirituale. Uterque sua in carne perfecit.

(δ) Adam damni & sensus pœnam induxit: Christus pœnam damni & sensus sustulit, liberavit nos ab inferno, Os. 13, 14. eduxit è lacu, Zach. 9, 11.

3. Ratione eventûs: Adam nos ad statum felicem promovisset. Christus ad felicissimum 1. Thessal. 4. ult. Psal. 16. ult. promovit, idque effecit, ut ipsa concupiscentia, quam Adam invexit, sit materia pugnæ & victoriæ nobis, Roman. 7, 24. 25. Spoliavit nos Adam vestibus justitiæ, Ephes. 4, 24. Christus vero nos induit vestibus justitiæ, Esa. 61, 10. Galat. 3, 27. Adam spoliavit nos consortio Angelorum, Genes. 3, 24. Christus restituit illud Luc. 2, 19. itaque meritò Adamus opponitur Christo, Roman. 5. v. 12. sequent. 1. Corinth. 15, 45.

§. 40

4. Adam afflatus est spiritu vitæ, Genes. 2, 7. At Christus Spiritu sancto unctus est, Esa. 61, 1. Luc. 4, 18. Joh. 3, 34.

5. Ille in animam viventem factus est: Christus in Spiritum vivificantem, 1. Corinth. 15. v. 22. & 45.

6. Ille die sextâ creatus, Gen. 1, 27. Christus in plenitudine temporis natus, Gal. 4, 4.

7. Non sine prævio Dei consilio formatus est Adam, Gen. 1, 26. Faciamus hominem: non sine patris consilio Esa. 53, 10. venit Christus, magni consilii angelus, Esai. 9. juxta 70. Interpretes.

8. Ille ad imaginem Dei factus: Christus ipsa est Patris imago.

9. Continuit omnes posteros in lumbis suis: At CHRISTUS nos omnes continet in visceribus gratiæ suæ, ut renascamur omnes; vult enim ut omnes resipiscant & veniant ad ipsum, Johannis sexto v. 37.

10. Ille paradiso excolendo præfectus: hic Ecclesiæ Eph. 1, 22. Caput.

11. Ille in hortum voluptatis; hic in terram doloris missus, ut dolorem nos ferre doceret, suoque dolore nostros cruciatus expiaret, Esai. 53, 45. Plura vide apud Leonem Sermone 18. de passione Domini, capite 3.

§. 41 *Quot peccata Adam commiserit?*

Octo. 1. Superbiam contra Deum, Syrach. 10, 14. 2. Nimium amorem conjugi præstitum, Gen. 3, 17. 3. Curiositatem: noluit acquiescere in sapientiâ datâ majora affectans, Gen. 3, 5. 4. Incredulitatem: verbum Dei abjiciens d. l. Genes. 5. Præsumtionem: de levitate peccati. 6. Gulam: comedendo de arbore vetitâ. 7. Inobedientiam, Roman. 5, 12. August. lib. 14. cap. 15. de Civit. Dei. 8. Turpissimum effugium in excusatione, Gen. 3, 12. mulier, quam dedisti mihi &c. Salvatus est. Vide Augustin. Epist. 99. negavit hoc olim Tatianus, vide Irenæum lib. 3. c. 21.

§. 42 *Vestes ei pelliceæ cur datæ?*

1. Ob commoditatem, commodum enim vestitum præbent vestes pelliceæ.

2. Ob necessitatem, quæ induere suadebat pelles, nuditas videlicet, Gen. 3, 7.

3. Ob virtutum ovilium significationem, has ut imitarentur in posterum protoplasti, non serpentis vitia, cui aures accommodaverant.

4. Ob reatus mortis significationem, quem Adam sibi attraxerat: Gen. 2, 17. quocunque die comederis &c. ex mortuis igitur ovibus pelles gerit.

5. Ob typicam agni Christi Johan. 1, 29. præfigurationem. Paradiso expulsus. Patritiis olim in Capitolio habitare non licebat, quia Manlius olim ibi habitans seditionem moverat: Zwinger. fol. 81. a. Theatr. §. Romæ. Sic Paradiso Adam ejectus tanquam seditiosus & prævaricator, Roman. 5, 12. sequent. Vid. plura Prompt. Allegor. alleg. 927. & aliis. Et commentator in Genes. cap. 3. in C. V. ad Rom. in 1. Tim. 2. in 1. Cor. 15. Lamentatio Adami super miserabili lapsu extat apud Drexelium Tract. I. de æternit. considerat. septima §. 2. cum grano salis legenda.

ADAMAS *v. Cor.*

ADAMITÆ.

Promiscuis connubiis, quæ exercebant, infames. Nudi in speluncis olim omnia communia habebant abusi verbis Dei: Crescite & multiplicamini. Michael Restius libr. 2. de Ungar. gestis. Bonfin. Dec. 3. lib. 2.

ADEPS.

§. 43 Cremandus in hostiis, Levit. 3, 3. cap. 4, 19. cap. 6, 31. cap. 8, 20. & alibi sæpè, notat præstantiam sacrificii pro nobis oblati, quod est Christus dilectus patris filius, Matth. 3, 17. cap. 17, 5. Sicut adeps est inter optimas animalis partes. Ambros. 2. de Cain & Abel. charitatem intelligit cum fide conjunctam ab Abele oblatam. 2. Edere eum, lege olim prohibitum erat, Levit. 3, 17. cap. 7, 23. 3. Symbolum est cujusque rei optimæ: gregis adeps, Genes. 4, 4. vini, olei, Numer. 18, 12. decimarum, Numer. 18, 30. granorum tritici, Deuteronom. 32, 14. frumenti, Psalm. 81, 17. & 147, 14. 4. Felicitatis terrenæ, Psal. 73, 2. præ adipe egressi oculi eorum.

ADHÆRERE BONO, Rom. 12, 21. Deo, fide, spe: *Confer* Deut. 4, 4. v. *Fides.* v. *Pietas.* Psal. 73, 23. adhærere Deo. Psal. 62, 6. adhæsit anima post te.

ADIAPHORA. *v. Ceremoniæ.*

ADJURATIO.

§. 44 Multiplex est. Scholastici dividunt in Deprecativam & Præceptivam. Addere possumus Obtestativam, quâ usus est summus Sacerdos Matth. 26, 63. Marc. 5, 7. 1. Thessal. 5. v. 28. quæ simul præceptiva est, ut 1. Thessal. 5, 27. Marc. 5, 7. Numer. 5, 19. Arguit verò summam impudentiam Pontificis, qui, quicquid demum respondisset Christus, id tamen omne in calumniam vertere voluit. Hieron. in h. l. Matth.

Exempla 1. Sam. 3, 17. Hæc faciat tibi Dominus, Judith. cap. 7, 16. Contestamur hodiè (pertinet ad 2. Præceptum) cœlum & terram, impia adjuratio summi Sacerdotis, Matth. 26, v. 63.

In Baptismo quæ adjuratio.

§. 45 Adjuratio in Baptismo seu Exorcismus est nihil aliud nisi solemnis contestatio de vi Diaboli & gratiâ Regni CHRISTI, non de aliquâ corporali obsessione infantis. V. Exorcismus.

Adjuratio Obligatoria ad præstandum aliquid.

In Abrahami servo Genes. 24, 3. sequent. c. 50, 25. In fratribus Josephi, Gen. 47, 29. In Michæa 1. Reg. 22, 16. in cœco, Joh. 9, 24.

Adjuratio Dæmoniorum) Tho. 2. 2. quæst. 9. artic. 2. Cajetan. ibidem: vide infra Exorcismus, & Act. 19, 13. 14. Est magica & impia. Olim enim Apostoli non nisi de Christi nomine solius Dæmones adjurabant. Adjuratio aliquando quoque est malorum imprecatio, vetita ab Apostolo Rom. 12, 14. quæ nihil est aliud, quam dirarum imprecatio.

ADMIRATIO. *v. Fides f.*

Quid sit?

§. 46 Animi commotio ob res à communi rerum cursu alienas ignoratis caussis, estque fidelis, Johann. 5. vers. 28. Actorum 13. v. 8. Psal. 139. v. 12.

Infidelis. Exod. 7. Magi. Judæi quidam ridentes Christi miracula. Parentes Christi Luc. 2. ob ea, quæ dixit Simeon, quæ angeli ad Pastores dixerant.

ADMONITIO. *v. Correctio.*

Est actus charitatis, quo proximum ad saniorem mentem revocamus. Nulla admonitio est spernenda, Proverb. 19, 25. Quod scribimus, Medicinæ loco sit, si quisquam sibi malè conscius est (inquit Basilius Magnus epist. 76.) qui verò sibi nihil est conscius, hujus, ei sit vice amuleti, quo se præmuniat à vitio. Vid. Tit. Correctio.

Parentes, Ministri, Domini, quorum omnium est monere.

Comparatio.

Similia: ut Medicus novaculam adhibet & infectam carnem rescindit. Ut acie cultri cancer tollitur: sic admonitionib. vitia. Ut superflua mēbra vel carnes tollimus, & abscindi cura-

curamus, quas ab ortu ipso accepimus: Ut diætâ homo se curat ægrotus: vulneribus medicamenta applicamus. Clemens Alexandr. Sic quoque admonitio bona plurima præstat; neglecta correctio mala maxima infert Exemplo Eli, 1. Sam. 2, 27. seq. confer Proverb. 19, 25. Psal. 141, 5.

Requisitum Monitoris.

Admonitor sit benevolo in eum animo, quem reprehendit. Ut speculum homini deformi malum non est, cum febrim, quam non fecit, arguit Medicus; sic correptor commoda præstat, si monenti relinquit locum is, qui lapsus est.

Qualitas Admonitionis.

§. 47 Admonitio sit moderata: 1. hominem non debes exscindere ut plantam: ille enim, non hæc imago Dei est, ad quam subinde revocandus est. 2. Deinde & tu ipse judicaberis aliquando. 3. Cognosce propriam infirmitatem, non festina nimis, ne & id, quod sanum, corrumpatur. 4. Admone, tanquam coram angelis Dei, 1. Tim. 5.

Simile.

Ut ramus arboris modicè & temperatè inflectendus est: sic temperatis monitis homines mitigandi. Gregor. Nazianzenus Orat. in S. Pasch. Sicut & Medici aliquando secant, aliquando vulnera obligant & helleborum temperant adhibendum morbis.

Continuata.

Ut dura inflatio corporis ac morbosa affectio multo tempore contracta repetitis medicamentis abigenda & curanda est: sic animorum vitia longo temporum decursu contracta. Chrysostom. homil. de David. & Saul.

Patiens si monitus reluctetur.

Sicut Medicus nonnunquam vestem sibi ab ægroto lacerari permittit, modò sanetur ægrotus. Sic quoque admonitor nonnunquam molestias concoquat ejus, quem monet, modò animam salvet.

Utilitas Admonitionum.

§. 48 Acuta verba sapientum sunt stimuli, Eccles. 12, 11. quibus animus excitandus, Ephes. 5, 8. ne somno vitiorum penitus indormiscat. Vulnerandus ad lacrymas pœnitentiæ profundendas (2. Sam. 12, 7. vir mortis tu es) homo vitiis immersus.

Salutaris.

Proverb. 27, 6. meliora sunt, osculis fraudulentis inimici, vulnera amici, Ps. 141, 5.

Spe bona fundata.

Ut piscatores retia sæpe jaciunt & agricola semen expectat, postea fructus fert ager: sic quoque pia correctio suo fert tempore fructum: neque enim illud verbum vacuum erit.

Vitia Monitorum (passivo sensu.)

§. 49 Impii moniti scilicet respuunt admonitiones, non sic pii, Proverb. 25, 5. 6. Psalm. 141. v. 5. Ut cœnum, si moveas, maximè fœtet: sic impii tumultuantur correpti à bonis. At piis dictum est: argue sapientem & amabit te, argue stultum & odio habebit te, Proverb. 9. vers. 8.

Simile.

Qui sensu carent in morbis, ii difficulter curantur: verb. grat. Lethargici, phrenetici. Sic quoque ii qui sua vitia non sentiunt. Apocalypſ. 3, 17. Nescis quod sis miser &c. hanc tenebrosam ignoratæ miseriæ noctem pelle Jesu lux nostra, ut, non nisi in Te felices nos esse, toti sentiamus! desideremus semper!

ADOLESCENTIA, V. *Ætas.* §. 50

Juventus.

ADOPTIO.

Notat 1. ipsam arrogationem in filios, quæ Vet. & N. T. fuit. 2. possessionem adoptionis ac veluti hæreditatis traditionem ac immissionem in illam. Sic Gal. 4. v. 4. post mortem filii Dei V. Testamenti Patribus sub jugo existentibus.

Actio gratiosa DEI, quâ ille ob Filium credentes in filios recipit remissis peccatis non naturâ filios (unus enim est naturâ Filius ὁ λόγος) sed gratiâ. Joh. 1, 12. quotquot receperunt eum, &c.

Efficiens summa est Deus, Os. 2, 10. Hebr. 2, 10. Ephes. 1, 5.

Procreans est Christus, Joh. 1, 13. Ephes. 1, 5. in eo namque adoptati sumus, Gal. 4, 5.

Impulsiva interna est Dei Patris nostri philanthropia.

Offerens est promissio universalis remissionis peccatorum.

Promerens Christus, Gal. 4, 4.

Instrumentalis Fides, Gal. 3, 26. non virtus, non dignitas nostra, quam juxta olim fiebat adoptio.

Conferens, Baptismus, sicut olim in Circumcisione filii Judæorum Dei filii reddebantur, Gen. 17, 7. 14.

Obsignans Spiritus S. 2. Cor. 1, 22. Rom. 8, 15. 23. Galat. 4, 6. Ephes. 1, 13. in calamitatibus, martyriis, tentationibus maximè hujus vis elucet.

Materia Object. 1. Judæi sed rejecti, Actor. 13, 45. Rom. 11, 20. qui nobilitatis Autorem rejecerunt, nec voluêre in affinitate Dei permanere. Cyrill. lib. 1. c. 13. in Joh.

2. Acquisitionis sunt omnes homines, Johan. 3, 16.

3. Acceptationis solùm sunt credentes, Rom. 3, 25. Joh. 1, 13. Dedit eis potestatem filios Dei fieri.

Ad materiam quoque meritum Christi referimus.

Forma consistit in ipsâ receptione.

Vinculum Adoptionis ex parte Christi: spiritus ejus, qui nos Deo inserit.

Effecta sunt ut & Finis, Gal. 3, 27. implantatio in genus Abrahami, Rom. 11, 20. Donatio Spiritus S. qui est spiritus Adoptionis. Hæreditatio, liberatio, possessio omnium bonorum. Vid. Gal. 4, 28 Rom. 8, 16. 1. Cor. 2. gloriæ non visæ, non auditæ, Ephes. 2, 13. 14. hæreditas Gal. 3, 29. Rom. 8, 17. 1. Pet. 1, 4. 5. Libertas Roman. 8, 3. V. suo loco: Libertas, ἐξουσία Joh. 1, 12.

§. 51 *Magnum & immensum beneficium. Alleg.*

I. Exod. 2, 10. Filia Pharaonis adoptavit Mosen: Nos non filia Regis terreni, sed filius Regis Regum filios suos fecit. Esth. 2, 7. 15. Mardochai adoptavit Estheram: Ecclesia Christi vera est illa Esthera, quam Dei Filius adoptavit, cœlestis ille Mardochai & protector populi sui. Hinc D. Paulus laudes Judæorum magnificè describens ait, Rom. 9, 4. quorum est adoptio, &c.

II. Eramus naturâ filii iræ, Ephes. 2, 3. & ecce Deus nos fecit vasa gratiæ & filios suos, Roman. 9, 8. 1. Johan. 4, 9. eramus filii Adami primi, adoptione sumus filii Adami secundi, Gen. 5, 3. 1. Cor. 15, 43.

III. Adoptati verè clamamus: Pater noster. Vid. Chrysostomum in Psalm. 150. egregiè hoc explicantem §. Ita enim precation. &c.

§. 52 *Non est perfecta.*

In hâc vitâ incipit in Baptismo: in resurrectione perficitur. August. libro 6. contra Julian. Cap. 5. Id verò de plenâ fruitione bonorum ex adoptione fluentium intelligendum omninò est, Rom. 8, 23.

Est summè digna.

Fieri DEI filium, non hominum, Regis Regum, non Regis mortalis: Jovis filium se esse mendaciter jactitabat Alexand. Magn. Nos veraciter DEI filii sumus, summi illius Jehovæ! Ille vulneratus viso sanguine humanitatem agnovit: nos divinæ naturæ reddimur consortes, 2. Petr. 1, 4. tot mactati beneficiis à Deo patre nostro, Jac. 1, 17.

§. 53 *Officia Adoptatorum.*

I. Agnoscere Dei benevolentiam, Ephes. 2, 3. 1. Johan. 3, 1. & paternum amorem quo nos miseros ad hunc statum evexit.

II. In fide accedere ad hunc patrem, Johann. 1, 13. Ephes. 3, 12. Roman. 3, 23. 24. qui æternam vitam nobis filiis suis paravit, 1. Corinth. 2. Oculus non vidit, auris non audivit.

III. In patientiâ crucem ferre, Hebr. 12, 7. 8.

IV. Sanctè vivere, resectis vitiorum capillis. Olim enim adoptatis præscindebantur capilli. Paulus Diaconus lib. 6. de Gestis Longobardor.

V. Inobedientiam vitare, Deut. 32. vers. 5. 1. Johan. 3, 10.

VI. Nos consolari tantâ Dei gratiâ: pater enim nobis factus est, nostri non obliviscetur, Esa. 49, 15. Jerem. 31, 9. 31. nosque filios suos è pulvere terræ excitabit, Job. 19. vers. 26.

VII. Militare. Olim traditione armorum fiebat adoptio. Vide Cassiodorum libro 4. Pithæum leg. 1. cap. 1. Advers. sic nobis per Christum fortiter pugnandum est contra hostes Dei & nostros. Ephes. 6, 10. sequent. Deo sit honor & virtus in sempiterna secula pro inexhaustâ adoptionis gratiâ in Christo Jesu. Amen.

VIII. Vitare errorem illorum, qui docent, exinde opera bona justorum meritoria esse, quia sint adoptati à Deo, ut L. Lessius opinatur libro XII. de perfectionibus divinis, fol. 121. num. 79. 80. sequent.

Exempla Politicæ adoptionis vide apud Zwinger. fol. 865. Theatri.

ADORATIO. v. Oratio.

Accipitur pro toto cultu, Johan. 4. v. 24. 1. Sam. 1, 3.

ADVENA.

§. 54 Peregrinus, Extraneus, Alienus. Omnes advenæ, Psal. 39, 13.

Causæ peregrinationis Spiritualis quæ sint?

1. Peccati commissio: ob hoc enim Adam paradiso pulsus & exul factus est, Gen. 3, 23.

2. E paradiso expulsio: d. l. Gen. & ejectio è patriâ in mundi exilium.

3. Regni gratiæ ratio: quamdiu in hoc sumus, à Domino peregrinamur, 2. Corinth. 5, 1. 2. seq.

Corporalis peregrinationis Causæ finales.

1. Fidei probatio. Ideò Patriarchæ peregrini & advenæ facti sunt, ut eorum fides probaretur, Actorum 7. v. 5. Exemplo Abrahami.

2. Peccati castigatio: ob peccata enim Deus nos peregrinos facit, Deut. 28, 43. 44. & in peregrinâ terra punit, Jer. 42, 15.

3. E periculis ereptio: è fame, vitæ periculo, Gen. 26, 1. cap. 45, 16. Ruth. 1. v. 1. 1. Reg. 17. v. 7. 2. Reg. 8, 1. Gen. 27, 41. Exod. 2, 15.

§. 55 *Officia erga Advenas.*

Non calumniari Ezech. 22, 7. Advenam calumniati sunt in medio tui. Non contristari Jer. 22, 3. Exod. 22, 21. cap. 23, 9. Levit. 19, 33. 34. Non supprimere *in genere* sicut Isaac suppressus est Genes. 26, 20. Exod. 22, 21. cap. 23, 9. Zachar. 7, 10. *In specie* non in usuris Levit. 25, 35. non in judiciis Levit. 24. v. 22. à pœna, Deut. 27, 19. Jerem. 7, 6. cap. 22, 3. Zachar. 7, 10. Sed amare Levit. 19, 34. Deut. 10, 19. Nutrire per messis reliquias Levit. 19, 9. 10. cap. 23, 22. Deut. 24, 19. seqq. decimas Deut. 14, 28. 29. Honorare: sic Abraham honoratur Gen. 23, 5. Isaac, Gen. 26, 26. Jacob, Gen. 34. v. 6. Ruth. c. 2, 8. peregrini à Gajo 3. Joh. 2. 5. Sepelire, Matth. 27, 7. Judæi emerunt agrum sanguinis pro peregrinis s. advenis.

§. 56 *Virtutes Advenæ.*

1. Reverentia erga superiores & cives loci. Sic Abraham advena se gessit erga Ephronem, Gen. 23, 4. Loth humiliat se coram Sodomitis, Gen. 19, 6. 7.

Concordia, ne sit amans turbarum, Syr. 11, 35.

3. Patientia. Sic Israelitæ in Ægypto advenæ patientiæ studebant & sua mala DEO commendabant, Exod. 3, 7. Deuter. 10. v. 19. Advenam non contristabis & non affliges eum. Sis patiens in æstu crucis, 1. Petr. 4, 12. in frigore deficientis charitatis, Matth. 24, 17.

4. Temperantia; ne plus justo advena indulgeat genio & voluptatibus in alienâ terrâ,

1. Pet. 2, 11. abstinete à carnalibus concupiscentiis, Galat. 5, 17. 1. Cor. 9, 25. Mundus est aliena terra, hanc qui amat, patriam fastidit.

5. Charitas erga socios peregrinationis & benignitas, hoc est, quemvis proximum, cum quo in viâ sumus, Matth. 5, 25.

6. Compassio erga debiles viæ socios exemplo Camelorum.

7. Prudentia, quâ quis ductus manet in viâ vocationis suæ, ne vagetur incertis passibus, 1. Corinth. 7, 20. agnoscit se peregrinum hic esse. Augustinus quæstione 91. in Levitic. Omnis homo advena est nascendo, quoniam compellitur migrare moriendo: omnia aliena esse in mundo, non propria. 1. Tim. 6. Nihil in mundum intulimus.

8. Hospitium tandem mundi, ædium, bonorum successoribus nostris relinquimus, Ps. 49, 18. 19.

9. Paret se ac muniat calceis, baculo, vestibus. Eph. 6. Induite panoplian Dei.

10. Desideret unicè patriam: cor sit in patriâ, pedes in viâ.

11. Flocci pendat, si contemnatur à mundo ceu novercâ, 1. Cor. 4, 13. Joh. 15, 18. si mundus vos odit.

Omnes fideles sunt advenæ.

§. 57 I. Præfigurata hæc peregrinatio in Patriarchis, Abrahamo, Genes. 23, 4. Mose, Exod. 2, 22. Cap. 18, 14. Loth inter Sodomitas exulabat, Genes. 19, 9. sic quoque nos in hac mundi Sodoma, Actor. 7, 29. Moses advena fuit in terra Midian. Jerem. 35, 7. Rechabitæ; Israelitæ in Ægypto, Levit. 19, 34. Deut. 10, 19. Cap. 23, 7.

II. à Sanctis contestata, Ps. 39, 13. Advena sum apud te, 1. Chron. 29, 15. Psal. 69, 9.

III. Eorundem desideriis expressa, Ps. 42, 1. Phil. 1, 23. Ps. 63, 2. 3. Phil. 3, 20. Nostra conversatio est in cœlis. Hebr. 13, 14. Non habemus hic manentem civitatem.

IV. Quotidianis morientium Exemplis confirmata: Per mortem enim quotidie homines transeunt.

Non sunt Advenæ

§. 58 Ratione status Gratiæ, in quem per fidem constituti, Ephes. 2, 19. 1. Ob Christi propinquitatem per incarnationis mysterium, Ephes. 5, 30. Hebr. 2, 16. qua verbum caro factum est, Joh. 1, 14. & Semen David, Rom. 1, 3.

2. Ob Evangelii & mysteriorum revelationem, quâ adhuc gentiles constituti, carebamus: nunc eâ imbuti sumus, Eph. 3, 10.

3. Ob patriæ certitudinem: Habemus enim πολίτευμα nostrum in cœlis, Phil. 3, 20. ibi vera est patria, Hebr. 11, 14. & civitas illa mansura, Hebr. 12, 22.

Solatia pro Advenis.

§. 59 1. Dei cura Ps. 146, 9. Es. 51, 14. pro his eam gerit Deus, Ps. 146, 9. & Ps. 94, 6. Exod. 22, 21. c. 23, 9. Jer. 7, 6. c. 22, 3. Ezech. 22, 7.

2. Patriarcharum Exempla, qui nunquam non peregrinati sunt in hoc mundo & à Deo semper custoditi.

3. Exemplum Christi, qui ipse pro advena habitus est à suis, Psal. 9, 69. peregrinus factus sum.

4. Certus peregrinationis terminus in morte præfixus; hâc enim illam claudimus & ad patriam revertimur, 2. Cor. 5, 6. 7. 8. Phil. 3, 20.

5. Certum in ea habitaculum, fixum, immobile à Christo paratum, Joh. 14. v. 2. 2. Corinth. 5. v. 1. 2.

ADVERSITAS *vid. Tribulatio.*

ADVERSARII. *vide Diabolus. Hostes.*

ADULATIO. quasi *Adaulatio.*

§. 60 1. Est species hypocriseως: confer. Sinceritas, pietas. 2. opponitur Candori.

Adulatio varia.

1. In choro v. Minister 1. Thess. 2, 5. In foro v. Aulici Esth. 3. v. 3. 4. pueri Regis. In thoro cum ad vitia domestica connivemus. Ejusmodi adulator Josephus non fuit; sed liberè fratrum peccata accusavit, Gen. 37, 2. Non sic ille servus Pontificis, Joh. 18, 23. huic adulatus.

Allegoria.

Marc. 6, 24. Convivæ Herodis sanguinolentum Regis consilium sive tacendo sive annuendo probarunt. Viva certè imago adulatorum, qui ventris sui causa omne fas perverterunt. Hujus generis sunt in choro Malach. 2, 8. Ezech. 15, 18. In foro Esa. 5, 20. Ose. 7, 3. 1. Sam. 22, 9. Actor. 25, 9. In thoro Esth. 5, 14. 2. Sam. 1, 15. Sibi ipsis infelices, Prov. 25, 5. Herodes, quô cum discumbunt, Diabolus est, qui cum adulatoribus, ut mendacibus, diem natalem celebrat, ab initio enim in veritate non stetit, Johan. 8, 44. Spiritus ille mendax, 1. Reg. 22, 22. Mundus est Herodias, cujus nutui & petitis adulatoriis respondent, Deo non placent, Gal. 1, 10. adulatores.

Allegoria alia.

Ægyptii Jacobum defunctum luxisse leguntur, non item Josephum: Viva imago adulatorum, qui luxerunt mortuum patrem, ob filium Josephum, Cantic. 4, 2. Sponsæ dentes sicut greges tonsarum quæ veniunt de lavacro: Labia tua sunt sicut vitta coccinea: innuitur mentis puritas & ἀνυποκρισία, adde & oris, quam labia notant. Mens pura & os purum non committunt adulationis flagitium.

Alia.

Mellis usum in sacrificiis Deus vetuit Levit. 2, 11. ita adulatio dulcis hominibus, DEO non placet Galat. 1, 10. imo homines penitus corrumpit, sicut mel nocet aliquando corpori, in bilem versum: sic quoque adulatio languore animas replet. Gregor. homil. 2. sup. Ezech.

Simile.

Adulatio est balsamum inutile, Psal. 141, 5. neque enim vulnera curat, sed potius vulnera infligit, peccatrices animas in malitia confirmat.

Adulatores sunt arbores folia habentes, non fructus. Matth. 21. vers. 19. similes illi ficui, cui CHRISTUS maledixit. Folia sunt blanda verba, quibus frustra teguntur peccata.

Esse-

Effectus.

§. 61 Adulatores (1) reddunt incurabiles peccatores, cum eorum vulnera non revelant; sed tegunt. (2) decipiunt eosdem ut tibicines cervos. (3) sibi ipsi retia tendunt, Prov. 29, 5. (4) alligant homines in peccatis, August. in Psal. 9. Ose. 7. (5) in maleficiis suis lætificant Regem. (6) Corda eorum seducunt, Rom. 16, 18. (7) sese in vitæ aliquando discrimen inducunt 2. Sam. 1. v. 1. 13. seq. (8) Turbant & alios perdunt Prov. 26, 28. (9) Rete illis expandunt, Prov. 29, 5. (10) plurimum nocent: plus nocet lingua adulatoris, quam gladius persecutoris, ait Aug. in Psal. 69. (11) Errorem confirmant. Adulator enim vitia non deprehendit, sed mollibus verbis incrustat, adeoque errorem confirmat. Aug. lib. 2. c. 1. de Trinitate & Gregor. lib. 18. c. 3. moralium. (12) mordent. Sigismundus Imperator Adulatori alapam dedit, qui dixit: Cur me cædis Imperator? Cæsar contra: Cur me mordes Adulator? Æneas Sylvius lib. 2. de gestis Alfonsi.

Similia varia adulatorum ingenia illustrantia.

§. 62 *Adulatores* similes araneis, quæ sunt in domibus Regum & muscas inescant Prov. 30, 28. Sic muscas, hoc est, leves animas adulatores capiunt.

Architriclino, qui primo dat vinum bonum, deinde malum: sic adulatores primo dant vinum bonum adulationis, qui deinde vinum malum suppeditare tandem compelluntur, fascinatis suorum animis.

Adulteratoribus monetæ, Aristot. 9. Ethicorum: Qui fingit se amicum, & non est, pejor est eo, qui fecit falsam monetam.

Ambulatoribus, qui in via plana ambulant cum comitibus, sed in aspera & fragrosa recedunt, abeuntque: Sic adversa sorte tonante recedunt adulatores.

Cauponatoribus veneni: Sic vitiorum venenum propinant iidem.

Coquis, omnia ad gustum coquentibus: Veri autem amici cibos salutares parant. Philo libr. de Josepho.

Canibus, qui Actæona devorant: Sic parasiti suos Dominos, Stobæus Sermon. 12.

Chamæleonti omnem colorem inducenti: sic ad cujusvis mores adulatores sese accommodant.

Heliotropio, quod se ad cursum solis inflectit: sic adulatores ad Regis nutum se totos componunt: Regis ad exemplum totus componitur orbis, ait Poëta.

Hyænæ, quæ vocem hominis imitatur, ut accedentem hominem devoret: sic adulatores blandis te verbis seducunt, seductum expilant vorantque.

Hirundinibus, hyeme infortunii secedentibus: idem faciunt adulatores.

Locustis, Apoc. 9, 3. omnia tondentibus: moxque avolantibus.

Lupis, qui titillando & palpando asinos vorant: voce Alphonsi Regis Arragoniæ.

Laudantibus rudem picturam: & sic error in pectore confirmatur.

Medicus ægroto pessimè consulit, si vulnera non curet Es. 1, 6. Vulnus & plaga tumens &c. sic claudat vulnus ante curationem: sic faciunt adulatores, non curantes vulnera animæ 1. Reg. 22. seq. Zidekiæ exemplo.

Militibus ad fugam paratis: sic ocyus fugiunt adulatores tempore cladis.

Meretricibus, quæ suis amatoribus mentem & prudentiam non optant, licet alia omnia: sic adulatores inopes mentis illos esse optant, quos seducere volunt.

Scarabæis, Nahum. 3, 17. multo nocentiores sunt.

Simiis, horsum pertinet pictura, qua leo pingitur decerpens unguibus simiam. Alexander ab Alexand. lib. 2. imago magistratus simias adulatores non ferentis, erat imago cum ἐπιγραφῇ SIC EGO MORS! Simiæ sunt non laborantes, sed ludentes: Sic adulator.

Sepulchro dealbato, huic adulatorem comparabat Diogenes Cynicus.

Tibicinibus, cantu decipientibus cervos: Hieroglyphicum Ægyptiorum. *Orus* pag. 876. pingebat corvum, coram quo citharœdus stabat.

Vermibus triticum vacuum relinquentibus: sic adulatores divites, factos pauperes, mox destituunt.

Venatoribus sibilo feram allicientibus, ut in illam jaculum eò certius dirigant.

Umbris quæ semper nos sequuntur: sic adulatores umbræ solum sunt.

Corvis eruentibus animali oculis: Mentis tibi oculos eruit sycophanta.

Feræ pestilenti locustæ. Gregor. lib. 30. c. 20. Moralium.

Scorpioni ore lingenti, cauda pungenti. Gregor. M. in c. 9. Ezech.

Os nectar promit, mens aconita vomit.

Api mel in ore, aculeum in cauda gestanti.

Similes ei, qui manu altera panem, alterâ lapidem ostendit, imò Proteo, qui se in mille figuras conformare solebat. Polypo; (D. Basilio) qui se ad colorem subjecti soli conformabat.

Delphinis, qui homines natantes sequuntur: In sicco autem constitutos relinquunt. Hîc illud Poëtæ meritò obtinet locum:

Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Canibus vulnera lingentibus, Gregor. hom. 42. in Evangelia.

Pesti, animam vulneranti.

Vermibus cuncta peredentibus similes sunt Sycophantæ. Eosdem feris humano generi pestilentissimis Plato in Phædro comparat. Confer Stob. Serm. 12.

Pictoribus, qui vanas umbras pingunt: Sic adula-

adulator vanus est in cogitationibus, vanior in consiliis, vanissimus in periculis.

Canibus Actæonis, qui dominum suum devorabant; ita assentatores evadunt suorum Dominorum persecutores, plerumque & dilaniatores. Johanni Dantisco, Episcopo Worm. adscribit hoc simile Phil. Camerarius in horis subcisiv.

§. 63 *Remedia Adulatoribus opponenda.*

1. Suppliciorum adulatoribus oppositorum consideratio, Es. 5, 20. Prov. 17, 15. Cap. 24, 25. Jer. 9, 8. 9.

2. Turpitudinis vitii hujus consideratio. Vide Chrys. hom. 2. de Davide & Saule. Aug. in Psalm. 134. insanit qui laudat, quod non est bonum.

3. Exemplorum eorum, qui veritati studuerunt, pensiculatio, Matth. 11, 11. c. 22, 16.

4. Prudentia quoque in adulatoribus cavendis est adhibenda, Prov. 11, 10.

5. Væ illud Prophetæ considerandum, Ezech. 13, 18. Væ his, qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus. Vid. Greg. lib. 18. c. 3. Moral.

6. Pœna adulatorum Syr. 19, 20. 22. Jacob. 3, 15. Prov. 3, 32. Psal. 5, 7. Psal. 55, 24.

7. Turpitudo: pejorem corvo adulatorem dicebat Antisthenes.

8. Exemplum Alexandri Severi Imperatoris, qui non aliis voluit verbis salutari quam his: Salve Imperator. Ælius Lamprid. in vita ejus.

9. Damnum: qui audit adulatores, crura dat frangenda supplantantibus & sui amore ac confidentia sese occæcat; qui rectius faceret, si propriam sibi imperfectionem ob oculos poneret. Imò ex adulatione oriuntur infiniti hominum errores & peccata in vitâ.

§. 64 *Adulatio fugienda.*

Ps. 12, 4. Dominus disperdet labia.

Pœnæ Adulatorum.

1. Odium hominum. 2. Eorundem fastidium. 3. Febris & conniventia ad aliena peccata, Syr. 41, 31. 32.

Apophthegmata.

Diogenes Cynicus duo animalia pessima dicebat: Adulatorem & Tyrannum. Idem: Adulator est sepulchrum, cui amici nomen inscriptum est; intus verò nihil est nisi fœtor, fovea & interitus. Tales adulatores erant in populo DEI, Thren. 2, 14. Ezech. 13, 18.

Alexander M. Philosophum adulatorem à se rejecit, dicens: aut non observasti, aut dissimulasti.

Idem vulneratus sagittâ in obsidione urbis cujusdam, viso sanguine suo largiter effluente, dixit: Omnes jurant, me filium Jovis esse, sed hoc vulnus clamat, me hominem esse: Notabat tacite adulatorum fraudes & impudentiam, Seneca Epist. 45. recensente. Recte autor operis imperfecti in Matth. hom. 27. Sapiens cum laudatur in fari, flagellatur in corde. August. in Psalm. 69. Plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris.

Osores adulationum: David, 2. Sam. 1, 15.

Cæsar Tiberius omnes adulationes aversatus est. Jovianus Imperator adulatores non DEUM, sed purpuram colere dixit; & Euripo similes esse, Socrates lib. 3. c. 21. tineas & sorices palatii esse censuit Constantinus, Niceph. lib. 8. c. 54.

Diogenis dictum: Melius est incidere in κόρακας (corvos) quam κόλακας (adulatores.)

Exempla Adulatorum. §. 65

Act. 12. Populus ille adulatoriâ voce Herodi acclamans. Hoc vitio olim celebres fuere Siculi, teste Curtio: & Cypriæ mulieres quædam Climacides dictæ sunt, quæ uxoribus Regum currum ascensuris gradum sternebant acclinata tanquam dorsorum suorum scala. Vide Cœlium Rhodig. lib. 20. c. 33. Antiq. Lection.

Tempore Demetrii Regis populus Atheniensium valde adulatorius fuit. Athenæus lib. 6. Tempore Hieronymi res eò devenerat, ut qui adulari nollet, superbus putaretur, Epistola ad Cælantiam. Gregorius M. in c. 9. Ezech. lib. 1. sui seculi adulatores scorpiones vocabat, quod palpando incederent & caudâ ferirent. conf. prompt. Exempl. ad 8. præcept. fol. 518.

ADULLA.

Spelunca 1. Sam. 22, 1. 1. Chron. 11, 7. Jos. 12, 15. c. 15, 35. Nehem. 11, 30.

ADVOCATUS, *Paracletus.* §. 66

(Notatio) dicitur eò quod advocetur in causa coram Judice, officii alicujus subeundi ergò, vel patrocinii. Vocabular. Juris in h. V. Ulpian. ff. de postuland. §. 1. Leg. Puto autem &c. Patronus causas orat: Advocatus protegit. C. Salmasius observ. ad Jus Attic. & Roman. cap. ult.

Christus advocatus intercessionis, Rom. 8. interpellat pro nobis v. 34. Spiritus S. advocatio sit qui clamat ad DEUM pro nobis, Rom. 8. v. 26. id est facit nos clamare, devotionem in nobis excitat, & gemere nos facit. Aug. de Genes. contr. Manichæos lib. 1. c. 22. Non (ait) Spiritus S. gemit, quasi indigeat, aut angustias patiatur, sed quia nos movet ad orandum cum gemimus. Eodem modo explicat Epist. 105. lib. de Trin. & Unit. c. 3. & alibi sæpe.

Cæterùm Advocati officium est non servire stulto in causa injusta, Syr. 4, 32. sed fateri verum ad mortem usque.

Actus necessarii Advocato. §. 67

I. Totam causam cum circumstantiis probè scire & rectè considerare posse, ut eò melius ambigua causarum facta dirimere possit.

II. Mediis instructum esse ad promovendam causam.

III. Optimo affectu in Clientem esse, ut eum regat consilio, mulceat solatio, de necessariis moneat.

IV. Eundemque tueri, proque eo dicere vindicias.

Virtutes præcipuæ Advocati.

1. Misericordia erga res afflictas Clientis: Ejusmodi Advocatus fuit Moses, qui fratrem oppressum liberavit, Exod. 2, 11. 12.

2. Justitia: ut sit immobilis instar lapidis quadrati & columnæ rectæ, ut ne hominum favore vel donis frangatur, vel metu concu-

concutiatur, aut muneribus inflectatur, ut olim Tribonianus. Vide Suidam in h. voce col. 987.

Justi: ut causas justas defendant; sic Exod. 23, 4. præcipit Dominus etiam, ut vel inimici asinus reducatur etiam pauperis; non injustas, 2. Chron. 19. Impio præbes auxilium &c. Injusti sunt, qui 1. colludunt cum altera parte; 2. causas protrahunt & dilatant; 3. munera accipiunt; 4. Injusta intentione, & cum contentione causas suscipiunt.

3. Humanitate, quâ se gratum reddat Judici, & causæ favorem addat.

4. Liberalitate, ut nonnunquam in Clientis salutem sumtus faciat.

5. Fidelitate, quam probat Clientibus assidua nempe causæ expositione & oratione interpretativa. Ita cælestis noster Advocatus Christus suas cicatrices, suaque vulnera ostendit DEO Patri, 1. Joh. 2, 1. 2. Deinde pro nobis jugiter interpellat, Hebr. 7, 25. c. 9, 12. Joh. 14, 16. Rom. 8, 34.

Non sint canes litigantes. Hinc veteres forensem eloquentiam nuncupabant caninam facundiam, Isiodor. lib. 3. c. 6. de summo bono c. 3. q. 7. c. infames. Advocatus non probrosis verbis, sed ratione debet litigare. Judex illa eadem in judicio non debet admittere. Aristot. 2. Rhetor.

Bernhardus Consider. libro ad Eugen. Verbosus Advocatus aut rumpetur aut loquetur. Origenes in Exod. 8. Ranæ (ait) signant clamorosas Advocatorum allegationes. Non avari, qui non merita causarum, sed munera attendunt & ab his trahuntur.

§. 68 *Advocati falsi.*

1. Sunt Sancti, quos pro advocatis habent Pontificii. Vide nostrum Chemnit. in Concil. Trid. D. Garth. de invocatione Sanctorum contra Becanum & sexcentos alios. Equidem Marovia dicitur Evæ Advocata apud Irenæum lib. 4. c. 19. Sed hæc vox notat consolationem, non intercessionem. Eodem sensu hanc phrasin Tertullianus usurpat, lib. 4. c. 14. adv. Marcionem. Advocare languentes, hoc est, consolari. Sic lib. 4. c. 15. Recepistis advocationem vestram, h. est, solatium, è Luc. 6. Et lib. 1. c. 16. advers. eundem: advocationem dixit scripturæ consolationem.

2. Ii qui munera magis captant quam causas, hoc est, quibus fas omne auro est venale, ut jam de Triboniano dictum est. Demosthenes olim dixit: Causidicorum lingua damnifica est, nisi eam funibus argenteis vincas.

ADVENTUS DOMINI. *Vide Christus ad judicium: vide judicium.*

ADULTERIUM.

§. 69 I. Spirituale, est cordis, quando quis creaturas pro DEO amat, Augustin. homil. 38. inter. 50. è Psalm. 73. Fornicantes, Ose. 4, 18. Fornicati sunt, &c. Confer. Jerem. 23. vers. 12. 15. cap. 13, 27. cap. 3. vers. 9. 10. 12. 14. Es. 57, 3. 8. Matth. 12, 39. cap. 16, 4. Marc. 8, 38. Ose. 7, 4. Ezech. 22, 43. Ose. 2, 2. Jerem. 9, 2. Jacob. 4, 4. Oecumenius hic intelligit eos, qui 1. divinam scripturam constuprant, eaque ad suam voluntatem abutuntur. 2. qui solum auditoribus placere student, Hieron. in 2. Corinth. 2. quales erant Pseudo-apostoli, legem & Evangelium miscentes, nempe vinum & aquam, ut Es. 1, 1. 3. qui mundo adhærent & DEUM deserunt, per peccatum à DEO aversi, spirituale adulterium committunt. Gratis cole DEUM, ut ipsum accipias, inquit Augustin. libr. 50. homil. 307. Sit tibi bonum adhærere DEO, Psalm. 73, 23. Sit tibi abominabile, à vero Patre, vero fratre, summo sponso, summo bono desciscere, magnam Domini cœnam ac nuptias, ac amorem, quo te ambit, spernere.

§. 70 II. Corporale, quod thori alieni violatione committitur. Fugiendum 1. ob interdictum DEI, Exod. 20, 14. Deut. 5, 8. Levit. 8, 20. Prov. 7, 5. 6. 10. 22. 23. Syr. 23, 25. 2. abominationem & iram ejusdem, Gen. 20, 3. 3. suppliciorum varietatem, 2. Sam. 12. vers. 1. 9. 10. 11. Jerem. 5, 8. Ezech. 33, 26. Mal. 3, 5. Ad illa spectat pœna capitalis, vid. infra. 4. Adulterii gravitatem: Pejus enim furto vitium est, Prov. 6, 30.

Adulter 1. uxorem contemnit. 2. In cœno scorti se volutat. 3. serit quod metere non audet. 4. Si metat, sibi dedecori est. 5. Semini suo injuriam infert. 6. Post mortem non cessat ignominia adulterii in spurio filio. 7. Ager etiam corrumpit fructum, cum scortum fit homicida. 8. Donum DEI ignominia afficitur (ut, conceptus ipse.) 9. Promptuarium generationis facis promptuarium occisionis. 10. Instruis mulierem ad cædem & mortem puerorum, quæ nata est ad generationem. 11. Cumulat hæc cædes ignem in caput scortatoris. 12. Aliquando partus expelluntur, Chrysost. hom. 24. in Rom. 13.

§. 71 *Modi committendi adulterium.*

Cum solutus rem habet cum conjugata: conjugatus cum conjugata, Matth. 5, 32. c. 19, 9. Luc. 16, 18. Rom. 7. v. 3. Paulus ita explicat: Si mulier sit apud alium, nempe suum deserens maritum, sive clam sive apertè. Nam 1. Matth. 19, 9. indefinitè dicit Christus: Quæcunque &c. Ergo omnis thorum alienum maculans, adulterii crimine se polluit. 2. à testim. juris Canonici C. non *mœchaberis*: ubi ita: Adulterium facit, qui præter suam ad alteram accedit. Pluribus hanc thesin defendit D. Thumm. p. 454. 455. seqq. Explic. Decalogi.

Cum quis vel quæ suum corpus alii præter conjugem prostituat. Vide Augustin. de Serm. Domini in morte.

§. 72 *Adulterium gravius peccatum est homicidio.*

1. Quia duo delinquentes in DEI legem concurrunt. At in homicidio unus solùm. 2. De homicidio potest transigi per L. 18. transigere. At non de adulterio ob favorem castitatis & matrimo-

trimonii. 3. Pro vindicando adulterium homicidium admittitur l. marito 24. l. nihil 32. ff. ad legem Juliam. confer cap. 22. q. 7. cap. Quid in omnibus.

Mala ex adulterio.

1. Honor matrimonii & liberorum fama turbatur, Novell. 22. in princ.

2. Læditur fama propria, quæ ipsa vita charior est.

3. Derisio. 4. Liberorum infamia & derisio.

5. Odium mariti in adulteram. 6. Detestantur adulterium etiam leones, Plin. lib. 16. cap. 3. & maritus non vindicans adulterium leno habetur, &c. Pœnâ legis Juliæ tenetur.

7. Periculum incestus, in quod facilè adulter incidere potest.

8. Discordia inter fratres & cum patre putativo. Vide Nevizanum lib. 1. sylvarum nuptialium & Prompt. Exemplor. fol. 394. seq.

§. 73 *Pœna adulterii gravis &*

Capitalis est, Deut. 22. v. 22. Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, adulter & adultera, Levit. 20, 10. morte moriantur, Ezech. 16, 38. c. 23. vers. 45. Gen. 39, 7. Job. 31, 9. Prov. 2, 18. Hebr. 13, 4. conf. Prov. 6, 29. 23. 35. c. 7, 5. 7. 25.

In Palatinatu anno 1582. lex constituta, ut mas adulter gladio, fœmina verò immersione in aquam puniatur.

Elector Saxoniæ Augustus anno dicto statuit, ut mas & fœmina pariter gladio puniantur; quod si mulier soluta sit, virgis cæsa relegari jubetur.

Quidam Theologi censent, posse à magistratu leges quasdam Mosis, de furtis, de adulterii pœnis, in usum revocari. D. Haffenreff. L. C. de lege DEI. Erasmus Marbach. super 21. Exod.

Ferredius Rex olim nummum cudi jussit, in cujus facie prima securis, alterâ duo capita sub uno collo fusa, supplicium utrique minitans. Cœlius Rhodig. lib. 10. c. 2. fol. 355. Ant. Lection. Idem flagitium Arabes capite, Ægyptii nasi mulieris præcisione, Locrenses oculorum effossione, Laciadæ ignominiis circa pudenda, Germani fustigatione nudæ mulieris in conspectu cognatorum & crinium decurtatione puniebant, Cortinæi infamia, Crotoniatæ vivicombustione. Conf. P. Martyr. in 2. Sam. 12.

In Cretæ civitate Gortinâ corona ex lana adulteris deprehensis imposita olim & ab omni functione pulsi sunt, Ælianus libr. 12. var. histor.

Sophocles in Electra recenset, quod conjunx & frater patruelis Agamemnonem, Orestes verò matrem & adulterum interfecerit. Deinde secuti sunt furores & exilia Orestis & patrii regni perturbationes.

Adulteros & -ras Macrinus Imperator vivos simul injectis corporibus incendisse & combussisse Julius Capitolin. refert. At Seleucus utrique alterum oculum erui jussit, sibi unum, filio alterum adultero eruit.

Papa dispensat in adulterio cum clericis: Extra de judiciis cap. 4. §. de Adulter. & aliis criminibus minoribus; Episcopus potest cum Clericis post pœnitentiam dispensare.

Adulterorum exempla.

Julius Cæsar cum plurimis uxoribus sese polluit. Augustus Cæsar ante nuptias Liviam impraegnavit, Sveton. lib. 2.

Antonius, relictâ uxore Octavia, cum Cleopatra consvevit, Plutarch. Salustius Historicus in adulterio deprehensus verberibus benè mulctatus est, Varro apud Gellium.

Alexander Medices gener Caroli V. Jovius in vitis Illustr. Viror. Adulterarum blanditiæ, Proverb. 7. v. 7. 8. 9. sequent. Plura vide apud Meiger. libr. 4. cap. 12. 13. Nuclei.

ÆDIFICATIO. §. 74

Ædificare domos desolatas, beneficium est, Amos. 9, 14. Ædificatio nostri urgenda, Hag. 1, 2. Tempus ædificandæ domus DEI nondum venerat, at nos templum DEI sumus, 1. Cor. 3, 6. Tempus ut ædificetur, 2. Cor. 6, 7. Psalm. 95, 8. hodie enim dies salutis est, & nox præteriit, Roman. 13, 12. in die ambulemus & lucem sequamur, Joh. 12, 35.

Ecclesia, Ædificium.

Ædificium spirituale est Ecclesia (Allegor. 1432. in promptuar. Allegor. 499. ibid.) admirabile, divinum, pulcherrimum, perpetuum.

Quotuplices Ædificatores.

Ædificatorum duo sunt genera: 1. Mali, de quibus Roman. 16, 17. Phil. 3, 2. 3. 2. Boni, sunt ministri fidi & sinceri, V. Ministerium, & frugi Christiani, proximum doctrina & vitâ ædificantes, 2. Thessal. 5, 11. 1. Corinth. 8, 1. 10.

Triplex Ædificatio. §. 75

1. Temporalis, Jer. 22, 13. Væ qui ædificat domum suam! Dan. 4, 27. Nonne est ista Babel? Gen. 11, 5. ædificarunt turrim. Frustranea est nisi Dominus, Ps. 127, 1. Job. 27, 18. ædificavit sicut tinea domum suam. Sit moderata. Bernhardus ad Nobilem quendam: *Turris* completa & arca evacuata tardè hominem faciunt sapientem.

2. Spiritualis: cùm quis seipsum ædificat ad salutem æternam. (a) in templum Domino, Ephes. 2, 21. vivi lapides sunt fideles, 1. Petr. 2, 5. malleo divini verbi cædendi, cruce poliendi, lege dolandi, glutine spiritus & charitatis compingendi. Apes primò omnium pro Rege suo domum ædificant: sic nos pro Christo paremus cor, Joh. 14, 23. (b) justo modo: Nam in ædificiis extruendis oportet laborare, onera portare, materias congerere: Sic ad spiritualem ædificationem requiritur labor animæ, Psalm. 6. vers. 4. Matth. 11. v. 29. onus & jugum crucis & materia omnium virtutum,

Phil. 1.

Phil. 1, 11. Impleti fructibus justitiæ: Inter hos fides primò est, Christum fundamentum amplectens, Ephes. 2, 20. Ædificati super fundamento, &c. Spes est tectum adversus ingruentes procellas, Matth. 7, 25. Cæmentum est charitas, quâ arca Ecclesiæ compingitur, Coloss. 3, 14. Vinculum perfectionis. Lapides significant constantiam & perseverantiam. Clavi crucem notant. Ligna reliquos pios ceu arbores justitiæ, Es. 60, 21.

3. Æterna ædificatio est vita æterna ejusque gloria, 2. Cor. 5, 1. seq. Hæc est illa æterna civitas, Hebr. 12, 22. longa, lata, alta, gloriosa, *v. vita æterna.*

§. 76 *Ædificationi opponitur destructio.*

Destruunt ergò templum Domini 1. Hæretici & falsi doctores, Prov. 14, 1. Sicut mala mulier destruit domum; sapiens verò ædificat. 2. Tyranni & persecutores: sic Saul destruxit vineam Domini, Act. 9, 4. Saul, Saul, quid persequeris me? 3. Virtutum Christianarum osores: Hi enim destruunt ædificium Ecclesiæ scandalosâ vitâ, 2. Samuel. 12, 14. *blasphemare fecisti* nomen Domini. Huc spectant ministri, qui suâ potestate ad destructionem utuntur, 2. Cor. 10, 8. ut olim & adhuc Pontifices.

Ædificatio Christianorum.

I. *Mutua* est in charitate, 1. Cor. 8, 1. in prudente tolerantia, 1. Cor. 10, 23. in consolatione, 1. Thess. 5, 11. in auxiliatione mutua, Ephes. 4, 15. 16. qualis intercedere solet inter membra intimè conjuncta. II. *Solida*, quia in Petra ædificant, Matth. 7. v. 24. ne per tentationem evertantur, Augustinus Tom. 8. col. 1169. a.

III. Successiva est: Nam de die in diem crescit nostri ædificatio, Eph. 2. v. ult. sicut infantes, donec in virum perfectum evadamus, Eph. 4, 13.

Pulchra ædificia. V. Meiger. p. 236. Nuclei historiar.

ÆGRITUDO. *Vide Morbus.*

ÆGYPTUS.

§. 77 Dicitur fornax ferrea, Jerem. 11. v. 4. è quâ educti Israelitæ non sine miraculo, Esai. 51. vers. 11.

Ægyptus I. Figura mundi, *v.* prompt. Alleg. alleg. 401. II. Inferni, applica all. d. per term. positas & analogias ibidem recensitas III. status peccati vel pœnitentiæ, qui debet esse conjunctus cum gemitu, Ps. 6. v. 7. cum meditatione oneris peccati, Ps. 38, 5. & caloris iræ DEI, Jer. 4, 4. Sicut in Ægypto magnus calor est solis & multæ aquæ in Ægypto: sic lacrymarum flumina in pœnitente, Ps. 6, 7. Luc. 7, 44. Matth. 26. vers. 75. & sensus calidæ iræ DEI in corde, Thren. 1. v. 13. IV. Fragilitatis hominum, Esa. 31, 3. Ægyptus homo, & non DEUS: potentia dissipabitur Ægypti: in ea igitur fiducia locanda non est. V. Exilii hujus vitæ: ut enim in Ægypto calore fervente, societate iniquâ & anxietate summâ Israelitæ premebantur, Exod. 3, 7. ita & nos in hoc mundo premimur æstu crucis, 1. Petr. 4, 12. sociis iniquissimis, Psal. 35, 14. Psal. 120. v. 6. 7. Ezech. 2. v. 6. & variis anxietatibus, Psal. 94, 19. VI. Satanæ crudelitatis: in Ægypto venenata & sæva sunt animalia, serpentes, crocodili, hippopotami. Sic varia animalia sunt in mundo, Ezech. 2, 6. inter quæ latitandum: Satanas est serpens, crocodilus: mali homines basilisci, invidiâ pleni. VII. Mundi captivitatis: Ægyptus à mari circumdata & desertis inaccessis cincta: ita nos in mundo, mari tribulationum & deserto tentationum cincti sumus, Hebr. 12. v. 1. Job. 7, 1. 2. Cor. 6, 8. 9. 10. Et ut in Ægypto plagæ multæ, sic quoque plurimæ piorum calamitates in hoc mundo, Joh. 16, 20. Act. 14, 22. & plagæ, Ps. 38, 18. & 73, 14. VIII. Mundi fraudulentiæ & hostilitatis: Ægyptus enim vel inimica Israelis fuit, vel inani eam spe auxilii lactavit, Jer. 57. v. 7. 8. 9. 10. sic mundus piorum inimicus, Joh. 15, 18. c. 16, 33. & vana spe nos lactat, 1. Cor. 7, 31. præterit figura hujus mundi. IX. Piscium nutritionis & aliorum animalium, in turbidis Nili aquis nutriuntur crocodili & aliæ bestiæ: Sic in turbidis mundi sapientiæ aquis infideles & malitiosi nutriuntur, 1. Cor. 1, 18. 19. seq. & suâ culpâ submerguntur, 1. Tim. 6, 9. 10.

Odium Ægyptiorum.

§. 78 Detestantur pastores, quia hi edunt oves, quas illi pro Diis habent, Exod. 8, 26. Corn. à Lapide in h. l. Quid mirum, si hodie mundani Ægyptii veros pastores plus quàm Vatiniano odio prosequuntur, qui mundi tricipitem DEUM, honores puta, divitias & voluptates, abjiciendum & pro nihilo ducendum esse monent? (Idololatria) *Adorarunt* vitulum circa Josephi sepulchrum, Augusť. tom. 3. col. 719. b. 7. currus eorum submersi: Visos esse in litore ac in profundo, testatur Paulus Orosius lib. 1. c. 10. Historiar. §. Tractus curruum.

Ægyptii cur presserint Israelitas? v. Judæus.

ÆMULATIO, *v. Zelus*, *invidia.*

ÆNEUS serpens, *v. Christus*, prompt. Alleg. 464.

ÆNIGMA, *v. Parabola.*

ÆQUANIMITAS, *v. Constantia.*

ÆQUITAS, *v. Justitia.*

ÆQUIVOCATIO, *v. Hypocrisis.*

AER.

Magnum DEI donum. August. Tom. 1. c. 817. c. infinitum esse, dixit Anaximenes. Idem lib. 8. c. 2. de civit. DEI: præbet animalibus materiam procreandorum spirituum, avibus domicilium, vaporibus locum, evectionis nostri ad Christum monimentum, 1. Thess. 4.

ÆS TINNIENS, Æneus, Æreus.

§. 79 1. Cor. 13, 1. Sunt ei similes ii, qui donis DEI utuntur, non ad illius gloriam, contra D. Pauli monitum, 1. Cor. 10, 31.

(1) Cleanthes Philosophus de Peripateticis dicebat, eos lyris similes esse, benè quæ sonarent, se ipsas verò non audirent. His Peripateticis annon plurimi sunt similes? multum crepant scientiæ, se ipsos in con-

conſcientia non audiunt, 1.Tim. 4, 2. cauteriatam habentes conſcientiam.

(2) Cymbala aliis proſunt, ſibi ipſis nihil: Seſe enim crebrò tinniendo corrumpunt. Germ. die Glocken läuten andere zur Kirchen/ kommen ſelbſt nicht hinein. Sic multi alios ſæpè ædificant, ſeipſos non: alios docent, ſeipſos negligunt, Rom. 2, 17. ſeq.

(3) Niſi arte pulſentur æra, modi nihil ſunt: ita quoque niſi omnia ad utilitatem proximi referas, fruſtra es, æs tinniens es.

§.80 *Ærei aliàs pii ſunt & eſſe debent.*

1. Fortitudine officii, Jer. 1, 9. 17. ut ne cedamus malis; ſed contra audentiores eamus, Jer. 15, 20.

2. Gratiarum actione ſonori, Pſalm. 1, 3. 1. 2. 3. ſicut æs pulſatum ſonat.

3. Aſſiduitate in bene operando, Pſ. 18, 35. poſuiſti ut arcum æreum, &c.

4. Concupiſcentiæ refrenatione: Sicut olim in æneo altari hoſtiæ crematæ, Exod. 38, 30. ſic mala concupiſcentia igne timoris divini cremanda eſt & crucifigenda, Gal. 5, 24. in corde tuo igne ſpiritus S. Ut æs à corruptione ſervat; (P. Camer. lib. 1. c. 14. hor. ſubciſ.) ſic fides corda.

5. Incorruptibilitate Fidei.

Æris natura monet nos de officiis pietatis.

§. 81 Æs à rubigine ſervatur I. oleo: ſic humilitate & clementiâ quotidie ſe inungant pii, Col. 3, 12. induite viſcera miſerationum: oleo charitatis inungant proximum, Luc. 10. v. 34. oleo manſuetudinis.

II. Arenâ, ſi eâ æs teratur: ſic lege DEI terenda eſt quotidie pœnitentia in corde pii, ut homo ſplendeat fructibus fidei & juſtitiæ, Matth. 3, 7. Phil. 1, 11. 12.

III. Deauratione: Sic cor fidelis hominis verâ fide veraque ſapientiâ deauratur & fulgidum redditur, ut fides ſcilicet ſplendeat, 1. Pet. 1, 7.

Cœlum æneum.

§. 82 Hoc eſt, ſterile & ſiccum; peccati pœna eſt, Deut. 28, 23. Levit. 26, 19. cùm homines ænei ſunt ferreique obſtinati in malis & ad omnem divinæ iræ ſenſum obdurati, Eſ. 48, 4. Jerem. 6, 28.

Peccatoris ærea vincula.

Dan. 4, 12. alligetur vinculo ferreo & æreo pœna elati Regis. Major erit pœna eorum, qui vinculis inferni aliquando vincientur, Matth. 22, 13. illius Regis vincula ſoluta tandem ſunt, Dan. 4, 20. Damnatorum vero nunquam, 2. Theſſ. 1, 7. 9. non exibunt carcere, Matth. 5. v. 26. vermis eorum non morietur, ignis non extinguetur, Eſ. 66. v. ult. At peccatorum vincula ebrietatem ſpiritualem pariunt, 2. Tim. 2. v. ult.

ÆSTAS, pro ipſo tempore æſtivo, ſicco, calido, Pſ. 32, 4. Gen. 8, 22. & fructibus æſtatis, Jerem. 48, 32.

§. 83 ÆTAS HOMINUM, (varia.) *vid.* Macrob. lib. 1. c. 6. in ſomnium Scipionis.

Prima ætas ſeſe neſcit, 1. Cor. 13, 11. Secunda ludendo perit, Matth. 11, 16. Tertia laboribus fatigatur, Syr. 38. per tot. Quarta ſenectute & morte premitur, Syr. 41, 32. c. 42, 2. Longævitatis cauſa non aſtra, non labor & educatio præcipuè, ſed DEI providentia, Pſ. 39, 6. Pſ. 90. v. Vita hominis.

Septem gradus ætatis humanæ.

Infantia, pueritia, adoleſcentia, juventus, ſenectus, ſenium, decrepitas. Alii tamen quinque ſolum recenſent. Chryſoſtom. Tom. 1. homil. de Jephte ſex ætatis gradus recenſet, eoſque mundo applicat, quem vide.

Quid ſunt illi gradus ætatis?

Ætatis variæ ſunt gradus velut mortalitatis ſcalæ & puncta: Infantiæ mors eſt juventus, hujus virilis ætas, tandem ſenectus morti manum quaſi præbet.

Signa ætatis perfectæ.

Sunt tria præcipuè. 1. Plenitudo ſenſuum. 2. Vigor & robur juſtum. 3. Officium & munia quæ gerimus: ſic qui ſpiritualem ætatem, eamque perfectam habere volunt, habeant ſenſus ſpiritualis plenitudinem, vigeant ſpiritu & robore, Eph. 3, 17. 18. Eſ. 40, 31. expleant officia ſua ſedulitate, ut fideles œconomi inveniantur, 1. Cor. 4. v. 1. 2.

Quæ ætas apta?

§. 84 Omnis ætas DEI regno apta, Apoc. 20, 12. vidi magnos & parvos, Ambroſ. Tom. 3. in 15. Luc. Nulla igitur ætas à regno DEI arceatur. Infantes verò quales Chriſtiani? R.

I. Infantes eſſe debemus verecundiâ & humilitate, Matth. 18, 4. Niſi converſi fueritis, &c. Deſiderio & charitate 1. Petr. 2, 2. quaſi modo geniti.

II. Pueri innocentia & pietate, Matth. 18. d. l. Oſ. 11, 1. puer Iſrael & dilexi eum.

III. Adoleſcentiâ, perſeverantiâ & continuitate, conf. Pſ. 103, 5. Eſai. 40, 31. Luc. 7, 14. adoleſcens tibi dico, ſurge: ſic omnes ſurgere jubemur, Rom. 13, 12. Eph. 5, 14. omnes in virum perfectum adoleſcere, Eph. 4, 13. 14. Non abolebitur ſexus fœmineus, contra eos, quos notat Auguſtin. lib. 22. cap. 17. de civ. DEI; ſed notatur fidei perfectio in Chriſto, ſignificata voce viri, quæ notat perfectionem, ut vox pueri imperfectionem.

IV. Senes prudentiæ & judicii maturitate. Non ſimus pueri, Eph. 4, 14. plura vide JUVENTUS. INFANTES v. Senectus. Ætas ætatis mors eſt, Auguſtin. tom. 8. col. 1495. c. d. in Pſalm.

ÆTERNITAS. *v. Vita æterna.*

ÆTHIOPS.

Æthiopes Iſraëliti dicti ob peccata grandia, Amos. 9, 7. Luther. in margine.

Affabilitas in genere.

Sermo non ſit moleſtus, qualis eſt ſtultorum (affabilitas & converſatio in ſermon.) Syr. 21, 19. *vid.* Humanitas: item, Magiſtratus ſit affabilis. *vid.* Magiſtratus.

AFFECTUS.

§. 85 Hieroglyphic.) Affectus Symbolum vir armatus ſagittans, Orus p. 49. ut enim ſagittarius

rius arcum intendit ad scopum: ita affectus hominis in sua objecta dirigitur. *Affectum* esse erga DEUM. *v. Pietas.* Sic esse affectum ut Christus, Philip. 2, 5. *v. Humilitas.*

Affectus boni.

Sunt spirituales nostræ pennæ, scalæ, pedes, alæ, quibus ad Deum pervenimus, Augustin. Tom. 8. c. 327. c. si sint in cœlum intenti, cœlum desiderent, Col. 3, 1. Scalæ, si Christo innitantur, Joh. 1. v. ult. alæ, si ad Dominum volitent, Esa. 40. v. 31. Mundemus ergo pennas, paremus scalas.

Laus & præstantia.

Qui dominatur affectui suo, præstantior est eo, qui urbes domat, Prov. 16, 32. Siquidem ejusmodi vir, aliàs fortis, unico affectu eoque malo delere potest universam gloriam & famam. Sic Alexander ut fortissimus, sic vinosissimus & maximè iracundus. Q. Curt.

§. 86 *Similia.*

Abyssus imperscrutabilis, Jer. 17, 9. 10. quam nec homo ipse satis novit, tot fluctibus subjecta est affectuum abyssus, vel Euripi vicissitudines superans. Arca Noæ omnis generis animalia habebat, munda, immunda: Sic cor nostrum variis subjacet affectibus, Philo lib. de Plant. dolori, gaudio, metui, spei, tristitiæ.

Aditus mentis. Ut arcium urbiumque aditus valdè communimus, ne hostis intret: Sic affectus sunt aditus mentis nostræ probè muniendi, ne hostis ille concupiscentiæ illabatur, Jac. 1, 15. 1. Petr. 2, 11. & totam mentis arcem perturbet.

Spinæ, ut spinæ agro incommodant: ita quoque affectus nostri cor pungunt & vellicant, August. Tom. 9. colum. 725. c. hæ spinæ insitæ sunt, altè inhærent, nunquam penitus evelluntur.

Arx & Regia sive Diaboli sive Christi. Aug. Tom. 10. col. 49. c.

Corda nostra sint aurei canthari & patinæ mensæ sacræ, Exod. 25, 29. ut in corde sc. nostro Christum vitæ panem Johan. 6, 35. complectamur.

Sentina, quæ aquam subinde imbibit, August. Tom. 9. c. 35. a. Sic affectus nostri omnes actiones nostras inficiunt.

Statera, in qua Deum & mundum appendimus, August. Tom. 10. c. 1342. b. sed vide ut æqua lance pendas, ne cum Belsazare levis olim inveniaris, Dan. 5, 27. cave, ne mundi statera præponderet.

Uva fellis. Deut. 32. v. 32. Cor enim hominis felle peccati plenum est.

Aër perpetuis ventis agitatus: sic affectus nostri nunquam quiescunt. Mare perpetuis fluctibus agitatur, August. tom. 9. c. 793. d. Affectuum sedes cor est, perpetuis fluctibus agitatum.

Altera velut anima, quæ gerit curam alterius domus, hoc est luteæ. August. Tom. 9. c. 1138. b. Affectus enim nostri de terra sunt, & nihil nisi terrena sapiunt, Matth. 16, 23. Phil. 3. v. 19.

Vinculum nos semper compeditos habens, Rom. 7, 14. Venundatus sub peccatum. Certè perpetuis nos retibus involvunt affectus nostri.

Cera quasvis recipiens imagines: sic in horas affectus humani in diversa rapiuntur.

Fascinum & philtrum spirituale, quo homines excæcantur & in præceps rapiuntur: Homo enim affectuosus se suaque amat & omnibus præfert.

Hostis internus semper rebellis, Bellarm. Tom. 6. Con. 31. Col. 345. c. 1.

Labyrinthus irremeabilis, ex quo vix datur egressus: usque adeo affectuum humanorum inexplicabiles sunt meatus, areæ & vicissitudines, Syr. 40, 1. 2.

Seductor qui animam peregrinari facit à DEO, August. tom. 8. col. 1419. a. Certè carnis affectus est inimicitia adversus DEUM, Rom. 8, 7.

Affectus mortificandi.

Vid. Concupiscentia domanda. Plura vid. *Cor hominis*, ut & apud Lælium peregrinum lib. de emendandis affectibus, Argentin. excus.

AFFLICTIO. *v. Tribulatio.* §. 87

AFFLUENTIA.

Vid. Delitiæ, Voluptas, Felicitas mundi, suo loco: Divitiæ. Estque

1. Delitiarum, Eccl. 2, 1. affluam delitiis.
2. Divitiarum, Psalm. 62, 11. Si divitiæ affluant.
3. Virtutum. Vid. Crescere. Hac affluentiâ gaudeat anima.
4. Præmiorum æternæ vitæ. *v.* vita æterna.

AGAR. §. 88

1. Typus legis, Gal. 4, 24. 25. Vid. Luther. in cap. h. Epist. ad Galat.
2. Ecclesiæ malignantium, d. l. ut enim Hagar Saræ; sic ecclesia falsa semper restitit Ecclesiæ veræ, quæ non facit, sed patitur injuriam.
3. Ecclesiæ Gentilium Ose. 1, 2. seq. Illa enim ancilla fuit & errabunda Hagar in densis errorum sylvis, Rom. 1. v. 18. 19. 20. Eph. 4, 24. seq.
4. Animæ peccatricis: Ut enim Hagar rebellis fuit; sic anima peccatrix DEO, Psalm. 5. v. 11.
5. Animæ superbæ & petulantis, quæ tandem à DEO repellitur, 1. Pet. 5, 8. Humilietur igitur sub potenti manu Dei, ut tandem exaltetur, Luc. 18, 14.

AGER. §. 89

Multiplex) 1. Gentilitatis: à Christo excultus, Es. 32, 15. 16. ab Apostolis plantatus, 1. Tim. 3, 16. Satus semine incorruptibili verbi, 1. Pet. 1, 23. metendus in judicio, Matth. 13, 30. sanguine Christi rigatus, Act. 20, 28. Lege occatus & aratus, Jerem. 4, 4. seqq.

2. Judaismi, Jerem. 12, 10. spinosus v. ille c. 4, 3. sterilis fuit, Es. 5, 4.

3. Mundi Christum persequentis, præfigurati in illo agro sanguinum, Matth. 27, 8. Act. 1, 19. Verè enim mundus est ager sanguinis

nis ob sanguineas culpas, Esa. 1, 15. piorum pressuras ac cædes, Apoc. 6. v. 10. Hebr. 12, 14.

4. Ecclesiæ N. Test. Matth. 13, 8. 23. Marc. 4, 8. 20. Pater hic agricola est, Joh. 15, 1. in quibus locis de hoc agro agitur. In hoc agro aratrum lex est, Ose. 6, 5. hinc arare jubemur, Jer. 4, 4. Vitis Christus, Joh. 15, 1. insitus Christus vineæ Ecclesiæ, Es. 5, 2. olea agro huic spirituali, Rom. 11, 17. Pluvia, Spiritus S. Es. 44, 3. vel doctrina Evangelii, Ps. 68, 10. Semen, verbum, 1. Pet. 1. vers. 23. prompt. Alleg. 18. vel filii regni, Matth. 13, 38. Agricolæ, ministri, 1. Corinth 3, 9. 2. Tim. 2, 6. laboriosi illi, 2. Cor. 11, 23 ager est mundus, non solùm Judæa, Matth. 13, 27.

5. Crucis & tribulationis: in hoc agro enim nobis desudandum est, Jacob. 5, 7. 8. Ps. 126, 5. & laborandum, Job. 7, 1. & serendum ut metamus cum gaudio, Ps. 126. v. 5.

6. Iniquitatis: In hac enim multi ceu in agro seminant, Gal. 6. v. 8. de carne corruptionem metent: tribulos sibi pariunt æternæ damnationis.

7. Ager Scripturæ, in quo puteus scientiæ & aquæ vivæ, prompt. Alleg. 8. Estq; omnino hic difficilis ager ad arandum, utilis ad contemplandum, Gen. 24, 62.

8. Ager cordis *v. cor.* Sit v. hic ager cordis vacuus, non locus sit concupiscentiæ corruptus. Tauler. c. 3. Instit.

9. Ager paradisi *v.* vita æterna. Agrorum sabbathum, Lev. 25. *v.* Sabbathum, sterilitas ex peccato, Gen. 4, 12. Ps. 107, 34.

AGILITAS.

Mira. *vid.* Camerar. part. 7. cap. 75. Horar. subcisivar.

AGNITIO Peccati, *v. Pœnitentia.*

§. 90 AGNUS *v. Christus.*

Agnus *cereus* Pontificius hunc fit in modum: in Parasceve Paschali acolythi Ecclesiæ Romanę è cera benedicta faciunt agnos, vel de cera cerei Paschalis anni præcedentis, admisto chrismate. Durandus lib. 6. cap. 79. Rational. Ex Ethnicismo in Ecclesiam introductus ille ritus (Baron. Tom. 1. ad ann. 58. section. 76.) agnorum è collo suspensorum.

Paschalis, in V. T. Christi typus erat, 1. Cor. 5. Ireneus lib. 4. c. 23. Origen. hom. 23. in Numer. Ambros. in Ps. 118. Augustinus lib. 16. cap. 42. de C. D. Greg. Nazianz. Orat. 42. & Nicet. tract. 1. benè applicatus à nostro Herbergero p. 393. 394. Magnal.

Materia agnus שה, vox notans quoque hædum, Deut. 14, 4. 2. Chronic. 35, 7. Adhibebatur hædus in defectu agni. Quanquam alii dicant, solum agnum fuisse materiam terrestrem, ex Esai. 35, 53. Joh. 1, 29. V. Infr. SACRAMENTA.

AGON. *v. Certamen.*

In quo Pater Agonothetes, Filius Epistatis, S. Sanctus Xystarchus. Tertull. lib. ad Martyr. Corona est brabeum æternitatis.

§. 91 AGRICULTURA.

Origo.

Instituta est à DEO Gen. 3, 23. Syrach. 7, 14. Psal. 104, 22. 23. Vid. Philo lib. de Agricultura. Lips. cent. 1. Epist. 8. Max. Tyrius dissert. 14. Plinius lib. 18. c. 1. ad 6. Stobæ. Serm. 54. & alii.

Adjuncta.

Sancta est, Camerar. part. 1. c. 5. horarum subcisivarum, Theod. Zwing. fol. 39. b. Est a. felix per Deum & ejus benedictionem, Ps. 107. v. 37. 34. 38. Cicer. Haud scio, an agriculturâ vita ulla beatior esse posit. Horat.

Beatus ille qui procul negotiis,
Ut prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis
Solutus omni fœnore.

Agricolarum laus & securitas, Luc. 8. v. 5. Exiit. Camerar. cap. 5. cent. 1. operum subcisiv.

Digna: Agriculturæ summa dignitas. 1. à Patriarchis frequentata, Gen. 26, 12. Isaac agricola fuit in terra Philistæorum, conf. Prov. 12, 11. 2. Ab Ethnicis laudata. Valer. Maxim. 3. ab iisdem frequentata. Vid. Ciceron. libr. de senectute.

Pii vita est agricultura hominis. Vid. Anima.

Agricultura diligenter exercenda, exemplo C. Furionis Cresini, ut multa nobis acquiramus per laborem manuum nostrarum; non verò per usuram & veneficia. Plinius lib. 18. c. 6. Videatur Lorin. in Ps. 125. Exod. 23, 10. Sex annis seminabis &c. Sic de residuo pauperi det agricola, memor divinæ benedictionis & compensationis, non avari sint agricolæ, Luc. 12, 18. ut ille dives, 1. Sam. 25. v. 3. & 11. Nabal ille sordidus.

Agriculturæ felicitas Prov. 14, 4. quia agro viridi nihil amabilius est, Syr. 41, 22.

Agriculturæ exempla.

Biblica) Gen. 4, 2. Cain agricola, cap. 9, 20. §. 92 Noa vinitor, Gen. 26, 12. Isaac agricola. Israëlitæ 1. Chron. 4, 23. Usia Rex 2. Chron. 26, 10. Ethnica: Vid. Valer. Max.

Præmia.

Sanitas corporis, Gen. 3. in sudore vultus tui vesceris pane tuo.

Victus copia, Prov. 12, 11. qui agrum suum colit, satur erit panum, c. 14, 4. c. 24, 27. c. 28, 19. Syr. 20, 28.

Agricolarum labores.

1. DEO sunt grati: Hinc agrorum depastionem accurate vult restitui, Exod. 22. vers. 2.

2. Terminandi aliquando, Exod. 23. v. 10. sex annis seminabis &c. Lev. 25. v. 1. Sex anni dies vitæ sunt: suorum igitur laborum non tædeat agricolas, Syr. 7, 16. veniet messis, agri Dominus, collecturus triticum in horrea, Matth. 3. v. 12.

3. Sufficientes sunt ad usus vitæ, Prov. 14, 4. de Consec. d. 5. Nunq. Ex Hieronym. ad Rustic. Monachum.

Agricultura.

Bona, dulcis, homine liberali digna, Cicero lib. 1. Officior. Voluptuosa, Idem lib. de senectute, Syr. 41, 22.

Senibus quoque delectabilis v. Marc. Curio Cicero d. l. E venatione quæ ad agricul-

turam

turam refertur, senex Isaac fructum expectabat, Gen. 27. v. 2. 3.

Fructuosa: confert enim cellaria plena olearia, melluaria, Syr. 20, 28. Prov. 14, 4.

Utilis: docet enim de turpitudine peccati, ob hoc enim ager maledictus est, Gen. 3, 17. 18. & à vitiis absterret, vide Aristotelem 6. politic. c. 3. & lib. 1. Oeconom. c. 2. Sed August. lib. de hæresibus c. 46. agriculturam omnium artium innocentissimam appellat.

Placida: Ælianus Epist. 13. Est enim vita placida agricolarum, non tot obnoxia turbis, quot mercatorum.

Negotiosa: Hinc ad res alias gerendas non sunt apti agricolæ, Syr. 38.

A solo Deo agrorum benedictio.

Gen. 27, 27. c. 39, 5. Deut. 28, 3. cap. 32. v. 13. Ps. 107, 37. Ps. 65, 13.

§. 94 *Accidentia agrorum.*

1. Segetis combustio aliæque pœnæ, Amos. 4, 9. Lev. 26, 20. Deut. 18, 16. Jerem. 14. v. 4. Joel. 10. v. 11.

2. Insectorum immissio, Exod. 8, 13.

3. Jumentorum spoliatio, Gen. 34, 28.

4. Depastio, Exod. 22, 5.

5. Acquisitio, quæ sit justa, Prov. 13, 16. non injusta, Esa. 5, 8. Jer. 6, 12. c. 8, 10. Mich. 2, 2. ne ager tuus sit ager sanguinis, Matth. 27, 8. Act. 1. vers. 19. Hæc igitur suadeant pietatem animis agricolarum, Jer. 6, 24.

Senecæ in Hippolyto memorabilis est sententia:

Non (ait) *alia magis est libera & vitio carens,*
Ritusque melius vitâ, quæ priscos colat,
Quam quæ relictis mœnibus sylvas amat:
Non illum avaræ mentis inflammat furor,
Qui se dicavit montium insontem jugis.

De studio agriculturæ vide Zvvinger. fol. 2634. Theatri.

AHASVERUS.

Quis? late disputat Nic. Serarius in Esth. 1. item Drusius hic & Wanchelius disquis. peculiari.

ÆNIGMA.

1. Cor. 13. *v. Scriptura.*

§. 95 ALA, ALÆ.

Alæ piorum sunt duæ: 1. spes Phil. 3. v. 20. conversatio nostra in cœlis est, hâc enim ala è terris in cœlos provehimur, Es. 40, 24.

2. Timor: Hic enim nos promovet ad altiora, ne terrenis rebus inhiemus. D. Bernhardus f. 483. l. serm. 14. in parvis Serm.

3. Addunt alii alam contemplationis & meditationis, Esa. 40, 31. cum mens pia DEI cognoscendi desiderio accensa Dei notitiam quærit & quæsitam invenit. His ergò alis sicut cœlestis Cherubim ad DEUM elevamur, Ezech. 11, 22. seq.

§. 96 *Alæ DEI.*

1. Notant ipsius defensionem & patrocinium, *vid.* DEUS n. 26. sicut enim volucres sub alis suis pullos defendunt: sic quoque Deus suos custodit, Ps. 91, 4. proteget te sub alis. Vid. Augustin. in Psalm. 90. §. Si gallina: & in Ps. 88. ne ab alis CHRISTI aberremus, monens.

2. Clementiam & beneficentiam, sicuti sub alis volucrum foventur pulli: sic pii sub divina clementia molliter conquiescunt, Matth. 23, 3. Quoties volui te congregare, Psal. 17. vers. 8. sub umbra alarum tuarum sperabo, donec prætereat tempestas. Multa nobis hodie Christe tempestas! sperabimus quantisper spirabimus, Christe spes nostra. Optimè Augustinus in Psalm. 88. Non aberremus ab alis ejus, ne accipiter rapiat implumes adhuc pullos. Hæc ille. Alas duas jejunii, sanctimoniam & pacem, statuit Bernhard. Sermon. IV. in Quadragesim.

Christi alæ.

Sunt 1. Duo brachia ipsius in cruce extensa, sub quibus paravit asylum cunctis peccatoribus (acquisitivè) (ut olim asyla Jos. 20. v. 2. constituta) inauratæ hæ sunt alæ non auro terræ aliquo, sed preciosissimo sanguine. Quod aurum non obscurat imaginem dulcissimi amoris in Christo, sed potius magisque radiare facit, Johann. 13, 12. Rom. 5, 8. 1. Johan. 3, 16. Joh. 15, 14.

2. Prædicatio Evangelii, Matth. 23. v. 37. volui te congregare.

§. 97 *Duæ alæ.*

Mulieri datæ, Apoc. 12, 14. explicat à Lapide 1. de timore culpæ & damnationis. 2. de amore Dei & salutis æternæ, quo ducti sancti viri se suaque omnia pro nihilo duxerunt & persecutiones perpessi sunt. Mihi quidem videtur Spiritus S. ad illud Esa 40. v. 31. allusisse, ubi piis alæ aquilarum adscribuntur, quibus denotetur celeritas fructus fidei & spei omnia mala velocissimè superantis; sicut & D. Johannes ait: Fides nostra est victoria quæ vincit mundum, 1. Johan. 5, 4. confer Job. 11, 17. Sive etiam cursus notatur velocissimus Evangelii, omnia undique penetrantis, fremente licèt Satana sub alis ac patrocinio DEI tuta Ecclesiâ.

Duæ Cherubinis erant alæ, quibus sese contingebant.

Exod. 25. notant duo testamenta V. & N. Vid. promp. Alleg. 38. Duos Apostolos Alleg. 147.

Mundi alæ quæ?

Quatuor alis mundus utitur, quibus sese sublevat. 1. Divitiarum, quæ tamen fugacissimæ, V. Divitiæ, Psal. 49, 7. 8. 9. Zephan. 1. v. 18. 1. Tim. 6. v. 9. & 17.

2. Deliciarum, quæ brevissimæ simul ac nocentissimæ, V. Voluptas, 1. Joh. 2, 15.

3. Honorum, quæ ineptissimæ, V. Ambitio, Honor, 1. Cor. 7. v. 17.

4. Scientiarum, quæ vanissimæ & imperfectissimæ. Noli igitur his niti alis: Sunt enim Icari alæ, fulgorem ac calorem solis minimè sustinentes, nec conscientiam tranquillantes. Ad alas pertinent Pennæ 1. Animalium *volantium*, Job. 39, 16. (ubi docetur, Deum ova & pullos struthiocamelorum custodire) Ps. 68. v. 14.

Mystico-

Mysticorum Ezech. 1. v. 6. 8. 9. 10. 11. quæ significant celeritatem in actionibus perficiendis angelicam, in omnibus mundi partibus. *Conjunctæ* pennæ, charitatem mutuam angelorum. *Erectæ* sursum, promptitudinem etiam ad nutum DEI, DEO inserviendi. *Tegentes* corpora, obscuram angelicæ naturæ cognitionem.

2. DEI, Christi *pennæ*, quæ notant DEI protectionem, gratiam, Ps. 91,4. adversus injurias quasvis ac tempestates, Esa. 25. Luc. 13,34. Mal. 4. v. 2. vehi dicitur DEUS pennis ventorum, 2. Sam. 22,11. Ps. 18, 11. quòd 1. ventos tempestatesque dirigat. 2. quod potentissimus Rex sit, curru quasi alato, quem nemo impedire potest, vectus. Sic Theodoret. in Genes. phrasin *vehi super Cherubim* explicat. 3. quod verus Deus sit ille super Cherubim sedens, fidelibus suis citò præstò futurus.

3. *Fidelium*, qui ascendunt fide in Deum, Ps. 91, 4. spe, charitate, Esai. 40, 31. ceu spirituales aquilæ. V. *Aquila*. Desiderio patriæ cælestis: de quo Ambros. tom. 3. Sermone de obitu Theodosii pulchrè fol. 51. explicans illud Psalmi 55. Quis dabit mihi pennas columbæ? &c.

ALBEDO. *Vid. Justificatio.*

§. 98 ALCORAN.

Liber continens religionem Turcarum, Arabica vox notans (Schindler in Lexico) lectionem, confessionem; alii correctionem, quod vetus & novum Testamentum corrigere præsumat. Efficiens princeps Satan, simia DEI: ministerialis Mahumed unà cum Sergio monacho Nestoriano: materia, impia & blasphema dogmata, quæ diversi autores impugnarunt, videlicet Dionysius Rickel. Carthus. Fortalitium fidei lib. 4. Consid. 1. & seq. per quendam eximium Dd. ordinis minorum; qualia: legem & Evangelium abolenda esse: polygamiam licitam, DEUM malorum autorem esse, jubet gladio & igni in Christianos sævìri, circumcidi, sibi quoque cum DEO partes judicis assignat, divortia approbat, astrorum ejaculationibus Apostolatûs sui veritatem confirmat. Confer. I. Cuspinian.

§. 99 ALEA.

Aleatio inventa à Lydis, Herodot. in Clio: planè illicitam esse quidam anonymus demonstrare vult peculiari tractatu 1581. edito. Danæus fol. 219. seq. oper. Est verò genus ludi 1. iners, nec corpori conducit. 2. nec utilitatem Reipubl. (ut quidem alia honestorum ludorum genera) affert. 3. prohibita legibus lib. 3. Cod. tit. 43. §. Commodis igitur. Authent. de S. Episcopis §. Interdic. 4. Damnata Orthodoxis Patribus, Cyprian. Eliberina Synodo cap. 70. Basil. hom. octav. Hexaëmeri. Facere aut parare aleas inter artes minus honestas minimeque humano generi utiles judicat Brentius in Phil. 4. D. Balduin. de Casib. Consc. lib. 4. c. 4. 5. Sacræ Scripturæ invisa, quæ vetat otium, lucra impia, vult tempus redimi, prohibet usuram, avaritiam.

Rex Arragonis Ferdinandus nullum aleatorem in aulâ suâ toleravit. Valla lib. 3. histor. De aleis porrò videndus Cypriani liber de aleatoribus. Basil. Homil. 8. in Hexaëmer. Canon. Apost. can. 42. 43. &c. 50. *Supplicia* aleatorum tragica habet Prompt. Exemplor. parte 2. fol. 473.

ALLEGORIÆ. §. 100

Quæ altiora prædicant. Chrysost. in 4. Galat. aliud in verbis prætendunt, aliud in sensu significant. Hieronym. Sint 1. apertæ, quæ Scripturæ sensum literalem non obfuscent. 2. propinquæ, non nimis remotæ vel vi quasi adductæ & coactæ. 3. moderatæ, non intempestivæ, non nimis luxuriantes. Vide de Allegoriis Lutherum Tom. 4. Jen. fol. 172. & alibi sæpè. Et præfat. Promptuar. allegor. & part. 1. Prompt. exempl. p. 289.

ALLELUJA. *V. Gratitudo. Halleluja.*

ALPHEUS.

1. Genitor Jacobi Apostoli, Matth. 10, 3. 2. Levi sive Matthæi, Marc. 2, 14.

ALTARE.

§. 101 Notatio) Altare dicitur quasi alta ara: solebant enim veteres in locis editioribus erigere aras. Apollonius Argonautικῶν lib. 2. Melanthes in lib. Sacrificiorum tradit, id ideò factum esse, ut altissimum DEUM etiam alto loco vel sublimi colerent, eique sacrificarent.

Multiplex est.

1. Leviticum, in quo sacrificia offerebantur à Domino instituta in certo loco, Deuter. 12, 13. 14. 2. Chron. 32, 12. Duplex erat: (1) Thymiamatum, Luc. 1, 10. (2) Holocaustorum, Exod. 27. v. 1. Deuter. 12, 4. 5. 6. Levit. 17, 4. 9. utrumque Christi typus erat pro nobis orantis seque offerentis, Ephes. 5, 2. Hebr. 1, 3.

2. Christianum, estque (a) Christus, vid. Prompt. Allegor. 39. (b) Cor hominis Christiani, Gregor. homil. 22. in Ezech. in hoc ignis est Spiritus S. Vid. Prompt. Alleg. 13. 95. Lignum est mala vita peccatoris, quæ comburenda est & mortificanda, Rom. 6, 4. 5. intima concupiscentia, Rom. 7, 7. Hebr. 12, 2. caro, Gal. 5, 24. per vim Spiritus sancti peccato regnanti obsistentis in nobis. Ventus afflans est mœror compunctionis, qui causat dolorem juxta DEUM, 2. Cor. 7, 10. Sensus veræ contritionis DEO acceptæ, Psalm. 51, 18. Sal additum sacrificio, Levit. 2, 13. Marc. 9, 50. est Sapientia cœlestis & scientia divinæ voluntatis, Coloss. 1, 9. ut hic confirmati piam vitam ducamus, 1. Thess. 4, 3. 7. sive potius Christus ipse præfiguratus, sine quo omnia nostra opera coram DEO insipida sunt, hoc est, ingrata, Rom. 14. v. ult. Brentius in Levit. 3.

3. Idololatricum, quod dicitur lapis, Judic. 9, 5. Vid. *Lapis*. Huc altaria in montibus, Ezech. 16, 23. edere in montibus, ibid. 18, 6.

Qualitas Altaris Spiritualis, cordis scil. §. 102

I. Terreum fit humilitate, Genes. 18. v. 27. pulvis & cinis sum, Syr. 10, 9. 10. frustra sunt tua sacrificia, nisi sint humilia, Luc. 18. vers. 14.

II. Lapideum firmitate 1. Petr. 2. vers. 5. ut

ut cor sit firmum & æreum, Jer. 1, 9. Hebr. 10, 22. c. 13, 19.

III. Ligneum viriditate, Ps. 1, 3. Cor tuum vireat plantis justitiæ, Phil. 1, 11. Jer. 17, 8. instar oleæ virentis, Ps. 92, 13. & 52, 9.

IV. Aureum fidei soliditate, 1. Pet. 1, 7. & bonorum operum fulgore, Phil. 2, 15. Tit. 2, 10.

V. Æreum gratiarum actione, Rom. 15, 9. Coloss. 1, 12. Ps. 108, 1. 2. 3. Syr. 50, 24. (Vid. Tit. Gratitudo) ut & proximus ad consimilem gratitudinem excitetur, Ps. 33, 1. 2. & 34, 3.

Varii Altarium usus.

1. In Juramentis: manus enim olim aris admovebant, Cicero pro Flacco. Vid. Tom. 6. Biblioth. Sanctæ lib. Formul. form. 29. 34. 41.

2. In maleficiis, apprehendebant cornua Altaris rei & sontes: sic fecit Joab. 1. Reg. 2, 28. Insidiator tamen non erat ibi tutus, Exod. 21. vers. 14.

3. In reliquiis recondendis: solebat enim vetus superstitio illas sub altaribus recondere. §. placuit: de consec. dist. 1. Sa. in Aphor. V. Altare.

4. In magno luctu altaria quoque cilicio operiebantur. Judith. 4, 9. Altare Domini operuerunt cilicio.

5. In Sacrificiis Gentilium Matronæ sacrificaturæ circa aras faculas tenebant & ferebantur, quasi cum quodam gestu, Servius in 4. Æneid. Has aras damnat Ambrosius Epistol. 30. & 31.

§. 103 *Destructio Altarium.*

Deut. 7, 5. 25. (1) Judæis præcepta, planè fuit singularis, (2) spectans solum ad illam terram Canaan: sicut & DEOS aureos, argenteos igne cremare jubebantur. (3) quos tamen aliis in locis retinere jubentur & in spolia convertere, Deut. 20, 14. Num. 31, 50. atque ex iis aliqua DEO offerre. (4) planè igitur singulare fuit hoc mandatum: quod recentiores notent Iconoclastæ.

Altare impium quale sit.

1. Impiorum est extruere altaria, crudelitatis cum pauperes affligunt & cremant ditiores, Mich. 3, 2. seq. comeditis carnem populi.

2. Exstructum in templo perversæ cupiditatis 1. Tim. 6, 9. incidunt in varias tentationes, Syr. 31. v. 1. 2. seq. & lupanaria carnalitatis, Rom. 8, 9. qui in carne vivunt, Deo placere non possunt, Gal. 6, 8. de carne corruptionem metent.

Destructio ob idololatriam Amos 3, 14.

Crebra eorum mentio apud Veteres.

Tertullian. libro de pœnitent. Optat. Milevit. lib. 6. contra Parm. Cypr. lib. 1. epist. 7. lib. 3. epist. 13. Theodoret. lib. 5. c. 18. Orig. hom. 11. in Num. & sexcentos alios: omnes extra illud penè contagium constituti, cujus causa hodierni reformatores altaria fastidiunt, proscribunt & destruunt.

§. 104 *Hodierna & Vetera.*

V. Testamenti plurimum differunt, quâ de re Clariss. Theolog. Dn. D. Wolff. Franzius in Disputatione peculiari Theologic. Witteberg. contra Anhaltinos. Etenim Altaria V. & N. Testamenti differunt 1. Materia: V. Testamenti non erant ex lapide cocto, sed rudi, vel terrâ, Exod. 20, 24. 25. quibus vilis conditio & forma in Christo Es. 53, 2. Phil. 2, 7. adumbrata est. Nostra verò altaria & polito & cocto lapide fiunt, solido saxo, lapideque strata integro. 2. Formâ: Longè alia in V. T. fuit, quàm modò in N. quod patet è locis Scripturæ pluribus, Exod. 27, 5. c. 38, 7. 30. 3. Fine: in V. T. finis erat, ut aris sacrificia imponerentur: atqui nullum nobis est sacrificium, Christi sacrificio semel peracto, Hebr. 9, 13. 14. seq. cap. 10, 14. omnes placante, sanctificante.

Olim Missis sacra.

Tamen usurpari possunt: sic olim laurus Apollini sacra fuit, myrtus Veneri, terra Cereri, mare Neptuno, ignis Vulcano. Vid. Aug. epist. 54. Et tamen his omnibus utimur. Sic Tertull. lib. de Coronâ militis nimio zelo accensum militem commemorat, qui spernens coronam Ethnicam, novam persecutionem in Ecclesiam induxit. Baron. Tom. 2. f. 304. n. 40. non unam persecutionem promovit præposterus in altaria zelus.

§. 105 *A Calvinianis Theologis tamen concessa.*

Henricus Bullingerus lib. de origine Idolorum, & concion. 89. œcon Beza in Colloq. Mompelg. p. 350. non repugno (ait) quin cœna Domini in altari celebrari possit: Nam à Lousanna marmoreum Bernam translatum est, in quo Cœna Domini ibi celebratur. Hæc Beza cum Huebnero, Fayo & aliis.

Nobis sunt Adiaphora.

Nam ubi libertati nostræ nulla imminet fraus, usum altarium abdicare possumus: sicut Ecclesia Argentoratensis hodienum facit & aliæ.

Donatistis invisa.

Olim Catholicorum Altaria, quæ tum non demoliebantur, sed tantùm deradebant, ob olei consecrationem, quâ inuncta erant. Optat. Milevit. lib. 6. contra Parm. Qui hodiè altaria destruunt & demoliuntur, hâc Donatistarum moderatione non utuntur: sed Edomæorum, qui funditus tollunt, sævitiâ.

Altaria per somnia & inanes revelationes statuta. Durandus lib. 7. Ration. c. 1. v. 29. Nos minimè probatum imus.

§. 106 Altare Christus verum, cujus (1) Ligna sunt Christi caro corruptioni non obnoxia, Ps. 16, 10. Act. 2, 27. (2) Aurum τῦ λόγυ Deitas & sanctitas omni tempore splendens. (3) pretiosissimum virtute Altissimi paratum, Luc. 1, 36. (4) dolatum & præparatum per varias cruces, Luc. 24, 26. Hebr. 2, 9. (5) compactum per clavos dilectionis, Johann. 13, 1. (6) staminatum in corde patris cœlestis, Ephes. 1. vers. 9. (7) pictum & illuminatum in arâ crucis sanguine DEI, Actor. 20. v. 28. (8) Depressum in terram pondere peccatorum nostrorum.

nostrorum. (9) Conspersum & lotum septem vicibus, in circumcisione, sudore, flagellatione, coronatione, manuum perforatione, pedum transfixione, lateris apertione. (10) Resolutum per mortem. (11) Reædificatum per gloriosam resurrectionem. (12) Sublimatum in gloriâ cœlesti, Marc. 16. ult. Eph. 1, 19. 20. Phil. 2, 4. 5. (13) adolens jam thus orationis & innocentiæ pro nobis, Apocal. 8, 3. (14) Omnes admittens non solum Levitas. (15) Ejus victima nunquam quà fructum nostrum desinens, cujus vi æternum victuri sumus 1. Thessal. 4. v. ult.

AMALECK.

§. 107 AMALECK 1. Nomen proprium filii τȣ Eliphas ex Thimna concubina Gen. 36. vers. 12. 2. Populi, Exod. 17, 8. 3. Iter includens Exod. 17, 8. Sic Diabolus nos impedit in via angusta ambulantes: Augustin. cap. 10. colum. 459. d. Est symbolum omnium Ecclesiæ hostium, & pugnæ illius cum his: semper namque in militiâ stamus. V. Militia spiritualis suo Loco.

Nomen Amaleck notat populum lambentem vel lingentem. Philo de interpretat. nominum Hebraice: Origen. hom. 19. in Numer. Vide Euseb. de Locis Hebraice: Monet insuper Historia hæc de Amaleck 1. bella defensiva esse licita. 2. Præsidium Ecclesiæ in precibus situm. 3. DEUM largiri victoriam Ecclesiæ eamque defendere. 4. non nisi Christo innixas manus ceu verissimæ petræ ad cœlum tendendas esse, non sanctorum meritis. 5. Hostes Ecclesiæ tandem pessundari Psal. 132. v. ult. 1. Sam. 15, 7. 8.

AMARULENTIA. *V. Odium.*

It. Vltio, vindicta. Ira. Litigium.

§. 108 Amara aqua Num. 5. v. 18. explorans castitatem conjugis (1) ne maritus cæcâ suspicione læderet maritam. (2) castitati servandæ consuleret, quippe quæ DEO grata est ceu castæ menti, ne gratia Sp. Sancti amittatur; pœna temporalis & æterna vitetur. (3) de ipsius DEI zelotypiâ erga animas nostras nos hæc lex moneret.

Gens dura, aspera, sæva, Habac. 1, 6. viri amari Judic. 18, 25.

Anima mœsta, dolore plena 2. Reg. 4, 27. irata Ezech. 3, 14. Ose. 12, 14. Gen. 26, 35. planctus Ezech. 27, 31. Jerem. 31, 15.

Crux & tribulatio, Thren. 3, 15. Job. 27, 2. Herba amara Exod. 12, 8. Num. 9, 11.

AMATOR.

Amator pro amico, fautore, qui tandem deserit nos, Jer. 30, 14. stabilis fide, pacto, amore, candore, solus Deus amator hominum Deut. 33. v. 3. fœderis sui tenacissimus, Exod. 34, 6. Amor. V. charitas. virorum in viros. V. opposita castitati & Tit. *Scortatio.*

AMBARVALIA.

Ambarvale sacrum, quo olim Ethnici arva obibant victimâ, vel hostiâ, quam pro frugibus faciebant (*Festus* Pompejus. Virgil. in Bucolicis Vers. Hæc tibi semper erunt &c.) eamque, suem, bovem, ovem, ter circum arva ducebant: cantabant omnes Cereri composito carmine, saltantes. Virgil. Georgic. 1. cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret, &c. Tibullus lib. 2. Elegiar. 1. Strabo lib. 5. Turnebus in Advers. Natal. Comes lib. 5. cap. 14. mytholog. Baron. ad ann. 400. §. 5. Ludov. de la Cerda in Eclog. 3. & in 1. Georgic. Illud sacrum ambarvale imitantur Romani Dd. Jacob de Vorag. cap. 66. Legendæ Gretser. P. Scherer concion. 1. in 5. post Pascha. Gretser. lib. 1. cap. 19. de processionibus.

AMBITIO.

Cognati tituli sunt: Amor sui. Superbia. Arrogantia.

Quid sit? §. 109

Est immoderata appetitio honoris, sive is spectet DEUM ipsum, sive nosmet ipsos, sive etiam proximum. (Consideramus enim hic Φιλοτιμίαν in genere non strictè, quatenus ea solum auram popularem sive faventiam captat) Thomas 2. q. 121. Ambitio (ait) est peccatum, quo quis inordinate honorem desiderat: vel quem non in Deum, sed ad sui ipsius tantùm utilitatem refert.

Causa impellens.

Ad Ambitionem est I. Satanæ impostura. Exemplum Genes. 3. v. 5. ambitionis venenum Protoplastis afflavit: Eritis sicut Dii scientes bonum & malum. Ratio: Est enim Diabolus Spiritus superbissimus Job. 41. vers. 25. Est Rex omnium superborum, ergo ambitiosi sunt huius Regis subditi: nam in regno ipsius augescit superbia. Allegor. Genes. 14. vers. 22. Rex Sodomæ honorem Abrahamo defert: Sic Satan honorem defert CHRISTO, Matth. 4. vers. 9. & Christi membris 1. Johann. 2. vers. 15. 16. Sed hi illum flocci faciunt Phil. 3. v. 7. 8. norunt enim omnem gloriam mundi esse florem brevis temporis, Esa. 40, 6. 1. Petr. 1. v. 14. & non nisi ab hominibus æstimatum, Psalm. 49. v. 13. Joh. 12, 43.

II. Corrupta hominis natura: quæ ut in omne malum, Gen. 6, 5. sic quoque in hoc vitium prona est, Syr. 10, 14.

III. Sui ipsius ignorantia: non enim affectaremus honores, si proprio nos modulo pedeque metiremur, Apoc. 3, 17. 18. Sapientia verò illa terrena, Iac. 3, 15. 16. homines inflat ambitionis vento.

IV. Mundus: Nero olim animi gratiâ aureo hamo piscabatur: Sic mundus aureum honoris hamum nobis ostentat, ut ejus retibus implicemur: implicati, veræ dignitatis nostræ obliviscamur, Psalm. 49, 18. sequent. Hoc hamo captus Haman tragico exitu vitam clausit, Esther. 7. vers. 9. Absolon 2. Samuel. 18. vers. 14. & ambitiosus epulo, Luc. 16. vers. 23. Verè igitur subtile malum est ambitio, docente Bernhardo in Psalm. Qui habitat.

Dehortans. §. 110

I. Christi interdictum, Matth. 20, 25. c. 6, 5. ut

ut spectentur ab hominibus &c. & Apostoli, Philip. 2,3. Laus nostra sit ex Deo, non ex hominibus, Rom. 2. v. ult. Fugæ exemplum, Matth. 4, 9. in ipso Christo, Joh. 6, 15. c. 5, 41. humilitatis documentum: Erat enim in formâ DEI, Phil. 2, 6. & tamen humillimus, Dominus dominantium, Apoc. 19, 16. Matth. 11, 29. Hinc servus à servo Johanne baptizatus, Matth. 3, 15. Ipse quoque suorum servorum lotor & mundator, Joh. 13, 14. Conf. Ebr. 12, 2. crucem sustinuit.

II. Exempla turpia. Vid. Infra.

III. Christianorum gaudium, quod non in honore, sed consignatione nominum nostrorum in cœlis factâ, Luc. 10, 18. positum est.

IV. Humilitatis genius, qui honores fugit. V. Humilitas.

Humilitas quæ spiritu pauperes facit, Matth. 5, 3. non divites, Apoc. 3, 17. 28. Exempla eorum, qui dignitates spreverunt, recenset Marulus lib. 1. c. 6.

V. Abnegationis debitum, quo Christo obstricti sumus, Matth. 16, 24. Honores quoque immeritos abnegare tenemur, Tit. 2, 11. abnegantes omnem impietatem, ergò & honorem mundi, qui omninò est impietatis & iniquitatis radix.

VI. Fragilitatis nostræ monimentum semper obvium, Bernh. serm. 1. super Missus est §. Erubesce cinis &c. Syrach. 10, 9. quid se exaltat, &c.

VII. Dei abominatio, Prov. 16, 5. c. 8, 13. odium Dei, quo ambitiosos prosequitur & iisdem resistit, 1. Pet. 5, 5. judicatque, Esa. 2, 12.

IIX. Hominis degradatio & punitio, Prov. 16, 18. Claudian.

——— tolluntur in altum,

Ut lapsu graviore ruant. Exempla: Haman superbus ante ruinam, Esth. 7, 9.

Objectum

Ambitionis 1. Honor. 2. Imperium: Huc cupidi regnandi, vid. part. 1. **Historischer Erquickstunden** p. 681. Exempl. 3. Sapientia, cum hanc aliquis falsò sibi arrogat, Rom. 12, 3. & 17. Hæc Deo displicet, Ezech. 28. v. 4. 7. V. Sapientia.

Modus.

§. 111 Quem juxta quæritur honor & inanis gloria, est 1. si quæramus gloriam de eo, quod non est, Apocal. 3, 17. Umbram pro corpore venditantes. 2. de eo, quod non est gloriâ dignum, Psal. 49, 17. 18. seq. ut divitiæ, momentanea voluptas, humanus favor & mundi honor. 3. de eo quod judicio hominum tantùm laudatur, & cùm illud homo expetit, Luc. 14, 15. Pharisæi: neque enim hominum judicio stamus cadimusve, 2. Corinth. 10, 18. 4. Cum ipsam gloriam ad indebitum referimus finem, contra illud Pauli, 1. Cor. 10, 31. omnia ad gloriam Dei facite; cap. 14. omnia ad utilitatem proximi, v. 26.

Effectus

§. 112 Est ambire honores & dignitates: ut Adam, Absolon, Haman &c. In specie verò hoc vitium

I. Mentem tollit & excœcat. (Exempl. Ajax ambitione furiosus redditur, Zwinger. Theatr. fol. 16. a. §. Ajax, sibi confisus, à Deo confusus) ne ambitiosus proprios agnoscat defectus, Apoc. 3, 17. Bernh. in Psal. 90. Agrippina mater Neronis, audiens, à filio matrem occisum iri: occidat (inquit) modò imperet.

II. Voluntatem inficit veneno superbiæ & vanitatis, ut homo cunctis præcellere velit, ut se coram Rege jactitet & aliis, Syrach. 10, 9. 10. Sic Haman fecit, sic Absolon, 2. Sam. 15, 2. 3. Ambitio excœcatrix cordium, Bernh. d. l. Aliorum nomina & titulos affectare: Avidius Cassius nomen Cæsaris sibi sumpsit, putans Cæsarem obiisse, Aurelius p. 133. Epitom. Baron. Menecrates Medicus & Alexander M. Jovis nomen sibi usurpare ausi sunt.

III. Affectus turbat, ut nunquam sint quieti, nunquam honorum saturi, à simili ignis æstuantis & jaculi ossibus infixi: Ita ambitionis ignis & jaculum perpetuos ciet dolores, iram concitat, Esther. 3, 6. mentem turbat, spem eludit, ut eâ sæpè excidant, ut exitu turpi vitam claudant, exemplo Hamanis ambitiosi, quietem intercipit, pacem interimit.

IV. Vitia varia inducit, nempe (est enim vitiorum origo, virtutum ærugo)

Amorem naturalem extinguit, videlicet Absolon oblitus filialis amoris ambitione impulsus Patrem regno ejecit, 2. Sam. 15. vers. 14. Abimelech 70. fratres necat, Jud. 9. v. 4. 5. 6. Quos non ambitio oculis privavit, patriis sedibus expulit? Phraartes Herodis Parthorum Regis ex pollice filius patrem & 30. fratres occidit. Ochus Persarum Rex 80. fratres, Mulaasses Rex Tunetanus 18. fratres partim exoculavit, partim interfecit.

Oblivionem mandati divini inducit, Gen. 3, 5. Eva obliviscitur divini mandati, audiens se Deo similem fore. Obliviscitur, quisquis non recordatur se cinerem esse, Gen. 18, 27.

Polypragmosynen, Prov. 12, 19. ut aliquis se magnis officiis ingerat, Syr. 7, 4. Imparia humeris onera suscipiat, sub pondere lassus fatiscat, Ps. 90, 11.

Superbiam Syr. 7, 5. 6. qua seipsum homo justificat, Luc. 16, 15. & bona sibi tribuit, Ezech. 28, 2. 3. proximum contemnit, Luc. 18, 11. Lites, bella, dissidia efficit. Exemplo Pompeji & Cæsaris. Odia Gal. 5, 26. Phil. 2, 2. 3. conciliat.

Amorem sui & commodorum propriorum Philip. 2, 4. luculenter manifestat, charitatem Christianam extinguit, ut homo se magis diligat & proximum destituat, Phil. 2, 4. Sic Joab Abnerum & Amasam odio habuit & utrumque occidit, 2. Sam. 3. & 20. solâ ambitione ductus Haman de toto populo occidendo consultat, Esth. 3. ambitione inflatus & odio erga Mardochæum. Constant. V. Orientis Imperator, fratres pueros, ne ad Imperium aspirarent, naribus mutilavit, Volaterr. Sexcenta alia sunt in profanis historiis exempla.

Calumniam conflat, i. e. homines calumniari facit, 2. Sam. 15, 3. ambitiosus Absolon dicebat: non est, qui te audiat à Rege consitu-

stitutus. Haman rebellionis per calumniam accusat Dei populum, Esth. 3, 8. 9. Bislam, 1. Esdr. 4, 7. 8.

Factionem causat, 1. Reg. 1, 5. Adonias elevabatur &c. & sermo ejus erat cum Joab & Abjathar, vers. 7. Seditionem, 2. Sam. 2. Seba v. 1. seq. Certè omnium seditionum radix & mater est subditorum ambitio.

Seipsam fallit, Galat. 6, 3. si quis sibi aliquid esse videtur, cum tamen nihil sit, semetipsum fallit. Aliquid sibi esse videtur dives, doctus, formosus, honoratus; sed nihil est, cùm horum bonorum fluxa sit & instabilis conditio.

Incautè agit: ut ambitiosus sua opera non probet, neque cogitet olim illa à DEO probanda esse, & ab hoc uno omne, quod bonum est, promanâsse, Gal. 6, 4. unusquisque opus suum probet, quomodo? cogitet se omnia à Deo habere, omnia à Deo tolli posse, itaque non esse fidendum in umbratili illâ felicitate. Nihilominus tamen (en ambitionem!) Johan. XXIV. PP. antea Balthasar Cossa, sibi ipsi chlamydem Petr. indidit, seque Pontificem fecit.

Superbos efficit: ut ambitiosi suis viribus confisi alios provocent iisque invideant, Gal. 5, 6. Sic Pharisæus ille Luc. 18, 11. nolebat esse sicut cæteri homines: ideò provocabat Publicanum, & semetipsum huic infinitis ferè parasangis anteferebat.

V. Actiones hominum lædit (1) Politicas, ut omnia per contentionem agant ambitiosi & inanem gloriam, quod vetat Apostolus Philip. 2, 3. per cædes & vulnera, ut Joab, 2. Sam. 2, 16. Abimelech, Judic. 9. Zambri, 1. Regum 15. Tryphon, 1. Maccab. 13. per cruenta consilia, ut Haman, Esth. 7. Achitophel, 2. Sam. 16. (2) Sacras. Impedit enim ambitio (α) orationem: cum enim omnis ambitiosus sit odio plenus contra proximum suum, certè orare non potest rectè, quia in peccato est, Joh. 9, 31. peccatores non exaudit Deus. (β) obedientiam erga Dei verbum, dicens ambitio: quomodo nobis ostendet bona? Psalm. 4, 6. Christi verbum, Matth. 11, 29. discite à me, quia humilis sum. Ejus exemplum, Philip. 2, 3. 4. 5. Ambitio Donati. Is Africam & orbem Christianum plus quàm trecentis annis afflixit.

Adjuncta.

§. 113 Ambitio est *fallax*: Exempl. David à Saule deceptus est putans se accepturum Merobam, quæ tamen Hadrieli data est, 1. Sam. 18, 19. Sic ambitiosi multa expectant à mundo, in quod tamen falluntur spe suâ delusi. Violentiæ plena, Chrys. hom. 2. in c. 1. Joh. Seipsam implicans. Cicero eos, qui de fugâ gloriæ libros scribunt, hoc ipso gloriam affectare perhibet. Seneca:

Quisnam ne regno gaudet?
O fallax bonum! quantum malum
fronte quàm blanda tegis?

Ignorantiæ morbo laborans: Exempl. Mater filiorum Zebedæi nesciebat, quid peteret, Matth. 20, 22. sic quoque ambitiosi multa petunt sibi ipsis exitiosa, proximo inutilia, voluntati Dei inimica quæ humiles amat.

Stulta: (1) quia mala sibi præ ambitione optat. Hist. Agrippina mater Neronis à Genethliacis edocta filium quidem regnaturum, sed matrem occisurum esse, respondit: occidat, modò imperet. (2) quia mortalitatis memoriam rejicit: Archidamus Lacedæmon Philippo Macedonum Regi, glorianti de victoriâ, respondit: si metiaris umbram tuam, reperies hanc non esse majorem, quàm antea fuit. (3) quia stultè sibi tribuit ambitio, quæ tamen alii faciunt. Apolog. Musca insidens temoni solutis ad cursum equis dixit: Hem! quantum pulverem excitavi: sic ambitiosi sibi tribuunt successûs, qui tamen à solo Deo promanant, 1. Cor. 4, 7. quid habes homo? &c.

Periculosa: à simili. Pisces quò majores, eò citius capiuntur: sic qui magnos honores affectant, facilè in pericula lapsi capiuntur, & inexplicabilibus consiliorum mæandris involvuntur.

Insatiabilis: ut enim hydropicus potu non satiatur; sic ambitiosi nunquàm honoribus exsatiantur: exempl. Haman æstuabat immodica honorum siti, Esth. 3, 1. seq. &c. 5. v. 13.

Perniciosa: Apolog. cùm Camelus cornua desideraret, aures amisit: sic dum multi honores affectant, ea amittunt sæpè, quæ antea habuerant.

Superba: vera enim humilitas sic ait: quid habes homo? &c. 1. Cor. 4, 7. Ambitio contra: Hæc est illa Babel, Dan. 4, 27.

Pœnæ variæ. §. 114

Dei ira & abominatio ambitiosorum, Prov. 16, 5. Chrys. in Rom. homil. 17. Mater gehennæ est inanis gloria, ignemque illum vehementer accendit, vermemque pestiferum confovet.

Eorum dispersio, Luc. 1, 52. dispersit superbos &c. Humiliatio: quicunque se exaltat &c. Luc. 14, 11. Suffocatio in aquis, Exod. 14, 28. Sic plurimi ambitiosi nefariorum consiliorum fluctibus obruuntur, Ps. 21, 12.

Mentis privatio, Dan. 4, 27. 29. Nebucadnezar superbus mente tandem captus est: capiuntur mente, qui affectant honores, dementes.

Bellica vastatio, Ezech. 28, 2. 7. cap. 16, 49. Ambitio & superbia inter peccata Sodomitarum recensentur: utinam ne Sodomitæ renascantur!

Consiliorum confusio, Esth. 6, 10. 11. 12. 13. Tragica vitæ privatio, Actorum 12, 23. cæde extraordinariâ, igne cœlitus delapso, Genes. 19, 24. Ezech. 16, 49. suspendio, 2. Sam. 18, 9. ut Absolon, Haman, Esth. 7, 10. Capitis amputatione, 2. Sam. 20, 22. ut Seba, cæde ut Adonias, 1. Reg. 2, 25.

Præcipitatio, casum appetit, qui ad summa loci vestigia postpositis gradibus per abrupta ascensum quærit. Gregor.

Fatalis ruina, Esth. 6. 13. 14. *Vitæ abbreviatio*, Judic. 9. tribus solùm annis regnavit Abimelech, Zambri 7. diebus, 1. Reg. 16. Sallum uno mense, 2. Reg. 11. Manahem biennio, ibid. Tàm breve & contractum est ambitionis tempus, tàm succincta est superbiæ turgescentis fabula.

Simi-

§. 115

Similia.

Ambitio est ignis in corde hominis semper æstuans die & nocte, nec non vicina quævis devastans: Sic. Cn. Pompeji ambitio Rom. Rempubl. in altum prorumpens (humum contemnens, non contenta humo.)

Hydropisis insatiabilis, cujus sitim nunquam ambitiosi levârint.

Baculus arundineus, cui quis non satis tutè innititur: sic omnis honor mundanus arundo est & baculus fragilis, & valdè mobilis atque mutabilis. Exempl. Haman citò perdidit honores, quibus fuerat nixus.

Turbo rapta obviaque quævis convolvens. Seneca Epist. 95. Hem! quantis sæpè turbis & turbinibus totas involvunt Respubl. ambitiosi?

Vapor ascendens è terrâ & mari cordis humani, qui est causa fulminum tonitruumque; hoc est, maximarum turbarum; sicut vapores existunt causæ fulminum. Sexcenta prodit fulmina ambitio.

Cæcias ventus, hic ad se trahit nubes: sic ambitio invidiam, simultatem & multa alia incommoda, Erasm. nempe charitatis negligentiam.

Ambitiosi quoque sunt sicut *Chamæleon*, qui maximum pulmonem habet, sed intus nihil: sic ambitiosi pleni sunt jactantiâ & ostentatione, sed nihil sunt, Gal. 6, 3. nihili erat Pharisæus ille Luc. 18, 14.

Ut ex ulcere putrido sanies profluit & putredo foetet: sic nulla non peccata ex superbo & ambitioso animo ebulliunt, nempè blasphemia in Deum, injuria in proximum, vis, dolus, technæ: omnia coram Deo peccata, omnia à Pharisæo illo patrata, Luc. 18. Rom. 2, 19. 20. Crux ambientium omnes torquens, Bernhard.

Hedera parietibus vetustate obsitis utplurimum adhæreſcit: sic ambitio viles animas plerumque occupat, easdem tandem exedens (quod & hereda facit) atque erodens.

Sicut *Gigantes* olim montem Pelion Ossæ, & Taurum Olympo imposuisse perhibentur, fulminibus postea coërciti: (ut est in Poetarum fabulis) sic ambitiosi multa machinantur, & vel coelum peterent, nisi divina justitia coërcerentur, Psalm. 21, 12. Job. 5, 12. Nahum. 1, 11.

Ut sues obsessæ à Dæmonibus in abyssum præcipites ivere, Matth. 8, 32. sic ambitiosi à Spiritu superbiæ obsessi, nisi resipiscant, in tartara descendunt. 1. Petr. 5. Superbis Deus resistit; humilibus autem dat gratiam. Prædo divitiarum spiritualium, Basilius de vita solitar. capite XI. Ambitio spoliat homines Dei favore, omnium divitiarum fonte. Morsus Diabolicus, Basilius capite X. de vita solitaria. Meretrix illa Babylonica purpurâ circumdata, auro ornata, poculo abominationis instructa & fornicationis, Apoc. 7, 4. sequentib. Ambitio verè est spiritualis (1) Meretrix, animam à sponso Christo & Deo abducens, Syrach. 10, 14. (2) Purpurâ vanæ gloriæ amicta, mox perituræ, 1. Corinth. 7, 31. præterit figura hujus seculi, 1. Johan. 2, 15. (3) Auro divitiarum ornata, auro quod non eripiet quemquam in die iræ, Zephan. 1, 18. (4) Poculo instructa est ambitio, pleno amoris sui; vini laboriosissimi; (sine labore enim nemo honores tuebitur suos) pleno abominationis: omnes enim superbi Deo sunt abominationi; Syr. 10, 7. seq. Psal. 113, 5. 6.

Arrogantium genera sunt quatuor: 1. qui putant, se bonum à seipsis habere. 2. aut bonum pro meritis accepisse. 3. Qui jactant se habere, quod non habent. 4. Qui magni volunt haberi ob bonum quod habent.

Exempla ambitiosorum.

§. 116

I. *Biblica.* Adam & Eva, Gen. 3, 5. 6. seq. honorum divinorum cupidi.

Cain Gen. 4, 4. 5. invidens fratri honorem, à Deo non accepit.

Pharao Exod. 5, 2. interrogat: Quis est Dominus? se non interrogat: Quis est Pharao?

Absalon 2. Sam. 15. Athalia ambitione ducta omne semen regium extinxit, 2. Reg. 11. Nebucadnezar Dan. 4, 4. 27. 28. de Babel gloriatus fuit.

Rex Tyri, Ezech. 28, 1. 2. seq. Pharisæus, Luc. 18, 11. 12.

Herodes, Act. 12, 21. 22. Et prior illo Ascalonita ambitione inflatus ex metu vano regni amittendi pueros necari jussit, Matth. 2, 16. 17.

Discipuli Christi Matth. 20, 21. c. 18, 1. seq. petentes honorum incrementa. Haman, Esth. 3, 2. Vasthi, Esth. 1, 12.

II. *Ecclesiastica.* Spectant huc exempla eorum, qui fastu & ambitione turgidi Episcopi olim Ecclesiam Dei miris modis turbarunt.

Ambitio Dioscori, Alexandrini Episcopi: Hic Flavianum Constantinopolitanum Episcopum de sede remoturus, Chalcedone congregato concilio id efficere non potens, Eutychianis se adjunxit, ut hoc efficeret.

Præprimis verò Episcopus Romanus, Bonifacius III, & Johannes Constantinopolitanus, Greg. M. Tom. 2. Col. 888. Atque huc spectant tot & tanta Paparum schismata, quæ passim ab historicis recensentur: ipso etiam Bellarmino non diffesso in Chronologia sua, & Genebrardo Theologo Parisiense. Unde verò hæc omnia? annon ex ambitione?

Nestorii ambitio fecit, ut novorum dogmatum de Christo nefastus extiterit auctor. Eadem fuit in Paulo Samosateno per vicos & vias literas suas ostentante. Arius quoque ambitione ductus Deitatem Christi labefactavit. Euseb. Joseph. Binius Tom. 1. part. 1. Concilior. tom. 304. d. 1. Arius specie quidem pius, cæterum novitatis & gloriæ ardens venator.

III. *Ethnica.* Catilina, de quo Salustius. Menecrates Medicus Jovem se dici voluit ab iis, quos curaverat, Athenæus lib. 7. Adrianus Imperator de sua ipsius vitâ scripsit, eamque libertis suis dedit. Maximinus Junior à Senatu Romano osculum pedum impetravit, Ravisius

visius in officina. Ambitio Episcopi Hildesheimensis & Abbatis Fuldensis cruenta Goslariæ anno 1062. cui aperta voce insultavit Satanas, Johan. Stumpff. in vita Henrici IV. Imperatoris. Confer infra Titul. Amor sui. Arrogantia. Superbia, suis locis: Item Zwinger. fol. 101. a. de Bello Neapol. Fulgosum lib. 8. c. 14. Camer. part. 1. cap. 88. Meiger. lib. 3. c. 3. Nuclei, & lib. 5. c. 12. *Humilitas*. G. Nazianzen. in Apolog. Orat. 1. 20. 21. 27. 28. 32. Chrysost. hom. 43. ad Popul. Antiochen. Bernhard. de considerat. ad Eugen. lib. 3.

AMBULATIO.

§. 117 Ambulare significat non facere passus aliquot & stare, sed progredi, constanter, alacriter. Via est ille modus quem nobis Deus præscripsit in verbo. Psal. 119. viam mandatorum cucurri. Os. 14, 10. Matth. 7, 13. Perit, qui non manet in via.

Itaque ambulare notat *vitæ consuetudinem*, Augustin. in Ps. 85. Gradus affectus sunt: Iter tuum voluntas tua est. Confer Currere. Tit. Vita Spiritualis. Item: Gressus, Semita, via recta, pes non vacillans, Dirigere pedes, ducere in via, Docere viam, Dirigere vias suas coram Deo, 2. Chron. 27, 6. Ambulare in viis Domini, V. VIA. Ambulare non benè, 2. Chron. 21. v. 20.

Benè verò ambulamus, in spiritu euntes: 1. *per viam pœnitentiæ*. Eccles. 17, 20. Pœnitentibus dedit viam justitiæ. 2. *Sapientiæ*. Es. 2, 3. Venite ascendamus, &c. 3. *Disciplinæ* & modestiæ, Proverb. 10. v. 12. Via vitæ custodienti disciplinam. Per ordinationem omnium sensuum ad pietatem, visus, auditus, &c. 4. *Perseverantiæ*. Matth. 10, 22. Qui perseveraverit ad finem, salvus erit. 5. per viam certam. 6. Rectam, 1. Pet. 1, 15. 7. Sanctam. 8. non cunctando, Philipp. 3, 14. Gen. 19, 26. 9. non vagando: v. *Vagus*. 10. Dignè. Vide Luth. in Dom. 24. post Trinit. fol. 444. a. post Ecclesiast.

§. 118 *Multiplex est ambulatio.*

1. Est sapientum & stultorum, Ephes. 5, 15. Ethnicorum, Ephes. 4, 17. 18. cap. 2, 1. 2. 1. Pet. 1. v. 14.

2. Est ἀκριβῶς ambulantium. 1. Corinth. 9, 24. Currite ut comprehendatis. 2. Timoth. 2. vers. 5. non nisi certanti pulchra corona datur.

3. Conformanda est ad Exemplum Apostolorum, Philipp. 3, 17. & ad Evangelium, ad Christum ipsum, Matth. 11, 29. Discite à me &c. viam veram, Johan. 14. vers. 6. exemplar, 1. Petr. 2, 21.

4. Quædam est ambulatio *in cruce*, Psal. 23, 4. etiamsi ambulavero, &c. Vid. Tribulatio. Ambulatio sanè lacrymosa, Psalm. 84, 7. tædiosa præ desiderio, Psalm. 42, 1. sequent. omnium Dei filiorum exemplis munita, Psalm. 73, 15. Christus ipse nobis est anteambulo, Luc. 24, 46. Psalm. 110. v. ult. Hebr. 12. v. 2. c. 2, 10.

5. Ambulare *in Sanctitate*. V. Sanctus, itas. *Dilectione*. V. Charitas.

Quinque necessaria homini rectè ambulaturo.

1. *Prudentia* ne cadat vel labatur; 1. Cor. 10, 12. qui stat, videat ne cadat: vel si ceciderit, §. 119 Prov. 24, 17. ut mox per pœnitentiæ baculum resurgat.

2. *Integritas visus*. Sit ergo aquilæ instar, Eph. 5, 15. videte ut &c.

3. *Virtus vel robur*, Eph. 3, 17. 18. nutriendum pane vitæ, Joh. 6, 35. 36. seq.

4. *Constantia*, ne deficiat, Matth. 10, 22. Eph. 3, 17. ne retrospiciat, Luc. 17, 32.

5. *Rectitudo sensus*, Eph. 1, 18. ut homo benè gubernetur in cursu suo, Esa. 40, 30, 31. non sequatur sensum carnis, Rom. 8, 8. non cordis proprii, Jerem. 3. v. 17. non mundi, Rom. 12, 2. sed Christi, 1. Cor. 2, 16.

Ambulanti obstant.

1. *Lutum* mundanarum voluptatum, Luc. 8, 14. 1. Tim. 6, 9. 10. vid. Voluptas.

2. *Fovea* insidiarum diabolicarum, Ps. 91, 3. 2. Cor. 11, 3. 1. Thess. 3, 5. Apoc. 12, 10.

3. *Laqueus* divitiarum. 1. Timot. 6, 9. 10. incidunt in laqueos.

4. *Decipula* cogitationum propriarum, Jer. 23, 18. juxta has non ambulemus, Deut. 12, 33. Jerem. 16, 12.

Ambulantibus prosunt alæ.

1. *Devotionis*, Psal. 63, 23. Philip. 3, 20. quâ in Deum, & ea, quæ Dei sunt, ferantur, Es. 40. §. 120 v. 31.

2. *Desiderii*. Psal. 42, 1. sicut cervus &c. quo corda nostra accendantur.

3. *Baculus verbi divini*, (v. Baculus) quo advenæ & peregrini fulciantur, Es. 38, 16. Jerem. 15, 16.

4. *Christus ipsa via*, (vid. Christus) ne vitæ æternæ orbitâ evagentur, Joh. 12, 35.

Modus ambulationis.

1. *Per superiorum contemplationem*, Coloss. 3, 1. Philip. 3, 20. Matth. 6, 19. Luc. 12, 33.

2. *Per inferiorum circumspectionem*. Matth. 10, 16. estote prudentes, &c. Eph. 5, 15.

3 *Per negotiorum vocationis perfectionem*, Syr. 4, 25. Rom. 12, 7. si quis ministrat &c. conjunctam cum sedulitate, Rom. 12, 11.

4. *Per lucis adhibitionem*: cum enim in mundo multæ sint viæ, solus Deus veram ostendit viam. Esa. 30. v. 21. hæc est via, &c. Satan ille latro falsam ostendit viam 2. Timoth. 2. vers. ultim. Psal. 125, 5. Judic. 5, 6. Esa. 27, 1. Idem facit mundus, Matth. 7, 13. ut ad suam uterque foveam nos deducat. Itaque in lumine Christi ambulandum est, Esa. 60, 3, coram Domino in terrâ viventium, Psal. 116, 9. in lumine verbi videmus lumen fidei, Psal. 36. v. 10. Psalm. 89, 16. ut tandem Lucifer nobis oriatur, 2. Petr. 1, 20. sequent. Usque & usque orire nobis sanctissime Lucifer, & corda nostra luce bea, qua soles, Psalm. 112, 4. & 97, 11. Prov. 20, 27. juxta fidem promissi tui! Dignè Deo, de quibus gloriari possit DEUS, nos esse ipsius populum, qui Dei voluntatem cognoscat.

5. *Per calceorum indutionem* (ut sic loquar) Ephes. 6, 15. Exod. 12, 11. Calcei hi sunt Evangelium pacis, quô armati conculcamus hostes nostros, Rom. 16, 20. peccatum, Satanam, 1. Cor, 15, 55.

6. *Per viæ observationem*, Es. 30, 21.

7. *Per viæ malæ fugam*, 2. Petr. 2, 15. Judæ vers. 11. 1. Reg. 15. vers. 26. via mala est mundi, Matth. 7, 15. curva, Psal. 125, 5. Sap. 5, 7. bona est via angusta, Matth. 7, 14.

8. *Abstinentiam*, Rom. 13, 12. 13.

9. *Innocentiam*, Rom. 12, 18. Matth. 5. v. 25.

10. *Orationem & spem in Deo*, Tob. 5, 12. c. 6. v. 4. Es. 43, 2. c. 41. v. 10. Ps. 91, 12.

§. 121 *Quinam non rectè ambulant?*

1. Qui cum Christo non ambulant, Joh. 12, 35. 36. Luc. 11, 23. viam veram aspernantur, Johan. 14, 6.

2. In tenebris ambulant, Eph. 4, 24. Johan. 12. v. 36.

3. In cibo Dei non ambulant, 1. Reg. 19, 8. ambulavit in fortitudine cibi, &c. & fame spirituali Amos. 8, 11. contabescunt.

4. Inhonestè, 1. Thess. 4, 12. honestè ambuletis; Rom. 13, 12.

5. Retroëuntes: Joh. 6, 66. multi discipulorum abierunt retro.

6. Ad certamen propositum non currentes, Ebr. 12, 1. 1. Cor. 9, 26. Deo ex adverso ambulantes, Levit. 26, 21. seq. post Deos alienos, Deut. 11, 28. Dii alieni sunt idola, & omnis generis peccata.

7. Juxta desideria sua ambulantes, Jud. 1, 16. & in pravitate cordis sui, Deut. 29, 10. Eph. 4, 17. 18. 19. c. 2, 2.

8. Juxta malum exemplum: sic Israëlitæ in viis Jeroboami ambulabant, 1. Reg. 16, 2. Sap. 4, 12. mala exempla.

Juxta { carnem, Rom. 8, 1. 13.
hypocrisin, Gal. 2, 14.
principem mundi, Eph. 2, 2.

9. In consilio impiorum, Ps. 1, 1. Prov. 1, 15. & cordium humanorum, Ps. 81, 13. sunt verò corda irregenitorum tenebricosa, Eph. 4, 24. & scandalis referta.

§. 122 *Quinam rectè ambulant?*

In proposito certamine currentes, Ebr. 12, 1. & post Dominum ambulantes, Ose. 11, 10. (relictis nempe idolis suis & prioris vitæ vanitatibus, intentionis oculo unicè in Deum directo.)

2. Continuò proficientes, Luc. 13, 33. oportet me hodiè & cras & sequenti die ambulare; sic & nos oportet jugiter ambulare & proficere.

3. Cum Deo ambulantes, Genes. 5, 22. 24. & coram eo, c. 17, 1. inque ejus conspectu, cap. 24, 40. 42.

4. In lege Domini, Exod. 16, 4. ejusque viis, Deut. 19, 9. in veritate, 1. Reg. 2, 4. non in tenebris, Joh. 12, 35. c. 8, 12.

5. In novitate vitæ, Roman. 6, 4. & honestè, Rom. 13, 13. secundum charitatem, Rom. 14, 15. (confer Charitas) ambulantes sint concordes, Amos. 3, 3.

6. Spiritu ambulantes, Gal. 5, 16.

7. In viis bonis, Ps. 128, 1. & innocenter, Ps. 26. vers. 11. 12. huc spectant quædam phrases de pedibus in sacris literis.

8. In via humilitatis, Psal. 131, 1. Exemplo Christi, Matth. 11, 29. Phil. 2, 7.

9. In viâ patientiæ Duce Christo, 1. Petr. 2, 19. Ebr. 12. v. 1.

10. In directione piâ, Esa. 57, 2.

11. In concordiâ, Amos. 3, 3.

12. In fugâ Ethnicæ malitiæ: ut enim Manasses post vincula resipuit, 2. Chron. 33, 13. Sic nos abdicato gentilismo Ephes. 4, 1. rectè ambulemus.

Præmia bonæ ambulationis. §. 123

1. Dei gratia, Psal. 128, 1. seq. quæ prælucet ambulantibus & comitatur eosdem.

2. Angelorum custodia, Zach. 3, 7. Psal. 91. Ethnici olim in via Deos secum portatiles habebant; Ineptiæ!

3. Felicitas terrena, Ps. 1. v. 2. 3. 4. Ps. 112, 1. seq. Deut. 28, 2. 3. 4.

4. Bona conscientia, Act. 23, 1. 2. Cor. 1, 12. Ebr. 13, 19. Syr. 14, 2.

5. Scandalorum fuga: qui enim honestè ambulat, neminem scandalisat, Matth. 18, 6. 7. Phil. 1, 27.

Confer hîc Titul. Justitia. Pietas. Vita spiritualis.

AMEN.

Triplex erat Hebræis. 1. Acceleratum. 2. Amputatum. 3. Pupillare. Vide I. Buxtorf. in Lexic. Chald. Rabbin. Apocal. 1, 7. additur ναὶ. §. 124

Vox 1. Optantis à Deo bona petita: q. d. Det Deus, quæ petivimus, 1. Regum 1, 36. Jerem. 11, 5. cap. 28, 6. 2. Cor. 13, 13. Galat. 1. v. 5. cap. 6, 18.

2. Ecclesiæ confirmantis, ut Deuter. 27. v. 15. 16. sequent. & fidelis asserentis, Psalm. 72. v. 19.

3. Obsignantis Dei veritatem, ut sigillum obsignat literas: Vox principis, si oblatus fors supplex libellus, addit: Fiat. Rabanus Maurus: O dulcis amor Jesu! O dulcis veritas! ô dulce Amen! ô dulce verbum! Fiat mihi secundùm verbum tuum! Fiat: Amen.

4. Fidem confirmantis, Luther. Tom. 6. Witteb. & subscribentis, Rom. 1, 25. 2. Cor. 7. v. 20.

5. Anchora est fidei in Christum petram jacta.

6. Frequentata à Cananæa: Etiam Domine &c. Matth. 15, 27. ναὶ κύριε: certè q. d.

7. Notat etiam cogitationes fideles, Es. 25. v. 1. promissiones constantes, 2. Corinth. 1. v. 19. 20.

Est vox brevissima sonô, profundissima τῇ διανοίᾳ ac sensu. §. 125

Nostræ balbutiei indicina: quid enim oratio nostra nisi balbuties coram Deo, quam sublevat Dei Spiritus? Rom. 8, 27.

Fidei nostræ medicina in Christo recumbentis, 2. Cor. 1, 19. 20. Dei veritate nitentis, Tit. 1, 2.

Fulcrum fiduciæ noſtræ Deo nixæ, Pſal. 50. v. 15. Invoca me &c. Heb. 6, 18.

Signaculum orationis dominicæ, Hieron. in Matth. Aliquando notat veracem, Apoc. 3. v. 14. Eſa. 65, 16. Jurabit in Deo Amen, hoc eſt, veraci & fideli.

Adverbialiter uſurpatur pro verè, Matth. 5, 18. hinc Aquila vertit πεπιςωμένως καὶ πεπιςωμένως.

Pro confirmatione eorum, quæ à nobis dicta ſunt vel ab alio, Num. 5, 22. 1. Cor. 14, 16. vel eorum quæ adhuc dicturi ſumus, Matth. 5, 18. Olim populus acclamabat fauſto clamore Sacerdoti poſt preces & gratiarum actionem: Amen! Juſtinus Martyr Apolog. 2. quæ conſuetudo illuſtrat locum 1. Cor. 14, 16. & Deut. 27, 15. ſeq.

AMICUS. AMICITIA.

§. 126 Amicitia mutua ac latens inter bonos ac ſimiles benevolentia, ab amore dicta. Amici veri candidi, rari, chari, cari, Proverbior. 17. v. 17.

Amici Dei fideles à Deo laudantur, Pſ. 108. verſ. 6. ejusmodi amicus Abraham erat, 2. Chron. 20. verſ. 7. Eſa 41. verſ. 8. (per ſolum Chriſtum ſimus amici Dei fide apprehenſum. Debemus & illa facere, quæ præcepit Chriſtus, Joh. 15, 10.) Daniel. 3, 35. Judith. 8, 22. Jacob. 2. verſ. 23. Hujus amicitiæ plurima ſunt commoda & ſigna: (1) Obedientia Deo vocanti præſtita, Gen. 12, 4. (2) Conſenſio: Idem voluit quod Deus, idem noluit: Utrumque eſt amicorum. (3) Conſtantia in malis, quæ ornat amicos. (4) Similitudo cum Deo: hic enim filium pro nobis; Abraham ſuum Deo obſecundans immolavit. (5) Aſſiduitas laudandi Deum, extruendo ferè ubique altaria. (6) Patientia in adverſis Deo utique grata in amico gratiſſimo. (7) Perſeverantia in amicitiâ cum Deo per fidem, Rom. 4, 17. 18. (8) Sufficientia & contentatio in amore Dei, Pſal. 73, 25. & omnis gaudii cumulatio. (9) Supereminentiſſima præſtantia: Amans enim Dei omnia in Deo habet.

Amici falſi ſunt ſimiles

§. 127 1. Locuſtis, Apoc. 9, 7.

2. Equis fugitivis: ſic amici falſi fugiunt tempore periculi.

3. Bellatoribus: ſic is qui amicus erat, inimicus factus, maximè & acerbiſſimè perſequitur, quem odit.

4. Coronæ locuſtarum Apoc. 9, 7. notant tripudiationem & gaudium ſuper tuo malo, Pſal. 35, 21. 25.

5. Facies hominum notant dolum & verſutiam, quâ ſolent imponere falſi amici: ſic Iſmael, Jer. 41, 1. confer Tit. Hypocriſis.

6. Dentes notant ſævitiam, quam exercere ſolent.

7. Caudæ notant machinationes & cruenta conſilia, Luc. 14, 2. ſeq.

Sunt vitandi.

Eſt enim ſimilis falſus amicus.

Membro tabido, quod abſcindendum: ſic amico falſo credendum non eſt.

Poculo aureo, ex quo quis venenum bibit: ſic amicus falſus aurea labia gerit, ſed veneno tincta, Pſ. 55, 22. & 53, 3.

Hirundini æſtate advolanti, hyeme recedenti: ſic amici falſi æſtate florente præſtò ſunt, ſed ingruente hyeme deficiunt, Pſ. 38, 12.

Malo cibo, quem ſi retineas in ſtomacho, lædit te; ſi evomas, conſpurcat te & os: haud aliter cum amicitiâ falsâ comparatum eſt; ſolutâ namque amicitiâ inter duos nunquam non alterutri aliquid labis adſpergitur. Vide Dan. 11, 27. falſæ amicitiæ exemplum: confer Mich. 7. v. 4. 5. 6. 7.

Adjuncta Amicitiæ.

Utilitas, quâ dat conſilium animæ, Prov. 27, 9. & eâ gaudemus ut unguento, ibid. Syr. 25, 12. c. 6, 14. Eſt vitæ pharmacum, Chryſoſt. homil. 2. in 1. ad Theſſ.

Præſtantia. Amicus fidus præferendus fratri, Prov. 18, 24.

Comparandus 1. Theſauro. Interrogatus Alexander, ubi theſauros haberet repoſitos? reſpondit oſtendendo amicos. 2. Firmo præſidio: ejusmodi amicus fuit Cuſai Arachites, 2. Sam. 17, 16. Abraham, Gen. 14, 14. Jonathan, 1. Sam. 20, 17.

Amiſſio amici & jactura non eſt levis damni, Syr. 27, 26.

Probatio amici valdè eſt neceſſaria. Simile: Sicut nummum adulterinum probamus, navem diligenter compingimus & vas exploramus an vinum contineat, equum probamus priùs, quàm emamus: ſic quoque amicus probandus prius, quam admittatur. Confer Syrach. 12, 32.

Amicitia cum iracundo & vindictæ cupido, item mundi, facilè perit, Prov. 21, 4. eſt inimicitia reſpectu Dei, Jac. 4, 4.

Fracta non facilè redintegratur. Sicut adamas malleis fractus in minutiſſimas partes disſilit: ſic & amicitia diremta nunquam ſolidè coit. Ut cryſtalli fragmenta conjungi nullo modo poſſunt; ſic &c.

Amici habent omnia communia, & ſunt ſibi mutuo auxilio. Sicut duæ aures uni inſerviunt corpori, uni cordi: ſic multorum amicorum cor ſit unum, Act. 4, 32. cui aures & oculi ſint communes.

Æſtimatio: magnifaciendus eſt à nobis amicus, Syr. 27, 18. magnifacito amicum, &c.

Exempla Sacra.

§. 128 Amicorum bonorum: Ruben & Joſeph, Gen. 37, 21. 22. Ruth & Naëmi, Ruth. 1, 16. David & Jonathan, 1. Sam. 18, 3. c. 20, 8. Hiram & David, 1. Reg. 5, 1. Jehu & Jonadab, 2. Reg. 10, 15. Paulus & Oneſimus, Epiſt. ad Philem. v. 3.

Profana.

Pylades & Oreſtes. Caſtor & Pollux. Niſus & Eurialus. Damon & Pythias. Vide J. Raviſ. c. 1142.

Officia. Epaminondas pro corpore amici ſui Pelopidæ Thebani etiam ſaucius pugnavit, donec à Lacedæmoniis ipſi auxilium ſit datum. Lucilius ſemetipſum militibus Antonii Brutum inſequentibus objecit, ſe Brutum eſſe finxit:

finxit: Captum ad Antonium traxere milites; Cui Lucilius: Ego (inquit) finxi me Brutum, ut ab amico Bruto insequentes milites avellerem. Statue in me, quod vis. Admiratus Antonius amici fidem in amicorum postea primorum censu habuit Lucilium. Plura exempla apud Meiger. lib. 5. capit. 17. *Nuclei*. Prompt. exempl. part. 2. fol. 340. & 216.

Contingunt boni amici ex Dei munere, Syr. 6, 16. 17.

Malorum amicitia fugienda, Prov. 25, 20. quia ad peccandum inducit. Gentium infidelium, Exod. 34, 12. Cave ne, &c. Num. 33, 52. erunt clavi in oculis, Jos. 23, 13. fovea, laqueus, offendiculum, Jud. 3, 1. obliti sunt Dei.

Josaphati infelix amicitia fuit cum Ochoziâ, 2. Chronic. 20, 35. &c. taxata ab Eliezer. d, l.

Virtutes.

§. 129 *Amor erga amicum*. Proverb. 18, 24. præstat habere &c. Constantia: Amicus firmius adhæret quàm frater, Prov. 18, 24. loco non separatur, 2. Sam. 16, 21.

Fidelitas: sit enim amicus fidelis etiam in paupertate constituto amico à commodo, sic gaudebis cum eo, cùm benè habebit, Syr. 22, 28. 29. Felix est, qui amici fidelitate gaudet, Syr. 25, 12. Ad hanc fidelitatem pertinet hostium secreta amico revelare, 2. Sam. 15, 32. 33. c. 17, 17.

Candor: amicus re, non nomine solo sit amicus, Syr. 37, 1. Amicus sit candidus, non fraudulentus, Syr. 22, 27.

Amicitia magis est fida, quàm affectus fraternus, Prov. 18, 24.

Amicus amicum tueri debet, Syr. 22, 31.

Amici nota. In Infortunio se exercere, Syr. 12, 8.

)(Candori: non astare amico in necessitate, Syr. 6, 10. 11. 12.

Amicus non relinquendus: ac si volucrem è manu mitteres, Syr. 27, 22. spe cadis eam recipiendi: sic amissus amicus non facile recuperatur.

§. 130 Amicitia mundi

1. Inimica est Deo, Jacob. 4, 4.
2. Frangit fœdus cum Deo initum, 1. Pet. 3. vers. 21.
3. Iram Dei concitat, 2. Chr. 19, 2.
4. Pœnas cumulat: odit enim hypocrisin Dominus, quæ est in hâc amicitiâ mundi.
5. Inconstans est, Euripo mutabilior: at Dei amicitia stabilis est, Psal. 103, 16. 17.
6. Confundit homines: at amicitia cum Deo non confundit, Psal. 25, 3.
7. Impossibilia tentat. Matth. 6, 24. nemo potest duobus Dominis servire.
8. A vero fonte recedit; hic est DEUS. Mundus est fœtens lacuna.
9. Æternam mortem inducit: soli enim servi & amici Dei vivent, Es. 65, 13. 14.
10. Perfida est: in morte namque & tentationibus mundus nos destituit, ut Amnon sororem, 2. Sam. 13, 15.
11. Similis igni, qui cineri doloso suppositus non incurrit in oculos: sensit hunc ignem epulo, Luc. 16. v. 24. amicus mundi inimicus Dei.

Oppositum.

§. 131 Amicitiæ accidit inimicitia, quæ acerbissima fit inter amicos, Syr. 37, 2. sicut ex optimo vino fit acidissimum acetum.

Justitia: amicus amicum non destituat ob calumnias, Syr. 15, 18. c. 6, 1. ignominia eum non afficiat, Syr. 22, 24. 25. 26. à simili & damno ibid. d. l. Amicum amicus non contemnat, Syr. 22, 27. non lædat, Syr. 42, 22.

Taciturnitas: amicus non revelet amici secreta. A damno: perdit fidem, carebit amico fido, Syr. 27, 17. 18. c. 22, 27.

Charitas: recordari amici sui, Syr. 37, 6. 7. Amicitiæ fraternæ effectus, semper & in malis diligere, Prov. 17, 17. Huic opponitur oblivisci amici.

Liberalitas: Ejus actus est dare amico. Sic Job. 31, 16. seq.

Amicus reconciliatus cavendus, ne periculum machinetur, Syr. 12, 15.

Hypocrisis declinanda, ne nobis noceat, ibid.)(Candor.

Amici reconciliati cavendi, Syr. 12, 12. David cavet sibi à Saulo. Jonathan à Demetrio, 1. Macch. 10. Is Tryphoni fidens periit. 2. Tim. 4. Paulus jubet timere Alexandrum. L. C. Pax simulata cavenda.

Prudentia, amicis non fidendum, Syrach. 6. vers. 13.

Amicus explorandus in necessitate prius quàm ei confidas, Syr. 6, 7.

Amicis amicus noster animus certis documentis ostendendus est, August. lib. de Catech. rudib. c. 4. Et sicut res splendidæ lucem quandam in vicina loca spargunt: sic quoq; amicus lucem amici affectus in vicinum locum spargit.

Vitia Amicitiæ.

§. 132 Inconstantia. Si veterem amicum destituat, quia incertum est, an novus ita sit se gesturus. Novus amicus, novum vinum: probandus est instar vini, Syr. 6. v. 9. cap. 9, 14. 15. Vide Camerar. part. 2. cap. 46. horar. subcisivar.

Amici vitium, gaudere solum in prosperitate amici sui, Syr. 37, 5.

Amici falsi sunt, qui, quantisper frui possunt, amici sunt, Syr. 6, 8.

Injustitia, amicus injustus cavebitur ab aliis, Syr. 22, 32.

Avaritia, Amici divitum suos amicos tollunt lapsuros, Syr. 13, 25. 26.

Garrulitas, prodere secreta, Syr. 6, 9.

Amici falsi familiares, Psal. 55, 13. 14. 15. opprimunt nos, Psal. 41, 6. 10. In tribulatione nos deserunt, Ps. 88, 9. 19. & Ps. 38, 12. Job. 19, 13. 14. 15. 16. Psal. 142, 5. Discordiæ & Simultates, quæ solent esse gravissimæ inter amicos & consanguineos, Camerar. part. 1. c. 92. horar. subcisiv. Inter Hieronymum & Ruffinum, plorat August. Epist. 93.

Similia præstantiam amicitiæ declarantia.

§. 133 Aurum. Amici boni præstantia non potest redimi auro neç argento, Syr. 6, 16. Est fœdus inter

inter duos: 1. Samuel. 20. v. 16. pepigit Jonathan fœdus.

Amici officium erga amicum: non relinquere eum ob aurum, argentum, Syr. 7. v. 20. non recedere in infortunio, Syr. 12, 19. Seneca in Agamemnone: poscunt fidem secunda, at adversa exigunt.

Unguentum: amicus dulcior est unguento, Prov. 27, 9.

Præsidium: amicus bonus est firmum præsidium & bonus thesaurus, Syr. 6, 13. 14. Amicus verus & sincerus diu quæritur, vix invenitur & difficulter servatur: si vis verâ amicitia delectari, esto amicus Dei. Hier. lib. 2. c. 7. in Mich.

Justitia: amicus amicum tueri debet, Syr. 22, 31.

Amicitia spiritualis est inter eos, qui habent 1. unum spiritum. 2. unam fidem. 3. unam charitatem. v. Unitas.

Eventus inimicorum.

Perire: nos ita gaudebimus in judiciis Dei & hoc bonum expetendum est, Syr. 25, 11. quatenus Dei justitia inclarescit ex ejus Judiciis. Confer Tit. Charitas, cujus natura declarat naturam amicitiæ sicut mater filiam. Charitas namque amicitiæ est mater. Vide Lambert. Danæum fol. 208. Operum de amicitiâ.

AMISSA

Restituenda, Deut. 22, 3. *v. Restitutio. Tempus amissum. v. Tempus. v. Occasio.* Temporis amissio perniciosissima. *v. Tempus & Occasio.*

Amor conjugalis. *v. Conjugium.*

§. 133 AMOR sui, vel Φιλαυτία, & ARROGANTIA.

Est verò amor sui, cùm quis se magis diligit, quam Deum proximumque, Prov. 16, 2. c. 18, 2. c. 21, 2. Psal. 73, 6. 9. Syr. 6, 2. Rom. 12, 16. c. 1, 22. ibid. Phil. 2, 5. Syr. 10, 15. 2. Tim. 3, 2.

Effectus.

Amor sui excœcat homines, ut se non nôrint, Gal. 6, 3. neque defectus suos, Apoc. 3, 17.

Dei iram concitat, 2. Sam. 24, 1. 2. Philautia licita est, quâ quis seipsum moderatè diligit. Incipit enim Charitas à seipsâ. v. Charitas.

Arrogantiæ filia gloriatio. v. Jactantia.

Causa ejus.

In Subjecto de industriâ peccante Satan est, qui se amat, non Dei gloriam, non hominis salutem.

Est species superbiæ, imò filia ejus & genuina proles, Syr. 10. v. 7. 8. 9. 10. Superbia igitur hanc philautiam procreat: Accedit etiam 1. sui ipsius ignorantia: cum se homo ignorat, se quoq; amat homo, non agnoscens se cinerem esse. 2. Hanc ignorantiam sequitur prava suiipsius dijudicatio: hoc morbo laborarunt Corinthii 1. Cor. 11, 31. Si nos judicaremus, &c.

Dissuadetur

E 2. Tim. 3, 2. Rom. 1, 22. Syr. 20, 8. Exod. 4, 6. manus leprosa reddita est Mosi: admonuit eum Deus, ne suæ manui tribueret, quod DEI erat, nec se amaret, arrogans non esset. Viribus enim humanis nihil perfectum, ibidem, Ps. 44, 4. 5.

Simile. Simia ocreas induens capta est: ita sibi arrogans ea quæ non congruunt, insipiens est simiæ imitator & gloriæ Dei raptor.

Amor sui naturalis licitus.

Ephes. 5, 29. Nemo carnem suam odio habuit.

Arrogantes Idololatræ.

§. 134 Absolon columnam sibi erexit gloriæ signum, 2. Sam. 18, 18. Ita arrogantes columnam proprii amoris sibi in corde, tanquam Deum hanc adorant, hanc venerantur.

Latrones.

1. Maccab. 16, 11. Ptolomæus gener Simonis &c. Spiritualiter quoque proximum suum occidunt, cui se præferri cupiunt, Phil. 2, 3.

Bellorum Motores.

Vide 1. Maccab. 5, 57. 58. seq. & factionum in choro, Act. 20, 30.

Applausus populi captatores.

Exemplo Pharisæorum, Matth. 6, 1. seq. c. 23, 5. 6. 7. At quam vanus est applausus hominum, quem ultrix pœna Dei sequitur, Act. 12, 23.

Discordiarum seminatores.

Exemplo Corinthiorum, 1. Cor. 1, 17. c. 2, 1. seq. Pseudo-Apostolor. Gal. 6, 12. c. 5, 26. falsorum Doctor. & hæreticorum omni tempore, non Dei amorem considerantium, suimetipsorum verò gloriam ambientium.

Ministrorum Christi Osores.

3. Iohan. v. 9. 10. Exemplo Diotrephes est, qui dicitur φιλοπρωτεύων, hoc est amator primatus. Censet Vatablus fuisse nomen appellativum, notans eos, qui se à Jove nutritos esse perhibuerunt, sed rectius proprium fuisse censetur.

Partes & actus amoris sui.

§. 135 1. Suis solùm commodis studere. Hoc enim solùm agunt οἱ φίλαυτοι. vide Philip. 2, 3. 4.

2. Non habere rationem divinæ gloriæ vel utilitatis proximi, contra Pauli præceptum 1. Cor. 10, 31. Omnia ad Dei gloriam.

3. Huic mundo inniti, huic adhærere: Aug. lib. 14. cap. 28. de Civit. Dei. Hujus mundi proprium bonum est, superbia vitæ, 1. Joh. 2, 16. quam amplectuntur sui amantes.

4. Suæ saltem voluntati servire & ei obsequi: hæc enim voluptas carnalis pro Deo est iis qui seipsos amant.

5. Suam gloriam quærere. Joh. 5, 44. Quomodo potestis Deo credere, &c.

6. Alios contemnere, ut Luc. 18, 9. Pharisæus ille Publicanum despiciebat.

7. Suis viribus confidere. 2. Sam. 24, 1. sic David, populum numerans, sui suæque potentiæ amans.

8. Officia aliorum affectare, Num. 12, 1. Jud. 8, 1. c. 12, 1. quibus meliùs se posse fungi, existimant.

9. Honoribus non satiari, Esther. 3, 6. c. 5, 6. Matth. 20, 20. 21. 24. mater filiorum Zebedæi.

Subjecta hujus vitii, non solùm sunt Ethnici, sed & fideles in Ecclesia, hocce vitio sibi pœnam Gehennæ attrahentes. Adi Bellarminum Tom. 6. col. 571. d. seq. Itaque cum hoc vitio nemo careat, in propatulo est, neminem implere Legem in hac vitâ.

Exitus

§. 136 *Exitus turpis arrogantium.*

Gen. 11. Babyloniorum confusio & dispersio. Luc. 1. dispersit superbos mente cordis sui: stultitiæ inductio, Rom. 1, 22. Pœnarum multiplicatio, Num. 12. lepræ c. 16. deglutiti Core, Dathan & Abiram vivi, ambitiosi, & honorum minimè capaces. Absolon vivus suspensus & hastis trajectus, 2. Sam. 18. v. 15. 16. turpi exitu notatus, v. 17. ibid.

Desolatio & vastatio, Ezech. 27. Exemplo urbis Tyri florentissimæ. Arrogantia eadem cum amore sui ϗ φιλαυτίᾳ dissuadetur Rom. 12, 3. sapere ad sobrietatem jubemur: v. Sobrietas.

Similitudo hujus vitii in hydropisi maximè elucet, quæ hominis corpus inflat; sic φιλαυτία animum.

In pœna. Exod. 5, 2. Dominum non novi & Israël non dimittam, inquit Pharao, sed luit pœnas, Exod. 14, 27. c. 15, 11. Itaque vitia nostra debemus magis agnoscere, si proficimus. Mat. 13, 26. crescente herbâ apparuerunt etiam zizania: si in pietate crescis, peccatum tuum & scelerum zizania apparebunt tibi in conscientia, aliis in Judicis supremi apparentis præsentia, Matth. 25, 23. 24.

Tempus quo vigebunt sui amantes.

In novissimis diebus erunt sui amantes, 2. Tim. 3, 2. φίλαυτοι: Ex his omnium malorum fons: Est enim φιλαυτία ejusmodi fons, teste Platone lib. 5. de L. L.

Simile.

Arrogantes similes sunt Hydropicis, qui potu nunquam satiantur: ita arrogantes nunquam honoribus saturi fiunt. V. supra Tit. *Ambitio.*

Amor beatorum. v. *Vita æterna.*

Opposita.

1. Amor Dei & ejus gloriæ. v. *Charitas in Deum.*

2. Humilitas, quæ seipsum ignorat & suam gloriam non quærit, Joh. 8, 50. se nihil esse agnoscit, 2. Cor. 12, 11.

3 Abnegatio sui ipsius, Matth. 16, 24. quæ hujus quoque vitii internecionem secum fert. *vid. Tit. Superbia, Humilitas, Gloria vana, Invidia, Ambitio.*

Amor Venereus. *v. Castitas: in opposito.*

AMULETA.

1. Medica. 2. spiritualia sunt Dei verba, non collo appensa, sed cordi, quæ fugant animi tristitiam. Psalm. 119. nisi lex tua &c. sanguinem peccatorum sistunt, Ps. 51. De amuletis V. Philip. Camer. part. 2. c. 76. hor subcisivar.

§. 137

ANABAPTISTÆ.

A rebaptizando sic dicti: Pestiferum sectæ genus, tectum ovillâ veste simplicitatis Valentinianorum, Eunomianorum, Niceph. lib. 11. c. 11. Donatistarum, Hilarii Diaconi, Manichæorum somnia renovans. Vide Urbani Regii libellum contra Monasterienses Anabaptistas editum, cum Socinianis conspirans in multis doctrinæ capitibus: Ortum & progressum in Helvetia & Germania descripsit Henricus Bullinger, & Johannes Gastius, Mœstorfius, Hericus Dorpius, Tom. 2. Operum Vernacul. Lutheri Wittebergæ editorum.

Colloquia varia.

Cum iisdem habita: Franckenthalense, Embdense, Vismariense.

Errores confutarunt.

Martinus Duncanus libr. duobus contra Mennon. Simon. Johan. Faber, Florimundus Rœmundus, Georg. Cassander, Joh. Corbachius, Spanheimius, Cloppenburgius, Godofridus Udemannus, Springlius, Gul. Prateolus, Alphons. à Castro in Hæreseolog. Oecolampadius, Bucerus, Johannes à Lasco, Calvinus in Libertinos. E nostris: Lucas Osiander, D. Joh. Wigandus, D. Hunnius passim in Postillis, Jod. Erhard. Glanæus, D. Schlusselburgius in Catal. hæreticorum, Justus Menius.

Tumultus descripserunt.

Lambert. Hortensis peculiari lib. Henricus Dorpius, Sleidanus, Bullingerus & Gastius d. libris. *Errores* notati in lib. Symbolic. nostrarum Eccles. Prompt. exempl. part. 2. fol. 166.

ANACHORETÆ. *v. Eremus, Eremitæ.*

ANALOGIA.

Fidei est concentus & harmonia fidei, quæ creditur, Rom. 12. à Spiritu S. revelatæ. Sic Deut. 1. v. 3. Moses locutus Israeli fidem à Deo revelatam.

ANANIAS v. *Paulus.*

ANATHEMA.

§. 138

Ἀνάθημα donarium παρὰ τὸ ἀνατιθέναι.

Notat 1. rem execrandam quamvis. Ἀνάθεμα 1. Cor. 12, v. 3. *dicere Christo* jubebantur fideles. Plinius lib. 10. Epist. 97. ad Trajan. dicunt hodienum Judæi in Synagogis suis Christo & Christianis Horma h. e. anathema, Cajetan. in 1. Cor. 12. Hebr. חרמה *Occisio.*

2. Spolia prohibita, Jos. 7, 15.

3. Rem internecioni destinatam ut Jericho, Jos. 6, 17. Hieronym. cap. 2. ad Gal.

4. Devotum æterno exitio; sic Rom. 9, 3. 1. Cor. 12.

5. Cum additur Maranatha (Dominus venit) 1. Cor. 16. vers. 22. speciem extremi anathematis, quod in die ultimo vibrabitur in impios. Tremell. in notis ad h. l. Pauli. Vide August. quæst. 40. & 41. in Numer. Chrysost. homil. 16. ad Rom.

6. Excommunicati olim vocabantur anathemata, ut notant Chrysost. & Photius. Oedipus erat ἀνάθεμα vita indignus.

7. Donaria Diis Gentilium in templis suspensa ἀναθήματα.

8. Ornamenta muliebria, Clem. Alexand. lib. 2. c. 11. Pædagogi.

Plura vide apud Martyr. Class. 2. c. 9. §. 27. L. Comm. Aret. in problematib.

ANCILLA. *v. Servio, Servus.*

ANCORA sive ANCHORA.

§. 139.

Spes dicitur tutissima, Hebr. 6. v. 19. 1. Mare, in quod ejicitur, est mundus hic, plenum mare malorum. 2. Funis alligans spei anchoram, est firma fides. 3. Fluctibus immensis obruitur spes nostra, Ps. 88, 18. 4. Firma est & tuta, Dei verbo nixa ac promissione. 5. Nautæ omnes sumus in hac vita, portum Patriæ nondum attigimus. Excipit nos sæpè tempestas sæviens:

non terreat nos anchorâ firma fretos. 6. Anima hominis regeniti instar navis jactatæ procellis tentationum. 7. Effectus hujus anchoræ est, sistere navem, ne in vada aut scopulos aut saxa latentia torqueatur, non evertatur, non disjiciatur. 8. Anchora hæc semper servat: spes enim non confundit, Psal. 25. Rom. 5. salvat, Rom. 8. Nunquam superatur hæc, nunquam frangitur: Tuta, firma, quia certa est cordis nostri πληροφορία. 9. Sursum figitur in corde Dei, merito Christi: non figitur in terrenarum rerum sabulo, nec mundi impuro stabulo; sed in æternorum bonorum possessorio, Hebr. 11. per tot.

§. 140

ANDREAS.

Apostolus, Matth. 4. v. 18. c. 10. v. 2.

Nomen Græcum notat virilem, animosum, fortem: ἀνδρεῖος, ab ἀνὴρ, ἀνδρός. Hieronymus de interpretat. nomin. Hebræorum.

Patria Bethsaida, nomen extat Joh. 1, 44.

Pater Jonas: fuit enim Andreas frater Petri: Hic verò Jonæ filius dicitur Matth. 16. Joh. 1, 44. Matth. 10, 2.

Discipulus fuit Johannis, Joh. 1, 35. sequent.

Vocatus à Christo, Luc. 5. per miraculum, Matth. 4. directè ad piscaturam hominum. Mosen ex aquis olim Deus extraxit parvulum, Exod. 1. Humilem Andream Christus ex aquis maris Tyberiadis vocat ad educendum populos de lacu perditionis.

Mox sequitur vocantem, Matth. 4. Sicut magnes trahit ferrum: sic Christi vox Andream. Ignis ad se trahit leviora: sic amor Christi traxit Apostolum. Ignis amoris accenderat virum Dei, Cantic. 8. Dilectio ut ignis. Sol illuminat speculum, atque huic sui imaginem imprimit: Ita Christus sol justitiæ Malach. 4. tenebras in corde Andreæ dispulit, lucem fidei à Johanne acceptam Joh. 1. v. 38. 39. auxit, & sui imaginem Andreæ impressit. Eliam sequitur mox Elisa 1. Reg. 19. Sic Andreas Christum.

Fides ejus eximia fuit, mox Christum sequens, ejus sese dedens servitio.

Charitas, quæ fecit, ut in cruce gauderet. Vide Bernhard. in vigilia hujus Sancti. Andreas (inquit) ignis vibrans est, non lingua loquens; & si lingua est, ignea est.

Obedientia: mox sequitur Christum, ut Isaacus Abrahamum Genes. 22. Numer. 10. semel clangebat tuba argentea, ut duces convenirent. Christi vox tuba est, clanxit semel Andreæ: hic mox Christi gregis dux spiritualis factus accurrit & Christum sequitur.

Prædicatio Andreæ fuit diligens & assidua. In vastum mare orbis eductus est Andreas & quidem in Scythiam, non secus ac sabalus piscis ova excludere dicitur in fluminibus dulcibusque aquis, ac fœtus, qui paululum excreverunt, mox in mare educere, in quo maximi evadunt. Narrat Bessaus concept. Theolog. in hoc festum.

Mors. Crucifixus esse dicitur Patris in Achaja, Domino suo mortis genere assimulatus.

Honorifica. Ut Vasallo honorificum est cum Domino mori, ac servo cum hero: Sic Andreæ crucifigi cum Domino.

Phocion ad poculum venenatum à judicib. ingratæ patriæ damnatus, tum Dippum, iniquè ferentem, se, hominem plebejum, eodem mortis genere mactandum, his verbis erexit: Annon tibi satis est cum Phocione mori? Cant. 1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: sic Christus Andreæ myrrham crucis dedit, quam non ut Simon Cyrenensis gestavit solùm, sed in qua mortuus ipse est.

Laudes Andreæ.

§. 141

Similis est lapidi, qui dicitur Jaspis, Apoc. 21, 20. Is dicitur 1. Fortitudinem conciliare: Atqui fuit in Andrea fortitudo in prædicando Evangelio. 2. Durus Jaspis; patiens Andreas, non cedens ullis ictibus. 3. Solidus; idem cum Jaspide Andreas. 4. Viridi colore pellucidus Jaspis: Virtutum fulgore pellucidus & illustris idem Apostolus.

Lapis est inter duodecim Apostolos non vulgaris. Ut enim duodecim lapides erexit Josua in signum transitionis Israelitarum per Jordanem, Jos. 4. Sic Christus 12. Apostolos memorialia nostræ per ipsum liberationis posuit, non minimus inter hos Andreas.

Ossa & reliquiæ translata Constantinopolin tempore Constantini secundi, teste G. Durando lib. 7. c. 37. Rationalis. Ea tamen oleo stillare in Italia tradit Laurent. de Aponte in c. quartum Matth. n. 40. Fidem nos non habemus.

ANGARIÆ.

Matth. 5. v. 41. c. 27, 32. est cogere, impellere, à voce Græca ἄγγαροι. Persicæ originis. Persis enim Regum tabellarii erant dicti ἄγγαροι. Apud Ulpianum naves angariari dicuntur. Confer Marc. 15, 21.

ANGELICI.

Hæretici olim, qui Angelos adorabant, vitam angelicam jactitabant. Aug. lib. de hæres. hær. 29. Anno Dn. 99. vixerunt sub Imp. Severo.

ANGELUS, Angeli.

§. 142

Nomen non naturæ, sed officii, Amb. in c. 1. ad Heb. מלאך nuncius à radice לאך quæ tamen non est in usu: refertur tamen ad הלך. Ivit. Forster. in Lex. Retinent hanc vocem Syra & Chaldea lingua, Arabica Melech. Tribuitur v. hec vox etiam nuncio cuilibet, 1. Sam. 23, 27.

Synonyma. Dicuntur Astra matutina, Job. 38. Filii Dei ibid. Potestates, Dominationes, Eph. 3, 19. Rom. 8, 38. Col. 1, 16. Flamma ignis, Heb. 1, 7. Cherubim, Seraphim, Es. 6. Viri DEI, Gen. 18, 2. Vigiles, Dan. 4. Dii, Ps. 8, 6. 1. Cor. 8, 5.

Doctrina

De Angelis utilis est, 1. ob Dei gloriam, quam angeli illustrant, Ps. 103, 20. 2. Providentiam, cui inserviunt nos defendentes: Omnipotentiam & benevolentiam, cujus vi & jussu angeli nobis serviunt. 3. Nostrum solatium: Nam homini, pulveri, præfecit Angelos Spiritus, Gen. 18, 27. 4. Vitæ piæ studium: Pios enim custodiunt, Ps. 34, 8. 5. Spem in adversis, ut de custodia Dei ne dubitemus, 2. Reg. 6, 16. 6. Certitudinem hujus doctrinæ è solis scripturis petendam. Nebulæ sunt, quæ ratio de Angelis commen-

mentatur, extra scripturas. Extra quas eorum doctrina obscura, quod patet (1) ex variis veterum errorib. & opinionibus de Dæmoniis conceptis. Putarunt namque quosdam esse spiritus, qui Divinitatis naturam participaverint, semper nectare pleni, nec inferiorib. reb. præsint; sed reliquis angelis jura velut præscribant; quosdam mundi sphæris accommodatos, unicuique cœlorum & stellarum præesse. Deinde quosdam qs. ministros posuerunt, qui res super terram disponendas curarent, itinera conficerent, præliis interessent, Corn. Agrippa lib. 3. de occultis Philosophiæ c. 16. de Intellig. & Dæmonib. & ex hoc Korman. consid. XVI. p. 47. 48. Theat. natur. Aug. Steuch. lib. 8. c. 10. & 16. & 18. peren. Philos. de triplici ordine Deor. (2) Ex variis eorundem disputationibus, ita ut in naturam geniorum extra scripturam inquisituri, humanâ sapientiâ ipsimet stulti facti sint, & multa ἀδιάλλακτα statuerint, quâ de re legendus Aug. Steuchus Eugubinus lib. 8. c. 1. 2. seq. de perenni Philosophia. Proclus successor Platonis lib. 1. in Theolog. Platonis, cap. 24. Athenagor. Oratio pro Christianis. Theodoret. sermon. de curandis Græcorum affectionibus.

§. 143 Vox Angelus ambigua: significat (1) Filium Dei Es. 9. angelum magni consilii juxta 70. interpretes; fœderis, qui est Christus, non Elias: contra Judæos, qui tradunt, illum pro circumcisione singulari zelo arsisse, cui etiam sellam ponunt, administrato hoc Sacramento. Munster. in c. 3. Mal. 3, 2. qui eripit ab omni malo, Gen. 48. vocatur Jehovah, Exod. 33, 40. Ose. 12, 4. (2) Ministrum Dei extraordinarium Mal. 3, 2. Matth. 11, 10. Marc. 1, 2. Luc. 7, 27. Ordinarium Mal. 2, 7. Apoc. 1, 20. c. 2, 18. 12, 18. &c. qui fungitur delegatione, 2. Cor. 5, 20. (3) Angelum in genere sive bonum sive malum, Act. 23, 8. (4) Malum solum, Matt. 25, 41. 1. Cor. 6, 3. qui Epitheto insignitur 2. Cor. 12, 7. Satanæ, malitiæ & peccati, 2. Pet. 2, 4. rebellionis, Judæ v. 6. abyssi, Apoc. 9, 11. Draconis, ibid. 12.

Nomen non est substantiæ, sed officii, non est ὀσίας, sed λειτεργίας & singularis διακονίας, hinc dicuntur angeli ab annunciando, ex Græco v. ἀγγέλλω. Justin. Martyr in Dial. cum Tryphone; Genii veterib. Dæmones, Dii cœlestes.

An verè Angeli existant?

§. 144 Negabant olim Sadducæi, Act. 23, 8. Matth. 22, 23. hodie Libertini è Secta Anab. Eundem ferè errorem Erasmo attribuere videtur Lutherus t. XI. Witteb. Germ. f. 242. col. 8. in caput 32. Gen. Affirmamus orthodoxi (1) ob dicta scripturę luculentissima ubivis obvia. (2) Apparitiones in V. & N. T. Gen. 18, 2. c. 32. v. 2. 2. Sam. 24, 17. Zach. 1. v. 2. Act. 7, 53. c. 12, 9. 11. (3) Status & operationes: Cingunt n. thronum Dei Job. 1. v. 6. Ps. 89, 7. Es. 6. v. 2. vident Dei faciem Matt. 18. v. 11. venturi cum tuba Matt. 24, 31. (4) Testimonia saniorum Ethnicorum. (5) Ipsa experientia, quæ testatus bonos ab angelis defendi.

De Angelis bonis.

§. 145 Angeli boni appellantur 1. spiritus administratorii Ebr. 1. v. ult. qui sunt à servitio, choro, foro, thoro, Gen. 19, 1. c. 28, 12. c. 32, 24. Tob. 5, 5. Castra Dei Gen. 32. Equi Dei (juxta quosdam, Dionys. c. 1. de cœlesti Hierarchia) Habac. 3, 15. (1) *ambulantes* in magno hujus mundi mari & jussa judiciaque Dei exequentes, Ps. 103, 21. inter mundi maximos fluctus chori, fori, thori. (2) In aquis multis gressus figentes & pios custodientes, Ebr. 1. ult. (3) Divinæ majestatis & fortitudinis indices: solent n. equis robustis & splendidis suam testari magnificentiam mundi Dynastæ. (4) Ejusdem justitiæ Dei vindices: Equi n. ad bella parantur Prov. 21, 31. sic angelos Deus ad bella impiis inferenda parat, eosq; punit angelorum ministerio, ut Sodomeos Gen. 19. Pharaonem, Sennacheribum, 2. Reg. 19. Herodem Act. 21. (Alii locum Habacuci explicant ita: lentè procedunt equi nostri, Domino auxilium subtrahente.) *Filii Dei* Job. 38, 7. (1) Ratione Creationis: creati n. sunt angeli à Deo, Col. 1, 16. atque hinc eorum Pater Deus dicitur, non minùs quàm hominum, Mal. 1. v. 6. c. 2, 10. cui Patri Spirituum quoque inserviunt, Heb. 12. v. 9. (2) Eximiorum donorum collationis, quæ cœlestis Pater largissimâ manu in hos Spiritus contulit; de quib. infr. hoc Tit. (3) Cognitionis Dei intimioris. (4) conversationis coram Deo ac propinquitatis, &c. Throni, dominationes, Col. 1, 15. &c. Eph. 3, 10. L. Danæus de sedibus beatis accipit hæc nomina in Isagog. Nos communem sententiam retinemus. 1. Throni, gloriam Dei admirandam ostendentes, thronum ejus velut cingentes, Dan. 7, 10. 2. Principatus, Ephes. 1, 21. Coloss. 2, 10.

2. Exercitus (1) Parati ad Dei jussa Ps. 103, 21. confer Luc. 2, 13. (2) militantes pro Duce suo & cum eo pro Ecclesia, Apoc. 12. (3) Judicia Dei exequentes erga impios. Vid. Effecta. Quanquam (ut fateor) non displicet sententia eorum, qui existimant D. Paulum hypotheticè, non assertivè locutum esse, ut sit sensus: si essent tot angelorum ordines, exercitus, throni, dominationes, Principatus, (ejusmodi namq; ordines Platonica Philosophia confinxerat. Vide Aug. Eugubin. de perenni Philosophia. Proclum lib. 6. in Theologiam Platon.) attamen nullus eorum Christo est præstantior, quin potius hic illos omnes creavit & fecit. Itaque D. Paulus non asserit per Thesin, dari ejusmodi ordines; sed ex hyothesi loquitur: Si essent, ut dictum est. Differentia v. inter angelos nobis incognita est, quod largitur D. Bayus cap. 65. Inst. Catechet. Ipse Dionys. c. 6. libri de cœlesti Hierarchia. Ribera non sequitur Dionysium in Epist. ad Hebræos, qui rem abstrusam vocat sententiam illam de angelorum ordinibus contra Lombard. lib. 2. dist. 9. Pelbart. de Themos in Rosar. V. Angelus.

Causa creans angelos iisque imperans

§. 146 Deus est (1) quia is omnia fecit, Joh. 1. Ergò etiam angelos. (2) quia in Christo condita sunt universa Col. 1, 15. cur non & Angeli? (3) Sunt creaturę: Ergo creatæ à Creatore, aliàs creaturæ non essent. Hinc in eorum censum Paulus eos retulit Rom. 8, 38. (4) Pudendum errat errorē Clemens VI. P. angelis mandans, ut animas eorum, qui Romam ad Jubilæum contenderent, si in

ſi in itinere morerentur, mox in cœlum transferrent. Balæus in vita Clementis VI. Cornel. Agrippa cap.61.de vanit. ſcientiarum. *Quando v.* creati? Quidam putant ſecundo die creatos fuiſſe, multi Patrum multis ante creatum mundum ſeculis creatos. Alii primo die. Vide Orig lib.1. περὶ ἀρχῶν. Aug.lib.12.c.25.de civ. Dei. *Vbi verò* creati? ἐπέχομεν! nihil revelavit ſcriptura. Vide ſis Damaſcen. lib. 2. cap. 6. de Orthod. Fide.

Materiam non habent, ergò fruſtra ſuffitu placantur, D. Scheibler. in Top. de materia. Veteres autem corpora angelis tribuentes non loquuntur ἁπλῶς, ſed συγκριτικῶς, ratione puriſſimæ & ſimpliciſſimæ Dei eſſentiæ, Origen. lib. 2.c.8. de principiis Tertullian.lib. de carne Chriſti. Auguſt. lib. XI. c. 23. de Civit. Dei. Errant Gnoſtici, aſſerentes angelos ex ipſa Dei eſſentia genitos eſſe.

Corpora aſſumpta fuerunt inſtar formarum aſſiſtentium non informantium: Ubi verò manſerint illa, definitum non eſt.

Forma Angelorum: Quidam putant imaginem Dei fuiſſe formam: alii ſapientiam & intelligentiam, Thom. part. 1. q. 54. art. 1. alii ſpiritualitatem eſſentiæ dependentem, & quæ non habet dependentiam ad corpus organicum.

Finis Angelorum 1. Gloria Dei & majeſtas ejus, Eſ. 6, 3. Pſ. 103, 20. 2. Hominum ſalus & cuſtodia, Pſal. 34, 8. Hebr. 1. verſ. ultimo.

Effecta angelorum & operationes variæ ſunt, de quibus infra h. l.

τὸ ποῦ adſcribitur; in quo ſunt definitivè, non repletivè ut Deus, non circumſcriptivè ut corpora.

§.147 *Mittens.*

Deus ipſe eſt: hinc toties Angeli miſſi eſſe leguntur à Deo, Gen. 19, 13. 2. Chron. 21, 15. 2. Chron. 32, 21. Dan. 6, 22. c. 10, 11. Zachar 1, 10. Luc. 1, 19. 26. Act. 12, 11. Hebr. 1, 14. Tob. 12.

In ſolatium Chriſtianorum vero mittuntur.

Simile: ſicut n. Dux militaris ſuos ſolatur milites ſpe commilitonum jam jam futurorum, ut fortes ſint & animosè pugnent: ſic etiam cœleſtis Dux noſter Joſ. 5, 14. & Michaël ſolatur nos ſpe Angelorum jam jam præſentium, quos nobis in præſidium deſtinaverit, Apoc 12, 7. Zach. 3, 7. dabo tibi de his &c. Pſal. 34, 8. caſtra locabunt Angeli, Pſ. 91, 11. & in omnibus viis te cuſtodient.

§. 148 *Officia erga Deum.*

Reverentia & ſervitus, quæ exprimitur (1) ſitu & geſtu, cùm Deo adſtare dicuntur à dextris & ſiniſtris, 1. Reg. 22, 19. Dan. 7, 10. aſſiſtebant. Luc. 1, 11. ſto ante Deum. Tob. 12, 15. ſtamus ante Dominum. (2) miniſterio Dan. 7, 10. miniſtrabant ei. (3) Executione voluntatis Dei, Pſal. 103, 21.

Cultus, qui patet (1) ex Pſalmodia, Eſ. 6, 3. Sanctus, &c. Luc. 2, 14. Apoc. 5. v. 11. 12. Job. 38, 7. Ex adoratione Filii Dei, Philip. 2, 9. Heb. 1, 6. Apoc. 5. v. 11.

(2) Confeſſione gloriæ, Apoc. 5. Dignus eſt agnus accipere, &c.

(3) Benedictione, Pſ. 103. Benedicite Domino angeli ejus, & laudate, Pſ. 148, 2.

(4) Gloriæ DEI prædicatione, Exod. 19, 16. 18. Deut. 33, 2. Gal. 3, 19. Act. 7, 53. & manifeſtatione admirandarum Dei actionum, Dan. 9, 24. Luc. 1, 35.

(5) Chriſto quoque exhibent varia: Præſto fuerunt ei naſcenti vel nato, Luc. 2. exuli, tentato, patienti, reſurgenti, aſcendenti & olim reverſuro è cœlis.

Erga Eccleſiam.

§. 149 Angelorum eſt officium eam cuſtodire. Allegoria. Duo Cherubin in operculo arcæ erant &c. Exod. 25. Per hos angeli ſignificati.

Nam I. ratione facierum conjunctionis, conjunctas habent facies, i. e. conjunctas operas exequuntur erga Deum & Eccleſiam, ut illius mandata exequentes illam tueantur & defendant. Huc ſpectat viſio quatuor animalium Ezech. 1, 6. juxta Junium in h. l. quanquam aliis ſecus videatur: columna nubis & ignis.

II. Formæ amabilitatis, quæ in Cherubinis erat: ſic bonorum Angelorum eſt, amorem erga homines declarare; & fulgorem lucis ſuæ mitigare, & nuncia ferre plena gaudii: nam Danielem angelus erexit, Dan. 8, 19.

III. Alarum celeritatis: Alæ n. Cherubinis attributæ ſunt. His ſignificatum eſt, Angelos promptos eſſe ad obeunda Dei juſſa & piorum patrocinia, Pſ. 103, 21.

Erga homines fragiles.

Ut vaſa vitrea, per ſe fragilia, ne frangantur, mollibus integumentis aſſervamus atq; involvimus; ſic quoque Deus, fidus ille cuſtos Iſraelis, Pſ. 121, 4. pios, vaſa miſericordiæ in ſe fragilia, 2. Cor. 4, 7. conſervat per Angelos, ne vis Diaboli domum Jobi diruens Job. 1, 19. eadem frangat aut minuat. Sunt ſervi cœleſtis Davidis & muri noſtri, quibus cincti defendimur in deſerto hujus mundi, ut 1. Sam. 25. v. 16. 17.

Bona ſuadere dubiis) Matth. 1. Angelus ſuadet Joſepho, ut non relinquat Mariam, v. 19.

Excubare, ſervorum inſtar, præ forib. cœleſtis Davidis, domus ſuæ quæ eſt Eccleſia, 1. Timoth. 3. v. 15. 16. ut olim Urias, 2. Sam. 12. v. 9.

Solari, Luc. 1. Ne timeas Zacharia, ne timeas Maria, Luc. 2. nolite timere.

Errantes in viam reducere) Sic Iſraëlitæ ducti ſunt ab Angelis (Præſide illo Angelo facierum Exod. 23. verſ. 20. Eſa. 64.) in viam rectam & cuſtoditi, Pſal. 91, 11. Hagar in viam reducitur, Gen. 16, 9.

Milites Chriſtiani inſidiis circumventi, Duce cœleſti nuncio incolumes evadunt (cùm Metropolin Arabum, Boſtro dictam, capere vellent) Baron. ad ann. Domini 1144. n. XI. è Wilhelmo Tyri Archiepiſcopo.

Docere, Luc. 1. Angelus Mariam docet de nativitate Chriſti, de nativitate Simſonis, Jud. 13, 13. Luc. 1, 11. &c. Johannis.

Aſſiſtere vigilantibus in bono, Luc. 2, 9. 10. paſtoribus nempe.

Admirari fidem & conſtantiam piorum in cruce & tentatione. Sic Geneſ. 22. verſ. 11. non eſt dubium angelos vidiſſe certamen Abrahami.

Status tres in Eccleſiâ tueri.

Gabriel

Gabriel præest Ecclesiæ, Luc. 1. defendunt angeli Prophetam, cibant, 1. Reg. 19, 6. 2. Reg. 6, 15. Zach. 3.

Michael Politiæ, Dan. 12. Confer Gen. 24, 7. & 40. Vide Zonaram Tom. 3. qui narrat, equitem armatum visum Constantino M. in acie contra Licinium, illi suppetias ferentem.

Raphael Oeconomiæ, Tob. 3, 25. cap. 5, 5. Matth. 18. v. 10.

§. 111 *Eripere* de manu

I. Satanæ tentantis, Matth. 4.

II. Hominis insultantis. Genes. 19. Lothus ita liberatur: sic quoque defensi Judæi in via sua per angelos, Esræ 8. vers. 21. 22. & 33. Puer Christianæ fœminæ in fornace ardente à Patre conclusus (Evagrius libr. 4. cap. 35.) Judæo, quòd de Pane Eucharistico comedisset. Anno 1282. Ptolemaide devastatâ aliquot nobiles fœminæ & virgines ab ignoto nauta in Cyprum salvæ traductæ sunt. Servatus Spiræ, Anno 1529. Simon Grynæus monitus à sene quopiam. Ut Cherubim olim picti in templo, 2. Chron. 2, 13. cap. 5, 8. Ita DEUS significare voluit, angelis munitam esse Ecclesiam. De S. Agnete mirabiliter conservata, vide Ambrosium peculiari sermone.

III. Ferorum animalium: sic angeli defensarunt Danielem, Dan. 6. Ut olim Mauri populi feroces intra terminos suæ regionis obsidebantur, ne in latrocinia prorumperent, teste Tertullian. Sic angeli mali à bonis obsidentur, ne in pios grassentur.

§. 112 *Erga malignantium synagogam.*

Impios punire officium est angelorum, mutando consilia impiorum, Num. 22, 21. Dan. 10, 33. infligunt pœnas, Apoc. 7, 1. in prole, Exod. 12, 29. in facultatibus & bonis, in vita ipsa, 2. Reg. 19, 15. Act. 12, 23. 2. Sam. 24, 16. 17. Gen. 19. oculis, 2. Reg. 6, 16. 17. &c. 1. Corinth. 10. vers. 10. ὀλοθρευτῆς.

Exules solari, Gen. 16, 7. eos comitari: sic Jacobum, Gen. 32.

Errantes monere, Matth. 2, 12. de periculis fugiendis instruere, Matth. 1, 20. c. 2, 19. vinctos educere, Act. 12.

Propellere & abigere impios, Ps. 35, 5. 6. patet ab exemplo Bileam, Num. 23, 22.

Oppressos liberare, Ps. 34, 8. Lothum, Gen. 19. Petrum, Act. 12. Elisæum, 2. Reg. 6. *Infirmos* roborare, ut Gideonem, Judic. 6. Eliam, 1. Reg. 19.

Gaudere de conversione peccatorum, Luc. 15.

Animas portare, Luc. 16. v. 22.

Homines in die judicii colligere, Matth. 13, 22. c. 25, 31. Marc. 13, 22. Confer Prompt. Exempl. ad III. præceptum Decalogi.

§. 113 *Honor Angelorum.*

(1.) Non est adoratio vel cultus divinus, Apoc. 19, 10. D. Balduin. part. 547. de Casibus consc. (2) Nullibi in S. literis præcepta, soli v. DEO reservata, Matth. 4. (3) ab angelis rejecta, Apoc. 22, 9. (4) ab Angelicis Cajanis olim frequentata, Augustin. hæres. & Cainis, Epiphan. hæres. 38. Theodor. in compendio hæretic. fabularum. (5) ab Apostolo interdicta Coloss. 2. Vide Theodoret. in h. l. (6) in officium Christi injuriosa. (7) Prohibita in concilio Laodiceno ad ann. Christi 368. (8) E Philosophia Platonica traducta. Vide Platonem in Cratylo & Epimenide. (9) à S. Patribus repudiata, August. lib. de verâ Relig. c. 55. Athanas. serm. 4. contra Arianos §. si Jacob in benedicendis &c. Theodoret. in c. 2. ad Coloss. Cyrill. lib. 3. Thesauri, §. Nemo certè audire &c. & alii. Quod tenendum contra Litanias, quibus angeli invocantur. Breviar. Ordinis Cistertiens.

Gratia eorum non facit ad salutem procurandam; Hic enim fuit error Platonicorum. Solâ Christi gratiâ & plenitudine ejusdem fruimur, Johan. 1, 16. & æternùm salvamur.

Status

§. 114 I. Libertatis: sunt enim liberrimi Spiritus; Liberi à (1) peccato: Faciunt namque voluntatem DEI, Ps. 103, 20. & pœnitentia delectantur. (2) mortali infirmitate. Luc. 20, 35. non nubent &c. non enim sunt corporibus præditi, quæ omnis miseriæ sunt subjecta.

II. Visionis DEI, Matth. 18, 10. vident faciem Patris mei &c.

III. Quietis pacatissimæ, Ps. 103. Faciunt voluntatem DEI. Bonitas eorum, ratione 1. Creationis: Boni creati, Gen. 1. v. ult. 2. Substantiæ, quæ à bono DEO bona ipsa est: Ab hac bonitate defecerunt quidam. Joh. 8. In veritate non stetit: fuit igitur in illa aliquando. Errarunt olim Manichæi & Priscillianistæ, qui finxerunt, quosdam angelos ex se & sua naturâ malos esse.

Cognitio eorum est 1. concreata & naturalis, 2. Revelata, Dan. 8, 16. c. 9, 22. 3. Experimentalis, Luc. 15, 10. 1. Cor. 11, 10. Eph. 3, 10. 4. Supernaturalis, qua Deum vident perfectum, Matth. 18, 10. Non tamen sciunt omnes hominum actus, quia hoc solius DEI est, Hebr. 4, 13.

Quantitas & numerus

§. 115 Prope innumerabilis, Dan. 7, 10.

Ordines eorum novem statuunt quidam Veterum, Athanas. q. 8. ad Antiochum: Sed de his supra dictum est. Certè Jamblichum docuisse de Archangelis constat ad Col. 1. v. 16. locum.

Virtutes Angelorum.

Pietas: delectantur enim studio pœnitentiæ, Luc. 15. v. 10. & precum. Tob. 12, 12. obtuli orationem: cantant Deo, Es. 6, 4.

Fortitudo: contra hostes infernales dimicandi, Apoc. 12, 7.

Temperantia: non enim gaudent corporalibus voluptatibus.

Justitia: defendunt enim afflictos & oppressos.

Fidelitas: Jud. 13, 16. non vult edere angelus, priusquam jussa explesset.

Humilitas: nolunt n. sibi honorem deferri, qui eorum excellentiam excedat, Apoc. 19, 10.

§. 116 *Affectiones.*

Fuga Angelorum & timor à severitate

divini judicii ortus. Horsum referunt multi Patres illud Matth. 24, 29. Virtutes cœlorum movebuntur, i.e. angeli exhorrescent summam judicii divini severitatem.

Simile. Ita sibi quoque filii timere solent, cùm Patris ira severior exarserit in servos.

Gaudium. Luc. 15. Erit gaudium &c.

Tristitia in peccatis hominum. Simile: Solemus & nos lugere hominem, qui cibum habet fastidio: sic angeli lugent, cum vident hominem fastidire cœlestem divini verbi cibum.

Apparitiones.

§. 117 Suâ quidem naturâ invisibiles sunt, Coloss. 1. apparent tamen cum DEUS vult I. sub certis formis:

(1) Militari. Gen. 3, 24. Angelus flammante gladio paradisi accessum munit. 1. Chron. 22, 16. evaginato gladio angelum vidit David, peste Israëlitas puniente. Bileam Numer. 22, 22. &c. Equestri, 2. Reg. 6, 17. Elisa vidit equos igneos.

(2) Hospitali, Genes. 18. ad Abrahamum; c. 19. ad Lothum.

(3) Volatili, Dan. 9, 21. Gabriel vir citò volans.

(4) Architectonicâ, Zach. 21. in manu angeli funiculus mensorius.

(5) Ambulatoriâ: Sic junior Tobias invenit Angelum, Tob. 5, 5.

(6) Præceptoris: Docuit enim Zachariam angelus de nativitate Johannis, Luc. 1. Manoam de nativitate Simsonis, Jud. 13. Magos de itinere mutando, Matth. 2. Mulieres de Christi resurrectione, Joh. 20. Discipulos de Christi ad judicium reversione, Act. 1. Johannem de Ecclesiæ variâ liberatione & calamitate, Apocal. 1. & seq. cap. Danielem de iisdem c. 9. & 10. ut docerem te.

II. Certis objectis, quorum DEUS oculos aperit. Num. 22. aperuit Bileamo oculos. 2. Reg. 6. aperuit DEUS oculos pueri. Dan. 10. solus Daniel vidit angelum.

Non tamen expetendæ.

§. 118 1. Quia DEUS illas apparitiones angelorum non promisit: Ultimò nobis per Filium locutus, Hebr. 1.

2. Quia exemplo Anabaptistarum condocefacti sumus, non esse fidendum illis apparitionibus v. Carolstadii, Munzeri.

3. Quia Augustinus deprecatus est apparitiones. Lutherus p. 1097. in Genesin.

4. Quia Gregorius M. plurimum deceptus est visionibus Angelicis p. 1099. D. Lutherus d. l. ibidem elegans simile de Rege &c.

5. Quia omnia nobis revelata sunt in verbo.

6. Quia sufficienter per dona sua DEUS Ecclesiam regit.

7. Magna est Satanæ malitia se transfigurantis in angelum lucis, 2. Cor. 11, 14. & multi à spiritibus apparentibus decepti esse leguntur, Cornel. à Lapid in 2. Cor. 11.

Boni angeli veniunt cum terrore, Luther. in Genesin p. 1102.

Verba Angelorum ad fidei analogiam conferenda sunt, d. l. Lutherus.

Ex angelorum apparitionibus Pontificii defendunt horas Canonicas. Bellarmin. lib. 1. c. 13. §. penult. de bonis operibus. Festum Paschale die Dominico celebrandum, de conf. d. 3. c. nosse. Durand. Ration. lib. 6. c. 86. Martin. Polonus in Pio.

Stationem apud S. Mariam. Durand. Ration. lib. 6. c. 88.

Assumptionem Mariæ. Durand. ibid. lib. 7. cap. 24.

Nativitatis festum, Durand. lib. 7. c. 101.

Michaelis. Belees c. 129. Rational.

Monasticen. Bellarm. lib. 2. c. 6. & denique de Monachis, preces pro mortuis, Bellarm. lib. 2. c. 16. de Purgatorio. Nos illas rejicimus ob prædictas caussas.

Evanescentia.

Quæ est apparitionis cessatio. Jud. 13. ultra non apparuit.

Comestio.

§. 119 Facta per dispensationem; nam carent membris corporeis, cibi receptivis. Confer August. Epist. 94. q. 1. ad Deo gratias: & Interpret. in Genes. 18, 6.

Nostra circa bonos Angelos officia.

§. 120 I. Imitari eorum virtutes, quæ sunt: Reverentia & humilitas coram DEO, Es. 6 Castitas, justitia, Psalm. 35. Gaudium de pœnitentia, Luc. 15. Delectatio in mysteriis DEI, 1. Pet. 1, 12.

II. Eos nobis devincire (1) pietate & pœnitentiâ erga Deum, Luc. 19. (2) Charitate & reconciliatione erga proximum. (3) castitate & temperantia erga nosmetipsos.

III. Memoriam angelorum non abjicere. Simile historicum. Solebant veteres secum in via vel itinere portare DEOS tutelares suos: Quantò magis nos angelos in corde gerere debemus, h. e. DEUM indesinenter orare, ut nos Angelorum præsidio tutos & immunes præstet.

IV. Revereri eorum præsentiam. Bernh. in quovis angulo reverentiam exhibe tuo angelo, ne audeas illo præsente, quod me vidente non auderes.

Similia bonorum Angelorum.

§. 121 I. Sunt præsidiarii piorum: Histor. Alex. M. Thebas expugnans, ædes Pindari Poëtæ præsidio militum salvas esse jussit, ob doctrinam & eruditionem viri illius: ita cum Diaboli expugnant hunc mundum, mittit Christus angelos præsides nostros, Ps. 24, 8. & 91, 11. Hebr. 1. v. ult.

II. Sexaginta illi fortes, de quibus Cantic. Cantic. Confer plura in Promptuar. Allegor. c. de Angelis.

III. Comites nostri.

IV. DEI vigiles, Dan. 4.

V. Aulæ cœlestis heroës.

VI. Præcones DEI. Confer M. Gregorii Poltzinii einfältigen nützlichen Bericht von den Engeln. Mirum Clementis VI. PP. Romani impe-

imperium in angelos, quibus mandavit, ut animas Romipetarum, si quâ in via morerentur, recta in cœlum transferrent, Balæus in vita Clementis VI. Cornel. Agrippa cap. 61. de vanit. scientiarum.

De Angelis malis & eorum maleficiis.

§. 122 *V. Diabolus. V. Satan.*

Doctrina de angelis monet nos 1. De DEI bonitate, nos per Angelos custodientis. 2. Vigilantia pro nobis, Hebr. 1. v. ult. 3. De maximo solatio, inde capiendo, quòd DEO curæ simus. 4. De sectandâ pietate morumque sanctimoniâ. 5. De nostro officio laudandi Deum, exemplo Angelorum. 6. De præstanda charitate proximo; sicut & angeli pios amant. 7. De gaudio nostro, cum proximus ad meliorem vitæ frugem redit; sicut & angeli gaudent, Luc. 15. 8. De cognitionis cœlestis, quæ nobis data est, ubertate & claritate. Quantâ enim cœcitate olim laborârit Gentilitas, quot sibi Genios finxerit custodes & salutis assertores, quot numina coluerit, latè persequitur Clemens Alex. libr. 5. Stromat. Euseb. de præpar. Evangelic. P. Camer. part. 2. c. 14. horar. subcis. Cœl. Rhodigin. lib. 2. c. 3. & 11. Antiq. Lection. & alii. Imagine serpentis pueri juvenes genios colebant, foliis Platani coronabant, floribus & mero litabant; Imò Geniis principum templa erigebant & per hos jurabant. Ulpianus l. 14. §. 5. de Jurejurando.

ANGUIS.

§. 123 Nasci angues è spina dorsi humani, tradit Camerar. p. 1. c. 19. H. S.

ANGUSTIA. *Vid. Tribulatio, Anxietas.*

ANIMA.

Accipitur vox variè pro 1. formâ corporis. 2. ipsâ vitâ, quæ est animæ actus. 3. Halitu & vento. 4. Iracundiâ & impetu mentis apud Poëtas. 5. Spiritu à corpore separato. 6. Pro toto homine. Dictam volunt ab ἀνέμῳ vento seu flatu: ψυχὴν à refrigeratione Græci vocant.

Natura animæ rationi non usque adeò obvia.

Id docent Ethnicorum de anima speculationes & diversissimæ opiniones, v. g. de loco & quiete animarum post hanc vitam. Vide Joh. Ravis. Textor. p. 612. officinæ, de sedib. animarum apud inferos, Ibid. 614.

Esse omninò animam

In homine, probat

§. 124 I. Liber scripturæ, mentionem faciens (1) Spiritus, Psal. 31, 6. & 146, 4. Eccles. 12, 7. Zach. 12, 1. Luc. 23, 43. Actor. 7, 59. (2) animæ, Gen. 2, 7. Matth. 10, 28. 1. Sam. 1, 26. 2. Sam. 25, 26. Ps. 19, 8. & 31, 8. & 42, 3. (3) Vitæ alterius, quæ non est hujus seculi, Ps. 118, 17. Es. 26, 19. Matth. 22, 32. Luc. 20, 38. Joh. 6, 51. 57. 58. Act. 25, 19. Rom. 1, 17. c. 6, 10. c. 14, 7. 8. 11. 2. Cor. 13, 4. Philip. 1, 21. Hebr. 12, 9. 22.

II. Liber naturæ (1) ex operationibus animæ, quibus Cyrus major apud Xenophontem probat, verè animam in corpore esse, apud Ciceron. in Catone Major. quâ de re pluribus philosophi. (2) ex vita perpetua, quam animæ adscripserunt. Phocylides: ψυχὴ δὲ ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός. Anima verò immortalis & insenescibilis vivit per omne (scil. tempus.) Ergò verè animam existere est necessum: quod enim non est, quomodo vivere diceretur?

III. Testimonium omnium saniorum & gentium consensus. Thales Milesius primus de animarum immortalitate docuisse commemoratur, Diogen. Laërt. de Vit. Philosoph. Macrob. lib. 1. de somnio Scipionis & libr. 7. Saturnal. Cicero lib. de Legibus non semel, lib. ult. Quæst. Tuscul. In Caton. Major. Salustius in Catilina. Phocylid. Menander, Ovidius, Juvenal Satyr. 15. Manil. lib. 4.

Contra errorem Dicæarchi, qui animam hominis nihil esse dixit, esse nudum nomen, Cicer. 1. Tuscul. quæst.

Nomina varia & descriptiones.

Aristoteles & Plato animam vocant essentiam semet moventem. Hippocrates subtilem spiritum. Eradius lucem & igniculum divinæ essentiæ. Alii mentem.

Quid sit anima? §. 125

De hujus natura sibi non constant Philosophi, Plato, Empedocles, Heraclitus, apud Æneam Gazeum fol. 8 9. 10. & Textor. pag. 609. Officinæ.

Est verò anima actus primus substantialis corporis Physici, organici, in potentia vitam habentis, Aristotel. 2. de anima cap. 1. Confer Platon. in Timæo.

Non est ejusdem cum DEO substantiæ, contra Manichæos & Priscillianistas, qui in concilio Braccarensi rejecti sunt, Damascen. lib. 2. c. 12. de O. F.

Non est nuda qualitas vel accidens aliquod, cùm per se subsistat etiam à corpore separata, Luc. 16, 23. c. 23, 43. eademque in corpore aliquando sine organo operetur, quas actiones vocant spiritales.

Non temperamentum è quatuor elementis, Galenus lib. 3. c. 6. de locis affectis. Refutata est hæc sententia à Socrate apud Platonem in Phædone. Vid. Zanch. Tom. 3. lib. 2. cap. 2. de anima Col. 556.

De natura & substantia animæ, vide Ambros. Epist. XXI. XXII.

Causa efficiens. §. 126

Est DEUS ipse, qui spiraculum vitæ primus Adamo inspiravit, (humanitùs dictum, sed θεοπρεπῶς accipiendum) Gen. 2, 7. estque Pater omnium spirituum, Num. 16, 22. cap. 27. v. 16. Psalm. 33, 13. 14. 15. Ecclesiast. 12. vers. 7. Zach. 12, 1. Vide Chrysostom. in Epist. ad Ephes. de DEO animam nostram exornante.

Non Angeli boni, contra Veterum quorundam deliria, Tripartit. Histor. lib. 7. cap. 11. Seleucianorum, Hermianorum, Saturnianorum, Platonicorum.

Nec Satan, contra Manichæos. Vide Aug. lib. de duab. animabus.

Non virtus quædam cœlestis, contra Peripateticos. Justin. Irenæus, Tertullian. putant, Christum ipsum assumpta forma ex luto hominem fecisse, facto incarnationis præludio, animam insufflasse, quo gestu usus idem Joh. 9, 6. c. 20, 22.

Instrumentales (in ordine naturæ constituto) causas statuunt nostri plerique cum aliis nonnullis, esse parentes, per quos animas DEUS traducit: Timoth. Brigthus annot. in Physic. Scribonii. Confer. Hieron. ad Anastasium, Meisn. part. 1. Philosoph. Sobr. quamvis contra Traducem disputent, Zanch. Tom. 3. operum libro secundo de anima cap. 5. Polan. in Syntagm. alii plurimi. Tilen. Syntagm. Disputat. Theolog. Disputat. 30. de origine animarum; tertio à conceptione die animam infundi, statuit Thomas Fienus Tractatu de Formatrice fœtus, anno 1620. emisso.

Alii verò de origine animarum ἐπέχουσι, sive quæstionem illam in bivio relinquunt: quorsum D. Augustin. alicubi inclinat, Epist. 157. ad Optat. Idem libr. 1. cap. 6. contra Julian. §. Alia sunt.

Materia.

§. 127 Animarum. 1. ex nihilo fecit DEUS hominis primi animam, Chemnit. in L. comm. L. de Creatione.

Non fit ex seipsa, contra errorem Vincentii: V. August. libr. 3. de anima ad Vincent. Victorem.

Non ex halitu DEI, dict. l. Augustinus cap. 4.

Non ex DEI substantia; Contra Priscillianistas, Servetum, & Gnosticos, aliosque, Lactantium. Vid. Vivem in lib. 13. c. ult. Aug. de C.D. DEI verò genus sumus, Act. 17, 28. non ob substantiam, sed qualitatem & exornationem nostri: sicut mali progenies viperarum dicuntur, Matth. 3, 7. & 12, 43.

Non ex anima mundi, neque ex semine naturali, contra Luciferianos. In nares (non oculos, non aures, os) inspiravit DEUS, ut doceret nostram respirationem ab ipso pendere, Job. 10, 12. imbecillem vitam nostram esse, DEI misericordiam ore nostro nunquam non deprædicandam.

Potentiæ

§. 128 Vel facultates animæ: 1. Vegetativa. 2. Sensitiva. 3. Rationalis, de quibus Physici pluribus. 4. appetitiva. 5. Locomotiva. Plato statuit in homine τὸ ἐπιθυμητικὸν, τὸ θυμικὸν, τὸ ἡγεμονικὸν, sive λογιστικόν.

Finis

§. 129 Animæ I. Supernaturalis est DEI cognitio, quæ in anima fulgere debet: In hac enim cognitione homo primus creatus erat. Confer Eph. 4. v. 24.

II. Imaginis DEI erectio post lapsum. V. Regeneratio f. l.

III. Naturalis est, ut corpori conjungatur. Cujus conjunctionis præcipuæ hæ sunt causæ: (1) Mundi perfectio: Nam creatis à DEO substantiis merè spiritualibus (v. Angelis) itemque merè materialibus (ut sunt Elementa, & ex his corpora alia facta,) congruum erat, substantiam quoque partim materialem, partim spiritualem, qualis substantia est homo.

(2) Mundi præfectio. Animalia in mundo carebant Rege visibili: At sine corpore homo non fuisset visibilis; ideo constituit hominem universi Regem: Dominamini piscibus maris.

(3) Terræ cultura ejusque necessitas ob animalia: Huic verò culturæ hominem præfecit DEUS, ut terram coleret, araret. Posuit hominem in Paradisum, ut (Gen. 2, 15.) operaretur & custodiret illum.

(4) Imaginis DEI ratio: voluit enim DEUS visibilem sui imaginem in homine repræsentare. Corpore itaque visibili hominem præditum esse oportuit, animâ invisibili spiritu.

(5) Mutua operarum inter corpus & animam obstetricatio: debuit enim anima in homine instar tabulæ rasæ esse, ut ita per sensus res perciperet, unaque cum corpore suavissimum commercium haberet, & corpus cum anima; ut illud huic inserviret, & anima rursus corpori.

(6) Humani generis propagatio, quæ sine corpore facta non fuisset. Hinc dixit Dominus: Crescite & multiplicamini, & replete terram, Gen. 1, 28.

(7) Dei glorificatio: Voluit enim in terris non minus, quàm in cœlis agnosci, laudari, prædicari, & regnum gratiæ erigere inter homines per Ecclesiam, verbo & Sacramentis: hoc sceptro DEUS dominatur, Psalm. 45, 8. & 110. v. 3.

(8) Corporum beatificatio: dedit enim homini corpus, ut & hoc æternæ gloriæ particeps reddatur & animæ restituatur.

(9) Bonitatis & amoris divini obsignatio: summo enim nos homunciones beneficio affecit, quòd animæ corpus addidit.

(10) Incarnationis Filii præfiguratio. Nam is in assumpto corpore voluit nobis fieri conformis, Hebr. 2, 14. inque eo pro nobis pati & cuncta solvere, quæ nos rapueramus in corpore, Psal. 69, 6. 1. Pet. 3, 18.

(11) Cœli desideratio: Cùm enim simus in corpore, tandem optamus solvi carcere corporis, 2. Cor. 5, 1. 2. seq. cum Christo esse, Philip. 1, 21. seq. Fusius has ferè causas persequitur Hieron. Zanchius Tom. 3. Oper. lib. 2. de anima cap. 6. θ. 5.

Effecta.

§. 130 Animæ sunt omnes illæ actiones, quæ ab anima promanant, de quibus fusius Philosophi. Nos earum quasdam sub titulo adjunctorum jamjam considerabimus.

Affectiones & variæ animæ attributa atque effecta.

I. Pneumatica & Physica, veluti Spiritualitas. Est anima spiritualis essentia. Anima est in sanguine, Levit. 17. v. 11. id est, Spiritus vitalis continetur in sanguine.

Invisibilitas. Cùm enim anima sit spiritus, videri

videri minimè poteſt: Spiritus enim quà talis, viſûs objectum non eſt.

Immortalitas, quæ variis argumentis confirmatur.

(1) Ex ſcriptura, quæ teſtatur (α) animam occidi non poſſe, Matth. 10, 28. hominem ad imaginem DEI, Gen. 1. v. 26 adeoque ad immortalitatem quoque creatum eſſe.

(β) Animas poſt mortem reſtare & ſubſiſtere, Sap. 2, 23. Apoc. 6, 9. c. 7, 9. deportari ab angelis in ſinum Abrahæ, Luc. 16, 22. Eccl. 12. verſ. 7.

(γ) Eos qui corpore mortui ſunt, tamen DEO vivere, quod non niſi de anima intelligi poteſt, Matth. 22, 32. Exod. 3, 6.

(δ) DEUM omnibus juſta retributurum eſſe, 2. Theſſ. 1, 6. 7. quod cùm in hac vita non fiat, in altera fieri neceſſum ſit, immortalibus nempe animabus exiſtentibus.

(ε) Solatium piorum, qui pro certo ſciebant, ſe ad defunctos olim venturos eſſe. Gen. 37, 35. deſcendam ad filium. 2. Sam. 12, 23. veniam ad illum (filium ſc.) dicebat David.

(ζ) Apparitio, Eliæ, Moſis, Matth. 17, 3.

(η) Chriſti promiſsio dulciſsima: Hodie mecum eris in Paradiſo, Luc. 22, 43.

(θ) Matth. 27, 52. mortui revixerunt. Ergò animæ eorum reverſæ ſunt.

(2) Sanctorum exemplis, qui ſuum Spiritum DEO commendarunt: Act. 7, 59. Stephanus: Domine Jeſu, &c. ſic David, Pſ. 31, 6. Sic Chriſtus.

(3) Variis rationibus, quas vide apud Alſtedium pag. 203. 204. Theolog. natur. Zanch. Tom. 3. col. 638. 639. ſeq. Greg. de Val. Tom. 1. D. 6. quæſt. 1. part. 3. col. 1344. Thom. part. 1. q. 75.

(4) A teſtimoniis ſaniorum Ethnicorum & Philoſophorum, quæ fusè congeſsit Dam. Nanus *Voce Anima*, in Polyanth. Polytes quidam conſuluit Apollinem Myleſium, utrumne anima maneat poſt mortem? an reſolvatur? & reſpondit negativè verſibus Græcis, quos vide apud Lactantium l. mox citando. Tradunt quoque Pherecidem, qui fuit Magiſter Pythagoræ, animarum immortalitatem docuiſſe, & Brachmannorum Indorum Philoſophos. Vide orationem Cyri morituri ad liberos libr. 8. Xenoph. Senecam Tractat. de conſolatione; Epaminondæ verba jam morituri, qui dixit, ſe, poſtquam mortuus fuerit, primò naſciturum eſſe, Socratem apud Xenoph. Confer Platonem in Timæo, & Euſebium libr. 11. cap. 14. de præparatione Evangel. Macrobium libr. 2. in ſomn. Scipionis, cap. 13. Anton. Florent. part. 1. Sum. Tit. 1. cap. 5. §. 2. Lemn. de occultis natur. libr. 1. cap. 14. Gregorium de Valent. Tom. 1. Diſputat. 6. quæſtion. 1. de eſſent. animæ. Hanc immortalitatem animæ ex Platone ſe audiviſſe dixit Pythagoras, cum x. annis in ſpecu terræ delituiſſet, Æneas Gazeus fol. 15. Theophraſt. Cleombrotas & Axiochus, freti libro Platonis de immortalitate animarum, ſemetipſos occiderunt. Germanos quoque olim credidiſſe animas æternas, ſuisque vel præmiis, vel ſuppliciis obnoxias fore, tradit Tacitus libr. 5. cap. 5. hiſtor. Confer. Meiger. in nucleo Hiſtoriarum pag. 1662.

Animæ tamen immortalitatem fundamentis merè Philoſophicis demonſtrari poſſe negat Scotus in 4. Sentent. diſt. 43. quæſtion. 2. Cajetanus: quos impugnat Gregor. de Valent. Tom. 1. col. 1356. diſp. 6. quæſt. 1. punct. 3.

§. 131 (5) Patrum: Ambroſ. in Hexaëm. Lactant. lib. 7. div. inſtit. c. 9. & 13. Auguſt. Tom. 3. col. 622. a. Tertullian. in Apologet. agens de loco Sanctorum Spiritibus deſtinato. Cyprian. ſermon. de mortal. Athanaſ. Orat. contra Idola. Idem quæſt. 25. ad Antiochum, & quæſtion. 26. dicit angelos eſſe, ſi appareant. Ambroſ. libr. de bono martyr. cap. 10. Hilar. ſuper Pſalm. 140. Chryſoſt. hom. 2. in ſecund. ad Corinth. Baſilius ſermon. in Martyr. Julittam. Gregor. Nyſſen. diſputat. de Reſurrect. & anima. Confer L. Leſſium fol. 677. Opuſculi.

Contra Arabicos, veteres hæreticos, apud Tertullian. lib. de Reſurrect. carnis. Vide Nicol. Faventin. de immortalitate animæ ad Clement. Octavum.

Vita, quæ eſt actus animæ in corpore: tam certa & vera, ut eam loco maximæ aſſeverationis adducat Sp. Sanctus 1. Sam. 26. c. 17, 55. c. 20, v. 3. 2. Sam. 14, 9. 2. Reg. 2, 4. 30.

Egreſſio animæ. Gen. 35, 18. Egrediente anima præ mœrore, hoc eſt moriente homine.

Reverſio: 1. Reg. 17, 21. 22. Reverſa eſt anima in interiora pueri, id eſt, revixit puer, excitatus à Propheta. An verò redeant in agoniſantibus, diſquiritur apud D. Mengerin. in 1. poſt. Trinit.

Quantitas: Una eſt cuilibet homini anima, non plures, Geneſ. 44, 30. cap. 46, 27. Pſalm. 3. verſ. 3. & 6. v. 4. Contra Iſidorum & filium Baſilidis & Pythagoricos. Confer Zanch. libr. 2. de anim. c. 4. Tom. 3. Non tamen una numero omnium eſt anima, contra Averroën.

§. 132 *Theologica attributa.*

Conſiderantur illa vel ex parte DEI, vel ex parte animarum.

Ex parte DEI: adſcribitur DEO (1) Creatio animarum, de qua ſuprà Tit. Cauſa efficiens.

(2) Repetitio. Repetit enim animam DEUS, cùm vult, Luc. 12, 20. ceu illud donum, quod dedit ceu talentum, Eccleſ. 12, 7. Matth. 25. hoc ut benè colloces, etiam atque etiam cura.

(3) Rationis exactio, Hebr. 13, 17. à paſtoribus repetet animarum rationem. Hi ſemper illud cogitent: Regimen animarum eſt ars artium, & ſcientia ſcientiarum.

(4) Epiſcopus animarum, 1. Petr. 2, 25. has enim

enim pascit verbo, Psalm. 23. errantes reducit, Ezech. 34. v. 16. colligit, Johann. 10. v. 16.

(5) Medicus. Matth. 9, 12. ægroti indigent Medico. Psalm. 6. sana me Domine, quia ægrotus sum. Psal. 41. ego dixi: Domine miserere mei, &c.

(6) Consolator & erector animæ, Psal. 35. v. 3. dic animæ meæ: solatur verò per verbum, Psalm. 19, 8.

(7) Justus judex & perditor, Matth. 10. v. 28. Hujus supplicii promulgatio & plenaria executio diei extremo est reservata, Matth. 25. 2. Thess. 1, 7. 8.

(8) Animæ liberator, Ps. 69, 20.

Ex parte receptivitatis animarum varia eisdem attribuuntur, nempe affectus varii.

Amor erga DEI legem, Psalm. 1. v. 1. & 119. vers. 167. Vid. Tit. Charitas erga DEUM vel DEI.

Spes, Psal. 33, 20. & 119, 18. & 130, 5. qua sustinet Dominum, Psalm. 119, 75. & confidit in eum, Ps. 87, 2. & 62, 6. Vid. Tit. Spes.

Gaudium, Ps. 35, 9. & 86, 4. & 94, 19.

Desiderium, Ps. 42, 2. & 63, 9. quod dicitur aliquando sitis, Ps. 42, 3. & 63, 2. & 143, 6. & 84, 2. & 46, 4. & 119, 20.

Tristitia, Psal. 42, 6. & 12. Matth. 26, 38.

Tranquillitas, qua anima se DEO subjicit, Psal. 62, 2. & 116, 7. vel requiem habet, Matth. 11, 29. & refocillationem, Matth. 11, 29.

Impatientia, quæ vix vult admittere consolationem, Psal. 77, 3. & vult animam velut effundere, Ps. 42, 5.

Ærumna animæ, Ps. 88. v. 4.

Turbatio, Johan. 12, 27. cui opponitur suo modo possessio animæ in patientia, Luc. 21, 12. & spei anchora, Heb. 6, 19.

Tentatio: ac si anima à Deo rejecta esset, Ps. 88. v. 15.

Contabescentia, Psalm. 31, 10. Thren. 3, 20. Turbatur verò anima: sicut oculus turbatur variis coloribus, quos non rectè assequitur; sic anima pii turbatur vel (1) insigni passione; sic Christus ipse turbatus est, Matth. 26. vel (2) dubitatione; sic Petrus, Matth. 14, 37. seq. (3) vel peccatorum conscientia. Ps. 6. conturbata sunt ossa mea.

Impiorum animæ quasi funda à DEO jaculantur & Satanæ Tyrannidi subsunt, 1. Sam. 25. v. 29.

§. 133 *Passiones variæ.*

Conturbatio animæ, Psalm. 42. quæ est fidei & spei in calamitatibus gravissima concussio & tentatio.

Angustia animæ, Gen. 42, 21. quam omnes pii experiuntur.

Animæ mors est, 1. Languor in pietate, 2. cœcitas cordis, non percipientis verba DEI, 3. Insensibilitas animæ & negata compassio cum fratre, negata Charitas, 4. Gaudium in peccatis, 5. Obscœni sermones, Matth. 15.

Necessitas, Psal. 31, 8. quæ explicatur metaphorâ aquæ, Psalm. 69. v. 2. & 88. vers. 4. Amaritudo, Es. 38. v. 15. Deprædatio, Thren. 3. vers. 51.

Contemptus & sterilitas, Psalm. 35. vers. 12. & 69. v. 11.

Sensus peccati & iræ DEI, qui vulneratio vocatur. Psalm. 41. v. 5. sana animam meam: vel maximæ calamitatis sensus, Luc. 2, 35.

Captivitas animæ (1) in corpore & carne, Phil. 1. cupio dissolvi &c. Luc. 2, 29. Domine, nunc dimittis &c. (2) in vinculis peccatorum. Psalm. 6. Psalm. 116, 4. libera animam meam.

Repulsio animæ in gravibus tentationibus, Thren. 3, 17.

Eversio & Turbatio animæ per falsas doctrinas, Act. 15, 24.

Pugna & bellum animæ ἄσπονδον, 1. Pet. 2, 11. cum (1) cupiditatibus carnis, Gal. 5. v. 17. vid. concupiscentia suo loco. (2) cum mundo scandaloso. Vid. MUNDUS. SCANDALUM. (3) cum Diabolo. Vid. MILITIA. V. TENTATIO. Regnum spirituale DEI est anima mea. S. Bernhard. O mi Domine Jesu! tolle scandalum de regno tuo, hoc est anima mea, ut regnes tu, qui debes, in ea.

Detrimentum, Matth. 16, 26. hoc est, amissio animæ & damnatio ejus, quam ille epulo sensit, Luc. 16. Vid. §. seq. n. 1. sub finem.

Sanatio animæ. Ps. 41, 5. Quies animæ. Vid. Quies.

Dignitas & excellentia animæ conspicitur 1. ex creationis origine. Gen. 2, 7. DEUS inspiravit spiraculum vitarum. (2) Ex substantiæ spiritualitate. Est enim Spiritus, non materia. (3) Ex creatione ad imaginem DEI, &c. (4) Ex redemtione. (5) Ex sanctificatione & salvatione.

Tranquillitas animæ. V. Conscientia bona.

Post mortem

§. 134 Animam maximè vivere, dixit Cyrus apud Xenophontem in ejus Pædia: post mortem coram Christo sisti, antequam judicentur, placuit Augustino lib. de Vanit. seculi c. 1. Bernhardo & aliis.

Recensent quidam octo incommoda animæ, quæ hæc habet ex unione cum corpore. 1. Peccati originalis inquinationem. Job. 14. 4. Quis potest facere mundum? 2. Peccati pronitatem. Gen. 8. 21. Proni sunt sensus hominis. 3. Bene operandi impossibilitatem. Est enim cor nostrum agro simile, urticis repleto. 4. Intellectus hebetudinem. Sap. 9. 15. Corpus quod corrumpitur, aggravat animam. 5. Continuam impugnationem. Gal. 5. caro concupiscit. 6. Curarum sollicitudinem. 7. Passionum multiplicationem. Job. 14. Homo natus de muliere. 8. Gloriæ retardationem: Ideo dissolvi petit Paulus Philip. 1.

Motus animæ

Fit 1. Errore fidei. 2. amore mali, i. e. peccati. 3. Sapore seculi, ut non degustet supernam dulcedinem. 4. Terrore patiendi & fugâ crucis.

Anima

Anima gerit omnium similitudinem. 1. Terræ per sensum. (2) aquæ per imaginationem. 3. Aëris per rationem. 4. Cœlorum, firmamenti per intelligentiam. 5. Arborum per vitam. 6. animalium per sensum. 7. Angelorum per intellectum. 8. DEI per intelligentiam.

Jactura animæ

Nulla re potest sarciri. Omnia amissa recuperare potes: animam semel amissam nunquam potes, Chrysostom. hom. 56. in Matth. Hinc Paulus Rom. 2. v. 2. oppressio & angustia, &c. & Matth. 16, 26. quid juvatur, &c. Hinc Synesius Epist. ad Johann. meminit geniorum purgatorum, quibus eadem sit ars in animabus, quæ fullonibus est in vestibus sordidis.

Regimen animarum. V. Ministerium.

Scientia animæ post mortem non est particularium, sed universalium. Norunt in genere, non in specie, statum Ecclesiæ in his terris. Vide Basilii Fabri Tractat. de statu animarum.

§. 136 *Officia nostra circa animam*

Varia sunt: quædam recensebimus:

I. Præ omnibus sollicitè curare (vide Augustinum lib. 9. c. 4. de Civitate DEI, de Aristippo, qui olim dixit, impium pro anima nequissimi non esse sollicitum; se verò sollicitum meritò fuisse ob animam suam, cùm horrida tempestas, mari incubans, mortis metum ipsi incussisset.) & custodire animam, tam nostram, Matth. 16, 26. quàm proximi, Jacob. 5, 20. Allegor. Genes. 19, 22. salvam fac animam tuam, ajebat Angelus Lotho: sic quotidie Angeli ministri monent, ut animarum curam, quantum possumus, maximam habeamus.

A minori ad majus. Corpus curamus: quanto magis anima curanda est, cum ob hanc corpus formatum sit, non anima ob corpus, Chrysost. de reparatu lapsi. Pambo Eremita videns mulierem theatralem & impudicam, quæ sese compserat & ornaverat egregiè, illachrymatus est; & causam rogatus, duplicem dedit: 1. quòd mulier illa sibi perditionem attraheret, 2. quòd suam ipse negligentiam in exornanda anima agnosceret & detestaretur, Socrates lib. 4. c. 18. histor.

A summa necessitate & utilitate: quid profuit Adamo Paradisus? quid Absolomo capilli & formositas? quid Herculi robur? quid Crœso divitiæ? quid Epuloni vestes? quid Alexandro M. Imperium? quid homini totus mundus si animam negligat? Matth. 16, 26.

A damno: Civitas exhausta divitiis & spoliata, non gaudet milite præsidiario, nec portæ ejus clauduntur: Sic anima fide & virtutibus spoliata à DEI præsidio dejicitur, Basil. in c. 1. Esaiæ.

A Simili: Pupillam oculi servamus, ne pulvere conspergatur, vel turbetur: quantò magis anima custodienda est? membra langvida curamus: cur non magis languentem animam? Unam præterea habes animam, hanc si perdas, nihil habebis. Pecuniam si perdas, recipere potes, Chrysostom. hom. 56. in cap. 16. Matth. Tempore sitis puteos effodimus: Anima tua tibi sit puteus, cujus venas non terra tegat, sed liquidas aquas protuberet, Origen. homil. 12. in Numer. sit verò aqua illa vitæ, Joh. 4. cap. 7.

II. Per se corruptam verbo DEI condire, informare ac mansuefacere, Chrysostom. homil. 42. ad popul. Antiochen. ne scilicet anima putrescat, sal divini verbi est adhibendum. Vid. Prompt. alleg. Macarius hom. 1.

III. Humi defixam erigere: Allegor. sicut arca Noë elevabatur super terram, Gen. 8, 17. sic quoque anima nostra. Coloss. 3, 1. quærite, quæ sursum sunt: nam & origo animæ est à DEO patre Spirituum, Hebr. 12, 9. suam igitur anima repetat originem. §. 137

A simili. Sicut oculus purus rectius videt, quam oculus turbatus: sic quoque anima defæcata amore rerum terrenarum. Sicut rota in terra volvitur, maximâ tamen sui parte est supra terram: sic anima hominis cordis minimâ parte terram respiciat, maximâ cœlum. Arnob. in Psalm. 76. hæreat suæ origini animus, ut radii solis sunt ibi, unde emittuntur. Senec. Epist. 41.

IV. Rudem benè formare. Est enim anima instar ceræ, quæ quamvis facile formam recipit: sic anima, quamcunque receperis ea imaginem, eadem fulgebit. Linquamus imaginem veteris Adami, & portemus imaginem novi Adami, Rom. 8, 29. Conformes simus imagini filii DEI, 1. Corinth. 15, 49. portemus imaginem cœlestis Adami, inchoative hic, & olim consummativè. Est anima ager quem colere debemus, eique semina pietatis committere, ut mox seq. Et bene eandem nutrire in pascuis verbi divini.

V. Vulneratam sanare. Psalm. 6. Sana me Domine. Christus hic est Medicus, omnibus medens iniquitatibus. Emplastrum Verbum Evangelii. Acetum Lex. Chirurgi verbi ministri, 2. Corinth. 5. vers. penult. Ægrotam curare, ruinosam reparare, ceu pupillam oculi custodire, maculosam purgare, arentem aquâ solatii spiritualis de fontibus Israëlis irrigare, obtenebratam illuminare; quod Christo est proprium, qui est sol, cujus claritas in nobis resplendescit, 2. Corinth. 3, 14. tristem solari. Sicut corporis vulnera leniuntur & exhauriuntur: sic animæ tristitia divino sermone demulcenda. Chrysostom. homil. 6. ad Popul. Antiochen. Purificare eam instar speculi debemus, & pœnitentiâ maculas peccatorum in ea abstergere. Custodire illam à luto concupiscentiæ: hâc enim mota, fons animæ nostræ fit turbidus totusque luteus. Nudatam quoque propriæ justitiæ vestibus, vestibus Christi Jesu Es. 61, 10. eandem exornare debemus. Vide Drexel. Tract. 9. pag. 1085. Anima sit domus, Domino legitimo non vacua: Is verò DEUS est. Moneta DEI est; non igitur ejus careat imagine, ad quam creata est, Eph. 4. Denique vas sit purum,

cassum immunditie peccati regnantis: sit navis portum cœlestis patriæ contingens: sit lignum durum, in quo non nascantur vermes curarum & anxietatum terrenarum.

§. 138 *VI. Incultam colere:* est enim anima nostra instar agri

α. Serendi semine verbi DEI, Luc. 8. 1. Petr. 1.

β. Plantandi arboribus justitiæ, h. e. bonis operibus, ut sunt sobrietas, castitas, justitia, misericordia, Luc. 8. vers. 15. Philipp. 1. vers. 11.

γ. Purgandi à lolio & zizaniis falsarum opinationum & doctrinarum, imo à spinis curarum & solicitudinum, Luc. 8, 14. Chrysost. hom. 17. in Joh. Insidiatores quoque semen rapturientes cavendi.

δ. Irrigandi imbre gratiæ DEI, Ps. 68, 10.

ε. Metendi tandem cum gaudio, si in spiritum severis, Gal. 6, 9. Psal. 125. qui seminant in lachrymis, cum exultatione metent.

VII. Turbatam consolari: Bernhard. sermon. 61. in Cantic. Cantic. Turbabor, sed non perturbabor, quia vulnerum Christi recordabor. Huc requies animæ, de quâ Matth. 11, 29. Ps. 72. v. 12. 13. 14.

VIII. Castimoniam spiritualem servare, 1. Pet. 1, 22. quod quomodo fiat, ibidem D. Petrus explicat, nempe (1) divinæ veritati obediendo, h. e. rectè credendo, & non decipere falsis cordis nostri imaginationibus, Jer. 37, 8. Vid. securitas. (2) Charitatem exercendo è puro corde &c. piè vivendo.

IX. Commendare eam DEO, 1. Pet. 4, 19.

α. Ut Creatori, Heb. 12.

β. Redemptori, Psalm. 31. Redemisti me DEUS veritatis.

γ. Refectori, Luc. 16. Anima Lazari in sinu Abrahæ refocillabatur.

δ. Domino illi supremo & Regi Regum, 1. Tim. 6, 15.

ε. Thesaurario cœlesti, Ps. 116, 15. Preciosa mors justorum.

ζ. Depositario, 2. Tim. 4, 8.

§. 139 Exempla eorum, qui ita suas animas commendarunt DEO, sunt David, Psalm. 31. v. 6. Christus, Matth. 27. Stephanus, Actor. 8. Paulus, Philipp. 1.

X. Animas piorum non angustiare, 2. Petri 2. v. 8.

XI. Nec pellicere ad se animas instabiles, 2. Petr. 2, 14.

XII. Mortificare mundo quotidie animam. Sicut is, qui mortuus est, non amplius audit clamores & sermones urbis; sic nec pia anima mundi, Macar. homil. 1.

XIII. Tranquillare. Sicut mare tranquillum est quiescentibus ventis: Ventos animæ omnes fides in Christo nixa dissipabit.

XIV. Animam DEO reddere & eam solari. Sic D. Lutherus verba emphatica Psalterio suo inscripsit, quibus se solatus est. 1. Quod DEUS suâ animâ animam ipsius Lutheri redemerit. 2. quod non primùm pro illa curam habiturus sit. 3. quod anima nostra non sit tuta à Diabolo, si eam DEUS non tueatur. 4. quod multæ sint in domo Patris mansiones, Johan. 14, 2.

XV. Animam pro fratribus ponere, Joh. 10. vers. 11.

Status animæ duplex:

§. 140

I. In corpore.

Afficitur suo modo ex contubernio corporis: hoc enim est animæ I. Ergastulum seu officina, in quo olim servi vincti opus suum faciebant. Sicut servi metallares, ad metalla damnati, Budæus annot. in pand. Sic anima corpori servit, corpore vincta & conclusa: atque miseria hujus vitæ velut ergastulus est, id est, servus pœnalis.

II. Officina dolorum. Cum enim anima pro corporis habitudine variè afficitur: hinc dolorem, hinc tristitiam eidem oboriri necessum est, Syr. 10.

III. Carcer animæ: (1) quia corpus animam velut coërcet molesto sui contubernio. (2) arcet eandem velut à statu beatitudinis, ad quam in corpore mortali non pertingit: hinc piorum animæ exire cupiunt: Luc. 2. Domine, nunc dimittis servum tuum &c. Philip. 1. cupio dissolvi. (3) In carcere vincula sunt & compedes. Animæ plurima sunt in carcere corporis vincula, nempe tentationum Satanicarum, Psal. 18, 5. 6. & peccatorum, quæ nos premunt, quantisper sumus in hoc carcere cum Manasse. Cum ab his liberabimur, tum demum dicturi sumus: Rupit Dominus vincula mea, Ps. 116. v. 16.

II. Extra corpus. §. 141

I. Non interit una cum corpore, nec simul cum eo occumbit, cum immortalis sit. Vid. sup. Tit. Affectiones.

II. Non dormit: sicut docuerunt quidam in Arabia, Euseb. lib. 6. cap. 30. & ex eo Baron. Tom. 2. fol. 437. memorat.

Si beata sit, videt omnino DEUM suo modo, ante diem judicii. Contra eos, qui hoc negarunt olim: v. Clemens Romanus, Irenæus, Tertull. Origenes, Chrysostom. Theodor. Oecumen. Theophylactus, Ambrosius, Bernhardus. Videatur Stapleton. lib. 1. c. 2. de autoritate scripturæ. Sixtus Senensis libr. 6. Bibliothec. annot. 345. Bellarm. lib. de beatitud. Sanctorum cap. 1. art. 1. 2. 3. dogma hæreticum hoc Tertulliano attribuit. Alphonsus a Castro lib. 3. adv. hæreses. Confer Calvinum in Psychopannychiâ, qui Anabaptistis eundem errorem adscribit. Idem dixit Johannes XXII. P. P. teste Gregor. de Valent. Tom. 1. Disputat. 6. quæst. 1. punct. 3. col. 1344. B.

III. Non apparet (1) quia de ejusmodi apparitionibus nuspiam docuit verbum Dei. (2) prohibemur mortuos quærere, Levit. 20. vers. ult. Vid. Münster in h. l. Es. 8, 19. Deuter. 18, 9. 10. 11. 12. (3) Eadem est veterum sententia plurimorum. Nam ita Justinus tom. 3. quæst. 75. August. lib. 13. cap. 8. de Civ. DEI. Chrysost. concl.

concl. 2. & 4. de Lazaro. Idem in cap. 8. Matth. Cyrill. lib. 11. c. 36. in Johan. & lib. 10. cap. 4. ibid. Tertullianus de anima cap. 57. At Chrysostomi in cap. 8. Matthæi hom. 29. locus est apertus. Is ita habet: Non potest anima à corpore separata in his regionibus errare: Justorum enim animæ in manu DEI sunt. Infantum quoque similiter: non enim peccarunt. Peccatorum verò post huncce exitum continuò abducuntur, quod à Lazaro & divite planum efficitur. Hæc ille. Hunc dissensum ab hodierna sententiâ Pontificiorum agnovit Becanus in Man. c. 15. n. 12. 19.

§. 142 Falsus igitur est Peltanus, asserens, totius antiquitatis consensu firmari apparitiones animarum. Dubitasse πῶς Augustinum in propatulo est: extraordinariè posse fieri, operâ angelorum, idem perhibet.

(4) Contrariatur hæc sententia statui animarum piarum, quæ sunt in manu DEI, Sap. 3. v. 1. Sinu Abrahæ, Luc. 16, 22. cum Christo, Philipp. 1, 13. requiescunt, Apoc. 14. vers. 13. è morte in vitam transierunt, Johan. 5. (nec deferunt secum lumen gloriæ, si sunt in purgatorio, ut quidam existimant) nec rebus humanis amplius miscentur. Nec quadrat statui animarum damnatarum: sunt enim sub judice & tortore. Hilarius in Psalm. 2. fol. 451. Pereunt autem de via justa, cùm exarserit in brevi ira ejus: Non morosa hæc ira est, in brevi namque exardescit ira ejus: Excipit enim illos statim ultor infernus, & decedentes de corpore, si ita vixerint, confestim de via justa peribunt. Testes nobis in evangelio sunt dives & pauper &c.

(5) Ortum trahit ex *Ethnicis*, multa de mortuorum apparitionibus somniantibus. Vide Zwinger. fol. 1387. Theatr. Natal. Comitem lib. 4. c. 10. Mytholog. Apollo apparens jubet templum extrui Cleomedi Ptolomæo, Clemens Alexandrin. lib. 5. Stromatum. Justinus Martyr. Orat. adv. Gentil. Valer. Maxim. lib. 1. Tit. de Miracul.

Judæis. Vide Anton. Margarit. Hieronym. de S. Fide libr. 1. contr. Judæos. Johan. Hoffmeister in cap. 16. Lucæ.

Hæreticis. Apelles, Tertullian. c. 5. adv. hæreses. Cerinthus, Baron. ad ann. 97. §. 13. Helxai, Baron. Anno 105. §. 2. Montanus & Ariani, Baron. d. l. Simoniani, Tertull. libr. de anim. cap. 57.

§. 143 (6) Firmis rationibus facilè despicitur. *Prima*: Non possunt dari veræ causæ apparitionum: non enim apparent animæ DEI jussu. Unde enim de hoc constat? Nolle verò DEUM apparere animas, constat ex institutione ministerii & denegatione legati ad fratres epulonis, Luc. 16, 30. *Secunda*: Apparéntne vi humanâ? non est possibile. An verò divinâ? unde constat? Ergo Diabolicâ. Quis non horreat? Quis non improbet cum Tertulliano? cap. 57. lib. de anima. *Tertia*: Revelant res impias animæ apparentes & *falsas*. Animam Trajani precibus S. Gregorii ex inferno esse liberatam docet Damascen. Sermon. de defunctis: negat verum esse Gregor. de Valent. tom. 3. dis. quæst. 2. Possevin. Tit. Johann. Damascenus. Quidam ex prædone monachus factus, post mortem B. Mariam sibi apparuisse dixit, quæ, quòd ipsi Oddonis Abbatis Cluniacensis meritis peccata remissa essent, annunciaverit, Marc. Marulus Spalatin. lib. 4. c. 10.

Hieroni monacho præcepit Satan, ut in puteum se præcipitaret, Cornel. à Lapid. in 2. Cor. 11. Simoni Diabolus autor fuit, ut currum ascenderet: is dextrum admovit pedem currui: cruce verò munitus effecit, ut disparuerit Satan.

In hortulo animæ imago crucifixi Brigittam allocuta esse dicitur; in hortulo illo pag. 204. Et *contradictorias*: Mariæ in cœlos assumptio multis per visiones apparuit, & tamen de illa non consentiunt; nec de tempore illius. Vide Sixt. Senens. Titul. Mariæ transitus.

Quarta: Aniles fabulas referunt apparitiones.

Anima Paschasii in thermis Puteolanis apparuit S. Germano Episcopo, Bellarm. lib. 1. c. 11. de purgat.

Monachus quidam in purgatorio communionem accepit, libr. 4. capit. 55. Gregor. Dialog. Bellarm. libr. 1. cap. 11. de purgator.

Quinta: Sunt medium non necessarium. Hoffmeister in cap. 16. Lucæ p. 711. §. nihil, inquit Abraham, necesse est, &c. Efficacior est scriptura, quam omnis prædicator, &c. Jansen. cap. 97. Concord. Sotus in 4. distinct. 45. quæst. 1. art. 4. Ad admonendum vivos, non est necessarium, ut veniant (animæ.) Quare nec Lazarus permissus est venire, quia habemus leges & Prophetas, quibus nos DEUS satis edocuit & indies commonefacit. Quibus si non credamus, neque si damnati, neque illi, qui purgantur, ea, quæ illic fiunt, nobis denuncient, fidem eis dabimus. Imo de hoc Deus offenditur, quod sumus magis parati apparentibus defunctis, quàm suo Evangelio credere. Hæc Sotus. Animam compellant Hebræi suam, ut notent ingens desiderium, sic: Quare tristis es anima? Ps. 42, 12. 19.

Visio animarum in cœlo. V. *Vita æterna*. *Anima*. Ps. 103. laudent omnes cogitationes, affectus intensi, cum subsequente lætitia cordis, quæ spiritum S. habet autorem, Rom. 14. v. 17.

Transmigratio

Animarum de corpore ad corpus, credita olim Germanis, Cæsar de Bello gallico lib. 6. &c. Chinensibus, autor est M. Olearius fol. 37. b. appendic. in itinerar. Persico, lingua vernac. edito.

Animalia quatuor Ezech. 1.

1. Significant Christi humanitatem, Deitatem, passionem & resurrectionem.

2. Alii ad quatuor Evangelistas accommodant. 3. alii ad angelos.

Jumentum. Psal. 73, 22. questus est David, sive quòd ab inimicis habitus sit instar jumenti, sive

ſive quòd fateatur, ſe ratione non poſſe DEI judicia comprehendere: Pro ſententia priori facit locus Oſeæ 9. ubi de Propheta ajunt: Stultus Propheta, inſanus vir Spiritu. Sap. 5. Hi ſunt, quos habuimus &c.

Præſagia aliquando malorum edunt: expugnationis Aquilegiæ ciconiæ, pullos ſecum urbe exportantes. Canes caſtra Gallica linquentes, in Helvetica ſe conferentes, cladis Galliæ Regis Ludovici XII. omen.

Brutorum *vis* imperterrita, Camerar. part. 2. cap. 80. horar. ſubciſiv. Vaſta *corpora*. Vide Munſter. in Cosmograph. lib. 3. Meiger. lib. 2. c. 11. nuclei. *Moventur* coloribus: tauros rubro, elephantes albo colore efferari, Camerarius parte 1. hor. ſubciſ. c. 25.

Quatuor animalia Dan. 7. notant quatuor Monarchias, Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, Romano-Alemannorum.

Animalium *conſumptio*. *V. Bellum*, Num. 16. *Cicuratio* Urſæ à Pythagorâ factæ Raviſ. in officin. p. 188. Vide Meiger. lib. 2. c. 8. nuclei. Hæc cicuratio docet dominium hominis in beſtias à DEO ipſi datum.

Animalis homo 1. Cor. 2, 14. non regenitus, non illuſtratus, ſibi relictus ſuisque tenebris. Confer Judæ Epiſt. v. 10. & 19. *corpus* 1. Cor. 15, 44. terrenum, mortale, infirmum: opponitur huic πνευματικὸν corpus ratione qualitatum, ibidem.

ANIMALIA BRUTA, Jumenta.

§. 144

A DEO creata ſunt ex terra, admirando modo omnique humanæ rationi inexplicabili: Apage Satanæ ſarcaſmum, mixtum fabulâ de montibus olim parturientibus, murem tandem enixis ſola DEI potentia illa produxit, Gen. 1, 24. Pſ. 33. v. 9.

Vita illorum terreſtris eſt, è terrâ nempe; at hominum vita è nobiliori principio eſt, nempe à DEO & anima.

Miniſterio eorum utitur DEUS 1. In ſuſtentandis hominibus: Corvi cibum attulerunt Eliæ 1. Reg. 17, 3. Aſinæ miniſterio corripitur Bileam: Per illam ſine dubio Angelus.

2. In vehendis, v. equi, cameli, elephanti, boves.

3. In nutriendis, v. capræ, vaccæ, oves, gallinæ, anſeres.

4. Veſtiendis: Huc corium boum, lana ovium, textura bombycum.

5. Erudiendis, Eſa. 1. verſ. 3. Jerem. 8, 7. Pſalm. 32, 9. Prov. 6, 6. c. 30, 24. 25. 26. 29. 30. 31. morbis depellendis.

6. Cuſtodiendis, v. canis, animal vigilans.

Feles non inutilem operam præſtant hominibus, mures capiendo, delectandis v. g.

7. Puniendis, Lev. 26, 22. Ezech. 14, 12. 2. Reg. 2, 24. cap. 17, 25. Huc ſpectant animalia truculenta, Leo, Crocodilus, lynx, Baſiliſcus, ſerpens, Gryphus, ſtruthio. 1. Reg. 13. Leo occidit Prophetam. Num. 21. Serpentes vulnerant Iſraelitas. Crabrones exagitant hoſtes Iſraelitarum. Leones devorant hoſtes Danielis. Per reptilia quoque punit Deus, Exod. 8. Mures Hattonem Bonoſum Epiſcopum Moguntinum, Meſeum Poloniæ principem, (Dubravius lib. 15.) Wilderolphum Argentinenſem Epiſcopum conſumpſerunt. A pediculis multi conſumpti: Vide Zwingerum fol. 525. Theatri. Sævis animalibus olim objecti ſunt Chriſtiani ad dilaniandum illos. Sic Ignatius Epiſt. 15. ad Epheſ. Paulus 1. Cor. 15. (ut quidam explicant.) Blandina virgo, cui tamen (ut olim Danieli) feræ beſtiæ pepercerunt, Euſeb. lib. 5. cap. 1. Inſt. Eccleſ. Sic & alii: Euſeb. lib. 8. c. 7. Zwinger. Theat. p. 3026. b.

Aliquando etiam leonum ora fideles obturarunt, ut Judic. 14. Simſon, David, 1. Reg. 17. Daniel, Dan. 6. Heb. 11, 34.

Cicuratio & manſuefactio animalium oſtendit, 1. *hominis dominium* in eadem conceſſum à DEO. De manſuefactione illa legendus Textor. Col. 188. Officinæ.

2. Educationis vim ac utilitatem, quæ *tantum* in brutis præſtat animalibus.

Naturali animalia inſtinctu, *hominem ſuum dominum agnoſcunt*. Huc referendum eſt, quod ſcribitur de Mentore Syracuſano, de Helpe Samio, de Androdo, qui omnes leoni ſpinas vel ſtirpes è pede traxerunt, qui ſe illis ſponte ad hanc opem objecerunt. Vide Textor. Officin. col. 190. ſeq.

Pullos ſuos diligunt impensè, ut ciconia, gallina, aſinus, Pelicanus. V. Aldrovandum de nat. animal. Anton. de Balinghem in Zoopædia.

Commonefaciunt nos §. 145

Multarum virtutum. Vide Johann. de S. Geminiano in Summ. de Exempl. Petr. Berchor. in Red. morali. Hiſtor. animal. Dn. D. Frantzii.

Animalia fera prædicant DEI potentiam: Leo nolens nocere Danieli, Dan. 6. Manmeti Martyri, Pontiano Martyri. Urſi laxati ad laniandum Pontium Epiſcopum ad pedes ejus decubuerunt. Sunt & multi alii feris expoſiti, parcentibus tamen illis martyribus. v. Andronicus Epheſius, Albanus, Baſilides, Blandina virgo. Scilicet hoc eſt, quod ad Hebr. XI. ſcriptum extat: Ora leonum obſtruxerunt.

Providentiam. Corvus Eliam cibavit: Aves Baſilium Epiſcopum in deſerto.

Animalium amatores. *Vid. Gentilium facta turpia.*

Iram & juſtitiam DEI, Thren. 3, 10. Apoc. 5, 5. quæ in diluvio conſpicua præprimis facta eſt, omnibus animalibus ob peccata pereuntibus: de quo vide ſis Drexelium Tractat. 14. cap. 12.

Gloriam, Eſa. 43, 20.

Sapientiam admirabilem, Hiob. 39, 1. & ſequent.

Vigilantiam, Pſalm. 91, 13.

Dilectionem ineffabilem; nutrit enim omnia anima-

animalia cibat, potat, Psalm. 104. v. 11. & 14. & 147. v. 9. Job. 39. v. 3.

Essentiam eminentissimam ac gloriam. Væ illis! hanc in imaginem quadrupedum & reptilium commutarunt. Rom. 1, 23. ob felem occisam aliquot millia Romanorum militum truncati sunt in Ægypto. Apim bovem ibidem coluerunt &c. Conversionem hominum admirandum, Esa. 11, 6. 7. c. 65, 25.

§. 147

ANNATÆ.

Erant reditus Ecclesiastici, quos sibi Romanus Episcopus vendicavit quotannis à Clericis ipsi tributos, de quibus jure queritantur illustrissimi Principes Germaniæ in centum Gravaminibus nationis Germanicæ numer. 27. Additus quoque annatarum catalogus ibidem H. 111. sequ. Vide Apostoli nationis Gallicanæ de annatis non solvendis, & arrestum curiæ Parlamenti super iisdem, & Caroli Molinæi comment. ad edictum Henrici II. Finis annatarum collatarum, ut infidelibus resisti posset, illarum persolutione, in concilio Constantiensi: Vide dicta Gravam. anno 1523. Edit. apud Frider. Peypus.

ANNONA. V. *Mercatura n. IV.*

ANNULUS.

De annulo pronubo Deiparæ virginis, à Josepho dato & Perusæ religiosissimè asservato, Johan. Baptistæ Lauri Perusiaci commentarius Colon. 1626. Edit. f. 8.

S. Catharinæ datum quoque annulum, quo Christo desponsata sit, rhetoricatur Cornel. à Lapide in c. 2, 19. Oseæ.

ANNUNCIARE PACEM.

v. Evangelium.

§. 148

ANNUS.

Judæorum duplex est, 1. Sacer. 2. Vulgaris. Hic cœpit à mense vel novilunio, quod æquinoctio autumnali proximum erat. Ille verò à Nisan, putà à mense æquinoctii verni. Jubilæus erat typus vocis Evangelii. Vide Esa. 61, 1. 2. Luc. 4. v. 18. 19. Gratiæ, Es. 61, 2. sive voluntatis Domini, in quo scilicet Domino beneplacitum est: quô delectatur Dominus, recipiens nos in gratiam ob filium Jesum Christum, in quo omnem habitare plenitudinem DEO placuit, Col. 1. vers. 19. 20. sequent. Johann. 1, 17.

De variis Gentilium annis, vide Bibliandr. de ratione tempor. Johann. Lalamant. de ratione anni Ægyptiaci, Persici, Arabici, Hebr. Macedonici, Attici & Romani. Johan. Ravis. Textor. p. 354.

Basilidis figmentum: Is finxit trecentos & sexaginta quinque DEOS, qui anni diebus singulis præessent. Theodoret. lib. 1. hæret. fabul. Nobis unus est DEUS, 1. Cor. 8. à quo solo totius anni dependet felicitas.

Annus mercenarius Esai. 21. vers. 6. est, qui præcisè & exactè ad calculos revocatur, Cyrill. in h. l. (Confer c. 16. v. ult.) id est, integer & perfectus. Alibi notat vitam duram, asperam, apud Jobum c. 7.

Sub initium novi anni.

Corda circumcidenda, Jerem. 4. v. 4. Vid. Circumcisio.

Abjiciendi Dii alieni, Gen. 35, 3.

Mundare nos debemus, 2. Timoth. 2. Esai. 1.

Vestes mutare peccatorum vestibus justitiæ.

Altare gratiarum actionis erigere, ut Genes. 35, 3. sicut fecit Noa egressus arcâ, Genes. 9.

Quinque DEI erga nos beneficia & officia meditanda circa annum novum.

1. Angeli Domini præcessio, Exod. 23, 20. Sic Christus Jesus angelus fœderis nos præcedit.

2. Nostri in via custoditio: ita & Christus nos custodit.

3. In locum quietis introductio. Locus quietis est sacra DEI domus & Ecclesia.

4. Peccatorum punitio. Punit sed paternè peccata nostra. 5. Nominis DEI in angelo positio.

Sanctificare nos debemus.

Ut olim Levitæ 2. Chron. 29, 12. & temperantiæ studere. Ambros. Tom. 3. sermon. de Calend. Januarii.

Exultare & gratulari.

Ut Psalm. 122. vers. 6. 7. 8. 9. Psalm. 115. v. 12. 13. 14.

ANTICHRISTUS.

§. 149

Constantius Imperator ita dictus est ab Athanasio, epistolâ ad solit. vitam agentes. Ambrosius in c. XXI. Lucæ Arium vocat Antichristum, quod fatetur Fewardentius in 1. c. 8. Irenæi not. 3.

Nomen quid notet? nempè eum, qui est contra Christum: Unde dicitur ἀντικείμενος 2. Thess. 2, 4.

I. Non unum individuum, sive unicam personam, sed totum regnum illius, qui Christo κατ' ἐξοχὴν adversatur. Vide Pelarg. in librum 4. cap. 27. Damasceni. Sicut etiam una bestia apud Danielem & Johannem in Apocalypsi multos Reges sibi succedentes in uno aliquo regno significat.

II. Significat eum, qui Christo contrarius est, Augustin. in Epist. Johan. Tract. 3. §. Latinè Antichristus, Hieron. quæst. 11. ad Algasiam.

Nomina alia Antichristi.

1. Adversarius 2. Thess. 2, 4. quòd DEO, verbo ejus, justitiæ & omni bono ordini adversetur, recapitulans in se diabolicam apostasiam, Irenæus lib. 5. c. 24.

2. Filius perditionis, 2. Thess. 2, 3. Sicut enim Judas filius perditionis Johann. 17. v. 12. Christum auro prodidit: sic quoque Antichristo Christus & omnia Christi venalia sunt auro, ut ille quondam cecinit:

Cœlum

Cœlum est venale Deusque.
Templa, sacerdotes, altaria, sacra, Coronæ.

3. Homo peccati, 2. Theff. 2, 3. ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας.

4. ἄνομος ille 2. Theff. 2, 8. opponens se omni legi divinæ, humanæ; ipse solus exlex. Vindicabit sibi varia loca Imperii Romani irrependo, Irenæus lib. 5. c. 25.

5. Dæmonium meridianum è versione LXX. Interpret. qui se & diem & meridiem mentietur, Bernhard. sermon. 33. in Cantic. Cantic. sub finem, super Psalm. Qui habitat §. superest ut reveletur &c. Psal. 91, 6. Excidium vastans in meridie, literaliter pesti quadrat; Allegoricè ad Antichristum refertur, qui Ecclesiam pestilente inficit errorum veneno.

§. 150 *Sumitur hæc vox*

I. *Latè* pro omni eo, qui Christo reluctatur, unde Hieronym. in cap. 2. Nahum ait: *Tot Antichristi sunt, quot dogmata falsa.* 1. Johan. 2, 18. Multi sunt Antichristi. Confer Hilarium lib. contra Auxent. & Arianos. Cyprian. Epist. 6. lib. 1. Hieronym. lib. 4. Comment. in c. 24. Matth. Bernhardum sermon. de Conversion. Pauli. Origen. hom. 30. in cap. 24. Matth. verba: Exsurgent enim falsi Prophetæ &c. Tertullian. de Præscriptionibus. Qui Anti-Christi interim & semper, nisi Christi rebelles?

II. *Strictè* pro certo illo regno, cui Anti-Christus κατ' ἐξοχὴν præsidebit.

§. 151 Antichristus est idolum desolationis. Irenæus lib. 5. c. 23.

1. Ratione cultus. Coletur enim à suis instar Dei, 2. Theff. 2.

2. Ratione loci: solent idola in templis poni, ut ad cultum prostent publicum: sic quoque Antichristus sedebit in templo Dei spirituali, Eph. 2. ult. 2. Theff. 2, 4.

3. Ratione effecti: Ob idola namque solet Deus cuncta vastare: ita ob spiritualem Antichristi idololatriam DEUS omnis generis plagas immittit hominibus; ipsaque Ecclesia longè lateque vastationem sensit, de quâ Tragicæ extant querelæ multorum.

4. Ratione figuræ. Antiochus Epiphanes latè effuseque populationem fecit. vid. lib. Maccab. cuncta divina & humana profanavit: non minus Antichristus in Ecclesia DEI sæviet, Dan. 11. Antichristus est lignum mortis: Contra Christus lignum vitæ. Cur Christus sit vitæ lignum, vid. in Prompt. Alleg. 575. c. 9. de persona Christi. Antichristus v. est lignum mortis: hoc est, spiritualem animæ mortem infert & quidem.

1. Ratione distributionis mortis. Est enim triplex mors: 1. *Naturæ*, hujus causa erit Antichristus, quia multa bella excitabit, in quibus mors naturalis hominibus infligitur: 2. mortè quoque *gratiæ* adferet, quia abducturus est homines à Christo, qui est fons gratiæ uberrimus, Joh. 1. ex ipsius plenitudine &c. sine ullo precio nostro, Es. 55. 3. Idemque mortem *gloriæ* inducet; seducens nempe homines, pestiferos iisdem errores instillabit, ut filii Gehennæ fiant, Matth. 23, 15.

2. Ratione primi fontis Antichristi ejusque spiritualis Patris. Hic verò Satan est, primus ille homicida & mortis architectus, Sap. 2, 19. Joh. 8. v. 44. Ergò hunc patrem imitatur filius Antichristus, & pariter mortis causa existit.

§. 152 Antichristus est nox (contra Christus est lux) profundissima, periculosissima.

1. Ob solis Christi obscuritatem, quam errores Antichristiani inducent, radios cœlestis illius lucis obfuscabunt inductâ caligine.

2. Ob tenebrarum existentiam tempore Antichristi. Hæ verò erunt tenebræ (1) Inscitiæ vel ignorantiæ Christi. Ignoratio scripturarum est ignoratio Christi, vox est Juris Canonici: At utraque ignoratio vigebit tempore Anti-Christi. (2) Nequitiæ & omnis generis enormium facinorum; & quis miretur exituras sub filio illo ἀνόμῳ? (3) Tristitiæ, quam electi concipient ex illa desolationis spiritualis abominatione.

3. Ob terroris efficaciam. Terribilis sanè Antichristi nox est, qui contradicentes sibi ferro, flammis, rotâ tollit, funibus, equuleis. Gregor. Mag. lib. 33. cap. 23. in Job. Quod ab aliis verbis blandientibus dicitur, hoc ab aliis gladiis ferientibus imperatur. Hæc ille.

4. Ob difficilem pugnam. Noctu enim difficulter pugnamus: sic ardua & difficilis pugna erit nocte Antichristi, maximè verò eo ipso per technas aciem suam struente atque omnia per dolosos cuniculos agente: Gregor. M. dicto. Calliditate (ait) contra simplices agitur.

Antichristus est mancipium Diaboli, ut plenitudo Diaboli habitet in ipso; sicut plenitudo Divinitatis habitat in corpore Christi. D. Thomas p. 3. q. 8. artic. 8.

Mater Antichristi quæ?

§. 153 De sententia Veterum.

Antichristus ex impurâ matre nascetur. Sic Damascenus lib. 4. cap. 27. O. F. docet, Anti-Christum ex fornicariâ nascendum esse. Confer Augustin. Tractat. de Antichrist. Tom. 9. & lib. 20. c. 10. de Civ. Dei, & ex tribu Dan ortum tracturum esse sentiunt veteres: At rejicit Lutherus in c. 49. Gen. Causa princeps efficiens est Diabolus instigans & suggerens principes & pseudo-prædicatores: Hi verò sunt Causæ juvantes Antichristum; sunt Hæretici, in quorum cordibus Antichristo panes coquuntur, Hieronym. in cap. 7. Ose. §. Hæreticorum corda Diaboli igne accensa &c. & ab his sancti opprimuntur. Joh. de S. Gemin. lib. 7. c. 2. suum.

Effecta Antichristi & adjuncta alia:

§. 154 1. Venari nobiles & flexiles, Theodoret. lib. 5. de Antichristo, sectari arundines, verâ pietate & scientiâ cassas. Contra fidem Christi se objicere, Berchor. V. Antichrist. sive intelligatur fides, quæ creditur, sive quâ creditur.

tur. Aſſociare ſibi homines malitia plenos, Hippolytus de conſummatione mundi: nempe qualis Rex, talis grex.

Obſcurare Chriſtianitatis candorem, Chryſoſt. hom. 49. in Matth. c. 24. Sed hanc obſcuritatem Chriſtus fulgore ſui adventus diſſipabit, Chryſoſt. d. l. ex 2. ad Theſſ. 2, 8. retegetur impius ille. Malitia ſumma, ut Antonin. part. 1. Tit. 13. c. 4. §. 3. Hippolyt. lib. de Conſummat. mundi. Confer Marulum lib. 6. de inſtit. benè vivendi, cap. 2. de perſecutione Antichriſti, & Gregor. Magn. lib. 33. cap. 21. in Job.

Omnes V. Teſtamenti ceremonias reſtaurare velle, juxta Iſidorum libr. 8. Etymologiarum. Ad Judaiſmum homines compellere, C. Pervenit: de Conſecr. d. 3. Confer Dn. D. Hunnii Apoſtaſiam, editam Lubec. 1632.

Piorum patientiam exercere, Hier. ſuper illud Daniel. c. 12. Beatus qui exſpectat, &c.

Eos perſequi, Chryſoſt. hom. 48. in cap. 24. Matth. Simulare ſe mori, & reſurgere, C. Pervenit: de Conſecrat. diſt. 3.

Vitia Anti-Chriſti.

§. 155 1. Impietas erga Deum, 2. Theſſ. 2, 3. 4.

2. Improbitas erga homines, & dolus eam tegendi, Apoc. 9. v. 8. capilli mulierum.

3. Superbia & ambitio, 2. Theſſal. 2. Dan. 4. Bernhard. ſerm. ad Clerum in Syn. Rhem. habit. Gloria triumphi. Apoc. 9. Super capita locuſtarum coronæ.

4. Tyrannis & ficta poteſtatis plenitudo, Aug. Tract. 29. in c. 7. Johan. §. qui à ſemetipſo loquitur. Apoc. 9. dentes locuſtarum, ſicut dentes leonum. Confer Greg. M. lib. 33. cap. 23. ubi hanc de locuſtis comparationem ad Anti-Chriſtum transfert.

5. Mendacitas, Auguſt. tract. 3. in Epiſt. Johann. §. Omnibus malis lapis. Hypocriſis, Apoc. 9. Facies locuſtarum, ſicut facies hominum.

6. Fons omnis peccati, Hieronym. q. 11. ad Agaſiam §. niſi venerit diſceſſio &c.

7. Caſtitas ſimulata, qua multos decipiat, Hieron. in c. XI. Daniel.

8. Deſiderium nocendi aliis, Joh. de S. Geminian. lib. 7. c. 2. ſummæ de exemplis & ſimilitudinibus.

9. Pertinacia perſeverandi in malo, Apoc. 9. Lorica ferrea.

10. Inconditus & inordinatus clamor, ſignificatus per vocem alarum, Apoc. 9. d. l.

11. Aſtutia decipiendi per doctrinas blandas & deceptorias.

12. Violentia defendendi malum. Apoc. 9. aculei erant in caudis eorum. Gemin. d. l. intelligit principes illius temporis.

Antecedentia ſigna Anti-Chriſti.

§. 156 I. Omnis generis pœnæ, Chryſ. hom. 78. in Matth. Peſtis, Euſeb. Emyſſen. hom. de Dom. 2. adventus. Fames, ſterilitas.

II. Falſa miracula, Chryſoſt. hom. 29. oper. Imperf. in Matth. Iſidor. de ſummo bono c. 25. 26. Chryſoſt. hom. 48. in Matth. 24. C. Berchor. V. Anti-Chriſtus.

III. Vitia, lites, contentiones, Homil. 2. adventus die Euſeb. Emyſſen. Chryſoſt. hom. 78. in Matth. c. 24. & Marc. 13.

IV. Hæreſes & errores. Vid. Chryſoſt. hom. 29. in Matth. 12. ſicuti Chriſti adventum Prophetæ & Johannes præceſsêre.

V. Juxta veteres quosdam, Eliæ adventus, Chryſoſt. hom. 4. in 2. Theſſ. 2. quod tamen è ſcripturis non tantùm non liquet, ſed & iisdem adverſum eſt, cùm Elias ille (h. e. Johannes Baptiſta) jam venit, Matth. 11, 17. Confer Auguſt. lib. 2. cap. 29. de Civit. Dei.

VI. Defectio (1) Regni Romani, Ambroſ. ſuper 2. Theſſ. 2. (2) meliùs alii de Apoſtaſia à fide accipiunt, cum Chryſoſt. Oecum. Theodoret. Auguſtin. lib. 20. c. 19. de civ. Dei. Confer 1. Tim. 4. v. 1. ſeq.

Eventus.

Peſſundatio: Chriſtus eum peſſundabit, §. 157 Theophylact. in 2. Theſſ. 2. v. 8. Dominus eum conficiet ſpiritu oris ſui, & illuſtri adventu ſuo abolebit.

Oppugnatio: Hæc fiet à Chriſto, 2. Theſſ. 2. Ille enim verus ille Gad eſt, hoc eſt, accinctus gladio, nempè veritatis, Pſalm. 45. Pœna æterna.

Revelatio Anti-Chriſti: Hæc verò eſt duplex, *incboata*, & ſic temporibus Apoſtolorum jam ſuo modo operans Anti-Chriſtus revelatus eſt, 2. Theſſ. 2. 1. Joh. 2, 18.

Conſummata, quæ plenior eſt per Evangelii lucem.

Aſcenſio in montem Oliveti, ex quo Deus ipſum fulminibus percutiet in cœlum aſcenſurum; Berchord. V. Anti-Chriſtus. V. Petr. Comeſt. in Hiſtor. ſcholaſt. Hæc verò ſine ſcripturis adducuntur.

Hiſtoria.

I. Nero olim pro Anti-Chriſto habitus §. 158 eſt, Zwing. Theat. fol. 26. b. ex Suetonio. Ex perſecutione Valeriani Cæſaris collegit olim Dionyſius Alexandrinus, tempora Anti-Chriſti jam expleta eſſe.

II. Anti-Chriſti vocem multi veterum de peſſimis in Eccleſia Prælatis uſurparunt, ſine ulla injuriæ macula: vid. Præfat. Dn. D. Ægydii Hunnii, in lib. de Eccleſ. D. Nicolai Hunnii Depulſion. duar. graviſſim. accuſat. defenſam inſuper contra D. Tannerum.

III. Hilar. lib. contra Auxent. vel Arianos: Neceſſe eſt, ait, in ipſam nos ætatem Anti-Chriſti incidiſſe. D. Bernhard. ſerm. ad Clerum in Synod. Rhemenſ. congregatum: Miniſtri, ait, Chriſti ſunt & ſerviunt Anti-Chriſto, honorati incedunt de bonis Domini, cui honorem non deferunt, Col. 17. 27. lit. H.

IV. Anti-Chriſti prædicatores vocantur, qui rigidam diei Dominicæ obſervantiam urgebant. C. Pervenit: de Conſecr. diſt. 3.

Anti-Chriſti comparata.

Comparatur Anti-Chriſtus 1. animalibus §. 159 brutis. 2. Rationalibus & perſonis.

(1) Comparatur colubro vel ſerpenti, Gen. 49. Dan coluber in via: quod dictum plerique Veterum ad Anti-Chriſtum traduxerunt.

Eſt verò Serpens Anti-Chriſtus

1. Ob errorum venenatorum varietatem: sicut enim serpens venena vomit; sic quoque errorem Anti-Christus.

2. Ob decipiendi calliditatem: Eadem pollet Anti-Christus.

3. Ob latrocinandi commoditatem: sic Anti-Christus latitabit in tortuosis mundi viis & mundanarum voluptatum anfractibus.

4. Ob tentationum frequentiam: sic variis Anti-Christus artibus homines tentabit, inque sua castra pertrahere conabitur.

(2) Leoni rugienti, ob sævitiam, quam exercet in Ecclesia.

(3) Vulpi astutæ, ob fraudes & multiplices technas.

(4) Lupo voracissimo; quia Christi oviculas deglubit.

(5) Tigri immanissimæ & ferocissimæ, ob cruenta bella, quibus conflandis insudabit Anti-Christus.

(6) Cani spurcissimo, ob stupendas & nefandas immunditias, quibus Anti-Christi grex deditus erit, Dan. 11. v. 37.

(7) Basilisco venenatissimo, qui visu Draconem interficit, & aves ex alto dejicit. Berchor. v. Anti-Christ.

(8) Salamandræ, quæ arbori insidens omnia poma (si Plinio credimus) venenata reddit.

(9) Bestiæ, quæ de abysso ascendit, Apoc. 13. septem capitalibus vitiis indulgens.

(10) Hamano superbissimo

1. Ratione immanis superbiæ, quæ in Hamano fuit: Eadem erit in Anti-Christo, 2. Thess. 2. Dan. 11. v. 36. 37.

2. Ratione sanguinolentiæ: Haman universam Judæorum gentem funditus tollere voluit; sic Anti-Christus totam Ecclesiam, si posset, pessundare niteretur, nisi in Christo fundata esset, Matth. 16.

3. Ratione turpis exitus Hamani: idem quoque manet Anti-Christum; confundetur namque à Rege Regum & Domino Dominantium.

Tempus, quando venturus.

§. 160 Desolato imperio Romano, Hieron. quæst. 11. ad Algasiam. Conf. Lact. libr. 7. cap. 19. Instit. §. propinquante igitur tempore quartæ Monarchiæ. P. Berchor. V. Anti-Christus: Nos suprà de Apostasia à fide hæc accipere maluimus.

Quamdiu duraturus sit Anti-Christus?

Veterum sententia est, tribus annis & sex mensibus solùm Anti-Christum sæviturum esse. August. lib. 2. de Civit. Dei. Irenæus lib. 5. c. 25. Alii tamen, ut & ipse August. lib. 18. c. 4. de Civit. Dei, dicunt tempus occultum esse. §. *illam sanè novissem.*

Templum & locus.

In quo templo sit sessurus, dubitat Aug. lib. 20. c. 19. de Civ. Dei: Nos ipsam Ecclesiam esse dicimus in qua sessurus est, Ephes. 2. v. ult. 2. Thess. 2, 4. Et hanc sententiam vero magis consentaneam esse, rectè putat Hieron. quæst. 11. ad Algasiam, quam etiam sententiam approbat Vega fol. 62. pro reali præsentia, citante Chrastovio Contrad. 155. de Euchar. mysterio.

Character

Est fides, quam seminabit ubique, P. Berchor. v. Anti-Christ. ex qua scilicet socii Anti-Christi dignoscentur ab aliis: Estque 1. in Fronte, confitendo. 2. In dextris, pro Anti-Christ. militando.

Calumnia L. Beyerlinck.

§. 161 Novatores (sic Evangelicos appellat) Anti-Christi præcursores esse, in Theatro magno vitæ hum. v. Anti-Christus fol. 472. lit. B. Quàm audax, tam falsum & futile effatum! Nam principium petit, nobis novationem, qui antiquam veritatem defendimus, impudenter adscribens. Christi verò Ecclesiam audimus; non a. audimus, quæ sese sponsam Christi mentitur & non est: non audimus eam, quæ ex Christo & ejus verbo non loquitur. Effrons quoque calumnia, tollere nos studium bonorum operum: fiduciam in his & justificationem ex his operibus tollimus; non ipsa opera. Sexcentis & infinitis nostratium libris hæc glossa jam pridem explosa est. Missam verò sacrificium esse negamus tot scripturarum edocti fundamentis, quæ alibi recensentur. Duobus sacramentis quinque alia superaddenda esse, neque scriptura neque cana tradit antiquitas. Quæ ergo Sacramenta non sunt, ea quoq; tolli non possunt. Instituta Christi non abolentes; sed instituta hominum, scripturas ita tractamus, prout scripturæ Dominus jussit, scrutamur eas, conferimus easdem, non demum è cerebro Papæ earundem sensum percepturi. Sed ad illam impudentiam nil addi potest, quâ ait Beyerlinck, Luther. Trinitatem negasse vel sustulisse &c. Sed desino crambem illam recoquere, quæ teterrimum vaporem exhalat ineptissimarum accusationum, toties profligatarum. Idem Beyerlinck recenset diversas nostrorum de Anti-Christo sententias; cui opponimus suorum contradictiones plurimas, de hac eadem quæstione, quas consignavit Andreas Chrastovius in Bello Jesuitico. Sed hæc polemica sunt alibi tractata.

Scriptores varii de Anti-Christo, quos Scriptoribus Pontificiis opponimus.

G. Poveli de Anti-Christo. Graseri plaga regia. F. Junii contra Bellarminum. G. Amesii, L. Danæi contra eundem Bellarmin. Davidis Paræi. Sebastiani Mayeri. Thomæ Brigtmann. Johann. Foxii in Apoc. c. 17. D. Hunn. artic. de Ecclesia. D. Balduini Diatribe contr. Gasp. Scioppium, D. Johan. Höpneri contra Becanum de Anti-Christo.

ANTIOCHUS.

Epiphanes Tyrannus, 1. Macchab. Benbellon. cap. 9. in suscitabul.

Antipas.

Apocal. 2. v. 13. 14. Martyr Pergami fuit sub Domitiano. Arethas in Apoc. Metaphrastes Simeon, Martyrologium Roman. Baron. & Cedren. in Annalib.

Antipatheia. v. *Qualitas.*

ANTIQUITAS.

§. 162 Vera adsciscenda est inde ab Apostolis, Christo & Ecclesiis Apostolicis. Tertullian. cap. 6. Apolog. adv. hæres. Et advers. Praxeam: Primum quodque verissimum. Sunt & anti-

antiqui corruptores legis, Pharisæor. antecessores, Matth. 5. Antiquior Babylon Hierosolymis, ait Aug. in Ps. 61. Antiquos se esse gloriabantur Pagani. Vide Justin. in Apologia. Ambros. l. 3. Ep. 30. Lactant. l. 2. c. 6. Inst. divin. Itaque antiquitas ἄγραφος nihil probat. Antiquus serpens Apoc. 12. ab initio erat mendax, Joh. 8. Cave igitur nimium fidas vanæ de antiquitate jactantiæ. Benè C. Espensæus lib. 2. c. 8. de Adorat. Non (inquit) semper melius, quod antiquius. Deceptos olim Antiquitate Athenienses, memorat Greg. de Valent. Tom. 3. col. 82. d. Certè Augustinus pluribus ostendit in Ps. 61. Societatem & sectam Cainiticam & natu majorem, & ætate & tempore antiquiorem etiam societate & civitate Abelis: Et in Psalm. 64. Jerusalem accepit exordium per Abel, Babylon per Cain. Hæc ille. Hæc eadem pro nostra Ecclesia dicta sunto: Sicut enim omnes (Ecclesiæ) primæ, & omnes Apostolicæ, dum unam omnes probant unitatem, ait Tertull. lib. de Præscript. cap. 20.

APERIRE caput. *v. Reverentia.*

APIS. *v. Vitulus.*

§. 163 APOLOGIA.

Est bonæ famæ nominisque assertio, justa & adversariorum vi & technis extorta, vivo sermone, martyrio, vel scripto confirmata & significata.

Exempla Apologistarum.

Apostoli, Luc. 12, 11. quibus Spiritus S. assistentia prolixè promittitur: sic Luc. 21, 14. Act. 19, 33. Alexandri, qui fuit Pauli Parastates. Pauli, Actor. 24, 10. c. 25, 8. 16. c. 26, 1, 2. 24. c. 22, 1. Philipp. 1, 7. 17. 2. Tim. 4, 16. Petri, 1. Petr. 3, 15. Est quoque Apologia realis, cùm quis ipso facto ostendit, se à criminationibus hostium immunem esse, 1. Corinth. 9, 3. 4. 2. Cor. 3, 2. 3. 1. Sam. 12, 3. Samuel protestatur, se nulla munera accepisse.

Viri Ecclesiastici: v. g. Quadratus tempore Antonini & Commodi Imperat. Episcopus Atheniensis, Euseb. l. 4. c. 3. 23. Athenagoras, cujus Apologiam egregiè illustravit Suffridus Petrus. Tertull. in Apologet. Justinus in Apologia. Arnobius lib. adversus gentes.

Sic nostrâ Patrumque memoriâ plurimi Theologi apologias pro sinceritate orthodoxe fidei, in invariata Aug. Confessione contentæ, scripserunt, D. Jacob Andreæ passim in scriptis: In peculiari tractat. ad illustr. person. de Ubiquit. In Refutat. orthodox. consens. & plures alii.

§. 164 *Quæ necessitas Apologiarum pro Religione?*

I. Dei gloria, quæ vindicatur scriptis Apologeticis pro doctrina fidei, quæ nostra non est, sed Dei; Hinc tot Apostolorum Apologiæ.

II. Salus Ecclesiæ; hoc modo asserenda, ut ejus innocentia cunctis fiat liquida. Vid. Tit. Accusatio.

III. Hostium veritatis confusio, qui contra veritatem mentiuntur, Jacob. 3, 14. è suis χρηστολογίαις improvidas hominum mentes occupant, Rom. 16, v. 18.

Basilius Epist. 63. Edit. Parisiens. 1547. ad calumnias, ait, tacendum non est; non ut contradicendo nos ulciscamur; sed ne mendacio inoffensum progressum permittamus.

IV. Officii ministrorum ratio, qui si non defensent fidem, mercenarii sunt. Aug. Tract. 46. in Joh. Ecce lupus ovis guttur apprehendit! Diabolus fideli hæresin, adulterium, ebrietatem persuasit. Tu taceas, non increpes, ne fortè offendas? O mercenarie! lupum venientem vidisti & fugisti? Respondes fortasse, ecce hic sum; non fugi: fugisti, quia tacuisti; tacuisti, quia timuisti. Vid. Plura Titul. Ministerium.

V. Causæ bonitas, maximè, si in negotio Religionis versetur.

VI. Atrocitas imputatæ hæreseos, in quâ non possumus nec debemus esse tolerantes.

VII. Legis naturæ evidentia: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

VIII. Exemplorum majestas: sic Christus Joh. 8. Paulus Act. 26. & alii, ab initio hujus tituli, apologias conscripserunt.

APOPHTHEGMATA.

Sunt liberè & nervosè dicta, cum quadam acrimoniâ, jucunditate tamen temperata. Vide Erasmi Apophthegmata, Fulgos. lib. 6. c 2. & lib. 7. c. 2. & 3. Jan. Gruteri Apophthegmata Latin. Græc. Germanic. Gallica: Item Conradi Lycosthenis & aliorum.

Apophthegmata.

Varior. v. Erasm. Lycosthen. Meiger. in Nucleo historiar. fol. 1339.

APOPLEXIA. *v. Morbus.*

ANXIETAS. ANXIUS. ANXIETAS CORDIS. *V. Cor, num. V.*

APER. *v. Tyrannus.*

§. 165 APES.

1. Animalia gnava, industriæ ac diligentiæ monitoria, Syrach. 11, 3. Monent insuper, ne externâ specie ac mensurâ quempiam metiamur. 2. Hostes Israëlitarum, Deut. 1, 44. Idumæi & Philistæi, Es. 7, 18. lædentes ut apes aculeis, ac benè exercitus suos ordinantes: hostes Davidis Psal. 118, 12. significant. 3. Examen earum in ore leonis Judic. 15. notat fideles & Doctores. In ore leonis Christi de tribu Judâ est mel misericordiæ & aculeus Justitiæ: Hic, quia ob peccata nostra mortuus est: Illud, quod pro nobis mortuus est, Rom. 4, 25. 1. Corinth. 15, 3.

APOCALYPSIS.

1. *Prophetica Johannis.* Causa Princeps Christus. Materia, descriptio calamitatum Ecclesiæ. 2. *Extraordinarium* charisma in Ecclesiâ Dei, 1. Cor. 14, 26. à Spiritu Sancto datum ad tempus. 3. communis illa fidelium revelatio facta per verbum in Sancto Spiritu, Eph. 1, 17. Phil. 3, 15. 16. Matth. 11, 25.

APOCRYPHA

Multa esse in Ecclesia docet C. Espensæus, fol. 423. oper.

APOLLYON. *v. Satan, Diabolus.*

APORIARI. *v. Tribulatio.*

APOSTASIA. *Conf. Constantia.*

Quid?

§.166 Est defectio à vera religione ad falsam & infamem aliam, Act.21,21. Heb. 6, 6. Opponitur fidei Christianæ, perseverantiæ & confessionis actui. Speciem infidelitatis esse negat D. Thomas 2. 2. q. 12. artic. 1. Syr.26,27. 1. Macch.1,16. Causa princeps Satan movens homines leves ad recessum à fide, 2. Petr. 2, 21.

Quotuplex?

Triplicem statuit Chrysost. Javellus part. 2. Tract. 1. c. 4. Christ. 1. quâ quis deficit à recta fide vel doctrina.

2. Qua quis deficit ab observantia præceptorum Dei de charitate proximi.

3. Qua quis relinquit professionem ordinis, puta monastici (idem tamen fatetur, hujus tertiæ speciei nullam in sacris literis mentionem esse, quia nondum instituti fuerint ordines isti.)

Apostasia est Communis, quæ est omnium Apostatarum; & singularis, quæ est Antichristianorum & Antichristi defectio à fide, 2. Timoth. 4, 3. 4. 2. Thess. 2, 3. defectio, apostasia. Ad hanc singularem Apostasiam referri quoque potest peccatum in Spiritum Sanctum & alia. Sed de his promiscuè in sequentibus. Apostasia in cruce, *v. Perseverantia.* conf. Benbell. c. 15. Suscitab.

Imago Apostasias.

§.167 Apostatarum imago in Israëlitis, Exod.16,3. Num. 14. vers. 9. 1. Gratiæ omnis obliviscuntur tentatione pulsante. 2. Pœnitet eos, se Deum secutos esse ex Ægypto. 3. De Dei bonitate desperant. 4. Ægyptum mundi repetunt: sic quoque Apostatæ Gratiæ Dei in ipsos collatæ omnis obliviscuntur, & in vanum eam accipiunt, 2. Corinth. 6, 1. & tempore tentationis deficiunt, Luc. 8, 13. pœnitet se Deum secutos esse: magis ergo amori mundi dediti sunt, 2. Timoth. 4, 9. ut hominibus placeant, Gal. 1, 10. desperant de Dei bonitate, quasi eos tueri & alere non posset. Denique cœco mundi amore & favore irretiti atque capti sunt, ut nihil nisi mundum hunc quærant & ea, quæ carnis sunt, Phil. 3, 19.

Effectus & Actus Apostatarum:

Filium Dei crucifigere, Hebr. 6,6. & pro ludibrio habere, cùm crucifixum non confiteantur: sic Julianus fecit, Christum abnegavit Gentilismo se dedens.

Eundem pedibus calcare, Hebr. 10, 29. Id fit contemptu Christi Domini, à quo deficit servus.

Sanguinem Testamenti pro impuro ducere, Heb. 10, 29. à quo Testamento deficit Apostata.

Spiritum gratiæ ignominia afficere, dict. l. ad Hebr. quem spiritum blasphemat Apostata.

Oppugnare veritatem, Actor. 26, 11. 1. Timoth. 1, 20. Mox enim oppugnat veritatem, à qua deficit Apostata.

Implicare se impuritatibus mundi, 2. Pet. 2. v. 20. & nefandis se sceleribus maculare. Sic Julianus Apostata victimas humanas immolavit. Confer P. Camerarium part. 1. c. 59. Hor. subcisivar.

Avertere se à mandato sancto, 2. Petr. 2, 21.

Dominum abnegare, 2. Petr. 2, 1.

Pœnæ Apostasiæ.

§.168 Fieri è filiis DEI filios Diaboli vel Belial, 2. Corinth. 6, 15. quæ conventio Christi ad Belial? Viri Belial sunt Apostatæ: non prosunt sibi nec aliis, & jugum excutiunt: vox Belial utrumque notat.

Deo abominationi esse, Prov. 3, 32.

Damnari ad gladium, Syr. 26, 27.

Fugari de loco in locum, 2. Macch. 5, 8.

Pro maledicto haberi d. l. Sunt terra spinas ac tribulos producens, maledicta est, Heb. 6, 8.

Non habere gratiam, sed judicii expectationem, (scil. quamdiu aliquis in eo peccato perseverat) Hebr. 10, 27.

In manus Dei viventis incidere, Hebr. 10, 31. horrendum est incidere &c.

Statum vitæ prioris miserrimum duplo miseriorem sibi attrahere, 2. Petr. 2, 20.

Dei odium; Apostatæ namque non placent animæ Jehovæ, Hebr. 10, 38.

Desperatio finalis: quod patet exemplo Francisci de Spirâ.

Desertio Dei: justo judicio deserit DEUS Apostatas, eosque ad inferos detrudit. Cyprianus de laude Martyrii, Cœlo (ait) Martyres gaudent; veritatis inimicos ignis absumit; Paradisus Dei testibus floret; negatores gehenna complexa, æternus ignis, &c. Hæc Cyprianus. Suevo Rex Daniæ Apostata miserè afflictus est à Vandalis. Anastasius fulmine tactus est. Julianus cœco vulnere in prælio contra Persas confectus interiit.

Memorat Dionysius Alexandrinus quosdam Apostatas à Dæmonibus obsessos fuisse: quosdam & obsessos & mutos factos, Cyprianus lib. de pœnis Apostatarum.

Staphylus in desperatione mortuus est, teste Christophoro Irenæo. D. Jacobus Schenck ad Antinomos defecit, seipsum fame confecit: Stephanus Agricola Lutherismum abnegans, Romæ Tyberinis aquis suffocatus est. Frater Theobaldi Thammeri (hic fuit Professor Marpurgi) in desperatione mortuus est.

Alphonsus Diozius Hispanus se suspendit à collo muli sui Tridenti, qui ante fratrem suum per tabellarium Anno 1551. occidi jusserat.

Caspar Hoffmann profecturus ad Colloquium Ratisponense animam in itinere gemebundè efflavit.

D. Crause Halæ Apostata in desperatione mortuus est.

Simon Thuranus Professor Parisinus horrisono boatu vitam clausit.

Affectiones.

§.169 Est peccatum gravissimum, Hebr. 6, 6. sequent. Peccat enim Apostata (1) in Deum, quem lædit, (2) in veritatem, quam abnegat. (3) in con-

conscientiam, quam vulnerat (4) in proximum, quem turpissimè (arguit enim animum infidelem) scandalizat.

Indignissimum: quia vix digni sunt veniâ, qui voluntariè à Christo deficiunt, Hebr. 10, 26.

Damnosissimum: quia fontes divinæ misericordiæ sibi ipsis occludunt Apostatæ; seipsos excœcant lucem veram Christum rejicientes.

Ingratissimum: Nam abnegant Dominum, qui ipsos emit, ejusque pretiosissimum sanguinem pro vili habent, 2. Pet. 2,1.

Sævissimum: quia Dei filium crucifigunt, Heb. 6, 6. &c. Stultissimum: quia frustra calcitrant contra veritatem, quæ tamen invicta est & manet. Actor. 9, 6. durum erit tibi contra stimulum calcitrare. Sibi ipsis insuper (non Deo, non veritati) nocent: nocumento animæ, quod incurrunt Apostatæ, nullum majus est, Matth. 16, 26.

Ordo Apostasias & Gradus.

1. Oblivio gratiæ à Deo præstitæ pulsante tentatione, Num. 16, 3.

2. Pœnitentia de sequela, qua Deum secuti sunt relictis mundi illecebris. 3. Desperatio de gratiâ ac liberalitate Dei.

Similia.

Apostatæ similes sunt canibus ad vomitum redeuntibus, 2. Pet. 2, 22. Corvo arcâ evolanti, Genes. 8, 6. Ita Apostatæ relinquunt arcam Ecclesiæ per seriam pœnitentiam, Cyprian. ad Novatianum: Ex arcâ Noæ duæ emittuntur aves, columba & corax &c. Suibus ad sordes revertentibus, 2. Petr. 2, 22. Proverb. 26, 11.

Exempla Apostatarum.

§. 170 Israëlitæ, Exod. 32, 1. 2. Judic. 2, 17. 2. Reg. 17, 7. Hos. 9, 10. Salomon, 1. Reg. 11, 2. Roboam, 2. Chron. 24, 17. 18. Usias, 2. Chronic. 26, 16. Achas, 2. Chron. 28, 23. Sedechias, 2. Chron. 36, 13, 14. Jehu, 2. Reg. 10, 31. Israëlitæ, Ezech. 2, 3. Judas, Act. 1, 17. Judæi, Actor. 7, 51. 54. Simon, Act. 8, 13.

Anastasius Cæsar Orientis Ariana hæresi infectus de cœlo tactus est, Niceph. lib. 16.

Tatianus vir pius & doctus post mortem Justini Philosophi & Martyris defecit ad errorem, Irenæus libr. 1. cap. 3. Eusebius libro 4. cap. 27.

Sic Philippus Melanchthon post obitum Lutheri Zwinglii partibus favit.

1. Cor. 10, 12. qui stat, videat ne cadat. Tatianus ita cecidit & primo defendit fidem Christianam, Orat. C. Græcos: deinde verò Encratita factus est, Euseb. 4. cap. 15. Baron. Tom. 2. Annal. fol. 164.

Apollinaris Laodicææ Episcopus magna olim dexteritate Arianos refutans, post Christomachus factus est naturarum in Christo confusionem docens, Chemnitius part. 1. Locor. Commun.

In N. T. Hymenæus & Alexander, 1. Tim. 1, 19. 20.

Ammonius Alexandrinus Præceptor Origenis à puero Christianus, posteà à verâ defecit fide. Eustachius Sylvanus & Theophilus ex Arianis Orthodoxi à Papa Liberio recepti, mox relapsi in Arianismum, ad annum Christi 365. Basil. Epist. 74. Marcellinus Papa sub persecutione Diocletiani Diis thura adolevit: ideò damnatus in Synodo Sinuest. anno Christi 317.

Suevo Rex Daniæ deficiens à fide miserè à Vandalis afflictus est: actâ vero pœnitentiâ ac recepta secundùm Christiana fide, postea Rex Sueciæ quoque factus est, Crantz. libr. 2. c. 23. Just. Vandalic.

Ulphilas Gothorum Episcopus Arianus factus in Synodo Constantinopolitana seductus.

Florentinus quidam, qui liberaverat Sultanum Ægypti à morbo, abnegavit Christianismum, ac dono Damascum urbem ab eo accepit. Ecebolius Sophista Constantinopolitanus, Socrat. libro 3. cap. 13. Histor. Suidas in V. ante & post Juliani tempora in fide varius & mobilis. Constantii (qui fuit Constantini Magni pater) aulici in gratiam sui Cæsaris idola colentes, aula exacti ob inconstantiam, Eusebius lib. 1. cap. 10. de vita Constantini. Sozom. l. 1. cap. 6.

Redualdus Rex apud Anglos Orientales, primo Christi fidem amplexus, deinde ad cultum Ethnicum rediit, Beda lib. 2. cap. 15. Instit. Angl.

Theodoricus Rex Italiæ aulico ad Arianismum deficienti (cui Rex addictus) caput resecuit, Nicephorus libr. 16. 35. Zonar. Cedren.

Mappalienses ad Donatistas defecerunt, Tom. 2. col. 776. Epist. 173. August.

Franciscus de Spirâ (hujus historiam lege sis apud Grynæum parte II. Theoremat. Theolog. per aliquot Epistolas descriptam.) Johannes Pistorius Niddanus. Johannes Stosselius. Adamus Neusserus è Calviniano Turca. Vid. D. Gerlach. Epistol. dedicat. assertionis suæ.

Similia.

§. 171 Sicut milites aliquando deserunt signum vel vexillum in quod jurarunt: Sic credentes ad tempus deficiunt aliquando à fide, & Christum, signum illud contradictionis, deserunt, Luc. 2, 34.

Sicut stellæ aliquando de cœlo cadere videntur: sic persæpe magni viri cadunt de cœlo fidei & Ecclesiæ, in qua maximè fulserunt lumine fidei veræ & vitæ sinceræ: utrumque laudat in Philippensibus c. 2. v. 16. Epistolæ suæ Paulus.

Ut lapides & gemmæ nonnunquam ex torque insigni decidunt & resiliunt: sic aliquando magni viri decidunt à fide, cujus ante ornamenta fuerant. Hoc simile Donato applicat Augustin. Tom. 10. c. 8. col. 561. D. Plura exempla vide in Prompt. exemplor. ad 1. præcept. fol. 113. & Grynæum d. l.

Officia circa Apostatas.

1. *Orare pro eis:* nam pro omnibus hominibus

 orare

orare fas est, 1. Tim. 2. v. 1. seq. hinc in Litaniis petimus reduci omnes errantes.

2. *Non desperare* planè de iis: quis enim divinæ misericordiæ limites præfigeret? non una hora omnes vocamur: orandus Dominus ut vocet.

3. *Nobis timere*, 1. Corinth. 10, 12. Rom. 11, 21. Si Deus ramis naturalibus non pepercit, &c.

4. Justè detestari eorum levitatem, 2. Johan. v. 10. ne AVE dicite. Qui fidem politicam frangunt, suo merito malè audiunt; quanto magis Apostatæ.

5. Perseverantiæ donum agnoscere à Deo profectum: quod enim stas, ô homo! non tuarum est virium, sed Dei, cujus virtute stamus, nos confirmantis, stabilientis, 1. Pet. 5, 10. & fideliter nos sublevantis, 1. Cor. 1, 9.

APOSTOLI.

§. 173 Apostolatus est servitus Act. 1, 17. 25. (hinc servi dicuntur Act. 4, 29.) divinissima, nobilissima.

Causa eligens Apostolos est Christus, ex gratia non ex meritis, Luc. 6, 13. Roman. 1, 5. Ephes. 3, 2. 1. Corinth. 12, 28. Ephes. 4, 11. qui gemmas pretiosas non invenit, sed tandem fecit. Christus eosdem gubernans & juvans, Gal. 2, 8. Chrysostom. homil. 4. in Matth. per quos salutem operatus est in medio terræ. Bernhard. sermone 36. in Cantic. Canticorum.

Materia, circa quam occupati, fuit (1) Doctrina 1. de regno cœlorum appropinquante, Matth. 10, 7. 2. de solatio Evangelii, Esa. 40, 1. 3. de vanitate rerum omnium, Esa. 40, 9. 4. de extremo judicio & fine rerum omnium, Actor. 10, 42. cap. 17, 30. cap. 24, 25.

(2) Miracula. v. Effecta.

(3) Constitutio Ecclesiæ Ephes. 4, 11. per doctrinam sanam & ordinationem Doctorum Ecclesiæ, vide 1. Tim. 1, 3. Actor. 20, 28. Tit. 1, 5.

§. 174 *Effecta & prædicata alia de Apostolis.*

1. Prædicare de Christi Resurrectione, Act. 4, 33. cap. 10, 40. & Judæis & gentibus, quod officium velut debitum erat ab Apostolis exsolvendum, Rom. 1, 14. Act. 24. v. 25.

2. Famam tueri à calumniis, Actor. 2, 14. ac defendere Christi doctrinam.

3. Miracula operari, Actor. 2, 43. cap. 5, 12. 2. Cor. 12, 11. 12. Marc. 16, 17. 18.

4. Ordinare Eleemosynas Act. 6, 2. in sustentationem pauperum.

5. Componere dissidia Ecclesiastica, Act. 8, 14. c. 15, 1.

6. Gloriari in Domino, 1. Cor. 9, 2. 2. Cor. 3. à quo constituti erant.

7. Ædificare Eph. 2, 20. corpus mysticum, Ecclesiæ ædificium, Dei domum, 1. Timoth. 3, 16.

8. Gaudere super interitu Babylonis, Apoc. 18, 20.

9. Scribere omnibus, (non sic Philosophi, non sic Plato, qui vix à tribus intelligi potest) observante ex Origene Claudio Espens. folio 401. litera A. B. in 2. Timoth.

10. Fructum ferre inter gentes uberrimum, Roman. 1, 13.

11. Petere & obsecrare, Coloss. 1. ob Diabolum tentantem, mundum turbantem, carnem inflammantem ad peccata. Luther. in Domin. 24. post Trinit. Postill. Eccl. in Epist. Coloss. 1.

Pietas & oratio in eligendo socio, Actorum 1, 23.

Humilitas, 1. Thess. 2, 6.

Simplicitas. Non sunt assumpti de schola Rhetorum & Philosophorum. Bernhard. sermon. 36. in Cant. Cantic.

Infirmitas fidei, quam deprecantur Luc. 17, 5. exercent erga mulieres, Luc. 24, 11. erga Christum apparentem, Luc. 24, 36.

Stultitia, 1. Cor. 1, 27.

Laus Dei, Luc. 24, 52. 53.

Visio Christi in cœlum ascendentis, Act. 1, 9. 10. 11.

Spes & Expectatio Hierosolymis, Actor. 13, 14.

Concordia, Act. 4, 1.

Miraculosa Spiritus Sancti effusio, Actor. 2, 3. 4.

Libertas conjugii. 1. Cor. 9, 5. annon habemus potestatem &c.

Apostolis 4. Impedimenta obstiterunt.

1. Christi humiliatio contemptibilis, quod Christo à Judæis occiso redderent testimonium.

2. Difficultas persuadendi hunc JESUM mortuum esse Deum.

3. Pericula Judæorum, qui Christum occiderant, cur non & discipulos?

4. Inscitia & inidoneitas discipulorum. Omnia hæc vicit D. Paulus & reliqui Apostoli.

§. 175 *Apostolorum proprietates.*

1. Immediatè sunt vocati à Christo ut Prophetæ.

2. Non ex Academiâ sed ex vili plebe asciti.

3. Non ex tribu Levi solùm, sed & promiscuè ex aliis tribubus assumti.

4. Electi sunt sine pompâ, qua tum gaudebant Levitæ, Exod. 29.

5. Prius in Christi schola instituti, ut scholastica exercitia Christus commendat.

6. Spirituales piscatores sunt facti: Rete Evangelium, Pisces sunt homines, Mare mundus.

7. Christum viderunt in carne, 1. Johan. 1. vers. 1.

8. Habuerunt claves regni cœlorum, Matth. 18, 18. c. 16, 19. Joh. 20, 23.

9. Potestatem discernendi Scripturas falsas à Canonicis.

10. Condiderunt Symbolum Apostolicum.

11. Miracula fecerunt.

12. Linguis locuti sunt.

13. Erunt Judices hominum.

14. Dabant Spiritum S. sub aliquâ specie visibili.

15. Infallibiles erant in tradendo.

Excel-

§. 176 *Excellentia.*

Apostoli stellis excellentiores; hæ in cœlo, Apostoli super cœlos. Col. 3, 1. 2. Quæ sursum sunt &c.

Stellæ in nocte lucent, de die obscurantur: non sic Apostoli &c. Chrysostom. homil. 1. de Pentecoste.

Numerus.

Duodecim fuerunt 1. Cor. 12, 5. Matth. 10, 2. 3. 4. Marc. 3, 16. Luc. 6, 14. Act. 1, 6.

Dignitas eorum.

1. è vocatione immediata.
2. Testificatione Spiritus S. de iisdem per miracula.
3. Vocatione universali ratione loci.
4. Doctrinæ infallibilitate & consensione cum scriptis Prophetarum.
5. Confessionis claritate, Matth. 16. v. 16. Ephes. 2, 20.

Passiones.

1. Ludibria, Actor. 2, 13.
2. Carcer, Actor. 5, 7.
3. Castigatio, Actor. 5, 33.
4. Lapidatio, Act. 8, 1. & Dispersio gregis Apostolici.
5. Paupertas. Sed an Christus & Apostoli fuerunt mendici? Negat Thomas Cajet. in Matth. 5. Beati pauperes spiritu. Affirmat Ambros. Catharinus. Vid. Sixt. Senens. lib. 6. Annot. 18. 27. Biblioth. Sanct.
6. Crucis copia pro Christo toleratæ, 2. Cor. 4, 8. 9. 10.

§. 177 *Similia & Allegoriæ Theologicæ.*

Kahathidæ.

His similes sunt Apostoli: Illi enim tabernaculum involutum portabant: sic Apostoli Christum verbo involutum portarunt, Numer. 4.

Levitæ.

Olim in quatuor mundi partes motabantur, Num. 8, 11. Sic Apostoli in omnes mundi partes motandi & mittendi, Matth. 28. v. 19. Marc. 16, 15. Col. 1, 23. Rom. 10, 18.

Maxillæ

In manu Simsonis: genus quidem armorum ignobile & contemptum, Jud. 15. Sed tamen victoriosum: sic quoque Apostoli despecti; victoriosi tamen de mundo & Satana triumphantes & hostes Christi cædentes, 2. Cor. 10, 4. 5. Rom. 8, 37. In his omnibus supervincimus, 1. Joh. 5, 4.

Viri misericordiæ.

1. Ratione consecutionis misericordiæ. 1. Timoth. 1, 16. misericordiam assequutus sum.
2. Impletionis: impleti enim sunt misericordiâ erga seductos, eos convertendo.
3. Donationis: dati enim nobis sunt misericorditer. Eph. 4. Ipse dedit Apostolos, &c. Isidorus in serm. de Petro & Paulo.

Oculi.

Spirituales, corporis nempe Ecclesiæ. Nam Apostolis ceu oculis totum Ecclesiæ corpus illuminatum est luce Evangelii æternis temporibus absconditi, Rom. 16, 25. Eph. 3, 9. Lucidi luce Evangelii, hujus radiis vibrantes per universum mundum.

Ubera Spiritualia

Ex quibus lac Evangelii suximus, 1. Cor. 3, 2. 1. Petr. 2, 2. Justus Episcopus in Cant. Cantic. Ecclesia Christi mater est Galat. 4. Jerusalem superna: Lactentes sunt credentes, lactantes sunt prædicantes.

Vox Christi

Quæ est instar aquarum multarum, Apoc. 1, 15. Aug. Tom. 9. col. 6. 47. d. Aquæ multæ sunt Apostoli, quorum sonus exiit in omnem terram, Ps. 19, 5. Rom. 10, 18. Aquæ hæ mundant, lavant, puri namque sumus sermone Apostolor. Joh. 15, 3. Joh. 17, 17. Pedes Christi, quib. ille orbem peragravit: quosq; igne tribulationis purgavit, Apoc. 1, 15. August. tom. 9. col. 657. d.

Crura

Quæ totum corpus bajulant, Justus Episc. in Cant. Cantic. sic Apostoli suo tempore portârunt (ministerialiter) universum corpus Ecclesiæ. 2. Cor. 11, 28. curam gero &c. ait Paulus, nunquam dixit D. Petrus.

§. 178 *Similia, quib. Apostolorum natura & officia describuntur.*

Physica: à Tempore.

Ut sunt duodecim horæ diei, Joh. 12, 9. Sic quoque Christus constituit duodecim præcones Apostolos orta illa die spirituali Rom. 13, 12. nox recessit, dies appropinquavit. Ex quo discimus (1) prædicationis sufficientiam: abundè namque prædicatum est Evangelium in toto orbe, totâ die, omnibus horis per 12. Apostolos, Col. 1, 2. 3. Rom. 10. v. 18. (2) Dei benevolentiam, qui tot constituit præcones verbi & hodienum mittit operarios in messem, Matth. 9, 38. Psal. 69.

à Motu.

Levitæ olim in 4. mundi partes motandi erant, Num. 8, 11. ut indicaret Deus, olim Apostolos in omnes orbis plagas mittendos esse ad Evangelium prædicandum, Rom. 10, 18. & mundi persecutionibus motandos ac versandos, 1. Cor. 4, 9. 2. Cor. 4, 7.

à Cœlo.

Apostoli cœlo similes 1. ratione annunciationis: Sicut enim cœli annunciant gloriam Dei, Psal. 19, 1. sic Apostoli (non occasionaliter solùm, ut cœlum, sed rationabiliter) annunciant Dei gloriam in creatione, Act. 14, 16. c. 17, 26. Redemtione, 1. Cor. 1, 30. Col. 1, 14. Sanctificatione, Eph. 5, 26. Tit. 3, 5. 6. Horsum etiam collimat D. Aug. Tom. 8. col. 1075. pulchrè in Ps. 95. in verba: Dominus autem cœlos fecit. 2. Inclinationis: inclinare Deus cœlos dicitur, Psal. 145. Sic inclinavit oculos, cum Apostoli mysteria regni cœlorum docerent & miraculis undique coruscarent: sic Aug. Tom. 8. in Psal. 144. col. 1660. c. qui sunt cœli humiliati? nisi Apostoli inclinati.

Sunt præterea Apostoli Stellæ, quæ luxerunt lumine

1. Fidei. Joh. 14, 1. ne turbetur cor vestrum.
2. Doctrinæ. Matth. 5, 16. Luceat lux vestra. v. 14. lux mundi.

3. Vitæ integræ: de quo 2. Cor. 1, 12. 1. Corinth. 4, 4.

4. Gloriæ, Dan. 12, 3.

ab Igne.

1. Ignis enim Apostoli fuerunt, qui hostes accendit in circuitu, August. Tom. 8. col. 1084. b. in Ps. 1. hostes sunt increduli, qui armis spiritualibus expugnandi, Judæi & Gentiles.

2. Ignis accendens fuit Evangelii prædicatio. Jer. 23. verba mea sicut ignis. Luc. 12. ignem veni mittere.

3. In circuitu, hoc est, in orbe habitabili, Coloss. 1. v. 23. quem prædicando emensi sunt Apostoli.

4. Maximè D. Pauli lingua instar ignis omnia ad se rapuit, Chrysostom. homil. de diversis.

Lux.

§. 179 Matth. 5, 14. vos estis lux mundi. Fuerunt Apostoli Lux (1) ob fidei lucem, quæ lucet in tenebris, Ps. 23. suo pastori nixa.

(2) Ob scientiæ lucem, quæ in Evangelio revelata est, Matth. 11, 10. Es. 53, 11.

(3) Ob recreationis congruentiam: sicut enim in primâ Creatione Deus dixit: fiat Lux, & facta est Lux; sic quoque Dei Filius in recreatione dixit: vos estis lux mundi.

(4) Ob lucis efficaciam: nam veniente luce diei (α) ægritudines alleviantur: (β) homines à somno excitantur: (γ) aves garriunt: (δ) bestiæ ad latibula sua fugiunt: sic luce Apostolor. veniente mundus fuit ædificatus in credendis, fœcundatus in operibus bonis, alleviatus peccatis, excitatus negligentiis, animatus ad contemplationem cœlestium, ereptus à vi Dæmonum. Basilius in illud: Vos estis Lux mundi.

Aqua, aquæ, flumina.

1. Ob effusionem: sicut enim flumina aquam subinde effundunt; sic Apostoli (ministerialiter) Evangelii prædicatione Spiritum S. effuderunt, Act. 10, 44. Spiritus S. cecidit, &c. August. Tom. 8. col. 1098. a.

2. Ob inundationem: sicut enim flumina aliquando terras inundant; sic quoque Apostolorum prædicatio terras inundavit. Matth. 28. docentes omnes gentes. Psal. 19, 5. Aug. Tom. 10. col. 833.

3. Ob irrigationem: sicut enim aquæ irriguæ ad irrigandos populos: sic quoq; Apostoli Ecclesiam irrigarunt doctrinæ aquâ purâ.

Montes.

§. 180 1. Ob luminis solaris receptionem: primò enim lucem montes accipiunt; sic quoq; solis Orientis lucem, Christum nempe, acceperunt Apostoli, Luc. 1, 78. Aug. Tom. 8. col. 830. c. d.

2. Ob justitiæ divinæ annunciationem, Ps. 72. Sic quoque Apostoli Dei & Christi justitiam annunciarunt. 1. Corinth. 1. Christus factus est nobis justitia. Vid. August. Tom. 9. columm. 6. d.

3. Ob convallium illustrationem: solet enim lux è montibus in convalles descendere; sic geminas valles Judaismi & Gentilismi lux Apostolorum illustravit, Gal. 2, 7. Actor. 13, 46. Vobis oportebat, &c.

4. Ob elevationem: uti enim montes supra patentes campos elati sunt; ita Apostoli supra communem humanitatis sortem elati ac evecti sunt, cum officii amplitudine in his terris gerendi, tum Judicii majestate olim ferendi, Matth. 19, 28. 1. Cor. 6, 2.

Nubes

Spiritualis 1. ob evectionem à terrâ: sic quoque Apostoli à terrenis rebus evecti sunt ad cœlestem considerationem, Phil. 3, 13. & 20.

2. Ob tonitru significationem: è nubibus tonat Deus, Ps. 18. ita saluberrimis præceptis tonuit Dominus ex Apostolis: vox Domini audita est, Psal. 29, 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & vocem dulcem Evangelii insonuit.

3. Ob coruscationem: Hæc micat ex nubib. Apostoli quoque coruscaverunt in orbe, Marc. 16, 17. Conf. Aug. Tom. 8. col. 423. c. edendis miraculis hominum oculos incurrentibus.

4. Ob pluviam & ubertatem: Sic quoque Apostoli effuderunt pluviam verbi Evangelii salutarem. Vid. Prompt. Alleg. 1068. August. Tom. 8. col. 423. c.

5. Ob singularem inhibitionem: solet enim Deus mandare nubibus ne pluant, Es. 5, 6. idq; pœnæ loco; sic Judæis obstinatis & incredulis Apostoli amplius prædicare non voluerunt. Act. 13, 40. Quandoquidem repellitis verbum Dei &c. August. Tom. 8. col. 564. c.

Margaritæ & gemmæ pretiosæ. §. 181

Hanc similitudinem tangit Aug. Tom. 9. col. 692. b. Tom. 10. col. 826. a. & latè explicant applicantque ad Apostolos Corn. à Lapide in c. 28. Exod. Fr. Ribera libr. III. de Templo c. XI. in c. 21. Apoc. qui videri possunt.

Lapides.

Spirituales 1. cæsi ad fundamentum templi spiritualis, Eph. 2. gratiâ electionis singulari à cœlesti Salomone, 1. Reg. 5, 17.

2. Politi doctrinâ & institutione Christi atque correctione peculiari.

3. Conglutinati calce dilectionis, Johann. 13, 35. Act. 4, 32.

4. Ædificati super lapide angulari, Eph. 2. v. ult. fundamento unico, 1. Cor. 3, 11.

5. Ventis persecutionum Tyrannicarum impetiti, sed petræ immobiles fuerunt, 2. Cor. 4, 7. 8. Rom. 8, 37. vincimus, &c.

Gemmæ

1. Non dolatæ, sed à Christo dolandæ dolabrâ legis & Evangelii.

2. Multarum virtutum gemmæ insignes pietate, fortitudine, patientiâ, charitate.

3. Multi fulgoris in prædicatione & Sacramentorum administratione.

Sal terræ, Matth. 5, 13. Vos estis Sal terræ.

1. Ob condimentum, Hieron. in c. 5. Matth. Ut enim sal condit cibum; sic Apostoli voce verbi mundum. Actor. 17. nunc annunciat omnibus &c. Tit. 2. illuxit gratia Dei, &c.

2. Putrefactionis impedimentum: putrescunt homines in voluptatibus carnalibus ceu putres pisces, Matth. 13, 48. has absterserunt Apostoli,

Apostoli, monentes fugere voluptates, 1. Petr. 2, 11. Gal. 5, 17. Adi Hilarium in 5. Matth.

3. Communem usum: Apostoli sal illud spirituale communi usui mundo fuerunt. Nam toti mundo prædicarunt Evangelium, Marc. 16, 15. Col. 1, 23.

4. Mordacitatem: Vox pœnitentiæ per Apostolos prædicata homines momordit. Act. 2. compuncti sunt corde.

5. Saporis causationem: Ut enim sal cibum reddit sapidum; ita Apostoli sapidum reddiderunt Dei verbum eloquio & miraculis, Marc. 16. 1. Cor. 12. 1. Thess. 2.

6. Virtutem salis medicam: Vid. Prompt. Alleg. 1547. numer. 6. Et hic facile applicari possunt.

7. Desiccationem: Sic Apostoli ceremoniales leges desiccarunt & carnales hominum cupiditates. Rupertus lib. 4. in Matth.

8. Dissolutionem: Sic Apostoli duritiem hominum dissolverunt prædicatione legis.

9. Mundationem: Apostoli prædicantes Evangelium purificarunt homines, Joh. 15, 3. mundi estis ob sermonem. Vid. Chromantium Episcopum in c. 5. Matthæi.

Similia Politica, Oeconomica, Polemica.

Apostoli sunt

§. 182 Viris ejusmodi similes, qui à Mose adsciscebantur ad gubernacula, summo tamen Præside Mose existente, Exod. 18. Sic quoque Christus summus Ecclesiæ suæ præses est & caput, Eph. 1. is elegit sibi 70. discipulos ad claves ministerii evectos.

Portæ duodecim

Cœlestis illius civitatis: nam per Apostolorum doctrinam ingredimur Ecclesiam, August. Tom. 9. col. 691. d. gerunt quoque claves Ecclesiæ, Matth. 16. Joh. 20.

Fundamenta ejusdem.

Ephes. 2. v. 20. ædificati supra fundamentum.

Ædificatores

Non Babylonis, Gen. 11. sed Ecclesiæ, cœlestis illius Jerusalem, Gal. 4. V. Prompt. Alleg. Ecclesia est ædificium. Et ab his seminatum est omne genus, Gen. 9. puta spirituale. Hi sunt illi Bezaleeli similes, quem Deus vocavit Exod. 31. ad exornandum tabernaculum.

Paxilli

Exod. 27. tabernaculum compingentes: sic quoque Apostoli lege fidei & charitatis omnia compegerunt.

Magistri spirituales.

1. Christi doctrinam tradiderunt. 2. Discipulos fecerunt, Marc. 16. Docete (discipulos facite.) 3. summum magistrum summis laudibus extulerunt. 4. Pueros V. T. ad Gal. 3. plenioribus præceptis instruxerunt, Chrysost. Serm. 30. de jejuniis.

Filii exosæ matris

Id est, Judaismi, qui tamen non sunt spernendi, sed jus primogenituræ iisdem est concedendum, Deuteron. 21, 15. hoc est, ex Judæorum Ecclesia primos sibi Apostolos adscivit Christus.

Piscatores & Venatores.

§. 183 Spirituales nempe, Jerem. 16. August. Tom. 9. colum. 1170. c. d. (1) Mare est hic mundus.

(2) Rete est verbum, quo pectora hominum capiuntur. Luc. 24. nonne ardebat cor &c.

(3) Pisces sunt homines in profundo damnationis natantes.

(4) Extractio retis fiet in judicio. Matth. 13. prodibunt boni & mali.

Legati Dei.

2. Cor. 5, 20. legatione fungimur (1) instructi à Christo, Matth. 28. Ite, (2) materia instructionis: reconciliatio cum Deo. (3) Sancti Legati: quia Dei sunt.

Seminatores.

1. In Gentibus, quorum corda conseverunt semine verbi incorruptibili, 1. Pet. 1, 26. Luc. 8. Semen est verbum.

2. Messores in Judæis, Joh. 4, 35. seq. Aug. Tom. 10. col. 1254. b. Falx erat verbum: seges, homines.

Servi Dei

Præfigurati in illo servo Abrahami, Genes. 24.

(1) Obsequio. Ille heri jussu exiit: Apostoli jussu Christi, Marc. 16. Euntes docete.

(2) Spe. Nesciebat quam sponsam accepturus esset: sic quoque Apostoli suas spes resque Deo committebant.

(3) Liberalitate. Sumsit secum de omnibus bonis Heri: Apostoli omnia bona & dona cœlestia nobis verbo communicant; nempe gratiam Dei, meritum Christi, &c.

(4) Prudentiâ. Deliberat enim secum, quamnam accepturus sit heri filio sponsam: sic Apostoli margaritas verbi non indiscretè porcis projecerunt, Matth. 7, 6.

(5) Vocatione. Missus exiit servus: Sic Apostoli missi exierunt, non excurrerunt non missi, Jer. 23.

(6) Pietate. Orat servus ante res gerendas: sic quoque Apostoli tum prædicantes, tum eligendo vocantes, Act. 1.

(7) Desiderio spirituali. Potum servus petit à virgine: sitiunt Apostoli salutem hominum, Col. 1. admonemus omnem hominem &c.

(8) Gratitudine. Pro successu prospero servus gratias agit: sic Apostoli pro felicibus Evangelii successibus, Col. 1. Phil. 1.

(9) Magnificentia. Servus dat ornamenta sponsæ: sic Apostoli corda fide ornarunt, externam conversationem opere, aures obedientia, manus diligentia. Eadem munera auget servus; suis quoque servis auget munera Christus. Matth. 25. habenti dabitur.

(10) Sedulitate. Duxit sponsam ad domum Heri servus: sic Apostoli nos ducunt ad Ecclesiæ Christi domum, 1. Tim. 3, 16.

Lucernæ.

§. 184 1. Ardentes in domo Dei, 1. Timoth. 3, 16. hoc est, Ecclesia.

2. Accensi à Spiritus S. igne in festo Pentecostes, Act. 2.

3. Nutriti oleo ejusdem Spiritus & charitatis indefessæ. V. Aug. Tom. 9. col. 200. d. ad illud Matth. Vos estis Lux mundi.

Candelabra aurea

In domo Dei, 1. Tim. 3, 16.

Columnæ Ecclesiæ.

1. à Christo ædificatæ, Eph. 2, 20. Matth. 16. ædificabo Ecclesiam.

2. Illi eidem innixæ, 1. Cor. 10. Petra Christus &c. c. 3, 11. Eph. 2. v. ult.

3. à Christo sustentatæ, Ps. 75. August. Tom. 8. col. 820. c.

4. Politæ asciâ crucis & tribulationis, 1. Corinth. 4.

Milites

1. Macch. 3. 1. cum lætitiâ pugnantes, Rom. 5. gloriamur in tribulationibus. 2. Armis spiritualibus utentes. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ non sunt &c.

3. Missi ante Ducem Christum, qui contra Satanam pugnaturus prius in Galilæam discipulos misit, Chrysostom. hom. 48. in c. 4. Matt.

Scuta terræ.

Apud quæ Deus exaltatus est, Ps. 47. v. ult. Magistratus intelliguntur propriè: sed & Apostoli sunt scuta

1. Defendentia Christi doctrinam. 2. Eminentia & fulgentia.

Nutrices

Spirituales Ecclesiæ. Hac similitudine Paulus ipse utitur 1. Thess. 2, 7. Fuerunt verò nutrices Apostoli sequentibus modis:

1. Portatione & gestatione spirituali, 1. Corinth. 1.

2. Curâ & solicitudine, Gal. 4, 19.

3. Nutritione, 1. Cor. 3.

Confer Rampelog. pag. 17. Figur. Biblior. *Vitæ eorum* descriptæ in Promptuar. alleg. part. 1. p. 337. Wenceslaus Schemphi.

§. 185 *Apostolorum*

1. Quidam veri; quidam falsi, 2. Cor. 11, 5. c. 12, 13. Apoc. 2, 2. 2. Christus κατ' ἐξοχὴν vocatur Apostolus nostræ confessionis, Hebr. 3. (1) hoc est, quem nos confitemur. (2) Confessionis scil. professionis fidei nostræ, quam Christus nos docuit, Magister ille Joh. 13 (3) maximus, nempe ille Apostolus major Angelis, ad Hebr. 1. major Mose, c. 3.

De Pseudo - Apostolis.

Nomina.

Vocantur Pseudo - apostoli 2. Cor. 11, 13. Ob falsam vocationem: non enim missi tantum falsam prædicabant doctrinam, Gal. 1, 7. aliud Evangelium; sed etiam habuerunt finem falsum & malum, Gal. 4, 17. nempe ut seducerent Galatas, doctrinam corrumperent, jugum, non suave illud Christi Matth. 11. sed grave Mosis Gal. 5, 1. Act. 15, 9. imponerent.

Dicuntur Apostoli elati 2. Corinth. 11. c. 12, 12. verè inflati spiritu mendacii tumidi. Fallaces laboratores, 2. Cor. 11, 13. laborant namque ad fallendum.

Satanæ ministri, 2. Cor. 11. d. l. Domino suo servientes, filios gehennæ facientes, imitati Satanam, Sap. 2, 25.

Origo

Eorum ex Pharisæis, Act. 15, 5. quorum errores Evangelio admiscuerunt: ex Judæis, Act. 15, 1. ad fidem Evangelii conversis, legis tamen Mosaicæ observantissimis.

Causæ, quæ §. 186

Obstiterint falsis Apostolis:

1. Spiritus S. Act. 15, 26. abolens falsam doctrinam Pseudo - Apostolorum: Placuit Spiritui S. &c.

2. Paulus & Barnabas, fideles Concionatores, Act. 13, 2. 3.

3. Petrus & Jacobus, Act. 15. contra Pseudo-Apostolos sententiam ferentes.

4. Judas & Silas, Act. 15, 30.

Causa impellens ad falsam doctrinam

Pseudoapostolos, propria libido & petulantia recta pervertendi: non enim jussu & voluntate cœtus Apostolici docebant, Act. 15, 22. 23.

Cura corporis & bonorum corporalium, Rom. 16, 18. Phil. 3.

Causa procreans

Satanas, cujus ministri Pseudoapostoli fuerunt, 2. Cor. 11, 13.

Materia

Ratione doctrinæ: Docuerunt

I. Circumcisionem ad salutem necessariam esse, Act. 15, 1. & 22. Gal. 5, 1. 2. seq. c. 2, 3.

II. Legem Mosaicam servandam esse, Act. 15, 5. & 24, 1. Gal. 2, 16. 17. seq.

III. Sabbatha & Festa observanda, Gal. 4, 9. 10. Col. 2, 16. Ratione Objectorum 1. fratres fuerunt (fidei scil. professione) Actor. 15. v. 19. 2. Gentiles conversi, Act. 15, 5. 8. 11. 13. 17. Galatæ, Corinthii, Colossenses, Philippenses, quos suis dogmatibus corrumpere voluerunt.

Effecta §. 187

Apostolorum falsorum, ratione

1. Scripturæ, hanc corrumpebant, 2. Cor. 4, 2. 3.

2. Doctrinæ: De Justificatione, Libertate Christianâ &c. eam abolebant, Gal. 3, 1. seq. c. 5. v. 1. Evangelii perversione, Gal. 1, 7.

3. Ecclesiæ, cujus respectu multa erant effecta; nempe ejus turbatio, Act. 15, 2. 22. Galat. 1. v. 7. cap. 5, 10. 11. 12. Act. 15, 17. Inquietatio, labefactatio animarum, v. 22. d. l. perterrefactio, v. 29. Schismatum procreatio, Rom. 16. v. 17. Fascinatio, Gal. 3, 1. Redactio in captivitatem, Gal. 5, 1. 2. Cor. 11, 20. Tyrannica auditorum tractatio, 2. Cor. 11, 20. Litium & discordiæ excitatio, 2. Cor. 12, 20. Inobedientiæ procreatio erga veritatem, Gal. 3. v. 1.

4. Dei: à Deo vocante in aliud Evangelium, Gal. 1, 6. ad egena elementa hujus mundi, Gal. 4. v. 9. conversio; à simplicitate fidei 2. Cor. 11, 3. aberratio.

5. Apostoli Pauli: Auditorum ab Apostolo aversio, Gal. 4, 17. Ejusdem contemtus & despicatus, 2. Corinth. 10. injusta accusatio, 2. Cor. 5. v. 13. 14. cap. 7. v. 2. cap. 10. v. 2. 9. 10. 11. cap. 11. v. 6.

Adjuncta.

I. Impietas in Deum: Act. 15. quid tentatis

Deum

Deum?&c.inq; Dei verbum 2.Cor. 4, 2. 3. quod corrumpebât, & Apostolos Dei contemnebât.

2. Superbia & gloriosa jactantia de lege, ejus dignitate, 2.Cor. 3, 2. seq. de generis amplitudine, 2.Cor. 11. de rerum ab ipsis gestarum gloriâ, ibid. 22. de sua præ Paulo eminentia, 2.Cor.10.

3. Hypocrisis, 2. Cor. 4, 2. c. 11, 15. Gal. 6, 12.

4. Nequitia, 2. Cor. 4, 2. incedebant enim cum calliditate & nequitia.

5. Ficta humilitas, Col. 2, 18. Subjectio & cultus Angelorum.

6. Mollities (fortitudini Christianæ opposita.) Nolebant enim odia & persecutiones sustinere Pseud-Apostoli, Gal. 6, 12.

APOSTOLICI.

Olim hæretici conjugio & propriis rebus abstinebant, hisque usos damnabant, Epiphan. hæres. 61. Augustin. c. 40. de hæresib. ad quod vult Deum.

APPARITIO Angelorum Dei. *v. Visio.*

APPR OPINQUARE DEO. *v. Pietatis Effectus. v. Pœnitentia.*

Christus appropinquat nobis 1. Nos amando: 2. Nobis nascendo: 3. In nobis per fidem habitando: 4. Nos penetrando: 5. Evangelium docendo, per quod nobis est prope, Rom. 10, 6. S. Sanctum donando.

§. 188 AQUA, MARE, FONS, NILUS.

Aquæ paradisi, de quibus vernaculâ linguâ edidit libellum peculiarem Gabriel Kattemarckt Lipsiæ 1605. form. 4.

Aqua multiplex in S. Literis:

I. Physica, Elementum illud Gen. 1. quod omnium rerum principium insulse Thales statuit. Docet nos

(1) Dei omnipotentiam, Gen. 1, 9. Psal. 104, 6. 7. 8. 9. Job. 26, 12. & bonitatem gratiæ, Es. 12, 3. c. 55, 1. Jer. 2, 13 Joh. 7, 38. Spiritualem in Evangelio per Spiritum S. Zach. 14, 8.

(2) Omnisapientiam, qui aquas variè per terras distribuit, & suis terminis mare inclusit, Psal. 104, 9. Job. 26, 12. c. 38, 8. 9. 10. 11. ne terram inundet.

(3) Nostram reverentiam, Jer. 5, 21. 22. 23.

(4) Humilitatem: ut enim per valles aquæ fluunt; sic quò quis humilior, eò magis à divinâ gratiâ inebriatur, 1. Petr. 5, 6. (gratia Dei instar aquæ, quæ 1. abstergit sordes peccatorum. 2. restinguit ardorem concupiscentiæ pravæ. 3. terrenorum bonorum sitim tollit. 4. Hominem Deo conglutinat per affectum charitatis, Rom 8. 5. Animos nostros bonorum operum Dei fertiles reddit, ut arbores bonas, Psalm. 1, 6. diversa operatur effecta: ut aqua in diversis plantis diversos colores induat, in lilio candidum, in Narcisso nigrum, in violâ purpureum; sic unius Dei gratiæ diversæ sunt operationes. 7. Hæc aqua de cœlo fluit, è mari charitatis Christi scaturit, & per verbum & Sacramenta velut canales in nos derivatur.)

(5) Dei Justitiam, qui aquas ad vindictam instruere potest: sic Pharao aquis suffocatus est, Exod. 14. Huc spectat Titul. de particularibus eluvionibus aquarum, qualis contigit in Angliâ 1607. Jacob. Franc. cont. Histor. ad. h. ann. Huc spectat SICCITAS. Vid. suo loco.

II. Levitica & lustralis illa, quæ vel Sacerdotes lavabat, Exod. 30, 18. vel innocentiam explorabat, Num. 5, 17. seq. Hunc morem veteres imitati sunt non sine errore. Vid. cap. 2. qu. 5. Mennam. c. 7. &c. L. ab Enten Tract. peculiarem de hac quæstione: Defendit tamen Kornmannus in Theatr. natural. Conclus. III. pag. 109. Dæmonol. lib. 3. c. 6. & G. Scribonius lib. 2. de Sagar. natura.

III. Baptismi: V. suo loco. C. Nunquam, Distinct. 4. de consecratione. Huc aqua ministerii Evangelii de Jesu Christo, quod è templo fluxit, maxima sumens in toto orbe incrementa, Joh. 7, 14. Matth. 28. Ezech. 47, 3.

IV. Pœnitentiæ & contritionis. Hæc est aqua illa turbida, contritio cordis, quam sequitur fides vera & sanitas, Pezel. pag. 450. in Joh.

V. Tribulationis: V. Tribulatio s. loc. 1. Sam. 22, 17. Psal. 69, 2. Ps. 119, 136. Jerem. 9, 18. Thren. 1, 16.

Aqua compassionis, Jer. 9. quis dabit capiti meo aquam?

VI. Peccati: V. Peccatum.

VII. Miraculosæ scaturiginis & profluxionis.

(1) Cum Deus ex petra aquas dedit, Exod. 17, 6. Num. 29, 11. (2) cùm aqua è Christi latere profluxit, Joh. 19, 34. quæ etiamnum in Baptismo nobis testatur, 1. Joh. 5, 7.

VIII. Populosæ multitudinis, Jerem. 47, 2. Apoc. 17, 1. 15.

IX. Æternæ recreationis, Apoc. 7, 17. vid. Vita æterna.

1. Fluunt hæ aquæ ex Petra Christi, & saliunt in vitam æternam, Johann. 7. vers. 38. Apoc. 22, 17.

2. Ecclesiam triumphantem fœcundant, Jerem. 31, 12. ut ab eâ omnis absutura sit mœstitia, Esa. 35, 10. c. 51, 11. Apoc. 21, 4. Ps. 16. v. ult. omnis adfutura lætitia.

3. Omnem sitim propulsant, Apocal. 7, 17. Nullum erit ibi malum, nullum deerit bonum, ait August. lib. ult. de Civit. Dei.

Causa efficiens

§. 189 Aquarum Deus est, Ps. 89, 12. aquilonem & mare tu creasti. Contra errorem Aqueorum hæreticorum, qui aquam æternam esse dixerunt, (v. August. de Hæres. hæres. 75. & L. Danæum hîc) circa ann. Christi 145.

Mare igitur soli Deo subjectum est, cui mandanti cedit, Exod. 14, 22. Mare Pamphylum Alexandro Magno olim cessisse fabula est. Vid. Strabonem lib. 14. & Orosium lib. 1. c. 10.

Mare

1. Physicum est aquarum collectio, Gen. 1, 9. Vid. Fromond. Libert. lib. V. Meteorologic.

2. Hyperphysicum Deus est mare bonitatis, misericordiæ, justitiæ, Rom. 11, 36. O altitudo &c. Basil. Magn.

3. Mare mortuum est typus peccati & fructuum ejus. V. Prompt. Alleg. 319. Mare rubrum.

4. Mare quoque hic mundus est, ob aliquot analogias.

(1) Cla-

(1) Clamosum per discordiam: mundani enim homines discordes, Jac. 4.
(2) Fluctuosum per tumultuum copiam, Matth. 24. à Christo prædictam.
(3) Spumosum per luxuriam, 1. Joh. 2, 15.
(4) Tumidum per superbiam.
(5) Vaporosum per cupiditatum sentinam: semper enim fumant mundi cupiditates.

§. 190 *Miræ Nili Aquæ.*

Hæ n. semel totam in anno Ægyptum inebriant, Genes. 2, 13. cap. 13, 10. Syr. 24, 37. post messem, quæ fit in Majo. Hinc varias hujus exundationis causas comminiscuntur Solinus, Plutarchus, Diod. Mela. vid. Conimbric. Tract. 9. c. 10. in Meteora, & Fromond. Libert. lib. 5. c. 3. Meteorologicor.

Huic Nilo Sapientia se comparat, Syr. 24, 37. & merito: Hæc enim omnem fertilitatem spiritualem & felicitatem bonorumque omnium ubertatem hominibus conciliat, Proverb. 3. vers. 1. 2. 3.

Aquæ sursum ascendentes

Quædam in natura sunt, quas Physici & Hydrographi commemorant. Viduarum quoque lacrymæ sursum ascendunt, Syr. 35, 18. ad quem verò? Psalm. 9, 14. Tibi derelictus est pauper, orphano Tu eris adjutor: ad judicem illum viduarum, Psal. 68, 6. Confer Exod. 22, 21. Ego audiam clamorem earum.

Dei bonitatem erga bestias prædicantes.

Hæ n. aquis potantur, sibi relictæ in locis desertis, Psal. 104, 10. &c. Ps. 42, 2. Ps. 36, 7. Hominem & jumenta servabis Domine.

Erga homines: Nam aquæ montes fœcundant, & hi rursus homini panem proferunt, Es. 55, 10. Psal. 104, 13.

§. 191 *Aquæ sunt scholæ Miraculorum Dei.*

I. Aquarum supracœlestium suspensio, quæ licet Calvino incredibilis videatur; non tamen August. lib. 2. de Genes. ad lit. C. 4. probatur è Psal. 104. & 148.

II. Noachi in aquis mirabilis conservatio, Genes. 7. 8. 9.

III. Ferri ex aquis regurgitatio & enatatio, 2. Reg. 6, 6.

IV. Aquarum in Jordane & rubro mari statio, Exod. 14. Jos. 3.

V. Earundem, igne cœlitus delapso, consumptio, 1. Reg. 18, 38. ad judicandam veram Eliæ religionem.

VI. Mirabilis trajectio aquarum. (1) siccis pedibus aquas transierunt bis Israëlitæ, Exod. 14, 29. Jos. 3, 13. (2) Christus inambulavit aquis, Matth. 14. 15. & alibi: alibi quoque navigiis usus est, Matth. 8, 23.

VII. Mirabilis fluminis quies in Arceam & Raphaneam Syriæ oppida siti, cujus aquæ solo sabbatho fluere dicuntur, & reliquis sex diebus quiescere, ut ex Josepho refert Kornmannus pag. 122. Theatr. Naturæ considerat.

VIII. Confer de variis aquarum miraculis Fromond. Libert. lib. 5 Meteorolog. c. 3. art. 4.

Maris mirabilia sunt.

§. 192 1. Vastitas, longitudo, latitudo, profunditas.

2. Tempestatum varietas.

3. Insularum in mari conservatio.

4. In eodem mirabilis naviũ, ut in pavimento, sustentatio. Magellanus olim trib. annis totum mare emensus est navigando: unde fretum ab eo repertum Magellanicum dicitur.

5. Bestiarum multarum copia, Psal. 104, 25. Piscium, pecorum, marini canes, equi, boves &c. Vide Pinedam in Job. 26, 5. sub finem.

6. Maris fluxus & agitatio: Fluit enim ab oriente in occidentem. Habet quoque mare tres alios motus, de quibus Conimbr. Tract. 8. in Meteora.

7. Aestus & reciprocatio maris, cujus causam esse lunam putant. Conf. Basil. Hexaëm. 6. Ambros. Hexaëm. 4. Fromond. Libertum tab. 5. art. 9. Meteorolog.

8. Purgatio maris quod cadavera ejicit.

9. Loci situsque mutatio. Sic Delos & Rhodus ex aquis extitisse dicuntur. Sicilia ab Italia avulsa, Cyprus à Syria.

10. Maris intra littus custodia à solo DEO, Job. 38, 8. Orat. Manass.

§. 193 *Schola bonitatis Dei Aqua.*

Nam in aquis plurima est utilitas:

I. Ob seminariam virtutem omnium rerum (1) animalium (quorum semen omninò sui parte aliquâ aqueum est) (2) Fruticum, herbarum, quæ sine aquâ tabescunt, Genes. 2, 5. nondum pluerat super terram.

II. Ob duplicem aquæ productionem: Nam producit natantes & volantes.

III. Ob augmentationem, generationem & alendi virtutem.

IV. Ob nutritionem: Aquâ enim sine nullum vivit animal; sed sine igne multa animalia vivunt. Confer Cœl. Rhodig. lib. 14. c. 38. antiq. Lection. Sic in aquis nutriuntur pisces, & hi rursus homini in victum & alimoniam cedunt.

Inundatio, Diluvium.

Universale, Gen. 6, 7.

Particularia multa; Tempore Deucalionis in Græciâ. Justin. In Lombardiâ, parte Italiæ Anno Christi 590. Münster. in Cosmogr. Anno Christi 587. Genuam, Romam, Venetias ingens vis aquarum adobruit 1530. 1. Novembr. Flandriam & Seelandiam, Sebast. Franc. in Chron. & Romam eodem anno, J. Cario in Chronic. Franconiam 1551. Fincel. Poloniam anno 1534. J. Cario in Chron.

Fontes aquarum. v. FONS.

§. 194 Fons in Boëtia quidam oblivionem inducit. Mundi hujus cupiditates meritò hunc fontem dixeris, oblivionem Dei inducentes.

Usus aquæ in Sacris.

Non solum Leviticis & divinis; sed & Ethnicis, quorum hæc illa imitata sunt. Hinc (1) Sacerdotum Ethnicorum lotio priusquam ad res divinas accederent. (2) Ægyptii è fonte Juturna aquas expiatrices hauriebant, easq; in terrã effundi pro piaculo habebant. Ah quoties homo Christiane Dei aquam in Baptismo sacro tibi aspersã humi projicis, & pessimis moribꝰ conspurcas! Tibi hoc non est piaculum? piaculi te igitur accusabunt increduli Ægyptii in Judicio.

3. Athe-

3. Athenienses è fonte Callirhoë aquas sumebant magnæ religionis, quas in sponsalitiis ceremoniis adhibebant. Sed spiritualia nobiscum sponsalia inituras Christus, Oseæ cap. 2, 19. adhibuit aquam sanguinis sui è pulchro fonte corporis sui profectam, hâc lavat nos, hâc mundat, ut puram sibi sistat Ecclesiam, Eph. 5, 25.

Sitis aquæ vivæ.

Esa. 55, 1. I. Aqua est Spiritus S. & Christi justitia. II. Sitis est animæ desiderium. III. Christus dat hanc aquam, Johan. 4. IV. Sitientibus dat, d. l. Esa. V. Gratis. VI. Effectus aquæ: sitim tollit, Joh. 4, 14. vivificat, Joh. 4, 11. VII. Haurimus fide aquam hanc, Joh. 7. & cum gaudio, Es. 12. haurietis aquam cum gaudio. Fugiamus sitim rerum humanarum & voluptatum, quæ æternam sitim epuloni attulerunt, Luc. 16.

Triplex Mutatio Aquæ.

1. Ex amarâ dulcis facta est, Exod. 15, 25.
2. Ex aquâ vinum factum, Joh. 2.
3. Ex malâ aquâ bona per sal reddita, 2. Reg. 2, 19. 20. 21.

Sic DEUS amaras crucis aquas ligno vitæ Christo edulcorat, aquam tristitiæ in vinum lætitiæ convertit, Ps. 30, 12. & maledictam sterilemque carnis nostræ aquam sale divini verbi condit & corrigit, Matth. 5, 13.

Gratitudo nostra pro aquâ.

§. 195. Ægyptii tanti fecerunt aquas Nili, ut ad hydrias in templum allatas & aquis plenas sublatis in cœlum manibus Diis gratias egerint pro aquis, Alex. ab Alex. lib. 4. c. 17. dier. genialium. Quantò magis nos, majoresque debemus gratias, quòd DEUS nobis dederit aquam Baptismi, aquam Spiritus S. aquam contritionis, aquam tribulationis: omnes enim aquæ illæ cedunt in nostrum commodum, Rom. 8, 28. Non igitur contemnamus aquas DEI cum Naaman, 2. Reg. 5, 11. sed iisdem ad nutum jussumque DEI utamur.

Consecratio aquæ.

De hac vide Agrippam l. 3. c. 62. de occultis Philosophiæ, de conjuratione. Hieron. Mengum in Flagello Dæmoniorum, Exorcism. 6.

Lustralis aquæ

Inventor & Autor Alexand. I. Papa ann. Chr. 127. Platina in illius vita. Gregor. de Valent. Tom. 4. disp. 7. q. 4. punct. 2. Marsilius Columna in Hydragiologiâ.

§. 196 *Aquæ benedictæ Pontif. usus, de quâ Rituale Rom. p. 138.*

1. Ad reconciliationem Ecclesiæ pollutæ sanguine. V. C. Aquam & C. proposuisti, de Cons. fitque vino & cinere ab Episcopo solo.
2. Ad hominum adspersionem & sanctificationem, Alexand. Papa.
3. Ad adspersionem domuum, Rituale Roman. p. 142.
4. Ad removendam sterilitatem rerum humanarum, & multiplicationem cæterorum bonorum, Rituale Roman.
5. Ad defensionem hominum adversus Diaboli insidias, de consecrat. distinct. 3. Cap. 20. Aquam sale conspersam &c.
6. Ad delenda peccata venialia: & hæc quidem cum sale à sacerdotibus benedicitur, C. Aqua de Cons. d. 3. Bellarm. l. 3. c. 7. de Cultu sanctorum §. secundò probatur. Baron. ad ann. Chr. 389. 180. Summa Angelic. V. Aqua in princ. Barthol. Fumus in armillâ. V. Aqua. Thomas in 3. distinct. 17. Emanuel Sa V. Benedict.
7. Contra omne impedimentum Sacramentorum, Thomas part. 3. q. 65. art. 1. 6. Hæc illi de sua aqua.

Nostra omnis sola & unica est in benedicta aqua Jesu Christi ejusque sanguine benedictio & vis nos mundandi, nos tuendi, nos locupletandi &c. Adi Chemnit. Exam. Concilii Trid. Certè aquæ benedictæ & flagellantes Lollardi suis quoque seculis contradixerunt, Alphonsus à Castro l. 2. V. Aqua: ordo: hæreses.

Aqua benedicta aspergens te, dices: aqua benedicta deleantur nostra delicta: Hujus aquæ tactus propulset Dæmonis actus. Exercit. Braunsberg. p. 56. 57.

Aqua laudatissima est, quæ 1. limpida, 2. puri & simplicis gustus &c. From. Libert. 295. in Meteorologic.

Aquæ ductus Romæ Ancus Martius primus instituit. Habebant deinde suos aquileges Romani, Cassiod. l. 3.

AQUILA. §. 197

Vivit tantùm cadaveribus, Aristot. lib. 9. c. 32. de natura animal. Plin. lib. 10. c. 3. hist. natur. naturali instinctu subolefacit cadavera biduò ante. Huc Christus respexit Matth. 24. *ubi cadaver &c.*

Christus Aquila. V. Prompt. Allegor. DEUS tutor noster. Allegor. 85. d. l.

Rex Babyloniæ Ezech. 17, 3. ob rapacitatem dictus.

Aquila quoque sit vir pius, Es. 40, 31. qui sperat in Domino &c.

1. Fidei acie: Aquila acutissimi visus avis est; sic acie fidei pius sit præditus oportet, ut perspicere possit oculis illuminatis, Ephes. 1, 17. quanta sit longitudo, latitudo, altitudo charitatis DEI, Eph. 3, 17. 18. 19. quanta sit DEI sapientia, Ephes. 3. v. 10. quanta sit judiciorum DEI abyssus, Rom. 11, 33.
2. Charitatis calore: Aquila enim avis calidissima est, innocentissima, neque ullum animal occidit, aut insectatur: sic pii caleant amore & charitate erga DEUM & proximum. *V. Charitas.* Cant. 8, 6. fortis dilectio &c. Rom. 8, 37. supervincimus &c. proximum non lædunt.
3. Fortitudine: ut Aquila fortissima est avis; sic pii fortes sint in Domino, Ephes. 6, 10. in petra sua, Ps. 18, 2. Esa. 40, 31.
4. Motûs velocitate quæ in aquilis est: sic pii moveantur facilè ad omne bonum, ducantur spiritu DEI, Roman. 8, 14. quærant quæ sursum sunt, Col. 3. v. 1. & ad cœlestem Sionem aspirent, Heb. 12, 22. ad supernam illam Jerusalem, Apoc. 21, 22.
5. Liberalitate: solet namque Aquila prædæ partem inter alias aves partiri; sic vir pius distribuit & dat pauperibus, Ps. 112, 9. Confer Infra Tit. PIUS.

Aquila Rex Babyloniæ, Ezech. 17, 2. 3. & Ægypti. Johannes Aquila. V. Johannes.

Aquilæ senectus. Vide Plin. lib. 10. cap. 3. & I. Lorin. in Psalm. 102. (alias 103.) Pennis nimium gravari eam, mox aquæ immergi, sic pennis levari, ac si recipere majorem in se calorem, ac sic ad juventam redire. Eucherius ait, nimia senecta implumes fieri, à pullis suis nutriri. Discite vos liberi mores Aquilæ, & pauperes pascite parentes! Adde Pierium lib. 19. cap. 16. Hieroglyphicor. Aquila initio aciei visa, victoriæ omen gentilibus fuit, Justinus lib. 20. cap. 3. Confer Ambros. de Renovat. fidelium Tomo 5. Sermone 54.

Proverb. 30, 19. via Aquilæ in cœlum: quidam de Christi ascensu in cœlos explicant. Cæterùm illud Esa. 40, 31. de Apostolis nonnulli, Matth. 24, 28. ubi cadaver &c. passionem Domini accipiunt quidam per Cadaver.

ARA. *V. ALTARE.*

§. 198

ARABIA.

Triplex. 1. Deserta. 2. Petrosa. 3. Felix.

ARANEA.

Notat (1) Hypocritas, Job. 8, 14. (2) Vitulum Samariæ, Os. 7, 6. (3) Doctrinam falsam, Es. 59, 5. & sophismata hæreticorum. Vid. Joh. Bustamantin. p. 1174. de Reptilib. (4) opes divitum facilè dilabentes. (5) Avaros sese curis consumentes, ad instar aranearum texendis telis sese conficientium. (6) Divinam potentiam: Nam prohibent homines incolere terram, quæ est ultra Lybias & Zephyros, Strab. lib. 16. Diod. Sic. l. 4. c. 3. Anno DCCCLXXVIII. multi in Gallia morsibus aranearum interierunt. (7) Diligentiam: semper namque telas contexunt suas.

ARBOR.

§. 199

Arbor vitæ est Christus. Vid. Prompt. Alleg. Tit. Christus. Arbor scientiæ boni & mali, ab eventu sic dicta, signum erat cultus & reverentiæ & exercitii pietatis erga DEUM, *Luther.* in Gen. 2.

Homo pius arbori comparari potest.

I. *Ratione partium Arboris:* sunt enim in hac radix, stipes, succus, rami, flores, fructus.

Radix piorum Christus est mediante fide: huic radici sunt inserti, Rom. 11, 17. & complantati, Rom. 6, 5. in eo radicati, Eph. 3, 17. per charitatem.

Stipes est firmum & obstinatum propositum, sive cor DEO serviendi, à quo pios non divellit Satan, mors, angelus, Rom 8, 35. &c. non vis fluminum aut ignis, Cant. 8, 7. de hoc proposito vide Prov. 1.

Succus pii cordis est Christus, succus vitæ, ex hoc vivunt pii, Johan. 6, 68. hunc succum ex hâc arbore vitæ trahimus siphone fidei.

Rami sunt opera Charitatis extensa in proximum, quem diligimus. Hi rami varii esse debent & robusti, ut proximi infirmitatem sustineant, Gal. 5, 26.

Flores, fructus & folia sunt omnia conversationis nostræ opera externa; atque ideò illa debent esse honesta, pia, digna Evangelio, & quæ possint os obstruere maledicentibus. *V. Supra AMBULARE.* Psal. 1, 3. fert fructum suum in tempore suo. Phil. 1, 11. repleti fructibus justitiæ: hi testantur an fructus fidei in corde sit, Gal. 5, 22.

Cortex est devota oratio: hac enim roboratur pia mens, ne deficiat, Ephes. 3, 17. est patientia, quæ corda piorum consolidat, Hebr. 12, 1. 2. sine utroque hôc cortice vel alterutro nudi sumus, & adversitatis ventus nos facilè corripit & exsuccos facit.

§. 200

II. *Ratione variorum accidentium in genere.*

Sit igitur homo pius arbor alta (1) desiderio in DEUM, ne desideret terrena hujus mundi bona, Phil. 3, 14. (2) contemplatione cœlestium, ut hac velut in cœlum assurgat & superna quærat & meditetur. Ps. 42, 3. quando veniam? &c.

Crescens subinde fide, spe, charitate, patientia. Hinc toties precatur Apostolus, ut auditores ipsius crescant, Coloss. 1, 11. V. Crescere. Qui enim in Christianismo non crescit, decrescit: stare in viâ Domini est retrogredi.

Frugifera: ferat fructus dignos pœnitentia, Matth. 3, 8. novæ vitæ & fructus spiritus, Gal. 5, 16. 17. sequent. Ut hi fructus sint (1) fidei internæ testimonia. (2) ut cedant in proximi commodum, 1. Corinth. 14, 26. tum etiam ad DEI gloriam, 1. Corinth. 10, 31. minimè verò pariant ficulneam meritorum scalam, quam sequitur descensus præceps averni.

Ferat folia verborum, Philipp. 4, 5. flores morum, Matth. 5, 18. fructus operum, Philipp. 1, 11.

Fundata (1) in petrâ Christo, Matth. 7, 24. ejusque verbo. (2) in petrâ humilitatis, cujus supremus Magister est Christus, Matth. 11, 29. fundata contra ventos tentationis, nimbos tribulationis, fluctus persecutionis, Matth. 7, 24. super unico fundamento Christo, 1. Cor. 3, 11.

Humida Christi sanguine, quo solo arbores spirituales inebriandæ sunt, velut aqua vitæ saliente in vitam æternam, Joh. 4, 14. cap. 7, 38. & eandem nos nutrientem, Joh. 6, 53.

Ornata floribus honestissimæ conversationis, Tit. 3, 1. Ornent doctrinam Jesu Christi in omnibus: ut videntes opera nostra homines glorificent DEUM, Matth. 5, 16.

Plantata à DEO Patre, Christo insita, Matth. 16. Rom. 11, 17. à sacro ministerio curata, 1. Cor. 3.

Præcisa & amputata: nempe crucifigamus carnem &c. Gal. 5. v. ult. mortificemus membra &c. Col. 3, 5.

Pulcherrima: mutuò accipiens suam à Christo hominum pulcherrimo pulchritudinem. Hinc ait tota Ecclesia Cantic. 1, 5. Nigra sum, sed formosa. Simus & nos formosi in vestitu deaurato, Psalm. 45. v. 10. & byssino, Apocal. 6, 7. 11. 14. qui est justitia Sanctorum, ibid. hæ sunt illæ pulchræ vestes, Esa. 61, 10. quibus gaudet sponsa: hæc est illa pulchritudo, quæ tegit maculam, Ephes. 5, 26.

Radicata in Christo, Ephes. 3, 17. verè enim hic est vitæ radix.

Sustentata & soli Christo innixa; cui non innitens facile corruit tentatus à Satana. Qui stat &c. 1. Cor. 10, 12.

Virens 1. per Christi gratiam: utut tibi aridus videaris, vires tamen DEI gratia, Psal. 92. vers. 15. & novas acquiris vires, Es. 40, 31. & gratia DEI non erit inanis, 1. Corinth. 15. vers. 10.

2. Per fidei & charitatis jugem & indesinentem exercitationem: huic enim incumbens semper vigebit & florebit.

§. 201 III. In specie accidunt arbori exsiccatio, putredo, sterilitas, accretio, excisio denique. Sic pius vir incepit currere aliquando.

Exsiccatur spiritualiter variis tentationibus: & hinc ad DEUM clamat, Psal. 63, 2. &c. Psal. 69, 12.

Putrescit, cum in publica peccata & conscientiam vastantia incidit: Hinc David queritur Ps. 38, 6. ossa sua penè contabuisse, vulnera pure repleta esse, d. l. Cùm vermis voluptatis cor hominis occupat & putredinem ei inducit.

Non crescit, sed sterilescit: (1) cùm cor suum pius non curat, non custodit animam, non colit cor suum; sicut vitis sterilescit cum non foditur. (2) cùm in nimis pingui solo fructus ferre negat: pingue solum sunt mundi hujus voluptates, his immersi protinus sterilescunt. (3) sive etiam, cùm ob ramorum multitudinem arbor non crescit in altum, sic enim humor in alios ramos distrahitur: sic quoque multi Christiani malis sociis impliciti succum & fructum bonæ conversationis amittunt, & cor suum dividunt.

§. 202 IV. Ratione distinctionis locorum, in quibus arbores crescunt. 1. Quædam in petra crescunt; sic quidam in petra crescunt homines, quorum corda petræ, hoc est, dura sunt, Luc. 8. v. 12.

2. Quædam in aqua: Ita nonnulli homines crescere sibi videntur, dum voluptatibus mundi dediti sunt, easque bibunt.

3. Quædam in terrâ bonâ: & hi sunt qui verâ fide & humilitate verbum Domini recipiunt, Luc. 8, 15. Jac. 1, 21.

4. Quædam in arenâ satæ sunt: Atque hi sunt vani homines & bonorum cassi, terra infrugifera & maledicta, Heb. 6, 7. 8.

Arbor Magistratus. V. Magistratus.

Vacuæ arbores sunt, quæ fructum non ferunt: hæ verò conjiciuntur in ignem, Matth. 7, 19. exscinduntur, Luc. 13, 17. rejiciuntur à DEO Matth. 25. non cibastis &c. Confer Ezech. 15.

Idololatriæ olim sub Arboribus.

§. 203 Deastri ac Deæ Gentilium arbores sibi sacras habuerunt, de quibus Ravis. Textor. col. 141. Offic. Hunc ritum olim imitati sunt Judæi, de quibus Jerem. 1. cap. 3. 6. cap. 17. vers. 2. 3. & 22. vers. 20. Esa. 57. v. 4. 5. Ezechiel. 6, 13. cap. 20, 28.

Conversio arborum circa brumam.

Camerar. part. 1. cap. 95. Horarum subcisivarum.

Arbor, cujus folia decidunt, est imago divitis viri, cujus opes diffluunt, Jac. 1, 11. Ejusmodi arbor fuit ille epulo Luc. 16. & Impii: sicut pii folia non decidunt, Psal. 1. v. 3. sed virent, Psal. 52, 10. & 92, 13.

Arbor mala §. 204

Est homo non credens DEO, nec ejus præceptis obediens. Dicitur σαπρὸν δένδρον Matt. 7, 18. c. 12. c. 13, 48. dicitur de piscibus putribus.

Caussæ peccatum & Satanas succum tollens, & humectationem Spiritus Sancti impediens, Luc. 8.

Effecta & fructus mali sunt, Deut. 32. v. 32. De vineâ Sodomorum &c.

Supplicium duplex: 1. Excisio, Matth. 7, 19. 2. projectio in gehennam d. l. Joh. 15, 2. Duplex pœna, ait Chrysost. Vid. 2. Thess. 1, 7. 8. Meditat. de Arboribus. V. M. Fabrum. p. 276. seq. in Exercit.

ARCA §. 205

Noæ Patriarchæ, Ecclesiæ typus. *V. Ecclesia.* 1. Petr. 3, 21. Ambros. de arca Noæ, Tom. 4. Beda tom. 1. Hugo Victorin. lib. 4. tom. 4. de mortali arca. Johannes Buteo de hujus. Vid. *Noe.*

Fœderis, Exod. 25. typus Christi, Rom. 3, 23. 24. Item Testimonii dicta est, quod ad eam DEUS testaretur populo suo de gratiosa præsentia & voluntate, Exod. 25, 22. Levit. 16, 2. Numer. 7, 89. 1. Sam. 4, 4. 1. Chron. 13, 6. Psal. 80, 20. &c. & 99, 1. Es. 37, 16. &c.

Præmonstrata à DEO, Exod. 25, 9. Index viæ ac comes populo Israëlitico fuit, Num. 10, 35. viam per Jordanem aperuit, Jos. 4, 10. muros Jericho fregit, Jos. 6, 6. 7. &c.

Locus erat in Silo, 1. Sam. 1, 3. c. 3, 3. Jud. 21. capta à Philistæis, 1. Sam. 4, 11. quos insigni clade demum affecit, 1. Sam. 5, 6. bellantem Saulem comitata, 1. Sam. 6, 12. 1. Chronic. 13. exportata, 2. Sam. 13. templo Salomonis illata, 1. Reg. 8. 2. Chron. 6.

ARCANA. *V. Taciturnitas.* *V. Mysteria.*

ARCUS.

§. 206 1. Cœlestis, sive Iris, signum fœderis, Gen. 9, 13. 2. Iræ DEI, Ps. 7, 13.

3. Hominum malorum insidiæ, Psal. 64, 4. Psal. 11, 2.

4. Potentia quam DEUS frangit.

Potentia belli, Jer. 49. 43. frangere arcum, id est, tollere potentiam & vires; Ps. 46, 10.

5. Arcus dolosus hypocrisin significat, Os. 7, 16.

ARDOR. *V. PLAGA.*

AREA.

1. Propriè locum notat frumentis purgandis ac ventilandis destinatum, Jud. 6, 37. Ruth. 3, 2. 3. 6.

2. Ecclesiam generatim acceptam, prout ex bonis & malis mixta est, Matth. 3, 12. Vide Chrysost. homil. 3. in Matth.

AREO, aresco, aridus. *Vid. Siccitas.*

1. Propriè dicitur de iis, qui vigore destituun-

tuuntur ac naturali ſucco privantur, Job. 7, 5. c. 30, 30. Pſ. 22, 16. & 10, 4. 5. 12. Matth. 21, 20.

2. Modificatè de iis, qui ſucco ſpirituali & flore deſtituuntur, Luc. 8, 6. Pſal. 36, 2. de impiis, Luc. 21, 26. de hominibus ultimi temporis, Zach. 11, 17. de pœna DEI dicitur, Joel. 1, 12. gaudium aruit, id eſt, periit planè.

Arida manus, Marc. 3, 1. Luc. 6, 6. notat eos, qui nihil operantur in bono, ut ficus illa Matth. 21, 20.

Corpus noſtrum totum eſt aridum. Ambr. ſerm. 8. nempe ſucco ſpirituali deſtitutum, niſi Spiritu Chriſti vegetetur. Terra arida, Gen. 1, 10. alveus Jordanis exſiccatus, Joſ. 4, 22. Ariditas, pœna DEI, Deut. 28, 22. 1. Reg. 8, 37.

AREOPAGUS.

Athenarum Curia: notat villam Martis. Hieronym. de locis Actor. Apoſtol. capit. 17. v. 3. Martium vicum. V. Pauſaniam in Atticis. Athenæum.

ARENA maris.

§. 207 Hyperbole nonnunquam adhibetur ad denotandam inſignem Eſa. 10, 22. multitudinem: ut Orat. Manaſſ. Gen. 22, 17. Job. 6. v. 3. Jer. 33, 22. Pſ. 139, 18. 2. Sam. 17, 11. 1. Reg. 4, 29. Habac. 1, 9. Pſalm. 78, 27. Hebr. 11, 12. Vide hanc hyperbolen eleganter explicantem Juſtin. Martyr. in Dial. cum Tryphone §. μερίζεται γὰρ &c.

Prov. 20, 17. arenâ: alii contritione: alii damno, ut ibid. c. 9, 17. & 4, 12. Proverb.

Matth. 7. v. 25. Inconſtantia & infidelitas, carnalis cupiditas, hypocriſis & omnia, quæ petræ adverſantur: Malè Maldonatus & Salmeron hanc arenam de fide juſtificante ſolâ explicant, quibus optimè reſpondet Johannes Ferus in h. l. Matthæi, fidei omnia tribuens.

ARGENTEUS.

Dimidius Imperialis ein Loth Silber. Ergo XV. Imperialibus Chriſtus eſt venditus. Lutherus. Confer Mercer. in cap. 23. Geneſ. Balduin. p. 125. 126. 127. paſſionis typicæ. M. Flac. part. 1. Clav.

ARGENTUM.

§. 208 Monet de DEI ſapientiâ. Job. 28, 1. habet argentum venarum ſuarum principia.

Fidelitate in ſervandis promiſſis, Pſalm. 12. verſ. 7.

Officio Chriſti Sacerdotali. Mal. 3, 3. purgabit filios Levi. Probatione crucis, Pſ. 66, 10.

Juſtitiâ commutativâ, Gen. 23, 9.

Argentum ferentes ſunt mercatores, Sophon. 1, 11.

Argentum in ſcorias verſum notat deploratiſſimum Gentis Judaicæ ſtatum, Eſa. 1, 22. *in ſcorias verſum:* doctrinam corruptam: argentum 1. Corinth. 3, 12. doctrinæ fundamento inædificatæ, quæ hîc conſideratur ſecundum gradus puritatis & alias affectiones.

ARIUS, Ariani.

V. Ambitio. V. Hæreſis. V. Martyr. V. Perſecutio.

De horum ſævitie, technis, turbis, fallaciis V. Euſebium Tom. Concil. de Conc. Nicæno. D. Tarnov. præfat. libri, contra Socinum. Theodoretum, ac reliquos rerum Eccleſiaſticarum Scriptores. Baron. ejus Epitomatores Biſcialam, Spontan. Aurelium &c. Centuriat. Magdeburg. Exorti circa annum Chriſti 399. & amplius, variis modis Orthodoxos divexarunt, miris artibus venena ſua ſparſerunt, dolis irrepſerunt in Eccleſias. Hieronym. ad Lucifer. Miratus univerſus orbis, ſe tàm citò Arianum factum eſſe.

ARIEL.

§. 209 Hebræa vox Eſa. 29, 1. Civitas & templum Jeroſolymitanum (notat Leonem DEI, Euſeb. de locis Hebraicis) quod fortè regnum Judæ fuerit ac potentiæ inſigne.

ARIES.

In dumis hærens typus Chriſti in noſtris peccatis hærentis ac pro iis ſolventis.

Eſt quoque imago piorum Verbi miniſtrorum, qui inter vepres mundi hærent, hoc eſt, impios perſecutores. Selneccer. in Geneſ. 22.

Admirandæ Majeſtatis DEI eſt illud Pſ. 114, 6. Montes ſubſilierunt ut arietes. Arietes gregis, Jer. 25, 36. Sicut duces & principes populi. Hieronym. in h. l.

ARIOLUS *V. DIVINATIO.*

ARITHMETICA.

Docet 1. in mente hominis ſupereſſe notitias ac rudera Imaginis DEI.

2. Scimus diſcrimen inter res plures & ſpecies corporum.

3. Fons eſt definitionis & diſtributionis.

4. Segregat hominem à beſtiis.

5. Conducit ad ſeriem & hiſtoriam annorum.

Eſt altera quaſi hominis ala, quâ in cœlum vehitur: Plato in Phædro. Documentum imbecillitatis humanæ.

ARMA.

§. 210 I. Lucis Rom. 13. ſunt bona opera, quia (1) illuſtres pios reddunt coram hominibus, Matth. 5, 16. (2) aliis præfulgent. (3) à patre lucis in nobis efficiuntur. (4) muniunt hæc arma pios. (5) gaudent his armis pii, ut Sponſus. Chryſoſtom. in Roman. 13. (6) fiunt in luce, Joh. 3, 21.

(7) Filii lucis his armis induti ambulant.

II. Materialia, Johann. 18, 3. Judic. 9, 54. 1. Sam. 14, 1. &c.

III. Iniquitatis, Rom. 6, 13.

IV. Juſtitiæ, Rom. 6, 13. 2. Cor. 6, 7. quod juſti iis utantur contra perverſum mundum: aliàs ſpiritualia dicuntur, 2. Cor. 10, 7. ut à carnalibus diſtinguantur.

ARMENTA. *V. ANIMALIA.*

ARO. *V. Agricultura.*

AROMATA. *V. Flos. V. Hortus.*

ARRA.

§. 211 Sive Arrhabon, Gen. 38, 17. 2. Cor. 1, 22. c. 5, 5. Eph. 1, 14. Pignus: differunt quodammodo inter ſe: Vocem Arra, Iſiodorus, à re pro qua datur: Alii à Græco ἄῤῥαβες, quod ſignificat firmum & infractum. Rectius ab Hebræo עֵרָבוֹן: à rad. ערב: Forſter. Mercer. Cevall. C. Bertramus in Lexic. Eſt verò in S. literis Arra

1. Nu-

1. Nuptialis & sponsalitia d. l. Gen. & c. 24. Eleazar inaurem auream dedit.

2. Spiritualis. Ipse Spiritus S. datus fidelibus; hic est arrha

I. Promissionum divinarum.

2. Bonorum cœlestium.

3. Unionis cum Christo in vita æterna consummandæ.

4. Venditionis. Ut enim in venditionibus arrha datur; Ita Christo sponso nostro venundati sumus, &c. ab eo empti pretio pretiosissimi sangvinis, sumus ejus sponsa: (sponsam Chaldæus vocat Mechira & Syrus, Matth. 1, 18. q. d. empta, acquisita, à Radic. מכר quod est emere, acquirere: unde Latin. Mercari.) Servius ad illud 4. Æneid. Maritus & uxor se invicem emebant. Vide porrò Brissonium, Revardum, Johan. Rosinum l. 5. c. 37. antiquit. Deut. 22, 29. qui compresserat virginem, viginti eam à Patre argenteis emebat. Turcæ & Persæ uxores emunt a parentibus: sic & olim Saxones & Burgundiones.

5. Annulus olim nomine arrhæ dabatur, qui pronubus dicitur Tertull. in Apolog. Ferreum dabat vir sine gemma; notabat mariti constantiam: forma annuli, perpetuam conjunctionem.

Sponsa tribus nummis instructa: primum in manu, hoc sibi sponsum emebat: secundum in calceis, quem Diis laribus in foro consecrabat: tertium in sacciperio gestabat.

6. Arrhabon quoque dicitur is, qui est fidejussor, apud A. Gellium, Terentium, Plautum. Certè Spiritus S. fidejussor noster est.

§. 212 ARROGANTIA. *V. Ambitio.*

ARTAXERXES.

Commune nomen Regum Persicorum, (significat bellatorem robustum) v. Artaxerxes Mnemon, Artaxerxes Ochus &c. qui fuit nonus Imperator Persarum, cujus tempore Malachias ferè vixit, sub quo multa mala passi sunt Judæi. Vid. Salian. ad ann. 3690.

ARTIFICES. *V. Opifex.*

ARUNDO. *Confer Pusillanimitas.*

Notat 1. Hominem inconstantem, Matth. 11, 7. talis non erat Johannes.

2. Hominem fidei imbecillis, Esa. 42, 3. Conf. Matth. 12, 18. cujus fides fluctibus tentationum concutitur & ventilatur. Et linum fumigans eandem fidei imbecillitatem notat, etsi aliter sentiant Chrysost. hom. 41. in Matth. de hostibus à Christo non confractis. Cyrill. in Esai. de Christi mansuetudine. Greg. Magnus l. 33. c. 3. moralium, de regno Judæorum temporali jam penè confracto exponens.

3. Concussionem & eversionem alicujus regni, 2. Reg. 18, 21.

4. Fera arundinis, Ps. 68, 31. significat malos principes & antistites voluptatibus seculi immersos, & regnum Christi depopulatos Tyrannide & pravis dogmatibus.

Arundinetum. Gregor. M. lib. 33. moralium explicat de vitâ secularium per temporalem gloriam ad alta proficientium, intus verò inanium ac cassorum veræ soliditatis.

ARUSPICIUM. *V. DIVINATIO.*

ASAPH.

Id est colligens, è tribu Levi Cantor, 1. Chron. 7. vers. 31. 39. scripsit inde à Psal. 73. ad 84. stylo grandi ac florido. Confer 2. Chron. 29, 30. ubi Canticorum Asaphi fit mentio. Alii putant, Davidem Psalmos à se compositos Asapho tradidisse.

Alius Asaph, Nehem. 2, 8. Custos saltus.

ASASSINATUS. *V. Homicidium.*

ASCENDERE

In cœlum variè dicitur:

1. De Christo. V. suo loco.

2. De homine, qui extra DEI verbum scrutari vult mysteria DEI, Roman. 10. ac de manifestata gratia dubitare.

3. Efferre sese ultra statum & conditionem humanæ sortis.

ASER. *V. HANNA.*

ASINUS.

Nomen significat utrumque sexum, ut ostendit Ribera fol. 719. n. 36. In Prophet. Idem notant Lexicographi in v. חמור

Cur Christus asinâ vectus? *V. Christus.*

Prohibita asini caro ad vescendum, Levit. 11, 4. caput tamen in cibum cessit, 2. Reg. 6.

Asina Bileami. *V. BILEAM.*

Asinarii olim dicti Christiani, ob fidem in Christum asinâ vectum, Matth. 21. apud Tertullian.

ASPERGO. *V. Justificatio. V. Mundus, a, um. V. Baptismus.*

ASPICIO.

Ad DEUM, Mich. 7, 7. est fidei. Vide Ps. 4, 5. & 121, 1. Esa. 38, 14. Ps. 64, 4. Est spei & patientiæ, ne sorte impiorum offendamur.

ASPIS. *V. Tit. Fel. V. Objurgatio.*

ASSUMO. *V. Christus.* §. 213

ASTRA, STELLÆ, ASTROLOGIA.

1. Stella Christus, in prompt. Alleg. 504. n. 2. sub 4. Princeps stellarum Allegor. 465. nu. 6. 466.

2. Pii sunt stellæ, Allegor. 1286.

3. Fidei stella, Allegor. 1246.

Stellæ quibus de rebus moneant nos.

Duæ sunt 1. Ex parte DEI monent nos.

I. De Essentiâ DEI ineffabili, mirabili, clarissimâ & lucidissimâ. Nam si DEUS stellas tam claras lucidasque creavit, quantum oportet Creatorem esse, quamque spiritualissimæ (ut sic loquar) essentiæ, quam nulla mens assequi valet.

II. De Attributis DEI, ac (1) quidem de DEI magnificentiâ & omnipotentia, quæ lucet ex

(α) Stellarum admirabili claritate.

(β) Earundem magnitudine, quâ totum orbem superant.

(γ) Multitudine, Gen. 15, 5.

(δ) Regimine & cohibitione: regit enim DEUS stellas mirabiliter & cohibet earum cursum lucemque, quando vult, Job. 9, 4. 7. 9. c. 38, 32.

(2) Omnisapientiâ.

(a) DEUS enim numerat stellas, Psal. 147. v. 4. 5.

(b) Gubernat easdem.

(c) Conservat in suo Esse.

(d) Influentiam & lucem largitur stellis, sine DEO obscuris.

(e) motum quoque impedit, cum vult, Jos. 10, 12. 13. 14. Es. 38, 52.

(3) Bonitate: Nam in salutem hominum astra condidit, Deut. 4, 19. Psalm. 136, 8 9. Scilicet

(α) Ad distinguendas temporum, lucis, noctisque vicissitudines, Gen. 1, 16.

(β) Ad distinguendas tempestates annique partes, Gen. 9, 22.

(γ) Ad præbendam lucem inferioribus, Gen. 1, 17.

(4) Veritate: hanc quoque solet DEUS confirmare inducto stellarum exemplo, Jerem. 31. vers. 35. 36. Genes. 15. v. 5. numera stellas.

III. De Operibus regni & Gratiæ DEI. Condidit namque DEUS cœlum spirituale, id est, Ecclesiam: in ea posuit solem Christum, Mal. 4, 2. Psal. 84, 12. Dominus est sol & clypeus: stellas, ministros & quoslibet fideles &c. ut mox dicendum. V. Tit. Ecclesia. Item Tit. Ministri.

II. Ex parte nostri, monent nos stellæ

(1) De variis officiis nostris ritè exemplo stellarum obeundis. Sunt verò præcipua hæc:

Nitere interius virtute, 2. Pet. 1, 5. Phil. 4, 8. Sicut stellæ interius lucent & nitent: sic quoque fideles in corde niteant vero DEI timore ex puro corde, Syr. 1, 13. seq. 1. Tim. 1, 5. non sit paries dealbatus, Matth. 23, 27. &c. (Confer. Tit. Hypocrisis) sed pulcher interius, Psal. 45. v. 14.

Splendere exterius. Ut stellæ lumen suum produnt ad extra: Sic quoque fideles luceant bonis operibus suis, Matth. 5, 16. Philipp. 2. v. 15.

Solidæ sunt stellæ, solida corpora: sic fideles solidi sint virtute, & benè fundati fide, spe & charitate; sine his enim non est ulla cordis soliditas, Hebr. 13, 9.

Firmiter cœlo adhærent: Sic pii firmiter Ecclesiæ & cœtui DEI, eum frequentando, Psal. 27, 4. & 84, 1. 2. seq. Imò Christo DEO suo, qui ipsis cœlum est & omnia Psal. 73, 25. firmiter conjuncti sint, ut ab eo divelli non possint. Rom. 8, 35. Scio quod neque mors &c. Vid. Tit. Charitas.

Placent hominibus noctu ambulantibus: Sic pii placeant proximis suis, digne ambulando, piè vivendo in hujus vitæ nocte. In alto suspensæ sunt: sic fideles altum petant, terrestria relinquant, Col. 3, 1. ad supernam civitatem aspirent, Phil. 3, 20. 2. Cor. 5, 1. 2. Hebr. 11, 13. 14. seq.

Benedicunt DEO: quantò magis homines DEO gratias agere tenentur rationali anima, quâ stellæ carent, præditi, & à Christo redemti, Col. 1, 12. 13. 1. Cor. 7, 23. c. 6, 19. 20.

Vigilant ad imperium solis: sic matutina stella præstò est sole oriente; ita fideles vigilant mente sua ad DEUM, Matth. 25, 13. Psal. 63. v. 2. Es. 26, 19. ad Christum in nocte tribulationis & vitæ terminationis.

Currunt velociter & moventur: currere piorum est viam mandatorum DEI, Psal. 119. nemo nos in hoc cursu tardet. Curramus ut apprehendamus, 1. Cor. 9, 24. Vid. Tit. Vita spiritualis. Sed quisque eo ordine, quo vocatus est, 1. Cor. 7, 24. ambulet, & ambulandi methodum à DEO oret, Psalm. 143, 11. Situ altæ sunt: sic fideles alta DEI mysteria contemplentur; non metiantur ea è terrenis conceptibus, sicut olim Nicodemus faciebat, Joh. 3, 4. & 9. & ii, qui resurrectionem negabant, 1. Cor. 15, 12.

Ordinem servant, non sunt inter eas mutua damna: Sic quoque Christiani servent ordinem, quisque suum; sibi invicem non noceant, sed juvent, 1. Cor. 12, 7. Gal. 5, 26. proximum, intima chariate illum amplectentes, 1. Cor. 13, 4 5. seq.

Lumine lucent aliis: sic quoque tibi DEUS lumen dedit sapientiæ, scientiæ, prudentiæ &c. eo alios instrue, illumina; ut non *tibi* soli luceat, sed & illi, cui accendis lumen; in Choro, Foro, Thoro, ubique nostrum splendeat lumen.

Humiles sunt coram DEO, neque enim puræ sunt: sic quoque coram DEO te humilies, impuritatem tuam cum omnibus sanctis, Job. 25, 4. 5. Esa. 6, 5. c. 64, 6. Ps. 130. Ps. 143, 3. agnoscas.

2. De solatio & præmiis. Ut enim multitudo stellarum est maxima: sic quoque electorum & fidelium ingens est numerus, Jer. 33, 22. Et ut stellæ fulgent in cœlo: sic quoque olim fulgebunt Doctores & ministri verbi, Dan. 12, 2. 3.

Liberabuntur stellæ a servitute vanitatis Rom. 8, 21. in extremo judicio: Sic quoque pii Doctores in alterâ vitâ liberabuntur ab omni malo, omnique vanitate.

Cicero *astronomiæ non fuit rudis*, ut patet è 2. de natura Deorum libro, ubi egregia est de planetis stella §. maximè verò admirabiles &c.

Atlas Rex Mauritaniæ.

ASCENSIO. *V. Christus n. 41.*

ASCENSIO SPIRITUALIS. §. 214
V. PIETAS.

ASCHMODÆUS.

Græcis δαιμόνιον τὸ πονηρόν. Missis variis etymologiis vera est, quæ asserit, sic dici Satanam à שמד, quod est vastare: quòd vaster omnes status, (omnia fœdis libidinibus & cæde impleat) accedente ab initio hæmanticâ א.

ASTAROTH.

Idolum Sidoniorum, 1. Reg. 11. Judic. 2. Astarah notat gregem, Joseph. lib. 1. contra Apion.

pion. Junonem putat significari, Augustinus quæst. in judic. Alii lunam. Simulachrum ovis figuram, alii. Hoc idolum coluere Salomon (eidem fanum exstruens in monte oliveti, in quo olim lachrymas parens David profuderat) & Achab. Sunt etiam urbes hâc voce dictæ v. Astaroth Carnaim, Gen. 14. altera Astaroth Esdrai, Deuter. 1, 1. Chronic. 6.

ASTROLOGIA-NOMIA. V. Tit. DIVINATIO.

Plato dicit, non homines, sed suillum pecus esse, qui non delectetur Astronomia.

Item, oculos ideo nobis datos esse testatur Astronomia de DEO mundi motus ordinante.

Gratam de Deo famam esse in Astris, dixit Plato in Epimen. Vers. ἄςρα μὲν αὐτὰ πλειθείας σημεῖα προνοίας μᾶλλον δ' ἢ ἄςρων θεσπεσίη διδαχή.

ASTUTIA. V. DOLUS.

Hypocrisis.

ATTENTIO. V. AUDITOR.

§. 215 *ASYLUM.*

Etymon Nominis, dicitur ab α ςερητικῶ h. e. privativo & verbo συλᾷν trahere, spoliare, violenter rapere. Est verò Asylum locus sacer & immunis, à quo maleficum non licebat avellere, si ad eum confugisset pœnę declinandæ ergò. Suidas ἱερὸν τὸ τίμιον καὶ τηρῶν τὰς οἰκέτας. Sacellum sacrum custodiens servos (fugâ elapsos scilicet.) Confer. Augustin. lib. 1. cap. 7. de Civit. Dei, Epist. 187. 188. Suarez. Tractat. de immunitate Ecclesiæ. Cornel. à Lapide in c. 35. Numeror.

Causa instituens Asylorum Deus.

Is enim homicidio involuntario attribuit asyla, Num. 35. v. 11. & 25. 62. 27. 28. Deut. 4. v. 41. cap. 19, 2. Jos. 10. vers. 2. loquere filiis Israël, Exod. 21, 25. 1. Reg. 1, 50. 51. 52. c. 2. vers. 28. 29. 2. Chron. 23, 14.

Causæ impellentes ad constituenda asyla.

I. Forensis: ut reus habeat quò in rebus dubiis ob furorem inimici & iram Judicis confugere possit, Num. 35, 15. &c. Deut. 19, 4. Vel si quis ære alieno oppressus in corpore luere debeat, potest ad asyla confugere, donec ex charitatis præscripto res componatur, vel si de pudicitiæ læsione periculum ingrueret: Sic Basilius fœminam jure Asyli eripuit libidine turpis proci, Gregor. Nazianz. in Oratione funebri de Basilio Magno.

II. Domestica: servorum libertas, ne à Dominis occiderentur, ff. de Edicto Ædilit.

III. Bellica: captis enim urbibus ad templa sese homines conferebant. Sic Româ captâ Alaricus Christianos vitâ donavit, ad Basilicam D. Petri & Pauli confugientes. Agesilaus Athenienses prælio victos & ad Minervæ templum confugientes non læsit, dicens: Nullum jus belli in templa esse.

§. 216 *Ethnici hunc imitati constituentes Asyla.*

Vide Salmuth in Tit. 32. part. 1. Panci-rol. pag. 118. atque huc referuntur sequentia.

1. Templum Dianæ Ephesi, Cornel. Tacitus.

2. Statuæ Cæsarum.

3. Romæ Romulus peculiare Asylum constituit, Dionys. Halicarnass. lib. 2. inter arcem & Capitolium, August. lib. 1. cap. 12. de consensu Evang.

4. Caducus Thebis condidit Asylum.

5. Athenis misericordiæ templum Herculis nepotes extruxerunt.

Pontificii.

Immunitates Ecclesiarum ordinantes. Ext. Tit. de immunitatibus Ecclesiarum (Templorum) Concil. Toletan. 12. & Aurelianum 4. Verdense, Triburiense. Vid. Navarr. in Manual. cap. 25. numer. 17. Petrus à Soto fol. 152. de Justitiâ & Jure: Fur (ait) debet gaudere privilegio.

Has verò immunitates attribuunt cuilibet Ecclesiæ, Basilicæ, Cæmeterio, Sacello Missæ dicendæ consecrato autoritate Episcopali, Dormitorio, Januę, Domui Episcopali, quamvis ab Ecclesiâ sejunctæ, Domui Ecclesiæ ad habitationem Clericorum intra 40. aut 50. passus constructæ, hospitali Episcopali Autoritate constructo &c. Navar. d. l. Domini Episcopi c. 17. q. 4. C. Conslit.

§. 217 *Non debent patrocinari improbis.*

Contra Decret. 3. tit. 49. de immun. Ecclesiæ cap. 6. §. *Nos tuis quæstionibus respondentes.* Idque ob sequentes rationes:

1. Exod. 21, 14. 1. Reg. 2, 34. 2. Reg. 11, 15. Omnis impunitatis spes præscinditur de industriâ peccantibus.

2. Ne templa fiant speluncæ latronum, Matth. 21. v. 13.

3. Exempla. Justinus II. Imperator Constantinopolitanus Senatorem, qui plebejo aliquando injuriam intulerat, è medio convivio, cui ipse Imperator interfuerat, ad judicem deduci voluit. Quidni idem debeat fieri in eo, qui enormiter deliquerit, licet ad locum sacrum confugerit?

Perseus ultimus Rex Macedoniæ ex ipso templo raptus est ad supplicium, Plutarch. 4. Juxta leges Lusitaniæ nemo alium de industriâ vel in duello occidens aut percutiens ista immunitate gaudet.

Vide Navarr. d. l. Pausanias fame olim in templo necatus, Thucyd. lib. 1.

Non Judæis.

Non Mauris, non paganis: Navarr. d. l. numer. 20. non depopulatoribus agrorum nocturnis, Cap. *inter alia.* Tit. de Immunitat. Ecclesiæ.

Non Sicariis.

Adulteris & virginum raptoribus. Novell. 17. contra cap. 36. quæst. 1. Can. de Raptoribus.

Sed olim

Destinata fuerunt (1) Servis, (2) Obæratis, (3) Ma-

(3) Maleficis. Lipsius in Not. d. lib. 3. Annal. Taciti.

§. 218 *Affectiones Asylorum 1. Abrogatio.*

Tiberius Cæsar impunitate scelera crescere animadvertens, Asylorum libertatem antiquavit. Idem jubet suo modo Rex Lusitaniæ. de quâ suprà.

2. Abusus Asylorum.

Qui in scelerum impunitate consistit, quam Asyla perperam tuentur.

3. Retentio & usus.

Possent etiam retineri asyla certis conditionibus: Sic statuit Petrus Martyr in 1. Reg. 2. vers. 50.

4. Numerus.

Sex solùm habuerunt Judæi; Johann. 20. vers. 7. 8. plura olim fuerunt apud Christianos.

Christus Salvator verum Asylum.

1. Constitutum à Patre omnibus peccatoribus, Roman. 3. vers. 23. 24. 25. Johann. 1. vers. 29.

2. Universale: omnibus patet peccatoribus resipiscentibus, Matth. 11. vers. 29. venite omnes, &c. Johann. 6. vers. 37. non ejiciam &c. Servi fugitivi & inobedientes sumus, Roman. 5. vers. 12. mandata Domini transgressi, Psalm. 51. v. 2. Obærati sumus plus decem talentis, Matth. 18. v. 24. Malefici sumus, Psal. 51. vers. 3. malum coram te feci: fecimus omnes malum, Rom. 3, 23. cum nemo sit, qui faciat bonum, Psalm. 14. vers. 4. omnibus patet aditus ad hoc asylum nostrum Jesum Christum.

3. Expositum in verbis & Sacramentis: Totus enim Christus partim per promissiones, partim per signa sacramentalia diversimodè proponitur in templo Ecclesiæ.

4. Firmissimum, & solidissimum: nemo enim credentes eripiet ab hoc asylo, Johan. 10. v. 28. Sancti sunt in manu illus, Deuter. 32, 10. 11. nemo separet, non mors, non Angeli &c. Rom. 8, 35.

5. Antiquissimum: Fuit hoc Asylum omni tempore in V.T. ut & in N. Hebr. 13. v. 8. Jesus Christus heri & hodiè & in secula. Act. 15. v. 11. unâ gratiâ salvamur.

6. Optimum: quia in hoc Asylo & cibum & potum invenimus, Johan. 6, 51. 54. Olim Pausanias ad Asylum fugiens fame vitam finiit: Nos famem non sentiemus, nec sitim credentes in Christum aquam, Joh. 4, 14. panem vitæ, Johann. 6, 48. & fontem salutis, Esa. 12. v. 3.

§. 219 *Asyla esse jure divino*

Defendit Anastasius Germonius Protonotarius Gregorii XIV. commendatus a Possevino in apparatu lit. A. Integrum volumen de sacrorum immunitatibus Romæ 1591. edidit, Pontifici dedicavit, & Covarruviam libr. 2. cap. 20. num. 2. variarum Resolutionum refutavit, qui has immunitates solùm de jure positivo esse disputaverat. Vide etiam Stephanum Durandum lib. 1. cap. 26. artic. 10. de Ritibus Ecclesiæ, ad Gregor. XIV. Jacob. de Graffiis Tom. 1. cap. 48. libr. 2. Articul. 5. 6. 7.

Rejecta à Johanne Ferrariensi in Practica Papiensi cap. *de formâ inquisit.* qui demonstrat, ecclesiam homicidis & furibus tutum præstare asylum. Antonio Corsero in suis singul. Verbo: Cardinalis. Hieronymo ab Oleastro in Genesin p. 17.

Cœmeteria quoque Asylorum sunt loco, & Nosodochia. Sacella privatorum hominum Episcopi autoritate extructa. Episcoporum palatia. Sacerdos quoque si hostiam gestet. Cardinalis Pileus tactus, vestis tacta. Germon. cap. 6. artic. 51. de Sacror. immunitatibus. Ubi hoc probat à privilegio Vestalium virginum, ex Aulo Gellio libr. X. cap. 15. noctium Atticarum.

ATHENÆ. §. 220

Domicilium artium bonarum & eloquentiæ. Vocarunt ἑλλάδος ἑλλάδα Græciæ Græciam, quasi Epitomen totius Græciæ. Dionysius Halicarnassæus vocat παιδευτήριον πάντων ἀνθρώπων. Ibidem docuit Paulus, Act. 17, 22. &c. Dionysium convertit, v. 34.

Primatus erat Idololatriæ, Theodoret. de curandis Græcorum affectionibus.

Judicium Areopagiticum severissimum, justissimum, cui noctu præsidebant: suas ad illud Romani causas intricatissimas deferebant.

Conditor earum fuit Cecrops Ægyptius.

Ruina: modò ibi sunt casulæ piscatorum, cimicum improbitati obnoxiæ.

ATHEISMUS. *v. Epicureismus.*

ATHLETÆ. *V. CERTAMEN.*

V. MILITIA. §. 221

Verbum ἀθλέω est 2. Timoth. 2. v. 5. &c. Hebr. 10. v. 32. ἄθλησις: illud, certo, pugno; hæc, pugnam, luctam notat. Rectè Chrysostom. in illum 2. Tim. 2. locum notat requiri (1) ut sit sobrius. (2) constans. (3) gravis. (4) addunt alii, quod nudus in scomma progressus sit, quod è Galeno colligunt ad Aphoris. Hippocratis.

Differunt verò Olympica Diabolica certamina à Christianis (1) quod in illis vulnerantes: in his vulnerati (cum Christo vulnerato) coronentur, Isidor. Pelusiota libr. 2. Epist. 169.

(2) Deus non sic te certantem spectat, ut populus, nihil virium certanti addens; sed addit vires, robur subministrat, Esa. 40, 31. fidei oculo coronam ostendit, August. sermon. 105. de Tempore.

ATRAMENTUM.

2. Cor. 3. v. 3. Epistolâ non scriptâ atramento, notatur lex Mosis, quæ cordi prædicata non vivificat, sed mortificat. Ibid. apud Paulum, qui hâc metaphorâ perstringit inefficacem legis prædicationem, quæ non nisi peccatorum rubigine homines ostendit arguitque. Roman. 3. vers. 20. per legem agnitio peccatorum.

Atra-

Atramentarium Ezech. 9, 2. Filio Dei adſcribitur ſuos ſibi electos notanti ac ſignanti, per metaphoram θεοπρεπῶς intelligendam.

AVARITIA.

§. 222 Avarus dicitur, quaſi auri avidus, Iſiodorus. Hebr. בצע Pſalm. 119. verſ. 36. R. Mardochai in Lex. vertit אנחם המור amorem divitiarum.

Definitio.

Eſt immoderata opum & divitiarum cupiditas, quæ homines impellit ad congerendas easdem. 1. Tim. 6. v. 9. qui volunt diteſcere, incidunt, &c.

Cauſa Efficiens

Principalis remota Satan eſt, qui avarorum mentes excœcat, 2. Cor. 4, 4. & in varias tentationes inducit, 1. Tim. 6. verſ. 9. & Judæ cor atque Ananiæ implevit hoc morbo, Johan. 13. verſ. 2. Actor. 5, 3. Propinqua eſt cor à Dei amore ac fiducia deficiens, rerum caducarum amore repletum: Ideò namque expetuntur divitiæ, ut homines vivant ſplendidè, ſuperbè ſeſe oſtentent. Cicero lib. 1. Offic. Delectant magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantiâ & copia, quibus rebus effectum eſt, ut infinita pecuniæ cupiditas eſſet. Obliviſcens charitatis proximi, Carens τῇ αὐταρκείᾳ, 1. Timoth. 6. v. 9. Hebr. 13. verſ. 5. quæ eſt fidei quies in Dei voluntate, Matth. 19. v. 21.

MATERIA.

1. In quâ

Eſt cor hominis: hinc cor apponere divitiis prohibemur, Pſal. 62. v. 11. Imò homines, cujuscunque ſint ordinis, hujus vitii ſunt capaces, Jerem. 6, 13. cap. 8, 10. ne quidem Clericis quibusdam, qui religionis habitum induunt, ut pecuniam lucrentur, exceptis, teſte Marulo l. 1. c. 7. de Inſtit. benè viv. ab initio.

2. Circa quam.

Opes fluxæ & caducæ hujus mundi: Aurum, Argentum, theſauri & gemmæ, & quicquid eſt pretioſioris monetæ.

3. Ex quâ.

Sunt velut partes hujus vitii, nempè (α) affectus ille ſiniſter & inordinatus erga fluxas opes. (β) deſiderium habendi multas opes. (γ) Gaudium easdem perpetuò retinendi, amplificandi, accumulandique. (δ) furandi opes proximi & quâcunque arte easdem ad ſe pertrahendi. (ε) Inordinatè quoque ſuas conſervandi facultates, & augendi easdem &c. de his infra.

Cauſæ dehortantes facilè deſumi poſſunt è ſequentibus, ut ſunt: Interdictum Dei, Matth. 6, 19. Luc. 19, 15.

Deteſtatio avaritiæ per Prophetas, Chriſtum, & Apoſtolos.

Deprecatio Davidis, Pſalm. 119, 36.

Vanitas: nemo enim ex divitiis vivit, Luc. 12. verſ. 15.

Effecta Avaritiæ plurima ſunt:

§. 223 Nos illa ſuis quibusdam modis diſtinguemus.

I. Reſpectu DEI.

(1) *Deum non colunt.* Syr. 14. v. 11. Digna Deo donaria offeras. At avarus non offert Deo digna donaria, quia ſuo Mammonæ ſervit, Matth. 6. v. 24. quia cor ejus non eſt integrum coram DEO, cùm ſit Idololatra, Epheſ. 5. v. 5.

2. Non diligunt.

Diligunt enim mundum & mundi opes, 1. Johan. 2. v. 15. 16. Sed mundi amor Dei amorem expellit. Sicut ignis & aqua ſimul ſubſiſtere non poſſunt, ſed ſeſe mutuò expellunt; ita ignis divini amoris in corde hominis accenſus Cant. 8, 7. non admittit fluidam temporalium bonorum aquam; quia potius efficit hic, ut cum Paulo dicamus Col. 3. v. 1. quæramus quæ ſurſum ſunt.

3. Pro Idolo habent

Et divitias ſuas Deum faciunt, Col. 3. v. 5. divitiis ſerviunt, ſuo Deo oviculas mactant. Vid. Chryſoſt. hom. 18. in Eph. Adde quòd Avari omnia DEI præcepta liberè transgrediantur.

Primum, confidentiâ in opibus prohibitâ, Pſalm. 62. verſ. 11. amore divitiarum nimio, quo etiam Juvenis ille flagrabat, Matth. 19. verſ. 22. & ſervitio Mammonæ præſtito, Matth. 6.

Secundum: Abutuntur nomine Dei (1) pejerando, ut ſuas merces cariſſimo pretio diſtrahant atque divendant. (2) fallendo homines ſub prætextu ejusdem ſacroſancti nominis. (3) Huic nomini non agendo gratias; ſolent enim Avari ſibi & ſuis laboribus, non divinæ benedictioni omnia vendicare & tranſcribere, Pſal. 10, 3.

Tertium: finem Sabbati exoptando, Amos. 8, 5. 6. Semen divini verbi ſuffocando, Luc. 8, 14. Sabbatum profanando, cum Avari ne quidem illi diei in divendendis mercibus, in ſubducendis negotiationum calculis, in negotiis ſecularibus expediendis parcant.

Quartum: (1) Obedientiam erga ſuperiores abrogando. Sic Gehaſi contra Prophetæ nutum dona exigit à Naamano, 2. Reg. 5. verſ. 22. ſeq. impulſus ſcilicet avaritiâ. Subditi avari Magiſtratûs præcepta de colendâ & exercendâ juſtitiâ flocci pendunt, &c. (2) Charitatem non exercendo; imò eandem nec patri nec matri exhibendo. Proverb. 28, 24. Qui diripit bona, &c.

Quintum: Occidendo proximum. Prov. 24, 14. Homicida, &c. Avarus verè eſt ejusmodi homicida, qui pauperem occidit & defraudat, diſtinct. 88. ex Auguſt. ſi non paviſti, occidiſti: Prodendo proximum noſtrum & Reſpubl. integras.

Sextum, Spiritualem fornicationem exercendo: uni viro, Chriſto nempè, deſponſati ſumus, 2. Cor. 11, 2. ſed Avari Mammona alterum ſibi virum exoptant, cum eo mœchantur & fornicantur ſpiritualiter.

Septimum, Bona proximi diripiendo ad ſe, transferendo domos, agros, pecuniam, Job. 24, 2. Mich. 6, 11.

Octavum,

Octavum, Testimonium falsum perhibendo de proximo, modo opes acquirant & merces inutiles distrahant.

Nonum & Decimum, Bonis proximi inhiando, varias technas comminiscendo, quarum beneficio Avarus proximi bona invadere ac sub specie justi tituli occupare posfit. Vid. 1. Reg. 21. Achabi Exemplum Nabothi vineam ad se transferentis.

4. Christum contemnunt.

Sic avarus ille juvenis relicto Domino tristis abiit, Matth. 19, 22. Christum pauperem mundus sequi non vult.

5. Deum corde suo expellunt.

Nam in Avarorum cordibus latro sedet, sedet Dagon ille; sed cum neutro Deo convenit: non cum illo, quia Deus vitæ Deus est, & vetuit proximum occidi, 1. Johann. 4, 21. Johan. 14, v. 15. Et in spelunca latronum non vult habitare, Luc. 19, 46. non cum hoc, quia luci non est commercium cum tenebris, 2. Corinth. 6, 15.

§. 224 II. Respectu Diaboli.

Avari 1. *Societate Diaboli gaudent.* Inter vepres & spinas lacertæ & serpentes commorantur: ita inter divitias infernales illi serpentes delitescunt, qui ventum variorum vitiorum Avaris inflant.

2. Ab eo pelliciuntur ad spiritualem fornicationem.

Sicut uxor Potipharis apprehensum pallio Josephum tentavit, Gen. 39. Sic Diabolus & mundus tentant homines, eosque pelliciunt ad spiritualem avaritiæ defectionem à DEO, quæ est idololatria, Ephes. 5, 5. Col. 3. vers. 5.

3. Spiritualiter suspenduntur.

Absolon capillis ad quercum suspensus periit, 2. Sam. 18. Ita plurimi pereunt divitiis, quibus ceu pulcherrimis capillis delectantur & capiuntur; cum tamen illæ nihil nisi fluidi & fugaces capilli, 1. Timoth. 6. vers. 17. in divitiis incertis &c. Simus igitur nostrâ sorte contenti, 1. Timoth. 6. vers. 6. & ad conditionem mortalitatis & nativitatis nostræ intenti, Job. 1. vers. 21. Ecclef. 5. vers. 13. Philipp. 4. vers. 12.

4. Capiuntur.

Hinc monet D. Paulus divites, ne cadant in laqueos Diaboli, 1. Tim. 6, 9. His plurimos cepit & illaqueavit, & ad inferna pertraxit, Psal. 49. Luc. 16.

Sunt verò divitiarum laquei

α. Occulti: Non enim omnium patent oculis.

β. Mundo grati: his enim mundani homines terrena sapientes Phil. 3, 19. delectantur.

γ. Periculosi ob experientiam Satanæ Venatoris summam, hos laqueos tendentis.

δ. Valdè perplexi & intricati laquei.

5. Obsidentur.

Corporaliter obsidet suos Satan, qui Dæmoniaci vocantur: Sic spiritualiter obsidet avaros Diabolus. Confer Chrysostom. homil. 82. in Matth. Et hoc Titulo, Similia.

III. Respectu hominis. §. 225

Primò: Ratione animæ, intellectus & Voluntatis.

1. Avari excæcantur.

Aquila cervum captura in arenâ se volutat, & pulvere alas opplet, quibus postea cervi oculos replet, ne cernere posfit: Sic infernalis aquila Satan homines captura, eorum oculos pulvere terrenarum divitiarum replet, ne videant (α) Lucem Evangelii, 2. Corinth. 4. vers. 4. (β) margaritam illam veram, Matth. 13. vers. 45. (γ) Patriam illam cœlestem, Philipp. 3, 20. (δ) DEUM. (ε) Proximum. (ζ) Casses Diaboli, 2. Timoth. 2. ult. Hinc monet Salvator in cœlis thesauros colligendos esse; indicans cœcos esse, qui cœlum non videant, sed solum terram quærant: cœlestia illa & superna minimè curent, Coloff. 3. vers. 1.

Allegor. Tobias stercore hirundinis excæcatus fuit, Tob. 2. vers. 11. Sic avari stercore divitiarum.

2. Civitate cœli excluduntur.

Philipp. 3. vers. 20. Nostrum πολίτευμα est in cœlis, ait Apostolus. Avarus ait, meum politeuma est in terris, in gazis, opibus, Psal. 49. vers. 19. nec expecto Salvatorem de cœlis, quia habeo in terris Mammona meum, meam arcam, meum aurum: Sed heus Avare! Argentum & Aurum tuum non liberabit te in die iræ, Zephan. 1, 18. Diviti nihil profuit aurum in inferno, Luc. 16.

3. Sepulchrum sibi moliuntur.

Syr. 21. v. 8. domos extruendo, quæ ipsis in sepulchrum cedunt, quod excœcati non animadvertunt, Psalm. 39, 7. Colligunt & nesciunt cui.

4. Surdi redduntur.

Ne audiant (1) DEUM præcipientem, ut ipsum solum ex toto corde diligamus, Deut. 6. ipsi soli serviamus, Matth. 4. vers. 10. Divitiis cor non appendamus, Psalm. 62. v. 11. nec in iis speremus, 1. Timoth. 6. vers. 17. Imò cœci fiunt ut nesciant distinguere inter aurum & æs, inter verè bona & apparentia. (2) Proximum ejulantem. Sic Dives ille Luc. 16. non audiit vocem Lazari. 1. Sam. 25. Nabal vocem Davidis. Pharao gemitus Israelitarum, Exod. 2. Claudunt igitur Avari corda sua proximo, 1. Joh. 3, 17.

5. Omnis generis peccatis spiritualiter vulnerantur.

Etenim Avaritia inducit

Blasphemiam.

Psal. 10, 5. Avarus blasphemat Dominum: nempe (1) sibi divitias tribuendo. Dan. 4. Hæc est illa Babylon. (2) non agendo gratias Deo. Os. 2, 9. Auferam linum & oleum meum &c. (3) divinum honorem divitiis attribuendo, quia ex his Idolum facit, Eph. 5. v. 5. Col. 3. v. 5. avarus homo &c.

Abusum

§. 226 *Abusum donorum divinorum.*

Os. 2, 10. Israelitæ olim auro, quod ipsis Jehova dederat, Idolo Baal inservierunt: sic Avari aurum suum, quod DEUS ipsis dedit, non DEO, sed fictitio suo Baal consecrant. Pari modo Israelitæ aurum Ægyptiorum, quod eis DEUS dederat, in vitulum aureum conflandum contulerunt, Exod. 32. Ita ex divitiarum auro Avari suos quisque sibi vitulos & Deastros cudunt; In quibus

1. Spem omnem locant Avari.
2. Cultum illis deferunt. Nam colunt aurum, & illud tangere reformidant. Theophyl. in Ephes. c. 5.
3. Quietem animæ suæ in massâ auri constituunt.

Securitatem.

Gen. 30, 30. quamdiu Jacob Labano serviebat, suæ deerat familiæ & suis; tandem verò dixit Socero: Tempus est ut prospiciam domui meæ. Avari putant benè se suæ prospexisse domui, collectis in hoc mundo divitiis; sed domus hîc non est expectanda: in cœlis est, 2. Cor. 5, 2. nec tamen cogitant de illâ Avari; sed in limo & fimo sua sibi figunt tentoria. Tandem suis prospiciant animabus, quisque suæ! nam vel hâc nocte forsitan repetetur anima ab iis, Luc. 12. v. 20.

Lepram multiplicem

Inducit Avaritia.

1. Mundanæ superbiæ: nam Avari opibus suis superbiunt, Psalm. 52, 9. Pauperem contemnunt, Jacob. 2. Lazarum negligunt, Luc. 16.
2. Oppressionis pauperum, qui ad DEUM clamant, Ps. 9. & 10.
3. Insatiabilis cupiditatis, quæ tandem homines in pœnas temporales & æternas pertrahit, 2. Reg. 5, 26. 1. Tim. 6, 9.

Alexander M. audiens ex Philosopho Anaxarcho plures esse mundos, Hei mihi! dixit, qui ne uno quidem potitus sum: Sic avarus dolet ex animo, non posse se omnium propemodum thesaurorum & opum reddi compotem. Major pecunia fauces avaritiæ non claudit, sed extendit; non irrigat, sed accendit. Poculum respuunt, quia fluvium sitiunt. Vid. Aug. Homil. 30. inter Quinquag. Tom. 10. col. 491. a. b. Eundem in Psalm. 122. Tom. 8. col. 1450. c. d.

Discordiam

1. Inter amicos & propinquos, Gen. 13. Inter pastores Abrahami & Lothi dissensionem procreavit Avaritia.
2. Baleares populi aureis & argenteis nummis non utuntur in suâ Insulâ, ne discordiis & mutuis insidiis sibi invicem sint obnoxii, Diodor. Sicul. lib. 5. c. 6.

Homicidia.

Hinc latronum avaritia: hinc piratarum classes: Militum sanguinolentia. Hos omnes sola Avaritia animat atque armat.

Immisericordiam.

Ea enim efficit, ut

1. Proximo alimoniam invideamus, Syr. 14, 10.
2. Frumentum non vendamus, Proverb. 11, 27.
3. Debita proximo non remittamus, Matth. 18, 30.
4. Imò nobismet ipsis noceamus, Prov. 11, 5.
5. Proximum deglubamus, Prov. 10, 3. & in terrâ consumamus, Prov. 30, 14.
6. Majorem creaturis irrationalibus misericordiam exhibeamus, quam homini. Nam (α) vestiunt avari parietes suos, & homines nudos relinquunt, Matth. 25, 43. Jacob. 2, 16. ite in pace &c. (β) equos ornant, non homines, non orbos, non Lazarum, Luc. 16. (γ) se solos cibant, seque ingurgitant quotidie, relicto Lazaro paupere & Davide; ut 1. Sam. 25, 10. &c. Nabal. Luc. 16, 21. Dives. (δ) panem putrescere sinunt, quem frangere debebant. Es. 58, 7. Frange esurienti panem &c.

Injustitiam.

Hæc enim summa est in Avaris. Nam (α) violentiam committunt in rapiendo: Illa verò Justitiæ adversatur, quæ suum cuique tribuit. Sic Nabotho vinea erepta est, 1. Reg. 21, 16.

(β) Fallaciam in decipiendo. Hâc mercatores, hâc Institores ut plurimum utuntur.

(γ) Perjurium in excusando pretio rerum vendibilium.

(δ) Dolum in proditoribus & variis avarorum technis, quibus utuntur. Tam verum est, quod dixit Salomon: qui festinat ditari, non erit innocens, Prov. 28, 20.

(ε) Legem naturæ violant. Hæc præcipit, ut quæ nobis fieri velimus, aliis faciamus, Matth. 7. Luc. 6. Sed avarus contra illam legem ad se omnia rapit, nihil proximo relinquit.

(ζ) Legem universalem: quia avari res possessas detinent, ne aliis communicentur; ex quibus tamen alii pariter vitam tolerare possent.

(η) Legibus omnibus contraëunt. Omnes creaturæ suis gaudent legibus: Mare, Nox, Dies, Stellæ, Aqua &c. Solus Avarus conculcatis omnibus legibus in sudorem & sanguinem proximi liberè grassatur.

(θ) Charitatem negligunt, thesauros sibi colligendo, Amos. 3, 10. 11. cujus peccati pœna est Bellum, v. 14. c. 4, 2. 3.

Conscientiæ maculationem.

Allegor. Israelitæ luto & latere Ægyptiorum sese maculabant, Exod. 1, 14. Sic qui in luto divitiarum acquirendo versatur, sine macula esse non potest, Syr. 13, 1.

Secundo: Ratione corporis, & circumstantiarum eidem adjacentium. §. 227

Inducit enim Avaritia corpori

Requietis

Requietis carentiam.

Nunquam enim avarus requiescit: Horat. Impiger extremos currit mercator ad Indos, per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. Suâ sorte contentus non vivit, Sir. 14. 10. cap. 11, 11. cap. 31, 3. Psal. 39, 7. Seipsum impedit & novis subinde curis implicat, divitiarum cùm acquirendarum, tùm metu amittendarum, multùm excruciatus, Prov, 23, 43. Proverb. 28, 20. festinat ditari.

Diocletianus Imperator cùm se imperio abdicasset, nullum dixit vidisse se diem splendidiorem: Sic Avari quamdiu imperio Avaritiæ emancipati sunt, obscuros sibi soles oriri videntur; abdicantes verò sese hoc vitio lætos ire vident dies suâ sorte contenti viventes, Philip. 4. 1. Tim. 6, 6. Tantalo (ut est in Poetarum fabulis) nulla requies est:

Quærit aquas in aquis & poma fugacia captat Tantalus - - - -

Sic avari nunquam quiescunt, opes in opibus quærunt; nunquam tamen requie gaudent exsatiati. Simile: Ut mare amarum nunquam quietum est, Esa. 57. ult. Sic cor Avari amarum odio proximi, 1. Joh. 3, 17. nunquam non curarum variarum Euripo fluctat fluctuatque.

Esuriem & Maciem.

Avari namque vix cibum capiunt ad saturitatem & corporis sufficientiam, Sirac. 14, 11. Prov. 13, 7. cap. 11, 18. neque animo suo saturantur; quin magis eum curis conficiunt: ex quo similiter macies corporis procreatur.

Cordis cruciatum.

Sicut enim spinæ manus puugunt: sic Avaritia cor perpetuò pungit & vulnerat.

Eviscerationem.

Sicut araneus seipsum eviscerat in materiam telæ, quâ muscas capiat: sic Avari curis tandem se totos enervant & eviscerant, ut futiles texant divitiarum telas, ocyssimè morte interveniente rumpendas. Et sicut Israelitæ pro Mannâ vermes colligebant, Exod. 16. vers. 20. Sic Avari nihil nisi vermes colligunt. Hi sunt

1. Mala conscientia, sine quâ opes non colliguntur.
2. Maledictio, quæ malè partas opes dilabi facit.
3. Vermis sinistræ famæ nomina avarorum arrodit: cùm è contra nomen justorum maneat in benedictione, Proverb. 10. vers. 7. Psalm. 112, 2.

IV. Respectu status hominis

In Politiâ sacrâ: Hîc verò Idololatria

Vnitatem spiritualem solvit.

§. 228 Nam vinculum hujus Charitas est; sed Charitatem planè extinguunt Avari, Eph. 4, 3. 1. Joh. 3, 17.

Servitutem inducit.

Facit namque homines servire Mammonæ, Matth. 6, 24. Est verò hæc servitus 1. abjectissima & vilissima: Inservire nempe Creaturæ, Auro, Argento, & non Creatori, Roman. 1. vers. 23. Pœna ejus est dari in reprobum sensum.

2. Laboriosissima: ob perpetuos dolores, curas & angores, quibus occupati sunt Mammonis servi. Vid. suprà.

3. Turpissima: Homo enim ad DEI imaginem conditus, aurum præ DEO amat corruptibile.

4. Damnosissima: Incidunt enim Avari in divitias fallaces, Marc. 4, 19. in laqueos Diaboli, 1. Tim. 6, 9.

5. Absurdissima: quid enim absurdius est, quàm DEO diffidere, qui pascit aves, crescere facit lilia? &c. Matth. 6. vers. 26. 28. 29. 30.

Captivitatem.

Allegor. Nebusar Adan omnes secum divites in Babylonem abduxit, relictis in terrâ Israelitarum pauperibus, 2. Reg. 25. v. 11. 12. Sic

1. In die judicii magnæ hujus mundi Urbis

2. Satan infernalis ille Dux Exercitûs Stygii, Draco ille, Apoc. 12, 9. & Leo rugiens nos devorare volens, 1. Pet. 5, 8.

3. Omnes divites impœnitentes suis opibus confisos secum in æternæ captivitatis vincula abducet, 2. Thess. 1. v. ult. 1. Tim. 6, 9. 2. Tim. 2. ult. demergunt homines in damnationem, & repentino eos exitio mactant, Lucæ 12, 20. 21.

Simile. Ut hostis terram maximè invadit frugibus refertam & segete plenam: sic quoque Avaros maximè invadit Satan bonis hujus seculi repletos: ut facilè eos capiat metu bonorum, quibus confidunt, amittendorum.

Imprudentiam. §. 229

Videlicet 1. Cœlestem Patriam ut spernamus inducendo. Allegor. Israelitarum quidam, pastûs gratiâ, cis Jordanem permanserunt, nec ad terram promissionis venire voluerunt, Num. 32. v. 1. 2. 3. 4. 5. Sic Avari

(1) Invitantur à DEO ad quærendum in cœlis thesaurum, Matth. 6, 20. & divitias veras quærendas, Luc. 12, 21. Et ad intrandum in requiem Domini, Hebr. 4, 2.

(2) Sed pastum hujus vitæ, id est, opes magis diligunt, cor iis appendunt, Psalm. 62. vers. 11. & in incertis divitiis sperant, 1. Tim. 6. vers. 17.

(3) Jordanem crucis & miseriæ hujus vitæ Psal. 84, 7. Act. 14, 22. 2. Tim. 3. v. 12. transire nolunt.

(4) Adeoque cœlestem patriam amore pecoris sui spernunt; sicut Gergaseni factitârunt, Matth. 8, 34. O summam imprudentiam cive cœlestis politiæ omninò indignissimam!

2. Accusationes creaturarum ut floccipendamus. Avarum enim accusat

1. Propria conscientia, Rom. 2, 15.

2. Proximi indigentia, Jacob. 5, 4.

3. Injustitia. Habac. 3, 11. Trabes clamabunt.

Servitii vanitatem.

In hoc mundo. Optimè de his Ecclesiastes cap. 4, 8. Unus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi ejus divitiis, nec recogitat dicens: cur laboro & fraudo animam meam bonis?

§. 229 *Adjuncta & Attributa varia Avaritiæ.*

Est Cœca. Nam 1. avertit oculos à Deo, à mandato ejus, ab exemplo beneficentiæ Dei, Matth. 5, 44. 45. 2. ab homine & ejus dilectione, Syr. 27, 1. 2. 3. non videt insidias Satanæ animam aucupantis.

Inexcusabilis est. Objectiones avarorum confutat Drexel. Tract. 16. p. 502. 510. 513. edit. German.

Latrocinia & homicidia efficit. Ludovicus Arcimboldus tonsori Mediolanensi 300. aureos legaverat. At cum idem civis è morbo convaluisset, ab eodem tonsore veneno extinctus est, ut legati fieret compos. Fulgos. lib. 7. c. 8. memorabil. Exemplorum.

Injusta. Comedens panem iniquitatis, Proverb. 4, 17.

Insatiabilis, Prov. 30, 15. Hirudinis duæ sunt filiæ &c. Hæc hirudo Avaritia est. Fabula: Filiæ Danai vas sine fundo semper implere dicuntur: Filii Diaboli vas cordis sui semper implent; sed frustrà, quia sine fundo est cor avarorum. Est enim insatiabile, ut mare, ut infernus, ut Hydropicus. Mare terminos habet, nox leges antiquas non egreditur: solus Avarus nullos agnoscit terminos, instar fluminis omnia perrumpit.

Ignominiosa & indignissima homine Christiano. *Apophthegma:* Themistocles ad maris littus videns torques, armillas aureas cadaverum, comiti insequenti dixit: tolle, quia non es Themistocles; Senties has auri quisquilias viro sapiente indignas esse. Sic Christianus verus dicat Avaro: tolle has opes, hoc aurum, quia verus Christianus non es. *Ratio:* Pedes nostri calcant terram auri & gemmarum matrem: sic quoque pedibus animi calcare omnes debemus divitias. Et ut oculi faciesque nostra cœlum respiciunt: sic quoque in cœlo thesaurum quæramus, Matth. 6, 20.

Historia. Fabius Legatis aurum offerentib. dixit: Romani non cupiunt aurum habere, sed Dominos auri, qui possident aurum: sic Deus vult nos dominari auro, non ei inservire.

Ignominiosum quoque est filio, si patris beneficentiam non imitetur. Cœlestis Pater noster beneficus est, Matth. 6. non avarus: beneficum ergò sequantur & imitentur filii.

Pauperrima. 1. quia caret avaritia charitate in Deum, quem non verè diligit; in proximum, quem magis defraudat; in se, vel suiipsius, consumit se inanibus curis. 2, caret humanitate, quia avarus non est indutus viscera misericordiæ, Col. 3, 12. 3. caret spe vitæ æternæ, quia spem omnem in terrenis fixit bonis, ut ille dives Luc. 12. Basil. Conc. super verba Luc. 12. Destruam horrea mea.

Stulta. Nam (1) propriam domum avarus destruit, Proverb. 15, 27. (2) opes non juvantes acquirit, Proverb. 10, 2. Psal. 49. (3) innumerabilibus curis se affligit, Psalm. 39. v. 8. Luc. 21, 34.

Tyrannica est. Vide hoc Tit. in similibus.

Turpis. Quia (1) amorem suum rei vilissimæ avarus probat, nempè auro, quod nihil est nisi terra sulphurea. D. Bernhard. (2) aurum ipsi Deo anteponit, Creaturam scilicet Creatori. (3) aurum anteponit homini, qui tamen ad Dei imaginem factus est.

Vana. Nam Avaritiá (1) aliis colligit, non sibi, Eccles. 6, 2. Psal. 39, 8. Eccles. 18, 19. (2) Omnia sunt vanitas. (3) Vanus est divitiarum exitus:

Nam ingrati hæredes congestas opes abliguriunt, te olim Dominum earum in inferno relinquunt. Idem fecerunt quinque fratres divitis illius Luc. 16. Aug. Tom. X. Oper. col. 687. d. 686. a. de vanitate Avarorum consulendus.

Tandem opes diripiuntur, Ezech. 7, 19. 20. nec liberant possessores, Zephan. 1, 18. &c. d. l. Ezech.

Injustas sequitur pœna & ultio Dei, Job. 27, 8. & 17. Prov. 10, 3. c. 11, 24. cap. 15, 27. Amos. 9, 1. Jer. 22, 17. 18. Esa. 5, 8. 9. Jer. 22, 13. c. 31, 13. Ezech. 34, 1. sequent. Hab. 2, 8. Sophon. 3, 1.

Æternæ vitæ privatio, 1. Corinth. 6, 10. Ephes. 5, 5.

Domus propriæ conturbatio, Proverb. 15, 27.

Suimet ipsorum cruciatio, 1. Tim. 6, 10.

Similia varia Avaritiæ & Avarorum. §. 230

Abominatio est Avaritia coram Deo, Proverb. 11, 1.

Ægritudo animæ spiritualis, ex quâ multi homines laborant.

Arx omnium malorum. Sicut enim in arce Dux vel Princeps regnat; sic in avaritiâ tanquã arce sua regnat Princeps hujus mundi Satan, & ex hoc vitio præcipuè homines expugnat.

Adulterium animæ spirituale, quo hæc à Christo sponso suo Ose. 2, 19. recedit, & in Mammonæ servitium se addicit.

Alieni liberi sunt Avari. (1) Divitias præ Deo amando: Non sic genuini Dei liberi, qui spernunt divitias: sic Moses Ebr. 11, 25. (2) Veram adoptionem negligendo: Hæc non consistit in multarum opum possessione, sed in divitiis cœlestibus, Ephes. 4, 5. 6. (3) Orationem postponendo: Nam filii Dei orant, ut liberentur à manu alienorum, Psalm. 144, 7. Confer August. Tom. X. col. 1607. a. Atque Avari ipsi volunt esse liberi alieni, cœlestibus divitiis non contenti, Luc. 12. cum bona Patris cœlestis non quærant. August. Tom. 8. col. 550. d.

Ægrotis similes, qui non agnoscunt se ægrotos esse, tantoque periculosiùs habent. Basil. in Psal. 61.

Aquilæ. Sicut enim Aquila aliquid ex victimis jam oblatis aufert, cui aliquid ignis adhæsit, quò & pullos suos & nidum totum combussit: sic avari ne sacris quidem rebus abstinent, sed eas involant, sicut & alia proximi bona. His tamen omnibus ignis divinæ maledictionis adhæret, qui tandem nidos, hoc est, domus avarorum consumit & simul hæredes atterit, juxta illud vulgatum: De malè quæsitis non gaudet tertius hæres.

Appetentia inexplebilis, in quâ summa est paupertas. Hinc ille: Avaro tam deest, quod habet, quàm quod non habet. Eccles. 5, 10. qui amat pecuniam, non satiatur pecuniâ.

Ascensus gravis est avaritia; & descensus in infernum minimè suavis: non enim opes sine gravib. curis & sudoribus acquiruntur, quibus tamen in retia Satanæ pertrahuntur, 1. Tim. 6, 9.

Asini. Ut si Asinus spongiis onustus per flumen aut mare trajiceret, impletæ tandem spongiæ asinum in profundum traherent: sic quoq; avari (α) spongiis desideriorum onusti sunt; semper enim desiderant. Avaro, ait ille, tàm deest quod habet, quàm quod non habet. (β) transit idem mare hujus vitæ & mundi. (γ) semper attrahit fluxas opum aquas, quæ tandem (δ) avarum in profundum desperationis pertrahunt, vel ad minimùm in magnas tentationum Charybdes, 1. Tim. 6, 9.

Pii verò divitiarum onus gestant, ut sal, quod paulatim liquescit, hoc onus in morte deponunt, terræ relinquunt, & sic liberi ad littus æternæ felicitatis evadunt.

Aucupium Satanæ est Avaritia. 1. Timoth. 6, 9. incidunt in laqueos &c. Infelicissimum sanè, Matth. 16, 26. quid prodest homini &c. Tristissimum: captos enim homines ebrios reddit Satan, 2. Tim. 2. ult.

Aves. Sicut enim Aves visco capiuntur, ne ambulent liberæ, sed ut homini cedant vel in lusum vel in escam: sic avari à divitiis capiuntur, ut harum servi fiant, & ab iisdem instar cibi alicujus demum consumantur.

Bestia inexorabilis. Non enim parcit patri, matri, fratri, viduæ, pupillis, liberis, (quos avaritia in servitutem redigit) veritati (dicit enim falsum testimonium,) memoriæ mortis, quia sic vivit, ac si nunquam moriturus esset.

Belides in inferno aquas semper in vas pertusum infundunt, nihil proficiunt: sic Avari cor habent pertusum, nunquam satiantur.

Canes ossa arida rodunt, suas ipsorum maxillas vulnerant, adeoque proprio sanguine velut pascuntur: sic divitiæ sunt

(α) Aliud nihil, quam ossa arida, quibus vesci avari non possunt.

(β) Seipsos suamque vulnerant conscientiam avari: cùm peccatum non possint vitare.

(γ) Suo sanguine pascuntur, hoc est, se totos consumunt.

Canes quoque ad ventura frusta semper excubant, iisque inhiant: sic Avari.

Corvi rapaces quoque sunt Avari: omnia enim sacra & profana rapiunt.

Currui Satanæ insidentes. Hic currus quatuor rotis vitiorum ducitur: Bernh. Sermon. 39. in Cantic. Canticor.

1. Pusillanimitas. 2. Inhumanitas. 3. Contemptus Dei. 4. mortis oblivio.

5. Jumenta trahentia sunt tenacitas & rapacitas.

6. Auriga ambabus præsidens est ardor habendi.

7. Flagra sunt libido acquirendi & metus amittendi.

Cœci sunt: Augustinus de disciplina Christianâ cap. 1. Avarus cœcus est, quare? quia credit se habere, avarus est: Fides eum divitem facit: At nos fides in Deum & cœli bona verè præstat divites, Luc. 12. Divites in Deo &c.

Cynorexia est appetitus caninus nunquam satiabilis (vid. peculiar. tractat. Medicorum Marpurgensium de illo affectu) sic Avaritia nunquam expletur.

Dæmoniacis similes sunt Avari, seipsos lapidibus cædentibus, vestitis quidem vestibus larvatis, qui obvios proximos graviter lædunt, ut ille Marc. 5.

Ebrii: quibus quò plus das potûs, eò magis bibunt. Basil. homil. in ditescentes.

Febre laborantes, quæ perpetua eos siti torret: sic quoque avaritia inexplebili cupiditate opum nunquam non suos sitire facit. Confer Chrysostomum hom. 64. in Matth. Ut saccus tuus impleatur nummis, tua anima febricitat curis. August. Tom. 10. colum. 685. c.

Fons in se aquas retinens, adeoque putrescere faciens, Chrysostomus. Sic divites avari non permittunt fluere fontes suos, sed eos sibi servant, ad spiritualem animæ putredinem, Esa. 66, 24. Vermis eorum &c.

Fera inexpugnabilis sanè est Avaritia; nisi huic maturè resistas, & fide tanquam hasta eam conficias.

Fermentum 1. omnes status corrumpens. 2. Charitatem abolens. 3. Exemplo suo plurimos depravans, & eodem avaritiæ contagio inquinans.

Febricitanti, qui aquâ se ad mortem ingurgitat: sic avari.

Feræ insuperabili à quâ subinde agitantur, Psal. 39.

Gryphibus quoque similes Avari, qui gemmas in montibus custodire scribuntur, hominesque ab aditu earundem arcere, cùm tamen gemmæ nihil illis prodesse possint, Joh. de S. Geminian. lib. 4. cap. 9. Summæ, de Exempl. Sic Avari gemmas hujus mundi divitiasque custodiunt sibi solis, & alios à communione earundem arcent.

Hamo animarum Avaritiam similem esse, alicubi dixit Augustinus.

Homicidis. Sic Avari homines occidunt (1) quos non pascunt (2) quibus bona auferunt.

Humori

Humori malo, qui oculo influens eum corrumpit: sic Avaritia. Idololatris. V. supra §. Igni inextinguibili. Ut enim ligna augent ignem & consumuntur ab Igne: sic Avaritia tandem absumit hominem. Igni magis excrescenti, cum ligna excepit. Igni magis magisque accenso, quo plura ligna subjiciuntur. Imprudentiæ, quâ fit, ut homines dememinerint illius Christi: Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, Matth. 6.

Insanis, qui pro morbi sui ratione, quævis sibi imaginantur: sic avari aurum pro Deo, damnum pro lucro sibi fingunt.

Judæ proditori; Imò hôc nonnunquam sunt deteriores: Judas triginta argenteis Christum prodidit; Avari vel uno argenteo Christum in membro, vel membris suis produnt.

Laqueus quoque Satanæ dici potest Avaritia, 1. Tim. 6, 9.

Latronibus, qui impune grassantur ad tempus mari, & navigantes bonis spoliant suis: sic (α) mundus & hæc vita mare sunt. (β) navigat in eo proximus tuus. (γ) hunc, Avare! spolias, emungis, divexas, Habac. 1. (δ) Sed tandem capière, bonisque exutus omnibus ad pœnam trahendus eris. Nudus enim, sicut & omnes alii homines, hôc mundô egrediêris.

Lutum tractantibus. Sicut Israëlitæ in Ægypto lutum & lateres tractabant, Exod. 1. Sic Avari aurum, quod nihil est nisi sulphureum lutum, & lateres, hoc est, argentum.

Lupis rapacibus: sic avari rapiunt, quæcunque possunt, & ad vesperam senectutis multò rapaciores fiunt; imò satiari cor hominis avari non potest. Hinc Philippus Macedo adstantes cœnæ Philosophos jussit disquirere, quænam res in mundo omnium maxima esset? Aliis Olympum montem, aliis Solem, aliis Aquam dicentibus, quidam rectè dixit: Cor hominis esse, quod nulla re exsatiari possit. Ita quoque se habet rapacissimum illud cor Avari.

Μαλακίᾳ laborantibus: Hi enim ob stomachum male dispositum sicut & jecur cibum ingestum male concoquunt, & inæqualiter distribuunt; sic Avari 1. opes suas per fas nefasque corradunt. 2. easdem inæqualiter distribuunt; imò vel apud se solùm quiescere volunt, neque in proximorum commoda & utilitates suas conferunt divitias.

Mari, è quo proditio, homicidia, fallacia, perjuria, inquietudo, obdurationes cordis contra misericordiam oriuntur, Gregor. Quod nunquam est quietum, Chrysost. homil. 36. in Matth. 26.

Matrem transgressionis quoque Basilius Avaritiam esse dixit, Homil. de Avaritiâ.

Mercenariis: qui enim sese Avaritiæ dedit, è cultore Dei fit mercenarius, solùm spe lucri temporalis ductus & impulsus, August. Tom. 8. Colum. 551. a. b.

Messoribus infelicibus: Avari seminant hâc in vita cum lætitia, & opes suas congerunt, congestis gaudent, Luc. 12. Psalm. 49. Sed in alterâ vitâ cum dolore corruptionem & damnationem metent. Contra: Pii Christiani seminant in lacrymis, & cum gaudio metent, Psalm. 126. vers. 5. 6. vitam æternam, Gal. 6, 9.

Morbosis. Non enim uno laborant morbo Avari: Nam 1. cor eorum corruptum est, quò corrupto membra quoque corrumpuntur omnia: Oculi, ne videant proximi egestatem: manus, ne dent proximo, sed potius injustè rapiant: sic Gehasi cor & manus corruptissima fuerunt, 2. Reg. 5. Chrysost. in cap. 12. Joh. fol. 64. B. C. D.

Imò ex (1) Incredulitate quid edemus? Matth. 6. (2) Tentatione Dei. (3) πλεονεξίᾳ, Proverb. 27. (α) apud eum qui caret liberis & fratribus: pro se tantum animi angitur, Ecclesiastæ 4. (β) apud eum, qui voluptati litat, superbiæ, luxui, comtui. So viel muß ich haben zu verzehren. Wucher. Schinder.

2. Morbum quoque non sentiunt, etsi summus sit.

Navigantibus imprudenter, qui fæcibus totam sentinam impleri & aquam bibere tantisper permittunt, donec ipsa navis mergatur: sic Avari cordis navigium injustè partis bonis onerant, quæ illos tandem in exitium æternum pertrahunt: nam in ipso portu velut naufragium faciunt. Vid. Gregor. Nazianz. homil. 2. in Julian.

Nebulæ: quæ radium divinæ doctrinæ intercipit, Chrysost. hom. 21. in Matth.

Nubibus sterilibus: sic quoque Avari nullam liberalitatis pluviam demittunt in proximum.

Obsessis à Satana. Vid. supra.

Odori turpi, qui sues trahit.

Oneratis magnis oneribus ac curis. Vid. Pheraulæ responsum apud Xenophontem libro 8. Pædiæ Cyri, aulico Persico, Sacæ datum.

Pardis truculentissimis obvia quævis diripientibus: sic quoque Avari.

Peregrinis imprudentibus, qui sibi in aliena terra magnificas domos extruunt: sic Avari magna sibi pollicentur, domos & palatia extruunt, Psal. 144. Et tamen peregrini sunt. Exeundum est illis hâc terrâ.

Hinc olim Ægyptii habitationes suas non magnificè condebant, quod hospitia solùm essent: Contra sepulchra modis quibus poterant omnibus ornabant, quod illa essent domus perpetuæ.

Piscibus majoribus, qui minores devorant. Basil. homil. 7. Hexaem.

Pestis quoque contagiosa est Avaritia. *Historia.* Cum miles quidam in templo Apollinis Babylone arculam auream visitasset, ingens exinde pestis orta totum penè orbem implevit, Baron. Tom. 2. Annal. folio 179. num. 20. 25. Sic Avari dum arculas servantes aurum quærunt, pestem sibi contrahunt, pestem scilicet malum illud, quod totum orbem implet.

Purgatorium sive ignis purgatorius, in hac vita perpetuò crucians hominem, eundemque tandem æterni ignis supplicio mactans.

Radix mala es, ô Avaritia, producens pessimos fructus!

1. Erga Deum

1. Incredulitatem. Matth. 6. v. 30. ô increduli!
2. Diffidentiam.
3. Defectionem à Deo ad creaturas.
4. Rerum cœlestium fastidium, Philip. 3. v. 19. 20.
5. Verbi Dei suffocationem.
6. Maledictionem.
7. Thesaurorum verorum contemptum, Matth. 7.

2. Erga Homines

1. Immisericordiam; ergò eos manet judicium, Jac. 2, 13.
2. Invidiam & odium: Nullis enim benè cupiunt, nisi sibi solis.

3. Erga seipsos

1. Inquietudinem, Psal. 39, 8.
2. Cor furtivum & rubiginosum, venenosum.
3. Impletum putribus cibis & cœlestem panem evomens, Job. 20, 14.
4. Multis doloribus refertum.
5. Tentationibus Satanicis obnoxium.
6. Interitum, Prov. 11, 29. Huc spectat currus à D. Bernhardo descriptus, cui insidere avaros docet, suis equis instructus, Serm. 39. in Cantic. Canticorum.

Raptor quoque est Avarus: nam rapit 1. Deo honorem suum, Job. 31, 25. 26. 27. 28. 2. proximo amorem, cui minimè suis servit divitiis. 3. sibi ipsi dilectionem; non enim se diligit, sed odit, & perpetuis se conficit curis.

Samaritanus. Sicut enim Samaritani olim in utrumque latus claudicabant, & vero & falso Deo servire conabantur, 2. Reg. 17. Ita & Deo & Mammonæ tutò se posse præstare cultum, opinantur Avari; sed à Christo refutantur, Matth. 6, 24. Non potestis Deo & Mammonæ servire.

Servus. Vid. suprà Titulo hoc. Adjuncta Avaritiæ.

Somnians. Sicut enim pauper in somno sibi multas putat esse divitias; evigilans nihil habet: sic avari morituri multa se habere putant, sed evigilantes à morte omnium pauperrimi sunt: nudi, quia nudos non vestierunt; esurientes, quia esurientibus cibum non dederunt, Matth. 25, 42. &c.

Seminans inter spinas: spinæ hæ sunt 1. Aculei conscientiæ, quibus subinde avarus pungitur. 2. Gemitus piorum, quos tandem Deus exaudit. 3. perpetuæ illæ curæ, quibus angitur Avarus. 4. Membra vulnerantes, ne Christo serviant. Ita Juvenis ille Avarus oculos, pedes, omnia membra à Christo avertebat & tristis abibat, Matth. 19.

Stercus est Avaritia, quod cor tuum, ceu fontem, protinus fœtentem & impurum reddit & fœtorem spirare facit.

Talpæ non nisi terrâ delectantur: sic Avari opibus comparandis.

Tinea. Sicut enim tineæ injustè domos suas occupant & ligna exedunt: sic quoque Avari proximi bona exedunt, inque iis lares suos figunt, modò agros, modò ædes, modò merces ad se pertrahunt.

Toxicum charitatem planè extinguens erga proximum.

Tyrannus suos premens subditos durissimo jugo. Sic Avarus instar Tyranni premit suos 1. fame, laboribus, vigiliis, itineribus cruciando. 2. corda suorum viva quasi comedendo & perpetuis curis exedendo. 3. Semper premendo instar lapidis Sisyphi. 4. Semper torquendo: sunt enim divitiæ spinæ, Luc. 8. quæ nunquam non pungunt.

Thesaurus iræ, qui cum thesauro pecuniæ cumulatur.

Tenebræ. Obsederunt animum tuum sterilitatis tenebræ, & recedente inde lumine veritatis, carnale pectus alta & profunda caligo cœcavit, ait Cyprian. Serm. 1. de Eleemosyn.

Trasyllus quoque Aronensis figuram gerit Avarorum. Hic enim opinabatur, omnes naves in Piræum appellantes suas esse; sed postea à Medicis sanatus resipuit: Sic Avari putant omnia bona sua esse, ad se solos spectare. Medico hîc opus est, qui dicat illis: Nihil in mundum intulistis, ô Avari! nihil è mundo auferetis: vestra non sunt, quæ possidetis.

Ventus sicut omnia in mari turbat: sic Avaritia omnes status perturbat, omni ordini justitiæ adversatur.

Vinculis captivi constringuntur: sic Avari compedibus Satanæ & voluptatum variarum, 1. Tim. 6, 9.

Venatio Diaboli, in qua multos capit.

Umbram qui captant prensare, stulti omninò censentur: sic Avari non opes sed opum umbras prensant, Deum verum Aurum, Job. 22. vers. 25. Christum veram Margaritam, Matth. 13. Cœlum optimam possessionem negligunt, umbrarum servi sunt. Vid. Tit. Divitiæ.

Ulmus arbor sterilis & foliis rara: sic Avari steriles sunt bonorum operum, & foliis virentibus beneficentiæ erga proximum penitus destituuntur. Sic Luc. 16. Dives ille sterilis erat erga Lazarum.

Fructus & Consequentia Avaritiæ. §. 231

Varia hæc sunt: Ex his quædam annotabimus: Itaque Avaritiæ consequens est

Respectu Dei: Ejus offensio, dum in omnia Dei præcepta peccant. In I. Idololatriâ, Job. 31, 24. Col. 3. v. 5. In II. Execrationibus. In III. Amos. 8, 6. Matth. 13, 22. In IV. Prov. 30. In V. pauperes occidunt, Psalm. 10. v. 9. Mich. 7, 2. Genes. 31, 15. Ezech. 18. v. 12. Judic. 9, 5. 1. Macchab. 16, 16. In VI. Ephes. 5. v. 5. In VII. Job. quia peccatis sibi ædificant domos, Jer. 22, 13. 14.

Angelorum bonorum fugatio.

1. Fugiunt enim Avaros, & mali Angeli

eorum loco succedunt: sine dubio avarum Nabalem Deus per malum Angelum punivit, & mortem eidem intulit, 1.Sam.25,2. Quid? quòd sanctis Angelis nullum esse possit cum Idololatris (sunt verò avari Idololatræ. Vid. suprà.) commercium. 3. Immisericordes sunt Avari; misericordes Angeli: nulla ergo inter hos & illos poterit esse amicitia.

II. Respectu proximi, gemituum & lachrymarum procreatio. Chrysost. hom. de Avaritia docet, pios arma habere contra Avaros, nempe gemitus, lachrymas & preces.

Allegor. Aquæ in Ægyptiorum manibus in sanguinem vertebantur, Exod. 7, 19. Divitiæ sunt fluxæ & instabiles aquæ: hæ in divitum manibus sanguis fiunt, hoc est, sanguineas proximi lacrymas efficiunt, ut hæ ad Deum clament & vindictam exigant: sic Avari Ægyptii Israëlitas torquebant, Exod. 1. v. 11.

Odii excitatio, Prov. 11, 26. c. 20, 23.

III. Respectu ipsius Avari

1. Paupertas & spoliatio bonorum male raptorum, Proverb. 21. v. 6. Syrach. 21. v. 5. Rapina thesaurorum, Jerem. 51, 13. Item perpetua solicitudo, Job. 20, 11. 12. Psalm. 39. Prov. 12. v. 25. Omnium malorum cumulatio, Prov. 28, 22.

2. Inopinatus & tragicus vitæ exitus, in quo tria: (α) Avarus cum dolore & invidia vitam claudit. (β) Conscientiâ pungitur mille vulneribus confectâ opum male partarum. (γ) Gaudio frustratur, quod conceperat, Luc. 12. v. 20.

3. Post mortem. Bona ejus intereunt, Job. 15, 29. 30. 31. c. 20. v. 10. 21. c. 27, 16. 21. Ps. 37, 16. 17. Ps. 62, 11. Prov. 11, 18. Syr. 5, 10. c. 21, 9. Simile: sicut pluvia post tonitru, Syr. 41, 13. Sicut Aqua in stagno retenta putrescit.

Væ æternum trahit secum Avarus, Esa. 5, 8. hoc est, damnationem. Crates Philosophus massâ auri in mare projecta dixit: Mergam te, ne mergas me. Quod si avari aurum suum mersissent, hoc est, cor ei non apposuissent, Ps. 62, 11. non fuissent mersi.

Filiis & cognatis in malum cedunt, Ps. 109, 10. 11. 12. 13. Job. 5. vers. 4. cap. 17. v. 5. cap. 20. v. 10. cap. 27. v. 1. 15. Prov. 3, 33. Habac. 3, 9. Syr. 42. v. 10.

4. In Judicio ultimo summa Avaros obruet ignominia, quod aurum periturum jam mundo combusto plus dilexerint, quàm Deum, quàm hominem proximum, non auro sed sanguine Filii Dei emptum.

5. In inferno sera pœnitentia. Putabat dives se benè facere; sed in inferno invenit se male fecisse, ait Augustinus Tom. 8. col. 461. a. Sic quoque Avari. Averte oculos meos, ô Domine! ab avaritia, ut te solum quæram, qui solus es bonus, cùm omnia in te bona sint.

§. 232 *Exempla eorum, qui Avaritiam vitârunt.*

Elisæus noluit pecuniam accipere à Naamano, 2. Reg. 5.

Samuel sprevit munera, 1. Sam. 12. Syr. 40. Daniel Propheta cap. 5. Munera tua sint tibi & dona tua, &c.

Petrus & Johannes Apostoli respuebant accipere aurum à Simone Mago, Act. 8. Bartholomæus Apostolus Camelos auro onustos, quos dono offerebat Polemus Rex Indiæ, Marulus lib. 1. cap. 7. de instit. benè vita. Rumpelog. p. 34. Figur. Bibl.

S. Paulus divitiis colligendis minimè intentus fuit, 1. Thess. 2, 5. sua non quæsivit, sed quæ sunt Jesu Christi, Phil. 2, 21. sorte sua vixit contentus, Phil. 4. v. 11. 1. Tim. 6, 6.

Exempla Avarorum
Sacra.

Achan, Jos. 7, 1. Giezi, 2. Reg. 5. Nabal, 1. Sam. 25.

Principes Israel, Es. 1, 23. Ezech. 22, 12. Felix, Actor. 24. v. 26. Pharisæi, Matth. 15, 5. cap. 23, 16. Marc. 7, 11. Luc. 11, 42. c. 16, 14.

Seleucus Philopater, Dan. 11, 20.

Israëlitæ, Amos 3, 10. Mich. 2, 2. cap. 3, 11. Habac 2, 5.

Ethnici, Rom. 1, 29.

Homines ultimorum temporum, 2. Tim. 3, 2. 2. Pet. 2, 3. Epist. Judæ v. 11.

Profana.

Pygmation Rex Tyri Sichæum, sororis suæ Didonis maritum, interfecit, ut ejus auro potiretur.

Simonides duas areas habebat, alteram gratiarum, alteram pecuniæ.

Achilles Avarus cadaver Hectoris Priamo venale exposuit, Virgil. lib. 1. Æneidos.

Cæsar in Hispania non unum prodidit avaritiæ exemplum in expilandâ illâ.

Caligula vectigalia nova & inaudita exercuit.

Sergius Galba civitates Hispaniarum immensis tributis oneravit.

Flavius Vespasianus ejusdem criminis accusatur ob revocata vectigalia. V. Eutropium.

Domitianus & vivorum & mortuorum bona deprædatus est.

Martinus Pontifex crudos pisces domesticis dari voluit, ut oleo parceret.

C. Marius divitiis plures æquans Reges, de paupertate tamen insulsè questus est sub finem vitæ, apud Plutarchum.

Aulus homo tenax recens natam filiolam, in quam sumptus se plurimos facturum esse calculo subduxerat, in præterfluentem aquam projecisse dicitur.

De avaritia plura apud Ludovic. de Utino Serm. 16. Cassianum libro 7. cap. 6. Collat.

Caliphus, Saracenorum Rex, captus ab Allaw Tartarorum Rege, ab hoc in turrim, quam auro gemmisque ferè effarserat, conjectus his verbis (Satia te his divitiis, quarum nunquam satur fuisti) fame misere periit.

Mauritius Imperator Græcus avaritia sibi suisque mortem acceleravit, orta ex ipsius tenacitate rebellione, Munsterus libro 5. Cosmograph.

Confer Prompt. exemplor. ad 7. præcept. fol. 447. Meiger. fol. 1198. Nuclei histor.

Quot modis peccent Avari?

§. 33 1. Desiderando aliena: sic Nabothi vineam Achas, 1. Reg. 21.

2. Retinendo aliena, eaque non restituendo, ut Gehasi, 2. Reg. 5, 20.

3. Acquirendo aliena per fas & nefas, & superfluam pecuniam & opes per injustos contractûs.

4. Præferendo bona temporalia Dei mandato.

5. Opera misericordiæ negligendo, & proximum in egestate non sublevando. Sic Nabal, 1. Sam. 25. Luc. 16. Ezech. 16. nec justè remunerando, Jer. 22, 13.

6. Sibiipsis subtrahendo, ita ut ne quidem necessaria corpori suppeditent, sed genium defraudent suum, Eccles. 4, 8. c. 6. v. 7.

7. Munera accipiendo & justitiam negligendo, 1. Sam. 8, 3.

8. Actus omnes vitiosos præcepto quinto & septimo contrarios committendo. Defraudare proximum, Ezech. 22. vers. 12. & 13. Occidere, Ezech. 22, 27.

9. Temporalia amori Dei longè præferendo.

10. Thesauro sibi colligendo; non ut egestatem propriam arceant aut alienam, sed ex inordinato habendi appetitu.

11. Curis sese macerando in futurum, Deo que non confidendo.

In Clero.

1. Sacerdotia & dignitates appetendo, ut suis voluptatibus indulgeant homines, Ezech. 22. v. 25.

2. Simoniam exercendo. *V. Simonia.*

3. Non erogando bona superflua in pauperes, Ambros. Aurum habet Ecclesia, non ut servet, sed ut eroget.

Remedia opponenda Avaritiæ.

§. 234 1. Christi paupertas nobis sit exemplo: hanc testatur Christus præsepio, pannis, fasciis, loco tenui, non augusto: amavit paupertatem, contempsit divitias: pauper Maria, Luc. 2.

2. Animæ pretiositas redemptæ Christi sanguine: Ergo cave eam perdas ob fluxas divitias, Matth. 6.

3. Turpis servitus præstita opibus, Matth. 6.

4. Philosophi Ethnici contempserunt divitias: quantò magis Christiani.

5. Impossibilitas serviendi duobus Dominis, Matth. 6.

6. Turpe fastidium est bonorum cœlestium & amor terrestrium: melius Apostolus Phil. 3, 20. nostrum πολίτευμα &c.

7. Tortura animæ perpetua, Ps. 39.

8. Αὐτάρκεια optima virtus, libera est ab omni invidia, 1. Tim. 6, 6.

9. Hydropicus morbus potu non satiatur: sic nec Avaritia.

10. Stultitia appetere terram & aurum, & amittere cœlum; parare opes hæredibus ingratis, prodigis.

11. Impietas. Ambros. Esurientium panis est, quem tu detines; & nudorum vestimentum est, quod tu recludis; & miserorum redemptio est & absolutio pecunia, quam tu in terrâ defodis.

12. Ingratitudo. Deus tibi omnia dedit, & tu ei non vis reddere Eleemosynam? Matth. 25, 40. Mihi fecistis.

13. Negligentia occasionis benefaciendi, quæ solùm est in hac vita, Gal. 6, 10.

De Avaritia lege porrò, sis, Cypriani Epistolam ad Donatum circa finem. Eundem lib. 3. ad Quirin. cap. 41. & Epistola 104. Eundem serm. 1. de Eleemosynâ.

Chrysostomum serm. de malis à nobis avertendis. Ejusdem serm. de Avaritia, homil. 29. in Matth. ubi hypotyposin hominis avari inducit, mirè illius mores exprimentem. §. Fingite vobis videre &c.

Basilium M. Orat. 6. inter moral.

Gregorium Nazianz. Homilia de amore pauperum.

Salvianum Massiliens. lib. 3. de Avaritia.

Ambros. lib. de Naboth. cap. 14.

Dionys. Carthusian. Epistola contra Avarit. Tom. 2. Francisc. Petrarcham de fugiendâ avaritia. Præprimis & D. Luth. in Judic. octav. Tom. Jen. vernacula lingua conscriptorum. V. Geiz.

AUDITOR. *Confer Discipulus.*

§. 235 Est omnis ille, qui divino sermone imbuitur à ministro verbi, 1. Tim. 4. v. ult. qui te audiunt. Gal. 6. v. 6. ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον.

Eorum Nomina.

Dicuntur idiotæ 1. Corinth. 14, 16. sedentes 1. Cor. 14.

Grex, 1. Pet. 5, 13. vulgò Laici: de qua voce infra V. Laicus.

Quotuplices?

1. Quidam Auditores sunt spongiæ similes, omnia bona & mala suo modo attrahentes: Bonis non utendo: Malis, quæ audiunt, ad licentiam abutendo.

2. Clepsydræ, una aure aliquid accipientes; altera v. effluitare permittentes. Hi sunt qui audiunt & non faciunt, Matth. 7, 26. Jac. 1, 22.

3. Succo fæcum qui bonum vinum sinit effluì & fæces retinet. Bonum vinum verbum Dei est, Zach. 9, 17. fæces sunt peccata & securitas, Jer. 48. v. 11.

4. Cribro, quod bonam farinam retinet & paleas rejicit: Hoc ultimum genus auditorum bonum est; Si verò omne bonum ex toto, instar spongiarum, imbibant, & malo aures non dent, omni omninò laude dignissimi erunt, Hebr. 6, 7. Confer Luc. 8. ubi Christus quatuor genera auditorum facit: primum, quorum corda ad viam posita sunt, in quibus seminatur semen, v. 5. Secundum, quorum corda petrosa sunt, v. 6. Tertium, quorum corda spinosa sunt, vers. 7. Quartum, quorum corda sunt bona terra, v. 8. Hæc latius explicat Christus d. l. v. 9. usque ad 15.

Officia bonorum auditorum & vitia contraria.

Ea hîc strictè considerantur: Nam de officiis communib. omnibus Christianis suis locis docebitur. Inter hæc pietas locum principem obtinet meritò, quæ circa Dei verbum versatur.

(1) Cir-

I. Circa Dei verbum: *Velocitas* audiendi, h. e. diligentia ob medium, Jac. 1, 19. Velox sit ad audiendum, audiet quæ bona sunt, Phil. 4, 2. Ob causas: (1) quia auditus est sensus disciplinæ, Prov. 1, 5. Ergò oportet eum, qui discere vult, audire promptum & alacrem. Huic opponitur auditor incircumcisarum aurium, Jer. 6, 10. Actor. 7, 54.

(2) Ob officium: discipulorum est audire, audita discere & cognoscere. Jam nos omnes Christi discipuli esse volumus, Joh. 13, 13. & sumus Christo in disciplinam traditi per baptismum, ut discamus, Matth. 28, 19. docete: & doctrinam, Rom. 6, 17. Cognoscamus igitur Doctrinam Christi, Joh. 8, 31. discamus ex eo, Johan. 6, 45.

(3) *Ob periculum* multiloquii: præstat enim ad audiendum velociorem esse, quàm ad loquendum; nam in multiloquio peccatum est, Proverb. 10, 19. Jac. 3, 5. & in linguâ incendii periculum, d. l.

(4) Ob Dei exemplum, qui ipse pauca loquitur: Brevis Lex, breve Evangelium.

(5) Ob indecorum. Garrulitas enim propria est fœminarum, stultorum, puerorum.

(6) Ob naturæ indicium: Illa enim unam linguam dedit, duas aures.

(7) Ob prudentiæ effectum: est enim prudentiæ, pauca loqui, Proverb. 17, 27. c. 29, 20. Syr. 21, 29.

(8) Ob commune omnium sapientum Judicium, qui velocitatem in loquendo improbant: Ad audiendum igitur alacres velocesque simus, Syr. 6, 18. Prov. 20, 8.

Luc. 8. v. 8. qui habet aures ad audiendum, audiat. Item, Apoc 2, 17. Qui habet aures, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis! & qui legit ut intelligat, Matth. 24.

§. 236 *Quos debeant audire?*

Fideles Doctores à Christo missos, Matth. 10, 16. 1. Cor. 4, 1. Ephes. 4, 11, 12. non verò schismatum autores, Rom. 16, 17. non peregrinos, Joh. 10, 5. non perversores, Gal. 1, 7. non canes, Phil. 3, 2. 3.

Quòd si audiant aliquando mercenarium, Joh. 10, 5. non tamen audiunt perseveranter.

1. Nam tandem recedunt ab eô oves.
2. Communiter oves dicuntur omnes auditores, Joh. 10.
3. Reduplicativè: quatenùs veræ oves sunt, non audiunt.
4. De jure loquitur Christus, non de facto. Contingit enim aliquando pro pastore mercenarium obtrudi, quem tamen auditores audiunt: neque enim dignitas & efficacia ministerii à personâ dependet ministrantis. Sacras Scripturas legere, exemplo August. Sabellicus lib. 2. c. 7. Paulum & Esaiam diligenter legant. Confer Zwinger. fol. 3822. Theatri.

Huic officio multa opponuntur vitia & actus vitiosi, ut

1. Repellere Dei Regnum, Act. 13, 46. id fit incredulitate hostili.
2. Contradicere Deo, Esa. 65, 2. 3. consilium ejus spernere, Prov. 1, 30. Luc. 7, 30. & quidem in propriam animarum perniciem, dict. l. *Adversum semetipsos* contemnere ministros, 2. Chron. 30, 10.
3. Vocantem non audire, Prov. 1, 25. imò prohibere, ne doceat (Amos. 2, 12.) minister.
4. Nolle colligi à Christo, Matth. 23, 37. sub alas nempè gratiæ.
5. Resistere S. Spiritui, Act. 7, 51. resistentiâ hostili, persequi ministros, Matth. 10, 23. occidere, Matth. 22. c. 23. Marc. 6.
6. Non recipere charitatem veritatis, 2. Thessal. 2, 11. hoc est veritatem charam, quæ nobis chara esse debet.
7. Obturare aures, Psal. 98, 5. Instar viperæ, Ps. 58, 5. Palamnem aspidem intelligunt Aug. Euthymius, Gen. 7.
8. Non audire, Jer. 44, 16. Dan. 9, 5. Hæc omnia unici vocabuli ambitu comprehenduntur, nempe inobedientiæ, 1. Samuel. 14. v. 23.
9. Et aspernari veram doctrinam, eamque sibi prædicari nolle, Esai. 30, 10. 12. Rejiciunt verbum Domini.

II. Amor erga Dei verbum, Ps. 26, 8. & 84. 2. 3. 4. qui facit, ut verbum suscipiamus, Jac. 1, 21. Prov. 4, 4. Huic opponitur odium doctrinæ, Prov. 1, 22. & nominis Dei: spreti conventus & congregationes fidelium, Hebr. 10, 25. Neglectus templorum, in quibus Dei verbum prædicatur. *V. suo loco V. Templa.*

Erga sapientiam revelatam illam, 1. Cor. 1, 19. 20. Rom. 16, 26. Eph. 3, 10. Ut terrenorum thesaurorum, sic divini verbi simus cupidissimi. Chrysost. homil. super Orat. Annæ.

Opposit. odium sapientiæ divinæ, Prov. 1, 22. & 7. & indulgere stultitiæ, ibid. Irrisione delectari, d. l. 2. Pet. 3, 3. ejusmodi homines Empæctæ vocantur. Tædium divini sermonis. Non sic populus ille perseverans apud Christum, Matth. 8. item Marc. 8. in deserto.

Amor sapientiæ humanæ & carnalis: Hoc amore dementati sunt Corinthii, 1. Cor. 1. & capitibus seq. Contra hanc sapientiam D. Jacobus disp. cap. 3, 15. 16. vid. suo loco Titul. *Sapientia.* Amor mendaciorum, Ezech. 15, 19. Ps. 4, 3.

III. Reverentia & Obedientia; ne falsum verbum pro vero suscipiant, adeoque in majestatem verbi divini impingant: sic Jehu peccavit, 2. Reg. 10, 29. sed recipiant devotè ut Dei verbum, 1. Thess. 2, 13. Joh. 17, 8. receperunt sermonem. Huic opponitur, ambulare (1) in consiliis suis, Ps. 81. 13. in viis suis, Act 14, 16. malis, Esa. 54. Gen. 6. id est, verbo Dei præferre cogitationes cultus electitii & securitatis, quibus sibi ipsis homines imponunt. Dicere item: Nolumus, Jer. 6, 17. 18. 19. c. 44, 16. c. 7, 13. & 24. nolle inclinare aures, d. l. non respondere, dict. l.

(2) Cor obfirmare instar Adamantis, Zach. 7, 12. i. e. non curare Dei verbum, neque ejus attendere Majestatem, cùm nullus non auditorum cogitare debeat, esse hoc verum Dei verbum, omni reverentiâ suscipiendum, 1. Thess. 2, 13. Verbum Dei viventis, Joh. 6, 69.

3. Externâ vi prohibere, ne quis prophetet, Amos. 2, 12. Ne prophetetis, 2. Reg. 22. Achab non vult loqui Michæam Prophetam, Jer. 44, 16. Non volumus facere juxta tuû verbum Dei.

Atque huc spectant quævis violentiæ, liberæ elenchi prædicationi & usui oppositæ, & colore publicarum turbarum fucatæ, eo fine, ut adversarii veritatis liberè irrepant in Domini vineam.

IV. Intentio. Hæc verò illa habet requisita: 1. ut sit in praxi directa, nempe, ut facere velimus, quæ nobis Dominus præcepit, Jacob. 1, 22. ne paralogismum committamus, ibid. Id. Prov. 3, 21. hoc est, non dimittere sapientiam ab oculis. V. Paralogismus.

2. Universalis, ut omnia, non quædam, facere velimus quæ Deus vult, Deut. 5, 33. Jer. 42, 3. 5. 6. Jac. 2, 10. ut toto corde faciamus.

3. Seria & obstinata, instar voti & juramenti, Psal. 119, 60.

4. Ardens & properans, ne tardemus, Psal. 119. v. 60.

5. Pia & Dei gratiæ soli innixa, non viribus liberi Arbitrii, 1. Thessal. 1. v. 5. 1. Cor. 2, 14. Solus enim Deus aperit oculos, aures, corda mollit.

6. Sedula & renovanda, quoties Dei verbum audimus, Psal. 27, 8.

7. Continuanda denique per assiduam meditationem, Ps. 1, 2. Ps. 119, 15. 109.

V. Hanc sequitur Attentio, quæ suadetur ab utili effectu: Quia alacritas auditorum excitat ministrum verbi, Chrysostomus Tomo 1. in Genes. fol. 5. lit. Debet autem ea esse 1. Religiosa, considerans Dei mandatum & voluntatem, qui vult verbum audiri, atque per hoc efficax esse, Esa. 55, 10. Itaque bono & candido animo Adfinius olim apud Græcos in sacris solennibus præfatus dicebat: Quis hic? Qui intererant sacris? respondebant: πολλοὶ ϗ ἀγαθοὶ, multi & boni, Alexander ab Alexand. lib. 4. c. 17. O utinam sacris intersint concionibus & multi & boni! multi, exemplo populi, Marc. 8, 1. Boni, exemplo Ecclesiæ Cornelianæ, Actor. 10, 44.

2. Singularis: Dei enim verbo attendere debemus, non hominis, Actor. 10, 33. Judic. 3, 29. 1. Thessal. 2, 13. Deut. 32, 46. 47. Esa. 11. neque pro more solùm Dei ædes visitandæ; sed ex amore, Ps. 26, 8.

3. Actuosa, profluens nempè ex actu timoris & reverentiæ Dei exercito, Esai. 50. v. 10. 1. Thess. 2, 13.

4. Præparata fide & precibus, Exod. 19, 10. 11. Eccles. 5. v. 1. Huc spectant hæ phrases: suscipere sermonem sapientiæ, Proverb. 4. attendere, Proverb. 5, 1. Cor inclinare diligenter, Prov. 24, 1. 2.

VI. Meditatio, Deut. 6. v. 4. 5. 6. 7. Tertullian. lib. de Resurrect. carnis: Sermo (igitur) Dei in causâ vitæ appetendus, auditu devorandus, intellectu ruminandus, fide digerendus est: Hæc ille. Vid. plura Titul. Meditatio, & Titul. Sacra Scriptura.

Alii sic efferunt, audiendum esse Dei verbum. Ut os corporis recipit cibos ad alimoniam: sic cor est animæ os, recipiens escas doctrinæ ad vivificationem, Hilar. in Psalm. 118.

1. Diligenter, ut animo præsenti simus, verbo auscultantes, ne cor nostrum longe sit à Deo, Esa. 29, 13. non aliorsum oculos flectamus, non rideamus.

2. Reverenter: est enim verbum Dei sermo vitæ, Joh. 6. v. 69. & potentia ad salutem omni credenti, Rom. 1, 16. Est currus spiritualis à cœlesti Josepho missus, ut nos à fame hujus mundi ad se trahat, Gen. 45, 21. Famelica terra mundus est, Psal. 63, 2.

3. Intelligenter, 1. Cor. 10, 15. 16. Judicate vos ipsi quæ loquor. Hinc toties mentio fit intelligentiæ spiritualiter, Eph. 1, 8. Col. 1, 9.

4. Libenter, cum summâ animi voluptate. Ps. 1, 3. in Lege Domini voluptas ejus. Psal. 122. Gavisus sum in his quæ dicta sunt mihi.

5. Utiliter: id fiet si ad quinque usus omnia referamus, nempè ad Doctrinam fidei veræ, ad refutationem falsæ, ad hortationem virtutis, fugam vitiorum & consolationem animarum, Rom. 15, 1. 2. 2. Tim. 3, 16.

Meditationi subjicitur Repetitio: De quâ Chrysostom. Tom. 1. fol. 2. lit. M. monet, conciones post cœnam repetendas esse, Deuter. 6, 6. 7. Huc spectant phrases: non oblivisci legis Dei. Conservare verba omnia in corde, Luc. 2, 51. Etiam inter medias tribulationes ea recipere, 1. Thessal. 1, 6. Philip. 3. v. 1. Eadem scribere vobis, me quidem haud piget: vobis autem tutum est. Sibi ad cor revocare Dei verbum, Jerem. 9, 12. Plato Epist. 2. etiam cùm eadem doctrina sæpè repetitur, & multis annis auditur, vix tamen ut aurum perpurgatur cum magnis exercitiis.

Epictet. doctrina non potest radices agere in animo, nisi quis eadem ab aliis & audiat, & ipse dicat, & transferat ad usum.

VII. Verbi auditi expressio, quæ fiat ipsa vitâ & conversationis sanctimoniâ, (alias obedientia dicitur) de qua suo loco, Jacob. 1, 22. Factores sitis sermonis, Matth. 7, vers. 21. Non omnes qui dicunt: Domine, Domine, &c. Joh. 13, 17. Hæc si sciveritis, beati si feceritis.

Allegoriæ. §. 237

In sancto candelabro flores erant, Exod. 25, 31. omnes pii auditores sunt (1) Dei candelabra, accensa oleo & igne spiritus. (2) Hi lucere debent non tantùm luce sua, Matth. 5, 16. sed & (3) spargere debent odorem bonorum operum, instar liliorum & florum. Cant. 1, 3. Nomen tuum est instar Unguenti: sic quoque vita nostra oleat benè. Oleum bonum. Matth. 5. Lux vestra.

In eodem candelabro rotundæ erant sphærulæ. Hæ significare possunt, quod auditorum animi piorum rotundi esse debeant, ut minima sui parte terram tangant, aut terrena ament, Phil. 3, 19. 20.

In tabulâ cordis lapidea sapientiæ præcepta scribere jubemur, Proverb. 2, 10. Quæ verò lapidibus inscripta sunt, non facile delentur: ita quoque Dei verbum scriptum sit in lapideis cordibus, non cereis, ne mox auditum effluat. Jacob. 1, 22. 23. ne sis viro similis, faciem suam contemplato in speculo, & mox oblito.

Quin potiùs in fide nos confirmari oportet, Actor. 16,4.

§. 238 *Apophthegma.*

Cum aliquando Theodoro, philoſopho Athenienſi, objectum eſſet, quod ipſius doctrinâ plurimi mali redderentur, hanc dedit cauſam: id nempè indè fieri, quod quæ ipſe Philoſophus traderet manu dextera, ipſi auditores caperent ſiniſtrâ. (ut refert Seneca cap. 3. de conſol. ad Abin. lib. 1, cap. 4. de irâ) Non ſecus æternæ philoſophiæ præcepta ſunt in miniſtrorum dextra manu, & dextro ore traduntur; verum immorigeri auditores ſiniſtris animis auribusque hoc verbum ſuſcipiunt, Jer. 44, 16. Juxta verbum &c. Spectat huc etiam divini verbi propagatio & dilatatio, quam modis juvare omnibus tenentur bonæ frugis auditores, 1. Theſſ. 1, 7. 8. Actor. 9, 10. ſeq. Exemplo Ananiæ.

Ardens precatio pro ſucceſſu verbi prædicati, (Templa enim ſunt oratoria Domini, Luc. 19.) tunc etiam pro nobis & aliis, pro totâ Eccleſiâ, pro miniſtris, pro his qui perſecutionem patiuntur. Huic ſubſequitur Gratiarum actio pro beneficiis univerſalibus, ſive ea ſint ſpiritualia, ſive corporalia, vel pro particularibus, quæ tibi vel mihi collata ſunt, Coloſſ. 3, 16. 1. Tim. 2, 8.

Prudentia Auditorum.

Ut nimirùm cuſtodiant verba Dei, Luc. 11, 28. Factores verbi ſint, Jac. 1, 22. Matth. 7, 24.

I. Non admittere currentes & vagos prædicatores, illegitimè ſuccedentes, Johan. 10, 5. Rom. 10, 14. Deut. 13, 3. Non audies verba prophetæ illius. Vel ſi audiendi ſunt, audiendi ſunt ut Phariſæi & Scribæ, Matth. 23, 1. quatenus ſcilicet in cathedra Moſis ſedent. Confer Prompt. Exemplor. ad 6. Præcept. fol. 338.

§. 239 *Exempla Eccleſiaſtica.*

Arſacium, pulſo in exilium Chryſoſtomo, nemo Conſtantinopoli audire voluit, Theodor. lib. 5. c. 34. Sozom. lib. 8. c. 23.

Samoſateniani (incolæ urbis Samos) ad conventum Epiſcopi Ariani accedere noluerunt. Etiam pueri pilâ ludentes, eandem impuram judicârunt, quod equum Epiſcopi tranſiiſſet.

Felix Epiſcopus Romæ à Conſtantio Imperatore conſtitutus, remoto Liberio, à totâ Eccleſiâ contemptus eſt, ita, ut nemo ſacris ipſius intereſſe voluerit.

Confer Luther. Tom. 5. Jen. fol. 157. b. in explic. Pſalm. 8. c. de miniſtris perperam ovile Domini ingreſſis. Hi enim ſemper ſua ſoli quærunt; hominibus placere ſtudent, Gal. 1. adeoque ad corrumpendam Doctrinam veram valdè proclives ſunt, quod patet exemplo pſeudoapoſtolorum & phariſæorum, Luc. 12. cavete vobis à fermento phariſæorum.

II. Non confidere in verbis mendacii, Jerem. 8, 8. Amos. 2, 2.

III. Explorare, an verba miniſtrorum cum verbo Dei congruant, Act. 17, 11. 12. 1. Cor. 10, 15. 1. Theſſ. 5, 19. 20.

IV. Probare ſpiritus an ex Deo ſint, 1. Joh. 4.

V. Vitare. Tit. 3, 10. Hæreticum hominem poſt &c. devita.

Charitas.

Quæ conſiſtit 1. in affectu, ut benè velimus miniſtris Dei, ceu patribus ſpiritualibus, 1. Corinth. 4, 15. Gal. 4, 19. cap. 4, 15.

2. Deſiderio, 1. Theſſ. 2, 19. 20.

3. Gaudio. Phil. 2, 29. cum omni gaudio, cui opponitur triſtitia auditorum, impendentibus malis ſuis Doctoribus. Actor. 20, 36. Exempl. Galat. 4, 15. oculos pro aliquo eruere.

1. Theſſ. 2. v. 7. Inſtar filiorum receperunt Paulum Theſſalonicenſes & Corinthii, 1. Corinth. 4, 14.

Orare pro Doctoribus, Act. 12, 5. Rom. 15, 30. 31. 2. Theſſ. 3, 1. Epheſ. 6, 19. Coloſſ. 4, 2.

Huic opponitur odium: ſic Achab odio habuit Michæam, 1. Reg. 22.

Iſraelitæ eos, qui ipſos increpabant, Act. 5, 10.

Vid. Infra. Tit. Miniſterium. Contemptus Miniſtrorum, qui in Deum ipſum vergit, Ezech. 2, 7.

Execratio, Jerem. 15, 10. de hâc conqueritur Propheta, & Apoſtolus, 1. Cor. 4, 9. 10. 11. 12.

Neq; enim aliter fieri poteſt, niſi, ut Dei Miniſter, regni Satanæ deſtructor, (miniſterialis) mundi contemptor, mundi odio expoſitus ſit. Joh. 15, 19. ſi eſſetis de mundo, &c. Matt. 10, 25.

Contemptus. Hinc voces illæ, quas ſibi mundus ille finxit, Papa Pfaff &c. Langmäntel. Totidem gemmæ, quot nomenclationes: Hinc corporis defectus opprobrantur miniſtris: hinc alia.

Honor & Reverentia & Concordia.

Philip. 2, 29. Tales in pretio habete, ἐντίμως ἔχετε. Syr. 7, 33. Honora Sacerdotem. Luc. 10, 16. Qui vos audit, me audit.

(1) Nomine & appellatione. 2. Reg. 6, 21. Rex Eliſæum patrem vocat.

(2) Officii divini æſtimatione, ex quâ honor naſcitur, 1. Corinth. 4, 1. cap. 16, 10. 11. de Timotheo.

Chryſoſt. hom. 2. in 2. ad Timoth.

A comparat. Medicus honorandus eſt, ob corporis neceſſitatem, Syr. 38, 1. Animæ medicus ſpiritualis multò magis honorandus eſt. Miniſter fidelis ſuos auditores in corde gerit, Phil. 1, 7. pro illis laborans, Syr. 38. verſ. 26. & orans, Eph. 3, 17. meritò igitur honorandus eſt.

Concordia, Phil. 2. verſ. 2. explete gaudium meum, ut itidem ſitis affecti: at diſcordiâ auditorum mille creantur triſtitiæ fidis miniſtris, 1. Cor. 1, 10. 11. Gal. 5, 15.

Humilitas, ut ad verba prophetarum ſe humilient, 2. Chron. 35, 22. cap. 36, 13. 16.

§. 240 *Irreverentia.*

Hujus actus ſunt: contemnere miniſtros. Imò Chriſtum ipſum, ejusque patrem, Luc. 10, 16. 1. Sam. 8. verſ. 7. non te abjecerunt, ſed me. 1. Theſſ. 4, 8. Confer & Jer. 11, 21. noli nobis prædicare in nomine Dei, 2. Chron. 33, 10. nolunt attendere verbum Dei, Ezech. 33, 31.

Suggillare & pervertere verba Dei & correctiones, ut Jerem. 23. v. 36. & conviriari, 2. Reg. 2, 23. Quadraginta duo pueri in Bethelâ duob.

Urſis dilaniati, Numer. 12. verſ. 11. 1. Samuel. 8. verſ. 7.

Sic Miriam, Core, Dathan Moſen, Numer. 12. 16. capitibus, 2. Sam. 10, 7.

Achab Michæam, 1. Reg. 22. 1. Tim. 4. nemo contemnat Juventutem tuam. 1. Theſſ. 4. Non homines contemnunt, ſed Deum. Deridere eos, ut olim illi, qui dicebant: manda, remanda, &c. Eſa. 28, 10. ſpernere ſimplices concionatores. Non ſic Diſcipuli Chriſti, qui ſimilia illius diligenter audiverunt & conſiderarunt, Luc. 8. Matth. 4, 10. Romani Paulum, humano more loquentem, Roman. 6. Galatæ eundem, de materiâ teſtamentorum diſputantem, Galat. 4.

Ab utili: ſimplex concio verbis ſcripturæ veſtita, & ad unicum ædificationis Eccleſiæ ſcopum relata plus valet, quàm concinnata & variegata oratio, compoſita ad plauſum & delitias auræ popularis, teſte Apoſtolo 1. Cor. 2, 1. Non veni in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ. Rom. 16, 18. per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda.

Non facere, quæ præcipit miniſter, Ezech. 33, 31. Non ſaltare, Matth. 11, 16.

Liberalitas.

Aliàs dicitur gratitudo erga miniſterium, vide ſuo loco Liberalitas, Syrach. 7. v. 33. Proverb. 3, 9. Deuter. 16. cap. 14, 21. cap. 12, 19. Galat. 6, 6. non apparebis vacuus v. 17. nempè dono inſtructus v. 10. ibid. pro modulo facultatum tuarum. Cap. 14. non relinques Levitam v. 27. Numer. 18, 8. Deut. 14, 29. Rom. 15, 26. ſic impetrabunt auditores domibus ſuis benedictionem, Ezech. 44, 30.

Huc ſpectat Chriſti vox Matth. 25. Me potaſtis, me cibaſtis. 1. Cor. 9, 14. Dominus ordinavit de his. Gal. 6, 6.

à lege Moſaicâ.) Olim panes propoſitionis, miniſterio Levitico ſacri erant, decimæ quoque dabantur: iisdem ſignificare Deus voluit, Levitas colendos eſſe, Levit. 3, 4. Num. 18, 8. Cap. 35, 3.

à Comparat.) Si medicis corporeæ ſanitatis Ephoris ſtipendia meritò ſolvuntur: quantò magis animarum cuſtodibus.

Ab Exempl.) Exod. 35. Liberaliter donaria Iſraelitæ conferebant, Eſræ 7. Arthaſaſtha, 1. Chron. 22. Sanctuarium ædificabant, cap. 29. Læti offerebant in arcam, 2. Chron. 22. 1. Sam. 9. 2. Reg. 4. Sunamitis, Eſræ 2, 68. 69. Philippenſes, cap. 4. Epiſt. ad ipſos ſcriptæ, v. 14. 15.

à pœna) Dei ira venit ſuper eos, qui illiberales ſunt erga Dei templum, Eſr. 7, 23. Maledictio, Hag. 1, 6. 9. 10. 11. qui bona Eccleſiaſtica rapiunt, patrimonium Chriſti, debitum pauperibus in profanos uſus profundunt & dilapidant. V. Tit. Bona Eccleſiaſtica.

§. 241 *Obedientia.*

Hebr. 13. verſ. 17. obedite præpoſitis veſtris, Deut. 17, 10. Matth. 23. v. 3. Conſiſtit verò obedientia hæc in verbi à miniſtris propoſiti obſervantia.

Alleg. Num. 22, 22. Bileamum à malo propoſito Angelus revocavit: ſic miniſtri ſunt angeli Dei, Mal. 2, 7. nos à viâ malâ abducentes, Eſa. 30. Hæc eſt (inquiunt illi) via &c. omnino igitur his obediendum eſt.

Etiamſi vitia corigant.) Sapient. 2, 12. Non ſimus ſicut Herodes, Achab, Phariſæi, qui correctionibus minimè obtemperabant.

Allegor. Num. 7, 13. patina argentea cum ſimila & oleo offerebatur: ſic auditores oleum pacis Deo conſecrent, pacem cum miniſtris colant.

à ſimili: Correctiones miniſtrorum ſunt Dei ſagittæ, è benevolâ ipſius manu miſſæ, quas homo obtundere non debet, neque cor ſuum indurare.

Exempl. Johann. 4. Centurio correctionem Chriſti, David Nathanis, 2. Sam. 12. David Pſ. 141, 5. admiſerunt & commendarunt.

Ab utili: Proverb. 27, 6. meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis. V. 5. melior eſt manifeſta correctio, quàm Eros abſconditus.

Candor.

Ne tentandi gratiâ noſtros Doctores accedamus, eosque in pericula attrahamus, Pſalm. 5. v. 11. linguis doloſis loquuntur, (doloſè loquuntur) Pſalm. 12, 5. labia noſtra à nobis ſunt. Luc. 10. Phariſæus Chriſtum tentat: compluraque ſunt alia hujuſce tentationis exempla, Matth. 16, 1. cap. 19, 3. c. 22, 18. 35. Marc. 8. v. 11. cap. 10, 2. Luc. 11, 16. cap. 20, 23.

Quæ hodiè imitantur, qui aſcitis ad convivia miniſtris id ſolùm agunt, ut objecto Eridis pomo aucupentur audire aliquid ex miniſtro, quod deindè efferant in vulgus & ad Magiſtratum deferant.

Pœna doloſorum auditorum: incident in foveam, quam aliis pararant, Pſalm. 7, 16. 17. Syr. 27, 28.

Idem patet è tot confuſionibus Phariſæorum & Scribarum, quot vicibus Chriſtum tentandi gratiâ acceſſerunt.

Probitas Auditorum erga miniſtros & erga ſe invicem.

Imitari bonos paſtores, 1. Corinth. 4, 6. 16. Philip. 3, 17. Hebr. 13. Imitamur verò cum in fide vera, tùm in vitâ ſincerâ. V. imitatio. Seſe mutuò excitare & acuere ad charitatem, Heb. 10, 24. mutuò ſe amare, 1. Tim. 5, 17. 18.

Eleemoſynis juvare, Act. 11, 29. 30.

Delectari conſortio miniſtrorum, Actor. 9. v. 38. in eorum doctrinâ conſtanter perſeverare, gratias Deo agere pro miniſtris.

Juſtitia

Auditorum erga miniſtros, ejus actus eſt: Defendere miniſtros eosque modis tueri omnibus. Nicodemus Chriſtum defendit, Joh. 7. v. 50. cap. 19, 39. Apoſtoli eundem, Act. 4, 5. Sic fidi auditores ſuos miniſtros defendere debent, 1. Quoad doctrinam, ut eam propugnent juſto modo.

2. Vitam miniſtrorum: ſic diſcipuli & Auditores Damaſci vitam Pauli aſſervarunt, Actorum 9, 25. Rahab Diſcipula Domini, Joſuæ 2. Exploratores conſervavit. Alii Actorum 21. Vitæ Pauli timuerunt, Actor. 14, 20.

à lapi-

à lapidatione eundem tutati sunt. Confer Actor. 19, 30.

3. Famam quoque, ne eam temerè sinant flagellari à malitiosis hominibus.

4. In afflictionibus ministrorum non recedere, sed agnoscere justitiam eorum, facti nempè, Act. 13, 51.

Opponitur Justitiæ actus triplex potissimum.

1. Opprimere innocentes ministros.

2. Lædere, Zeph. 2, 8. qui tangit vos, pupillam mei oculi tangit. Psalm. 105, 15. Nolite tangere Sanctos meos.

3. Occidere eosdem (1) gladio: Exemplo Saul & Doeg sacerdotes, 1. Sam, 22, 18. Luc. 14, 23. Joas Rex interfecit filium τȣ Jojada, 2. Chron. 24, 22.

(2) Lapidibus. Exod. 17, 4. Populus lapidabit me. Metuebat sibi Moses ab ingratorum auditorum malitiâ.

(3) Linguâ. Jerem. 18, 18. Venite: occidamus &c.

Patientia.

Ut in tribulationibus solatium admittant ministrorum. Actor. 14. v. 21. 22. cap. 18, 23. Ut ministrorum nævos tegant: sic Constantinus Imperator in Concil. Nicæno.

Hospitalitas.

Ut ministros hospitio excipiant & omnia lubenter conferant, quæ ad propagationem verbi divini spectant, Act. 14. v. ult. cap. 18, 27. cap. 21, 17.

Humilitas &

Reverentia in silentio. Actor. 15, 11. Tota multitudo tacuit: ut acquiescant in controversiis à ministris è verbo Dei decisis, Act. 16, 5. c. 19, 8. 9.

Ejus actus est agnoscere infirmitatem carnis nostræ. Rom. 6. Paulus jubet hoc facere. Humanũ dico, ob infirmitatem carnis vestræ.

Fide submittere, ut dociles sint, & ministro verbi credant. Sic Nicodemus Christo cessit, ei fidem adhibuit, Johann. 3. Discere & timere, Deut. 31, 13. 1. Sam. 12. Dei sermonem. Pulchrè Isidorus Pelusiota, libro 4. Epist. 6. Quæsivisti per Epistolam, quid sibi velit quod à Paulo dictum est: si quis in hoc seculo videtur sapiens esse, fiat stultus, ut sapiens fiat. Audi igitur breviter: persuasio inanis sapientiæ impedimento est profectui.

Actus oppositi sunt: Non inclinare aurem, Jerem. 11.

Fugere Doctrinam, Syr. 21.

Non audire Dei sermonem, 2. Reg. 22.

Externa solùm dona observare: sic Corinthii. 1. Cor. 3, 5. Quis est Paulus &c.

Lugeant quoque mortem Doctorum, 1. Sam. 25. v. 1.

§. 242 *Præmia bonorum Auditorum*

Hæc sunt: securitas in Deo, cujus semen 1. Petr. 1, 1. conceperunt.

Glorificatio ministrorum: Gregor. Gloria prædicatoris est profectus Auditoris.

Satietas, Psalm. 34, 12. 15. sequent. Proverbior. 1, 33.

Felicitas. 1. Timoth. 4, 9. pietas ad omnia utilis est, habens &c.

Invenire gratiam & sapientiam Deo & hominibus placentem, Proverb. 3, 4. Utraque enim nobis per verbum Dei datur.

Longâ vitâ frui, Prov. 22. eaque felici, ibid. & pacifica, d. l.

Gratiâ & felicitate. ibid.

Tranquillâ conscientiâ. Hæc enim fluit ex pietate. Alleg. Levitic. 9, 1. sequent. cum ex præscripto Mosis omnia sacra perageret Aaron, Domini Gloria apparebat. v. 4. 6. ibidem, sic cum ministros Dei lubenter audiverimus, Domini gloria nobis quoque spiritualiter in corde orietur.

Pœnæ malorum Auditorum.

I. Respectu Dei, ejus recessio ab hominibus. Oseæ 5, 15. Vadam ad locum meum.

Ira & furor Dei. Matth. 22. iratus est rex. Dan. 9. non credebamus Prophetis. Graphicè hæc ira describitur Oseæ 13, 4. usque ad 8.

Desertio Dei, Psalm. 81, 12. 13. Roman. 1, 24. 28.

Increpatio. Actor. 9. Saul Saul quid persequeris me?

II. Hominum. Omnis Generis pœnæ, ut sunt: Captivitas, Dan. 9. v. 16.

Lepra: Num. 12. Mirjam lepra percussa. Pestis, febris, Deuter. 28. & omnis Generis plagæ.

Fames, Amos 8. Ut enim qui est stomacho fastidiente non alitur cibis: sic nec auditor, verbi cibum non recipiens.

Lapsus in mala vitii & supplicii. Semper enim in pejus proficiunt qui verbum Dei contemnunt, Rom. 1, 22. 23.

Mors subitanea: sic Core, Dathan & Abiram, Num. 16.

Bella, Vastatio Terræ. 2. Chron. 36, 16. 17. Regem adduxit Chaldæorum. v. Tit. PLAGA.

III. Ministrorum gemitus, Hebr. 13. v. 17. Chrysostom. in Gen. fol. 7. lit. G. Annon quis miseros nos dixerit, quod tàm mortuis concionamur?

AVE dicere. *v. Salutatio.*

AVE MARIA. *v. Maria. v. Oratio.*

AVES. §. 243

Creatæ à Deo, Genes. 1, 20. quidam ex aquâ esse creatas, de communi sententiâ. Negat tamen Paræus in dict. l. Genes. & ex aëre formatas esse existimat. Pererius latè hac de re in h. loc. Genes. & Cornelius à Lapid.

Aves docent nos Dei omnipotentiam & gloriam, Job. 41, 20. Psal. 104. & 148, 7. quam prædicant; cui etiam volucres cœli subjecti sunt, Psal. 8. v. 9. Hebr. 2, 6.

Omnisapientiam, quâ aves creavit, iisque virtutum velut simulachra impressit, de quibus mox agendum erit.

Bonitatem: Creavit enim aves Deus in cibum, in lætitiam & gaudium; hinc avium cantus aures nostras refocillat, Psalm. 104. v. 12.

v. 12. & species avium in arcâ Noæ conservari voluit, Gen. 7, 14. & nidos eorum turbari noluit, Deut. 22, 6.

Providentiam & gratiam Dei, Job. 39, 3. Hic enim dat escam pullis corvorum, Psalm. 147, 9. multò magis nos, Matth. 6. imo Ecclesiam Deus in medio maris hujus mundi conservat, ut halcyones: Ambrosius libro quinto capite XIII. Hexaëmeron. Ut olim coturnices Israelitis dedit, Psalm. 78, 27.

Protegit etiam adhuc hodie suos ut aves, Esa. 31, 5. Deuter. 32, 11. ut aquila, Psal. 36. sub umbra alarum, Psalm. 91, 2. Ezech. 17, 22. Cedrus illa Deus est, sub quâ requiescimus, tutique manemus.

Iram: In diluvio omnes aves perierunt, Genes. 7, 1. 21. Exul instar volucris fugatur, Esai. 16, 2. & pavore exagitatur, Os. 11, 11. & spoliatur, Jerem. 12, 9. Volucres abiguntur.

Vastatâ terrâ corpora interfectorum avibus devoranda objiciuntur, Psal. 79, 2. 2. Macc. 9. 1. Reg. 21, 24. Jer. 7, 33. cap. 15, 3. c. 16, 4. c. 19, 7. c. 34, 20. Prov. 30. 1. Reg. 14, 11. cap. 15. c. 23. Ezech. 29, 5. c. 32, 4. c. 39, 4. Apoc. 17. c. 19. 1. Reg. 16, 4.

Item: fit habitaculum avium immundarum, Jer. 4. c. 9, 11. c. 7, 33. Oseæ 4, 3. Soph. 1, 3. Esa. 13, 22. Apoc. 18. Es. 18, 6. Matth. 23. domus vestra vacua relinquetur.

Justitiam: cùm volucres cœli revelant peccatum, Ecclesiast. 10, 20.

Christi λύτρον, Levit. 14, 4. notatum in duabus avibus, in emundatione leprosi.

Vocationis gratiam, Matth. 23. sicut Gallina pullos suos, &c.

Docent aves piam gratitudinem erga Deum, Ambros. lib. V. c. 12. Hexaëmeri.

Fidelitatem magistratus, utpotè concordiam ciconiæ. Ambros. V. Hexaëmeron, capite 16.

Hospitalitatem & φιλοστοργίαν ejusdem ciconiæ, d. l. Ambros. Item ἀντιπελαργίαν & gratitudinem erga parentes, dict. l. Ambros.

Lætitiam in adversis; sic & parentum amorem cornices, cap. 18. d. l. Ambros. item Aquilæ d. l.

Desiderium Dei, quod volatu avium pernicissimo innuitur.

Ordinem in gubernatione, grues, Ambros. V. Hexaëmeron, cap. XV.

Pietatem & devotionem, ut quæ sursum sunt quæramus.

Prudentiam, quæ per visum quarundam avium satis acutum adumbratur, & per mergos, ad littora properantes. Ambros. V. Hexaëmeron, c. 13.

Sedulitatem in labore & officio, Job. 5.

Castitatem turtures, c. XIX. Ambros.

Pœnitentiam: Ardea supra nubes volat, ut tempestates non sentiat, Ambros. V. Hexaëmeron, cap. 13.

Sapientiam ut apes, c. 21. Ambros. Basil. homil. 8. in Hexaëm.

Inclementiam accipitres, pullos suos nidis exturbantes, Ambr. V. Hexaëmer. c. 18.

Vigilantiam in grue, cantum Cygnæum in morte, quem laudat Ambr. L. supra d. Cantum lusciniæ, cantum galli considera: vigilantiam anserum miremur, Ambros. d. l. & cap. 15. V. Hexaëmeron.

Satanæ & malorum indolem. Huc spectant §. 244 inauspicatæ aves, cornix, corvus &c. rapaces, furaces, insidiosæ. Satan Draco Volans est: Ovum est suggestio peccati, quam ingeret, ut peccatum ceu pullum excludat, Jacob. 1.

Dolositatem pingit perdix, Basil. homil. 8. Hexaëm.

Levitatem in peccando: sicut aves ad volandum leves; sic homines ad peccandum mobiles & cerei.

Superbiam pavo & gallus figurat.

Persecutionem hostilem Psal. 11. & Tyrannidem.

Securitatem Eccles. 9. Aves nocturnæ, ut Bubo, Picus.

Simulationem & fraudes notant aves rostro curvo.

Cœcitatem: Bubo solem non sustinet.

Avaritiam aves rapaces notant; maximam autem Aquilæ in principibus. Sic Flavius Vespasianus suos habebat pro spongiis, quos ditatos demum exprimeret. Ludovic. XII. Rex Galliæ dicere solebat, plebem & rusticos esse pascua Tyrannorum & militum, hos verò Diabolorum pascua esse.

Vide Theod. Gazam præfat. in lib. Aristotelis de animalibus & Basilium Magnum hom. 8. Hexaëmeri.

Falsam amicitiam.

Scorti fallaciam, Proverb. 7.

Odium peccati apud sanctam justitiam: Hinc immundæ aves in Levit. Avium pugnæ & solertiæ exempla narrat Camerar. part. 1. c. 68. hor. subcisiv.

Augur, Augurium. *v. Tit. Divinatio.*

A U L A. §. 245

Aula & curia Romana: de hujus moribus extat L. Baptistæ Mantuani Ecloga: de curialium miseriis Æneas Sylvius Epist. 16. Onus Ecclesiæ, Nicol. Clemanges. Centum gravamina nationis German. Joh. Aventin. in Annalibus Bojorum.

Aulici qui?

Nempè qui in aulis vivunt, & principibus Regibusque quoquo modo ministeria exhibent, aulici nominantur.

Causa efficiens

Bonorum Aulicorum Deus est: Hic enim dat Cancellarium laudabilem, Syrach. 10, 5. & spiritus hominum excitat, Zephan. 1. v. 14. Josephum olim Ægypto, Gen. 41, 39. Nehemiam Israelitis, Nehem. 1. seq.

Virtutes Aulicorum.

I. Pietas.

Exemplo est Josephus, Gen. 41. Psal. 105, 20. Ebedmelech, Jerem. 38. Naaman, 2. Reg. 5. Sadrach, Mesach, Abednego, Dan. 3. Centurio, Matth. 8. Luc. 7. Cornelius, Act. 10. Aulici Regis Ninivæ, Jonæ. 3, 7. item Aulici Constantii Imperatoris, Martyres Christi, ac Confessores. Eusebius lib. I. cap. XI. de vita Constantini M. omnes pœnitentiæ opus fideliter promoverunt.

Suade-

Suadetur: Quia ad omnia utilis est pietas, 1. Timoth. 4. Omnium hominum est ornamentum, initium sapientiæ, Psal. 111.

Huic opponitur Impietas, cum erga Deum, tùm erga Ministros ejus: Exemplo sunt Aulici Pharaonis, Exod. 1. &c. Doeg, 1. Sam. 22. Herodiani, Matth. 2. Aulici Regis Judæ, Jerem. 38, 4. Confer Chrysostom. homil. 15. in Epist. ad Heb. qui profanos aulicorum mores perstringit, cœlestem Regiam non colentes: Johann. Sarisburiensem lib. 5. Polycarpi.

II. Prudentia.

Hæc requiritur (1) in colloquiis & facetiis, Proverb. 12, 3. (2) in custodiendâ Regis gratiâ, Proverb. 19, 12. eâque non abutendâ, Proverb. 23, 1. sed conservandâ per modestiam & humilitatem, Proverb. 25, 6. (3) In celandis consiliis. Ejusmodi prudentia erat in Josepho, Genes. 41. & Daniele, Dan. 4, 24.

III. Fidelitas.

Ut sint fideli corde, Prov. 22, 11. quærentes salutem Regis & subditorum, Proverb. 29, 8. Talis fuit Harbona Ahasvero, Esth. 7, 9. Opponitur huic perfidia, Dan. 6, 4. 7. 8. cap. 11, 27. Mutabilitas animorum fortunam sequentium, sic Achitophel.

IV. Justitia.

Ne capiant munera, Proverb. 19. vers. 6. causas justas ne pervertant. Opponitur Avaritia, quæ lucri gratiâ fas omne abrumpit. Amos. 5, 7. væ qui Justitiam in absinthium vertitis!

V. Candor.

§. 246 Optima virtus Aulicorum, sed rara.

Rara avis in terris, nigroque simillima Cygno.

Huic opponitur hypocrisis, quando Aulici simulant (1) Zelum erga DEI Ministros, vid. Jerem. 37, 1. 2. 3. ubi Zedekia mittit ad Jeremiam, qui tamen parum curabat minas Jeremiæ. (2) Amicitiam. David sub specie convivii decipit Uriam, 2. Sam. 11, 13. Joab occidit Abnerum, 2. Sam. 3, 27. (3) Mansuetudinem, cum tamen irati sint, Esth. 5. v. 9.

VI. Veracitas & candor in monendo.

Qui aulis plerumque exulat, Camerarius part. 1. cap. 90. horarum subcisiv. Huic opponitur falsa delatio & accusatio eorum, quos Aulici odio persequuntur. Sic Josephus falsò accusatus est ab Aulicis, Genes. 39, 14. Achimelech 1. Samuel. 22, 8. Mephiboseth 2. Samuel. 16, 3. c. 19, 26. Naboth 1. Reg. 21, 6. Daniel, Dan. 3.

Adulatio, vid. supra §. I. fugienda Aulico est (1) quia facit ex principe Tyrannum, v. ex Nerone, Rehabeamo, 1. Reg. 12, 13. & impium, Dan. 6, 14. & scortatorem, 2. Sam. 13. Jonadab Ammonem, Adulterum ferè, Gen. 12, 15. sanè laudant aulici. (2) Quia laudanda est constantia Philosophi Anaxarchi, qui noluit ablandiri fictæ Alexandri M. Deitati, Francisc. Patrit. libro 1. de Regno: Quem tamen idem Alexander naso, pedibus & manibus truncavit. Sic Cambyses filium ejus, qui nomine crapulæ eum monuerat, ad se vocari jussit, & trajecto pueri corde quæsiit, an Regis ebrii certa sit manus & oculus? Harpago proprios filios epulandos proposuit.

Simile: Heliotropium & lupium cum sole circumaguntur; sic quoque Aulici ad principis exemplum, Plin. libr. 4. cap. 18. 1. Samuel. 22. Doeg Saulum. Abimelechi Aulici Isaacum, Genes. 26, 17. 18. Cùm Rex Hamanum coleret, eundem quoque Aulici colebant, Esth. 3.

Quibus nihil subest veri, quibus nec ara, nec fides, nec jusjurandum manet, Cœlius Rhodigin. libr. 25. cap. 25. lect. Antiqu.

Promissio: Pollicitationes prolixæ aulicorum ambiguæ & sophisticæ.

VII. Clementia.

Huic opponitur Crudelitas, quæ fuit in Aulicis τȣ Ahas, 2. Regum 16. τȣ Rehabeam, 1. Reg. 12.

VIII. Concordia.

Huic opponuntur odia & factiones Aulicorum inter se. Vide axiomata Politic. Richteri, Axiom. 187. V. g. Inter Dionem (qui Dionysium Juniorem Regem ad studium Philosophiæ & bonarum artium à crapulâ & ebrietate revocabat) & reliquos Gnathones, qui tandem Dionem aulâ expulerunt, Peucerus in lectione Chronic. Inter ducem Sombressetum & Berivicensem in Anglia, tempore Eduardi Regis. Inter Aurelianam & Burgundicam familiam in Galliis. Inter Barchinam, cui Hannibal quoque addictus erat, & Hannoniam familiam. Inter plebem & nobilitatem Genevæ &c. Rectissimè videlicet regnat illud Machiavelli axioma: Factiones esse fovendas; quippè quæ fuerunt eruntque potentibus populis magis exitio quam bella externa, quæque omnia opportuna insidiantibus facit, cùm pars, quæ domestico certamine inferior sit, externo potius se applicet, quam civi & credat.

Effectus & acta bonorum Aulicorum. §. 247

Tabulam primam quoque tueri: religionem veram, doctrinam & cultum DEI, Psal. 105. vers. 22. Prov. cap. 10. vers. 13. Sapientiam DEI propagare, Ministerium conservare, ita fecit Joseph: sic Ebedmelech, Jerem. 38, 8. vel Esth. 7. vers 5. 6. Cultum erigere, ut Nehemias, Nehem. 1. vers. 5. 6. 7. Terræ universæ prospicere, ut Joseph, Gen. 41. vers. 33. seq. In bonum consulere, ut Daniel, Dan. 4. vers. 23. 24.

Sanguinolenta consilia avertere, ut Mardochai & Esthera, Esth. 7, 3. sequent. Inservire quoque malis & infidelibus principibus. Ita David Sauli inserviit: Joseph Pharaoni:

Cornelius Cæſari, Actor. 10. Centurio, Matth. 8. v. 9. Obadias, 1. Reg. 18. verſ. 3. Ebedmelech Zidekiæ, Jerem. 38, 9. Eumidius Reginæ Candaces, Act. 8, 27.

Affectiones variæ.

I. Mutabilitas Gratiæ aulicæ erga ſuos. Exempla ſunt: Princeps piſtorum & pincernarum Regis Pharaonis, Geneſ. 40. verſ. 2. Beliſarius dejectus à priſtina dignitate, ſtipem quærere coactus eſt his verbis: Date Beliſario nummum, quem virtus evexit, invidia depreſſit (fuerat enim ſummus dux & delitium populi Romani, publico numiſmate celebratus.)

Simile: Gratia aulica eſt ſimilis melli, quod poſtea aceto ſuperfunditur: Tempeſtati Aprilis valde variabili & mutabili in horas.

II. Scandaliſatio & ſeductio ad mores malos. Facile boni mores in aulis amittuntur: ſunt enim febricitantes, qui & cibi appetitum, & robur ſimul amittunt, Antonius Monachus ſermon. 59. fulget in Marginam &c.

III. Moleſta vita. Adriani Cæſaris præfectus annos natus 67. ſeptem annos ruri tranſegit; moriens ſepulchro inſcribi voluit: Se ſolùm ſeptem annis vixiſſe. In aulis vitam ſe triviſſe & peccatis abblanditum, ſub finem vitæ queſtus eſt Hermannus Pontifex Pragenſis X. Dubrav. lib. 11.

IV. Diaboli turba, Dan. 6. verſ. 13. Jerem. 38. verſ. 4.

V. Odium Miniſtrorum. Vide Luther. in c. 21. Gen. 9.

Hujus conſilii autores. &c.

VI. Inſidiæ aulicorum adverſus Principes: Vide Lutherum in Pſalm. 101. Tom. 6. Jenenſ. German. fol. 145. a. b. Vide Anton. de Guevarra vituperationem aulæ. Luth. Tom. 6. Jenenſ. in Pſ. 101. & Tom. 1. Jenenſ. in Pſal. 109. Meigerum lib. 3. cap. 25. Nuclei hiſtor.

AUREOLÆ. §.248

Singularia præmia in vitâ æternâ, ut ſtatuunt Pontificii, Cornel. à Lapide in Capit. XXV. Exod. v. 26. Johan. de S. Geminian. libr. 1. cap. 9. ſum. de Exemplis. Gregorius de Valentia l. mox dicend. D. Eſpens. fol. 430. oper.

Quibus dentur?

Martyribus, virginibus, Doctoribus præter communem gloriam vitæ illius æternæ: Triplicem v. aſſignat aureolam ei qui eſt Martyr, virgo, Doctor, Johann. de S. Geminian. l. d. Pluribus de his philoſophantur aureolis Petrus de Palude, in 4. d. 41. Bonaventura, ibid. Richardus Altenſtaig in Lexic. V. Aureola. Gregor. de Valentia Tom. 4. diſput. XI. quæſt. V. punct. 2.

ἐπίκρισις.

In alterâ vitâ dari gradus gloriæ certum eſt: qualis v. ea ſit futura, quomodo in anima & corpore refulſura, oculus non vidit, 1. Corinth. Itaque hæc in cœleſtem Scholam differimus addiſcenda.

AURICHALCUM.

Apocal. 1, 15. notat crucem & tribulationem Eccleſiæ in his terris: Confer M. Matheſ. in Sarepta.

AURIS.

Aures donum DEI *nobiliſſimum*, membrumque mirabiliſſimum: DEUS inclinat aures, cum exaudit, Pſal. 17, 6. & 31, 3. & 71, 2. Homo cum obedit, Pſal. 45, 11. §.249

Finis: ut audiamus DEI laudes, pſalmodias, verbum DEI, inſtitutionem, omnia honeſta, ſancta, Philipp. 4. v. diſciplinam: Proximi miſeriam percipiamus.

Aures non audientes notant cor præfractum & durum, Jerem. 5, verſ. 20. 21. 23. Luc. 8. Johann. 12. ſint potius ad librum legis, Nehem. 8. verſ. 3. Pſalm. 40. aures aperuiſti mihi: Notatur ſumma Chriſti alacritas & promptitudo, non unius (quæ olim erat Exod. 21.) ſed utriusque auris apertione notata. Aggravata DEI auris non eſt, Eſa. 59, 1. Hominum aggravata eſt audire nolentium, Zachar. 7, 11. Revelare aurem eſt admonere, Ruth. 4, 4. Indicare, 1. Sam. 9, 15. cap. 20, 13. Job. 33, 16. Docere ac cautiorem reddere, Job. 36. verſ. 15. Tinnire aures, 1. Samuel. 3. verſ. 11. 2. Reg. 21, 12. Jerem. 19, 3. notatur terror, quo etiam ſenſus perturbantur & hebetantur. Dignitatis ſacerdotalis, quam ſe remoturum minatur Dominus Ezechiel. 23, 25 Naſum tuum & aures tuas amputabunt. (quod circa auditum & aures occupetur ſacerdos.)

Auris DEI notat precum exauditionem, Pſal. 130. verſ. 2. Dan. 9, 18.

Obturare aures debemus ad blaſphemias: Sic olim Sancti ad blaſphemias Avi, teſte Athanaſ. Tom. 1. fol. 129. cap. 1. Diſp. 1. contr. Arianos.

Incircumciſis auribus eſſe, Jerem. 6. verſ. 10. Actorum 7, 51. Vide Auditor.

AURORA ROSEA, GRATA, PURPUREA.

1. Propriè accipitur pro ſpatio temporis, quo ſol illuceſcit. (2) initio diei, Oſeæ 10, 15. Nehem. 4, 21. (3) palpebræ auroræ pro radiis diluculi, Jerem. 41, 9. (4) Alæ auroræ, Pſal. 139, 9. currimus curſus radiorum ſolis. Huic

I. Gratia DEI conſimilis eſt: Nam aurora (1) terminat noctem: Omnes extra DEI gratiam conſtituti ſunt in nocte: Ira DEI ſuper eos manet, non habent tranquillam conſcientiam, Joh. 3, 36. Roman. 2, 5. §.250

Ver-

Versantur in tenebris, Ephes. 4, 18. cap. 5, 8. sed DEI gratia hæc mala omnia terminat, Tit. 2. Apparuit salutaris DEI gratia omnibus hominibus, 2. Timoth. 1, 9. 10.

(2) Solem adducit: Sic DEI gratia & dilectio miseris hominibus solem dedit Christum, Joh. 3, 16. Solem justitiæ, Malach. 4, 2. illuminantem omnem hominem, Joh. 1, 9. Mundum, cap. 12, 46.

(3) Tenebras fugat. Gratia DEI fugat omnes tenebras è mentibus nostris: *inscitiæ*, quia illuminat, Johann. 1, 9. *Tristitiæ*, quia lætificat, Esa. 61, 10. cap. 12. *Nequitiæ*, quia convertit. Roman. 13, 12. dies appropinquavit &c.

(4) Ægros confortat: Gratia DEI spiritualiter ægrotos confortat, Ps. 6. v. 3. Ps. 38, 4. Bono animo esse jubet, Matth. 9, 2. confide fili &c. Sanat, Psalm. 103. v. 3. Sanabo eos, Ose. 14, 5. amabo.

(5) Cuncta refocillat: Sic gratia DEI omnia reficit, omnium bonorum est fons & scaturigo, sine hâc omnia arescunt. Johann. 15. sine me (mea gratia) nihil potestis facere.

§. 251 II. Cognitio & verbum DEI. Esa. 8, 19. juxta legem & Testimonium &c. non erit eis matutina lux, sive aurora. Verè DEI verbum, & salutaris cognitio ex hoc hausta est aurora

(1) Illuminans nos, Ps. 19, 11. & 119, 105. in via cæca errorum vagantes.

(2) Tenebras mentium vagabundarum tollens. Esa. 8. vers. 19. Ad Pythones, ad Magos frustra currebant Judæi, vagabantur incassum. Sola lex, solum testimonium, si id consuluissent, omnes tenebras fugasset, mentes convertisset, Jerem. 23, 22. Quia verbum DEI est firmissimum, 2. Petr. 1. vers. 19.

(3) Veram viam ostendens: Sicut aurora ambulatoribus viam veram ostendit; Sic DEI verbum ostendit viam, qua tutò gressus figere liceat, Ose. 14 vers. ult. rectæ sunt viæ Domini.

(4) Animas lætificans, Psalm. 19. vers. 10. Jerem. 15. vers. 16. Psal. 4, 8. lætifices cor meum &c.

(5) Paulatim accrescens: Aurora namque paulatim elevatur, dilatatur, clarificatur; Sic quoque cognitio nostra paulatim elevatur, major fit & crescit, Ephes. 4, 13. sequent. 2. Cor. 3, 18.

§. 252 III. Pœnitentia & conversio 1. ratione noctis terminationis: Sic pœnitentia terminat noctem peccati, & homines à tenebris ad lucem traducit, Act. 26. v. 18. convertantur à tenebris ad lucem.

2. Solis adductionis. Aurora mox habet Solem subsequentem: Sic conversus mox fide spectat solem orientem Christum, in quo & requiem animæ suæ quærit, Matth. 11, 29. Qui ante densis terroribus legis perterrefactus erat, Actorum 9. Paulus procidens in terram &c.

3. Venti orientis. Solent enim venti oriri sub auroram è collectis vaporibus: ita quoque venti tentationum mox oriuntur conversis, partim à Satana, partim à mundo, partim à corruptâ carne, omnibus conversionem impedientibus; contra quos omnes immobiles nos subsistere oportet, Roman. 8. vers. 36. 37. Ephes. 3, 13. seq.

IV. Crucis Terminatio. Allegor. Genes. 32, 31. ortâ aurorâ cessat lucta Jacobi & Angeli illius, cessit Jacobi benedictio: sic fidelibus in hac vita luctandum est, & pugnandum cum DEO & promissionibus hujus, Job. 7. v. 17. &c.

Tandem aurora venit, lucta finitur, & benedictio Domini spiritualis nobis multiplicatur, Ephes. 1. vers. 5. 1. Corinth. 10. vers. 13. 2. Petr. 2, 9. Dominus novit suos è tentationibus eripere.

V. Vitæ abbreviatio. Ut enim aurora ocyùs cedit & labitur: sic vita hominis fugax est, brevi momento temporis durans, Job. 7, 7. c. 9, 25. c. 14, 1. Ps. 90, 6.

VI. Mortuorum resurrectio est exoptatissima illa aurora, quam mox pleno Jubare comitabitur sol Justitiæ Christus Jesus

(1) Fulgidus Majestate, Matth 26, 46.

(2) Gloriosus comitatu angelico, Matth. 25, 31.

(3) Terribilis justitiâ, 2. Thessal. 1, 7. Reprobis.

(4) Gratiosus electis: veniet enim sponsus, Apoc. 19, 7. Matth. 25, 11. 12. Vera ibi dies, exoptata illa dies Apoc. 22. vers. ult. erit, nullis seculis terminanda, 1. Thess. 4.

Apage tristes noctes hujus Mundi! veni Domine, veni sol noster, Lux nostra veni!

VII. Ipsa Ecclesia auroræ comparatur, Cantic. 6, 9. quæ est illa, quæ ascendit sicut aurora? Sponsa est, Ecclesia est, sat diu pressa in hac vita nocte tribulationis, Joh. 7, 1. 2. & feriæ expectationis adventus Domini nostri Jesu Christi, Apoc. 22. v. ult. vigilat ergo tota nocte hujus vitæ, ad sponsum suum properat, Esa. 26, 17. Ps. 63, 1.

Conscendet verò hæc sponsa (1) è sepulchro suo, Johan. 5, 28. vel (2) vivos quosdam comprehendet dies ille, 1. Thess. 4. v. 15. omninò pios quosdam: Hi quoque ascendent ad suum Dominum, & cum eo semper erunt. (3) ascendit quoque Ecclesia sicut aurora, ob humilitatem: Ut enim aurora omnem lucem soli fert acceptam; sic quæcunque lux, pietas & virtus est in fidelibus, ea in solidum Christo, ut fonti, tribuenda est, Johann. 1, 16. ex plenitudine ipsius accepimus gratiam pro gratia, 1. Corinth. 15, 10. Christus aurora V. prompt. Alleg. 449.

AURUM.

§. 253 (1) Physicè nihil aliud est, quàm fulvum illud metallum, ex terra & aqua compactum: vel terra sulphurea, ut rectè D. Bernhardus dixit;

dixit; sed hac de consideratione physici pluribus.

(2) Moraliter & allegorice I. Gratia DEI (DEUS ipse) assimilatur auro, Job. 22,24. dabit torrentes aureos.

(1) Ratione ductibilitatis, quæ est in auro: sic gratia DEI longè lateque diducitur in omnes homines. Tit. 2, 11. apparuit gratia DEI salutaris omnibus hominibus: in omnes peccatores. Matth. 11, 28. venite ad me omnes. Esa. 55, 1. venite, emite 1. Tim. 1. v. 16. gratiam consecutus sum. Rom. 2, 4. DEI longanimitas ad pœnitentiam ducit.

(2) Durationis. Aurum diutissimè durat: Gratia DEI est æternæ durationis super eos, qui ipsum diligunt, Luc. 1, 50.

(3) Lucis. Sicut aurum radiat & lucet: Ita quoque DEI gratia radios spargit salutares. Tit. 2, 11. apparuit gratia salutaris: Lucet hæc eadem in tenebris malorum & peccatorum. Mich. 7, 8. noli lætari inimica mea; Dominus tamen est lux mea.

(4) Vitæ confortationis, quæ auro transcribi solet: multò magis DEI gratia vitam confortat, & corporalem, liberando eam ab interitu, Psalm. 103, 4. & spiritualem, Johan. 6, 35. 42. Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendit, ut det vitam hominibus. Ibid. vers. 58. si quis comederit ex eo, vivet in æternum. Autor est D. Mathes. conc. IV. Sareptæ: non neminem laminâ auri adhibita, pectori appensa cor suum liberasse à venenatis quibusdam fuliginibus, queis fuerat infectus. Applica ad DEI gratiam: hanc cordi per veram fidem appende, & cedent peccatorum halitus venenati, morsus conscientiæ.

§. 254 II. Verbum DEI aurum DEI est. Vid. infra. Verbum DEI, 1. Corinth. 3. Apocal. 3. vers. 18. 1. Petr. 1. vers. 7. Aurum est pura doctrina.

III. Fides est aurum purum & defæcatum, ratione (1) soliditatis: Ita fides solida & constans est; hinc stare jubemur in fide, tanquam re solidissima, 1. Cor. 16, 13. Luceat lux vestra, Matt. 5, 16. Gal. 5, 6. Fides per charitatem efficax.

(2) Ruboris. Rubore sanguinis Christi fidem nostram tinctam esse oportet, 1. Petr. 1. vers. 19. Hebr. 9, 12. Apocal. 1. vers. 6. cap. 4, 9. 1. Petr. 2, 9.

(3) Confortationis: Ut hanc præstat aurum; Sic quoque fides cor confortat, eidem pacem proponit, Rom. 5, 1. justificati ex fide pacem habemus erga Deum.

(4) Probationis. Probatur fides nostra variis tentationibus, 1. Thess. 2, 18.

§. 255 IV. Viri fidelis & constantis, & ad perfectionem contendentis cum Apostolo ad Philipp. 3, 12. imago est Aurum: ratione 1. Durationis in igne: sic vir fidelis constans est in igne tribulationis, Psalm. 66. v. 10. Esa. 45, 10. 1. Petr. 1, 7.

2. Defæcationis: sic fidelis defæcatur & purificatur igne crucis, ut agnitâ impuritate propriâ & concupiscentia, lubens se mundari permittat, exemplo D. Petri Johann. 13. vers. 9. & Danielis capit. 9. v. 5. Psalm. 106. vers. 6. peccavimus cum patribus nostris.

3. Negatæ diminutionis. In igne non minuitur aurum: Ita vir bonus in cruce non minuitur; sed augetur, probatur, præparatur, 2. Corinth. 1. vers. 4. Exemplo Jobi cap. 1. v. 21. Dominus dedit, Dominus abstulit; sit nomen Domini benedictum. Auctum hîc vides patientia Jobum, non diminutum.

4. Dilatationis & expansionis, cujus aurum est capax: sic fidelis vir dilatatur & expanditur per officia Charitatis in proximum, per liberalitatem & beneficentiam, Psalm. 112. v. 9. dispersit & dedit pauperibus, Luc. 10. vers. 37. Proximus, qui nostrâ ope indiget.

5. Sinceritatis. Ut enim aurum est sincerum metallum: sic fidelis quoque vir sincerus sit corde, toto corde diligat DEUM proximumque. Vid. Tit. Hypocrisis. Aliquibus tamen nævis etiam boni viri laborant: Sicut & aurum nonnunquam suis non caret impuritatibus.

6. Immutabilitatis. Aurum non mutatur in aliud metallum: sic pius sibi semper manet similis, non mutatur in horas, non defatigatur robore Christi indutus, Ephes. 3, 17. sequent.

7. Ponderis. Simus & nos ponderosi (α) humilitate: Ut cogitemus, nos terram esse & de terra, cinerem, Genes. 18, 27. adeoque cum terra similes simus. (β) morum gravitate, quæ etiam in sermonibus luceat. V. Tit. modestia.

8. Negati soni. In auro sonus non est; percussum licet malleis non tamen tinnit, sicut reliqua metalla: sic & nos non simus sonori (α) Gloriatione, ut Hypocritæ, Matth. 6. vers. 1. sequentibus ut Pharisæus, Luc. 18.

(β) Non sonori impatientia, quæ murmurare nos faciat, cùm malleo tribulationis percutimur: sicut Israelitæ murmurabant, 1. Corinth. 10. vers. 10. Vid. Tit. patientia in opposit. non recriminator, si crimineris, 1. Petr. 2. vers. 23.

9. Negatæ obscurationis: Sic vir pius non permittat, ut Lux fidei & virtutum suarum obscura sit; sed curet, ut splendeat inter homines malos, Philipp. 2. vers. 15. luceat, Matth. 5, 16.

10. Coloris. Rubet aurum: rubeat vir pius misericordia erga proximum, Coloss. 3. v. 12. & Charitatis flamma ardeat, Canticorum 8. v. 7. Hâc omnes calamitates superet, Roman. 8. vers. 35. 36. Apocal. 12. vers. 11. 12.

11. Probationis: Sic pius igne tentationis probatur, 1. Petr. 1. vers. 7. Vid. hîc numer. 2.

12. Confortationis. Aurum dicitur cor homi-

hominis confortare: vir pius confortat suum cor in Domino solidâ spe & fiduciâ, Psalm. 11. vers. 1. sequent. Psalm. 31. vers. 1. Psalm. 71. v. 1. 2. Confortat etiam alios auro divini verbi, quo fratres suos erigit, Luc. 22. vers. 32. conversus converte & fratres tuos.

13. Incorporationis. Aurum aliis incorporari potest; ita fidelis quilibet semper meditetur, se Christo incorporatum esse, adeoque proximo devinctum suo, tanquam membro quoque τῷ συσσώμῳ, Ephes. 2, 21.

14. Pretiositas. Aurum pretiosissimum est Metallum: sic fideli viro nihil est pretiosius, cùm in eo sapientia sit pretiosa, vita pretiosa in fide filii DEI, Galat. 2. ultim. Fides pretiosa, 1. Petr. 7. Mors pretiosa, Psal. 116. vers. 15.

15. Pulchritudinis: Sic pulcher sit vir pius, fidei pulchritudine, (hæc enim sola nos facit pulchros) & morum sanctitate, quæ homines ad DEUM laudandum pelliciat, Matth. 5. vers. 16. ut glorificent &c. Tit. 3. vers. 14. ornent Doctrinam Jesu Christi in omnibus.

16. Mixtionis. Aurum enim mistum esse solet inter arenas, æs & alia metalla: Sic pius vir in hoc Mundo conversatur, non inter perfectos, sed imperfectos; inter generationes pravas, Philipp. 2. vers. 15. & germina viperarum, Matth. 3. vers. 7. & filios apostatas, Deut. 32. vers. 5. sed in die judicii summus ille conflator, DEI Filius, purgabit montana & subterranea hujus Mundi, & aurum fidelium sibi colliget.

§. 256 V. Charitatis Imago est aurum. Alcasar in Apoc. 1. v. 13. not. 12. id fusè persequitur. Confer inf. Tit. Charitas.

VI. Beneficiorum à Christo manantium: Apocal. 3. emas aurum: gratiam, remissionem peccatorum & sanctificationem.

VII. Sponsi caput aurum dicitur, Cantic. Cantic. capit. 5. vers. 11. quidam Christi Deitatem intelligunt: In Hebr. Caput ejus purum auri, hoc est, pretiosissimum aurum, notans regni Christi excellentiam & perpetuitatem. Cincinni ex eo pendentes sunt fideles in regno Christi, ab hoc unicè pendentes.

VIII. Splendor sanitatis, quem Dominus à Judæis requirebat, in scorias mutatum inveniebat, Jer. 4. v. 1. Splendor Justitiæ, obscuratus tenebris iniquitatis.

IX. Sapientiæ humanæ aurum, de quo dabitur Christo, Psal. 72. August.

X. Æternæ vitæ, Apocal. 21. vers. 18. civitas aurum, ob splendoris claritatem; & vitrum, ob gloriæ perspicuitatem. Aurum præterea camino probatur: At Jehova corda probat, Proverb. 17, 3. & 27, 21. V. *Probatio*. Claudam titulum verbis Senecæ, Epist. 94. Nihil (inquit) quod avaritiam nostram irritaret, posuit (natura) in aperto: pedibus aurum & argentum subjecit calcandum ac premendum. Hæc illa dedit, & quicquid est, ob quod calcamur & premimur.

Auri abusus

Et pompa in sacramentis adhibita, fusè perstringitur ab Ambrosio libr. 2. de officio, cap. 28. D. Bernhard. Apolog. ad Abbatem Guil. col. 991. Discite (ait ille) pontifices, in B. Clericorum vestibus. D. Bernhard. sermon. ad Cler. In Synodo Rhemens. Plus (ait) nitent calcaria, quàm altaria.

Auri fames

Et studium. Vid. Avaritia. Divitiæ. Opes.

Auri poculum Jerem 57, 7. pro vino puro & rubicundo, pœnis scilicet Babylonis irrogandis.

AUSTER.

Ab eo omne bonum venit & ab austro suaves & grati flant venti. D. Osiander paraphrasi in c. 11. Danielis. Contra omne malum ab Aquilone.

Cantic. 4. vers. 16. notatur aliis salutifera doctrina, è plagâ australi oritura: Aliis Spiritus Sanctus Ecclesiam amico afflatu beans. Augustinus gratiam venturam Salvatoris: Ad Honoratum.

AUSTERITAS. *V. Humanitas in opposito. V. Homo. V. Cura corporis.*

AUTARKEIA.

§. 257

1. Tim. 6. vers. 6. Proverb. 23. vers. 5. Exemplum Pauli Philipp. 4. vers. 11. Hebr. 13. vers. 15. Proverb. 15. vers. 15. 16. 17. & cap. 16. vers. 8. Diogenes dixit: malo Athenis salem lingere, quàm apud Craterum, Alexandri præfectum, opiparâ cœnâ frui.

Contrarii vitii actus sunt 1. Fastidire præsentem rerum suarum statum. 2. alium statum & conditionem concupiscere juxta illud: Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Horat. lib. 1. Satyr. 1:

Qui fit Mæcenas, ut nemo, quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu fors objecerit, illa
Contentus vivat. Vide eundem Epistola ad Fusium Aristianum.

Caussa mali hujus est concupiscentia mala cor hominis occupans; Mens minime cogitans, à DEO omnia & sapienter & utiliter ordinari.

Similes huic vitio dediti sunt nauseabundis de navigio in navigium transilientibus, molestiam maritimi aëris levaturis: Illis corporibus quæ nec æstum, nec frigus tolerant.

G. Buchananus in Psalm. 37.

Præstat supellex sobria
Recteque parta recula,
Quàm rapta per vim divitum
Fastidiosa copia.

Exempla τῆς αὐταρκείας vide fol. 118. a. b. Zwingeri Theatr.

Vide de hâc virtute Lactantium lib. 5. c. 22. Instit. divin. Plutarch. in conviv. septem sapientum. P. Camer. part. 1. cap. 46. Horar. subcis.

AUTONOMIA. *V.* *Religio.*

AUXILIUM.

DEI Pſalm. 55. verſ. 19. & 56. verſ. 4. & 18. verſ. 7. & 69, 30. & 46. v. 1. & 74, 12. Venit præter expectationem, Luc. 7. reddidit filium matri ante defunctum: ſubtrahit illud aliquando DEUS, Thren. 2, 3.

Hominis diffluit tempore calamitatis, Eſa. 47. verſ. 14. Thren. 1. v. 2. Jer. 8. v. 20. V. Spes: non ſperandum in homine.

De auxiliis gratiæ multæ DD. Pontificiorum digladiationes, quæ ſpectant ad Tit. de libero arbitr. & converſione.

AZYMA

§. 258 Comedebantur ſeptem diebus, Exod. 12. v. 19. Deut. 16 verſ. 4.

Inſtituta in V. Teſtamento (1) In memoriam populi ex Ægypto educti, Exod. 12. verſ. 19. 20, 15. & quidem feſtinanter, ita ut maſſam ſecum nondum piſtam abduxerint, Exod. 13, 7.

(2) In commonefactionem moralem de expurgando fermento peccati & malitiæ, 1. Cor. 5.

(3) In monimentum veteris afflictionis in Ægypto, Deuter. 16. verſ. 5. Comedes azyma, afflictionis panem: Ergo ſingularis hic panis erat. Communis v. Judæorum panis fermento non caruit, quod contra Tacit. libr. 5. hiſtor. obſervandum, qui ſcribit: Judaicus panis nullo fermento detinetur.

Azymi panes ſtomacho nocivi notante Abulenſi in Exod. 12. Confer Plin. lib. 8. cap. 11. Natur. Hiſtor. fermentati panis laudes celebrantem. Illis tamen uſi ſunt Iſraelitæ ex neceſſitate & penuriâ totis triginta diebus, donec perveniſſent in Succot, Exod. 12, 39.

Ad refricandam populo illius miſeriæ & itineris memoriam, duplex præceptum Dei. 1. Ut primâ nocte azymis veſcerentur, unà cum paſchali agno.

2. Ut totis deinde ſeptem diebus veſcerentur Iſraelitæ iisdem in ſignum liberationis factæ.

Azyma in eductione ſacerdotum deſignant divinam ſapientiam & doctrinam Chriſti, quippe quâ ad æternam vitam renovamur, Levit. 8.

Azyma ſinceritatis 1. Cor. 5. notant ipſam ſinceritatem & veritatem, quâ DEO ſervire debemus, ſive vitam novam, in quam Apoſtoli erant inducti, Ambr. in 1. Cor. 5. animum non vitiis contaminatum, Theophyl. in lib. 1. & Ambroſ. d. l. prima azymorum eſt dies, quæ ante azyma erat. Judæi enim à veſpera dies numerant, Chryſoſtom. homil. 82. in Matthæum.

Epulari in Azymis eſt lætari doctrina Evangelii nobis revelatâ, & abſtinere à doctrinâ Phariſaicâ Evangelio contrariâ.

Dies Azymorum ſignificant dies feſti, Paſchæ dicati, Luc. 22. Notant æternam felicitatem expertem omnis impuritatis & corruptionis: Hieronym. ſuper Exod. 25.

B.

BAAL.

§. 1 Ab Hebræo בעל, vox multiplicis ſignificationis, Geneſ. 49. verſ. 23. Domini Jaculorum, i. e. ſagittarii. Baal Zebub, Dominus Muſcarum. Fusè hæc perſequitur Delrio Adag. 54. col. 48.

I. *Propriè* eſt *nomen Idoli Sidoniorum*: Auguſtinus putat Jovem ſignificatum eſſe hoc nomine, quæſt. 16. in libr. Judic. Tom. 4. cap. 303. derivant à *Belo*, primo Babylonis Rege, Oſeæ 11, 2.

II. Poteſt eſſe figura moralis (1) *Diaboli*: (α) *ratione nominis*, Baal Dominum notat; Diabolus eſt Dominus mundi, 2. Cor. 4. v. 4. Epheſ. 6, 11. Johan. 14. v. 30. (β) *ratione regni*, quod conſiſtit in mendacio, Joh. 8. verſ. 44. & homicidio, 2. Reg. 17, 17. conſecrabant filios ſuos (γ) *Ratione ſervorum*, qui huic Domino ſerviunt, Phil. 3, 19. (δ) *Cultus*, habet enim cultum Deo adverſum, Matth. 6, 24.

(2) *Malorum prælatorum.* (α) *Ratione idoli*; hoc mutum ſurdumque eſt: ſic prælati plurimi in Eccleſia, officio ſuo non rectè fungentes, Eſa. 56. verſ. 10. Canes muti, ibid. (β) *Cultûs*. Honorantur fruſtra idola: ſic in Eccleſia plurimi honorantur incaſſum, non digni honore, quia ſtatuales ſunt & inſcii, *Teſte Berchov.* V. Baal. Sic in Magiſtratu aliquando multi ſunt mali prælati, qui Baal ſuum, h. e. ſuperbiam, voluptatem & divitias amant, Pſalm. 4. verſ. 3.

§. 2 (3) *Peccatorum* (α) Ratione *opinionis*. Hi enim ſibi videntur eſſe Domini, ſibi viventes non DEO, ac ſi Lex poſita ipſis non eſſet. (β) *Proſperitatis*, mali enim & peccatores ſunt Baalim, h. e. Domini florentes viventes, Pſalm. 37. verſ. 35. Pſalm. 73. verſ. 1. &c. (γ) *Eventus fruſtranei*, Jerem. 7. verſ. 9. Non proderit vobis libare Baalim: Sic impiis non proderit ſervire peccato, Roman. 6. verſ. 21. quem fructum &c. (δ) *Deſtructionis*, Jud. 6. verſ. 27. Aram Baalim deſtruxit Gideon: Sic Chriſtus deſtruet peccatum, 1. Cor. 15. verſ. 56. totaliter in alterâ vita.

(4) *Mundi* (α) *Ratione Dominii*. Mundus enim Dominus eſt, cui triplex eſt ſceptrum, voluptates, divitiæ & honores, 1. Johann. 2. verſ. 15. (β) *Cultûs*: colitur enim à ſuis; colunt etiam Mundum, quotquot eum diligunt; et ſerviunt, ad Mundi ſchema transformantur, 1. Joh. 2. verſ. 15. Rom. 12, 2. Per ſcandala Matth. 18, 7. in peccata trahuntur.

§. 3 (5) *Inferni*: Dominabitur enim Infernus aliquando ſuper impios: Cum enim hi Satanæ regnum amaverint, in Satanæ Regno h. e. Inferno erunt, Eſa. 66. verſ. 24. *Mors dominabitur eis*, Pſalm. 49, 15. Spectant huc varia ℥ Baal Epitheta: Videlicet Baal-Zebub, Dominus Muſcarum, 2. Reg. 4. verſ. 2. in Accaron cultus, ab Ochozia conſultus: ſic dictus, vel quòd muſcas abigeret, vel quòd circum ſacrificia ipſi oblata denſa Muſcarum agmina volitarint, ſivè quod formâ muſcarum appareret: ſic Theodoret. quæſt. 3. h. exiſtimat.

Suum Jovem Gentiles putarunt muscas abigere: Hinc dictus ἀπόμυιος. Plin. lib. 29. cap. 6. Vide Lilium Girald. Syntagm. 2. in Jove: & forsan idem est, qui Baal-Zebub, Princeps Dæmoniorum, Matth. 12. vers. 24. Luc. 11. v. 15.

Baal peor Deus Moabitarum, Num. 23. vers. 2. 3. cum quo Israelitæ scortati: putatur fuisse Priapus, Forster. in V. 789. quæ notat aperire. DEUS apertionis & nuditatis, cujus cultus in otio & comessatione, quæ libido comitatur, Roman. 13. Habuit nomen in monte Peor Num. 23. templum suum Deuteron. 34. è regione domus Peor mortuus Moses.

§. 4

BABEL.

(1) Urbs Babyloniæ illustrissima, (de quâ Herodotus fusè. Orosius titul. de Regno Persarum. Q. Curtius.) atque Hierosolymis distare scribitur 170. Miliaribus German. Reliquis populis gemitus expressit, Esa. 21, 3.

(2) 1. Petr. 5. vers. 13. per Babylonem *Romam* intelligi, fatetur Bellarm. Hieronym. Vide Hyperium part. 2. opusculor. p. 600. In Apocalyps. cap. 14. Romam intelligi concedit Ribera in h. l. Alii tamen putant intelligi Babylonem Assyriorum, 2. Reg. 21.

(3) Ægyptiaca Babylon, hodiè dicta Alcair.

(4) Totum regnum Babylonis, Jer. 50, 23.

I. Diaboli regnum. Vide prompt. Allegor. 196.

II. Carni hominis corruptæ & innatæ concupiscentiæ comparatur Babylon. Ut enim Israelitæ 70. annorum captivitatem in Babylone passi sunt prius, quàm in terram patriam reverterentur: Sic pii quoque in Babylone carnis suæ captivati sunt, Roman. 7. vers. 23. *non facientes* illud quod facere volebant. Confer Chrysostom. homil. 60. in Matthæum, qui animam à DEO relictam Babyloni comparat. de quâ mox sequitur: prompt. Allegor. 352.

III. Conscientiæ peccatoris confusæ. Hæc nihil aliud nisi confusio & Captivitas: modò lex ipsa concupiscentiæ peccatorem constringit, Rom. 2. v. 15. Lex iram operatur, Rom. 4, 15. Cogitationes sese mutuò accusant. Confusio mentis & Judicii, Dan. 9, 7. nobis confusio: confusio fidei, metus spei, animo fluctuante; hinc Evangelio consolante, illinc pædagogo legis Gal. 3. terrente: utraque lingua legis & Evangelii confundi solet in conscientiâ serio peccatorum dolore fracta.

§. 5 IV. Gentilitati. Nos enim Gentes nondum conversæ ad Christum nihil aliud, nisi Babel & confusio fuimus (1) ratione notitiæ DEI, quæ obscura fuit, Roman. 1, 20. ita ut sine DEO in mundo fuerimus, Ephes. 2, 13. abalienati à DEO, Ephes. 4, 17. in tenebris sedentes, Ephes. 5, 8. Joh. 1, 5.

(2) Ratione cultûs DEI, qui confusus fuit in Gentilismo, 1. Corinth. 12, 2. prout ducebamini. Rom. 1, 22. Stulti facti sunt. Hinc tot Myriades Deorum conflati; tot cultus conficti sunt.

(3) Morum ac vitæ: in quibus mira fuit confusio. Hinc tot nata peccata, quorum catalogum texuit Apostolus Rom. 1, 21. Ephes. 2. vers. 13.

(4) Rat. Mortis. Nefanda ibi confusio. Nulla mentibus nostris solida spes, 1. Thess. 4. v. 13. cap. 5. vers. 8. Nullum solatium, quia extra Christum eramus, hospites & alien, Eph. 2. v. 13. Extra vitam, resurrectionem (ad vitam) eramus.

Hinc luctus, tremor; hinc difficilis ex hac vitâ excessus. Sed ab his omnibus liberavit nos Dominus JESUS & nos in suum regnum transtulit, Coloss. 1. vers. 13. vitam reduxit, 2. Timoth. 1, 9. & nostræ resurrectionis factus est clypeus, 1. Cor. 15, 17.

V. Synagogæ Antichristi: Hæc enim verè Babylon erit & mera confusio.

(1) Regni Antichristi & Regni Christi: Nam in hoc ille sedebit, 2. Thess. 2, 4.

(2) Veritatis & falsitatis. Utramque enim miscebit Antichristus, & falsitatem fuco ornabit veritatis, cujus partem aliquam tuebitur: neque enim sine eâ in Ecclesia Domini sederet.

(3) Boni ordinis: quem abolebit filius ille perditionis; quippè homo ille ἄτακτος, quia omnia pro libidine gerit, nulli subjectus: Turbat ille & confundit omnes ordines. Scripturas & humanas traditiones, opera & fidem commiscet.

(4) Babylonis olim maxima potentia erat, Jerem. 51. vers. 20. Sic quoque Antichristi regnum potentissimum erit, Dan. 11. vers. 35.

(5) Tyrannis olim in Regno Babylonico fuit: Eadem erit in Antichristi Regno, Apocal. 11. v. 8.

(6) Spiritualis inebriatio, Apocal. 19, 13. Hæc verò fit per spiritualem scortationem, cujus poculo Antichristus homines inescabit.

(7) Captivatio 2. Reg. 25. Sic Antichristus spiritualiter captivos ducit homines, & variis eosdem errorum laqueis implicabit & Conscientias hominum intricabit.

VI. Hæreticorum pravitati: Hæc enim nihil aliud nisi Babylon est, Confusio scilicet cœlestis Doctrinæ §. 6

(1) Cum Doctrinis hominum, Matth. 15. vers. 9.

(2) Tritici cum paleis, Jerem. 23, 28. Stipularum cum auro, 1. Cor. 3, 12. fermenti cum purâ Evangelii massa. Matth. 16, 6. Cavete vobis à fermento Pharisæorum.

(3) Solatii humani cum Divino, quorum hoc solum Conscientias pacatas reddit. Matth. 29. invenietis requiem animabus vestris: Illud v. non item. Esa. 18, 14. Ova aspidum.

VII. Statui hujus Mundi: Hic enim verè est Babylon. Vid. Allegor. 411. in prompt. His addo: rectè Babylonem & Mundum comparari ratione

(1) Cultûs: In Babylone Draco colebatur pro DEO, Part. Dan. ſic Satan eſt Draco infernalis, qui in hoc mundo colitur: Nam operatur in filiis incredulitatis, Epheſ. 2. verſ. 2. Eſt DEUS hujus mundi, 2. Corinth. 4, 4. Hic colitur in ambitione, 1. Johann. 2, 15. in Mammone & divitiis, Matth. 6, 24. In fœda voluptate, 1. Tim. 6, 9.

(2) Confuſionis: Hanc enim vox Babel notat; ſic in mundo omnia ſunt confuſa: Piis plerumque malè eſt: Impiis benè: id quod ſpirare videtur confuſionem. Vid. Jer. 12. verſ. 1. Pſal. 73, 3. & Pſ. 37, 35. Hab. 1, 3. & 14. Eccleſiaſt. 8. 14. cap. 9, 2. 3. Unus videtur interitus eſſe hominis & Beſtiarum, Eccleſiaſt. 9, 2.

(3) Statuæ Erectionis: in Babylone ſtatua aurea ad adorandum proponebatur, Dan. 3. μετὰ πολλῆς φαντασίας: ſic in Babylone hujus Mundi triplex proponitur ſtatua: *prima* ambitionis, *ſecunda* avaritiæ, de hâc Pſ. 49. Luc. 8. 1. Tim. 6. Pſ. 62. de illâ 1. Joh. 2, 15. 16. quam Haman colebat, Abſalon, Phariſæus ille Luc. 18. *Tertia* ſtatua eſt voluptatis, hanc ſibi erexerat epulo Luc. 16. & acolaſtus ille Luc. 15. 2. Tim. 3.

(4) Beſtiarum & deſolationis: ſunt enim in Mundo variæ Beſtiæ & feræ: vulpes callidisſimæ ſunt doloſi homines. *V. Hypocriſis.* Lupi ſunt hæretici. Vid. prompt. Alleg. 1568. Luporum lupus Satan ipſe eſt: Leones ſunt Tyranni, ſerpentes & Baſiliſci ſunt mali Auditores, Ezech. 2. verſ. 6. feræ volucres ſunt Diaboli, ſemen verbi auferentes, Luc. 8. & hinc tot & tantæ ſunt in mundo confuſiones & deſolationes.

(5) Potentiæ & flagellationis. Potentisſimum erat Babylonia Regnum, quod alia omnia comminuebat & flagellabat: ſic Mundi Regnum potens eſt, ob potentem Dominum Satanam, Epheſ. 6. verſ. 12.

Ob potentia arma, quibus utitur: hæc ſunt, honor, divitiæ, voluptas, quibus multi expugnantur, in avia trahuntur: Ob Regni latifundia, quæ longè ſpargit Mundus: Ubique enim inveniemus Mundum, h. e. Satanæ Regnum nulli loco abeſt,

Vltra Sauromatas fugias licet, & glacialem
Oceanum.

Et quis quæſo piorum, qui non in hoc Mundo flagelletur & ſuos Manes patiatur? In Mundo habebitis anxietatem, Johann. 16. verſ. ult.

VIII. Inferno Babylonem facilè compararaveris: Etenim in illo mera confuſio: Impiorum flagellatio: horrenda deſolatio: Inenarrabilis excruciatio per infernales Beſtias, h. e. Diabolos, Matth. 25. Tyrannis inexplicabilis 2. Theſſ. 1, 8. Dolor irremeabilis, captivitas irrevocabilis &c. Vid. Tit. Infernus. De ædificio Babel vid. Auguſtin. Tom. 5. lib. 16. cap. 4. de civitat. DEI. qualis ſit congregatio Babylon. Tom. 9. col. 680. d. 681.

Bahal Hamon.

Canticorum 8, 11. (1) nomen eſſe *loci* prope Jeruſalem *feraciſſimi vinorum*: (2) alii, Domino multitudinis, ſcil. vini; ſic Junius: (3) alii, Domino multitudinis, id eſt, Chriſto, Geneſ. 12. vel Abrahamo, Gen. 17, 5.

BACCHANALIA.

Bacchanalia 2. Maccab. 6. verſ. 7. ortum trahunt ex feſto Iſidis, quo omnes perſonati incedebant, Herodian. libr. 1. Baron. t. 2. fol. 259. n. 5 10. 15. Bacchus, cujus mentula honorata ab Iſide, Auguſt. lib. 18. cap. 13. & 21. de C. DEI. Sic hodienum multi inter Chriſtianos circa hoc tempus perſonati incedunt larvis tecti: Nempè ita in Chriſtianiſmo reviviſcit Ethniciſmus.

II. Ex turpi Iſraelitarum commercio habito cum Moabitis ad Ann. Mundi 2455. Cornel. à Lap. in c. 25 v. 3. Num.

III. Alii ad Ægyptios eorum originem referunt, Herod. in Euterpe. Deinde Orpheus eadem ſacra ad Græcos & Thebanos tranſtulit, circa tempora Judicum vivens, ut ſcribit Auguſtinus lib. 18. cap. 14. de civ. DEI. Theodoret. ſermon. 2. ad Græcos. A græcis deinde propagata ſunt in Italiam, Romam præprimis, Aug. d. l. Vid. Polydor. Virgil. lib. 3. cap. 27. de inventione Rerum. Interdicta olim à Romanis.

Auguſtinus d. l. lib. 18. de Civ. DEI cap. 13. Livius Decad. 4. lib. 9. fol. 171. 172. L. Vives ad lib. 6. cap. 2. Auguſt. de civit. DEI. Idem Auguſt. lib. 6. cap. 8. & lib. 7. cap. 21. Sopita ad tempus interventu diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſeverioris. Reducta deindè in vulgus Chriſtianorum, ope Satanæ, ſub prætextu rigidæ obſervantiæ & abſtinentiæ, quam mox quadrageſimale tempus injuncturum eſſet, Bellar. concione XX. in Quadrageſ.

Bacchus quam turpis Deaſter, V. Zwinger. in theatri indice. V. Bacchus. Quàm fœdè culta Bacchanalia, V. Livium Decad. 4. libr. 9. Et certè Bacchum olim à Gentilibus adoratum, & muliebribus veſtimentis indutum fuisſe, tradit Origenes lib. 2. contra Celſum. Plura ſunt apud Plutarch. libr. de Iſide & Oſiride, & in lib. de cupiditate opum deſcribit pompam Bacchanaliorum. Egregium quoque de eodem carmen conſcripſit Aurel. Prudent. p. 362. 363. Tit. de Libero, qui & Bacchus; inter alia ſic ſcribit:

Indè puellarum ludibria, pignora, partus,
Et furtivus amor juvenum, deprenſa jugalis
Corruptela thori: quoniam regalibus aula
Fervere tunc vitiis ſolita eſt, nec perdita luxu
Divorum ſoboles ſancti meminiſſe pudoris.

Olim in tædium Chriſtianorum celebrata à Gentilibus, Theodoret. lib. 5. cap. 20. Hiſt. Eccl.

Cur fugienda?

1. Ob paſſionis & Tentationis Chriſti memoriam, quæ in hoc ipſum tempus incidit. Matth. 4. tunc Jeſus ductus eſt in deſertum.

2. Ob turpitudinem: Nihil enim turpius, quàm

quam Christianos Ethnicorum vitia imitari: Nihil turpiùs est, quam Christo Solymos ad passionem adscendente, nos otiari, nos gaudere, nos tripudiare. Luc. 18. Ecce ascendimus. Vide Hyperium 1. Opuscul.

3. Ob damna plurima: Ethica, Physica, quæ ex ejusmodi comessationibus provenire solent: Scandala Juventutis, Matth. 18. Væ homini per quem venit scandalum!

4. Ob Apostoli interdictum, Rom. 13, 13. Non in comessationibus.

5. Ob summam fœditatem. Sicut enim fœdissimum fuit peccatum Israelitarum cùm Moabiticis fœminis comessantium, Numer. 25. vers. 1. 2. sequent. sic quoque isti æquivoci Christiani Ethnico illo Bacchanaliorum otio inquinantur. Et colunt Dominum turpitudinis & apertionis omnium scelerum. (Hinc Baal-peor dictus fuit, aliàs Priapus) Hieronym. lib. 8. c. 25. Esai. &c. lib. 2. Comm. in cap. 9. Esai.

6. Ob pœnam DEI, Num. 25, 4. 9.

Sic DEUS quoque puniet comessatores hujusmodi, cum venerit tempus visitandi. Rom. 11, 21. hîc applicemus illud: Si DEUS naturalibus ramis non pepercit, multo minus nobis parcet.

7 Ob ludibrium paganorum & Turcarum, quod illi è Christianorum Luxu, quô diffluunt, concipiunt. Ob Romani Senatûs exemplum, olim turpitudinem Bacchanaliorum detestati, his in urbe abrogatis: Lege Livium Decad. 4. lib. 9. fol. 171. 172. Edit. Basil, in fol.

8. Ob damnum animarum: Has enim offendimus, ne ad Christianam fidem convertantur, tàm perversis, tamque turpibus moribus.

9. Ob turpia colloquia Bacchantium, qui tandem rationem reddituri sunt de quolibet otioso verbo, Matth. 12, 36. De hac turpitudine consule Livium Decad. 4. libr. 9. fol. 171. 172.

10. Ob vulnera & plagas, quæ Ebriosis incuti assolent, Prov. 23, 29. Ubi væ? Ubi plaga &c.

11. Ob detestationem Prophetæ, Esaiæ 5, 11. Væ iis qui potentes sunt. Hanc potentiam suam strenui potatores exerunt, præprimis in Bacchanaliis.

12. Ob Homicidia, olim Ethnici Romani in festo Bacchanaliorum Christianorum demortuorum ossa per urbem disjiciebant & dispergebant. Tertull. in Apolog. Tu verò non mortuorum ossa, sed vivorum vulneras, discerpis, frangis &c. ô factum Ethnicum! ô vitam Barbaram!

Simile.

Aristoteles commemorat piscem quendam existere, cui cor in ventre sit. Sic Bacchantes illi cor in ventre habent, id est nihil agunt, nihil loquuntur, nisi quod ad ventrem saginandum spectat. Horum enim DEUS venter est Phil. 3, 19. Clem. Alexandr. lib. 2. Pædagog. cap. 1.

Hypotyposin

Comessationum egregiam habet Basilius oratione contra Ebriosos §. incipiente die symposia sua variis tapetibus ac floribus aulas exornant &c.

BACCHUS cornutus. *Ebrietas.*
BACULUS. *Virga.*

§. 10 I. DEO in scripturis tribuitur (1) Baculus Justitiæ & punitionis, quô DEUS immorigeros filios percutit. Ejusmodi Baculi sunt Tyranni, qualis olim fuit Rex Assyriorum, Esa. 10. vers. 5. O Assur! Virga (baculus) furoris mei, & virga, quæ est in manu eorum, est ira mea. Rex Babyloniorum, Esa. 14. v. 5. Moabitæ, Jerem. 48. vers. 17. Affectio hujus Baculi est, quòd DEUS tandem hos Baculos confringat & exscindat, cùm ipsi visum fuerit, Esa. 14, 5. d. l.

(2) Baculus gratiæ & misericordiæ DEI, (modus loquendi à pastoribus desumptus est. Vide Levit. 27. v. 32. Jerem. 33. vers. 13. Ezech. 20, 37. Mich. 7, 14. Zach. 11, 7. Ad pastorem animarum applicatus, 1. Petr. 2. vers. 33.) cui tutò innituntur ambulantes in valle umbræ mortis hujus vitæ, Psalm. 23, 4.

Hunc baculum fide apprehendimus, huic innitimur, quando credimus verbo Domini & ejus promissionibus, Psalm. 27. v. 1. Jer. 15. vers. 20. Psal. 94, 17. Hæ promissiones nos sustentant, Esa. 43. Hoc baculo abigimus allatrantes dubitationes de DEO, & ejus erga nos fidelitate, Psal. 77.

(3) Baculus Evangelii vivificus & jucundus. Vid. prompt. Allegor. Tit. de lege & Evangelio. Baculus legis. V. d. l.

(4) Baculus crucis, quo Christus Jordanem passionis suæ transiit. Vid. prompt. Allegor.

(5) Baculus Imperii Christi, sive virga, quæ quadruplex est.

(α) Directiva: dirigit nos sermone suo, hinc se viam vocat Johan. 14, 6. & habet nomina suorum Fidelium inscripta, Luc. 18, 20. non in ærata tabella, sed in corde suo & libro electionis.

(β) Correctiva: nempe corrigit nos lege & cruce ceu baculo correctionis, 1. Cor. 11, 32. corripimur à Domino.

(γ) Consolativa: solatur enim promissionibus Evangelii mentes affectas. Matth. 11. vers. 29. Venite ad me omnes, qui laboratis &c.

(δ) Destructiva, quâ utitur contra hostes, Psalm. 2. vers. 9. Confringes eos in virga ferrea.

§. 11 II. Satanæ non ineptè baculum assignaverim

(1) Extraordinariæ afflictionis: sic Jobum ulceribus percussit, & variarum Tentationum velut manipulis.

(2) Tyrannicæ persecutionis: Hanc sæpè excitat Satan, Draco ille rubens, & Tyrannorum animos ad cædem sanguinemque fundendum accendit, ceu homicida ille ab initio, Johan.

Joh. 8, 44. Deus quidem justo judicio suo hoc permittit, ut dictum hoc Tit.

(3) Idololatricæ devotionis. Hoc baculo suorum mentes Satan verberat, devotam iis intentionem conciliat: Exemplo Baalitarum sacerdotum, 1. Reg 18. Angelicam humilitatem instillat, Coloss. 2.

Hæc omnia veniunt à spiritu illo mendacii, & efficaciâ illâ erroris, 2. Thess. 2, 11. quæ homines cœcitate percutit.

III. Homini varii Baculi assignari possunt.

(1) Ægri baculus: ægri enim baculo uti solent, ut se sustentent. Sic spiritualiter ægri sumus morbo peccatorum & conscientiæ, Ps. 6. Hic indigemus baculo sustentante, quod est DEI verbum. Psalm. 23, 4. virga tua & baculus tuus, ipsa consolata sunt me. Esa. 38. Hiskias se hoc baculo sustentavit.

(2) Senis: Senes enim hoc baculo utuntur, Tob. 5, 23. cap. 10, 4. Senescit aliquando fides in nobis, & de vigore suo remittit: Hîc igitur indigi sumus baculo verbi DEI, ut fides nostra confortetur in Domino, Ephes. 6. Baculo SS. Eucharistiæ, ubi baculum vitalis panis frangit nobis Dominus ipse, Johann. 6. Matth. 26. Sic Israelitæ baculis instructi Pascha manducabant, Exod. 12, 11. Pascha nostrum Christus est, 1. Cor. 5, 7. Verbi baculo instructi, idem manducemus: Verbum hoc est: Edite, Bibite in remissionem peccatorum.

(3) Viatoris & peregrinatoris: sicut enim Jacob baculo transivit Jordanem, Gen. 32, 10. Sic peregrinamur in Mundo, 2. Corinth. 5, 6. Nam politeuma nostrum est in Cœlis, (ergo non in terris) Phil. 3, 20. Transimus per hunc Mundum baculo divini verbi innixi. Hunc Baculum arripuit Jacob, Genes. 32, 9. Domine, qui dixisti mihi &c. Dixit nobis omnibus DEUS: Ambulate per vallem lachrymarum, Psalm. 84, 7. Per tribulationes & viam arctam cœlum intrate, Matth. 7, 13. Act. 14, 22. Sustentemus ergo nos hoc baculo verbi, dicentes: Domine tu dixisti mihi, tu vocasti me, tu castigasti me; sed morti non tradidisti me, Psalm. 116. vers. 8. Magna hujus baculi vis erit: Maximum ex illo nobis robur. Hinc Chaldæus in Psalm. 23. vers. 4. Virga tua & Lex tua &c.

(4) Militantis. Sumus in Militiâ constituti, Job. 7, 1. 2. Corinth. 10, 4. Indigemus baculo, quo percutiamus hostes. Allegor. 1. Sam. 17, 40. baculo armatus contra Goliathum venit David: sic nos contra hostem Satanam & alios pugnaturi armati simus baculo verbi & gladio spiritus, Ephes. 6. qui est omni gladio acutior, Heb. 4, 12.

(5) Commeatûs Baculo indigemus in hâc vita. Scriptura vim panis baculum panis appellat, Lev. 26, 26. Ezech. 4, 16. cap. 5, 16. Sic panis vitæ Christus baculus noster est, Johann. 6. quo alimur & vivificamur, Joh. 6. & à fame spirituali atque siti animæ liberamur, Johan. 6. Matth. 6.

(6) Officii cujuslibet. Magistratus baculus est pietas, justitia & reliquæ virtutes. Vid. Magistratus. Juvet Magistratus DEI servos, suasque cum illis operas conjungat in bonum *publicum*: sic Principes Israel foderunt una cum Mose baculis suis puteum, Num. 21, 18. Ita Magistratus prævio & duce Mose, Doctore Justitiæ, *fodiat* puteos & fontes communes boni, in omnes subditos redundantis. Ministri suum habeant baculum, quo regant oviculas, de quo infra, Tit. Ministerium. Paterfamilias. Vid. suo loco. §. 13

(7) Boni Oeconomici baculus est Filius, baculus senectutis patri suo, Tob. 5, 23. cap. 10. vers. 4. ut hic illi aliquando innitatur. Talis Baculus Josephus erat patri & fratribus suis, Genes. 50.

(8) Peccati idololatrici: Ose. 4, 12. populus interrogat lignum, & baculus respondet, hoc est, Idolum ex baculo factum. Vel est simile à Cœcis desumptum, qui stultè agerent, si baculum, cui innituntur, de viâ interrogarent, qui tamen respondere minimè posset. Sic Israelitæ à rebus mortuis consilia petebant & tamen cæci in viis suis aberrabant. Ejusmodi baculum idololatriæ hodiè sibi non minus, quàm olim erigunt avari, Ephes. 5. Ægyptios scilicet imitati, qui undique in templo Isidis baculum colunt, Euseb. l. 9. præpar. Evangel. cap. 4. Sic quoque avari in cordis templo baculum colunt arundineum fluxarum divitiarum.

(9) Certæ significationis: sic olim Philosophi baculos gestabant, Chrysostom. homil. 17. ad popul. Lucian. Dial. de paradis. Julian. Orat. 6. Consulum olim Insignia erat eburneus scipio: Pastorum baculus cypressinus, Stephan. Tornacens. Epist. 234. Episcoporum pro eo cereus erat, ut eorum vita lucens pietate significaretur.

(10) Fidei baculus, quò verbum apprehendere debemus: Egregiè Luther. Tom. 1. Isleb. f. 358.

IV. Mundo: hic verè est baculus arundineus, 2. Reg. 18, 21. Esa. 36. v. 6. Ezech. 29. v. 6. 7. 16. §. 14

(1) Viridis ad extra: florent in Mundo voluptates, 1. Cor. 7.

(2) Vacuus ad intra: est enim pomis Sodomiticis similis, & nuci cassæ.

(3) Fragilis & perfidus: Qui enim Mundo confidit, jam deceptus est. Sunt enim homines fragiles & caduci, Psal. 146. Omnis gloria est velut flos agri, Esa. 40.

V. Moriturorum baculus qualis esse debeat.

(1) Fulciat nos, ne cadamus: Sola fides in Christum baculus hic est, ut Domino moriamur, Rom. 14, 8. & in eo horam mortis expectemus, Phil. 1, 23.

(2) Lassitudinem arceat: Qui enim baculo innititur, non mox lassus fit; sic Christi verbum pellit lassitudinem, Matth. 11, 29. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: ego reficiam. DEI Misericordia lassos

gemendo

mendo erigit, Psalm. 6. Esa. 40. qui sperant in Domino.

(3) Defendit ab incurrente lupo, angue, cane: Omnes hi excubant ad lectum morituri: Assume igitur baculum fidei Christi sanguine tinctum: Hoc pelles lupum esurientem, Joh. 10, 12. Anguem fallentem, 2. Cor. 11, 3. 1. Thess. 2. canem latrantem, cerberum illum tricipitem.

(4) Habet aculeum & firmam compagem: sic fides, spes nostra firma sit & aculeata, contra centrum mortis, peccati, desperationis, ut dicas cum Davide: Domine in te speravi: non confundar in æternum. Fidei tuæ aculeus in Christo sit fixus, ab eo nullâ morte, nullo Diaboli impetu evellendus, Roman. 1, 35. De Episcopo Roffensi, sene, capitis damnato & baculo innixo referunt, eum loco supplicii vicinum, abjecto baculo, dixisse: Eja pedes, officium vestrum facite: jam parum restat itineris.

BALAAM. *Vide BILEAM.*

BALÆNA. *V. Cetus.*

§. 15

BALNEA.

Lavacrum I. spirituale est Baptismus, de quo suo loco.

II. Corporale, balneum in quo sordes carnis abluuntur, 1. Pet. 3, 21.

Romani Imperatores & magistratus publicis olim institutis balneis favorem populi aucupabantur: Sic Mecænas, Dion in Augusto, M. Agrippa, M. Antonius Imperator, Antonius Caracalla, Tacitus imperator teste Cuspiniano, Diocletianus, & alii, Plin. libr. 36. cap. 15. Quantò augustiores sunt spirituales balneæ à DEO nobis apertæ, nullo ævo intercisuræ, animæ sordes abstergentes & divinam nobis benevolentiam abundè obsignantes? Tit. 3, 5. per lavacrum regenerationis & renovationis &c.

§. 16

Usus Balneorum

I. Sit moderatus, ne corpora debilitentur. Hinc veteres balnea vocabant ἀνθρωπογναφεῖα, hoc est fullonias hominum officinas, quod per ea corpora hominum pannosa & tenuia redderentur, Clemens Alexandr. lib. 3. cap. 9.

Seneca alicubi: Quorsum balnea? omnis sudor per laborem exeat, non ad luxuriam & fastum directus. Sergius orator, homo voluptuarius, etiam pensiles balneas instituit, Macrob. 3. satur. cap. 15.

II. Humilis: ut te lavans cogites, terram & cinerem te lavare. Et cùm corporis tui tot sint sordes: multò plures animæ tuæ inesse impuritates (Psalm. 51, 4. lava me ab iniquitate mea) mediteris. Olim etiam in balneis terram adhibebant, ut terra terram tereret, terendo lavaret, &c.

III. Castus & modestus.

(1) Cùm ratione sexus distincti, ne coëant vel conveniant in iisdem balneis, Clemens Alexand. lib. 3. pædagog. cap. 5. Turcæ hanc hodiè castimoniam servare narrantur. Confer Panciroll. part. 1. Tit. 27. P. Camerar. c. 33. Hor. subcisiv.

(2) Tum ratione inferiorum & superiorum: olim enim pater & filius eodem balneo non utebantur, Alexand. ab Alexan. lib. 2. c. 25. Val. Max. lib. 1. c. 1.

(3) Tum ratione cognationis & affinitatis; ne cognati & affines temerè balneis conjungantur, quod vel inter Romanos, adhuc Gentiles, probro fuit.

(4) Ne uxor cum extraneo balneum ingrediatur. C. de repub. l. 3. final. §. inter culpas.

IV. Prudens. Ne cum hominibus desperatis & hæreticis balnea ingrediamur. Sicut Polycarpus noluit Ephesi iisdem cum Cerintho balneis uti. C. pervenit. distinct. 3. de Consecrat.

V. Discretus: Ne plus justo balneis tribuas, quasi eæ animi ægritudinem possint depellere: in quo olim errore hæsit Augustinus, ut ipse fatetur Tom. 1. Col. 159. c. & dicit: Lavi, & talis eram, qualis prius, antequam lavissem.

Balneum Judaicum.

Judæi, quos sibi adsciscunt fidei socios, in balneum collotenus demissos, articulos fidei docent, & ter caput in aquas immergunt, ut totus emergat, sed fœdior emergit quam antè.

Tempus.

§. 17

Olim die dominico lavari licitum erat: C. pervenit, de consecrat. dist. 3. cap. 12 si necessitas id requirat; non vero si voluptatis gratiâ fiat. Dardanenses Illyrides totâ ter solùm vitâ lavabantur. 1. post partum nati in hanc lucem. 2. ante nuptias. 3. post mortem. Commodus Imperator octies de die lavisse legitur: En Luxuriam! Septies Gordianus Junior.

Quinam lavare possint.

1. Laici; si tamen cum Judæo lavissent, excommunicabantur olim, C. 28. qu. 1. c. 13. Nullus eorum.

2. Clerici quoque: C. omnis qui cap. 24. qu. 1. Exemplum Polycarpi balnea Ephesina ingressi. Barthol. Finus in Armill. sed non cum Judæo: aliàs deponebantur, C. 28. qu. 1. c. 18. Nullus eorum.

3. Monachæ vel moniales menstrua olim balnea habebant, Augustinus Tom. 2. col. 512. cap. 4. Baptisandorum corpora olim die Cœnæ dominicæ lavabantur unà cum aliis. Aug. Tom. 2. Epist. 118. col. 560. b.

Magistratus olim officium

Circa balneas: Nobilissimi ædiles olim Romæ balneas ingressi, populum ad temperantiam & munditiem hortabantur, Cœlius Rhodigin. lib. 10. c. 9. Lection. Antiquar.

Idolo-

Idololatria.

Olim Gentiles etiam ostiis balnearum suos Deos præfecerunt. Carpit hunc cultum Tertull. lib. de Idololatria cap. 15. Hi Dii erant lares & Genii privati.

§. 18 *Consuetudo.*

Loti olim oleo ungebantur: Unde ea pars balnearum vocabatur τὸ ἀλειπτήριον: ibi ex olearia ampulla oleum guttatim in corpora lotorum destillabat, Fumanellus lib. de balneis aquæ potabilis: Ludicra hæc sunt. Seriæ & graves sunt fidelium balneæ. His enim loti à sordibus & mundati conscientia, 1. Petr. 3. 21. Hebr. 9, 14. ungimur oleo S. Spiritûs vivifico illo. Vid. Allegor. 113. in prompt.

Partes subjecti loci balneis destinati. (1) spoliatorium continebat vestes lavandorum depositas. (2) Testudo vel cella, aëre calido plena: calidarium, sudatorium, vaporarium. (3) cella calidaria, lavacrum, baptisterium, in quo situm erat solenni lavandi ergo labrum, quasi lavabrum nominabant. (4) Locus, in quo solium frigidum erat positum, frigidarium dictus. (5) Locus, in quo detergebantur, & tersi ungebantur, dictus ἀλειπτήριον: in eo vas erat guttatim oleum destillans (Apulejo olearia ampulla) è bubulo communi: ditiores è cornu Rhinocerotis lavabantur. (6) strigilis quoque adhibebatur, ad abradendas corporis sordes. Adi pluribus Fumanellum libro de balneis aquæ, & Panciroll. lib. 1. var. lection. cap. 25. Rosin. lib. 1. cap. 14. de Ant. Roman. hæc pertractantem. Nempè tanto olim apparatu corpori litatum! parciùs animo lavando, purgando, tergendo (proh dolor!) vacant homines. Vide Clem. Alexandr. l. d. qui cap. 9. lib. III. balnea vocat ἀνθρωπογναφείας, fullonicas hominum officinas, in quibus ante ætatem pannosi reddebentur.

BALSAMUM.

§. 19 Physicè: frutex est in Judæa, similis viti, foliis rutæ similibus &c. Vid. Isidorum libr. 27. Plinium, Dioscorid. lib. 1. cap. 18. Theophrast. lib. 6. de histor. plantarum. Nomen est compositum ex בעל quæ vox Dominum, & שמן quæ oleum notat. II. Allegor.

I. *DEI misericordia est Balsamum & oleum præstantissimum.*

1. Virens, ut frutex balsamum semper: sic DEI misericordia viret vigetque semper, ut omnibus peccatoribus ad eam pateat aditus, 1. Timoth. 1, 16. Roman. 2, 4. An nescis, quod DEI longanimitas te ducat ad pœnitentiam?

2. Sanans vulnera animæ. Psal. 103, 4. Sanat omnes contritiones. Psalm. 6, 3. sana me Domine, quia æger sum &c.

3. A putredine æterna nos præservans, ne illud in nos dici possit: vermis eorum non morietur, Esa. 66, 24. Et ut Christi caro resurrexit; sic & nos è nostrâ putredine resurrecturi sumus. Esa. 26, 19. mortui tui resurgent. Noli igitur mortem nimium timere, cùm balsamo DEI gratiæ unctus sis in verbo & sacramentis.

4. Odorem suavissimum emittens instar balsami: sic optimè olet DEI misericordia miseris peccatoribus, fœtore vulnerum conscientiæ suæ Psal. 38, 6. pene exanimatis: Ibi cor patrium osc.

II. Fragrantem inspirat odorem. Ad hoc balsamum cucurrit David, Psal. 51, 1. miserere mei DEUS secundum magnam misericordiam tuam &c. Peccatrix, Luc. 7, 37. &c.

5. Penetrans ad cor peccatoris. Sicut balsamum valdè penetrat; sic fundum cordis petit atque occupat balsamum divinæ gratiæ: Hoc inunctus fatetur hanc gratiam D. Paulus 1. Tim. 1, 15.

6. Ponderosum balsamum. DEI gratia ponderosa est, præponderat omnium hominum peccatis, contra Caini mendacium, Gen. 4, 13. Valeat Pauli effatum: ubi superabundavit peccatum, ibi quoque superabundat gratia DEI, Rom. 5, 20.

7. In Judæa stillabat maximè balsamum: divinæ gratiæ oleum in Ecclesia stillat sola; in hâc prædicatur, in hâc non in vanum, sed ad veniam venientibus exponitur, Es. 55, 1. omnes sitientes &c.

II. Christus Balsamum.

§. 20 Arbor 1. humilis balsamum, frutex altitudine duorum cubitorum: *Christo quid humilius in terris?* Vermis erat, Psalm. 22, 7. maledictio erat, Gal. 3, 13. inter peccatores reputatus, Esa. 53, 12. Luc. 22, 37.

2. Virens: Sic Christus in cruce, vita, officio, viridissima vitis fuit & florentissima, amore, Joh. 13, 1. beneficentiâ, Actor. 10, 38. in miraculis toties miseris hominibus prolata, Matth. 9, 35.

3. Optimum odorem spargens per Evangelium, 2. Corinth. 2, 15. per preces suas pro nobis, Heb. 5, 7. per beneficentiam & misericordiam.

4. Guttas ferventes destillans: nempè cùm oraret in cruce non sine lacrymis, Hebr. 5, 7. Pater ignosce illis! & reliqua sex verba omnia ardentes guttæ fuerunt, quas Solis ardor, hoc est, Justitia DEI, elicuit ex hac spirituali arbore & vite, Joh. 15, 1.

5. Incisus est Christus non osseo, aut vitreo cultello (quo balsama scinduntur;) sed multis ferreis gladiis, & hastâ militum, & loris eorundem lancinatus, & convitiis opprobriisque vulneratus.

6. Sanans nos intra triduum, nostrisque vulneribus medicinam adhibens. Esa. 53, 5. vibice ejus sanati sumus. Intra triduum hujus vitæ, quamdiu durat regnum gratiæ, Christus sanat: Ideo Medicus est, Matth. 9. vers. 12. & quidem sine dolore sanat (quod etiam balsamo adscribitur:) dat enim nobis audire gaudium & lætitiam, Psalm.

Pſ. 51,14. ut recreentur oſſa: Moſes cum dolore, terrore, minis ſanare vult, Gal. 3,10.&c. 13. Chriſtus per Evangelium ſine dolore (puta legali ſimpliciter, non excluditur dolor filialis contritionis:) Verus hic eſt Samaritanus, Luc. 10. v. 34. oleum noſtris vulneribus infundens.

7. Sudore ſuo nos ſanat, tanquam balſamo optimo. Vide promptuar. Allegor. 729.

8. Spiritus ejusque dona ſunt verè oleum & balſami fructus cœleſtis. V. Alleg. 118. & 112.

Pœnitentia. III.

§. 21 Balſamo collata. V. Alleg. 757. Nam pœnitentia, ut oleum balſami, (1) à peccati putredine conſervat. Reducit enim nos Pœnitentia à peccatis ad veniam; à tenebris ad lucem, à Satana ad Deum. Actor. 26, 18. mitto te ut aperias &c.

(2) Lumen novum præbet peccatori, ut videat, quantis peccatis contaminata fuerit vita ſua, Rom. 6, 21. 1. Corinth. 6, 10. 11. Roman. 13, 13. honeſtè ambulemus &c. Eph. 4. v. 22. &c.

(3) Eundem confortat (quod etiam præſtat oleum) ſpiritualiter, ut rurſus exultent oſſa contrita, Pſ. 51, 14. & de pace gaudeant, Rom. 5, 1. & gratia Dei, Joh. 3, 20.

(4) Dat odorem fragrantem: (ſicut balſamum inciſum cultro oſſeo) ſic pœnitentia cordi inciſa, & ex eo profecta ſpargit fragrantem coram Deo odorem, qui pœnitentiâ delectatur, Rom. 2, 4. quia ad eam nos ducit, quique aliàs peccatorum in cœtibus non vult adorari, Amos 5, 21. coram Angelis, qui gaudent, Luc. 15, 10. coram hominibus, qui exemplo pœnitentium ædificantur, 1. Tim. 1, 16. in exemplum eorum &c.

Humilitas. IV.

§. 22 Balſamo frutici, & opobalſamo, hoc eſt, ſucco ejus ſimilis. Nam conveniunt humilitati utriusque attributa; videl. 1. vulnerum ſanatio, quam triduo præſtat opobalſamum: ſic humilitas curat vulnera diſſenſionum, easque mitigat: ſic Jephte humilitate, Jud. 12. verſ. 2. Abraham, Gen. 13. &c.

2. Altitudinis delineatio. Vix duos cubitos altum eſt balſamum: Humilitas alta non eſt, nec ſpirat altum, ſed contenta ſuâ vivit ſorte, Syr. 2, 20. Rom. 12, 16. & ſub potenti manu Dei ſeſe humiliat, 1. Pet. 5, 9.

3. Viroris perpetuatio, quæ balſamo adſcribitur: ſic humilitas ſemper viret, floret coram Deo & hominib. Pſ. 113. v. 6. &c. Syr. 10, 18.

4. Odoris penetratio. Sic humilium exempla corda hominum penetrant, Matth. 11, 29. Joh. 13, 4. Philip. 2, 16. 1. Petr. 2. v. 12. Judith. 9, 16. & preces eorum cœlos ipſos.

5. Inciſio: ſic humilis corde inciditur, quoties cogitat, ſe cinerem eſſe, Geneſ. 18, 27. & Deo nihil eſſe ſublimius, ejusque majeſtate, Eſa. 6, 1. c. 66, 1. 2.

Vir pius & perfectus. V.

§. 23 Sit Balſamum (1) vitis fructifera, in Chriſto vite, Johan. 15, 1. ferat omnigenos fructus, pœnitentiæ & obedientiæ, Matth. 3. v. 7. noverit ſe in hoc poſitum eſſe, Joh. 15, 2. ut repletus ſit fructibus Juſtitiæ, Phil. 1, 11. Sitque arbor in honorem, Eſa. 60, 21.

(2) Sit amara, cordis contritione, Matth. 26. ult. Petrus flevit ex ſalubri admonitione, Matth. 18, 15. &c.

(3) Odorifera, Syr. 24, 23. beneficentia, 2. Corinth. 9, 2. & vitæ honeſtate, Tit. 2, 14. cap. 3, 8.

(4) Viridis per piam converſationem, per ſpem, fidem & patientiam. Matth. 5. luceat lux veſtra. Philip. 2, 16. 1. Petr. 2, 12.

(5) Minuta per humilitatem, de qua modo dictum eſt.

(6) Se ſuſtentans, per fortitudinem in Domino, Eph. 6, 10. (ſicut balſamum nullius ſuſtentaculo indiget.) Non ergo in homines ponas fiduciam, vir pie: In Domino ſpera; Is te enutriet, Pſ. 37, 3. & Pſal. 71. tot. nam fallax hominum fugaxque Spiritus, Pſ. 146, 3.

§. 24 BALSASAR (alias Belſazer) Rex Babylonis, Daniel. 5, 1. 5. 6. 9. Occiditur à duobus Satrapis, Gobria & Godatâ: Xenophon lib. 7. de pædia Cyri. Confer Eſt. 4, 17. 21, 4. c. 47, 11. Jerem. 25, 12. 26. Hujus morte via facta eſt Cyro ad capiendam Babylonem. Exemplum ſecuri peccatoris, pœnæ Dei acceleratæ. Imago mundanorum & Empæctarum, 2. Petr. 3.

BALTHEUS. *v. Militia Chriſtiana.*

BANNUS. *v. Eccleſia. v. Excommunicatio.*

BAPTISMUS.

§. 25 *Quotuplex?*

I. Fluminis, qui fit Elemento aquæ, ſive fontanæ, ſive fluviatilis, dummodo aqua ſiet: Excluſo alio liquore, ſive artificiali, ſive naturali.

II. Flaminis, eſt viſibilis illa & miraculoſa Sp. Sancti ejusque donorum effuſio, facta ſuper credentes olim, Matth. 3, 11. Act. 10. v. 24. 27. 44. c. 11, 15. 17. cap. 8, 15. Alii pœnitentiam vocant quoque baptiſmum flaminis. Thom. part. 3. q. 66. Altenſtaig in Lexic. v. Baptiſmus.

III. Sanguinis & tribulationis. Matth. 20, 22. poteſtis bibere calicem, &c. & baptiſmate, quo ego baptizor, baptizari.

Eſt enim crux quædam in calamitates immerſio. Et huc refertur Martyrium. Confer Auguſtin. Tom. 5. col. 713. d.

IV. Miraculoſi tranſitus per mare rubrum, 1. Cor. 10, 2. In Moſen, hoc eſt per Moſen: Syrus, in manu Moſis.

V. Leviticæ purgationis, de ejusmodi baptiſmo Heb. 9. Marc. 7, 4. Aug. Tom. 10. col. 620. c. docet, Levit. baptiſmata non habere generalem medicinam adverſus peccata: baptiſmum v. habere.

VI. Miniſterii aut doctrinæ, Matth. 21, 25. Johannis an è cœlo, an ex hominibus? hoc eſt miniſterium totum.

VII. Baptiſmus Arianus filio Cæſaris Valentis collatus eſt, qui mox vitam finiit. Theod. lib. 4. cap. 19. Hiſtor. ſ. in vitâ Baſilii Magni.

Baptiſmi ſecundi nomine quidam Monachiſmum inſignivere: quod poſtmodum latiùs tractum eſt, quàm quidem initio hujus nomenclationis autores ſenſerunt.

Causa ejus efficiens Princeps Deus, Luc. 20, 4. Matth. 28. v. 19. c. 21, 25. Luc. 7,29. Joh. 1, 13. Ministra, Apostoli, Johannes, Ministri Ecclesiæ, Johan. 4. v. 2. etiam in casu necessitatis mulier, ut Exod. 4,25.

Christi & Johannis

Baptismus: de eo varie sunt locuti Patres. August. tamen concedit, non acturum se pugnaciter, si quis in baptismo Johannis dimissa esse peccata contenderit, lib. 5. c. 11. cont. Donatist. Tertull. lib. 4. contra Marcion. idem Sacramentum à Christo & Johanne administratum esse. Prudentius hymn. 7. de Johannis baptismo idem docet:

Hortator ille primus & doctor novæ
Fit salutis: nam sacrato in flumine
Veterum pietas lavit errorum notas;
Sed tincta postquàm membra defecaverat,
Cœlo refulgens influebat spiritus.

Meritò igitur ordinaria baptismi administratione mulieres excluduntur (licet iisdem liceat baptisare in casu necessitatis.) Baron. Tom. 2. fol. 420. n. 5. 10. refert, quod quædam mulier Pseudoprophetissa baptisârit & prædicârit. Cypr. Epist. 76. Edit. Pamelii. & puerorum baptismus approbatus. Vide hoc Tit. §. *Repetitio.* & Prompt. Exempl. part. 2. fol. 325.

Materia I. *Terrena, aqua* vera, non factitia, non oleum, non lixivium, non arena, quam ritè Dionysius Corinthiorum Episcopus rejicit, apud Aurelium p. 136. Edit. Baronii.

Disparuisse scribitur, hypocritâ Judæo baptismum suscepturo, Socrat. lib. 7. c. 17. histor. & suprà, paulò ante, ex Theodoro lib. 2. Collectaneor.

II. *Cœlestis:* verbum mandati, promissi, ordinati.

Alii S. Trinitatem, quâ cum fœdus pangitur. Hic Spiritus Sanctus & sanguis Jesu Christi includuntur.

Non igitur nostrâ fide nititur Luth. Tom. 2. Witteberg. fol. 237. a. contra Anabaptistas.

Forma baptismi. In *nomen* Patris, Filii & Spir. S. Matth. 28. Nomen hîc significat (1) Dei mandatum, promissum, ordinatum. (2) Ejus virtutem & efficaciam. (3) nostram in hoc, ut uno vero Deo, fiduciam. (4) Pactum cum hoc Deo, 1. Petr. 3. Vide Luth. in Catech. majori & Brentium.

Erravit *Eunomius & Theophronius*, qui in mortem Christi, non in S. Trinitatem baptisavit, Sozomen. lib. 6. c. 26. Socrates lib. 5. c. 23.

Deuterius Arianus; Baptisetur Barbas in nomen Patris, per filium in S. Sancto, Theodorus lib. 2. Collectaneorum, fol. 659. Edit. Gryn. Hæretici baptismus, dummodò baptismi substantialia non mutentur, efficax est, August. libr. 5. cap. 23. contra Donatistas. Conf. Baronium ad ann. Christi 258. fol. 562. seq. Tom. 2. August. lib. 3. c. 10. 15. 19. de bapt. & lib. 4. c. 4. 10. lib. 5. c. 1. lib. 6. c. 17. lib. 7. c. 53.

Itaque forma, In nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, Matth. 28. mutanda non est.

§. 26 *Effectus & operationes*

Baptismi Omnes sunt à Christo instituente, & baptismi ordinem constituente, verbo mandati, promissi, ordinati, Marc. 16, 16. Matth. 28, 19. Joh. 5, 7. Homo dimittens nos in piscinam baptismi salutarem Christus est, mediator ille Dei & hominum, 1. Tim. 2, 5. 6. Vid. August. Tom. 9. col. 150. d. Hunc supremum Dominum agnoscit D. Johannes, Matth. 3. c. 11.

Possunt verò effectus baptismi considerari tripliciter.

1. Ex parte Dei.
2. Ex parte Diaboli.
3. Ex parte hominis ipsius.

(1) Ex parte Dei & Salvatoris nostri, varii sunt effectus baptismi: nempe fœderis pactio, 1. Petr. 3, 21. Baptismus dicitur stipulatio bonæ conscientiæ vel pactio cum Deo: Verè inter Deum hominemque fœdus legum (quod vocant) sancitur, quod ad omnia servitia fidelissimè præstanda hominem obstringit, relicto priori Domino. Vid. lib 4. de feud. tit 93. Cujac. Vultej. libr. 1. cap. 8. de feudis. Camerar. part. 1. c. 6. horar. subcisivar.

Fœderis forma est ex parte Dei: Ero Deus tuus. Ex parte hominis: Ero servus tuus in perpetuum.

Signaculum hujus fœderis est sanguis ipse Christi, testans in terris, 1. Joh. 5, 7.

Cum Christo unio, inque nomine ejus, Matth. 28. vers. penultimo: Fimus in baptismo Christi membra, eique implantamur, Rom. 6, 3. ut palmites viti, Joh. 15, 1. seq. & arbori vitæ, Rom. 11, 24. Hinc Christum induere dicimur, Gal. 3, 27.

Optat. Milevitanus lib. 5. pag. 161. Christus in baptismo vestis, multos vestitus, infinitos expectans, vestiendo non deficiens. Allegor. Trajanus Imperator cruento vincens prælio Dacorum Regem, proprias vestes lancinari curavit, easque in ligamenta vulnerum militibus distribui, Baron. ad an. Christi 103. f. 22. n. 45. Sic Christus in passione lacerari voluit, & suas nobis vestes dedit, Es. 61, 10. quibus vulnera peccatorum nostrorum obligentur, Ps. 108, 13.

Spiritûs S. donatio: qui enim Christi est, spiritu Christi non caret, Rom. 8, 9. effunditur v. hic Spiritus per lavacrum illud Tit. 3, 5. 6. Hinc Ambrosius lib. de Sacrament. docet, baptismo nos ungi in athletas Dei, Joh. 3, 8. Spiritus ubi vult, spirat.

Adoptio nostri: nam baptismo in Filios Dei recipimur, Joh. 1. vers. 12. quotquot receperunt eum. Civitatis & communionis spiritualis largitio: Sumus enim hæredes regni, Tit. 3, 6. 7. non magis hospites, Eph. 2, 13. quia Christo per baptismum inaugurati sumus.

Spiritualis desponsatio (eadem cum unione cum Christo.) Alleg. Gen. 29. v. 10. Jacob cum Rahele colloquia ad fontem miscet, olim ipsi in maritam cessurâ: sic Christus se nobis ad fontem baptismi revelat, & de nostrâ carne carnem se habere Ephes. 5. v. 36. non obscure indicat. Confer Allegor. 1384. in promptuar.

Nostri defensatio. In baptismo namq; Christus fit, Nissi vexillum nostrum in quod juravimus,

vimus, Exod. 17,15. Dux v. noster rursùm nobis juravit se nostrum fore Regem, defensorem. Non relinquam vos orphanos, ait, Johan. 14, 18.

Pax cum Deo. Allegor. Columba folium olivæ ad arcam ferebat, pacis nuncium, Gen. 7, 11. Sic Spiritus Sanct. pacem nobis adfert & in corde obsignat, Rom. 5, 11. Pacem audiunt in Ecclesia, Luc. 2, 14. Pax hominibus, Augustin. Tom. 8. col. 1494. c.

Regni cœlorum reparatio. Allegor. Exod. 24, 14. Moses & Aaron post aspersionem montem ascendunt: cœli montem non nisi baptisati (ordinariâ via) ingrediuntur, Johan. 3, 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. Etiam Paralyticus Judæus sanitati fuit restitutus, Socrates lib. 7. c. 4. H. E.

§. 27 II. Ratione Diaboli, effectus baptismi sunt: Satanæ vires infringere.

Nam scorpii & serpentes veneno nocent in sicco constituti; sed in aquis virus eorum non nocet: sic Protoplastis nocuit serpens & scorpio Diabolus, & nobis in sicco constitutis, in paradiso, eodem reatu peccati obstrictis; In aqua v. baptismi suffocatur hoc venenum atque hæc vis Satanæ, Cypr. Epist. ad Maxim.

A servitio ejus nos liberare, Exod. 12. Pharao deserebatur ab Israelitis, atque hi illi renunciabant. Sic nos in baptismo Pharaonem infernalem, cujus vinculis districti eramus, 2. Tim. 2. v. ult. relinquimus ejusque servitio, Eph. 2, 19. eximus, & liberti Christi simus.

Satanam expellere. In baptismo corvus ille infernalis emittitur, expellitur: & redit ad nos spiritus, pacem nuncians, Gen. 7, 11.

Satanam occidere: Est n. baptismus mare illud, in quo Satan occiditur, ut spiritualis ille Pharao, Exod. 14. Aug. Tom. 8. col. 80. 86. in Ps. 74. v. 13. & col. 1239. d. in Ps. 106. v. 10.

III. Ratione nostri, operatur baptismus

§. 28 *Animæ purgationem.* Aqua n. baptismi purgat, lavatque, Eph. 5, 25. Ut argentum soli objectum radios solis recipit: sic anima nostra purgata baptismo, claritate Domini, solis Justitiæ, induitur, 2. Corint. 3, 18. Theoph. in h. l. ad Corinth.

Peccatorum remissionem, Act. 2, 38. Alleg. In die primo non erit fermentum in domo, Exod. 12, 15. Primus vitæ spiritualis dies est dies baptismi, eo ipso die expellitur in tantum peccati fermentum, Rom. 6, 4. ut in novitate vitæ ambulemus.

Peccatum quoque lepra est. V. Promptuar. allegor. Hæc non nisi lotione purgatur: sicut & lepra Naamanis, 2. Reg. 5. confer Aug. Tom. 10. col. 896. b. Quomodo in baptismo omnia nobis peccata dimittantur? Allegor. Levit. 9. Exta sacrificiorum in demonstrationem olim lavabantur pura aqua: nos sumus hostiæ spirituales, Rom. 12, 1. lavandæ prius aqua baptismi, Eph. 5, 25. mundans eam lavacro aquæ in verbo, h. e. peccata remittens.

Regenerationem, Tit. 3, 5. Joh. 3, 5. Allegor. Gen. 1, 2. Spir. S. super aquas ferebatur, & vivificum calorem illis inspirabat: sic super aquas baptismi fertur Spirit. Sanctus & spiritualiter nos vivificat, Coloss. 3, 1. nos qui in peccatis mortui eramus, Ephes. 2, 5. Et sicut ab aquis Deus creandi exordium suo modo fecit: sic recreationis initium fieri voluit ab aquâ baptismi, & finem fluxu aquæ mirabili ex latere suo eidem Christus imposuit. Exod. 22, 30. primogenitum filium tuum mihi dabis. Cor primò omnium gigni dicitur in homine: Id v. cor Christo damus, Christo dati in baptismo.

Vid. Tit. REGENERATIO.

At non omnes infantes regenerari, thesis falsa est Calvinianorum. De hac regeneratione August. lib. 6. c. 4. contra Julian. Idem Epist. 57. ad Dardan. Enchirid. ad Laurent. c. 31. tunc efficimur &c. & lib. 1. c. 19. & 30. de doctrina Christiana: In Ps. 143. Generatio laudabit opera tua.

Sanctificationem, Eph. 5, 26. Huc allegoria S. Augustini ex Apoc. c. 1, 14. capilli capitis ejus albi. Capilli hi sunt fideles & dealbati in baptismo, Tom. 9. col. 657. b. Non tamen efficit nos Baptismus perfectos, ut rectè docet Augustinus lib. 3. c. 3. ad Bonifacium: & lib. 4. c. 11. ubi citat Ambrosii sententiam, quam & lib. 2. contra Julian. repetivit & lib. 14. cap. 16. 17. de Trinitate eleganter de renovatione asserit:

Præparationem ad S. Eucharistiam.

Exod. 12, 22. Postes primum agni sanguine tingebantur, antequam de agno paschali epulabantur Israelitæ: sic postes cordium nostrorum in baptismo Christi sanguine prius tingendi sunt, quàm ad Domini Pascha 1. Corinth. 5, 7. accedamus.

Abena dena locata erant ad lavanda holocausta, 2. Chron. 4, 6. Deus nos sibi exoptat holocausta, ut toti ardeamus igne Charitatis, Cant. 8, 7. & servitii fidelitatis, Rom. 12, 1. 2. Prius igitur lavandi sumus baptismi aquâ.

§. 29 *Varia similia, quibus & baptismi natura, & hominum baptisandorum conditio adumbratur.*

Aqua cinere mixta innocenti & castæ conjugi non nocuit, Num. 5. Adulteram enecuit: Sic aqua baptismi salvat castam animam & verâ fide Deo desponsatam, Ose. 2, 19. Hypocrita v. ad judicium & damnum baptisatur. Lev. 6, 28. Figura baptismi in iis, qui aqua sunt loti. Ezech. 47, 1. seq. Aquæ Prophetæ vivæ sunt baptismi typus

1. Ratione originis: sub limine templi propullulabant hæ aquæ; è loco scil. pedibus subjecto & vili. Sic multis videtur baptismus vilis & contemtus esse! Sic Naamano Syro lavacrum Jordanis vile fuit, 2. Reg. 5. Typus eorum factus, qui baptismi Jordanem contemtui habent.

2. Fluxionis. Ad orientem fluebant aquæ illæ: Verus oriens ex alto, Luc. 1, 78. Christus est, ad hunc refluunt aquæ baptismi, ex quo originem & vim suam traxerant: sicut aquæ ad mare refluunt, è quo fluxerant.

3. Operationis. Ad latus dexterum salutares aquæ erant: sic omnib. credentib. salutares sunt aquæ baptismi, Hi n. sunt, qui olim à dextris

 Chri-

Christo adstabunt, Ps. 45, 10. Adstitit Regina à dextris, Matth. 25, 33.

4. Profunditatis. Sic in aquis baptismi est profunditas.

Divinæ sapientiæ, quòd aquis admirabili modo regignimur Iustitię, cum in Christi mortem baptisamur, Roman. 6, 2.

Misericordiæ, cum Christo induimur, Galat. 3, 27.

Humanæ quoque inscitiæ profunditas hic est in Baptismo: nam cœca ratio non percipit regenerationis mysterium, Joh. 3.

5. Dimensionis. Subindè in illis aquis major reperta est profunditas; tandemque abyssus. Ita baptismi virtus maxima est: non potest humanis cogitationibus æstimari. Ergò fide transnatandum est hoc divinæ sapientiæ & misericordiæ pelagus.

6. Communicationis. Dicitur ibid. fore, ut aquæ illæ in mare deriventur, ita, ut aliæ etiam aquæ salutares fiant: sic baptismi aquæ omnes alias aquas (h.e. dona gratuita Sp. Sancti) salutares reddunt: quia persona placata est, & fœdere baptismi recepta.

§. 30 Aqua Expiationis. Num. 8, 7. Sparge super Levitas aquam purificationis, &c. Lavent vestimenta & purificentur. Sic Deus (1) spargit super nos aquam mundam, Esa, 44, 4. & purificantem, Eph 5, 26.

(2) Nos quoque verâ fide lavamus vestimenta agni sanguine, Apoc. 7, 14.

Aspersionis, Num. 19, 10. Aug. Tom 4. col. 248. lavabit vestimenta sua, qui vaccæ cineres collegit. De protoplastis nostris nil nisi cinerem colligimus, & mortis reatum nostris insuper auctum peccatis: Igitur sacrâ baptismi undâ nos lavemus, 1. Joh 1, 7. Apoc. 7, 14. c. 1, 5.

Aqua dulcis illa, ob injectum vitæ lignum, Exod. 15, 26. antea amara & inutilis existens: sic aqua nudè nihil ad salutem facit hominis: Est enim aqua; sed cum vitæ lignum Christus Jesus injicitur, salutaris fit, & fons in vitam saliens æternam, Joh. 4, 15. Atque hæc aqua omnem omnino sitim extinguit, in deserto hujus mundi quantisper peregrinamur & exulamus, Ps. 63, 2.

Aqua ex petra, Ps. 105, 14. Aperuit petram & fluxerunt aquæ, abierunt per arida loca instar fluminis: de beneficio Israëlitis præstito verba facit Psaltes. Non minus nos ejusmodi mactavit munere Jehovah: nam aperuit cœlum, & filium dedit, Joh. 3, 16. aperuit petram salutis & seculorum JesumChristum, Es. 8, 6. ab hac petra fluxerunt aquæ baptismi, Joh. 19, 34. 1. Joh. 5, 6. Aquæ hæ per arida gentilitatis, & deserta Judaismi fluxerunt baptismo inter omnes prædicato, Marc. 16. Instar fluminis fluxerunt maxima Dei dona, Actor. 2. v. 38. secum ferentes.

Arca Noë in qua 8. saltem animæ servabantur, 1. Pet. 3, 21. sic in magno mundi diluvio, mortis æternæ diluvio puta, omnibus pereundum fuisset, Roman. 5, 12. Sed cœlestis Noë Christus arcam baptismi extruit, & in eâ paucas servavit animas: Multi enim ex fœdere baptismi exciderunt, & excidunt suâ culpâ, Ose. 13, 9. perditio tua ex te Israël, ex me{v}. salus tua. Balsamum spirituale, quo ceu Athletæ Dei ungimur, ad spiritualem militiam subeundam, 2. Cor. 10, 4. Ephes. 6. contra Satanam. Calculus candidus, Aug. Tom. 9. col. 661. c. hom. 2. in Apoc. est corpus baptismate candidum. Pressius hoc considerantes dicere possumus, verè candidum nobis dari calculum in baptismo: nam in eo absolvimur à reatu damnationis: at qui olim ab eo liberi erant, calculum candidum accipiebant. Ater nobis damnationis calculus per Adamum datus erat, Rom. 5. vers. 12. hunc sacro baptismate Christus sustulit, & nos sibi implantavit, Rom. 6.

Charisma adoptionis. Adoptamur fide in filios Dei, Joh. 1, 12. Gal. 3. v. 27. sed adoptati Charismate Spiritus Sancti inungimur.

Hoc Charismate instructi, omnia ad salutem necessaria scimus, 1. Joh. 2, 20.

Circumcisio spiritualis, Coloss. 2, 11. (1) superfluas carnis cupiditates amputans in membris nostris, ne peccato, sed justitiæ serviant, Damascen. lib. 4. c. 26. (2) Caussa efficiens prima hujus est Deus, Deuter. 30. Circumcidet Deus Dominus, &c.

Currus ad cœlum. Hoc enim baptismo in cœlum vehimur; nam qui crediderit; & baptisatus fuerit, salvus erit, Marc. 16. Ingredietur regnum cœlorum, Johann. 3, 5. nam non nisi mundatus Ephes. 5. v. 26. cœlum ingredietur, Apocal. 19.

Diluvium spirituale, August. Tom. 10. col. 733. b. a. & in pr. alleg. 1400.

§. 31 Fluvius Eden. Vid. Promt. allegor. 1402 ad quem lavandi ergo exiit filia Pharaonis, Exod. 2, 5.

1. Filia Pharaonis homines nondum conversi. Verè hi sunt filii Diaboli, Joh. 8. v. 44. huic dicitur: Filia oblivіscere domum patris tui, Ps. 45, 11.

2. Aqua baptismi ea est, ad quam exiit Gentilitas nondum conversa.

3. Exiit hoc fine, ut lavaretur, ut mundaretur. Vid. August. Tom. 10. col. 778. a. b. aquæ vivæ, Apoc. 22, 1.

1. Fluvius est baptismus ob aquarum & mundationis copiam, Tit. 3, 5. effudit in nos abundanter.

2. Aqua viva est in baptismo: quia oritur ex fonte vivo & vita ipsa, Christo Jesu, Actorum 2, 38.

3. Pura ob purissimum Christi, quo rubet baptismus, sanguinem, qui nos mundat ab omni peccato, 1. Joh. 1, 7.

4. Splendida. Nam in baptismo splendet lux divinæ misericordiæ, Tit. 3. v. 5. secundùm misericordiam suam &c. Sanctitatis. Neque enim quis, nisi lotus, ad Deum accedere potest: Ergo in baptismo prius lavamur.

5. Instar Chrystalli, in qua niveus color. Hic notat CHRISTI innocentiam, nobis imputatam. Matthæi. 3. vers. 15. sic decet omnem justitiam implere. Durities, quæ notat fidei & patientiæ soliditatem. Transparentia, significans honestæ & piæ conversationis claritatem.

6. De sede Dei & agni procedit hic fluvius: Una enim est fides, unum Regnum Patris & filii, regnum nempè gratiæ, cujus janua est baptismus: Confer August. Tom. 9. col. 692. c.& promptuar. allegor. 106. Joh. 1,32. 33. docet Baptista & Patrem & Filium nos baptisare: illum mittendo ministros: hunc ungendo nos Spiritu Sancto ipso.

§. 32 Fons. V. Promt. Allegor. 1396. Præterea Fons est baptismus, qui irrigat hortum balsami: quô non irrigante, non fert hortus ille fructus.

Burchardus refert, hunc hortum in Ægypto esse, qui non fert fructum nisi fonte irrigetur, in quo Maria sæpe lavit puerum Jesum. Baptismus est fons ille, qui sanctificat nostrum baptismum: In illo enim lotus est Matth. 3. Salvator noster.

1. Saliens in vitam æternam, Joh. 4, 15. Indicat hunc Augustin. Tom. 10. c. 795. a. (1) omnem sitim spiritualem pellens. Potamur enim in baptismo Christi sanguine, & hoc ipso conscientiæ nostræ mundantur, Hebr. 9. v. 14. Matth. 5, 6. beati, qui sitiunt justitiam: & ecce omnis impleta est in baptismo justitia, Matth. 3, 15. & ipsum Justitiæ fontem induimus, Gal. 3, 27. (2) sese multiplicans. Fiet in eo (ait Dominus) in fontem: hoc est baptismus largissimam consolationem in se habet, & aquas jugiter manantes: est enim stipulatio bonæ conscientiæ, 1. Petr. 3, 21. & fiduciæ. Sicut David fiducia suæ circumcisionis Goliathum adortus est, 1. Sam. 17, 26. (3) In vitam æternam saliens. Nam virtus baptismi consummativè sese exseret in alterâ vitâ, Rom. 8, 11. Suscitabit corpora vestra mortalia propter inhabitantem spiritum in vobis. At hic spiritus per Baptismum effunditur.

2. Ad quem Rebecca invenit servum Abrahami, Gen. 24. v. 15.

Sic Ecclesia Christum quærit in baptismo. Lege Aug. Tom. 10. col. 753. a. b. & si vis confer Prompt. allegor. 1553.

3. Ad quem anima anhelat, Ps. 42, 2. nempè vulnerata à serpentibus infernalibus, Luc. 10, 30. & à peccatis, quæ serpentes sunt. Allegor. Adde Aug. Tom. 8. col. 373. b. Illuminatio olim quoque Baptismus dicebatur. Vid. Justinus Martyr Orat. ad Anton. Clemens Alexandr. lib. 1. pædag. cap. 6.

Janua Ecclesiæ. In arca Noë una erat Janua, Gen. 6.

Sic una est, (1) arca cœlestis Noachi, h. e. Ecclesia, quæ inter mundi decumanos fluctitat fluctus. Esa. 54, 9. (2) hujus arcæ una est Janua, unus baptismus, Eph. 4, 4.

Jordan. Vid. Aug. Tom. 10. c. 824. b. Promptuar. alleg. 1401. Iris Gen. 9, 16. Hujus duo sunt colores: 1. Cœruleus. 2. Igneus: ille aquam notat; hic Spiritum S. ejusque vim igneam, quam in igne verbi exerit. Jerem. 23, 29 nonne verbum meum est sicut ignis? Luc. 24, 32. nonne ardebat cor nostrum? Is quoque adest baptismo, qui iridem in capite gestat: vid. Allegor. 507. in Prompt. Quomodo vero baptismus nos reddat igneos, vid. Chrysostom. homil. 9. in Johann.

§. 33 Labrum illud Exod. 40, 30. Promt. allegor. 104. Conf. Exod. 30, 18. sic in baptismo in spirituale sacerdotium, 1. Petr. 2, 9. Apoc. 1. v. 6. mundamur, Eph. 5, 26.

Lavacrum. Augustin. Tom. 9. col. 132. c. Ex hoc ascendunt fideles, Cant. 4. v. 2. cap. 6. v. 5. instar gregis ovium.

(1) Oves hæ sunt æquales, sive respicias æqualitatem miseriæ, Esa. 53. ult. omnes erravimus: Sive æqualitatem officii discipulorum Christi, quibus una fuit potestas, eadem prorsus lege emissis, Luc. 10, 1.

(2) Oves hæ pariunt gemellos, h. e. gemina pietatis præcepta vitâ exprimunt, erga Deum & proximum. Matth. 22, 37. diliges Dominum Deum &c. & proximum tuum, sicut teipsum.

(3) Fœcundæ omnes sunt, quia fideles baptizati suum officium faciunt. Rom. 6. v. 4. renovantur ad novitatem vitæ. Confer sis Augustin. Tom. 8. col. 18. c. In Psal. 3.

Lavantes stolas suas, Apocal. 7, 14. Augustin. Tom. 9. col. 670. Confer Hieron. libro 4. in cap. 16. Ezech.

Linteum cœlitùs demissum, Act. 10, 11 typum baptismi esse, sæpè docet Augustin. Tom. 10. col. 1623. a. col. 541. b. c. Tom. 8. colum. 1192. a.

Mare, in quo Satan mergitur. Vid. suprà Augustinus Tom. 8. colum. 871. a.

Vitreum mare, Apoc. 4, 6. cap. 15. v. 2. Aug. Tom. 9. col. 660. b. est (ait) donum baptismi. Addere posses: Vitreum mare dici (1) ob gratiæ divinæ claritatem, quæ in baptismo elucet, Tit. 3, 5. sicut colores in vitro maximè apparent. (2) ob Dei omniscientiam, qui clarissimè videt & probat corda renesque hominum.

(3) Ob purgationem. Igne mistum fuit hoc mare: sic in baptismo igneus color apparet, in vi Spiritûs Sancti, Matth. 3, 11. Hic vos baptisabit Spiritu S. ac Igne.

In quo inimici nostri merguntur, Diabolus, peccatum, Infernus. Augustinus Tom. 8. col. 1302. b. & per quod transimus in terram promissionis, Hebr. 4, 3. &c.

Imò Christi sanguine rubrum mare (quam allegor. sæpè tangit August. Tom. 8. & 9. pluribus in locis) Christi sanguine consecratum, Tom. 10. col. 859. profundum, respectu divinæ bonitatis, misericordiæ & Christi innocentiæ. Augustinus Tom. 8. col. 1302. b. Confer Basilium de Spiritu S.

§. 34 Medicamentum miraculosum vocat Chrysost. baptismum Homil. 4. in Matth. & verè: verè enim (1) miraculosus est medicus Christus, Matth. 9, 12. Esa. 9, 6. mirabilis. (2) miraculosum pharmacum: nempè non herba, non unguentum, sed verbum, Sapient. 16, 12. (3) miraculosus modus regignere hominem ex aquâ, Johann. 3, 5. quem Nicodemus assequi non potuit: sed nec nos possumus, August. quæst. V. & N. T.

Navis spiritualis, quæ subinde gubernanda est per pietatem, Augustin. Tom. 9.col.986. a. (1) quâ tranamus mare perditionis, Rom. 5, 12. c. 6, 4. & ult. (2) & ad portum tendimus æternæ stationis, (3) & decumanos hujus vitæ fluctus feliciter secamus, scientes, luciferum tandem noctem tribulationis hujus finiturum esse.

Hinc illud: Veni Domine Jesu! Apoc. 22. vers. ult.

Oleum spirituale, quo ungimur, Levit. 14. v. 16. omnes sumus leprâ peccati infecti, Rom. 3, 10. & ab hac mundat nos summus Sacerdos Christus.

Sepultura spiritualis, quâ Christo consepelimur, ut in eo justificemur. Contarenus lib. de justif. pag. 693.

Signaculum Sanctum dicitur, August. lib. 4. c. 24. contra Donatistas.

Signum militare & Character, quo Christi milites insigniuntur. Vestis candida, Cyrill. quæ Christum ipsum habet pro ornamento, Gal. 3, 27.

§.35 *Abrenunciatio*

Satanæ & pompæ ejus sub manu Antistitis facta ab adultis baptisatis. Basil. cap. 27. lib. de Spir. Sancto.

Abrenunciatio olim fiebat in baptismo: ut cum flatu expuerent baptisandi adulti (pro infantibus ministri Ecclesiæ & susceptores hoc faciebant.) Vid. Tertull. lib. 2. ad uxor. lib. de coronâ milit. lib. ad Scapul. Augustin. c. 31. de dogm. Eccles. lib. de nuptiis & concupiscent. c. 17. 18. 29. lib. 5. Hypognost. Clem. constitut. Apost. lib. 1. c. 40. 41. Dionys. Eccles. Hier. c. 2. part. 2. & 3. Tertull. lib. de corona milit. Idem de habit. muliebr. Idem de Idololatria. Cyprian. lib. 1. Epist. 2. & 5. idem lib. 3. c. 11. ad Quirin. & lib. de oration. Dominic. & libr. 4. Epist. 4. & hanc abrenunciationem verbis factam comitari debere ipsam renunciationem facto ipso, urget rectè August. libr. de Fide & operibus, c. 17. subque finem ejusdem libri. Idem in Ps. 30. & libr. contra Donatistas 4. & 5. Confer Tom. 9. col. 1130. c. & col. 62. lib. cap. 55. c. d. & 56. a.

Superstitio.) Nomina Sanctorum & divorum olim indebantur infantibus, ut illos sanctos sibi haberent Deos tutelares: ut notat Bucerus in cap. 1. Lucæ. At nobis sola, solida & unica est tutela sub umbra alarum Dei, Ps. 57, 2. & 17, 8. & 91, 1. 2.

Repetitio baptismi. Photiniani, Pauliniani olim ab Ecclesia rebaptisabantur. Ruffinus hist. Eccles. lib. 1. c. 5. in exemplo fidei Nicænæ, n. 21. ubi ita: Paulianistæ, qui sunt Photiniani, rebaptisentur. Quidam etiam apud Dionysium (teste Eusebio lib. 7. c. 8. H. E.) vehementer doluit, se ab hæreticis baptisatum esse. At baptismus etiam à pueris collatus, integra forma ac plenis interrogationibus juxtimque responsionibus approbatus olim; Ruffino test. libr. 1. c. 14. hist.

Ritus quidam & alia circa baptismum.

// §.36 Cereus ardens olim baptisatis dabatur, ut monerentur (1) bona opera præstanda baptisato esse, ut his coram hominibus lucerent. (2) gloriam & lucem vitæ æternæ expectandam esse. (3) præparare nos debere, sumtis ad occurrendum sponso lampadibus, Matth. 25, 7. &c. Gregor. Nazianz. Orat. de Sacram. Baptismi sub finem. Alcuin. de divinis officiis. Durand. lib. 1. c. 19, 12. 41.

Interrogatio olim adhibitâ luce: Credis ne in Deum? ut narrat Baronius Tom. 2. fol. 580. numer. 35.

Butyrum & mel recens baptisatis dabatur, Tertull. c. 3. de coronâ militis. Vestis alba, qua Catechumeni induti, August. Tom. 10. col. 957. b. dicebantur Candidati Christi. Tom. 10. col. 234. b.

Lac & vinum alibi, teste Hieron. in c. 55. Esa. Intellige, lacte Evangelicam doctrinam significari, v. Tit. Evangelium. 1. Cor. 3, 2. lac vobis dedi. Vino v. doctrinam Legis, quæ vulneribus peccatorum infundenda est, Luc. 10, 34. Admonitio peculiaris baptisatorum. Augustin. Tom. 10. colum. 958. c.

Protensio manuum.

Satanæ renunciantes in baptismo, manu protensâ olim, quasi præsente Satana, jurabant. Cyrill. Jerosolymit. Catechef. 1.

Ecclesiæ in die baptismi exornatio.

Solebant olim templa velis & aulæis ornare. Hinckmarus in vitâ B. Rhemigii.

Adhibitio patrinorum & susceptorum, August. Tom. 10. colum. 323. b. c. Dionys. Areopagit. lib. de Eccles. Hierarchia. 7. Concil. Arelatens. quart. C. 19.

Capitis totius immersio usque ad pectus. Hanc frequentabant olim Æliani, teste Eusebio.

Coronæ impositio. Baptizatis olim coronam imponebant, Sever. Alexand. lib. de Baptismo. Chrysost. homil. ad Baptisat. Cyrill. Hierosol. in pro. Catechef. G. Nazianz. orat. ad Heronem Philosoph. Idem orat. 40.

Unctio, pro qua pugnat Fewardentius fol. 52. a. b. in Irenæum: ceu ab Apostolis orta.

Calceorum alborum indutio, quos per 7. dies portabant ad indicandam (1) Libertatem. Olim enim servi nudipedes erant, liberi calceati. (2) possessionem cœlestem, in quam admissi erant. (3) Innocentiam vitæ albæ. (4) vestigiorum sanctorum imitationem. Vid. Josephum Vice-Comit. lib. de Ritibus Baptismi & I. Langium in Tom. 1. oper. Justini fol. 174. 175. orat. ad Antonin. Pium.

Olim etiam differebatur aliquando baptismus: quod improbat Cassander fol. 228. oper. & ante eum Patres plurimi.

In lecto quoque in Ecclesiâ orientali administratus. Baron. Tom. 2. fol. 507. sub fin. 508.

Officia nostra circa Baptismum, & post eum.

§.37 GRATITUDO: Allegor. Exod. 15, 1. carmen cecinerunt Israelitæ, post fissum mare rubrum: sic nos per baptismum tranavimus vastum iræ divinæ mare; cantemus igitur Domino Canticum novum: nam devictus est Pharao infer-

infernalis, Satan, hujus manibus elapsi sumus Ebr. 2, 14. lavacro vitæ tincti: fœderi initiati cum Deo, 1. Petr. 3, 21.

OBSERVANTIA & FIDELITAS: Hanc novo Duci debemus, sub cujus meremus vexillis, Ps. 2. v. penult. Utantur igitur baptisati hoc dilemmate: *aut non promisi*, & sic *non debeo: aut promisi, & sic intelligis*, me *non posse facere*, quæ ad Domini mei diminutionem spectant. His verbis respondit olim Bassa Turcicus Budæ Augerio Busbequio Oratori Cæsareo: Zwinger. fol. 167. Theatr.

TOTIUS VITÆ INTEGRITAS, ne baptizati sint arbores steriles, flammis olim emancipandæ, Matth. 3, 10. Joh. 15, 6. Chrysost. hom. 20. in Hebr. Ergò sterilis arbor non sis, ne evellaris, Joh. 15, 2. Sed fructum feras, Philip. 1, 11. quia arbori Christo implantatus es, ut luce operum luceas, Matth. 5, 16. & multum fructum feras.

CONSOLATIONIS SOLIDITAS, ut memineris, te à Deo in fœdus receptum esse, 1. Petr. 3, 21. utque ad hunc recurras in omnibus periculis, exemplo Davidis, qui circumcisionis suæ memor fortiter Goliathum aggressus est, 1. Sam. 17, 45. Refert Gregor. Nyssenus Orat. de Baptismo, sui seculi Catechumenos ingruente peste, fame, bello, ad baptisteria sese recepisse, ut ex eo refert Moys. Novarin. l. 3. schediasm. cap. 9. Nos quoque in consimilibus suppliciis omne nostrum refugium in Deo nostro habeamus, qui nos per baptismum in fœdus gratiæ recepit, 1. Petr. 3, 21.

PRUDENTIA fugiendi errores varios circa Baptismum: Hemerobaptistæ singulis diebus baptizabantur.

Quintiliani apud Tertullianum contemnebant Baptismum: sic quoque Novatus. Centur. Magdeburg. c. 5. p. 100. Messaliani, Pelagiani, & hodie Anabaptistæ: olim Asorodrutæ, Celestiniani: Aquam adhibendam esse negabant Marcionitæ, Seleuciani, Hermiani, Procliani. Saltem præterita peccata baptismo deleri docuerunt Messaliani. Conjugibus Christianis denegarunt Marcionitæ. Rebaptizarunt Novatiani, Ariani, Aëtiani, Donatistæ ob orthodoxis baptizatos, ut hodiè Anabaptistæ: Etiam mortuos baptizabant Montanistæ.

Baptizari pro mortuis, 1. Cor. 15, 29. ut mors extinguatur, & peccatum moriatur; sic quidam: alii, in resurrectionem à mortuis, cujus baptismus symbolum, Rom. 6.

Pepuzenorum baptismus olim rejectus, quod sub nomine Spiritus S. Montanum intelligerent. Nicen. Concil. can. 19. Laodicen. can. 8. Basilius Epistola Canon. ad Amphilochium.

§. 38 *De Baptismi objecto, maximè de Pueris.*

Pueros olim baptizatos esse.

Id quod Theologi variis probant rationibus & testimoniis è scripturis petitis: nos quædam ex antiquitate adducemus. Clement. Constit. Apostolic. lib. 6. c. 15. *Seculo primo:* Baptisate etiam vestros infantes, & educate eos in disciplina & monitione Domini. (In græco est τὰ νήπια) Ait enim, finite parvulos venire ad me. Hæc ille.

Seculo secundo.

Irenæus Polycarpi discipulus l. 1. advers. hæres. c. 39. Omnes venit Dominus Jesus per seipsum salvare: omnes, inquam, qui per eum renascuntur in Deum infantes, & parvulos & pueros, & juvenes & seniores: ideò per omnem venit ætatem, & infantibus infans factus est. Ubi nota, agere Irenæum de renascentiâ in Deum, phrasei omninò ad baptismum pertinente. Justinus Martyr qu. 56.

Tertullianus sub finem *Seculi secundi* lib. de baptism. c. 18. non obscurè innuit, viguisse suo tempore baptismum parvulorum in Ecclesia, dum suadet illius dilationem, nempè loquens de iis infantibus, quorum parentes erant infideles, ut conjicit Pamelius, (quod notandum contra Anabaptistas) aliàs illam dilationem sacri baptismi Ecclesia semper improbavit, Cyprian. Epist. ad Fabium. Concil. Neocæsar. can. 12. teste Eusebio l. 6. c. 43. Edit. Græc. ann. 315. Leo I. Ep. 4. ad Episc. Siciliæ, Basilius M. hom. 13. in Exhort. ad Baptism. Baptismi (ait) tempus vita tota. Item Tertullianus l. de anima.

Seculo tertio.

Origenes in Rom. 6. vers. 5. 6. 7. Ecclesia ab Apostolis traditionem suscepit etiam parvulis baptismum dare. Idem homil. 8. in Levit. c. 11. & 12. Cyprian. Epist. 39. Edit. Pamel. ad Fidum Episcopum African. è Concilio sexaginta sex Episcoporum, statuit ne octavum quidem diem expectandum esse in conferendo infantibus baptismo, (ad hoc testimonium Cypriani sæpè provocat Augustin. Vid. D. Gerhard. §. 192. de baptismo.) Idem Tom. 2. in Luc. c. 2. homil. 14. Cyrill. Hierosolymitan. Catech. 1. mystica.

Seculo quarto.

Gregor. Nazianzen. orat. 4. in S. lavacrum monet parentes, ut suos infantes quanto ocyus sigillo baptismi muniant. Dionysius Areopagita c. 7. de cœlesti Hierarchiâ sub finem, pædobaptismum ceu ab Apostolis traditum accuratè defendit. Ambrosius in Luc. 1. cap. 11. de Abrahamo l. 2. de vocat gentium. Idem Ep. 84. Augustinus Epist. 23, 28. 89. 93. l. 3. cap. 7. 8. de peccatorum meritis & remissione l. 1. c. 30. l. 4. contra 2. Epistolas Pelagii, cap. 8. libr. 2. contra Julian. c. 3. l. 1. contr. Julian. c. 2. Idem l. 4. contr. Donatist. de baptismo c. 22. libr. 10. de Gen. ad lit. c. 3. Idem Epist. 89. ad Hilar. lib. de spiritu & animâ, c. 41. lib. de Eccl. dogmatibus, c. 34. item l. 5. Hypognostic. contra Pelagianos lib. 2. de nuptiis & concupisc. contra Valerium c. 3. 33. lib. 1. Retract. c. 10. lib. 2. Retract. c. 62. Hieron. sub fin. l. 3. dial. contra Pelagium. Idem ad Lætam de Instit. Filiæ. Idem l. 3. adversus Pelagianos. Tom. 2. Athanas. l. de plur. & necess. quæstionibus, quæst. 124. Quod infantem ter in aquam mergimus, & ter educimus, mortem & triduanam CHRISTI resurrectionem designat.

Seculo quinto.

Johann. Chrysostomus homil. 3. in Genes. item serm. ad Neophyt. in Psalm. 2. homil. de Adamo & Eva: Ob peccatum originis baptisari infantes in universo mundo. Homil. 32. in Matth. c. 19. Cyrillus Alexandrinus Tom. 1. l. 8. in Levit. quod ob peccatum originale etiam parvulis baptismus detur, perspicuè asserit.

Theodoretus, Tyri Episcopus, in Epitome divinorum decretorum Tit. de baptismo Tomo 2. oper. Edit. Birchman. Idem l. 4. c. 18. historiæ Ecclesiasticæ, narrans de Protogene, non nisi baptisatos pueros sanare volente. Idem narrat c. 19. de Basilio.

Leo I. Papa Epist. decretal. 37. Epist. 86. ad Nicet. Epist. 93. ad Turibium.

Fulgentius de Incarnat. & gratia Jesu Christi c. 15. infantes spirituali regeneratione mundari; & alibi sæpè. Hæc paulò fusiùs è Patribus digressi, ne quis credat mendacibus Anabaptistis, qui clamant, pædobaptismum à Papatu introductum fuisse, qui tamen tot seculis ante illum in Ecclesiâ Dei viguit. Quæ de cætero iidem baptismi hostes è Patribus, Luthero & aliis nostræ Ecclesiæ addictis objiciunt, ad ea solidè respondit Dn. M. Bartholomæus Rülich, Ecclesiæ Augustanæ olim Minister, in libello, cui titulus: *Anabaptismus*, quem opponit scripto Anonymi cujusdam Embdæ edito 1581. form. 8.

Consolatio Parentum, quorum Infantes moriuntur sine baptismo. V. Infans.

Errores & vitia adversus baptismi doctrinam.

1. *Anabaptistæ* (1) Pueros baptisare nolentes. (2) de eodem frigidè & erroneè sentientes.
2. Photiniani, pro indifferente ceremoniâ baptismum habentes.
3. *Novatiani*, evacuantes baptismum olim, Euseb. lib. 7. c. 7. H. E.
4. Æthiopes, baptisatos insuper igne adurentes.
5. Gentes quædam Orientales & Occidentales, baptismo circumcisionem conjungentes.
6. Marcion, repetens baptismum, post unum alterumve lapsum.
7. Exorcistæ omnis generis, qui non nisi aquâ exorcisatâ utuntur, &c.

BARBA

Aaronis Ps. 133. figurantis Christum, è cujus plenitudine omnes accepimus, Joh. 1. Qui nobis unguentum spiritus sui dedit.

Libertatis olim & dominationis indicia barba præbuit: at hanc præscidi contumelia 2. Sam. 10. Vide P. Camer. part. 1. Hor. subcis. cap. 36.

BARBARUS.

§. 39 Occurrit hæc vox Rom. 1, 14. Actor. 28, 2. 4. 1. Cor. 14, 11. Coloss. 3, 11. &c. Significat omnes illos, qui Græci non erant, Seneca l. 3. de irâ c. 2. Ammon. c. de differentia. Sic Judæi Barbarum לועז vocant, qui Hebræâ linguâ non utitur. Vox hæc cum voce GRÆCUS conjuncta notat omnes omninò homines, quorum erat Apostolus Paulus servus.

Barbarorum populorum varii mores & consuetudines videantur part. 1. p. 448. histor. Erqvickstund.

De augmento virium Barbarorum, Camerar. part. 1. cap. 89. Barbararum gentium mores recenset Meiger. pag. 394. nuclei historiar.

BARBARIES. *V. Bellum num. 17.*

BARTHOLOMÆUS.

Nomen exponitur: *Filius aquas suspendentis*, vel Filius *Ptolomæi*. Apostolus Matt. 10, 3. Marc. 3. Luc. 6. Prædicavit in Indiis, Euseb. l. 3. c. 1. l. 5. c. 10. descriptum Evangelium Matthæi secum deferens, Euseb. d. l. Hieron. de Scriptorib. Ecclesiast. quod etiam Pantenus ibi invenit in Armeniam profectus. Eusebius, Hieronymus, dicto loco.

Mors: Fertur in Armeniæ urbe Albanâ excoriatus esse, jussu Astyagis Regis. Lycaonas populos instituit, Chrysostom. serm. de XII. Apost. *Corpus* ejusdem defuncti tandem inventum esse, scribit Durandus Episcopus Mimatens. l. 7. c. 25. rational. postquàm illud primò Diabolus descripsisset, & ejus notas indicasset. Beneventô Romam translatum esse, scribit idem Durandus.

BARTIMÆUS.

Filius Timæi, Marc. 10, 46. ad 52. Luc. 18. Bartimæus Curiosus, quia oculis carebat. Quid hoc est rei, mendicus & sordidus non sordet Christo? Intendebat clamare, quò magè prohibebatur. Constantiæ, h. e. Vocem hominis dissimulavit, ac si non audiret, audiit tamen Christus. Cœcum adduci jubet, ut omnium in se oculos converteret. Mali confessione expressit Bartimæus, quod optaret, quod Christus sciebat. Fiducia Bartimæi: (α) petit quod ab homine præstari non potest. (β) non dubitat de Dei potentiâ nostri. (γ) non dubitat de velle Dei. Christus respondit fiduciæ Bartimæi, Recipe visum: ardens fide vocem intendit Bartimæus.

Quæramus & nos, quid rei sit cum Bartimæo orbe toto notissimo Jesu nostro; non sinamus occasionem præterire, quam habemus. Non sinamus Jesum præterire occasione optatâ. Fatigare aures debemus Jesu. Christus Bartimæo surdus non est, Luc. 18. Transit Christus, sed longiùs non ibit, si eum invocaris. Mendicus felix! ad ejus vocem restitit Jesus. Cœcus non est, qui ad Christum accesserit, Luc. 18. Proximum homo fastidire non debet, ut Christus cœcum non fastidiit. Oratio Bartimæi exaudita: dic quid velis, & audiet Dominus, non tuis meritis, non aliena commendatione. Visus redditur cum salute: Mox enim visum recepit Bartimæus, & prædicavit Dei bonitatem, Luc. 18.

BASILICA.

Domus Regia, Hebr. בתן & הכיל. Plinius Epist. 3. Posteà templis id nominis inditum.

BASILISCUS.

A Basiliscâ dictus putatur, Plin. lib. 8. c. 21. Nat. Hist.

Prin-

Princeps ſerpentum, Pſ.91. ſuper aſpidem & Baſiliſcum ambulabis. Capite acuto, corpore flavo; anteriorem corporis partem in altum tollens: veneno pernicioſiſſimo, quod mox necat animalia, quæ cadaver ipſius tangunt: vicinum aërem inficit, arbores & herbas. Galen. de Theriac. ad Piſonem. Avicenna l. 4. fen. 6. tract. 3. c. 22.

Eſt imago (1) Diaboli, qui omnia corrumpit malitiâ, venenum doctrinæ falſæ inſtillat, converſatione malorum inficit bonos. At Eccleſiæ non poteſt nocere, defendente illam Domino, Eſ. 11, 8.

2. Hæreticorum, Eſ.59,5. V. Hæretici. Baculus veneno infectus Baſiliſci mox geſtantem necat.

3. Calumniatorum, qui ſuſurris ſuis, ceu peſtilenti halitu, proximi famam lædunt, & ſibilo illum venenatæ linguæ enecant.

4. Peccatorum, quæ omnia bona nobis intervertunt, lucem fugiunt, (ut Baſiliſcus.) Muſtela verò Baſiliſco exitioſa eſt: peccato & morti mors Chriſtus fuit, baſiliſcum infernalem vicit.

5. Monet de fugiendâ ebrietate, Prov. 23. Sicut regulus venena diffundit, ſic vinum.

Fuſius de Baſiliſco Joh. Buſtamantinus l. 3. c. 15. 16. 17. de anim. ſcript.

BASIS.

Baſes notant Doctores Eccleſiæ, Job, 38. V. Greg. M. in expoſit. Morali. V. Miniſtri. Eph.2. Fundamento Prophetarum & Apoſtolor. inædificati. Chriſtus verò ſolus eſt lapis angularis, & magiſteriale, unicum, & ſolum fundamentum. V. Petra.

BATTOLOGIA. *Vid. Oratio.*

§.40 BEDELLION.

Gemma ſcripturis nota, Gen. 2,12. de ea Plinius lib. 2. c.19. Gemma nobiliſſima, Gen.2,12. ex arbore Perſica ejuſdem nominis.

BEATITUDO. *Vid. Vita Æterna, it. Felicitas. Bonum Summum.*

Eſt verò Beatitudo ſtatus ex omnium bonorum aggregatione. Boëth.

Non quærenda in honore, v. Hon. Ambit.

Non in divitiis, *vid. Avaritia.*

Nec in voluptate, *v. Voluptas.* Sed in Dei verbo. Luc. 10. beati oculi. Ex quo diſcimus veram beatitudinem aſſequi, 1. Petr. 1.

Beatitudinem ſeu Summum Bonum non eſſe in voluptate, oſtendit Didacus Apolephta hor. Hiſtor. part. 3. p.244. Non in fortuna, p.213. quæ inſtabilis, p. 308. 314. ſeq. Non in divitiis, p. 351. Honorib. 430. Veſtib. precioſis, 485. Elegantiâ formæ, 507. ædificiis, 522. Herculeis laboribus, p. 529. Conf. D. Meiſnerum de Summo Bono. Ducentas & octoginta ſex opiniones de ſummo Bono olim Gentiles habuerunt, Auguſt. l. 19. c.1. de Civit. Dei.

Verè beati ſumus in Novo Teſtamento, Luc. 10. Beatus populus, Deut. 33,29.

Is non eſt beatus, qui non habet, quod amat: Nec is, cui nocet res amata, quam habet: Nec is, qui rem optimam & utiliſſimam, quam habet, non amat. Aug. l. de Eccl. Catholicâ, citante Joh. Spinæo p. 258. de T. A.

Solô Deo beati ſumus. Qui Te, Domine, habet, beatus eſt, licet reliqua non habeat: & ſi reliqua omnia habeat, & Te non habet, beatus non eſt. Et ſi Te, & omnia alia habet, beatus eſt, non quia reliqua habet, ſed quia Te habet, Auguſt. tractat. 98. in Joh.

Beatitudo alia philoſophica, de quâ 1. Eth. c. 10. Ariſtot. Alia Theologica & moralis, ſive Ethica, quam ſcriptura docet paſſim. Octo beatitudines (etſi in num. non omnes conveniant) deſcribunt Bernhardus ſerm. V. in Feſto omnium Sanct. Commentator. Pontificii in c. V. Matth. Senſus tamen & ſcopus Chriſti eſt, quatuor priorib. ſententiis docere, quid patiendum nobis ſit, inſuperque credendum, v. 3. 4. 5. 6. At ſeq. quid nobis agendum ſit, inculcat: quæ omnia ſuis locis explicantur. Adi noſtrum Chemnitium cap. 51. Concord. & Pelargum in c. 5. Matth. & Chryſ. Javell. Tract. de 7. beatitudinib. Beatitudo & ſalus noſtra conſiſtit in vitæ æternæ acquiſitione & mortis deſtructione. Utrumque inſinuatur Rom. 10. *Confer Vita æterna, infra.*

BEHEMOTH.

Beſtiæ, num. plural. ſignificat (1) quaſcunq; ingentis magnitudinis beſtias terreſtres: ut Leviathan, aquatiles. (2) Potentiam Diaboli in hoc mundo ſævientis, (3) ut & Anti-Chriſti. Vide Greg. M. in c. 40. Jobi, latè de illo differentem. (4) Joh. Buſtamantinus non animal illud vaſtum, quod Elephantem vocamus, deſignari putat, ſed ipſum Diabolum, monſtroſum illum ſerpentem: demonſtrans hæc prædicata, quæ apud Jobum extant, Elephanto non quadrare; ſed potius monſtroſiſſimo Serpenti, qui Diabolum figuret. l. 4. c. 12. 13. & ſequentibus, de animantibus ſcripturæ. Adi quoque Coccejum in h. l. Jobi, & Pinedam.

BELIAL.

Ex בלי non & יעל profuit, q. d. non prodeſt, homo nequam, nihili, nullius frugi. Græcis ἄσωτος, ἀχρεῖος. Alii עלה q. non adſcendens. Alii ab עול quaſi nolens portare jugum. Vide Num. 19,2. 3. Reg. 12, 11. Judic. 19,22. Jugum v. Legis intelligitur: vide Jugum. Eſt ergò vir Belial, qui Dei legi non obtemperat, 2. Cor. 6, 13. Jud. 19, 22. 1. Sam. 2, 12. c. 10, 27. 2. Sam. 20, 1. 1. Reg. 21, 10. Nahum. 1. v. ult. 2. Sam. 16, v. 7. Qui Satanam imitatur, Joh. 8, 44. 1. Sam. 25, 7. Verbum Belial, Pſ. 40, 9. & 101. Non ponam in conſpectu meo verbum Belial, 2. Sam. 16. David vir Belial eſſe criminatur.

Torrentes Belial ſunt tentationes, perſecutiones in Eccleſiam ingruentes.

De voce Belial plura apud Hieronym. in Epiſt. ad Epheſ.

BELLUM.

§.41 Quaſi minimè bellum. Nam, Nulla ſalus bello, pacem Te poſcimus Omnes.

Bellum ſpirituale (1) *hæreticorum* eſt contra Chriſti Deitatem, Theodoret. l. 4. c. 30. hiſtor. Eccleſ. de Iſaaco Monacho & Valente Cæſare. Ille huic infelicem belli eventum prædicit, quod Ariani Chriſti Deitatem debellarent.

(2) *Regenitorum* contra concupiſcentiam, Rom. 7. Chryſoſt. hom. 5. & 8. ad Romanos.

(3) Bellum *Politicum*, Magiſtratui competens,

rens, quod justitiæ non adversatur, nec ipsi Deo punienti scelera hominum. Etenim

(1) Deus inducit bella, Ezech. 14, 21. 1. Reg. 11, 14. (2) Leges fixit, Ex. 17, 9. Num. 31, 2. Deut. 10, 1. (3) Fortitudinem suasit, Sap. 8, 15. (4) Encomium addidit: vocat enim bellum justum, prælia Domini, Num. 21, 14. (5) Vindictam Magistratus approbavit, Matth. 26, 52. Rom. 13, 4. 1. Petr. 2, 14. (6) statum ejus Johannes non exautoravit, Luc. 3, 14. (7) Nec status ille militaris Deo displicuit in Centurione, Matth. 8, 8. & Actor. 10, 1. & eo, qui cruci adstitit, Matt. 27, 54. & Gordio Martyre Cæsariensi, de quo Basilius. (8) Nec illum V. Testamenti severitas abrogavit: Miles enim erat Abraham, Gen. 14, 15. Jacob, Gen. 48, 21. 22. Moses, Ex. 17. Josua, c. 10, 8. Simson, Judic. 15, 14. David, 1. Sam. 17, 50. (9) Nec sanctimonia Christianorum antiquavit: Christiani sub M. Aurelio militarunt, & pluvias in siti impetrarunt, Tertull. ad Scapul. Euseb. l. 5. c. 5. Conf. Luth. tom. 4. Jen. Lat. f. 563.

§. 42 *Causa belli*

Procreans in genere est *peccatum:* Ob id enim bella immittuntur à Deo, Jer. 48, 10. Ezech. 21, 2. Es. 10, 6. ob quæ Deus nos ira obruit, Jer. 50, 14. Thren. 3, 43. vid. Levit. 26. Deut. 28. per tot. Amos. 3, 11. *Corrasio injusta divitiarum,* Es. 42, 22, 23. sequent. Jer. 15, 13. c. 17, 3. Ose. 7, 13. *Defectio à Deo*, Mich. 6, 16. *Idololatria* Achabi, Sophon. 2, 6. *Impœnitentia*, Hab. 3, 13. *Fraus & dolus*, Jerem. 9. v. 4. 5. 6. 7. 8. *Superbia*, Jer. 46. v. 7. 8. 16. 17. 20. *Injustitia* peculiare delictum, Joh. 7, 11. *Inobedientia*, 1. Sam. 13, 14. 15. 17. *Malitia*, Jer. 33, 5. *Satan* homicida ille ab initio, Johan. 8. & Draco rubens, Apocalyp. 12. movet & impellit hominum animos ad bella. Accedit hominum *profunda cupido imperii* & divitiarum. Salust. in fragm. *Contemtus mandati Christi.* Arnob. l. 1. contr. Gentes.

Occasio belli multiplex esse potest. Vide Herodot. l. 3. de Cambyse, Cyri filio.

Quis permittat?

Deus bella immittens & permittens, quatenus ea sunt debita peccatorum supplicia, & mala pœnæ, quæ Deus ut justus judex immittit, iisque peccata punit. Hinc ipsi Deo aliquot actus in S. literis attribuuntur, quos in bellis sine ullius peccati consinio exercet.

Primo in genere: Fortes & validos à Domino hostes venire, ac ab eodem immitti, Esa. 28, 1. Conf. Jer. 47, 6. c. 48, 3. c. 44, 30. tradam Pharaonem in manum inimicorum. Amos 3, 6. non est malum in civitate, quod non fecerit Dominus: (in civitate v. bellum quoque est.) Gladius Domini ebrius, Es. 34, 5. 6. Attila Tyrannus invenisse se gloriatus est gladium Martis, quô sibi potestatem bellandi datam esse, gloriatus est, Jornandes de rebus Geticis.

Caussæ Ministræ belli, hostilis exercitus, cujus descriptio est Joel. 2, 2. Ps. 74. & aliàs sæpè: Jer. 18, 17. Babylonii comparantur Euro.

In speci. ActusDei in bello dupliciter considerari possunt, 1. ex parte hostiũ. 2. ex parte nostri.

Ex parte hostium sequentes occurrunt Dei actus, videlicet:

(1) *Velle*, ut veniant hostes, deque peccatoribus præfractis pœnas sumant: Hæc Dei voluntas exprimitur in scripturis, quando Deus dicitur mittere fures & vastatores, Obad. v. 5. scrutatores thesaurorum, ibid. v. 6. Vocare, Jer. 1, 15. (alias 14.) Es. 13, 3. Excitare, vid. 1. Reg. 11, 14. 23. Esa. 13, 17. Ezech. 23, 22. Amos 6, 14. Habac. 1, 5. Immittere & mittere, Deut. 28. v. 49. Esa. 10, 6. Jer. 25, 9. Sibilare, Esa. 5, 26. c. 7, 18. cap. 8, 7. Sibilabit ei ab extremo terræ.

(2) Eundem Deum *exequi actu ipso hanc judiciariam voluntatem*, nempe visitando, Ezech. 9, 10. appropinquaverunt visitationes pugnando: Cum ipse Deus pugnare contra nos dicitur, Jerem. 21, 3. 4. occidendo sine misericordia, Thren. 3, 43. percutiendo, 1. Chron. 15, 15. aliis (hostibus) mandando, Es. 10, 6. Thren. 3, 37. vexillum elevando, Esa. 5, 26. vexillum elevabit in nationes. Imperando festinationem. 2. Chron. 35, 21. Deus dixit, ut festinarem, ait Rex Ægypti Necho. Dirigendo scopum hostium & cogitationem, Esa. 10, 7. ipsis militib. robur dando, Esa. 10, 5. 15. Arma in manus tradendo, Ezech. 21, 3. 4. 5. 11 & quidem evaginatum gladium, Ezech. 30, 24. Hinc dicitur gladium inducere Ezech. 14, 17. mittere, Ezech. 14, 21. & vocare, Jer. 25, 29. obstacula removendo, Esa. 45, 2. 3. frangendo portas ferreas, d. l. Bona debellatorum in prædam dividendo, Esa. 42, 22. Ezech. 7, 19.

Ex parte nostri, & eorum, quos Deus vult punire, sequentes occurrunt actus, iique præcipui Dei justissimi.

I. Prudentiæ humanæ & consiliorum frustratio, mittendo in omne, quod tractas, maledictionem. Deut. 28, 20. Mittit maledictionem, percutiendo homines stupore cordis. Ibid. c. 18. percutiet te Jehovah &c. Callida consilia in stultitiam vertendo, 2. Sam. 15, 3. videl. Achitophelis consilium. Insipientia puniendo, 1. Reg. 11, 31. 32. Ecce! ego scindo regnum, cùm tamen illud Rehabeam insipiens scidisset, per spiritum malum, 1. Reg. 22. Esa. 19, 12. per sublationem seniorum & prudentiâ maximè excultorum virorum, Esa. 3, 1. 4. per defectum oculorum, Deut. 28, 65.

II. Fortitudinis bellicæ omnis ablatio: cum videl. Deus dat cor pavidum, Deut. 28, 65. 66. Mœrorem animi, ibid. Terrorem, Esa. 24, 1. Tremorem, Ezech. 38, 28. Horum omnium effectus est fugere, Jud. 4, 15. 1. Sam. 14, 15. In petras se abdere, Esa. 2, 19. In tenebris palpitare, Sophon. 1, 17. ambulabunt ut cœci. Genua tremere, Ezech. 7, 17. Manus labascere, facies pallescere dict. l. Ezech. Non pugnare, 2. Chron. 17, 10. & c. 20, 28. 29. Negata orationis exauditio, Jerem. 8, 19. Armorum nostrorum repulsio, Jerem. 21, 4.

III. Mediorum politico-polemicorum dissipatio: nempe quando Deus ostendit

(1) Fœderum vanitatem. Cùm enim Deus punire intendit bello, efficit, ut fœdera sint noxia & periculosa. Sic fœdus Josaphati cum Achabo penè illum morti tradidisset, 2. Chronic. 18, 1. 31. 32. Fœdus Judæorum cum Assur

Dei

Dei furorem concitavit, Os. 12, 2.c.11,5. Temeritatem profanam Judæorum olim significavit, Esa. 8,12. Ne dicatis: conjuratio est, omnia, &c. Væ in semetipsos concitavit, Esa. 31, 1. c. 30, 1. 2. Periculum & damnum creavit, Esa. 36, 4. 5. 6. 7. 2. Reg. 18, 14. 15. 16. (2) Sociorum fallacitatem, qui nos destituunt ope, quâ ante eramus nixi. (3) armorum conversionem, Jer. 21. vers. 5.

Causa procreans belli & justa & legitima (1) urbs rebellis, Deut. 13, 12. (2) Fœderis fractio, 2. Reg. 3, 7. (3) Juris gentium violatio, 2. Sam. 10. Petulantia igitur bella non sint: Sunt enim infelicia. Exempla extant part. 2. Prompt. exemplor. fol. 243.

§. 43 *Per quos Deus exequatur bella?*

Caussæ bellorum instrumentales sunt homines in homines, ex omni gente, sive vicina, sive propinqua. Videlicet, Edomita Hadad-Eser 1. Reg. 11, 14. contra Salomonem. Reson Assyrius 1. Reg. 11, 23. contra eundem. Assyrii, Amos. 6, 14. Esa. 7, 18. cap. 10, 6. c. 8, 7. contra Israel. Syri Esa. 9, 12. Philistæi & Arabes 2. Chron. 21, 6. contra eosdem Israelitas. Chaldæi & Babylonii, Ezech. 22, 23. Habac. 1, 5. Persæ & Medi contra Babylonicos, Esa. 13, 3. Imò Judæi adversus Judæos, Ephraim contra Manassem, Esa. 9, 20. 21.

Variè verò describuntur ii, qui bella gerunt: vel ab adjunctis virtutibus & vitiis bellicis, cùm comparantur aquilis, leonibus, & aliis feris animalibus. Vid. Titul. Comparata belli, Esa. 5, 29. Vel ab effectis variis. Vid. Titul. Effecta belli. Sophon. 1, 12. Scrutabuntur Jerusalem laternis. In bello misericordia non est, Jerem. 21, 7. Vasa furoris, h. e. quod furorem Dei exequantur, Esa. 13, 5. virga iræ, Esa. 10, 5. Est verò, ubi nimium sæviendo homines peccent, quamvis irato Deo, 2. Chron. 28, 9. 10. Zachar. 1.

Caussa tollens bella idem Deus est, cùm ipsi placet, Esa. 17, 13. Psal. 46, 10.

§. 44 *Materia Belli.*

I. Ex quâ sunt cædes, violentia, vis tyrannica, omnesque actus illi, qui ad bellicæ executionis integritatem spectant. Horsum pertinet Psalm. 74. integer, & Psal. 79.

II. Circa quam & in qua sunt 1. Bona corporis, Fortunæ. 2. Libertas, quæ plerumque bello adimitur. 3. vita & sanitas, & cæt. Nam bella in omnibus his tollendis & minuendis occupantur. Vid. Jer. 51, 52. gement semineces. Excidam homines & jumenta, Ezech. 25, 13.

Ad materiam belli referimus quæstionem: Liceátne Christianis bellare?

Vide de hâc quæstione Augustinum Epistol. ad Bonifacium & suprà hoc titulo. Numer. 1.

Forma justi Belli.

1. Si vindicetur gloria Magistratus, qui Dei nomen & vicem gerit, Ps. 82, 7.

2. Scelera coërceantur: Videlicet latrocinia, rapinæ, stuprationes, Judicum 26, 1. sequent.

3. Injuriæ propulsentur. 2. Sam. 10. David bellum infert Hanoni, legatos ejus ludificato. Huc referendi ii, qui de jure belli & pacis solidos tractatus congesserunt.

§. 45 *Effecta & consequentia bellorum.*

Varia sunt: eorum quædam recensebimus promiscuè: verbi gratiâ, Rapina, spoliatio, prædæ, Esa. 5, 30. apprehendere prædam & rapere, sic (1) ut nemo eruat, dict. l. (2) ut & prædam ipse Deus in manus hostium det, Judic. 2, 14. (3) prædatores veniant, Jerem. 51, 33. ut rapiant supellectilem pretiosam, vasa desiderabilia, Dan. 11, 8. Ose. 13, 15. eaque abutantur. Darii mensa pro scabello usus est Alexander Magnus Susas occupans & insidens sellæ regiæ, ubi pedibus solum contingere non poterat, Drodov. libr. 17. quod servus Darii lacrumis deflevit: Quantò magis Solymarum ruina Luc. 19. (fol. 117. Zwing. Theatr. b. §. cum Susis.) & omnia bona, Jer. 15, 13. cap. 17, 3. c. 20, 5. aurum, argentum, Nah. 2, 9. Ezech. 29. v. 19. negotiationem, Ezech. 26. v. 12. urbes totas diripiant, Esa. 7. Samariæ domos, Esa. 27, 10. Vestes, Amos. 2, 15. Ezech. 16, 39. in aliena loca transferant, quæ rapuerant bona, Jer. 20, 5. Esa. 39, 6.

Nostri fugatio, cæsio, & exterminatio, Esa. 13, 10. 11. & cap. 16.

Deut. 28, 25. Dabit te Jehova cæsum coram inimicis tuis. Jerem. 51. v. 20. gentes contritas reddit malleo Babyloniæ, ut fugiant nudi homines. Amos 2, 15. abjecti à facie (gratiæ scil.) Dei. Jerem. 7, 15. & mille ab uno in fugam conjecti, Esai. 30. vers. 7. ut in sylvas densas fugiant, Jerem. 4, 29. maximè cæsis & Ducibus & Magistratibus, 1. Samuelis 31, 7. 2. Samuel. 18, 17. 1. Regum 22, 17. Judic. 8, 6. 12. Fugæ præpeditio, Jerem. 25, 36. 2. Regum 25. opum spoliatio, 1. Regum 20, 3. Argentum & aurum tuum mea sunt, vox hostium est. Vociferatio, clamor, Amos. 3, 9.

§. 46 *Terræ vastatio.*

Eam sic vastat, ut non sit in eâ habitator, Jerem. 51, 62. disperdit universam terram, Esa. 13, 5. Subvertere faciem terræ, Esa. 24, 1. Ponit solitudines in terra, Psalm. 46, 9. & terram inviam reddit, Os. 2, 3. Os. 5, 9. Ephraim in desolatione erit, Esai. 1. vers. 7. Terra vestra desolatio. Magistratus contemptus, Jerem. 22, 28.

Hominum dispersio.

Esa. 24, 1. Dispergere faciet Dominus habitatores terræ in omnes populos, ab uno extremo ad alterum, Deuteronom. 28, 64. In omnia regna terræ, Deuteron. 28, 25. Jerem. 24, 9. In omnes ventos, Ezech. 12, 16. cap. 22, 15. Daniel. 9, 7. Esa. 22, 17. Evellit è terra, Deuteron. 28, 63. ut inter gentes vagabundi obambulent, Ose. 9, 17. tam Propheta, quam populus, Esa. 24, 1. Ose. 4, 6. 9. Ezech. 7, 12. & inimicis serviant, Jerem. 17, 4. & fixam sedem non habeant, Deuteronom. 28, 65. ut hostes terram possideant: sic inhabitatores terræ Canaan DEUS bello Israelitarum expulit,

Exod.

Exod. 23,27. & 31. Deuteron. 1,34. cap. 9. v. 3. cap. 11, 23. cap. 18, 12. Jos. 13, 6. c. 23, 5. 9. Israelitæ expulsi, Ose. 4, 6. Amos. 4, 2. cap. 7, 17. cap. 9, 2. Ut Peccatores sint instar paleæ, quam ventus dispellit, Psalm. 1, 4. Esai. 17, 13. & instar jumenti, quod freno in omnem trahitur partem, Esa. 30. vers. 28. Sic dispersi exules in omnes mundi angulos disjiciuntur. Sic & olim Assyrii, Esai. 20, 4. cap. 21. vers. 17. Jer. 49, 3. & 36. Ægyptii, Ezech. 29. v. 4. 12. cap. 30. vers. 23. 26. Jerem. 46. vers. 2. Babylonii, Esa. 13. v. 14. Jerem. 50, 3. 8. & 16. cap. 51. v. 1. Moabitæ, Esa. 15, 5. cap. 16, 4. Philistæi, Sophon. 2, 1. 4.

§. 47 *Terræ divisio*

Inter hostes, qui nos ejecerunt, Mich. 2. v. 4. agros nostros hostis sibi divisit. His vendit terram Dominus, Ezech. 30. v. 12. vendam terram in manus malorum, ut devastent eam. Jerem. 44. vers. 2. 3. Urbes Jehudæ desolatæ sunt, nec est in eis habitator, propter malitiam eorum.

Exulum derisio & debellatorum.

Apud Michæam cap. 6, 16. do habitatores in sibilum. Deuteronom. 28. vers. 37. 44. Psal. 44. v. 17. & 74, 4. & 123, 4. Esa. 30, 5. Jerem. 19, 8. cap. 22, 12. cap. 23. v. 39. cap. 25, 8. cap. 31. v. 19. Ezech. 16. vers. 56. cap. 5. v. 14. cap. 22. v. 5. cap. 23. v. 32. cap. 24. v. 29. Dan. 9. v. 16. Os. 7, 10. c. 10, 6.

Urbium Obsessio.

Et hominum angustiatio, Deuteronom. 28. v. 52. Luc. 19. (1) ut de fame conquerantur homines. (2) ut domos diruant ad muniendos muros, Esa. 22, 10. Jerem. 33, 5. Metus & pavor fortium virorum, Jerem. 47, 4. & clamor eorundem, Jer. 48.

§. 48 *Obsessarum expugnatio.*

Deuter. 7, 1. Jos. 1, 2. c. 6, 16. c. 8, 1. c. 9, 24. c. 10, 30. 32. 42. Samaria capitur, 2. Reg. 17, 6. 18. 23. Ose. 12, 14. Kalne, Gath, Amos. 6, 1. Urbes Judææ, Mich. 1, 12. Jerusalem, Jer. 20, 5. c. 21, 10. c. 34, 2. Ninive, Nah. 3. v. 4. cap. 3, 8. 12. 14. Tyrus, Ezech. 26, 3. 12. 19. 20. 21. c. 28, 16. 19. Amos. 1, 9. & Ezech. 29, 18. 20.

Obliviscuntur etiam parentes suorum liberorum, Jer. 47. v. 3.

Negata victis occultatio. Vide Jer. 49. v. 3. & 10.

Timor fortium & clamor, Jer. 47, 4. c. 48.

E domibus exturbatio.

Deut. 19, 1. Jos. 24, 13. Deut. 28, 30. domum ædificabis, & non inhabitabis. Domus quoque cadaveribus hominum implentur, Jerem. 33, 5. Muri dissipantur, Ezech. 26, 4. 12. 2. Chron. 36, 19. Altaria destruuntur, Amos. 3, 14. & templa Domini, 2. Chron. 36, 19.

§. 49 *Urbium & Oppidorum exustio.*

Esa. 1, 7. Civitates vestræ exustæ igni. Conf. Esa. 24, 1. 12. ut fiant habitacula Draconum, Jer. 9, 10. seq. cap. 10, 22. c. 18. v. 16. c. 22, 5. cap. 34, 22. Ezech. 5, 14. c. 12, 20. Sophon. 1, 13. Psal. 79, 1. 7. Esa. 64, 10. Thren. 1, 4. c. 2, 17. Dan. 9, 18. Nah. 3, 7. Sophon. 2, 14. de Ninive. Ezech. 26, 19. & 21. de Tyro. Jos. 6, 24. Jericho combusta. c. 11, 11. Hazor. cap. 8, 8. Ai. 2. Reg. 8, 12. Hasaël. Amos. 4, 11. Gen. 19, 24. Esa. 1, 9. Ezech. 16, 41. Os. 8, 14. Esa. 24, 24. Jer. 17, 27. c. 27, 10. c. 32, 29. c. 34, 2. 22. c. 37, 8. 10. c. 38, 17. 18. c. 39, 8. c. 52, 13. Complementum, vide 2. Reg. 25, 9. Conf. Ezech. 16, 40. c. 20, 47. c. 24, 9. c. 23, 25. 47. Hab. 3, 13. Thren. 2, 13. c. 4, 10. Baruch. 1, 2. Nehem. 1, 4. & 17. Amos. 1, 4. Jer. 49, 27. Sic Assyrii igne perditi, Esa. 10, 16. cap. 30. v. 27. 30. Nah. 3, 13. 15. Ægyptii, Ezech. 30, 8. 14. 16. Jerem. 46, 19. Ammonitæ, Amos. 1. v. 14. Babylonii, Esa. 57. v. 14. Jerem. 50. v. 30. 32.

Domuum.

Esa. 27, 10. Amos. 3, 15. quæ tandem domus aliis cedunt, Jerem. 6, 12. Ezech. 7, 24. vel igne comburuntur, Deut. 28, 52.

Regnorum integrorum & regionum.

Videlicet Ægypti, Ezech. 30, 12. Æthiopiæ, Jer. 49, 33. Philistæorum regio, Jer. 47, 4. Edomæorum, Ezech. 36, 5. c. 34, 10. Jerem. 49, 20. Ezech. 25, 13. Malach. 1, 13. Moabitarum, Jerem. 48, 1. 18, 15. 20. 38. Ammonitarum, Jerem. 49. vers. 2. Ezech. 25, 5. Babyloniorum, Esa. 33, 32. cap. 13, 19. c. 14, 23. Jer. 50, 3. 12. 21. 45. cap. 51, 26. 29.

Jumentorum & animalium ablatio.

Ezech. 25, 13. Succidam ex ea (terra Edom) jumenta.

§. 50 *Hostis victoria & triumphatio, etiam numero pauci, 2. Chron. 24, 24.*

Victoria enim est à solo Deo, Gen. 14. v. 20. Exod. 17. Jos. 10, 8. 42. cap. 11, 8. c. 24, 11. Ps. 144, 10. Prov. 21, 31. 1. Maccab. 3, 19. 2. Macc. 15. v. 21. Hinc in manus hostium tradere nos dicitur, Judic. 2, 14. c. 3, 8. cap. 6, 2. c. 10, 7. & sub manus, 2. Chron. 28, 6. Confer Jerem. 21, 3. de victoriâ Chaldæorum contra Judæos. Jerem. 49. Pharao traditus in manus Nebucadnezaris. Jerem. 50, 21. Babylonii in manus Chaldæorum traditi. Quam multa mala sequuntur, nempe

§. 51 *Tragica Mors & Occisio*

Atque totalis Interitus: hinc dicuntur homines perdi & deleri, Deuteron. 28. vers. 63. dari sanguinem, Ezechiel. 16. v. 38. lacerari, Ose. 13. v. 7. cadere per gladium, Ose. 4. vers. 1. occidi, Amos. 4. v. 10. cap. 9. v. 1. Jerem. 20. vers. 4. Ezechiel. 6. vers. 4. numerari ad gladium, Es. 65. vocari à gladio, Jerem. 12. v. 12. consumi ab eo, Jerem. 14. v. 12. percuti, cap. 18. vers. 21. hinc dicuntur percussi à Domino, Jer. 21, 7. cap. 25, 33. gladius induci à Domino, Ezechiel. 5. v. 17. jugulari à gladio, Ezech. 21, 10. 11. mactari, Sophon. 1. v. 7. confer Thren. 2. vers. 4. & 22. cap. 3, 43. Jerem. 4. v. 31. Esa. 34. v. 2. 3. cap. 37, 7. Mich. 5. vers. 6. Nahum. 3. vers. 10. Sophon. 2. v. 13. Jerem. 46. vers. 20. cap. 43. v. 10. Ezechiel. 29. vers. 8. cap. 30. v. 5. 17. cap. 31, 18. c. 32, 6. Sophon. 2, 12. Jerem. 48, 37. Esa. 14, 30. Jerem. 47. v. 5. Ezechiel. 25. v. 11. cap. 26. v. 6. Jer. 47, 4. Ezech. 28. v. 23. Esa. 34, 6. Ezech. 25, 12. cap. 35. v. 4. Jerem. 48, 15. Amos. 2, 2. Ezech. 25, 6. Esa. 49, 26. Jer. 51, 40.

§. 52 *Vel Captivatio.*

Hinc etiam bellum dicitur Piscatio apud Jerem.

Jerem. 16, 16. Cùm Magiſtratus, tùm ſubditorum.

(1) Magiſtratus, Judic. 8, 6. 12. 2. Chron. 33, 10. 2. Reg. 23, 32. cap. 25, 29. regno exutus, Dan. 5, 25. Jerem. 51, 20. 2. Chron. 28, 5. 6. 8. 1. Reg. 17, 3. Tob. 1, 2. Oſ. 5, 14.

(2) Subditi, eorum filii & filiæ, Deut. 28, 41. Conf. 1. Reg. 8, 46. 2. Chron. 6, 36.

(3) Omnis ſexus, Jer. 6, 11. Amos. 6. v. 7. Ebrioſi, Eſa. 22, 3. c. 24, 17.

(4) Iſraëlitæ tribus vicibus capti ſunt, & Babylonem traducti (1) tempore Jojakim, filii Joſiæ, Dan. 1, 1. 2. Reg. 22, 1. 2. Chron. 36, 5. Jerem. 22, 25. (2) poſt annos octo, Jerem. 27, 11. 2. Reg. 24, 14. 16. Ezech. 1. v. 2. (3) tempore Zedekiæ, 2. Reg. 25, 2.

§. 53 *Captivorum venundatio.*

De Iſraëlitarum venundatione Judic. 2, 14. capit. 3, 8. in manus Syrorum. verſ. 13. Moabitarum. cap. 4, 2. Cananitarum. c. 6, 1. Midianitarum. cap. 10. v. 7. Ammonitarum. c. 13, 1. Philiſtæorum.

Venundatorum Servitus.

Nuditas, afflictio & ſuppreſſio, atque anguſtatio, Deut. 28, 48. ibid. verſ. 29, 33. 68. Gen. 15, 13. Exod. 13, 3. 14. cap. 20, 2. Deut. 5, 6. c. 6, 12. cap. 8, 14. cap. 13, 11. cap. 28, 29. Joſ. 24, 17. Judic. 6, 8. Jerem. 34, 13. Mich. 6, 4. Judic. 2, 14. Levit. 25, 44. Judic. 3, 8. 14. cap. 4, 3. cap. 10, 7. 2. Chron. 12, 5. 8. Amos. 6, 14. Oſe. 6, 11. Jer. 17, 4. c. 28. de jugo, Thren. 5, 13. v. 5. 8. Eſa. 13, 12. Jerem. 51, 21.

Ludificatio & irriſio.

Servientium & exulantium (1) per ſcommata, Pſalm. 137. Sic olim Aſſyrii, Eſa. 37. Ægyptii, Jer. 46, 24. Ezech. 29, 15. Edomitæ, Jerem. 49, 13. 15. Obad. 2. Moabitæ, Jer. 48, 29. 39. Sophon. 2, 13. Nahum. 3, 16. Tyrii, Cananitæ, Sidonii, Eſa. 23, 9. 11. Ammonitæ, Ezech. 21. Babylonii, Jerem. 50, 12.

(2) Per detractionem & veſtium denudationem, Deut. 28, 42. 2. Chron. 20. Spoliati ſunt veſtibus Ammonitæ, c. 28 Amos. 8. v. 10. Eſa. 3, 19. c. 32, 9. 11. c. 20, 4. Rex Aſſyriorum c. 47. de Babylon. Jer. 13, 22. Ezech. 7, 18. cap. 16, 39. cap. 23, 26. cap. 29, 18. cap. 48, 37. cap. 49, 10. Nahum. 3, 5. Spoliatio, Jerem. 48. v. 12. Supra Num. 7.

§. 54 *Suppliciorum cumulatio.*

Ut ſunt I. Annonæ flagellatio & conſumtio: hinc fames (1) qua fructus agrorum, Deut. 28, 33. 52. Jerem. 8, 16. Eſa. 5, 7.

(2) Qua pecora & animantia, Deut. 28. verſ. 31. Jerem. 5, 15. cap. 12, 12. cap. 9, 10. cap. 36, 29. Habac. 4, 17. Sophon. 1, 12. & 2. Jerem. 9, 10. Confer Jerem. 36, 29. Ezech. 14, 13. 17. 19. Jerem. 49, 31. Ezech. 29, 8. & 11. Ezech. 25. v. 4.

(3) Atque hinc miſerabilis fames & defectus alimoniæ accidere ſolet. De fame vide Eſa. 5, 13. Oſe. 2, 9. cap. 9, 2. Joel. 2, 24. Jer. 8, 16. devoraverunt terram & plenitudinem ejus: omnis gaudii ſublatio, Eſa. 21, 11. 12. ut manus noſtræ ſint ſuper fœmora, Jer. 30, 6. facies palleant, v. 7. d. l.

II. Virginum & matronarum violatio, Deut. 28, 30. Eſa. 32, 11. c. 13, 16. Jer. 8. verſ. 11. Ezech. 23, 8. cap. 16, 32. ad 40. cap. 23, 11. Oſe. 4, 11. Amos. 7, 17.

Omnis boni ordinis devaſtatio.

Ex quâ barbaries naſcitur: Nam (1) templa profanantur, Pſalm. 79, 1. Pſal. 74, 3. (2) Ceſſat miniſterium docendi, Pſ. 74, 9. Devaſtantur Dei ædes, Pſal. 74, 5. 6. 7. 8. Vinea Domini laceratur, Pſal. 80, 13. 14. (3) Res œconomicæ turbantur. Hinc Nicias dux Athenienſis hoc argumento pacem ſuadebat, quod hujus tempore galli cantu homines excitarentur: tempore belli verò lituorum tubarumque ſonitu & clangore. (4) Aboletur Magiſtratus, Ezech. 17, 4.

Sepulturæ negatio.

Deut. 28, 29. 1. Reg. 4, 10. cap. 16, 4. Pſal. 79, 2. Eſa. 5, 25. c. 14, 18. Jer. 7, 33. c. 9, 22. c. 14, 41. c. 51, 4. c. 19, 7. c. 22, 19. c. 25, 33. c. 34, 20. Ezech. 6, 5. c. 33, 37. c. 29, 5. c. 32, 4. c. 39, 17. Oſe. 13, 8. Amos. 8, 3. Nahum. 3, 3. Apocal. 19, 17.

Diſſolutio Belli per conjugia Ducum cum hoſtibus, Richter. axiom. 71.

§. 55 *Adjuncta Ducis Belli & Militum.*

1. *Pietas*, quæ elucet in Abrahamo, Gen. 14, 19. 20. Joſua, Joſ. 1. v. 7. cap. 7, 6. c. 8, 30. c. 10, 11. 12. 13. Davide, Pſ. 101. per integr. Juda Maccabæo, 1. Macc. 4, 8. Sine voluntate Dei bellaturi cæduntur. 1. Sam. 23. Os Domini conſulit David prius quàm manus cum hoſte confereret. Exod. 17. Moſes orando Amalekitas vicit. David credendo in Dei auxilium, 1. Chron. 19. v. 6. 13. Num. 10. tubis clangentibus in prælium ire jubentur Iſraëlitæ. Cyrus Aſſyriam adoriri ſtatuens vota priùs Deo ſolvit, Xenophon l. 3. pæd. Cyri. Romulus Jovi ſtatori idem fecit, Livius libr. 1. In bello olim Sibyllæ libros legit Aurelianus Cæſar: Vopiſc. in Aureliano. In potentia exercitus non confidat: Poſſunt enim nonnunquam pauci milites numero plurimos cædere. Id patet exemplo Alexandri M. Miltiadis, Cyri, Pompeji Magni &c. Vide part. 2. prompt. exemplorum fol. 192. Confer fiducia.

2. *Prudentia*, cùm in bello ſuſcipiendo, ne temerè fiat. Vide Nazianz. Orat. altera in Julian. Tùm in adminiſtrando. v. Thom. 2. q. 48. acie inſtruendâ, Gen. 14, 32. ſtratagematibus, Joſ. 8. v. 45. Proverb. 20, 18. Conſiliis fac bellum.

3. *Fortitudo*. 1. Maccab. 3. Melius eſt mori in bello &c. Ad hanc hortatur fortitudinem David, 2. Sam. 11, 25.

4. *Juſtitia*, ut ſuum cuique tribuat, Gen. 14. ſic Abraham fecit. Suos liberet ex hoſtium manu, Geneſ. 14. injurias vindicet, 2. Samuel. 10. pacem tamen, priusquam bello experiatur, quærat, Geneſ. 32. verſ. 3. 2. Samuel. 20.

5. *Beneficentia*, cui ſubjicitur Miſericordia. 1. Samuel. 30. verſ. 23. miſericordia Davidis. Luc. 7, 2. Centurio curam gerit ægroti ſervi. Trajanus Imperator vincens Dacorum Regem

Regem cruento prælio, proprias vestes, quibus indutus erat, lancinari jussit, ut his militum vulnera obligarentur, Baron.ad An.Christi 103. fol. 22. numer. 45. Ne percutiantur infantes, mulieres, jumenta, Deuter. 20. Ut arboribus parcatur, Deut. 20.

§.56 *Militum & Ducum officia.*

Pietas, Psalm. 20. vers. 4. in nomine Domini, &c.

Obedientia, Luc. 7, 8. Romani milites jurabant, se ab obedientia Consulum non recessuros esse, Alexand. ab Alex. lib. 1. c. 20. Genial. Dierum.

Fortitudo: ut stent, locum suum non deserant: Nolle se deserere olim Sacramento confirmabant milites Romani, Alex. l. 1. c. 20. Genial. dierum. Sic Catilinæ milites in vestigio, quo constituti erant, occubuerunt, teste Salustio. Deuteron. 20, 1. 2. ne timeas. Ibid. vers. 9.

Justitia. Luc. 3. v. 14. ut militet stipendiis. 1. Cor. 9, 7. bona subditorum non rapiat violenter. v. *Rapina.*

Prudentia; ne temerè bella moveantur, Jos. 22, 13. ob incertos rumusculos.

Misericordia erga Victos: ne nimis eos duriter tractent; sed instabilis sint fortis memores, Jud. 1, 6. 7. exemplo militum Davidis, 1. Sam. 30, 10. 11. sequent. à pœnâ Edomitarum, Psalm. 137, 7. 8.

Communia alia Officia in bellis.

Orare & spem omnem in Deo figere: Sic Josaphat, 2. Chron. 20. Hiskias, Esa. 37. Jacob impetrat precibus castra Angelorum, Gen. 32, 11. à fratre sibi metuens.

Pœnitere. Post cladem Cannensem argentarius quidam Romæ è fenestrâ coronâ ornatus prospectans, protinus carceri ad belli finem usque emancipatus est, Zwinger. Theatr. fol. 117. b. 2. Chron. 12. Exempl. Rehabeam, Jeremiæ in Thren. Num. 10. Tubæ ululantes adhibebantur in prælio, quibus pœnitentia significata est.

§.57 *Belli Adjuncta.*

Sævitia & Truculentia, quæ non ipsos in Leones, Equos cadit. Hinc Basilius Seleucus Orat. 24. ait: Bellum esse Naturæ in seipsam sævientis opus. Stratagemata V. suo loco.

Comparata & similia Belli, bellicorumque malorum.

Maximas belli calamitates nobis ob oculos positurus Spiritus Sanctus, variis eas similitudinibus, ne quid obscurum sit, nobis declarat.

Harum quædam desumptæ sunt

§. 58 *I. Ab Elementis, & vicinis Corporibus.*

Igne. Vide Esa. 42. v. 25. circum circa accendit Israel &c. Esa. 29. vers. 6. Amos. 2. v. 5. Jerem. 4. vers. 4. Bellum igitur *incendium* est, divinitùs immissum, omnia longè lateque populans.

Aquâ & Mari. Bella copiæque bellicæ *Aquarum* nomine vocantur, Es. 8. vers. 7. ob inundationem, copiam, vim, & violentiam universalem, Jerem. 47. vers. 1. 2. submersionem, Jerem. 51. vers. 64. exsiccationem. Ut enim aquæ aliquando exsiccantur; sic quoque bello Deus omnia exsiccat, & bona aufert. Jerem. 51, 36. tumultuationem, quæ in mari est: Sic homines bello vastandi turbantur, Jer. 51. vers. 55.

Terrâ & lutô. Sicut enim lutum in plateis conculcatur; sic quoque homines in bello, Esa. 10. versic. 6. Pro vili ducitur; ita in bellis nullus est ferè personarum respectus.

II. A Meteoris.

§.59 *Vento.* Præprimis Euro, Ose. 13. vers. 15. Ob vim exsiccandi &c. Esa. 28. vers. 2. cap. 51. v. 1. Sic bello omnia exsiccantur: ager, horti, crumenæ, Curia, Schola, templum.

Grandine, Esa. 25 cap. 28. vers. 2. cap. 51. vers. 1. Sic bello omnia discutiuntur & franguntur.

Tempestate, vid. Esa. 21. v. 1. quæ omnia diruit, & impetu firmissima prosternit, & celerrimè irruit: Sic quoque bellum.

III. Ab Animalibus.

Apibus, Esa. 7, 18. quod Milites omnia instar apum libent, exsugantque.

Aquila, Deut. 28, 49.

Dracone, in Thren. Jeremiæ.

Leone, Jerem. 49, 19.

Serpente, Jerem. 8, 17.

IV. Ab actionibus variis.

§.60 Puta: 1. *Architectonicis*, quæ sunt (1) Destruere. (2) Instrumentis uti, v.g. asciâ, serrâ. His quoque Deus in illis utitur, Esa. 10, 15. ut his omnia secet.

(3) Extirpare, Esa. 9, 14 15.

2. *Oeconomicis*, ut sunt *Castigare.* Solent enim Patres immorigeros filios castigare; sic quoque Deus bello filios rebelles, Esa. 1. vers. 2. Ezech. 21, 10. 5. Esai. 10. v. 5. *Potare:* sic Deus cœlestis potat nos amaro devastationis calice, Jerem. 49. vers. 12. Psalm. 80. vers. 6. Jerem 13. v. 13. *Feces expurgare*, Sophon. 1, 12. Jerem. 48. v. 11. vetus malitia & petulantia peccandi sunt feces illæ Jerem. 13, 13. *Venari*, Esai. 24, 17. Sic in bellis Deus omnia nostra Venatoribus exponit, nostras opes in retia prædatorum compingit. *Mactare*, Jerem. 51. v. 40. *Triturare*, Esa. 21, 9. 10.

3. *Politico-polemicis.* v. g. *secare gladio*, Ezech. 14, 17. Sic belli gladio Deus omnia secat, omnia vastat: secat à Marito uxorem, à parentibus liberos. *Malleo uti*, Jerem. 51. Babylon malleus erat universæ teeræ. *Armarium instruere*, Jerem. 50, 25. *Arcum tendere*, Ps. 7. v. 13. *Gladium acuere*, Psalm. 7, 13. Ezech. 21. v. 10. *Hastam cruentam erigere.* Sic Romani solebant hastas cruentas ponere in urbibus captis & diripiendis: Alexandr. ab Alexandr. libr. 3. cap. 16.

BELLI Distributio.

§.61 1. Bellum est vel legitimum, vel illegitimum.

2. Aliud terrestre, aliud Navale: De hoc fol. 197. b. p. 2. Prompt. Exempl.

3. Aliud *Internum* & *Civile*. Vid. Judic. 12, 4. c. 20. 1. Reg. 12. In quo bello homines proprias carnes comedunt. Gregor. Nazianz. Orat. 3. Stelit. in Julian. prima. Aliud *externum*, contra hostes externos.

4. Aliud *breve*, aliud *diuturnum*. Sic Romani & Pœni per 118. annos bella gesserunt. Zwinger. fol. 65. a. Theatr.

5. Aliud *Ordinarium*: aliud *miraculosum*. Cùm vel Deus pavorem cœlitùs immittit, vel fulminibus hostes terret, vel grandine abigit, vel in mutua viscera hostes sævire facit. Zwinger. fol. 81. b. Theatr. §. Cùm Marcus. In bello intestino Alemanniæ meritò usurparis apophthegma Agesilai Laconum Regis, qui perceptâ insigni clade Corinthiorum & Atheniensium dixit ingemiscens: Heu Græciam! (heu Germaniam!) quæ tot viros bellando perdidit, quot universis Barbaris debellandis satis esse poterat. Plutarch. in ejus vitâ.

6. Aliud *Justum*: aliud *injustum*. Justum quod sit, latiùs declarant Politici, & JCti, atque ex his Scholastici. Gregor. de Valent. Tom. 3. cap. 23. q. 2. in principio. Thomas. Bartholdus Fumus in Armill. Cajetan. in summulâ. V. Bellum. Hugo Grotius de jure pacis & Belli. Altenstaig in voce BELLUM p. 98. a. b. 99. a. Officia nostra sunt in bellis (1) Pœnitentiam agere, (2) orare. Sic magistratus oret: sit columna erecta ad DEUM; sicut Moses manus ad DEum levavit, Exod. 17. olim erecta columna erat Romæ belli index. Cœlius Rhodigin. fol. 658. antiq. Lection.

BENEDICTIO.

§. 62 Vox Benedictionis variè significat: *Gratiarum actionem*. Vid. Gratitudo. *Beneficentiam* vid. Liberalitas. *Sanctificationem* & conservationem, &c. Nos de his significationibus promiscuè.

Benedicere sibi, est securum esse, Deut. 29, 19. Vid. Securitas.

Creaturis quoque irrationalibus adscribitur, quod Deo benedicant. Vid. Creaturæ. Sed præter hæc varia est in sacris literis.

I. DEI BENEDICTIO.

Quæ omnia efficit, Psal. 127, 1. 2. 3. Hinc dicitur (1) jubere benedictionem & promissionem, Levit. 25, 21. Deut. 28, 8. Ps. 133, 3. (2) absolutè benedicere. Vid. *objectum benedictionis*. (3) Maledicere, Gen. 12, 3.

§. 63 *Caussa impellens*

Ad benedicendum est Christi meritum. Nam in eo, & ob eum solum nobis contingit benedictio, Eph. 1, 5. Et in Christo solo omnis nostra est gratia, quia hic solus ille homo in gratia est, Rom. 5, 15. In hoc solo DEO beneplacitum est, Matth. 3. & 17. Nostra merita non impetrant per se & in se benedictionem DEI, omnia enim DEO debemus: Atque hinc in Christo omnes (benedictiones) promissiones sunt ita & Amen, 2. Cor. 1, 20.

Modus, & quomodo

DEUS benedicat: (1) *immediatè*, cùm ipse DEUS Patriarchis benedixit, itemque rebus conditis in primævâ origine. (2) *mediatè*, cum piis per alios benedictionem, vel malis ob pios impertit. v. g. cum ob Josephum benedixit domui Potipharis, Gen. 39, 5. Labanis Domui ob Jacobum, Gen. 30, 27. 30. Ps. 105, 24. 10. Levitæ Israelitis benedictionem precati, Num. 6, 23. Hodiè idem Ministri, aliique pii. Benedicit quoque DEUS, cum (α) dat gratiam, (β) datam auget, (γ) auctam conservat, (δ) culpam remittit, (ε) gloriam donat.

Effecta Benedictionis §. 64

Divinæ plurima sunt. Est enim efficacissima, Genes. 22, 17. benedicendo benedicam tibi. Suntque

1. *Rerum multiplicatio & amplificatio*. Sic Christus benedicens paucis panibus maximam hominum copiam saturavit, Johan. 6, 11. Marc. 8, 9.

2. *Divitiarum cumulatio*, Prov. 10, 22. Sic Jacob dives factus Dei benedictione, Gen. 32, 9. Isaac, Gen. 26, 12.

3. *Custoditio & favor Dei*, Numer. 6, 24. ita ut DEUS non diruat, sed ædificet, Jerem. 24. vers. 6. Confer 2. Sam. 7. ultim. Psalm. 127. vers. 1. 2.

Objectum §. 56

Cui benedicit DEUS. 1. Homo. 2. Ea, quæ hominis sunt &c.

1. Homo, atque is (1) *in statu innocentiæ*, cui benedixit DEUS, Gen. 1, 28.

(2) *In statu gratiæ*: Sic ob Christum benedicitur homo spiritualiter, Gen. 12, 3. cap. 22, 18. in semine tuo benedicentur omnes gentes, Matth. 25, 34. venite benedicti Patris mei, Eph. 1, 3. Per fidem v. contingit hæc benedictio. Hinc in Gen. Benedicent se: Unde, fidei fructibus qui prædíti sunt, adscribi solet benedictio, nempe *timentibus Deum*, Exod. 23, 25. *Justis*, Psal. 5. v. ult. *Piis*, & sapientiam amantibus, Syr. 14, 14. *Dei vocem audientibus*, Deut. 28, 1. seq. *Beneficis*, Prov. 3, 9. 10. c. 22, 9. 2. Cor. 9, 10. Gal. 6, 7. 8. *Assiduis*, Proverb. 6, 11. cap. 10, 22. 1. Chron. 17, 27. *Hospitalibus*. Sic Obededom benedictus, 2. Sam. 6, 11.

II. Hinc DEI benedictio diffunditur in Res & Bona piorum: v. g. in Labores, Esa. 61, 8. 1. Corinth. 15, 58. Victum, panes, aquam, Exod. 23, 25. Prolem vel sobolem, Deut. 7, 13. Gen. 17, 16. Ingressum, egressum, Deuteron. 28, 1. sequent. Psalm. 121, 8. Fortunam & successum rerum, Gen. 45, 25. Cellaria, Deut. 28, 8. omnia opera manuum, Deut. d. l.

III. Aliquando ratione ordinis benedictio ad certas primò personas restricta est, v. g. ad Adamum Genes. 3, 16. Noachum cap. 9. Abrahamum, Isaacum, Jacobum &c. Non ut excludantur reliqui fideles, sed ut cum fideli Abrahamo benedicantur, Galat. 3, 9.

IV. Tota igitur Credentium Ecclesia est objectum illud, cui destinata est cœlestis benedictio, nullâ sexus distinctione habitâ, Exod. 20, 24. non

non est hic mas vel fœmina, Gal. 3. v. ult. non est Judæus vel barbarus, Col. 3, 11. sed in omni gente, qui colit Deum, & operatur justitiam, acceptus est ei, Act. 10, 35.

§. 66. *Tempus benedictionis, & divisio.*

1. Aliud est *hujus vitæ*: in hâc enim est benedictio inchoativa. 1. Tim. 4, 8. vocatur promissio hujus vitæ. Alia *alterius vitæ*, quæ est consummativa. Matth. 25, 34. venite benedicti. Ephes. 1, 3.

2. Alia est spiritualis: Alia corporalis, in rebus corporeis.

3. Alia est erga Creaturas irrationales: v. Animantia, Psal. 65, 12. benedices coronæ anni: Alia circa hominem specialiter, adeoque generalis providentiæ.

4. Alia dilata: alia prompta & accelerata.

5. Alia communis & generalis erga ipsos impios, quorum bonis temporalibus benedicit Deus, Jer. 12, 1. Ps. 37, 35. alia specialis Electorum, quæ in solâ fide consistit, Gal. 3, 9.

6. Alia miraculosa, ut Christi, Johan. 6, 11. Marc. 6, 41. alia non miraculosa & ordinaria.

7. Alia Legalis, alia Evangelica. Hæc ob solum Christum, Roman. 4. Promissio legalis habet annexas conditiones, (1) ne DEO tempus præscribamus, (2) nec modum exhibendi bona, (3) nec bona hæc rapienda, ut Abraham non rapit terram promissam. (4) Subtrahit aliquando ob vitiosas nostras inclinationes, & ut nos humiliet, ac cruce castiget.

SIMILE.

Est instar fluvii inundantis, Syr. 39, 27. Roris fœcundantis.

§. 67

BENEDICTIO ANGELORUM

Est, quâ Angeli DEUM celebrant, eique gratias agunt: Vid. Tit. *Angeli.*

HOMINIS BENEDICTIO

Variè consideratur; Primò in genere, 1. Erga DEUM nil aliud est, nisi gratitudo & celebratio DEI: cujus plurima extant pro variis DEI beneficiis exempla in S. literis: In Melchisedecho, Gen. 14, 19. &c. Debora & Barac, Judic. 15, 12. sequent. Mulieres Ruth. 4, 14. in Hiramo, 1. Reg. 5. vers. 7. In Zachariâ, Luc. 1, 68. in Paulo patiente, 2. Cor. 1, 3. aliisque in locis sexcentis. Vid. Gratitudo, Ps. 34, 2. & 103, 2.

In specie, pro *beneficio Cibi Deo benedicimus.* S. Thomas vocat hoc benedicere *recognoscitivum*, in 2. Cor. 1.

§. 68

BENEDICTIO CIBI SUADETUR

(1) *Ab effectu:* Nam sanctificat eum, 1. Timoth. 4, 5. & destinat in laudem creatoris, non in usum naturæ solum (quo usu animalia gaudent bruta) mundat eundem, etiamsi Diabolis immolatus vel ab alio vitiatus esset. Theophil. in 1. Tim. 4.

(2) *A præcepto DEI.* Deut. 8, 10. cum satiatus fuerit, benedicat Deo suo. 1. Cor. 10, 31. omnia in Dei gloriam. Coloss. 3, 17. omnia in nomine Domini &c.

(3) Ab Exemplo *Christi*, qui ipsus cibis benedixit, Joh. 6, 11. Chrysostom. hom. 41. in Joh. Veterum *Judæorum*, qui suum quoque קדוש mensæ adhibent.

Christianorum veterum: Non prius discumbitur, quam Oratio ad Deum prægustetur. Tertull. cap. 39. Apologet. Prudentius in Carmine.

Ethnicorum. Ethnici suas ἀπαρχάς primùm in Conviviis Diis suis offerebant: Plutarch. in Sympos. & Turcæ epulis suis preces præmittunt. Et Essæni Judæi olim, Joseph. l. 2. cap. 7. belli.

(4) *Ab honesto & justo:* quoniam meritò ei agendæ gratiæ, à quo dona & bona accipimus. Is vero Deus est, qui dat escam omni carni; Huic ergò gratitudinem debemus. Accedimus ad nostras mensas, ut contemplemur cibos, quos non secus ac manna Deus de cœlo nobis depluit. Hos igitur Deo rursum consecramus.

(5) *A Necessario.* Facilè enim cibi noxii esse possunt: ne verò sint, precibus quoque à Deo impetramus, ut panis cor confortet, Psalm. 104. v. 15. ne quoque mensa nostra deficiat: Mensa ab oratione sumens initium & in orationem desinens nunquam deficiet, ait Chrysostom. homil. 79. ad popul. Antiochen.

(6) *A Turpi.* Bruta animalia non agunt gratias, quia non possunt: at nos possumus per rationis à DEO concessæ usum, Romanorum 1. v. 20. 21. & debemus agere, ob mandatum 1. Thessal. 5.

(7) *A Veterum consuetudine*, qui solebant lectionem Sacræ Scripturæ mensis adhibere, ut Essæni. Plutarch. de vitâ contemplativâ. Augustin. Epist. 109. Basil. in Reg. breviorib. c. 130.

(8) *A vi & potestate Diaboli*, quam in Cibis sæpè exercuit. Augustin. l. 18. c. 17. de Civit. Dei. Mensæ benedictio propriè pertinet ad sacerdotem, & præsente illo Diaconus non potest, nisi esset Cardinalis: Bartholomæus Fumus. Vid. Benedicere numer. 6.

Secundò in specie: Benedictio quædam est specialis ratione officii, cùm in Choro, tùm in Thoro: Sed de eâ mox agendum.

2. Benedictio hominis erga hominem. Sic Simeon benedixit Josepho, & Mariæ, & crucem futuram prædixit, Lucæ. 2. Hæc v. fluit vel ex officio communi, vel speciali.

Ex speciali officio homo homini benedicit: Sic in V. T. Aaron, Sacerdotes benedicebant, Num. 6, 23. (cujus formula Deum innuit ap. Chytr. p. 51. 52. 53. in 6. Numer.) *verbis*, Levit. 9. vers. 22. *Extensione manuum:* quam putat Galatinus l. 2. capit. 10. de Arcan. Catholic. Verit. factam fuisse per

per modum crucis, movendo manus sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum: & ter nomen Domini repetitum Trinitatem significavit. Hæ benedictiones efficacissimæ fuerunt. Vid. Num. 6. vers. 24. & 2. Chronic. 30. vers. 27. Et hodiè Ministri divini verbi, 1. Corinth. 4. vers. 16. Si benedixeris &c. Olim Episcopi. Clemens Roman. l. 2. Constitut. cap. 58.

Bileam: Num. 23. vers. 20. benedictionem prohibere non valeo.

Hos imitatur Pontifex solemniter populo benedicens, maximè in festo Ascensionis Christi, quam flexis poplitibus populus excipit. Cornel. à Lap. in Act. 1, 9.

Ex officio communi, homo homini, proximus proximo benedicit, vel fausta quævis apprecatur. Cujus apprecationis ex officio singulari est benedictio Sacerdotalis, Num. 6. Votiva, qua proximo cuique benedicimus. Sacramentalis, 1. Cor. 10, 16.

§. 69 *Caussæ variæ.*

Pro pietate, quam in proximo laudamus. Jos. 22. v. 6. Josua benedixit Rubenitis & Gaditis. Ruth. 3, 10. Boaz Ruthæ. 1. Sam. 2, 10. Heli Helcanæ & uxori ejus. Luc. 2, 42. Elisabethæ Maria.

Beneficentia. Deuteron. 24. vers. 13. Dormiens in vestimento benedicit tibi. Jobi 31. v. 20. Latera egeni mihi benedixerunt.

Fortitudine: Sic benedicta est Jael, Judic. 5. vers. 24. Juditha cap. 15. vers. 24. Abraham, Gen. 14. vers. 19. David, 2. Sam. 8, 10.

Conjugii prosperitate: Sic Naëmi benedicit τῷ Boas, Ruth. 2, 20.

Reverentia erga Magistratum, licet impium. 2. Samuel. 2, 4. viri Jabes in Gilead sepelierunt Saulem. Gen. 47, 7. 10.

Qui benedicant?

Magistratus populo benedicit, 2. Sam. 6, 18. David populo Israel, Moses Judæis, Deuter. 33. per tot. Parentes & Cognati liberis & Cognatis, Genes. 24. v. 60 cap. 49. Pueri Christo, Matth. 21. vers. 9. Christus à Discipulis discedens Luc. 24. vers. 51. eisdem benedixit.

Quando?

Vel in vitâ: Hujus benedictionis exempla jam dicta sunt, vel paulò ante mortem. Sic Jacob filiis Genes. 49. tot. Moses Israelitis, Deuteron. 33. tot. Cum aliquos laborantes offendimus, vel accedimus; vel accedimus aliàs, tum eos rectè salutamus. V. SALUTATIO.

Quo eventu fructuque?

§. 70 Nempe, ut ex illa proximi benedictione plurima commoda capiamus. Hinc Genes. 27. magna est Esavi & Jacobi contentio de impetrandâ benedictione patris, videlicet vim benedictionum illarum probè intelligentium. Maledictionum contra vis magna fuit in Chamo, Genes. 9. vers. 25. in pueris Betheliticis, 2. Reg. 2. vers. 24. in ficu, Matth. 21. vers. 19. Si à piis proficiscantur: Nam impiorum irrita sunt maledicta, Numer. 23. vers. 20. Quomodo maledicam, cui benedixit Deus? Psal. 109. vers. 28. illi maledicunt, tu Domine contra benedices. Et horsum fulmina Papæ referimus.

Benedictio non spernenda. Nisi velis maledictionem accipere, Ps. 109, 17.

3. Benedictio hominis erga res subjectas, aliàs verò *circa cibum & potum vulgarem*: de qua benedict. suprà actum est. *Circa potum & cibum Sacrament.* occupatur benedictio ministerialis: & gratiarum actio Communicantium, de qua Tit. de S. Cœna.

Circa alias res §. 71

Sacras, quas benedictione sua consecratoria Pontificii statuunt.

Atque huc spectat benedictio
Aquæ: de qua supra. Vid. AQUA.
Salis.
Campanarum.
Cereorum Paschalium. *Vid. CEREUS.*
Cereorum in festo purificationis B. Virginis Mariæ.
Cereorum S. Blasii.
Fructuum novorum.
Vini in festo S. Johannis.
Cinerum in capite Jejunii Quadragesimalis.
Rosæ in Dominica Lætare.
Palmarum.
Agni Paschalis, Carnium, Ovium, Lactis, mellis, in die Paschæ.

Sponsi & sponsæ, Nuptiarum: vide Fumum in Arm. V. Impediment. §. 62. multarumque rerum aliarum, quibus suas benedictiones Pontificii impertiuntur. De quibus fusè agit Laurent. Beyerlinck in Theatro. Vide Benedictio, fol. 183. seq.

Ceremon. Roman.

Vestem quoque volunt benedici, cum ea ita deformata reperitur, ut in ea celebrari non possit, quia suam formam amisit, v. g. si amoveantur manicæ: Archid. in cap. 1. de consecr. altar. Eccles. de quo vide Barthol. Fumum in armilla c. Benedicere, num. 3. Vestes v. benedictæ à Schismaticis rebenedicendæ sunt. Fumus d. l. numer. 7. 1. Petr. 2. v. 15.

OPPOSIT. Maledictio, cum omnia retrò sublapsa feruntur, Jerem. 32, 5.

BENEFICENTIA. *V. LIBERALITAS. Benefacere. V. opera bona.* §. 72

BENEFICENTIA DEI. *V. DEI bonitas, Vide Gratitudo. Vide Oblivisci. Ecclesiastica, vide Bona Ecclesiæ.*

BENEFICIARII. 1. qui vectigalia exigebant. 2. exploratores ita etiam dicebantur. Novell. 13. ibid. Cujacius.

BENEVOLENTIA. *V. Charitas. Aulica benevolentia. V. Aula. Gratia DEI.*

BENIGNITAS. Vid. *Misericordia, Humanitas, Liberalitas.*

BESTIA, æ. His ſubjecti Paulus 1. Corinth. 15. Ignatius, Blandina, Euſeb. lib. 8. cap. 7.

§. 73

BESTIALITAS.

1. Alia eſt in Comedendo. V. *Temperantia, Voracitas* in Oppoſit.

2. In Occidendo. V. *Tyrannus.* Homicidium, Perſecutio.

3. In re venereâ. Vid. *Caſtitas*, in oppoſit. *LUXURIA.*

Eſt verò pecatum maximè mortale. Vide Thom. 2. 2. quæſt. 158. artic. 11. Cajetan. in ſumm. Si fiat ab eo, qui mentis ſuæ compos eſt.

4. In converſando, cum homo ſicut beſtia efficitur. De his ſcribit D. Petrus 2. Epiſt. 2, 18. 22. Judæ Epiſt. v. 12. 13. ſeq. Jacob. 5. v. 5. Pſal. 49. v. ult.

§. 74

BETHANIA.

Domus afflictionis; vicus non procul Solymis disſitus, nobilis Lazari ſuſcitatione, Joh. 11. Chriſti unctione, Marc. 14. aſcenſu in cœlos, Actor. 1.

BETHESDA.

Johann. 5, 2. domus miſericordiæ, q. à בית & חסד aliis סרה. Chaldæis ratem ſignificat: domus ratis: Aliis domus effuſionis. שרא, Chaldæis Effuſio. Denique Hieronym. domum gregis exponit, q. ſit ביתעדר. Aquæ in hâc piſcinâ rubræ fuerunt, Joſeph. profluentes de monte Gihon per rupem Accaram, quam Rex Ezechias perforari jusſit. Brocard. in deſcript. terr. ſanct. Adam. Reuſn. in ſuo Jeruſal. Torniell. in Annal. ad A. Mundi 3319. Simile Baptiſmi, cujus aqua è Petra, Chriſto, à Patre inciſa fluxit in ſalutem Eccleſiæ. Homines hanc piſcinam baptiſmi miſeri omnes cingimus: Angelum Chriſtum expectamus, ut nos regeneret, aquas moveat, has ſuper nos ſpargat, Ezech. 36, 25.

§. 75

BETHLEHEM *(Vid. Chriſtus.)*

Duplex fuit (1) In tribu Juda, Mich. 5. (2) In tribu Zebulon, Joſ. 19, 15.

BETHPHAGE.

Matthæi 21. ſignificat domum Maxillæ, à פג Maxilla: vel domum ficuum immaturarum.

BIBACITAS. *Bibere, affligi, Eſa. 51, 21. Jerem. 49. Pſ. 72. Matth. 20. Vid. Tit. TEMPERANTIA, in Oppoſ.*

1. Bibere aliquid lethale, Marc. 16. non nocebit. Eventu comprobatum, Anno 1581. Joachim Patriarcha in Alcair fretus nomine Jeſu venenum bibit à Judæo propinatum: At Judæus hauſtu puræ aquæ periit, fide futuri Mesſiæ adhuc fretus. Michaël Sachs ait part. 4. Keyſer-Chronick.

2. Chriſti ſanguinem, Joh. 6. fide Chriſti beneficiis frui.

3. Calicem Matth. 20. verſ. 4. pati crucem 4. de torrente in via, Pſalm. 110. verſ. ult. pati, mori, peregrinantium & feſtinantium more.

4. Calicem novi Teſtamenti: 1. Corinth. 11. verè bibere ſanguinem Chriſti.

5. Iniquitatem, Job. 15, 16. id eſt plenum eſſe malitia.

6. Calicem Jerem. 49, 12. affligi à Deo inſigniter.

7. Bibere & inebriari ad ebrietatem & ſatietatem, Jer. 25, 27.

8. Noribertus calicem ſacrum ebibit, in quem aranea lapſa fuerat. Pomer. Kirchen D. Cramer. lib. 1. c. 29.

BIBLIA. V. *Scriptura.*

§. 76

BIBLIOTHECA.

De Bibliothecis admirabilibus vid. Textor. pag. 763. Offic. Conf. Tit. *Magiſtratus.* olim ſtatuis doctorum virorum ornatæ, Plinius Junior teſtis de Silio, Cicero lib. 4. ad Attic. Epiſtol. 9. §. Sic literis ſuſtentor. &c.

BIGAMIA. *Vid. Tit. Conjugium.*

§. 77

BILEAM, aliàs BALAAM.

Apoc. 2. v. 14.

De eo Ambroſius Epiſt. 37. Quidam putant eum fuiſſe Prophetam, Tertull. rectiùs Magus fuiſſe putatur è Numer. 22, 7. 2. Pet. 2. verſ. 15. Numer. 23. v. 23. c. 24, 1. cap. 25. Apocal. 2. In ſpeciem Deum conſuluit, ſeſe ad Deum retulit, ut ſolent hypocritæ, Matth. 7. Gen. 31, 34. vera de Chriſto, ut Caiphas, prædixit, Johan. 11, 49. afflatu linguæ, non mentis. Fuit in eo ſpiritus, ſed non ſanctificans: ideo enim Deus ei iratus eſt, quod propoſitum maledicendi haberet. Occiſus eſt gladio, Num. 31. verſ. 8. Deut. 23. v. 4. 5. Confer Joſ. 24. v. 9. Mich. 6, 5. 2. Pet. 2, 15. Judæ Epiſt. v. 11. Apoc. 2, 14.

§. 78

BLANDITIÆ, *vid. Tit. Adulatio.*

BLASPHEMIA.

Quid ſit?

Eſt peccatum, quo aliquid de Excellentia & Majeſtate divinæ eſſentiæ, attributorum vel cultus detrahitur, cum perversâ & deſtinatâ animi intentione &c. Thom. 2. 2. quæſt. 13. artic. 1. 2. 3. 4. Auguſtin. l. 2. de morib. Manichæorum cap. XI. ait: Cum quis mala verba de Deo dicit, Blaſphemia eſt.

Eſai. 1. v. 4. blaſphemarunt: in Hebr. abjecerunt, contemſerunt Iſraelitæ Deum, nempè Idololatriâ. Idem fecerunt Chriſto, cum blaſphemarunt ut Dæmoniacum, vini potorem &c. Vide hic Cyrillum.

§. 79

Cauſa Efficiens.

Principalis Satan eſt, ille Diabolus, Apocal. 12, 10. & Mendax ab initio, Joh. 8, 44.

Procreans: affectus mali in homine, videlicet Impatientia, ſuperbia adverſus Deum, Deſperatio. Exempl. Julianus in bello contra Perſas geſto ictus ſagittâ tandem blaſphemans dixit:

dixit: Exple iram tuam Galilææ, Fateor, vicisti. Sozom. Eutrop. Fulgosius.

Impellens: Socii, vel sociæ malæ: Sic uxor Jobi maritum ad blasphemiam allicere studuit, Job. 2, 9. Maledic Deo, & morere.

Adjuvans Caussa omnis ille, quicunque dat occasionem blasphemandi nomen Domini. 2. Samuel, 12. v. 14. Blasphemari fecisti nomen Domini. Salvian. libr. 4. de gubern. mundi vocat ejusmodi bona dicentes, sed mala facientes.

Arius inter Convivia blasphemias suas disseminavit. Athanas. tom. 1. fol. 137. a. & 138. lit. C. E.

§. 80 *MATERIA*

Ex quâ est omne dictum, factum, cogitatum, quo divino honori aliquid detrahitur.

In quâ; est verò blasphemia (1) in verbis, aliàs dicitur blasphemia oris. Hujus exempla infra subjicientur. (2) In cogitationibus & corde. Huc spectat ira & indignatio adversus Deum.

Circa quam (1) Deus ipse: Hic enim blasphematur variis modis. Vide infrà. Ejus Nomen, Honor, Majestas, & Excellentia. In Christum, S. Sanctum, Marc. 3. (2) Sancti, non quatenus homines, sed quatenus amici & servi & legati Dei. Horum enim contumelia in ipsum Deum redundat, Rom. 3. 1. Cor. 4.

(3) Res omnes sacræ & media salutis, verbum, sacramenta, & mysteria religionis nostræ, Principia Salutis, quacunque falsâ doctrinâ, sannis, ludibriis, probris, quæ vindex Dei pœna sequi assolet.

§. 81 *Forma & modus.*

Blasphemia multis modis committitur. Potiores enumerabimus. Blasphematur Deus:

1. *Cum attribuitur ei aliquid, quod tamen ei non convenit*, v. g. Si per blasphemiam dicas Deum peccati caussam esse: Hic blasphematur Dei *justitia*.

2. *Cum negatur de Deo, quod ei tamen convenit, & alieno attribuitur;* videlicet, cum Judæi opera Christi, quæ ipsa etiam Spiritus Sancti erant, τῷ Baalzebub attribuebant, Matt. 12, 24. Stella in cap. XI. Luc. fol. 76. b. Estius in 2. d. 43. fol. 441. b. c. 2. Janson. fol. 178. 4. 2. Concord. Evangel.

Sic damnati & desperabundi *Dei misericordiam* blasphemant, dicentes: Deus non est misericors: Peccata dimitti non possunt.

Sic *potentiam Dei* blasphemant Rabsace, 2. Reg. 18, 30. 35. cap. 19, 9. Esa. 37, 10. 11. 12. 13. 2. Chronic. 32, 13. & Holofernes, Judith. 6, vers. 2. 3.

Sapientiam, cum divini auxilii dilatio vellicatur, Ps. 42, 11. & 79, 10. & 115, 2.

Bonitatem: Si dona Dei pro vitiis habeamus, vel eadem per invidiam oppugnemus: vel si zelum pro Deo habeas pro carnali affectu, Basil. qu. 273.

Veritatem in verbo patefactam, & nomen Dei blasphemant, qui hæreticas pravitates docent. Michael Bayus libr. 3. cap. 47. Institut. Catechetic. qui doctrinam frivolam & incertam hominum mentibus instillant, qui miracula falsa, confictas Sanctorum historias proponunt, qui falsas reliquias nundinantur, monente jam suo tempore Thomâ de Kempis lib. 3. c. 63. de imitatione Christi. Cajetan. in 2. Petr. 2.

3. *Cum homini tribuitur, quod solius est Dei.* Videlicet, si dicas, te tuis viribus credere, tuis laboribus ditescere. Sive etiam Idolo honor soli Deo conveniens assignatur v. Daniel. 5. Idola laudaverunt Convivæ Belschasaris, Daniel. 5, 4. cum tamen laus omnis soli Deo debeatur, Psalm. 115, v. 1. vel si vires tuas supra Deum efferas, ut Sennacherib 2. Reg. 19. v. 10. Cui exprobrasti? ut Goliathus 1. Sam. 17. v. 26. Edomæi, Ezech. 35, 13. Magnificastis adversus me.

4. *Cum Dei judicia culpantur & perstringuntur ab hominibus*, v. g. Malach. 2, 17. Fatigastis Dominum, &c. cap. 3, 14. Dixistis: Vanum est colere Deum. (hîc blasphematur rursus Dei sapientia & justitia) Horsùm pertinet, si quis mala, quæ sibimet contraxit, Deo impingit, indignatione & ira accensus, Azor. libr. 9. c. 28. Instit. Moral.

Effecta Blasphemiæ.

§. 82 1. Contemptus Majestatis divinæ, cui blasphemus omnino detrahit.

2. Blasphematio Nominis ejusdem: Nomen Dei est cultus, honor ei debitus, conjunctus cum reverentia.

3. Iræ Dei accumulatio. Simile: si quis parentem tuum conviciis proscinderet, non ferres filius: Sic Christus non impune dimittet, qui Patrem ipsius blasphemaverit. Cyprian. *de hæreticis baptisandis. Propter talia delicta & fames, & terræ motus, & pestes eveniunt*, ait Imp. l. ult. ff. de pœnis.

4. Damnatorum assimilatio. Qui enim blasphemant, socii sunt damnatorum; his sese aggregant, & cum iisdem blasphemant. Apocal. 16, 11. & 21. blasphemaverunt Deum præ doloribus & vulneribus suis.

§. 83 *SUBJECTUM.*

Blasphemiæ in hâc vitâ sunt

1. Apostatæ. 2. Desperabundi, 3. Hypocritæ, qui humilitatem verbis profitentur, vitâ ipsâ tamen superbiam exprimunt, & sic nomen Dei blasphemari faciunt.

In alterâ vitâ, *Damnati.* 2. Pet. 2, 2. blasphemantes viam veritatis. (Exemplum Francisci de Spira notum est.)

De damnatis multi illud Apocal. 16, 11. accipiunt: Blasphemarunt Deum Cœli præ doloribus suis. Rectiùs de hostibus Evangelii acceperis, hoc ceu pestiferam hæresin frustrâ damnantibus, ac summâ in illud Evangelium rabie, Antichristo gratificaturi, debacchantibus. V. Eod. mandebant linguas suas.

Est quoque blasphemia *in corde;* & cogitatione, cum quis blasphema de Deo cogitat,

Pſalm. 10. Impius in corde dixit : Non requires.

Nonnunquam etiam piis præter animi ſententiam blaſphemæ cogitationes obrepere ſolent, invitisque : Contra has 1. orandum devotè. 2. ſolicitè declinandæ, ceu ignita tela Satanæ, Epheſ. 6. protinus extrahenda, ſimulac incuſſa fuerint. 3. Solatia nobis in memoriam revocando (α.) Chriſtum probè ſcire has cribrationes, Luc. 22. (β.) Eundem pro nobis orare, ne deficiat fides noſtra, d. l. Johann. 17. (γ.) Sanctos quoque his telis vulneratos eſſe, Paulum, 2. Corinth. 12. Davidem, Pſalm. 88. Jobum.

(δ.) DEUM ponere Satanæ terminos, ne pro lubitu in nos ſæviat. Luc. 22. Expetivit *Satanas*. Sic DEUS Job. 1. huic Satanæ terminos fixit. (ε.) Ipſum Chriſtum tentatum eſſe, Matth. 4. (ζ.) DEUM velle conſervare fidem noſtram ſuâ virtute, 1. Pet. 1.

(η.) Nos Satanam victuros eſſe virtute Chriſti : *Confidite, ego* vici mundum, Johann. 16. nihil in nobis habiturus eſt mundi princeps.

§. 84 *Adjuncta & Conſequentia.*

I. Gravisſimum eſt peccatum

(1) *Ex parte Dei.* Ipſe enim Deus *læditur* gravisſimè. Eſt verò infinitum bonum & infinita Majeſtas : tantò atrocius eſt peccatum, quantò major is, quem contra peccatur, Hebr. 10, 31. Horribile eſt incidere in manus DEI viventis. *Iraſcitur* gravisſimè, Deuter. 4, 24. Non fert Rex vel Princeps convitia : quantò minus feret DEUS blaſphemias ? Rex ille regum, 1. Tim. 6, 15. omnibus timendus, Jer. 10, 7.

(2) Ex parte *læſionis.* Læditur enim DEUS blaſphemiâ immediatè in ſuâ perſona, ſuaque Majeſtate & ſanctitate. Huc Eſai. 1, 4. blaſphemaverunt ſanctum Iſrael, h. e. ſanctum illum Iſraelitici populi Deum.

(3) Ex parte *lædentis.* Nam blaſphemus ex deſtinata intentione blaſphemat. Alii peccatores non item ; multi namque ex infirmitate in peccata ruunt : at blaſphemi deliberatò. Igitur Paulus blaſphemum ſe fuiſſe agnoſcit, ſed ex ignorantia, 1. Timoth. 1, 13. maximum tamen ſe peccatorem ibidem vocitans : quanti igitur erunt peccatores, qui de induſtria blaſphemant ?

(4) Ex *comparatione* aliorum peccatorum. Eſt enim Blaſphemia gravius peccatum, quàm (α.) *Perjurium :* Nam blaſphemando de DEO falſa dicuntur, id verò non facit perjurus. Auguſtin. cap. 19. de Mendacio. Etſi DEUM quoque hoc ipſo atrociter offendat. (β.) *Homicidium.* (1) homicida peccat in ſecundam tabulam, blaſphemus in primam. (2) ille immediatè in hominem ; hic immediatè in DEUM. Peccatum verò tantò majus, quantò majus eſt, in quod committitur, objectum. At quid homo ad DEUM? Confer huc 1. Sam. 2, 25. (γ) *Infidelitas.* Infidelis enim falſa ſaltem de DEO dicit, quæ vera eſſe credit. At blaſphemus loquitur contra Veritatem, quam credit. Thom. 2. 2. quæſt. 13. Art. 3. (δ.) *crucifixio Judæorum.* In quo tria conſideranda, 1. illorum ignorantia. 1. Corinth. 2, 8. Si cognoviſſent Dominum gloriæ, non crucifixiſſent. Atqui Chriſtiani Chriſtum ſciunt, & tamen blaſphemant cognitum. 2. Chriſtianorum promisſio in Baptiſmo facta de non committendâ Blaſphemiâ, ſed honorando Domino Jeſu fœderis hujus autore : atqui Judæi ejusmodi voto Baptiſmi Chriſto non fuerunt adſtricti. 3. Eorundem ſtatus, qui major eſt, quàm Judæorum : Quantò enim plus nobis remiſit Dominus, tantò pleniùs eundem diligere debebamus, Luc. 7, 47. non blaſphemare.

§. 85 II. Horribile eſt. 1. *Ratione DEI,* cujus Majeſtas eſt tremenda & horribilis etiam ſanctis Angelis, Eſa. 6, 3. & Prophetis DEI, Dan. 3, 17. in cujus manus incidere eſt horrendum, Hebr. 10, 31. 2. Ratione ſanctorum *Angelorum :* Hi ſemper honore DEUM afficiunt, majeſtatem ejus humiliter reverentur, Eſai. 6. Abhorrent igitur ab iis, qui DEUM blaſphemant, ejusque Majeſtati adverſantur. Reſtitit olim Angelus Bileamo maledicturo, Numer. 23. Quantò magis blaſphematori ? 3. Ratione Noſtri. α. Ab exemplis eorum, qui ad blaſphemias exhorruerunt & veſtimenta ſciderunt, 2. Reg. 17, 37. c. 19. 1. Matth. 26, 65. Act. 14, 13. in teſtimonium rei deteſtandæ maximè. β. à conſideratione beneficiorum : omnia bona, quæ homo habet, à DEO accipit ; Et tamen linguâ homo Creatorem ſuum blaſphemat. 1. Corinth. 4. Quid habes homo, quod non acceperis ? γ. à Relatione. Horribile eſt, ſi filius blaſphemet Patrem, Chryſoſtom. homil. 6. in Ep. ad Philip. Si ſervus Dominum, Chryſoſtom. homil. 7. ad Pop. Antioch. Si Creatura Creatorem, ſi debitor creditorem, ſi cinis factorem, ſi ſubditus Regem, ſi lutum figulum, ſi lignum fabrum. δ. à Minori. Angeli laudant DEUM, Pſalm. 103, 20. Eſai. 6, 3. non blaſphemant, qui tamen tot beneficia, & tanta, non acceperunt, quot & quanta homines, qui tamen DEUM blaſphemant. Hebr. 2, 16. Non Angelos, ſed ſemen Abrahæ aſſumſit. Carnem noſtram *aſſumendo*, Joh. 1, 14. non opitulando. c. Caſtellionem, in unitatem Perſonæ, de quâ ibi agit Apoſtolus.

§. 86 III. Turpisſimum. Turpe eſt (1) Creaturas *rationales* DEUM blaſphemare, cùm eundem laudent & celebrent Creaturæ irrationales, v. Cœlum, ſtellæ, aquæ &c. Vid. Pſalm. 19, 2. & 147, 9. Chryſoſt. homil. 18. in Epiſt. ad Roman. ſapientiam Artificis oſtendendo, Roman. 1, 19. (2) inter *Turcas* rarò Blaſphemiæ audiuntur ; vel auditæ ſeverisſimè puniuntur. Quantò minùs inter Chriſtianos Blaſphemiis locus eſſe debebat. Jerem. 2, 10. ite in inſulas Chitim (*ite in Turciam !*) (3) Turpe eſt *damnatis* ſimilem fieri, Atqui Blaſphemi damnatos blaſphemantes imitantur. Apocal. 16, 19. Blaſphemarunt &c. Planè igitur diabolici ſunt homines blaſphemi, & inferni candidati.

Exempla.

Exempla. Julius II. PP. post infelicem exercitus sui aciem ad Ravennam, abrepto in flammas libro, dixit: Sis ergo Gallus in omnium Diabolorum nomine. Wolffius ad Ann. 1511.

Legi Naturæ contrarium.

(1) Quæ dictat, *benefactorem honorandum* esse; (id enim quisque benefaciens sibi promittit) non blasphemandum. Atqui Deus est singularis benefactor, qui vitam dedit, Job. 10. vers. 9. sequent. conservat, Psalm. 103. v. 4. & Linguam finxit, ut sensa cordis articulato sono aliis communicare posit, suumque, qui finxit illam, Deum ac formatorem concelebrare, Jacob. 3, 9.

(2) Quæ ostendit omnes *Creaturas ad* DEI *laudes* decantandas *paratas* esse, Dan. 9. vers. 59. 60. 61. sequent. Psalm. 19. vers. 1. & 147, 9.

Legi scripturæ adversum.

Nam (1) Scriptura jubet DEUM honorare, Mal. 1. vers. 6. vetat in vanum sumere Nomen Domini, Exod. 20. (2) Et semper benedicere, Psalm. 34. vers. 6. in omnibus laudare, 1. Thessal. 5. v. 17. 18. (3) Nomen Dei bene usurpare, Exod. 20. v. 7. (4) in omnibus Dei gloriam quærere, 1. Corinth. 10. v. 31. at non quærit gloriam DEI, qui blasphemat Nomen Domini, in quo est gloria Domini.

§. 87 *Pœna Blasphemiarum.*

1. Ira Dei, de quâ suprà in Effectis.

2. Æterna damnatio (nisi resipiscat blasphemus.)

3. Lapidatio & Mors violenta, Deuter. 13, 9. 10. Levit. 24, 16. & 23. Actorum 6. v. 11. cap. 7, 60.

4. Linguæ per occiput exemptio. Hujus tamen pœnæ mitigatio in Jure Canonico introducta est, hoc modo: Blasphemus 7. diebus stet præ foribus templi, sine calceis & pallio, jejunet in pane & aqua, &c. Solvat ditior 40. Solidos: Pauper ad minimum quinque. Confer Jul. Clar. V. Blasphem. num. tert. in Practic. Jur. Canon. C. statuimus. Tit. Maledictis.

5. Anathema & Excommunicatio. Hostiens. Tit. de maledict.

6. Submersio: Philippus Rex Franciæ blasphemos mox submergi jussit. Vincent. in specul. lib. 30. c. 22.

7. Vastatio domus, Daniel. 3, 96. Confer cap. 23, 4.

8. Rejectio Blasphemi à dicendo Testimonio, Covarr. in C. Quamvis pactum &c. p. 1. §. 7.

9. Ultimum supplicium: Salicet. in l. 2. cap. ad Leg. Juliam, id est Mors. Fumus. V. Blasphem. num. 4. Justinianus Imperator jurantes per Dei membrum & blasphemantes ultimo supplicio affici voluit. Authent. Coll. 6. Tit. 5. & lib. 2. Novell. Tit. 29. Ludovicus Francorum Rex laminâ candenti frontes eorum inuri jussit. Æmilius lib. 7. Philippus Augustus Franc. Rex primum decretum contra blasphemos promulgavit, eos aulâ expulit. Veneti meretricem, eamque blasphemam finibus ditionis suæ proscripserunt. Reversuræ certum cervicis præscindendæ periculum interminarunt. Bemb. l. 12. histor. Venet. Vide Zwinger. fol. 3090. b. Theatr. §. Blasphem. vol. 13. lib. 4. de Argentinensis Magistratus severitate, quâ blasphemo lingua per collum extracta est, dimisso altero captivo, qui ducem militiæ fuerat criminatus.

10. Tragici exitus & pœnæ. (1) *Dilaniatio per Animalia.* Lucianus Christum blasphemans à canibus dilaniatus est. Baron. Tom. 2. fol. 185. num. 5. Suidas, in V. Lucianus. col. 559. Judæi Christum, ejusque doctrinam blasphemantes tandem à duobus ursis Romanis Tito & Vespasiano dilaniati sunt, ut 42. pueri illi in Bethel, 2. Reg. 2, 24. (2) *Conculcatio.* 2. Reg. 7, 17. Eques, Dei potentiam blasphemans, miserè conculcatur à populo in portis urbis Samariæ. (3) *Interfectio & conflagratio.* 2. Maccab. 10. v. 35. 36. sic Julianus sagittâ percussus interiit, ut vult Ignatius Venetus Tripart. lib. 9. c. 25. (4) *Deglutitio Blasphemorum:* Imp. Julianus à terrâ absorptus esse scribitur, Gregor. Nazianzen. Orat. contra Julian. (5) *Intestinorum evomitio.* Avunculus Juliani cum Christum sæpè maledico ore lacerasset, tandem putrefacta intestina per os maledicum evomuit. Theodoret. l. 3. cap. 13. (6) *Linguæ privatio.* Simon Thuranius, Anglus Scholæ Parisiensis præfectus, cum multa blasphema in Christum evomisset, tandem mutus est factus. Balæus Centur. 3. cap. 41. (7) *De Cœlo tactio.* Olympius, Episcopus Arianus, cum in Balneo Trinitatem lacerasset, tribus jaculis, veluti fulminibus confossus blasphemam exhalavit animam. Paulus Diaconus libr. 15. in Anastaph. Baron. Anno 494. (8) *Desperationi in morte subjectio.* Thomas Pistorius, antè Lutheranus, posteà ad Zwinglianismum deficiens, in Palatinatu in horribilem desperationem incidit, & desperabundas voces emittens, dixit alta voce, audientibus omnibus, qui ædes ipsius transferant in oppido *Eppingen*, hunc in modum: *Ego sum Diaboli corpore & animâ*, rejectoque omni cibo ac potu, magnis mugitibus animam exhalavit, qui priùs blasphemum in Majestatem Christi carmen, idque jambicum, publicaverat: recensente D. Jacobo Andreæ in confut. Disputationis Johannis Jacobi Grynæi, anno 1584. Heidelbergæ habit. p. 335. 336. Quidam Civis Augustanus Nostros αἱματοπότας nuncupans (nempe impacto nobis innocentissimis Capernaismo) tandem quatriduo integro cum desperatione colluctatus, cultro sibi jugulum vulneravit, ex quo Sacramenti sumendi ipsi dempta est facultas: tandem in desperatione periit, ac dolio inclusus, ad extremas insulas navigare jussus est. D. Jacob. Andr. d. l. pag. 337. Idem ferè accidit desperationis malum D. Johanni Stösselio pag. 335. d. l. Exempla plura punitæ à

Deo blaſphemiæ vide apud Drexelium Tract. XII. In promptuario exemplorum Sturmii fol. 232. 234. Blandrata à cognato occiſus eſt. Franciſcus David miſerè periit in carcere inter ſpectra, oculis jugiter obverſantia, eumque terrentia.

De Pœnis Blaſphemiæ agunt etiam Icti. Hunnius fol. 484. vol. poſt diſp. 32. θ. 1. & fol. 482. 483. Authentic. collat. 6. Tit. 5. Nicol. Boërius deciſ. 301.

§. 88 *Noſtra officia circa Blaſphemias.*

1. *Deteſtari* eas, atque ad auditas cohorreſcere, 2. Reg. 17, 37. cap. 19, 1. Matth. 26, 65. Luc. 22, 71. Actor. 14, 13. c. 7, 58. Judæi aures ſuas continuerunt, ne audirent Stephani (falsò dictas) blaſphemias.

2. *Non connivere* ad eas, neque tacere. Chryſoſtom. homil. 1. ad popul. Antioch. à ſimili: Si Quis tuum Patrem blaſphemaret, minimè illum ferres: Deus quoque Pater tuus eſt; quod ſi feras illum, qui eum blaſphemat, filius degener eris, honori patris Cœleſtis parùm conſulens. Maximè hoc officium ad Magiſtratum ſpectat, ut blaſphemos cohibeat, Guhelm. Perald. part. 2. Summæ p. 292.

3. Blaſphemos *fugere*. Exempl. D. Johannes Evangeliſta videns Cerinthum in balneo, mox ab eo fugit. Et ad eorum voces aures obturare, ut olim S. Epiſcopi (Athanas. diſp. 1. contr. Arian. fol. 129.) debemus.

4. Eosdem *redarguere & increpare*. Navarr. in man. c. 12. num. 83. melius ipſe Deus. Levit. 5, 1. Si Anima &c. Ea huc facilè accommodari poſſunt: 2. Sam. 16, 10. Abiſai voluit τῷ Simei caput præſcindere, blaſphemanti Regem Davidem: Quantò magis nos juſto Zelo exardeſcere fas eſt erga eos, qui ſummum Regem Noſtrum blaſphemant.

5. *Precari Dei Clementiam*, ne mox furor Dei vel in blaſphemum, vel in eos, qui audiunt blaſphemiam, irruat, & plagas debitas infligat.

6. *Vitare* omnem blaſphemandi *occaſionem*. Quod fiet (1) jurandi omnem conſuetudinem abjiciendo: (2) Luſus alearum, chartarum, taxillorum fugiendo: (3) malas ſocietates vitando. Jobum namque vitæ ſocia ad blaſphemiam alliciebat, Job. 2. v. 9. ſed non perſuadebat.

(4.) Cogitationibus non indulgendo, ſed eas ita compeſcendo: vade poſt me Satan! Matth. 16, 23.

(5) Diligenter orando, ne in blaſphemas cogitationes incidamus, multò minùs in verba.

(6) Patientiæ ſtudendo, & omnia noſtra divinæ voluntati ſubjiciendo; ne impatientiâ abrepti in devia blaſphemiæ torqueamur.

7. *Deferre ad Magiſtratum*, Levit. 5. verſ. 1. Prov. 29, 24. Etenim faciens, & conſentiens, pœna eadem digni.

8. *Precari Deum, ut parcat* ſuo populo, nec ei pœnas irroget, ob perpetratam blaſphemiam. Sic olim in caſu homicidii Proceres Iſraelitici orabant, cujus autor ignotus erat. Vid. Homicid.

Exempla Blaſphemiarum.

§. 89 I. *Sacra & Biblica* Geneſ. 3. v. 4. 5. Satan blaſphemat Dei Veritatem, eam in dubium vocans: ut & Dei potentiam Luc. 4, 7. Matth. 4. 9. Dic, ut panes hi lapides fiant. Exod. 5, 2. Pharao Dei Majeſtatem blaſphemabat. Conf. Judith. 6. v. 2. 3. 4. Dei potentiam & ſapientiam, Eſa. 36, 18. 19. cap. 37, 10. ſeq. Rabſace Dei omnipotentiam, 2. Reg. 18. verſ. 10. 11. 12. 2. Chron. 32, 17. 1. Maccab. 7, 33. ſeq. Nicanor Dei cultum & reverentiam. Matth. 9, 34. Scribæ & Phariſæi Chriſti potentiam miraculoſam. Luc. 23, 39. Latro ille. Hodiè Judæi, Turcæ, falſi Doctores, 2. Pet. 2. v. 2. Auditores mali, Actor. 16. v. 11. Rom. 2.

II. *Profana*. Fridericus Imperator dixiſſe perhibetur; tres fuiſſe inſignes impoſtores, (ignoſce mihi, clementisſime Deus, hæc proferenti; ad hæc eadem tamen horrenti!) Moſem, Chriſtum, Machometem, Lipſius lib. 1. cap. 4. Monit. Polit. Alphonſus X. Hiſpanorum Rex dixit, ſe omnia meliùs diſpoſiturum fuiſſe, ſi in principio mundi creati Deo adfuiſſet. O ſtultitiam miſelluli homuncionis, flagris potiùs quàm reſponſo dignam! Omnia bene fecit Dominus, ſapientisſimè omnia diſpoſuit, Pſalm. 104. verſ. 14. Geneſ. 1. verſ. 30. Confer plur. in Prompt. exemplor. fol. 185. ſeq. M. Sturmii blaſphemiarum exempla.

Similia Blaſphemorum.

§. 90 Sunt hi ſimiles homini

1. *In Cœlum ſpuenti*, & nihil tamen proficienti. Aſcendit ſputum, deſcendit fulmen & ſupplicium.

2. *Lapidem in altum projicienti*, qui protinus in caput ejusdem recidit, Syr. 27. verſ. 28. Lapis intolerabilis eſt ultrix manus Dei, Matth. 21. verſ. 44.

3. *Super lapidem cadenti*, in quo comminuitur, Matth. 21, 44. Chryſoſtom. homil. 3. contr. Anomæos. Lapis ille Deus eſt, omnia conterens & comminuens, Dan. 2, 44.

4. *Flammam in os ſumenti*, quæ linguam protinus abſumeret. Deus Noſter ignis conſumens, Deut. 4. Conf. Exod. 23, 21.

5. *Coturnici*, quæ fruſtrà Lunæ obſtrepit. O Stultitiam!

6. *Chelidrici* (Sic vocat Berchor. V. Blaſphemia.) ſerpenti venenato maximo, qui perpetuò ore aperto evomit venena. Suò ipſius venenò blaſphemiæ perit blaſphemus.

7. *Servo*, qui gladio aureo ipſi à Rege dato Regem confoderet. Sic blaſphemi fruſtrà in cœlum ſpuunt, Deum non lædunt. Lapidem blaſphemiæ projiciunt, ſed recidit tandem in eorum caput, & vindices flammas ſecum trahit. Cæterorum facilis eſt applicatio.

BONUS. BONITAS. BONA.

Bonitatis Moralis tres ſunt gradus.

§. 91 I. Reddere bona pro bonis. Sic Deo corde,

corde, voce, opere, semper agere gratias debemus pro omnibus bonis (V. Gratitudo) Patri, Filio, Spiritui S. 1. Thess. 5. Homini quoque bona reddere debemus, factis, verbis, oratione.

II. Non reddere mala pro malis. Sic Christus, 1. Pet. 2. Qui cum malediceretur &c. Sic Discipuli persecutoribus suis mala non reddebant.

III. Reddere bona pro malis. Hanc suo Nobis monstravit exemplo Christus (α) inimicos diligendo, suoque Patri conciliando, (β) osores suos, gratiæque resistentes, videlicet, cum Saulum dilexit, eumque elegit. (γ) pro crucifixoribus suis devotissime orando.

Bonitas pro *clementia*, (V. clementia.) *humanitate.* Sic Deus sæpè dicitur bonus: Ps. 73, 1. Etiam bonus Israeli Deus. Thren. 3. bonus animæ quærenti.

Bonus, a, um. Bonitas, in sacris variè significat (1) Gratum, Acceptum, Proverb. 20, 23. (2) Delectabile, amœnum, Genes. 1, 4. (3) Tranquillitatem, felicitatem, Thren. 3, 17. Deuter. 6, 24. cap. 10, 13. cap. 28, 8. Job. 21, 13. (4) Placens homini, 1. Sam. 20, 13. Gen. 19, 8. c 45, 16. Num. 24, 1. Esth. 8, 8. (5) Propositum bonum, Nehem. 2, 18. (6) Fœcunditatem terræ, Psalm. 85, 13. (7) Honestatem, Ruth. 2, 22. (8) Fidelitatem in promissis, Psalm. 119, 61. (9) Beneficia DEI, 2. Paral. 7, 10. 1. Sam. 25, 31. Psal. 65, 12. (10) voluntatem DEI, 2. Sam. 10, 12. (11) Humanitatem, 2. Chron. 10, 7. (12) Pretiosas res Gen. 24, 10. (13) Formositatem, 1. Sam. 8, 16. (14) Lætitiam, Esa. 65, 14.

Bonum variis dici modis, docent Philosophi in Metaphys.

Bonus DEUS 1. Essentiâ, 2. Efficientiâ; omnia enim bona ab eo sunt. V. Deus.

Boni *Angeli* 1. Essentiâ, 2. Operatione, 3. adjunctâ indole. V. Angeli.

Bona *Creatura*. V. Creatura. Est enim à Deo bono. Malum Deum Manichæorum toto corde detestamur. V. Augustin.

Bona vera. Drexel. tr. 16. p. 454.

Externa. His anteponenda intrinseca. Camerar. p. 2. c. 37. horar. subcis.

Bonum *summum*. V. Beatitudo. V. Honos. Divitiæ. Opes. Voluptas. D. Meyn. de summo bono, Lessium fol. 497. Opuscul.

Bona 1. alia *Corporis*, verbi gratia, Bona constitutio, sanitas, pulchritudo. 2. alia *Animi:* videlicet, sapientia, prudentia, virtutes &c. 3. alia *Fortunæ:* ut opes, divitiæ, bona quæcunque ad hanc vitam spectantia.

Bonum, i. e. Commodum, utilitas piorum. Roman. 8, 28. Omnia in bonum. Vide Chrys. in h. l.

Bona alia *hujus vitæ* Psal. 27, 13. videre bona in terrâ Viventium, hoc est in hâc vitâ. Alia *alterius vitæ.* Utraque conjunxit Apostolus 1. Timoth. 4, 8. Ps. 16, 11. hæc saltim in alterâ vitâ reperiuntur, hîc non sunt, nisi per spem & in spe, nondum in possessâ re, Roman. 8, 24. c. 5, 2. 1. Corinth. 13, 9. 10. 2. Corinth. 5, 1. Hebr. 11. 1. sequent. 1. Johan. 3, 2. Col. 3. v. 3. 4. V. *Vita æterna.*

Bona Domini nobis commissa, quomodo ritè administrare debeamus. V. *Fidelitas*, sub titul. Charitas.

Bona *temporalia.* V. Divitiæ, Opes, Avaritia.

Bona *Æterna.* V. Vita æterna.

BONA ECCLESIASTICA.

§. 92 Aliàs dicta *reditus Ecclesiastici*, *Beneficia Ecclesiastica:* quo titulo passim de his tractant Summistæ, Cajetanus, Emanuel Sa, Martin. Bonacina hâc V. in Compendio. Patrimonium Christi.

Olim clericis tantùm Decimas & oblationes habere fas erat. C. Cleric. 12. quæst. 1. Hodiè bona immobilia, Concil. Trident. Sess. XXV. c. 3. de regularib.

Causa Efficiens & Instituens; sic dicta

Est I. *Jus Naturæ*, quo Ecclesia non caret: itaque ut se & sua tueatur, nutriat, Natura ipsa præcipit, 1. Corinth. 9, 11. Si Spiritual. &c.

II. *Jus divinum*, quo bona hæc sancita sunt, & huc pertinet (1) *Dei præceptum*, Exod. 23, 15. cap. 34, 20. Deuter. 16, 17. non apparebis vacuus. Siclum Sanctuarii (i. e. quartam partem thaleri) quisquis offeret singulis annis, Exod. 30, 12. 16. (2) *Exempla piorum* in V. & N. T. Exod. 35, 21. 29. 2. Reg. 12, 28. 2. Chron. 35. 1. Chron. 23. 2. Maccab. 13. Marc. 12, 43. Luc. 21, 2. 7. 5. (3) *singularis Dei cura pro operatoribus sacrorum*, quibus destinaverat DEUS (α) omne Anathema, Nu. 18, 14. Lev. 27, 25. (β) Vota & donaria omnia, Deuter. 12, 17. non in ostentationem suspensa, (γ) primitias omnium terræ frugum, Exod. 23, 19. Levit. 23, 10. Num. 15, 20. Deut. 18, 4. (δ) Decimas omnes, Num. 18, 21. 24. Deut. 12, 18. 19. cap. 14, 26. 27. (ϵ) omnia primogenita, Exod. 13, 2. 12. cap. 22, 29. 30. cap. 34, 19. (ζ) Partes sacrificiorum omnis generis Exod. 29, 28. Levit. 2, 3. 10. Numer. 18, 21. 9. 10.

III. *Donationes & liberalitas Principum*, Imperatorum, Regum, per omnia inde à Christi ascensu secula. Vide Centuriat. Magdeburg. qui ad singulas centurias fere recensent bonorum Ecclesiasticorum amplificatores. Idem fecit Christophorus Binderus in Thesibus de bonis Ecclesiæ 1615. Tubingæ excusis p. 62. 65. 79. *aliorumque*. V. Tit. Modus colligendi bona Ecclesiastica.

Causa Conservans & Administrans. §. 93

I. Rex, Princeps, Magistratus, curans (1) *Ne bona Ecclesiæ à Clericis intervertantur:* Exemplo sunt Joas 2. Reg. 12. &c. Hiskia 2. Paral. 29, 4. &c. Justinus Anastasium ob pecunias nimis largiter distributas sede sua expulit, Evagrius lib. 5. cap. 5. Velut iniquum dispensatorem è domo DEI, 1. Tim. 3. v. 16. Pipinus Rex vigilans fuit in conservandis Ecclesiæ bonis, ut testatur Regino l. 2. de Carolo Magno. Mutius l. 8. Duces Würtembergici in magnâ ordinatione Ecclesi. ap. Binder. p. 89. Confer l. 37. de Episc. & Cleric.

Huc nonnulla Concilii Tridentini decreta ſpectant, Seſſ. XXV. diuturnorum abuſuum indicia.

Ut (2) *Lites de bonis Eccleſiæ Magiſtratus dirimat.* Sic Carolus M. fecit, teſte Aventino lib. 4. Annal. Idem fecit Fridericus II. Imperator. Conſtantinus Epiſtola ad Nicomedienſ. vocat ſe Miniſtrum DEI, qui Epiſcopos improbos coërcendi habeat poteſtatem. Theodoret. l. 1. c. IX. Ergò quoque illo tempore bonorum Eccleſiaſticorum erat abuſus. Sed jam longè ante huic malo prudentia Regum Judaicorum tanto malo obviam ivit, 2. Chron. 34, 11. cap. 31, 12. 15. 18.

Ut (3) *Bona ablata reſtituantur.* Hanc reſtitutionem Theodoricus præcipit Ibbæ Duci l. 4. Epiſt. ad eundem, Ibid. ad Giberichum. Vide L. Privileg. de Sacroſ. Eccleſ. Frumentum, quod Julianus abſtulerat, Jovinianus, Valentinianus, & Gratianus, reddiderunt. Excitet Deus Valentinianos, Jovinianos, qui plurimis in locis frumenta reddant, bona Eccleſiaſtica reſtituant famelicis! Auguſtin. in Epiſt. ad Macedonium: Peccatum non dimittitur, niſi ablatum reſtituatur. Digna meditatione verba! digniora frequenti inculcatione hoc Epicuræo ſeculo! Confer Strignitzium Conc. XXVII. de Conſcientia, ad 7. præcept. de reſtituendis injuſte ablatis.

II. *Epiſcopi conſervent* quoque Eccleſiæ Bona. Quod docent Exempla ſacra 2. Reg. 12, 4. 5. 6. 7. 10. 11. 12. 2. Chron. 24, 8. & Conſtitutiones Eccleſiaſticæ & Canonicæ. Videantur Synod. ſub Conſtant. Juniore Can. 24. 25. Synod. 4. Carthagin. Can. 14. 15. 17. 31. 32. Carol. Calvus Epiſt. ad Clerum Ravennat. Synod. Torunenſ. Seculo nono. *Presbyteri* non poterant ſine conſenſu Epiſcopi aliquid de bonis Eccleſiæ vendere. Synod. Ancyran. Can. XV. annis aliquot ante Nicænam Synodum celebrata. Syngramm. veter. Scriptor. fol. 6. *Diaconi* collectas accipiebant, Act. 6, 4. 5. 6.

Horum *requiſita* ſunt (1) Profeſſio fidei Chriſtianæ. Hinc è numero Diſcipulorum electi ſunt Diaconi, Actor. 6, 3. (2) Spiritus S. inhabitatio & gubernatio, ut huic functioni rectè præeſſent. (3) Honeſtas famæ & teſtimonii, 1. Tim. 3, 8. 2. Reg. 12, 9. 2. Chron. 24, 10. cap. 31, 12. 13. cujus laude inclyti maximè debebant eſſe. (4) Prudentia 2. Corinth. 8, 17. 18. 22. in diſpenſandis bonis. (5) Simplicitas 1. Tim. 3, 8. non ſint bilingues vel δίψυχοι, (6) Non turpis cupido lucri ſit in eis, 1. Tim. 3, 8. Si verò ſint, ejusmodi ſanè Diaconos accuſat graviter Origenes tr. in c. 16. Matthæi, eosque numulariis æquiparat, quorum menſas Deus everſurus ſit.

§. 94 *Materia ex quâ, & modus colligendi olim Bona Eccleſiaſtica.*

Colligebātur olim bona Eccleſiaſt. variis modis. Præcipuos horū in tres claſſes diſpeſcemꝰ.

I. *Ex liberalitate aliorum:* atque hæc tribus modis conſiderari poteſt.

(1) *Eccleſiaſticè:* atq; hoc reſpectu bona Eccleſiæ olim ex *collectis* accumulata ſunt, pem vocat Tertull. c. 39. Apolog. ἀγάπην alii. Colligebant verò has collectas ſingulis diebus Dominicis, Socrates lib. 7. c. 12. 1. Cor. 16, 2. Confer Tractatum Claudii Eſpenſæi de *Collectis.* Vel ex ſtatuis gentilium pretioſioris monetæ & materiæ, in uſum Eccleſiæ ſacrum converſis, exemplo Davidis, 2. Sam. 8, 11.

(2) *Politicè*, liberalitate aliorum auctæ ſunt opes Eccleſiæ (α) *ex immunitate locorum*, Eccleſiis olim donatorum, Euſ. l. 10. c. 7. Soz. l. 1. c. 19. l. 5. c. 5. (β) ex *donatione agrorum*, & decimarum ex agris, & *nemorum*, Crantz. l. 5. c. 19. Henric. Imperator Verdenſi Eccleſiæ dedit nemus. Atque hæ dationes ſylvarum, molendinarum, prædiorum, pagorum, penſionum, Jurium, circa Centuriam undecimam maximè floruerunt. (γ) *ex decimis* Synod. Torun. c. 16. Crantz. l. 3. c. 48. de Bernhardo Verdenſi Epiſc. Has in 4. dividi partes voluit Carol. M. ſuis in Conſtitutionibus. Una data Epiſcopis, altera Clericis, tertia pauperibus, quarta fabricis & ædificiis Eccleſiaſticis. (δ) *Ex Legatis & Hæreditate* morientium: eâ tamen lege atque omine, ne in fraudem hæredum legationes fierent. Juſtin. c. de SS. Trin. Cæſarum, Crantz. l. 3. c. 35. de Othone Cæſare. Etiam Epiſcoporum (maximè eorum, qui hæredib. deſtituti erant.) Hi enim jubentur Eccleſiam, cui præfuerunt, facere hæredem, per Can. 33. Concilii Agathenſ. aliorumque qui prædia, villas, decimas, reditus, vectigalia, domus, &c. Eccleſiis dabant. Cent. Magdeburg. &c. Sabellicus Ennead. 8. Benedictus Monachus celebratur, quòd regna poſteris reliquerit, & magnam vim auri. Volater. l. 21. Anthrop. (ε) ex *Jure Fiſci.* Bona Martyrum abſq; hæredibus morientium in Ærarium Eccleſiæ illata ſunt, Conſtantino concedente: ex *vectigalium & tributorum remiſſione*, quarum magnam partem dedit Conſtantinus Eccleſiæ, optimâ intentione, ſed peſſimo eventu, juxta illud Bernhardi: Religio peperit divitias, & filia devoravit Matrem.

(3) *Ex Juſtitia vindicativâ*, quando mulcta pecuniaria ærario Eccleſiaſtico deputabatur. Platina in vita Sixti. Huc referimus donationes jure belli factas Eccleſiæ: Videlicet, cum ſpolia ex hoſtibus reportata olim Eccleſiis donata ſunt. Juſtinianus Salomonis anathemata à Veſpaſiano olim Romā adducta, & poſteà à Genſericho rapta, & recuperata abs ſe Hieroſolymas miſit, Evagrius l. 4. c. 12. Idem bona Principum Gothorum Eccleſiis Ravennæ donavit, Blondus Dec. 1. l. 7. Boleslaus Rex Poloniæ devictis Ruſſis hoſtium ſpolia dedit Eccleſiis. Ex rapinis etiam decima pars Eccleſiis olim ſacra fuit. Luchardus Comes Quedlinburgenſis cogitur dare (jubente Othone Cæſare) captivus decimam partem prædæ Monaſterio Walbecenſi. Chron. Saxon.

(4) *Oeconomicè:* quando Laici, Opifices, & alii, ſuam liberalitatem exercuerunt in offerendis bonis, & ornandis templis, è ſuis velut peculiis; cujus liberalitatis complura extant documenta in hiſtoriis paſſim; etiam hîc in ſummo apud Gedanenſes templo.

§. 95 II. *Ex propria Monachorū induſtriâ* & diligentia

tia magnam accessionem opibus Ecclesiæ contigisse, dubium non est. Ut, cum Monachi ipsi in Monasteriis opificia exercerent, laborarent: v. Aug. de Op. Monachor. agros quoque colerent. Testatur id Bulla Eugenii ad Diether. primum Abbatem Maulbronnens. de quo F. Hemmerling. tr. de Libert. Eccl. ita scribit: Cistertienses, nimiùm cupidi, acquirebant novas posseßiones, quas manibus suis coluerunt, ut inde non solverent decimas, & per hoc, tanquam lupi rapaces, deprædabant Ecclesias Parochiales; citante Bindero p. 77. de Bonis Ecclesiæ. Et jam ipso August. tempore Monachi abuti ocio vetantur ad ignaviam, Tom. 2. col. 370. c. 371. a. Ep. 82. cumque nonnulli ocium & ignaviam suam defenderent, ib. ap. Aug. Tom. 3. col. 777. b. c. iisdem Aug. occurrit & redarguit eosdem, col. 778. b. col. 802. a. quod Scripturas malè intelligerent, Tom. 3. col. 796. b. c. d. quod Deum tentarent, Tom. 3. col. 800. a. b. de op. Monach. Qui verò manibus laborabant, hos exemplum D. Pauli sequi docebat Aug. tom. 1. col. 772. c. teneri quoque eosdem Monachos ea, quæ manibus suis ac laboribus acquisiverant, in monasteriis relinquere & communia habere, Tom. 3. col. 797. d.

§. 96 III. *Ex fictorum sermonum negociatione*, aliisque plurimis aucupiis, modisque corradendi opes mundi, & inexplebiles divitias per avaritiam, 2. Pet. 2. vs. 3. quos Cajet. non negat Comment. in. h. l. Petri, atque huc spectat (1) *Satisfactionis* pro peccatis *monastica superstitio*, quâ olim homines imbuerunt monachi, ac si operibus supererogationis aliis quoque mereri possint remisßionem peccatorum & liberationem è purgatorio. Iidem malè persuadebant suis, amisßione suorum bonorum (quæ monasterio dare jubebantur) seculo sese renunciare. Contra quos Harpyias in Synodo Cabilonensi an. 813. c. VI. decretum est, tanquam avaros & lucra terrena inquirentes. (2) *Indulgentiarum* & remisßionis peccatorum per taxam pœnitentiariam *nundinatio*, (cujus impudentiam nonnulli viror. Pontific. Paulus Jovius in vitâ Leonis, Claud. Espensæus, & alii non diffessi sunt) (1) de indulgentiis Principes illustriss. Germ. in Conventu Norib. 1522. inchoato & seq. an. finito, multis conqueruntur. Vocant enim importabile illud onus, A. 11. Imposturas, ib. *spoliata*, ajunt, *est ære Germania, & Christi pietas extincta*, &c. (2) *Taxa Pœnitentiaria*, in qua grandia & horrenda quævis peccata, parricidia, adulteria, homicidia &c. certo ære remittuntur. Hanc taxam recenset Wolffg. Muscul. in L. Communib. f. 198. Tit. de Ministris. Item Nundinatio Rom. Pontif. D. Ægid. Hunn. p. 5. tract. de Indulgentiis. Eandem Cl. Espensæus gravi censurâ notavit in Tit. 1. *verba* Turpilucri.

(3) *Pharisaicarum præceptionum impositio*, quibus multa olim Pontifices prohibuerunt, quæ nullo jure divino vel humano prohibita sunt, v. obstacula innumera matrimoniorum à. Pontif. conficta: cibor. interdictum &c. ut omnia auro venalia facta sint olim. V. Gravamina 100. Nationis Germanicæ Gravamen 1. illa omnia verò relaxabat Curia Rom. auro prius placata.

(4) *Simoniaca dispensatio & expilatio.* (1) per taxationes Ecclesiar. & Monaster. per totum orbem, quas vulgò *Annatas* vocant, ex quibus immensâ auri summam conflavit Rom. Curia. Has taxas vid. sub finem centum Grav. Nationis Germ. 1522. in Conv. Norib. exhibitor. (2) per varias artes & simonias, quas in Ecclesia Ecclesiast. & Clerici exercent, quando nempe ad beneficia Ecclesiastica pecuniâ & precio promoventur. Did. Stella, in c. 21. Luc. f. 255. b. *Quanti* (ait) *clerici sequuntur Simon. Magum? pauci enim sunt beneficiarii, nisi aut prece, aut precio, aut temporali servitio, vel ratione sanguinis, vel amore. Christus in unâ personâ habuit tres substantias, corpus, animam, Deitatem. Isti verò in una subsistentia plures congregant personatus, vel præbendas.* Vide, si vis, plura in demonstratione, quod Ecclesia Romano-Pontificia non sit sancta, p. 49. seq. Onus Ecclesiæ cap. 19. §. 11. Rursus ad Papam Christus ait: cur tantum odis me? quare tanta est audacia & præsumtio tua contra me? Nam Curia tua mundana DEPRÆDATUR cœlestem curiam meam. Tu verò superbè me spolias ovibus meis, bonaque Ecclesiastica, quæ propriè mea sunt, & bona subditorum Ecclesiæ meæ, *indebitè extorques & surripis, & das illa amicis tuis temporalibus.* Huc quoque spectant *Casus reservati* Papæ: adi Cancellariam Papæ Romæ excusam: *Gratiæ exspectativæ.* His ergò artibus res & opes Ecclesiæ, maximè verò Rom. ad summum creverunt, & mundi bona corrasa sunt, non sine Laicorum pernicie; de quo plurimorum extant querelæ. V. brutum fulmen Sixti. Causas recusati Conc. Trident. Fasciculum rerum expetendarum, & in eo Tractatum Petri de Alliaco, de Reformat. Catalogum testium veritatis. Gravamina C. Nationis Germ. Cornelii Schultingii de disciplina Ecclesiast. discursus Epistol. Francof. ad Mœnum edit. inter Joh. Clalvin. & Jacob. Sadoletum, & alios.

Bonorum Ecclesiasticorum Fines & usus §. 97

Olim à majoribus intenti, optimi omninò fuerunt: nam tot opibus ditarunt Ecclesias

I. *Ob Juventutis institutionem & præparationem ad officia Ecclesiastica.* Horsum respexit Carolus M. plurimos Episcopatus instituens in Saxoniâ inferiori. V. D. Chytræi Metropolin Saxoniæ. Et D. Luth. Tom. 5. Jen. Germ. p. 85. b. f. Ich wolte gerne wissen rc. grosse Kirchen-Ordnung des Hertzogthums Würtenberg p. 231 seq. Hinc ex hujusmodi bonis monasteria, templis contigua vel continua, olim extructa sunt, & stipendia docentium & discentium constituta: sic hodienum Serenissimus & Potentissimus Saxoniæ Elector, Illustriss. Duces Würtembergici lauta stipendia constituerunt Studiosis, Landtags-Abschied 1565. sub Duce Christoph. & celeberrimas Scholas & Academias erexerunt, reditibusque donarunt. Hinc & Scholarum ædificia curata, l. d. Dux Christoph. Würtemberg. Binder. p. 94. 96. de Bonis Ecclesiæ.

II. Ob cultus Divini & Ministerii conservationem, ad quam spectant (1) loca sacra, (2) Ceremoniæ & Sacramenta, (3) Ministri & personæ sacræ. Omnibus his bene cupiit prospectum Antiquitas pia. Itaque Bona Ecclesiast. dicata erant 1) Locis sacris [α] Basilicis sacris extruendis & reparandis, Alexand. III. 3. Decretal. tit.48.c.4.de his qui &c.[β]vel collapsis restaurandis, sive etiam conservandis, Beda l.1. c. 27. Hist. Anglicæ, quartam Bonorum Ecclesiast. partem Ecclesiis reparandis assignat. Sozom. l. 8. c. 12. Greg. II. in Epist. ad Thuringos jubet dari Bonifacio quartam partem ad fabricas Ecclesiast. conservandas. V. Tom.2. Conc. 2) Ceremoniis & Sacramentis, videl. ad luminaria Ecclesiæ. V. Greg. M. l. 12. Indict. 7. Ep. 9. Quidam Nobilis à Neuffen legat Monasterio Maulbronnensi ein Fuder Wein/und ein Malter Weitzen/zu Bereitung der Hostien. A.1236. Binder. p. 82. de Bonis Eccl. 3) Ministris & Personis sacris, quæ ex bonis & reditib. Ecclesiæ sustentatæ sunt, Matth. 10, 10. 1. Cor. 9, 9. 1. Thess. 3, 8. (quamvis nonnulli etiam Ministri proprio manuum labore victum sibi quæsiverint. Epiph. lib. 3. tom. 2. hæres. 80. Vel ex proprio vixerunt, Ambros. l. 1. c. 36. officior.) Concil. Agathens. can. 36. Beda l.1.c.27. hist. Anglic. Cæsar. hom. 17. Quin etiam Episcopi senes ex bonis Ecclesiæ alebantur. Turon. lib. 3. cap. 2. Synod. Aurelian. can. 5.

III. Ob charitatis exercitationem, quâ maximè lucere voluit antiquitas. Fecit hæc charitas, ut ex bonis Ecclesiæ levarentur (1) *Pauperes, egeni*, Synod. Cabilonens. c. 6. An. 813. celebrat. Synod. Aurelian. can. 6. Conc. Tolet. 4. can. 37. Trid. Sess. 25. c. 1. Tertull. in Apol. c. 39. Cyprian. l. 1. Ep. 10. Pulcrè de hoc usu bonor. Ecclesiasticor. Ambr. l. 2. c. 28. officior. Aurum Ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat in necessitatib. Hinc ærarium pauperum multis in locis apud Evangelicos. (2) *Ægroti*. Synod. Aurel. can. 6. & 16. leprosi Clerici. Clemens III. lib. 3. dec. t. 6. c. tua nos. (3) *Peregrini & exules*. Hinc olim erant hospitia, vel hospitalia collegiata. Vide Abbatem Japum Canonist. tract. de hospit. Synod. sub Constant. Juniore can. 25 Synod. IV. Carthag. can. 14. decernitur, ut Episc. non longè ab Ecclesia hospitiolum habeat. Ibid. can. 17. conf. 1. Tim. 3, 2. Tit. 1, 8 (4) *Incarcerati*, nempè Martyres in vinculis è bonis Ecclesiasticis nutriebantur. Matth. 25, 36. in carcere fui, & visitastis me. (5) *bello capti*: Synod. Aurel. can. V. Hi bonis Ecclesiæ redimebantur. Sic fecit Acacius Emidenus aurea & argentea vasa vendens. Socrates l. 7. c. 1. Agathense Concil. can. 7. Synod. Aurel. can. 5. Aug. tom. 1. col. 875. d. Posidonius c. 24. de vita August. (6) *Virgines & viduæ*. Hier. Epist. ad Innocent. mentionem facit anus sustentatæ è bonis Ecclesiæ; viduæ, in Ecclesiasten; virginum, Comment. in Esaiam, Chrysost. hom. 282 super Matth. Socrates l. 7. c. 12. (7) *Fame laborantes*. Cyrill. Hierosolym. vasa Ecclesiæ destruxit in subsidium egentium, deficiente pecunia, fame magnâ. Sozom. l. 4. cap. 25.

Huc referenda est partitio bonor. Eccles. in quatuor partes, quarum 1. Episcopo dabatur. 2. Clericis. 3. ædificiis reparandis & luminarib. 4. vero Archipresbytero, seu Archidiacono, qui Episcopo de eâ reddat rationem. Conc. Braccarens. can. 25. Greg. II. in Epist. ad Thuring. Avent. l. 3. Synod. Wormat. Salisburg. c. quatuor. 12. q. 2. c. mos est, ib. Aliquando in tres partes 1. cedebat Sacerdotib. 2. altera pauperib. 3. Militib. Crantz. lib. 1. c. 8.

IV. *Ob publicam Ecclesiæ defensionem*. Heraclius contusis vasis aureis & argenteis Ecclesiasticis nummis ex his cusis, aluit contra Persar. Regem exercitum. Paul. Diacon. l. 18. Zonaras tom. 3. Tertia quoque bonor. Ecclesiæ pars militib. data est. Casp. Hedio part. 3. hist. Eccles. l. 6. c. 9. Leo Ostiens. in Chr. Cass. Crantz. l. 1. c. 8. Avent. l. 3. Annal. idem fecit Carolomannus, Carol. Marcellus.

Quomodo hodie distribuenda?

§. 98

Luth. Tom. 2. Germ. Jenens. f. 206. vult bona Ecclesiæ in tres partes dividi, ut prima remaneat in Monasteriis; secunda iis, qui deserunt Monasteria, ut habeant, ex quo vivere possint; Tertia in ærarium publicum. Sit summa: Fiat dispensatio juxta Dei voluntatem, Esr. 7, 18. Ea non spectare ad Papam, ut supremum Dominum illorum, ostendit olim Gebhard. Episcop. Colon. p. 21. im Außschreiben an die Fürsten.

Abusus bonorum Ecclesiasticorum.

Consule hîc Bernh. serm. 25. super Cant. ad Innoc. Papam Ep. in Colloquio Simonis & JESU. Serm. 1. ad Clericos. Joh. Filesacum p. 840. 841. oper.

Abusus hi oppositi sunt usib. jam recensitis: possunt verò considerari (1) ex parte Magistratus secularis & subditor. (2) ex parte Clericorum.

I. *Ex parte magistratus & subditorum* multi sunt bonorum Ecclesiasticorum abusus. (1) *Si ea sine necessitate fisco addicentur*. Paulus Diacon. l. 21. Nam, quæ donata sunt Ecclesiæ, sacra sunt; adeoque in nullius manibus: etsi in manibus sint magistratus, quoad protectionem. V. Pastorale Conradi Portæ p. 469. b. 470. a. Luth. tom. 2. Islebiens. f. 113. im Bedencken von geistlichen Gütern. (2) *sub specie belli depellendi rapiantur*. Contra quod Synodus Gallicana sub Ludovico an. 903. statuit. (3) *perfide ea tractentur, & in privatos usus subditorum vertantur*. Horsum spectat Diaconorum infidelitas.

Sed atrocibus Deus pœnis solet mactare, qui bona Ecclesiastica rapiunt. Achan suo modo sacrilegium commisit, ideo lapidatus est, Jos. 7, 24. &c. Belsazar Rex Babyloniæ noctu interfectus, Daniel. 5, 30. templi spolia ostentans: vide Mengeringi Sacrilegium Belsazaris. Sic Nebucadnezar. Vide Lutherum Tomo 3. Jenens. German. fol. 274. a. super 3. caput Habacuci. Heliodorus. Leo IV. Copronymi filius D. Sophiæ aureum diadema abstulit. Gundericus Vandalorum, bona Ecclesiæ Hispalensis diripiens, à dæmone correptus est. Sigebertus in Chron. ad 329. Ann. Christi. Theat. Zwinger. fol. 42. a. Tursellinus in Leone Quarto. Alphonsus Septimus Rex Aragoniæ vivus ablatus est. Franciscus Tarapha in

Alphonso septimo. Christophorus Dux Würtembergicus hoc in mandatis dedit Jacobo Andreæ, ne Comitatum Otingensem reformaret, si Bona Ecclesiastica ad se rapere vellet Comes. D. Herbrand. in Oratione de vitâ & obitu D. Jacobi Andreæ. Julianus Apostata thesauros Ecclesiæ diripiens dicebat: bene se facere, quod Christianis dictum esset, *pauperes cœli hæredes futuros esse.* Dionysius Apollini amiculum aureum exuit, quod æstate nimis ponderosum, hyeme nimis frigidum esset, & laneum induit, ceu utrique tempori commodum.

Sic multi bona Ecclesiæ diripiunt aurea, vix lanea relinquunt. Idem sustulit mensas aureas diis bonis inscriptas, dicens: se Deorum bonitate uti. Marcus Crassus Romanorum Dux, ablatis è templo Jerosolymit. 60. tonnis auri, tandem à Parthis bello victus est: victo liquidum in guttur aurum infusum, his verbis: bibe aurum, quod sitiisti. Vespasiani spolia è templo Hierosolymit. an. Christi 193. igne combusta sunt Romæ. Dio Lamprid. in Commodo. Alcimus coronâ & aliis è templo sublatis sibi aliorum amicitias conciliavit. Proculus, Ducis Genserici, Hunnor. Regis servus, plurimis templis expoliatis, tandem sibi ipsi linguam mordendo præscidit, Victor l. 1. de persecut. Vandalor. Julianus, Juliani Apostatæ cognatus, unà cum suis occultâ plaga affectus est, in occultis locis, ob sacrilegia frequentia. Tripart. l. 6. c. 10. & 32. Confer Zwinger. fol. 15. b. exemplum Fulvii Censoris. Bona Ecclesiæ non rectè adhiberi, Episcopos caupones fieri, & rebus secularibus deditos, ob inopiam sustentandæ Ecclesiæ, queritur Chrysost. hom. 86. fol. 149.

§. 99 II. Ex parte Clericorum, ac

1. Respectu Pontificis, si bonis Ecclesiasticis malè utatur, nempè (1) ad luxum & superbiam. Onus Ecclesiæ c. 19. v. 11. *Papa, qui clamare deberet: venite, & invenietis requiem animarum vestrarum, clamat: Venite, & videte me in pompa, & ambitione plus quàm Salomonem. Venite ad curiam meam, & exhaurite bursas vestras, & invenietis perditionem animarum vestrarum.*

2. Ad bella cum Principibus gerenda. De his Pontificibus queritur Frideric. II. Imperator, quod armis sibi subjugare Principes in animum inducerent: atque ejusmodi Clericis bona Ecclesiastica subtrahenda esse (apud Binder. p. 110. de Bonis Ecclesiæ.)

3. Ad Simoniam & nundinationem beneficiorum. Stella Tom. 2. in Luc. p. 95. Prælatos non constitui à Domino, sed favore, ambitione, pecuniis. Onus Eccl. cap. 19. §. 13. Roma nunc est vorago & Mammon inferni, ubi Diabolus totius avaritiæ Capitaneus residet, vendens patrimonium Christi.

4. Ad opes congerendas & explendam avaritiam, de quâ tragicè conqueritur Henr. Cuyckius Epist. 2. Perenæt. p. 51. Colon. excusa, ubi ait; *Turpitudinem inesse huic accumulationi, notari hanc in Clericis avaritiam, inde omnia ministeria sordescere. Hinc Canonicos Veneri ac ventri deditos esse, aleatores, decoctores.*

5. Ad Luxuriam. Sic Clerici Concubinarii teste Henr. Cuyckio, Episc. Ruremundensi, qui d. l. optat *priscum bonorum Ecclesiast. usum reduci.* Sed quanta sit in Clericis luxuries, quæ bonis illis Ecclesiasticis impensissimè alitur, infra, v. Castitas Tit. de Adjunctis, fusiùs erit dicendum. Certè M. Bonacina rectè statuit in Compendio V. Benefic. graviter eos peccare, qui è bonis Ecclesiæ amicos & *Consanguineos ditent, equos alant & canes, quod patrimonium Christi in pravos usus profundant.*

II. Respectu Personarum Pontifici subordinatarum, v. Episcoporum, Clericorum, & aliorum. Sic committitur abusus bonorum Ecclesiæ, si (1) omnia ferè bona Laicorum ad se rapiant. De hoc conqueritur F. Hemmerlin, tr. de Libertate Ecclesiæ. Videmus, ait, experienter, quod religiosi emant possessiones, aut Clerici vel Laici fundant novas præbendas, vel nova beneficia, vel nova monasteria, & comparent novas fructuum possessiones; & quod semel acquiritur, semel Deo dicatum fuerit, amplius ad humanos usus non revertetur, & talis acquisitionis continuatio durabit ad tantum tempus, prout huc usque duravit: demum non erit pedis passus in mundo, quin Clerus sibi reportet de illo speciales fructus: quis tandem faciet tributa & expensas pro Rep. fideliter exequenda? Quis reformabit, fundabit, vel firmabit pontes, vias, semitas? Quis demum defendet, & conservabit hos, qui sunt in labore hominum? Quis conservabit mœnia, turres, & munimenta Civitatis, ut Clericus cum Laicis gaudeat securitate? Quis faciet pacem & tranquillitatem, ut Clerus custodiatur à fure, vel latrone, vel raptore &c. Hæc Hemmerlin. Et de illâ inexplebili Clericor. avaritia jam suo tempore Aug. querelas movit Tom. Oper. col. 1403. b.

(2) Modis illicitis acquirant: nempè longas preces prætendendo, & viduarum domos *devorando.* Johann. Ferus in c. 23. h. l. de ejusmodi Clericis conqueritur. Falsa miracula & reliquias falsas *venditando,* quos ipse Cajet. perstringit in 2. Pet. 2, 3. Remissionem peccatorum *pollicendo* hominibus per opera supererogationis impetratam. *Missam jactitando* in pecuniæ aucupium: De his Lud. Granatensis Tom. 1. Op. fol. 96. col. 2. f. 97. col. 1. & *indulgentias:* contra quas Sigismund. Cæsar in Constant. Concil. objecit, Christum dedisse potestatem Petro relaxandi peccata, non admittendi.

(3) Si acquisita bona malè conferant, nempe in Clericos *ociosos,* qui ne semel quidem de anno populo concionem exhibeant. V. Did. Stellam in c. 14. Luc. f. 131. à §. doctrinæ v. &c. *Rudes,* Stella idem in c. 6. Lucæ fatetur, f. 184. col. b. *Episcopos Tridentum missos quosdam rudes fuisse, & eorum loco Theologos, quos secum duxerant, respondisse: quos dignos esse judicat à dignitatibus removeri.* V. ibi plura, & miraberis!

Cognatos, Bellar. Tom. 7. col. 1990. d. Videtur, ait, esse vitium commune Ecclesiasticis viris, ut nimio amore prosequantur affines, & consanguineos, &c. Videatur quoque Carol. Scribanus p. 543. Politices. *Desides Monachos,*

 qui

qui non ſint in labore ſicut cæteri homines. De his fuſe Fr. Hemmerlin. tr. de Libert. Eccl. & noſter Luth. tom.5. Jen.Germ. f. 85.86.ſeq.peſſimos bonorum Eccleſiaſt. abuſus recenſet fuſe. *Luxurioſos*, Stella in c.12. Luc.f.97. a.Plurimos nunc invenies Prælatos,ſimiles Nabuchodonoſor &c. Mox vocat animalia bruta. Idem in c. 14. Luc. f. 121.in c.13.Luc.f. 108 a. Vide demonſtrat. quod Eccl. Rom.non ſit ſancta,p.58. 59. Qui ſumptus conſumunt in *Equis, phaleris*, Stella in c.21. Luc. f.253 §. ſumtus Conſ. &c. & aurum habent *in Calcaribus*. Bernh. ſerm. ad Clerum in Rhemenſi Synodo, & Chriſti patrimonium *perperam inſumunt*. Stella in c. 14. Luc. f. 121.Onus Eccleſiæ c. 19.§.19. de ſplendore Cardinalium. Ludovicus in Synodo Aquisgranenſi de Sacerdotum luxu leges tulit, & illis uſum pretioſarum veſtium, ſerici, gemmarum, argenti, in balteis, phaleris, calcaribus prohibuit. Huc ſpectat Epiſc. Spirenſis Henricus, bona Eccleſiæ dilapidans. Schafnaburg. ad An. 1175.

(4) Vel eadem in privatos uſus convertant. Contra hos agit Concil. Tolet. IV. Can. 34.ubi ſacerdotum avaritia taxatur, bona Eccleſiæ ad ſe rapientium. Synod. Turonenſ. c. 10.

Abuſuum horum fœditas & Turpitudo.

§ 100 Hieronymus in vitâ S. Malchi: Eccleſia divitiis major, virtutibus minor. Bernh. ſerm. de Converſion.ad Cler.cap.29.§.etſi multiplicaſti &c. Confer eundem in Declamat. col. 997.lit. B. C.

Qui bonis Eccleſiaſticis abutuntur, ſunt (1) homicidæ vel latrones. Synod. Roman. 6. ſub Symmacho, ad An. C. 513. (2) Prædones d. l. (3) Improbi homines, quibus nec Cœlum nec Deus curæ eſt, ſed venter, qui bona Eccleſiaſtica miſerè dilapidant, Amos. 2, 8 (4) invaſores Patrimonii Chriſti, impiâ manu illud involantes. (5) Fures: Furtum n. in Bonis Eccl. committunt (6) Patrimonii Chriſti dilapidatores. (7) Chriſto palmas & veſtes ſubtrahentes, quas pii Majores ſubſtraverunt, Matt.21,8.(8) Chriſtum in membris ſuis exuunt, & denudant. (9) Anathemate digni, ſi non reſipiſcant. Synod. ſexta Rom. ſub Symmacho. (10) Stulti, quia ſibi & ſuis maledictionem & damna attrahunt. Luth. Prov. Die Heiligen die zeichnen gerne: Die Heiligen holen ihr Wachs wider. Tom.3.Jen.Germ. f.247. (11) Impii Gergeſeni, qui pluris faciunt porcinas voluptates & opes, quàm margaritas Verbi divini, quas pede avaritiæ conculcant, & quarum Miniſtros fame enecant. (12) Ingrati: cum Idolomania viget, certatim dona ferunt falſitatis magiſtris: at fidus Elias eſuriem patitur. (13) Satanæ famuli: tandem n. Dei verbum extinguitur, denegatis alimoniis iis, qui altari ſerviunt. (14) Defraudatores pauperum, quibus eripitur id, ex quo vivere debebant. Hinc Bella, hinc Vaſtitas. Vid. Luth. in Poſtill. Eccl. Dom. ult. poſt Trin. & D.Mengering. in ſacril.Belſazaris. (15) Anti-Chriſti præcurſores & ſervi. D. Bernh. orat. ad Clerum in Synod. Rhem. congregatum. Sed de Bonis Eccleſiaſticis hæc hactenus. Confer Wimphelingi ad Cæſarem Epiſtolam apud Joh. Wolfium tom. 2.Lection.memorab.D.Mengering.in Sacrileg. Belſazaris.

BONITAS.

§. 101 Eph. 5,9. Rom. 15,14. Gal. 5,22. 2.Theſſ.1,11, Opponitur τῇ πονηρίᾳ, 1. Cor. 5. V. Malitia. Hebræis חסד dicitur, complectens omnes 2. tabulæ virtutes, includens ſimul pietatem erga Deum. Chryſ. hanc opponit odio fratrum. Illâ n. bonitate toleramus proximi infirmitates, & ad optima quæque inclinamur.

BONA

Proximi ad ſe pertrahere. V. Effectus avaritiæ.

BOAS.

§. 102 1. Nomen Columnæ, 1.Reg.7,21.typus Apoſtolorum.

2. Maritus τῆς Ruth Moabitidis, ex quâ Obed, avus Davidis, natus eſt. Cum Chriſto comparari poteſt (1) *Nomine*, quod ſignificat fortitudinem: ſic Chriſtus fortisſimus eſt Heros, El gibbor, Eſa. 9,6. Pſal. 45, 4. fortisſimus animô, manu, opere ipſo, & potentiâ toties demonſtratâ per miracula, Joh. 3,2. (2) *Conjugii mirabilitate*, quæ Ruth. 3. & 4. deſcribitur: ſic quoque mirabile eſt myſterium unionis ſpiritualis, Eph. 5, 25. & Nuptiarum myſticarum. (3) *Agriculturâ*: ſic agrum ſuæ Eccleſiæ colit Dominus, ut multos fructus ferat, Luc. 8, 15. Joh. 15,2.3.4. 1. Cor. 3,9. Phil. 1, 11. (4) *Clementiâ*, & benevolentiâ, quâ Boaz Rutham, Chriſtus miſeram gentilitatem ſuſcepit in ſuum peculium, 1. Petr. 2. conf. alleg.22.1203.1620.n.2. in Prompt.

Poteſt quoque idem eſſe exemplar & imago caſti Patrisfamilias & prudentis Oeconomi, ſimul etiam liberalis & benefici hominis. Harum enim virtutum documenta conſpicua ſunt in tota hiſtoria ejuſdem Boazi.

BOMBARDA.

Hujus origo unde, P. Camerar. part. 2,c.28. Horar. ſubciſ.

BORITH. *V. verbum Dei.*

Herba fullonum veſtes mundans, Dioſcoridi στρούτιον.

BOS: BOVES.

§. 103 *Boum* oviumque nomine notantur in S. literis (I) *divitiæ temporales*, Gen. 12,16. c.20,14 c.32. 7. cap. 33, 13. Exod.20,17.& *agriculturæ fructus*, Prov. 14, 4. Ejuſdemque media & inſtrumenta, Luc. 14,19. (II) *Sacrificia ex Bobus*, Lev. 1,2.c.3, 1. c. 6,4. Pſ. 66, 15. Chriſti ſacrificium adumbrabant, Heb. 9, 14. in odorem bonæ fragrantiæ oblatum, Eph. 5, 2. Prompt. Alleg. Tit. de Chriſto. (III) *Bovis facies*, Ez. 1,10. Varie explicatur (1) à quibuſdam de Evangeliſta Lucâ, qui a ſacrificio exorſus Evangelium ſuum, Hier. prolog. ſuper Matth. (2) ab aliis, de jugi Angelorum vigilantia & officio, perpetuò pro nobis excubantium, Hebr. 1. vſ. ult. (3) de prudentia & ratione Angelor. vide Polan. in h. l. Ez. (4) vix aberràris, ſi de humanitate & amabili Angelor. converſatione & affectu in pios & fideles, quibus ſeſe aſſociant, explicaveris, cum defendendo eoſdem, Gen. 19, 32. Pſ. 34,8. tùm gaudendo de noſtrâ pœnitentia, Luc. 15,10. (IV) Ad hominem relata vox Bovis varias Analogias

logias inducit. Etenim bovi æquiparari ferè poteſt 1. HOMO in ſtatu peccati conſideratus, & nondum converſus, etiam in ſtatu Gentiliſmi, ob Boum *ſtupiditatem:* ſic ſtupidi ſunt homines inconverſi, alienati à vitâ DEI per ignorantiam, quæ in ipſis eſt, Eph.4,18.*ferociâ*, ſpiritualem omninò in gentibus deſcribit Apoſtolu, Roman. 1, 21.22. ſeq. ad finem capitis, Eph. 2,3. cap.4,24. *carnalitatem*, quam ſolam quærebant gentiles, Eph.2,1.2. Rom. 1,21. *Tarditatem:* Bos tardum animal: tardum planè animal homo irregenitus; non cogitat redire ad eum, qui fecit eum, Rom. 1,21. non glorificaverunt Deum, Jer. 2, 16. *flagellationem:* quantis olim flagellis petiti ſint Ethnici bellorum inteſtinorum, variarum ſuperſtitionum, plurimarum calamitatum, vide diſputationem Arnobii adverſus Gentes, & Tertullian. in Apolog. nempè Deo ſummam Ethnicorum impietatem tot flagris emendaturo. *Laborem:* in cultu Ethnico quàm immenſi labores & peregrinationes fuerunt? quantæ ſuperſtitionum nubes Gentes involverunt? Adi Theodor. de curand. Græc. affectionibus. *Ligationem:* ſic peccatorum & concupiſcentiarum vinculis ligati olim erant Gentiles, & hodienum peccatores non reſipiſcentes, 2.Tim.2. v. ult. Inſuper quoque ferarum inſtar ad ſuos quique deaſtros mutos trahebantur, 1. Cor. 12, 1.2. *Mactationem:* hæc bovem poſtremò manet: impiis & præfractis peccatoribus carnalibus & voluptuoſis hominibus nihil niſi æterna mactatio (ni egerint pœnitentiam) expectanda erit, Jer. 12,3. Jacob.5,5. Eadem hæc ad voluptuoſos homines adplicari poſſunt.

§.104 *II. Judæi Boves.*

Cum his meritò comparantur: quia *carnales:* carnale regnum, opes, & delicias à Meſſia expectabant, ſed fruſtrà. Joh. 18, 36. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Matth. 20, 23. ſedere ad dexteram &c. *portantes jugum* (1) legis ceremonialis, (2) moralis, Act.15,10. Rom.8, 2. 3. Heb.7,11. *arantes* in agro vanitatis & ſpei falſiſſimæ de Meſſia adhuc futuro; qui tamen jam venit, Matth.11,3. *Stupidi* in ſcripturis, quas non intelligunt, ob Moſis velamen, 2.Cor.3,15. *in terram projecti:* ſicut bos nonniſi fœnum & gramen expetit: ſic Judæi hodie nihil niſi gramen lucri terreni inter Chriſtianos viventes aucupantur. *Sævi*, & *truces*, & *cornupetæ* in Deum & Salvatorem noſtrum, Pſal. 22. verſ. 13. quem cinxerunt patientem, & cornibus blaſphemiæ & lanceâ ſævitiæ cor & latus ſanctiſſimum petiverunt, boantes tetricâ voce: crucifige! crucifige!

§.105 *III. Juvenis Imprudens*,

Scortationi ſeſe devovens, Bovi ſimilis eſt, ad mactationem abducto, Prov. 7, 22. (1) *Adultera* eſt lanio, eviſcerans vires, crumenam ſcortatoris, & ſanguineis ſe ſuumque procum culpis maculans. (2) Scortator ipſe, inſtar agni, cæcus eſt, neſciens, quò ducatur. (3) Vincula, quibus implicatur, ſunt mulierum illecebræ, & ſermo captioſus, ad moram tractus, ut eo juvenis illigetur. (4) *Mactatio fit corporis* ſæpè, nam adulteria cædes ſectantur; animæ verò ſemper, quam ſtolidus ſcortator non protinùs intelligit, agnorum ſtoliditatem imitati, de quibus ſcribit Columella l. 7. c. 3. de re Ruſticâ, quod poſt vulpes luposque aliquando abeant, eos pro matribus habentes. Quamvis alii de petulco ariete in rem veneream proclivi maximè illa verba accipiant. Chaldæus vertit: ſicut Canis ad vincula, ad laſcivam, Canum naturam reſpiciens.

IV. Miniſter calamitoſus §.106

Bovi ſimilis 1. *portans* multa onera doctrinæ, crucis, & tribulationis ab auditoribus inflictæ. 2. *Arans* ſæpe ſterilem auditorii agrum, qui pro tritico fert tribulos & labruſcas, Eſ. 5. v. 2. 3. *Obturatur os*, cum nempè ſtipendia honeſta & ſufficientia ei denegantur, 1.Cor.9,9.10. 1.Tim 5.18. confer Deut. 25, 4. 4. *Quæſitus* ſæpè à ſuis ad cædem & mactationem, ſi modò Deus permitteret, Jer. 11, 9. 5. *Volutatus in cæno* vitiorum & laborum & calamitatum, exemplo magni Apoſtoli 2. Corinth. 11. & 12. 6. *Stimulis* maledicentiæ & criminationum probè agitatus, 1. Corinth. 4,3. &c. 7. Spei vinculo *ligatus*, æternæ ſcilic. retributionis, quam fidelis DEI Miniſter expectat, Matth. 5, 12. merces veſtra copioſa in cœlis, Dan. 12, 3. 4.

V. Bovis gratitudo

Agnoſcentis præſepe Domini ſui, Eſa. 1. v. 3. confundit ſummam hominum ingratitudinem, pro tot beneficiis, quibus à Deo mactatus eſt quilibet, Pſal. 103, 1. Syr. 50, 24. &c.

VI. §.107

Boves duo conciſi 1. Sam. 11, 7. ſignificant imminere ſeveram iis vindictam, qui nollent edicto parere Regis. Simile quid eſt Jud. 19. Homines quoque magis moventur ſignis, quam verbis. Bos cornupeta occidendus innuit homicidii turpitudinem coram oculis Dei, Ex. 21, 35. Boves fuſiles in templo collocati 2. Chron. 4, 3. docent, non abhorrere Deum ab imaginibus abſolutè, non ad cultum proſtantibus vel erectis. Juga Boum quinque Luc. 14. Luth. vult notare poteſtatem Judæorum politicam, cui metuerunt, Chriſto evangeliſante, ac regnum ſuum amplificante. Theophylactus intelligit avaros ac opum terrenarum cupidos, in h. l.

Boves quid olim in templo?

Joh. 2, 15. nempè adhibentur ſacrificiis peragendis, cum eorum velut materia eſſent. Vide hoc Tit. n. 1. & traditur in Thalmud tractat. de ſiclis c. 1. & ideò etiam numulariorum menſæ poſitæ erant ad permutationem monetarum. Imman. Tremell. ad c. 21. Matth.

BOTRUS *v. Uva.*

BRACHIUM §.108

notat in genere omne robur, vires, potentiam.

1. *Dei Brachium cum Epithetis*, Exod. 15, 16. Deut. 26, 8. Pſ. 44, 4. & 71, 18. & 79. 2. *Hominis* potentiam, autoritatem, Dan. 11, 26. dignitatem ſacerdotalem, 1.Sam.2,31. carneum, imbelle, 2.Chron.32, 8. Exercitus magnos, Dan. 11, 15. 22. 30. ſtudium hominis malum, Ez. 22, 6. Vir brachii, i.e. robuſtus, potens. Fortitudinis, i.e. forte, Job. 22, 8. Eſa. 44, 12. *cum verbis* & aliis Epithetis. Deſcendere brachium, Eſa. 30. v. 30. graviter ferire, confringere, Ez. 30, 21. affligere,

vaſtare, conterere, Jer. 48,25. Dominari ſibi Eſ. 40,10. potentem eſſe. Facere potentiam in brachio Luc. 1. potentiam exercere: ponere carnem brachium Jer. 17. confidere. Proximi ſui brachii carnem edere Eſ. 9,20. privare opibus. Gladius ſuper brachium, i. e. pœna divinâ affici. Portare in brachio Oſ. 11, 3. velut laſſos ſublevare, roborare ſeſe Gen. 49,24. non remittere de vigore. Auxiliari Pſalm. 89,20. Porrò DOMINI BRACHIUM Eſa. 53, 1. Chriſtus eſt, quod exeruit Dominus, noſque ab omnibus inimicis liberavit, Luc. 1, 71. Miracula fecit, Matth. 11, 5. & potentiam contra hoſtes

Brachium Hominis. *V. Homo. Item: Spes non locanda in humano brachio.*

Brachium militantium imbecille reddit Deus, Ezech. 30, 24. 25. Ad titul. de Belli Conſeq.

BRACTEA. *V. Lamina.*

BRAVIUM *v. vita Æterna.*

BREVITAS VITÆ. *Vid. Vita. Job. 14, 1. dierum tribulat. v. Judicium Extremum.*

Brevitas doctrinæ. (*Optima ſunt præcepta, quibus nervoſa breviſque ponitur ante oculos doctrinæ ſumma tenendæ*: *ſi talis forſan brevitas obſcura videtur, perſpicua exemplis illuſtribus omnia fient.*

Inquit ille: S. Bartholomæi Apophthegmate Evangelium dicitur breve (quoad verba) & longum (quoad ſenſum) eſſe, Epheſ. 3, 3. in brevi ſcripſit D. Paulus 1. Petr. 5, 12.

Non quæ mole gravant ſemper ſunt commoda: namque
Gemmula grata magis, quam magno pondere ferrum.

Sententia gravis veteris Rabbini: omnis homo doceat diſcipulum ſuum in viâ brevi. Huc ſpectat modus docendi Catecheticus.

Brevis irâ, Proverb. 14,17. v. iracundia, Proverb. 14, 29.

§. 109

BRUCHUS.

Prout vulgatus vertit vocem Ebræam חזב Lev. 11, 22. & חסיל 2. Chron. 6,28 Eſa. 33,4. ילק Pſ. 105,34. Jer. 51, 14 Joël. 1,4. c. 2,25. Nahum. 3, 15. 16. Moſes Bruchorum non meminit inter plagas Ægypti, ſed voce ערבה complectitur. Conjungitur plerumque cum locuſta Pſal. 105, 34. Joel. 1, 4. c. 2, 25.

Docet I. Dei juſtitiam, quam exercet immiſſis in fructus & ſegetes bruchis, omnia depaſcentibus, Pſal. 105,34. in Ægypto: Liberam inſuper potentiam declarat, quâ Deus ſpem ſegetis, quam fecerat, ob peccata noſtra tollit, Oſe. 2, 8. 9.

II. Nec incommodè perverſos milites, & ex præſcripto Regulæ Johannis Luc. 3, 14. minimè viventes, bruchis comparaveris: (1) quia omnia depaſcunt milites, cuncta perreptant, ut exſugant homines. (2) Sicco autumno copioſiores ſunt, ſi Ariſtoteli credimus l. 5. Animal. hiſtor. bruchi; Cum ſiccus eſt pœnitentiæ autumnus, neque nos noſtra peccata deflemus, ſed impœnitentes ſumus, militares bruchos Deus immittit, Lev. 26. (3) Locuſtarum ſunt fœtus. Hugo Cardinal. in 2. Joel. Aug. in Pſal. 105, 34. Bruchi militares majores pariunt minores. Cum primipili vitiis ſcatent, audacter rapiunt, ſimiles pariunt milites.

III. Ad guloſos homines Hieron. applicat, ſuper 3. Nahum. Rupertus hic: ut à brucho humus, ita à gladio devoraberis. Addit inſuper, notari Ninivitarum fugam, quam locuſtarum inſtar (ſole nempe incaleſcente) capeſſere debeant.

BRUMA. *V. Hyems.*

BRUTA animalia. *V. Animalia.*

BUBO.

§. 110

Pſalm. 102, 7. notat ſtatum peccatoris afflictum, miſerum. Vide Plinium l. 10. c. 12. de Bubone Onocrotalo lib. 10. c. 47. nam & hunc h. l. quidam intelligunt.

BUCCELLA.

Job. 31, 17. liberalitatem, Dan. 11, 26. domeſticum convictum, Pſal. 147, 17. pluviam congelatam notat.

BUCCINA

Evangelii v. in Prompt. Allegor. 1079. è Num. 10, 1.

Uſi ſunt Iſraelitæ *Buccinis* (1) in ſolemnitatibus, ut ad eas populus convocaretur. (2) in Jubilæo, Levit. 25, 8. 9. Joſ. 6, 4. 6. 8. 9. 13. 16. (3) in militiâ capeſſendâ, Jud. 3, 27. 28. c. 6, 34. c. 7, 19. 22. & alibi ſæpè, vel monendis terræ habitatoribus de ingruente bello, Ezech. 33, 3. 4. ſeq.

Buccina Dei in promulgatione legis Exod. 19, 16. 19. c. 20, 18. notat ſummam Dei majeſtatem & juſtiſſimam juſtitiam, coram quâ nemo ſubſiſtere poteſt.

BULLA.

Cœnæ Domini Papæ. De hac Alphonſ. Vivald. p. 301. candel. aurei.

BUTYRUM

Edere, eſt communi modo ſuſtentari, ali, Eſa. 7. De Meſſia. Sic Deut. 32. fluvius Butyri, copiam Job. 20, 6. 17. Iac butyri Judic. 5, 25. notat. Bonorum operum pinguedinem butyro exprimi notat Greg. in Job. 20.

BUXUS.

Scribe in buxo Eſa. 30, 8. arbore ſemper virente, ut ſemper ſpes per fidem in nobis germinet & viridis ſit. Ambroſ.

BYSSUS.

Byſſina veſtis. Vide Juſtificatio. Byſſus verò genus eſt tenuiſſimi candidiſſimique lini. Cœl. Rhodigin. lib. 23. c. 8. Panciroll. tit. 5. Pollux l. 7. c. 17. Plin. l. 19. c. 1. provenit in Ægypto circa oppidum Sombat. Hebræis, Syris, Chaldæis vocatur בוץ.

C.

§. 1

CABALA, *vide quoque KABULA.*

Judæis eſt lex non ſcripta, à Moſe oretenus tradita, ut nugantur, ad quam pro traditionibus ſuis defendendis ſe refert Martinus Pereſius Ajala part. 2. Aſſert. 1. de Tradit. Eccleſiaſt. Has putat eſſe clavem ſcientiæ, Luc. 11, 51. contra in h. l. ſtatuit Maldonat. De Cabbala fuſiùs Joh. Capnio Reuchlinus. A Chriſto rejecta Matth. 15, 3. Marci 7, 23. Bonfr. 80. in Pentateuch. D. Rivet. p. 371. Iſagog. Joh. Buxtorf. cap. 1. Synagog. P. Camerar. part. 2. c. 17. hor. ſubciſivarum.

§. 2 Cacodæmon *v. Spectra.*

CADAVER

Notat peccati turpitudinem, Lev. 5, 2. 1, c. 11, 24. Hagg. 2, 14.

Stillans sanguine non mox prodit Homicidam. V. Homicidium.

Matth. 25. *Ubi Cadaver, ibi Aquilæ.* Christi corpus intelligit Gregor. M. in Job. 39. confer Athanaſ. lib. de incarnat. quem allegat F. Suarez. part. 3. q. 53. Diſp. 45. art. 2. Aquilas ſanctos, ad Chriſtum verâ fide convolantes. Ut enim Aquilæ ſeſe congregant, ubi eſt cadaver: ita & Sancti ad Chriſtum confluent è cœlo appariturum. 1. Theſſ. 4. rapiemur in occurſum Domino. Conf. huc Chryſoſtomum in 1. Cor. 10. §. Domini corpus cadaver dicitur propter mortem &c. & Athanaſius in paſſion. Salvatoris. *Non manſit* cadaver, ſed potiùs cadaver vivificavit. Hieron. in cap. 24. Matth. & noſtrum Geſnerum in L. de deſcenſu Chriſti ad infer. cap. 3. à Theſ. 40. 50. De Aquilis v. Aquila.

Cadavera non putreſcentia, vide apud Camerarium part. 2. c. 70. horarum ſubciſivarum.

CADO. *V. Labor, Lapſus, Tribulatio.*

§. 3 CÆCUS, CÆCITAS, EXCÆCARE.

CÆCITAS *corporalis* vel phyſica eſt, cum quis deſtituitur actu viſus. Eſtque hæc (1) vel ab ipſa nativitate, ut Johan. 9, 1. à Deo immiſſa, Exod. 4, 11. (2) Caſualis, quæ caſu aliquo obtingit homini, Tob. 2, 10. cap. 11, 10. (3) Violenta & artificialis, Ezech. 12, 13. 2. Reg. 25, 7. Hippolytus Eſtenſis Cardinalis Julio, ex concubinâ genito fratri, oculos erui juſſit, ne hiſce, ceu pulchris, amaſiam Hippolyti porrò accenderet, ſicut hæc faſſa erat. Gvicciardinus ad Ann. 1505. Wolf. L. M. f. 161. (4) *Miraculoſa* in Paulo Act. 9, 9. ad probationem fidei, & commonefactionem veterum tenebrarum, in quibus fuerat verſatus Paulus: in aliis ad punitionem, videlicet in Sodomæis cæcitate percuſſis, Geneſ. 19, 21. Militibus Aſſyriis, 2. Reg. 6, 18. Elymа Mago, Actor. 13, 11. Confer Zach. 12, 4. (5) Spiritualis mentis, quam ſibi homo attrahit malitiâ, Sap. 2, 21.

§. 4 *Medicus hujus Cæcitatis.*

Solus Chriſtus Johan. 9, 3. &c. à ſeculo non eſt auditum &c. Vide Eſa. 35. Matth. 9, 27. c. 11, 5. c. 15, 30. c. 21, 14. Luc. 7, 21. Matth. 12, 22. 24. Marc. 8. v. 22. Cæcum ſanatum eſſe, cum oſſa Protaſii & Gervaſii transferrentur, ſcribit Ambroſ. Epiſt. 85.

Ob Cæcitatem cæcum Animal brutum Deo immolari non debuit, Malach. 1. verſ. 8. Cave, ne cæca ſit animæ tuæ victima. Cæca vero eſt, niſi Chriſti lumine illuſtretur. Surge, ut illumineris, Epheſ. 5, 14. Eſ. 60, 11. Ridiculum eſt reſponſum oraculi, Feroni Regi Ægyptio datum, lotio probæ virginis reſtitutum iri viſum. Herodot. lib. 2.

§. 5 *Corporalis Cæcitas ferenda patienter.*

1. Exemplo *Iſaaci*, qui per 44. Annos cæcus fuit, ab anno nempè ætatis 137. usque ad Annum 180. *Tobiæ* c. 2, 10. S. Didymus per 80. annos, in Scripturis tamen verſatiſſimus fuit. B. Petrus Abbas Clarævallenſis, cum unum oculum ex vi morbi amiſiſſet, dixit: Unum ex inimicis evaſi, & plus à reſiduo, quàm à perdito formido. S. Prigmenius Romanus Presbyter cæcus occurrens Juliano Apoſtatæ (dicenti: diis gratias ago, quod te, Prigmeni, video) reſpondit: Ego verò DEO gratias ago, quod te non videam. (2) Chriſti ſummâ humanitate erga cæcos. Vid. paulò ante §. ſolus Chriſtus. (3) Interno fidei oculo, quo cæcus corporaliter non carere debet, Eph. 1, 17. Luc. 2. Viderunt oculi mei ſalutare tuum &c. 1. Petr. 1. quem non vidiſtis &c. Johann. 20. Beati, qui non vident &c. (4) Dei judicio: Is enim facit cæcum, Exod. 4. verſ. 11. cum hoc Judice nemo contendere auſit, Rom. 9, 20. cap. 11, 36. (5) Ejusdem privilegio, quo cavit cæcis Levit. 19. verſ. 14. ne ab aliis ludibrio habeantur.

Finalis cauſa immiſſæ Cæcitatis quintuplex recenſetur ab aliis: 1. Virtutis probatio, Tob. 11, 11. 2. Hominis converſio & melioratio, Act. 9, 11. 3. contumeliæ caſtigatio, Act. 13, 11. 4. Manifeſtatio operum divinorum, Luc. 18, 35. 5. Servorum Dei liberatio, Geneſ. 19. 2. Regum 6.

§. 6 *Officia noſtra circa Cæcos.*

1. Compati iis, & mirari divini Judicii altitudinem. Inde enim eſt, quod tu videns ſis, proximus cæcus: Idem hunc & illum fecit Dominus. 2. non ponere illis offendiculum, Levit. 19, 14. quod arguit ſummam malitiam, 3. non facere errantem, Deuter. 27. v. 18. quod ſapit τὴν ἐπιχαιρεκακίαν. 4. Ei oculus eſſe debemus Job. 29, 15. i. e. quovis modo charitatem ei probare, conſilio dirigere & juvare.

Porrò Cæcitatis ſpiritualis eſt carere lumine fidei Theologicæ. At de cauſis excæcationis multorum ſeculorum tractat Franciſcus Lambertus peculiari ſcripto.

Eſtque hæc 1. in omnibus hominibus naturâ, ante converſionem: hæc ſignificata in cæco illo à nativitate, Johan. 9, 1. omnes Nos cæci ab utero ſumus. (2) in Gentibus, Epheſ. 4, 18. Actor. 26. v. 18. Eſa. 43. v. 8. 9. (3) in Judæis, Marc. 3, 5. Rom. 11, 25. Eſ. 6, 8. Johan. 12. Rom. 2, 19. eorumque Doctoribus, Eſa. 42, 18. 19. (4) in Apoſtolis, Marc. 8, 18. (5) in Epiſcopo illo, Apocal. 3, 17.

Cauſa efficiens hujus Cæcitatis eſt Satan, 2. Cor. 4, 4. adde quoque ipſam hominis corruptionem, ex quâ hæc ſpiritualis cæcitas provenit, Epheſ. 4, 17. 18. & malitiam, Sap. 3. v. 21. & avaritiam: hinc dona & munera excæcant aliàs ſapientes, Exod. 23, 8. Deuter. 16, 19. Syrach. 20, 21.

§. 7 *Effectus hujus Cæcitatis.*

1. *Chriſtum triſtitiâ afficere*, Marc. 3, verſ. 5. Vult enim illa lux, ut ipſam, ceu lumen de lumine, cognoſcamus, & videamus Joh. 1. erat vera lux. 2. *Homines in errores doctrinæ inducere*, Matth. 15, 4. cap. 23, 16. 24. 26. 17. 19. Luc. 6, 39. Johan. 9, 40. 41. cap. 12, 37. Rom. 2, 19. Eſa. 56. v. 10. Unde Cæci dicuntur. 3. *Eosdem in errores malæ vitæ conjicere*, 2. Petr. 1, 9. Qui

 enim

enim Deum ignorat,neque in eum rectè credit, ejus vita integra esse non potest, ambulat enim secundùm desideria mentis suæ,Eph. 2, 1.2.dist. 49.cap.1.Hinc etenim: *Cæcus est, qui supernæ contemplationis lumen ignorat,qui præsentis vitæ tenebris pressus, dum venturam lucē nequaquam diligendo conspicit, quò gressus operis porrigat, nescit.* Hinc ejusmodi cæci titubare & *palpitare* dicuntur in tenebris, Deut.28,29. Esa. 59,10. quod de extrema mentis cæcitate & confusione intelligendum est: *videndo non videre*, Es. 6,9. Joh.12,40. *In tenebris ambulare*, nescire quò vadas,Joh. 12,35. *velamen* super cor habere, 2. Cor. 3, 15. *ducere cæcum cæcos*,Luc. 6,39.(4) Dei bonitatem non agnoscere. (5) Seipsum ignorare, (6) peccata ,(7) mundum in maligno jacentem 1.Joh.5.ignorare, (8) vitæ fugacis vanitatem non videre, Psal. 49, 21.

Alii sic:

Cæcus est, qui non videt 1. ante se Satanam. 2. post se præterita. 3. à dextris prosperitatem allicientem. 4. à sinistris adversitatem terrentem. 5. Supra se cœlum amissum. 6. Infra se infernum apertum. 7. Intra malam conscientiam. 8.Extra se non videt lutum luxuriæ,saxa odii & obdurationis, foveam desperationis.

§. 8 *Mentis Cæcitas periculosior corporis cæcitate.*

Quia 1. Anima est corpore nobilior: ergò periculosior in eâ est cæcitas. 2. Cæcus corpore cognoscit suam cœcitatem: Non sic spiritu cæcus. 3. ille desiderat illuminari: hic non. 4. ille Ducem eligit videntem: hic verò cæcum Ducem sequitur,hoc est, peccatorem, cujus exemplum imitatur. 5. ille palpat: hic in mediis pœnarum præsentium tenebris pœnas non palpat. 6. Oritur hæc culpæ cæcitas 1. ex voluptate carnis, 1. Joh. 2, 15. 2. superbiæ vanitate, d. l. Joh. 3. mala cupiditate. 4. mentis infidelitate.

§. 9 *Peccator Cæcus non videt*

1. Deum iratum Judicem supra se,Rom. 1,18. Psal.7,2. infra se infernum apertum,Esa.5,14.15. cap. 30, 33. 3.Ante se diabolum insidiantem,1. Petr. 5, 8. 1. Thess. 3, 5. 4. Retrò mortem insequentem, certam incertâ horâ,Eccl.11,9.Heb.9, 27. 5. Intra se peccatorum fœditatem, Deo abominabilem,Psal. 5,56. Cadit in lutum luxuriæ cum epulone, Luc. 16. Erat quidam dives &c. Nabale,1.Sam. 25. in foveam desperationis & mortis cum Caino, Gen. 4, 13. in aquas profundas multiplicium vitiorum: de peccato in peccatum, Psal. 69, 29. Rom. 6, 19.

In Gentilibus Cæcitas quibus de causis?

Gentiles nondum converti Deum videre non poterant. Nam, ut in visione corporali quatuor requiruntur: sic quoque in spirituali, I. Congrua ætas: senibus n. obtusus est visus. Sic Gentiles maximam ætatem triverunt in superstitionibus Ethnicis, quibus eorum mentes corruptæ erant, ut non viderent claram Dei cognitionem, Rom. 1, 21. II. Oculus bene dispositus: At gentium oculi pessimè dispositi erant partim naturali cæcitate, partim fascinatione & excæcatione Diaboli, 2.Cor. 4, 4. partim affluxu vitiosorum humorum, h. e. prava consuetudine, quâ ducti fuerunt, 1. Cor.12, 1. 2. & errorum immanium continuatione. III. Distantia approximata. Verùm Gentiles procul erant, Eph. 2, 13. abalienati à Deo, Eph. 4, 18. aversi à Deo erant,ideò eum non videbant. Sicut homo avertens se à re quapiam eam non videt. IV. Medium perspicuum. Fideles Christiani Deum vident in Filio enarrante nobis omne consilium, Joh. 1, 18. vident in scripturis tanquàm medio lucidissimo, 2.Petr. 1, 21. Infideles non vident ob medium falsum, nempe perversæ suæ rationis, & excæcantis superstitionis, quam juxta ambulant. Joh. 1, 5. tenebræ non apprehenderunt. Eph. 2, 2. perversæ & mundanæ conversationis.

Cæcitas Spiritualis. §. 10

Est pœna aliquando Dei justissimi. 2. Thess. 2, 11. misit efficaciam erroris. Augustin. in Psalmum 57. *parvane* (ait) *pœna est obscuratio cordis & excæcatio mentis? si quis furtum faciens statim oculum perdidisset, omnes dicerent, Deū præsentem vindicasse: oculum cordis amisit, & putatur ei pepercisse Deus?* De hâc excæcationis pœna Esa. 6,10. Joh.12,40. Rom.11,7.Ps.69, 24. Rom.1,21.c.11,10.Eph. 4, 18. Sodomitæ cæcitate percussi januam invenire non poterant, Genes. 19, 11. Januam cœli non inveniunt cæci spiritualiter, nesciunt enim quò vadant, Joh. 12, 35.

Causæ Cæcitatis spiritualis.

1. Corruptio oculorum spiritualium per divini verbi contemptum & abjectionem. 2. per affectus pravos oculus mentis læditur ac quasi perforatur. 3. cum obfuscatur fumo gloriæ vanæ & ambitionis, Gal. 6,26. 4. cum sublimia nimis scrutando obtunditur intellectus, ut veritatem non videat. V. in art. de Trin. de Prædestin. Prov. 25. Scrutator Majestatis opprimetur à gloria. 5. cum carnales humores in oculum mentis influunt: v.luxuria humor malus est,uti & Avaritia. Sic oculi Samsonis à Dalila excæcati. Deut. 16. Munera excæcant. 6. Venti pulvere oculos supplent: ut cupiditas terrenarum rerum & voluptas. 7. Si stes in loco tenebricoso vel carcere, visus sanè deficit: sic qui in tenebris mundi versantur, paulatim in anima excæcantur, & Spir. S. gratia non influit in oculum peccati tenebris assuetum, Esa. 59, 6. 7. 8. 9. 10.

Quomodo curetur?

1. Felle crucis.
2. Luto contemptus rerum terrenarum.
3. Verbo Christi.
4. Tactu ejusdem,ut & Spiritus S. Chrysost. homil. 65. Gregor. M. hom. 2. in Evangelium.

Inducatur?

1. Superbiâ & mentis inflatione.
2. Invidiâ, aëris inflatione.
3. Irâ, oculorum conturbatione.
4. Avaritiæ pulveris injectione.
5. Acediâ, oculorum clausione.
6. Gulâ, sanguinis multiplicatione.
7. Luxuriâ, ceu nubeculâ.

Cæcitas tribulationis. §. 11

Quando nempe nullum in malis auxilium vident homines, nullum exitum vel finem. De hâc Thren. 4, 13. 14. Psalm. 146, 8. Soph. 1, 17. Fit vero hæc Cæcitas (1) ex jugi lacrymatione, Ps. 42, 4. & 102,10. Thren. 1, 2. (2) ex malorum omnium, velut tenebrarum densissimarum, accumu-

accumulatione, nempe famis, pestis, cædium, horrendarum vastationum. (3) ex Amicorum & auxiliorum recessione Psal. 38, 12. à quibus aliàs lucem sperabamus; sed frustrà, Thren. 1, 2. Job. 16, 20.

§. 12 *Cæcitas vitæ malæ & inobedientis.*

2. Petr. 1, 9. Cui hæc (virtutum antea recensitarum à Petro ornamenta) non adsunt, is cæcus est, nihil procul cernens, vertente Beza: vulgatus, manu tentans. Impii verò & inobedientes Domino verè cæci sunt, & talpæ (1) oculis non utendo. Habent & talpæ oculos, sed pelliculâ obductos: sic inobedientes vident meliora & probant, sed tamen deteriora plerumque sequuntur; excæcati n. sunt propriâ cupiditate, Eph. 4, 18. (2) terræ se inhumando: sic quoque terrenis reb. solùm peccatores inhiant, & quasi vivi in eis sepeliuntur, Phil. 3, 19. Rom. 16, 18. Psal. 49, 1. 2. seq. (3) Lucem fugiendo: sic impii lucem verbi & Ministerii fugiunt, sibi solùm suis in tenebris placentes, inque vitiorum nocte, Rom. 13, 12. (4) Annonam coacervando in antris suis: sic temporalium rerum fluxa & caduca bona homines terreni & inobedientes sibi coacervant, Ps. 39, 7. & 49 per tot. avari divitiis, voluptuosi deliciis, superbi honoribus acquirendis unicè sunt intenti, 1. Joh. 2. vs. 15. (5) Terram pedibus suffodiendo: sic terram vel mundum subruunt inobedientes Domini verbo: nam ex inobedientia omnes turbæ, omnia mala in mundo nascuntur.

§. 13 CÆDES, cædo.

Ad Tit. de Bello spectat Gen. 14, 14. de homicidio Deut. 21, 1. Jud. 2, 18. c. 7, 22. de Tyrannis &c. quæ suis locis referentur. De sacrificiis &c. cædes memorabiles recenset Sabell. fol. 55, lib. 6. cap. 5. exemplorum. Cædere in faciem 2. Cor. 11, 20. contumeliosè tractare, excommunicare, diris devovere. Sic Pontifices olim fecere Non æquè toleramus infirmitates piorum Doctorum: Luth. in h. l. Pauli. Postill. Eccl. Cædere virgis, 2. Corinth. 11, 24. V. *Servus:* Item: *Virga.*

§. 14 CÆLEBS. *Cælibatus. V. Vota monastica, item, Conjugium.*

CÆLUM, *alii Cœlum.*

Variè ea vox sumitur, pro cœlo (1) aëreo, Gen. 1, 26. c. 11, 4. Ex. 16, 4. Psalm. 77, 23. Luc. 8, 5. (2) Sidereo, Gen. 1, 14. c. 9, 14. (3) Ecclesiastico, Matth. 13, 31. c. 20, 1. quod non est animatum. Vide Espens. fol. 948. Op. prolixè. (4) cœlo & πτοῦ beatorum, Phil. 3, 20. (5) pro Dei gloriâ & Majestate, in quâ est, Matth. 6, 9. Pater noster, qui es in cœlis, h. e. ubique ades & regnas; uti ipse Philippus Melanchthon explicat.

Est schola omnium Gentium ad *cognoscendum Deum.* V. Ciceronem l. 2. de Natur. Deor. §. An verò si domum magnam &c. divinæ *Magnificentiæ,* Psal. 19, 1. Psal. 104. de quâ cælum & sidera testantur. *Omnipotentiæ,* Ps. 136. qua cælum extendit, Jer. 10. Syr. 42, 17. c. 43, 13. *Omnisapientiæ,* quæ lucet ex admirabili siderum dispositione. *Ordinis divini,* quem juxta corpora cœlestia moventur, Ps. 136, 5. Incomprehensibilis *Majestatis* Dei, quæ è cœlis lucet. Tertull. l. de Trinit. Deus omnibus sermonibus major est, omni sublimitate sublimior est, & omni altitudine altior &c.

Cæli firmamentum 1. Admirabile. 2. Firmus fornix, idem flammeus. 3. motu velocissimo circumgyratus. 4. divinæ omnipotentiæ summum argumentum. 5. monumentum perennis gaudii in cœlo repositi.

Apostoli sunt Cœli. *V. Apostoli suprà.*

§. 15 *Viri pii & fideles.*

Cœlo comparari possunt 1. sunt n. invisibiles fide, quam solus Deus novit, 2. Tim. 2. v. 19. 2. luminosi charitate, in qua lucent, Matt. 5, 16. 3. Mobiles operatione: de virtute in virtutem Psal. 84, 9. pii proficiunt; sicut cæli in perpetuo sunt motu. 4. Impleti à Deo (Jer. 23, 24. cælum & terram impleo, ait Dominus) gratiæ donis & lumine sapientiæ, Jac. 1, 17. 5. Incorrupti [sicut & cæli] per futuram resurrectionem. 6. Singulares & separati à terra: ut cœlum non est de terrâ; sic spirituales homines de terrâ non sunt, nec amant terrena, Ps. 73. Phil 3, 20. 7. Clari, ut cæli, per sapientiam, Col. 1, 9. 8. Rotundi, per patientiam, Hebr. 10, 36. 9. Ornati per virtutum stellas, Phil. 2, 15. 10. Immoti in polo suo, qui est Christus, in eo sive vivant, sive moriantur, unicè quiescunt & vertuntur, Rom. 14. 7. seq. 11. Alti per pietatis præeminentiam, Philip. 2, 15.

§. 16 *Ecclesia est Cælum.*

Vid. Alleg. 1268. in Prompt. Nam in Ecclesia I. Deus ipse præstò est, eamque movet & gubernat. II. Pii sunt stellæ. V. Pii. III. Sol est Christus. IV. Luna est Ecclesia. V. Motus sunt in eâ spirituales. Rom. 8, 14. hi sunt filii Dei, qui spiritu Dei ducuntur. VI. Claritas & serenitas est vitæ integræ, fideique. VII. Pax [quæ summa in cœlo est] conscientiæ est cum Deo, Rom. 5, 1. cum Angelis & proximo, Luc. 2, 14. Hinc toties Salvator Ecclesiam militantem regno cœlorum comparat. Etenim IIX. Regnum hic est Christi & Dei, Rom. 14, 17. IX. Cœlestia hic sunt dona & bona, Hebr. 9.

Cælum gloriæ. V. Vita æterna: ad quam aspirare debemus. August. in Ps. 85. *cor leva in cælum. Et unde, inquis, possum? Qui funes? quæ machinæ? quæ scalæ opus sunt? Gradus affectus est, iter tuum voluntas tua est: Amando ascendis, negligendo descendis: Stans in terrâ in cælo es, si Deum diligis.* Idem in Ps. 32. *Patria tua sursum est, ibi hospes non eris.* V. Desiderium: & Drexel. Tract. V.

Cœlum Empyréum fusè describunt Zanch. de operibus sex dierum, Scholastici & Gemin. p. 41. b. c. d. summæ de exemplis virtut. & vitiorum, à nostris fusè refutatum. D. Brentio de Majestate Carnis Christi. Philippo Nicolai, de mysterio Omnipræsentiæ. Mentzero in Antimartinio, aliis.

CÆSAR. *V. Magistratus.*

§. 17 *Caiphas*

Nomen 1. Evomens ore, Matth. 26. Luc. 3. Johan. 11. Actor. 4. per vim promotus ad officium Pontificale à Præside Valerio Grato, Præside Judææ & Antecessore Pilati: sed à Vitellio posteà remotus fuit. Vide Joseph. lib. 18. c. 48. Antiquit Judaicar.

CAIN, *Impiorum Patriarcha.*

1. Pater Homicidarum: primus n. humanum sanguinem fudit, Gen. 4. 2. Filius Satanæ. Erat n. à malo, patre illo homicida, 1. Joh. 3. verſ. 15. 3. Imago peccatorum præfractorum (1) inſultando, Gen. 4. numquid ego ſum custos fratris mei? (2) ſanguine ſe maculando, Gen 4. Sic culpas ſanguineas contrahit peccator. Pſal. 51. v. 16. libera me de ſanguinibus. (3) Maledictionem ſubeundo, Geneſ. 4. ſic eandem peccator, Deut 27. c. 28. (4) à facie Dei exulando: à facie puta gratiæ. Ad eam igitur protinus cum Acolaſto illo revertere Luc. 15, 18. (5) in mundo circumvagando: ſic peccatores vagi tremulique inter ſpem metumque vagantur, arguente eos conſcientia, Rom. 2, 15. Lev. 26, 36.

Cain à Lamech occiſus putatur, Pererius libr. 7. num. 79. etſi hoc neget Catherinus. Primus lapis in ædificio Diaboli: exemplar filiorum mundi.

Caini uxor quæ? Gen. 4, 17.

Calamarium

Vir geſtans, Ezech. 3. verſ. 3. Chriſtum notat pro electis intercedentem, ſuos in libro vitæ ſcribentem ac conſervantem. V. Prompt. Allegoriar.

§. 19 CALAMUS

Quaſſatus Eſa. 42, 3. notatur cor contritum & confractum, à Chriſto non comminuendum, non abjiciendum. Vel, etſi homo ex infirmitate non omni ex parte reſonet ad numeros & mentem Spiritus S. inflantis, non tamen abjectum iri; ut ſolent fractas abjicere tibias (obſervat Sanctius in h. l. rectiſſimè Concionatorem, qui non debeat meditari fabulas & nugas magis aptas theatrali turbæ, quam Eccleſiaſticæ concioni.) Sit ſumma! ſumma Chriſti manſuetudo & patientia erga peccatores hîc indigitatur.

Feræ calami Pſ. 68. qui ſcripturas pro ſuo errore pervertunt. Auguſtin. in h. l. 2. Petr. 3.

CALAMITAS. *Vid. Tribulatio. & Tit. Malum.*

CALCANEUS. *V. Diabolus, Hoſtis.*

§. 20 CALCEUS. *V. Baptiſmus* §. *Ritus. Militia. Calcei albi. Item Tit. Felicitas mundi inconſtans.*

Olim baptizatis induebantur. Sunt vero calcei *Evangelii*, Eph. 6, 16. *Martyrii.* Olim calceis clavis ferreis pertuſis induebantur Martyres, in Actis S. Gregorii Martyris, ut narrat Aloys. Novarin. l. 2. Schediaſm. num. 49. *Juſtitiæ Chriſti*, in quibus incedimus, Ezech. 16, 10. *Pœnitentiæ.* Calceos olim exuebant pœnitentes: ſi verum eſt, quod ſcribit Surius in vita Vuironis, de Rege Pipino. *Poteſtatis*, Pſal. 60. vſ. 10. & 108, 10. *Superbiæ*, Eſa. 3, 10. *Paſchales* Judæorum Exod. 12, 11. notabant ſtatum peregrinationis & militiæ noſtræ ſpiritualis. *Traditæ poſſeſſionis*, Deut. 25, 9. Ruth. 4, 8. *Tyrannicæ avaritiæ*, Amos. 8, 6. c. 2, 6. Patricii olim in calceis ſuis Romæ figuram Lunæ geſtabant, ut varietatis fortunæ inſtabilis commonefierent. Alexander ab Alexand. libr. 5. c. 18. dier. genial.

CALCULUS candidus. 1. *V. Vita æterna.* 2. *Abſolutionis*, quô olim accuſati abſolvebantur. 3. *Remunerationis*, qui victoribus in certamine dabatur olim.

CALIGO miſeriæ. *V. Tribulatio: item Judæi. Mentis humanæ. V. Ratio. Oculorum. V. Cœcitas.*

Caligo, Eſa. 60, 2. Eſt nubes denſa, obſcura, Levit. 16. Exod. 20. 1. Reg. 8. Deuter. 5. Pſal. 18. denſa nubes errorum & Idololatriæ, cui immerſæ erant gentes.

CALIX. 1. *V. Tribulatio.*

§. 21 2. *Calix Redemptionis*, quem Chriſtus bibit, Matt. 26. Hoc ſe ſolatus eſt Johannes Huſſ, cum ei, ceu ſacerdoti, calix auferretur Conſtantiæ, Vid. Tom. I. oper. in vita Joh. Huſſi. 3. *Sacramentalis.* V. Sacramẽtum. 4. *Salutum* calix Pſ. 116, 13. reſpicit ad morem ſacrificiorum, in quibus calix levatus cum gratiarum actione Deo libatus. Moller. in h. Pſ. *ſalutum*, notatur ingens liberatio, vel non una ſalus, quâ à Deo beatus fuit. 5. Calix judicii extremi. 6. Calix etiam immeritis datur (coram hominibus ſcil.) Jer. 49. v. 12. 13. 7. Calices Scytharum è cerebris hoſtium fiebant. Münſter. l. 5. Coſmogr. Diceres calicem vini Pſ. 75. Calix rubri vini, meri non mixti & diluti miſericordiâ, Jac. 2, 13. Metaphora à cauponib. Eſa. 51, 17. Offenb. 4, 9. 10. c. 16, 19. Chaldæus per calicem maledictionis & amaritudinis.

CALLIDUS. *V. Dolus.*

CALOR, *Fervor.*

§. 22 I. *Tribulationis* non nocet ei, qui Deo confidit, Jer. 17, 8. non ſit nobis peregrinus, 1. Pet. 4, 12. græcè ἐν πυρώσει, h. e. in uſtione, probatione. Syr. 27, 6. Sicut vaſa figuli probat fornax, &c. Sap. 3, 6. 1. *Fornax* hæc vita eſt, plena malis. 2. *Deus urit*, probat, Pſ. 66, 10. 1. Petr. 1, 7. 3. *ignem ſubjectis patientibus* attemperat, ne planè conſumantur, ſed liberentur à fæcibus. 4 *Decoquit vitia* peccataque, ne inſoleſcamus, & carni fræna laxemus. 5. *Patientia* à nobis requiritur in hâc uſtione, & ad hanc præparatio, Syr. 2. vſ. 1. 2. Cor. 1. Vide Auguſtin. in Pſ. 21. §. Intelligat homo tribulationem &c.

II. *Iræ divinæ*, Pſ. 6. v. 1. Vide Emphaſin in Hebræo חמה.

Calvitium

I. Index planctus & triſtiſſimi ſtatus apud Judæos à Deo prohibitum Deuter. 14. Jer. 1, 16. 6. c. 47, 5. Amos. 8, 10. apud Ethnicos. Herodot. lib. III. Supplicii, Eſai. 3, 24.

§. 23 CALUMNIA. *Item: DELATIO illicita. Confer ACCUSATIO FALSA. Supra Tit. ACCUSATIO. DETRACTIO.*

Quid ſit?

Eſt criminis falſa & malitioſa impoſitio, Thomas 2. 2. q. 68. art. 3. Vide Lipſii & Luciani orationes de Calumnia. Cajetanum in Summ. V. Calumnia. Eſtque mortale peccatum. Scotus in 4. diſt. 15. Deo inimicum & exoſum. Dicitur quaſi *callida malitia*, maximeque peccatum eſt in doctrina Religionis, c. 22. qu. 2. c. 8.

Primum. Imò ſi quis accuſatus eſſet, non tamen per calumniam debet defendere ſeſe, etiamſi injuſtè eſſet accuſatus. Eſſet enim hoc genus vindictæ. Angel. V. Accuſatio num. 13.

Cauſæ.

Efficiens prima & impellens eſt *Satan*, pater calumniarum: unde ei nomen Diaboli.

Cyprian. libr. 4. Ep. 2. Hoc est opus Diaboli, ut servos Dei mendacio laceret. Deinde *Invidia,* alienæ felicitati adversa, quam calumnia obscurare nititur. *Æmulatio* non ferens parem, neque superiorem. *Suspiciones pravæ*, quibus indulgent calumniosi, sui amantissimi. *Odium in proximum:* quod teterrimæ hujus filiæ mater est, homicidium coram Deo, 1. Joh. 3. *Propriarum turpitudinum velatio.* Simile: ut Cameli in aqua limpida suam ipsorum deformitatem videntes, aquam turbant, ne videant: sic calumniantes aliorum famam turbant bonam, ut ipsi non appareant deformes, cum proximum denigraverint. *Invidia*, & *mendacium cum curiositate.* Hæc tria maxime ad calumniam concurrunt: atque hinc cor hominis calumniosi Salomon spumæ argenti comparat, Proverb. 26, 23.

Olim Ariani calumniarum fabri. Non est mirum, qui contra Divinitatem filii Dei aciem instruxerunt, si nos contumeliosis dictis lacerare non vereantur. Tom. 1. Conc. part. 1. fol. 272. a. in Epist. Alexandri.

Dehortans causa: Dei prohibitio, Exod. 23, 1. Levit. 19, 16. Prov. 4, 24. Syr. 5, 16. Exod. 20, 6. Deuter. 5, 20. Psal. 15, 3. Luc. 3, 14. Vitii hujus mala *Effecta: Adjuncta.* V. suis titulis. A proprio adjuncto piorum, qui vitant calumnias, Psalm. 15, 3. Exemplo Davidis, qui calumniatores expulit, Psal. 101, 5. A variis exemplis calumniatorum, eisque Tragicis pœnis & suppliciis eorundem: similibus, naturam hujus vitii illustrantibus; de quibus suo loco.

Materia

§. 25 Vel Objectum, circa quod calumnia versatur, sunt 1. *Vivi, proximi, Amici, Vicini,* &c. *Collegæ, Supremi* & *infimi.* Nam & Reges calumniis obnoxii sunt. Hinc Titus Vespasianus dicere solebat: Principem injuriâ affici non posse.

2. *Absentes.* Absens Christus est seductor &c. Præsens est Magister bonus apud Pharisæos &c. Matth. 22, 16. Magister scimus, quia verax es &c. Matth. 27, 63. Recordati sumus, quid ille seductor dixit &c. Versus hos Augustinus supra mensam scribi jussit:

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam vetitam noverit esse sibi.

3. *Advenæ.* Ezech. 22, 7. Advenam calumniati sunt in medio tui. Exemplum Gen. 19, 9. calumniati sunt Lothum, ac si sibi partes regiminis sumsisset, advena licet. Ingressus es ut advena, numquid ut judices?

4. *Mortui* non calumniandi. V. Camerar. part. 1. Hor. subcisiv. c. 3. Huc spectat illud verivērbium: *de mortuis & absentibus nil nisi bonum;* nec decet leporem mortuo leoni insultare, ut est in fabulis. Vetat lex Solonis in defunctos maledicta jacere.

Versatur etiam circa *verba.* Sic Johann. 2, 19. Destruite templum hoc: Christus de corpore suo dixerat; Pharisæi de templo & æde sua perversè explicabant, Joh. 20, 23. c. 6, 62. 63. Verba per calumniam torta sunt Matth. 16. tu es Petrus. Verba eandem hodie sortem nacta sunt 2. Thess. 2, 1. Pauli sermo de judicio Domini. Et in Controversiis Theologicis quot quæso sunt & hodiè non foventur verborum & phrasium calumniosæ perversiones?

Circa facta. Sic Doëg accessum Davidis ad Sacerdotem Abimelechum malitiosè est interpretatus, 1. Samuel. 22, 9. 10. Psalm. 52. vs. 3. Principes Hanonis accessum Legatorum Davidis, 2. Sam. 10, 3. Absolon judiciarias res Patris, 2. Sam. 15, 3.

Circa turpia. Ut sus relictis floribus ad lutum se convertit; sic virtutum flores calumniosi non attendunt, lutum solùm quærunt imperfectionis & defectuum in homine, ut habeant canes illi, in quo Theoninos dentes exerceant.

Circa bona Animi, corporis, Fortunæ, quæ in calumniam facilè rapi possunt, ubi semel induxisti animum proximo tuo convicia dicere. Videlicet, cum vel ea Animi dona, quæ proximus habet, extenuas, contemnis, temetipsum in corde tuo illi præfers, Luc. 18, 9. Vel ex *defectu* aliquo corporis particulari arguis contemtum ejus, qui illo laborat. V. Tit. *Exprobratio.* it. *HOMO.*

Quæ forma & modus calumniandi?

§. 26 I. per *libellos famosos.* Hi n. plus turbant tranquillitatem, quam rixæ & verbera: & plus lædunt, & diutius hærent, quàm vulnera. Oldendorp. class. 7. c. 10. c. de famosis libellis, l. non solùm §. si quis in libell. ff. de injuriis l. si non convitii. Pertinent huc etiam *famosa carmina* c. de injuriis, vel *dictamina*, & *historiæ compositæ* in alicujus infamiam.

Sed & committitur ejusmodi calumnia, si inventum libellum famosum mox non corrumpas, sed *alii manifestes*, cui olim capitalis pœna erat imposita. Franc. de Porton. v. Famos. libell.

II. *Per convicia & contumeliam.* Contumelia v. est expressio (probrosa) defectus coram homine ad dehonorandum eum, Thom. 2. 2. q. 72. Joseph audit Somniator, Genes. 37, 19. David sanguinarius, 2. Sam. 16, 7. Christus Samaritanus, Joh. 8, 48. Paulus seditiosus, Act. 24, 5. *Toleranda*, exemplo Davidis Psal. 44, 16. 17. 2. Sam. 16, 9. *non compensanda* convitiis, 1. Pet. 3, 9. quia Christus non compensavit: nec responsio semper vindicanda. Prov. 26, 4. *ne respondeas* &c.

III. *Per afficta verba* eaque falsa: ita Siba calumniatus est Mephibosech, 2. Sam. 16. 2. 3. ut hujus bona ad se pertraheret, v. 4. vel *malè detorta*, Psalm. 56, 6. Sic cum Salvator de templo corporis sui loqueretur, Judæi illud ad templum Herodis, materiale ædificiū, applicabant, Joh. 2, 19. 20. 22. de quo paulò ante, n. 3. vel *truncata*, & *corrupta*: Hujusmodi exempla pluta notavit Chamier in Panstratia sua; cum Patrum testimonia vel aliorum etiam Doctorum verba truncatè allegantur ab adversariis.

IV. *Per errorem.* Cum quis falsò alicui imponit errorem vel crimen, ab alio inductus. Etsi hæc non sit calumnia formaliter, tamen materialiter est calumnia, ob imprudentiam & nimiam credulitatem: quod peccatum etiam satisfactione luendum esse docet Cajetanus in Summul. V. Calumnia.

V. *Per*

V. *Per susurrationem*, cum aliquod malum de absente refertur, ut illius fama denigretur. Rom. 1, 29. Susurrones Psalm. 41, 8. Levit 19, 16. Proverb. 26, 20. 22. Syr. 5, 16. 2. Corinth. 12, 20. obtrectationes, susurri &c. Sicut Canis non quiescit prius, quàm sagittam sibimet infixam removerit; sic *susurro* non quiescit prius, quàm malè de proximo verba aliis retulerit. Est verò *grande peccatum* (1) Quia est contra charitatem proximi. (2) Quia susurro falsò accusat. (3) Subdolus supplantator. Vult enim fallere eum, cui insusurrat, & perdere eum, quem sugillat. (4) Variorum dolorum disseminator: seminat enim jurgia inter fratres & socios. Syrach. 28, 16. Susurro bilinguis maledictus. *Et detestabile.* Commovet enim odium, tristitiam, rapinam, homicidia. Imò majus peccatum ipsâ detractione, Thom. 2. 2. q. 74. artic. 2.

VI. *Per secretorum & peccatorum revelationem animo detrahendi factam.* Matth. 18, 15. Corripe eum inter te & ipsum solum. V. infrà Tit. Taciturnitas.

VII. *Per malorum operum affictionem*, quæ tamen non fecit. Psal. 7, 4. Si hoc feci &c. Hanc calumniam olim passus est Athanasius. Tripart. l. 4. c. 19 & Narcissus. Vide Euseb. Histor. Ecclesiast. l. 6. cap. 6. & Eustach. Tripartit. libr. 2. cap. 25.

IIX. *Per Astutiam:* idque fit tribus modis. 1. *Tacendo*, cum verum & bonum de proximo non dicimus interrogati, v. g. interrogatus de nubilis puellæ honestate, de qua tibi constet, si dicas: quid hæc ad me? non me ejusmodi rebus injicio: peccas! non enim dicis, quod Charitas dicere jubet. 2. *Negando:* si neges ea de proximo, quæ de ipso alii dicunt. 3. *Limitando:* cum laudamus quidem proximum, sed tamen addimus; *si non hoc vel illo defectu præditus esset.* His coloribus malitiæ obstetricantur homines. Qui autem vera crimina objiciunt, non calumniantur, Ps. 117.

IX. *Si quis sit bilinguis* (1) modò verum, modo falsum loquendo. (2) Aliud in occulto, aliud in manifesto loquendo. (3) modo pungit, habitâ personarum ratione, modò ungit. O ferax vitiorum seculum! Sunt præterea multi alii modi, quibus hoc peccatum committitur: nempe, si

X. Exaggeres ea, quæ de proximo narras in fraudem famæ ipsius.

XI. Si dubitativè proferas, (quis scit, an verum fit) nihilo-minus habeas animum detrahendi.

XII. Laudibus debitis proximi calide non insistas, sed frigidè proponas.

XIII. Si contradicas alteri, qui laudat proximum, & minuas laudes dictas. Sive verbis, sive gestibus, diminutionem illarum præ se ferentibus, sive silentio &c. Vide latius hos modos deductos & explicatos à Ludovic. de Utino serm. XXXV. in Quadragesimali: & ex hôc à Drexelio Tract. XII.

Finis Calumniæ,

Quem sibi præfixum habent calumniatores; *Rodere* proximum instar canis: Id enim calumniatorum est proprium. Eum *ad iracundiam provocare:* Non enim fert generosus animus calumniam. *Officium reddere suspectum* ejus, quem calumniaris: verum illud manet perpetuò: *calumniare audacter, semper aliquid hæret. Prodere & perdere* proximum, Jer. 6. vers. 28. cap. 9, 4. 2. Maccab. 4, 1. 2. Sanguinem fundere, Ezech. 22, 9. Hinc delatores sanguinolento Neroni grati fuerunt. Tacit. libr. 16. *Annal.*

Effecta calumniæ. §. 28

Varia sunt: aliquando tamen inefficax est calumnia. Hieronymus alicubi; *Bene* (ait) *quod malitia non tantas habeat vires, quantos conatus: Periret innocentia, si semper nequitiæ juncta esset potentia, & totum, quicquid cupit calumnia, prævaleret.* Hęc ille. *Mala parere.* 2. Samuel. 10, 3. 4. *Spiritualiter interficere.* Et quidem 1. se interficit Calumniator in anima propria. 2. proximum, quem lædit. 3. eum, qui audit calumniam, & credit ei temere. Bernhard. *Verberare.* Prov. 18, 8. Calumniatorum verba sunt verbera. *Amicitias divellere*, Prov. 16, 28. Syrach. 22, 25. Joseph amicus Potipharo, sed ob calumniam carceri emancipatur, Genes. 39. 2. Sam. 16, 3. David amicus Mephiboseth, fit per calumniam ei inimicus. *Rixas ciere*, Proverb. 16, 28. & *diras*, Proverb. 30, 10. *Societatem* humanam *dissolvere*, *corpenetrare* & vulnerare. Proverb. 26, 21. *animam* per os *occidere*, mentiendo. *Secreta aperire*, Proverb. 11, 13. 14. *Bonos* etiam viros *commovere*, G. Nazianz. orat. in laudem Basilii. §. Non viles tantum & plebejos. Omnia *pervertere*, & in deteriorem partem rapere.

Multa mala caussare: (1) *in foro Cædes*, 1. Sam. 22. Syrach. 28, 15. 16. 20. Prov. 16, 27. Exemplo Judaici populi Esth. 3. *Oppressionem* bonorum virorum, quos calumnia suis honoribus exuit, videl. David in exilium pellitur à calumnia, 2. Sam. 16. Joseph in carcerem Genes. 39. Daniel in foveam leonum Dan. 6. detruditur. *Maculationem famæ* innocentissimæ: Manet enim Adulatoris illius Medii apud Alexandrum Magnum sententia: *Calumniare audacter, semper aliquid hæret.* Ut illud veriverbium repetitò dicamus.

(2) *In choro:* Tristes dissensiones & schismata efficit, ubi per calumniam Quæstiones Theologicæ pervertuntur, & status controversiæ minùs rectè formatur, & alteri parti peregrinæ sententiæ affinguntur, Philipp. 3. vs. 2. 3. Videte canes &c. Sicuti enim canes in macello sanguini insidiantur; ita quoque schismatici in Ecclesia sanguinem aliquando spirant, sanguini insidiantur. Malè facit, qui lucernas in templo extinguit: ita lucernas spirituales, Ministros, multi calumniosi extinguere & obscurare volunt, sed nihil proficient, in cassum sudabit effrons malitia, & DEUS ipse innocentiam caussæ nostræ defensabit, Mich. 7. vers. 9.

(3) *In thoro:* Calumniæ multa incommoda efficiunt: distractionem animorum inter Conjuges, Deuter. 22. vers. 14. 15. sequent. Repudia & divortia, Syr. 28. vers. 19. os perversum &c.

Adjun-

Adjuncta hujus vitii.

Turpitudo: Calumnia est diremptrix fraternitatis, Optat. Milevitan. pag. 6. *Tolle hanc calumniam, & eris Noster. Vitium Ethnicum.* Roman. 1, 13. Susurrones, obtrectatores. *Impiorum proprium.* Ps. 50, 20. Sedens adversum fratrem tuum loquebaris. *Acerbissimum*, Syrach 26, 9. exemplo fœminarum, quæ deditæ sunt calumniis. *Sævissimum*: Fama enim (quam calumniator arrodit) & vita pari passu ambulant. *Turpissimum*: facit enim ex homine bestiam indomitam, Jacob. 3, 7. *Ultimis* quoque *temporibus reservatum*, 2. Tim. 3, 3. à multis frequentatum; *Commune* quoque *mulieribus*, Syrach. 26, 9. flagellum linguæ &c. *Spurcissimum*: ideò calumniatores omnes mensa sua Sanctus Augustinus exclusit, inscribens eidem notum versiculum:

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam vetitam noverit esse sibi.

Incurabile: Syr. 23, 20. Homo assuetus in verbis improperii omnibus diebus vitæ suæ non eruditur. *Crudelissimum*: nam exercet crudelitatem in bonum famæ, bonum illud longè præstantissimum: crudelis v. est, qui famam negligit, capit. 12. q. 1. in c. Nolo dicens &c. summa iniquitas c. 6. quæst. 1. summa iniquitas est fratres detrahere. *Generale*, quod omni loco & tempore peccatum est, & manet. *Scelestissimum*. Major enim est turpitudo calumniaris, quàm furis, Syr. 5, 16. 17. Alexander Severus gladio occidi jussit calumniatores; Vespasianus virgis cædi.

Pœnæ Calumniatorum.

DEI supplicium. Ps. 140, 12. Vir linguosus non firmetur in terrâ.

Amissio nominis Christianorum. Athanas. sub finem Tractat. de sentent. Dionysii adv. Arianos. *Fastidium hominum*, Syr. 21, 13. obtrectator, ubicunque versabitur, odiosus erit. *Damnum reciprocum*: Nam sibi ipsis nocent, Syr. 21, 31. cum hominum coacervet odia, calumniatrices linguas aversantium. *Maledictio*, Syr. 28, 15. Delatorem execreris & bilinguem. *Vapulatio*, Deut. 22, 18. Si quis propriam conjugem calumniatus fuisset, &c. In *Exilium* fugatio, Psal. 140, 12. *Notæ inustio*; Sic Romæ olim Calumniatoribus K. inustum est. *Animæ pollutio*, Syr. 21, 31. polluit eam nempe crimine odii erga proximum, furti, dum proximo famam furatur. Vid. Baron. Tom. 2. fol. 295. 296. de tribus illis, qui *Narcissum calumniati fuerant, quorum primus, ut calumniæ fidem faceret, ignis incendium, secundus fœdum morbum, tertius oculorum defectum sibi optavit. Omnes quoque his eisdem à DEO mactati suppliciis. Satisfactio* & Restitutio proximi in integrum. (Vid. Cajetan. in Summ.) *Vitæ decurtatio*, Ps. 55, 24. Viri sanguinum & dolosi &c.

Mors ignominiosa. Sic 1. Reg. 2, 44. sequ. Percussit Simei, & mortuus est: Sic cani eorum, qui calumniantur, in foveam cum sanguine plerumque descendunt. Conf. Syr. 5, 6. 7.

Officia & virtutes circa calumnias.

I. *Calumnia vincenda est patientiâ, & vitâ piâ*, 1. Petr. 3, 16. Josephus fert innocens heræ calumniam, Genes. 39, 20. sequent. DEO se suamque committens innocentiam. Jobus c. 2, 9. 10. calumniam uxoris ita retundit: Dominus dedit, Dominus abstulit. *Non curanda.* Greg. M. Ep. 45. l. 8. Luth. Tom. 1. Witteb. Ger. fol. 472. col. 2. David agnoscit DEI judicium, 2. Sam. 16, 10. Dominus dixit Simei. Christus 1. Petr. 2, 23. maledicta maledictis non compensavit. Ut aspides objecto strychno sopiuntur; Sic calumniator tandem diruitur ipsa innocentiâ. Christi igitur immeritò conviciis proscissi patientiam imitemur, quia à Christo nomen traximus. Gregor. Thaumaturgus (vid. Gregor. Nyssen. in Vita ejus, & Baron. Tom. 2. Annal. fol. 406. num. 5. 10. 40.) calumniis pressus à meretrice quadam, ac si cum eâ consuevisset, impetravit precibus, ut meretrix malo spiritu exagitata culpam agnoverit publicè, & innocentiam Gregorii contestata sit. Titus Tacitus Metello conviciatori suo dixit: *Facile est in me dicere, cum Ego non sim responsurus. Tu maledicere didicisti, ego contemnere.* Plura exempla tolerantiæ injuriarum extant apud Zwingerum fol. 2172. Theatri. *A bono fine*: quia monemur de defectibus nostris, & de vitandâ superbiâ, & humilitate excolendâ: *A DEI Omniscientiâ*, quem omnium dictorum, & factorum habeamus inspectorem. Justinus Apolog. 2. ad Antonin. Pium Imperator.

II. *Non est secedendum in solitudinem ob calumnias*, sicut olim fecit Narcissus Episcopus Hierosolymorum, Baron. Tom. 2. Annal. fol. 296. num. 5. 10. seq. Qui non secessisset, si Apostoli intellexisset monitum 1. Corinth. 5, 9. 10. Scripsi Vobis Epistolâ, ne commisceamini fornicariis: de fornicariis non utique hujus mundi, alioqui debueretis de hoc *mundo exisse.* Confer Hondorff. part. 2. prompt. Exemplor. fol. 521. seq.

III. *Relinquenda est in manu hostis*, sicut Joseph pallium in manu heræ reliquit, Gen. 39, 12. Chrysostom. homil. 12. Oper. Imperf. Calumnia quid aliud est, quàm pallium & ansa malitiæ?

IV. *Non audienda*, neque *eâ gaudendum*, Prov. 17, 4. neque *communicanda*, Prov. 20, 19. Sed nec credendum delationibus, Syr. 19, 13. 14. 15. multis de causis, (α) à vulgari consuetudine mentiendi, v. 15. d. l. (β) à communi imbecillitate nostrâ, ibid. d. l. (γ) à Timore DEI, vers. 17. & prudentiâ nostrâ, ibid. Papias ap. Euseb. l. 3. cap. 39. ait, monet; non multa dicentibus, sed vera tradentibus auscultandum esse.

V. *Dissimulando aliquando.* Prov. 19, 11. Gloria Viri est, iniqua prætergredi. Ita fecit Saulus 1. Samuel. 10, 27. dissimulans se audire.

VI. *Bonâ vitâ refutanda est.* Justin. Apolog. ad Antonin. Imper.

VII. *Spernenda*: à simili. Ut canis generosus nihili facit aliorum Canum latratus. Ursus punctus ab apibus non statim movetur. Scopuli spernunt fluctus. Silex manum cædentis vulnerat, Chrysostomus homil. 23. in Matth. Oper. imperf. Hirundo prætervolans

non lædit. Ut sagittæ puerorum spernuntur, quia invalidæ sunt, Origenes lib. 1. contr. Celsum: sic calumniæ, cum non lædant, spernendæ sunt. *à turpi:* quia servile est omnibus calumniis respondere: Plutarchi est sententia. Ant. Fayus, præfat. Disputat. Genes. in for. 4. 4. *Ab utili.* Ne malorum ingenia magis irritentur. Hanc rationem Nero olim attendit. Sueton. in Nerone.

IIX. *Deo committenda.* Sic David Ps. 7, 1. 2. & Ps. 52, 3.

IX. *Vitanda* omnis Susurronum societas: imò vultu & nutu testari debemus vitii hujus turpitudinem, Prov. 25, 23. Lev. 19, 16. Non sis criminator, nec susurro in populo. *à periculo,* ne tibi verba invertant, Syr. 8, 14. *à væ.* D. Augustin. l. 1. c. 16. Confess. Væ tibi (ait) flumen moris humani! quis resistet Tibi?

X. *Nec inducenda:* ut cum audivisti calumniam, alium deinde inducas ad detrahendum alteri. Hoc enim nihil est aliud quàm venenum spargere, & camino oleum addere.

XI. *Nec amanda:* ita ut non placeat calumnia, vel ei consentias. Bernh. lib. de consider. Detrahere aut detrahentem audire, quod horum sit damnabilius, non facilè dixerim cap. 11. q. 3. c. non solùm. Confer Syr. 19, 6. 7. 8. 9. 10.

XII. *Nec ad eam tacendum,* Prov. 26, 5. Esa. 54, 17. 1. Tim. 5, 20. Gal. 2, 5. 1. Tim. 1, 10. sive ex timore, sive negligentiâ, sive verecundiâ. Athanas. in Apolog. Miror eos calumniis non defatigari; sed neque ego defatigor, lætor magis defensionis dari occasionem.

Nam si taceas, peccas (1) in charitatem, quæ suadet proximum eripere jaculis linguæ. (2) in proximum, cui damnum fieri ex calumnia permittis. (3) in DEUM, quem non times tàm, quàm Mundum. *Sed tristitia ostentanda* per vultum austerum. Hieronymus ad Rustic. Monachum: Sicuti Sagitta, si mittatur in duram materiam, nonnunquam revertitur in mittentem; sic calumnia in calumniatorem, si tristem vultum ostenderis. *Reprehendenda.* Sic Christus: quid molesti estis huic mulieri? opus bonum operata est, Matth. 26, 10. Omnis *occasio,* quoad ejus fieri potest, *amputanda calumniæ*, 2. Corinth. 11, 12. 1. Petr. 2, 12. *Cor stabiliendum,* ne omnibus detractionibus credamus. *Compatiendum* quoque iis, qui læduntur à calumniatoribus.

Exempla Calumniarum

Plurima sunt in historiis, cum sacris tum profanis.

Primus Satan extitit, qui verba Jehovæ calumniatus est, Gen. 3, 5. Achab Eliam accusavit calumniosè, 1. Reg. 18, 18. Naboth calumniis suppressus vitam cum vineâ perdidit, 1. Reg. 21, 18. 19. Calumniator & Doëg, 1. Sam. 22, 9. 10. Siba, 2. Sam. 16, 1. Daniel. 6, 13. c. 3, 8. Psal. 10, 7. Syr. 28, 15. 18. 19. Mater Herodis, ejusque Soror Mariamnem Uxorem Herodis Antipatris calumniis insectatæ sunt, quæ illi Mariamnæ causa necis fuerunt, sed præter meritum: Falsum enim erat, quod imaginem (ut illæ dixerant) Romano Cæsari misisset. *In Christum* ipsum cecidit calumnia blasphemiæ, seditionis, violati Sabbathi, intemperantiæ, Matth. 11, 19. c. 26, 65. 66. cap. 12, 10. 11. *In Apostolos* calumnia novæ religionis & seditionis, Actor. 6, 13. *In Christianos* 1. Pet. 2, 12. detrectant de vobis tanquam malefactoribus, quibus turpissima Gnosticorum facta imputabantur; à quibus tamen illi erant quàm alienissimi: vide Baron. Tom. 2. ad Ann. Chr. 143. Præcipuè v. prætendebant Gentiles, Christianos (α) *caput Asini colere:* de qua calumnia Tertull. cap. 15. 16. Apolog. & ex eo Baron. ad Ann. Chr. 201. (β) *Genitalia suorum Sacerdotum colere*, quia flexis poplitibus exomologesin facere solebant. O diram calumniam! (γ) *promiscuo eos concubitu uti.* Baron. Tom. 2. fol. 336. num. 35. 40. (quod quidem Gnostici faciebant, Christiani non item.) (δ) *Atheistas* esse (nempe Philosophi Cynici sic accusabant Christianos in gratiam eorum, quos seduxerant) Baron. Tom. 2. fol. 125. num. 20. 25. (ε) *Rebelles Cæsari, & Conspiratores, contemtores Magistratus.* Tertull. c. 37. Apolog. Baron. Tom. 2. fol. 174. ad Ann. Chr. 169. quia sæpe Christi ut Regis mentionem injicerent d. l. Hinc per fortunam Cæsaris jurare jubebantur, Baron. d. l. (ζ) *Magos,* cùm aliquid precibus impetrassent, Baron. Tom. 2. fol. 176. fol. 228. num. 30. 35. (η) *Crudelis alicujus pueri comestionis & poti sanguinis* (qualis fuit in conspiratione Catilinæ) Vide Q. Minut. in Octav. Origen. lib. 6. contr. Celsum. Justinum in Apolog. Baron. ad Ann. Chr. 104. fol. 24. nu. 50. & 73. nu. 35. 40. (nempe ad S. Eucharistiam alludebant.) Denique, quæ ipsimet turpia faciebant Ethnici, ea in Christianos cudere sunt soliti, Baron. Tom. 2. fol. 158. nu. 10. §. vereamini. De ejusmodi calumniis adi Tertull. in Apolog. Euseb. l. 4. cap. 7. Theophyl. l. 3. ad Autolyc. Q. Minut. in Octav. Nicephor. lib. 2. cap. 14. Justin. Athenagor. Lucian. in Apologiis suis pro Christianis. Ea olim Christianorum sors fuit, nec alia hodiè est veræ Ecclesiæ fortuna, quæ varias suorum Adversariorum calumnias perpetitur, donec causam innocentiæ nostræ dispiciat Dominus. Olim Symmachus & Boethius occisi per calumniam à Theodorico, Arianorum Rege. Hic post in ollam Vulcaniam conjectus fuit.

In profanos, Demosthenem, Ciceronem, Themistoclem, Aristidem, Epaminondam, Socratem, aliosque plurimæ olim congestæ sunt calumniæ, de quibus fusè Zwingerus in Theatro, & alii.

Similia.

Calumniatores similes sunt *Advocatis Diaboli*, emissis, ut rixas & jurgia cieant, ex quibus inimicitiæ & cædes existunt. Ejusmodi Advocatus Satanæ erat Doëg, Psal. 52. 1. Sam. 21, 22. *Arietibus obtusis:* sicut enim hi feriendo cornibus nihil proficiunt; sic quoque vanus est calumniatoris conatus. *Aspidibus.* Chrysostomus alicubi: Aspides morsu suo vitam; calumniator famam extinguit. *Apibus pungentibus aculeis suis:* suus est calumniatoribus aculeus. *Avibus immundis & carnivoris:* Sic calumniator devorat vitam proximi. *Bestiis dentatis,* Ps. 57. Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ.

gittæ. *Basilisco*, qui homines sibilo interficit: calumniatoris Vox sanè est venenatissimus sibilus, protinus hominem inficiens. *Canibus latrantibus & petulantibus.* Sic Calumniator famam proximi allatrat. *Ciconiis*, quæ cibis venenatis pascuntur. *Crabronibus*, non nisi in fimeto viventibus, & ex putribus equorum carnibus natis: sic calumniatores e putri odio nati sunt, ut putria comminiscantur de proximo. *Cultro acuto* Proverb. 30, 14. vel *gladio* potiùs. Est natio, ait Salomon, quæ pro denti bus gladios habet. Hæc est Calumniatorum natio: hæc dentibus secat & scindit, h. est, linguis pestiferis. Psal. 52, 2. Tota die injustitiam cogitavit lingua tua, sicut novacula acuta fecisti dolum. Psal. 55, 24. molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula.

Felibus, aliis nocere volentibus, suas v. ipsarum linguas exedentibus, ut est in fabulis. *Flagello linguæ*, Job. 5, 21. Sir. 26, 7. Hirudini, Prov. 30, 14. Igni ardenti, Prov. 16, 27. *Gladio incurabili:* Athanas. in Apolog. non enim calumnia semper & ex toto curatur: semper enim aliquid in animis hominum hæret. *Gladio acuto.* Psal. 57. Lingua eorum gladius acutus. *Lapidi ferienti:* calumniæ verò ictus gravior est, ait Athanas. in Apolog. *Ligno*, quod nutrit ignem, Prov. 26, 20.

Morbosis, quibus humor noxius per os erumpere solet: sic calumniatores, quia animo sunt morboso in proximum, & putribus humoribus scatent, irâ, invidiâ, acerbitate, ideò humor noxius, maledica verba ex eorum ore promanant, juxta illud Matth. 15, 19. ex abundantia cordis &c. Lepra animarum est prurigo calumniandi. Eusebius Emyss. exhort. ad plebem. *Noctuis*, quarum oculos dies excæcat, nox illuminat: sic detractores ea, quæ noctis sunt, & turpia, solùm vident; non ea, quæ sunt virtutis. Noctu noctuæ quietem hominum turbant: sic Calumniatores. *Scorpionibus & Viperis*, quod Demosthenis est simile. 1. Scorpiones enim & viperæ pungunt incautos homines: non aliter se gerunt calumniatores, qui linguæ jaculis homines vulnerant, Psalm. 57, 5. 2. Habent Scorpii flexuosam & nodosam caudam: Calumniatores linguam flexuosam; possunt enim sua verba palliare, mollire, limitare, restringere, ubi animadvertunt, male se locutos fuisse, atque à Luce Veritatis meritò redargui.

3. Trahit scorpius per terram caudam suam: Calumniator trahit linguam per terram, dum malis hominibus & terrenis placere studet, & nihil nisi terrena quærit. 4. Solem fugit Scorpius, terra vivit & muscis: Calumniator solem veritatis fugit, pascit se muscis rumusculorum, quas plena manu, ubi potest, spargit. 5. Dicitur capite adblandiri Scorpius, deinde aculeos figere. Sic Calumniator blanditur capite, h. e. ore suo; sed cauda & corde suo lædit, pungitque. 6. Plùs lædit, cum sitit: plùs lædit Calumniator, si laboret siti virulentissimi animi. 7. Sub quovis lapide Scorpius: in quovis loco, officio, & statu Calumniatores existunt, quos concipit invidia, parturit lingua calumniosa.

Sepulchro patenti, Ps. 5, 11. *Sepulchrum patens est guttur eorum:* linguis suis dolosè agebant. Rom. 3, 13. Paulus in genere hoc dictum exponit de corrupta hominum massa: in specie non malè accommodaveris ad Calumniatores, è quibus nihil nisi fœtor spirat & maledicentia. *Serpentibus* venenum inferentibus, Hieron. in Eccles. silenter incedentibus, & tortuosè procedentibus. *Sagittæ* emissæ in durum corpus, inque jaculatorem retortum simile est perversæ calumniæ. *Telis* quibus fama & nomen petuntur. (*Succus venenosus* est lingua calumniatoris: est *Sanies*, quæ ex corde, odio vulnerato, evomitur. Chrysost. hom. 43. in Matth.)

Testibus qui dicunt Testimonium 1. non rogati, 2. non examinati, 3. absente reo: Sic Calumniatores non rogati, non explorati, absente eo, cui faciunt calumniam, audacter & strenuè calumniantur.

Verberi cor penetranti, Prov. 18, 8. Sic dolosa lingua cor transfigit.

Vulneri insidioso Sir. 22. 2. Ut latrones ex insidiis homines adoriuntur: sic Calumniatores famæ proximi insidiantur, ut eam vulnerent. *Veneno* Prov. 26, 22. Nam verba susurronis perveniunt ad intima cordis: non secus ac venenum protinus cor occupat atque inficit. Fusiùs de hoc vitio agunt Ludov. de Utino serm. 35. Basil. Orat. 10. ante finem. P. Camerar. part. 1. c. 3. Horar. subcisiv. Drexel. Tract. XII. p. 1581.

CAMARIM.

Vox origine sua primâ, *Hebræa:* retenta à Luthero in versione vernacula sæpiculè כמרים Ministri Sacerdotum, æditui (à כמר quod significat affici, accendi, exardescere erga aliquem. Genes. 43. accensa sunt Josephi viscera. Oseæ 11. accensa sunt viscera mea) sic dicti vel ab ardore devotionis, vel à thure, quod adolebant, vel à vestitu nigro: ut nonnulli nigros Monachos fuisse existiment. Chaldæus vertit: *Cultores.*

CAMINUS, *Fornax.*

(1) Esa. 48, 10. V. Tribulatio. Item Probatio. Fornax servitutis, Deut. 4, 20. 1. Reg. 8, 51. Jer. 11, 4. (2) pœnarum infernalium, Matth 13, 42. 50. (3) Subitaneæ punitionis, Ps. 21, 10. Mal. 4. 1. Es. 33, 12. (4) Martyrii Dan. 3, 6. 11. 15. seq. (5) Militaris supplicii. 2. Sam. 12, 31. Ammonitæ Idololatræ Molocho offerentes filios suos, in ignem à Davide conjecti: Per quæ quis peccat, per eadem punitur.

CAMPANA: æ:

Pulsatur Campana ter in Papatu, ob Mariæ cultum. Bellarm. c. 5. in Explic. Doctr. Christ. §. Quare ob AVE. Nos liberè hoc pulsu utimur ad commonefaciendos homines, excitandamque orandi devotionem. Joh. XXII. primùm illum morem instituit. Polyd. Virgil. l. 6. c. 12. idque contra Ludov. IX. Bavarum & Imperii Ordines. Sic Gregorius IX. cantari voluit, *Salve Regina*, in templis, contra Frideric. II. Imperatorem. Crantzius l. 8. c. 10. Sax. Ursp-gens.

in Paralipom. Baptismus Campanarum olim Pontificiis quæstui fuit, Cauſ. recuſat. Concil. Trident. p. 178. item 100. Gravamin. Nation. Germanic.

CANA. CANANÆA.

Duplex. 1. *Major* in Tribu Aſer, Joſ. 19. diſtans uno miliari a Sidone meridiem verſus: viginti v. quatuor à Jeruſalem. Ex hâc Cananæa vulgò oriunda putatur. 2. *Minor*: in Galilæa inferiori, Joh. 2.

Cananæa dicitur etiam Syrophœniſſa à Marco capit. 7. v. 25. Luctata eſt cum Chriſto. V. Tit. Jacobus Patriarcha bonam militiam militavit, fidem ſervavit cum Apoſtolo 2. Timoth. 4, 7. de ipſo Salvatore triumphavit.

Triplex Ejus *Afflictio*. 1. *Genus Ethnicum* à DEO maledictum, Deuteron. 7, 1. ſequent. à DEO alienum, Epheſ. 2, 12. 2. *Idololatria* olim frequentata, cui Syro-phœnices addicti: cujus gratia ſe animi anxit. 3. *Crux* domeſtica filiæ captivæ anima & corpore, & obſeſſæ à Satana, 2. Timoth. 2. verſ. ultim. Miſeranda ſanè captivitas. *Docet* inter peſſimos aliquando ſervari aliquot bonos: Sicut & ipſa ſervata inter malos. DEUM ſuos priùs mortificare, quàm eos vivificet, 1. Samuel. 2, 6. Mortificata cruce Chriſto incipit vivere.

Gentes ad Chriſtum quoque vocandas eſſe, inſigni præludio oſtendit hæc Cananæa. *Virtutes* in ea fuerunt 1. Fides in Chriſtum: Hinc adorat Chriſtum, Matth. 15. in eum ſperat. 2. Spes auxilii a Chriſto impetrandi eam non fefellit: Spes non confundit, Roman. 5, 4. 5. 3. Charitas in Chriſtum & *filiam*: Ex amore ad Chriſtum confugit, & pro filia ſupplex fit. Non fuit ἄςοργος, ut ille Galienus Imperator erga Patrem Valerianum fuit, cujus redimendi cura (erat enim captus a Sapore Perſarum Rege) nulla eum affecit. Sic & nos pro proximo oremus. 4. Perſeverantia. Nam in domum ingreſſa eſt, in qua Chriſtus fuit, Marc. 7, 24. 5. Exemplum eſt luctæ ſpiritualis omnium fidelium cum Chriſto. 6. Victoriæ: Vicit fide Chriſtum invincibilem, & oratione ligavit omnipotentem; ita ut verè dicere poſſit nobis: Venite, attendite omnes, qui DEUM timetis: Narrabo &c. Pſ. 66, 16. 17.

CANDELABRUM.

1. Leviticum, Exod. 25, 31. ſequent. Num. 4, 9. capit. 8, 4. 1. Reg. 7, 49. 2. *Eccleſiæ*. V. Eccleſia ſuo loco & tutulo. Nam Zachar. 4, 2. geſtat lumen fidei veræ & vitæ ſinceræ. Matth. 5, 15. homines illuſtrat, Chriſtum monſtrat Eccleſia. 3. *Epiſcopalis Dignitatis*, Apocal. 2, 4. 5. quod candelabrum movetur abjecto inutili Epiſcopo, v. g. cum Eli Sacerdos, 1. Samuel. 3. & Judas, Pſalm. 109, 8. ab officio remoti eſſe leguntur. Conf. Jer. 26, 6.

CANDIDATI.

Qui olim fuerunt? Textor p. 620. Officin. ritus eorum deſcribit ex Livio & Blondo. Petebant honores Magiſtratus ſuffragiis populi, alba veſte induti, proſternebant ſe populo, fracto ac humili animo ſupplicantes. Cicero pro Planc. Vulnera aliquando, pro patria accepta, nudato corpore oſtendebant. In quod ambitionis vitium graviter invectus eſt Lucanus, ſcribens: Hinc rapti faſces pretio, ſectorque furoris ipſe ſui populus &c. Quantò ſanctiores æternitatis candidati, Chriſti candidâ veſte induti, Apoc. 7, 13. 14. capit. 19, 8. 9. Et Enoch & Elias jam pridem cœleſti civitate donati. Et Nos Angelorum dixit fore Candidatos Tertullianus libr. de oratione capit. 3. & hinc ad DEI laudes cantandas nos excitat d. l.

CANDOR. *Vid. Sinceritas.*

CANIS. V. *Miniſter.*

Canum *abjectio* Deuter. 23, 18. 2. Reg. 8, 18. *vitia* recenſet Camerarius part. 2. cap. 95. horar. ſubciſivar. *Elogia* d. l. cap. 94. ibid.

Fidelitatem. V. Gellium in N. A. Meiger. libr. 2. nucl. hiſtor. de Pyrrho Rege. Quidam canis occiſorem Domini ſui, latratu continuo ad diverſorium usque prodidit, teſte Blondo. Conf. Hondorff. part. 2. fol. 272.

Docilitatem commendat Lipſius in Epiſtol. experientia teſtantisſimam facit.

CANITIES. *V. Senium.*

Cani quibusdam maturi. Horat. lib. 1. Epiſtol. X. à pueritiâ. Plin. libr. 7. cap. 2. Nat. hiſtor. ex morbo. Ariſtot. 3. de animalibus capit. 11.

CANONISATIO. *V. Sancti.*

CANONICI.

De his ſcripſit Myræus 1640. form. 8. edito libello.

Origo Eorum. Chytræus in Metropoli Saxoniæ, de templis Cathedralibus ac monaſteriorum originibus egregiè diſſerit.

Horæ Canonicæ in ſacris literis eo fine nuſpiam fundatæ. Vid infrà Titulum CANO, num. XII.

C A N O.

Canticum, Cantus, Hymnus, Muſica, Pſallo, Celebro. Quid canticum?

Eſt Vox Cantantis in lætitiam. Iſidor. l. 6. cap. 19. de Originibus: numeroſa & modeſta laudatio, Clemens Alexandr. libr. 2. cap. 4. pædag.

Cantus multiplex. 1. *Angelicus*, Apoc. 8, 6. 7. 8. c. 9, 1. 13. c. 10, 7. c. 11, 15.

2. *Humanus*, isque vel puerorum, Matth. 11, 17. vel Adultorum, & hic rurſus vel eſt militaris, 1. Sam. 29, 5. vel Eccleſiaſticus, 1. Chron. 23, 5. Nehem. 12, 41. hypocriticus, Matth. 6, 2. Idololatricus, Exod. 32, 18.

Cantandum omninò eſſe Domino ſuadetur

(1) *A Præcepto* ejus, Coloſſ. 3, 16. Jacob. 5, 13. triſtatur aliquis veſtrum? oret æquo animo & pſallat, Pſ. 96, 1. 4.

(2) *Ab exemplo piorum* in V. & N. T. Mirjamæ, Exod. 15, 1. Davidis per totum Pſaltetium:

rium: Hiskiæ, Esa.38, 20. Christi, Marc.14,26. qui cum discipulis hymnum cecinit. Mariæ, Luc.1, 46. Simeonis, Luc.2.v. 29. Pauli, 1. Corinth. 14. v. 14. Gregorius Neocæsariensis totas noctes hymnis cantandis insumpsit. Gregorius Nazianzen. Orat. de S. Gregorio, s. Georgio.

(3) *A nostro debito & justo:* Debemus enim Deo laudes ob tot in Nos beneficia, Ps. 103,1. 2. Sir. 50,24.

Sedula igitur antiquitas fuit in decantandis manè & vesperi DEI laudibus, Epiphan. in Compend. doctr. Chrysostom. homil. 59. ad popul. Tertull. cap.2. & 39. Apologet. Hilar. in Psalm. 118. lit.B. Justinus Martyr Orat. ad Antonin. Clemens Alexandr. orat. ad Gentes, Cyprian. de Orat. Dominic.

(4) Ab *Exemplo totius Ecclesiæ*, cum Judaicæ, Sir. 44,5.6. 1.Chronic.6,31. tum Christianæ, 1.Corinth.14,26. Cum convenitis, unusquisque Psalmum habet. Justinus Apolog. 2. Dionys. capit. 3. 4. de cœlesti Hierarch. Augustin. l. 10. Confess. cap. 33. Epistol. 119, ca.18. Lactant. l. 6. cap.21. Institut. divin. Basil. in Psalm. 1. Idem Epist. 69. ad Neocæsariens. Eusebius l. 10. Historiæ cap.3,9. (5) *à minori ad majus.* Si omnes creaturæ DEI laudes cantant, quantò magis homo. (6) *ab imitatione Angelorum*, qui & ipsi DEI laudes concinunt, Esa. 6. Psal. 103, 20. Hinc Socrates libr. 6. cap. 8. commemorat, S. Ignatium visionem vidisse Angelorum, S. Trinitatem alternis vicibus collaudantium; atque hanc canendi formam Ecclesiæ Antiochenæ, cui præerat, tertius a Petro Apostolo Episcopus tradidisse. (7) *ab utili* & fructibus Canticorum. Vid. Tit. Effectus. (8) *à fine.* V. suo loco.

Efficiens Principalis

Canticorum spiritualium est Sp. Sanctus, mentem lætitiâ spirituali perfundens. Psalm. 51, 10. Dabis mihi gaudium & lætitiam. Coloss. 3, 16. In cordibus cantantes: at in his clamat Spiritus S. Rom. 8,15.

Huc spectant *Instrumenta Musica.* V. Buccina, Nablia, 1. Chronic. 15, 20. tympana, Judit. 16, 2. Cymbala, ibid. Organa quævis Musica: Cythara, 1. Chronic. 25. 1. Chronic. 29, 25. Et quamvis Augustinus conc. 1. in Psalm 32. & Justinus quæst. 107. Citharæ, aliorumque Instrumentorum usum rejicere videantur; id tamen hoc respectu accipiendum, quod ejusmodi instrumenta olim etiam ab Ethnicis adhibita sint in conviviis, theatris & sacrificiis: unde indignus eorum usus in Ecclesiâ Dei meritò visus est. Tempore v. Divi Thomæ nondum erant in usu Ecclesiæ illius instrumenta Musica (ut ex 2. 2. quæst. 91. art. 2. in solutione quarti argumenti colligi videtur.) Eorum tamen usum in aliis Ecclesiis longè antè receptum fuisse, testatur Prudentius in Apotheos. contr. Judæos:

Quicquid in ære cavo reboans tuba curva remugit,
Quicquid in arcano vomit ingens spiritus haustu,
Quicquid casta chelys, quicquid testudo resultat,
Organa disparibus calamis quod consona miscent,
Æmula pastorum quod reddunt vocibus antra,
Christum concelebret, Christum sonet, omnia Christum:
Muta etiam fidibus sanctis animata loquantur.

Autores hymnorum Ecclesiasticorum fuerunt pii viri: v. Ambros. Hilar. in Ps. 65. Vide Haymon. in c. 5. ad Ephes. Augustin. libr. 1. Retract. cap. 21. Ambros. Orat. in Auxent. Tom. 3. Epistolar. Histor. tripartit. Cassiodor. l. 5. cap. 32. *Flavianum* & *Theodorum* commemorat primos Musicæ Autores apud Antiochiam extitisse. *Nepotem* narrat Dionys. apud Eusebium l. 7. cap. 19. hist. Eccles. Basilius v. lib. de Spiritu S. cap. 27. & 29. tradit hymnum glorificationis (Gloria Patri & Filio & Spiritui S.) etiam à rusticis frequentatum fuisse. Confer G. Cassand. fol. 157. seq. Oper. Refert Holcoth. lect. 57. in lib. Sapient. Robertum Francorum Regem Antiphonas composuisse.

Et quidem Domino

Cantandum: hic enim adæquatum est objectum, laudis & gratiarum actionis, quia ab eo omnia bona profluunt, Jacob. 1, 17. Hinc illæ loquendi formulæ in Scripturis reperiuntur v. *Nomini tuo cantabo*, Rom. 15, 9. 2. Sam. 22, 50. Exod. 15, 1. Cantemus *Domino* & v. 21. 1. Chronic. 16, 9. 23. Psalm. 34. *Benedicam Domino omni tempore.* Psalm. 100, 1. *Jubilate Domino omnis terra &c.* itaque Sanctis defunctis ejusmodi laudes minimè debentur, sed soli Deo, qui solus adorandus est, Matt. 4, 10. Exaltabo Deum, 2. Sam. 22, 42. psallam Deo, v. 50. ibid. quia nobis benè facit, Psalm. 13, 7. Psalm. 103, 1. sequent. *cum gaudio*, 2. Chronic. 29. v. 30. in Instrumentis Musicis. V. Musica.

Modus Cantandi.

Ex toto corde cantandum. (1) Hinc toties David: Psallam Domino in corde meo. 1. Corinth 14, 14. cantandum spiritu & intelligentiâ. vers. 15. Psallam spiritu: psallam & mente, Ephes. 5, 19. conf. Psalm. 108. ut influant cantica auribus & mentibus, & lacrymæ effluant: Augustinus in Confess. testatur, sibi hoc accidisse. (2) *à proprio dilectionis*, ex qua fluit cantus: Ut ergo dilectio esse debet ex corde toto, Deuter. 6, 4. Sic quoque cantus. Vide Bernhard. sermon. 47. in Cantic. Cantic. (3) *à DEI omniscientia*, quâ corda intuetur, ne de nobis dicat Esa. 29, 13. populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè est à me. (4) *à Præcepto Pauli* Coloss. 3, 16. Cantantes in cordibus vestris Domino. Ephes. 5, 19. cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino (5) *è puro corde:* a simili. Si Corona ex puris floribus texenda sit, requiritur etiam pura manus: ita laudis coronam DEO oblaturi pura eam mente texamus, fas est. (6) *æquo animo*, h. e. pacato & sedato, Jacob. 5, 13. parato Psalm. 56, 8. paratum est cor meum. (7)

Gestibus piis & decentibus: quorum nomine Philo Essenos commendat, lib. de vit. contemplativâ §. ubi omnes consurrexere, &c.

In omni loco.

In templo Domini, 1. Chron. 25, 6. Ps. 121, 1. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, &c. Psal. 26, 6. 7. & Psal. 84, 1. 4. seq. *in domo privata:* Nam & in hâc verbum Dei tractandum, inculcandum, Deut. 6, 5. 6. 7. Cur non & cantandum, ut tuos quoque domesticos ædifices? *Quocunque in loco*, 1. Tim. 2, 8. D. Bernhardus:

Quocunque loco fuero,
Jesum meum desidero,
Quàm lætus si invenero,
Quàm felix si tenuero.

Sed fideli cantu Deum prensamus & tenemus.

Ne tamen *mulieres* unà cum viris in templis canerent, Synodus Antiochena cavit. Cæterùm olim à cantu clericorum populus, minimè exclusus fuit, ut colligere est ex præfat. Hieronymi in Epist. ad Galat.

Quando?

Psal. 34, 1. omni tempore. Ps. 63, 1. vespere & manè & meridie. Ps. 119, 164. septies in die laudem dixi tibi. Ibid. 155. mediâ nocte surgebam. Dan. 6, 10. tribus temporibus in die genua flectebat Propheta. Sir. 47, 12. ad vigilandum diluculo. Noctu quoque Christianos olim convenisse ad cantandum Domino, præter Autores Ecclesiasticos, Lucian. in Philopatr. & Plinius libr. 10. Epist. 97. tempore Trajani Cæsaris, testantur.

De Rebus Sacris.

Nempe 1. de Operibus Dei, ejusque idiomatibus v. de gratia & justitia Dei, Ps. 89, 1. 2 & 96. de liberatione è manibus inimicorum, Exod. 15, 1. Jud. 5, 1. 1. Sam. 18, 6. Ps. 13, 6. 2. Chron. 29. Ps. 136. per tot. potatione in deserto, Num. 21, 17. Sic & nos cantemus Domino pro potu spirituali sanguinis filii Dei, Joh. 6. Super holocaustis olim tubis canebatur, Num. 10, 10. templum ingressus cor totum offeras Deo in holocaustum, & lætitia spiritus plenus canta Domino: Exultet spiritus meus in Deo salutari meo, Luc. 1, 47.

Hymnum cecinit Christus Marc. 14, 26. Putant fuisse sex intermedios inter 112. & 119. Psalmos. Paulus Burgens. in Ps. 113. juxta Hebræos. Alii putant incipere hos Psalmos inde à 3. Psalmo.

Non de spurcis & impudicis rebus. Clemens Alexandr. lib. 2. c. 4. pædagog. Non de *falsis & fictis.* At Cantica, quæ falsa continent, lecta olim & decantata apud Pontificios, queritur Cl. Espensæus in 2. Tim. 4. Digr. 2. ex Petro Cluniac. Volaterrano l. 16. Anthropol. Lindan. de optimo genere interpret. M. Cano l. 12. cap. 5. Loc. Comm.

Magistratus quoque ordinet

Cantica. Exemplo Davidis, Sir. 47, 9. 10. 1. Chronic. 17, 4. cap. 25, 1. 2. Chron. 29, 25. cap. 35, 14. 15. Ecclesiæ Judaicæ veteris, in quâ decem cantica solennia recitarunt: è veteri comment. Mechilta, recenset Masius in Jos. 10. fol. 185. *Et Levitæ*: Sicut olim in V. T. suas in cantibus ordinandis partes habebant: sic hodienum Ministri verbi cantus rationem habeant solicitam, ut ad ædificationem dirigatur. Neque præficiat ineptissimos rei Musicæ, qui aures Ecclesiæ obtundant & attentionem perturbent: Vide sententiam Hieronymi dist. 92. c. Cantantes. Audiant hæc (inquit) adolescentuli, audiant ii, quibus psallendi officium in Ecclesia est, Deo non voce, sed corde cantandum esse: nec in tragœdorum modum guttur & fauces dulci modulamine leniendæ sunt, ut in Ecclesia theatrales moduli audiantur & Cantica, &c. Hæc ille.

Eximii verò Canticorum *effectus*, sunt, & operationes 1. Ex parte Diaboli: ejus fugatio. 1. Sam. 19, 23. David fidibus canente Satan Saule expellitur: ita quoties pii & fideles cantant, Satan spiritualiter ejicitur mentibus hominum, & tristitia Spiritus dispellitur. 2. Ex parte nostri & aliorum (1) *animæ exhilaratio.* Ea fit, si in corde Domino psallamus, Colosf. 3, 16. & Domini laudes magnificiamus, & nos ædificemus. Basil. in Ps. 1. Oecumen. in 5. Jacobi v. 13. omnium pulcherrimè Chrysostomus in Psal. 41. hunc fructum Musicæ declarat. Locus prolixus est, quem non exscribo. (2) *Ejusdem commotio*, tum in Nobis, tum in aliis. Augustin. libr. 9. c. 6. Confess. Quantum, ait, flevi in hymnis & Canticis tuis svave sonantis Ecclesiæ &c. Confer ibid. libr. 10. c. 33. Basil. Præfat. in Psalmos (3) *Aliorum ædificatio*, Col. 3, 16. adhortantes vos ipsos: Sic D. Augustinus audiens cantus in Ecclesia Mediolanensi multum flevit, Aug. l. 9. c. 6. 7. Confess. Psalm. 33. magnificate Dominum meum, exaltemus nomen ejus. Hinc olim pii etiam infantibus vocem *Alleluja* (laudate Dominum) instillabant, si Hieronymo credimus, Epist. 7. ad Lætam. (4) *Veritatis instillatio.* August. l. d. Eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex eâ æstuabat, inde affectus pietatis & currebant lacrymæ, & bene mihi erat in eis. Basil. in Ps. 1. ut divinorum eloquiorum veritas in animos nostros irreperet. (5) *Devotionis excitatio.* Raban. de Instit. Cleric. c. 76. (6) *Mœroris spiritualis depulsio.* In Ecclesia Mediolanensi olim cantus renovatus est ad depellendum mœrorem, quem ex hæresi Ariana, longè grassante, Christiani conceperant. August. l. 9. c. 7. Confess. (7) Et *Affectuum correctio.* Chrysostom. in Ps. 118. §. Cælestia v. Cantica. Justin. Martyr q. 107. §. Excitat hæc Cantio cum quâdam voluptate animum &c. Philo de Victim. offer. Nicephorus lib. 3. cap. 37. narrat de Judæo cum Christianis cantante & converso, ac mox arenâ, post aquâ baptisato. Baron. Tom. 2. fol. 254.

Finis insuper

I. Canticorum I. Fidei confessio. Hinc olim Christiani, Julianum contemnentes, altâ voce Psalmos cantabant. Ruffin. libr. 10. cap. 35. 36. Theodoret. libr. 3. cap. 17. Justin. Eccle-

Ecclesiastic. Tripart. libr. 6. capit. 36. Et Paulus Samosatenus hymnos in Christi laudem compositos detestabatur. Euseb. libr. 7. cap. 26. Idem fecerunt Ariani. Ambrosius l. 5. Epistol. Oration. contra Auxentium. Cantum quoque improbavit quidam Hilarius, tempore Augustini, qui illum etiam confutavit libr. 2. c. 11. Retractat.

II. Servitii nostri alacris professio. Psalm. 19. cantabiles mihi erant omnes justificationes tuæ.

III. Passionum animi Castigatio. Augustin. init. Psalmi. Psalterium est communis quidam divinæ doctrinæ thesaurus & universis animæ Passionibus, quæ humanas animas variè angunt, subvenit. Psalmus signifer est pacis, spirituale thymiama, exercitium cœlestium, luxum reprimit, sobrietatem suggerit, lachrymas movet &c.

Ornanda quoque vitæ pietate.

Non sufficit voce DEUM laudare, si vita eum vituperes, ne sis assimilis Ei, de quo Psaltes ait, Psalm. 50. vers. 17. 18. Quare tu enarras justitias meas (cur cantas in templo, &c.) & assumis testamentum meum per os tuum? tu vero odisti disciplinam & projecisti sermones meos: si videbas furem, currebas cum eo. Ne in luctum cantica vertantur, Amos 8. vers. 3. capit 5, 28. capit. 6, 6. & à Domino respuantur. Ibidem. Allegoric. Apocal. 14. vers. 2. 3. Qui cantabant canticum novum, agnum sequebantur: Sequere & Tu agnum DEI, Johan. 1, 29. imitare hujus agni justitiam, humilitatem, Matth. 11, 29. & mansuetudinem, & tum demum canta & rectè cantabis canticum novum, ipse novus & nova Creatura in Christo, Galat. 6. vers. 15. 2. Corinth. 5. vers. 17. Referamus huc versus S. Augustino adscriptos:

Non Vox, sed votum, non chordula Musica, sed Cor:
Non clamans, sed amans, cantat in aure DEI.

In templo sint modesti Cantus,

Et qui ad ædificationem faciant. Taxat hic abusum Clericorum, qui sint inventores novitatum, qui in officiis, omissis Antiphonis, sive cantu Gregoriano, ut placeant populo, cantant Diaboli cantica, in quibus sunt omnia vana, mundana & lasciva, & gloriantur in tali cantu artificioso & modulato. Contra quos est C. cum autem &c. Cantantes dist. 92. Et ibid. in C. in Sancta. Paulus Wahn, sermon. 6. de jactantia p. 159. Tom. 1. Panarii. De eodem monet Hieronymus in Eph. 5, 19. Audiant hi, quibus psallendi officium est in Ecclesia, Deo non voce, sed corde cantandum, &c. D. Bernhard. cap. 60. in floribus. Dum Cantor mulcet populum vocibus, DEUM irritat pravis moribus. Hæc ille. Quamvis sit aliquis, ut illi solent vocare, κακόφωνος, si bona opera habuerit, dulcis apud Deum Cantor est. Sic cantet servus Christi, ut non vox canentis, sed verba placeant, quæ leguntur, ut spiritus malus, qui erat in Saule, ejiciatur ab his, qui similiter possidentur. Hæc Hieronym. Confer Plutarchum lib. de Musica.

Quando olim adhibitus Cantus?

Tertullianus notat, à Cœna adhibitum fuisse apud Christianos Apol. cap. 39. post (ait) aquam manualem & lumina, ut quisque de Scripturis Sanctis, vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere, hinc probatur, quomodo biberit. Idem libr. 2. cap. 9. ad uxor. Non muta benedictio: sonant inter duos Psalmi. Ejusdem commatis est, quod veterum convivia sobria fuerint, & cantu modesto ornata. Cyprianus ad Donat. §. Ne sit vel hora Convivii, &c.

Obscœna Cantica vitanda.

1. A Turpi. Turpis est hæc lætitia, censente Augustino Tom. 8. colum. 93. lit. a.b. exposit. ead. in Psalm. 118, 2. ab abusu Linguæ, instrumenti à DEO concessi. 3. ab offendiculo & scandalo, quod ex ejusmodi scandalosis cantibus nascitur. Syrach. 9, 4. cum saltatrice non sis assiduus, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. Exemplo sit Herodias Marc. 6, 22. 4. ab incommodo. Simile Chrysostom. homil. 38. in Matth. alii dicunt in Psalm. 118. Sicut sordes & limus aures corporis obstruere solet, ne audiant: sic meretricii cantus, fabulæ hujus seculi, aures mentis solent obstruere, atque immundas facere. Stercus & limus valde tenax sunt ejusmodi Cantica. Exemplum: Herodes his cantibus dementatus caput præscidit Johanni insontissimo Marc. 6. *cantica, quæ falsa* continent, non cantanda.

In Romana Ecclesia ejusmodi esse, queritur Espens. in 2. ad Timoth. 4. Digress. 2. ex Petro Cluniac. Lindan. lib. 3. cap. 3. de optimo genere Interpretandi. Melchior Canus lib. 11. c. 5. L. comm.

Non ad Saltum composita. Vide Bellarm. libr. de bonis Operib. cap. 17. Erasm. de amabili concordia.

Non ab Ebriis *cantanda*, cum hi dent sine mente sonum.

Neque temerè excogitanda & Ecclesiæ DEI obtrudenda: sicut olim Arius ad Sotadis numeros cantica composuit, taxatus ideo ab Athanasio orat. 2. contr. Arianos. Theodoret. libr. 4. hæret. fabular. Paulus Samosatenus idem fecit, teste Synodo Antiochena. Et Apollinaris Laodicenus hæresiarcha. Syn. Laodicen. cap. 59.

Cantica in planctum vertit DEUS Amos 8, 8. 10. & 3. Tob. 2, 6. Sic obsessa Jerusalem in festo Paschæ, orto dissidio inter Zelotas & reliquos cantus Paschalis in planctum versus. Joseph.

Diluitur Cavillum duplex.

Primum est *Greg. de Valentia* Tom. 3. disp. in Thom. disp. 6. qu. 2. de Orat. punct. X. qui ait, Lutherum rejicere horas Canonicas. R. absolutè non rejicit Lutherus horas illas libr. de form. missandi: sed relate, quatenus hypocrisi maculatæ erant. Cætera, quæ in Canonicis ipsis desideremus, fusiùs expressa sunt a D. Chemnit. p. 2. Exam. p. 397. pluribusque aliis, etiam Pontificiis scriptorib. Vid. Demonstrat. Quod Rom. Ecclesia non sit sancta, in Indice V. Canonic. M. Frider. Petri Tract. de Canon.

Secundum est *Petri à Soto* lib. 10. de justitia & Jure q. 5. art. 2. qui ait, nos ridere Pontificios, quod vocibus in Templo Deo obstrepant. R. absit, ut rideamus; nam & nos ipsi Deo obstrepimus precibus cantibusque nostris: inanem garritum & boatus eorum, qui dant sonum sine mente, meritò vituperamus, tanquam eos, qui ore Deo appropinquant, cor autem eorum longe est ab eodem.

CANON.

Vox variæ significationis. Notat (1) sacram scripturam. 2. Mensuram Architectonicam. 3. Prædicationem Apostolicam. 4. Proventus Ecclesiasticos & sacros. 5. Constitutiones Ecclesiasticas & regulas circa mores Clericorum. Hi *Canones* erant *olim severi & stricti*: sed RomaniPontifices eos labentibus seculis laxarunt, habenis missis omni vitiorum generi. Patet præprimis e Martino Pœnitentiario; Is agens de rigidis contra fornicatores Clericos canonibus, inquit: *Ecclesia Canones hujusmodi multos exsufflavit, qui onerosi sunt.* Et dist. 81. additur Causa, quia *corpora hodie sint fragiliora.* dist. 34. Pelagius Papa defectus nostri temporis dist rictionis illius non patitur censuram manere (vixit hic Pelagius anno Chr. 555.) Vide Anton. Corset. in suis singularib. V. fornicatio. Inde hoc malum scortationis Ecclesiam inundavit: inde paulatim Ecclesia degeneravit, & a priscâ fide, & morum sanctimonia. Paulò post insecuta Monasteria duplicia, quæ ex viris & fœminis permixtis coaluerunt. C. Pervenit. C. Definimus 18. q. 2. quæ Gregorius M. tollere non potuit, etsi conatus sit, illi v. scortationi simplici Paulus Aliaza Doctor Canonicus severissime contradixit. V. Infra verbum DEI.

CANONISATIO.

I. *Heroum* Ethnicor. erat divinitatis collatio. DioCassius l. 56. Herod. l. 4. Julius Capitolin. in vita D. Antonini c. 13. Tacit. l. 1. c. 54.

Cantica in eorum honorem cantari solita à Flamine & sodalibus, d. l. Tacitus. abrogata à Constantino M.

II. *Sanctorum.* V. *Sancti.*

CAPILLI.

I. Dispersi notant populi dissipationem & pœnam, Ezech. 5. v. 1. II. Monent de Providentia Dei. Matt. 10. numerati sunt. III. de multitudine peccatorum, Ps. 40.

IV. Testabantur rasi de insigni luctu, Jer. 7, 29.

CAPPADOCIA.

Regio Asiæ, cincta Armenia ob ortu, Act. 2. 1. Pet. 1. occasu Paphlagoniâ, a meridie Cilicia, a septentrione Ponto Euxino.

CAPUT.

I. Ecclesiæ Christus. V. Christus. Ecclesia.
II. Maritus caput mulieris. V. Mulier. Maritus.
III. Volucris caput non defringendum, Lev. 1, 17.
IV. *motio* capitis est vel commiserantis, ut Job. 16, 4. Jerem. 18, 16. Sir. 13, 9. vel ludificantis, ut Thren. 1, 15. 2. Reg. 19, 21. Ps. 22, 8. & 109, 25. Matth. 27, 39.
V. *Opertio* est lugentis, Jer. 14. 2. Sa. 15, 30. c. 19.
VI. Rasio & conspersio pulvere facta, 1. Sam. 3. c. 15, 32.

CARBO. *V. Charitas erga inimicum.*
Item: Vindicta.

Rom. 12. notare censetur (1) IramDei, Ps. 109, 5. 6. ex opposit. Prov. 25, 22. 1. Sam. 25, 18. 19. 20. c. 26, 17. Ezech. 10, 1. (2) Lutherus conscientiam inimici beneficentiâ convictam & in sui accusationem conversam. In Postillis Eccles.

CATENA.

1. *Levitica.* Pars ornamenti Sacerdotalis, Exod. 28, 22 c. 39, 17. charitatis, quæ nos invicem ligare debet, moneta. Coloss. 3. Vinculum perfectionis.

2. *Tyrannica*, quâ olim Israelitæ in Ægypto erant suppressi, Lev. 26, 13. Esa. 58, 16. *Jugum vestrum confregi. 3 subdola catena*, quâ vinctus est Simson, Jud. 16, 21. Insidiosæ voluptatis figura. 4. *Captivitas*, 2 Reg. 28, 7. 1. Chron. 13, 11. c. 36, 6. Ez. 19, 4. V. Captivitas. 5. *Imperitationis Monarchicæ.* Hanc Catenam dedit olim Deus Nebucadnesari, Jer. 27, 2. Fac tibi jugum. 6. *Satanicæ obsessionis*, Marc. 5, 3. 4. Luc. 8, 29. quæ nos docet Satanæ Tyrannidem. 7. *Martyrii.* His catenis Petrus fuit vinctus Act. 12, 6. 7. Paulus c. 21, 33. c. 28, 20. Eph. 6, 20. 2. Tim. 1, 16. 8. *Diaboli cohibitionis*, Apoc. 20, 1.

Solatium pro Captivis.

Solatio ipsis esse debet

1. Christi captivitas in passione.
2. Præsentia Christi etiam in carcere. Sic Paulo, Petro adfuit.
3. Liberatio è Carcere hujus vitæ: quæ certò imminet, Luc. 21. 2. Tim. 4.

Officia nostra.

Visitare debemus captivos, Matth 25. Cypr. Epist. 60. Baron. Tom. 2. fol. 518. n. 15. 20. Annal. pro eorum constantia Deum rogare. Id patet è Litaniis veterum.

CAPTIVITAS.

Captivus, Vincula, capior, carcer, funis. §. 1
Multiplex:

I. DEI, quia ille malos capit debitis suppliciis mactandos, Eccl. 9, 12. Sicut pisces &c. Pashur indignè vexans Jeremiam captivitatis pœna castigatur, Jer. 20, 6. Sic infinita Judæorum multitudo Solymis capta est & occisa in expugnatione &c. Ez. 12, 13. expandam rete meum super vos. Huc spectat captivitas Magistratus. V. Bellum, Num. XIV. Capit idem Deus nos omnes sub lege sua, Rom. 11, 32. Gal. 3, 10. omnes hic captivi & debitores sumus, Matth. 18, 24. X. Talentorum. Horsum etiam captivitatem bellicam referimus, de qua supr. Tit. *Bellum.*

II *Christi* Captivitas. V. Christus. In Domino, id est, ob Dominum, Ephes. 3.

III. *Carnis* Captivitas, Roman. 7, 24. 25. Vid. *CONCUPISCENTIA.*

IV. *Peccati*, quando Peccatum capit Peccatorem tandem. Proverb. 5, 22. *Iniquitates suæ capient impium & funibus peccatorum suorum constringetur*, h. e. cum peccatum profert fructus suos, nempe supplicia & omnia mala. Psalm. 40, 16. *Comprehenderunt me iniquitates meæ &c.* Simile: Leo, serpens, lædit & capit hominem; sic quoque peccatum tandem hominem capit, Sir. 21, 1. 2. 3. 4. Peccatum instar canis morosi est, qui semper cubat ad fores cordis, Genes. 4. Sic incredulitas illa omnium peccatorum Mater tandem homines capit, ut capti cadant. Esa. 8, 15. cadent & vincientur &c. Vid. Tit. Peccatum §. Effectus Peccati.

§. 2 V. *Mundi*, cujus captivitatis tres sunt funes. Primus, Pompositas vel superbia (1. Johann. 2, 15. 16.) hâc vinctus fuit Absalom, 2. Samuel. 15. Secundus Avaritia: hâc dives ille Luc. 12. Tertius, vita Voluptuosa: hâc superatus est Epulo Luc. 16. & divites 1. Timoth. 6. vers. 9. 10 Simile: Igitur, ut tres viri in Camino Babylonico capti & probati sunt, Daniel. 3. vers 21. Sic quoque in hoc mundo pii quique probantur igni triplici hujus mundi. Hic Carcer est Babylon, ad cujus aquas sedemus, Psalm. 137. tribulationes sentimus, Matth. 24. Peccato vexamur, Roman. 7. temporibus malis affligimur, Luc. 21. 2. Tim. 3.

VI. *Martyrii*, quæ captivitas contigit Prophetis, Jerem. 38. vers. 28. Josepho, Genes. 39. vers. 20. Psalm. 105, 18. Danieli, cap. 6, 16. Et Apostolis D. Paulo, Ephes. 4. vers. 1. qui se vocat vinctum in Domino, h. e. propter Dominum, ob ejus verbum & gloriam. Oritur verò in illo carcere lux, sicut olim factum est Martyribus Africanis, apud Baron. Tom. 2. fol. 618. n. 25. 26. 30.

§. 3 Illa v. Apostolorum vincula sunt I. *Evangelii* ab ipsis eisdem prædicati *sigilla* & apologia, Philipp. 1, 12. Chrysostom. homil V. de patientiâ Jobi, Tom. 1. Oper. II. *Amoris veri Indicia:* ex amore enim erga Christum vincula ejusmodi sustinuerunt, Actorum 20, 24. capit. 21, 13. Apocal. 12. vers. 11. non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Johan. 15. vers. 14. nemo habet majorem dilectionem, quàm si animam suam ponat pro amicis. Roman. 8. v. 37. Vincimus in his omnibus ob eum, qui dilexit nos.

III. *Constantiæ Apostolicæ insignia*, neque enim verbum prædicatum abjecerunt, sed defensarunt usque ad mortem: Ex quo alii deinde solidati sunt & provocati ad firmitatem, Cyprian. Epistol. 6. libr. 2. 2. Timoth. 2. vers. 9. Vide Chrysostom. in hunc locum Pauli.

IV. *Evangelii propagandi*, ut & nominis divini, *media*, Philipp. 1, 12. 13. Jerem. 12, 16. 17. Ex carceribus & vinculis Apostolorum aucta est fortitudo auditorum & discipulorum. Simile: Nam sicut radii solares nullo loco constringuntur; Sic quoque Apostoli carceri inclusi nihilominus tamen lucem Verbi Divini à Sole Christo accensam longè lateque sparserunt, & in ipso carcere homines ad Christum converterunt, Actor. 16, 30. 2. Timoth. 2. *verbum DEI non est ligatum*, v. 9. Vide eleganter Chrysost. in h. l.

V. *Gloriosa ornamenta.* Gloria hæc vel est *hujus vitæ:* quando crevit pugna & simul crevit gloria. Cyprianus libr. 2. Epistol. 6. §. Exulto lætus & gratulor &c. ab init. Et mors martyrum in conspectu DEI gloriosa fuit: ibidem Cyprianus d. l. Et pii non secus ac oves ad lanienam ducti sunt, Roman. 8. vers. 36. agni cœlestis Christi Esa. 53. vers. 7. exemplum secuti. *Vel alterius vitæ.* Sic Babylas Episcopus Antiochen. unà cum catenis voluit sepeliri, ut his gloriosus olim resurgeret. Cyprianus Epistol. 25. l. 3. ô pedes feliciter vincti, qui non à fabro, sed à Christo solvuntur. O pedes feliciter vincti, qui itineri salutari ad paradisum diriguntur, &c. pulcherrima ibi leges ap. Cyprianum. *Vel Ecclesiæ ipsius*, cujus gloria antea in operibus fratrum candida, nunc facta est in martyrum cruore purpurea, Cyprianus Epistol. 6. l. 2. sub fin. ferè. Sed de horum vinculorum laudibus & præstantiâ plura lecturus adeat disertissimum Chrysost. Tom. 4. oper. Edit. Paris. homil. 8. in Epist. ad Ephes. & homil. 9. ibid. & Tom. 1. homil. de patientia f. 143. lit. L.

VI. *Salutis Electorum promovendæ adminicula.* 2. Timoth. 2. vers. 9. 10. Laboro usque §. 4 ad vincula, quasi malè operans, sed verbum DEI non est alligatum. Ideò omnia sustineo propter Electos, ut & ipsi salutem consequantur. Hæc D. Paulus.

VII. *Victoriæ documenta.* Ut enim tres pueri in Caminum Babylonicum conjecti, absoluti sunt tandem & camino emigrare jussi, Dan. 3. Sic quoque Apostoli aliquando innocentes agniti à vinculis exire jussi sunt, agnitâ illorum innocentiâ.

VIII. *Patientiæ Christianæ incentiva.* Vincula tulerunt Sancti, tulerunt carceres; & tu nil pro Christo vis pati?

IX. *Exercitia spei.* Cyprianus Epistol. 81. Christi præsentiam & futuram gloriam Romanorum 8. martyribus proponit considerandas. X. Esai. 22, 1. *Indicia* iræ divinæ.

CAPTIVORUM PATRONUS

§. 1

In Papatu Leonhardus fuit olim. Is nobili genere ortus, Religionem (ut vocant) ingressus, abjectâ vitâ aulicâ, petiit à Rege Ludovico, ut quoties ipse, aut posteri ejus Romam præterirent, omnes

incarce-

incarcerati vinculis liberarentur. Inde in superstitionem abiit, ut carceribus emancipati Leonhardum, ceu Patronum, invocarent: Historia circa Annum 508. contigit. Divus Paulus Laurent. in Pass. Domini Concion. XXII.

Causa captivitatis peccata hominum, cum hi DEUM derelinquunt, Jerem. 5, 19. Levit. 26, 41. capit. 28. vers. 36. 41. 45. 64. 68. Jerem. 15. vers. 14. capit. 16. vers. 12. cap. 17. vers. 4. Amos. 6, 6. 7. ebrietati vacant, Esa. 5, 12. 13. seq. Idololatræ sunt, 2. Reg. 25. Domino non adhærent, Jerem. 5, 10. 11. Impiè vivunt, Jerem. 5, 10. 11.

Qui captiventur? Hi, de quibus ante dictum: Magni quoque Viri ac Domini, part. 1. histor. horar. Didaci Apolephtæ p. 274. in S. Bibliis.

Captivitas etiam pœna est persecutorum Ministerii, Jer. 20, 6. Pashur. Idololatrarum, 2. Chronic. 33, 2.

Quomodo redempti? ære ac pecuniâ, Cyprian. Epist. 60. Aureâ catenâ Fridericus Cæsar filium liberare voluit. Solatia: DEUS etiam audit captivorum preces, Psalm. 107, 14. & 146.

§. 3 *Carcer multiplex.*

(1) *Obedientiæ.* Lex enim nos velut carcere conclusit obedientiæ, V. Promptuar. Allegor. cap. de Lege. (2) *Innocentiæ.* Sic Joseph, Prophetæ, & Apostoli in carcere fuerunt. Ut Rex Babylonis sublevavit caput Jojakim de carcere, 2. Reg. 25. vers. 27. Sic innocentes tandem DEUS è carcere liberat: clament solùm cum Davide Psalm. 142. v. ult. Libera animam meam &c. (3) *Corporis nostri*, in quo anima conclusa ad DEUM suspirat, Ps. 42, 2. & 63, 2. tenebris circumsepta densissimis. (4) *Peccati* & *Satanæ*, in quo peccator detinetur, 2. Timoth. 2. vers. ultim. & per malam consuetudinem peccandi incarceratur. V. Consuetudo. Liberatur verò ex hoc carcere per Christum & veram in illum fidem. Actorum 12, 8. Petrus è carcere liberatus ab Angelo. (5) *Tribulationis Inimicorum.* Hi enim nos in mundi carcere clausos habent. Psalm. 148, 10. Educ è Carcere animam. In eo solatur DEUS Johannem, Matth. 11. & Paulum, 2. Timoth. 4. (6) *Damnationis* Diabolorum: de quo Scriptura Matth. 5. vers. 25. Luc. 12. vers. 58. (7) Carcerem *Purgatorii* non admittimus, quippe à Scripturâ non revelatum, & toties explosum à Nostratibus. (8) Carcer *Johannis* in arce Macherunt, descriptus à Josepho, libr. de bell. Judaico. (9) *Carcer Mundi.* Similis carceri Persarum, qui dicebatur Lethe, hoc est, oblivio. V. Vitam Johannis Eleemosynarii. Procop. lib. 1. de bello Persico. Paulum Diacon. lib. 17. Histor.

§. 4 *Funis. Vinculum.*

Est *funis* 1. *Colligationis.* V. Charitas, Humilitas. His enim funibus homines inter se colligantur. 2. funis *Amicitiæ dilectionis*, quo invicem jungimur, & fortius stringimur, validè unimur, firmiter trahimur. Vid. 1. Samuel. 19. Davidis & Jonathanis exemplo. 3. *Attractionis.* Cum DEUS nos funibus dilectionis ad se trahit, Oseæ. 11. vers. 4. In funiculis Adam traham eos, Jerem. 31. vers. 3. Traxi te miserans. Lapis enim & ferrum sumus, tracti à Domino, Johan. 6. vers. 44. trahimur, & motu Spiritus Sancti in Deum tendimus. 4. *Inferni funes*, Psal. 18, 6. & mortis, quibus tentati suspenduntur, (aliàs vocantur etiam laquei) & extenduntur. 5. *Malarum Cupiditatum & peccati*, 2. Timoth. 2. vers. ultim. 1. Timoth. 6. vers. 17. Proverb. 5. vers. 22. Iniquitates suæ capient impium. Ergo impietas suos habet funes, quibus trahit impios in vitium & supplicium. 6. *Mundi* funes tres sunt: 1. Honor, 2. Opes, 3. Voluptates. Vide suis Titulis. His funibus suos implicat Delila mundi Amasios. Esai. 5. vers. 18. Væ, qui trahitis funiculis impietatis! 7. Funes *Mortis*, Psalm. 18. vers. 6. & *peccatorum*, hoc est, persequentium DEI verbum, Psal. 119, 61. Vid. plura Titul. Vinculum.

CARDINALIS.

Symmystæ & Parochi Romæ (qui vulgò Curati dicuntur) hunc sibi tandem honorem rapuerunt, & exclusis Principibus & Clero potestatem Papæ eligendi sibi sumpserunt. Nicol. Machiav. libr. 2. histor. Florentin. Molin. in Senatus-consult. Franc. pag. 258.

Officia Cardinalium recenset Busæus p. 24. de Statibus homin. Horum ordo an immediate à Christo institutus sit? non convenit inter Pontificios Dd. Vide Francisc. Amicum Tom. 8. Curs. Disp. XXII.

Galeris rubeis primùm ornari jussi sunt ab Innocentio IV. anno 1247. ad imitationem Ethnicorum Principum purpura indutorum.

Vocantur etiam *Chorepiscopi*, Presbyteri, Cardinales, quod in Consistorio Romano potissima pars sint. Olim v. erat differentia inter Chorepiscopum, qui vicis, pagis, oppidis; & Episcopum, qui insigniori Urbi præfectus, solus exercendarum ceremoniarum jus habebat. d. 68. C. Ecclesiis, & C. Quamvis. Posteà abolitum est nomen ac sublatum, substituto in ejus locum nomine CURATI. Is enim dicitur CURATUS, qui vico aut pago præest. Quomodo eripiant homicidas, v. supra Asylum. Cætera eorum vitia acriter perstringit Nicol. Clemanges capit. 10. 11. 12. de corrupto Ecclesiæ statu. Canus l. 8. cap. 7. optat Theologos gravissimo Tribunali committi. Espensæus Christo gratias agit, quod Cardinalis non sit factus, quod nesciat mentiri. in Epist. ante sext. tract. ad Cardinal. Castilion. p. 12.

CARITAS Annonæ. *V. Fames.*

C A R O.

Ambigua vox: significat 1. *homines*, Gen. 6. omnis caro, Psalm. 65, 3. & 78, 39. Esa. 40, 5. & alibi. 2. *Substantiam carneam*, Genes. 2, 21. Ex. 4, 7. vel totum corpus, Ex. 29, 14. Levit. 19, 18. 1. Samuel. 17, 44. 3. Totam Naturam humanam Gal. 1, 16. corruptam. 4. humanitatem Christi, Joh. 1, 14. Act. 2, 30.

5. Non notat Sensum Scripturæ literalem, ut vult Hieronym. in Gal. 1, 17.

CARNALIS ex toto is est, qui carni obtemperat, atque ea, quæ carnis sunt, quærit. De Carnalibus in Ecclesia queritur Augustinus Tom. 10. col. 1549. a. b.

Carnalis ex parte, qui regeneratus quidem, attamen carnis infirmitati est subjectus. *In Carne esse*, quid sit, explicatur Rom. 7, 5. *Carnalis, carnale desiderium. V. Concupiscentia. Carnis interitus. V. Excommunicatio. Carnis & spiritus lucta. V. concupiscentia.*

CASTIGATIO. V. *Flagellatio. Tribulatio. Admonitio.*

Moderata est quæ à DEO venit, Jerem. 10, 24. c. 30, 11. cap. 31, 18. cap. 46. ultim. Psal. 118. *paterna* est, Hebr. 12. immissa eô fine, ut pereat fiducia nostri, & crescat fides. Luther. in c. 27. Esaiæ in margine. Castigatio corporis. V. Concupiscentia. DEI vid. Tribulatio.

CASTITAS.

Variè dicitur.

§. 1 1. Castitas *in moribus*. V. Modestia.

2. Castitas *in animo*. Grammatici castum vocant omnis Veneris expertem, pudicum, qui legitimô solùm amore usus est. Promiscuus tamen est horum terminorum apud Theologos usus. 3. Aliàs dicitur luxuriæ opposita hæc virtus etiam Castimonia, virginitas, Continentia. Est v. Virginitas *cordis* nihil aliud, quàm fides. Gloss. super 2. Cor. 11. *Despondi vos uni Viro. Corporis* est ab omni libidine & actu libidinoso immunitas.

Quid sit? Est temperantia affectus & actus Venereos cohibens intra mediocritatis terminos: sive inordinatos vitiosæ libidinis appetitus. Castitas Ecclesiasticorum apud Gerson. p. 2. oper. fol. 39.

Causæ.

Efficiens principalis est spiritus S. Gal. 5, 23. recensetur inter fructus Spiritûs. Hic enim verbum & præceptum DEI tabulis carneis cordis nostri inscribit, Jerem. 33. mentem & voluntatem movet, ut affectus refrænet, neque delectetur, multò minus consentiat homo regenitus pravis libidinibus. Exemplo est Joseph: in eo Spiritus S. habitabat: Spiritus spurcitiei eundem lacessebat, mens DEI verbum meditabatur, ut à vanitate oculos averteret.

Augustinus pulchrè lib. X. Confess. cap. 19. *Continentiam* (ait) *jubes; da quod jubes, & jube, quod vis.*

§. 2 Adjuvantes Causæ & procreantes castitatem sunt (suo tamen modo) 1. *omnis occasionis vitatio*, sive in congressu sive colloquio miscendo cum hominibus non castis, Proverb. 6, 24. 25. Syr. 19, 3. ne nos dementent. Tentavit hoc uxor Potipharis, Genes. 39. sive in habitu & vestibus, Num. 25. Mulieres Moabitarum sine dubio se ornaverant cum Israelitis convivantes. 1. Tim. 2, 9. non intortis crinibus. 2. *omnium gestuum impudicorum aversatio*, & cantionum amatoriarum. Proverb. 6, 25. non capi oculis & palpebris impudicarum monet S. Spiritus. Itaque fugienda hic sunt Conspectus, familiaritas lascivientium hominum. 3. *Temperantia & jejunium.* 2. Corinth. 6, 6. in jejunio, in castitate. Certè ex nimia panis saturitate crevit Sodomitarum luxuries, Ezech. 16, 49. Inter epulas difficilè servatur pudicitia. Hieronym. Horsum spectat *à generosis vinis abstinere.* Loth inebriatus incestum geminum committit, Genes. 19, 33. sequent. Proverb. 20, 1. Luxuriosa res est vinum, nempe immodicè ingestum. *Cibos calidiores vitare:* qui Venerem stimulant atque accendunt. *Excessus in potu & cibo fugere.* Hieronym. Plenus venter despumat in libidinem. 4. *Otii & lusus vitatio*, & bonorum exercitiorum tractatio contrà. Vide Sir. 43, 12. caput 9, 3. 4. 5. 6. Vis audire Ethnicos?

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus:
Contemptaque jacent & sine luce faces.

Item:

Quæritur Ægysthus, quare sit factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat.

5. *Mala Societas & consultatio.* Sic Jonadab 2. Sam. 13. Ammoni consilium stupri suggessit. Huc spectant vetulæ aliæque mulierculæ rerum turpium curatrices. Hæ sunt veluti Diaboli larvæ, sub quibus hic latet. Vide Guilielm. Perald. Tom. 2. Summ. part. 3. c. 6. 6. *Custodire oculos & Cor*, omnesque sensus. Nilus orat. 2. adv. vitia: Ut navis fluctus maris minitantes fracturam fugit; sic castitas aspectus mulierum. 7. *Oratio assidua ad DEUM* orationis fontem. 8. *Gehennæ meditatio.* Syr. 7. Recordare novissima, & non peccabis.

Inepta media conciliandæ Castitatis.

1. *Amputare sibi genitalia*, quod fecit Leontias, Arianæ fidei Episcopus. Socrat. libr. 2. cap. 11. hist. & Origenes. 2. *Cingulum aliquod ab Angelis expectare.* De S. Thomâ Aquinate refertur, eum in ecstasi ab Angelis cingulo aliquo cinctum fuisse. Conelius à Lapid. in cap. 3. Jacob. fol. 144. a. 2. verbum DEI, verbum veritatis nostrum Cingulum sit castitatem imperans. 3. *in spinis se volutare.* Sicut fecit S. Benedictus, teste Cornel. à Lapid. in capit. 24. Syrac. fol. 19. a. 2. 4. Crates Philosophus dicebat *impurum*

amorem abigendum esse *fame, tempore, laqueo.* Zwing. Theatr. fol. 21. a. Famem præprimis Veneris cataplasma vocabat Clemens Alex. l. 2. Strom. 5. *Inquinatorum muliebrium objectu* spurcum amorem curavit, de quo Zwinger. fol. 18. b. Hypatia.

Causæ Impellentes & suadentes Castitatem considerantur I. Ex parte DEI.

1. A voluntate DEI. Vult enim nos castè vivere, 1. Thess. 4,3. Ex. 20,14. *Non mœchaberis.* Pauca verba omnem castimoniam ambitu suo complectuntur.

2. A puritate & sanctitate DEI, quam imitari debemus, Levit. 19, 2. Estote sancti, sicut & ego Sanctus sum.

Casta DEVS mens est, castâ vult mente vocari,
Et castas jussit pondus habere preces.

3. A Justitiâ & punitione DEI: solet enim punire eos exquisitis suppliciis, qui castitatis leges transgrediuntur, nempe amissione gratiæ DEI: Hic enim non habitat in corde impuro. Aquarum diluvio, Gen. 6,17. mundus antediluvianus, Matth. 24. Igne, Gen. 19. Tetrapolitani, è Sodomia, Gomorrhâ, Adamâ, Seboim. Laniena hominum, Genes. 34. Nu. 25, 9. 24000. occisi in deserto. Excisione familiæ, Judic. 20. Exilio & cæde, 2. Sam. 12,10. c. 15. Bellis cruentis. Ob stupratas *Scedasi* filias bellum ortum, in quo Lacedæmonii cæsi sunt, Plutarch. in Vit. Pelop. Ob raptam Helenam bellum Trojanum confectum est. Evomitione populorum integrorum, Lev. 18, 24. Mentis Cæcitate: Hinc Poëtæ cupidinem Cæcum pinxerunt. Inconstantiâ animi vagabunda, quæ scortatores sequi assolet.

4. A Vocatione DEI gratiâ nostri ad munditiem cum spiritus tùm corporis, 1. Thess. 4, 7. Nam & corpus spiritus S. tabernaculum est: Ejus igitur castimoniam non minùs, quàm animæ requirit Dominus, 1. Cor. 6, 18. &c.

II. Ex parte Angelorum: sicut enim hi castissimi Spiritus, quos casti imitantur. Utuntur enim Angeli amore DEI & salutis hominum promovendæ. Hinc dicuntur Seraphim à שרף accendit, inflammavit: Sic & nos spirituales simus Seraphim, ardentes amore Dei sancto & amore Conjugis temperato; ne Ethnicorum voluptatibus prætextum conjugii obstetricemur.

III. Ex parte aliorum. Et quidem (1) Sanctorum & castorum hominum, quorum exempla exprimere tenemur imitatione, verb. g. Josephus castus, Gen. 39, 8. sequent. Susanna Histor. Susann. Maria, Luc. 1. Paulus, 2. Cor. 6, 6. 1. Tim. 5, 22. Te ipsum castum custodi. (2) Profanorum, qui & ipsi castitatem secuti sunt, eamque & exemplis & sententiis confirmarunt. Scipio Africanus continet se à captivâ Albucii Sponsa. Livius Decad. 3. lib. 6. in fin. Plutarch. in Rom. Apophtheg. Pelegius abstinet à Crethoide Acasti Regis Magnitum uxore, licet ab eadem crebrò incitatus. Pindarus Od. V. Alex. M. Darii filias aspicere noluit. Cyrus non sustinuit aspicere Pantheam Susianam Abraditi Conjugem, Xenophon lib. V. Pæd. Cyri. Lucretia vitam maluit, quàm pudicitiæ famam amittere. Lex XII. Tabular. *Divos castè adeundo.* Plura exempla castitatis in utroque sexu videantur apud Didac. Apolephtam part. 1. pag. 552. horar. historicar. ad pag. 577.

IV. Ex parte Nostri ipsorummet. Huc spectat (α) Corporis nostri in sanctificatione possessio, 1. Thess. 4, 4. c. 5, 23. (β) S. Spiritus retentio. Hic enim sine castitate retineri non potest. (γ) Pietatis nostræ excultio, quæ fit duce S. Spiritu, comite castitate. Ps. 119, 9. In quo mundabit adolescens viam suam? in custodiendo sermones tuos. (δ) Hæreditatis cœlestis possessio, 1. Corinth. 6, 10. Hæc amittitur scortatione. (ε) Ut taceam summa corporis incommoda, quæ ex immodicâ Venere resultant. De quibus fusè Medici & Philosophi. Oseæ 4, 11. Fornicatio, vinum & ebrietas auferunt Cor: labimur in cæcitatem mentis: deturpamus nostram confessionem & fidem. Avicennæ Medici & Philosophi doctissima sententia est (quam recitat Laurent. Joubertus Valent. Delphin. Medicus Regis Galliæ Tom. 1. Oper. tract. de Peste, cap. 9.) *superfluam seminis rejectionem plùs afferre damni, quam si quadragies tantundem sanguinis effunderetur.* Hæc Avicenna. Confer, si vis, Albertum M. lib. de Secret. Mulier. cap. ult. (ζ) Bonorum dilapidatio & maledictionis divinæ accumulatio. Proverb. 6, 24. 25. Sir. 9, 3. 4. 5. 6. Pœnarum publicarum & privatarum accumulatio; exemplo Paridis qui imperio suo sibique ruinam attraxit. (η) Tragica Mors. Amoris namque causâ multi se se præcipitarunt. Zwing. fol. 18. b. Theatr. Coresius Sacerdos pro Callirhoë virgine, quam amabat, ad aram se occidit. Zwing. fol. 52. b.

V. Ex parte ipsius Castitatis, quæ est virtus divinissima, angelica: Erimus enim aliquando ἰσάγγελοι, non nubentes, Luc. 20, 36. ornans nos maximè. Est enim castitas flos & corona Virtutum, donum summi DEI: Ornamentum aliarum Virtutum: Arx vitæ. Immodica namque Venere corpus exhauritur, exsiccatur. Columen mentis: Nam scortatio mentem aufert, Os. 4, 11.

Materia in quâ, vel subjectum Castitatis consideratur, vel ut Quod, vel Quo.

Subjectum *Quod* est omnis Christi fidem profitens, sive Virgo, sive Juvenis, sive Mas, sive Fœmina: sive in conjugio, viduatu, sive Cœlibatu.

Subjectum *Quo* est (1) affectus concupiscentiæ, ut hâc virtute dometur. (2) Oculus & visus externus. Matth. 5, 28. Quicunque aspexerit mulierem ad concupiscendum &c. 1. Johann. 2, 15. Concupiscentia oculorum. (3) Gestus, Tactus, oscula, Amplexus, Choreæ, Thom. 2. 2. q. 143. quæ omnia, duce Pudicitiâ, moderanda sunt. Deut. 23, 12. Habebis locum extra castra: scilicet, ut partes corporis tegerentur, verecundiæ ergò. Sophocles Prætor conspectâ formosâ, eâque delectatus ita à Pericle correptus fuit: Decet Prætorem (ait) non

folùm manus, ſed & oculos continentes habere. Job.31,1.pepigi fœdus cum oculis meis. Pſal. 119,37. Averte (orat David) oculos meos, ne videant vanitatem. Quid verò vanius eſt impudicâ oculorum theoriâ, tot cum peccatis maculisque conjunctâ? Deus igitur avertit oculos noſtros, quos caro corrupta advertit, Diabolus pervertit; ſpurcus amor invertit, ut diſtortum videant. Syr.42,25. pudeat ſpectare ad ſcorta. Contrà Prov. 5,59. caſtitas juvenis dicitur *gloria*. c.43, 12. non circumſpectare ad pulchras uxores. c. 9, 10.11.12.13. non diſcurrere in urbe, ut ſenſus pervertantur. 2. Sam.11. David oculos non tenuit, ſed eos in Bathſeba fixit. Holofernes in Juditha, Judith. 12, 16. Gen.6,2. Filii Dei viderunt filias hominum. Gen. 34, 2. cum vidiſſet Dinam Sichem, filius Emor. Mirum eſt, quæ ſcribit Gloſſa in c. Abſit.c.11.q.3. licere clerico amplecti fœminam, quod id benedictionis gratiâ fieri cenſendum ſit. (4) Veſtitus ſolus non efficit caſtitatem. Optat. Milevitan. lib. 6. p. 172.173. contra Donatiſtas illum urgentes.

§. 8 *Forma.*

Caſtitatis conſiſtit in debito ordine & uſu moderato voluptatis Venereæ: ita ut vel ipſi ſcholaſtici concedant, in debito conjugali per ſe nullum peccatum eſſe. Quo de, ſis, lege quoque Auguſtinum non uno in loco.

Finis

Eſt conſervatio divini ordinis à Deo inſtituti, Matth. 19, 4. &c. tranquillitas publica & œconomica, 1. Theſſ. 4, 3. 4. 5.

Adjuncta.

1. Pugna indeſinens carnis & caſtitatis, de quâ Chryſ. hom. 9. de pœn. 2. Neglectus caſtitatis. Hunc etiam inter Adjuncta referimus. Inter nos v. Evangelicos caſtitatem negligi multi inter Doct. Pontificios dictitant. Corn. à Lap. in 2. Cor. 6, 6. *Apud hæreticos* (ait) *non eſt invenire Virgines & Virginum contubernia, nec Monachos & Monaſteria &c.* Hæc ille, alios ut taceam. Attamen maximum Caſtitatis neglectum eſſe apud Romano-Catholicos quoſdam, docebunt nos ipſi Catholici, qui fatentur vigere inter ſuos

I. *Nefandas ſcortationes.* (vide Bernh. col. 998. d. in declamat.) Hinc Guil. Perald. Tom. 2. Summæ virt. & vitior. c. 9. Magnitudinem peccati carnis in perſonis religioſis ſex modis probat, & ejuſmodi peccata in clauſtris commiſſa horrendè à Deo punita eſſe demonſtrat. Ibidem oſtendit hoc peccatum quoque in monialibus eſſe, capite 7. ibidem agit de luxuriâ Clericorum, quod valdè indecens ſit in ſacerdotibus. Taceo Bellarmini querelas de hoc vitio, in libro de gemitu colnmbæ, proditas paſſim. Vide capit. undecim. demonſtrat. quod Eccleſia Romana Pontificia non ſit ſancta. Miretur etiam quis, cur Mart. Bonacina in Compendio V. Beſtialitas præcipiat, ſufficere, ſi quis in genere ſe cum bruto congreſſum eſſe, fateatur: Eruntne igitur, qui beſtialitatem exerceant?

§. 9 II. *Adulteria.* De his agit Lotichius in Inſtit. pag. 123. a. Antoninus Diana, Panormitanus reſolut. Practicar. Tit. Adulterium. Ignatius de Lopez in Pract. Crimin. Canon. p. 350. ſeq. Summiſtæ ferè omnes in v. Adulterium, qui etiam Clericis aliquando hujus vitii labem affricant. Sed & hi, qui adulteria inter *minora crimina* referunt, contra Apoſt. 1. Corint. 6, 18. largisſimè peccant: ut & Sotus l. 5. de juſtit. & jure quæſt. 1. art. ult. docens Clericum in adulterio deprehenſum, ſi hic vim à marito intentatam propulſet, occidatque maritum, non tamen fieri irregularem.

III. *Sodomiam.* Quod ulterius probatur (1) ex pœnis in Sodomitas latis, quæ ſunt carcer tenebroſus, cui Sodomitas emancipant (Ignatius Lopez cap. 86. pract. Crimin. Canon.) perpetuò. Vide Jacobum Menoch. libro 2. de arbitr. jud. Centur. 3. matrimonii ſeparatio. Ignatium Lopez. d. l. Advocatorum privatio. Baldum in Auth. ſed novo Jure C. de ſervis fugit. Vid. Valer. Maxim. l. 6. cap. 8. ignis ſupplicium. Omnium bonorum confiſcatio. Lopez d. l. 2. Ex deteſtationibus hujus ſceleris, quæ extant apud S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 11. Antonin Florent. Archiep. part. 2. Summ. Tit. 5. verſ. Quantum ad ſecundum. Alvar. Pelag. de planctu Eccleſiæ. Sam. de Lublin. Tom. 2. de Caſibus. Tit. Sodomia. Hinc Pius V. P. R. in Bulla ann. 1568. Sodomitam Clericum degradandum eſſe, & Judici ſeculari tradendum eſſe ſtatuunt Lopez teſte d. l. p. 360. col. 2. Et Mart. Navarr. c. 27. Manual. num. 249. Samuel de Lublino Tit. de Sodomia. n. 17. Barthol. Fumus in Armill. V. Sodomia. Emanuel Sa in Aphor. V. Luxuria. n. 5. Antoninus Diana in Reſol. Pract. hâc V. Greg. de Valent. Tom. 3. Diſp. 9. qu. 3. punct. 3. Sylveſter V. Luxuria. Tannerus Tom. 2. d. 4. dub. 5. ſub finem. De Gregor. IX. P. Rom. qui Anno 1232. per miſſos viſitatores in Germaniam hoc ſcelus compeſcere ſtuduit.

§. 10 IV. *Pollutiones* καὶ μαλακίας *variis modis factas.* De quibus fusè diſputat Greg. de Valent. tom. 3. diſp. 9. q. 3. punct. 3. Adam Tanner. tom. 3. Diſp. 3. q. 3. dub. 6. Et Tom. 2. q. 8. dub. 6. ſeq. & cum ejuſmodi pollutionem quidam defenderet, ac ſi cum peccato mortali conjuncta non eſſet, Claudius de Aquaviva hanc ſententiam, ceu morum probitati adverſam, expungi, nec eam publicè nec privatim doceri juſſit: ut refert Tanner. d. l. n. 109. peculiari facto decreto. Sed quænam ibi caſtitas ſervari poteſt, ubi turpisſimis ejuſmodi vitiis campus diſceptandi, ſi non, attamen perpetrandi latisſimus aperitur. Confer etiam Bartholomæum Fum. in Armill. Vid. Pollutio.

V. *Concubinatum*, quem vel indulgent clericis, vel ipſimet conjugio longisſimè anteferunt. Unus inſtar omnium ſit Henricus Cuyckius Epiſcopus Ruremundus in Quæſtione Exeget. pag. 77. *Nihil* (ait) *mihi hoc tempore diſciplinæ Eccleſiaſticæ & Chriſtianæ Reipublicæ nocentius aut pernicioſius eſſe videtur, quàm quod perſuaſum eſſe video non paucis, melius eſſe, ſordidos & Concubinarios in Eccleſiis tolerari Paſtores, quàm ut nulli ſint* &c. Ubi fuſisſimè

N

sime impurissimum illum concubinatum perstringit p. 80. profligavit concubinarios Reverendissimus Lindanus, (qui quando ad istum accessit Episcopatum, *non nisi sex castos* invenit pastores) profligaverunt & alii non pauci Episcopi. Adi ejusdem speculum Concubinar. Colon. An. 1605. excusum. Coster. p. 660. Enchirid. de Cœlib. sacerdot. Nona propositio: *Sacerdos si fornicetur, aut domi concubinam foveat, tametsi gravi sacrilegio se obstringat, gravius tamen peccat, si contrahat matrimonium.*

§. 11 VI. *Lupanaria publica:* quæ etiam defendit Cornel. à Lap. in c. 17. Apoc. fol. 271. col. 2. a. b. c. 2. scribens: *Quot respubl. honestæ & nobiles tolerant lupas fornices, ut virginum & honestarum pudori consulant, ac crimina graviora avertant?* & mox: *quid mirum in tantâ colluvie esse spurcos & incestos, quibus ni lupas concedas, agnos invadent.* Hæc Corn. Atque ex his lupanaribus censum annuum, qui viginti millia ducatorum sæpè excedat, Pontifici pendi, Corn. Agrippa testatur lib. de vanit. scient. cap. 94. Mart. Alp. Wivaldus in candelabro aureo, Tit. de Confess. n. 60. Jac. de Graffiis aureor. Cas. Consc. Tom. 1. l. 2. c. 75. art. 3. & 4.

Adjuncta alia.

§. 12 *Probatio* fit Castitatis, si occasiones objiciantur, ut Josepho, sicut trium viror. fides probata est in igne Babylonico, sic quoque Castitas probatur igne tentationis humanæ. *Chartias:* si n. castitas sit absq; charitate, (putà erga Deum & Proximum) non habet pretium neq; meritū; ut pulchrè docet Bernh. Ep. 42. circ. med. ubi officia Episc. & Clericor. describit. Meminerint igitur illi, qui voto castitatis se obstringūt, an etiam ex seriâ charitate hoc ipsum faciant: si non, frustranea est castitas. Sicut Busæus in Viridario Tit. Castitas c. 2. de castitate Gentilium idem fert Judicium. §. Altera quia &c. Connexum castitatis sit charitas. Greg. super Ezec. Antiquus inimicus castitatem in nobis, si sine charitate fuerit, non timet. V. Findansam p. 474. autorit. sacrar. *Necessitas* maxima est hujus virtutis, quia caro semper concupiscit adversus spiritum, Galat. 5, 17. Semper igitur armis castitatis opus est, ne carnis voluptatibus computrescamus, nec in stercore (pravæ concupiscentiæ & voluptatum humanarum) pereamus. Bernh. d. l. *Formositas.* Est enim formosissima virtus Castitas, omnem ætatem exornans, omnemque sexum decorans. Sap. 4, 1. ô quàm pulchra est casta generatio! Bernh. Ep. 42. col. 1425. Quid castitate decorius? quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelum denique de homine facit. *Cunctis placens.* Placet n. (1) Deo præcipienti castitatem, (2) Angelis eâdem delectatis, (3) hominibus optimæ frugis & castitatis amantibus. Vide Cyprian. de bono Pudicitiæ. Camerar. part. 2. cap. 1. horar. subcisivar. *Fructuosa.* Castitas mater est multarum virtutum: est enim arx vitæ & impedit hominem, quò minus ruat in propriam perniciem, & multa alia vitæ incommoda. Prudentiam itaque generat, pietatem fovet, ad magnos honores extollit. Vas fragile, quod portamus, in quo & crebro periclitamur, Castitas tenet, ut monet Apostolus, in sanctificationem vas suum &c. 1. Thess. 4. Est instar odoriferi Balsami, quo condita cadavera incorrupta servantur, ait Bernhardus Ep. 42. circ. med.

Opposita Castitati & Pudicitiæ.

§. 13 In genere Castitati opponitur *Libido* & lascivia (ἀσέλγεια dicta, damnatur Matth. 7, 22. Rom. 13, 13. Galat. 5, 19. Ephes. 4, 19. 1. Petr. 4, 3. 2. Petr. 2, 18. Judæ v. 4. 1. Tim. 5, 6. Apocal. 18, 7.) sive *Luxuria* in se: de quâ etiam infrà, suo loco, quæ homines excæcat. Richter. Axiom. œcon. 29. p. 132. 133. *Libido vaga:* quâ homo instar ignis æstuat, Syr. 23, 22. Prov. 6, 27. cap. 7, 8. Syr. 23, 24. *Actus libidinosi*, qui vel interni vel externi. *Interni* sunt cogitationes pravæ, quæ affectus ciere solent: His verò motis succenditur flamma concupiscentiæ, quæ ipsam tandem voluntatem invadit, ut delectationem & consensum concipiat, peccatumque pariat. Actus *externus* occupatur vel circa Verba, vel circa Gestus. Ad *verba* pertinent sermones spurci, Libri, Epistolæ, Cantilenæ & Carmina amatoria, Eph. 5, 4. omnia hæc fugienda (1) à periculo *scandali*, quod piis objicitur. Matt. 18, 7. væ ei per quem venit scandalum! (2) à *Turpi:* lingua Deum honorare debebat, non spurcis sermonibus offendere. (3) ab *officio* Christianorum, qui magis debent lugere & flere, quàm turpibus vacare jocis. Hieron. in Ep. 5. 4. (4) à *simili.* Sunt enim ejusmodi verba velut ignis; audientes ea sunt velut stupæ, quæ facilè accenduntur.

§. 14 *Ad Gestus* pertinent nutus impudici, tactus, oscula, choreæ impudicæ, vestium habitus ad ciendam illicitam Venerem comparatus, musicus cantus lascivus, lusus impudici. His exercitiis Acolastus vacasse legitur Luc. 15. Belsazar his captus deliciis miserabili exitu vitam clausit, Dan. 5. Herodes convivans luxui vacat, sanguinem innoxium effundi autor fuit, Marc. 6. Job. 21, 12. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonum organi; ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, Esa. 5, 12. Cythara, lyra, tympanum &c. Sir. 9, 4. Ne audias illam (mulierem) ne fortè pereas in efficacia illius.

Circa *facta ipsa* actus ipse varius est, in quo ut varii sunt modi; sic quoque coitus venerei aliquot formæ recensentur. 1. ratione neglecti ordinis, cum jure divino tum humano sanciti, dicitur *Scortatio*, quæ est hominis extra copulam conjugii constituti cum prostibulo & solutâ commixtio. Vid. Scortatio s. l. 2. *Stuprum:* cum virgini sub potestate Patris adhuc degenti, vel viduæ, vitium infertur, 2. Sam. 16. vers. 21. Absolon stuprat concubinas Patris, quas deinde David non amplius attigit, c. 20. 3. *Raptus:* cum virgo ad coitum Venereum vi abstrahitur, spreto parentis consensu. Vid. infrà, *Raptus.* 4. *Adulterium* fit, cum altera Persona est conjugata, altera soluta: vel cum utraque est conjugata. Illud simplex vulgò adulterium; hoc duplicatum dici assolet. V. Adulterium s. l.

II. Ra-

II. Ratione materiæ peccatur in castitatem: idque (1) in eadem specie & sexu convenienti, nempe si *incestus* admittatur cum personis consanguineis & affinibus lege divinâ prohibitis. Sic Loth cum filiabus coiit, Gen. 19. Ruben concubinam Patris violat, Gen. 35. & Absolon, 2. Samu. 15. confer Ezech. 22, 11. Papa Alexand. VI. filiam Lucretiam amasse scribitur; Cambyses sororem. Hujus vitii pœnæ, ignis, Lev. 20. Maledictio, Gen. 49. ejectio ex terrâ, Lev. 19, 18. Occisio, Ammonem Absolon occidit, 2. Sam. 13. Huc referas promiscuos Adamitarum olim coitus, qui nudi in speluncis omnia communia habebant. Bonfin. decad. 23. lib. 2. abusi verbis Dei; crescite & multiplicamini. Michael Restius l. 2. de gestis Ungarorum. De libidine detestandâ Ethnicor. videatur Joh. Textor. p. 1280. officin. seq. ex quâ meritò concluseris, Ethnicos infatuatos fuisse, ac in sensum reprobum datos. Aruntius in ebrietatem lapsus stupravit filiam, quæ Patrem ideò interfecit, Plut. in Parallel. Valerius sibi mortem intulit, quod cum Valeriâ, filiâ, concubuisset, Plut. d. l. Plura Ethnicorum exempla recenset J. Ravis. Textor in officin. col. 1318. seq. aliorum quoque Richterus Axiom. 33. Oeconom. Osiris Rex Ægypti Isidem sororem propriam conjugem duxit. Diodor. Sicul. Idem fecit Artaxerxes, de quo Plut. Thyestes Fratris uxorem polluit. Idem fecit Archelaus. Egesipp. l. 2. c. 2. Secundus nomine, Philosophus quidam, ignarus sese matri nesciæ miscens, sibi pœnæ loco perpetuum silentium indixit: Mater verò præ mœrore seipsam occidit. Diog. Laërt. Heraclius fratris filiam in uxorem duxit, latâ lege de hujuscemodi conjugio; sed graviter morbo Priapismo à DEO punitus est. Cuspinian.

(2) *Extra speciem*, si nempe *cum bestiis* homo coëat, Lev. 18, 23. Exo. 22, 19. Dicitur hoc flagitium Bestialitas. (3) *vel servatâ specie*, sed *non sexu*, quod peccatum *Sodomia* dicitur Lev. 18, 22. Rom. 1, 27. 1. Cor. 6, 9. 1. Tim. 1, 10. Eph. 4, 19. Hujus vitii nomine Trajanus Imp. olim insignis fuit. Baron. Tom. 2. fol. 6. 7. Annal. In hoc peccatum olim lex Scantinia est lata: certè turpis est de hominum amasiis apud Textorem p. 1299. in officin. historia & commentatio. (4) vel cum quis absque ullo concubitu sese sponte suâ conspurcat per libidinem, 1. Corint. 6. v. 9. & huc spectant omnes seminis humani abusiones. Dicitur hoc vitium MOLLITIES. Vel potionibus aliisque pharmacis semen naturale decoquit, vel venæ peculiaris sectione corpore exhaurit, sive etiam effundit temere, ut Onan, Genes. 38, 9. (5) Cum quis sacram & Deo dicatam virginem raperet, olim dicebatur sacrilegium. Raperet, ajo: nam si quis ducat in matrimonium ejusmodi, non peccat, justo scilicet ordine.

§. 15 III. Ratione ordinis & materiæ simul peccatur; coitu injusto, *immoderato & illegitimo*, videlicet, si maritus conjuge abutatur, nulla sive castimoniæ sive temperantiæ lege adstrictus, Ezech. 18. vers. 6. Levit. 20, 18. 1. Thess. 4, 5.

IV. Referimus huc etiam impurum *concubinatum* distinct. 34. C. omnibus. 3. sequent. de quo fusè Henricus Cuychius in speculo Concubinarum. Vide etiam Chrysostomum Tom. 3. sub fin. in peculiari sermone. Hesselium in decal. c. 181. Matt. Bosiomium, de cohabitatione mulierum cum Clericis.

V. Lenocinium & *Lupanaria*. De illo Levitic. 19, 29. Ne profanato filiam tuam prostituendo. De *Lenonibus* quoque agit Jus Civile leg. palam. §. Lenocinium. ff. de ritu nuptiarum leg. Athletas §. ait prætor. ff. de his qui non in fam. leg. 1. §. Lenocinii. ff. de Adulter. Sic dicti quod Juvenum animos deliniendo seducant; ait Isidorus. Ejusmodi *Sannio* erat apud Terentium in Adelph. qui sic: *Leno sum fateor: communis adolescentium pernicies.* Sed contra *Lupanaria* meritò sancti Patres insurgunt. Salvianus lib. 7. Tertullianus lib. de Anima, à Deo maledicta ea esse statuit. Justinianus in Authentic. Titulo de Lenonibus. Certè Constantinus Templum Veneri sacrum in Phœnicia funditus tolli jussit, id nempe indignum ratus, quod radii solares collustrarent. Eusebius libro tertio vit. Constantini.

VI. *Gnostici & Anabaptistici congressus*; quos etiam suo tempore frequentavit Basileæ David Georgius, & ideò docuit Matrimonium liberum esse: eoque neminem uni mulieri adstringi; (NB.) liberorum procreationem communem esse iis, qui Davidis Georgii spiritu renati sunt. Histor. David. Georgii Hollandi c. ult. d. 1.

§. 16 VII. Omnia vitia opposita Castitati Virginali, à quibus etiam eæ, quæ vulgò sacræ habentur Virgines, non planè sunt immunes, ut vel ex eo appareat, frustra laudem perfectionis Monialibus adscribi præ reliquis hominibus. Etenim laborant (1) *Superbiâ*, quia ob virginitatem inflantur. Vide Augustinum l. de virginitate. Bernhardum sermone super, missus est. (2) *Fatuitate*, hoc est, defectu Charitatis: ideò plurib. monet Bernhardus, castitatem sine Charitate nihil prodesse, Epist. 42. (3) *Tepiditate*: cum putant se parum peccasse, adeòque parum ipsis remissum esse. (4) *Maculâ peccati*, nempe cum habent integritatem corporis, sed corruptionem mentis. (5) *Divisione cordis*: cum virgo & Deo & mundo vult placere. (6) *Defectu perseverantiæ*, quâ etiam aliquando ejusmodi virgines laborant. Latè hæc vitia deducit Guilielm. Perald. Tom. 1. summ. fol. 194. seq.

VIII. Davidis exemplo, sub extremam senectam sibi virginem adsciscentis. Quosdam abuti ad libidinem, inque senio constitutos eligere sibi virgines, testatur Claud. Espensæus lib. 5. c. 13. de Continent. IX. Examina de rebus Venereis, cum adultiori ætate instituta, de quibus vide Rivetum in cap. XX. Exod. p. 320. a.

Remedia libidini opposita.

Benedictus in vepres ac sentes se conjecit, ustus libidine, nudumque sese illis involvit.

Greg. l. 2. cap. 2. dial. Bernhard. in stagno tempestate præfrigida collotenus subsistens omnē libidinis flammam extinxit: Surius in vita ejus. Franc. in foveam glacie plenam se conjecit; alio tempore chorda se verberavit, dicens: *Eja frater asine, sic te decet manere.* Deinde in medias se nives conjecit. Martinian. & Jacob ignis ustione, manui & corpori immissa, flammas meretriculæ depulisse leguntur, ap. Busæum in Panario V. Luxuria. Inepta verò hæc esse totius illius libidinis extinguendæ media, res ipsa docet; cum subinde non possit non vires ciere suas carnis petulantia. Greg. idem l. 1. dial. c. 4. narrat, Abbatem quendam, nomine *Equitium*, cum tentaretur a carne, a Deo precib. obtinuisse, ut in somno viderit Angelum, qui ipsum evnuchisasset: atq; ab eo tempore & viris & mulieribus præfuisse. Cl. Espens. l. 5. c. 13. de Contin. Francisia Matrona Romana ardente imposito sexui lardo libidinis flammas repressisse scribitur. Volaterran. lib. XXII. in Urbano Vto.

Media tutissima sunt. 1. *Ores*. Psal. 51, 12. Cor mundum crea in me Deus! 2. *Casta legas:* sic enim mens sacris motibus occupabitur. 3. *Jejunes.* Sobrii n. stimulis Veneris non ita sunt obnoxii. Igitur temperantiæ studendum. Paula Rom. profecta in terram sanctam ad locum Zoar devenit, in quo Loth incestum commiserat cum filiabus, & dixit: cavendum esse vinum in quo est luxuria, cujus opus Moabitæ sunt & Ammonitæ. Hier. in Epit. Paulæ. 4. *Otia vites.* Otia si tollas, periēre Cupidinis arcus, contemptæque jacent & sine luce faces. Hier. *Aliquid operis facito, ut te Diabolus inveniat occupatum. Non enim facilè occupatur à Diabolo, qui vacat bono exercitio.* 5. Supplicia æterni ignis mediteris. Paphnutius nobile scortum aversurus a labe, secretum concubitus locum ex eo percontatus, ac nactus, interrogavit, an crederet, Deum ibi præsentem esse? (etsi nemo, ut dixerat, hominum adesset) meretrix respondit: ita. Cur ergo, dixit Paphnut. non times tibi a suppliciis æterni ignis? Sabell. lib. 5. c. 2. 6. *consortia malorum fuge.* Aug. interrogatus, cur non habitaret cum sorore, dixit: Ideò, quia quæ cum sorore mea sunt, non sunt meæ sorores. Sabell. l. 5. c. 6. 7. Confer Drexel. Tract. 8. oper.

Exempla Castorum.

Joseph, Gen. 39, 9. Judas, Gen. 38, 24. *comburatur.* Moses, Num. 31, 17. 18. Susan. Hist. Susan. Boas, Ruth. 3, 7. 8. Abimelech, 1. Sam. 21, 4. *Si mundi pueri.* Abimelech, Gen. 26, 10. Job. c. 31, 1. Joseph justus, Matth. 1, 19. Maria, Luc. 1, 31. Sara, Tob. 3. Judith. c. 8. Filii Jacob, indignè ferentes stuprum sorori illatum, Gen. 34, 7. 25. 26. 27. In vita S. Pauli fit mentio juvenis cujusdam, qui osculis meretricis assentiri nolens, morsu sibi linguam præscidit, inque meretricis os exspuit. L. Granatensisp. 528. ducis peccatorum. Sabell. lib. 5. c. 6. vocat illum *Nicetam* nomine. Bernh. in diversorio ab hospita noctu tentatus ad libidinem, multoties exclamavit: latrones, latrones! Innuens imminuisse illi spolium castitatis. Autor vitæ l. 1. c. 3. Pythomena Alexandrina virgo pici ardenti immersa mori maluit, quam libidini civis Rom. heri sui obsecundare. Fulgosus lib. 6. c. 3. Appa & Gela, filiæ Ducis Gihulfi, supposita mammis putrida carne, libidinem Barbarorum à se arcuerunt. Aventinus l. 3. Annal. Ptolomaide capta à Saracenis, nasis sibi præscisis. Egnatius l. 4. c. 5. Eugenia habitu Monachi libidinem Commodi Imperatoris effugit. Marulus lib. 4. cap. 7. Prompt. exempl. part. 2. fol. 350. Meiger. p. 1102. Nucl. histor.

Similia Castitatis.

Castitas similis est lapidi, qui dicitur *Amiantus*, hoc est, impollutus, qui igne non læditur, sed injectus splendidior fit, & ex quo telæ & vela texuntur. Dioscorid. l. 5. c. 113. Plin. l. 36. c. 19. Sic castitas 1. igne concupiscentiæ non consumitur. 2. nec rubigine malorum affectuum, vel fumo obfuscatur. 3. sed semper nitidior apparet, & triumphat in examine, & telam innocentis conscientiæ ministrat. *Cingulo*, Christiani militis: Gertè Christianorum lumbi castitate præcinguntur, ne ultra pudicitiæ terminos luxurient. Vide Bellar. conc. 5. de Tribulatione. *Flori optimi fragrantissimique odoris:* sic Castitas flos optimus est (1) à Spiritu S. plantatus. Vid. suprà tit. causa efficiens. 2. variis coloribus ornatus. 3. odore fragrantissimus coram Deo, Angelis, hominibus: annon hodienum flos castitatis Josephi optimè olet? *Oleæ virescenti & fructus ferenti:* sic Castitas in corde viret & virore suo venenum concupiscentiæ mitigat. *Aquæ benedictæ*, quæ flammam malæ concupiscentiæ domat & extinguit: *Non spinis* S. Benedicti, in quibus se volutasse scribitur: Frustrà corpus volutabis, nisi in corde castitatem habebis. *Balsamo*, quo corpora nostra condiuntur, & à spirituali putredine conservantur. Bernh. Epist. 42. *Vinculo*, quo vas fragile corporis nostri adstringitur, Bernh. d. l. ne in voluptates solvatur & vanitates. *Fræno oculorum.* S. Ephrem. serm. de castitate. O castitas oculorum, quæ à tenebris ad lucem totum corpus transfers! *Thesauro abscondito* in agro corporis, imò cordis: imò cor tuum sit ager proferens lilia castitatis. *Apibus*, quæ mella componunt, concubitus nesciunt. Vide Ambros. lib. de Virginibus.

Divisio Castitatis.

Castitas alia est I. *Conjugalis.* Nam & Conjugium est castitas, demonstrante Paphnutio & Cornelio à Lapide in Hebr. 12, 14. Castitas (ait) hæc non est in solâ Virginitate, sed etiam in matrimonio. Nam, ut ajebat Paphnutius in Concilio Niceno, nuptiæ suam habent castitatem, ubi conjuges fidem mutuam & Leges Sacramenti integrè & illibatè servant. Hæc ille. Atque inde Spiritus Sanctus de conjugio tam honorificè loquitur Hebr. 13. v. 4. mandatque sanctum hoc haberi, Malach. 2, 11. & in Domino fieri, 1. Corinth. 7. vers. 39. inque seriâ pietate, 1. Tim. 4, 3. atq; ideò insigne donum est. Augustinus l. 3. contr. Julianum c. 8. Quā conjugii castitatem meritò opponimus illius contemptoribus. Exemplū hujus casta Penelope, quæ, absente marito Ulysse, omnes aversata est procos.

II. Cæ-

II. *Cœlibatus:* Juxta quam castitatem vivunt Cœlibes, Viduæ, Virgines, Juvenes extra conjugium, veram corporis cordisque puritatem illibatam conservantes, 1. Cor. 7, 34. 1. Thess. 4, 5. juxta Dei verbum, Psal. 119, 9. juxta notitiam Patris cœlestis, 1. Joh. 2. vers. 13. & Judicii ultimi considerationem, Eccl. 12, 3. conjunctam cum temperantiâ & corporis castigatione, 1. Cor. 9. vers. 27. Laudes hujus plus justo decantat Guliel. Peraldus Tom. 1. Summ. tract. de Temperant. c. XII.

III. Datur etiam castitas *Animæ spiritualis*, 2. Cor. 11, 2. 1. Pet. 1, 22. de quâ Tit. de Ecclesiâ. §. Ecclesia est sponsa.

IV. Castitas *Ministrorum*. V. Ministerium. Cæterum castitati opponitur quoque *Amor Venereus*, de quo & supra. Concubitus prodigiosi. V. Sabellicum f. 96. Exempl. virorum in viros turpissimos. V. Philipp. Camer. part. 2. c. 42. horar. subcisiv. Frustrati exempla recitat Richterus Axiomat. Oeconom. 66.

Orgia nocturna, sacra, quæ nudi viri cum fœminis peragebant, Godofred. in L. XII. tabular.

De castitate legas Basilium in Reg. fusiùs disputat. interrogat. 17. Ambros. lib. 1. de Virginib. Chrysost. sermone de continentia Josephi. Eundem homil. 32. operis imperfecti, verba: *Non omnes capiunt*. Hieron. Epist. ad Salutiam de viduitate tuenda. Cyprianum de Bono Pudicitiæ. Bernh. Ep. 42.

CASTRA.

1. Dei angelica præsidia, Gen. 32.

2. Israëlitarum: quia erant imago Ecclesiæ in Politiâ viventis, Numer. 18. & commonitorium Ordinis Politici, Deo grati & ordinati ab eo.

3. Castra *Legum* Ceremonialium, Hebr. 13, 13. Sic Theodoret. Bernhard. 4. castra hujus vitæ & mundanæ conversationis, quæ omnino relinquenda.

CASTRATIO. *V. Homicidium.*

CASUS. *V. Vita, Mors, Providentia, Tribulatio.*

CATECHISMUS.

§. 1 *Nomina varia*. Dicitur μικροβίβλια, parva Biblia, quod in eo ad salutem creditu necessaria vel implicitè vel explicitè tradantur. Item; *Lac* γάλα, 1. Cor. 3, 2. Fundamentum, Heb. 6, 1. Rudimentum, Tertullian. c. 10. l. de Idololatria. Tyrocinium lib. de pœnit. c. 6. vox Græca & cognatæ extant Luc. 1, 4. Actor. 18, 25. cap. 21. Rom. 2, 18. 1. Cor. 14, 19. Galat. 6, 6. Hebr. 6, 1. Eruditionis initium. Tertull. cap. 10. libr. de Idololatr.

Quid Catechesis?

§. 2 Brevis rudimentorum fidei propositio Christianæ, ad captum rudiorum accommodata.

Efficiens Principalis est Deus, qui alio modo τῆς σαρκικῆς, alio verò τῆς πνευματικῆς erudiri voluit, 1. Cor. 3. v. 2.

Ministeriales sunt Doctores ipsi, pii, graves, Clemens Epist. 1. ad Jacob. Augustin. c. 3. 5. de Catechis. rudib. lib. 13. cap. 7. c. Faust. Manich. dicti κατηχίσαι (ἠχῆται, præcones) Doctores audientium Cyprian. Ep. 13. Magistri Catechumenorum Ruffin. Audientes κατηχούμενοι. In V. T. *Primogeniti* familiarum erant Catechistæ. Gen. 18, 19. Scio quod &c. & de Judæis id Apostolus Hebr. 6, 2.

In Ecclesiâ Alexandrinâ Pantænus, & post eum Clemens ὁ στρωματεύς Catechistæ fuerunt. Post hunc Origenes Euseb. l. 5. c. 10. 11. 6. c. 3. & alii. Origenes περὶ ἀρχῶν libros scripsit, quos Cyrillus Hierosolymitanus vocat lineam de Deo. Post Origenem Heraclas. Euseb. lib. 6. cap. 3. 16. 19. 22. Etiam juvenes fiebant Catechistæ ob donorum excellentiam. Nicephor. l. 5. cap. 4.

Pertinent huc etiam scholæ Patriarcharum, Prophetarum, Eliæ, Elisæi, 2. Reg. 4. vers. 1. 2. Schola Petri in domo Cornelii, Actor. 10. Philippi, Act. 8. quam imitari fas est omnes Patresfamilias, juxta illud Augustini in Johan. *Quilibet Paterfamilias est episcopus in suâ domo.* Sic olim Nobilis vir Andreas à Meiendorff ipse cum familia, examini Catecheseos se subjecisse narratur.

§. 3 *Materia*, vel *Objectum*, cui proposita fuit Catechesis, olim erant adulti rudiores fidei Christianæ, qui discentes vocabantur κατηχούμενοι vel Novitii, lib. de Pœnit. c. 6. apud Tertullian. Baptismum petentes συναιτοῦντες: Baptizati πιστεύοντες, hoc est, credentes. Illuminandi & illuminati. Chrysost. hom. 21. ad Populum Antiochen. Heb. 2, 4. Hinc etiam φωτίζειν baptisare notat, Euseb. l. 3. c. 22. Histor. Eccles. quod propriè significat *illuminare*. νήπιοι, γαλακτόφαγοι, apud Clem. Alexandr. Vide Augustin. hom. 49. de verbis Apostoli: Legatione fungimur pro Christo. Julianus Apostata probroso nomine Nazaræos & Galilæos vocabat.

§. 4 *Materia ex quâ* sunt capita fidei, Elementa, Gregor. Nazianz. sub finem Orat. de S. Lavacro. Augus. lib. de fide & operib. c. 7. & 20. lib. de Catechisand. rudib. c. 4. 7. 25. 26. Conc. Laodic. c. 46. August. ad Laurent. c. 114. Catechismi Partes nobis quinque: Allegor. in Paradiso. 1. Arbor scientiæ boni & mali: Hæc Legem notat, quæ scire nos facit bonum, ut operemur, malum ut aversemur. 2 Arbor vitæ: Articuli fidei: hac enim vivimus, Hab. 2, 4. Rom. 1, 17. Galat. 3, 11. 3. Vapor, Gen. 2, 6. est oratio Dominica, Syr. 35, 8. Apoc. 1, 15. 4. Fluvii notant baptismum, Tit. 3, 5. & S. Cœnam sanguine agni stagnantem, Johan. 1, 29. 1. Johan. 5, vers. 8. 5. Exercitium Adami in paradiso notat tabulam œconomic. Exod. 24. vs. 6. 7. liber legis est Decalogus: Sponsio notat orationis cultum, Ps. 50, 14. 15. Psal. 54, 7. Sanguis baptismum & cœnam, 1. Joh. 5, 7.

Norma Catechismi est Dei verbum, è quo doctrina Catechetica fluit, Heb. 6.

Finis Catechismi:

§. 5 1. Rudiorum institutio vocalis, quæ latentem energiam habet. 2. Eorundem in Ecclesiam receptio: qui ante rudimentis fidei imbuti

imbuti erant. 3. Salus discentium. Hi enim imbuuntur cognitione salutis, Luc. 1, 78. 1. Joh. 2, 13. sine qua nulla salus. 4. Confessio doctrinæ: Concil. Laodicens. cap. 46. quam edebant instituti in Catechesi. 5. Hæreticorum refutatio, cum erudiuntur in Catechesi, ut discant antithesin quoque. 6. Fidei propagatio, quæ fit à gnaris fidei. 7. Gloriæ Dei amplificatio. Ps. 8, 3. *Ex ore infantium*, &c. 8. Plena confirmatio credentium: Non enim protinus inter fideles reputabantur, qui credere occepissent, sed qui jam in fide confirmati essent. Id testatur Cyrillus lib. 2. in Joh. c. 36. *Non est* (ait) *stabilis fides eorum qui nuper crediderunt, nec mens firma est in fide recentibus, cum adhuc pietate firmati non sint. Quare nec Christus ejusmodi hominibus se credidit, quamvis etiam nobis ostendat, non repente, sed longa meditatione bonorum habitum roborari.* Hæc Cyrill. d. l.

§. 6 *Adjuncta Catechismi.*

Antiquitas, de qua dictum in causis efficiente & ministeriali. Adde Genes. 18, 19. ubi Abraham Catechista audit: Sic quoque Levitæ apud sacrificia Catechesin & summam sacrificiorum proponebant. Levitas imitati sunt Sacerdotes Ægyptii, Herodot. in Euterpe. Suo more modoque Druides apud Gallos, Cæsar. lib. 6. de bello Gallic. apud Indos Gymnosophistas.

Chrysost. dictorum summam ab auditoribus exigebat, homil. 21. ad pop. Antiochen. Prius dictorum apud charitatem vestram fructus repetiturus a vobis adveni. Non propterea dicimus, ut tantum audiatis; verum etiam, ut dictorum memoriam servetis. Et *mox*: Propterea & Catechesis, id est, instructio dicitur, ut absentibus nobis, sermo noster vestras mentes instituat. Et ne miremini, si decem tantum diebus transactis, seminum fructus repetituri venimus.

Cyrill. Hierosolymitanus, imperante Theodosio, Catecheses edidit. Confirmatio olim sequebatur Catechismum, Bucer. fol. 441. oper. Anglicanor. Adhibebatur lectio scripturarum, Bulling. Decad. V. serm. 4. Exhortatio Catechumenorum. Origenes Tom. I. fol. 635.

Necessitas, quæ probatur 1. a Dei mandato: Deut. 6. v. 7. acues legem. Exod. 12, 13. 26. & 8, 8. Deuter. 6, 6. 7. 8. 2. ab ordine fidei: Fides est ex auditu, Rom. 10, 17. Ergo an recte audierit homo, Catechesi explorandus est. 3. ab ordine naturæ. Hæc ab imperfectis ad perfecta contendit, primò dat lac, postea cibum. Augustinus Enchiridio ad Laurent. cap. 114. 4. a minori. Si Ægyptii olim Theologi & Druydæ apud Gallos sua mysteria Ethnica vivâ voce diligenter tradiderunt: quantò magis nos mysteria cœlestia jugi inculcari diligentia fas est.

Neglectum Catechismi suis hominibus exprobrat Cl. Espensæus in 2. Timoth. 3. fol. 402. seq.

Grata ergo nobis debet esse Catechesis.

Julio Cæsari olim accepta fuisse dicitur βραχυλογία Laconica: Nobis multo gratior esse debet Brachylogia Catechetica, parvo compendio immensos fidei agros limitesque complectens.

Accuratè inculcanda, ut Doctorum & Auditorum sit velut Echo. Ordo. Prius instituebantur, quam baptisarentur. Hieronym. in c. ult. Matth. Tripart. lib. 11. c. 3. & 14. Nicephor. libro 14. cap. 14. & 17. Commentariis illustranda: quod præstiterunt è nostris Lutherus, Brentius, Selneccerus, Hunnius, Theodorius & alii. Actu ipso exercenda, Bucerus fol. 440. Oper. Anglicanorum, ac usu solerti, duce pietate, comite indefessâ diligentiâ inculcanda.

§. 7 *Subjectum* discens est ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον. Galat. 6. κατήχητος. *Auditor* (apud Tertullianum lib. de pœnitentia, & Augustinum sermon. 46. de verbis Domini) Baptismum petens cum Catechumeno, dictus competens. August. hom. 49. de verb. Apostoli, d. 4. cap. Symbol. de Consec.

Illuminatus, Hebr. 6. recens baptizatus. Chrys. hom. 21. ad pop. Antiochen.

§. 8 *Similia*

I. Ægrotus morbum agnoscit: Nos spiritualem morbum peccati ex lege, Roman. 3. vs. 20. defectum rerum spiritualium ex oratione, defectum intellectus nostri ex articulis fidei, morbum impuritatis ex baptismo.

II. Fiduciam præsumit de Medico: sic nos plasma nostrum ex creatione, captivitatis jugum ex redemtione: redemtionem ex 2. Articulo, & impuritatis labem ex sanctificatione & 3. Articulo vel symboli parte cognoscimus, cognoscentes ad JESUM Medicum confugimus.

III. Implorat opem Medici. Idem & nos in oratione Dominica facimus, opem in Spiritualibus, in corporalibus opem: opem ab omni malo nos plane vindicantem. Matth. 6. Libera nos à malo.

IV. Lavatur & confortatur: sic nos baptismo a peccatis lavamur, Act. 2, 38. & spiritu Dei confortamur, Eph. 3.

V. Præservatur & curatur: sic a veneno peccati, ne æternum necet noceatve, præservamur Christi communione, & simul anima nostra curatur ab æterna internecione. Johann. 6. Caro mea est cibus, quem dabo pro mundi vita.

VI. Ambulat sanus in œconomia: Nos Christi gratiâ sani facti, non peccemus amplius, Johann. 5, 14. Sed ambulemus in sua quisque œconomia Ecclesiastica, politica, sanctè, digne, & sapienter non minus fas est. V. Ambulare. Compendium est sacræ scripturæ commonitorium.

§. 9 *Ædificio similis est Catechismus.*

I. Muri sunt X. præcepta, quibus cultus Dei determinatur, & justitia erga proximum. 1. Tim. 1, 8. Lex est justa, sancta & bona. Huc spectant fides, spes & charitas.

II. Fundamentum est recta de DEO fides.

III. Canales sunt oratio & precatio.

IV. Te-

IV. Tectum sunt duo Sacramenta, spirituales illi clypeti.

§. 10 *Lineæ.*

Quæ auditores in concionibus auscultantes manu quasi ducit.

§. 11 *Lacti.*

Quod à teneris est imbibendum.

Militiæ.

§. 12 I. Miles regulis gubernatur, vide Hieron. Megiserum de variis ordinibus militiarum: & alios. Sic nos milites spirituales 2. Cor. 10. v. 3. regulâ divinæ justitiæ, lege sc. Dei.

II. Symbolum habet: Nos fidei symbolum & vexillum Christi sanguine rubens, tribus velut coloribus fulgens.

III. Clypeum habet: Nos orationem, ut eâ ad Deum fusâ, auxilium contra hostes expectemus, Ephes. 6, 11. 12. seq. Clypeus ille constantissimus, probatissimus, tela novercantia elidens.

IV. Jurat in obsequia ducis: Nos juramus in baptismo (V. Baptismus) & obsequia nostra Christo nuncupamus.

V. Medicum quærit vulneratus & sanatur: sic vulnerant nos peccata, Psalm. 38, 6. Syr. 21, 2. &c. Vulnerati sanamur in eucharistia carne & sanguine Christi vivifico, Johann. 6. vs. 55. sequent.

Lectio specialis est ad auditores, ut se emendent, qualis illa erat Nathanis ad Davidem, Baptistæ ad auditores, Luc. 4.

§. 1 CATELLUS.

Canes 1. inimici Christi Psalm. 22. ob sævitiam, sanguinolentiam, rabiem ac dilaniationem sic dicti; ob latratum apud Pilatum, contra Christum.

2. Gentes profanæ, è quibus orta Syrophœnissa illa. August. in Psalm. 58.

3. Contemtores verbi, Matth. 7, 6. Vide Luther. Tom. 5. German.

4. Catellum se vocat Græcissa, Marc. 7, 25. Matth. 15, 26. humilitatem indicans. Hieron. in c. 15. Matth. Confer 2. Reg. 8, 13. Eccles. 9. v. 4. Job. 30. v. 1. non offensa hac voce: sicut contra offensi Sclavi offerentes Francis fœdus, quorum Fecialis dixerat: Fœdus cum canibus sanctum esse non posse. Paulus Æmilius sub Dagoberto secundo. Idem accidit sub Heraclio Imperatore, cum Saraceni quoque à præfecto Fisci canes appellati essent. Illi igitur concitatis Arabibus & finitimis populis plurima damna imperio dederunt, insolentis vocis pœnam gravissimam luenti: quod nationum cavillatores & contemtores observent.

Glorificat Dominum, qui illam injuriam, ait Chrysost. Tom. 2. hom 12. de Cananæa: O Domine advocatus es factus meæ postulationis, inquit ibid. Chrysost.

5. Fideles Dei ministros & martyres canes intelligit Augustinus in Psalm. 68. vocat canes laudabiles, non detestabiles. Sic & Epist. 59. ad Paulin. & Lutherus consentit.

6. Falsos Prophetas Esa. 56. Hypocritas, meticulosos, hominum servos, pigros, avaros, Pharisæos. Vide Hieronymum. Item seductores. Ambros. in Philipp. 3. contra veritatem latrantes. Augustinus de gratia N. Testamenti.

7. Persecutores Ecclesiæ.

Canis *immundum* animal, Esa. 66, 3. Deuter. 23. vers. 15.

Animal *fidelissimum.* In rogum Pyrrhi Regis Epirotarum canis se conjecit. Alibi: canis prodidit Regi Pyrrho interfectores Domini sui. Justin.

Olim cultu ab Ægyptiis affectum. Cicero 5. Tuscul. Joseph. lib. 2. contra Appion.

Iræ divinæ erga mortuos speculum, à canibus devoratos, 1. Sam. 17, 46. Vide Joseph. lib. 15. c. 11. Antiquit. l. 4. c. ult. de bello Judaic. conf. 1. Reg. 14, 11. & 16, 4. c. 21, 23. Jer. 15, 3. 1. Reg. 22. vers. 38.

Miserationis documentum. Luc. 16, 21. lingendo ulcera Lazari & fidelis ministri, qui portat infirmitates suorum. Ambrosius in Lucam.

Puritatis & sanctitatis monumentum. Deut. 23. pretium canis & meretricis sanctuario suo interdixit Dominus, Hieronymus in Esaiam, quia utrumque (ait) animal pronum est ad libidinem. Exod 22. carnem à feris laceratam edi vetuit Deus. Lambere instar canis è manu aquam, notat, & vera dicere, docere & opere eadem præstare. Origenes hom. 9. in Judic. Reliqui proni bibentes notant eos, qui non sunt in cruce constantes.

CATENÆ. *V. supra Captivitas.*

CATHEDRA.

§. 1 Significat 1. Mosis doctrinam. Frustra de illa gloriatur, qui hanc non tenet. Luth. in Epist. Dom. 3. Advent.

2. Sedile excelsius, Job. 29. vers. 7. in quo sedebant Doctores legitimè vocati, Nehem. 8. vers. 4.

3. Irrisorum, notat Doctores ludibrio religionem habentes, Ps. 1, 1.

Cathedram non solus Petrus, sed & reliqui Apostoli constituerunt. Vide Tertull. cap. 36. de præscript. ad hæreses. Euseb. libr. 1. cap. 1. Vide Chamier Tom. 2. libro 11. cap. 21. §. 20. Panstrat.

CATHOLICUS.

§. 2 Epistolæ Catholicæ, Jacobi, 1. Petri, 1. Joh. dicuntur, quia omnibus ecclesiis scriptæ erant, non his vel aliis, in particulari.

2. Catholicum, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum. Vincentius Lyrinensis. Vide *Ecclesia.* Nomen hoc non semper fuit, sed certo tempore cœpit, Socrates libr. 7. c. 4. Tripart. lib. 9. cap. 7.

CAUDA titionum. *V. Tyranni. V. Pœna.* Draconis. *V. Draco.*

CAULA. *V. Ovile.*

CEDAR.

§. 3. Cedar, Arabiæ regio, pars solitudinis Aragenorum, à Cedar Ismaelis filio cognominata. Hieronym. Esa. 60, 7. Psalm. 120, 6. כדר Hebr.

CELEBRITAS. *V. Festa.*

CELERITAS. *V. Festinatio.*

CENÆI posteri Jethronis. *V. Rechabitæ.*

CENTURIO.

Nomen militaris dignitatis, Matth. 8. Centuriones erant præfecti apud Judæos, centum peditibus imperantes, Actor. 21, 32. cap. 22, 25. 26. cap. 23, 17.

I. Gentilis fuit natione, quod apparet ex Luc. 7, 2. 3. sequent. Matth. 8, 5. 8. 10. Luc. 7. vs. 6. 7. 9.

II. Quidam testis Christo fuit, Matth. 27, 54. Marc. 15, 39. 44. 45.

III. Cornelius, Actor. 10, 1. V. Cornel.

IV. Julius, Actor. 27, 1. 3. Humanus, benignus.

CENSURA. *V. Excommunicatio.*

Censuræ apud Pontificios Ecclesiasticæ sunt: Excommunicatio, suspensio, interdictum. Vide Casparem Hurtadum Jesuitam de censuris. Vivaldum p. 362. candelab. aurei.

CENSUS.

§. 1 Census exigebatur à Romanis exacto lustro, i. e. elapsis quinque annis. Conf. ff. de censib. l. ætatem ad explendam avaritiam, augendum ærarium, agnoscendam imperii sui potentiam. Vide Chytræum in 1. Num. pag. 13. Censorum verò jus ac potestatem lege apud Ravis. p. 635. 636. Et quales hodie censores morum esse debeant. Vid. Fricium lib. 2. cap. 13. de moribus Christ.

Census populi Israëlitici Numer. 1. institutus fuit, ut 1. vires bellicas hujus populi pernoscerent, quem finem etiam Ethnici intenderunt.

2. Veritatem Dei de multiplicando Abrahami semine comprobarent, Genes. 13. cap. 15. & 22.

3. Annuos reditus augerent, multiplicatis subinde his censibus, pendebant vero Israëlitæ censum non proportione Geometrica pro proportione bonorum & facultatum, sed arithmeticâ proportione, nempe quilibet, sive figuli quartam partem aurei Rhenani, quæ dimidium sicli vocatur Exod. 30.

Tempore Augusti Luc. 2. quo natus est Christus, 1. ut pro nobis censum exsolveret DEO debitum, quem solvere non poteramus, Psal. 49.

2. Indicaret, sceptrum jam tum à Judæis sublatum esse, quod in censum pendere juberentur, Gen. 49. Agnoverunt illud Judæi, passis crinibus deflentes spolia sexaginta tonnarum auri è templo ablatarum a Pompejo, insuper quiritantes esse ablatum sceptrum & tamen nondum advenisse Messiam, ut est apud Josephum.

Primus quoque hic census erat populi Judaici: ante hunc enim nullus a Romanis exactus fuerat, ut Judæi agnoscerent, tempus instare Messiæ, subactis jam Macedoniæ regibus & summâ rerum ad Romanos devolutâ.

David recensens populum præter necessitatem, superbiæ & elationis in quieto rerum statu 2. Sam. 23, 9. pœnas Deo dedit, à Satana seductus, 2. Sam. 24. & 1. Chron. 22. Sapit quoque hoc factum diffidentiam erga Deum, qui tutelam huic populo promiserat, nec minus arguit fiduciam in propriis viribus, Deo abominabilem, Jerem. 17.

CEREMONIÆ.

Notatio & Significatio.

§. 1 Varia 1. Alii à Cere, oppido Italiæ, in quod Sacra Romanorum ingruente tumultu bellico tralata sunt. 2. Vel à carendo, quod Ecclesia ceremoniis carere non possit. August. Macrob. 3. A charitate, quod ceremoniæ hominibus maximè gratæ sint.

Latè accipitur pro ritu & actione sacra, sive à Deo, sive ab hominibus instituta: ita Sacramenta & sacrificia quoque ceremoniæ dicuntur, in ipso nempe cultu: ita S. cœna, baptismus aliquando ceremoniæ appellantur.

Strictè, pro observationibus externis, ab hominibus circa cultum institutis.

Divisio Ceremoniarum.

§. 2 1. Quædam ante legem: sub lege: post legem in Evangelio.

2. Sub Evangelio, quædam *à Christo ipso institutæ*, ut Baptismus & cœna Domini: (voce ceremonia latissimè accepta) quædam *ab Apostolis traditæ*: Et hæ vel sunt scriptæ, ut Eleemosynarum collectio, 1. Cor. ult. 2. Ecclesiæ ordo, cum in cultus reverentia, ut vir capite nudo, mulier velato oret, 1. Cor. 11, 6. & in Ecclesia taceat, 1. Tim. 2, 22. tum etiam in ministerio ipso partim verbi ignota lingua non docendi, 1. Cor. 14, 34. partim cœnæ, 1. Cor. 11, 33. Non scriptæ (scil. in particulari) quæ Ecclesiæ commendatæ sunt, non ut pars essentialis doctrinæ, sed ut ordo in Ecclesia servaretur, quarum lex est 1. Cor. 14, 40. Omnia decenter & juxta ordinem fiant; quædam à presbyteris inventæ, ut dies precationum, aliquorum festorum. Ritus quidam baptismi, nuptiarum, sepulturæ &c. Orationis.

Origo Ceremoniarum & causæ.

§. 3 Partim è divina institutione: sic ritus legales Deus ipse instituit olim, quales erant variæ lotiones, sacrificia, Exod. 30, 18. Lev. 11, 32. atque tum vox ceremoniæ latissimè accipitur pro omni eo, quod externè fit & apparet in Ecclesia Dei.

Partim ex lege naturæ: omnibus enim gentibus inditum est certo ritu Deum colere velle. In Ecclesia Judaica Deus ipse tradidit ceremonias. Partim è lege positiva & ordinatione Ecclesiæ, pro cujusvis libertate.

Prophetæ & divini viri ceremonias sanxerunt. Moses Exod. 18. ostendes populo. Gad & David 2. Chron. 29. 1. Chron. 23. 24. 25.

Objectum.

§. 4 Directæ sunt in Dei gloriam: quam meritò cunctæ ceremoniæ spirare debent; Ecclesiæ decus & ornamentum. Hominum salutem. 1. Cor. 14, 12. Omnia ad ædificationem. Atque hinc vulgo in ceremoniis (1) ne sint impiæ, quæ contra Dei verbum. (2) adeoque nec superstitiosæ, quibus opinio meriti & cultus affigatur

vel sontica necessitas. (3) nec scandalosæ. (4) non nimiæ. (5) non otiosæ sed utiles.

§.5 *Finis & Effecta.*

I. Non justificant sine fide, Ps. 50,16. Prov. 15, 8. Esa. 1, 11. Jer. 7, 9. Os. 6, 6. Matth. 9. Hebr. 11, 4. nec quicquam merentur.

II. Nec absolutè Deum colunt. Act. 17, 25. Deus non colitur operâ hominum.

III. Nec fidem confirmare queunt: hoc enim solorum est Sacramentorum.

IV. Sed decorum tenere in Ecclesia, sive collectim spectatæ, sive etiam sigillatim in membris suis. Vid. 1. Cor. 11, 22. c. 14, 29.

V. Ordinem bonum adjuvare. 1. Cor. 14, 26. κατὰ τάξιν.

VI. Ædificationi inservire ac gravitati morum.

VII. Corpus Ecclesiæ colligare instar nervorum, ac congressus civium Ecclesiæ publicos conservare.

VIII. Figurare beneficia Christi, eaque credentibus applicare.

IX. Figere limites libidini excogitandi cultus electitios, hinc Deus suo populo certos ritus præscripsit. Tantum, quod ego tibi præcipio, hoc facies, Deut. 4. & 12.

X. Adumbrare Christi sacerdotis officium sub persona & actibus ceremonialibus summi sacerdotis, Hebr. 9.

XI. Discernere hunc cœtum à cœtibus aliorum populorum.

§.6 *Adjuncta.*

I. Valor: Opera plus valent bona, quam ceremoniæ, Matth. 9, 1. 12. 13. Luc. 14. de Paralytico. Non sunt Dei præcepto, ordini & institutioni præferendæ. Contra quam faciebant Pharisæi, Matth. 15, 3. Es. 1. odit anima. Jer. 6. ut quid mihi thus. Ezech. 44. sufficiant vobis. Os. 4. Student victimis. Joel. 2. Scindite corda, non vestes. Amos. 4. Offerte victimas Amos. 5. Projeci festivitates vestras. 1. Sam. 15. melior est obedientia quam sacrificium.

II. Libertas. Possunt igitur pro statu Ecclesiæ unanimiter consentientis mutari, abrogari &c. Non ergo sunt perpetuæ. Et pessimè faciunt, qui ob ceremonias Dei gregem turbant ac lacerant.

III. Diversitas. Ea per se & absolutè non tollit unitatem fidei. Dissonantia jejunii non dissolvit consonantiam fidei. Euseb. lib. V. histor. Eccl. c. 23. Augustana confessio Tit. de discrimine ciborum. Gratian. d. 2. can. scit. Socrates lib. V. c. 20. hist. Gregor. M. Tomo 2. p. 252. F.

IV. Divisio. Aliæ enim sunt *Judaicæ*, de quibus agit Thomas 1. secundæ quæst. 101. aliæ *Christianæ*.

V. Ritus mali fiunt 1. cum iis opinio & finis malus adscribitur. 2. Cum ritui accedit superstitio. Cassander fol. 7015. §. Illud autem. 3. cum per errorem vel imperitiam, vel etiam ambitionem introducti sunt, fol. 48. 784. seq. oper.

VI. Olim ceremoniæ fiebant notâ linguâ, teste Bileth in summa de divinis officiis. Amularius lib. 3. cap. 9. Vide Cassandr. in Liturgicis p. 86. 87.

Similia Ceremoniarum.

§.7 Maximè V. Testamenti.

I. Caro vocantur Hebr. 9. v. 10. Gal. 3, 3. c. 6, 12. 1. à duratione transeunte & abrogatione. Caro enim facilè intermoritur, cum sit instar fœni. Esa. 40, 6. Omnis caro fœnum. 2. ab impotentia transeundi ad conscientias & corda. Foris enim solum mundi habebantur sanctificati ceremoniis: si non accederet fides in Messiam, cujus sanguis solius mundat conscientias nostras, Heb. 9, 14. Et sic intelligenda sunt illa Levit. I. II. III. cap. XVII. v. 11. verba de expiatione.

II. Elementa. V. infra Elementum.

III. Pædagogus. Vide Prompt. Allegor. cap. de Lege & Evangelio.

IV. Umbra d. l. Prompt.

V. Parvis ligulis & circulis ligneis similes, quibus ingentia dolia constringuntur, ut vina servent: sic ceremoniæ ligant vos ecclesiæ, ut in eo vinum fragrans boni ordinis conservetur.

VI. Nervi, quod præstant corpori: hoc ceremoniæ (suo modo) in ecclesia præstant: puta, quoad externam societatem & boni ordinis conservationem.

VII. Condimenta velut spiritualia cultus externi ejusdemque ornamenta.

Officia nostra circa Ceremonias.

§.8 1. Devotè eas exercere, pro eo devotionis genere, quod in ritibus attenditur.

2. Libertatem earundem rectè dispensare: neque tantum nostræ libertatis exploratoribus cedere. Gal. 2, 4. neque ad horam cessimus. Sic Paulus Titum non circumcidit, Timotheum licèt, Gal. 2, 3. Actor. 16, 3. Qui itaque Ecclesiam DEI scindunt & frangunt ob panifragium, malè de Ecclesia Dei merentur, ut bene indicavit Hieron. Zanchius libr. 1. Epist. ad Othonem à Grüntad. *Neque* (ait) *tam necessaria est fractio panis, quàm conservatio integri corporis Christi, quod est Ecclesia.*

3. Non obtrudere eas sub opinione meriti, cultus & necessitatis, quod Pontificii faciunt.

4. Eas à doctrina fidei semper distinguere. Id semper fecit D. Apostolus, Gal. 3. Coloss. 2, 16. & Conc. Hierosolym. Act. 15.

5. Neque multiplicare easdem plus justo, ne Judaismum in Ecclesiam reducamus. Martinus Alphonsus Vivaldus in candelabro aureo supplem. cap. 6. de lege: Quæritur (ait) utrum sit utilis multitudo legum? Respondeo: Multitudinem legum humanarum exoriri, quod Christi sanctissima lex male servatur. Si enim ea servaretur, mille lites, jurgia, cavillationes, mortes, rixæ & calumniæ evitarentur, ut omnes norunt. Dico secundò, legum multitudinem & esse odiosam & periculosam. Propter multitudinem enim legum & constitutionem illarum, maximè, quibus censuræ sunt appositæ, multi non tantum ignari, sed & Doctores, in varias perplexitates, dubia, pericu-

laque

laque animarum inciderunt. Hæc Vivaldus. Cui suo jam tempore succinuit August. quem vide sub finem hujus tituli.

6. Neque fidei doctrinam sub earum convenientia prodere. Quod suo Interimistæ fecerunt seculo, id fuse ostendunt nostri compluribus scriptis: Bekäntnüß und Erklärung auffs Interim, durch der Ehrbaren Städt / Lübeck/Hamburg/ Lüneburg &c. Superintendenten 1548. mense Augusto. Johann Waremundi gemeine Protestation und Klage-Schrifft aller frommen Christen wieder das Interim: Bedencken auffs Interim der Theologen zu Wittenberg. Tractat. Das Interim illuminirt und außgestrichen mit seinen angebornen natürlichen Farben &c. Ein kurtzer Bericht vom Interim &c. durch Theodorum Henetum. Bericht vom Interim der Theologen zu Meissen versamblet. Antwort. Glaub und Bekäntnüß auff das schöne und liebliche Interim Niclasen von Ambsdorff.

7. Neque temere spernere easdem Ceremonias. Qui enim spernit, legem charitatis violat, ordinem Ecclesiæ turbat.

Regulæ in adiaphoris usurpandæ.

§. 9 I. Cum infirmis non est magnopere disputandum de harum rerum genere, Roman. 14. vers. 1.

II. Præfractis hostibus & cacodoxis minimè est cedendum: Ita in Syrraxei Interimistica de usu vestis, lineæ &c. cordati Theologi hostibus Evangelii ac mollibus quibusdam non cesserunt.

III. Si res nec mandata nec prohibita sit verbo Dei, ejus sane nemo debet judicari causa, nec debet conscientiis imponi necessitas. Secus facit Papatus, qui abstinentiam casei, butyri &c. imperat.

IV. Dissonantia jejunii non rumpit unitatem fidei. Vide Augustinum Ep. 68. ad Casman. & 118. ad Januar. Graviter ergo peccarunt Ecclesiæ ob diversam Paschæ celebrationem olim se mutuo arietantes. Vid. Euseb. lib. 5. cap. 24.

V. Possunt ad tempus quædam esse adiaphora, quæ temporis progressu talia esse desinant: v. g. Festorum Mosaicorum observatio, abstinentia à sanguine.

VI. Unusquisque animo certo sit firmoque, neque fluctuet, Rom. 14, 5.

VII. In usu rerum mediarum nemo superstitione ducatur, temeritate nemo, sed ad Dei verbum ac gloriam omnia referenda sunt, Roman. 14, 6. & præcavendum proximi infirmi scandalum.

Ceremoniarum Judaicarum genera

§. 10 Quatuor ponit Thomas 1. secundæ quæst. 101. ad quart.

1. Sacrificia, quibus Deus colebatur.
2. Sacramenta, quibus minister & populus Deo consecrabatur.
3. Sacra, ubi & quibus Deus ipse colebatur.
4. Observantiæ, temporum, dierum, victus, amictus.

Illæ non sunt revocandæ

§. 11 In Ecclesiam Dei (1) à prohibitione divina Gal. 3, 23. 24. 25. c. 4, 9. 10. c. 5, 1. 2.

(2) à patrum censura, qui contra Judaicas ceremonias disputarunt. Justinus in dialog. cum Tryphon. Tertullianus. Cyprianus adversus Judæos. Augustinus Epist. 118. (citante ipso Bellarmino libr. 4. c. 3. de justificatione) Christus in Evangelio instituit sacramenta numero paucissima, observatione facillima, significatione præstantissima, quibus societatem novi populi colligavit. Idem in Psal. 73. Mutata sunt sacramenta, facta sunt pauciora, faciliora, salubriora, feliciora.

(3) Ab abrogatione Synagogæ Judaicæ: ex qua ultro sequitur, etiam ceremonias ejusdem abrogatas esse, Daniel. 9. vers. 27. Coloss. 2. v. 17. Hebr. 10, 1.

(4) à Confessione Pontificiorum. Bellarm. libr. 4. capite 4. de justific. Est (ait) hoc loco breviter notandum, legem Mosis, quoad præcepta ceremonialia & judicialia, simpliciter abrogatam esse. Durandus in Procem. rat. Non debemus Judaizare. Et mox: Quantum ad moralia, lex non recipit mutationem, sed quantum ad sacramentalia & ceremonialia lex mutata est, quoad superficiem literæ. Cur igitur tot ceremoniæ Judæorum in Ecclesiam Romano-Catholicam invectæ sunt? Vide Hunnium in Apostas. Romanæ Ecclesiæ cap. 5. §. 457. ad 634. Caspar in Exam. de Censura cap. 15.

Ceremonialia à moralibus differunt

§. 12 1. Duratione: illa non semper durant; Hæc durant, Heb. 9, 10.

2. Variatione. Moralia non variantur: Hæc variationem recipiunt pro varietate circumstantiarum.

3. Usu. Moralia non præfigurant: Ceremonialia sunt figuræ & monitoria variorum moralium: Itaque hæc moralibus subserviunt. Non obligant Pontificiorum leges de ceremoniis, cum non ordinentur ad communem hominum salutem, ut fatetur Cassander f. 827. oper. Thom. 2. 2. q. 96. art. 6.

Calvinianis *verò cedere non tenemur* ceremoniarum intentata abrogatione. Vide Dn. D. Meisner. Colleg. Adiaphoristico Disput. 1. seq. 1. 6. 18. Wittebergæ disputatis. Chemnit. in explicat. Evangel. die Circumcisionis Domini. Luther. in Epist. Domin. Advent. fol. 20. b. §. Die ander. Morlin. in Psal. 44. p. 133. b. in Psal. 37. de Adiaphoristis: neque etiam nostras ceremonias unquam impietatis convicerunt, cum nobis largiantur potius posse de his salva fide & charitate statui. Vide D. Lucæ Backmeisteri eigenes und freywilliges Bekänt- und Gezeugnüß vieler vornehmer Calvinischen Lehrer &c. Rostoch. 1627. edit. Etsi contra non desint alii, qui plus justo in taxandis nostris sint morosiores. Lambert. Danæus lib. 2. c. 10. Ethices Christian. Georg. Schindler p. 154. Von Fest- und Feyertagen. Ejusmodi tamen festos dies Ecclesia Calviniana Gedani & approbat & frequentat: habitis conci-

cioni-

cionibus ad populum. Organa Musica (κατ' ἐξοχὴν ita dicta) improbat Daniel Tilenus in syntagm. approbat ecclesia Gedanensis. Vestes candidas & linteas multi ex reformatis Dd. rejiciunt: sed mitior est censura D. Georgii, qui illas admittit pag. 262. cap. 16. Apolog. Multos (ait) in Ecclesiis vestris ritus agnoscimus, à Domino quidem non præcipuè mandatos, sed ab Ecclesia institutos, interim bonum usum habentes, & ad ordinem & decorum Ecclesiæ spectantes, ut omnia juxta præceptum Apostoli &c. Quod si his etiam privatam confessionem, quæ fit ante usum cœnæ Dominicæ, VESTEM etiam LINTEAM addere velis, NON REPUGNO, modo vitetur omnis abusus & opinio cultus, meriti, necessitatis &c. Hæc ille. Panifragii plus quam sonticam necessitatem multi urgent à Calvinisequis. Placidior est Zanchius, qui Epistola ad Othonem à Grunrad ob fractionem panis frangi vetat Ecclesiam.

§. 14 Sed nec Pontificiis cedere fas est, tempore edendæ confessionis, in gratiam Rom. Pontificis ejusque Episcoporum.

1. ob exemplum Apostoli, Gal. 2, 5. 11.

2. Ingenui confessoris officium, Matt. 10, 32. Luc. 11, 23.

3. Libertatis Ecclesiæ depositum, Gal. 5, 1.

4. Scandalum infirmorum, Matth. 18, 6.

5. Bonæ conscientiæ studium, 1. Tim. 1. v. 19. 1. Reg. 18, 21.

6. Primitivorum Christianorum exemplum, qui thus in gratiam Ethnicorum adolere noluerunt.

7. Negatum omnem fructum. Neque enim ideo mitiores nobis reddentur aut placatiores jurati Pontificii.

Querela D. Augustini de Ceremoniarum multitudine.

§. 15 Libro secundo ad inquisit. Januarii, cap. decimo nono.

Hoc nimis doleo, quia multa, quæ in divinis literis saluberrima præcepta sunt, minus curantur, & tam multis præsumptionibus sic plena sunt omnia, ut gravius corripiatur, qui per octavas suas terram nudo pede tetigerit, quàm qui mentem vinolentia sepelierit. Omnia itaque talia, quæ neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in Conciliis Episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universæ Ecclesiæ roborata sunt; sed diversorum locorum diversis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix aut omnino nunquam inveniri possint causæ, quas in eis instituendis homines sequuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione resecanda existimo. Quamvis enim neque hoc inveniri possit, quomodo contra fidem sint: ipsam tamen religionem, quam paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, servilibus oneribus premunt, ut tolerabilior sit conditio Judæorum, qui etiamsi tempus libertatis non agnoverint, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumtionibus subjiciuntur.

Cassandri, fol. 873. oper. & 874. è Luther. in Epist. ad Galat.

Erasmi in cap. XI. Matth. Ætas Hieronymi præter diem Dominicum pauca numerat festa: nunc Feriarum neque finis neque modus est. Et libell. de concordia queritur de turba festorum dierum.

B. Rhenani in lib. Tertulliani de corona militis: Feriarum (ait) antiquitus mira paucitas.

C. Agrippa c. 56. de vanitate scientiar. Nobis Christianis diversis temporibus diversi Pontifices diversos mores præscripserunt, circa ceremonias, cultum, cibos, jejunium, vestitum, pompas, mitras & hujusmodi. Sed unum admirabilium vincit admirationem, quod illi his ambitiosis moribus se cœlum ascendere posse putant, & tamen istæ religionum leges non alio fundamento nituntur, præterquam suis placitis, nec aliam insuper regulam, præter credulitatem, habent.

§. 16 Gentilium Ceremoniis polluti quoque sancti viri, v. g. immolare in excelsis. Vide 1. Reg. 3. Salomo in excelsis immolabat. Sic & Josaphat, 1. Reg. 22.

Libertas

§. 17 In Ceremoniis piis concessa, cum Dei gloria & necessitas proximi id flagitarent, v. gr. Die sabbathi licebat subvenire proximo, Luc. 14. Johann. 5. Circumcisio dilata. 2 Chron. 30. magna pars populi non sanctificata vescitur Paschâ. Hanc libertatem in tristem populi Judaici servitutem commutarunt Pharisæi.

Abusus

§. 18 Ceremoniarum divinitus institutarum fit cum in cultum eriguntur, sic olim serpens æneus coli cœpit, 2. Reg. 18.

Dispensatio

§. 19 In Ceremoniis 1. Jos. 5. Judæi non circumcisi postea verò à Josua circumcisi sunt DEI jussu.

2. Panes propositionis pueri Davidis manducarunt, 1. Sam. 21. Matth. 12.

3. Non usque adeò Sancti Pascha celebrarunt, 2. Chron. 30.

4. Etiam Sabbatho cum hostibus dimicarunt, ut Mathathias & amici, 2. Maccab.

Adulteratio

§. 20 Ceremoniarum 1. pollutorum immolatione, Malach. 1.

2. Sacrificii defraudatione, d. l. Malachiæ.

3. Sacrificii per peccata maculatione. Malach. 2. Dominus testificatus est inter te & uxorem &c.

4. Ceremoniarum multiplicatione. Esa. 1. Quid mihi multitudo victimarum vestrarum?

5. In opere operato spem figere. Esai. 58. Nolite jejunare, sicut Jer. 11. carnes sanctas.

Declaratio

§. 21 Ceremoniarum. Est ea necessaria. Exod. 12. Cum dixerint vobis &c. Ibid. c. 13. Cum interrogaverit te filius tuus. It. Josuæ 4.

Mutatio

§. 22 Ceremoniarum. Hanc sequitur mutatio religionis 1. Reg. 12.

CEREI

à Papa introducti Zozymo, Platina in vita Zozymi, & Theodoro primo, Dur.lib.6.c.80. §.2.Rational. Beyerlinck. concion.ſelect. 47. non potuit docere, cerei mentionem ante Tolet.Conc. IV. ullam factam eſſe, confer Marſil. Columm. Hydragiol. ſect. 2.c.2.§.13.

Accenduntur in honorem reliquiarum. Bellarm. l.2.c. 3. §. 9. Coſter. in enchir. p.433. §.Neque repreſ. Impreſſam agniDei imaginem particulæ collo appendunt more ethnico. Baron. an. 58. §. 76.

Orant, ut Deus velit cereis benedictionem affundere, & lumine gratiæ ſuæ eos ſanctificare. Deinde cerei à Sacriſtæ fratribus diſtribuuntur. *Purificationis die* 1. Abbas benedicit candelis, ſive cereis. 2. orat,ut Deus candelas benedicere, ſanctificare, & lumine ſupernæ benedictionis accendere dignetur. p.13. 6. Proceſsionale Ord. Præmonſtratenſis. p.13. b. Pariſiis 1574. 3. Tria ſigna crucis facit ibid.

Paſchalis cereus ſolebat conſecrari in Eccleſia, isque accendi, vel igne ex ſilice percuſſo, vel chryſtallo ſoli objecta, quod Zoſimus Papa inſtituit. Caſſand. fol. 225. oper.

Cerei in altari in adminiſtratione S. Euchariſtiæ apud Auguſtanæ Confesſioni addictas Eccleſias liberè retinentur ob 1.temporis,quo cœna inſtituta fuit, commonefactionem. Noctu namque inſtituta eſt.

2 Ob antiquitatem luminum, à qua liberè non deſciſcimus, adverſariis maximè libertatem noſtram tentantibus, Gal. 2.

CERTAMEN.

1. Ethnicum varium, Olympicum, Pythium &c. ad quæ Paulus reſpicit 1. Cor. 9,25. 2.Tim. 2. verſ. 5.

Militare commune multorum contra ſe invicem.

Singulare v.g.David certans cum Goliatho, 1. Sam. 17.

2. Theologicum (α) omnium fidelium cum Deo, ut hunc vincant cum Jacobo, Gen. 32.
cum Diabolo, Apoc. 12.
mundo, 1. Joh. 5.
hoſtibus evangelii, Rom.15,30. Coloſſ.4,12.
per fidem & preces, Coloſſ. 2. Hebr. 12,4.

(β) miniſtrorum: cum hoſtibus communibus, Phil. 1, 27.30. Coloſſ.1, 29. cap.2. 1. Theſſ. 2, 2. Hebr. 10, 32. tum ſingulariter cum beſtiis, 1. Corinth. 18, 32. inimicis verbi & mundanis hominibus, 2. Tim. 4. Alexander Faber.

2. Timoth 4. Bonum certamen certavi.

Quid per certamen intelligit? Totum vitæ curſum & officii labores tot tantosque, quibus brevi exſolvendus erat.

Bonum erat hoc certamen,in quo ut ſummè bonus & clementisſimus ipſe Chriſtus vincit in ſuis bellatoribus. Apoc. 12. Vicerunt per ſanguinem agni.

In Chriſtiano certamine 1. Deus proponit præmia, eſtque Βραβευτης.

2. ut ſapiens tulit leges certandi, ut νομοθέτης, 2. Tim. 2.

3. ut pulcherrimus ſtatuit coronas. 2. Timoth. 4,8. repoſita eſt mihi corona juſtitiæ.

4. ut fidelis ſuggerit vires, Eſa. 40.
ut facitis labantes

Bonum.

Τὸν καλὸν, pulchrum 1. coram *Deo*, inſpectore ſummo pugnarum Apoſtolicarum: qui etiam Paulum non ſemel conſolatus eſt, 2. Timoth. 4.

2. *Angelis*, gaudentibus de curſu evangelii, à Paulo lange lateque plantati, Rom. 15.

3. *Hominibus* conſtantiam Pauli certantis, indefeſſamque diligentiam admirantibus.

4. Ob pulchra hujus certaminis *objecta & effecta*: certavit namque cum carne propria, Rom.7.hominibus improbis, ipſoque diabolo, 2. Cor. 12. Vicit incredulitatem & malitiam hominum robore divino; duce patientia, comite ſpe: vicit tribulationes, Rom.8. infinitaque mala, 2. Cor. 11.

5. Ob *adjuncta*. Fuit enim certamen conſtantisſimum, Roman. 5. prudentisſimum, 1. Cor.9. fortisſimum, Phil. 4. humillimum, 2. Cor.11.

Athletarum varia genera apud gentiles recenſet Joh. Raviſ. Textor col. 916. officin. ſuæ. Laurent. Joubert. fol. 200.201. 202.ſeq.ſub fin. oper.

Cur certare velit nos Deus? Reſp.1.ut ſemper etiam cum carne propria bella geramus, Rom. 7. 2. ſecuri non reddamur. 3. humiliemur, ne mentem extollamus, Coloſſ. 1. verſ. ult. 4. ut promisſioni militiæ in baptiſmo præſtitæ ſatisfaciamus. 5. differentiam regni Chriſti & Diaboli agnoſcamus. 6. omnium ſanctorum exemplo conformemur. (Hieronym. Quis Sanctorum ſine certamine coronatus eſt? Solus Salomon in delitiis fuit, & ideò forſitan corruit) 7. miſeriam captivitatis noſtræ addiſcamus. Intra fines tuos Jebuſæus habitat: ſubjugari poteſt, ait, non exterminari, ait Bernhard. in Cantic.Cantic. Jebuſæus eſt caro peccatrix, cujus ſervitute premimur, Rom. 7. verſ. penult.

CERTITUDO gratiæ divinæ erga nos ex Juſtificatione reſultat. Juſtificatio confirmatur multis argumentis.

Primò v. certi ſunt credentes de præſenti gratia ac remisſione peccatorum, in quâ ſtant, de futurâ gratiâ quoque certi hypotheticè, quippè cum finali perſeverantia conjuncta. Rationes 1. ex parte Dei ſunt. 1. Veritas Dei in promisſis. 2. Promisſionum Evangelii univerſalitas. 3. Juramenti divini gravitas. 4. Conſtantia Dei non pœnitentis donorum, Rom. 11, 29. 5. Obſignatio Spir. Sancti, 2.Cor.1. 6. Obſignatio gratiæ per Sacramenta, baptiſmum, qui eſt ſtipulatio bonæ conſcientiæ, 1. Petr. 3. S. cœnam, quæ eſt N. T. per ſanguinem Chriſti à Chriſto datum, à nobis acceptum, confirmatio.

II. Ex parte hominis credentis, qui 1. certam fidem habet & πληροφορίας, ὑπόστασιν, ἔλεγχον.

2. Scit, cui credit, 2. Tim. 1. quod è morte in vitam translatus ſit, 1. Joh. 3. redemptor ipſius vivat, Job. 19. quæ ſit mens Dei, 1. Cor. 2.

3. Gaudet in Deo ſuo, Luc. 1. Philipp. 4.

4. Sen-

4. Sentit Spiritus Sancti fructus Galat. 5. in sese, imperfectos licet, audit DEI verbum, Joh. 8.

5. Accipit absolutionem à peccatis.

6. Habet in se testimonium Sp. sancti, Roman. 8.

7. Confitetur Christum, Rom. 10.

8. Orat Deum fiducialiter.

9. Patiens est crucis.

10. *Certi de gratiâ* Dei quoque Patriarchæ, non solum ex speciali revelatione, sed ex propria quoque fide: Prius asserit Perer. in Genes. 22. Disp. X. sub fin. Posterius patet ex Hebr. 11. ubi exempla fidei recensentur: Et ad Rom. 4. Abrahami fides in nostrum quoque solatium atque exemplum proponitur & celebratur.

11. Nonnulli ex adversariis Pontificiis hanc veritatem nobiscum amplexi sunt. Vide D. Gerhard. in Confess. Cathol.

CERVIX. *V. Pertinacia.*

CERVUS.

Mundum animal, Deuter. 12, 15. cap. 14, 5. cap. 15, 23.

Psal. 42. Sicut cervus desiderat &c.

Propria cervorum 1. Bellare semper cum serpentibus.

2. Ad altos montes confugere, Psalm. 104, 15. si prematur à canibus. 3. Alios aliorum onera portare, suppositis sibi invicem capitibus, cùm locum mutant vel flumen natando trajiciunt. Augustinus in Psalm. 42. & sermon. 21. de verbis Apostoli. 4. Serpentes è cavernis terræ protrahere spiritu narium. 5. Pullos ad cursus & fugam exercere, ducere eosdem ad prærupta, ac saltandi methodum ostendere. 6. Cursum velocem exercere, Genes. 49, 21, 2. Samuel. 22, 14. Psalm. 18, 54. Esai. 35, 6. Hab. 3, 19. 7. Desiderare umbram, Job. 7, 2. ac potum aquæ, Psalm. 42, 2. 3.

Vbera cervæ Cantic. 4, 5. sunt consolationes afflictis conscientiis in verbo proposito. Luther. Proprietates cervi prolixè explicat Hugo Cardinal. in Psal. 42.

Est quoque cervus imago fortis & expediti viri. 1. Reg. 4. Hasael. Vid. Brent. in h. l. qui temeritatem in hoc carpit: & conjugii dulcissimi, quod pax & pietas ornant, Proverb. 5.

Tempus partus cervarum, Job. 39, 4.

Difficilis earum partus, Ps. 29, 9.

Abortum facile patiuntur violentiâ tempestatum. Moller. in Psalm. 29, 9.

Christus cervæ & hinnulo similis, Cant. 2, 9. (1) salit enim verbo suo modo in hanc terram, modo in aliam, Luther. (2) serpentem Diabolum e fovea inferni extraxit & pessumdedit. Orig. in h. l. Cant. 3. persecutionem passa hæc cerva, Psal. 22. Hier. Cervæ a maribus tempore conceptus discedunt, Plinio teste. Monent conjuges, post conceptionem caste vivere: At post illam aperiri uterum, humanæ corruptionis argumentum est.

Cervi cornubus carentes, nec solidata illa habentes in publicum non procedunt: Sed ad solem cornua exponunt, ut indurentur: Sic nec ad alios docendos prodeant, qui exercitata sensoria non habent.

Silvestris cervus intuens equum vel bubalum, non observat hominem sagittis in ipsum collimatis instructum: Sic curiosi homines aliis intendentes, non advertunt, quid ipsis eveniri possit, aut in propinquo sit.

Cerva, hinnulus. V. Uxor. V. Christus.

Monent nos cervi 1. de providentia Dei admirabili, Job. 39. prægnantibus cervis prospicientis.

2. De fortitudine Heroica, Genes. 49. in Debora ac Barach. Brent.

3. De Gentium vocatione, Ps. 4, 29.

4. De piorum fide ac spe, in solo Deo tanquam inexplicabili manu collocata.

5. De piorum desiderio, non nisi alta petentium, Psal. 42. ut cervus.

6. De exercenda invicem charitate, atque aliorum onera ferentibus. Augustinus in Psalm. 42. hunc vide.

7. De studio orationis assiduo: Clama cum cervo ad fontem Deum vivum. Vide Brentium in Psal. 42.

8. De celeri cursu in via evangelii instituendo. Psalm. 18. Facit pedes meos instar cervorum.

9. De auxilio Dei nos in cruce confortante, Hab. 4.

10. Cerva imago velocitatis & gradus gressusque non vacillantis, apud Jobum cap. 30. vers. 1. 2. Esa. 35. vers. 6. Psalm. 18, 34. Habac. 3, 18.

CETUS, ceti.

De quo Galenus lib. 3. de facultat. aliment. Ælianus libr. 9. de natur. animal. capit. 49. Ambros. libr. 5. Hexaëmeron c. 10. Basil. hom. 7. Hexaëmeron.

Montes æquant & insulas, Basil. d. l. Augustin. epistol. 49. quæstion. 6. publice visam fuisse refert beluam marinam in Africa, cujus os instar speluncæ fuerit. Confer Hieronym. in 2. Jonæ. L. M. Zach. Fabr. p. 579. Exercit.

CHARITAS

Naturalis, à lege naturæ præscripta, hominum mentibus inscripta, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus: Hujus est illud axioma: Quod tibi vis fieri, alteri feceris, Matth. 7. v. 12. Obad. v. 15. Conf. l. 1. ff. Quod quisque Juris &c.

CHARITAS *Dei, Christi.*

Erga nos efficax est & operosa, ut amor Jonathanis erga Davidem efficacissimus erat, 1. Samuel. 18, 4. Sic & Christi erga

nos Johan. 15. Rom. 5. hanc sentimus in corde per Spiritum Sanctum, qui testatur nos Dei filios esse, Roman. 8. nos obsignat, Ephes. 4. v. 30. 2. Corinth. 1, 22. & in cruce nos certos reddit, nos à Deo diligi, Rom. 8. v. ult. V. Bonitas Dei in Tit. Deus.

Christus dilexit nos Ephes. 5.

1. Carnis assumptione.
2. Misera nativitate, Luc. 2.
3. Evangelii prædictione.
4. Promptâ passione.
5. Morte.
6. Officii sui regii, prophetici, administratione.
7. Gratis, ob nulla nostra merita de congruo.
8. Perseveranter, Joh. 13.
9. Singulariter, Joh. 15, 5.
10. Sincerè, sine ullo fuco.

Vrget nos Christi charitas. I. Impellendo nos ad redamandum Christum. Amor Christi requirit ἀντιφίλησιν. II. Occupando. Ille enim amor, quo nos Christum amamus, ut totos nos occupat: Sic Christum redamare nos efficit. III. Afflando nos sacro flatu. IV. accendendo nos: ut ignis accendit ligna, Theodoret. V. In sacro nos officio continendo: Horsum Oecum.

Pectus nostrum inflammat, ut Christi, agni Dei, recordemur jugiter. Ordinem aurei velleris Philippus Burgundiæ Rex instituit, vestes ejus candidæ, rubræ, gemmæ rutilantes, rutilantes ansæ subtus pendente aurei agni vellere. Ordo Christianorum verorum gestet vestes candidas fide, rubras Christi sanguine.

Et agnus Christus & Christi vellus, dilectio & innocentia, semper pectus nostrum ornent, cingant, ambiant. 2. Tim. 2. Memor esto Jesu Christi, &c.

Duplex Charitas, Dei, proximi. In his duobus, honore scilicet Dei, ut patris, & amore proximi, ut fratris, tota justitia consistit. Lactant. libr. de ira cap. 14.

§. 2 *Charitas vel dilectio Dei & Christi, qua nos Christum Deumque diligimus in specie: Quid sit?*

Habitus divinitus infusus, quo Deum ob seipsum, & proximum ob Deum diligimus. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, tota anima & totis viribus tuis, ex Deuteron. 6. vers. 5. Matth. 22. vers. 37. P. Fagius in Exod. 13. dixit, Judæos quotidie legere hoc præceptum. Idem puræ membranæ inscribere, ad sinistrum brachium alligare hoc præceptum.

Causa efficiens est Deus ipse: Spiritus Sanctus Romanor. 5. vers. 8. Effusa est charitas Dei, &c. Omnis qui diligit, ex Deo natus est, 1. Johann. 4. vers. 7. Hinc Apostoli charitatem à Deo precantur, ceu unico illius fonte, Ephes. 6. vers. 23. Galat. 5. vers. 23. Est enim Deus charitas, 1. Johan. 4. vers. 8. qui efficit in nobis charitatem per verbum. Etenim verbum Dei gignit fidem, Roman. 10. v. 17. Fides ex auditu: Fides charitatem, Gal. 5. v. 6. Nam charitas est fidei fructus: Semen est verbum: Charitas seminis fructus.

Accenditur quoque charitas in nobis meditatione beneficiorum Dei, Psal. 18, 2. 3. 4. Ps. 116, 1. 2. 1. Joh. 3.

Materia vel partes §. 3

Tres sunt.

1. Affectus: Ita, ut commoveatur animus erga eum, quem diligit: Hinc Apostolus jubet induere viscera miserationum, Coloss. 3. vers. 12. 2. Desiderium. V. suo loco Desiderium. Estque nihil aliud, quam tendentia affectus in objectum amatum. 3. Gaudium. V. Gaudium, ex quo etiam Gloriatio. V. Gloriatio. Gaudium itaque consistit in quiete mentis, quam habet in objecto adamato. Vide Phil. 2, 1. 2. cap. 4, 1.

Finis. §. 4

Deus ipse summum bonum, ob seipsum diligendum. Summum namque bonum diligendum est ob seipsum. Anshelm. in Bas. c. 25. O Anima ama illud bonum, in quo omnia bona.

Effecta amoris Christi. §. 5

Johan. 14, 23. Si quis (ait Dominus) diligit me, sermonem meum servabit.

Servamus verò Christi sermonem 1. Satanæ & Pseudodoctorum doctrinas fugiendo. 2. Integrè non mutilatè Christi sermonem servando. Multis sane eum modis mutilant Dipnosophistæ, Pontificii, Anabaptistæ. 3. Piè vivendo in charitate & timore Dei, Johan. 15, 5. 4. Perseverando & in corde custodiendo Domini sermonem, sicut cibus in stomacho servatur, nec eum fures rapere possunt. D. Bernhardus Colum. 12. Sermon. V. de Adventu Domini. Psal. 119, 11. in corde meo abscondidi eloquia.

Soli Christo placere velle. §. 6

Charitatis hujus 1. est effectus. Opponitur huic: Velle hominibus placere. Id D. Bernhardus vocat ambulare in lumine vultus humani. Colum. 403. lit. C. oper. edit. Paris. C. Sulpitius uxorem, quod aperto capite in publicum prodiisset, repudiavit (quod ipsi illa soli data esset:) Sic Deus te repudiabit, si alii placere velis.

2. Dominum quærere, 2. Chronic. 22, 9. eumque sequi susquedeque corporis cibique habita cura, Marc. 6, 31.

3. Carnem crucifigere, Gal. 5. v. 24. Est enim charitas clavus, quo cruci Christi affigimur: pati crucem, Rom. 8, 17. In hoc ὑπερνικῶμεν: Peccatum odisse, Ps. 96, 10.

4. Dei verbum amare & desiderare, Ps. 84, 11.

5. Desi-

5. Desiderare Christum, hoc est sitire & ad Christum venire. Johan. 7, 37. Qui sitit, veniat ad me. Vid. hic Augustin. Languere amore. Et hic est divini amoris effectus, sic præ desiderio languet animus amantis.

Huc quoque spectat Liquefactio, Fruitio, Fervor, Cordis mollities, ut cor illud amatus intrare possit. Canticor. 5. Anima mea liquefacta est. Si præsens est, quod amas, amato frueris. At si absit, sequitur tristitia sive languor. Canticor. 1. Amore langueo. Bernhardus sermon. 28. in Cantic. Canticor. Idem de pass. Domini capit. 46. Franco, Abbas Affligeniensis, de gratia Dei: Fervere amore est corripi excessu amoris sive charitatis, hinc lampades & ignis amori assignantur. Cantic. 8. Talis amor est in Cherubim: hos imitemur. Vide Bernhard. sermon. 52. in Cantica Canticor.

Languor spiritualis exercendus 1. desiderio, 2. gemitu, 3. precibus, cum Publicano Lucæ 18. David Psalm. 42. & peccatrice Luc. 7. Olim tria amori Venereo posuit remedia Crates Cynicus: nempe famem, tempus, laqueum. Nos spiritualia media adhibeamus. Vide porrò Bernhardum sermon. 14. in Cantica Canticorum. Augustinum libro decimo capit. 28. 29. Confession.

Animarum languor in cœlis. V. Vita Æterna. Angelorum. V. Angeli.

6. Non ob temporalia sequi, Matth. 8, 19. Qui enim ob temporalia Christum sequitur, magis amat temporalia quam Christum: Propter quod unumquodque tale est & expetitur, id ipsum magis tale est.

7. Procreare reliquas virtutes. E charitate fluunt reliquæ virtutes omnes. Facit enim nos, ut simus

(α) Agiles, ad iter nostrum in hoc mundo conficiendum: Sic Abraham mox ivit ex Haram, Gen. 12.

(β) Patientes, ad sustinendos hujus exilii labores. Sicut Jacob amore Sponsæ serviit Labano, Genes. 29, 18. Sic nos amore Sponsi omnia feramus. Roman. 8, 37. in his omnibus vincimus ob eum, qui dilexit nos.

(γ) Pii, ut inclinemus cor ad serviendum Deo, Jos. 24, 15. 16. adhæreamus Deo, Psalm. 73. ult.

(δ) Gloriam Dei præferre amori filiorum. 1. Sam. 4, 21. 22. Mater non de filio, sed arca Dei potius solicita fuit.

Impossibilitas amoris Dei. §. 7

1. Impossibile est, Deum a nobis diligi ex toto corde. Rom. 7. Lex spiritualis; Ego autem carnalis.

Cajetanus in 1. Corinth. 13. idem fatetur. Thomas in epistol. 1. ad Timoth. Hoc præceptum in hac vita non impletur.

2. Conscientiam nostram in Examine posse consistere, si illam ad hoc præceptum examines. Vide *Thron. justitiæ*, form. 12. Error igitur est, dicere, quod minima dilectio ad salutem sufficiat: autor serm. Sensator. edente Oenfelio p. 161. sermon. Sensator. Dicere, hominem posse implere Legem. Vide lex.

Sotus de Justitia & Jure libr. 7. quæst. 5. pag. 242. a. docet, non obligari homines ad summum istud dilectionis fastigium sine modo, sed ostendi, quo debeat homo diligendo conari.

Amoris Dei Adjuncta. §. 8

I. Amor Dei est inseparabilis, quia animam ligat cum Deo, ut hujus illa non obliviscatur, quia habet illum pro signaculo in corde: & omnes creaturarum perfectiones Deo inesse colligit.

II. Inseparabilis. Nullis enim malis vincitur. Roman. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? Hoc testantur exempla Sanctorum in Martyriis.

III. Imparticipabilis. Socium non admittit Dei amor.

Etsi enim homo se diligat, tamen se diligit ad Deum: Amicum diligit in Deo: Inimicum propter Deum: Omnia creata non propter se, sed propter Deum.

IV. Insatiabilis. Nihil enim amanti Deum sufficit, præter Deum. Omnia mundi invisa ipsi sunt, nec satiatur illis: cupit ergo dissolvi, & esse cum Christo.

Bona & Commoda ex amore Christi & Dei promanantia varia sunt: §. 9

1. Amoris reciprocatio, diligens enim Christum diligetur à patre, Joh. 14, 23. & charitas Dei in cordibus nostris diffundetur, Roman. 5, 5.

2. In Deo mansio, 1. Joh. 4, 16. amor enim nos Deo conjungit: ubi verò amor non est, ibi divisio est, Luc. 11, 17. 3. Totius hominis occupatio. Nam qui Deum diligit (α) Intellectu suo omnia meditatur, quæ Dei & divina sunt. Vide Psalm. 119. per integrum. Psal. 1, 1. 2. 3. Esa. 26. nocte concupivi &c. (β) Voluntate semper agit ea, quæ Deus mandat imperatque. Psalm. 13. In lege Domini voluptas ejus. Psal. 40, 9. Lex tua in medio viscerum meorum.

3. Appetitu semper desiderat vivere juxta legem Dei. Romanorum 7. vers. 22. Condelector Lege Dei. Psal. 119. utinam observar. &c.

4. Vulneratio cordis Dei. Canticor. 4, 9. Vulnerasti cor meum, nempe cum eum diligimus. Hinc dicit Jer. 31, 20. Conturbata sunt viscera mea. Rex ordinavit in me charitatem suam, Canticor. 2, 4. S. Pagninus: Vexillum ejus super me, amor. Sicut milites vexillo diriguntur in prælio & ab hostibus discernuntur:

Sic charitas Dei ad militandum nos impellit, & à mundi filiis filios lucis distinguit. Fidei glutine, quam sequitur charitas, Deo agglutinati.

5. Ad Deum adventatio, Cantic. 4. v. 8. Tribus vicibus venire dicitur sponsa: nempe venit per fidem, Johan. 6. v. 40. 44. Venit per spem. Roman. 8. v. 24. Spe salvi facti sumus. Venit per charitatem; imo in Deo manet, 1. Johan. 3. v. 24. *Anathematis* vitatio, 1. Corinth. 16.

6. Dei benedictio. Benedicit enim illi, qui ipsum diligit, Psal. 128, 1. seq. & Psal. 12, 1. seq. 1. Tim. 4, 8.

7. Dei fœdus. Exod. 20, 6. Facio misericordiam in his, qui diligunt me & custodiunt præcepta mea.

8. Felicitas è dilectione illa Dei: De qua pulchrè Augustin. Tom. 8. oper. in Psalm. 26. Enarr. secund. col. 134. Habemus (ait) hic felicitates diversas generis humani, & miser quisque dicitur, quando illi subtrahitur, quod amat. Amant ergo homines diversas res, & quando quisque, quod amat, habere videtur, felix vocatur. Verè autem felix est, non si id habet, quod amat, sed si id amet, quod amandum est. Multi enim miseri sunt magis habendo quod amant, quam carendo &c. Ergo summa felicitas, summum Deum amare, judice Augustino.

§. 10 *Facit nos omnia relinquere amor Dei.*

1. Affectu, Psal. 62, 10. ne cor rebus mundanis apponamus.

2. Ipso abnegationis actu, ut bonis mundi sic utamur, ac si non haberemus, 1. Corinth. 7. v. 29. 30.

3. Actualis dilectionis, Matth. 19, 9. Luc. 14, 26. Sicut Noa arcæ se commisit, & omnia in mundo reliquit, Gen. 6.

§. 11 *Cum Deo uniri.*

Est enim amor affectus unionis. Charitate ergo unimur cum Deo, ut nos in ipso simus, Joh. 17, 21. 1. Ioh. 3, 20.

§. 12 *Quærere Deum.*

Psalm. 40, 22. Exultent & lætentur omnes quærentes te, nec mirum! Solemus enim ea quærere, quæ amamus. Psal. 105, 4. Quærite faciem Domini semper.

§. 13 *Et ad eum venire, obedire ei. V. Obedientia.*

Invitat enim nos per dulcissimas S. Scripturæ literas, ut ad ipsum veniamus, Joh. 6. v. 40. Scriptura namque est epistola Dei ad nos missa. Gregor.

§. 14 *Vitam pro Deo fundere.*

Apoc. 12. Non dilexerunt animas suas usque ad mortem. V. Martyr. idque amore Dei.

Diligere supra parentes §. 15

Deum scilicet. Num. 6, 7. Nazaræus non contaminabitur super funere patris, matris, sororis, &c. Sic omnes spirituales Nazareni omnia flocci pendunt, solum Deum diligunt. D. Luth. in Catechef. Debemus Deum supra omnia diligere &c.

Suspirare ad Deum, §. 16

Augustinus Tom. 9. colum. 804. c. d. vid. tit. Desiderium, eumque sibi ipsi appropriare. Canticorum. 2, 16. Dilectus meus mihi & ego illi &c.

Impedire peccata. §. 17

Joseph Genes. 39. vers. 8. noluit peccare, quod Dominus ipsius multa in eum beneficia contulisset; quanto magis tu peccare non debes, qui tot beneficiis à Deo mactatus es, Psal. 103, 1. 2. seq. Joh. 5. v. 14.

Recordari Christi. §. 18

Maria Christum in utero sub corde, Luc. 1. vers. 35. 37. Simeon eundem in ulnis, Lucæ 2. vers. 28. Sponsa inter ubera gestat, Canticor. 1. v. 13. Sicut mens pia semper Christum gerat in corde & memoriâ per devotionem, in ulnis per operationem, inter ubera per jugem recordationem & pietatem. Hanc recordationem ipse præcipit 1. Cor. 11. v. 25. in mei commemorationem.

Christum ergo amare debemus §. 19

1. Prudenter. 2. Dulciter. 3. Fortiter. Prudenter (α) Prævidendo insidias Satanæ, 1. Thess. 3, 5. (β) Prævisas cavendo, Ephes. 6. v. 12. sequentib. (γ) In bono opere fidei & charitatis perseverando, Matth. 10, 22. Dulciter in recordatione 1. Peccatorum remissionis. 2. Sanctificationis. 3. Glorificationis & futuræ beatificationis. Roman. 5, 3. Gloriamur. Fortiter (a) in expellendo timore, 1. Johann. 4. vers. 18. (b) in excipiendo labore & cruce, ut lubenter ea subeamus ob CHRISTUM, 2. Corinth. 11. vers. 23. (c) in non fugiendo pudore, Matth. 10. vers. 33. Quisquis me confessus fuerit &c. Luc. 9, 26.

Suadetur eadem Dei charitas §. 20

I. A præcepto Dei, qui vult se diligi à nobis, Deut. 6, 2.

Diliges Dominum Deum tuum, Matth. 22. vers. 38 vocat hoc præceptum primum & summum 1. ratione generalis sui ambitus; omnia alia in se continet præcepta, omnes virtutes. 1. Tim. 1, 5. Finis præcepti est charitas. Mich. 6, 8. Dictum est tibi homo. Romanorum 13. vers. 8. Dilectio est impletio legis. 2. Maximi præmii; qui enim diligunt Deum, iis summa bona promisit Deus, 1. Cor. 2. v. 9. Omnia iis in bonum, Rom. 9. v. 28. 3. Ipsius Charitatis, quæ est fons & radix omnium virtutum.

4. Modi

4. Modi diligendi Deum, qui est sine omni modo, ut loquitur Bernhardus.

II. A summa Christi, Dei dilectione, quæ describitur 1. per epitheta Eph. 2, 4. propter multam charitatem suam, Jerem. 2, 2. Charitas desponsationis perpetua, Jerem. 31, 3. (2) per evidentissima amoris signa, videl. quando Christus pedes discipulorum lavit, Johan. 13, 5. & vitæ amissione summum illum amorem obsignavit, Johan. 15, 14. atque ille Christi amor nos ad redamandum illum inflammet, 2. Corinth. 5, 14. urget συνέχει: Emphasis in voce græcâ, notans, cor nostrum occupari ab hoc amore, constringi, circumvallari. Vide Lucæ 19, 43. capit. 8, 45.

III. A natura hujus charitatis. Est enim pulcherrima: diligere eũ, qui pretiosissimus & pulcherrimus est, Psal. 45, 3. præ filiis hominum. Optima est: Ephes. 3, 19. Christum diligere &c. videtur loqui Apostolus contra Philosophos, Ephesi commorantes, quorum scientiam, quæ sine Christo erat, plane rejicit Apostolus, tanquam inutilem: ædificat nos 1. Cor. 8, 1. Scientia vero inflat ut plurimum. Maximè verò ea, quæ extra septa Charitatis versatur.

IV. A fine animæ nostræ; Ea enim ideo creata est, ut Deum summum bonum diligat, utpote in quo omnia bona. Sit vero anima nostra quieta. Nam sicut vas tremens in manibus non potest impleri, nisi quiescat. Et sicut radix huc & illuc ventis agitata atque impulsa, non fructificat: ita cor tremens infidelitate & dubitatione Jacob. 1, 5. 6. & vacillans variarum mundi curarum vento, fructum divinæ charitatis ferre non potest. Sit ergo animæ tuæ requies Christus, Matth. 11, 29.

V. A summo periculo & supplicio 1. Maledictionis. Qui enim Christum non amat, est anathema maranatha, 1. Corinth. 16, 22. Anathema est omnis res execrabilis, Roman. 9. vers. 3. Galat. 1. vs. 8. Et hinc ἀναθεματίζω execror Actorum 23, 12. Marc. 14, 71. Maran Dominus: atha venit: ut ad extremum judicium Apostolus sine dubio respexerit, quo Dominus ipse venturus sit, Hieronym. ad Marcell. Nuper quum: Et hinc illa in Epistol. Judæ vers. 14. verba referunt Luther. in Germ. Maharam Motha, h. e. devotus & destinatus morti est, Levit. 16. cap. Confer 1. Corinth. 16. & gloss. Lutheri ibid.

VI. A beneficiis. Liberavit nos, E. amandus est. Tygranes rex captus à Cyro cum conjuge, morti adjudicatus, non pro se sed pro conjugis vita Cyrum petiit. Quod audiens conjux, oculos immobiles in maritum mirabunda amoris tanti conjecit. Sed post liberationem quæsivit ex ea maritus, annon Cyrum clementissimum regem vidisset? respondit: Absit à me, ut ad alium, quam eum, qui pro me vitam fundere voluit, oculos meos reflectere animum meum induxerim: Sic tu anima ad solum CHRISTUM liberatorem respicias. Galat. 2. vers. 20. vivit Christus in me, qui dilexit me &c. Roman. 8, 37. Vincimus ob eum, qui dilexit nos. Psalm. 116, 12. Quid retribuam Domino? &c. Vineam inter nos instituit, Esa. 5, 1. hoc est, ecclesiam elegit, Psalm. 80, 9. multis eandem donis & bonis cumulavit, Esa. 5, 3. 4. Ephes. 1, 3. 4. 5.

VII. A Justo. Quæ nostra sunt amamus. Jam verò Deus noster est naturâ, curâ, beneficiis, dominatu, cultu. Nos liberi, famuli, servi sumus. Actorum 17, 26. Fecit ex uno sanguine. Malach. 2, 10. Nunquid non unus Deus &c. cap. 1, 6. ibid.

VIII. A minori. Epulas & convivia desideras; cur non magis eum, qui spirituale animæ est epulum, Christum? Johann. 6, 58. Cur non amas cœlestem illum convivam, ut cum eo discumbas? Matth. 8, 11. ut ab eo inebrieris, Psalm. 36, 9. ut ceu servus sitiens poteris, Psalm. 42, 3. ut cœnes cum eo, Apoc. 3, 20.

IX. Ab unione Christi & fidelium. Christus est Sponsus: hunc merito amat Sponsa, Ose. 2, 19. Ephes. 5, 25. est caput; nos membra: Hæc illud omnino ament. Est vitis, nos palmites: hi ament vitem, vid. tit. Communio nostri cum Christo in promptuar. C. XVI. Quantò igitur plura sunt Christi in nos beneficia, tantò major debet esse in nobis Christi amor. Psalm. 103. Ne obliviscaris.

X. A necessario. Sine Deo nobis bene esse non potest. Augustin. Sermon. 13. de verbis Apostoli. Id ergo amandum, in quo felicitatis nostræ & prora & puppis est.

XI. Ab exemplis diligentium Deum, v. g. Abraham, patriam relinquens, Genes. 12. Omnes Patriarchæ. Daniel. 5. Daniel. 2. Macchab. 6. Eleazar. Capit. 7. Septem fratres. Petrus, Johan. 21. Paulus, Actor. 21. David, Psalm. 18, 3.

XII. Ab Utili. Est enim hæc charitas omnium virtutum radix, desiderans virtutum fructus. 2. Ipse Deus est summum bonum, sufficiens & perfectissimum: Ergo utile est amare Deum. Apud Christum habemus manentem civitatem, Hebr. 13, 14. ante omnia igitur Christum amemus, qui locum paravit, Johan. 14, 2. viam stravit flosculis amoris sui, quos odorati merito redamabimus spargentem Dominum, juxta illud Cantici cap. 1, 3. in odore unguentorum tuorum curremus; certe amor Christi unguentum est utilissimum, ad sananda vulnera; fragrantissimum, ad expianda coram Deo peccata, Ephes. 5, 2. 25. pretiosissimum, ob pretiosum sanguinem, ex quo confectum est, amoris Christi, 1. Petr. 1. versic. 18. 19.

Amemus ergò Deum, à quo constanter, utiliter amamur, ut animas nostras custodiamus, Josuæ 23, 11.

Notæ dilectionis Christi.

1. Desiderium Dei.
2. Gemitus ad Deum.
3. Contemptus mundi.
4. Charitas erga proximum.
5. Patientia in Cruce. Apoc.12. non dilexerunt animas &c.
6. Contemptus honorum, voluptatum, vanitatum hujus vitæ.

§.21 *Exempla sacra & profana applicata allegoricè.*

Exod. 12. Cum desiderio ex Ægypto migrabant Israelitæ & agnum manducabant. Sic nos Ægypto mundi (v. supra Ægyptus) conclusi cum desiderio liberatoris nostri, agnum cœlestem 1. Corinth. 5,7. comedamus, & amore ejus magis magisque incalescamus: mundum odio habeamus. Est enim spelunca latronum, est nostra captivitas; magis ergo ad cœlum suspiremus, ubi est politeuma nostrum, Phil. 3, 19. Peregrinator non amat hospitium, sed festinat eô exire, ut ad metam præfixam perveniat: Sic nos omnes peregrinatores sumus: quid cunctamur in hospitio mundi? Exeundum tandem nobis est.

1. Samuel. 25,18. Festinabat Abigail venire ad Davidem: Veniamus & nos ad Davidem Christum, Johan. 6,35. Ezech. 34, 33. ne iratus ad nos veniat, Psalm. 2,12. Donum fidei & contriti cordis cum hostia novæ obedientiæ offeramus, Rom. 12,1.

Stat jam in procinctu ad judicium arma iræ suæ expediturus Psalm. 7,12. 13. 14. Josua noster: Igitur funiculo rubeo amoris corda nostra notemus, ut parcat nobis, Josuæ 2, 18.

Luc. 1, 39. Maria cum festinatione abiit ad montana, inflammata scilicet charitate: Sic nos per asperam viam vitæ ad montana cœli contendamus, Coloss. 3, 1. 2. ubi Christus & nostrum est politeuma, Phil. 3, 20.

Luc. 19, 6. Zachæus festinabat ad excipiendum Christum in domum suam: Sic nos in domum cordis recipiamus per charitatem Christum: festinemus recipere, instemus rogare: Domine mane nobiscum per fidem & charitatem: Nam utraque fere sub mundi vesperam deficit. Johann. 14, 23 Veniemus ad eum.

Cantic. 8, 6. Dilectio Sponsæ fortis est, sicut Mors &c. Quælibet anima Christi Sponsa est, Ose. 2, 19. 2. Corinth. 11, 3. 2. quælibet igitur forti sit dilectione prædita.

Johann. 21, 15. Petrus ad Domini omniscientiam provocat & liberè profitetur, se Christum diligere: sic nemo Deum latet: omnes cordis nostri recessus patent omniscio Deo. Vide igitur, ut dicere verè tibi liceat: Domine Jesu nosti, quod te amem.

Maximum Dilectionis Exemplum.

In Abrahamo; illius magnitudo potissimum elucescit è seq. 1. Unicum hunc Isaacum habebat ex promissione Gal. 4,23. 2. Unicè hunc diligebat. 3. Deo tamen obediebat. 4. Suis manibus ligabat filium. 5. Cultrum stringebat. 6. Fide superabat montem (α) Contradictionis, quæ non poterat non oboriri Abrahamo, quod eum, in quo benedictio promissa erat, mactare jubetur. (β) Crudelitatis, cujus nomine sibi facilè fieri suspectus poterat. (γ) Materni doloris, qui mactationem illam insecuturus fuisset. 7. Isaaci nomen à risu deductum in tristitiam velut versum est. 8. Pluris Dei mandatum faciebat, quàm filii vitam.

9. Veritati denique Domini super omnia & præ omnibus credidit. Vide pluribus Ambros. lib. de Abraham.

Heli Sacerdos

Magis indoluit, audiens arcam a Philistæis captam, quam filios (quos charissimos habebat) in prælio interfectos esse: Dulcior utique ei præsentia Domini apud arcam fuit, quam propriæ sobolis vitã, 1. Samuel. 4,18.

David

Exultans coram Domini arca 2. Sam. 6, 14. 20. docet, quanto Deum ejusque arcam amore prosequeretur; flocci insuper pendens se à conjuge rideri: & regiam majestatem dedecere videri ejusmodi gestus & saltationes. Ejusdem amoris argumentum, quod David Dei amore ductus eidem templum ædificare voluit, 2. Sam. 7, 2. quo arca, divinæ præsentiæ symbolum, habitaret; quod exantlatis tot malis à Deo immissis dixerit: Diligam te Domine ex toto corde, Psalm. 18, 2. 3.

Mater Macchabæorum, septem filios Deo offerens ad Martyrium.

Salomo

1. Reg. 3, 3. dilexit Deum.

Tres pueri in captivitate Babylonica

Qui magis Dei præceptum & religionem dilexerunt, quam regia fercula & regis mandatum de adoranda statua: Huc spectant Eleazarus, 2. Maccab. 6. Fratres Maccabæi, 2. Maccab. 7.

Apostoli (Paulus plenus amore Dei, Roman. 8.)

Ita dilexerunt. 1. ut cuncta reliquerint, Luc. 5, 11 Matth. 19, 27. Phil. 3, 2. præsentissima pericula subierint: Sic Petrus mari inambulans Matth. 14, 28. ad Christum contendit. Johan. 21, 7. audiens Dominum adesse, in mare se conjecit. Actor. 21, 11. &c. Paulus audiens se captum iri, plenus Christi amore pericula sprevit.

3. Sermonem Christi optimè, reliquis deficientibus, fuerint interpretati, Johan. 6, 67. Hoc enim amantium est proprium. 4. Passionem Christo dissvaserint, Matth. 16, 22. 5. Contubernium Domini in monte unicè optaverint. Matth. 17, 4. tria poscit tabernacula Petrus: Volens una cum Christo in uno commo-

commorari tabernaculo: quippe quem unicè diligebat. 6. Voluntati Domini se subjecerint, Johan. 13, 9. Domine non tantum pedes, sed & manus & caput. 7. Animam pro Christo ponere voluerint, Johan. 13, 37. Philip. 1, 20. Magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.

Martyres (Heb. 11. Apoc. 12. non dilexerunt &c.)

Vide suo loco Martyrium, Martyr.

Peccatrix. Fœmina.

Luc. 7. v. 47. 1. Mundi dilectionem abjiciens. 2. Cor & oculos in Christum conjiciens. 3. Hominum ludificationem contemnens. 4. Pedes Christi osculans. 5. Unguentis eum perfundens. 6. Ab ore Christi pendens. 7. Multum eundem diligens; quod multa eidem peccata remissa essent. Eadem tibi, ô homo, via frequentanda est. Mundus non est diligendus, 1. Johan. 2, 15. Cor & oculos non in divitias, non in honores, non in voluptates hujus mundi conjicias, 1. Corinth. 7. vers. 29. 30. 31. Floccipende, te ob amorem Christi in hoc mundo contemni, cum de mundo non sis, Johan. 15, 19. Osculare Christi pedes in verbo & sacramentis: In his enim Christus ambulat: In his pedes Christi: & unguento jugis pœnitentiæ Christum delibue: Adfer lachrymas compunctionis: audi quid Christus dicat Joh. 5, 14. Sanus factus es: noli peccare: me debes amare, qui tot tibi nomina remisi.

Tres Mariæ

Unguenta Christo sepulto parantes magno sint intimæ dilectionis argumento.

Amandus ergo est Deus 1. incorruptibiliter. 2. incontaminabiliter. 3. indefatigabiliter. 4. inseparabiliter. 5. delectabiliter. 6. insatiabiliter. 7. intolerabiliter, ut semper gemamus ad Deum.

§. 22 *Affectiones.*

1. Imperfecta est Dei charitas in nobis, de qua etiam antea dictum. Nemo enim Deum ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus & semper dilexit. Hæc enim dilectio est sine modo, ait D. Bernhardus. Adde quod lex sit spiritualis; nos verò carnales venditi sub peccatum, Rom. 7, 14.

Thomas in cap. 3. ad Galat. lect. 4. Nullus (ait) potest legem servare hoc modo, quo præcipit. Et mox: Implere totam legem est impossibile, ut dicitur Actor. 15. Ut quid tentatis imponere jugum, &c. dicitur perfecta 1. Johann. 4. vers. 17. id est sincera, nempe perfectione partium, non graduum. Hæc D. Thomas. Vide plura in erudito tractatu Clarissim. Dn. M. Nigrini P. P. in Acad. Wittenberg. de impletione legis.

2. Firma & fortis tamen est, Cantic. 8, 7. (Vid. Augustin. Tom. 8. col. 441. col. 442. a. in Psalm. 47. verba: ponite verba in virtute) superans omnia aspera. Vid. tit. Martyr.

3. Sincera sit ex toto corde 1. a Dei præcepto Deuteron. 6. Diliges Dominum Deum tuum, &c. 2. a Dei omniscientia & scrutatione, Proverb. 25. v. 26. 3. alleg. Thymiama ex aromatibus odoriferis conficiebatur, Exod. 30, 23. Sic cor tuum sit thymiama spirituale: odor sit fides & devotio: ignis sit dilectio, Apocal. 1, 13. Christus aureâ zonâ præcinctus ad mammillas: ut doceret charitatem nostro ex corde proficisci debere, Levit. 21, 17. in quocunque defectus fuit, non accedet ad altare Domini: Sic qui Deum non colit & amat sincere, is non sustinebit ad Deum accedere,

4. Præstans est Ephes. 3. Omniscientiâ.

Charitas Dei & proximi conjunctæ. §. 23

Lev. 6. vs. 12. Ignis semper ardens in altari: Flamma tendit sursum & calore afficit focum deorsum: Sic nostra charitas tendat in Deum sursum, in proximum deorsum.

Exod. 28. vs. 7. Ephod vestis sacerdotalis in utroque humero jungebatur: Sic charitatis vestis in utroque humero, Dei velut & proximi jungatur, uterque diligatur.

Matth. 21, 19. Marc. 11, 13. ficui arbori maledixit Dominus sterili: Sic charitate cassi in Deum & proximum divinæ subjacent maledictioni.

Sicut Christi corpus ad intra proprio sanguine est aspersum; ad extra verò coronâ spineâ vulneratum: Sic Charitatis sanguis ad intra cor tuum tingat; ad extra in proximum fundatur.

Christi tunica inconsutilis erat, Joh. 19, 23. Sic vestis nostra charitatis inconsutilis & integra manere debet erga Deum proximumque.

Similia charitatis Dei. §. 24

Est prægustatio vitæ æternæ; vestibulum paradisi.

Arbor abies ramos in cœlum rectâ mittit: Sic pii desideria rectâ ad Christum, quem amant, mittunt (1) per manus extensas, Psalm. 77, 3. (2) per oculos elatos, Psal. 121. vers. 1. (3) per gemitus, Roman. 8. v. 15. quos S. Spiritus suggerit.

Lapis Asbestus semel accensus extingui non potest: Sic quoque nostra erga Deum charitas non debet ullis tribulationibus extingui, Canticorum 8. vers. 6. 7. Isiodor. lib. 6. cap. 4. non lacrymis hominum concuti, Actorum 21. vers. 13.

Solsequium herba solem sequitur, & ad orientem occidentemque se vertit: Sic cor hominis ad solem justitiæ Jesum Christum se vertat, Malach. 4. vers. 2. idque faciat, Christus jubet, quoties vult, nos ipsum sequi, Matth. 16. vers. 24.

Vinculum triplicatum Ecclesiast. 4, 12. non rumpitur: Multò minus rumpitur vinculum amoris quo Deo colligatus es. Rom. 8, 38. Scio, quod neque mors &c.

Sicut sponsa semper desiderat sponsum suum; Et sicut militum oculi ad vexillum intenti sunt: Sic animorum nostrorum oculi ad Deum solum.

Catena aurea honoris, non catena timoris. 1. Johan. 4. v. 18. Timor non est in charitate. Igitur charitas est catena 1. amoris. 2. honoris.

Pondus quod nos sursum trahit ad Deum. Sicut horologia moventur appensis ponderibus: Sic corda nostra ab amore moventur. Hinc Augustin. alicubi: Amor meus, pondus meum.

Fasciculus Myrrhæ, qui inter ubera nostra semper pendere debet, Cant. 1. 13. & omnem carnalium rerum amorem & fœtorem longè abigere charitatis est. Fasciculus est (α) Ex variis floribus congestus. (β) à Christo sub abitum ex hac vita commendatus, Johann. 13, 34. Hæc præcipio vobis, ut vos invicem diligatis. (γ) Ipsius Christi roseo sanguine purpuratus, quando motus sua charitate vitam pro nobis profudit, Johann. 15. (δ) Maximè laudatus. 1. Corinth. 13. ubi est thesaurus, ibi quoque cor nostrum: Jam verò thesaurus noster Christus est, eumque igitur diligamus, ad hunc aspiremus, Matth. 6, 21.

§. 25

Opposita amori Dei.

I. Odium Dei, Deuter. 5, 27. c. 9, 28. c. 16, 22. Joh. 15, 18. 1. Johan. 2, 15. meritò fugiendum (α) ab ira Dei ferventissima, Exod. 20, 5. (β) à turpi fuga eorum, qui Deum oderunt, Num. 10, 35. Psalm. 21, 9. (γ) à maledictione, 1. Corinth. 16, 22. (δ) à summa hominum ingratitudine.

II. Amare Deum propter aliud, & non propter illum ipsum, Augustin. Tom. 8. col. 522. b. in Psalm. 53. Cum te à conjuge gratis amari velis, tu Deum propter aliud amabis?

III. Derelinquere Deum, Jos. 24, 20. Charitas enim non relinquit id, quod amat. Vide Ruth. 1, 16.

IV. A Deo aversum esse (Deuter. 29, 18.) cor alicujus. At qui Deum diligit, ejus cor Deo unitum est.

V. Oblivisci Dei, Esa. 44, 18. Deuter. 4, 23. c. 8, 19. Charitas verò expellit oblivionem, semper enim cogitat de re amata.

VI. Non servire Deo. Et hoc quoque charitati repugnat. Matth. 6, 24. Odio habebit &c.

VII. Securum esse. V. Securitas.

IIX. Timere serviliter. V. Timor.

IX. Timere idola. V. Idololatria.

X. Charitatem primam relinquere, Apoc. 2, 4.

XI. Cor spiritualiter frigidum habere. Petrus noctu, cum frigus esset, Christum abnegabat, Matth. 26, 69. Sic multi tenentur frigida nocte hujus mundi, omni charitate cassi: De his Christus dicit Matth. 24, 12. Refrigescet charitas in cordibus multorum.

XII. Amare voluptatem. 1. Reg. 11. v. 2. 3. Salomon diligens voluptates, ab amore DEI recedit.

Sunt præter hæc complures alii actus vitiosi, charitati oppositi. De quibus in specialiori tractatione vitiorum agendum erit.

Charitas sui. V. Amor sui.

§. 26

Quomodo se homo diligere debeat, & quatenus, Matth. 22, 39. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum: omnino igitur nos amare jubemur, atque eo quidem scopo, ut beatitudinem primario quæramus, nempe

1. Animam curando nostram, vid. Tit. Anima §. officia erga animam.

2. Corpus, ob animam non minus. Sir. 37, 30. Fili in vita tenta animam tuam &c. Coloss. 2, 23. Paulus eos reprehendit, qui corpori suo non parcebant. V. Valetudo. Sanitas. Paulinus, Episcopus Nolanus, in Africa diutissimè servit, ut viduæ filium è servitute liberaret. O rarum charitatis exemplum!

Charitas proximi

§. 27

Qua nos proximum diligimus: Est verò proximus noster homo quilibet, Augustin. in Psalm. 118. Conc. 8. omnis qui nostro indiget auxilio.

Quod tibi vis fieri, alteri feceris, Matth. 7. Hanc sententiam M. Aurelius Severus, Juliæ Mammeæ filius, in Palatio, locisque publicis perscribi jussit, & ad hanc multas leges conformari. Vide latius apud Camerar. part. 1. hor. subcisiv. c. 98.

Varia nomina charitatis proximi vid. infr. tit. Similia.

§. 28

Charitas hæc est

1. Commendata à Deo. Sir. 17, 12. Mandavit hominibus unicuique de proximo: Ubi? Diliges proximum tuum, sicut teipsum, Matth. 22, 39. Lev. 19, 18. Rom. 13, 9.

2. *Requisita* à spirituali communione nostri: Est enim nobis omnibus in Christi schola una fides, unus Deus, unum baptisma, Eph. 4, 4. Sit ergo cor nostrum unum per charitatem, Actor. 4.

3. *Imperata à lege naturæ.* Matth. 17. Quæ vultis, ut vobis faciant homines, eadem & vos illis præstate. Conf. Obad. v. 15. & l. 1. ff. quod quisque juris.

4. *Profecta ex vera fide.* Gal. 5, 6. Fides per charitatem efficax est.

5. Necessaria in omnibus statibus humani generis. Nullus enim status charitate carere potest.

6. Excellens est: quia (1) Conformat nos Deo: ut enim hic nos amat; sic illius amorem nos imitemur, Matth. 5, 44. Luc. 6, 35. (2) pretiosa est. Est enim charitas pretiosissima gemma, alias omnes virtutes velut annulo includens, 1. Cor. 13. per tot. (3) Speciosa est. Concordia nihil pulchrius, Psalm. 133, 1. 2. ut pulchra filia: sic mater pulchra est, nempe charitas ipsa.

7. Uti-

7. Utilis: Charitas mutua si esset, nullæ essent insidiæ, nulla bella, ait Chrysost. homil. in 1. Cor.

§. 29 *Apophthegma Sacrum.*

S. Johannes Evangelista moriturus frequenter hæc verba repetivit: Filioli, diligite vos invicem: causam rogatus hujus repetitionis, hanc dedit: Quia est præceptum Domini. Hieronym. in epistol. ad Galat. libr. 3. cap. 6.

§. 30 *Amor hominum varius.*

1. Cum diligo me propter me. Is amor non est bonus, qui non tendit in objectum illud, in quo ultimate quiescere potest.

2. Cum diligo Deum propter me, is amor est mercenarius: Nam hic amor Deum spernit, & se magis amat. Propter quod enim unumquodque magis est vel expetitur, id ipsum magis tale est.

3. Deum propter Deum. Atque hic finis amoris est ipse Deus, & hæc charitas bona est, juxta illud: Diliges Dominum DEUM tuum &c.

4. Diligo me propter Deum. Hic bonus est amor: hic enim te totum tibi rapit & tradit Deo, juxta illud Nicolai Eremitæ Helvetii.

§. 31 *Amor proximi temperandus*

Ita est, ut nos ipsos non perdamus. Sir. 29. v. 27. Attende tibi ne incidas; scilicet in damna, pauperiem, &c. Conf. Ambros. lib. de Tobia c. 23.

Non sit supra Deum. Pag. 337. Thum. in Decal.

§. 32 *Sit in æquilibrio totius corporis*

V. Paucorum charitas abstrahens sese à cæteris non est charitas, sed dissensio, ait Chrysost. in Thessal. 1. vers. 3. Sic enim proximus diligendus est, ut tamen æqualem illi non contemnas: quod suo modo schismatum est origo.

Sit fraterna, sincera, Rom. 12. 1. Thess. 4, 9. Hebr. 13, 1. 1. Petr. 1, 22. 2. Pet. 1, 2.

Hujus exemplum egregium est in Antiocho Grypho erga fratrem Seleucum. Vide Plutarchum & Georg. Major. in Epist. Dom. V. post Trinit.

Non simulatus. Est v. simulatus 1. cum nos potius quam proximum diligimus. 2. cum ob commodum diligimus. 3. cum tempore adversitatis non diligimus. 4. cum ob metum diligimus. 5. cum non optamus omnia bona proximo. 6. cum verbis solum diligimus. Origen. *Qui diligit Deum & ea, quæ Deus vult, ille habet dilectionem, sine simulatione.*

§. 33 *Etiam circa peregrinum*

Exercenda. V. supra Advena. 1. Quia & hic tuus est proximus. 2. Quia est destitutus à suis, multo magis juvare illum teneris. 3. Quia inter exteros versatur, loci respectu, non generis, quod omnibus hominibus commune est. 4. Quia tristi animo: Afflicto igitur afflictio addenda non est.

Charitas activa. §. 34

Melior est quam passiva. Nam 1. scimus, quod diligimus. A proximo nos diligi credimus, non scimus. 2. Diligere est propriæ virtutis: sed diligi, alienæ. 3. Cum alios diligimus, nobis obligamus eos, quos diligimus. At cum diligimur, aliis obligamur.

Charitas erga proximum §. 35

Sicut erga nos ipsos. Hujus actus sunt:

Bono affectu præditum esse erga proximum, sicut erga te ipsum.

Desiderare omnia bona ut proximo contingant.

Conservare proximum, ut nosmetipsos.

Concordiam cum eo conservare, sicut amas te ipsum.

Honorare eum, sicut nostra membra honoramus.

Communionem cum eo, ut membro nostro, habere.

Solicitum pro eo, ut pro nobis.

Non irasci ei, sicut nec tibi irasceris.

Compati ei, ut membro.

Cor ei non claudere.

Effecta amoris proximi. §. 36

Unire hominem cum proximo: ita ut alter alterum in corde habeat. Philip. 1, 7. quod vos in corde habeam: Sic minister, magistratus, pater suos diligens eos in corde gestat & habet.

Supportare proximum, Eph. 4. v. 2. in græc. ἀνεχόμενοι ἀλλήλων.

Nolle à re amata discedere. Ruth. 1. v. 8. Ne adverseris mihi.

Curam gerere pro re amata, ut bene sit iis, quos amamus. Sic magistratus, ministri, parentes pro suis curam gerunt.

Cum eadem devinctum esse. Charitas namque homines devincit, non secus ac in corpore humano membra inter se devincta sunt.

Sunt verò 1. membra quædam radicalia & principalia, ut cerebrum, cor, epar. Hi tres sunt radicales status chori, fori & thori. 2. quædam deservientia. Sic mercatores, institores, aliis hominibus deserviunt. 3. quædam officialia, ut opifices. Atque hæc duo gubernantur ab oculis, hoc est superioribus.

Tolerare omnia 1. Corinth. 13. non ob commodum, non ob impotentiam nocendi nostram, sed ob charitatem ipsam.

Facto ostendere charitatem, non gloriando verbis. 1. Joh. 3. non diligamus verbis.

Charitatis effecta sunt §. 37

1. Amare, ut ignis est *ardere*. 2. Consulere. 3. Subvenire. 4. Sufferre. 5. Ignoscere. 6. Docere bonis exemplis. 7. Quærere non nostra, sed proximi. 8. Assiduum & promptum esse, non pertæsum. Atque hoc est versari, vel ambulare in dilectione, Eph. 5.

Octo

§. 37 *Octo signa charitatis. Confer 1. Corinth. 13.*

1. Loqui crebrò de re amata.
2. Libenter audire de objecto amato.
3. Frequenter cogitare de objecto amato.
4. Lubenter obedire ei, quem amas.
5. Res tuas revelare ei, quem amas.
6. Offensus si sit, placare.
7. Gaudere in prosperitate rei amatæ.
8. Alios quoque ad amicitiam ejus inducere, quem amamus. Hæc omnia, si vis, facilè ad Deum applicaveris, quem si verè amamus, verè quoque hæc octo signa in nobis esse debent. Idem verum est de proximi dilectione.

His alii addunt: Sic unum esse adamandum, ut cætera omnia contemnantur.

Infelicem se putare, quod non sit cum re amata. 2. Corinth. 5. vers. 6. peregrinamur à Domino.

Ornare se, ut placeamus ei, quem amamus.

Amare omnia, quæ ad DEUM pertinent.

Laudes ejus cupere, quem amamus, & omnes avertere occasiones calumniandi.

De eo optima & summa quævis credere, & velle, ut omnes eadem de ipso credant.

Flere sæpe cum amato, vel ex gaudio, vel ex tristitia.

Optare incommoda & pati velle pro eo.

Servire ei, nihil cogitando de præmio.

Juvare eos, quos diligimus, si male iis sit. Huc spectat doctrina de auxilio humano, à minori: bovem eripis in puteum lapsum, multò magis hominem, Luc. 14, 5.

Innocentem non occidere, Proverb. 24. v. 11. 12.

Alii aliorum onera portare, Galat. 6, 2. Sic Christi legem (Johann. 14, 34. de charitate loquentis) adimplebimus.

Peccantem tolerare mansuetudine, Proverbiorum 10, 12.

Charitas operit multitudinem delictorum, cap. 17, 9.

Celare aliena delicta.

Afflicto compati, Roman. 12, 15. V. Compassio.

Gaudere ob proximum conversum. Sicuti membra gaudent in corpore mutuo: Sic Christiani inter se, Basilius M. Tom. 2. in Reg. brevioribus interrogat. 171. fol. 90. sicuti gaudent Angeli in cœlo Luc. 15, 10. super uno peccatore &c.

Nostri gaudii reddere participem proximum Johan. 20. vers. 25. vidimus Dominum, Lucæ 15. gaudete mecum. Joh. 1. vers. 40. 41. 42. 45. Matth. 28. vers. 8. Lucæ 24. vers. 35. Actor. 12. v. 14. 1. Corinth. 13, 6. Augustin. in manual. cap. 35.

Petenti obsecundare, modo ne petat spurca, ut Potipharis uxor, Genes. 39. versic. 7. non injusta, ut Herodias, Marc. 6. vers. 5. non superba, ut Salome, Matth. 20. vers. 21. non impossibilia.

Ægrotum visitare, Matth. 25. vers. 36. Jacob. 5. vers. 14. Ochozias invisit Joramum, 2. Chronic. 22. v. 6. non graveris visitare Jacob. 1. vers. 27. captivos quoque. Sic olim tempore Cypriani Diaconi ad carceres jubebantur commeare & martyrum vota supplere. Cyprianus epistol. 10. 11. 12. Baron. t. 2. annal. fol. 459. num. 30.

Mortuum curare, paulo ante mortem cohabitando. Facinorosos potando, Proverb. 31. vers. 6. Sepeliendo, Genes. 50. Tob. 2. Syrach. 7, 37. V. Sepultura. Lugendo. Exod. 12. Ægyptii primogenitorum mortem lugebant. V. Mortui.

In morbis & peste non relinquere. V. Pestis.

Justitiæ studere. Sicut corpus nostrum cibum recipit & æqualiter membris distribuit: Sic quoque charitas æqualiter sua proximo confert studia & officia.

Proximi commoda curare. §. 38

Sic Christus in horto pro discipulis oravit, Matth. 26. Baptista in carcere solicitus fuit pro discipulis, ad Christum deducendis. 2. Samuel. 18. vers. 8. David pro Absolomo solicitus fuit.

Sicut teipsum amabis proximum, 1. Sam. 18. vers. 4. cap. 20, 17. exemplum. Diliges verò 1. ardenter, 2. constanter, 3. verè, 4. avertendo malum, 5. Procurando omne proximi bonum, 6. Non quærere quæ nostra sunt, sed quæ proximi.

Exempla vid. Gen. 19, 7. Jos. 2, 15. Ruth. 1. Jer. 38, 11. Job. 31, 16.

Inimicus etiam diligendus. §. 39

I. Ab exemplo Dei patris, ejusque in nos beneficiis. Matth. 5, 45. sinit solem exoriri: Et propter se solum delet iniquitates, Esa. 43, 25. Sic & nos inimicis offensas remittamus, propter Deum, qui hoc jussit, & propter nosmet, qui hoc proximo debemus &c. Adde Rom. 5, 8. Inimicos nos dilexit, Osæ. 11. v. 4. Quid? Matth. 18, 27. decem talenta remittit servo. Actorum 9. Inimici Sauli miseretur, 1. Tim. 3. vers. 13. passus sibi alapam cædi Salvator Lucæ 23, 34. nihilominus tamen pro crucifixoribus oravit, Esa. 53. ultim. Petra bis percussa tamen aquas dedit. Stephanus orat pro inimicis, Actor. 7. v. penult. David multa tulit patienter à Saule rege, 1. Samuel. 24. Psalm. 7. v. 2. 3. Moses amat populum Israeliticum. Matth. 6, 12. Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

Etsi odio habeantur, qui hostes diligunt, Psalm 109. v. 4. 5.

II. Ob Dei præceptum: Remittite & remittetur vobis, Luc. 6, 36. 37.

III. Ab utili. Sic vincimus inimicos, Roman.

man. 12, 21. 1. Sam. 24. v. 18. Justior me es, ait Saul ad Davidem. Confer cap. 26, 6. & 2. Sam. 19. v. 12. Sic Deo socii fimus, qui etiam nobis inimicis delicta remittit. Sigismundo Imperatori, hostibus bello victis ignoscenti, contradicens Laurentius Hungariæ Palatinus, hoc ab eo retulit responsi: Ego inimicum occido, dum parco, & amicum facio, dum extollo. Alphonsus Aragoniæ Rex, veniam dans Stephani, hostis sui, militibus, dixit: Malim ex clementia laudem adipisci, quàm ex justa victoria. Vide Socrat. lib. 7. c. 12. historiæ de Theodosio.

Leo Imperator dicere solebat: Sicut Sol calorem suum impertit; Sic imperator clementiam suis, quos aspexerit. Zonaras Tom. 3.

Utilis est hæc dilectio ad (1) inimici conversionem, Rom. 12. ult. (2) ad proximi ædificationem. (3) Tibi ipsi ad conscientiæ tranquillæ conservationem.

IV. A pœna eorum, qui seipsos ulciscuntur. (V. Vindicta) Ezech. 32, 27. gladios habent sub capitibus. Sic tandem osores inimicorum in tartara descendent, & gladios odii pro pulvinaribus habebunt.

V. A proximitate; quia homo homini frater est, Genes. 9, 19. ergo fratrem etiam inimicum amare teneris.

VI. Ob vitanda alia multa peccata, quæ ex odio venire solent.

VII. A gloria hujus charitatis. Prov. 16, 32. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium; Is verò qui inimicum diligit, & patiens est, & simul animi sui Dominus. Est ergo hæc victoria gloriosa, Rom. 12, 21. Vince malum bono: Sic vicit David Saulum regem dicentem, justior me es, 1. Sam. 24, 18. Christus in cruce diligens inimicos gloriosissimè de his omnibus triumphavit. Jacob (olea) vicit quercum Esau, Genes. 33, 4. 5. seq. Gloria summa est, in Deo manere, 1. Johan. 4, 7. Tuta via & securitas, à conscientiâ non morderi, 1. Joh. 4, 17. nec terreri, vers. 18.

VIII. A nostra filiatione. Matth. 4, 45. ut sitis filii patris vestri in cœlis. Si non dilexeris inimicum, Deum pro patre non habes, sed ex patre Diabolo es, Johann. 8. v. 44. Pater tibi Hettæus, Ezech. 16, 2. Luc. 9, 55. nescitis, cujus spiritus filii sitis? Honorificentissima plane est hæc filiatio.

IX. A nostra gratitudine. Cùm enim Deus decem millia talentorum nobis remittit, nostrum omnino est, centum quoque denarios proximo remittere, Matth. 18, 28.

X. A debita imitatione. Diodorus Siculus refert, Æthiopes olim regum suorum tam studiosos imitatores fuisse, ut si rex monoculus fuisset, ipsi sibi alterum oculum eruerint. Quanto magis nos Dei imitatores esse debemus & Christi Salvatoris nostri: habuit is oculum misericordiæ in inimicos, claudus fuit ad exercendam vindictam, 1. Pet. 2, 23. Et tu non imitaberis?

XI. A gentilium exemplorum consideratione. Lycurgus princeps Lacedæmoniorum juvenem populi manibus eripuit, qui juvenis Lycurgum uno oculo privaverat, perhibens se eum pro nutu puniturum esse, sed non puniit; imò postero die populo præsentem stitit his verbis: Istum injurium & violentum antea accepi à vobis, nunc frugi hominem restituo, Plutarch. in Lycurg. *Demosthenes* à quopiam convitiis proscissus dixit: Nolim tecum in certamen descendere, in quo qui vincitur, ipso victore est melior. Confer Stobæum serm. de patientia. *Agesilaus* clam sibi infensos duces exercitus apud magistratum verò delatos accuratè defendit, atque ita sibi reddidit amicissimos, Plutarch. in Laconicis. Cæsar infamiâ notatus à Catullo Veronense, editis ab hoc versiculis, Cœnæ tamen adhibuit suæ & noxam condonavit: Sic quoque C. Memmio remisit, & L. Cinnæ in castris hostium reperto ac hosti. Vespasianus Cæsar hostis sui Vitellii filiam splendidè elocavit, muliebri mundo ditavit.

A similibus. §. 40

1. Qui odit inimicum, viperam, quæ ipsi cor paulatim exedat, in sinu fovet: Sic odio habens inimicum se ipsum viperæ iræ ferocientis exponit. Ejusmodi viperam immisericors ille servus fovit, Matth. 18, 28.

2. Ut ignis consumit spinas: sic charitatis ignis in te consumat spinas inimicitiarum hostilium.

3. Si rex promitteret, se in filium adoptaturum esse eum, qui inimico remitteret suo, omnes accurrerent: Sic nos curramus ad condonandum inimicis, ut filii Dei fiamus. Matth. 5, 45. ut sitis filii.

4. Ut apes vulnerantes statim mortuæ concidunt: sic vindictam exercentes lædunt alios exterius, interius verò moriuntur morte charitatis & malæ conscientiæ.

5. Ut struthio calore suo ferrum concoquit: sic nos ferrum hostilis inimicitiæ calore charitatis concoquamus.

6. Cum nautis ventus omnino adversus est, vela complicant & involvunt, ne in vada & scopulos deferantur: sic tu, novercante hostium vento, complica vela animi tui, neve committe, ut hostis ventus te in scopulos malæ conscientiæ detorqueat. Sic Abigail vela iræ Davidicæ complicuit & involvit, ne conscientiam macularet, 1. Sam. 25.

7. Ignis non nimio ligno excitandus est vel saturandus, ne ipsa domus laquearia corripiat. Ira tua & odium est ignis, quidam domum conscientiæ tuæ vastaturus, nisi ligna subtraxeris & omnem ei occasionem avertere coneris.

8. Ut rosa inter spinas puncta, easdem exornat venustate: Sic pii puncti & læsi à malis hujus seculi spinis, inter easdem tamen lucent, easdem floribus beneficentiæ ornant.

9. Sicut ignis aurum probat: Sic inimici pios probant, ut patientiâ solidi fiant.

Plura vide de hac charitate erga inimicos Marull. 226.

Varia

§. 4. *Varia nomina & comparata, quibus natura charitatis erga DEUM & proximum illustratur.*

Dividemus ea in aliquot classes.

I. Classis

Earum comparationum, quæ ex physicis rebus petitæ esse videntur.

Charitas est I. Ignis, quem Christus accendi voluit in his terris. Augustinus Tomo 9. col. 725. d.

(α) Subtilitate: Charitas subtilis est, non terrena, nec terrenarum rerum cœno conspurcata.

(β) Luce promicante: Charitas ubi est, ibi micat & splendet, nec semper includi potest.

(γ) Tendentiâ sursum: Sic charitas tendit ad Christum, ubi thesaurus est, Matth. 6. v. 20. Coloss. 3, 1. 2. Phil. 3, 20.

(δ) Illuminatione: Sic dilectio illuminat, quia per eam in Deo manemus, qui est lux, 1. Joh. 4, 16.

(ε) Inexplebilitate: Sic charitas non expletur; sed instar ignis semper crescit & augescit.

(ζ) Purgatione: Sic charitas purgat scorias odii & carnalis dilectionis, ut fiant corda aurum purissimum.

(η) Calefactione: Sic Charitas frigida corda nostra inflammat ad diligendum Deum & proximum.

(θ) Perterrefactione. Ignis enim leonem perterrefacit: Sic Charitas leonem Satanam; Hic enim odii pater est, ideo odio habet charitatem.

(ι) Ardore. Ignis charitatis perpetuò ardere debet in altari piorum cordium, August. Tom. 10. col. 1163. d. Semper coquere & absumere debet carnales concupiscentias, Augustin. Tom. 10. col. 1146. tom. 8. col. 1227. Sine igne nullum sacrificium Deo exhiberi potuit: Ita nullum opus Deo sine charitate gratum est. Hinc charitatem cum sacrificiis conjungi semper mandat Jehova, Esa. 1. Ose. 6. vers. 6.

II. Cœlum, omnia tegens & calefaciens: Sic quoque charitas tegit defectus proximi & spinas; hoc est inimicos quoque irriguos facit, Rom. 12. ultim. penultim.

III. Flamma

1. Omnia obvia absumens: Sic charitas obstacula carnis & mundi ardore spirituali absumit, & aquas tribulationis lambendo consumit, Cantic. 8, 7.

2. Vento Sancti Spiritus agitata magis crescens, quo respicit Augustinus Tom. 8. col. 1368. a.

IV. Fax (a) quæ agitando subinde crescit: Sic charitas, quantò magis exercetur, tantò majora incrementa capit.

(b) Fax lucens in tenebris hujus mundi. Sine charitate nihil nisi tenebræ sunt in mundo.

(c) Fax ardens olim in judicio: Nam charitatis flammas facis hujus producet Christus, Matth. 25. v. 35. ego esurivi & vos cibastis me.

(d) Fax hostes spirituales fugans, Judic. 7. v. 16.

V. Aqua spiritualis.

1. Infusa à Spiritu Sancto in corda nostra, Rom. 5, 5. August. tom. 8. col. 1186. a.

2. A Christo fluens, Joh. 7, 37. 38.

3. Non facilè se continens, sed prorumpens foras dilectionis operibus, Gal. 5, 6.

4. Purgans corda nostra ab odio proximi & amore profano mundi.

5. Refrigerans multa hominum inter se incommoda, & odii æstum restinguens.

VI. Mare, ex quo omnia præcepta bonorum operum fluunt & refluunt; sicut ex mari omnia flumina fluunt & in idem recurrunt: Hinc Christus Matth. 22. v. 40. in his duobus præceptis tota lex & prophetæ pendent.

VII. Fons (α) salutaris, ex quo omnes bibere tenemur, Aug. tom. 9. c. 615. c.

(β) Diffundens se latè, cùm in Deum, tum in proximum.

(γ) Jugibus aquis scatens in Deum proximumque.

(δ) Calidus fons, frigus cordibus expellens odii. Matth. 24, 12. refrigescet charitas in cordibus multorum.

(ε) Sanans morbum timoris. 1. Joh. 4, 18. charitas timorem expellit.

VIII. Sol 1. lucens per opera.

2. Currens in stadio bonorum operum.

3. Calefaciens proximum.

IX. Dies, mentem nostram illuminans & tenebras odii dispellens, 1. Joh. 4, 18.

X. Calor Spiritualis.

(1) Ortus à sole Christo ejusque vivido exemplo.

(2) Excitatus à S. Spiritu, ut corda nostra verò Dei amore incalescant.

XI. Ros, nos in camino crucis refrigerans, ut mortem & omnia mala vincamus: Sicut pueri in fornace Babylonica, Dan. 3. Hoc rore martyres inebriati nulla tormenta senserunt, August. tom. 9. col. 477. a. b.

XII. Aurum (a) radians: Sic charitas radios spargit.

(b) Constans & illæsum.

(c) Probatum in fornace tribulationis, Rom. 8.

(d) Purum, nec odii scoriis mixtum.

XIII. Gemma lucens.

1. Per opera externa.

2. Ornans animam, exterius scilicet: Fides interius, Gal. 5, 6. Matth. 25.

XIV. Margarita Sacra, concepta in concha cordis nostri, è rore S. Spiritus. Est enim charitas fructus spiritûs, Galat. 5. v. 22. eodem quoque rore alitur & nutritur.

XV. Arbor vitæ. 1. Joh. 3, 14. qui non diligit, manet in morte. Arbor quæ profert omnis generis bonos fructus, 1. Cor. 13. tot. Et Lilium; Est enim ut lilium 1. purissima charitas sine fuco & dolo. 2. *Humillima:* Sicut lilium amat depressa loca. 1. Cor. 13. non inflat charitas.

3. Sub-

3. Subjecta apibus & araneis, h. e. charitas exerit se erga amicos, inimicos.

XVI. Rosa rubens, inter spinas odii & tribulos hominum.

XVII. Radix 1. Universalis, omnium scilicet bonorum, sicut cupiditas est radix omnium malorum.

2. In qua fundamur. Ephes. 3. in charitate radicati.

3. Cui inhæremus. Sic inhærentes non evellemur unquam è tabernaculo, sicut impii, Psalm. 52, 7. Augustinus tom. 8. col. 363. d. in h. l.

4. Quæ bona opera (sano sensu) sustentat: Nam sine charitate bona opera perseverare non possunt. Augustin. tom. 10. col. 658. b. col. 647. a.

5. Quæ succum attrahit reliquis virtutibus.

6. Quæ dat viriditatem bonis operibus.

XVIII. Vinum optimum & generosum Malogranatum comparatur charitati: (a) color, rubedo in hoc notat dilectionis fervorem.

(b) Tegmen unum & cortex concordia, quæ est filia charitatis.

(c) Æqualis granorum distantia: Ordinem inter fideles.

XIX. Penna, quâ ad Deum volamus. August. tom. 8. col. 1181. a. charitas est cœlestis ala, nos ad Deum, qui terra sumus, sublevans.

XX. Caput virtutum, quod reliquis virtutibus sensum & motum velut tribuit, 1. Corinth. 13, 1. 2. sequentib. Bernh. epist. 42. civ. med.

XXI. Vena, stillans sanguinem bonorum operum, Aug. tom. 9. col. 616.

XXII. Vox suavis ad Deum, August. tom. 8. col. 1071. c.

XXIII. Vita cordis, nec enim sine amore cor vivere potest. Augustinus tomo 4. col. 986. c.

XXIV. Nervi in corpore. Chrysost. hom. 7. ad Coloss.

Huc pertinet charitas lyncis & gruis erga homines: ut & arborum quorundam, apud P. Camerar. part. 2. c. 84. Hor. subcis.

§. 42

II. Classis.

Comparata & Allegoriæ biblicæ.

Charitas est vestis Josephi, qua indutus erat à patre Jacobo: sic vestem charitatis nobis cœlestis pater induit. Verè hæc vestis est Josephi, cœlestis nostri Jesu Christi, Joh. 13. quam nobis induit præcipiendo.

Arca Noæ; in qua qui non est inventus, periit: sic, qui non est in arca charitatis, sed odii, peribit.

Annuli aurei in veste summi sacerdotis connectenda, Exod. 28, 7.

Depositum spirituale, quod aufertur, cum non confertur, Exod 22, 7.

Manna spirituale, dulcissimum: sic quoque charitas est cibus dulcissimus.

Bitumine arca Noæ lita fuit, Genes. 6. v. 14. Hoc significatur charitas, quæ est spirituale bitumen, impediens, ne odii aqua in arcana cordis penetret.

Exod. 37, 9. Cherubim mutuò sese respiciebant. Sic mutua charitate nos semper respiciamus.

Oleum sacrum, Levit. 24, 2. &c. quo fatuæ virgines destituuntur, Matth. 25, 8. Augustinus Tomo 10. col. 964. a. 1. lenificans. 2. omnibus superinnatans. Sicut oleum superinnatat omnibus liquoribus: sic charitas præstat omnibus virtutibus, 1. Cor. 13. August. tomo 10. col. 100. a.

Sal, Levit. 2, 13. adhibendum sacrificiis, Ezech. 43, 24. Marc. 9, 49.

Siclus sanctuarii, quem juxta Deus nos æstimat, Lev. 21.

Pallium Eliæ, 1. Reg. 19, 19.

Fœdus. 1. Sam. 20, 8. Jonathan & David fœdus in Domino fecerunt: sic omnes fideles mutuo charitatis fœdere inter sese pacisci debent.

Fructus est charitas, quam à nobis Deus ceu vinea plantata expectat, 1. Cor. 9. videamus, ne labruscas feramus, Esa. 5.

Aurum est charitas. Apoc. 3. Suadeo tibi emere aurum. 1. Non frangitur charitas, ut nec frangitur aurum. 2. Generatur aurum, oriente aurora: sic charitas, Christo per fidem in cordibus exoriente. Huc refer Psalm. 110. Filii tui ex aurora, &c. 3. Ductile aurum est ad tenuissima fila: sic charitas ad paupertatem ac martyrium sese extendit, Rom. 8. Cantic. 8. 4. Stabile aurum, durum, solidum: sic charitas. 5. Lætificat homines aurum, Psalm. 119. multo magis charitas, quæ in cruce quoque hilares facit. 6. optimum metallorum aurum. Optima est charitas, 1. Cor. 13. 7. Latissimè diducitur aurum: Latissime charitas, etiam inimicos complectens.

Auster est, stillare faciens spiritualia virtutum aromata in horto ecclesiæ.

Ignis est descendens in corda nostra, subsequens fidei holocaustum. Ignis hic semper ardere debet, Levitic. 6. Augustinus Capite decimo octavo soliloquiorum: Ignis hic non finit esse crudas hominum actiones.

Vinculum perfectionis, Coloss. 3. 1. quia perfectum est vinculum, fideles inter sese devinciens arctissimo nexu. 2. quia perfectorum est; non enim nisi perfecti (perfectione inchoatâ partium, non graduum) hoc vinculo constringuntur. 3. quia perficit & ostendit eos, qui Deum diligunt, sicut olim concio Atheniensium.

§. 43

III. Classis.

Similium à rebus variis Ethico-Theologicis desumtorum.

Charitas est anchora, mentem concupiscentiæ malæ fluctibus agitatam, in obedientia

Deo præſtandâ, confirmans. Sic cor Joſephi magis diligebat, imò ſolùm diligebat Deum, quam concupiſcentiæ ſuggeſtiones: ſicut cor Pauli ſedatum.

Corona, mentem ornans.

Centrum, ad quod omnes aliæ virtutes referuntur. Auguſt. col. 121. Enchirid. ad Laurent.

Principium bonorum, quia eſt a Deo.

Medium, quia fit ſecundum Deum.

Finis, quia propter Deum eſt, 1. Tim. 1, 5.

Radix omnium bonorum. Bernhardus de modo bene vivendi capit. V. Firma radix in Chriſto.

Epitome omnium virtutum, Rom. 13, 10.

Norma omnium præceptorum.

§. 44 *Politicis & Polemicis.*

Scutum inexpugnabile. Chryſoſt.

Servitus ſpiritualis; nam charitate proximo inſervimus: etiam pii nonnunquam impiis. Vide Auguſt. tom. 8. col. 1198.

Vexillum: ut enim milites ad vexillum in prælio ſemper reſpiciunt; ſic quoque nos ad charitatem.

Moneta Chriſti: ſicut mercator non recipit nummum, niſi imagine magiſtratus ſummi ornatum; ſic anima non recipitur, niſi habeat imaginem Chriſti, quæ eſt charitas. Joh. 13, 35. In hoc cognoſcent, &c.

Clavis cœlum aperiens.

Funis, qui Deum ad nos velut trahit. Joh. 14. verſ. 23. qui diligit me, &c. veniemus ad eum.

Sigillum certificatorium noſtræ cum Deo conjunctionis.

Sponſa velut, quæ Deo thorum cordis ſui exhibet.

Theſaurus cœleſtis & egregius. Auguſtinus tom. 9. c. 630. b.

Nota diſcipulorum Chriſti. Chryſoſt. hom. 16. ſuper Matth.

Vinculum inter Deum & homines, 1. Johan. 4, 8. Deus eſt charitas; & nexus ſpiritualis. Auguſt. tom. 9. col. 415. b.

Tunica Chriſti intexta. Auguſt. tom. 9. col. 509. b. tract. 105. in Joh. 19, 23.

Chriſti jugum ſuave. Auguſtin. tom. 10. col. 309.

Debitum ſpirituale, Rom. 13, 8.

Via excellentisſima, 1. Cor. 13. Auguſt. tom. 8. col. 1635. 1. ad Paradiſum. 2. ad Chriſtum ipſum.

Finis præcepti 1. Tim. 1, 5. (α) ratione perfectionis, quia charitati ineſt perfectio omnium præceptorum. (β) ratione terminationis, quia omnia præcepta in charitate terminantur, Roman. 13, 10. Confer Thomam de Kempis lib. 1. c. 15. de imit. Chriſt. Arnd. lib. 1. c. 24. ſeq. de vero Chriſtianiſmo.

Vulnus ſpirituale, quo icti ſumus a Deo. Auguſt. Tom. 9. col. 730. b.

Sagitta Dei, quâ vulneramur, Cant. 2, 5.

§. 45 *Oeconomicis.*

Gluten ſpirituale, quo Deus & homo, homines & homines conjunguntur.

Jugum ſuave: odium contra eſt jugum grave.

§. 11 X. Character ovium Chriſti, Joh. 13, 35. In hoc cognoſcent, quod mei diſcipuli ſitis.

Symbolum filiorum Dei. Sicut charitas ſponſi ſpiritualis eſt vexillum ſuper Eccleſiam, Cant. 2, 4. ſic Eccleſiæ vexillum eſt charitas.

Follis ad bona opera nos excitans. Hic enim ignem excitat caloris ſpiritualis: fine eo ferrum rubens, ferrum intractabile ſumus.

Pondus animæ eſt charitas, quæ nos in centrum, quod Deus eſt, deducit.

Saxum omnia confringens pondere ſuo: ſic charitas omnia comminuit, omnes difficultates ſolvit.

Gubernatrix in navigio. Sine gubernaculis navis non regitur: ſine charitate infelix eſt humanæ ſocietatis conquaſſatio & navigatio.

Vinculum, Coloſſ. 3, 14. (1) ligans cor hominis cum reliquis virtutibus, 1. Corinth. 13. v. 4. &c.

(2) Perfectisſimum vinculum, non frangens.

(3) Deum & hominem colligans.

(4) Homines inter ſeſe devinciens.

(5) Sicut anima colligat membra corporis: ſic quoque charitas. Et ut trabes vinculis ferreis in domo & navigio conſtringuntur: ſic quoque charitate conſtringuntur homines in domo Eccleſiæ, 1. Tim. 3, 16. & navigio illo ſpirituali.

Charitatis Effectus eſt §. 46

I. Fidelem eſſe. Quomodo verò? Fideles eſſe debemus erga proximum, Zach. 8.

1. Verbo non fallendo.

2. Arcana non revelando. Proverbiorum 11. revelat arcana. Sirach. 17. qui denudat arcana.

3. In adverſis non deſerendo. Sir. 22. Fidem posſide cum amico.

4. Bona commiſſa fideliter adminiſtrando; & quidem (α) commiſſa bona non diſſipando. (β) Studioſè multiplicando. (γ) Dominum, qui commiſit, non fraudando lucro. (δ) ſua non faciendo bona, quæ ſunt Domini. (ε) non inimico Domini tradendo. Vide G. Peraldum p. 319. a. b. tom. 1. de Juſtitia.

Fideles ſervi. V. Servi.

Fidelitas & charitas animalium quorundam erga hominem v. canum. Vide Aelianum de Pyrrho rege, indicio canis latronem puniente.

Leonum. Gothofridum Bulionium regem Hieroſolymitanum comitatus eſt leo ſemper, quem ille liberaverat a Dracone, hôc gladio diſſecto. Rich. Dinot. de Daco ſervo. Aulus Gellius.

Delphinum. Aelianus, Plinius.

Aquilarum. Aelianus libr. 4. C. de nat. animal.

II. Omnia tolerare, quæ ſalva pietate & glo-

ria Dei tolerare possumus, 1. Cor. 13, 4. charitas patiens est, benigna est. V. Patientia, Longanimitas, Correctio.

Non æmulatur. Vide tit. Zelus. Invidia. In Græco est ȣ̓ ζηλοῖ.

Non agit perperam. V. Malitia, q. d. Apostolus: Non est protervus vel procax verè diligens proximum.

Non inflatur. V. Superbia. 1. Cor. 8. Scientia inflat.

Non est ambitiosa. V. Ambitio, Modestia, q. d. charitas non sinit dominari in fratres.

Non quærit, quæ sua sunt, Phil. 1.

Non irritatur: non exacerbatur: fertur in vitium, non personam.

Non cogitat malum, non meditatur vindictam, nec machinatur dolum. Zach. 8. Nolite cogitare malum.

Non gaudet super iniquitate, Ezech. 9. dolet ob vitia grassantia in Ecclesia & repellit.

Congaudet autem veritati: bonis operibus delectatur: Rom. 12. congaudet gaudentibus.

Omnia suffert, ut tigni in ædificio. 2. Tim. 2. omnia tolero propter electos Dei.

Omnia credit fide civili, sine suspicione, non verò fide Theologica, quæ falsa credere non debet.

Omnia sustinet, injurias, ingratitudinem, adversa in officio obtingentia sine murmure & indignatione.

§. 47 *Charitati opponuntur.*

Chritas simulata. V. Dolus. V. Hypocrisis.

Mundana non amanda.

Amor rerum mundanarum. Hinc alii vocant abnegationem nostri & mundi.

Sunt verò hic I. Dei voluntas & prohibitio, 1. Joh. 2, 15. nolite amare ea, quæ in mundo, &c. Ps. 45, 11. Filia oblivisce domum patris tui. Odisse animam ob Christum. Mortificare, Coloss. 3, 5. Crucifigere, Gal. 5. ult. Adhærere Deo, Ps. 73, 28.

II. Exempla. Vide sup. ab init. de charitate Dei exempla. Apostoli omnia reliquerunt, Matth. 19, 27. etiam cognatos & parentes. Philip. 3, 8 ut stercora reputavit cuncta S. Paulus præ excellenti cognitione Christi.

III. Rerum mundanarum consideratio. Hæ namque sunt.

(α) Arena fallax & fluxa, quam nos Germani vernaculo sermone Dreßsand appellamus, cui tuto anchora infigi non potest: ita qui in res humanas & mundanas spei suæ anchoram figit, se fallit, Psal. 62, 11.

(β) Baculus arundineus, 2. Reg. 18, 12. 29. cui si quis innitatur, manum suam vulnerat: sic qui mundanis rebus inhiant, conscientiam vulnerant. Præterea mundus hicce

Premitur flagellis, fatigatur adversitatibus, quotidie nobis dolores ingeminat. Gregor. Amandus ergò non est.

Privat nos internâ quiete: nulla enim in mundo quies.

Non sinit fructus nostros maturescere, nec permittit ad finem perseverare. Sicut arbor ad viam posita fructibus privatur, Chrysost. Luc. 8. fructum non ferunt.

Vincula dura injicit: Est enim nobis mundus carcer & captivitas.

Falsâ jucunditate nos decipit: Est enim præstigiatrix.

Certum dolorem & durum laborem parit, ut Ægyptus.

Timidam quietem, fumum & ventum vendit. Est enim decipula.

Possessus mundus onerat, amatus inquinat: Est enim lutum.

Charybdis est periculosa. Mare est inquietum, infame multorum naufragiis; sævissimum est variorum ventorum turbine; trepidat hoc, æstuat, spumat inter Syrtes furentes. Inter has quis cantet nauta? In hoc mari Syrenes voluptatum sunt variarum: aures obtura, & te, ceu alter Ulysses, ad malum adstringe; in hoc mari Scopuli multi.

(γ) Mel, quod non cava manu, sed summo solum digito degustandum, ut Dionys. Sophista dicebat.

(δ) Philtrum necans hominem: sic mundi amor homines necat.

(ε) Venenum, non pharmacum. Mundus enim est illi Dejaniræ similis, quæ errore ducta, pro philtro venenum intulit.

Zwing. in Theatro f. 30. a. ß. quod non Historia: Cleopatra philtro M. Ant. Triumvirum ita dementavit, ut unam Cleopatram & sonaret, & spiraret, & loqueretur. Plut. in vita M. Antonii. Idem facit mundus in iis, quos dementat, ut unum mundum spirent, Joh. 15.

Exempla eorum, qui mundum non dilexerunt, v. g. Sacra: §. 48

Christus, Joh. 17, 13. Apostoli, Matth. 19. ecce reliquimus omnia. Moses sprevit divitias Ægypti, Ebr. 1, 25. 26. Paulus, Phil. 3. 8. cui præ amore æternorum temporalia omnia vilescunt, Aug. tom. 9. col. 377. b. Exod. 19, 9. in caliginem ad Deum Moses ingressus est: sic Dei amici in caliginem mundi, h. e. contemtum ingredi debent, ut ad veram lucem perveniant, Joh. 1, 12.

Profana:

§. 49 Crates Theban. Philosophiæ operam daturus Athenis, aurum in mare projecisse dicitur, &c.

IV. Status gratiæ piorum non permittit, ut mundum diligamus.

1. à naturâ filiorum lucis. Mundus nihil est nisi tenebræ, Joh. 1, 5. Tenebras non debent filii lucis amare.

2. ab officio fidelium, qui optimam partem eligere debent cum Maria, Luc. 10, 42. de Deo & Christo soliciti esse, Ps. 73. per tot. 1. Cor. 16. v. 22. Rom. 8, 9. ut tandem beatitudinem adipiscantur, 1. Petr. 1, 9.

3. à nostri vocatione. Ad hoc seculum vocati non sumus, August. Tom. 10. col. 151. a. Joseph probe meminerat, quo fine à Domino suo receptus esset, itaque adulterinum amorem sprevit, Gen. 39, 9. Sic & nos meminisse debemus, Deum nos non vocasse ad spurium illum mundi amorem, sed ad pietatem sinceram.

4. à Christi monito: ne thesauros nobis in terra quæramus, Matth. 6, 19. At mundani

homines quærunt aurum in terra, & nihil nisi foveas sibi parant, in quas incidant, 1. Tim. 6, 9. August. tom. 10. col. 909. a.

5. à damno. Ignis alienus combussit Nadabum & Abihu, Levitic. 10, 1. Amor mundi certè est ejusmodi ignis alienus suos comburens amatores & cultores. Luna non nisi plena eclipsin patitur & defectum sui luminis: ita pleni voluptatum mundanarum facile deficiunt lumine bonæ conscientiæ & gratiæ apud Deum. Genes. 19, 14. Lothi generi malunt perire Sodomis, quam iis emigrare: sic qui mundo nimis adhærent, non facilè ab eo divelluntur, quin potius perire malunt cum mundo.

V. Allegoriæ & similia.

Holofernes Judith. 13. delitiis sopitus, inopinata morte obiit, & sublato capite expergefactus in inferno se invenit: sic divites & impii mundum plus justo diligentes tandem securitati suæ indormiscunt, & in inferno se esse, serâ nimis pœnitentia reperiunt & conqueruntur.

Sponsa arrham non debet magis amare, quàm sponsum ipsum: sic bona mundi nihil aliud sunt, quàm arrhæ sponsi cœlestis & occasiones amandi Deum. Conf. Aug. tom. 9. col. 739. d. col. 740. a. col. 597. a. b.

Adulterium & fornicatio spiritualis est, si mundum amemus. Augustinus tom. 10. col. 1683. Anima nostra fit adultera, tom. 8. col. 1026.

Eclipsis animæ est, mundum diligere. Tene mentem tuam, ne interveniente umbra terræ à sole justitiæ separetur, ait Augustinus tom. 9. col. 729.

Ut avis visco irretit alas suas, ut sursum volare nequeat: sic anima quoque mundum amans. Aug. tom. 8. col. 1431. & 1280. d.

Luc. 13, 11. Mulier curva erat corpore, in terram velut defixa: sic quoque terrena solum spirant, qui mundum amant. Tom. 8. August. col. 317. b.

Gen. 3, 14. Serpens terram comedit: sic mundani terram solum curant. Aug. tom. 8. col. 1217. b. c. tom. 9. col. 289. b.

Sicut vas, quo plus aquæ continet, eò minus olei recipit: ita cor hominis expletur ab aqua mundi, ut amor Dei, oleum gratiæ non intret. Aug. tom. 10. col. 514. d.

Gen 12, 8. Abraham in Palæstinam veniens ædificavit Deo proprium altare, nolens uti altaribus & aris Cananæorum: sic Deo sincere adhærens sincerum cordis altare Deo consecrat, immune à labe amoris mundani.

Esau in agris vivebat; Jacob verò in domo Patris, Gen. 25, 27. sic impii in agris & voluptatibus mundi vivunt, Luc. 8, 14. Pii in domo ecclesiæ 1. Tim. 3, 15. jugiter versantur, Ps. 27, 4.

Deut. 2. v. 5. de terra Esau ne unius quidem pedis spatium latum dedit Jehova Israelitis: sic mundus est terra Esau, de qua nihil tibi dedit Deus, quia tua in cœlis esse debet conversatio, Phil. 3, 20. in cœlis solida & vera possessio.

Abraham oculos ad Sodomam reflectens, nihil nisi opacas tenebras vidit & fumos, Gen. 19. v. 28. Indue oculos Abrahami & mundum intuere, & nihil nisi fumum videbis. Omnia enim in mundo instar fumi sunt, Ps. 37, 20. Es. 65, 5. 1. Cor. 7, 31. 1. Johan. 2, 15. 16. quia evanescunt omnia. Omnia demum in fumos abibunt.

In montibus pleraque opera Dei facta sunt: in monte lex data: in monte Christus docuit, transfiguratus est. Ergo mundi vallis omninò nobis relinquenda est, & mons cœli, ex quo auxilium nostrum, Psalm. 121. vers. 1. conscendendus.

Mundani quoque inepti sunt ad Dei munia obeunda: Deut. 20, 5. Quatuor hominum genera ad bellum inepta erant.

§. 50

1. Ædificantes: hi sunt superbi in mundo.
2. Vineam novam colentes, hi sunt avari.
3. Uxorem ducentes, hi sunt voluptuarii.
4. Timidi, hi sunt otiosi & segnes in mundo.

Exire è mundo: Phrasis Johannis Tauleri est, mundum non amare, sermon. 2. Domin. 3. adventus. Eximus verò mundo 1. Mundum non diligendo. 2. Propriæ voluntati renunciando, de quo vide pulcherrimè disserentem D. Lutherum in epistolæ Tit. 2. verba: apparuit gratia salutaris &c. 3. Ad Proximum eundo & sui obliviscendo. 4 Res omnes deserendo, quæ sunt extra Deum.

Quæ causæ movere debeant. §. 51

1. Dei præceptum, Esa. 52, 11. 2. Cor. 6, 17.
2. Præmium, 2. Cor. 6, 18.
3. Utilitas, ne de plagis mundi quippiam accipiamus.
4. Necessitas. Exeundum enim aliquando nobis est per mortem; sed ut beatè exeamus, prius animo exire oportet.
5. Honestas.
6. Periculum: Mundus enim pix est: Eam tangens inquinatur.
7. Desiderium Patriæ, Phil. 3. v. penult.

Quæ mala dissuadeant mundum amare? §. 52

Horum sex sunt in mundo:

I. Brevitas. Brevis enim est vita mundi, Ps. 39. & 49. Esa. 40. brevis gloria. Eccl. 11. Si multis annis vixerit homo. Sap. 5. Nati continuò desivimus esse. Esa. 29. Sicut somnans, &c. Baruch. 3. ubi sunt, &c.

II Miseriarum copiositas, quæ verbis explicari non possunt, nec ob copiam enumerari. Granatensis p. 483. seq. Ducis peccatorum.

III. Laqueorum & periculorum varietas, p. 488.

IV. Hujus mundi tenebræ & cœcitas, pag. 489.

V. Multitudo peccatorum in hoc mundo. Cyprianus lib. 2. epist. 2.

VI. Felicitatis mundi fallacitas, p. 494. seq.

Charitas

animalium erga suos fœtus. Vide Nucl. Meigeri p. 335. Arist. de Histor. animal. D. Frantz. de eadem.

CHERUBIM.

§. 1

Imago volucris, hominis, leonis, Ezech. 10. v. 9. Luther. in Glossa.

CHIROGRAPHUM. *V. Lex.*

Origenes homil. 13. in Gen. scribimus literas peccati.

CHITIM. Esa. 23. v. 13. Alexander M. intelligitur.

CHOREÆ. *V. Saltatio.*

CHOREPISCOPI sunt curati. V. *Cardinalis.* Innoc. Gentilet. ad Sesion. 23. Conc. Trident.

CHRISMA. *V. Oleum.*

CHRISTIANI. CHRISTIANISMUS.

Vide infra Vita hominis Christiani, Persecutio.

§. 1 Christianus is est, qui habet remissionem peccatorum, & agnoscit, Christum esse missum in mundum ob salutem nostram, Lutherus in Evangel. Dominic. XXIV. post Trinit. fol. 447. b.

§. 2 *Unde sic dicti?*

Christiani primum sic dicti Antiochiæ Act. 11, 26. circa annum Christi 43. vel ut alii volunt 49. Prius amplectitur Baron. in annalib. Posterius Genebrardus. Prius iidem dicebantur Galilæi, Nazareni. Suidas in V. Christiani, Chrestiani per contemtum, nam Christum nostrum Gentiles vocabant Chrestum, per irrisionem nominis & contemtum. Tacitus in annal. Suet. in Tiber. quem sarcasmum solide diluerunt & animosè spreverunt Tertullianus, Justinus Martyr, Theophilus.

Sarmenticii Tertull. quod ad sarmenta & ad ignes protinus damnabantur Christiani.

§. 3 *Digne vivamus nomine hoc.*

1. Quia aliàs Dei nomen polluitur. Augustin. tom. 9. col. 628. a.

2. Ecclesiæ navis pondere peccatorum pressa pene submergitur. Augustin. Tomo 10. col. 928. d.

3. Nomen sine actu & officio nihil est, ait Salvianus lib. 4. de Provident. sub init.

4. Sicut circulus aureus in naribus suis, sic nomen Christiani in malo homine, Proverb. 11. v. 23.

5. A minori. Dolent philosophi, dici philosophos eos, qui omnis philosophiæ sunt expertes, Gell. lib. 9. c. 2. quantò magis dolendum est, vocari Christianos, qui ethnice vivunt. Alexand. M. cuidam militi ignavo, cui nomen Alexandri erat, dixit: Aut nomen muta, aut mores. Curtius.

6. Augúst. tom. 9. col. 651. a. Tractat. V. in epist. B. Johan. sub fin. si factis te non ostendis Christianum, omnes te Christianum vocent! Quid tibi prodest nomen, ubi res non invenitur? Idem tom. eodem col. 658. Christianus sine opere, est arbor sine fructu. lit. d. homil. 2. in Apocal. Confer Gregor. Nazianz. Orat. 31. Si (ait) Deum credis, rebus ipsis, quod credas, ostende. Leo serm. V. de Nativitate: Frustra appellamur Christiani, si non simus imitatores Christi. Confer Gregor. Nyssen. de perfecta hominis Christ. forma.

7. Simus igitur veri athletæ. (α) In stadio hujus vitæ & vocationis nostræ, 1. Cor. 9, 25. (β) Militemus contra carnem, 1. Pet. 2. vers. 11. omnes perturbationes animi fugiamus, Gal. 5, 26. (γ) Agonotheta est Deus. (δ) Christus erit distributor præmiorum, Rom. 2, 6. Actor. 17. Matth. 25. (ε) Spectatores sunt angeli boni.

§. 4 8. Non nomine solum vel nudâ appellatione. Vid. Gregor. Nyss. tom. 1. oper. peculiari orat. Sicut hominis simulacrum homo dicitur, ob externam solùm formam. Gregor. Nyss. de perfecta hominis Chr. forma. Ibid. refert, Alexandriæ circulatorem fuisse, qui simiam virgineo habitu & vestibus induerit eamque assuefecerit ad saltationes agillimas, ita, ut induxerit homines ad credendum, hominem esse, quæ ita saltaret: sed cautior quidam spectatorum, dolum animadvertens, saltatrici amygdala objecit, quibus visis, mox habitum simia dilacerans, amygdala prensavit, & dolum circulatoris patefecit: sic multi habitu Christianorum induti, objectis voluptatibus, reipsâ ostendunt, se non homines Christianos vere, sed Diaboli simias fuisse.

Christiani non sunt dicendi, qui Ario sunt addicti. Athan. t. 1. f. 135. ab init. lit. A. sed Ariani lit. C. & fol. 136. recte dici Marcionitas à Marcione asserit, qui de industria calumniantur. Vide Athanas. sub finem tractat. de sententia Dionysii adv. Arianos.

Olim Christiani Dæmones expulerunt. Tertull. c. 23. Apol. Justin. in Dial. cum Tryphone.

Fuerunt dispersi per mundum, ceu anima per corpus. Vide Justin. Epist. ad Diognetum.

Christianor. unio & communio, Act. 10. & 15. Rom. 1. & 10. dives super omnes, qui invocant, Eph. 1.

§. 5 Christianor. dignitas 1. sint membra Christi. 2. Unus cum Deo spiritus. 3. Filii Dei regeniti. 4. Filii lucis. 5. Sacerdotes. 6. Templa S. S. Neque tamen *nomen Christiani* excludit nomina alia distinguentia sectas: etsi enim Nazianz. orat. 31. neget se Petrianum a Petro appellari, & ab homine se nomen ducere. Idem tamen alibi passim adhibet nomina professionalia & distinctiva: Arianorum, Sabellianorum &c. Confer Tertull. Apolog. cap. 3. sub fin. ubi disputat de nomine Christianorum, adversus Gentes, a bono autore Christo deducto.

Nomen hoc olim epitome Confess. Christianorum: Polycarp. jurare jussus per fortunam Cæsaris, respondit: Christianus sum, Eus. l. 4. c. 5. hist. Eccl. S. Blandina in exquisitissimis tormentis hoc unice dixit: Christiana sum, nec quidquam mali a nobis committitur. Eu-seb. lib. 5. c. 1. d. l. Paria hic respondit Theoph. Antiochen. Christiani (dixit) debent esse εὐχενστοι, h. e. boni erga Deum. Baron. Tom. 2. fol. 182. n. 1. 5.

§. 6 *Quatuor requisita Christianorum.*

Sunt 1. separati a mundo, 2. Cor. 6.

2. Consecrati Deo.

3. Loti aqua baptismi. 1. Corinth. 6. abluti estis.

4. a Deo dati, & suscepti in filios. Joh. 1. *dedit potestatem.*

Christianismus consistit in

Erectione Imaginis Dei & in destructione Ima-

Imaginis Satanæ. V. Joh. Arnd. libr. 1. c. 41. de vero Christianismo.

Qui Christum sequitur,

Ille liberatur a cœcitate cordis. Joh. Arnd. lib. 1. c. 37. veri Christian.

Christianorum Virtutes, v. suis titulis. *Martyria*. V. Martyr.

§. 7 *Christianus quis verus fide?*

Si videris hominem Christianum, considera, si confessio ejus conveniat cum scripturis. Si sic, tum verus est Christianus, Chrysost. homil. 7. in Matt. Zanchius equidem tom. 8. oper. in appendice col. 584. §. Et quia nunc. Quam NON SIMUS CHRISTIANI, conatur demonstrare; Sed falsa nititur hypothesi: nempe nos humanam Christi naturam negare.

§. 1 ## CHRISTUS.

Christi vera Deitas,

Multis argumentis 1. *demonstrata* in libellis methodicis, & defensa scriptis contra Socinianos à nostris, quos vide. Joan. 1. Erat verbum. *Erat, Erat*, pro æterna Christi Deitate urgent Ambros. Basilius hom. in hæc verba: In principio erat verbum, &c.

2. *Non scrutanda.*

Pherecydes, qui fuit præceptor Pythagoræ, incidit in morbum pedicularem ob scrutinium nominis λόγȣ. Heurnius cap. 6. de morbis capit.

3. *Voce λόγȣ verè indicata*, Joan. 1. in principio erat verbum: Apoc. 19, 13. 1. Joan. 5. v. 7. *Declarata* in V. T. per vocem מימר vel ממרת Gen. 1, 17. Thargum Hierosol.

Verbum Domini creavit hominem. Pſ. 110. Dixit Dominus verbo suo. Esai. 2. E Zion prodibit institutio verbis Domini: (Hic vero est Messias.)

Not. *aliquo modo* vox λόγος, apud Platonem, quod intellexit Amelius Philosophus, Evangelium D. Johannis legens, teste Eusebio, Cyrillo, Theodoreto.

Christi humanitas.

Ad quam refertur Christi conceptio admirabilis. In ea e triplici Hierarchia fuerunt, 1. Angelus Gabriel. 2. λόγος, Luc. 1, 36. 3. Maria.

Monstrat *Dei sapientiam*, & consilium de salute generis humani: & *bonitatem*, filium mittentis, Galat. 4, 4.

Ostendit honorem conjugii. Voluit enim concipi in desponsatâ.

Docet Dei providentiam, tempora gravidarum determinantis.

Nostram Sanctificationem, ut imitemur eum, qui Sanctus pro nobis conceptus est, & quotidie vestes nostras lavemus, Esa. 1.

Spiritualis Christi conceptio in corde nostro, cum ex Deo nascimur, Joh. 1. *Ex Deo nati* parturimur, Gal. 4. Joh. 3, 5. Psal. 87, 5. Homo & homo natus est ibi.

Christo, ut radici, viti, oleæ inserimur, Joh. 15. Rom. 11.

§. 2 *Varia ejus nomina, & promiscua alia.*

In genere de variis Christi nominib. & quo respectu ea Christo attribuantur, vide Greg. Nazianz. tractatu de Fide.

Aaron est Christus. V. Aaron.

Angelus turbans aquam in Siloe, Augustinus tom. 9. col. 148. c. nos consolans in deserto hujus mundi, Gen. 16, 10. 13. facile ad Christum applicaveris.

Agnus Johan. 1, 29. Vide Promt. Allegor. 304. 7.

Aquila ob 1. regiam dignitatem, 2. amorem, 3. gratitudinem. Plinius libr. 10. c. 5. recenset, aquilam a virgine educatam, simul se rogo cum defuncta virgine injecisse.

Altare in terra factum Exod. 20, 24. Christi carnem significabat, in qua hostia offerenda erat: imò ipsa caro erat ipsa hostia, quia SE IPSUM obtulit, Heb. 9, 14. ipse agnus fuit, Johan. 1, 19. Ab hoc altari rapi non possumus, Exod. 21, 14.

Arca, quæ facit nobis Deum præsentem: Eph. 2, 13. eratis sine Deo: sed qui Christum habet, Deum habet ipsum, 1. Johan. 2, 23. 24. Arca est nostræ significationis. August. tom. 8. col. 1529. b.

Aries hærens inter vepres, Gen. 22, 13. August. tom. 10. col. 737. c. vide Allegor. 437. in Promtuar.

Asylum verum. V. Asylum.

Brachium, August. tom. 8. col. 391. & manus. August. tom. 8. col. 1271. b. & col. 1217. col. 769. a. tom. 9. col. 382. 383. sine ullo sensu Anthropomorphitico. Euseb. Emyssen. homil. prima de Nativitate.

Calcaneus, quem momordit Satan. Zwinglius in c. 3. Gen.

Candelabrum, in quo 7. lucernæ, notant 7 dona Spiritus Sancti, quæ Christus donat, Ephes. 4. inque ipso, ceu capite, fuerunt, Esai. 11. v. 1.

Carbunculus Judæ dicatus, ob Christum lucem è tribu Juda proditurum, Genes. 49. Hebr. 7, 14.

Cherubini Ezechielis cap. 1. notant Christum, qui factus est homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ascendendo, Gregor. hom. 4. in Ezech. August. tom. 9. col. 663. b. c.

Cerva matutina, Pſ. 22, 1. *Oriens* mane, statim in Ministerio, exultans viam suam obire. Psal. 19. *Ubera* præbens hinnulis suis. *Impensè* eosdem *diligens*. *Mansueta*, humilis cerva, Matth. 11. Amabilis, delectabilis, Psalm. 45, 3. Cantic. 5, 10.

Columna nubis, uti illa populo dux erat ad terram promissionis, Exod. 13, 21. Sic Christus nos ducit ad vitam æternam: Ipse enim via, Joh. 14. & verus Josua, Hebr. 4. §. 3

Cornu Luc. 1. & quidem salutis 1. ob altitudinem. 2. ob eminentiam. August. tom. 8. col. 1534 b. c. 3 robur. 4. feriendi potentiam. Psal. 2, 9. reges eos in virga ferrea.

Circumcidens petrinis cultris. Augustinus tomo 10. col. 330 a. Christus enim circumcidit nos, Coloss. 2, 11. Philipp. 3, 3. Rom. 2, 27.

David cædens Goliathum. August. tom. 8. col. 1653. d. Imo David 1. officio pastorali, Ezech. 34. versic. 23. 2. officio regio, quod gerit in

monte Sion, h. e. Ecclesia, Ps. 2, 6. Luc. 1, 32. Dabit ei Dominus sedem David Patris sui. 3. Dilectione, David significat dilectum: Christus vere fuit dilectus Deo. Matth. 17, 5. Hic est filius meus dilectus.

§. 4 Elias orans, 1. Reg. 17, 21. Sic Christus pro nobis in cruce oravit, Augustinus tom. 10. col. 1036. b. Pater dimitte illis, Luc. 23, 34.

Ephraim granum fructificans. Augustinus tom. 8. col. 608. a. Spiritualiter enim foecundus fuit Christus noster 1. Meriti & passionis ubertate. 2. Evangelii fructificatione, Coloss. 1, 23. 3. Ecclesiæ multitudine, Esa. 60, 3. 4. 5. 6.

Flos Jesse, Esa. 11. Augustin. tom. 10. col. 810. circumdatus ab apibus ex Psalmo 118. Augustinus tom. 8. col. 1319. Apes fuerunt Pharisæi nescientes, mel nostræ salutis operantes.

Femur. August. tom. 8. col. 406. quia de femore Abrahami processit caro.

Fons vitæ, Ps. 36, 10. in ipso vita erat, Johan. 1. cui pater dedit vitam, Joh. 5. ambulans nobiscum. Matth. 28, 20. Ecce ego vobiscum &c. clamans: si quis sitit, veniat ad me, Augustin. tom. 9. col. 267. a.

Frons olivæ, Gen. 8, 10. pacem nobis adferens, Eph. 2, 17. Luc. 2.

Fructus seminatus in conceptione, germinavit in nativitate, collectus, in panno involutus, ad domum allatus in purificatione, flagellatus, accusatus, immolatus in passione, purgatus in resurrectione, comeditur in quotidiana susceptione Eucharistiæ.

§. 5 Fundamentum nostræ salutis, in quo reædificati sumus. Athanas. serm. 3. contra Arianos. Fundamentum electum & pretiosum, 1. Reg. 5, 17.

Gallina. Matth. 23, 37. Sicut gallina &c. V. Num. 46. Christus benefacit singulis. 1. nos calefaciendo. 2. alas super nos expandendo. 3. Vocando. August. tom. 8. col. 1002. b. 4. contra milvum Diabolum defendendo. August. tom. 8. col. 643. 644. A. Confer t. 8. col. 1136. b. 5. Hispida plumis, demissis alis, voce fractâ, lassâ, languidâ, congemens pullis. August. tom. 10. col. 118. d. tom. 8. c. 1009. d. & col. 587. d. 588. a. tom. 9. col. 123. b.

§. 6 Germen, Es. 4, 2. Jerem 23, 5. c. 33. Zach. 3. & 6. Alii vertunt surculum, alii crescentiam, alii orientem, Luc. 1, 78. ratione humilis nativitatis, veræ humilitatis, prodiit enim Christus ex virgulto succiso, Esa. 11, 1.

Gigas geminæ substantiæ gaudens currere viam suam. Augustinus tomo 9. col. 2403. b. hoc est, Deus verus & homo verus, in una persona.

Granum 1. patiens in morte, Joh. 12, 24. 2. Virescens in resurrectione. August. tom. 10. col. 1233. d. 3. Præbent escam vitæ, Johan. 6, 33. 4. Locum volucribus cœli, nam crevit hoc granum in arborem vitæ, Apoc. 22, 1. 2. 5. multiplicandum in fide populorum. Aug. tom. 9. col. 374. c.

§. 7 Holocaustum verum 1. oblatum in lapide imposito. 2. pro nobis totum crematum. 3. in odorem bonæ fragrantiæ, Eph. 5, 2.

Jacob missus a patre in Mesopotamiam hujus mundi, Genes. 28. vers. 1. &c. Aug. tom. 10. col. 762. b. ut sibi Leam & Rachelem compararet: sic Ecclesiam Christus utramque gentilium & Judæorum.

Jeremias typus Christi in multis. Fusè id persequitur Cornel. a Lapid. in Jerem. fol. 466. 567.

Jonas resurgens. Aug. tom. 10. col. 939. d. T. 8. col. 723. c. Musc. in Matt. f. 351.

Josephus verus. Aug. tom. 8. col. 619. & 1233. c. Vide latius D. Balduin. in pass. typ.

Josua. Aug. Tom. 10. col. 479. b. nos in cœlum introducens, Ebr. 4, 8.

Iris pacis. Aug. Tomo 9. col. 659. & col. 673. a. pronuncians pluviam Evangelii. Ibid. d.

Isaac. Aug. Tom. 10. col. 757. d. Confer, si vis, Cornel. a Lapid. in Gen. fol. 207. Vere is omnibus gentibus risum fecit, quarum desiderium fuit, Hag. 2, 8. Vide Promptuar. Allegor. Tit. de Christo.

Jumentum fuit Christi caro, allegoriâ Augustini tom. 8. col. 1477. b. e Luc. 10.

Lac nobis factus est. Aug. Tomo 10. col. 149. c.

Lana coccinea, quæ sanguine imbuebatur, per se pura, Exod. 24. v. 8. sic Christus nostris peccatis est imbutus, Rom. 8, 3.

§. 8 Lapis 1. angularis, jungens præputium & circumcisionem. Aug. tom. 10. col. 81. 2. Præcisus de monte, Dan. 2. 49. Aug. Tomo 8. col. 1109. d. 1110. a. 3. percutiens Goliathum. Aug. Tomo 10. col. 1032. b. 4. jungens gentes & Judæos. Aug. Tomo 8. col. 599. c. & 600. c. 5. lapis ante pedes viliter & humiliter jacens. Aug. tomo 8. col. 1287. Sic (α) Christus contemtissimus fuit Esa. 53, 3. 4. popularibus. Vid. Marc. 6. Vermis fuit, Psal. 22. v. 2. 7. non homo. (β) Lapis ad quem impii corruerunt. Luc. 2, 34. Ecce hic positus, &c. (γ) Lapis humiliatus, Phil. 2, 7. sed tandem exaltatus Ps. 118, 22. in caput anguli factus.

Lignum aquis amaris injectum, Aug. tom. 10. col. 480. b. Vitæ, ad quod extendens manus vivet.

Leo mortuus, ex quo, ut apes, omnes Christiani processerunt. Aug. tom. 10. col. 829. a. Sumus enim filii spirituales per fidem, Joh. 1, 10 11. alimur dulcedine Christi.

Lothus arbor ob miram dulcedinem, quæ non sinit homines a se avelli: sic Christus Rom. 8, 38. Scio, quod neque mors &c.

§. 9 Lucerna est 1. nobis a Deo accensa, ut luceat Gentibus & Judæis. Luc. 2. Lumen ad revelationem Gentium. 2. A cœlo porrecta, Johan. 8. Veni de cœlo. 3. Data, ne erremus in tenebris inscitiæ & tristitiæ. Utrâque enim nube sine Christo æternum involuti sumus. V. Aug. t. 8. col. 1724. b. 4 Hac lucerna quæsitus est nummus ille perditus. Aug. t. 8. col. 1594. b.

§. 10 Lux in flamma ignis apparens, Exod. 3, 2. lumen monstrans alia & seipsam. Sic Christus se prædicat, & prædicando ut lumen intrat. Aug. tom. 9. col. 344. b.

Lumen mundi Joh. 12. non docens solum, ut homines docent, sed & semen pietatis inserendo. Cyrillus.

Lux primigenia, non participata, qualis lux est in hominib. qui sunt in Domino: Hæc autem lux ipse Dominus est.

Manna verum 1. sine semine Vir. 2. Parvus & contemtus Christus, sicut Manna. 3. Contusus in mortario crucis. 4. Requiescens in sabbatho sepulturæ. 5. Ignoratus Judæis 1. Corinth. 2, 14. 6. A quolibet fide applicatus. 7. Omnibus æqualis. Totus Christus cuilibet datur credenti. 8. Conservatus in urceolo cordis nostri.

Manus Dei. V. Brachium.

Medicus ad nos veniens: August. tom. 10. col. 79. a. patiens Judæos phreneticos, Tom. 10. col. 292. c. d.

Michael. August. tom. 9. col. 676. d.

Medicus morte sanans. Augustin. tom. 10. col. 290. b. morte enim sua Christus vitam & immortalitatem restituit, 2. Tim. 1, 10. Vulneribus ejus sanati sumus, Esa. 53, 5. Plura vide infra.

§. 11 *Quomodo venit Christus?*

Melchisedeck. Vide Promtuar. allegor. 451. D. Rung. in 14. Gen. Theodor. in Dialog.

Moses 1. pro populo intercedendo: Sic Christus pro populo oravit Johann. 17, 9. 2. Tabulas legis frangendo. Christus eas implevit. Confer Augustinum tomo 10. col. 777. d. 3. Mare dividendo, ut Moses, baptismo suo.

Mons, de quo descendit pinguedo & ros, August. in Ps. 133. tom. 10. col. 136. d.

Murus & defensio suorum. 1. Certe Christus noster murus est igneus, Zach. 2, 5. 2. Discriminans inter nos & hostes nostros. 3. Fortissimus, aheneus, durissimus hostibus.

Nazarænus verus 1. Voto singulari Deo obstrictus, ut Num. 6, 2. 2. Sanctimonia singulari, ut Pontifex. 3. Dignitate, ut rex. 4. Fortitudine. 5. Diademate publicè docendi fulgens. 6. Corona nostræ Sanctificationis. 7. Surculus ex Jesse, Esa. 11, 1. omnes typos implens.

§. 12 Nubes fuit, (1) Tegens jubar Deitatis, Augustinus tomo 9. col. 267. e. (2) nos regens sub alis bonitatis Christi. (3) Ex hac Deus ad nos verba facit, ut Exod. 33, 19.

Nutrix velut nostra factus est Christus, qui per suam carnem nobis panem cœlestem in lac convertit. August. tom. 8. col. 1518. b. c. 1519. a. b. Sapientiam nobis communicavit per carnem assumtam. Tom. 8. col. 165.

Ostium in cœlo apertum, August. tom. 9. col. 659. a. verum ostium, Augustinus tom. 9. col. 330. b. c. d. cur ergo trepidat manus pulsando, & dormitat in mendicitate conscientia nostra? Augustinus tom. 10. col. 970. b. Ostium hoc vivum est, discernens ingredientes, Cyrill. Jerosol. Catech. 10.

§. 13 Palma arbor 1. mirabiliter appropinquans. 2. Viliter se humilians. 3. Viliter se communicans, Matth. 21.

Pastor fidus, qui quærit nos, antequam eum quæreremus. Invenit nos, ut inveniremus eum, August. tom. 8. c. 1594. c.

§. 14 Panis vitæ, Joh. 6. (1) Dans nobis vitam. (2) Utilis viatoribus nobis. (3) Reficiens nos in via. (4) Non gravans nos, sed perducens ad patriam, ut 1. Reg. 19. Ambulavit (Elias) in fortitudine cibi illius &c. (5) De cœlo descendens. (6) Trituratus & molatus in terra. (7) Verus panis solatii, Es. 30, 30.

Petra in qua 1. ædificata est Ecclesia. 2. fracti sunt fluctus Judæorum accusantium, Joh. 8. August. tom. 8. col. 1160. d. 3. criminantium. 4. insultantium in cruce. 5. refugium præbet in mari periclitantibus, ne submergantur: in terra, ne capiantur. August. tom. 8. col. 1205. a. 6. Scandali. August. tom. 8. col. 424. d. 425. a. tom. 9. col. 242. b. 7. mollis petra Psal. 81. in deserto hujus mundi.

Piscis assatus per passionem, tom. 10. col. 1224. c. August.

Pluvia salutaris. August. tom. 8. col. 1582. a. cujus fœcunditate totius Ecclesiæ ager irrigatus est.

§. 15 Propitiatorium, Exod. 25, 1. Materia. Erat ex auro. Hoc notat Christi Deitatem. 2. Effectu. Ex oraculo voluntatem narrabat olim Deus, Exod. 25. Sic etiam Christus Johann. 1. v. 18. Filius enarravit nobis. 3. Opertione. Propitiatorium tegebat arcam: Sic Christus sua innocentia omnes sanctos tegit, Psalm. 32. v. 1. Rom. 4, 7. 4. Situatione. Erat supra arcam: Sic Christus est supra omnes Sanctos, Joh. 3. v. 16. Psalm. 45, 3.

Pulcher ille & speciosus præ filiis hominum. Aug. tom. 8. col. 403. c.

Radix ob negatam pulchritudinem: non enim radix est pulchra, sed folia. August. tom. 10. col. 510. a. b.

Rex potens. Aug. tom. 9. col. 662. b.

Saccus, quem ὁ λόγος induit. Aug. tom. 8. col. 728. 729. & è Psalm. 69. v. 12. continet hic saccus pretium redemtionis, Aug. tom. 8. col. 1694. d.

Samaritanus verus. Aug. Tom. 8. col. 737. d. 738. a.

Salomon pacificus. Aug. Tom. 8. col. 1478. a. b. col. 775. a. b. c. ibid.

Serpens æneus. Augustinus tom. 9. 10. col. 1593. b. c.

Servi forma indutus. Illa forma servi magno nobis est solatio. Ambr. ep. 47. contra Apollinaristam quendam agens.

Simon verus, suæ vitæ non parcens, 1. Maccab. 13, 5.

Scala, per quam ad Patrem ascendimus. Johan. 14, 6. nemo venit ad Patrem &c.

§. 16 Sol (1) egressus a summo cœlo. August. t. 8. col. 589. a. v. Num. 20. (2) Oriens: nam natus est octavo Calend. Januarii, cum dies accrescunt: Johan-

Johannes octavo Calendas Julii, cum decrescunt. Augușt. tom. 8. col. 1541. b. (3) Occidens morte, sed reversus per resurrectionem. August. Tom. 8. col. 1209. b. (4) Justis fulgens. August. tom. 8. col. 1205. b. (5) Malorum oculos præstringens, 2. Cor. 4, 4. (6) Oriturus in judicio super bonos & malos. (7) Tegens nos. August. tom. 8. col. 900. d. sub alis.

Splendor gloriæ 1. ex patre, ut lumine. 2. non desinens nasci. Origenes homil. 9. in Jerem.

Sponsus, dans sponsæ arrham, sanguinem & spiritum, August. tom 8. col. 292. d.

Stella maris, Aug. tom. 9. col. 789. b. (1) nobis lucens. (2) nos ducens. (3) Scopulos in via ostendens.

Surculis. V. Germen.

§. 17 Tabernaculum, Ps. 27, 5. in quod confugimus (quod Christus in sole fixit, hoc est, manifestavit. August. tom. 9. col. 577. b.) 1. tempore tentationum. 2. prosperitate malorum. 3. tempore sævientium Tyrannorum. Vide August. tom. 8. col. 1012. a.

Tergum Jehovæ vidit Moses: sic Deum à posteriori in Christo videmus. August. tom. 8. col. 1590. d.

Thuribulum habens in manu, igne passionis repletum, Apocal. 8. Augustin. tom. 9. col. 669. b.

Tunica flava & alba Exod. 28. duas Christi naturas (illa Deitatem fulgentem, hæc humanitatem innocentiâ candentem) significavit: juxta quosdam.

Turtur oblatus pro nobis, Luc. 2. v. 24. Lev. 12, 8. (1) Castimonia. August. tom 8. col. 501. b. (2) Gemitu & intercessione pro nobis. (3) Morte ipsa denique, quam pro nobis sustinuit.

Vehiculum fuit, quo ad nos ὁ λόγος processit. August. t. 10. col. 1618. c.

Velum est, quo 1. arca tegitur. 2. sub quo nos latitamus, ne ardore iræ DEI amburamur.

Veritas est Christus 1. omnes typos implendo. 2. Promissiones implendo, quæ de Christo futuro sonabant. 3. Doctrinam veram docendo. 4. Exemplum veræ sanctitatis relinquendo. Vid. Origenes lib. 1. cap. 2. de principiis.

Vestis byssina, qua Josephus indutus est, Gen. 40. ac magnificus est redditus: sic & nos Christi innocentiâ vel veste ejus gloriosi, olim apparebimus, Apoc. 19. atque hâc veste gaudebimus, Esa. 61. vers. 10. nec nudi reperiemur, 2. Corinth. 5. Apocal. 14. Vestis multos vestiens, expectans multos & omnes, quos vult vestire. Vestiendo non deficiens, Optatus Milevitanus lib. V. p. 161. Conf. Galat. 3. Christum induistis.

§. 18 Vermis Psalm. 22, 7. 1. contemtu. 2. Conculcatione. Vide Promt. alleg. 468. Aug. Tom. 8. col. 1529. b. Vermis fuit Christi humanitas, in quo latuit hamus Deitatis, quem Leviathan detraxit, Job. 40.

Via I. non pedibus calcata, sed quæ ducit ad eum, qui est in cœlis. Cyrill. Hierosolymit. Catech. 10. Joh. 14, 6. Est vero Christus via (1) ratione doctrinæ. Cujus observatione devenimus ad vitæ cœlestis terminum. (2) ratione conservationis, quippe ejus instructio nostra actio est, ideo inquit Leo: Christus se viam dixit, ut humilitatem eligeret, quam sectatus est Christus (3) institutione donorum, mysteriorum. (4) ratione passionis & mortis, per quas peccatum destruens facultatem nobis in cœlum eundum promeruit. Hinc adumbratus est per summum sacerdotem, qui quotannis ingrediebatur ad propitiatorium. (5) ratione resurrectionis & ascensionis. Itaque Christus per scalam Jacobi terræ innixam cœlumque attingentem adumbratus fuit, Joh. 1. v. ult. Bernhard. Sequamur te Domine per te, quia tu es via in exemplo, veritas in promisso, vita in præmio. August. libr. XI. c. 2. de Civit. Dei: Homini est iter ad Deum per Deum & hominem, qui est Christus. II. Via luminosa. Johan. 8. vers. 12. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. III. Via qua itur & quo itur. IV. Per quam ex Ægypto emigramus. August. Tom. 10. col. 789. a. b.

Virga Jesse, Esa. 11.

§. 19 Vita 1 regenerando, ut in ipso vivamus regeniti, ceu nova creatura, 2. Cor. 5, 2. Sanctificando, ut fructum feramus, Johan. 15. Philip. 1, 3. Glorificando, ut vitam æternam acctpiamus, Johann. 14. Vivo ego & vos vivetis, Johann. 5.

Vitis vera, cujus fructus est vita, gaudium, pax, dilectio, cognitio, justitia, religio, &c. Vide Athanas. tom. 1. fol. 102. 103. 104. a. item Augustin. tom. 9. col. 444. a. Pulchrè Cyrillus Hierosolymit. Catech. 10. Unicuique fit varius salvator ad utilitatem: Qui enim indigent recreatione & lætitiâ, illis fit vinea: qui opus habent ingressu, illis fit ostium: qui cupiunt offerre orationes illis fit mediator & sacerdos summus: qui habent peccata, illis fit ovis, ut pro illis mactetur.

Unctus. Ps. 45. Unxitte Deus. Trypho apud Justinum docet, Messiam nullam potestatem habiturum, & ne seipsum quidem agniturum, donec venerit Elias, qui unctione ipsum inauguret. O blasphemiam Judaicam!

Zemah. Vid Germen hoc titulo de Christo.

De adventu Christi. §. 20

Duplex est ejus adventus. 1. Venerat ut noster, pro nobis judicandus. 2. Ut suus, in majestate sua judicaturus orbem. In primo adventu tanquam parvulus David contra Goliath inermis pugnavit. In secundo contra ingratum Nabal armatus & iratus David descendet. Ingrati stulti homines huic Nabali similes, Dei acceptis beneficiis Diabolo tantum & carni servierunt.

Differentia primi & secundi adventus hic clarissimè elucescit.

In 1. venit (α) nascendo. (β) in stabulo. (γ) in paupertate. (δ) in loci angustia. In 2. adventu veniet apparendo, non in stabulo, sed in cœlo:

cœlo: non in paupertate, sed in nubibus cœli, Matth. 25, 31. non in vili & abjecto loco, sed coram universo orbe sistetur vir ille, qui mundum judicaturus est; Actorum 17, 31. statuit diem &c.

Adventus Christi instar *lucis exorientis*, 2. Sam. 23, 4. & pluviæ, post cujus effusionem herba, pietas, crescere debet, ut monet Apostolus Rom. 13. A nobis celebrandus & publicandus, Ps. 96. v. 10.

§. 21 *Quare tot testibus confirmatus sit?*

1. Testes sunt Prophetæ. 2. Stella Matth. 2. 2. Opera & miracula. 3. Simeon, Anna, Maria, Johannes. 4. Pastores, Luc. 2. 5. Nicodemus. 6. Signa & prodigia ante nativitatem & in ipsa nativitate Christi.

Sunt verò adhibiti tot testes 1. ob indicandam mysterii de verbo carne facto altitudinem, 1. Timoth. 3, 16. Esai. 53. Quis credit auditui nostro? 2. ob hujus ejusdem mysterii commendationem. 3. dignitatem. 4. hominum cœcitatis convictionem, tot testibus credere nolentium.

Testimonium de Christo extranei etiam atque à Rep. Israelis extorres perhibuerunt. Vide Josephum lib. 18. c. 6. Antiq. Judaic. Pilati verba referentem. Tertullian. col. 21. Apologetic. Egesippum in fine Anacephal. suorum librorum. Eusebium libr. 1. c. 3. histor. Eccles. & libr. 5. c. 1. 6. 8. 9. de præpar. Evangel.

De Incarnatione & Nativitate.

§. 22 Incarnatio quid sit?

Figura ejus est 1. Abrahami in Ægypto *peregrinatio*, Gen. 20.

2. Lapidis de monte *præcisio*, Dan. 2.

3 Sapientiæ *ædificatio*, Prov. 9.

4. Throni Salomonis extructio, 1. Regum 10.

5. Fœminæ *circumdatio*, Jer. 31.

6. Jonæ in mare *projectio*, Jonæ 1. 2.

7. Montium *stillatio*. Joel. 3. Montes dulcedinem stillabunt.

Est omnium confessione magnum mysterium pietatis, quo Deus manifestatus est in carne, 1. Tim. 3, 16. Joh. 1, 14. Verbum caro &c. Sicut unus Sol est, post unitionem cum corpore solari: Sic quoque unus est Christus. Justinus martyr de recta confess. Sicut corpus & anima unus homo: sic Christi una ex Deitate & humanitate persona.

I. Causa impellens interna est filii spontanea oblatio.

Fingite regis filium vulneribus confossum, venenatis, morti proximum esse, nec remedium superesse, nisi ut vulnera exsugantur. Rex equidem adhiberet vilissimum servum, mortis reum, ut filii vita servaretur. Foret hoc humanæ prudentiæ consilium. Fingite contrarium accidisse: servum aliquem Regis vilissimum morbo laborare & omnibus venenum exsugere renuentibus Regis filium sponte sua motum accessisse, exugisse: ita fecit Dei filius. Vulnerati eramus atrocissimè: imò mortui eramus, Eph. 2, 1. veneno peccati, Rom. 5, 12. Venit ad servos Dei filius, ad hostes suos Dominus, & vulnera eorum suxit & morte sua purgavit.

Christus incarnatus reliquit Patrem. Joh. 16, 28. exivi a Patre. Matrem synagogam Jerem. 12, 7. reliqui domum meam & dimisi. Eph. 5. relinquit homo. In terram se declinavit. Augustinus tom 8. col. 164. A. Omnia summi amoris argumenta!

Christi incarnatio mirabilis 1. ratione matris, quæ fuit stella portans solem, palmes vitem, rivus fontem, filia patrem, creatura creatorem. 2. ratione prolis, quæ in instanti concepta est.

§. 23 Triplex miraculum præstitit Deus: 1. Justitiæ, quâ nos ex faucibus Satanæ, satisfaciendo. Leo serm. 1. de Nativit. Augustinus libr. 13. c. 13. de Trinit. 2. Medicinæ: Ipse medicus Christus medicina factus est, Theodoret. lib. 6. de curandis Græcor. affection. 3. Mediationis admirandæ, quâ se medium inter Deum & nos & Satanam interposuit, istum superando, nos verò plenè liberando.

§. 24 Christus natus. Hieroglyph. Charitatem olim pinxerunt puerum parvum, nudum: Christus Charitas 1. puer. 2. parvus. 3. nudus. Charitas ipsa est, quia Deus est. Esa. 6, 9. puer natus est. Luc. 2, 12. invenietis τὸ βρέφος. Ille parvulus, ille infantulus natus est, ut tu vir perfectus esse posses. Ambros. lib. 2. c. 2. Lucæ fol. 24. ille involutus in pannis, ut tu mortis laqueis solutus esses &c. Meum illius paupertas patrimonium est, &c. vide ibi plurib.

II. Patris amor: Jacobus πολυτέκνης ægrè Benjaminum dimisit, Gen. 43, 6. &c. At Deus unicum dedit filium, Joh. 3, 16.

III. Causa incarnationis impellens respectu Patris est summa liberalitas & misericordia Dei. Luc. 1, 78. viscera miserationum. Rex omnem probaturus liberalitatem arcam ipsam cum omnibus thesauris dat. Christus est arca: In arca omnes thesauri reconditi sunt, Coloss. 2, 9. Hanc nobis Pater dedit, Joh. 3, 16. & divites gratiæ suæ thesauros nobis aperuit.

Ut herbas nasci Deus voluit ex terra, antequam morbi ex peccato: sic Christum dedit ab æterno, antequam peccatum esset. Eph. 1, 5. Elegit nos in Christo.

IV. Veritas promissi, Num. 30, 3.

Omnia Dei attributa in adventu relucent, sicut in horologio, priusquam hora sonat, hæc vel illa rota movetur. At cum hora sonat, omnes simul rotæ concurrunt: sic antequam Deus fieret homo, hoc vel illud attributum offendebatur. At cum venit plenitudo temporis, omnia simul sonant attributa:

Bonitas in dando & nostri miserendo.
Misericordia in miserando.
Sapientiam in adornando.
Justitiam in exigendo, Rom. 8, 2. 3.
Omnipotentia in præstando.

§. 25 Incarnatio Christi significata 1. natura divina. Ego Deus. 2. natura humana. Abrahami, Isaaci, quia horum carnem ille fuerat suscepturus. Augustin. tom. 10. col. 593. a.

Refe-

Referunt ad hanc incarnationis gratiam nonnulli patefactionem illam Exod. 24. v. 10. ubi 1. visus Deus Israel. Christus omnino Deus ille verus est, 1. Joh. 5, 20. Joh. 1. Angelus facierum, Esai. 64, 10. 2. Sub hujus pedibus visa est majestas Dei, notata saphiro; in miraculis Christi. 3. Non terruit seniores Deus illa visione. Sic Christus rex venit pacificus.

Incarnationis beneficia summa. 1. Immensæ rei, filii Dei donatio, Esai. 9. Joh. 3, 16.

2. Majestatis divinæ ad statum servilem demissio, Philip. 2.

3. Hominum per cœlestem doctrinam illustratio, 2. Tim. 1, 9.

4. Omnium virtutum in Christo demonstratio.

5. à peccatis liberatio.

6. Adoptionis collatio.

7. Perpetuo durans Reconciliatio.

8. Cœlestis materiæ in Eucharistia præparatio.

9. Redemptionis nostræ acquisitio. Cyrill. Hierosolymit. *Si incarnatio non est vera, nec redemtio erit vera.*

Nativitas Christi.

§. 26

Pastoribus indicata 1. ut indicaretur, Christum esse verum Pastorem. 2. Deum se patefacere contemptis & vilibus coram mundo. 3. omnem fastum hominum confundere.

Prædicta Es. 7, 14. non agit de Ezechia, contra Tryphon. Judæum; apud Justin. in dial. cum eo habito.

Admiranda. 1. Regum 8. Salomo miratur, Deum cum hominibus habitare: Loquitur de gratiosa Dei habitatione; Atqui hac longe est arctior, longeque angustior inhabitatio hypostatica, in unitate personæ. Bernh. Miror Deum in cunabulis. Ideoque fluvius ille est Ezech. 47. admiranda hæc œconomia, in quo tot hæretici sunt submersi, Cerdon, Marcion, Manes. Esa. 9. Admirabilis est Messias. Hinc adhuc admirationem merentur 1. Conceptio Esa. 7, 14. plane admiranda, supraque omnes naturæ leges posita. 2. Partus & nativitas pauperrima, miraculosissima. 3. Exultatio Johannis in utero: ad vocem matris occultissima. 4. Canticum Angelorum Luc. 2. & Musica suavissima. 5. Expavefactio totius Jerusalem ad Dei nativitatem. 6. Exilii susceptio in Ægyptum humillima. 7. Disputatio Christi, ut pueri duodecennis. 8. Petra salutis & scandali simul.

§. 27

Porta in cœlo aperta est incarnatione.

Hoc est, omnia mysteria nobis patefacta sunt. August. tom. 9. col. 675. d. nempe mysterium bonitatis, sapientiæ, justitiæ & veritatis divinæ.

Figulus in figmentum transiit, carnem scilicet hypostatice assumendo, Joh. 1, 14. & rex cœli homini militavit. Aug. tom. 1. 10. col. 861. a. Osculum pacis & justitiæ coaluit, Psalm. 85. Pax & misericordia & justitia sibi in Christo obviarunt, &c. amicè conspirarunt. 1. Pax in angelico præconio. 2. Misericordia Christi in paupertate & stabulo. 3. Justitia in sanctissimo merito.

Serpentem Diabolum apprehendit: Ut olim Moses serpentem Exod. 4. Virga Dei regnum significat. Augustinus tom. 10. colum. 1593. b.

§. 28

In ea mirus se fons patefecit.

Nempe fons 1. Vitæ, qui est Christus.

2. Pacis fons, quem Angeli monstrant, Luc. 2.

3. Humilitatis, qua Christus se exinanivit, Philip. 2, 14.

4. Veritatis, quâ se præsentem stitit.

5. Misericordiæ: pulchre D. Bernh. serm. 1. fol. 56. de hoc fonte, quod miserationibus affluat, charitate effluat.

6. Potans nos.

7. Irrigans nos pluvia Evangelii. Promtuar. Allegor. Tit. de Evangel.

Nativitas Christi est 1. *ortus* Solis cœlestis: hic 2. *discurrens* in cœlo Ecclesiæ, prædicando, miracula patrando. Actor. 10. bene fecit omnibus.

3. *Occidens* in morte pro nobis moriendo: & per nativitatem. Per hanc Christus nos liberavit, Galat. 4, 4. ut eos, qui sub lege erant, redimeret.

§. 29

Simile.

Gessit se Christus, sicut Princeps nobilissimus, qui pauperculum & miserrimum hominem liberatum cuperet ex carcere, atque in hunc sese dederet captivum sub ignota forma, donec extraheret miserum: sic Princeps 1. vitæ fecit, Actor. 3, 15. 2. habitum mutavit, Philip. 2. v. 7. 3. pauperculi nos omnes eramus, legi subditi, Rom. 8, 7. 4. Ingressus igitur Dominus hujus mundi carcerem, nos benignissime liberavit, Luc. 1, 79. Tit. 2. v. penult.

Venenata vulnera nostra suxit, nostræ carni se applicans, ut illa Regis Britanniæ conjux, de quâ Tit. conjugium, num. VIII.

Solatia

Suppeditavit. Tertull. Securæ estote caro & sanguis: Jam enim in Christo regnum occupastis. Conf. Chrysost. in c. ad Hebr.

§. 30

Majora bona

Contulit, quàm Raphael Tobiæ juniori, Tob. 12. v. 12. meritò igitur gratis illa animis agnoscimus. Incarnatus enim est, ut nobis ministraret, Matth. 20. Fraternitatem nobiscum inchoavit, Psalm. 22. Hebr. 2. In Dei genus ac familiam nos recepit. Conjugium spirituale iniit. Oseæ 2. Desponsabo te mihi, &c.

Humanam naturam exaltavit, ei benedixit, eam cum Deo conjunxit, eam in consortium S. Trinitatis recepit.

§. 31

Christi nativitate omnia mutantur.

1. Temporalitas in æternitatem.
2. Servitus in libertatem.
3. Mors in vitam.
4. Peccatum in gratiam.
5. Miseria in gloriam.
6. Paupertas in affluentiam.
7. Infirmitas in robur.
8. Natura in miracula.

9. Deus fit homo. Joh. 1, 14. Verbum caro factum est.

10. Impatibilis patibilis fit.

11. Tristitia omnis in gaudium vertitur. Joh. 8. *Abraham gavisus.*

§. 32 *Querelæ hominum expediuntur.*

Quæ illæ? (1) De Dei inaccessibilitate.

(2) Manuum Dei gravitate, Psal. 38.

(3) Loquelæ austeritate, Exod. 19.

(4) Summa majestate, Esa. 6. Omnia sustulit Christus, natus homo, accessum ad Deum aperuit: hunc enim per ipsum habemus ad Deum, Eph. 3. Ipse manum nobis porrigit, labiis melle dulcioribus nos compellat, & majestatem sub nube humilitatis occultat.

§. 33 *Unde genus suum ducat?*

E peccatoribus Christus oriundus.

In Genealogia Christi Evangelista Matth. c. 1. & Luc. 3. agit, ut ille qui terram eruit, & post tergum rejicit, donec perfectissimam auri venam inveniat: ita enim ille omnes eruit peccatores terrenos, donec purissimam auri venam aperiat, v. 18. Mariæ Filium &c.

Canticor. 2, 2. Sicut lilium inter spinas, &c. Truncus est spinis plenus in universa Christi genealogia, Matth. 1, 1. seq. Luc. 3. vers. 23. seq. Omnes tanquam spinæ læserunt & Deum offenderunt peccatis, ex spina tandem exstitit sacratissima virgo tanquam lilium, absque peccati spina Christum proferens, Luc. 1, 35. Es. 7.

Christus nobilitat suos majores.

In aliis nobilitas descendit in filios; A Christo verò in suos parentes, unde Christus Apocal. 22. v. 15. dicitur radix generis David, quia omne bonum David a divino Redemtore accepit.

E Judæis ipsis prodiit. Vide Jerem. 30. v. 20. 21. 22. per hunc ipsum præcipuè Deo appropinquamus. Ibid. & ipse nobis.

§. 34 *De familia D. Mariæ.*

Annon genus suum trahat e familia David? Certe: Id pluribus demonstrat Chemnit. in Harmon. Commentator. in cap. 1. Matth.

Addi possunt alii. Espens. in 2. Tim. 2. f. 340. seq. Tirin. Tab. 4. Proleg. Biblic.

Fuit in Adamo 1. ratione substantiæ. 2. non modo generationis corporeæ. 3. sed miraculosæ, per Mariam & ex eâ, Virtute Spir. S. Lucæ 1, 36. propagationis, Rom. 5, 12.

§. 35 *Quomodo venerit Christus?*

Deus venit in carnem, 1. Tim. 3, 15. 16. ut Deus ad servos potenter, Esa. 9, 6. 7. quibus etiam opera sua ostendit, Ps. 90, 17. Magister ad discipulos sapienter. Factus enim nobis est sapientia, 1. Cor. 1. v. ult. & variam Dei sapientiam revelavit, Ephes. 3, 10. Medicus ad ægrotos eminenter. Matth. 9, 12. Medico sani non indigent: omnes ægri eramus: venit ergo hic Medicus Jehova, Exod. 15. v. ult. Eminenter venit, nam morbos nostros tulit, Esai. 53. omnem morbum sanavit, Matth. 8, 16.

§. 36 *Quomodo offeratur?*

Offertur nobis Christi adventus ac prædicitur Christus. Botrum in vecte exploratores portabant, Num. 13, 24. Vectis ille verbi est, quo Christus portatur vera uva, vinum lætificans corda nostra. Psalm. 4. vers. 8. Tu lætificas cor meum. Uva hæc in stabulo Bethlehemitico appensa est, in torculari paupertatis velut calcata, à sympatriotis spreta: & cum murmure velut suscepta, quando vix locum in hospitio concesserunt, Luc. 2, 7.

§. 37 *Quando?*

Adventus Christi ultimo tempore. Deuter. 23, 11. 18. Immundi extra castra ire jubebantur, & ad vesperam reverti, loti prius aquâ: sic (1) omnes homines immundi erant, Esa. 64. v. 6. (2) Exulare jussi castris Sanctor. hoc est, cœlo. Venit (3) ergò Christus ad vesperam, & nos lavit suâ incarnatione.

Exod. 33, 23. Posteriora mea videbis, ait Dominus: vidit illa Moses in monte, Matth. 17. Athanas. q. 23. Posteriores partes Dei, carnem intellige, quam assumsit ex virgine, per quam conspectus est.

Matth. 14. v. 25. Quarta vigilia noctis (Aug. tom. 10. col. 1613. c.) venit ad discipulos: quarta ætate mundi natus Christus.

Psalm. 102, 14. Tempus ut miserearis Zion, August. tom. 8. col. 1139. B. at in Christo solo misericordia, hoc est tempus acceptabile, 2. Cor. 6, 2. Hoc tempus, hunc diem Christi nativitas nobis attulit.

Christi denique adventus significatus per egressum Isaaci in agrum ad vesperam, Geneseos 24, 63. Augustinus tomo 10. colum. 753. c.

Per septuaginta hebdomadas, per septuaginta juvencas oblatas septem diebus in festo tabernaculorum, num. 29, 12. D.

Christi incarnatio 1. mirabilis, Esai. 9. Luc. 1.

2. Misericors. Tit. 3. Salvos nos fecit, &c.

3. Sapiens, ratione modi, omnem carnis sapientiam excedentis.

4. Utilis. Natus enim est Christus pro salute nostra.

Facta.

1. Juxta veritatem carnis. Esa. 53. Vere languores, Heb. 2. sicut pueri.

2. Præter carnem, hoc est præter omnem carnalis operationis modum.

3. Supra carnem, hoc est, non ex nostris meritis, Tit. 3.

4. Propter carnem salvandam. Matth. 1. Vocabis nomen ejus Jesum.

5. Contra carnem, hoc est, incredulos, non credentes in ipsum Christum.

§. 38 *Finis.*

Christi adventus finis & passionis, &c. *vincere & vinci.*

Lacedæmonii pugnabant, vel ut vincerent, vel victi occumberent: Homines ita: non ita Christus. Plutarchus. Zwinger. 12. folio Theatr. Is enim venit vincere, non vinci: vicit enim mortem, Satanam, infernum, 1. Corinth. 15. vers. 55. Esai. 25. vers. 8. Heb. 2. vers. 14.

Se no-

Se nobis communicare.

1. De statu innocentiæ hominis dedit nobis conceptionem suam immaculatam, quâ mundaremur.

2. De statu gratiæ, gratiæ plenitudinem, quâ inebriaremur, Ps. 36. Joh. 1.

3. De statu culpæ, recompensationem pœnæ, quam pro nobis passus, Es. 53.

4. De statu gloriæ, æternæ vitæ possessionem. Joh. 17. Pater volo, ut ubi ego, &c.

Homines reficere.

Octavius Cæsar apud Insulas Capreas veterrimæ Ilicis demissos jam ad terram ramos languentes adventu suo fecit convalescere. *Zwing.* 82. Ex omine. Applicatio ad Christum: Nonne omnes eramus rami demissi, & in arbore Adamo maledicti? Galat. 3. v. 10. Venit Christus & nos restituit, Eph. 2, 1. & vigorem suis ramis Joh. 15, 2. reddidit.

§. 39 *Alii fines incarnationis.*

Verbum caro factum est (non conversione, sed unione, Athanas. t. 2. fol. 249. 251.) & Deus factus est homo, Joh. 1, 14.

1. Ut homo fieret Deus, 2. Petri 1. v. 4.

2. Servus ut fieret Dominus, Apocal. 2, 26. 27.

3. Homo ad cœlos adscenderet, Johann. 1. vers. ultim. capit. 20, 18. ascendo ad &c.

4. Homo Dei filius fieret, Johan. 1. v. 11. Gal. 4. v. 5. Rom. 8, 17.

5. Immortalis fieret homo, 2. Timoth. 1, 9. 10.

6. Dives, 2. Cor. 8, 8.

7. Lucidus, Ephes. 5, 8. Matth. 4, 16. 17. Esa. 9, 1.

8. Satiatus. Matth. 5, 6. Esurientes saturabuntur.

9. Lætificatus. Esa. 9, 3. Gaudium sicut in messe.

§. 40 *Præterea.*

I. Legitimare per incarnationem.

Ecclesia tota erat instar scorti, Ezech. 16. v. 3. 4. seq. quæ quot generabat filios, tot spurios: Christus autem sponsus in matrimonium per incarnationem accepit, Eph. 5, 25. 26. omnesque ejus filios legitimavit, Rom. 8. v. 17. Galat. 4. vers. 4.

II. Inserere nos sibi.

Christi enim incarnatio est insitio 1. nostræ carnis in Christi carnem, ut fiamus fœcundi, Hebr. 2, 14. 2. Christi carnis transplantatione in terra e paradiso cœlesti. Johan. 6, 51. Ego sum panis, qui de cœlo descendi. 3. Coalitione, Ephes. 5, 30. 4. Tempore veris facta est hæc insitio. Galat. 4. venit plenitudo temporis.

III. Commutationem nobiscum instituere. Incarnatio enim fuit cœlestis mercatura & velut commutatio nostræ infirmitatis assumta a λόγῳ. Augustinus Tom. 8. column. 160. sub finem & 161. ab initio.

IV. Nuptias contrahere cum Ecclesia. Natalitia Christi enim sunt nuptiæ Christi cum Ecclesia. Augustinus Tom. 10. colum. 566. b.

Alphonsus Rex Hispaniæ Eleonoræ nuptias fecit, Friderico III. elocatæ, quibus interfuerunt XXX. millia hominum, Cæsar cum universa nobilitate Germanica: & fontes vini undique fluxerunt, Jovius libr. 1. de Magnif. In Christi nativitate præsens fuit multitudo militiæ cœlestis, & bonitas paxque Dei abundantissimè fluxit. Auream pateram unicuique hospitum (erant vero novem millia) dedit in nuptiis Alexander. Plutarch. in Alex. Magno.

V. Mori pro nobis. Nam Christi vita consistit in duobus primis & totidem novissimis. Duo prima, nasci, mori: duo novissima, resurgere & ascendere in cœlum. Aug. Tom. 10. col. 1651. d.

VI. Lac nobis Christus factus est. August. Tom. 9. col. 486. c.

VII. Bene omnia facere & sibi satisfacere. Ideo enim carnem assumsit, ut fieret nobis justitia, 1. Cor. 1. v. ult.

IIX. Vincere gloriosè. Coloss. 2, 15. Exspoliavit principatus, &c. per seipsum.

IX. Mederi, nam dies nativitatis est, quo Medicus ostendit virtutem suam. August. tom. 10. colum. 1311. c. Matth. 9, 12. Ægroti indigent Medico.

X. In spem nos erigere. Incarnatio enim Christi spem fulcit: illud, quod manet in æternum, non dedignatum est suscipere fœnum, ne de se desperaret fœnum. August. tom. 8. col. 1167. d. enarrat. in Psal. 103.

XI. Collyrium nobis parare, quod nobis nativitas Christi paravit, cujus beneficio Deum ipsum vidimus, 1. Joh. 1. v. 1. Aug. tom. 9. col. 21. a.

XII. Panem cœli fieri lac hominum. Dies enim nativitatis est, quo panis cœli factus est lac hominum. Augustin. Tom. 10. colum. 1311. b.

XIII. Visitare homines. Christus per incarnationem nos visitavit, ut amicos captivos in carcere. Aug. Tom. 9. col. 591. c. ut miseros, in valle tenebrarum.

XIV. Fraternitatem inchoare. Incarnationis enim Christi effecta sunt:

1. Fraternitatis inchoatio. 2. In genus Dei receptio. 3. Conjugium spirituale. 4. Humanæ naturæ exaltatio. 5. In consortium Trinitatis receptio. 6. Humanæ naturæ mundatio. 7. Benedictio. 8. Exaltatio. 9. Singularis cum DEO conjunctio. 10. Honor naturæ humanæ a Diabolo fœdatæ.

XV. Nos resuscitare. Ut enim Elisæus descendens de monte puero fuit conjunctus, ut illum suscitaret, 2. Reg. 4, 34. Ita DEI verbum descendit de summo cœlo, ut nos e morte culpæ eriperet, conjunctum nobis per incarnationem.

XVI. Bellum quadruplex tollere. Christus enim incarnatione sua pacem fecit.

Christus adventu suo quadruplex bellum abstulit: 1. erat inter Deum & hominem. 2. Angelos & homines propter Adæ & Evæ ejectionem. 3. inter homines & homines, propter diversarum legum æmulationem. 4. inter carnem & spiritum. Venit autem filius Dei & satisfecit Patri. Angelum autem Paradisi ostio removit, omnes homines in unum cœtum deduxit, carnem spiritui subjecit. Verùm non perfectè, ut in hac vita exercitemur & experiamur debilitatem, Judic. 2. vers. 21. cap. 3. vers. 1. Hæ sunt gentes, quas Dominus reliquit, ut erudiret in his Israel.

XVII. Captivitate nos solvere. Psal. 126, 1. Cum convertet Dominus captivitatem Sion. Philistæi timuerunt ingressâ arcâ in castra, Israelitæ gavisi sunt, ut terra personuerit, 1. Sam. 4, 5. Ita gaudeamus Christi in carnem adventu, arcæ veræ fœderis, quia a captivitate soluti sumus.

XIIX. Omnia bona dare. Alexander cuidam civitati in Asia dans agros & hortos. Hoc, dixit, proposito veni in Asiam, non ut id acciperem, quod dedissem, sed ut haberetis, quod reliquissem.

XIX. Restituere hominis excellentiam; Erat enim Adamus primus, omnia restituens, Rom. 5. mentis innocentiam, per fidem in ipsum. Dei amicitiam. Luc. 2. Gloria in excelsis &c.

§. 41 *Officium nostrum erga Christi incarnationem & adventum.*

1. Eum læti & grati accipere debemus, Esr. 6, 6. 17. 18. 21. 22. Huc pertinet Ps. 111. v. 1. Confiteor Domino &c.

2. Divitias hujus adventus æstimare. Incarnatio Christi enim ostendit divitias (α) amoris Christi, Ephes. 2. v. 4. (β) consilii, (γ) Justitiæ, (δ) Misericordiæ, (ε) Omnisapientiæ: Omnia hæc in incarnatione Christi refulgent.

3. Agnoscere Dei donum. Adventus Christi gratus est: nam Christus est vere ille a Deo datus, ut olim Philippus Augustus Francorum rex ita fuit dictus, quod votis rite publicèque conceptis à Deo impetratus esset, fol. 177. b. §. Prolem. Zwing. Theatr.

4. Humiles accipere debemus. Heraclius Imperator cum devictis Persis Hierosolymas ingredi vellet equo vectus, porta sponte sua occlusa est, audivitque vocem: Regem Regum non sic ingressurum esse. Ille continuo ex equo se dejecit, & nudis pedibus ingressus est per portam se aperientem rursus. Sigon. lib. 2. regni Italici. Ita debita humilitate nos paremus ad Christi adventum, & humiliter agnoscamus immensam Dei bonitatem.

5. Vigilantes, ex Plutarch. qui recenset, Persarum regem à cubiculario singulo mane sic excitatum esse: Surge rex & negotia cura, quæ te Megoromastes curare jussit: Sic nos vigilemus, Roman. 13. vers. 12. quia dies est, salutem nostram curemus.

6. Reverentes: nam Christus adveniens candidis vestibus & rosis excipiendus, ut olim Cato, Zwing. 28. b. Consil. Cato.

7. De Christi erga nos affectu certi esse debemus. Devicto Dario rege Persarum, Alexander M. centum virgines Persicas dedit in matrimonium totidem juvenibus Macedonibus: Insuper etiam vestes Persarum gestavit, ut ne dubitatio ulla de benevolo Alexandri affectu in Persas esset: Sic Dei filius se nobis fœdere incarnationis junxit, carnem nostram assumsit, & vestes fragilis naturæ nostræ gestavit, Philipp. 2, 4. 5. Heb. 2. vers. 14. sequentibus.

De nativitate Christi §. 42

Vide Chrysostomum Tom. 2. Hieronym. Tom. 4. Leonem in sermon. Cyprian. sermon. pecul. Bernhard. sermon. 14. in vigil. nativitat.

Mater Maria §. 43

Similis est cœlo, nam virgo est cœlum, quod Christum roravit. Esai. 45, 8. rorate cœli desuper: nubes, quæ Christum pluit: terra, de hujus limo formatus est alter Adam, Lucæ 1. vers. 35. 1. Corinth. 15, 47. fluens lacte & melle, de qua totam terram irrigans ortus est.

Similis est thalamo, nam Mariæ uterus fuit Christi thalamus, Psalm. 19. vers. 6. & Maria fuit Christi thalamus, quo se sponsus sponsæ conjunxit. Augustin. Tom. 8. colum. 1733. b.

Sine viro concepit. Christi nativitas sine virili semine a monte sine manibus abscisso lapide præsignificata est Daniel. 2. vers. 45. Augustin. Tom. 8. col. 435. b. c. & Tom. 8. colum. 1131.

Maria salutata tria fecit. 1. Cogitationem non subitam, sicut Eva: qualis est ista salutatio? ait potius. 2. interrogationem non dubiam, sicut Zacharias fecit. Lucæ 1. vers. 34. quomodo fiet istud? 3. Consensum non tardum, sicut Sara. Ecce ancilla Domini, ait Maria. §. 44

Mariæ consensus. Luc. 1, 38. Ecce, signum obedientiæ.

Ancilla Domini, humilitatis perfectæ.

Fiat mihi, charitatis inflammatæ.

Secundum verbum tuum, fidei devotæ.

Ut Adam sine semine ex terra est factus: sic Christus ex sola Virgine. Augustin. tom. 10. col. 596. c. d.

Mariæ septem verba. §. 45

1. Vinum non habent, Joh. 2, 3.
2. Fili, cur fecisti nobis sic? Lucæ 2, 49.
3. Quodcunque dixerit vobis, facite, Johan. 2, 3.
4. Salutatio Elisabeth, Luc. 1, 40.
5. Quomodo fiet istud? Luc. 1, 34.
6. Ancilla Domini sum, Luc. 1, 38.
7. Magnificat anima mea Dominum, Lucæ 1, 47.

Et hoc

§. 46 *Et hoc Canticum est*

(α) Pietatis: omnia enim verba hanc spirant.

(β) Charitatis, quia gaudet in DEO, Luc. 1, 47.

(γ) Instructionis: instruit enim humiles & divites, Luc. 1, 51. 52.

(δ) Consolationis, vers. 53. 54. Lucæ capit. 1.

(ε) Discretionis, vs. 48. Discernit enim se ancillam à gratia Dei.

(ζ) Humilitatis. V. eodem: vocat se ancillam.

(η) Orationis & gratiarum actionis, quæ in toto hoc cantico dominatur.

Nativitas Domini est

1. *Gratiosa:* non enim ex nostris fluit meritis.

2. *Gloriosa*, ob magnam gloriam bonitatis & misericordiæ DEI. Lucæ 2. Gaudium magnum.

3. *Copiosa*. Tit. 2. apparuit salutifera gratia, &c.

4. *Fructuosa:* Erudiens nos, ut à malo declinemus, Ps. 34. Justè vivamus, & castè, & pie, Tit. 2. & gloriam animæ & corporis præstolemur. Tit. 2. expectantes spem, &c.

§. 47 Angelus Gabriel Luc. 1. v. 26. nuncius nativitatis, quia Deus fortitudinem ostensurus erat. August. tom 10. col. 1312. b. Nam tres perierant, Adam, Eva, Abel, nunc Christus nascitur, qui potentiâ suâ omnia deperdita restituturus erat. Nascitur Noa cœlestis, humanum genus reparaturus.

Egreditur fluvius, terram omnem irrigans fontibus bonitatis, secumque trahens immensas opes. Dominus nube humanitatis vectus apparet, Es. 19. angelus fortis filius Dei de cœlo descendit. Sol justitiæ retrocedit, 2. Reg. 20. Verus Sponsus Ecclesiæ suæ adducitur. Apparuit princeps noster gemino vestimento gentibus & Judæis communi, carne nempe venit.

Sex sunt in angelico illo.

1. Reverentia: Ave-Maria.

2. Mariæ excellentia: *Benedicta inter mulieres*.

3. Confortatio: *Ne timeas*.

4. Rei admirandæ relatio: *Ecce concipies*.

5. Modi explicatio: *Sp. Sanctus* superveniet Te.

6. Prolis descriptio: *Filius Dei* vocabitur.

Angelus nunciavit Christi nativitatem 1. ob virginitatis ad Angelicam naturam conformitatem. 2. Contra posit. Venit Satan ad mulierem, Gen. 3, 1. 3. Ministrationem Angelorum, quam debent hominibus, Heb. 1. v. ult. Ideo & hîc eorum operâ voluit uti Deus.

Eandem nativitatem Christi annunciarunt, clamarunt cœli per novam stellam velut linguam. Augustin. Tom. 9. colum. 1123. a.

Christo nato commotum cœlum. 1. Angeli descenderunt canentes. 2. Stella Magis viam monstrat. 3. Terra miraculis imbuta. 4. Mare significat persecutiones. 5. Arida sunt omnes sitientes justitiam. 6. Omnes gentes Evangelii prædicationem audiverunt, Coloss. 1. v. 23.

Natum Christum monstrantes Judæi, Matt. 2. v. 5. Magis similes sunt, habentes lucernas in manibus, & tamen in tenebras incidentes. Aug. tom. 9. col. 1133. d.

Magi ad Christum venientes cum regina Austri, 1. Reg. 10. Aug. tom. 10.

Christi nativitas Pastoribus significata. Typus Gen. 35, 21. Jacob tabernaculum fixit eo in loco, in quo Angeli Pastoribus Christi nativitatem annunciarunt.

Tunc venit aurea rosa, Mich. 4, 8.

Christi contemtus.

§. 48 Christus desideratus veniens non fuit receptus. 2. Reg. 13, 15. &c. optabat David aquam ex cisterna in Bethlehem bibere, allatam verò bibere noluit, sed effudit: Ita Judæi filii adventum optaverunt & pro eo sæpissimè suspirarunt; sed venientem recipere noluerunt, imò pretiosissimum ejus sanguinem effuderunt.

A Pastoribus quæsitus tamen est.

§. 49 Christus cum 100. oves in caula haberet, novem Angelorum choros, unaque ovicula (Adamum intelligo) à cæteris sequestrata, in Diaboli manus incidisset, cœlos ipsos deseruit, atque homo factus est, in mundi hujus desertum descendit, & quemadmodum ovem quæreret, primum stabulum Bethlehemiticum subivit, atque ut regem aliquem, civitatem ingredientem, alii mox reges solent invisere, & mercatorem è nundinis vel longinqua terra advenientem mercatores salutatum veniunt: ita quoque pastorem hunc cœlestem in terras delapsum primum salutavere & adoravere Pastores.

Locus nativitatis Christi.

§. 50 Christus natus in stabulo. Ut Moses in arcula juncea expositus ob tyrannidem Pharaonis: sic Christus in stabulo, ob tyrannidem, hoc est, servitutem legis, à qua nos liberavit.

Notat stabulum, hominem ob peccatum obbrutuisse, Christum esse verum Samaritanum, in hoc stabulo suæ paupertatis nos restituturum esse.

Franciscus Minorum Pater audiens inter cœnandum historiam de Christo stabuli angustia nato, continuò mensâ discessit, in terram procubuit, ex ea panem comedit cum gemitu, Zwinger. 86. b. conviv. applic. ad animum divitis & cujuslibet hominis fidelis.

Christus natus in solitudine. August. tom. 8. col. 1643. a. ex Apoc. 12.

Christus venit de Petra. Esa. 16, 1. de petra deserti, &c.

Cum regem aliquem in magna pompa aspicimus, intuentium oculi in varias res distracti regem ipsum eâ attentione aspicere non possunt, ac si solum sine illa pompa intuerentur: ideò filius Dei in stabulo pauper

 nasci

nasci voluit, ut hominum oculi distrahi non possent, sed in eo solo defixi hærerent.

§. 51 *In præsepio.*

Christus, qui præsepii duritiem dedignatus non est, cordis duritiem non dedignabitur: qui à bestiarum societate non abhorruit, à te etiam, quamvis bestia non sis, non abhorrebit, sed te hominem rationalem faciet: qui in stabulo nasci voluit, te peccatorum stabulum & sterquilinium, &c. si te pœnitentem viderit, non rejiciet. Joh. 6, 37. non expellam foràs.

Ut Simson vinculis constrictus ob Delilam: sic ob nos pannis miseriæ indutus est Christus noster.

§. 52 *In Bethlehem.*

Hic locus docet 1. Christum esse verum panem in domo ecclesiæ, Joh. 6.

2. Se quoque ad gentiles salvandos venisse: quia Ruth erat avia Christi, conjux Booz Bethlehemitici, Matth. 1.

3. Christum esse fontem, qui det aquam vitæ, sitim spiritualem exstinguentem: Erat enim fons limpidissimus sub terra Bethlehem, 2. Sam. 23.

§. 53 *Quando? die suo.*

Dies nativitatis est 1. dies deletionis omnium peccatorum, Dan. 9, 25. 2. regni Christi. 3. deletionis tenebrarum. 4. mundi reparationis. 5. Connubii cum genere humano.

§. 54 *Adjuncta incarnationis & Adventus Christi varia sunt.*

Humilis Christi nativitas. Humilitatem ejus & nos sequamur. Ut olim milites Alexandrum M. per nives reptantem secuti sunt, Persas subjugaturum, Q. Curtius lib. 1. Sic nos Christum per nivem candidam humilitatis sequi fas est.

Strenui ducis est hyeme militibus suis persuadere, ut vestes leves induant; qui induat ipse vestem malàm & reliquis leviorem, & accedens ad tabernacula singulos hortetur, ut in hostes invadant. Milites enim, licet vestium tenuitate induti sint, conspicati Ducem, abjectissima veste amictum, libenter sequentur.

Sic Christi humilis adventus nos omnes ad tolerantiam omnium malorum inflammabit.

Sic Iphicrates milites suos ad invadendum hostem inflammavit. Polyen. lib. 3. stratagem.

Christus ex humili matre. Augustinus tom. 10. col. 1590. C.

§. 55 Pauper.

Christi fasciæ & panni commonstrant, Christum non venire ad ornata altaria, sed etjam pannosos homines. Bernh. col. 63. serm. 4. de Nativ.

Christum esse sordidum illum sacerdotem, Zachar. 3, 3. Josuam, pannis carnis nostræ indutum.

Mirabilis.

§. 56 Miracula in nativitate Christi 1. virgo pariens. 2. virgo fortiter pariens. 3. nox dies facta per illuminationem. 4. Musica angelica in terris. 5. Unio hominis & Dei. Applic. Exod. 14. vers. 10. Mirabilis porrò incarnatio rationemodi. 1. quia nec de viro, nec de muliere, sicut aliàs homines generantur, natus fuit. 2. Nec de viro sine muliere, ut Eva.

Gloriosa & desiderabilis, sancta, singularis, August. tom. 10. col. 565. d.

Misera ob nostra peccata. Moses manum leprosam è sinu produxit, Exod. 4. vers. 6. ita Christus è sinu Patris, ut Dei manus, prodiit leprosus homo nostris peccatis. Augustin. Tom. 10. col. 1593. d.

Lætissima. Adventus enim Domini est 1. Vernum tempus variis floribus conspicatum.

2 Lætissimum. 3. patribus exspectatissimum, Es. 45, 8. Luc. 1, 79. umbra mortis. 4. lucidissimum.

§. 57 *Typi, Similia.*

Ut Manna olim de cœlo descendit, Exod. 16.

Numer. 17. Virga Aaronis. Esai. 11. vers. 1.

Christi conversatio in terris & incarnatio præfigurata per ductum populi Israëlitici in deserto, 1. Corinth. 10. vers. 4. In ambulatione & visitatione præfigurata Abrah. Gen. 18, 8. 10. 21. Vid. Schelham. pag. 139. & 140. Fundgrube.

§. 58 Incarnatio Christi est ortus solis & cum hoc multis respectibus comparari potest, vid. Psalm. 104. 1. ob lætitiam. 2. lucem. 3. operas hominum. 4. mortis fugam. 5. stellam præeuntem.

§. 59 Nativitas Christi sicut sol habet nativitatem in ortu. Oritur enim ex alto & cum splendore multo: sic Christus justitiæ sol ex regia stirpe Davidis & cum sanctitatis splendore, absque originalis peccati labe natus est.

Est signum amoris divini. Cum sol in aurora rubet, caloris indicium est: Sic sol justitiæ ex utero auroræ procedens rubicundus ostenditur, amoris sui calorem annuncians.

Solis ortus mundum 1. lætificat: flores, qui noctu quasi marcescunt, in aurora quasi reviviscunt, aves aërem cantibus replent. 2. Lux solis hominem etiam ad laborem vocat. Psalm. 104. vers. 23. tunc exit homo ad opus suum. Ortus est sol justitiæ. Duo ergo præstita sunt: Lætitiâ magnâ perfusa est universa terra. Lucæ 2. vers. 10. Ecce annuncio vobis. Sic non est fas, locum esse tristitiæ, ubi natalis est vitæ, Non autem in solo sistendum est gaudio. Exeamus ad opera, induamus arma lucis. Dic Diabolo, quomodo possum

possum peccare in Christum meum, qui pro me homo fieri voluit? Conforma te ad Christi humilitatem!

Christi nativitas prædicata & vulgata à simili arboris, nucem muscatam ferentis. Centur. arborum mirab. p. 14. ex Cosmographia Boceri. Illam ob fructus amœnitatem & fragrantiam Psittaci ambiunt, & velut corona cingunt. Christus Jesus, nux illa cœlestis, non à Psittacis, sed ab Angelis cincta est, mysterium incarnationis inspicere gestientibus, 1. Pet. 1, 12.

§. 60. *Allegoriæ.*

Inter Prodigia per Mosen facta unum erat, quod virga ejus verteretur in colubrum, qui Ægyptios serpentes devoraret, Exod. 7, 12. Sic Verbum caro factum est, & infernalis serpentis venena evacuavit: nam Christus caro factus est, ut opera Diaboli dissolveret, 1. Johan. 3. vers. 8. In hoc apparuit filius DEI, ut destrueret opera Diaboli.

§. 61. Hab. 4, 3. Lucis ortus.

Christus namque incarnatus venit ab Austro, quia aurora & vesper tenebras habent admixtas: Auster non item. Auster hic est Dominicæ misericordiæ, Tit. 3, 4. apparuit salutaris gratia omnibus hominibus: de monte Pharan, h. e. gloriæ, mons ille Pharan est cœlum, in quo Angeli apparuerunt, Lucæ 2, 13.

Ibid. Hab. 4, 5. Splendor ejus sicut lumen. Nam Christus ut vera lux ortus, ut dies, ut justitia, ut lytrum, ut vita, ut fons salutis.

§. 62. *Simile.*

Pastor rusticanus, ut eum oves libenter sequantur, ovinam pellem induit: Sic Christus hominem induit, eumque benignissimum, ut ad eum per pœnitentiam redire nullus peccator formidaret.

Sol penetrans speculas. Augustin. tom. 10. col. 569. c. est Christus, omnes mundi speculas transiens.

Sicut quoddam genus piscis, quod Castea vocatur, tempore roris ad littus procedens & ibi se aperiens rorem cœlestem intra viscera suscipit, & se claudens Margaritam gignit: Sic B. Virgo Maria, quæ rore cœlesti perfusa e visceribus suis produxit Margaritam nobilissimam, scilic. Christum, propter quem debemus omnia vendere, quæ habemus.

Principes hostile solum ingressuri, vestem solent mutare & ad mores illius gentis se componere, ne agnoscantur: sic Christus regnum Diaboli ingressurus vestem mutavit.

Ros Genes. 27, 28. 39. Ut enim is natura sua calorem temperat: sic Christus ros cœlestis, (rorate cœli, &c. Es. 45, 8.) æstum iræ divinæ temperavit. Ros fœcunditatem præbet: mundus erat sterilis, & descendit ros gratiæ cœlestis & fœcunditatem acquisivit.

Ut terræ vapor cœli virtute excitatus mane congelatur in rorem, quo terra læta & fertilis redditur: ita purissimus B. Virginis sanguis Spiritus Sancti vi elevatus est, & ex eo pretiosissimum Jesu Christi corpus formatum, qui pro nostra salute natus est.

Ros generatur in medio interstitio aëris temperatè calido & temperatè frigido. Rori autem assimilatur Christus incarnatus Psalm. 72, 6. ob ipsius roris generationem. Tria sunt interstitia, cœlum, mundus, infernus. Hæc ergò irroratio, id est, Filii Dei incarnatio non facta est in supremo interstitio, id est in cœlo, qui naturam angelicam non assumsit, nec in infimo, i. e. in inferno, quia Satanas non redit in gratiam, sed in medio, id est in mundo, quia humanam naturam sibi personali unitate univit. Geminianus.

Simile. §. 63.

Regis thronum relinquentis, in medios hostes ruentis, vincentis, mortem cum vita commutantis. 2. Pythiæ & Damonis, quorum alter pro altero vadem se dedit apud Dionysium regem Siciliæ Tyrannum. 3. Regis curantis servum sui filii sanguine ipsius, sine quo Medici opem afferre non poterant. Ex eo integrum balneum fieri voluit. Omnia hæc Christus nascendo præstitit.

§. 64. Christus hominis gratia humiliatus assumsit carnem. Si jacente paupere in luto rex è curru descenderet, ut pauperem sublevaret: quisnam equitum & magnatum non simul cum rege ad illius pauperis favorem accurreret? Sic ergo, cum homo in peccatorum & miseriarum luto jaceret, Filius DEI è solio Majestatis suæ descendit: Quidni ergò Angelorum Chorus descendens dicet: & in terra pax.

Scala Jacobi Johann. 2. v. ult. die nativitatis Christi cœlo adjuncta est.

Simson iter agens leonem manibus necavit, Judic. 14, 5. Christus per suscepti corporis sacramenta extensis in cruce manibus leonem infernalem in cruce necavit.

Simson de ore leonis favum mellis eduxit, v. 8. Hic de ore Dæmonis plebem suam, quæ illi facta est dulcis, eripuit.

Simson comprehensus in civitate fractis portis evasit, Jud. 16. v. 8. Christus lapide clausus, ruptis inferni obicibus apertoque sepulchro, liberè egreditur.

Consequentia & connexa nativitatis Christi. §. 65.

Oracula omnia obmutuerunt Christo neto.

Res ea omni omnino admiratione dignissima est, omnia Satanæ delubra & oracula concidisse Christo recens nato.

Auguſtus Cæſar, re divina facta, percontabatur Pythiam, quis poſt ſe regnaturus eſſet? cui illa reſpondit: Puer Hebræus jubet me ſilere, Diis beatis imperans hanc ædem relinquere & in orcum redire. Jam abito tacitus ab aris noſtris. Auguſtus verò ab oraculo reverſus in capitolio aram erexit, Romanisque literis inſcripſit: *Hæc ara eſt primogeniti Dei.* Suidas in V. Auguſtus.

Idem teſtatur Euſebius lib. 5. de præparat. Evangel. capit. 1. periiſſe nempe Dæmonum auſpicia, auguria, reſponſa, oracula, & velut terræ motu facto protinus conticuiſſe.

Porphyrius in libro contra religionem Chriſtianam edito conqueritur, Deos à civitatibus abeſſe, ſeque ab iiſdem, Chriſto jam culto, nihil amplius impetrare poſſe. Idem probat ex ipſo Apollinis reſponſo, apud Euſeb. libr. 5. capit. 8. de præparat. Evangel.

Plutarchus etiam peculiarem edidit tractatum de eo, quod oracula ſic obmutuerint, vanas tantum ſilentii cauſas commentus.

Hoc argumentum pluribus tractant Athanaſ. libr. de Veritate hum. Irenæus libr. 1. capit. 3. adverſ. hæreſ. Theodoret. libr. 9. de curandis Græcorum affectionibus. Leo ſerm. 1. de nativitate Apoſt. Auguſtin. Epiſtol. 78. 80. Tertull. l. contra Judæos. Hieronymus contra Lucifer. Cyprianus de unitate eccleſ.

Circulus cœleſtis ſolem ſereno cœlo ambire & cingere viſus eſt, tempore Auguſti ante Chriſtum natum. Oroſ. lib. 6. c. 18.

Viſus ſol eſt in tres circulos effulgere Hircio & Panſa conſul. Dio lib. 45.

Stella in cœlo apparuit; de quâ Chalcidius Platonicus in Timæum dicit, eâ accitos Chaldæos ortum novi DEI inveſtigaſſe.

Fons ad Tyberim oleo fluxit. Oroſ. lib. 6. c. 20. Hiſtor.

Fama vulgatiſſima ſparſa eſt de novo rege, cunctis imperaturo. Cicero lib. 2. de divinat. &c.

§. 66. *Chriſti Circumciſio.*

Sicut peritus Medicus remedio uti viſus judicatur morbo laborare: Sic de Chriſto circumciſo judicat mundus, eum indiguiſſe circumciſione, ceu remedio: cum tamen circumcidi voluerit, ut oſtenderet, remedium circumciſionis ſpiritualis nobis utile eſſe: non ipſi, qui modò erat in ſimilitudine carnis peccatricis. *Utiliſſima.* Lachrymas in ea effudit, quibus nobis à Patre omnia impetravit. Mater ſimul flens eſt imago crucigeræ in his terris Eccleſiæ.

§. 67. *Cur ſit circumciſus in infantia?*

Non indiguit circumciſione per ſe, ut paulo ante dictũ, quia erat ὁ λόγος vivificans, 1. Corinth. 15. Adamus ſecundus ſine omni peccato, Hebr. 7. non fuit propagatus ex Adam ſecundum curſum naturæ, nec erat filius iræ, ut nos ſumus, Epheſ. 2. ſed conceptus erat de Spiritu Sancto, Luc. 1, 36. & novæ vitæ fons ipſe conſtitutus eſt, 1. Cor. 15, 49.

Eſa. 11, 8. delectabitur infans ſuper foramina aſpidis, &c. foramina ſunt peccata, quorum cauſa eſt Diabolus aſſiduè peccatorum corda effodiens, ut ſe intus occultet: addit cavernas, ut ſignificet, peccatorum alia majora, alia minora eſſe.

Aſpidis & Baſiliſci mentionem facit, quia alter ore & lingua, alter oculis occidit, ut ſignificet, Dæmones linguis potiſſimum & oculis hominum nocere: Infans eſt Chriſtus, quia in infantia geſtiit aggredi certamen cum Diabolo, propterea circumcidi ſe voluit.

Aliæ cauſæ circumciſionis Chriſti. §. 68.

Circumciſus eſt 1. ut Diabolum vinceret. 2. Circumciſione ſeſe ad obedientiam legi præſtandam obſtringeret, atque illa pro nobis ſatisfaceret. Hinc miniſter circumciſionis, Rom. 15, 8. 3. Verum ſe ſemen Abrahami, cui primò data eſt circumciſio, eſſe demonſtraret, Roman. 4, 13. Galat. 3. verſ. 27. 28. ſeq. 4. Pro nobis ſub maledictione legis exiſtentibus ſponderet, ſe ſatisfacturum eſſe pro eorum debitis, Galat. 4. verſ. 4. 5. cap. 3. verſ. 13. cap. 5. verſ. 3.

Seu: factum hoc (α) ob legis impletionem, (β) accuſationis declinationem, ac ſi Chriſtus legi rebellis eſſet. Athanaſ. quæſt. 38. ad Antiochum. De Circumciſione vide latiùs Athanaſ. fol. 835. homil. de Semente.

Cur ibi anni initium? §. 69.

In circumciſione Chriſti meritò initium anni facimus: Sic Romani multi in Italia initium anni fecerunt eum diem, quo Auguſtus imperator pacificus ad eos venerat. Zwing. 45. b. Patris.

Hoc tempore non abutendum: nam olim quidem multis ſuperſtitionibus dediti fuerunt Gentiles Kalendis Januarii, quos ſermon. 30. Ambroſ. reprehendit.

Nos verò piè utamur hoc die novi anni, & imitemur Exemplum Eſræ cap. 8, 21. uſque 23. incluſivè v. 32.

In circumciſione Maria non exhibuit primum cruentum ſanguinis Chriſti ſacrificium, contra Coſter. medit. 14. in laudes Virginis Mariæ.

Inepta quoque eſt præputii Chriſti aſſervatio. V. D. Rivet. p. 131. 132. Apolog.

Quæ in Chriſto plenitudo? §. 70.

In Chriſto eſt plenitudo gratiæ in affectu, ſapientiæ in intellectu, meriti in opere & effectu.

Hanc plenitudinem debemus Diabolo opponere, Matt. 4, 12. 29. Luc. 11, 22. Col. 2, 15. Ebr. 2, 14. 1. Joh. 3, 8.

Victimæ olim occisæ, ut 1. significaretur, mortem promeritos esse sacrificantes. 2. mors Christi adumbraretur.

Josephus in carcere est typus Christi. Ambros. lib. de Joseph. c.6. Bernhard. hom. 2. super missus est.

§. 71. *Nomen Immanuel.*

Significat.

I. DEUM nobiscum, Esa.7.carnis assumtione & visibili conversatione, Johan.1,14.1. Johan. 1, 1.Hebr.2,14.

II. DEUS pro nobis, Rom. 8. pugnando, Apoc 12. intercedendo pro nobis, Hebr.9,24. 1.Joh.2,1. Nos juvandô: Hâc spe sese Israelitæ tempore τȣ̃ Achaz erexerunt, calamitatum bellicarum pleno.

III. DEUS in nobis: quia habitat in nobis, Ephes.3,2. Cor. 6.

Est igitur nomen & personæ & officii. Persona DEUS & homo est. Officium est, quod pro nobis est. Sed non tantum est Immanuel, sed & vocari à nobis debet, hoc est, pro Deo & homine agnosci & coli, credique, Matth. vocabunt. Psalm. 102. agnoscent gentes Dominum: Jer. 23. Vocabunt eum Jehova.

§. 72. *Dignitas nominis Christi.*

In hoc scilicet nomen jurare debemus. Plutarch. in vita Galbæ & Dion. lib. 57. scribunt, moris fuisse Romæ, ut Romani milites in nomen imperatoris jurarent: Sic nos in Christi nomen.

Idem nomen est compendium totius evangelii & salutis nostræ. Continet enim 1. Christi meritum, 2. efficaciam ejus, 3. Salutem æternam, 4. Fidem in Christum. Huc illud Johan. 8. Si non credideritis, quod ego sim, moriemini in peccatis vestris: At qui in Christum credit, credit in verum Josuam, colla omnium inimicorum calcantem.

§. 73. *Quale nomen Jesu.*

1. Auxilii. 2. Consolationis. 3. Dulcedinis. 4. Lætitiæ. 5. Salutis plenum.

Est

(α) Consecratum ab æterno. (β) Præfiguratum in Josua. (γ) Desideratum à Prophetis. (δ) Prophetarum ab iisdem. (ε) Dulcissimum. (ζ) Sanctissimum. (η) Honoratissimum. Vide D. Bernh. serm. 15. in Cantic. Cantic. *Jesus mel in ore, in aure melos, in corde jubilus.*

Est Manna omnem habens saporem. Paradisus animæ. Thesaurus noster. Sigillum nostrum. Arrha nostra. Victoria nostra contra hostes, cum stamus coram mari damnationis, Exod. 14. Corona contra ignominiam. Primo loco positum, Exod. 17, 15. August. tom. 10. col. 796. c. Pretiosissimum origine: sicut aurum ex origine pretiosum æstimatur. Novum nomen, quo dos Domini nominavit, Esa. 43, 14.

Inditum hoc nomen Christo ob Heroica facta, sicut Joseph novum nomen accepit, Patris Patriæ, Gen. 41. v. 43. Abram, Abraham, Gen. 17, 5. Jacob, Israël, Gen. 32. v. 28. Sarai, Saræ, Genes. 17. v. 15.

§. 74. *Nomen JESU*

Est supra omnia gloriosum. Parva illa olei quantitas, qua omnia debita nostra solvimus. Sicut quondam vidua illa fecit 2. Reg. 4, 2. Certè nomen Jesu est, in quo salvamur, Act. 4, 12. plura vide in Promtuar. Alleg. 555.

§. 75. *Inscribamus cordi nostro.*

Solebant Veteres ea, quæ maximè diligebant, ostiis suis inscribere, itemque arboribus. Erasmus in Adag. Proverb. in janua formosus.

§. 76. *Imponamus nostris auditoribus,*

In quo illis Deus benedicit, Num. 6. v. 26. 1. Imponit minister annunciando, prædicando, laudando. 2. Cordibus imponi, cordibus recipi debet.

3. Fide sibi applicent corda fidelium. 4. Et certè benedictio sequetur, Gen. 12. Gal. 3. Ephes. 1.

§. 77. *Nominis hujus potentia.*

Vim nominis Christi Dæmonia trementia metuunt. Imò ad nomen Jesu Dæmones cesserunt. Hieronym. in vita Hilarionis. Origenes lib. 1. & 3. contra Celsum. Justinus Martyr Dial. in Verba Psalm. 68. Exurgat DEUS & dissip. &c. Potentissima esse ad Satanam depellendum Veteres crediderunt, teste Athanas. quæst. 14. ad Antioch. Nos rectè de Christi nomine ista dixerimus, quod potentissimum fuit ad expellendum Diabolum. Philophus ille Logodædalus nomine Christi victus, veritati demum herbam porrexit. tom. 1. Concilior. fol. 263. In nomine Christi (ut refert Baron. tom. 2. annal. ad ann. Chri. 255.) Sallustiam uxorem Cerealis Romani sanavit, quæ protinus Christum Deum agnovit. Plura de hoc nomine extant apud Reuchlin. libr. 3. c. 15. & Sixtum Senensem lib. 2. Bibliothec. Coton, libr. 2. de Eccles. milit. p. 377. Instit. Toletum in capit. 1. Johann. & in 1. Lucæ annot. 84. 85.

Eripit invocatum è periculis puerum in profundam piscinam lapsum, simulac invocârat illud: Testis est Robert. de Licio sermon. 8. de Sanct. cap 2. Ignatium Romæ plurima tormenta passum.

§. 78. De fugâ CHTISTI in Ægyptum

V. Tit. FUGA.

De humana Christi natura.

Promptuar. alleg. cap. de Christo vide. Nos igitur hinc promiscua nonnulla consignabimus.

§. 79. *Christi transfiguratio.*

1. Magnum racemum filiis Israël ostendi voluit Dominus, Num. 13, 24. ut ad desiderandam terram promissionis iidem inflammarentur: sic æternæ lætitiæ gustum Matt. 17, 1. &c. discipulis præbuit Christus, ut desiderio cœli in-

inflammarentur, eò lætius per tot rerum discrimina ad cœlum perrecturi. 1. Pet. 1. Hoc solatium docuit Apostolus: expressit Paulus 2. Cor. 5.

2. Ut excitaret eosdem ad fortitudinem perferendi tot mala in mundo, spe vitæ melioris in altera vita. Ita Paulus se consolatus, 2. Tim. 4.

3. Ut fastidium hujus mundi eisdem Apostolis ingereretur: Ut olim desertum atque exilium Israëlitæ fastidiebant.

4. Utque in spe vitæ æternæ confirmarentur, insecuturæque in Christo gloriæ, de qua Psalm. 110. v. ultim. Luc. 24. Hebr. 2. vers. 9. 10.

5. In patefactione legis olim mons Sinai fumo, procellis & caligine ardebat, Exod. 19. Non sic in patefactione gloriæ & vitæ æternæ. Damasc. orat. de transfigurat. Moses porro ascititiam tunc temporis, Christus autem hoc loco insitam propriamque habuit claritatem.

Deuteron. 3, 27. Moses montem ascendens à Domino accepit hoc responsum, ipsum non transiturum esse Jordanem. At Christus longè aliud audivit, ipsum nempe Jordanem mortis transiturum, nosque in terram promissam traducturum esse, Hebr. 4, 8. Poteris huc etiam conferre Exod. 24, 16. historiam.

§. 80. *Magorum adventus Matth. 2.*

Festum hoc vocatur Epiphania, sive revelatio Domini: Est verò quintuplex revelatio ibi facta: 1. Stellæ. 2. Christi. 3. Judæorum. 4. Herodis. 5. Dei suos protegentis.

Est dies sponsaliorum Christi, cum gentilitate initorum, Luc. 2, 32. Lumen gentium.

§. 81. *Aurum oblatum.*

Nota 1. regnum & potestatem regiam.

2. Charitatem, quæ auro significari solet.

3. Subditorum Christi solidam & sinceram voluntatem.

4. Deitatem incorruptibilem. Hilar. in Matth.

5. Splendorem Evangelicæ veritatis in toto mundo.

§. 82. *Oblatus in templo.*

Num. 6, 25. benedictionem veram esse, compertum habuit Simeon Luc. 2, 25.

Finis hujus oblationis: 1. ut sanctificaret nostram nativitatem, aliàs peccato infectam. 2. Primogenitus solveret pro nobis. 3. Rex nos eriperet à potestate peccati. Zachar. 9, 4. Sacerdos primogenitus se offerret, Hebr. 7, 5. Orare & gemere nos doceret: hoc loco Turteltaube.

§. 83. *In medio Doctorum, Luc. 2.*

Christus (1) velut sol inter planetas. Sol est JESUS Christus, Mal. 4, 2. Planetæ erant errabundi Scribæ & Pharisæi, Matth. 22, 15. (2) Propitiatorium inter Cherubinos, Exod. 25. (3) Arca fœderis inter tribus Israël, Exod. 25. (4) Ut Samuel puer, 1. Samuel. 3. v. 1. apud Eli: Erat tunc verbi divini caritas. Eli cæcus. Lampas obscurata. Venit promtus Samuel: Sic tempore Christi erat verbi divini caritas, magna Pharisæorum cæcitas, Johan. 9. Matt. 15. Lampas verbi divini erat obscurata: sed Christus, cœlestis Samuel, promptus accessit: Venit, Psal. 40. Ecce venio &c. Scorias illas Pharisæorum purgavit igne cœlestis doctrinæ, Mal. 3. Matth. 5. (5) 2. Chronic. 34, 3. 4. Sic Christus templum suum reformavit. 1. Sam. 10, 24. Videtis, quem Dominus Deus elegerit, &c. Sic Christus ille est, quem Dominus elegit.

§. 84. *Baptismus Christi.*

Non per se & sui causa (carnem enim peccatricem non habuit, contra blasphemiam Parmenionis. Vide Optat. Milevitan. lib. 1. p. 9. §. Dixisti enim, &c. carnem illam peccatricem Jordanis demersam diluvio, ab universis sordibus esse mundatam, &c.) sed nostri baptisatus est.

Christus significatus per virum illum purum & mundum Num. 19, 9. Portabat ille cinerem: Christus nostræ humanitatis terram sustulit. Lavit & Christus vestem corporis sui suo sanguine, ut nos justitiæ vestibus induere-mur, &c.

Ut quondam Aaron Num. 3. vocatus & proclamatus est: sic Christus sacerdos summus à Deo proclamatus in baptismo: Hic est filius meus dilectus.

Ut olim sacerdotes lavabantur, Exod. 29. 5. Sic quoque Christus lotus est in baptismo, inque Jordane stetit, ut verus ille fullo, nostras non suas vestes mundans.

Utque arca in Jordane posita fuit, Jos. 3. & 4. Sic Christus vera arca.

Levit. 16, 4. Caro Christi aquam Jordanis mundavit, non mundata est. Optat. Milevit. p. 10.

Cœli aperti ut Exod. 33, 9.

Verus ille Salomo à Deo dilectus, 2. Sam. 12. v. 24. & 25.

Accepit baptisma servi (Johannis) ut tu non dedignareris accipere baptisma Domini, ait Augustinus tom. 9. col. 36. a.

§. 85. *Christi baptisati humilitas.*

1. Venit JESUS dator salutis. 2. ad Jordanem subjecit se creator elemento aquæ. 3. ad Johannem, Dominus ad servum, sol ad luciferum, Rex ad scutiferum. 4. ut baptisaretur, fons à rivo, plenitudo à stilla, autor baptismi à baptismi ministro.

§. 86. *In pueritia*

Christum miracula patrasse, negat Chrysost. hom. 16. in Joh. Theophyl. in c. 2. Joh. d. 15. c. S. Rom. §. Quibus pauca.

§. 87. *Jejunium Christi.*

Cur voluerit jejunare?

1. Ut ostenderet, verè se esse hominem.

2. Verum servum. Chrysostom. Tom. 1. fol. 1.

Jejunium Christi quadragesimale verum fuit.

fuit. Hypocriticum & falsum erat illud (Anthonii Picentis Monachi Eremitæ, tempore Alphonsi regis Arragonum. Hic monachus (in Hispania & Italia celebris) simulans se in cellula jejunare per 30. dies deprehensus est, in cingulo suo fistulas habere plurimas, quas vino hypocratico impleverat: & cereos cavos, farina, ex carnibus phasianorum & caponum, saccaro conditis, oppletos, è quibus cibus ei suppetebat; tandem ille Monachus vermibus erosus expiravit. Æneas Sylvius p. 46. (form. 4.) de dictis & factis Alphonsi.

3. Tempus jejunii fuit 40. dierum. Quo spatio Christus non ascendit in cœlum, ut ibi disceret, quod ineptè asserunt Sociniani, quos refutavit D. Lyserus peculiari disput. Lipsiæ habitâ.

§. 88 *Tentatio Christi.*

Hâc implevit typum hirci emissarii, Hebr. 9. Sacerdotis summi, Hebr. 4. luctatoris, melioris, quam Moses, Josua, fuerunt, Mediatoris, 1. Tim. 2, 5. Victoris & triumphatoris.

Triplex. 1. Carnis in esurie. 2. Desiderii oculorum. Mitte te deorsum. 3. superbiæ. Adora me. August. tom. 9. col. 593. c. d.

Tentatus est passer solitarius in tecto. August. tom. 8. col. 1136. c.

Satan oculum mentis vult eruere, ut ipsi serviret Christus, Christianus. Frustra omnia, 1. Sam. 11. v. 12.

Esa. 36. Rabsace typus Diaboli Christum tentantis. Item Exemplum Satanæ Jobum affligentis, Jobi 1.

Sicut rex solet occurrere tyranno, regnum illius vastanti: sic Christus Diabolo occurrit, à quo tentatus est Matth. 4. non solum, sed & aliis modis tentatur. (1) Signa ab eo quærendo, Matth. 12, 38. Sic fecerunt Judæi, 1. Cor. 1, 22. (2) eidem diffidendo, Exod. 17, 2. Est Deus in nobis? (3) legis jugum imponendo, Actor. 15, 10.

In montem præterea ductus periculosum equidem. Qui vero sint, quos ascendere non debemus montes, pulchrè explicat, ut solet, Bernhardus sermon. 4. de Ascens. Domini, col. 199. oper.

§. 89 *Victor tamen evasit Christus.*

Nunquam victus est, sed semper vicit. Hinc meritò noster est clypeus. Ludovicus XII. Gallorum rex tormentorum ictus vitare jussus, dixit: Ecquemnam Gallorum regem audivistis unquam pilâ necatum; si quis sibi metuit, me clypei loco utatur. Applicetur.

Volumina sinuosa in corde Diaboli retexit Salvator, ait Athanas. tom. 1. fol. 113. oper.

David confisus in DEO, in solo spirat DEO, Psalm. 91. Christus venatorem Diabolum vicit.

Nobis quoque aderit tentatis. 1. Samuel. 14, 4. 5. seqq. Jonathan habebat comitem prælii aligerum: Nos Christum ducem habemus; is arma nobis dedit gladium Spiritus, cum Satana dimicantibus. Scopuli duo Jonathani oppositi erant: Nobis totidem 2. Corinth. 6, à dextris, à sinistris. C. infra V. TENTATIO, & G. Perkius Tom. 2. fol. 71. 79. de conflictu Christi. Tentatus est in nummo. August. tom. 8. col. 1260. a. Tentatus olim in deserto, 1. Corinth. 10.

Exceptiones Socinianorum solvit Paræus in h. l. & noster D. Tarnov. contra Socini librum Wieko oppositum. Atque ut post Encomium Jobi Satan in illum potestatem accepit, Job. 1. sic post Patris de filio testimonium, tentatus est salvator, Matth. 3. v. ult. & cap. 4. v. 1.

Varia miracula & opera Christi. §. 90

Tria notabilia opera

Sunt: I. Inimicos diligere; tam enim dilexit eos, ut ad eorum etiam cœnam venerit, Luc. 14. vers. 1. Pro iis in cruce oraverit, Luc. 23, 14. Inimici Malchi auriculam sanaverit, Joh. 18, 10. Amandos esse inimicos non semel docuerit, Matth. 5. v. 44.

II. Morbos varios curare; Esa. 35, 5. Matth. 11, 5. Act. 10, 38.

III. Ignaros docere. Luc. 14, 8. Si invitatus fueris, &c.

Cur plurima Sabbatho facta? §. 91

1. Ut doceret verum Sabbathi usum in exercitio charitatis, non otio consistere, quod sibi Pharisæi finxerant.

2. Errorem Pharisæorum confutaret, qui eum sabbatho subjiciebant, cum ipse tamen esset sabbathi Dominus, Matth. 12. Luc. 14.

3. Gloriam suam illustriorem redderet coram populo, qui die sabbathi copiosior interesse solebat Christi concionibus.

§. 92 *Quomodo miracula attendenda sint?*

I. Scilicet, ut non solum facta esse audiamus, sed etiam facta intelligamus, ut ex iis autorem cognoscamus. Sicut peritus artis Calligraphiæ videns elegantem scripturam, & apices novit, & ductus literarum intelligit, & ex illis artificem cognoscit: sic nos è Christi miraculis Christum Messiam agnoscimus. Esa. 35, 4. Dominus veniet, &c. Contra Judæi increduli solum miracula facta intuebantur, Christum nolebant neque inquirere neque agnoscere, Joh. 12, 37. 38. seq.

II. Diabolo vel arti magicæ non adscribamus. Id enim olim blasphemiæ eructabant Ethnici, quos refutat Augustinus libr. 1. capit. 9. 10. 11. de consensu Evangelistarum, perperam allegantes libros quosdam à Christo scriptos ad Petrum & Paulum: (quorum hic tamen post ascensionem Christo familiaris factus est.)

Cur Christus Piscatores elegerit? §. 93

Causa 1. Humilium & abjectorum electio, 1. Cor. 1, 26. 27.

2. Efficaciæ ministerii operatio, à persona non inspersæ, 1. Cor. 3, 5.

3. Autoritatis conciliatio, quod docta per viles piscatores proponerentur. Arnob. lib. 1.

4. Homi-

4. Hominum consolatio, quod Deus non Angelis, sed infirmis piscatoribus dederit hoc officium.

§. 94 *Cur varias parabolas docuerit?*

1. Ut perspicuè nobis loqueretur, per similitudines earum rerum, quæ quotidiè nobis ob oculos versantur.

2. Ut perspicuè à nobis intelligeretur.

3. Ut fidelem se esse præceptorem ostenderet, qui notâ discipulis linguâ loquitur.

4. Davidis prædictionem impleret, Psal. 78, 2. Confer Athanas. tom. 2. fol. 323. 324.

§. 95 *Omnisapiens fuit.*

Messias solo odore bonum à malo dignoscere potuit. Thalmud. tractat. Sanhedrin. cap. Relec. Mornæo referente p. 539. de Verit. Relig.

Innocens.

§. 96 Ut olim David fuit 1. Sam. 19, 4. hinc nec argui potuit de peccato.

Frænum servitutis à nobis sustulit.

Esa. 9. Ut David olim inimicos suos sibi subjecit, eosque enervavit exuitque viribus: sic quoque Christus legi subditus inimicitias sustulit, nosque à maledicto legis vindicavit, Galat. 4. ut eos, qui sub lege erant, redimeret.

Pharisæorum obturat ora.

Matth. 22. nempe, quia habet sagittas acutas, Psalm. 45, 5. 6.

Legem exponens Matth. 5.

Docens in Synagogis publicè. 1. ut suspicionem novi dogmatis averruncaret. 2. omnibus docendi operam offerret. 3. consuetudini publicè docendi se conformaret, Lucæ 4, 16. Act. 13, 14. 4. ostenderet, se non esse ἀνἰθεον.

In monte.

Huc sermones illi Matth. 5. 6. 7. capp.

De loco ad locum ambulat, & docet. 1. Studium salutis nostræ stabile suum. 2. se medicum esse uni loco non affixum, Act. 10.

Similis est Esræ Nehem. 8. v. 2. 3.

Est pastor

§. 97 1. Exoptatus. 2. Gratus. 3. Utilis, Jer. 50. v. 5. 6. 7. V. Pastor suo loc.

Pascit omnia luculentissimè & plenissimè. Zwinger. p. 157. à. theatri narrat: Fridericum III. Imperatorem, cum ad Coloniensia Comitia repentè ingens vis mortalium convenisset, hospitum & civium censu instituto, panum quoque, qui eo die in urbe ad cœnam reliqui servabantur, numerum iniisse, sic ut in 4. vel 5. capita singuli panes obolares vix responderent: Postero die examine instituto, deprehendisse, neminem caruisse pane, omnes satiatos fuisse. Ex Joh. Islebio in Adag. Germ. Gott beschèret über Nacht. Christus est Sacerdos ille cum canistro, Levit. 8, 26. Num. 6, 15. cibans populum, implens illum, Ps. 146.

Christus cibat, sine eo non capiamus cibum, 1. Samuel. 9. vers. 13. Bene cognoscit nostram egestatem, Marc. 8. Curæ igitur ei sumus ut pupilla oculi, Zachar. 2. Cibat tertio die. 1. tunc enim omnia consumta erant. 2. ut desiderium populi eò magis acueret. 3. patientiam & spem doceret.

Advocat discipulos Marc. 8. ut 1. eos tentaret. 2. Fiduciam ex prioribus miraculis resuscitaret. 3. Misericordiæ suæ impetum illis eò meliùs exprimeret.

Ps. 34, 3. Prævenit nostras curas & egestatem suo auxilio. (Sic & nos proximum ope atque consilio.)

Sanat

§. 98 Sputo. Hominis sputum aliàs impurum hominem reddit: Sed Christi sputum homines sanat & mundat. 2. Sanat nativitate sua. 3. conceptione. 4. passione, nos ab immundâ conceptione, nativitate, peccato. 5. Sanat verbo. 6. Sacramentis. 7. Resurrectione. 8. Felici ex hac vita migratione, 2. Tim. 4.

Luc. 7. Christus medicus paulò ante sanaverat servum centurionis, v. 1. 2. seq. nunc planè vivificat filium viduæ. Quo docet 1. se esse consolatorem viduarum. 2. se venisse, ut nos à morte excitaret. 3. Lacrymas nostras se numerare. 4. Posse se nobis auxiliari, supra quàm speramus, ut vidua nunquam se revisuram filium suum existimavit.

1. Sam. 17. David eripit oviculam leoni: Sic Cananææ filiam è faucibus Satanæ. O misericordiam! Idem non respexit peccata Cananææ, sed per crucem illam ad se traxit. O fidelitatem! Quò major crux, eo illustrior liberatio. O gratam vicissitudinem!

Misericordiam præstat Cananææ, hujus ut & filiæ peccata non respiciens, sed in suum meritum ac crucem utramque conjiciens, ut utramque converteret: Dicit quidam.

De monte descendit.

§. 99 Matt. 8. non terruit splendore homines, sed refecit eosdem beneficiis & miraculis. Secus Moses Exod. 32. qui terruit.

In mari dormit, Matt. 8. ut eum excitemus precibus, Ps. 35, 23.

Mari imperat, Matth. 8, 26. c. 14, 30. 31. obsignans mare suo jussu, *Orat.* Manass.

Omnia benefecit, Marc. 7, 37. Agnoscamus illud grato animo, Ps. 52, 10.

Qui Christum sequuntur

§. 100 Contemnuntur. Ut David lætabundus appropinquat arcæ, illusus à Michale filia Saulis, 2. Samuel 6, 16. Sic Christus arca fœderis est, ad hanc appropinquantes peccatores contemti sunt à Pharisæis, 1. Samuel. 13. vers. 6. In foraminibus petrarum abdiderunt se Israëlitæ. Rectius in petra Christo se occultant peccatores.

Lacrymæ Christi

§. 101 Quinque vicibus effusæ. 1. In Nativitate. 2. Circumcisione. 3. Lazari suscitatione, Joh. 11.

4. Solymarum deploratione. 5. In Cruce, Heb. 5. Hæ verò sunt lacrymæ (α) orantis in cruce. (β) docentis. (γ) dolentis. (δ) invitantis ad agnitionem peccatorum. (ε) Medentis nostris lacrymis. Ezech. 9. vers. 6. 7. Ignis sparsus a DEO in Jerusalem Christo lacrymas expressit. Anima Christi flevit. Confer Jerem. 13, 17. cap. 23, 29. cap. 18, 1. sequentibus: ollam populi sui plane confregit DEUS. (ζ) docentis, nos adhuc sedere ad flumina Babylonis hujus mundi. Allegor. Psalm. 137, 1. sequent. (η) veritatem assumptæ humanitatis declararet.

Flevisse quoque, Christo flente, plures alios, credibile est; maximè tamen Christus flevit, ut David ille, 1. Samuel. 20, 42. Aperuit librum, in quo scriptum est Ah & Væ, ut Ezech. 2, 9. 10. 11.

§. 102 *Ingressus urbem Jerusalem.*

Matth. 21. Vera est arca fœderis, 2. Chron. 5, 4. quam 1. Levitæ Apostoli & fideles cum gaudio exceperunt. 2. Coram quâ sacrificia laudis offerre debeamus & dicere: Benedictus, qui venit in nomine Domini. 3. In hac arcâ justitia, bonitas, misericordia, auxilium.

Claudos & cœcos vicit olim David, 2. Samuel. 5. vers. 7. 8. 9. id est Deastros & sculptilia infidelium. At Christus cœcos & claudos Judæos & Pharisæos vicit, non pompâ aut armis corporalibus, sed spiritualibus verboque. Zachariæ cap. 9. Ecce rex tuus, &c. vicit etiam pueros, qui Salvatori acclamarunt.

De multis disputavit cum Judæis, & hi cum Christo. Fuit enim vir rixæ, ut Jer. 15, 10.

§. 103 *Lavat pedes discipulorum.*

Johan. 13. linteo præcinctus. Augustin. t. 8. col. 1031. d. Est (α) nota humilitatis. (β) Futuræ mundationis. Idem Tom. 8. col. 1632. a. (γ) Fortitudinis. Cinxit enim se Dominus. (δ) Promptitudinis ad moriendum. (ε) Suæ incarnationis. (ζ) Deponendæ aliquando formæ servilis & exinanitionis. Augustin. Tom. 9. col. 394. a. b.

Christi aspectus

§. 104 Est 1. gratiosus. 2. Salvificus. Sic X. leprosos respexit, Luc. 17.

Beati oculi in Christo. Deuteron. 33. O popule, &c.

Gemitus Christi docet 1. Peccati magnitudinem. 2. Diaboli Tyrannidem. 3. Calamitatum multitudinem. 4. Legis maledictionem. 5. intimam compassionem. 6. mentis humanæ in malis & eorum caussis cæcitatem.

Christi Passio

Accipitur dupliciter: 1. pro toto exinanitionis humillimæ statu ac vita. 2. pro termino vitæ ultimo exquisitissimis tormentis insigni. Esa. 23. omnino prædicta. Id probant sequentes rationes.

1. A literâ textus, quæ nulli alii competit.
2. Ab allegatione in N. Testamento, Matth. 8, 17. Marc. 9, 12. Joh. 1, 29. 1. Pet. 2, 24. Matth. 27, 14. Act. 8, 12. 1. Cor. 1, 14. Joh. 12.
3. A testimonio Judæorum, Chaldæi in hoc c. Moses Gerundens. in c. 29. Genes. Præludium est passionum earum, quæ hodienum in membris Christi conspiciuntur. Late hoc deducit P. Martyr Orat. de morte circa fin.

Antecedentia.

Agni Paschalis comestio, præfigurata in Israelitis, Exod. 12, 3. ad 12.

Argumentum summum divini amoris in Patre, Joh. 3, 16. Rom. 8. qui proprio filio. In filio pastore se pro ovibus dante, Joh. 10.

Est autem hæc passio §. 105

Aroma spirituale, quod in anima tua calorem spiritualis amoris excitet & vitæ malæ qualitates in te alteret.

Aqua turbata nostris peccatis. Aug. tom. 10. col. 160. a.

Abelis sacrificium gratum & mundum Lev. 1. It. Isaaci, Aug. T. 9. col. 1045. c.

Calix. Bell. tom. 6. c. 422. c.

Calor charitatis intensive, extensive.

Cibus animæ, quam multo nobis dolore filius Dei præparavit: ad quem nos invitat ægrotos ex Esa. 55.

Corona nostra.

Exercitium memoriæ & devotionis nostræ, 2. Tim 2, 8. 1. Cor. 11. Annunc. mortem Domini, &c.

Festum expiationis, Levit. 16.

Gladius est, qui animam penetrare debet, agnoscendo delicta, contritionem & dolorem sentiendo ac peccata vitando, quæ Christum occiderunt.

Festum nostræ propitiationis, in quo altare thymiamatis conspersum est sanguine non agni, sed ipsius filii Dei.

Holocaustum, Aug. T. 8. col. 1617. c.

Mensuratio amoris Christi, juxta longitudinem, latitudinem, altitudinem & profunditatem. August. Tom. 8. col. 1181. b.

Nox tentationis, id. tom. 10. col. 949. a.

Pascha verum, in quo ovis vera immolata est. August. tom. 9. col. 541. c.

Promptuarium omnis solatii, contra conscientiam accusantem. 1. Joh. 3. Deus major, &c. legem terrentem, pœnas minantem, pro his solvit Christus Esa. 53.

Solutio juris talionis, Exod. 21, 33.

Sacrificium illud purum, quo omnia redimebantur, Levit. c. 27.

Schola crucis. In hac ipse Christus nobis cyathum crucis propinat, & ipse prius sublevat onus, quod portare debemus. Non sicut hypocritæ, qui onera imposita ipsi digito non attingunt.

Saccus, quem Dei filius induit, Aug. tom. 8. col. 258. b.

Speculum divini amoris, Esai. 53. animam posuit, Johann. 3. vers. 16. Spectaculum tremendum: Theatrum iræ divinæ adversus peccata.

Theriace 1. à Christo præparata. 2. In ipso Christo probata, cum se ab infernali serpente vulnerari passus, serpentem vicit, interfecit, &c.

Torcular, Augustinus Tom. 8. col. 543. c.

Torrens Belial, Psal. 18.

Tempus

Tempus liberum (non fatale) a Christo electum. Aug. tom. 9. col. 504. d.

Vesper, quo duravit, (mane est resurrectio,) Aug. Tom. 10. col. 609. b. c.

Vacca rufa typus quoque fuit passionis, Num. 19.

Vestis Aaronis variis gemmis ornata: Sic Christi passio variis virtutibus ac meritis conspicua est. Jacobus hœdinis pellibus vestitus: Sic Christus nostris peccatis. Augustin. T. 10. col. 1494. c. d.

Viola animæ est a nobis semper terenda.

Vitis elegantissima & fructuosissima. Vide Bernhard. fol. 1168. seq.

Liber, constans foliis tribus, a nobis quotidie legendus: Nigro, quod continet impiorum damnationem. Rubicundo, quod describit Christi satisfactionem. Albo, quod indicat piorum justificationem & glorificationem. Anshelm.

§. 106 *Passio hæc fuit*

Ponderosissima: ob passionem non solius hominis, sed ejus, qui simul Deus est. Addidit ergo pondus personæ sublimitas. Id fatetur Perkinsius p. 90. Catechis. Lugdun. disp. 25. thes. ult.

Vera, non putativa. Irenæus lib. 3. c. 17. 18.

§. 107 *Sufficientissima*. 1. Pro omnibus est passus. 2. Pœnas æternas sustulit, quia Dei sanguinem fudit, Actorum 20, 28.

Discipulis sæpe prædicta. 1. ut eam inculcaret. 2. magis magisque discipulis declararet. 3. Consolatione eosdem levaret. 4. memoriam Spiritus sancti promissi eisdem refricaret. 5. tristibus læta misceret.

Spontanea. Phil. 2. obediens factus est patri usque ad mortem, mortem autem crucis.

Cantic. 8. Aquæ non exstinxerunt.

Exod. 29, 26. Tinctura dexteræ auris notat Christi obedientiam. Confer Ps. 40.

Luc. 15. Gaudens imposuit humeris ovem. Vide Aug. T. 9. col. 96. b. c. d. eleganter.

Matth. 17. Luc. 9. de sua passione locutus est Dominus cum Elia. Conf. Matth. 16. v. 23. Johan. 12, 8.

Jonæ 1. Tollite me & projicite in mare: Sic Christus: Ego sum.

Veteres Ethnici victimam reluctantem malum portentum interpretantes ad aram non admittebant, quod ingrata Diis futura esset. Macrob. lib. 3. c. 5. Saturnal. Plinius lib. 8. c. 45. Plutarch. l. 6. c. 8. Symp.

Leæna pro catulis dimicatura venabula non expavescit: Sic nec Leo de tribu Juda crucem.

Tygranis regis a Cyro capti amor erga conjugem, quam quanto redimere captam pretio vellet, rogatus, dixit: Regnum meum pro ea darem. Jam cum eo privatus sim, vitam etiam pro illa dare paratus sum. Codrus gregarii militis vestes indutus, se primæ aciei objecit, ut morte sua Atheniensibus victoriam pararet. Applicentur hæc ad Christi spontaneam passionem.

Cur autem quadantenus fugerit? §. 108

Docet nos fuga hæc 1. Naturæ humanæ imbecillitatem sustinendi mortem, quæ in nobis est.

2. Nostræ voluntatis erga divinam subjectionem, in ærumnis & media morte.

3. Divinæ & humanæ voluntatis in Christo distinctionem, contra prolem Eutychianorum, qui diversas hasce voluntates confundentes Monotheletæ dicti sunt, contra quos VI. Synodus Oecumenica habita fuit.

4. Divinæ in Filio & Patre voluntatis unitatem, nempe non aliam esse voluntatem Dei revelatam, aliam occultam.

5. Spei ac orationis excitationem, ut sciamus unam esse Patris & filii de salute nostra voluntatem, mire in passione consentientem.

6. Meriti Christi ponderositatem, quod non tantum ad humanam sed & divinam voluntatem spectat, utrâque ad mortis obedientiam conspirante, pro omnibus totius mundi peccatis.

7. Mortis Christi veritatem, quippe sentientis verum dolorem, qui natus est ex laceratione nervorum, quibus naturâ insitum est sentire ac percipere objecta non congrua, ceu tactûs instrumentis. Deinde cor naturaliter fugit mortem, sui conservationis (universæ naturæ ingeneratæ) appetens.

8. Ejusdem mortis Christi impeccabilitatem: Dolor namque in Christo naturalis fuit, consequens ipsam naturam a Deo conditam, quam filius Dei assumsit, Heb. 2. per omnia similis nobis factus absque peccato.

9. Mortis Christi heroicam fortitudinem: Dolet se mori: gaudet se mori: ut generosus miles in prima acie constitutus vincit metum mortis amore erga patriam, amore gloriæ, spe victoriæ. Ut ille Æneid. 4. Vicit iter pietas, & ibid. Mens immota manet, lacrymæ volvuntur inanes. Sic & nos mortem vincere par est, obedientia erga Deum, & spe potiundæ post certamen victoriæ.

10. Divinæ iræ magnitudinem, coram quâ prostratus jacuit filius Dei: non sic ovans Laurentius: non sic Stephanus, neutrô horum, iram Dei pro nobis sustinente: Id enim solius Christi est. Esa. 53. Concurrere fecit omnium peccata in ipso. Illa (peccata) erant canes Christum cervam insectantes, venatoribus Judæis. Psalm. 22. Canes &c. sine ullo Christi peccato, quippe sine hoc tentato.

Gravissima. Significata hæc gravitas per ignem holocausti in altari, Lev. 5, 11. oleum & thus non poterat addi sacrificio ἱλαςικῷ. Oleo misericordiæ destituebatur Christus omni ex parte, Judæ Psal. 109. Judæorum.

Gravitas hæc magis patet ex partibus Passionis Christi, quæ sunt 1. Gaudii privatio, Heb. 12. 2. Dolorum in anima, corpore, omnibusque membris cumulatio & aggregatio. 3. Infirmitatum susceptio, famis, sitis, defatigationis: omniumque in anima & corpore passionum. 4. status miserabilis assumtio. Pauper enim factus est & derelictus, Ps. 22. contumeliisque affectus. 5. Diaboli tentatio.

Luthe-

Luther. hanc explicat tom. V. Witteberg. fol. 287. Corpore natus in stabulo, exilium & Judæorum furorem expertus, fatigatus, lachrymatus, à Diabolo tentatus, ludificatus, animà turbatus, Joh. 12,27. c. 11,16. injuste accusatus, Matt. 11,19. c. 12,34. criminatus, Joh. 8, 48. despicatui à suis habitus.

Gravis insuper Christi passio, ob

1. Clavorum asperitatem in corpore.

2. In auditu, propter opprobriorum gravitatem.

3. In gustu, fellis & aceti amaritudinem.

4. In oculis lachrymarum offensionem.

5. In corde timorem summum.

§. 109. *Differens* à passionibus martyrum & fidelium aliorum.

Nam 1. Ratione generis, λύτρον fuit passio Christi: At martyrum probatio fuit solùm, sive δοκιμασία.

2. Ratione effecti. Passio Christi meretur remissionem peccatorum. Non sic martyria martyrum: malè ergò indulgentiarum cista è meritis Sanctorum & Christi composita, venditatur à Romana Ecclesia. Hoc enim vendunt, quod non est. Merita Sanctorum pro remissione peccatorum nulla sunt. August. tract. 84. in Johannem.

3. Ratione subjecti. Martyres ψιλοὶ ἄνθρωποι fuerunt: at Christus Deus & Homo.

4. Ratione modi. Christi passio omnib. modis spontanea fuit, Matt. 26,34. Totalis fuit in corde & corpore; illo iram Dei: hoc inexplicabiles cruciatus sentiente. At in corde martyrum lætitia fuit, Act. 5,41. 1. Pet. 3,14. c. 1,18. c. 4, 13. 14. Martyres non justi in se coram Deo. At Christus justus in se, pro injustis passus.

5. Ratione finis. Christi passio impetrat remissionem peccatorum & Spiritum sanctum: Neutrum passio martyrum Actor. 4,12. Celebratur verò in S. literis (α) ut ordo à Deo observatus. (β) Condirio hæredum cœli. (γ) Via & terminus, per quem Deus suos vult ducere, Act. 14,21. 2. Tim. 3,12. A Christo verò ut capite appropriatur. Col. 1,24.

Semel facta est. Vide Exod. 30,10.

A mundo recepta. Crux Christi est in frontibus regum. Aug. t. 8. col. 1636. c. d.

Scandalo fuit gentilibus. Nam crucifixum coli pro insania habebant. Justin. Apol. ad Antonin. Imperat. qui respondet, mysterium esse. Tertull. lib. de carne Christi: Deum crucifigi stultitia est mundo, sed Dei sapientia.

§. 110. *Adjuncta alia Passionis Christi.*

Assumit Luc. 18. discipulos Christus 1. ut testes. 2. ne perturbarentur passione Domini. 3. confirmarentur à Christo repetente passionem. 4. erudiret magis discipulos. Hinc & passio Christi prædicata à XII. Apostolis. Sicut altare XII. columnis nixum stetit.

§. 111. *A Patre missus est* ante nos, ut nos salvaret, sicut Joseph. Augustinus Tomo decimo column. 766. b. c. Illa enim passio est signum, verè nos è manibus Satanæ liberatos esse. Propterea abitus dicitur non semel (hic verò est passio, mors, resurrectio & ascensio Christi in cœlum) qui est à Deo Patre. Crucis poculum Christo propinamus, ut Odatis regis Zariadri filia, hocque poculo sibi eum sponsum elegit. Zwingerus 52. b. Zariadrus. Passus voluntariè Christus, frater se occidens pro nobis, ut frater ille, qui in acie Pharsalica ignotum fratrem suum occiderat, & facti pœnitens se confodit, atq; cum fratre rogo combussit sese.

§. 112. *Christus prænovit* suam passionem. Sol novit occasum suum. Augustinus Tomo 8. column. 1206. a. Locutus est de illa sæpè, quia erat passio Christi nuptiale convivium, quò sibi Ecclesiam sanguine interveniente desponsare voluit: sicut casta virago gaudet de nuptiis mox instantibus.

Prædicit Petro lapsum. Similis medico, venam ægroti inspicienti, Augustin. Tom. 8. col. 397. a. passionem probè scienti. Idem tom. 10. col. 185. a. b.

Petit dimitti discipulos, docet, se solùm, non sanctos passurum esse. August. Tom. 9. col. 534. a.

Fuga discipulorum orta ex dubitatione. Sicut Moses dubitavit & bis rupem percussit, Numer. vigesi v. octavo. Sic quoque discipuli Christi. Respexit ad dextram & nemo fuit, Psal. 142,5. Augustinus tomo octavo, column. 359. a. amici recesserunt, column. 321. b. c. ibidem.

§. 113. *Prolapsus humi oravit*: Pater! fiat voluntas tua: 1. ut nostram voluntatem expiaret. 2. nos in voluntate Dei sanctificaret. 3. nostram infirmitatem ostenderet. Augustinus Tomo nono column. 527. a. 4. Jonathan verus fuit 1. Samuel. 20, 42. Juraverat semel Dominus, se futurum esse mediatorem: Idem servavit Jesus noster.

Retrocedere facit Judæos. 1. notatur judicii divini terribilitas. 2. Judæorum incredulitas. 3. Moriendi potestas. Augustinus tomo nono column. 531. d. 532. a.

Judam non prostravit in terram, sicut fecit Judæis, Johann. 18,24. En Christi mansvetudinem!

Imputata nostra malitia fuit Christo, ut Abigail voluit sibi imputari mariti duritiam & avaritiam, 1. Samuel. vigesimo quint. vers. vigesimo quart.

§. 114. *Incidit* in annum 490. Danieli prædictum, cum ante templum sub Artaxerxe Longimano ædificari cœptum esset, Esdr. 6,6. In feriam 6. quæ est tertius dies Aprilis. V. D. Gerhard. §. de agno Paschali, §. 39. 40. Johan. Moltheri Disputatio de die Paschæ, & Dn. D. Eichstadii Disput. Gedani habit.

Nox autem in specie fuit Christi passi plena 1. Terroris, ob quem Apostoli aufugerunt. 2. Tristitiæ in Christo & Apostolis. 3. Obnubilata est lex potentiæ Christi, quâ se velut evacuavit, & peccatorum manibus subjectus est.

§. 115. *Ejus opera moderata* fuerunt passionem præeuntia: nam Christus desiderabat pati.

Horologium,antequam hora sonat, moderatè progreditur, modò unum post alium ictum faciens: cum autem hora accedit,ita accelerat & tam crebros ictus facit, ut totum dissolvere & corruere videatur. O Christe Jesu! qui divinum velut horologium dici potes,anteqvam hora tua accedebat, moderatè rem faciebas: modò prædicabas, modò infirmos curabas, modò defessus itinere faciebas miracula, ut ferè totus dissolvi & præ amore liquefieri videreris: jam cœnam celebrabas, jam discipulorum pedes lavabas, jam te illis in cibum tradebas.

§.116. *Tristis anima Christi.* Joh.13. turbatus Jesus 1.docet nostram,quâ mortem timemus,infirmitatem. August.Tom.8.col.1125. c.& tom. 9.col.404.b.c.

2. Spondet nobis æternam lætitiam.

3. Figurat tristitiam in membris suis. Augustinus tom. 8. colum.388. & tom. 8. colum. 268. c.

4. Intestina arietis lota Exod.29,17. Internus Christi dolor figuratus est, quo nostra intestina peccatorum lavit. Vide August. tom. 9.de Christo turbato, & Ambr. lib.3. de Trinit. Lombardum 3.d.17.§.4.

5. Sensus horrendæ iræ Dei, quam sustinuit Christus pro nobis, eandem promeritis.

6. Meditatio gravissima de tyrannide peccati, mortis & Satanæ in humani generis propaginem gravissimè desævientis, 1. Corint. 15. Stimulus mortis est peccatum: peccati verò virtus lex est.Satan mortis habebat imperium, Heb.2. Mors tyrannus erat ad omnes homines penetrans, Rom.5,12.

7. Cogitatio de maledicto, quod Christus futurus erat,Gal.3,13. inq; corpore sanctissimo stigmata maledictionis perpessurus.

Christus est turtur,bibens ex aqua turbida. Schelhammerus p.677.Bibl.conf.Aug.t.8.col. 1053.D,1054.a.

§.117. *Sudor Christi sanguineus* notat sanguineas Ecclesiæ & membrorum persecutiones. Augustin.tom.8.col.938.a. & martyrum obitum finemque cruentum vitæ. August. tom.8.col. 1617. b. Copiam martyrum. Idem tom.10. colum.848. c.

Expiat sudorem mortis nostræ; expellit peccatorum nostrorum fœtorem, impuros purgavit. Omnes eramus impuri ad vesperam, Levit.15.

Sudor hic est arbor mirabilis Christi.

Est balneum,quod ex sanguine filii pro ægro servo fieri voluit Deus.

Ut holocaustum igne combustum: sic divinæ iræ igne sudor expressus est.

Olim Cypriano jamjam morituro quidam fidelium sudorem voluit abstergere. Pontius in vita Cypriani: Nos Christi sudorem linteo cordis & fidei abstergamus.

Quæsitus cum facibus,à tenebris dies sempiternus &c.Aug.t.9.col.531.d.

Locus passionis

§.118. Non alius esse debuit, quam Jerusalem. Significatum id est Deut.12. vers.2.3.5.6.7.

Locus triplex triplici Altari præfiguratus

1.In monte Olivarum, altare terrenum.

2.In Golgatha, lapideum.

3.In Cruce ipsa, ligneum, Schelham. in fodin.Biblic.p.473.474.

Hortus & mons Oliveti significata per turtures & columbas Levit.1,14. Vide de his August.tom.10.col.865.a.b.c.

Sub dio passus nos verè expiavit. Solebant Romani P. Conscripti sub dio Concilium agere, visis portentis quibusdam. Zwing. 3113. Theatr.

De Juda proditore. §.119.

Cujus similis fuit, qui fratrem ruri occidit: Christus ruri à Juda proditus est ad occidendum.

Projecit pecuniam,quæ ostendit Christi innocentiam. August.tom.8.col.650.d.

Triginta argenteisChristum prodidit:Exod. 21,31. Servus interfectus triginta argenteis redimebatur.

Ager emtus pro 30. argenteis notat totum mundum redemtum. Exules erant homines. Vide Aug.t.10.col.878. b.c.

Captus Christus 1. docet, se liberè pati: volens enim captus est: ut Es.53. Oblatus est, quia voluit.

2.Ex infelicitate externa non debes deChristo & ChristiEcclesia judicare.

3. Dei misericordiam, nolentis videre homines in vinculis; Filium sustinet intueri in vinculis.

4. Monemur de pœnitentia ob peccata, quæ meruere vincula.

Varia passionis Christi genera. §.120.

In Concilio & domo Caiphæ custoditus & tentus à militibus,Luc.22, 63. ut cerva & fera à venatoribus. Chrysostomus. Ut Joseph à fratribus: ut mitis columba ab aucupibus: ovis à lanionibus: rosa à vepribus: ut nostrum carcerem effringeret, Judæ consilio Marc. 14, 44. obtemperaret.

Diluculo & manè consilio inito nova passioChristo ingruit: sic cumulantur mala etiam crucis piis. Sic docemur crucem mane oriri novam.

Tacens Christus verè mutus fuit. Psalm. 38. Sicut mutus. Augustinus tomo 8. colum. 322.d.

§.121. A Pilato non dimittendus. Vid.Levit.27. vers.28.

Ob confessionem, se esse DEI filium, passus est, ut doceat suo nos exemplo, quævis nobis mala exantlanda esse ob confessionem nominis divini. Unde namque tot sunt Ecclesiæ persecutiones, nisi ex unica veraque nominis CHRISTI confessione? Johann. 16.

Damnatus à Pharisæis & Judæis ut Genes. quadrages. non. v. quinto. Sub specie justitiæ & recti: quamvis è præconcepto affectu malevolo jampridem eum damnare decreverint. Non regnent affectus in judice. Vide JUDEX.

Exu-

Exutus in prætorio, ut Josephus exutus fuit tunicâ.

§.122. Vinctus (1) Juda suadente Marc. 14, 4. (2) Ut impleret typum Josephi in vinculis Ps. 105, 18. Isaaci Gen. 22, 9. Sacerdotis cincti Exod. 28, 8. Simsonis Jud. 15, 13. c. 16, 21. (3) Nos liberaret à vinculis Satanæ & palatii ipsius Hebr. 2. Luc 11, 21. Tentationum Ps. 116, 6. Esa. 42, 7. Legis & maledictionis Galat. 3. Inferni & domus carceris, Bernhard. de circumcis. serm. 3. mortis, unde Bernhardus: Me solve tandem vinculis istis, ut evolem tuam beatus ad præsentiam. (4) Moneret cavere vincula Satanæ & peccatorum. Ambros. serm. 8. in Psalm. 118. Vinculis suorum peccatorum unusquisque constringitur, Lactant. lib. 7. c. 1. instit. (5) Nos sibi vinciret triplici fune. Luth. in cap. XII. Danielis ex Bernhardo: charitate adoptionis, veritate promissionis, potestate redditionis. (6) Instrueret, debere & nos vinculis fidei, charitatis & obsequii Christum ad nos pertrahere, & nos mutuò amare.

(7) Vincula martyrum sanctificaret, Heb. 11, 36. Tertullian. libr. ad martyr. Carcer habet vincula, sed vos soluti estis Deo. Cyprianus lib. 3. epist. 25. Ornamenta sunt illa, non vincula. (8) Satanam ligaret, Psal. 68, 19. (9) Vincula æterna impiis præmonstraret, sacram hanc passionem contemturis: sicut olim Manasse catenis vinctus est, 2. Chron. 33, 11. Rex Judæ, Ezech. 19, 3. Matt. 13, 30. Christi itaque vincula non tradamus oblivioni. Seneca testatur, sibi quendam fuisse cognitum, qui fascia uxoris sibi pectus ligaverat, ut ne ejus oblivione caperetur. Zwing. 72. a. b. sub fin.

Malchus cæsus. Petrum corripit Christus, suam familiam emendat, non Malchum.

Docet Patresfamiliâs sua agere, suos corrigere; non curiosè aliis intentos esse, Johann. 18. vers. 11.

Docet, nec inimico esse nocendum illegitimo processu, quo usus erat Petrus per vindictam privatam.

Docet, benefaciendum esse hosti, Rom. 12.

Docet potentiam summam in sananda aure Malchi.

§.123. *In Prætorio Pilati.* Ingrediamur etiam illud, ut ad passionis considerationem accendamur. Plato sanxit, ut pueri castra militaria ingrederentur, atque ita ad prælia assuefierent.

Pilatus præfiguratur in Rubene Genes. 37, 21. Vide Dn. Schelhamm. p. 257. Sub hoc passus Christus (1) quia erat præses Judææ. (2) Humilitatem docet: Rex enim cœli & terræ vult sisti coram judice terreno. (3) Judicio summi Judicis omnes nos esse obnoxios docuit. (4) Aperto judicio nos condemnandos fuisse; sicut & ipse publicè judicatus est. (5) Terrorem nobis de judicio Dei incutit. (6) Consolationem instillat: Ipse enim ideò judicatus est, ne nos condemnaremur.

Accusatus. Psalm. 109. Augustin. tomo 8. col. 1259. d. Licet autem accusatus, tamen innocens ex tota vita. Illustretur allegoricè ab exemplo Q. Metelli, de quo Zwinger. pag. 14. a. Theatr. quòd, cùm repetundarum accusatus esset, CONSULUM oculos à tabularum, quas exhibuerat Q. Metellus, contemplatione averterit, quod vita ipsius de innocentia satis testaretur. Neque enim ab exigua cera & paucis literis integritatem tanti viri pensandam, dignum judicaverunt, Valerius Maximus libro 2. capite 5. Sic vita Christi innocentissima omnes omnino accusationes delevit, (Johann. 8, 46. Quis ex vobis arguet me de peccato?) tabulas integritatis suæ ubique exposuit. Cato Censorinus quater & quadragies accusatus tamen innocens evasit semper: multò magis Christus Joh. 8, 46. Aristophanes Atheniensis quinquies & nonagies accusatus integer inventus est.

Christus non respondit Pilato 1. quia indignus erat, qui agnum Dei innocentem percusserat flagellis.

2. Margaritæ nō projiciendæ porcis, Matt. 3.

3. Dixerat, se non esse ex hoc mundo.

4. Pilatus non erat ex veritate; ideo non prædicat ei veritatem Christus.

5. Non amabat Christum ex corde; sed solum damnum corporale fugiebat.

6. Esa. 53. ut ovis coram tonsore. Psal. 39. obmutui.

7. Vanum cor videbat hîc Pilati.

8. Vide quomodo discas: an 1. ex vanitate & curiositate. 2. an ex timore Gehennæ. 3. an ex amore Dei?

9. Docuit stulto non esse respondendum.

Pilati potestas erat Tyrannis & latrocinium, Joh. 19.

§.124. *Percussus.* Matt. 26. ἐῤῥάπισαν, percusserunt baculis, crepidis, fustibus, hæc omnia namque vox Græca complectitur. Zachar. 13, 6. percussus in domo eorum, qui me diligunt.

Baculo percussus Pastor, Zach. 13, 11. Duplex ille fuit: 1. Legis, cujus maledictionem sustulit. 2. Patris, cujus iram sensit. Exod. 39. vers. 30. Leviticus sacerdos lamina aureâ frontem ornatus. Christus Sacerdos summus colaphis faciem læsus est: Consputus, ut Num. 12, 14. magno dedecore afficeretur, pro more Judæorum. Lyra in cap. 26. Matthæi. Conf. Deut. 25, 9. Numer. 11. de Mirjam.

Flagellatus Jesus Johan. 19. Gravis pœna, quâ servi puniebantur: Fustibus v. & virgis etiam liberi. J. In servorum ff. de pœnis. Confer Act. 22. Dominus Romano more flagellatus est, non numero definitis plagis cæsus, servus reputatus est. Putavit Pilatus, Judæos tranquillos fore, si Jesum flagellasset. Separabant Romani his flagellis à corpore liberorum civium, & servis adscribebant hujusmodi flagellatos.

§.125. *Illusus & despectus* 1. Expiavit nostri confusionem perpetuam, Esai. 53. 2. Typos implevit & scripturas. Est enim verus Noah Gen. nono, à suis derisus, ebrius vino iræ Dei, nudus nostri causâ. Verus Elisa irrisus à petulanti-

lantibus Judæis, 2. Reg. 2. sic Psalm. 22, 7. 8. & 69, 11. & 109, 25. prædictum. Pœnas vero dederunt Judæi atrocissimas, Joseph. lib. 20. cap. 4. Antiq. Jud. & libr. 7. cap. 17. de bello Judaic. Confer August. tom. 8. col. 756. c. & tom. 8. col. 428. a. & col. 926. c. Colaphis cæsus docet Christus, se (1.) verè passum esse. (2.) Mansvetum. (3.) Expiare nostra peccata. Altare in V. Testamento olim ex impolitis lapidibus exstructum erat, Deuter. 27. vers. 5. Sic in Christo, altari nostro, omnia impolita & contemta esse videbantur. Confer August. tom. 8. col. 1173. b. Ut radix in terra non videtur, fundit tamen virtutem suam in arborem totam: sic Christus contemtus in passione, suam tamen in nos vim transfundit, & virtutem habet promerendi ac satisfaciendi.

Nudatus, ut nobis vestes purgaret. Levitarum vestes olim erant purgandæ, Numer. 8. vers. 21. Sicut & Josephus vestibus spoliatus est, Augustin. tom. 10. col. 766. a. Alexander M. Darium victum nudum reperit fugientem, quem suâ ipsius chlamyde texit: sic nos Christus induit suis vestibus pro nobis exutus. Nuditas quoq; Christi præfiguravit nostram nuditatem & captivitatem, ut Esa. c. 20. vers. 3. 4.

§.126. *Indutus vestibus albis.* Typus Levit. 6. v. 10. 11. Ut cœlestis David veste humanitatis nostræ indutus illusus est, coram Deo patiens, ut David 2. Sam. 6. Stratagema ducis noctu aggredientis hostes, dignoscendi suos ab adversariis: sic Christus alba veste ornatus est nocte passionis suæ, ut dux innocentium dignosceretur ab hostibus suis. Dealbatio armorum ac vestium nostratium. Sic de veteribus scribitur, terrâ albâ suos signasse. Zwinger. Theatr. Human. vit. Volumine septimo L. 3.

§.127. *Velata ejus facies*, ut 1. facinoroso. 2. hominum conspectu indigno. Sic Hamano facies velata, Esther. 7. v. 8. 9. ut impleret illud Esa. 50. v. 6.

Judicatus. Nam Christus judicium in passione non fugit, ut Alcibiades apud Zwing. 72. a. b. sub fin.

§.128. *Coronâ spineâ coronatus.* Spinas peccatorum venerat frangere, & spinis coronatur Dominus, Augustinus tom. 10. colum. 1342 b. c. Corona Domini pedibus conculcata est. Confer per modum exaggerationis illud Psal. 89. vers. 39. 40. Docet hâc coronâ (1) Christus, vias hominis calamitatum spinis septas esse, ut in solo Christo omnis nostra delectatio esset. 2. Corinth. 12 ne superextollar &c. Taulerus alicubi. (2.) Nos totos esse spinas, & corda spinea habere. August. tomo 9. col. 979. c. (3.) Martyres constituit. Augustinus tomo 9. column. 542. a. Figura Exod. 25. vers. 12. Christum pro Ecclesia jugi curâ vigilare, hisque ceu spinis pungi. Exod. 30. vers. 3. Altare thymiamatis aurea corona cinctum erat. Corona spinea per vepres fuit significata, quibus aries ille Genes. 22. implicitus erat. Notat victoriam de peccato, morte. Augustinus tomo 8. column. 853. d. Exod. 28. Summus Sacerdos in fronte laminam gerebat; Christus coronam. Confer Athanasium tomo 1. folio 794. 795. 796. Corona Christo debetur, ut interfectori Satanæ. Sic olim Athenienses gavisi sunt, occiso à Pausania Philippo hoste, quapropter illi corona decreta est.

Reges Hierosolymitani caput coronandum imponebant saxo sepulchri Christi, & corona ex spinis plexa imponebatur: sic & nos Christi sepulchrum meditemur, & spinis, ut olim, coronemur.

§.129. *Cruentatus.* Nam Christus adductus sanguinolentus ad crucem est velut Bos, cornibus olim auratis ad sacrificium duci solitus. De quo Zwingerus folio 17. a. theatr.

Postulatus ad crucem Barrabâ dimisso. Occiditur Christus Salvator, quia suscitavit mortuum; dimittitur latro, ut perpetret homicidium. August. tomo 9. col. 1125. a.

In Jonam cœlestem omnes sæviebant tempestates. August. tomo 8. col. 72. 3. c.

Josephum videntes fratres Genes. 37. de eo occidendo consilia versarunt: sic de Christo. August. tom. 10. col. 766. a.

Crucifige, crucifige clamatur. Verba hæc sunt fluctus maris, contra Christum debacchantis. August. tomo 10. col. 1613. d. è Psal. 68. Deveni in altitudinem maris, tempestas me absorbere vult.

De Latrone.

Notitiam Christi hausit è signis, (Ambrosio, Hieronymo judicibus), terræ motu, tenebris, mansuetudine Christi pendentis in cruce.

Mariam oravisse pro latrone, scriptura non dicit. Vide Salmeron.

Oravit, cor Deo offerens, corpus supplicio. Illud pietatis, hoc patientiæ fuit: utramque imitemur in morte.

Speravit Paradisi gaudia.

Amavit: Nam redarguit socium.

Confessus est Christum in infirmitatis cruce, quem negaverunt Apostoli in miraculorum luce. Glossa Ordinaria. Deum confessus est, peccatorum pœnitentium miserantem, DEI bonitatem.

Docuit crucis utilitatem. Hâc enim conversus est ad Deum. Esai. 28. Vexatio dat intellectum.

Gloriæ vice crucis successionem. Particeps crucis, particeps lucis. Latro in supplicio, latro in cœlo!

Justitiæ Dei confessionem: Justè patimur. Sic malefici tandem agnoscunt Dei justitiam. Psal. 51. ut justificeris in sermonibus tuis.

Indocti plus sciunt, quam eruditi Judæi: Sic latro in cruce agnoscit Christum, quem ignorat gens Judæorum.

Plus impetrat, quam oraverat: Christus n. non solùm ejus recordatus fuit, sed & regni socium fecit.

Humilis

Humilis fuit confitendo, se plus meruisse, Luc. 23, 41.

Sera pœnitentia vera latronis: non tamen differenda pœnitentia. V. Pœnitentia.

Latro obstinatus

Exemplum hominis impœnitentis & obstinati. Sic damnati in inferno.

Latrones duos

Præfigurare Monachos professionem in Religione edentes, tradit Glossa in c. 23. Lucæ, apud Lyram.

Cur vero Christus inter latrones?

1. Ut expiaret latrocinium Adami, Genes. 3. Rom. 5.

2. Scripturas impleret, Esa. 53.

3. Judæi populo persuaderent, Christum quoque maleficum esse.

4. Opera sua mala palliarent.

§. 130. *De Crucifixione & Cruce Christi.*

Christus conversus ad plorantes mulieres Luc. 23, 28. quæ acceperant sine dubio à Christo beneficia corporalia. Pietate antecellunt omnes Prælatos, ob Christum non dolentes. Innuit Christus, res suas bene se habere: peccata deflenda esse & eorum supplicia, quæ jam erant præ foribus: tremendum reditum judicis Christi fore: calamitatum præsentium & futurarum causas rimandas esse. Sterilitatem aliquando inter bona referendam esse. De ligno humido & sicco v. Lignum.

§. 131. *Crucifixores ejus* immundi, ut Levit. 16, 21. Servus olim postibus affixus, Deuteron. 15, 17. sic Christus, servus Domini, Esai. cap. 53. cruci.

Portavit crucem. Vestigia veri uncti ignominiâ afficientibus, Psalm. 89, 52.

Spinea Christi crux significavit spinas peccatorum nostrorum, quibus punctus salvator. Illam significari hodie per rasuram monachorum, ut refert D. Albanus, p. 31. Pabstesel / nimis dilutum est.

§. 132. *Extra Ierusalem passus.* Deuter. 17. vers. 2. Arbor penes altare plantanda non erat: sic arbor crucis Christi non erat plantanda in civitate Jerusalem, ubi erat Altare Domini. Sicut ante tabernaculum hostiæ mactatæ Exod. 29. hoc præfiguratum: omnem locum purgavit ad oratorium. Augustin. tom. 10. col. 882. a. Arca Noæ in monte Ararim: Christus, arca aquis persecutionis agitata, in monte Calvariæ substitit. Extra Jerusalem, ut ostenderet, se & Gentil. & Judæorum salvatorem esse. Augustin. tom. 10. col. 188. d. Exod. 7, 29. Extra urbem progrediens Moses grandinem stitit manus tollendo. Applic.

Pendens in cruce præfiguratus Levit. 2, 14. in libamine, quod oleo & thure adorandum erat. Schelham. p. 636.

Exod. 29. vers. 29. Cruentatio pedum & aurium Christi passionem præsignificavit. Ps. 141. Incensum vespertinum in cruce Christus pependit. Vid. August. tom. 8. col. 661. a. Est silex percussus, dans aquas refrigerii nobis in deserto mundi.

Pependit inter duos latrones. Sic Olympii martyres inter Ethnicos lictores reputati sunt. August. tom. 10. col. 1469. p.

§. 133. *Crucis forma* descripta est à Georg. Cassandro f. 1112. oper. Irenæo lib. 2. c. 42. Greg. Thorun. lib. 1. c. 6. de gloria martyrum.

Claves, quibus affixus est Christus, charitatis sunt indicia, bonitatis vincula, quibus se ultrò Christus dedidit.

§. 134. *Sitivit* Joh. 19, 28. 1. nostram salutem. Aug. t. 8. col. 623. c. 2. nobis fontem vitæ aperit. Idem tom. 10. col. 1373. d. 3. Ut liberaret ab æterna siti Luc. 16. miseros homines. 4. Impetravit nihil à mundo, nisi acetum, ingratissimo.

Causa sitis. Omnes vires consumtæ & exhaustæ exantlatis tot doloribus. Vid. Aug. tom. 8. col. 258. c. d.

Latroni non respondit, docens nos patientiam, cum in mundo deridemur.

§. 135. *Potatus aceto* & felle, docet crucem suis ferendam: potat & inebriat nos dulcedine cœlesti. Aug. t. 10. col. 989. a. nos bibere debere calicem tribulationis: acetū & fel accepit Dominus in mensa nostra, ut nobis redderet dulcia vina lætitiæ in altera vita. August. tom. 10. col. 989. a. Num. 19, 6. Indicant Judæi, se plenos aceto veteris hominis esse. Aug. t. 8. col. 728. c. d. Fons vitæ aceto potatur. Aug. t. 10. col. 1342. b. c. Fel Christo fuit, negata omnis humana consolatio, & omnium passionum omnis aggravatio. August. t. 8. col. 735. a. Felle mixtum potum Christo agonizanti præbuêre Judæi: qui tamen multum in se habebat fel amaritudinis, de quo Deut. 29, 18. Sed nostrum fel curavit. Ælian. l. 11. c. 29. var. hist. scribit: in Ponto nasci oves sine felle: At verò Christus erat vera illa ovis sine felle 1. Pet. 2. Esa. 53. ob suam patientiam.

Promittit latroni cœlum. Huic saluberrimam theriacen Christus propinavit adversus peccatum & mortem. Medicus enim ipsi fuit: ut pastor ovem reduxit.

Christi 7. verba in cruce à pluribus explicata commentatoribus Evangelistar. M. Fischero, Dilherro, Ruelio, Spangenbergio, & ex Pontific. Bellarmino, Salmerone, Bessæo.

§. 136. Latro docet, apertum esse Paradisum ante clausum, Genes. 3. August. tom. 10. col. 868. b. Virtutem & triumphum Christi, latronem secum introducentis. Aug. t. 10. col. 882. c. 883. a. Regnum Christi agnovit: ait n. Memento cum veneris in regnum tuum. Aug. t. 9. c. 520. b. Per latus Christi, ceu ostium vitæ, introiit cœlum. Vide August. t. 9. col. 1001. c. Apostolos profugos vicit. Aug. t. 8. col. 724. c. Hodie mecum in ligno crucis: hodie mecum in ligno salutis. Ait Aug. t. 8. c. 355. a. Confessus est, se non satisfecisse. Aug. t. 10. c. 884. d. Discipulus fuit Christi. Magister incredulor. Judæor. Martyr primus: testis triumphi Christi. Aug. tom. 10. c. 862. a. b. c. Ubi τὸ HODIE emphaticè explicatur. Credidit in cruce, cum electus Petrus negasset. Aug. tom. 10. col. 861. a. Agnoscit Christum regem & pastorem, cum pro ovibus vitam poneret. Aug. tom. 10. c. 864. a. b. c. Conf. Martyr. fol. 824. col. 8. Loc. Comm.

Non sit exemplo seræ pœnitentiæ. Vide Auguſt. tom. 10. col. 864. a. b. c.

§. 137. Duo erant latrones: eorum unus recipitur; alter sua culpa (non absoluto decreto) rejicitur, ut Geneſ. 40. alter captivorum in gratiam cum rege redit. Vide Allegor. 769. in Promtuario. Docent hi latrones (1) Dei misericordiam erga peccatores. (2) Pœnitentiam agendam maturè & sollicitè. (3) Verè superesse alteram vitam. (4) Animas non extingui, sed cum Christo esse. (5) Qui Christum confitetur; hunc & Christus confitetur: Ita hoc loco latronem. Ita Matth. 10. Qui me confitebitur, &c. (6) Cum tui ipsiusmet in monte obliviſceris, Christus non obliviſcitur tui, h. l. latronis. (7) Plus dat Dominus, quam petimus, h. l. non solùm meminit Christus latronis, sed & paradisum dedit: sic cum filio Isaac dat Christum Abrahamo Deus petenti, Geneſ. 15. (8) Clausum cœlum Christus aperuit h. l. Geneſ. 3. clausus paradisus. (9) Eximia Christi gloria est, sanare in cruce latronem. (10) Totum regnum dat latroni, non partem aliquam, ut olim Estheræ Ahaſverus.

Non ob opera Paradisum ingressus est latro, sed fide obtinuit. Contra Jesuitam Salmeron. Et sic statuunt veteres nobiscum, ut Chrysostomus, &c.

§. 138. *Manus expansæ* & Brachia Adami secundi, i. e. Christi, damnant manus Adami primi, queis prævaricatus est. Augustinus in tom. 10. column. 862. a. Paratæ sunt ad amplexandum omnes peccatores, (1. Tim. 1. Exemplum &c.) & totum mundum, quem ad se vocat Filius, Auguſt. tom. 10. col. 1206. a. Orat expandendo illas pro nobis, ut verus Salomon in templo corporis sui, Coloſſ. 2, 9. 1. Reg. 8, 22. Humeri sunt, quibus perditam ovem portat Christus pastor. Solatium nobis præbent in morte & in summis calamitatibus. Confer Deut. 28. v. 66. Docens nos orare ad Deum, & manus ad benè operandum constanter in vita & morte extendere. Augustin. tom. 8. col. 640. c. Sunt duo brachia candelabri aurei, Exod. 37. v. 17. Luit expansionem manuum Adami primi ad fructum vetitum. Augustin. tom. 10. col. 814. Exod. 29, 15. Arietis partitio præcepta fuit: Omnes corporis sui partes explicat Christus, verus aries pro peccatis nostris divisus est. Christus in cruce sustulit peccata septem capitalia: 1. Capitis inclinatio curat superbiam. 2. Oratio pro inimicis, iram. 3 Apertio lateris, invidiam. 4. Portatio crucis, acediam. 5. Traditio Spiritus Patri, matris discipulo, avaritiam. 6. Flagellatio, Luxuriam. 7. Potatio fellis, gulam.

§. 139. *Oravit pro inimicis*, qui præ febre immani medicum non agnoſcebant. Auguſt. tom. 10. col. 1649. a. b. Docuit patientiam & tolerantiam inimicorum. Augustin. t. 8. col. 1261. d. c. Oravit, ut Moses, expansis manibus, Exod. 9, 33. ut nos omnes liberaret ex Ægypto infernali. Est similis Petræ bis percussæ, largissimas aquas protuberantis, Numer. cap. 20. Mosi similis, contra Amalekitas oranti & manus extendenti. Aaron immolatis beneficiis populo benedixit, Lev. 9, 22. Sic Christus, se immolato, nobis, qui ipsum nostris peccatis crucifixeramus, benedixit. 2. Chron. 16. Salomon coram altari: Christus coram ara crucis stetit.

Insultantes Judæos toleravit. Aug. tomo 8. col. 451. b. non mox igni & sulphure depluit, ut Gen. 29. non ursos sylvis excivit, 2. Reg. 2. non verbo prostravit, ut Joh. 19. non terram eos dehiſcere fecit, Num. 16.

Matrem agnoſcit Christus, ut doceret, se 1. hominem natum esse, 2. ut hominem pati. Auguſt. tom. 9. col. 78. a b. d.

Queritur se derelictum. Augustin. est vox compassionis, ob peccatum assumtum. tom. 8. col. 446. b. it. col. 390. d.

In manus Patris Spiritum commendat.

§. 140. *Septem Christi verba* sunt 1. Amoris sui erga nos monumenta. 2. Veræ passionis & dolorosissimæ documenta. 3. Spiritualia ac virentia folia vitis Jesu Christi. Bernh. ferm. 8. & seq. de Paſſ. Domini. Docent (α) Remittere proximo offensas. (β) Petentes exaudire. (γ) Parentes honorare. Dixit Christus matri: Ecce mulier filius tuus. 1. Maria non est constituta mater omnium credentium ita, ut ad eam confugere debeamus. Contra Bellarmin. Ludovic. de Ponte in meditat. Carol. Scriban. Coster. 2. Mater est typus Ecclesiæ, & omnium credentium, semper sub cruce stantium, exemplo illius mulieris, Apoc. 12. Gal. 4. 3. Monet hoc verbum parentes & tutores, ut bene & fideliter suis præsint clientibus & liberis, & viduis, & orphanis, Exod. 22. Sir. 3. Job. 31. 4. Monet Johannes morem gerere pupillos, liberos, parentibus, tutoribus. 5. Stemus sub cruce cum pio latrone, caveamus stare sub cruce impii latronis. Stemus fide erecti in crucem Salvatoris, Johan. 3, 15. 6. Sit solatio Christum respicere afflictas animas, v. gr. h. l. Mariam, orphanas & derelictas, Estheram, Josephum &c. (δ) Salutem desiderare. (ε) Clamare ad Deum in necessitatibus. (ζ) Spem in Deo ponere. (η) Vitam fine offensa finire.

§. 141. *Caput inclinavit*, ut 1. verè se mori ostenderet. 2. Electis oscula daret. Augustin. tom. 9. col. 802. b. Olim columbis alæ passæ non defractæ fuerunt, Levit. 1. v. 17. 3. Nostra, quæ imposita ei erant, peccata portaret. Typus: Aaron manus imposuit arieti, Exod. 29. v. 15. Levit. 5, 7. Turtures. Inclinato capite mortuus, ut columba, cui collum obtortum, Levit. 1, 14.

§. 142. *Vestium Christi divisio* 1. notat Ecclesiæ divisionem in 4. partes orbis. Augustin. tomo 9. col. 549. a. nostri electionem sorte divinæ voluntatis ad sortem sanctorum. Auguſt. tom. 8. col. 176.

Vestis Christi inconsutilis significata Exod. 28, 39 Ut Jonas sorte tactus. Auguſt. tom. 9. col. 1136. b.

§. 143. *Inscriptio Crucis Christi*, & titulus præstat omnibus omnium Sanctorum titulis & monu-

mentis. Insuper monet 1. de admirabili providentia Dei, gubernantis mentem Pilati, ut isthæc crucis inscriptio esset officii Christi confessio, nempe eum esse Jesum & regem Judæorum. 2. de dulcissima nominis Jesu repetitione, quod Angelus Domino indiderat. Docet etiam hic titulus (α) Ignominiam propriam Judæorum. (β) Stultitiam spernentium regem cœlestem & eligentium Cæsarem terrestrem. (γ) Gloriam Christi. Aug.tom.8. col. 899. ab init. a. (δ) Futurum judicium: Hic enim rex Judæorum redibit, Judæos ferreo sceptro contusurus, Psalm.2. Aug. t.8.col.567. d. 568. seq. (ε) Regni Christi inter Græcos & Latinos dilatationem. Aug. t. 9. col. 546. d. (ζ) Judæorum, qui ne quidem à cæde regis sui manus continuerunt, Tyrannidem. Aug. tom. 8. col. 555. d. (η) Tres linguæ tres testes. Augustin.tom.8.col.541.a. (θ) Est vera sanctitas Domini, quam olim in fronte Exod. 28. sacerdos summus gerebat: Sanctum enim est nomen Jesu: Sanctus Nazarenus: Sanctus rex sanctorum Judæorum. In titulo cruci inscripto, 1. Jesus indicat Salvatorem.

2. Nazarenus, florem bonitatis & obedientiæ Patri præstitæ, Phil. 2.

3. Rex, regni Christi splendorem.

4. Judæorum, id est, verorum confessorum, Apoc. 2.

Crux Christi est

§.144. Arbor vitæ, Gen. c. 2.

Arrha sponso data.

Baculus, in quo portatur vitis Christus, Johann.15. Augustin.tomo 9. col.504.a. Baculus Samgar, Judic. 3. Baculus nos, ceu ferrum demersum, de profundo damnationis extrahens, deglutiens (ut ille baculus Mosis) serpentes infernales.

Cancelli altaris holocausti, Exodi 28. v. 2. 3. 4.

Funda Davidis, 1. Sam. 17.

Galea piorum, qua muniuntur adversus Diabolum.

Gladius Goliathi, quo Satan latro Joh. 8. occisus est, 1. Sam. 17.

Gloria nostra. Galat. 6. Absit à me gloriari &c.

Hamus, quo Leviathan attractus, latente humanitatis vermiculo.

§.145. Lignum, quo Satan victus est; quo nobis panis vitæ præparatus est, de quo assiduè loqui & sapienter debemus, ut Salomon 1. Reg. 4. quod Deus ostendit Mosi, nos lege salvare non valenti, Exod.15. alleg. August.tom.10.col. 791. Lignum curans pestem: centur. arbor. mirabil. p.26. Lignum, quo enatamus, Aug.t.10. col. 251. B.

Petra bis percussa. Augustin.tom.9. colum. 224. c.

Sanguis agni vastatorem depellens.

Sarcina Isaaci, quam Christus portavit.

Scala Jacobi, Genes. 28. in qua Christus pependit. Vide Augustinum tomo 10. col. 761. a. b.

Thalamus, in quo sibi Ecclesiam spopondit Christus. August. tom. 9. col. 1111. c.

Olim crucem in fronte gerebant Christiani. Aug. t. 8. col. 456. a.

Templo Seraphidis olim crux inscripta erat.

Putant de cruce Josephum in Ægypto docuisse.

Adoranda crux Christi non est. V. Adoratio.

Crucifigitur Christus in suis. Fertur Christus Petro apparuisse paulò ante mortem, eiq; dixisse: Volo iterum crucifigi. Ambros. lib. V. Orat. post epist. 32.

§.146. Crux Christi præterea notat Dei charitatem, ejusque perseverantiam nobis mensurat. August. t. 9. col. 549. d. conf. t. 10. col. 284. b. & col. 992. c.

Novâ luce divinæ bonitatis mundum illustrat.

Pacem ostendit. Est enim Iris cœlestis. 1. Igneus color amorem. 2. Rubeus sanguinem suum notat.

Altare est, in quo sparsus hostiæ sanguis Deut. 12. v. 27. tinxit quatuor cornua, Exod. 29. in eo oblatum Pascha. August. tom. 10. col 881. b.

Cubile, in quo leo de tribu Juda recubuit, Gen. 49. Aug. tom. 10. col. 1506. a.

Candelabrum, in quo arsit lumen patientiæ. Aug. tom. 9. col. 546. a.

Hasta, quâ cœlestis Pinehas scortatorem Satanam & scortum peccatum occidit, Num. 25. v 7.

Malleus Diabolum conterens.

Mola, quâ granum tritici commolitum post per martyres multiplicatum est. August. tom. 8. col. 741. c.

Navis, quâ trajicimus mare damnationis. Aug. t. 10. col. 1077. a.

Nidus ecclesiæ, in quo hæc 1. conquiescit. 2. in quo Christus pullos suos locat. 3. in quo ab aquilis infernalibus nos immunes præstat. Confer Aug. t. 10. col. 1506. a.

Statera, in qua pretium redemtionis appensum est. Aug. t. 10. col. 848. a.

Tuba ductilis, Dei amorem ebuccinans. 2. Cor. 5. Charitas Christi. V. August. tom. 10. col. 1084. a. b. c.

Tribunal respectu duorum latronum. August. tom. 9. col. 989. a. & col. 256. b.

Vepretum, in quo hædus pro ecclesia tota hæsit, pro nobis immolandus. August. tom. 8. col. 174.

§.147. Crux Christi docet, Christum suos fideles in acie crucis stare secum. Applica 2. Macchab. 8. v. 22.

Omnia amara nobis dulcia reddere debet. Quid enim omnes tribulationes tuæ sunt, ad crucem Christi collatæ? Sicut arena ad totum terræ globum!

Monet nos 1. de peccatis nostris deplorandis, ob quæ crucifixus est Christus. 2. de serpente æneo, Joh. 3, 14. 3. de crucifigenda carne. 4. Iræ Dei magnitudine & charitatis filium dantis

dantis. 5. Crucis nostræ, ad maledictionem Christi facta collatione, quod nulla sit.

Illusus in cruce, ut olim Simson. Aug. tom. 10. col. 830. d.

In aëre expansus, ut aërem à spiritibus malis purgaret, Ephes. 6. Augustinus Tom. 10. col. 881. d.

§.148. Nudus pependit, ut 1. Nuditatem Adami expiaret. 2. Vestem justitiæ nobis pararet, Apocalypf. 3, 17. Esa. 61, 10. 3. Peccata nostra dilueret, quæ nos nudos faciunt, ut Exod. 32, 25. Proverb. 29, 18. 4. Stolas nostras dealbaret, Apoc. 3, 18. c. 7, 14. 5. Novum nobis hominem indueret, Gal. 3. v. 27. Eph. 4. v. 24. 6. Æternâ nos gloriâ vestiret, 2. Cor. 5, 1. 2. seq. 7. Humilitatem doceret, ac à superbia vestitus deterreret.

§.149. Totus exustus est flammis iræ paternæ & nostrorum peccatorum, Levit. 6. v. 23. Judic. 6.

Angelus virgâ tetigit petram, & exivit ignis consumens hœdum: sic Deus Pater Christum petram tetigit, & ignis charitatis egressus ipsum consumsit. In libamen pro peccatis nostris tostum, Levit. 2. v. 7.

Regnat tamen in cruce. Nam crux est principatus Christi, Esai. 9. Augustin. tom. 10. col. 737. d.

Pugnat in eâ contra Satanam, eumqve debellat. Aug. tom. 9. col. 1134. b. c.

Nos triumphare facit.

§.150. *Vulnera Christi sunt*

Arca Noæ.

Aspergillum nostrum spirituale: Hoc enim sanguine conspergimur. Id significatum Lev. 1. vers. 5.

Arca crux fuit: Holocaustum Christus.

Atramentarium, ex quo scripsit nos in librum vitæ.

Chirographum amoris Christi.

Cunæ, in quibus anima nostra quiescit. Matth. 11. invenietis requiem animabus vestris.

Cyathi, continentes aquam vitæ.

Dictamnus herba, quâ se vulnerati spirituales cervi sanant, hoc est, credentes.

Fons salutis, Esai. 12.

Janua cordis Christi, per illam in hoc penetramus. Vulnera sua Christus incredulis ostendet, & exprobrabit in judicio, quod per illa ingredi noluerint. Aug. tom. 9. col. 1114. c. de consideratione eorundem vulnerum, V. Augustin. tom. 9. col. 801. b.

§.151. Latus Adami, ex quo Ecclesia mater viventium ædificata est. August. tom. 9. col. 573. b. In latere vulnus factum, quod peccatum ab Eva, è latere sumtâ, profectum esset. August. tom. 10. col. 1706. B.

Medela nostra.

Montes, qui tegunt nos, Apoc. 6.

Ostia vitæ & Noachi, per quæ in arcam Ecclesiæ ingredimur. Aug. t. 9. col. 553. a.

Porta angusta, per quam cœlum intramus. August. tom. 9. col. 1001. d.

Rupes, in qua stetit Moses, Exod. 33. vers. 21. 22.

Rimæ, è quibus cor liquefactum fluxit, Psal. 22.

Scala rubra, non alba illa in conformitatibus S. Francisci depicta.

Sicli quinque, Num. 3. v. 46.

Signa amoris Christi: ob eum enim se vulnerari passus est.

Sustentaculo serpentis ænei similis, Num. 21.

Specula amoris & solatii.

Sigilla amoris divini.

Thesaurarium omnium bonorum cœlestium.

Venenum morti fuerunt. Non enim vitam sed mortem in Christo occiderunt: Uti Aug. tom. 8. col. 597. b.

Vas præbentia colorem, quo deletum est chirographum, Coloss. 2. v. 16.

Vincula, quæ nos Deo adstringunt.

§.152. Fontes salutis, quos 1. Amor aperuit. 2. Bonitas redundare facit in omnes peccatores, 1. Tim. 1. 3. Semper aperti, nisi incredulitate illos claudamus. Fontes etiam consolationis. Abyssus amoris.

Rupes, ad quam confugere possumus.

Nundinæ spirituales, in cruce nobis expositæ. August. tom. 10. col. 880. d.

§.153. In vulneribus Christi patet 1. Dei misericordia. Pro nobis enim vulneratus Christus. 2. Justitia, quæ patet in vulnerato, Levit. 6. v. 30. Exod. 30, 10. Vulneratus, ut nostræ preces exaudirentur, Num. 18, 16. Quinque siclis primitiæ hominum & immunda animalia liberabantur: sic quinque vulneribus liberati sumus.

Sex sunt vulnera: duo in manibus: duo in pedibus: unum in capite per coronam spineam: unum in latere. Hæc sunt spiritualia peccatorum asyla & sex quidem, Exod. 21, 12.

Vulnera Christi sunt locus tutissimus, in quo remanere possumus, & insidias infernalis Sauli effugere. 1. Sam. 24, 1. Ascendit David & habitavit in locis tutissimis. Locus tutissimus tua sunt, Christe, vulnera.

Sunt signa, quibus hæc hostia signata est: olim gentes bovem mactandum sigillo signabant, de quo Plutarchus de Iside, & ex eo Zwing. 62. a. Ægyptii.

Vulnera hæc osculanda. Olim Constantinus osculatus est effossos episcoporum oculos & cicatrices in Concilio Nicæno. Nicephor. lib. 8. c. 25. Socrat. libr. 1. cap. 9. Concil. tom. 1. fol. 347. D. 1. & Theodoret. lib. 1. cap. 3. histor. Eccles.

Aqua ex latere.

§.154. Triplex Christi aqua 1. Lacrymarum super Jerusalem &c. Luc. 19. Heb. 4, 7. 2. Sudoris sanguinei, Luc. 22, 44. (seu ut alii; Lavacr. pedum discipulorum, Johan. 13.) 3. Ex latere crucifixi, Joh. 19, 35. Aug. tom. 10. col. 1368. c. Ita omnes pii Christiani debent habere (1) aquam compassionis: In morte enim Lazari flevit Dominus, Joh. 11. v. 34. (2) aquam pœnitentiæ, quæ per sudorem sanguineum indicatur. (3) aquam refectionis & beneficentiæ, quemadmodum Christi

Christi aquâ ex latere ipsius profluente spiritualiter refecti sumus.

Huc spectant etiam fletus in cruce & lacrymæ Christi salubres. Ingemiscit Christus ob materiam miseriæ universalem in genere humano, Hebr. 2, 4. ob peccatorum turpitudinem & dedecus. Si autem magnificamus aquas florum aut herbarum, quia nonnullis vulneribus medentur: cur non magnifaciamus lacrymas Christi, quæ abluunt animæ sordes ejusque ulcera curant?

Sanguis Christi est

§. 155. Abyssus bonitatis Christi, miserationis, ex illo profluens.

Aqua vera expiationis, Num. 8, 7. Confer 1. Johan. 1, 7.

Aurum, quo nos servi emti sumus. Chrysost. hom. 45. in Johan. non corruptibile illud, 1. Petr. 1.

Character divini amoris, quem nobis Christus insculpsit.

Didrachma pro animabus nostris Exod. 30. solutum.

Diluvium, quo Satan mersus, homo ablutus est.

Fluvius Paradisi, abstergens maculas peccatorum.

Κειμήλιον optimum, Levit. 6, 27.

Λύτρον redemtionis nostræ. Ambrof. tom. 3. Epist. 3. Effusio sanguinis ad altare, notat peccatorum nostrorum remissionem.

Oleum unctionis, Exod. 30, 23. Vid. Schelham.

Sanguine hœdino præfiguratus, Lev. 4, 24. 25. Levit. 14, 6. Sanguis ovis aquâ mixtus fuit: Veræ ovis (Joh. 1, 29.) sanguis propriâ aquâ mixtus fluxit.

Brugis Flandrorum ostendunt partem sanguinis Christi: sed ipse Cassander incertitudinis traditionem fol. 261. oper. arguit.

Sanguis Christi dicitur 1. Petr. 1, 19. pretiosus, (1) quia est Dei sanguis, Act. 20, 28. (2) quia sanguis sanctificatus à Spiritu Sancto, Luc. 1. (3) ab effectu, redimit enim nos à peccato.

Sanguis Christi à lepra peccati purgat, non sanguis puerorum, quo lepræ mederi suæ nixus est Constantinus Magnus apud Nicephor. non miscendus cum lacte Mariæ, sed unicè in remedium peccati adhibendus. Solus enim, non lac Mariæ, mundat nos ab omni peccato, 1. Joh. 1. v. 7.

Nos redemit: Christi enim sanguine redemti. Herodii Castelli incolæ arcem inexpugnabilem dederunt Romanis, ut unum suum civem Eleazarum captum à Romanis liberarent, Joseph. lib. 7. c. 25. bell. jud.

Sanguis Christi extinguit incendium iræ Dei: Sicuti Crossæ in Marca Brandeb. 1478. incendium sanguine vitulino extinctum est. Andr. Angelus Strutiomont. in Chron. Brandeb. lib. 3. p. 248. Kornm. p. 68. theatri naturæ; quanto magis Christi sanguis extinguet flammas iræ Dei?

Satanas à nobis avulsus fuit. Polypus (piscis) ita fortiter adhæret rei, cui se applicat, ut ab ea divelli nequeat, nisi oleo interfuso: Nobis adhærebat Diabolus, tantaque nos aviditate complectebatur, ut avelli non posset, donec Deus sanguinem filii sui velut misericordiæ oleum infunderet.

Ædificat Ecclesiam. Sicut ex latere Adami dormientis Eva ædificata est. Augustinus tom. 8. col. 1212. d.

Dotat Ecclesiam. Sanguis Christi dos nostra est. Augúst. tom. 9. col. 1138. d.

Refrigerat æstum peccatorum: Ut malogranata Exod. 28. in fimbria vestis summi Pontificis.

Dat mel & oleum, ceu petra divulsa, ex Psalm. 105, 41. & aquas, æstum conscientiæ, Psalm. 32. refrigerantes. Vide August. Tom. 10. col. 769.

Lavat suas Christus vestes (nostras scilicet) in sanguine uvæ, Genes. 49, 11. nostras maledictiones, Num. 5, 23.

Excipiendus Christi sanguis linteamine mundi cordis. Cypriani jamjam passuri sanguini excipiendo linteamina fideles substernebant. Baron. tom. 2. fol. 611.

Mors Christi est

§. 156. Verè purpurea, tingens nos purpurâ sanguinis sui, 1. Joh. 1, v. 7. Olim Ethnicus dixit: Purpuream animam vomere. Nos dicimus, Christum sanguinem purpureum effudisse.

Theriace contra peccatum facta ex morte contra mortem. Augustinus tomo 10. col. 1205. b. c.

Somnus Adami. t. 8. col. 1482. a.

Mors mortis. Nam mors in cruce mortua est. Aug. t. 10. col. 508. a.

Amarum poculum, quod bibit medicus, ne timeret ægrotus. Aug. t. 8 col. 1100. b.

Conserva corporum nostrorum. Ægyptii soliti sunt suis cadaveribus æreas imagunculas addere, conservandi ea gratia: Christi mors vitam nostram conservat, & vitam nobis reddet.

Instar grani sinapis Matt. 13, 31. quod 1. exiguum est opinione hominum. 2. abjectum & contemtum. 3. Crevit tamen in immensam arborem justitiæ. Rami ejus moræ sunt & habitaculo omnibus ad eam fugientibus: sic Domini mors exigua visa est Matt. 27. abjecta Esa. 53. & tamen pretium facta est redemtionis, 1. Tim. 2.

Charitatis paternæ reflexio. Sol, cum est in occidente, radios resplendentes remittit: Christus occumbens in occidente mortis, resplendere facit & suum & Patris amorem, Roman. 5.

§. 157. *Eam sciens subiit* lubensq; Eph. 5. Tradidit seipsum, Joh 2, 19. c. 10, 18. c. 15, 13. Codrus rex in pugnam iturus, cum oraculum consuluisset, uter esset victurus exercitus? Respondit oraculum: Cujus rex ipse mortem oppeteret in prælio. Id cum rescivisset hostis Codri, jussit voce præconis, ne quis regi Codro manus inferret. Itaque Codrus regium habitum mutavit, & occisus pro salute & victoria suorum interfectus est sciens volensque. Sic Christus simi-

similiter habitu inventus ut homo Philipp.2,7. pro nobis occidi voluit, ut æternum nobis victoriam 1.Corinth.15, 57. impetraret, Esai. 53, vers. 10.

§. 158. *Pro omnibus.* Sicut Sol splendens non secus unumquodq; corpus illuminat, quàm totum hæmisphærium: sic pro omnibus Christus passus est, 2.Cor.5, 14. Confer Aug.lib.20. c.4. de Civ. Dei, & lib. 4. c. 4. contra Julian.

Præfigurata in morte primogenitorum Ægypti Exod.12,5. 1.Cor.15. In morte Aaronis Numer.20,25. (1) Montem Golgatha ascendit Christus. (2) Nudatus est vestibus. (3) In oculis & Judæorum & gentilium. In serpente illo æneo Aug. tom. 9. col. 112. a.

Immerita fuit, Aug. tom. 8. col.448. a. Pro impiis enim Christus mortuus. August. tom. 10. col. 504. a.

Satisfactoria & meritoria, quam negavit Petrus Abelardus; hunc refutat Bernhard. Epist. 187. ad 190.

Est peccatum amuletum. Vide Niceph. Choniat. lib.3.cap.40. Thesaur.

§. 159. *Gloriosa* requies fuit. Non enim post mortem Christi omnia cum eo (quod rebus aliàs humanis evenire solet) interciderunt: quin potiùs gloria & laus Christi mundum implerunt. Chrysostom. c. gentiles, quòd Christus sit Deus.

Lugenda. Ut David mortem Abneri 2. Samuel.3.31. seq. & Jonathanis 2.Sam.1,18. Christus cœlestis Jonathan à Patre nobis datus est, Joh.16. pro nostris peccatis occubuit, Rom.4, v. ult. In excelso montis Calvariæ & crucis excelsissimus Princeps.

Suavissima. 1. Ob capitis inclinationem, ad osculum pacis. 2. brachiorum extensionem, ad receptionem nostri. 3. lateris apertionem, ad sanguinis effusionem. 4. clavorum infixionem, ad memoriam passionis. 5. corporis denudationem, ad ingenuam confessionem. 6. crucis portationem, in pœnæ exemplum. 7. coronæ impositionem, ad significandam nostram gloriam.

§. 160. *Gravissima* & mirabilissima: Nam 1. filius Dei dilectissimus traditur in mortem acerbissimam. 2. Dominus est gloriæ: & tamen contumeliosissimè tractatur. 3. Fortissimus Heros crucifigitur. 4. DEUS æternis cruciatibus subjicitur. 5. Innocentissimus agnus mactatur. 6. Corpus innocentissimum affligitur. 7. Manus benedictionem impertientes clavis affiguntur; & pedes, qui semper viam pacis & justitiam calcarunt: Os gratiosissimum pugnis contunditur & expallescit: Caput venerandum spinis coronatur: Cor sincerum per vulnera ostenditur: Sanguis justissimus pro injustissimis funditur: Oculi lucidissimi quàm sunt obscurati! quantis lacrymis fluxerunt! 8. Dominus pro servis; justus pro injustis; sanctissimus pro malitiosissimis; creator pro creatura; Deus mundi pro perditis; benedictus pro maledictis; beatus pro damnati; vita pro mortuis; agnus pro hœdis; humilis pro servis; obedientissimus pro inobedientissimis traditus est in mortem; conf. Aug. t. 8. col. 497. b. Mortuus est mortis interfector; magis in illo mors mortua est, quàm ipse in morte.

Major immolatione Isaaci, 1. ratione personæ: In hac homo Abraham; in illa Deus. 2. Hîc hominis filius; illic Dei filius. 3. Hîc immolatio non est perfecta; illic facta est.

§. 161. *Hostia est* 1. sufficientissima Hebr. 10. 2. Una non multæ, ut in V.T. 3. semel oblata: In V.T. semper offerendæ. 4. Ipsum corpus erat: in V.T. exemplaria solùm &c. Chrysost. homil. 17. ad Ebr.

Notanda & observanda. Anima fidelis cum Rutha Ruth. 1. observet locum, in quo Christus cœlestis Boas dormit, hoc est, moritur: id est, Christi mortem jugiter meditetur, ut somnus mortis Christi fiat dulcis animæ requies.

§. 162. *Placat nos Deo*, Roman. 5, 10. 11. 1. Corinth. 15. vers. 3. 4.

Exprimit nobis Dei amorem, Rom. 5, 8.

Baptisat & renovat nos, Rom.6. v.3. ut peccato moriamur, ibidem v. 5. per Spir. sanctum Deo vivamus, morte CHRISTI nobis partum.

Illuminat oculos nostros, ne lumen in morte amittant. August. tom. 10. col. 905. b.

Sanat & liberat 1. non à morte temporali, ut Israëlitæ Numer.21. olim. 2. non à serpente corporali. 3. non ab uno ictu, sed innumeris vulneribus. 4. non per oculum corporis, sed fidei & animæ. 5. non per æs suspensum; sed ipsum met Christi corpus. Vide Chrysost. hom. 26. in Johan.

Satanam expulit. Rex terrenus civitatem aliquam ab hoste recuperaturus, eam obsidione cingit, mœnia destruit, castra hostium lædit. At sine ulla nostri læsione Satanam subjugavit Christus.

Terret leonem infernalem. Africani incursu leonum vexati, crucifixos leones portis suis affigebant, hisque incursuri terrebantur. Textor, column. 70. officinæ. Crucifixum leonem in porta cordis tui affige, & fugiet Satan.

Frustra Diabolus post devictam mortem gloriatur. Applica illud 1. Maccab. 12. v. 53.54. Corruptio & peccatum sublata sunt, nam myrrha in cruce potatus peccatum abstulit: Myrrha unctus corruptionem sustulit.

Mortem gloriosè vicit: sicut tres viri camino ignis sine ulla læsione, & Jonas ventre ceti egressi sunt. Chrysostom. in 1. ad Corinth. homil. 4.

Lethali morte mortem prostravit. Christo enim mortuo, mortui morti erepti revixerunt. Hoc est illud Apostoli, Coloss. 2. Exspolians principatus &c.

Antidotum desperationis est mors Christi. Vide Ambros. in c. 5. ad Roman.

Plinius lib. 8 c. 2. describit pugnam Draconis & Elephanti: ille spiris totum corpus Eleph. circumplectens, omnem ebibit sanguinem Elephanti, quo concidente in terram,

ram, Draco ipſe perit oppreſſus: ſic Chriſti mors &c.

Differt mors Chriſti à morte martyrum. Nam hi 1. Senſum iræ Dei ob hominum omnium peccata non ſunt experti. Contrà Chriſtus. 2. Chriſtus ob peccata noſtra paſſus: Martyres ob confeſſionem nominis Chriſti. 3. Chriſtus inexplicabiles dolores ſenſit, Pſal. 40. Non ita Martyres. 4. Chriſtus voluntariè acceſſit ad mortem: Sancti non ita. 5. Chriſti crux eſt archetypus: noſtra ſolùm veſtigia ſunt, 1. Petr. 2. 6. Chriſti mors eſt Expiatio & λύτρον: Juſtorum mors teſtimonium. 7. Hi per Chriſti ſanguinem vincunt, Apoc. 12. Chriſtus propria virtute mortem devicit. 8. Chriſtus ſine ullo peccato mortuus: Pii ut peccatores moriuntur, etſi fide in JESUM Chriſtum abſolvantur.

§. 163. *Miracula circa Paſſionem Chriſti.*

Eclipſis ſeu Solis defectus ſignificabat 1. Solem juſtitiæ Chriſtum deficere, Malach. 4. vſ. 2. 2. Velle hunc novam lucem lunæ, hoc eſt, Eccleſiæ ſuæ communicare. 3. Tres horæ eclipſeos notant tridui ſpatium in ſepulchro. 4. Generalis fuit, ut pro omnibus hominibus Chriſtus pati ſignificaretur.

Tenebræ ortæ v. Exod. 10, 21. Sic redemturus nos Dominus tenebras induxit.

Veli ſciſſio ſignificat 1. Synagogæ nuditatem omnibus fore conſpicuam. Auguſt. tom. 10. col. 848. c. 2. gratiæ N. T. revelationem. Idem tom. 8. col. 1653. b. c. & ſacrificiorum, quæ omnia in Chriſto completa ſunt. Auguſt. tom. 8. col. 772. c. & myſteriorum, tom. 10. col. 187. b. 3. Claram gloriæ Chriſti revelationem, Auguſt. t. 8. col. 662. a. 4. Cordium obdurationem. Non enim ſciderāt corda ſua Phariſæi & Judæi.

§. 164. *Sepultura Chriſti*

Præfigurata in ſanguine ſubtus terram occultanda, Levit. 17, 13.

Comparatur fugæ Davidis in ſpeluncam Pſalm. 47. Auguſtin. tom. 8. colum. 556. d. & ſequentib.

Adami ſomno. Idem tom. col. 560. B.

Altari terreo.

Cuſtoditioni domus Davidis, è Pſalm. 59, 1. Auguſt. tom. 8. col. 583. d.

Votis Patriarcharum in Canaan ſepeliri volentium.

Abjectioni veſtium, Levit. 6. v. 11.

Involutioni candelabri, Num. 4. v. 9.

Lignis Cedrinis. Vide Schelham. pag. 780. Bibl. fundgr.

Tritici grano commiſſo terræ, Auguſt. t. 8. col. 608.

Eſt lectus Chriſti. Aug. tom. 10. col. 892. c.

Sedat iram Dei. Applica Baronii Epitomatorem Aurelium pagina 96. ad annum Chriſti 102.

Chriſtus in morte fuit ut leo in ſomno. Leo apertis oculis dormit. Chriſtus in ſepulchro apertum divinitatis oculum habuit. Bejerl. part. 1. p. 613.

§. 165. Modicum Joh. 16, 16. 1. de triduo, quo in ſepulchro fuit. Alcvin. Thomas. 2. de hora mortis & reſurrectionis. Chryſ. Cyrill. Theophyl. Eutym. 3. de morte & reſurrectione Chriſti. 4. Tempus ab aſcenſione uſq; ad judicium, ſic alibi. Joh. 13, 33. c. 14, 19. c. 12, 35. & c. 16, 20. 21. 22. 23. 2. Pet. 3, 8. 1. Cor. 7, 29. 1. Joh. 2. v. 15. Joh. 14, 3.

Chriſtus ſepultus in noſtro velut ſepulchro interfectus eſt, alleg. Zwing. 49. a. & 6. cap.

Ad tumulum Talæi Amaſii & Herculis olim fidem mutuam ſanxerunt amantes. Nos ad Chriſti amantis & ſepulti tumulum charitatem mutuam ſanciamus. Zwing. 52. a.

Cleopatra ſic fecit tumulo Antonii, fol. 99. Zwing. a. ib. Servi manumiſſi præcedebant funus Domini ſui apud Rom. qui manumiſerant (applica ad Chriſtū) Zwing. 99. a. Dominor.

Aridæus duos an. conſumſit in operum apparatu, ac tandem corpus defuncti Alexandri Babylone Alexandriam curru aureo deportavit. Diodor. Siculus.

Novum ſepulchrum. Sicut in puro utero Mariæ conceptus eſt. Auguſt. t. 10. col. 891. b. novus de virgine homo in novo ſepulchro. tom. 9. col. 1125. c. conf. tom. 10. col. 891.

Sit cor noſtrum Chriſti ſepulchrum, in quo quieſcat.

Cauſa procreans Joſephus. V. Aug. tom. 10. col. 890. a. b. c. d.

Obſignatio ſepulchri ſignificat Chriſtum in cordibus noſtris per Spiritum S. obſignari.

Cuſtodes corrupti. V. Aug. t. 9. col. 583. d. qui applicat hiſtoriam de Saule cuſtodiente domum Davidis, col. 584. a. b.

Aut vigilantes prohibere debuerūt, aut dormierūt & geſta neſciverūt. Aug. t. 8. col. 676. a.

Similia Paſſionis. §. 166.

Eſt ſimilis ſolſtitio: Nam Chriſtus ut ſol in cruce habuit ſolſtitium. Sicut calor ſolis confortatur in locis ſuppoſitis duobus punctis vel gradibus ſolſtitialibus, in quibus ſol ob recurvationē Zodiaci quaſi ſtare videtur. Sic verus Sol juſtitiæ in paſſione ſtetit immobilis. Et hæc Chriſti manſio fuit in duobus ſolſtitiis, quia ejus affixio dupliciter facta eſt, ſcilicet ex parte ſuperiore in manibus, & ex parte inferiori in pedibus, quæ manſio Chriſti in cruce in nobis calorem amoris debet excitare & accendere, ita ut anima noſtra liqueſcat in lacrymis.

Similis eſt ænei ſerpentis exaltationi, quæ fuit Chriſti typus Num. 21, 8. Nam æneus ſerpens notat 1. corporis Chriſti ſoliditatē à morte non victi, Pſ. 16, 10. 2. Eſt typus Chriſti ob miraculi evidentiam: dicit enim Rabbi Joſeph, quod percuſſi à ſerpentibus, ſi ęs inſpiciāt, moriantur. Contra hic ſalvantur, Galat. 3. v. 13. maledictus benedicit. 3. ob Sacramentorum ſignificationem, quæ itidem ſanant ex inſtitutione, ut ſerpens ille, ſi vera fides accedat.

Fructus & effectus paſſionis Chriſti.

V. Eſa. 53, 4. 5. Gen. 3, 15. Num. 21, 8. Pſal. 22. & 69, 6. Eſa. 43, 24. Jer. 33, 15. Matt. 20, 28. c. 26, 38. Joh. 3, 14. 1. Pet. 2, 21.

Cauſare ſalutem noſtrā. I. Per modum meriti. Chriſtus namq; caput eccleſiæ datum eſt, ut ab eo omnis gratia in membra deflueret. Joh. 17. Clarificatus ſum in eis.

II. Sa-

§.167. II. Satisfactionis, non dedit argentum sed sanguinem proprium, quo offensam humani generis luit, ostendendo superabundantem charitatem, dum justissimus pro injustissimis moreretur, vitam Dei & hominis pro nudo homine ponendo, pro omnibus generaliter patiendo & magnitudinem doloris sufferendo. Psal.69. Exsolvi quæ non rapui. 1.Johan.2. Ipse est propitiatio &c. Conf.Es.53. Colos.2,14.

III. Redemtionis. Redemit nos 1. à servitute peccati Joh.8. cujus reatus ablatus est Rom.8, 1.seq. 2.ab imperio mortis Heb.2,9. ab execratione legis Gal.3. Herodii Castelli incolæ arcem inexpugnabilem dederunt Romanis, ut unum suum civem Eleazarum captum à Romanis liberarent. Joseph.lib.7. c.27. bell.jud.

IV. Sacrificii. Verè enim sacrificium fuit Christus, in honorem & odorem Deo oblatum. Eph.5. Tradidit seipsum &c.

§.168. *Patiendo amorem suum demonstravit.* Christus cruore vestem charitatis depexuit, non de pilis animalium, non de interioribꝰ vermium, sed de interioribus viscerum suorum, idqve cum apertione lateris amorem cordis patefecit. Nihil difficilius, quam seipsum vincere: quid enim carius homini seipso? ita nulla Dei major victoria, nulla major amoris significatio, quæ humanam infirmitatem inducens seipsum sibi subjecit & obediens factus, qui solus omnibus imperavit.

§.169. *Sponsam sibi fecit ecclesiam.* Regnerus Noreaagranus Thoræ nuptias ambiens serpentes duos Thoræ lecto insidiantes interfecit & sic nuptiis potitus est. Zwinger.76. a.

Christi justitia passiva est calix ille, qui gravis est ad nostra peccata deprimenda (p. 447. Titii Exempel-buch Titul Eigene Wercke/) si ad lanceam divini judicii expendantur. De libra Cæsaris Henrici, cujus peccata, cum præponderassent in lancea, (à Satana apportata moriente Henrico) S. Laurentius ingentem calicem attulit, quem Cæsar templo S. Laurentii consecraverat, qui deinde præponderavit & anima in cœlum evolavit. Certè Christi calix passionis Deo Patri consecratus Ephes. 5. omnia peccata nostra deprimit & animas nostras liberat.

Remisit omnia peccata, Col.1,14. Hadrian. Imperator viginti & duas myriadas auri cum dimidia pop. Rom. remisit syngraphis in foro combustis. Baron.Tom.5. ann.n.15. Zwinger. f.245.b. Theatr.

Infernum clausit. Romæ patuit quondam magna caverna eructans halitum exitialem, consultis Diis responsum est, non esse claudendam, nisi in eam dejiceretur res omnium charissima, quare frustra projectis gemmis tandem M. Curtius, considerans nihil præstare animi virtute, equo adscenso in cavernam insiliit eamque clausit. Sic Christus in mortem descendens infernum clausit.

§.170. *Morte sua mortem destruxit.* Refert Isidorus, inter Crocodilum & serpentem naturalē inimicitiam esse. Ut autem serpens dictus Enhydros Crocodilum interficiat, in herbas, quas illa devorat, se abscondit, absorpto sic serpente viscera ejus rodit & per foramen à se factum egreditur: sic Christus serpens Johann.3. vs.41. inimicitiam naturalem habuit cum morte; nam quia ipse vita est, se intra mortalitatem nostram occultavit, in qua morti obnoxii sumus, atque ita mortis viscera perforavit.

Hostibus suis nocuit. Samson moriens inimicos suos ruina ædificii necavit, Jud.16.vers.30. Dominus mori dignatus, toto mundo concusso Dæmonem extinxit.

§.171. *Solvit opera Diaboli* oracula muta reddendo. Bar.tom.2.f.3.n.30. V. sup. tit. *Consequentia nativitatem.* Christus in carne sua passus, Job. 40,20. An extrahere poteris Leviathan? Christus divinitatis suæ hamo Draconem expiscatus est & extraxit, & potestatem illius sustulit, Col.2,14.2.Tim.1.Esther.7,9. Haman in arbore pependit ipsius, quam Mardochæo curaverat: Ita Satan in cruce damnatus suspensus est deleto Chirographo, Col.2.v.14.& 15.

Liberati sumus ex spirituali Ægypto. 1. Pharao Satan est, nos persequens, Luc.22.1.Pet.5,8. Apoc.12. 2. Opera lutea sunt peccata. 3. Miracula plurima à Christo facta præcesserunt. 4. Equus & ascensor, hoc est, omnes nostri hostes submersi sunt. 5. Mare rubrum est judicium DEI, quod tranavimus remigio fidei Christi sanguinem apprehendentis, Rom.3,23. 1.Joh.1,7. Hebr.9.

Facta est in Patriam regressio. Sicut homicidæ licebat regredi in patriam mortuo summo pontifice, Josuæ 20, 6. Sic Christo Pontifice Hebr.7,17. Psalm.110,4. mortuo redimus in cœlum, quo homicidæ excideramus, Rom. 5. vers.12.

Collecti in unam cum Judæis Ecclesiam, Ephes.2,14. & vivificati absorpta morte, Heb. 2, vers.14.

Christi passionis effecta: 1. Dæmonum debilitatio. 2. Inferni spoliatio. 3. Nostri informatio, 1.Petr.4. 4 Excitatio ad pugnam spiritualem. 5. ad dilectionem. 6. Pacis reductio. 7. Armatio contra mundum. 8. Sanatio vulnerum mentis. 9. Nostræ crucis edulcoratio, Exod.15.vers.10. Nostri obumbratio sub cruce Domini. 11. A culpa revocatio, Esa.53. 12. Illuminatio.

Opposita Passioni sunt

§.172. I. Error Marcionitarum & Manichæorum, verè Christum passum esse inficiantium.

II. Socinianorum. Christi satisfactionem.

III. Missaticorum Sacrificulorum.

IV. Justitiariorum, opera, indulgentias, satisfactiones & flagellationes proprias Christi passioni admiscentium.

V. Eorum, qui theatricè solum Christi passionem repræsentant, ut homines ad commiserationem excitentur.

§.173. *Officium nostrum circa Christi passionem & crucifixionem,* (Confer Gul. Perkins. Tom. I. Oper. Theol. col.1080.1081. seq.)

Meditanda Christi passio. Memoria a. Christi passionis non sit execratoria, sed sancta & proficua.

ficua. Sit Gymnasium Orationis: oravit enim Christus impensè, Hebr. 5. vers. 7. & ut nos in doloribus constitutos orare doceret. Speculum amoris Christi erga nos. Myrothecium consolationis: pro nobis enim passus est. Incentivum patientiæ & humilitatis. Thesaurarium vividæ consolationis, eò quod pro nostris peccatis Christus sit mortuus. Vide Policarium fol. 4. sequentib. in speculo Consolatorio, vernaculâ linguâ è scriptis concinnato. Meditemur etiam 1. Iræ DEI magnitudinem adversus peccata. 2. Bonitatis DEI multitudinem, Roman. 5. & 8. 3. Filii DEI humilitatem, Psalm. 8. Philipp. 2. Esai. 53. Matth. 11. 4. Peccati turpitudinem, quia filium DEI cruci affixit, Galat. 3. 5. Crucis Christi sequendæ piis impositam necessitatem, Matth. 16. 6. Mortificandæ carnis debitum ac gratitudinem, 2. Cor. 5.

§. 174. Decimâ lunâ agnus immolandus, decimâ quartâ præ oculis habendus erat, ejusque balatus audiendus, ut jugiter recordarentur Israëlitæ, se ex Ægypto eductos esse: Sic nos memoriam Christi crucifixi semper conservemus. Hæc sunt aromata illa sacra, lacrymæ Christi, suspiria, charitas: conjiciantur hæc in mortarium cordis, confringantur meditatione, conterantur; prodibit odor fragrantissimus. Exod. 30. Sume tibi aromata, &c. Vid. Num. 28, 2.

Levit. 14, 6. Cedrinum lignum à vermibus non consumitur: sic nec mortis Christi memoria. Josuæ 2. Rahab funiculum rubeum in fenestra; nos passionis Christi funem in corde reponamus.

Urias noluit vacare delitiis, arcâ Domini sub Papilionibus morante, 2. Samuel. 11. Pudeat hoc tempore in delitiis vivere, quo Christus vera arca fœderis sub dio patitur. Sis Rebecca, descende camelo voluptatum, & obvia tuo Isaaco, Genes. 2. vers. 4.

Die passionis omnia sibi mutuo delicta condonabant olim Christiani, August. tom. 10. col. 524. c.

Templum olim erat portatile, Exod. 26. Christus sit illud templum, quod in corde nostro gerere debemus, jugiter illius recordando.

Cassander Antipatri filius suspicioni expositus Alexandro, defectionis causa, expalluit, quoties ejus faciem vidit, Zwing. 95. b. à statuis: Sic expallescamus ob peccata, quoties imaginem crucifixi intuemur.

§. 175. Solebant Athenienses fortium civium memoriam defunctorum in diario adscribere, res gestas recitare coram civium corona, & certamina, quæ ἐπιτάφικα dicebantur, celebranda à juvenibus curare. Camerar. cap. 3. part. 1. hor. subcis. Cur non & nos deprædicaremus Christi passi fortitudinem? Artemisia Cariæ regina viri defuncti cinerem paulatim ebibit præ amore ejus: Ita vir spiritualis Christus est: ejus cinerem, hoc est, passionem & mortem semper bibere, hoc est, memori mente recolere debemus. Zwing. 48. b. Artemisia. De hac recolitione etiam Euseb hom. 2. de symbolo.

Excitet in nobis pœnitentiam Passio Christi. §. 176. Sicut enim olim animal ad tabernaculum adducebatur, cui manus imponens reus suas, peccata fatebatur: sic & nos hostiæ Christi manus peccatrices injiciamus, inque hac absolvi desideremus.

Et contritionem. Ut enim acerba Christo fuit passio: Sic nobis peccata sint acerba, cogitantibus, Christum non pro se, sed pro nobis passum esse.

Et novam obedientiam. Si enim pro me Christus passus est, omnino Christo vivere volo, pro me mortuo, 2. Cor. 5. 1. Pet. 4. v. 1. Christus suam carnem pressit ad mortem; ut & nos veterem Adamum subigamus. Goliatho caro nostra est assimilis, compescenda omnino est, Psalm. 119. v. 37. Proverb. 4. v. 23. Job. 31, 1.

Non simus sine devotione, non mortui. Dolet mulier, si peperit mortuum infantem, quòd dolores tot frustra insumti sint: Sic Christus dolet, si nos in morte peccatorum maneamus & abortivi fiamus, nec ejus passionem devotè consideremus, & maximam injuriam tot CHRISTI tormentis inferamus. §. 177.

Vaccæ rufæ cineres custodiendi erant Numer. 19, 9. in loco puro. Hic est cor hominis pii, quod debet immune esse & purum à concupiscentiis carnalibus, Galat. 5, 24. cap. 6. v. 14.

Humilitatem discere, ut hunc Davidem, qui pro nobis in exilium velut pulsus est, sequamur, ut vestigia profundissimæ humilitatis legamus.

Fugit enim David & miserabili facie, 2. Samuel. 15. Facilè hoc ad Christi passionem applicaveris.

Mori velle: Strenui ducis officium permovendi suos fugam capessentes ad revertendum. Ejus magnanimitas, quam tum declarabit, si ab equo desiliet, vexillum arripiet, fugientesque sic vel simili modo alloquetur: Mihi gloriosum est, ô milites! mortem obire, &c. sic Christus. §. 178.

Milites nuncio accepto de morte Cæsaris sui Othonis, sibi ipsis manus intulerunt, & mutuis sese armis confecerunt, Zwing. 46. b.

Sylla bellum gerens cùm Archelao, Mithridate Duce, Romanos suos fugientes commovit, ut reversi alacriter in adversarios impetu facto eos in fugam compulerint, Polyæn. L. 8.

Descensus Christi ad inferos. §. 179.

Verè Christum Patres in limbo visitasse, docent Pontificii. Leonh. de Utino serm. 46. Bellarm. de Christo.

Diabolum ejecit, Exod. 33. v. 2. angelus.

Ejus caput contrivit, Genes. 3, 16.

Oves perditas quæsivit & damnatos libera-

beravit. Aug. tom. 19. col. 900. b. c. & Spiritus infernales trepidare fecit. Idem tom. 10. col. 899. b. & col. 900. a. b.

Portas abstulit, ut Simson.

Ut Salamandra ignem veneni sui frigiditate extinguit: sic Christus infernum.

Joseph in lacu Christum in inferno præsignificavit, ex sententia Augustin. tom. 10. col. 766. b.

§. 180. *Resurrectio Christi*

Verè facta 1. Ab expressis scripturæ testimoniis, Matth. 28. v. 1. &c. 2. Ab impletis typis variis olim hanc resurrectionem præfigurantibus: ut Isaacus patri redditus, Genes. 22. Joseph è carcere eductus, Gen. 41. Radix Aaronis viruit, Numer. 17. Adam è somno excitatus, Genes. 1. vers. 21. Samson securè egressus, Judic. 16. Jonas vivus ex pisce, Jonæ 2, 11. Gen. 3, 15. Semen mulieris, &c. Psal. 16, 10. Non relinques animam meam in inferno. Esa. 25. mortem. Esa. 53, 10. Os. 6, 2.

§. 181. *Quo tempore anni?*

Verno scilicet, quo omnia reflorescere incipiunt. Et quidem eo die, quo Israel transiit per mare rubrum, Exod. 14, 22.

§. 182. *Quando?*

Tertia die resurrexit. Nam 1. die Veneris ante solis occasum, trihorio ferè, terræ mandatus est. Secundus dies ab hac vespera incepit, durans ad vesperam sabbathi. Vespera verò post sabbathum ad mane diei sequentis fuit tertius dies. D. Chemnitius in Postillis.

§. 183. *Cur triduo in sepulchro mansit?*

1. Ut typos impleret. 2. Verè se mortuum esse ostenderet. 3. Morte sua se expiasse mundum probaret. 4. Se primitias resurgentium omnium factum esse demonstraret. 5. Quiesceret suo sabbatho, qui ante satis laborabat pro genere humano, Esa. 53. vers. 6. Nostrum in sepulchro sabbathum sanctificaret & in æternum nos sabbathum introduceret, Hebr. 4. Psalm. 95. Apocal. 14.

§. 184. *Causa Resurrectionis*

Pater, Eph. 1, 20. Coloss. 2. v. 12.

Ipsa vis filii & divinitas ejus, Johann. 10. v. 18. Roman. 1. v. 14. à qua non excluditur humanitas.

Spiritus Sanctus, Rom. 8, 11.

§. 185. *Quorsum terræ motus?*

Ut 1. lapis revolveretur, non ob Christum, sed mulieres. 2. Prophetia Haggæi cap. 2. impleretur: Commovebo cœlum & terram. &c. 3. Satan vinceretur, Christo reluctans, ut Chemnit. in Postill. existimat, festo Paschæ. 4. Majestas Christi significaretur, Ps. 68. terram moventis.

Chrysostom. in 2. ad Corinth. homil. 26. hinc maximè Christi resurrectionem argui indicat, quod mortuus homo talia non possit præstare, quæ Christus hodie præstat in verbo.

Resurrectio Christi jugiter meditanda, 2. Tim. 2. Joh. 19. utinam scribantur in libro, &c. Et mox sequitur: Scio, quod redemtor meus vivit, &c. Hanc fidem insculpere debemus cordibus nostris Paschali meditatione.

§. 186. *Christus in medio discipulorum.*

In medio Concilii à Johanne XXII. instituti adfuit horrendus bufo, anno Domini 1411. Nicol. Clemang. Paris. Theol. Wolffius centur. XV. lectione memorabilium. Non miremur! Papam impio comite gavisum funesta forma. Perterrefactis discipulis lux omnis solatii felicissimè apparuit.

§. 187. *Ostendit vulnera, & pacem precatus est.* (De pace Christi vide Basilium in Psalm. 33.)

1. Corporis, ut sanaret & vulnera cordis. August. tom. 10. col. 920. b. Idem tom. 10. col. 1450. b.

2. Ut veritatem resurrectionis probaret, de qua nonnulli subdubitabant, Matth. 28.

3. Thomam convinceret incredulitati deditum, Joh. XX. non nisi oculis & tactui crediturum. Condescendit ad infirmitatem oviculæ pastor ille sincero corde quærens oviculam.

4. Dubitationes in corde nostro amoveret, Aug. tom. 8. col. 945. a.

5. Signa solatii ostenderet & victoriæ & justitiæ, per mortem & resurrectionem partæ. Vid. Ludolph. de Saxon. part. 2. capit. 78. fol. 732. Luther. in Postill. Eccles. & Beinharti thesaurum cordis vernaculum.

6. Ut se ostenderet præliatorem & triumphatorem.

7. Ut insignia monstraret. Vulnera fuerunt insignia, quibus redemti sumus. Sicut reges, qui milites post prælia nobilitant, è rebus gestis icones sumere assolent: Ita Christus vulnera sua retinuit, triumphi sui, nostræ verò salutis insignia.

Sicut milites suis vulneribus triumphant, & in iis potissimum rebus gloriantur, in quibus eorum vis maximè eminuit: Sic Christus vulnera sua retinuit, tanquam tropæa, eaque vel ut cœlo intulit: terrâ discipulis ostendit, Luc. 24. Vulnera non sunt gregarii militis, sed summi ducis & amantissimi sponsi. Sunt hæc vulnera splendidæ margaritæ, è quibus lucet splendor amoris Christi: Sunt insignia obedientiæ, Philipp. 2. sicut Reges sua habent insignia, aquilas, leones, gryphos.

§. 188. *Apparitio Christi.*

Consolantis amicos mœstos. Aristippus tristes amicos sic compellavit: Ego veni, non ut ad vestros dolores meum addam, sed ut vobis

bis omnem mœrorem adimam. Ælianus lib. 7. var. histor. Johann. 20. Venit Christus ad discipulos 1. ad tollendam disparitatem: apparuerat mulieribus, Petro, Emaunticis; nunc reliquis. 2. ad confirmandam fidem. 3. pellendum timorem, nec crediderant mulieribus, nunciis, Luc. 24.

§. 189. *Discipuli Emauntici*

De Christo collocuti. Vide Aug. tom. 10. col. 905. b. d.

Ecce tertia dies: Tertio demum die apparuit columna nubis & ignis: Sic Christus vera columna tertia demum luce redivivus apparuit.

§. 190. *Forma peregrini apparuit*

Luc. 24. ut doceret 1. Se ut peregrinum in mundum venisse, nec à suis receptum esse; Johann. 1. Sui eum non receperunt: in stabulum rejectum esse, Luc. 2. pauperie instar peregrini pressum fuisse, Matt. 8.

2. Figuram implevisse Genes. 18. olim in forma peregrini ac hospitis Abrahamo apparuit: Vere se esse peregrinum illum Samaritam, nos liberantem, Luc. c. 10.

3. Nolle se nobiscum agere in claritate suâ, nobis importabili, Actor. 9. Sed sub forma peregrini ac nube, ut olim Exod. 14. subque ænigmate.

4. Significare voluit, se in cruce nobis fieri peregrinum, ac alienum opus facere, Esa. 28. ita ut se derelictum esse queratur, Esa. 29. Jud. 6. Ps. 77. Esa. 64.

5. Se regno suæ gratiæ minimè adstrictum esse uni loco, sed, instar peregrini, modo has modo illas terras visitare.

6. Regni sui incolas in hoc mundo esse hospites ac peregrinos, Psal. 39. Ebr. 13.

§. 191. *Prædicavit resurgens*

Psalm. 22. Narrabo nomen tuum, &c. Quomodo?

1. Apparendo & prædicando mulierculis.

2. Duobus discipulis, Luc. 24. scripturas eis aperiendo.

3. Discipulis undecim Joh. 20. & cum eis conversando humillimè, suavissimè.

5. Mittendo Apostolos in universum mundum, Matt. 28. Coloss. 1, 23. Rom. 10.

6. Conjungendo Ecclesiam Judaicam & gentilitiam.

7. Ante resurrectionem quoque manifestavit nomen Patris, Joh. 17. & prædicavit. Johan. 16. Quæcunque audivi à Patre meo, nota vobis feci.

Fratribus. Quibus? Vid. infra. Tit. Frater.

§. 192. *Conversatus*

Christus cum discipulis per 40. dies, ut

1. Eosdem de veritate suæ resurrectionis confirmaret, Marc. 10. v. 11. 12. 13. sat incredulos, Luc. 24. v. 11. 37. 38. seq.

2. De mysteriis regni Dei instrueret, Act. 1. v. 1. 2. 3.

3. Dispersas oves recolligeret.

4. Spem faceret de solita humanitate sua erga discipulos, quam illâ conversatione magis magisque adauxit & firmavit.

§. 193. *Articulus resurrectionis*

1. Incredibilis muudo, 1. Cor. 1.

2. Necessarius scitu, 1. Cor. 15.

3. Compendium & summa omnium beneficiorum Christi.

4. Solatii omnis penuarium, 1. Corinth. 15.

Alias morti & resurrectioni Christi tota salus nostra adscribitur Rom. 3, 24. cap. 5. v. 16. Eph. 1, 7. Rom. 10, 7 Sunt enim hæc beneficia indivisa & communia.

Quomodo? Christus resurrexit

1. Velociter.

2. Socialiter.

3. Congruenter.

4. Fructuosè, Rom. 4.

§. 194. *Christus resurrectione sua*

Probat se bonum esse regem, pro salute populi sui depræliatum. Aug. tom. 10. col. 902. a. Longè sublimior Codro illo Ahemensium duce, qui se pro patriæ salute sub habitu vulgaris militis morti devovit.

Debellavit hostes, Deut. 2. v. 10. 15. debellati sunt Enakim: infernales Enakim Christus exspoliavit Coloss. 2. v. 15. & triumphum de eis egit.

Alcon vir Cretensis adeò peritus fuit artis sagittas jaculandi, ut Draconem, qui filium ejus eripuerat, jamque avolare intenderat, in aëre sagittis transfixerit, & filium liberavit. Sic (1) Dracon Satan est. V. Loc. de Angelis in Promt. Alleg. (2) Abstulerat nos rapidis unguibus ob peccatum, Hebr. 2, 14. (3) Christus verò sagittis mortis & passionis suæ eum transfixit, Coloss. 2, 15. Joh 16, 11 Princeps mundi judicatus. (4) Nosque miseros liberavit. Luc. 1, 71. Liberavit nos de manu, &c. & vitæ æternæ possessionem nobis acquisivit.

Ut Moses Josuam vocavit, qui cum hostibus pugnaret, Exod. 17. Sic Christus ad prælium vocatus, infernales Amalekitas vicit. Augustin. tom. 10. col. 796. c.

§. 195. *Transitum nobis fecit*, Joh. 5, 24 2. Tim. 1 v. 10. à morte ad vitam. Aug. tom. 10, col. 932. c. Manè gaudium oriri nobis fecit, Psal. 30. Aug. t. 8 col. 600. d.

Et multum fructum tulit Numer 17. ut virga Aaronis multum fructum tulit: Sic Christus virga Jesse Romanor. 4. v. ultim. Ut granum illud sinapis 1. opinione hominum parvum, 2. sepultum mortuumque. 3. crevit in immensum. 4. latum, in quo volucres cœli quieverunt: Volucres sunt duo populi gentes & Judæi.

§. 196. *Seras inferni & repagula sustulit*, divinus ille Samson Judic. 16. media nocte invitis hostibus surgens, Matt. 27, 64. & portas inferni ac mortis, i. e. omnem utriusque potentiam destruens, 1. Corinth. 15. v. 55. verè ut cœlestis

Sol exoriens: tenebras mortis emergens, Psalmo 16.

Pastor redivivus oves quæsivit. August. tom. 8. col. 1119. b. Quas quæris? Discipulos dispersos, fideles perterrefactos, omnes metu mortis consternatos. Nos omnes, ad vitam æternam spirantes.

Ut sponsus redemit nos fideli suo sanguine; Exod. 4. v. 24.

§. 197. *Mediator unus factus est*, quod elegantissimè explicat Augustin. tomo 8. colum. 1546. d. his verbis, in Psalmum centesimum tricesimum sextum: In magna ista (ait Augustinus) separatione missus est mediator. Non poteras ad Deū homo, Deus factus est homo, ut quoniam homo potes ad hominem, qui non posses ad Deum, per hominem venires ad Deum? & factus est mediator Dei & hominum, homo JESUS CHRISTUS. Sed si homo solùm esset, hoc sequendo quod es, nunquam pervenires, &c. Ergo Dominus in medio eorum, Ezech. 34. Augustinus tom. 9. col. 1088. b.

§. 198. *Ob justificationem nostram* excitatus est, Roman. 4. vers. ultim. 1. Objectivè: Credendo enim Christum resurrexisse, credimus in eum, quod omnia bona nobis promeritus sit. 2. Typicè: ut & nos sic moriamur delictis, & ad novam vitam resurgamus. 3. Causativè. quod resurgendo nobis promeritus sit justitiam. 4. Completivè: nam resurgendo mortem devicit Christus, vitam restituit, & colophonem quasi suis meritis imposuit in terra exantlatis. 5. Collativè, ut resurgens Christus merito & efficacia suâ nos justificaret: Manens enim in sepulchro neminem potest justificare.

§. 199. *Triumphum suum publicavit.* Die tertio auditæ sunt tubæ, visa fulgura, clangor tubæ & fulmina audita, Exod. 19. Sic milites & alii perterrefacti, terræ motu commoti, redivivum Christum unà cum mortuis resurgentibus senserunt.

§. 200. *Magnum se præbuit.* Parvus erat Christus in ortu, stabulo, statu, deserto, cruce: Magnus tandem & gloriosus extitit in resurrectione, ut sol novus in Oriente, ante densa humiliationis nube obductus. Philip. 2. Exinanivit seipsum, &c. Hebr. 2. derelictus à Deo. Psalm. 22. vermis, non homo. Esa. 53. despectissimus virorum. Jam vero Dominus omnium, Actorum 10. Potestatem universæ carnis habens, Johan. 17. Dominus ad gloriam Patris, Philip. 2.

§. 201. *Usus doctrinæ de resurrectione Christi:*

1. Demonstratur Christus esse verus & promissus Messias. Huic enim soli competit resurrectio.
2. Confirmatur fides nostra de resurrectione corporum nostrorum, 1. Cor. 15.
3. Obsignatur nostra justitia, Romanor. 4. v. ultim.
4. Gaudium conscientiis nostris creatur.
5. Meditemur vices Christi, qui prius miserabilis afflictus, post gloriosus à resurrectione extitit.
6. Vitæ æternæ gaudia scrutemur, Job. 19, 25. 2. Tim. 2. v. 8.
7. Mortem resurrecturi spernamus.
8. Dona pauperibus distribuamus. Sicut Ludovicus XI. Gallorum rex, auditâ Caroli Burgundiæ ducis, hostis sui infensissimi, morte, 150. pondo argenti in abacum dare jussit.

Tempore Paschæ maximè lætandum. §. 202.

Ob subjugatum hostem spiritualem. Olim Nerone mortuo populus Romanus lætus & pileatus per totam urbem discurrebat, in signum libertatis. Sueton. in Nerone. Diabolo à Christo victo, infernali Nerone, libertas nobis & lætitia reddita est. Devictus & occisus infernalis Haman, qui nostræ saluti insidias struxerat nullâ hominum vi Psal. 49. declinandas. Has Christus dissipavit, salutem nobis reddidit. Ergo lætemur.

P. Chrysologus sermon. 8. Timeat Judæus, qui tradidit; Pilatus, qui addixit; miles, qui crucifixit, &c. Vos autem gaudere convenit, non timere, quia resurrexit, quem credebatis mortuum: vivit, quem lugebatis occisum.

Ob nuncium bonum de Satana victo. Olim boni nuncii coronati adventabant apud Græcos, & cives coronati incedebant. Zwing. fol. 83. a. §. ex Tyrann. Accipiamus & nos coronas gratiarum actionis & lætitiæ spiritualis Philip. 4. vers. 4. hoc festo, & Christi nuncios libenter audiamus, Actor. 10.

Accepto nuncio de Carthagine eversâ, Romæ mutuò gratulationes factæ fuerunt, convivia instituta, supplicationes ad aras factæ, actæ Diis gratiæ, quod urbs nata in odium populi Romani deleta esset: Ita ob devastatum Satanæ regnum simus læti, quod natum erat in nostram perniciem: gratulemur victori Christo: gaudeamus nobis liberatis: supplicationes instituamus è Psalm. 118. Hosianna filio David, & charitatem erga proximum inopem exerceamus.

Christus verè agnus Paschalis. §. 203.

1 Tempore. Vespere immolabantur, Exod. 12. Sic Christus venit vesperâ seculorum, Galat. 4, 4. postquam venit plenitudo. In plenilunio die 14. lunæ oblatus est agnus, sic Christi passio illuminat homines.

2. Effectu. Pæsach enim significat transitum: Sic Christus Pascha nostrum transitum nobis fecit à morte ad vitam. August. Tomo 10. colum. 932. c. ab exterminatore liberati.

3. Causis. Tota multitudo Israelitarum immolavit agnum: Sic omnes Judæi Pilatum rogaverunt, ut Christum crucifigeret. Circumcisi

cum cisi solùm comedebant: Soli baptisati de S. Eucharistia participant.

4. Objecto. Agnus purus, mansuetus, patiens Christus fuit: Assus in dilectione: Masculus ob fortitudinem: Anniculus ob ætatis florem: Fœdus, quia Christus quasi inter peccatores reputatus est, Esa. 53, 12.

5. Participationis modo. Israelitæ in typo: Nos in eucharistia verè reddimur participes. *Tinguntur* hoc sanguine postes cordium nostrorum. Roman. 10, 10. Corde creditur ad justitiam, &c. *Totus* agnus comedendus: tota Ecclesiæ doctrina de Christo accuratè imbibenda. Cum panibus azymis: sic eucharistia cum animi puritate sumenda. *Comedendus* agnus in multis domibus: in multis ecclesiis unus Christus sumitur (assumit unus, sumunt mille: Quantum isti, tantum ille, nec sumtus absumitur.) *Particula* ejus domo non efferenda: Sic Eucharistia non nisi Christianis (cæteris paribus) communicanda.

6. Aliis accidentibus. Os non confractum est agno: Christi fortitudo infracta mansit & mortem superavit. *Renes* accingendi, id est, concupiscentia carnalis refrenanda est. *Baculus* notat nos viatores esse: patriam esse cœlum: S. cœnam viaticum esse. Chrysostom. libr. de Sacerdot. *Calcei* significant, nos Christo cibatos gradi debere per omnes difficultates vitæ hujus, inoffenso pede.

§. 204. *Christi Exaltatio & ascensio*

Verè & majestaticè facta est, sine ulla corporis glorificati læsione. Æsculapium medicum in cœlum ascendisse, sed fulmine percussum, Justinus Martyr in Apolog. refert è scriptis Ethnicorum. Medicus noster Christus cœlos conscendens, fulmine suæ passionis peccatum, mortem, infernum disjecit & percussit.

Propria virtute & vi, non ascititia, sicut Enoch & Elias; non ministerio angeli, ut Philippus Diacon. Actorum 8. de quo plus infra.

Multis fuit scandalosa. Sicut futura Josephi exaltatio displicuit fratribus, Genes. 37. v. 10. Sic Judæi in Christo exaltato offensi sunt, sua culpa tamen.

§. 205. *Quando facta?*

Ascendit die quadragesimo post resurrectionem, tempore pomeridiano, ut è circumstantiis Marc. 16. colligitur. Putant nonnulli circa tertiam pomeridianam. Clemens lib. 5. Constit. Itaque non mox ascendit, ob I. *resurrectionis* suæ probationem, Act. 1. cap. 10. 1. Cor. 15. II. *Spei informationem.* Non enim statim coelum ingressus est, ut nos moram ac desiderium patriæ coelestis ferre doceret. Roman. 8. Expectamus in patientia. III. Discipulorum consolationem.

§. 206. *Terminus ad quem*

Est communis: nempe cœlum, Marc. 16. v. 19. Heb. 9, 24. proprius autem est ipsa DEI dextera; ad patrem, Johan. 20, 17. cap. 14, 12. Dan. 7, 13. Johan. 16, 28. dexteram Dei, 1. Pet. 3. v. 22. De cœlo Empyræo supremo Scholastici Dd. Mich. Bajus lib. 1. c. 246. instit. Catech. Bernhard. & Roset. Vide Alphæum Valesian. in appendice suo ad librum I. Brentii contra Bullinger.

Comites ascensionis. §. 207.

1. Etsi nullos memorent Evangelistæ: colligunt tamen pii quidam, eos, qui cum Christo surrexerunt, cum eodem in cœlum ascendisse.

2. Angelos verò præstò fuisse, nemini potest esse dubium. Ut enim Christo nato, tentato, passo adfuerunt, quis neget, eosdem triumphanti præstò adfuisse?

Quomodo & quo processu? §. 208.

I. Eduxit suos discipulos in Bethaniam, Luc. 24, 50. numero 120. Actorum 1. & ex monte oliveti ascendit Dominus. Cur verò ex monte? (α) Mons oliveti viderat Dominum sudantem, Luc. 22, 39. Sic videat triumphantem. (β) Docet Dominus, ad cœlestia adspiranda esse, Coloss. 3, 1. (γ) Velle Deum loca nostræ afflictionis commutare in loca gaudii. Bethania vita nostra est: Ex hac liberabimur, olim cum Christo triumphaturi.

II. Benedixit eis elevatis manibus, Luc. 24. v. 51. ut doceret 1. se esse verum Deum, à quo omne bonum & donum, Jacob. 1. 2. Verè summum Ecclesiæ pontificem, qui solus benedicere possit, in Epist. ad Hebr. 3. Verè bonum esse, dona discipulis & Ecclesiæ largientem. 4. Typos Patriarcharum impleret, qui solebant suis benedicere, Genes. 48. 5. Ostenderet, se interpellare jugiter pro Ecclesia. Illa enim manuum elevatio orationis gestus est, Exod. 17.

III. Elevatus est in cœlum. Nubes non fuit vehiculum, sed majestatis divinæ indicium, ut prædictum Daniel. 7, 14. Psalm. 104. Ponis nubem ascensum tuum. Amovit Christum oculis discipulorum.

IV. Ascendit igitur Dominus 1. *Potenter*, nempe propria vi. 2. *Patenter*: In oculis discipulorum. 3. *Decenter* cum duabus turmis angelorum & hominum.

Ascendit Christus ob plurimas causas. §. 209.

Ut corpus suum sciliced cœlo inferret, idque ad dexteram DEI eveheret, 1. Petri 3.

Deitatem ostenderet, Ephes. 4. vers. 9. 10. Psalm. 56. Exaltare super cœlos DEUS: Christus super omnes ascendit, Ephes. 4. versiculo decimo. Veram igitur Deitatem probavit. Augustinus tomo 10. column. 1576. c. d.

Exaltaretur, antea humiliatus ad inferiora terræ, Ephes. 4.

Plane hâc ascensione Diabolum vicit, & summa ignominia affecit, elisis Satanæ technis omnibus, quibus aliàs ille conspurcare ausus fuit Christum. Conceptioni Christi adulterii; Nativitati violatæ virginitatis maculam affricare studuit: Nati Christi cunas sanguine infantum conspersit, Matth. 2. eorum cædem procuravit: Baptisatum tentavit: cum Judæis conversatum, ac locutum iis blasphemavit: Blandè conversantem calumniis petiit: Miraculosè sanantem lapidibus obruere voluit: Latronem ei præferre fecit, inter duos latrones crucifigi: sepultum sigillo claudit: redivivum calumnia supprimit, ac si furto sublatus esset. Quid erat Satan, quod ascendenti opponere potuisti? Nihil. Succubuit igitur tantæ gloriæ, victus, confusus. Vid. Chrysost. hom. 3. de ascensione. Solus Apelles impudico ore dixit: Christum corpus suum dimisisse, non cœlis intulisse. Epiphan. hæres. 44. Refutatur facilè, quod totum, ut profectum in cœlos, Christi refert Lucas: Sic totum & cum corpore reversurum esse Angeli dicant, Act. 1, 11.

Exciderat jam Satan de cœlo Lucæ 10. Christus victor Satanæ meritò cœlum iterum occupat, Act. 3, 21.

Legatus expedito munere ad legantem revertitur: Sic Christus & filius & legatus DEI, Joh. 16.

Semetipsum dedicavit ceu caput & fundamentum nostrum. Augustin. tom. 8. col. 1152. d.

§. 210. Cœlum aperuit nobis clausum. Joh. cap. 16. expedit vobis ut vadam: Propterea viam ad cœlum ostendit, Hebr. 10, 19. 20. cap. 6, 20. Solus enim sanctuarium cœli ingredi potuit. Id præfiguratum in Aarone, Num. 4, 19. cujus & filii ingrediebantur: Sic & nos cœlum ingressuri sumus, ceu filii spirituales Christi. Johan. 1. dedit potestatem &c. Ut aquila humilia deserens alta petit: Sic Christus terram reliquit, cœlos ascendit: Ascendamus & nos cum eo, ut ibi cor nostrum sit, ubi est thesaurus noster, Col. 3. Matth. 6.

Aqua tam altè ascendit, quàm profundè descenderat: Si descendisti per peccata, ascende per fidem & pœnitentiam: noli terræ affixus esse, sed cœlo insiste, ibi politeuma tuum est. Conf. Philip. 3.

Locum paravit. Joh. 14. Vado vobis parare locum.

Eramus enim à Deo sejuncti, Gen. 3. Nubi se involverat Dominus, Thren. 3, 43. Muro velut separati ab eo, Esa. 59, 2. Immunditia segregati, Apocal. 21, 7. Christus verò proximos DEO fecit, & clavibus cœlum reseravit, Apocal. 3, 7. Conf. Ephes. 1. hæreditatem &c.

Pro nobis orat, Rom. 8. Heb. 7. 1. Joh. 2. Verum se esse Pontificem declarat, qui pro nobis intercedit, Hebr. 9, 24. 1. Joh. 2, 1. Conf. Exod. 28. 9. 10. seq.

Omnia implet, Eph. 4. omnibus potenter imperat, Marc. 16. v. ult. Ps. 110.

Spiritum S. demisit, Actorum 2. Johan. 7. & 16.

§. 211. Ecclesiam collegit (ideo in altum est reversus, Augustin. tom. 9. colum. 1113. d.) & defendit, sedens ad dexteram Patris, Marc. 16. vers. ult. Sicut nubes semper operuit tabernaculum, Num. 9. v. 15.

Suos consolatur subditos. Est enim ascensio Christi nostræ carnis & arrhæ in regnum cœleste impositio. Augustin. tom. 10. colum. 979. d. Confer. tom. 9. colum. 704. d. 705. a.

Donaiis largitur, Ephes. 4. Psalm. 68. Ut Petrus deinde pro Christo moreretur, quem ante abnegaverat. Augustinus tom. 9. colum. 1114. a.

En donum fortitudinis à Spiritu fortitudinis profectum! Ut Dominum suum confiteretur in orbe, quem ante negaverat in urbe; & mundi theatro, quem non confessus in palatio.

Spem eorum confirmat. Ascendisti in altum Christe, ut fieres spes mea, qui in terra desperabam, & me resurrecturum esse non credebam, August. tom. 8. col. 1011. d. Lege ibi ulterius.

§. 212. Portas, id est potentiam, inferni fregit: ille enim est Simson de mane surgens inque montis cacumen ascendens. Augustin. tom. 8. colum. 830. b. c.

Captivam duxit captivitatem Ps. 68. id est hostes nostros nos velut captivos abducere volentes. De abductis quoque triumphavit Coloss. 2, 14. 15.

Significat, se quoque Dominum aëris & cœlorum esse ascendendo, qui in vita se Dominum maris & terræ ostenderat, ambulans super aquas, terram: Jam ut Jehova ambulat super pennas ventorum, Psalm. 18. & nubes ipsas, Psalm. 104.

§. 213. Triumphum suum in cœlos intulit, quam morte pepererat, Ose. 13. Leo sermon. 2. de ascensione. Triumphum victoriæ, quem à mortuis reportarat, inferre debebat & cœlis. Confer Augustinum tomo 10. colum. 976. a.

Regnum suum non esse de hoc mundo innuit Joh. 19.

Exercere vult fidem nostram, quâ ad ipsum feramur, Joh. 14, 1.

Firmare spem nostram, Coloss. 3. v. 1. 2.

Incendere desiderium veniendi ad eum, Apoc. 22. v. ult. Philipp. 3.

Vult docere, se æqualem esse cum patre: ascendit enim ad Patrem, ut omnia efficeret sicut pater.

§. 214. Jubilus circa ascensionem, & exaltatio Christi per eam.

Psalm. 68. Dominus ascendit cum Jubilo. Triplex autem ille est: 1. Angelorum de hominum reparatione per Christum facta, & Regis sui exaltatione. 2. Apostolorum, de Spiritus S. missione; gentium conversione; Christi,

quem prædicarunt, glorificatione. 3. Fidelium, de redemtione & Angelorum associatione. Exaltatus v. est Christus 1. *in terra* per vitæ meritum. 2. *super terram* per crucis suspendium. 3. *super cœlos*, per ascensionis jubilum. Triumphum veterum huc applicat D. Major in Epistol. die Ascens. Domini.

§. 215. *Ascensio Christi & Enochi ut & Eliæ*

Plurimum dispares. (1) Hi homines ψιλοὶ: Christus Deus & Homo, Psalm. 68. (2) Hi non viderunt mortem, sed vivi in cœlum rapti: At Christus à morte resurgens, eam vincens. (3) Enoch & Elias in cœlum solùm: sed Christus ita in cœlum profectus est, ut ad dexteram Patris consederit. (4) Aliena illi virtute subjecti sunt: At Christus propriâ, non eguit igneo curru, 2. Reg. 2, 11. (5) Nihil aliis promeriti sunt, cœlum non aperuerunt aliis: at Christus hæc omnia præstitit, dona dedit. Elias nudum pallium dedit: at Christus non solùm pallium & vestes, sed & seipsum nobis dat, corpus & sanguinem suum in S. Cœna. Si miraris dantem, si rimaris modum, cave offendiculum incredulitatis, ad quod increduli Capernaitæ impegerunt, Johan. 6. (6) Impetravit dona Elisæo Elias; At Christus omnem nobis offert plenitudinem, Johan. 1. (7) Elias ut hæres, sic & Enoch ex gratia; At Christus ascendit, ut Dominus gloriæ, in gloria, ad gloriam Dei Patris, Philipp. 3. Vide Chrysost. sermon. 2. de Ascensione.

Mariæ ascensionem fuisse digniorem ascensione, Petrum Damianum Orat. de ascensione dixisse refert D. Rivet. p. 716. ad qu. 57. Catechismi controv.

§. 216. *Officium nostrum circa ascensionem.*

Ascendamus spiritualiter & moraliter:

I. Puri corde. Qui enim graves sunt mole impuritatis, non ascendunt. At qui sunt mundi corde, in montem Domini ascendunt, Psalm. 15. peccatis vero graves in profundum, ut lapis, descendunt, Exod. 15. V. infra Mundus.

II. Ferventes charitate; Hac enim ascendimus. Benè Augustinus: Amor meus pondus meum; eò feror, quocunque feror: hâc in Deum ferimur, ut cum eo unus spiritus fiamus, 1. Cor. 3. Hæc Deum mentibus nostris imprimit. Gradus verò hujus charitatis vid. Tit. Charitas.

III. Præditi humilitate. Qui enim se humiliant, altiùs ascendunt. Humiliamus verò nos oratione, pœnitentiâ, subjectione, quam suo exemplo Christus expressit Phil. 2. Matth. 11. discite à me &c.

IV. Verâ bonitate.

V. Bonitas, ejusque gradus tres, vide sis Augustinum in Psalm. 85. 122. 126. sermon. 175. de tempore. Eund. cap. 53. Enchirid. & libr. 1. cap. 15. de doctrina Christiana libr. 4. cap. 4. Bernh. serm. 4. de ascens. Leo sermon. 2. de ead.

Lætemur. Victoriâ Christi ascendentis majori lætitia affici nos fas est, quàm Romanus populus ob victum à consulibus Metaurum Hasdrubalem. Vide Zwinger. fol. 84. col. b. cum de consul. supplicatio in triduum accreta.

Sessio & Regnum Christi §. 217.

De quo Psalm. 20, 10. & 45, 1. 5. 12. 15. 16. & 61, 7. & 99, 4. Cant. 1, 4. 12. Esa. 6, 5. cap. 32, 1. & 33, 17. Jerem. 23, 5. Matt. 25. 34. 40. Luc. 19, 38. cap. 23, 2. Actor. 17, 17. Regum, Apocal. 17, 14. cap. 19, 16. cap. 1, 5. filiæ Sionis, Zachar. 9. v. 9. Matt. 21, 5. Psalm. 2, 6. Johan. 12, 15. Israelis seu Judæorum, Matt. 2, 2. cap. 27, 11. 29. 37. 42. Marc. 15, 2. 9. 12. 18. 26. Luc. 23, 3. 37. 38 Joh. 1, 49. cap. 12, 13. cap. 18, 33. 37. 39. cap. 19, 3. 12. 14. 19. 21. Conf. Jer. 30, 9. Ezech. 37, 22. 24. Os. 3, 5. Justitiæ & pacis, Hebr. 7, 12.

Sedere ad dextram nihil est aliud, quàm regnare, 1. Corinth. 15.

Gloriosum verò est regnum hoc, Esa. 6. verè enim quoque Christus est sanctus ille sanctorum,

Altissimum. Est enim super omnes alios Reges terræ: inque omnium populorum regna diffusum, de quo pulchrè Tertullian. libr. adv. Judæos cap. 7. 8. nullis tamen militum cohortibus vel legionibus stipatum, quibus olim Romanum imperium indigebat. Tertull. d. l.

Clarissimum. Sic enim regnat, ut nos regni subditi Deum cernere possimus, quem antea cernere non poteramus; quod non nemo sic exponit: Si quis rem aliquam in sublimi loco sitam videre, aut cognoscere cupit, in altum elevetur necessum est, &c. Sic nos Christus in humeros velut suos suscepit incarnatione & naturæ nostræ assumtione. Es. 9. Dominatus ejus super humerum ejus.

Mirabile est hoc regnum, significatum per gemmas, Exod. 39. v. 10.

Perpetuum & æternum solum est, Num. 24, 18. 19. 20. 24. Psalm. 72. Daniel. 2. cap. 7. versic. 14. 15.

Immobile, pereuntibus regnis mundi omnibus, Luther. præfat. in Ezech. Daniel. 2. versic. 4.

Bonis plenissimum omnibus, gratiâ Dei, justitiâ, remissione peccatorum, lætitiâ in Spiritu sancto, Rom. 14.

Significatum fuit hoc regnum per coronam, quæ altare thymiamatis cinxit, Exod. 30, 3. Corona enim regni est indicium.

Regnum Christi est triplex: I. Potentiæ. §. 218.

Huc spectant phrases: *dominari* in medio inimicorum: *oculis ignitis* hostes terrere: (Attilas oculorum scintillis hostes suos terrere potuit, Nicol. Olaus de Attila: Multò magis oculis igneis suis Christus hostes terret, quandocunque vult) *Confringere* sicut vasa. Aug. t. 8. colum. 583. a. Psalm. 2. Ut vasa figuli confringes eos: *Defendere* suos & omnia his malefacta sibi imputare. Calcasti me, dicit caput:

Vulnerasti me, dicit caput, Augustin. tom. 8. colum. 1616. c. d. *Dimicare* contra omnes potestates infernales, Jos. 10, 2. 3. 6. 7. 8. 9.

§. 219. *Sine Christo rege omnia infelicia.*

Num. 14, 44. 45. Cum arca non comitaretur Israelitas, protinus cæsi sunt ab inimicis suis: Ita etiam, si Christus absit à nobis, omnia erunt infelicia, & hostes nostri facilè de nobis triumphabunt. At si nobis adest, nemo nocebit, quia eripuit nos à potestate tenebrarum, Col. 1, 13. Es. 49. Zach. 9, 11. Luc. 11, 21.

Convertit se ad nos, Cantic. 1, 12. Matth. 18. *In medio.* Matth. 28. Ecce ego vobiscum sum. Noster Rex est 1. non alienus, 2. non terrestris, 3. humilis, 4. non Tyrannus, 5. defendens nos ab hostibus, Diabolo, mundo, peccato.

§. 220. *Regnum Christi est latissimum.*

Quia omnia occupat; atque hoc omnino futurum esse, ipsi olim Gentiles præviderunt, teste Lampridio in Alexandro. Vide Baron. Tom. 2, fol. 363. n. 5. 10.

Mundo adversum.

§. 221. Nam Christi regnum est gladius rescindens

1. Omnia, quæ cum spirituali pace pugnant.

2. Mundum, ut rescindantur tres funes mundi; Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, 1. Johan. 2, 18.

3. Parentes & cognatos, Matt. 8, 10.

4. Amicos.

5. Animam ipsam, quam libenter perdere debemus, Matt. 10.

§. 222. *Diversum à mundo.*

2. Chronic. 9, 19. Sedi regiæ vel theatro nullus alius qvispiam similis erat in omnibus regnis. Verus Salomon noster cunctos post se reges longissimo intervallo relinquit.

§. 223. *Protegit suos fideles.*

Hæc protectio significata est per longas vestes Aaronis, Exod. 28.

§. 224. *Dicitur Unctus.*

Hoc enim significat nomen Christus. Unctio illa in V. T. significata 1. per libamina oleo mixta, Levit. 2. v. 1. sequent. 2. per oleum unctionis, Exod. 30, 23. 3. per unctionem lapidis, Gen. 35. v. 14. Augustin. Tom. 8. colum. 420. c. d.

§. 225. *Differt à nostra Unctione.*

Christus enim tota plenitudine Spiritus Sancti unctus est, Psalm. 45, 8. præ consortibus suis: Christiani verò guttatim & particula quasi donorum Spir. Sancti: Sicut Exod. 29. v. 8. filii Aaron tantum aliqua parte oleo sacro imbuebantur.

De hac unctione vide Aug. in tit. Ps. XXVI. elegantissimè disserentem, Tom. 8. oper. colum. 132. B.

Unctus ad Officium. §. 226.

Sicut primogeniti servati sanctificabantur Exod. 13, 12. Sic Christus primogenitus ex mortuis sanctificatus est ad officium hoc subeundum & perficiendum.

II. Regnum Gratiæ. §. 227.

Quod multis modis differt à regno mundano: ratione

I. Personarum in hoc mortalium, Psal. 89. v. 49. Syr. 10. In illo immortalis Rex Christus est, Psalm. 2. v. 6. Ezech. 37, 24. Psalm. 110. v. 4. Hebr. 7, 1. 3.

II. Conservationis, quæ in regnis mundanis fit vi externa, armis, viribus: At Christi regnum autoritate, sceptro, virga, Psalm. 110. 2. Apocal. 19, 15. Esa. 11, 4. 2. Thessal. 2, 8. 2. Corinth. 10, 4.

III. Effecti. Mundana regna dant bona fugativa: Christi regnum cœlestia, nimirum justitiam, salutem, vitam æternam, Col. 1, 14. Roman. 14. Luc. 17, 21.

IV. Loci subjecti. Regna mundana suis limitibus circumscripta sunt: Christi v. regnum in toto mundo, Psalm. 72, 3. & 113. vers. 3. Matt. 28.

V. Durationis. Mundana regna suas habent periodos: At Christi regnum æternum est, Esa. 9, 7. Dan. 2, 44. c. 7, 14. Psalm. 29, 9. & 145, 3. 1. Cor. 15, 24.

Christi: quo gratiosè regnat inter suos fideles, atque omnia ad æternam eorum felicitatem accommodat. Spectant ad hoc regnum

Gladius Christi. §. 228.

Psalm. 45. v. 4. Qui Salomoni non competit: Is enim bella non gessit, sed Christus. Hic enim habet 1. gladium verbi, 2. Cor. 10. v. 3. 4. 5. Ephes. 6, 2. gladium justitiæ vindicativæ, contra tyrannos verbum ipsius persequentes, Apoc. 1, 16.

Jugum. §. 229.

Qvod est duplex. 1. Activum & imitationis, cum Christi exemplum imitamur, Matt. 11, 29. 1. Pet. 2, 21. Rom. 6, 4. Tit. 2, 12. 2. Passivum & tribulationis, Matth. 16, 24. Actor. 14, 22. 2. Tim. 3, 12.

Pascua sunt DEI verbum. §. 230.

Psalm. 23, 2. Ipse verò Christus est animarum pastor multis modis. 1. Pet. 2. v. ult. Episcopus dicitur. Huc spectant ea, quæ de officio Pastoris dicta sunt c. IX. Promt. allegor. 959. 960. 961. Sed vox græca τοῦ ἐπισκόπου, apud D. Petrum, docet

1. Christi oculum intentum in animas nostras & curam providam erga nos. Hoc enim propriè est ἐπισκέπτεσθαι καὶ ἐπίσκοπος. Plutarch. in Pericle.

2. Regimen Ecclesiæ œconomicum: ut enim in œconomia quidam episcopi sunt, qui rei penuariæ præsunt: Sic Christus in sua domo nobis prospicit de pane vitæ & alimentis ad vitam spiritualem necessariis.

3. Politicum. Ut enim olim Episcopi erant, qui terram explorabant, & cuncta ad Re-

gem

gem referebant apud Indos, referente Arrano lit. 8. hist. Svec. Ita Christus verè est ejusmodi episcopus, qui oculo omnipotentiæ suæ omnium corda intuetur, & facillimè providet, quid à quoque geratur.

4. Custodiam: Solebant enim urbium custodes Episcopi dici. Homer. Iliad. 10. Hector custos Trojæ periisse dicitur: Sic Christus est supremus animarum nostrarum custos & inspector & ecclesiæ suæ tutor.

5. Syrus adhibet vocem סעורא à Chald. & Syr. סער visitavit. Matth. 25, 36. visitastis me. Luc. 7, 16. Dominus visitavit populum suum: Sic ergo Christus visitavit animas nostras velut carcere conclusas, sive in deserto hujus mundi vagantes. *Caput est ob* I. *capitis sublimitatem*: Christus ut caput nostrum exaltatus super omnia, Ephes. 1. II. *Gratiæ influxum*. Johan. 1. Ex ejus plenitudine accepimus &c. III. *capitis conformitatem cum membris*. Heb. 2. sicut pueri, &c.

§. 231. *Fons est*

Regnum gratiæ Christi, Psalm. 68. vers. 27. 1. limpidissimus aquis gratiæ. 2. uberrimus donis Spiritus Sancti, Esa. 11. vers. 1. Ephes. 4, 3. gelidissimus in æstu conscientiæ & crucis.

§. 232. *Obscurum in fide regnum Christi.*

Psalm. 97. v. 1. 2. Nubes & caligo in circuitu ejus: Justitia & Judicium habitaculum solii ejus. 1. Intelligitur rex Christus, cujus regnum nubibus & caligini involutum est. 2. Justitia regnat in hoc regno; nam Christus ipse nobis factus est justitia, 1. Cor. 1. v. ult. Inque ipso simus justitia, quæ coram Deo valet, 2. Cor. 5, 21.

§. 233. *Christus ex officio salvat mundum.* Christi enim benignitas erga peccatores est maxima. Moses liberator fuit veteris populi, sed non sic, ut peccatores reciperet, verum ut eos severè puniret. Sic enim extendens manum suam Pharaonem cum toto exercitu submersit. Sic populo in vitulo aureo peccante tabulas legis fregit, & populum ipsum magno numero trucidavit. Josua peccatores, qui erant in terra Canaan, occidit, &c. Ast Salvator venit, ut salvet, non occidat, sed servet.

Christus ex officio benefacit omnibus. Christus omnes peccatores recipit, cujuscunque sint generis. Unde Chrysostomus: Si impius es, cogita publicanum; si immundus es, attende meretricem; si homicida es, aspice latronem; si blasphemus es, cogita Paulum prius persecutorem, postea Apostolum: prius lupum, postea pastorem: antea plumbum, postea aurum. Stapl.

§. 234. *Christus ex officio benefacit singulis.* Sicut gallina non secus sollicita ac tenera mater est, unum solum pullum ducens, quam si 10. duceret: Sic & Christus, qui se gallinæ comparat Matth. 23. non solùm omnium in genere, sed & de singulis in specie sollicitus est. Quod Paulus intellexit, quando Galat. 2. scribit: In fide Dei filii vivo, qui dilexit me.

Christus ex officio perfectionem amissam hominis restituit. Si in imaginem perfectissimam pictoris eximii macula incidit, pictor non oblinit imaginem, sed tollit instrumento maculam: Sic Christus non solum malum à nobis aufert, sed & peccati maculam tollit, & penicillo sanguinis omnem deformitatem extinguit. Christus est pacis princeps 1. Promerendo pacem. 2. Docendo eam, Ephes. 2. 3. Annunciando, Johann. 20. 4. Dirigendo, Luc. 1. pedes nostros in viam pacis per ministros.

§. 235. *Christus ira Dei subjectos omni beneficiorum genere afficit.* Sicut ros calorem temperat, in aliquibus regionibus oves pascit & impinguit, locum sterilem fœcundat, pullos albos à parentibus relictos pascit, & nocturno tempore cadens vim veneni in animantibus venenatis arcet, unde serpentes rarò pungere dicuntur, quamdiu stant inter herbas roridas: Sic ros cœlestis Christus Psal. 72, 6. nos omni beneficiorum genere afficit, nos, quamdiu sumus homines albi, i. e. mansueti, non verò per peccatum denigrati, pascit, denique item malitiam serpentis infernalis refrænat. Vid. Cornel. à Lapid. in Esa. 45, 8.

§. 236. *Interpellat & intercedit pro nobis.* Solus enim & unus est mediator, 1. Tim. 2 v. 5. qui interpellat pro nobis, Roman. 8. qui solus apud Dominum intercedere pro nobis potest, quod negatum omnibus aliis, 1. Samuel. 2, 25. Intercedit quoque juxta humanitatem, Aug. t. 8. col. 259. c. Sicut colonus ille pro arbore ficu intercessit, Luc. 13, 8. Parabolam hanc insinuat Augustin. tomo 10. col. 56. b. & quidem *Semper* intercedit, quod significatum est per juge sacrificium olim in V. T. oblatum. Conf. Augustin. tom. 10. col. 114. d.

Genes. 44, 18. Juda interpellat pro Benjamin. c. 47, 2. ducens nos ad Deum patrem.

Exod. 25, 30. In mensa semper præstò erant panes propositionis: sic Christus panis vitæ semper præsto est coram Deo Patre.

Levitic. 2. Thus impositum erat libaminibus.

Joh. 13. Christus pedes lavit: Lotio hæc pedum notat, Christum intercedendo nos subinde lavare. Aug. t. 9. col. 395. d.

Christus est brachium, quod Deus jacenti porrexit. Aug. t. 10. col. 312. b.

§. 237. *Avertit Dei iram*, sicut Genes. 22, 11. Angelus manum inhibuit Abraham, ne filium mactaret: sic Christus Angelus fœderis irati Dei manum sua interpellatione avertit.

Quia tegimur ejus pallio. Pallium hoc est Christi justitia, vestes illæ salutis, Esa. 61, 10. significatæ olim pallio holoserico summi sacerdotis, Exod. 28, 31.

§. 238 *Implevit legem* ipse pro nobis, 1. Chron. 16, 26. dum seipsum obtulit.

Christus una via salutis, sicut arca Noe unam habe-

habebat januam: Sic unica ecclefiæ janua eſt Chriſtus.

Vita 1. Creando eam in natura. 2. Regenerando in gratia. 1. Pet. 1, 3. 3. Reſuſcitando omnes ad vitam. Joh. 6. Ego reſuſcitabo.

Omnia implevit præſentiſſima gubernatione. Eph. 4. v. 10 Ut omnia impleret. Implere hoc eſt præſentiſſima operatione omnia gubernare: Sed & omnia implevit, nempe 1. Cœlum ſanctis regnantibus. 2. Terram juſtis militantibus. 3. Tartarum impœnitentibus ululantibus.

Ab Eccleſia non recedit. Sicut Joſua nunquam receſſit à tabernaculo, Exod. 33, 11. Sic Chriſtus nunquam diſcedit ab Eccleſia, ſed ei ſemper adeſt, Matth. 18. & 28. Præſentia ejus eſt cautio firmiſſima. Chryſoſt. orat. antequam iret in exilium. Hâc freti omnia mala ſuperamus. Luth. ſub finem præfat. in Apocal. De regno Chriſti vide commentatores in Pſalm. 72. D. Philippum Nicolai libr. duob. de regno Chriſti. Et inf. Tit. Regnum.

§. 239. *Ad hoc regnum referimus*

Officium Chriſti ſacerdotale & propheticum: de utroque nonnulla annotabimus. Itaque

Chriſtus eſt ſacerdos, & ara ſimul, ad quam, ſi petimus, exaudimur: Sicut olim ii, qui ad aram preces fundebant, exaudiebantur, Zvving. fol. 48. b. §. Carthag. Joh 15, 7. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, hoc dabit Vobis.

Nomina noſtra conſignans, Num. 26, 1. Sicut Eleazar populi Judaici catalogum texuit: Sic Chriſtus oves ſuas in numerato habet.

§. 240. *Docet nos*. Ideo via noſtra vocatur, quod per ejus doctrinam ceu per viam ad Deum contendamus. Eſt via ad quam imus ſpe. Joh. 14, 6. addit: Ego ſum via, veritas: per Hebraiſmum, veriſſima via & vita maximè lucens. Via tuta. Adam via erronea fuit, error fuit: non ſic Chriſtus; via enim & vita fuit ſimul.

Refocillat nos, Matt. 11. Confer Jer. 31. v. 25. nempe 1. Verbo ſuo. 2. Spiritu ſuo. 3. Sacramentis. 4. Meritis ſuis, à nobis vera fide apprehenſis.

Placat nos DEO, ut in eo juſtitiam habeamus. Niſi abund. juſtitia, Matt. 6. Chriſti gratia ſuperabundat, Rom. 5, 15. 16. Eſt verò hæc juſtitia cognitu difficilis, Oſ. 14, 10. Sed efficit multa, ut nimirum per Chriſtum intremus 1. ratione meriti Chriſti. 2. ratione mortis. 3. exempli. 4. doctrinæ ſuæ. Hæc enim omnia efficiunt, ut intrare per hunc ſacerdotem liceat.

§. 241. *Legem implet*. Ut enim lex olim imponebatur arcæ fœderis: Sic Chriſto impoſita lex eſt, ad implendam eam. Matt. 5, 17. Non veni ſolvere legem, ſed adimplere. Hoc meritum impletionis eſt lamina illa aurea Exod. 28. 38. quam olim ſacerdos in fronte geſſit. Medicus eſt noſter per 1. Jejunii diætam, Matt 4.

2. Sudorem in horto.
3 Inciſionem clavorum & lanceæ in cruce.
4. Potationem fellis & aceti.
5. Sputi emplaſtrum.
6. Euchariſtiæ electuarium, quod dedit & inſtituit diſcipulis & Chriſtianis, 1. Cor. 11.

Orat pro nobis. Roman. 8, 34. eſt ad dexteram Patris & interpellat pro nobis. Solus tamen non orat, ſed & diſcipuli orare debent. Johan. 16, 23. Solus non orat, quia etiam Spiritus Sanctus in cordibus noſtris orat, Rom. 8, 34. Conf. Heb. 7, 25. c. 9, 24.

§. 242. *Veritas eſt* 1. ob completionem omnium prophetiarum, Actor. 3, 24 c. 10, 43. Heb. 10, 1. 2. omnium promiſſionū. Vid. 2. Cor. 1, 20. 3. ob libertatis recuperationem; donat enim veram libertatem. Joh. 8. Si vos filius liberaverit, verè liberi eſtis. 4. ob umbrarum V. T. fugationem, Hebr. 10, 1. Joh. 1, 14. 17. c. 8, 32.

§. 243. *Vita* eſt: 1. Vitam ſpiritualem in nobis efficiendo, Joh. 1. c. 3, 5. 2. Nos ſanctificando Rom. 6. in novitate vitæ. 3. Glorificando. Coloſſ. 3, 1. Joh. 3, 2. 4. Ad vitam vocando, Ambroſ. c. ult. lib. de bono mortis. 5. Vitam æternam dando, Joh. 4, 26. c. 6, 35. 48.

§. 244. *Lux*. Lampades ſacræ antrorſum lucebant: Sic Chriſtus paratus eſt omnes illuminare. Joh. 1, 9. Erat vera lux, quæ illuminat omnem hominem. Venite ad me omnes, qui laboratis.

§. 245. *Oſtium*. Joh. 10, 7. (1) Ratione intromiſſionis, quia per ſolius Chriſti meritum oves eccleſiæ communionis participes fiunt. (2) Ratione Doctorum, qui oves non niſi per oſtium introducere debent. Ipſi quoque per hoc oſtium legitimè ſunt vocati. (3) Ratione ovium conſervandorum. Sunt enim oves clauſo oſtio tutæ. (4) Occluſionis in altera vita olim futuræ. Matt. 25. Oſtium clauſum eſt. (5) Communitatis. Eſt Chriſtus commune oſtium omnibus, cum Doctoribus, tum ovibus. (6) Unitatis. Unicum eſt oſtium, ſalus una, una ſalutis via, Actor. 15. v. 11. Gen. 3. v. 16. Excluduntur hic omnes ſancti & ſanctæ. (7) Præſtantiæ Pretioſum & ſplendidum erat oſtium Salomonis 1. Reg. 6. v. 31. ob materiam auri, ob formam: Longè præſtantius oſtium eſt Chriſtus, conſtans ex auro Deitatis & ligno incorruptibili humanitatis, Pſal. 16. v. penult. (8) Firmitatis: eſt oſtium firmiſſimum & turris fortiſſima eſt nomen ejus, Proverb. 18. v. 10. contra quod nil portæ inferorum, Matt. 16, 18 (9) Exornationis. Pretioſiſſimis namque virtutum gemmis ornata eſt hæc janua Chriſtus: Sapientiâ, humilitate, miſericordiâ. (10) Pendentiæ. Pendet hoc oſtium inter duos cardines: primus eſt Veritas: ſecundus Chriſti bonitas. (11) Pulſationis: Sic Chriſtus eſt janua gratiæ, ſæpius pulſanda precibus, Matt. 7, 7. (12) Humilitatis. Humile eſt oſtium demiſſo capite intrandum.

§. 246. *Noſtrum dolorem ſibi Chriſtus appropriat*. Sicut dico, pede meo preſſo ab alio, me premi; manu preſſâ, itidem me premi: Sic Chriſtus ſe pati, ſe premi affirmat, cum nos, qui membra ejus ſumus, patimur premimurque.

Nam diligit nos. Cant. 2. v. 9 Stat poſt parietem. Sicut Sponſus undiquaque domum circumambulat, ut proſpiciat per cancellos, januam, feneſtram, ſi quo pacto adamatam videre poſſit: Sic Chriſtus ſponſus eccleſiæ ſuæ obambulat, & poſt parietem humanitatis no-

strae ambulavit, intrat per fenestras aurium (Romanorum 10. 17. Fides ex auditu) & miserias nostras numerat. Non pascit nos piscis ferculis, quibus parasitos suos excruciabat olim Heliogabalus. Lamprid. in Heliogabalo.

§.247. *Et pascit melle verbi sui.* Examen apum olim in ore leonis inventum. Judic. 14. vers. 8. Christus, leo de tribu Juda, mel in ore habuit.

Aliquando tamen mors est quibusdam: Ut ex eodem flore apis mel, aranea venenum colligit: Sic Christus flos campi excellentissimus, aliis in odorem, aliis in ruinam, 2. Corinth. 2. Et sicut odor vineae florentis dulcis est hominibus, intolerabilis verò serpentibus: Sic Christus dulcis est fidelibus, amarus & intolerabilis infidelibus.

Flos campi universalissimus est: nempe, quia omnibus ad eum patet aditus. Est enim salvator omnium hominum, 1. Timoth. 4 Peccatores miseros recipit, reficitque, Matth. 11.

§.248. *Balsamum sanguinis* sui dedit nobis, quo vulnera nostra curarentur. Bernhard. sermon. 3. in nativit. Domini. Vid. Balsamum. Est autem hoc Balsamum 1. Fragrantissimum, Ephes. 5. vers. 2. 2. Afflictis mentibus suavissimum, 1. Johann. 1, 7. 3. Divinissimum, non arte hominis sed Dei & Spiritus S. virtute factum, Lucae 1. v. 36. 4. Penetrantissimum in corda peccatorum. Luc. 24. Ardebat cor nostrum. 5. Repositum in apotheca verbi, quod nobis Christi sanguinem proponit, Rom. 3, 23.

§.249. *Nostri patrocinium suscepit.* Phocion à suis reprehensus, quod improbi hominis patrocinium in judicio suscepisset, respondit: At nemo bonus hujusmodi patrocinio indiget. Sic Christus quoque aegrotorum & peccatorum est patronus, quod hi illo indigeant, Matt. 9. vers. 12.

§.250. *Virgam habet* (Esa. 11. vers. 4.) 1. ferream, ob justitiam & rectitudinem. Psalm. 2. v. 9. Reges eos in virga ferrea. Augustin. Tomo 9. colum. 662. a. 2. Virgam habet, hoc est, verbum verum, acre, percutiens (ut virga corpus) animas hominum. Hac virga usus est Matt. 23. ubi octies τὸ Vae repetiit & interminavit.

§.251. *Pacem reddidit.* Civitas, licet ab hoste obsessa sit, intus tamen pacem habet & suis praesidiis se defendit: Sic Ecclesia impetitur à multis hostibus, pacem tamen CHRISTI habet in animâ, & hac triumphat de hostibus.

Benedictionem. Nam maledictionem in benedictionem convertit. Deuter. 23. v. 5. Ut Rebecca olim benedicta Genes. 24. v. 60. Sic Ecclesia in Christo benedicitur. Nam ob hunc solum cessat omnis omnino benedictio, Gen. 9. v. 20. Gal. 3. Est haec una benedictio, quam coelestis Isaac nobis dedit. Augustin. tom. 10. col. 1494. d.

§.252. *Quà nos redemit solus* (Esa. 53. v. 5. 6.) à potestate Satanae, ut Exod. 15. Populus tuus iste. Satisfecit enim pro nobis, sicut pro Petro stateram dedit. Aug. tom 10. col. 278. b. c. Et sicut Elisaeus oleum dedit, quo vidua suum exsolvit debitum, 2. Reg. 4, 2. Aug. t. 10. col. 1047. d. 1048 a. Idem pretium redemtionis significatum est agro emto pro pecunia Judae, Matt. 27. v. 7. Aug. t. 9. col. 853. d. confer Tom. 10. col. 124. a. Hoc pretio nos emit sibi servos, Lev. 22. v. 1. & dentes inimicorum confregit, & sedes tartareas laxavit. Aug. tom. 10. col. 848 d.

Captivos solvit obsessos à Satana, Esa. 51. 4. Quae ibi de Pharaone dicta sunt, ad Satanam poteris applicare.

Vicit hostes omnes, & Satanam, Jerem. 50. v. 34. mortem temporalem, Matt. 9. Luc. 7. Johan. 11. aeternam, Esa. 49. 25. Si vis (ait Christus) occidere meos Christianos: ego te vicissim occidam, O mors! scribit Lutherus in Postill. domestic. ad Lucae 7 Evangel. de vidua Nain.

§.253. *Summè in nos beneficus fuit.* Factus enim nobis est (1) Exemplum, Johann. 13. Matt. 11. Philipp. 2. 1. Petr. 2. (2) Socius & compatiens, Hebr. 2. frater, Psalm. 22. (3) Medicus, Matth. 9. (4) Merces & spes nostra, Col. 3. (5) Charitas nostra. (6) Doctor noster, Matt. 11.

Duratio hujus meriti ad extremum usque diem, Exod. 29. v. 9. ad septimam usque diem, hoc est, ad judicium extremum, diem illum Sabbathi magnum. Sic, ut omnia per ipsum accipiamus: ut olim Ziba beneficio Davidis, 2. Sam. 16, 4.

Fructus hujus sacerdotii est odor bonae fragrantiae, Eph. 5, 2. Nam si Polycarpi corpus instar auri stetit in medio flammarum & odorem thuris spiravit: Quantò magis Christi sacrificium Deo placuit & odore fuit. Baron. t. 2. fol. 175. n. 25.

§.254. *Plenitudo* verò meriti & complacentiae hujus fluit 1. Ex personae sublimitate. 2. Meriti inde a conceptione durabilitate. 3. Charitatis summâ, quae in Christo fuit, perfectione. 4. Ejusdem perpetua & indesinenti excitatione.

III. *Regnum Gloriae.* §. 255.

Id aperuit latroni in cruce, Luc. 23, 43. Portam paradisi aperuit omnibus peccatoribus, ait August. Tom. 10. col. 898. a. Latro in cruce viam invenit in Christo. Augustin. tom. 10. columm. 864. d.

1. Sam. 5. Ut arca foederis Dagonem prostravit: Sic Christus in die judicii prosternet infernalem Dagonem cum omnibus membris suis, 1. Cor. 15. 55.

Proverb. 31, 23. Vir sedens in portis. Christus in die judicii verè sedebit in portis, ut has aliis aperiat, dicendo: Venite Matth. 25. Aliis claudat, dicendo: Abite. Augustin. tom. 10. col. 1513. a.

Deut. 2, 24. Moses & Israelitae adventu suo terrorem populis incusserunt: Quid non faciet Christus?

Aedifi-

§. 256. *Ædificator*

Ecclesiæ suæ, longè præstantior illo Bezaleele, Exod. 31. v. 2. 3.

§. 257. *Unctor*

Ps. 133, 2. Verus nempe Aaron, à quo unguentum defluit in omnia membra, Eph. 4, 8.

§. 258. *Imperator*

In corde nostro, ceu regiâ sua spirituali, Aug. tom. 8. col. 1729. c.

§. 259. *Piscator*

Nihil capiens inter Judæos: Ergo ad Gentiles se convertit, & retia Evangelii sui laxavit & plenitudinem gentium cepit, Rom. 11, 25. Act. 13, 46. vobis oportebat, &c. 1. Thess. 2. 15. 16

§. 260. *Tandem desinit.*

Aug. tom. 8. col. 1275. c. d. sicut Christus ad cœcos transiit: sic quoq; transibit tandem ad cœcos hujus mundi, & regnum gratiæ auferet.

§. 261. *Calefactor.*

Sicut sol appropinquans calorem excitat: Sic in cordibus hominum sol justitiæ calorem fidei & charitatis, & expellit frigus odii & amoris mundani, & confortat suos, eosque à somno (Rom. 13.) expergefacit.

Sanctificator.

Est enim Christus, qui ad comestionem S. Cœnæ in cœlis, nos mundavit, Luc. 22. v. 11. Apocal. 22. v. 1. 2. seq.

§. 262. *Judex.*

Actus judicis Christi est retributio, piis & impiis futura, Rom. 2. v. 5. 6. 7. 8. 10. Vid. Marul. l. 6. cap. 7. de institutione bene vivendi. Fidejussor & solutor noster, qui suam ipsius vitam pensavit, & solvit debitum nostrum (sicut olim leges Draconis debitorem, qui non erat solvendo, ipsam vitam rependere & solvere volebant.)

§. 263. *Allia nonnulla πρὸς τὴν χριςολογίαν.*

Sine Christi sanguine nulli patet aditus ad Deum. Mose, Aaron, Nadabh, 70. Seniores, prius sanguine fœderis aspersi sunt, quam Deum viderent, Exod. 24, 1. 2. 9. 10. Ita nemo ad Deum venit, nisi per Christum, ejusque sanguinem, veræ fidei penicillo nobis aspersum, 1. Petr. 1. Exod. 30, 13. Siclum sanctuarii quilibet expendere jubebatur: Sacer Christi sanguis siclus est pro nostris peccatis expositus, Matt. 20, 28. Marc. 10, 45.

§. 264. *Christus gestat nomina*

Nostra, non inscripta gemmis, ut olim summus Pontifex Exod. 28, 12. 29. Sed manibus inscripsit suis. Esa. 49. in manus meas te signavi. Joh. 10. nemo tollet oves ex manibus meis. sicut Eleazar Num. 26. vers. 1. nomina filiorum Israel numeravit.

Mediator est. §. 265.

Hinc inter Mosen & Eliam medius stetit, Aug. t. 1. col. 1551. a. Matt. 17. in monte. Præfiguratus quoque in Mose, Exod. 24. Sic solus & unus est Mediator Dei & hominum, 1. Timoth. 2. v. 5. Apoc. 5. vidi agnum stantem in medio throni, tanquam occisum. Significatur Christi intercessio vi mortis suæ. Ut Josua nunquam reliquit tabernaculum, Exod. 33. v. 11. Sic Christus nunquam cessat pro nobis orare, Rom. 8.

Sine Christo mediatore nemo potest esse tranquillo corde, nec verè orare, Lutherus Dominic. XXIV. fol. 447. b. §. Darumb kan auch.

Pastor §. 266.

Signans oviculas suas, Apocal. 2. scribam super eo nomen. Aug. tom. 9. col. 667.

Mundator. §. 267.

Qui mundat nos verâ aquâ consperſionis, ut purgemur ab Adamo primo, qui nos labe peccati infecit. Rom. 5, 12.

Docuit nos orare. §. 268.

Ut cœlestis ille Jurisperitus. Aug. Tomo 8. col. 1185. a. Docuit factis & verbis. His enim nobis loquitur, Aug. Tom. 10. colum. 1546. c. Non enim solùm Judæos docuit, sed & alios; itaque similis est Mosi oves peregrinas potanti, Exod. 2. Oves Domini fideliter ductanti, Psalm. 77. v. ult.

Misertus populi. §. 269.

Probat se eum esse, qui aurea zona misericordiæ cinctus sit, Apocal. 1. v. 13. Se esse cœlestem illum Aser, cujus panis pinguis esse dicitur, Gen. 49, 20. Hoc enim pane nos cibat, ne in via deficiamus. Panis hic est caro illius, Joh. 6. Panis quoque ille quotidianus à Christo nobis suppeditatur, nobis & laboribus nostris benedicente.

Judæos illaqueans §. 270.

In sermone est is, de quo scriptum est Psal. 58. v. 7. Dominus contrivit dentes eorum in ore, Aug. t. 8. col. 573. c. d. & facies eorum confudit rubore.

Omnes ad se invitans. §. 271.

Matt. 11. vers. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis: Ego reficiam vos. Cantic. 4, 8. Veni de Libano sponsa mea. Sponsa est Ecclesia.

Mira dulcedine. §. 272.

Psalm. 45, 3. Gratia diffusa esse dicitur in labiis sponsi mystici. Confer Augustin. tomo 8. col. 403. d.

Sacerdotium & Prophetia §. 273.

Conjuncta fuerunt in Christo: quod significatum est per Ephod, junctum in humeris, utroque latere, Exod. 28. v. 7. Per Mosen & Aaron, qui ambo apud Deum fuerunt, Exod. 20, 24. Sacerdos erat Aaron, Moses rex: Ita etiam hæc conjunctio officii sacerdotalis & prophetici significata est in concessis inter tribus Judæ & Levi conjugiis. Confer Exod. 34, 5. 9. Stetit Moses cum Domino, invocans nomen

nomen Domini, ut hic cum suo populo ire & peccata auferre velit: sic Christus 1. Semper est cũ Domino. 2. Pro nobis orat, Rom. 8, 3. Dei gratiam & comitatum impetrat. Exod. 33, 14. Facies mea præcedet te & requiem dabo tibi. Hæc facies Dei est Christus. Is nos (α) præcedit, nobis adest. Ecce ego vobiscum sum, Matth. 28. (β) requiem nobis dat. Matth. 11. Invenietis requiem animabus vestris.

§. 274. *Sacerdotium ejus.*

Significatum per Cidarim Exod. 28. vers. 39. Sacerdoti impositam. Huc spectat etiam locus Matth. 12, 5. 6. sequent. quando ceu summus Sacerdos & Dominus sabbathi discipulis concessit spicas evellere sabbatho. Et ut in Veteri Testamento in pectorali summi sacerdotis fuit lex & lux: sic quoque in Christo fuit lex, quam explicavit Matth. 5, 21. & sua obedientia implevit. Matth. 3, 15. Sic oportet nos omnem implere justitiam: & lux evangelii, quâ illuminat Gentes. Esai. 49, 6. posui te in lucem gentium. Ezech. 43, 11. Omnes leges ostende eis, & scribes in oculis eorum, ut custodiant. Verè hoc de Christo sacerdote dici potest, qui omnes leges, omne Dei consilium patefecit. Johann. 1, 18. Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis. Et per hunc filium, velut per oraculum suum Pater testatus est. Confer alleg. Exod. 25, 22. Et in oculis nostris scripturas legentibus & intelligentibus scripsit. Hinc etiam in templo docuit, & doctior esse cunctis Doctoribus suis deprehensus est. Augustinus tomo 8, column. 1382. b.

§. 275. *Sacerdos purgans.*

Sicut olim Levit. 14. Sacerdotes leprosos olim mundos pronunciabant & extra castra progrediebantur, Luc. 14, 7. leprosas domus purgabant: Sic 1. Christus verus est sacerdos. 2. Domus leprosa est cor nostrum. 3. Hanc purgat Dominus scopis crucis, maximè verò sanguine suo, 1. Johann. 1, 7.

§. 276. *Sacerdos pulcher.*

Id significatum est per pulchras Sacerdotis vestes Levit. 8, 7.

Monens cavere

Pseudoprophetas, Deuter. 13. v. 1. 5. 6.

§. 277. *Solus est Sacerdos.*

Sicut Moses solus accessit ad Deum, Exod. 42, 2. Sic nemo ad Deum accedere potest, nisi solus Christus, Johann. 3, 13. Roman. 5, 2. Eph. 3, 12. seipsum Patri ostendens.

Themistocles dux Atheniensis profugus supplicat Molossorum Regi Admeto; sedens ad aram & manibus tenens filiolum Admeti, ob hunc sibi parci, nec hostibus dedi cupiens: sed Christus semetipsum Patri pro nobis offert, Hebr. 9.

§. 278. Et quidem perfectus

Sacerdos. Nam (1) Levit. 16, 11. & 16. jubetur sacerdos se suamq; domum expiare. Conf. Levit. 9, 2. Exod. 29, 5. At Christus se non expiavit, quia non peccavit, Joh. 8, 46. Erat segregatus à peccatoribus, Heb. 7, 26. Dolus in ore ejus non est repertus, Esa. 53, 9.

(2) Unctus erat sacerdos V. T. Lev. 4, 5. Christus oleo Spiritus S. unctus est præ consortibus suis, Ps. 45. & huic dedit Pater Spiritum non ad mensuram.

(3) Cum sanguine alieno Sanctum Sanctorum ingrediebatur: Christus proprio sanguine, Heb. 9.

(4) Septem vicibus sanguis sparsus in V. T. Levit. 4, 6. Sic Christus proprium sanguinem septem vicibus sparsit [α] In circumcisione, Luc. 2. [β] In monte Oliveti, Luc. 22. [γ] In flagellatione. [δ] In capitis coronatione. [ε] In exutione vestimentorum, cum vibices vulnerum recruduerunt. [ζ] In crucifixione, cum clavi per manus & pedes Salvatoris nostri adacti sunt. [η] In lateris aperitione.

(5) Fulgebat Veteris Testamenti sacerdos vestibus pretiosis arte aliorum factis: sed Christus propriæ justitiæ vestibus clarus fuit.

(6) Aaron non poterat à lepra purgare Mirjam: Christus verò curat omnem lepram.

(7) Semper in Sanctuario apparere non poterat; Christus verò semper apparet coram DEO, Lev. 21, 12.

(8) Ille cingulum habebat, quo promtitudo officii significata est; sic Christus promtus fuit ad exequendum officium, Psalm. 40. Ecce venio, &c.

Sacerdos curans oviculam. §. 279.

Luc. 15. cum gaudio portat in humeris; & suarum insuper ovium miseriis condolet. August. tom. 10. col. 448. a. b. ser. 15. Dominus & salvator noster, qui nullum peccatum habuit, tanto nos affectu peccatores amare dignatur, ut quod nos patimur, se pati testetur, nempe Actor. 9. Saule, Saule, quid me persequeris?

Simul sacerdos & hostia. §. 280.

August. tom. 10. colum. 881. c. d. feria sexta in parasceve de cruce & latrone. Pascha (ait Augustin.) nostrum pro nobis immolatus est Christus. Et ubi immolatus est? in altitudine crucis. Novum est altare hujus sacrificii, quoniam & immolatio nova & admirabilis. Ipse enim & hostia erat & sacerdos; Hostia quidem secundum carnem; sacerdos verò secundum spiritum. Idem ipse & offerebat quidem se secundum spiritum, offerebatur verò secundum carnem, &c.

Mediator 1. Timoth. 2, 5. admissionalis, per quem ad Deum admittimur, Rom. 5. v. 2. (Sic olim apud Lampridium in Alexand.) Gregor. Nazianzenus vocat Christum nostrum προσαγωγέα qui nos patri conciliat. Est quoque προσαγωγὴ collocutio; per Christum namque cum Patre loquimur.

De Græca voce apud Herodotum lib. secundo.

Errores varii de regno Christi 1. Apostolorum olim.

2. Judæorum, regnum temporale sibi somniantium.

3. Chiliastarum olim,

4. Blasphemi Davidis Georgii.
5. Photinianorum.
6. Pontificiorum.
7. Reformator. qui Regis Christi præsentiam ac modum ad cæcæ rationis decempedam revocant.

§. 1. CIBUS. v. *Frugalitas.*

A Christo datus 1. corporalis, in quantitate justa ac qualitate bona. 2. spiritualis, quâ efficacissimè animas pavit ac satiavit.

§. 2. Cibat Christus pios, regnum Dei quærentes: sicut populus ante curans arcam fœderis, 2.Sam.6, 17.18. 19.

Cibus fit malus 1. cum negatur Dominus. 2. Christus respuitur, & devoratur Antichristus. 3. Quem sequitur maledictio. Ambros. serm. 35.

Manducans cibum cogitet, 1. Hunc cibum à Deo ad refocillandas non opprimendas vires datum esse. 2. Meditetur Dei sapientiam, tot creaturas in utilitatem hominum creantis. 3. & omnipotentiam. 4. Quot habes fercula, tot habes bonitatis Dei indicia. 5. Ne obliviscaris precum & benedictionis, Luc. 9, 16. Matt. 14,19. Marc. 6. 41. Matt. 26. Deut. 6. v. 11. 12. 1. Sam. 9,13. Joel. 2, 26. Actor. 27. v. 35. 6. consideres, tuum corpus vermibus escam futurum esse. 7. cave, ne mensa tua cedat tibi in laqueum ac perditionem, ut Psal. 69, 23. Gymnosophistæ non nisi exploratos pueros, quid eo die humano generi lucrifecissent, ad cœnam admittebant : ociosos prohibebant, Alexander lib. 5. c. 21.

Discrimen ciborum Attilius in Alcibiade merito taxavit. Vide Eusebium lib. 5. c. 3. H. Eccl. Conc. Arausi. & Braccarens. c. 14. in Decr. Martini Augustanam Confess.

Cibus *piè sumundus.*

1. Agnoscendo, illum à Deo dari, Psalm. 145,16.

2. Consecrando per preces, vel benedicendo, 1. Tim. 4, 5. adeoq; in usum pium & Christianum sanctificando per verbum creationis, Gen. 1, 22.

3. Corda nostra ad Deum levando; ne bruto, aut Epicuræo impetu in cibos ruamus.

4. Gratias agendo, quod amissum in Adamo jus ciborum in Christo recuperaverimus.

5. Libertatem nostram agnoscendo in sumendis omnibus cibis, quæ in V. T. non erat.

6. Robur cibi à Deo petendo. Confer Ezech. 4, 16. c. 5, 16. c. 14. 13. qui hanc benedictionem cibi, baculum vocat, Lev. 26, 26.

7. Omnem securitatem & contemptum Dei fugiendo.

Etiam ad hilaritatem concessus, Gen. 43, 34. Psal. 104, 15. Hag. 1, 6. Luc. 5, 20. Joh. 2, 10. c. 12, 3. Eccles. 2, 25. Actor. 46.

Sic olim in V. T. peractis sacrificiis epulabantur.

Justè comparandus, Prov. 20, 16.

Non alienus comedendus, 2. Thess. 3. v. 20 sobriè, Prov. 23. v. 1. 2.

Pauperi quoq; communicandus, Nehem. 8. v. 10. Luc. 16, 21. 22.

CICADA. §. 1.

Cicada ore caret, corde fistuloso est, per fistulam edit sonum. Vid. Tit. Oratio.

Apostolum Paulum Chrysostomus vocat cicadam Evangelicam, quod ex ore omnia ejus verba fluxerint.

CILICIUM. v. *Vestis.*

CINAMOMUM. §. 1.

De eo Plinius lib. 12. N. H. cap. 19. Solinus c. 39. 42. Dioscorides.

CINGULUM. v. *Zona.*

CINGARI.

Populus vagabundus, superstitioni ac divinationi deditus, incertis sedibus errans.

V. Phil. Camerarium Hor. subcis. part. 1. c. 17. D. Schœnbern. in Politic.

CINIS.

1. Propriè dictus.
2. Homo, Gen. 18.

Dies cinerum, institutus à Papa Gregor. Antoninus Tit. 12. cap. 14.

Cineres ex palmis exustis, anno præterito sanctificatis.

Recitantur collectæ quatuor super cineres, ut angelus à Deo missus cineres illos benedicat.

Finis 1. ob corporis sanitatem. 2. animæ tutelam, 3. meritum veniæ. 4. repletionem spiritu compunctionis.

Origo. Ex V. T. desumptum ritum, putat Durandus lib. 6. c. 28. Ration.

Ordo. Factâ benedictione cinerum, hominibus ad aram adventantibus dicit Sacerdos, conspergens cineres in illorum capita : Memento, quia cinis es, & in cinerem converteris.

Subject. aspersionis, 1. Papa, Cardinales. 2. Populus ut dictum.

Bonifacii VIII. Papæ ira adversus Prochetum Genuensem Archiepiscopum legatur in Platina.

CIRCUMCELLIONES

quasi circum cellas vagantes; sic dicti Donatistarum primipili & maximo zelo & peritiâ sectæ suæ insignes, qui relictis cellis suis & agris, in quibus vivebant, liberè grassabantur in orthodoxos, pugnis, verberibus & ferro: Gloriabantur, se esse messores zizaniorum à Domino emissos, teste Augustino tom. 2. col. 772. Hinc catholicorum domos accendebant, tom. 2. col. 36. a. corpora eorum, qui se ultrò præcipitaverant, venerabantur. Augustin. tom. 2. colum. 736. c. imò seipsos ex nimio zelo necabant. Augustinus tom. 6. col. 28. c. Optat. Milevitan. lib. 3. pagin. 105. adv. Parmenian.

CIRCUMCISIO.

§. 1. Aliquando 1. pro ipsis Judæis accipitur per Metonymiam. 2. pro omnibus legalibus per Synechdochen, Act. 15. v. 1.

Triplex est §. 2.

1. Corporalis in V. T. Gen. 17. Vocatur etiam litera, Rom. 2, 27.

2. Spiritualis, cum in V. tum in N. Testament. Deut. 30, 6. circumcidet Dominus cor tuum. Rom. 2, 27. 28. 29. Levit. 19, 23. At sine circumcisione mentis nemo sanctus est.

3. Corporalis & spiritualis simul, in resurrectione mortuorum, vid. Alleg. 1656.

§. 3. *In Veteri Testamento.*

Erat signum 1. memorativum pacti fœderis cum Deo, Gen. 17. Hinc Chrysost. homil. 38. in Genesin circumcisionem vocat vinculum domesticum & signum.

2. Repræsentativum justitiæ fidei. Rom. 4. v. 1. circumcisio fidei signaculum.

3. Distinctivum, nempe fidelium ab infidelibus, 1. Sam. 7, 26. conf. Exod. 12, 44. 48.

4. Demonstrativum peccati originalis. Vide Bernhard. epist. 76. col. 1456. 1. Cyprianus de ratione circumcisionis.

5. Præfigurativum spiritualis circumcisionis cordis nostri, & quidem octavo die olim præcepta erat, ut significaretur, Christum resurrecturum octavo die & nos spiritualiter circumcisurum. Cyprianus lib. 3. Epist. 8. ad Fidum, & lib. 1. adv. Judæos cap. 8.

Objectum proprium, recipiens puer masculus.

Jacobitæ fœminas quoq; circumciderunt, Zwing. fol. 1325. Theatri.

Instrumenta circumcisionis; cultri lapidei fuisse existimantur nonnullis. Vide Salmer. Tract. de circumcis. Christi.

Caussa administra Levita.

Etiam fœmina, Exod. 4. cap.

Errant Judæi etiam mortuos pueros circumcidentes.

§. 4. *Circumcisionem cur literam vocet Paulus?*

Rom. 2, 27. 1. Ob Judæos, qui legis literam premebant nudam sine Christi gratia, v. Rom. 7, 13. 2. Cor. 3, 17. 2. Ob Mosen, qui habebat hanc legem in tabulis lapideis scriptam. 3. Ob inefficaciam circumcisionis. Hæc quidem, quà opus, poterat ostendere vitiositatem, sed eam non tollere. Sicut Chirographum ostendit debitum, sed non tollit.

§. 5. *Cur petrinis cultris facta?*

Exod. 4. 25. Jos. 5, 3. pro his hodie novacula uti Judæos memorat Sebast. Münster. in cap. 4. Exod. Aug. tom. 9. col. 249. a. Tract. 30. in Johannem: Quisque cum præputio; quia omnis homo cum vitio propaginis nascitur: & non mundat Deus, sive à vitio, cum quo nascimur, sive à vitiis, quæ malè vivendo addimus, nisi per cultellum petrinum, Dominum Christum. Petra enim erat Christus: cultellis enim petrinis circumcidebant, & Petræ nomine Christum figurabant, & præsentem non agnoscebant, & insuper eum occidere cupiebant. Hæc August. Sed nec à vero abluseris, si dicas, significari petrinam cordium nostrorum duritiem, quæ per Christum petram spiritualem omninò resecanda est.

§. 6. *Circumcisio olim impugnata ab Ethnicis,*

Quod minimè conveniat asserere, Deum plagis infantium delectari: ut recenset Cyprianus sermone de ratione circumcisionis, fol. 425. oper. Quamvis etiam ab Ægyptiis frequentata sit; & quidem maribus decimo quarto ætatis anno collata. Ambros. teste, lib. 2. cap. 11. de Abraham. A Phœnicibus, Cyprian. dict. l.

§. 7. *Cur Circumcisionis laus ex Deo?*

Roman. 2. ultim. hanc urget circumcisionem, cujus laus non sit ex hominibus. Opponit hæc verba Judæis 1. qui Abrahami circumcisionem crepabant. 2. Docet ergo Apostolus, veram circumcisionem in corde fieri à Deo, Deuter. 30. qui vocat ad pœnitentiam donatque fidem, Actorum 13, 48. Galat. 1. v. 12. 15. 24. & hanc totam esse laudandam, contra quam carnaliter gloriabantur Judæi. Vid. etiam Joh. 8. verba: Abraham pater noster &c. Philip. 3, 2. 3.

§. 8. *Cur octavo die circumcisus Christus?*

1. Ut Christianorum dies Dominicus eo præfiguraretur. Augustinus tom. 4. col. 717. a. b.

2. Ut institutioni Abrahamo datæ obsequeretur, atque declararet, se omnes gentes per fidem justificare in circumcisione cordis; Ideo eo ipso quoque die Christus circumcisus est.

Plura de Christi circumcisionis caussis vid. Promt. alleg. 587. Bernh. serm. 1. 3. de circumcis. & supra v. Christi circumcisio.

§. 9. *Cur Paulus circumcidit Timotheum, non Titum?*

Doctè explicat Augustinus tom. 4. col. 9. b. c. d. & t. 10. a. b. lib de mendacio ad Consent. cap. 9. nempe Timotheum non ex simulatione, sed ex sententiæ libertate circumcisum esse. Titum non item, ne quid haberent falsi fratres, quod de Paulo disseminare possent. Hæc optimè ad controversiam Adiaphoristicam accommodanda sunt. Vid. Tit. Ceremoniæ.

§. 10. *Circumcisio Carnis*

Per Christum sublata, 1. Cor. 7, 18. Gal. 5. v. 6. c. 6, 15. Prodest, si legem serves, Rom. 2. sic loquitur Paulus, cum Judæis agens, è lege justificari volentibus, quos ad legem remittit; & Christus juvenem illum Matth. 19. Scientes, quod lex servatu sit impossibilis, Act. 15, 10. 11. Rom. 8, 2.

§. 11. *Circumcisio Spiritualis.*

1. Non fit manu hominis Col. 2, 11. solùm, sed Dei ipsius, Deut. 30, 6. Sed digito Dei, qui nobis legem inscribit, Jer. 31. v. 33.

2. Non fit extrinsecus in carne; sed in corde, Deut. 30, 6.

3. Fit Domino κατ' ἐξοχήν. Potest enim quis homini apparere circumcisus, qui tamen Domino in corde non est circumcisus, Rom. 2. v. 29.

4. Fit in spiritu, hoc est, per spiritum Sanctum scilicet, Rom. 2, 28. Vid. August. de spiritu & litera cap. 8.

§. 12. *Pœnitentia est Circumcisio*

Spiritualis, Pulchrè D. Bernhard, in senten-

tiis. col. 506. c. Minuatur (ait) prava voluntas, quæ morbi causa est spiritualis. Minuatur, inquam, dum penitus exhauriri & exsiccari non potest. Scindatur & aperiatur vena ferro compunctionis, ut peccati, etsi non omnis sensus, certè consensus effluat & abjiciatur.

§. 13. *Eaque in toto corpore curanda.*

Idem Bernhard. serm. 1. de Circumcisione Domini col. 68. quia à planta pedis usque ad verticem nihil est sanitatis. Itaque circumcidenda sunt

Cor, ut obedientiam legi Dei præstet, Roman. 2, 25.

Oculi, ne videant vanitatem. Vide Ambr. lib. 2. de Abraham. cap. 11.

Aures, ne audiant falsitatem, Psalm. 101, 1, 2. sequent.

Os, ne loquatur mendacia, Psal. 5, 7.

Manus, ne rapiant, Jos. 7, 1. cum Achan, Roman. 2, 20. 21.

Pedes, ne perversè ambulent, Prov. 6. v. 18. Psalm. 125, 5. Jud. 5, 6.

§. 14. *Circumcisio spiritualis*

In se continet 1. Circumcisionem cordis. 2. Carnis. 3. Unguium.

Cordis circumcisio fit per timorem, tollendo (α) superfluam cogitationem & scepticam dubitationem de Deo & rebus divinis: His cogitationibus impii & securi indulgent. (β) Circumfluam lætitiam & consolationem, cui cor hominis sæpè innititur, sed malè. (γ) Superfluam superbiam & vanitatem.

Carnis circumcisio fit, cum putridam carnem resecamus, & concupiscentias pravas domamus, Galat. 5. v. ult.

Unguium verò fit per temperantiæ & prudentiæ Christianæ rigorem, ut videas, quid facto opus sit, quâve rem debeas ratione aggredi.

§. 15. *Præputium cordis*

Est cor durum, impœnitens, incredulum. (Significat aliàs ipsas gentes, per metonymiam adjuncti pro subjecto, Galat. 2.) impedit circumcisionem spiritualem, Ezech. 16, 30.

Est in omnibus gentibus, Jerem. 9, 26.

Abjiciendum, Jerem. 4, 4.

§. 16. *Incircumcisi cordibus & auribus.*

Sunt obdurati & ex adverso Deo occurrentes, verbum Domini spernentes & malitiosè persequentes, Actorum 7. v. 57. quales erant Academici Hierosolymitani Actor. 6. Et hodienum omnes, qui illorum legunt vestigia. Hi non debent ingredi sanctuarium, Ezech. 44, 7. 9. Deus ambulat contra eos, Levit. 26. Vide Abbat. in quæstionib. Scholast. in Thom. Tom. 4.

CIRCUMSPECTIO *v. Prudentia.*

CIRCUMVENIO *v. Injustitia, Usura.*

CIRCUS *v. Cursus.*

CITATIO ad tribunal Dei *v. Accusatio.*

CITHIM *Dan. 11, 30. Cyprus intelligitur.*

CIVILITAS *v. Modestia.*

CIVITAS *v. Urbs.*

1. Cœlestis in Abel, Ephes. 2. Philipp. 3.

2. Terrestris in Cain, Psalm. 17. & 44. Augustinus libro 15. cap. 1. de civitate Dei. 3. Sic utriusque cives: Veter. Testam. Ecclesia, Mundus: Civitates duæ sunt. 4. Incolere posse civitatem, Dei est munus, Psalm. 107. v. 5. & 7.

CLAMOR.

§. 1. 1. *Ministrorum*, pro Domino suo prædicando.

2. *Fidelium*, ad Dominum orando: Estque hic clamor vehemens, indesinens, Jonæ 3. v. 8. Luc. 18. de profundis miseriæ & peccati, Psal. 130. v. 1. 2.

3. *Pseudoprophetarum*, contra Dominum falsa docendo.

4. *Clamor peccatorum*, juxta illud:

Clamitat in cœlum vox sanguinis (*a*) & Sodomorum, (*b*)

Vox oppressorum, (*c*) merces detenta laborum (*d*).

(*a*) Gen. 4, 10. Apoc. 6, 10. Confer Psal. 116, 15. & 9, 3. & 79, 12. Esa. 1, 25. (*b*) Gen. 19, 24. conf. Genes. 18, 23. (*c*) Exod. 3, 7. cap. 2, 23. Jer. 51, 35. (*d*) Jacob. 5, 4.

5. *In angustia* clamantes Deus audit, Jonæ 2. v. 3.

6. *Clamor* in confessione peccatorum soli Deo edendâ, Augus. lib. 10. confess.

Clamor militum terret hostes. Camer. part. 1. c. 77. hor. subcis. Terrentur omninò Diaboli & omnes hostes nostri, cum oramus & clamamus ad Dominum, Psal. 6. v. penult.

7. Clamor animalium v. Cervus, v. Leo.

CLARITAS.

§. 1. In Veteri Testamento erat oculorum, respectu faciei Mosis, 2. Cor. 3. In N. T. est claritas fidei & intellectus. Chrysost. hom. 7. in 2. Cor. 3.

Hæc est claritas divinæ cognitionis, 2. Cor. 3. v. 18. c. 4, 6. Fraternæ charitatis, 1. Johan. 1. Christianæ consolationis, Psalm. 27. Mich. 7. Dominus est lux mea. Æternæ glorificationis, Philip. 3. v. 20. 1. Cor. 15. Physica, stellarum & solis, 1. Cor. 15. v. 41. Divinæ lucis & manifestationis, Luc. 2, 9. Æstimii & honoris, Johan. 5, 41. Apoc. 7, 12. Infinitæ majestatis, Johan. 17. vers. 5.

De claritate Christi, v. Christi Exaltatio.

CLAVIS

§. 1. Solvendi est potestas divina & ministerialis remittendi peccata (non potestas temporalis.) Augustin. tractat. 50. in Johan. §. In Ecclesia. Theophyl. in 16. Matt. Biel. Durand. in 4. sentent. Altenstaig. V. Clavis. Hos. c. 47. Confess. Petricov. Vide uberius D. Theodor. in Festo Petri & Pauli.

§. 2. Ligandi, contrà.

Clavis scientiæ Luc. 11, 51. non significat traditiones, ut vult Peresius part. 2. assert. 1. sed quòd Pharisæi suas fabulas docuerint, & hominibus viam ad cœlum, non nisi per suam doctrinam patere perhibuerint.

§. 3. Claves quatuor Deo tributæ à Veteribus Hebræis: 1. Cibi. 2. Pluviæ, Levitic. 26. 3. Sepulchri, Ezech. 37. 4. Uteri, per literas in He-

bræa voce מפתח ubi מ notat מטר pluviam: פ verò פרמוה victum; ת תחיה resurrectionem; ה הריה parturitionem, Gen. 30.

CLEMENTIA. *v. Mansuetudo.*

§. 1. Exempla Clementiæ vide apud Fulgosum lib. 5. c. 1. & Joh. Textor. p. 1205. offic.

Josephus clemens erga fratres.

Gisco fratris sui (Amilcaris scilicet) inimicos occidi noluit, sed colla eorum ter pede calcavit, (Zwinger, fol. 201. b. ab init.) atq; ita eos dimisit.

CLERICUS. *v. Laicus.*

Huic licet amplecti fœminam, quod benedictionis gratia id fieri censendum sit: Gloss. in can. Absit, c. 11. q. 3.

De Clericorum officiis, privilegiis, Pesantius fol. 664. seq. in Thom. De eorum vitiis ac moribus passim queruntur ipsimet DD. Pontificii. Vide D. Gerhard. in Confess. Cathol. part. 1. generali: & autores citatos in demonstr. *Quod Ecclesia Romano-Catholica non sit sancta*: & Gebhard. Episc. Colon. im Außschreiben pag. 75.

Olim non erant exempti, sed magistratui subjecti. Probat illud prolixè Joannes Roffensis libr. 2. cap. 15. 16. de potest. Papæ in rebus temporal. & ad danda tributa obligati. Vide Pareum in capite XIII. ad Romanos dub. 8.

CLYPEUS.

Deus nobis clypeus est, Psalm. 18, 3. & v. 31. Psalm. 7, 11. & 5, 13. Ludovicus XII. Gallorum Rex, jussus vitare tormenta in bello, dixit: si quis metuit, is me pro clypeo utatur. Ajax scuto septemplice usus: Nos Deo nitimur scuto invincibili & inviolabili. Clypeus fidei, v. *Fides.*

COELUM. *v. Cælum.*

COEMITERIA.

Quasi Dormitoria, quia fides Christiana docet, mortuos non interire, sed dormire. Joann. 11. *Lazarus amicus noster dormit.* Sic alibi sæpè, 1. Corinth. 15. 1. Thessal. quart. vid. Mors.

Vide Baronium ad annum Christi 226. sub Callisto Papa. De origine illorum confer Pol. Vergil. lib. 5. c. 6. Confer *Sepulcrum.*

COENOBIA, v. *Monasteria.*

COENA

§. 1. Magna Luc. 14. est Evangelii prædicatio: non beatitudo ipsa.

Cœna dicitur 1. Ob communitatem Judæorum & Gentium in Christum credentium. Omnes enim simul accumbunt ad hanc gratiæ mensam. Joan. 10. unum ovile. Prædicationem ejus circa vesperam, Genes. 3. v. 15. 3. Eam præcessit meridies calidissimus legis, Exod. 19. Supervenit umbrosus vesper Evangelii. 4. revelata est à vespera mundi, Es. 2. 1. Corinth. 10. Galat. 4. 1. Johan. 2. 5. Grata sub vesperam crucis & horam mortis, Luc. 23. 6. Reficit fessos mercenarios; recreat sub onere legis fatiscentes, esurientes justitiam, sitientes aquam, Matt. 5. Esa. 55. Esa. 30, Psalm. 22. v. 27. & 119, 92. 7. Post hanc cœnam gratia non est expectanda, Matt. 25. Clausa janua. 8. Mundus ad prandium vocat, sed sub vitæ vesperam incœnatos & fame enectos suos dimittit: sic latro in cruce, Lucæ tertio.

§. 2. *Magna* 1. ratione efficientis, quæ paravit omnia, Luc. 14. ergo non nostra merita, non nostræ dispositiones. 2. Materiæ. Sunt enim maxima fercula: Caro & sanguis Christi, Joh. 6. omnia parata, Luc. 14. non esca corporalis, 1. Corinth. 6. v. 13. non manna, Johan. 6. non fons Jacob, Johan. 14, 13. 3. Durationis perpetuæ: nullis enim temporibus circumscribitur. Mensæ mundi brevi removentur: Non sic hæc mensa, Psalm. 23. omnibus diebus vitæ Johan. 4. Fons saliens in vitam æternam.

§. 3. *Sumptuosissima.* Sumptuosa fuit cœna Julii Cæsaris post triumphum Africanum, in quâ apposita sunt sex millia lampretarum, infinita copia avium, centum vasa vini Rhenani, centum vasa vini generosi ex Chio: Ahasveri etiam fuit sumptuosa, Esth. 1. sed hæc longè major.

Candida, non ut illa Absolomi.

Non sit propudiosa, qualis erat Gentilium quorundam, quibus nudæ puellæ & mulieres ministrabant: v. Suetōn. in Tiber. c. 42. Curtius lib. 5. de rebus Alex. Magni.

§. 4. *Non tyrannica*, ut Adonibezech, Judic. 1.

Non tristis, ut illa fratrum Josephi, Gen. 44. Dan. 5. Belsazaris. 1. Sam. 25. Nabalis. Luc. 12.

Non picta, ut Heliogabali.

Non mundana. Leonides Atheniensium ductor suos hortans ad fortiter pro patria pugandum, orta tempestate: Prandeamus modò tanquam apud inferos cœnaturi. Non sic Christus nobis dicit: sed cœnate mecum, ut in cœlo prandeatis mecum.

Homo Christus vult dici 1. ob incarnationem, Joh. 1, 14. 2. Hominis opificium & creationem. 3. Hominum dilectionem.

Ministri invitantes. Johannes in N. T. Apostoli. In Vet. Testam. omnes Prophetæ & Patriarchæ.

COENA DOMINI. V. SACRAMENTA.

COGITATIO.

§. 1. *Etymon.*

A cogendo dicta est. Bernhard. de vita solitaria ad fratres de monte Dei: Tria (ait) sunt, quæ cogitationem faciunt; Voluntas, Memoria & Intellectus. Voluntas cogit memoriam, ut proferat materiam; cogit etiam intellectum ad formandum, quod profertur, &c.

§. 2. *Divisio.*

Sunt 1. Otiosæ, 2. Violentæ (invitæ potius.) 3. Immundæ de rebus illicitis. 4. Bonæ vel malæ. 5. Extravagantes & distractæ in Oratione. V. *Oratio suo loco.* 5. Humanæ, fallaces. Divinæ, sive Dei, longè à nostris diversæ, Gen. 50, 19. Job. 33, 12. Psalm. 40. v. 6. Psalm. 147. v. 5. Eccles. 3, 10. Mich. 4, 12. Sir. 38, 8. Rom. 8. v. 7. 1. Cor. 2, 14.

Plures habes divisiones apud D. Bernhardum latè ab eo explicatas passim.

§.3. *Causa.*

Cogitationum est varietas rerum & conceptuum. Item: Cordis nostri affectio & potentiæ imaginativæ libido, peccatô inducta. (Estque instar *servi* fugitivi, qui sine licentia discedit, ex ædibus sese proripit: *canis* gulosi, qui omnia subvertit, & rostro suo obvia quæque scrutatur, nec verbera timet: *sylvestris animalis*, & indomitæ belluæ, equi indomiti; ibi namque, ait Divus Bernhardus capite 39. de interiore domo, est cogitatio tua, ubi affectio tua: ibi cor tuum est, ubi desiderium tuum.

Bonas cogitationes à Deo esse & ab eo inspirari, nemo dubitavit. Hinc D. Bernhard. Cogitatio (ait) bona vox Dei est, non proles cordis humani, Sol. 667. h.

Si malæ sint, est Satanæ suggestio. D. Bernhard. d. l. c. 40.

§.4. *Circa quæ illæ versentur?*

Cyprianus sermon. 2. de habitu virginum, sub finem: Habes multa quæ cogites. Paradisum cogita, quia Cain non redit, qui zelo fratrem suum peremit. Cogita cœleste regnum, ad quod non nisi concordes atq; unanimes Dominus admittit. Cogita, quod filii Dei hi soli possint vocari, qui sint pacifici, qui nativitate cœlesti & lege divina ad similitudinem Dei Patris & Christi respondent adunati. Cogita, sub oculis nos Dei stare, spectante & judicante ipso, conversationis & vitæ nostræ curricula decurrere, pervenire nos tunc demum posse, ut eum videre contingat, si ipsum nunc videntem delectemus actibus nostris, &c. Hæc Cyprian.

Divus Bernhardus colum. 376. sermon. de primord. & novissimis: cogita, unde veneris, & erubesce; ubi sis, & ingemisce; quo vadas, & contremisce. Hæc ille. Idem alibi: O homo (ait) semper cogites tria præsentia: Vitæ brevitatem α. Salvandi difficultatem β. Salvandorum paucitatem γ. Tria præterita: Bonum omissum δ. Malum commissum ε. Tempus amissum ζ. Tria futura: Mortem η. Judicium θ. Pœnam ι. Hæc ille, quæ omnia sacris literis consona sunt.

α Vide Psalm. 39, 7. Tob. 7, 7. cap. 9, v. 25. cap. 14, 1.
β Matt. 7, 13. Luc. 13, 234. Matt. 19, 24.
γ Matth. 20, 16. Luc. 12, 32.
δ Matt. 25, 41. 42. 43.
ε Psalm. 51, 5. Orat. Manass. v. 10.
ζ Gal. 6, 9. Luc. 16, 25.
η Psalm. 90, 13. Sir. 14, 18.
θ Eccles. 12, 9. 13. 14. 2. Cor. 5, 10.
ι Matt. 25, 45. Rom. 2, 8. 2. Thess. 1, 9.

§.5. *Malæ cogitationes*

Sunt peccata. Chrysost. in cap. 5. ad Gal. lit. L. fol. 220. & M. & fol. 221. A. C. Basil. Tract. de inutilibus cogitat.

Sunt 1. à Diabolo. Athanas. quæst. 15. ad Antiochum. Scriptura id quoque testatur Gen. 6. Figmentum, &c. Jerem. 13, 10. Alleg. Exod. 1. v. 14. Sub Pharaone opera lutea figebant: sic Diabolo inservientes luteis, vanis & terrenis cogitationibus dediti sunt: quas Diabolus in illis consequenter accendit. Vide Hieron. in capit. 15. Matth. verba: de corde exeunt. Easdem etiam ex gestibus nonnunquam externis observat, & magis inflammat. Vide Div. Bernhardum dict. l. cap. 40. de interiori domo.

2. à Terreno affectu & judicio ac intellectu cœco. August. tom. 10. col. 1450. c. sermon. 4. in istud: stetit Jesus in medio. Si ascendunt in cor vestrum cogitationes, de terra veniunt cogitationes: Bonum est homini, non ut cogitatio in cor ejus ascendat, sed ut sursum ascendat ipsum cor ejus, ubi volebat Apostolus ponere cor credentium, quibus dicebat: si consurrexistis cum Christo, &c. Illa Augustin.

Simile: ut ager non subactus lolium progerminat: sic cor nostrum pietate non subactum cogitationum malarum lolia progerminat.

Cogitatio mala est animæ homicida, ait Bernh. col. 2100. l. oper. Atque hinc oriuntur peccata, mendacia; de quibus Thomas Cajetan. in summul. (v. Cogitationis peccata) tractans. Quinque modis committi docet eadem: §. 6.

1. Si mens cogitet vana.

2. Si peccata cogitet, inque ea consentiat. Josephus veste captus, animo non est captus. Ambros. de Josepho c. 5.

3. Si conditionaliter consentiat in peccatum, v. g. furarer, si absque infamia possem.

4. Si aliquis id petat, quod per se malum non est, ipsi tamen optandi non licitum, vel statui ejus contrarium, v. g. si quis religiosus appetat ducere uxorem, nempe si liber sit.

5. Si in cogitando accedat delectatio morosa. Tunc enim peccatum omnino involvitur. Hæc Cajetanus. Consentit Busæus in Panario. V. Luxuria. Remed. v. August. lib. 12. c. 12. de Trinit. Totus homo damnabitur, nisi hæc, quæ sine voluntate operandi, sed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi, solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiam remittantur. Vid. Duacens. in Roman. 2. fol. 39. ab init. ex Basilio. Hæc annotasse etiam vel ideò proderit, ut opera bona imperfectione arguamus, quippe cogitationibus peccantibus persæpè commaculata. Maximè si addas Augustinum, qui docet tom. 8. columhn. 1625. d. 1626. a. in Psalm. 140. 1472. d. c. in Psalm. 125. quod ipsæ cogitationes faciant homines adulteros, fures. Confer Hieronym. epist. ad Faustum. Perit (inquit) & mente virginitas. Cassianus libr. 6. cap. 19. ex Basil. Mulierem ignoro, & virgo non sum. Locus lectu & memoria dignissimus est.

Effectus §. 7.

I. Bonarum cogitationum sunt:

1. Cor præparare. Cogitationes enim bonæ bona opera præcedunt.

2. Auspicium facere bonorum operum: nam & ipsa cogitatio bona bonum est opus. Sicut verò ex gemmis flores procedunt; ita de bo-

de bonis cogitationibus nascuntur bonæ voluntates.

3. Malas cogitationes expellere. Sicut enim calor expellit frigus: Sic quoque bonæ cogitationes à Spiritu Sancto profectæ expellunt malas cogitationes.

§. 8. II. Malarum.

(1) Angere animam & cruciare. Sunt enim sagittæ ignitæ. V. Similia.

(2) Iram Dei provocare. Gen. 6. Figmentum cordis humani malum, v. 9. 10.

(3) Hominem coinquinare. Deut. 23, 10. Si fuerit aliquis pollutus, &c. Alleg.

Cogitatio vaga. Imaginatio p. 652. Gran. dux peccator. frenanda 653.

Malæ cogitationes bonis nonnunquam ita conjunguntur, ut vix has ab illis discernere possis. Gregor. super Ezechiel.

§. 9. *Revelatio cogitationum.*

1. Fit, cum eas Deus perspicit.

2. Homo per opera sua & gestus easdem manifestat.

3. Persecutio revelat Luc. 2. multorum cogitationes manifestabundæ. Ut enim ignis aurum probat: sic persecutio hominis fidem.

§. 10. *Subjectum*

Bonarum cogitationum est cor pii hominis: malarum itidem cor, Matt. 15.

Adjuncta qualitas. Cogitationes in cruce sine verbo Dei (1) desperant, Psalm. 31, 24. (2) nimis curtæ sunt, Psal. 73, 16. (3) non tranquillant, Ps. 77, 3. (4) Superantur à Dei cogitationibus, Psal. 92, 8. Esa. 55, 8. (5) Tenebrosæ sunt similes Labyrintho, mari.

§. 11. *Officia circa Cogitationes in genere.*

Prudentia. Cogitationes sunt 1. dijudicandæ ex verbo Dei, non nostro sensu; Christi lumine, non nostro acumine. Et huc pertinet donum discretionis, quod instar ostiariæ est, ne malæ cogitationes, ceu homicidæ spirituales, intromittantur. Huc allegoria 2. Sam. 4. de Isboseth occiso, negligenter custodito. 2. A terrenis rebus purgandæ. Debent enim esse puræ, nitidæ, quorsum nonnulli referunt locum Jobi 12. v. 5. Vide Pagnin. in Lexic. Pined. in h. l.

§. 12. *In specie.*

Bonas non debemus repellere, ab exemplo Agrippæ regis in Actis Apostolorum, qui cogitationibus bonis locum non reliquit, cap. 26, 28.

Sed pro augmento earum orare debemus.

Malas verò 1. debemus repellere. Alleg. Abraham fugat volucres, Gen. 15, 11. Num. 8, 7. radant omnes pilos. Alleg.

2. Sunt morsus Satanæ, quos ille figit in calcaneo. August. tom. 10. colum. 1438. d. Itaque vel sanandus illicò morsus cogitationis per gemitum & orationem, vel etiam repellendus.

3. Cor pii hominis est instar acerræ, & immediatè igni incumbit; mali cogitationes ignis sunt, qui acerram sive cor hominis infestat, extinguendus ergo est ignis hic.

4. Sunt Dii alieni, 1. Sam. 7, 3. quos tollere debemus.

5. Jozias 2. Regum 23. vers. 4. omnia vasa Baalis è templo ejicit: Ita ejiciantur malæ cogitationes è templo cordis, tanquam vasa & instrumenta Satanæ.

6. Hostis meditans corruptionem in ipso limine interficiendus est: ita & malæ cogitationes.

7. Vestis candida, si maculam contraxit ex sanguine, mox eluenda est, ne postea elui non possit: ita cogitatio mala. August. tom. 10. col. 1483.

8. Clibanus, in quem aliquid ceciderat, destruendus erat, Levit. 11. vers. 35. Cor nostrum est clibanus, in illum non decidant cogitationes malæ. Sicut carbo apprehensus & mox abjectus nihil nocet: ita mala cogitatio mox repulsa, nihil nocet. Ignis in aquis durare non potest; ita mala cogitatio non habet locum in corde hominis pii. Suntque malæ cogitationes non *tam* effectus agentis affectus, quàm dolor *patientis*, in piis & credentibus.

Turpes cogitationes humi cubationibus reprimendas esse, docet Bellarminus tomo. 6. col. 461. a. Conc. 39. quod dicit, non probat; quòd non fiat, experientia dicit.

In cultu Dei nostras cogitationes sequi non debemus, Esa. 65. vide Opera Electitia.

§. 13. *Similia Cogitationum bonarum & malarum.*

1. Sunt velut æstus & tempestas maris, Augustinus tomo octavo column. 1626. a. Abyssus. Bernhardus cap. 41. in floribus. Canis non nutriendus, sed repellendus. Chrysostom. Homil. 22. ad popul.

2. Fluctus, navem à cursu depellens. August. tom. 10. col. 1613. c.

3. Ignis cordi suppositus, qui illud urit.

4. Tineæ, cor exedentes, August. tom. 10. col. 541. b. & 1623. a.

5. Vasa Baalis, 2. Reg. 23. v. 4.

6. Scutum Diaboli in nos projectum.

7. Sagittæ Satanæ, Aug. tom. 10. colum. 1438. b.

8. Reptilia Ægypti & volatilia cœli, Exod. 8. Luc. 8. D. Bernhard. d. loco.

9. Pruinæ candentes, qui non abjectæ mox urunt.

10. Morsus Satanæ, quos figit in calcaneo. Aug. tom. 10. col. 1438. d.

11. Muscæ Ægyptiacæ.

12. Rivus exundans, (maximè cogitatio mala) Bernhard. col. 1672. b.

13. Sicut præcedens rota & currus sequentem impedit, ne currat citatius: Ita cogitatio mala præpedit animum currentem ad bonum.

14. Et sicut vasa aurea Israëlitarum conjecta in ignem facta sunt idolum, Exod. 32. v. 4. Ita malæ cogitationes fabricant idola in cordibus nostris.

15. Ut sepulchra ossibus fœtidis plena sunt: sic impuræ cogitationes corda nostra omni replent spurcitie.

16. Ut fluvius murum lambens eum paulatim exedit; ut calce solutâ lapides discutiuntur: sic cogitationes malæ tandem cor exedunt, nisi verbo Dei illud sepias & precibus munias.

17. Sicut nubes solem abscondit: sic mala cogitatio mentem obtenebrat & gratiam Dei nobis obscurat. Ut igitur aquis obstruimus aggeres: sic quoque malæ cogitationes inhibendæ sunt aggere precum & verbi divini.

18. Denique scintillæ sunt, mox extinguendæ, Gregor. lib. 33. cap. ult. moral.

Confer Cæsarium Arelatensem, homil. 13. de fugiendis malis cogitationibus. Hilar. in Psalm. 120. §. Humanæ mentis natura est, &c. Gregor. libr. 1. cap. 15. in 1. Reg. Origen. homil. 11. in Jos. Bernhard. Ser. 3. de Nativit. Philo lib. 2. leg. Ambros. in 2. ad Cor. c. 4.

COGNATI.

§. 1. Non adulentur in causa injusta inimicis, Esther. 5. v. 14.

Eorum simultates gravissimæ. Camerar. part. 1. Horar. subc. cap. 92. Docet odium Caini & Abelis, Esavi & Jacobi, Saulis & Davidis.

In cruce nos despiciunt. Jerem. 12, 6. Psal, 38. delinquunt, Psal. 55, 14. 15.

COGNITIO.

§. 1. Dicitur notitia, scientia, Agnitio. Spectant huc phrases: Nosse, Scire.

Christi agnitio.

§. 2. Est necessaria ad salutem, Matt. 22. De Christo quid vobis videtur, &c.

Cognitio.

§. 3. 1. Dei. V. Deus.

2. Suimet ipsius. V. Johan. de la Cerda, de cognit. hominis.

3. Voluntatis Dei: Est hæc difficilis. Tentatur a Diabolo, mundo, carne, quæ non credit Deum ita velle, ut salvemur. Luth. Domin. 24. post Trinit. Epist.

Cherubini alas supra caput habebant, quæ Dei notitiam significare possunt, Johan. 17, 3. Philip. 3.

Pedes obvelabant alis, *nostri notitia* indigitatur. Mediæ alæ *proximi notitiam* significant. Tria enim hæc maximè necessaria sunt; Deum, semetipsum & proximum agnoscere. Hinc D. Augustini votum fuisse scribitur: Domine Jesu, da mihi nosse me & nosse Te! Da Te nosse mihi: dein me quoque noscere Christe!

Causa efficiens.

§. 4. Notitiæ Dei est ipse Deus, Ezech. 36. v. 26. 27. Dabo vobis cor novum, Johan. 3, 27. c. 6. v. 44. Erunt omnes docti à Deo, Esa. 54. vers. 13. 1. Petr. 1, 5.

Non ratio. Matt. 16. v. 17. Caro & sanguis, &c. Alleg. Ahasverus rex iis porrigebat sceptrum, quibus exhibebat gratiam, Esther. 5. vers. 2. Sic cognitionis sceptrum iis exhibet DEUS, qui ipsum diligunt, Matt. 11, 25. In solo Christo Deum cognoscimus: sicut Moses in scissura petræ Deum vidit, Exod. 34. Sic & nos, Johan. 1, 18. Deum nemo vidit unquam, &c.

Materia.

§. 5. Cognitio Dei versatur vel circa ejus essentiam, vel voluntatem, Coloss. 1. v. 6. Ephes. 1. vers. 17. Psalm. 19. vers. 12. Jerem. 9. vers. 54. Matt. 3. vers. 2. atque eam, quæ de nostra pœnitentia, Johann. 6. v. 40. 1. Timoth. 2. vers. 4. vel circa opera creationis & redemtionis. Creavit homines integros. Fracti sunt per peccatum, sed refecti per Christum; sicut figulus ollam frangi permittit & fractam reficit, Jer. 18. vers. 4. Hinc Exod. 34. HERR GOTT, &c. Jer. 6. v. 24.

Effecta.

§. 6. Ambulare dignè Deo, quem novimus, Ephes. 4, 1.

Placere in omni opere bono.

Sapientem esse; in cœlesti nempe sapientia, Coloss. 3, 16. Ephes. 3, 18.

Amare Deum & proximum.

Sperare. 1. Joh. 4, 2. Omnis qui credit.

Subjectum.

§. 7. Qui cognoscant Deum.

Audientes, venientes, discentes, Johan. 6. v. 41. 42. 43. seq. ut qui oculos claudunt, solem non aspiciunt: sic, qui lucem divini verbi spernunt, Deum, solem, & fontem omnis boni minimè intuentur.

Spiritui Sancto non resistentes. Actorum 7. versic. 52. Vos semper resistitis Spiritui Sancto.

Pii & simplices, Roman. 1, 21. 1. Corinth. 1. v. 19. 20. Luc. 12, 32. Joseph semotis arbitris à fratribus cognosci voluit, Geneseos 45. v. 1. Sic Christus sui cognitionem parvulis largitur. Ægyptios, hoc est, superbos in hoc mundo removet, 1. Corinth. 3. v. 10. Joan. 5, 13. Jacob. 3. v. 15.

Vid. infra: *Mysteria non rimanda*, Item: *Errorum causæ.*

Adjuncta Cognitionis Dei

§. 8. *Bona* est: Deum enim nosse justitia est & radix vitæ, Sap. 15, 3.

Certa: quia in verbo Dei fundata, Joan. 17. v. 17. Sermo tuus veritas est.

Utilis & necessaria. Johan. 17. Hæc est vita æterna, &c. Esa. 53, 11. In cognitione sui.

Varia, 1. Petr. 2, 4.

Profunda. Allegor. Exod. 39. v. 10. Sacerdos V. Testam. in veste gemmas habebat, occultis viribus præditas: sic Dei cognitio & Christi gemma est imperv estigabilis, Roman. 11. v. 36. Psalm. 147, 5.

Expetenda exemplo Mosis Exod. 33, 13. viæ monstrationem petentis.

Non negligenda. Sicut olim eam Ethnici neglexerunt & alii, Roman. 1. v. 28. Judæ epist. vers. 10.

In ea proficiendum, 1. Corinth. 13, 11. 12. Eph. 4, 18. Coloss. 1, 9.

Imperfecta. August. tom. 9. col. 182. c. Allegor. Exod. 33. vers. 23. Posteriora mea videbis.

Basilius tomo 2. fol. 12. b. lit. I. Cognitio Dei valde tenuis est, etsi sit Petrus vel Paulus. 1. Samuel. 3. v. 6. 7. Simile: Incarceratus videt per fenestram obliquos solis radios, non ipsum in cœlo solem: Ita corpus nostrum est carcer, ex hoc animæ oculus videt obliquè solis radios, per fenestram verbi, de facie ad faciem nondum videt. Item: Est instar fulgidæ vestis, quâ Deus undiquaque lucet, Psalm. 104. v. 2. Hebr. 11. vers. 31. Nam hic mundus Dei velut vestis est.

Ex solo verbo Dei petenda. Alleg. Hab. 2, 20. Confer cultus electit.

Magni æstimanda. Allegor. Exod. 33. vers. 13. Simil. Verbum Dei speculum, in hoc solo videtur Deus. Psal. 36, 10. in tuo lumine videmus lumen.

Obscurior magis magisq. Alleg. Deus Mosi in splendida flamma apparuit; Patribus postea in nebula & nube, Ita, quanto diutius versamur in divinis mysteriis, tantò obscuriora nobis videntur. Gregor. Nyssenus lib. de vita Mosis. Confer Ps. 18, 12. 1. Tim. 6, 16. Sap. 9, 16.

§. 9. *Implemur*

Cognitione voluntatis Dei, Coloss. 1, 10. Joh. 6, 40. 1. Tim. 2, 3. 1. Thess. 4. 1. Pet. 2, 15. Ergò perfecti non sumus in hac vita. Agnoscamus vas cordis nostri vacuum, pauper. Putamus igitur illud impleri.

§. 10. *Opposita.*

Ignorantia Dei, quâ homo Deum non cognoscit. Es. 1, 3. Bos cognovit, &c. Oseæ. 5. Non cognoverunt, &c. dicitur aliàs tenebræ, Joh. 1. vers. 5.

Homines obscuratum intellectum habentes, Eph. 4, 18.

Cœci spiritualiter, Deut. 28, 28. Marc. 3, 5.

Stupiditas. Esa. 42, 19. Quis tàm cœcus sicut servus meus, &c. maximè verò in pœnis, quas Deus infligit, hæc stupiditas hominum elucescit, Jer. 2, 16. 17. 19. c. 3, 13.

Ignorantia affectata, Prov. 24, 12. Jer. 8, 7. c. 4, 22. c. 6, 19. c. 7, 24. 2. Pet. 3, 5.

§. 11. *Cognitio Dei duplex.*

I. Naturalis, quæ conspicitur (α) è libro mundi, Act. 14. v. 15. 16. 17. c. 17, 24. ad 32. Rom. 1, 19. seq. Ps. 19, 1. Hunc mundi librum se assiduè lectitare dicebat Antonius Eremita. Hist. Tripart. lib. 8. c. 1. Maximilian. Mærlin. in Apophthegm. p. 3. (β) conscientiæ. Rom. 2. v. 15 ostendunt opus legis scriptum in cordibus, &c. Conscientia igitur ostendit Deum supremum judicem esse mortalium.

II. Revelata; scilicet per verbum, Hebr. 1, 1. à Spiritu Sancto, Matt. 11, 25. Jer. 3, 31. vide suo loco: verbum Dei.

Christi cognitio præprimis necessaria, Es. 53. v. ult. Joh. 17, 3. Phil. 3, 17. Jer. 9, 23. Eph. 4, 18.

Non est carnalis, 2 Cor. 5, 16. sed à Spiritu Sancto, Matt. 16, 17. Eph. 1, 17. Col. 1, 26. 27. Ose. 2, 2. cognosces Dominum.

Habet tamen suos gradus: quod patet exemplo Apostolor. Act. 8, 35. Eph. 4, 11. 12. 13.

Est capitalis. D. August. in 1. Joh. Epist. Christi (ait) nomen est nodus, quo omnes fidei articuli continentur. Est radix immortalitatis notitia Dei: 1. quia sequitur eos, qui Deum noverunt: 2. Sicut Eph. 3, 17. radicati dicimur: 3. quia fides est radix, è cujus humilitate procedit, quicquid est meriti, beatitudinis, ex August. Holcot. lect. 168.

In Ecclesia sola invenitur. Exod. 33. v. 23. Ut enim Mosi apparebat Dominus in Petra stanti: sic nobis sui cognitionem indulget Deus, cum in Petra ecclesiæ veræ stamus, soli Petræ Christo innixi.

Sola vera est & valida, Johan. 14, 7. 9. Matt. 11, 27. Scientia nulla est nisi Christum scias, Johann. 3, 3. Hinc cum Nicodemus de scientia sua dixisset, respondit Dominus: Nisi quis renatus fuerit &c. Philip. 3. Paulus omnia rejectitia habuit, præ excellenti cognitione Christi.

§. 12. *Effectus.*

Parit humilitatem, 1. Cor. 8, 13. c. 14, 25.

Accendit Dei amorem. Ignoti enim nulla est cupido.

At, cum agnoscimus Deum, in amorem ejus pertrahimur.

Efficit pietatem: Ut eum solum verum Deum metuamus & colamus. Colere enim non potes, quem non rectè cognoscis.

Præstat felicitatem animæ. Sicut sponsa delectatur in cognitione sponsi sui, inque ea non minimâ suæ felicitatis partem ponit: Ita & fidelis anima in cognitione Christi exhilaratur. Sap. 15, 3. Te nosse plena est justitia, & scire tuam potentiam est radix vitæ æternæ.

Liberat à judicio. Joh. 17, 3, c. 3 Qui non credit in Filium, jam judicatus est. Errant hic 1. Gentes Deum non noscentes.

2. Hæretici, diversa principia statuentes, ut Marcionitæ & Manichæi &c.

3. Zwinglius cum sociis, Ethnicos cœlo transcribens.

4. Pucciani, qui statuunt, quemvis in sua Religione posse salvari.

5. Syncretistæ.

6. Epicurei, omnem Dei cognitionem flocci pendentes.

§. 13. *Cognitio Nostri.*

Hominis scilicet, ut homo seipsum probè cognoscat.

Præfigurata. V. ab initio Tit. cognitio.

Difficilis est. Hinc Ausonius:

Ut nemo in sese tentat descendere nemo;
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

In Apollinis Delphici templo ipsis foribus inscriptum erat: γνῶθι σεαυτόν. Cur verò tam difficilis est sui cognitio? Respond.

Ob innatam cœcitatem; quâ fit, ut homo se non noscat.

Ob superbiam. Luc. 18, 11. Gratias tibi ago, quod non sim sicut cæteri homines.

Hinc Nathan simile adhibuit ab ovicula 2. Sam. 12. quia ægrè Davidem seipsum cogniturum sibi persuadebat.

Apopht. Thales Milesius interrogatus, quid est perfectum? respondit: Mundus. Quid capacius? Locus. Utilius? Spes. Melius? Virtus.

Velocius ? Cogitatio. Fortius ? Necessitas.

§. 14. *Augusta* exemplo & imitatione Sanctorum, qui suo se pede semper mensi sunt. Genes. 18. Abraham agnoscit, se pulverem cineremque esse. Nempe, in se descendebat Abraham & mortalitatem considerabat suam. David. 2. Sam. 7. Quid ego sum? aut quid domus Patris mei? Esai. c. 6. Moses suo se modulo metiebatur, subterfugiens arduam provinciam, quam ipsi Deus imponebat, Exod. 3. Gen. 3, 7. Adam & Eva, sese cognoscentes, nudos esse, consuerunt folia ficus: sic cognitio sui verecundiam & pudorem inducit. Luc. 18, 13. Publicanus sese cognoscebat & humiliabat: Non sic Pharisæus: hic verò similis est navi, quæ naufragium patitur in portu; Ille verò publicanus lætus portum attigit: ambæ naves plenæ. Lucæ 23. v. 41. Latro intra se descendens, nil nisi peccatum se esse agnovit. 1. Corinth. 15. v. 9. Non sum (ait Apostolus) dignus vocari Apostolus: sese cognoscebat divinus vir, & prioris vitæ acta secum trutinabat: sic & nos consideremus, quinam simus.

§. 15. *Utilis* multis modis, ut scias 1. Quis in Adamo fueris? 2. Quid post lapsum futurus sis? 3. An ad Christum, an ad Satanam pertineas?

Pausaniæ roganti Simonidem Philosophum, ut hic illi dogma maximè necessarium, & rege dignum præscriberet, quod præ oculis semper haberet, respondit: Domine Rex, te hominem esse memento.

Clemens Alexandr. lib. 3. Pædagog. Sui cognitionem scientiarum omnium magistram, & omnium disciplinarum pulcherrimam nominavit.

Agapetus: Qui se novit, Deum noscet: Deum noscens, Deo assimilabitur: Qui assimilabitur, Deo dignus erit: Dignus erit, qui nihil Deo indignum admittit, sed cogitat, quæ Dei sunt, & quæ cogitat, loquitur, & quæ loquitur, facit. Hæc Agapetus. Itaque hoc judice, cognitio sui fons erit omnis pietatis. Quod & suo modo agnovit Plato, scribens in Philæbo, quod sui ignorantia sit genus universæ improbitatis.

§. 16. Defectus nostros agnoscere debemus, Joh. Tauler. serm. 1. Dom. 3. Adventus.

1. Ab exemplo omnium sanctorum, suos defectus cognoscentium.

2. A necessario. Si medicinam expetimus, morbus prius agnoscendus est.

3. A justo & honesto. Dan. 9, 7. Justus es Domine: nobis verò confusio. Hinc monet Christus, ut is, qui se sine peccato esse agnosceret, primum in adulteram vibrandum tolleret lapidem, Joh. 8. v. 7. ut doceret, neminem sine peccato esse, idque omnes agnoscere teneri. Vide August. in h. l. Johannis.

4. A simili. Oculus objecta cognoscit: seipsum non noscit, non videt. Sic plurimi suos defectus non vident, aliorum verò facile videt.

§. 17. *Nostri cognitio necessaria est & suadetur.*

1. A Dei præcepto: qui vult, nos intra nosmetipsos descendere debere. Hinc Levit. 6, 10. jussit Deus cineres spargi penes altare, ut nos cogitaremus, nihil nos nisi cinerem & terram esse.

2. A minori. Gemmas deferimus ad magistros, ut illæ probentur, an genuinæ sint, an vitreæ: quantò magis nos ipsos probare debemus ad Lydium lapidem scripturæ.

3. A ratione. Quo quis n. melius se cognoscit, eò rectius suas componit actiones, ad diligendum Deum, sine quo nulla nobis est felicitas: & novissima solicitè cogitat atq; meditatur.

Moses cum fuliginem Exodi 9, 8. in altum projecisset, factæ sunt vesicæ turgentes in Ægyptiis: sic (1) Homo pulvis & cinis est, Gen. 18, 27. Sir. 10, 9. (2) Cum se extollit & velut pennis ventorum super ardua volare intendit, (3) fiunt in corde ejus vesicæ & ulcera superbiæ, teterrimum fœtorem coram Deo & hominibus exhalantia, Sir. 10. v. 9.

4. A judicio ethnico Platonis, qui dicebat: Deos salutare homines templum ingredientes, hoc dicto: Nosce teipsum. Quo Ethnicus innuere voluit, in templis sacris maximè homines & se & Deum cognoscere debere.

5. A fructu cognitionis nostri. Bernh. col. 2102. lit. D. oper. §. Frustra (ait) cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondum idoneus est ad videndum seipsum. Prius enim necesse est, ut cognoscas invisibilia spiritus tui, quàm possis esse idoneus ad cognoscenda invisibilia Dei. Et si non potes cognoscere te, non præsumas apprehendere ea, quæ sunt supra te. Præcipuum & principale speculum ad videndum Deum est animus rationalis, intuens in seipsum. Hæc Bernh. Idem alibi sic dicit: Multi multa sciunt, seipsos nesciunt. Id. de considerat. Noveris licet omnia mysteria, noveris lata terræ, alta cœli, profunda maris: si te nescieris, eris similis ædificanti sine fundamento ruinam, non structuram.

§. 18. *Tria homo potissimum cognoscat.*

1. Quam viles fuerimus in egressu ex utero matris.

2. Quam fragiles in vitæ progressu per multas calamitates & iniquitates.

3. Quam flebiles simus futuri in egressu ex hac vita per mortem.

§. 19. *Autores de hâc re.*

Johannes de la Cerda justum de cognitione hominis tractatum conscripsit.

Seneca multa quoque de hoc problemate habet epist. 28. 51. & 67.

Ludovicus Carbo à Costaliario edit. Colon. 1617.

Antonius & Maximus serm. de cognitione sui.

Stobæus serm. 21.

D. Bernhardus de interiori domo.

Chrysost. serm. super verba David: Quis sum ego? Tomo I.

Chilon Spartanus noscere se quemq; jubebat. Juven.-- è cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν *Figendum & memori tractandum pectore, rebus, In summis minimisq;*

Bias

Bias jubebat, quemlibet suas actiones contemplari in speculo, ut turpes emendaret, bonas magis ornaret. Stobæus Serm. 21.

Crœsus misit legatos suos Delphos, percontatum ex oraculo, quo pacto ipse beatam vitam agere posset: His responsum ab oraculo, si seipsum cognosceret, omninò futurum esse, ut vitam undiquaq; felicissimam traducere posset, Muret. orat. X.

Famuli regis Macedonum Philippi quotidiè mane clamabant: Memento Phlippe te hominem esse.

Torlaci religiosissimi homines in plateis conferunt specula, eaq; obviis ostentant, monentes, suæ ut sint fragilitatis semper memores.

Allegor. Exod. 28,8. Labri sacri partem anteriorem Deus ex speculis fieri voluit, ut suam sacerdotes fragilitatem jugiter meditarentur, & ob oculos haberent.

§. 20. *Quanta animalium brutorum cognitio?*

Elephas inter omnia bruta sagacissimi est intellectus: assuescit enim regem agnoscere, eum adorare, linguam Indicam videtur percipere, omnia jussa magistri sui exequi, quæ omnia ab Elephante præstita esse 1639. Gedani vidimus.

Canis optimè cognoscit Dominum suum, & vix alium sequitur.

Bos agnovit Dominum suum, Esa. 1,3.

Ciconia novit suum tempus, Jer. 8,7. Quantò magis homo Deum agnoscere debet, eique obedire &c.

COGNOMEN. v. *Nomen.*

COHORS

§. 1. notat certum militum numerum, de cujus quantitate disputant rerum bellicarum scriptores. Erat Cohors 1, consularis, quæ Consuli ad latus erat. 2. Prætoria, Prætoris comitatus & satellitium, constans militibus 500. & ultra: quâ usus est Judas in capiendo Christo: Illius stultitiam meritò ridet Hieronym. in c. 26. Matth. & Cyrill. lib. 11. c. 32. in Johann. 3. Urbana, 4. Auxiliaris. 5. Legionaria. 6. Milliaria cohors legionis erat caput, constans mille, centum & quinq; peditibus: equitibus verò centum & triginta duobus.

§. 1. COITUS. v. *Castitas, Conjugium.*

COLICA PASSIO. v. *Morbus.*

COLLECTÆ. V. *Eleemosynæ.* It. *Oratio.*

COLLEGA.

§. 1. Est persona in eodem nobiscum constituta officio.

Virtutes inter collegas observandæ sunt:

1. Candor & sinceritas erga se invicem.

2. Conjuncta intentio publicum bonum promovendi, Est. c. 3. v. 9.

3. Justitia in partibus officii obeundis.

4. Patientia in nævis & defectibus humanis, quibus hæc vita carere non potest.

5. Humilitas, ne quis alter alterum loco summoveat, ut se evehat.

6. Fidelitas in tuenda autoritate communi, quæ ad res gerendas requiritur.

7. Sicut membra in corpore sese mutuò tuentur, 1. Corinth. 12. 14. Rom. 12, 5.

COLLOQUIUM. V. *Societas. Sermo.* §. 1.

Theologorum colloquia maximam partem infelici exitu terminata sunt, exasperatis insuper colloquentium animis: ut rectè dixerit G. Nazianzenus, se felicem Synodum non vidisse.

Epiphan. hæres. 76. narrat, obsignata esse utrinq;, quæ in colloquio dicta gestaque fuerunt.

Possevinus declinavit publicum cum hæreticis colloquium, fol. 342. in Judic. August. confess.

Colloquia *extemporaria* vitanda, quia non mox suggerit memoria, quod dicendum est, Val. Mag. pag. 1. cont. me.

Colloquia sint casta, cauta, ne mutuis sermonibus scandala ponamus invicem.

Blasphema, contra Religionem non audienda, Jeræus lib. 3. c. 4. de quibusdam Gentilibus agens.

Mensalia Lutheri non ἁπλῶς probamus. Vide D. Gerhard. in Confess. Cathol. D. Theodoric. in c. 1. Ecclesiasticæ Salomonis, fol. 7.

COLLUM. §. 1.

De collo bajulare Evangelium Johannis. Defendit hanc superstitionem Cornelius a Lapide in 4. Reg. 1[illegible]. ad vers. 4. Collum durum Psalm. 75, 6. & 93, 5. notat contumaciam, superbiam, fastum.

COLLYRIUM. §. 1.

Unguentum oculorum Apoc. 3, 18. lippitudinem & feces eorum tollens. Hoc est spiritualis illuminatio, & beneficiorum Dei contemplatio, & propriæ miseriæ agnitio.

COLOCYNTHIS. §. 1.

De ea Dioscorides lib. 4. cap. 178. cucurbita temamara & sylvestris, 2. Reg. 4. v. 38.

COLOSSÆ.

Civitas Phrygiæ, Hierapoli & Laodiceæ vicina. Plin. lib. V. c. 32. Strabo lib. 12. cap. 15. Herodot. lib. 7. magnam Phrygiæ civitatem nuncupat. Habet eadem fluvium Lycum, qui in terræ hiatum se abdit, dein post 5. stadia rursum erumpit. Sub Nerone terræ motu concidit, Oros. lib. 7. unà cum Laodicea & Hierapoli. Cæterum Laodiceæ quoque Ecclesiam sibi Christus collegerat, Col. 4, 16.

Sunt & aliàs Rhodii Colossenses dicti, à Colosso Solis, vel statuâ, cujus tanta fuit altitudo, ut navis expansis velis inter ejus femora liberè velificare potuerit. Vid. Plinium

Hæresis & labes Simoniana in illas Colossas irrepserat, ut puram Epaphræ Coloss. 4, 12. & Archippi Col. 4, 17. virorum Apostolicorum doctrinam lacunis errorum Simonianorum conspurcaverat. Ideò hanc epistolam è custodia Romana & carcere Paulus ad eos perscripsit. Ipse verò Apostolus Colossenses non vidit. Athanas. in Synopsi.

COLUMBA.

Columba rediens ad Noachum est imago afflictarum mentium, non nisi in Deo requiem invenientium.

1. Ani-

§. 1. 1. Animal volatile notum, olim sacrificiis quoque sacrum & destinatum. Dici volunt à culminibus tectorum & ædificiorum, quæ solent incolere. Columbæ nidos faciunt in foraminibus, dicit Jerem. c. 48, 40.

2. Spiritus S. comparatur cum columba, In promt. Allegor. 132.

3. In Christo cur apparuerit specie columbæ. Alleg. 585.

4. Pii columbæ sunt (Matt. 10, 16. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ) (a) virtute, (b) Sorte, i. e. virtute & actibus virtuosis.

Virtus in eis invenitur.

(α) Mansuetudinis. Carent enim felle columbæ: sic pii sint mites exemplo CHRISTI, Matt. 11. v. 17. & præmio, Matt. 5. vers. 5. Beati mites.

(β) Pietatis. Nam dicuntur columbæ alienos quoque pullos nutrire: sic pii alienos, h. e. malos & ingratos nutriunt sæpè, Matt. 5. v. 44. exemplo Dei Patris.

(γ) Simplicitatis. Sic pii simplices & recti, Matt. 10, 16.

(δ) Charitatis: quæ magna est inter columbas: sic pii charitatem maximè exercent.

(ε) Prudentiæ: grana namque diligenter seligit columba: sic pii prudentes sunt, vile à pretioso segregantes, circumspectè ambulantes. V. Prudentia suo loco.

§. 2. Actus virtuosi, qui reperiuntur in columbis, sunt.

1. Gemere: Gemunt etiam pii in hoc mundo, Ezech. 9, 4.

2. Se mundare: sic pii mundant se precibus & pœnitentiâ quotidiana. Psal. 32, 6. propter hoc ad te orabit omnis Sanctus.

3. Pro suis sollicitas esse columbas tradit natura: sic pii curam habent suorum, 1. Timoth. 5. v. 8.

4. Errantes columbas colligere & sibi associare: sic pii errantes in viam reducere student: conversi convertunt & fratres suos, ut Petrus, Luc. 22, 32.

5. Injuriarum oblivisci, quarum facilè columbæ obliviscuntur: sic pii injuriarum sunt immemores, & noxas proximis dimittunt, orantes: Dimitte nobis debita &c.

6. Fugere, Ps. 55, 7. Sic pii fugiunt desertum hujus mundi, fugiunt ex Babylone Apoc. 18, 4. ad cœlestem patriam.

7. Non requiescere, nisi inveniat, ubi pedem figat, Genes. 8. Sic pii in hoc mundo non inveniunt, ubi pes eorum quiescere possit, nisi in solo Deo. Matt. 11, 29. requiem invenietis animabus vestris.

8. Cadavera non comedere: sic fideles cadaver peccati non diligunt.

9. Fœcundam esse prole: sic pii fructibus justitiæ.

§. 3. Columba in Cantic. Cantic.

Notat Christi sponsam & Ecclesiam, ob virtutes columbarum & actus, quos jam recensuimus.

In foraminibus petræ esse dicitur, (1) D. Bernhardus de Christi vulneribus accipit. Hic enim est vera Petra, scissa & fissa in cruce. (2) Alii de præsidio & latibulo Dei, sub quo Ecclesia tuta est; ut solent in rupes inaccessas columbæ se recipere. (3) Commonefit Ecclesia, se non in domicilio sed latibulo hujus mundi versari, in exilio hujus vitæ, ad habitandi communitatem minimè apposito.

COLUMNA.

§. 1. In genere notat potentiam, Apoc. 1, 10.

I. Nubis & Ignis, Exod. 13, 21. 22. c. 14, 24. c. 40, 38. Esa. 4, 5. Nubis columna, ob æstus depulsionem: Ignis, ob majestaticæ præsentiæ demonstrationem. Dei defensionem significat & tutelam, quâ suæ Ecclesiæ præsidet Dominus. Sive Christi præsentiam, Augustin. tom. 3. column. 273. b. c. lib. 2. cap. 13. v. 14. de Trinitate.

II. Fidei. In Promt. Allegor. 124.

III. Salomonis duæ columnæ, 1. Reg. 7, 15. 2. Chron. 3. v. ult. Jachin & Boas. Illa significat directionem, hæc fortitudinem; alii de Ecclesiæ firmitate, alii de Petro & Paulo exponunt.

IV. Columnæ Ecclesiæ sunt I. Magistratus ipsi docendo, ut vult Pineda folio 55. in Ecclesiast. sunt eædem aureæ columnæ, virtutum splendore, laboriosæ occupationum mole, stabiles legum affixione, quas suo vitæ exemplo confirmare illos fas est, fortes, perferentes labores & molestias Reipublicæ, ornantes & fulcientes Remp. 1. Reg. 7. v. 2. 3. Judic. 10, 25. II. Martyres. Attalicum martyrem columnam nominat Eusebius lib. 5. c. 1.

III. Viri primipilares, & eximii in Ecclesia Dei, quæ oneri Ecclesiæ suos velut humeros supponunt, Gal. 2. v. 9. Apoc. 3, 12. [1] Altæ, per scientiæ profunditatem. [2] Solidæ, per sapientiæ cœlestis immobilitatem. [3] In cœlum erectæ, per spem & precum assiduitatem. [4] Fundatæ in Petra Christo. [5] Vexatæ variis tentationum procellis & tumultibus hominum & Satanæ furoribus. [6] Ornatæ tabulis divinis verbi. Ex his enim pronunciare debent Viri in Ecclesia, primi licet. [7] Quadratæ, per fortitudinem crucis. [8] Teretes per humanitatem. 1. Cor. 9, 22. Omnibus omnia factus sum, ut omnino aliquos servem. [9] Lapsuros confirmantes. Pii enim infirmos in fide erigunt, Galat. 5. & sustinent. Luc. 22, 32. Conversus tu, converte fratres. [10] Ornantes. Ut enim columnæ solent ornare ædificia; sic quoque primarii viri in Ecclesia ornant eandem. [11] Firmæ per fidem. [12] Rectæ per æquitatem. [13] Sublimes per contemplationem. [14] Sustentantes, fulcientes, marmoreæ, (ut Esther. 1, 6.) Æreæ ob constantiam, argenteæ ob verbi puritatem, Psal. 12. alios, per verba consolationis, suffragia orationis, exempla actionum, Richard. de S. Victore in c. 3. Apoc.

§. 2. V. Ipsa Ecclesia columna, 1. Tim. 3, 16. nempe (α) In Christo Petra solidè fundata. (β) Cui appensæ sunt scripturæ V. & N. T. Hæc enim in Ecclesia ceu Spiritus S. officina sonare debent,

bent, & nunquam conticescere. (γ) Et ut olim & hodienum res memorabiles in columnis perscribebantur: Sic ecclesiæ Dei per Spiritum S. inscripta sunt memorabilia DEI opera & mysteria. Psalm. 87. v. 2. Gloriosa sunt dicta de te, Civitas DEI. Thomas de Aquin. in hunc locum: In ecclesia est forma, cognitio & veritas. Et mox addit: Si ecclesia congregat in Deo, & dat cognitionem veritatis, debemus esse in ea.

VI. Columna Magistratus, V. Magistratus.

Similia ejusdem.

VII. Columnæ cœli, altissimi montes, Job. 26, 11.

Columnas Psalm. 75. alii exponunt de verbo Dei & decreto, quo terra stabilita est, Genebrardus in Ps. d. sed id alienum est, nec phrasei scripturæ consonum.

COMÆ.

§. 1. Comarum alendarum usus & desvetudo. Camer. Hor. Subc. part. 2. c. 40. & c. 36. p. 1. Paulus rejicit Ethnicam mulierum consvetudinem, passis crinibus olim sacris vacantium. Vide in 1. Cor. 11.

COMBIBO. V. EBRIETAS.

COMETA.

§. 1. Notum meteoron: Exhalatio calida, sicca, viscosa simul & pinguis: accensa virtute astrorum & elevata, & cum suprema aëris regione agitata, motus non expers.

Significatio 1. Belli. Sic cometa ante obsidionem Jerusalem apparens forma gladii. Ante Attilæ adventum. Ante funestum illud Germaniæ bellum anno 1618. Similis virgæ vigilanti Jerem. 1. quæ cladem Judæorum præsignificavit olim: Ita & ille Cometa Germanorum.

2. Famis & summæ sterilitatis.

3. Mortis summorum virorum. Ann. Chr. 594. Mors Mauritii Imperatoris significata. Anno 1557. cometa apparuit, quo viso Carolus V. dixit: Per hunc nuncium scio me vocari: Sic nos per signa Judicii.

4. Mutationes imperiorum. Sic Cometa anno 1618. & 1619. visus.

5. Pestis & morborum. Anno 745. in Syria.

6. Tempestatum horrendissimarum. Aristot. lib. 1. c. 7. Meteororum. Calisthenes tradit, cometam apparuisse, antequam Helice & Bura tempestatibus in mari sunt submersæ. Fung. in etymol. hac V.

7. Terræ motuum. Sic Vopisco & Paterculo consulibus ingens cometa visus est: & multæ urbes Achajæ & Macedoniæ terræ motu conciderunt: Teste Seneca. Damascenus L. 2. cap. 27. orthod. fidei. Vide Chytræum in Deut. p. 557.

Cultus in templo Romæ cometa, quod Augusto Cæsari faustus esse videretur. Autor Func. in etymol.

§. 2. Autores de Cometis egerunt Cornelius Gemma libello de Cometa 1575. Cicero lib. 2. de Div. Plinius lib. x. Albertus M. lib. 1. tract. 3. c. 10. Joachim Camerarius pecul. tract. de Cometis. Conf. *Stella nova.*

COMMODATIO. V. DEPOSITUM.

§. 1. Commodatio est actus charitatis erga proximum egenum sublevandum juvandumque: Potest ad septimum referri præceptum.

Materia. §. 2.

Seu res commodatæ sunt 1. Animalia, Exod. 22, 10. Si quis commodaverit proximo, v. 11. usque ad 15. 2. Æs, pecunia, vel omne id, quo caret proximus tuus, Deut. 15. v. 7. 8.

Objectum §. 3.

Cui? Non potentiori quàm tu es, Sirac. 8, 15.

Quomodo? §. 4.

Commodare debemus 1. Libenter, Sir. 29, 5. 2. Diligenter & frequenter, ne defatigetur in te charitas frequentiâ miserorum. 3. Patienter ferre solutionis moram, Sirac. 29, 11. cap. 20, 15. Damnatus itaque nimius rigor servi illius, moræ impatientis, Matt. 18, 30. 4. Prudenter, Sirac 29, 8. 9. ut videamus (α) ne nobis pecunia pereat. (β) Neque ei commodemus, qui potentior est quam tu. 5. Piè tamen, ut vel iis commodemus, à quibus non speramus solutionem, Luc. 6. vers. 34. 35. (Quanquam alii alium huic loco sensum adscribant.)

Quando? §. 5.

Cum proximus indiget, Sir. 29, 2.

COMITAS, v. *Humanitas.*
COMITES, v. *Societas.*
COMMEATUS, v. *Bellum.*
COMMENDATIO, v. *Laus.*
COMMESSATIO, v. *Ebrietas, convivia.*

COMMINATIO.

§. 1. Divina, cujus finis est 1. ut ad pœnitentiam adducat, 2. à malis liberet. Theodoret. in cap. 3. Jonæ: DEUS gaudet conservare, ideo tristia denunciat, ne tristia invehat, 3. homines in officio pietatis contineat, 4. Inobedientes ad agnitionem suæ improbitatis perducat, 5. in viam reducat eosdem, ut homines agnoscant, Deum optimè ipsis cupiisse, & ipsos pessimè bonitate Dei abusos esse.

Est vel conditionalis, Jer. 18. v. 7. 8. Gen. 20, 3. 7. Job 3, 5. 2. Reg. 20, 1. vel absoluta, 2. Sam. 12, 14. 1. Reg. 11, 11. 2. Chron. 11, 17. Dan. 2. spiritualis, corporalis.

Objectum.

Omnes peccatores, sive sint Reges, 1. Sam. 12. v. ult. sive subditi.

Effecta.

1. Docent DEI justitiam, bonitatem in avertendis malis. 2. ad pietatem movent & pœnitentiam, 2. Reg. 22, 11. Jon. 3. vers. 6, 7.

Adjuncta.

Sunt certæ, veraces, justæ, necessariæ, ut repetantur ob securos homines. Aliquando, quoad effectum earum suspenduntur, quod arguit Deum esse 1. misericordem, Jerem. 18, 2. longanimem, Exod. 34, 3. fidelem, Deut. 32, 4. patientem, 2. Pet. 3.

COMMODATIO, v. *Depositum.*

Officium ejus, qui accipit commodato.

1. Agnitio, quâ agnoscit se servum fieri illius, qui ipsi dat commodato, Prov. 22, 7.
2. Restitutio ut solvat, Sir. 9, 4. cap. 29, 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Causæ

Suadentes commodare proximo. 1. Mandatum Dei Deut. 15, 8. 9. Matt. 5, 42. Sir. 29. v. 1. 2. 11. 12. ad 16. inclusivè. 2. Nota filiorum DEI, Psalm. 15. 5. & 37. 22. & 26. Psalm. 112, 5. 3. Lex charitatis & naturæ, quod tibi vis fieri, alteri feceris: Cum igitur tibi velis commodari; tu proximo commodabis. 4. Signum benedictionis Dei, Deut. 28, 12. 5. Est opus misericordiæ, Sir. 29, 1.

Depositum

1. Sanctè asservandum Exod. 22, 6. non intervertendum; alias reddere duplum tenetur, Exod. 22, 9.
2. Diligenter curandum: Hinc si res deposita per negligentiam furto ablata fuerat, simplum rei aut pretium pro re jubebatur reddere, Exod. 22, 12.
3. Si sine scitu & negligentia res furto ablata sit, innocens erit, nihilque restituet, Exod. 22. v. 10. 11.

§. 1. COMMUNE.

Id est, impurum, pollutum: nihil, hoc est, nullum ciborum genus est per se impurum, Roman. 14, 4. 1. Corint. 8. Coloss. 2. Hebr. 13. 1. Tim. 4.

COMMUNITAS

Opponitur ei, quod quocunque modo privatum est. Est communitas 1. Salutis proximi, quam quærere debemus. 2. Charitatis & utilitatis communis. 3. Bonorum spiritualium. 4. communitas terræ hujus possessæ & bonorum in ea. 5. Communitas bonorum in altera vita. Plura de his V. Charitas. Ædificatio. Respublica. Concordia. Avaritia, quæ nocet communitati.

§. 1. COMMUNIO.

Communio malorum vel cum malis, Ps. 141, 4. 2. Joh. 12. V. Societas.

Communio nostri cum Christo.

De ea in promtuario alleg. cap. peculiari num. XIV. Alleg. 1361.

Num. 17, 8. & similia vide etiam. Ut palmites radicis Aaronicæ fructus ferebant: sic Christus virga est spiritualis; pii verò palmites sunt. Pulchrè August. tom 10. col. 810. d. Ut vitis Johan. 15, 1. suos habet palmites; sic quoque Christus vitis palmites.

Sicut magnes ferrum trahit: sic Christus magnes nos ad se trahit spiritualiter, quia Christo adhæremus & communicamus per fidem.

Unio hæc & communio est conjugium spirituale cum Christo, Eph. 5, 25. Estque in hoc conjugio (1) Desponsatio, Oseæ. 2, 19. (2) Christus est mas spiritualis, Esa. 54, 5. Caput ecclesiæ, Ephes. 1, 22. Secundus Adam, 1. Cor. 15, 47. Fœmina est ecclesia, Sponsa, Ps. 45, 10. Apoc. 21, 9. (3) Semen spirituale est Dei verbum. 1 Pet. 1, 23. (4) Uterum gerit Ecclesia. Gal. 4, 9. Filioli, quos iterum parturio, &c. (5) Pater dedit hanc sponsam filio suo, copulat eandem spiritu suo (6) Christus sponsus & ecclesia sponsa consentiunt in hanc spiritualem copulam, per fidem & baptismum.

Communio Eucharistiæ. V. Sacramenta. §. 2.

Dei desponsatio cum homine est communio spiritualis 1. Hypostatica in Christo. 2. Æterna in altera vita. 3. Mystica ratione unionis spiritualis, Ephes. 5. Dionys. Carthus. in c. 2. Oseæ.

§. 3. Officia nostra erga communionem Eucharistiæ. 1. *Æstimare* eam magni, 2. Sam. 9. ut Mephiboseth. 2. *Gratias* agere pro eâ, 1. Petr. 2. Coloss. 1. 3. Manducare hanc cœnam. Psal. 22, 4. Tolerare crucem simul patienter. 5. Communionem non certis quibusd. ordinib. attribuere. Vide Laur. Artur. Jesuitam libr. 1. cap. 1. contr. A. Sadaelis assert. pro Eccles.

Communio Libertatis, Hebr. 13, 16. Rom. 12. v. 13. V. LIBERALITAS.

Communicare peccato. V. PECCATUM.

Communicare ministris. V. AUDITOR.

Communio Tribulationum & crucis. V. TRIBULATIO. Conf. Phil. 4, 14.

Communio in Evangelio, Phil. 1, 15. §. 4.

Ea est participatio evangelii per prædicationem. Estque maximi æstimanda, utpote mysterium, Ephes. 3.

I. Ob sapientiæ absconditæ communicationem, Psalm. 51. 8. Est hæc sapientia è sinu Patris prolata. Johan. 1, 18. æternis temporibus tacita, Rom. 16, 25. abscondita, Matt. 11, 28 Psalm. 45. 2. Esa. 52. 7. c. 55, 10. Psalm. 23, 2. 2. Sam. 23, 4.

2. Ob panopliæ cœlestis apertionem. Ephes. 6, 13. omnia nobis arma in evangelio.

3. Sufficientem instructionem. Est enim Evangelii doctrina schola Dei, 1 Timot. 3, 15. Proverb. 8, 31.

4. Communicationem indifferentem, Nam & Judæis & Gentilibus offeruntur dona Evangelii.

5. Communicationis pretiositatem. Nam quid est communio auri, argenti, divitiarum? Nihil planè; Omnia fluxa sunt. Sola hæc bona æterna sunt.

§. 5. *Communio hæc est nuptiis similis.*

Alphonsus rex Hispaniæ filiæ, Friderico III. imperatori elocatæ, nuptias paravit, in quibus 30. millia hominum fuerunt; Cæsar cum omni nobilitate Germaniæ adfuit; fontes undique vino fluxerunt: Sic Deus Pater Ecclesiam filio elocans, vocat omnes ad hoc convivium. Adsunt angeli cœlestes, gaudentes hominum pœnitentiâ. Fontes divinæ miserationis omnes hic aperiuntur & vino fluunt bonitatis paternæ.

Alexander M. ducens in matrimonium Statiram, filiam Darii, novem millia hominum invitavit, cibavit, & unicuique pateram auream dedit, Plutarch. in Alex. M.

§. 6. *Communio Filii Dei.*

1. Corinth. 1, 9. Est 1. Filiationis nostræ, Joh. 1. propter enim filium Dei sumus filii Dei. 2. Omnium meritorum. In hanc enim per Christum introducti sumus. 3. Regni gloriæ, in quo cum ipso regnabimus, 2. Tim. 2, 12. Rom. 8. Joh. 17. 4. Patris ipsius, 1. Joh. 1. v. 3. 5. Gratiæ ipsius: Sumus enim in Christo ceu vite, Joh. 15. & oleâ Rom. 11. succi vitalis in ipso & per ipsum participes.

§. 7. *Communio Sanctorum*

1. Continet in se officia singulorum membrorum inter se, pertinentium ad idem corpus Ecclesiæ, Eph. 4. v. 4.

2. Compactionem membrorum congruam in eodem corpore atque coadunationem, Eph. 2. v. ult.

3. Instillationem spiritus vivifici, qui membra illa vegetet, nutriat, Esa. 59. Eph. 4. Unus spiritus.

4. Nexum & compagem, quæ est charitas, Rom. 13, 8. & fidei unitas, Eph. 4, 4.

§. 1. COMOEDIA. *V. SPECTACULA.*
COMMUTATIO. *V. JUSTITIA, ejusq; species: Nam & inter has refertur Commutatio.*

§. 1. COMPASSIO. *Conf. MISERICORDIA.*
Quid?

Affectus misericordiæ dolentis de proximi miseria. Huc spectant loca Ps. 35, 13. Induebam saccum &c. Obad. 1, 12. 13. 14. Roman. 12, 15. Flete cum flentibus. Job. 29, 12. Liberavi pauperem vociferantem.

§. 2. *Efficiens Causa*

Est Spiritus Sanctus, Gal. 5, 23. Cujus etiam fructus est compassio illa.

§. 3. *Objectum.*

Versatur verò misericordia hæc circa diversa objecta. V. G.

§. 4 *Erga hominem calamitosum*

Etiam hostem. Sic David Psalm. 35, 13. Induebam saccum &c. Exod. 23, 4. Levit. 19, 33. Deuteronom. 22, 1. Si inimici bovem offenderis. Christus ipse Lucæ 19, 41. flet ob calamitates futuras Judæorum. Compatitur sororibus Lazari, Johann. 11, 14. Samuel luget Saulum à DEO rejectum, 1. Samuel. 15. Discipuli pro Cananæa intercedentes, Matt. 15. Marc. 7. David compatitur Hanoni, 2. Samuel. 10. 2. Idem David tristitiâ affectus ob Usiam, 1. Chronic. 14, 11. Esther 8, 6. capit. 4, 16. Job lugentes consolatur capit. 29, 25. Venerunt fratres ad Jobum, capit. 42, 11. Baruch ait: Addidit Dominus dolorem dolori meo, Jerem. 45, 3. Plorantes non destitue solatio, Sir. 7. v. 38. Beatus est, qui miseretur calamitosi, Prov. 14, 21.

Servum Dei. §. 5.

Sic Ebedmelech misericordiâ tactus est erga Jeremiam, Jerem. 38.

Rex Darius erga Danielem, Dan. 6.

Antiochus (etsi malus) erga Oniam Sacerdotem, injustè occisum, 2. Macc. 4, 37.

In errorem & peccata lapsum. §. 6.

Gal. 6, 1. Fratres, si homo præoccupatus fuerit &c. S. Bernhard. 2. de Resurrect. recenset: Cum senex quidam audivisset, quendam fratrum in enorme peccatum lapsum fuisse, quod amarè fleverit dixeritque: Ille hodiè (scilic. lapsus) & ego cras (labar scil. nî Deus supponat manum) 1. Cor. 10, 12. Qui stat, videat ne cadat.

Et ad hoc nos incitet 1. Communis hominum infirmitas. Gal. 6, 11. ne & tu tenteris. 2. Christi exemplum, qui lapsis compassus est, Joh. 8, 11. Lucæ 7, 50. 3. D. Pauli exemplum Gal. 4, 9. Filioli, quos iterum parturio &c. Roman. 9, 3. cupio anathema esse pro fratribus.

Erga hominem bello victum. §. 7.

2. Chronicor. 28, 10. Sic Abraham Lothum liberat, Genes. 37, 21. 22. Israelitæ erga Benjamitas penè excisos, Judic. 21, 13. 14. David erga filium Absalonem, 2. Samuel. 18, 33. Idem erga populum peste occisum, 2. Samuel. 24, 17 Elias erga viduam in morte filii, 1. Reg. 17, 36. Sic & Elisæus 2. Reg. 13. sequent.

Famelicos. §. 8.

Matth. 14, 16. 17. misertus est Christus populi, secuti ipsum in deserto. 1. Reg. 17, 34. Elias precibus sterilitatem & famem averruncavit tactus commiseratione.

Infortunatos §. 9.

Et pauperes, penuriâ sustentationis laborantes, Rom. 12.

Naufragum.

Actorum 28, 2. Barbari erga Paulum Apostolum.

Advenam & viduam, exules.

§. 10. Levitic. 19, 33. Si habitaverit advena. Johann. 19, 27. Johanni commendat Christus matrem.

Futura mala.

Elisæus prævidens futura mala ab Hasaële inferenda Israelitis, commiseratione ad fletum ductus est, 2. Reg. 8, 11. 12.

Esa. 22, 4. Nolite incumbere, ut consolemini me super vastitate filiæ populi mei.

§. 11. *Statum Reip. lamentabilem.*

Sic Nehemias capit. 9, 1. sequentibus flevit multis diebus calamitatem urbis Jerusalem. Luc. 19, 41. Christus flet ob excidium Hierosolymitanum. M. Marulus ob Syracusas. P. Scipio ob Carthaginem eversam. Julianus imperator ob Nicomediam terræ motu absorptam. Esther capit. 4. & 6. flet ob periculum populo suo imminens.

Vel Ecclesiæ.

Onias sacerdos 2. Macc. 3. ob templum ab Heliodoro spoliatum luget.

§. 12. *Lugentes ob mortem.*

Christi exemplo compatientis sororibus Lazari, Joh. 11, 35. seqq.

Tobiæ mortuos sepelientis, Tob. 1, 20.

Lucæ 7. Viduæ flenti complorat Christus non tàm, quàm solatium suggerit. Confer Job. 30, 25.

Actorum 9, 40. Petrus Thabitham excitat commotus lacrymis viduarum.

Peregrinos.

§. 13. Hebr. 13, 1. Hospitalitatis & beneficentiæ ne sitis immemores.

Reos.

Olim horum cognati *sordidatâ* veste usi sunt.

Ob lamentabilem statum Oeconomicum.

Sic discipuli pro Cananæa oraverunt Matt. 15, 23. Marc. 7, 15. seq. Leo Basilii imperatoris orientis filius è carcere voce psittaci liberatus à Patre. Zwing. fol. 315.

Statum corporis proximi, v. g. Erga vulneratum.

§. 14. Lucæ 10, 33. 34. Samaritanus compassionem exercuit.

Ægrotum.

1. Sam. 30, 11. 12. Matt. 25. Ægrotus fui & vos me visitastis.

Injustè damnatum & punitum.

§. 15. Uxor Pilati erga Christum, Matt. 27, 19. 20.

Lucæ 22, 29. 30. Mulieres lugebant & lamentabantur eum.

Seneca, Nerone in Christianos sæviente, ob falsò imputatum Romæ incendium, aliquot menses se in Muséo detinuit, ne insontum cædes spectaret. Lud. Viv. lib. 6. c. 11. Augustin. de Civit. Dei.

§. 16. *Honore exutum.*

Samuel luxit Saulem à Deo abjectum, 1. Samuel. 15, 35. Spado Persicus Darium regem regno exutum, & Alexandrum uti mensa Darii pro scabello, cum pedibus solum in sellâ regiâ Susi constitutus Alexander, contingere non potuisset, Diodor. Sicul. lib. 17. acerbè flevit fata regni Persiæ.

Mortalitatem. §. 17.

Xerxes infinitam ferè hominum multitudinem, navibus Hellesponto impletis, lacrymans conspicatus est, dicens: Quam brevis est hominum vita, quando ex tam numerosa multitudine post 100. annos nemo superfuturus est. Herodot. l. 7.

Hostes. V. Charitas.

Pœna & culpa §. 18.

1. *Non compatientium.* Amos 6, 6. Væ illis dicitur.

2. Sir. 35, 21. Dominus disperget immisericordes. Vid. Matt. 25, 41. Disperget eos hac voce: Ite maledicti in ignem &c.

3. Deus non compatitur illis, Matth. 18, 33.

4. Violant charitatis legem, quâ proximo obstricti erant, Matt. 22, 39.

5. Ipsimet rursus experiuntur immisericordiam.

6. Communem humani generis miseriam non expendunt.

7. Ostendunt, se non esse è numero electorum Dei filiorum. Hi enim induunt viscera miserationum, Col. 3, 12. His verò qui caret visceribus, Dei servus & filius esse non potest.

8. Contemnunt exemplum Dei Patris, qui nostris malis compatitur, Psalm 103, 8. 9. 10. 11. Hujus ergo Patris filii sunt degeneres.

Simile.

In corpore & ejus membris mutua est compassio, Rom. 12, 4. 5. 1. Cor. 12, 26. Vide eleganter Chrysostom. in h. l. Pauli. Et conf. August. homil. 15. inter. 50.

CONCILIATIO Religionum. *V. Unitas.*

CONCILIUM. §. 1.

Est solennior congregatio episcoporum & clericorum, ad dirimendas sive de fide, sive de ritibus moribusque controversias è solo Dei verbo.

Imperatoris est illud convocare. §. 2.

1. Multis probant Evangelici, (D. Gerh. Confess. Cathol. lib. 2. art. 4. c. 1. vide quoque Marsil. Patavin. in defens. pacis. Zabarel. & Jacob. in d. Concil.) passim disp. de Conciliis.

2. Inductione historica. Nam Constantinus Nicænum; Theodosius M. Constantinopolitanum; Theodosius Junior Ephesinum; Martianus Chalcedonense Concilium congregarunt, quod Tomi conciliorum testantur. Conf. Theodor. lib. 2. C. 8. c. 11. quæst. 1. C. Contin.

3. Certâ ratione. Quia ipsum Papam Concilio subjectum esse statuunt Cardinal. Cameracensis: Johan. Gerson de exam. doctrin. part. 1. consid. 2. & alibi: Jacob Almani: Nicol. Cusanus: Panormitan. in C. significasti.

ficasti: Cardinal. Florentin: Abulensis in cap. 18. Matthæi, teste ipso Bellarmino: Francisc. de Zabarell. Baldus: Decius: Andreas Fricius libr. 4. capit. 5. de emendanda Rep. Christiana, quorum formalia recitat D. Osiander in Papa non Papa, Tit. de Conciliis.

§. 3. *Laici quoque Conciliis interesse debent.*

A testimonio Juris Can. dist. 96. C. ubinam. Francisc. Zabarell. tract. de schismate Pontificis. Panormitan. in c. Significasti. Ext. de Elect. Andr. Fricius libr. 4. capit. 3. de emendanda Rep. Christiana. Gerson part. 1. de Exam. doctrin. consider. 3 Nationum factiones vitari. Scriban. Exulat veritas, ubi nationum pondere ducimur. In Medico Religios. p. 102.

§. 4. *Qualitas Conciliorum.*

1. Sint libera: ut cunctis liberè loqui liceat. Andr. Fricius l. 4. de Republica emendanda, c. 4. 5. Non tantum.

2. Stipata judicibus, non hostibus, aut affectu sinistro præoccupatis. C. 4. quæst. 4. c. Nullus unquam. C. 3. quæstion. 5. c. quod suspecti.

3. In loco libero, non suspecto &c. Vide librum Protestantium de causis recusati Concilii Tridentini, ex edit. D. Tuppii Pomerani.

4. Sint à Theologis approbata. Concilium Lateranense rejecit Academia Parisiens. Vide Widdrichton. part. 317. contra illud Concil.

5. Non tollant constitutiones forenses de Conjug.

§. 5. *Necessitas eorum absoluta non est.*

Possunt enim fidei controversiæ etiam sine conciliis, Synodis dirimi ex scripturis.

De Conciliis lege Chemnit. Gesner. Wittakerum, Willet. Lubert. Bullingerum, Meiger. lib. 1. c. 27. Nucl. histor.

Vide quoque plura *Tit.* ***ECCLESIA, MINISTER***, *&c.*

COMPELLO ad intrandum. *V. Religio non imperanda.*

§. 1. COMPUNCTIO. *V. POENITENTIA.*

CONATUS

Piorum aliquando impediuntur, Rom. 1. v. 13. *V. CONSILIUM.*

CONCIO & CONCIONATOR. *V. MINISTER.*

CONCORDIA.

Varia nomina.

§. 1. Dicitur pax, Rom. 12, 17. Ps. 34, 15. Ps. 120, 7. Prov. 12, 20. Unanimitas, Rom. 15, 6. Phil. 1, 26. c. 2, 2. 20. 1. Pet. 3, 8. Judith. 6, 14. c. 7, 4. Act. 1, 14. c. 2, 46. Conjunctio animorum: Unum Cor, Act. 4, 32. Idem sentire, Phil. 2, 2. Simul habitare, Psalm. 133, 1. Inter se bene convenire, Syr. 25, 2. animam alligatam esse cum anima, 1. Sam. 18, 2.

Divisio. §. 2.

Bona, quæ à bonis est in re bona: Estque charitatis effectus & fructus, fructus spiritus boni, Gal. 5, 22.

Mala, ut membra Leviathan cohærentia sunt, & sibi invicem implicata. Job. 41, 6. Ita membra infernalis Leviathan per malam concordiam coalescunt: quia maledicta est, Esa 5, 18. Ut ecclesiam pessundent reprobi, Ps. 83, 4. 5. 6. seq. Ut sanguinem effundant innocentem, Prov. 1, 11. Babylonii concordes in superbia, Genes. 11. Socii Core & Dathan, Num. 16. Malè scandalizat oculus: Erue eum. Vide Chrysost. hom. 56. in Joh.

Ut vulpeculæ Samsonis incendio suo ipsæ perierunt, Jud. 15. 5. Ita impii conspirando adversus pios sibi ipsis interitum accersunt, Proverb. 1, 32.

Hostium Christi diversorum. §. 3.

1. Sic Pharisæi & Sadducæi concordes, Matt. 16, 1.

2. Herodes & Pontius Pilatus, Luc. 23. vers. 12.

3. Pharisæi & Sadducæi contra Apostolos, Actor. c. 4, 1. c. 17, 5.

4. Ariani & Meletiani contra orthodoxos, Nicephor. lib. 12 c. 8.

5. Jesuitæ & Calviniani in oppugnanda Jesu hominis gloria & majestate. De quibus alibi dictum est.

Causa efficiens §. 4.

Principalis S. Spiritus. Gal. 5, 23. Fructus spiritus sunt charitas, humanitas. Deus quoque mandat concordiam & laudat, Psal. 133, 1 Zachar. 8, 19. Rom. 12, 16. 18. c. 14. 19 1. Cor. 1, 10. 1. Corinth. 13, 11. Philipp. 1, 27. c. 4, 2. 1. Pet. 3, 8. Ephes. 4. 3.

Minus principalis homo regenitus, qui concordiæ studet, eamque sectatur, Ps. 34, 15. 1. Pet. 3, 11. 12. verbis humanis. Prov. 15. c. 18. Vir comis amicos sibi adjungit, c. 25. Lingua mollis frangit duros.

Materia vel subjectum.

I. Inter quos concordia servanda omnino sit? nempe §. 5.

(α) Inter conjuges. Vid. Conjugium.

(β) Fratres, Sir. 25, 1. Ps. 133. v. 1.

(γ) Collegas. *V. supra COLLEGA.*

(δ) Inter vicinos: quia hæc concordia DEO & hominibus placet.

(ε) Cives. *Cicero:* Pacem hortari non desino, quæ vel injusta utilior, quàm justissimum bellum in civibus.

II. In qua materia Concordia locum habere debeat? Scilicet

1. In verbis, ut ea concordiam spirent, Gal. 5, 26.

2. In gestibus, ne hi spirent hostilem animum: hujusmodi gestus erant Caini, Genes. 4. vers. 6, 7.

3. In factis, ne proximum exacerbemus, Matth. 18, 30.

§. 6. *Forma & actus ad Concordiam spectantes.*

Linguâ lites non serere, Syr. 28, 14.

Iram hominis & calumniam non promovere, sed eas avertere & averruncare.

§. 7. *Effectus.*

Declinare Satanæ impetus: Qui enim studet concordiæ, discordiæ principi Diabolo resistit.

Pacare turbata. Sic Halcyones non sibi solùm, sed & aliis mare turbatum placant.

Res dissitas conjungere. Quemadmodum res separatæ vinculo conjungi possunt: ita Concordiâ res disjunctæ consociari possunt, inde Ephes. 4, 3. Retinentes unitatem per vinculum pacis.

Membra societatum conglutinare: Compaginationibus tabernaculum ejusque partes conjungebantur, Exod. 26, 4. 5. Ita concordiâ omnium statuum membra connectuntur, in choro, foro, thoro.

Cor unum facere. Spiritus in hominibus conjungit conglutinatque corpus & animam: Concordia conglutinat corda & corda, non corde & corde, sed toto corde, ut pacifici cor unum sit.

Etiam in angustissimo spatio nos continere posse: Huc spectat Leonis Bizantii Sophistæ ad Athenienses instituta oratio de se, & uxore sua, ut ambobus obesis, uno tamen lecto concorditer junctis.

§. 8. *Similia.*

Muro hostiles impetus arcentur: Ita concordiâ impetus Satanæ in nos declinantur. Vid. 1. Timoth. 2. v. 8. 9. Ne oratio vestra impediatur, 1. Petri 3. v. 7. Ita ad concordiam invitat conjuges, ne si discordiæ litent, frustrà spiritualibus armis utantur. Confer Malach. 2. v. 14.

Concordia est Margarita, quâ nos coram DEO oportet ornatos stare (1) ob ornatum. Ornat enim Margarita: Multò magis concordia, Psalm. 133. (2) Ob virtutum comitatum. Ut enim in Margarita variæ virtutes, sic etiam in Concordiâ plurima bona sunt & utilitates. (3) ob effectum: Margarita cor confortat; sic concordia corda nostra confortat, ut charitatis vinculo & precum studio: at discordia omnia debilitat.

§. 9. *Adjuncta.*

Pulchra. Psalm. 133. vers. 1. Ecce quam bonum & quam jucundum! &c. Nempe bona est concordia nobis ipsis ob plurimos fructus & commoda: Pulchra verò est coram (1) DEO, (2) Angelis, (3) Piis hominibus, (4) etiam hostibus nostris.

Necessaria. Concordiæ ædes quando erecta, Augustin. lib. 3. cap. 25. de Civit. DEI, cum nempe omnes discordiâ flagrarent cives. Sicut clavi trabales ædificio, ferramenta navigio necessaria sunt: ita concordiâ statibus omnibus.

Desiderabilis & honesta. Nihil enim æquè societates hominum ornat, quàm concordia. Hinc comparatur cum unguento pretioso Aaronis Ps. 133, 3. 4.

Beata. Matth. 5, 9. Beati pacifici, quoniam filii DEI vocabuntur.

§. 10. *Officia circa eam.*

1. Sectari concordiam debemus, Psalm. 34. vers. 15. 1. Petr. 3. v. 11. A Mandato Christi, Matth. 5, 9.

Allegoria. Joseph ad fratres Genes. 45. v. 24. Nolite, inquit, litigare in via. (α) Joseph est Christus. V. Promt. alleg. 124. (β) Nos ejus fratres, Hebr. 2, 22. Psalm. 22. vers. 23. (γ) In via sumus, Matth. 6, 25. Viâ nempe hujus vitæ brevi & salebrosâ. (δ) Mandatum cœlestis hujus Josephi nostri est, ne litigemus in via.

2. Gratias agere pro concordia. Sic pro consensu Episcoporum Constantinus tom. 1. p. 1. fol. 324. b. c. 2. conciliorum.

A minori. Inter Elementa summa est concordia, nec pugnant inter se, suis relictis locis terminisque: quantò magis huic virtuti studere debent creaturæ rationales, homines scilicet, maximè vero fideles & Christi discipuli?

Ab exemplo cervorum, qui concordes sunt & mutuo sibi ferunt suppetias fluvium aliquem trajecturi: Quorsum illud Poetæ:

Alter in alterius tergum sua cornua ponit
Cervus; & alterius sic juvat alter iter.

Galat. 6. v. 7. quantò magis concordes esse debemus, qui invicem membra sumus, ut hunc miseriarum fluvium in hoc mundo trajiciamus.

§. 11. *Oppositum.*

Discordia. V. Inimicitia.

Exempla discordiæ lib. 3. c. 10. exempl. narrat Sabellic.

Concordia Satanica & mala, Job. 41, 6. 7. 8. Psalm. 2. vers. 1. 2. Actorum 4, 25. cap. 23. vers. 13. Genes. 37, 20. Fugienda exemplo Josephi, Genes. 37, 2. monito Davidis, Psalm. 12. vers. 4. supplicio DEI, Psalm. 2, 4. Es. 8, 9 Genes. 11. vers. 7. 2. Reg. 6, 18.

Effectus.

Discordiâ res magnæ dilabuntur. Ægyptus habuit vicies mille muratas urbes: sed his XII. Reges simul eligentibus, Nebucadnezar illis potitus est omnibus, & illa &c.

CONCUBINA

§. 1. Et mulier. Differunt hæ usu veterum, ut ostendit Villetus p. 60. de Conciliis.

Concubinatus licitus in Papatu pro certa pecunia. Nicol. Clemanges cap. 15. §. 2. dispensat in eo Papa. Ambros. Catharin. p. 145. Clavis putat, olim concubinatum ita permissum fuisse. Concil. Toletan. 1. can. 17. non vult illos à com-

à communione repelli, qui pro uxore habent concubinam. O errorem! idem repetitur dist. 34. c. 4. In Edit. decreti 1528. Rubrica ita habet: Debet habere concubinam. Lugdun. scil. in Parisiensi 1507. extat: Licet habere.

Nota, quod plures habens concubinas, non incurrit irregularitatem. Extra: de bigamis. In Glossa ad text. *quia circa.*

§. 2. Cum presbyteris habentibus plures concubinas Episcopus potest dispensare. Extra, de bigamis. Quia circa. in Glossa.

Unam concubinam habens, non plures, castè vivit. Authentic. de Trienn. & Semiss. collat, 3. cap. 5.

Quæcunque Clericis taliter conjuncta sunt (concubinæ scilicet) auferantur ab Episcopo & venundentur. Dist. 81. c. Quidam Clerici. in Glossa, quæ addit: Venundentur, verum est, si contrahant cum illis tanquam uxoribus. Aliàs non concedo, posse vendi ob simplicem fornicationem.

Otho in Legantinis: Qui detinet publicè concubinas, deponatur. Addit Glossa: si publicè constet; si in domo & secreto habeat, non item. Ibidem additur: si non castè, tamen cautè, ut citat Joh. Ivellus, Apol. Ecclesiæ Anglicanæ, fol. 293.

§. 3. *Perniciosus* est Concubinatus. Confer supr. tit. Conjugium. §. Damna Cælibarus. Mala autem Concubinatus deplorant Claudius Espensæus lib. 2. c. 7. de Continentia. Pro prætenso (ait) puro mundoque cælibatu successit impurus immundusque concubinatus, ut latere nec præ multitudine queat, nec præ impudentia quærat. At hic tolerantia altius radices egit, permissis alicubi sub annuo Censu Clericis atque Laicis cum suis concubinis cohabitare: quod utinam & falsò & meritò extaret inter gravamina Germaniæ &c. Lege sequent. & eund. in Comm. in Epist. ad Tit. Gravam. 100. nat. German. 1522. Cassand. art. 23. c. 1. Eras. in I. Tim. 3. Henr. Cuychium, præsulem Ruremundens. in speculo Concubinariorum.

Aliud est mulier, aliud Concubina. Vide Cod. lib. 5. Tit. 16. l. 2. & in Jure Can. dist. 34. c. 6. contra Bellarmin. in q. de Errore Conciliorum. De concubinatu vide C. Espens. libr. 2. c. 6. de continentia. H. Cuychium in speculo concubinarior.

CONCUBITUS. *V. Castitas.*

§. 1. CONCUPISCENTIA.

De Concupiscentia mala Gen. 6. Exod. 20, 17. Deut. 5, 21. Prov. 23, 5. Syr. 42, 27. 28. Matth. 5, 28. Rom. 7, 7. c. 8, 7. 1. Cor. 6, 10. Gal. 5, 17. Col 3, 5. Jacob. 1. vers. 15. 1. Petr. 2. v. 11. 1. Timoth. 6. v. 9. 2. Pet. 2, 9.

§. 2. *Synonyma & similia varia Concupiscentiæ.*

Dicitur enim

Appetitus Rom. 1, 27. exarserunt per appetentiam sui.

Amnon sororem stuprans & vitians, 2. Samuel. 13, 10. sic concupiscentia animam inficit & vitiat.

Anhelitus venenatus Basilisci.

Aper, se volutando in peccatis omnis generis.

Æstus, quo mens humana abripitur.

Aqua inundans (ut solet fieri) ingruentibus aquis omnes rimæ obstruendæ, ne ingrediatur domum, eamque corrumpat.

Arbor vitæ, Gen. 3, 3. Sic qui concupiscentiæ fructus comedit, mortem sibi accersit, Jac. 1, 15. Prov. 1, 32.

Basiliscus sibilo suo omnes serpentes in fugam facit se abdere: Ita sibilus Satanæ protinus faciat à te cupiditates malas fugere. V. Ælian. de Basilisco.

§. 3. Bellum intestinum in homine Aug. tom. 10 col. 163. b. c. hoc bellum ciet concupiscentia, dum affectat imperium in membris nostris, Rom. 6, 12. nos sibi subjici, Roman. 7. per totum, & contra nos pugnat, 1. Pet. 2. v. 11. 1.

Blandimentum draconis fallere volentis, Aug. t. 10. col. 508. Satan Draco est, qui nos fallere intendit, 1. Pet. 5, 8. utitur ergo mundi concupiscentia.

Cancer continuò serpens, & carcinoma, resecandum, ne omnia membra depopuletur.

Canis latrans, Gen. 4, 7. ante fores cubans, sed tu dominaberis ei.

Caro & carnis sensus, Eph. 4, 17. Johan. 1, 13. nempe quia carnem afficit, inque eâ habitat, Rom. 7, 19.

Carnis intelligentia. Roman. 8 v. 7. Nihil enim novit caro nostra ex se, nisi mala concupiscere.

Compedes & carcer hominis, Rom. 7. Augustinus tom. 9. col. 1166. d. His implicatum nemo non se profitebitur, Roman. 7. vers. 24. Galat. 5. v. 17.

§. 4. Coluber suspensus, Num. 28, 18. August. t. 8. palpitat tamen hic coluber in corde nostro & virus effundit suum.

Coluber & regulus venenosus, Proverb. 23, vers. 30.

Cor pravum, Jer. 17. v. 9. 10. Ex corde enim pravo concupiscentia progreditur, Matth. 15. vers. 19.

Cordis malitia & figmentum malum, Genes. 6, 5.

Corpus peccati, Rom. 6. vers. 6. Habet enim concupiscentia sua membra, à nobis mortificanda, Coloss. 3. v. 5.

Culter insipienti puero commissus, August. t. 8. col. 1436. b. Sic homo abutitur viribus suis, à concupiscentia illectus, & sibi concupiscendo nocet, Sir. 30.

Deformitas è speculo legis cognoscenda, Rom. 7, 2. Concupiscentia enim à DEO non est, Joh. 2. v. 16.

Dominus sub servitutem redigendus, 1. Corinth. 9. penult. Cui ex toto servire non debemus: Hoc enim est servitium turpissimum, & vel ipsâ morte (si fieri posset) depellendum. Sicut humanam servitutem multi a seipsis vel ipsâ morte depulerunt, Zwing. Theat. f. 68. §. Servitus.

Dulcedo mala carnis nostræ, quam ideò multis amaritudinibus miscuit Dominus, August. tom. 8. col. 1595. a. nempe pœnis & calamitatibus inenumerabilibus.

Eva solicitans ad peccatum, August. tom. 8. col. 448. d. Genes. 3, 6. Sic concupiscentia semper ad peccata incitat, Rom. 7. v. 19. Gal. 5. v. 17. Hebr. 12. v. 1.

Desiderium carnale, 1. Pet. 2, 11. 1. Causativè; caro enim peccatrix, i. e. totus homo corruptus ejus causa est. 2. Subjectivè. Est enim in carne & anima. 3. Effectivè: non enim nisi carnalia sapit, efficit, suadet. 4. Consecutivè: Displicet DEO, Rom. 8. vers. 13. cap. 7. v. 18. Galat. 5. v. 8. 2. Cor. 10, 3.

§. 5. Febris æstuans, quæ quidem ægroto non affert magnam sitim, posteà verò majorem infert: Ita concupiscentia primò blanditur, posteà ingentes peccandi ignes excitat, Chrysost. in Rom. 13.

Fel amaritudinis, Deut. 32, 32. Actor. 8. v. 23. quo inficimur.

Fenestra, per quam mors intrat, 2. Sam. 11, 2. Exemplo Davidis. Jer. 9, 21. Mors per fenestras: Concupiscentia per sensus instillatur & excitatur. Filium dilectum Abraham in gratiam Dei sui mactare voluit, Gen. 22, 10. Carnem tuam crucifigas, DEUS mandat, in documentum veræ, quæ in te est, fidei.

Flagellum, quo anima diverberatur, August. tom 8. col. 1436. b. ex quo clamat Paulus Rom. 7. Miser homo!

Fluctus continuò turbans, August. tom. 8. col. 1058. c.

Fermentum, totam cordis massam corrumpens.

§. 6. Fluvius. Augustin. tom. 10. col. 264. a. aggere legis divinæ coërcitus, ne in cor labatur, illudque inundet, sed quò magis coërcetur, eò magis impetum facit hic cupiditatis fluvius in legem Dei Rom. 7. Occasionem ex mandato accepit cupiditas.

Fons omnium peccatorum, Jacob. 1, 14.

Fons venenatus, Jer. 6. c. 2. v. 13.

Fons Islandiæ omnia in lapidem convertens.

Fumus ex percoctis æribus vel metallis ascendens, vulgò dicitur Huttenrauch/vicina quoque sterilia faciens.

Funis, quo abripitur. Plato libr. 1. de legibus.

§. 7. Fur, ideoq; cupiditas refrænanda. Ne fur irrumpat in domum, omnes rimæ & fenestræ obturantur. Cor tuum homo domus & templum DEI, 1. Cor. 3. vers. 16. in id ne fur irrumpat, custodiendi sunt omnes aditus fenestræ. Fur ille est mala concupiscentia, 1. Auferendo bona, quod est furum, Matth. 6. vers. 19. Johan. 10, 10. ita concupiscentia omnia bona aufert ex anima. 2. Occidendo animam, Sap. 1. v. 3. Furtim illabendo, non apertè ingrediendo: sic etiam concupiscentia furtim sensibus illabitur, Jac. 1, 14.

Gladius, quo anima vulneratur.

Haustarium, per quod aquam bibimus è fonte venenato, Aug. t. 9. col. 136. a.

§. 8. Homo vetus, 2. Cor. 4, 16. Exterior dicitur vetus homo (1) A veteri peccandi consuetudine in Ethnicismo usurpata. (2) A Diabolo procreante concupiscentiam veterem. Hic est ille serpens vetus, Apoc. 12, 9. (3) A protoplastis veteribus parentibus. (4) Ratione Christi, qui novam velut doctrinam dedit, quam didicimus ibidem, Eph. 4, 20. 21. Non intelligitur ipsum corpus hominis, non ipsa natura, sed operatio peccati, Tertull. l. de resurrect. carnis, c. 4. Potest quoque dici concupiscentia vetus, quia (α) Assiduè corrumpit hominem. Peccata enim tandem hominem absumunt, Psal. 90, 8. 9. (β) Mortem corpori infert. Ob concupiscentiam enim omnes morimur, Rom. 5, 12. Sap. 2, 19. (γ) Animæ. 1. Tim. 5, 6. in delitiis mortua vidua: At delitiæ sunt concupiscentia: hâc enim anima occiditur. (δ) Hominem in bestiam mutat.

Hinc Aristoteles monuit, voluptates non à fronte, sed à tergo adspiciendas esse, quod illâ blandirentur, hôc verò mala & pœnitere ostenderent. Diogen. Laërtius libr. 5. capit. 1. de vitis Philosoph. Huc spectat mortificatio affectuum. Granatens. p. 646. Ducis peccator.

§. 9. Hostis, Rom. 7. vers. 24. hostis intra nos, vers. 23.

Hostis in convallibus de loco munito.

Hostis animam faciens reprobari, 1. Cor. 9. ultim.

Hostis nos captivans, nisi eam prius captivaverimus, Rom. 7. v. 33. infelices nos faciens; hinc Apostolus: O miser homo!

Hostis internus, sine quo pax non est in regno cordis nostri. Hæc victoria tantò difficilior, quantò nobis hostis propinquior.

Hostis à nobis abnegandus, etsi à nobis nutriatur, Aug. tom. 9. col. 747. b. c.

Jaël, lac voluptatis suis propinans, eosdem tamen occidens, ut Judic. 4. Jaël Sisseræ fecit.

Janua diabolo claudenda, sic etiam martyres clauserunt, Aug. t. 8. col. 1633. a.

Idolum, quod in corde quivis habet occultum: Idolum, de quo Drexel. Jesuita Tract. 22. p. 761. col. b.

§. 10. Ignis in corde sæviens, semper fumans & exæstuans, voracissimus & periculosissimus in sinu cordis nostri, Aug. t. 9. Liquefaciens ceram & improbos flexibiles, August. tom. 8. col. 577. 578. Comburens animam; ardentissimus in æternum.

Impuritas, quam efficit Satan.

Incola malus. Roman. 7. Nihil boni in me habitat.

Infernus, nunquam se satians.

Jumentum, domandum fame, ne nos præcipitet, Aug. tom. 9. col. 936. b.

Laqueus Diaboli, cui implicamur, Aug. t. 9. col. 1053. b. mortifer, suffocans verbum, Luc. 8. Aug. t. 10. col. 145. c.

Latex,

Latex, ſemper ebulliens: ſic concupiſcentia ſemper ebullit, Hebr. 12, 1. Rom. 7, 19. inque membra noſtra emanat, Rom. 6, 12. atque ideo ita dicitur.

§. 11. Latro inſidians. L. Juſtinianus pulchrè fol. 543. oper. libr. de inter. conflictu capit. 111. qui crucifigendus, Galat. 5. ultim.

Leo rugiens. Juſtin. ibid.

Lethe fluvius, qui ſtygius eſt, oblivionem omnium perum inducens.

Lex in membris, Roman. 7. verſ. 19. 20. 21. nempe quia in membris habitat, eaque fatigat.

Lolium. Ut ſemper repurgandus eſt hortus à loliis: ſic lolium peccati & cupiditatum ſemper purgandum eſt. Hoc lolium alias mortem adfert, Rom. 7, 5. c. 6, 21. Jacob. 1, 16. Naſcitur enim in agro Gomorrhæo, Deuter 32 v. 32. Ergo ad novum aremus, Jerem. 4, 4. Eſa. 10, 12. non iniquitatem, Proverb. 22, 8. non in carne, Gal. 6, 8.

Lotus herba inducens patriæ oblivionem: ita concupiſcentia indit oblivionem cœleſtis patriæ, ut nil niſi terrena, & terram, non patriam expetamus.

§. 12. Malum adjacens adeoque verè peccatum, Rom. 7, 22. & occultum, ergo per legem patefaciendum, Rom. 7, 7. 8. & excitandum non per ſe, ſed per accidens, Rom. 7, 5. 8. juxta illud: Nitimur in vetitum.

Mater mortis, Jacob. 1.

Meretrix, Lopez. fol. 144. d. 14.

Muſcipula, Auguſtinus tomo 8. column. 1628.

Nauſea eſt circa bona præſentia. Nam mala concupiſcentia hoc cupit, quod habere non poteſt: faſtidit præſentia & licita, & cupit abſentia. Eva habebat hortum plenum fructuum, ſed tamē de vetitā arbore edit, Geneſ. 3. Davit ſpreto Gynæceo Bathſebam ardet.

§. 13. Nebula excæcans nos & venenata Gemin. p. 27. & quæ ambulantes à viâ in devia deducit & præcipitat.

Olla ſemper æſtuans & fumans.

Panis fragilis. Auguſtin. tomo 10. column. 1411. c.

Patris Satanæ concupiſcentia Joh. 8. v. 44. quod Satanas eam ſuadendo procreârit. Vide Geneſ. 3, 4.

§. 14. Peccatum verè 1. quia eſt ἀνομία, hoc eſt, illegalitas & deflexio à lege, 1. Johan. 3. v. 4. 2. Prohibita præcepto X. Non concupiſces. 3. Lex non eſt data, ut locomotiva ſolùm, ſed ut ipſum cor regeretur. 4. Lex eſt ſpiritualis, Rom. 7. Ergò & ſpiritualem exigit obedientiam, quæ eſt cordis. 5. Averſatur DEUS figmentum cordis mali, Gen. 6. Atqui concupiſcentia eſt figmentum cordis, Matth. 15. Ex corde prodeunt &c. 6. Vocatur expreſſè peccatum Rom. 7, 7. Conſentiunt Patres: Aug. lib. 3. contra Julian. & l. 4. c. 3. contra eundem. It. Scholaſtici, ut Bonaventura: Gerſon, primi motus ſunt peccata, p. 2. oper. fol. 29. lit. R. Conf. Laurentium de Aponte, qui docet ex Gregorio, delectationem peccaminoſam protinus per oculos menti ingeri: in v. 28. Matt. 5. n. 5. 6. quæ delectatio non poteſt non eſſe peccatum, cum ſit hæc ipſa concupiſcentia. Et n. 7. recitat mulierem quandam, quam Hermes Pauli diſcipulus concupiverat, in cœlum aſſumptam *peccatum* hoc accuſaſſe coram DEO.

Pes animæ, quo illa in laqueos tendit & ſcopum attingit.

Peſtis cordis humani.

Petulantia ſpernens DEI coronam, Chriſti coronam & angores.

§. 15. Philtrum mundi: ſicut Cleopatra Antonium philtro dementavit; ſic Diabolus philtro humanarum voluptatum nos in mundi amorem pellicere ſtudet. Zwing. f. 17. b. Theatr.

Pictura animæ turpis, qua illa deformatur.

Plaga nova Ægypti. Auguſtinus tomo 10. col. 1676. d.

Planeta retrogradus.

Pomum in America, cujus odor fragrantiſſimus & humor venenatiſſimus.

Pondus à DEO nos retrahens. Aug. tom. 8. colum. 920. d. Spiritus ſurſum vocat, pondus carnis deorſum.

§. 16. Porta mortis. 1. Tim. 5, 6. Vidua mortua eſt vivens in delitiis.

Præputium cordis, nos incircumciſos reddens, Ezech. 16. Actor. 7.

Puer caſtigandus indies. Auguſtin. tom. 9. col. 1167. b. c.

Radix peſſima omnes fructus inficiens.

Rebellio adverſus DEUM, Pſ. 5. v. 11. Hac enim mali DEO reſiſtunt.

Scaturigo nunquam areſcens, Hebr. 12. v. 1. ſemper enim ebullit.

Seditio in anima. Chryſoſt. t. 1 fol. 4 b. concitata contra Deum creatorem, opificem, redemtorem, ſanctificatorem.

Serpens tumens, L. Juſtinianus pulchrè fol. 543. operum lib. de inter. conflictu capit 111. & multa mala ſuggerens. Auguſt. tom. 8. col. 116. c. Exemplo David 2. Sam. 11, 2. & tom. 10. col. 163. d. Auguſt.

Sirenæ blandum canentes & hominem poſtea devorantes.

Stimulus & ſagitta in corde.

Tela Diaboli, Chryſoſt. t. 1. fol. 4. d.

Tempeſtas undique homines terrens & verſans.

§. 17. Tenebræ. Auguſtin. tom. 10. col. 1574. c. Concupiſcentia enim mentem obtenebrat: & quidem denſiſſimæ, quæ omnem prudentiæ viſum intercipiunt: periculoſiſſimæ, Auguſtin. tom. 10. col. 1676. d. pertrahit enim mala concupiſcentia homines in tenebras exteriores, Matt. 8, 12.

Tinea, corpus morbis, conſcientiam morſibus erodens.

Torcular ſubinde nos premens & divexans, Auguſtin. tom. 8. col. 920. d. Sic pii ſub onere concupiſcentiæ premuntur & miſerè divexantur, Romanor. 7. Miſer ego, quis

quis me liberabit de corpore mortis hujus?

Tortor proprius: hic, à nobis in corde alitur.

Tyrannus compescendus, 1. Corinth. 9. vers. 26.

Venenum à serpente nobis inspiratum.

Ventus perpetuò navem infestans cordis nostri.

Vinum illud flavescens, Proverb. 23, 33.

Vipera nos lacerans.

§. 18. *Distributio Concupiscentiæ.*

1. Quædam laudabilis. Psalm. 118. vers. 10. Psalm. 119, 20. 49. 147. Luc. 10, 24. quæ circa res sacras, pias & legi divinæ congruas occupatur, Psalm. 1. vers. 2. In lege Domini voluntas ejus, Psalm. 84. v. 3. Roman. 8. v. 6. cap. 12. 2. 1. Tim. 3, 1.

2. Quædam vituperabilis & mala, Sir. 18, 31. Jacob. 1, 15.

3. Alia est crassa, videl. corporis, oculorum, sensuum, habitus & vestitus.

4. Alia subtilis, quâ intellectus & voluntas hominis adversus DEI verbum concupiscit & idola sibi fabricat; ut Judæi in alieno loco immolantes DEO sacrificia. D. Luther. tom. 10. Jen. Conc. ultima Wittebergæ habitâ.

5. Alia concupiscentia est integra, quæ fuit in statu integritatis.

6. Alia corrupta, quæ est originalis & omnibus innata; alia actualis, ut (a) Honos, sive appetitus honoris immoderatus, Psal. 73. vers. 6. (b) Opes, vel avaritia, studium immoderatum opum, Psalm. 39. vers. 7. (c) Voluptas: vel studium momentaneæ voluptatis, juxta versum:

Invidiosus honos, & opes, & fœda voluptas:
Hæc tria pro trino numine mundus habet.

§. 19. *Causa Efficiens Concupiscentiæ.*

1. Satanas, instillans concupiscentiam, eamque succendens, Sap. 2, 19. suggerens hominibus mala, Joh. 3, 2. 27. ac folle velut adhibito, cor per se æstuans concupiscentiæ flammis subinflans.

2. Propagans, Homo, qui concupiscentiam proli suæ ingenerat, Psal. 51, 6.

3. Procreans, impii, 1. Corinth. 15. otium, Ezechiel 16. vers. 49. scandala, Matth. 18. v. 7.

4. Conversatio mala, quâ ignis concupiscentiæ succenditur, Prov. 1, 10. 11. cap. 6, 25. 26. Syr. 13, 1.

§. 20. *Materia*

I. Ex quâ. Hujus partes sunt tres.

(1) Suggestio. Est peccati caput. August. tom. 8. col. 1212. d. 1213 Hoc caput calcandum est per orationem & obedientiam, ejusque considerationem, Gen. 4, 6. 7. Insuper (α) Occasiones, excitantes in nobis cupiditates, relinquendæ. (β) Mens subitò aliorsum convertenda. (γ) Non immorandum cogitationibus malis (δ) Orandum. (ε) Locus etiam mutandus. (ζ) cogitationes in licitis occupandæ. (η) Corpus, ne lasciviat, castigandum.

(2) Delectatio cohibenda est. Huc allegoricè applicat Augustinus illud Proverb. 31. vers. 16. Mulier stringit lumbos: Sic fidelis anima constringat cupiditates, ut expedita sit ad omne opus bonum. Augustin. tom. 10. colum. 1509. c.

(3) Assensus: delectatio est sicut mors, Cantic. 8, 6. 7. Nam efficit, ut concupiscentia in nobis moriatur, Col. 3. 6. non vivat per assensum. Hinc Augustin. tom. 8. colum. 1441. a. b. Charitas occidit, quod fuimus, ut simus, quod non eramus.

II. Materia in qua seu subjectum, est appetitus sensitivus, cor, Rom. 1. v. 24. unde dicitur concupiscentia corporis, Roman. 6. v. 12. Carnis, Galat. 5, 16. 24. Ephes. 2, 3. consequenter tamen arcem quoque intellectus & voluntatis invadit. Hinc Matt. 5. v. 28. Dominus ipsi cordi attribuit mœchationem: Mœchatus est eam in corde suo. Confer Matth. 15. vers. 19.

Actus Concupiscentiæ.

§. 21. I. Concupiscere. Caro enim concupiscit Galat. 5. vers. 17. adversus spiritum. Ut aqua tepida non calida solùm, sed & frigida: Ut aër diluculi partim lucidus, partim tenebricosus est: sic homo renatus partim est caro, partim est spiritus. Habent se ut David & Goliath hi duo hostes, 1. Sam. 17.

§. 22. Quomodo verò caro concupiscit adversus spiritum? Resp. 1. Ratione mentis vel intellectûs nostri, in quo duplex est pugna: (α) Verbi divini cognitionis & naturalis nostræ cœcitatis. 1. Corinth. 13. vers. 9. agnoscimus ex parte. Hinc ex parte dissidia Theologorum de fidei capitibus. Oremus diligenter, Psalm. 119, 99. 100. (β) Inter fidem & infidelitatem. Marc. 9, 24. Domine succurre. Hinc tentationes Jobi multiplices, Job. 19. v. 4. 5. 6. 7. cap. 13. 24. Davidis, Psl. 18, 5. & 88. v. 8. 16. Assaph, Psl. 73, 13. 2. In Voluntate est pugna, quia vult partim, partim non vult, pari ratione & tempore eodem, v. Charitas ex parte diligit DEUM, ex parte non diligit. Timor hic est mixtus, filialis & servilis. A simili. Sicutis, qui altero crure claudus est, altero non; non planè claudicat, nec planè erectus incedit, sed partim ambulat, partim claudicat. Homo in cymba super aquas sursum incedit modò, modò mergitur cum cymba. Hinc oritur cordis durities, quæ sentitur. Vel, si ægrotus primò incipiat ambulare in cubiculo, sed nondum rectus potest incedere. Cæterùm: Concupiscentiæ luctantis effectus est, hominem affligere & vulnerare; uti miles in acie vulnus accipit: Ita in hâc lucta spirituali anima vulneratur.

§. 23. Ampliùs: Caro concupiscit adversus spiritum (a) Incredulitatem & dubitationem instillando in oratione, in fide ergà DEUM concipiendâ. (b) In Charitate

eam dissvadendo in omnibus præceptis DEI contentam. Brentius in c.5. ad Galat. in verba: Caro concupiscit. Apophthegma: Bias beatum dixit, qui nihil concupiscit. Cupiditas supplantanda. Non fies Israel, nisi primò fias Jacob tuarum cupiditatum. Actor. 10, 11. Vas velut linteum Petro monstratum notat eos, qui volunt esse viva ecclesiæ membra, cupiditatibus se corrumpendos tradere non debere. Aug. t. 10. col. 541. b.

II. Cogitationes ciere. Cogitatio enim prava est strangulanda. Chrysostom. Tom 1. homil. 4. fol. 6. a. in Genes. V. supra Titul. Cogitatio.

§. 24. III. Sensus movere. Concupiscentia enim sensûs domanda in genere: Cordis plaustrum diligenter servandum: Vox carnis non audienda. A necessario: Sensus nostri sunt virgines fatuæ. Augustinus tomo 10. colum. 505. Sunt januæ, per quas peccatum intrat in animam. Allegor. ex Judith. 4. vers. 5. Jehojakim DEI. Concupiscentia auditûs & visûs. Matt. 5, 28. Si quis aspexerit. Gustûs: Hinc omnis generis delitiæ in cibo & potu. Luc. 16. in epulone. Tactûs: hinc voluptates Venereæ. Olfactûs: Hinc illud: Olet unguenta, Prov. 7, 17.

§. 25. Concupiscentia in omnibus membris domanda. 1. Apophthegma: Diogenes Cynicus eos irridebat, qui cellas & januas vectibus obserarent, non autem oculos, aures, os, pari custodirent diligentiâ. 2. Simile: In inundationibus omnes rimæ obstruuntur, ne aqua domum ingrediatur, eam corrumpens: Peccatum est talis aqua corrumpens, obstrue ergo omnes meatus oculorum, aurium. 3. Qui hostem in domo habet, eidem omnia arma aufert: In domo cordis tui hostis est, scilicet peccatum; ne præbeas huic arma, membra tua. Roman. 6. vers. 12. Non regnet peccatum, &c.

§. 26. Concupiscentia oculorum sive spectacula. Christiani olim à spectaculis erant alieni, in quibus jussu imperatorum homines occidebantur, teste Athenagorâ in Apologia apud Baron. Anno Christi 179. fol. 245. num. 5.

Spectaculorum olim quam fuerit amor insanus in hominibus, Zwing. 44. a. à Satana effectus. Hinc Chrysostom. Tenuis aura Diaboli homines inflat & ad ludos perducit stultitia. Homil. 6. lit. G. fol. 7. tomo 1. in Genes. Tertullian. cap. 26. de spectaculis refert, mulierem quandam rediisse à spectaculo cum Dæmonio: Ad Ephes. 5. 4. Schimpff/ Schertz/Narrentheydung. Commodè huc referenda est hæc Pauli monitio: Oculi sunt concupiscentiæ fenestræ: Per has mors intrat. Cupiditas mater mortis, Augustinus tom. 9. col. 1052. d. & tomo 10, col. 508. d. Vide exemplum Davidis 2 Samuel. 11, 2. Bathsebam videntis. Et Genes. 9. vers. 2. Viderunt filii DEI. 1. Johan. 2. vers. 15. Concupiscentia oculorum. Attende integritatem Jobi cap. 31. vers. 1. pepigi fœdus cum oculis meis. Perpende orationem Davidis Psalm. 119. vers. 37. Averte oculos meos, ne videant vanitatem. Simile: Visio impudica est instar sagittæ venenatæ, cor vulnerantis, Proverb. 5, 22. Jecur scindentis. Sophocles philosophus Prætor videns puellam eamqve appetens, à Pericle his verbis correptus est: Decet Prætorem non solùm manus, sed oculos etiam continentes habere.

Effecta Concupiscentiæ. §. 27.

Extinguit DEI amorem, sicut aqva ignem: DEI amor ignis est; cupiditas mala aqua est.

Segregat nos à DEO & amore ejus. 1. Joh. 2. v. 15. concupiscentia oculorum &c. à DEO non est.

Ejicit DEUM è domo cordis nostri, ut miles hospitem: Sic concupiscentia militat adversus animam, 1. Petr. 2, 11.

I. Regeneratam scilicet, cui semper oblatrat intus habitans peccatum, Roman. 8. Jacob. 4.

II. Contra fidem & bonam conscientiam, quam oppugnat concupiscentia. Luth. in post. Evang. hujus loci.

Stupidum reddit hominem, & ad omne opus bonum ineptum: Nam mundi cupiditas mentem obtenebrat, ne videat DEUM, Joh. 8, 44. seq.

Facit, ne DEUM videamus. Nam beati sunt mundi corde, Matt. 5, 8. At concupiscentiâ laborantes immundo sunt corde: DEUM ergò non vident.

Navem nostram à portu cœli depellit. Aug. tomo 10. col. 1613. Sicut ventus impetuosus naves à portu arcet.

Animam interficit, Prov. 1, 32.

Intellectum excœcat non semel, ut suprà dictum. Confer 1. Cor. 4, 3. 4.

Operatur in membris, Rom. 7, 5.

Fert fructum morti, Rom. 7, 5.

Vitari non potest. Cyrill. libr. 3. contra Julian. circa medium. Præceptum (ait) Non concupisces, res est, ut opinor, ad quam pertingi nequeat, Utpote incomprehensibilis, & quodammodo supra naturam. Hæc ille.

Synonyma. §. 28.

Vocatur depositio veteris hominis, Ephes. 4, 22. Ergo concupiscentiam 1. ceu imaginem Satanæ deponere jubemur: Cum enim renovemur ad DEI imaginem, exuimus jure imaginem Satanæ. Ephes. 4, 24. Onus & pondus trahens in infernum. Psalm. 38, 5. quis non deponeret? Est quoque concupiscentia vestis maculosa, indigna filiis DEI, Apoc. 16. vers 15. Deponenda igitur. Onerosa; sic Actor. 7, 58. deponebant vestimenta. Cupiditas mala est verè vestis onerosa, deprimens & captivans hominem.

Synonyma alia, quibus significatur, concupiscentiam esse domandam.

Vivere sed non juxta carnem, Roman. 8. vers. 5. 6.

Non blandiri carni: vel, carnis curam non habere, Rom. 13, 14.

§. 29. Non regnare peccatum, Rom. 6, 13. Aug. t. 8. col. 484. Inest peccatum, si senseris: regnat si delecteris.

Diabolo locum non dare. Augustin. tom. 8. col. 1632. d.

Mortificare membra super terram, Coloss. 3, 5.

Non permittere peccato habenas, Gen. 4. vers. 8.

Amputare manus, pedes, Matt. 5, 29. 30.

Peccatum crucifigere & carnem, Roman. 6. v. 6. Gal. 5, 24.

Cupiditates refrænare, comprimere, &c. Sir. 18 30. confer Thom. à Kempis lib. 1. c. 6. de imit. Christi.

Abnegare seipsum & voluptates, Tit. 2. v. 11. Matt. 16, 24.

Cor arare & spinas evellere, Jerem. 4, 4. 5.

Crucifigere, Galat. 5, 24. Ad hanc crucifixionem requiruntur hæc quinque: 1. Gehennæ meditatio. 2. Sedula oratio. 3. Firmum propositum & constantia DEO serviendi. 4. Fuga occasionum peccandi, custodia cordis & oculorum. 5. Exercitatio per jejunia & castigationes. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum.

Abstinere à carnalibus desideriis. 1. Petr. 2. vers. 11.

Domanda est à nobis maximè DEI auxilio.

Non sopienda. Augustin. tom. 5. col. 1376. a nisi divinitus adjuvemur. d. l. cum perpetua nobis sit cum hac concupiscentiâ lucta. Arnd. lib. 1. c. 16. de ver. Christianis.

§. 30 *Causæ fugiendæ cupiditatis,*

Desumuntur

1. A momentanea duratione concupiscentiæ, 1. Corinth. 7. vers. 31. 1. Johann. 2. vers. 16. 17.

2. A Tragico ejus exitu, Num. 11. vers. 34. 1. Cor. 10. v. 4. 5. 6.

3. A repentinâ dulcedinis carnis in amaritudinem permutatione.

4. Ab allegoriis aliis.

(1) Populos in convallibus non poterant sibi subjicere Israelitæ, Jos. 17. v. 16. In convalle cordis tui hostis est concupiscentia montana cordis tui occupans, gemis, renovas, imperas illis, sed manet hic hostis, qui te exerceat, Romanor. 7. vers. 18. Hebr. 12. v. 2.

(2) Jacob in fœmore luxatus victor evasit non sine dolore, Genes. 32. v. 31. ita caro mortificanda, ut de concupiscentia triumphemus.

(3) Ezech. 41. vers. 18. Cherub habebat duas facies, unam hominis, alteram leonis, ante utriusque faciem palma depicta erat. Propriam carnem ut leo discerpas, sic tibi palma parata.

(4) Esa. 19. v. 1. Domino ingrediente omnia simulacra commovebantur in Ægypto: Simulacra in Ægypto cordis tuæ sunt malæ concupiscentiæ, hæc commoveri, imò submoveri oportet, si Dominus in eâ habitare debet.

(5) Gen. 12. Exi de patria & cognatione tua: ita exeundum & nobis est de patria cordis nostri, & concupiscentiæ, velut cognatæ, sunt derelinquendæ.

(6) In holocaustis tota hostia igni comburebatur: Ita cor hominis totum comburendum est. Galat. 5. ult. Crucifigunt carnem cum &c.

(7) Testâ saniem radebat Jobus sedens in sterquilinio, Job. 2. ita sanies concupiscentiæ duriter tractanda, ne nos mollefaciat.

§. 31. (8) Concupiscentia est morbus ille, quo laboravit fœmina illa, octodecim annis spiritum infirmitatis habens, Lucæ 13. vers. 16. Ita prava concupiscentia ad terram nos trahit Roman. 7. penultim. & curvatos facit.

(9) 1. Samuel. 11. Nahas pactum voluit coire, ut oculus dexter Gabaonitis effodiatur: DEI fœdus est, ut oculus malus, concupiscentia scilicet, eruatur, Matth. 5. vers. 29 30.

(10) Exod. 13, 2. Primogenita DEO consecranda: Ita cor nostrum à concupiscentia mundandum.

(11) Johan. 19, 34. Christus jam mortuus in cruce lanceam non sensit: ita mundo debemus esse mortui, nec sentire lanceam carnis & concupiscentiæ, nos indies pungentem, Hebr. 12. v. 1.

(12) Deuteron. 7, 1. Populi septem erant percutiendi, nec fœdus cum illis pangendum: Ita concupiscentia. Vide D. Bernhardum super Missus est, serm. 4.

§. 32. (13) Hieroglyph. Pingatur cor æstuans foco flammarum, quod extinguat lympha è cœlo infusa: Cordi inscribatur oculus, qui in Christi latus apertum & cor sit intentus, ut isto sanguine flammæ concupiscentiæ æstuantes extinguantur.

Cupiditas crucifigenda: (mori spiritualiter debet) Multi parcunt cupiditatibus suis, ut olim pepercit Agago Saulus 1. Sam. 15. Sic Achab 1. Reg. 20. dimittit regem Syrorum.

Concupiscentia domanda ultrò. 1. Sam. 24. vers. 7. Hoc procul à me sit, ait David, ut manus inferam.

David aquam Domino effudit, quam prius concupierat, & in terram effudit, quam vitæ periculo heroes isti comparaverant, 2. Samuel. 23. vers. 15. ita concupiscentia domanda est, & obedientiæ legis DEI subjicienda.

§. 33. Dominæ suæ adulterium cupienti non obtemperat Josephus, Gen. 39, 8. Talis est concupiscentia, quæ ad spirituale adulterium invitat, ut à fidelitate Domini nostri deficiamus: Huic autem resistendum est & fugiendum, ne si conceperit concupiscentia, pariat peccatum, hoc verò mortem.

Exod.

Exod. 29, 13. Renes sibi offerri voluit Dominus: ita, si concupiscentiæ obviam iveris, renes tuos offeres Deo in sanctitate.

Abraham oblaturus Deo sacrificium, ejus carnes dividebat, quarum per medium flammâ Dominus penetrabat, Gen. 15. v. 17. Denotatur hîc studium renovationis & carnis subigendæ, quę à spiritu dividenda est, ideò toties spirituales hostias offerre jubemur, quod cum fiet, flamma Domini, h. e. S. Spiritus majori nos indies amore inflammabit.

Lambentes aquas milites digni judicabantur à Deo ad prælium Jud. 7, 7. Ita lambendæ solum hujus mundi delitiæ sunt ad necessitatem, non ad voluptatem: sed cupiditatibus habenæ injiciendæ.

Christus ad mammillas præcinctus dicitur Apoc. 1. & 15. Monemur mammillas, hoc est, affectus præcingere, frænare, ne nimium laxemus habenas carni petulcæ.

Africani leones crucifixos ante portas urbium suspendunt, ut reliquos terreant. Ravis. in offic. c. 170. Sic in porta cordis tui semper hæreat Christus crucifixus, ut peccatum, hostia pro peccato, 2. Corinth. 5, 21. & peccatum ceu leo Sirach. 27. terreatur & abigatur.

Petrus forâs egressus amarè flevit Matth. 26, 57. Sic & nos forâs egredi debemus, per assensus nostri subtractionem & privationem, nos ipsos abnegando, Matth. 16, 24. Mundi impietati renunciando Titulo 2. 12. Non diligendo mundum 1. Joh. 2, 12. ne ut sal infatuatum projiciamur, ne putres pisces simus, Matth. 6. c. 13, 48. ne expellamur Luc. 13, 28. & projiciamur ut palmites arescentes, Johan. 15, 6.

Sine sale nullum sacrificium est Deo gratum Levit. 2, 13. sic cor hominis sale cœlestis sapientiæ conditum sit, & expers omnis putredinis, id offerre nos debemus ut sacerdotes spirituales Apocal. 1, 5. in hostiam vivam, Roman. 12, 1. 2.

5. A fine. Domanda concupiscentia, ut vites ludibrium inimicorum Sirac. 18, 31. Inimici sunt Satan, qui è nostris peccatis non nisi æternum ludibrium animarum elicere studet, 1. Thess. 1, 8. 9.

6. A commodo. Nam animæ quietem parat suæ, qui affectibus & concupiscentiæ resistit.

7. A simili. Ut milites veterani affectus suos domant, eosque virtuti, temperantiæ & strenuæ vitæ subjiciunt: sic quoq; Christiani maximam concupiscentiæ & affectuum domandorum rationem habere debent.

Sicut ignem extinguimus: sic quoque concupiscentiam, Aug. t. 10. c. 451. a.

Ut jumentum fame domamus, ne nos præcipitet: sic quoque concupiscentia. Aug. tom. 9. col. 936. b. Calx ardet, si aqua affundatur. Sic concupiscentia mox erumpit, si delectatio accesserit, Iacob. 1. cap.

8. Ab utili. Aug. in Epist. 114. Moriatur homo, ne moriatur: Mutetur, ne damnetur. Si caremus mortificatione, carebimus & fructificatione. Joh. 12, 24. Nisi granum in terram ceciderit. Rom. 8, 13. Si carni vixeritis, moriemini. Coloss. 3, 5. Mortificate membra. Huc corporis castigatio 1. Cor. 9.

9. Ab inutili. Affectus enim & concupiscentia sunt spinæ, quibus cor hominis pungitur, igitur evellendæ sunt spinæ.

In excessu peccavit Bernhard. de quo autor vitæ ejus. Zwing. fol. 134. b. in Theatr.

10. A gravitate cupiditat. David pugnaturus arma Saulis gravia abjecit, 1. Sam. 17, 39. Sic nos cupiditatem, arma illa gravia iniquitatis. Aug. tom. 10. c. 1601. b.

Spiritualiter circumcisi esse debemus. Aug. tom. 9. c. 249. a. v. circumcisio.

11. Ab Expoliatione peccati per resurrectionem. August. tom. 10. col. 907. d.

Iacob sonat supplantatorem: omnes ejusmodi cupiditatum supplantatores esse debemus, & carnem crucifigere. Gal. 5, 26.

Concupiscentia est deploranda. §. 34.

Aug. tom. 9. c. 698. c. Me ad illicitam concupiscentiam duxit arbor: te ad crucem duxit perfecta charitas. Rom. 7. Miser homo, quis me liberabit? &c. Destruenda in corde, Drexel. tract. 22. p. 761. col. b.

Non est explenda.

Joh. 8, 44. exemplo Judæorum, sed oppugnanda & vincenda.

Alleg. Exod. 19, 16. Lex Domini data est in clangore buccinæ velut militaris, ut doceret Dominus, legis præcepta difficilia esse, & carnem nostram veluti armis expugnandam, contraque illam militandum esse.

Protinus extinguenda.

Sicut in obsessa urbe injecti globi ignei mox suffocantur: sic protinus suffocanda est concupiscentia. Auget enim concupiscentia voluntarium, ut disputat Franc. Amicus, Jesuita, contra Vasquez Tom. 3. fol. 88.

Deprecanda. §. 35.

Frater Nicolaus in Helvetia semper in ore habuit: Domine deme me mihi, & da me tibi. Sola namque Spiritus Sancti vis efficit, ut carnem crucifigamus: reliqua media sola & per se nihil efficiunt. Franciscus in sentibus & nive se volutabat: Bonaventura cap. V. in vita ejus. Hilarion genium suum defraudabat. D. Major p. 60. de vitis Sanctorum. Frustrà se jejunio maceravit Lutherus, ut ipse scribit in c. 5. ad Galat. Originem voluisse seipsum castrare, memorat Euseb. lib. 6. c. 7. Eccles. histor. quod tamen ei dissuasit Episcopus Demetrius.

Adjuncta Concupiscentiæ. §. 36.

Obscuritas Rom. 7, 7. Non enim planè obvium est hoc malum homini.

Fallacitas Ephes. 4, 24. Fallit enim & fallax malum est concupiscentia.

Pœna Rom. 1, 24. tradi cupiditatibus cordium.

Difficultas eam fugiendi: Ideò bis repetitum interdictum. v. Thum. in Decalog. p. 534. Backm. disp. 10. th. 49.

§. 37. *Cur Deus sinat in nobis superstites esse concupiscentias & reliquias peccatorum?*

1. Ut perpetuò exerceamur in acie contra peccatum, satanam, mundum.

2. In pœnitentia indies crescamus, Rom. 6. vers. 4.

3. Veterem Adamum & ejus vires rectè agnoscamus, prudentiam luctandi contra concupiscentiam discamus, neque illi fræna laxemus.

4. Semper nos coram Deo humiliemus ob perpetuos lapsus. Psalm. 130. Domine ne intres in judicium.

5. Proximo nostro, in lapsus propenso, compatiamur, Galat. 6.

6. Perpetuò Deum timeamus, quod nostra probitas non consistat in nostris viribus, sed in sola Dei gratia, Rom. 7.

7. Fiduciam erga Deum exerceamus, Deo confidamus, nixi merito Salvatoris nostri Jesu Christi, ob quem peccata remittuntur omnibus petentibus verâ fide.

Consilia

Et remedia contra concupiscentiam vid. Drexel. tract. 8. lib. 2.

Exempla

Domitæ cupiditatis part. 1. hist. recreat. Didaci Apoleph. p. 540. Drexel. in Niceta p. 777.

§. 38. CONDEMNATIO. *v. Minister.*

CONDOLENTIA. *v. Compassio.*

CONDONO. *v. Remissio.*

CONDUCTIO. *v. Justitia.*

CONFESSIO

Multiplex est:

1. Culpæ. v. Pœnitentia.

2. Noxæ erga proximum. v. Reconciliatio, Mansuetudo.

3. Nostræ miseriæ coram Deo. v. Orationis materia.

4. Fidei confessio, qua confitemur fidem, quam credimus. Rom. 10. Ore fit confessio ad salutem.

5. Laudis Dei confessio. v. Gratitudo.

Confessio fidei

Est professio ejus doctrinæ & fidei, quam credimus, facta coram hominibus. Hinc confessor dictus, qui differt à Martyre, quod hic etiam in carcere tormenta passus esset, etsi nondum oppetiisset mortem. Cyprianus epistol. 21. Ille verò tantum confessus fuisset Christum. Baron. tom. 2. fol. 458. annal.

§. 39. *Causa*

Efficiens principalis est Spiritus Sanctus, qui corda fidele movet ad profitendum ore: Fides in corde clausus ignis est: Fides in ore est flamma lucens, quæ viva & efficax est, juxta illud: Credidi, propter quod locutus sum, Psalm. 116, 10.

Impellentes causæ variæ sunt: Scilicet

1. Mandatum Dei Sir 42, 1.2. 1. Tim. 6, 12. Matt. 10, 32. Hebr. 10, 23. Rom. 10, 1. 1. Joh. 4, 1. 2. Tim. 1, 8.

2. Spiritus S. præsentia, qui suos corroborat, Dan. 3, 17. 1. Mac. 2, 19. 20. 21. Act. 6, 10.

3. Rei gravitas: Nam agitur in confessione fidei causa Dei, Christi honor, salus Ecclesiæ. In bona ergò causa bene agere oportet.

4. Utilitas nostra & aliorum, qui per confessionem in fide confirmantur, 2. Cor. 2. v. 14. 15. Phil. 1, 7. 12. 13. Act. 4, 5. c. 25, 26. 1. Cor. 9, 20. 21. Cyprianus in Ecclesia sua, non alibi, ad martyrium rapi voluit, ut populum suum constantiæ exemplo clarificaret. Vid. Epist. 83. Cyprian.

5. Exemplorum majestas. Multi sunt, qui Deum masculè confessi sunt. Justinus Martyr, videns constantiam Christianorum, Christum protinus, ac habitu philosophico indutus professus est. Euseb.

Quoties Christus quæstiones proposuit, toties confessionem docuit, Matt. 22. cujus filius David esset? prohibens verò sui confessionem Dominus Matth. 8, 4. c. 9, 30. vetuit à suis gloriosa illius facta deprædicari, ne 1. opera à domesticis laudata, in suspicionem affectatæ humanæ gloriæ traherentur, & regni mundani à populo exambiendi, Ioh. 8, 20. Esa. 42, 2. Malebat factis, quàm dictis circumferri, Ambros. cessare volebat verba, & loqui opera Hieronymi voce!

6. Allegor. Exod. 28, 36. Fronti summi sacerdotis imposita fuit lamina aurea, cum hac inscriptione יהוה. Sic nos 1. sumus spirituales sacerdotes, 1. Petr. 2, 9. 2. Confiteri Domini nomen debemus tàm intrepidè, ac si frontibus nostris inscriptum esset. §. 40.

Exod. 12, 7. Superliminare domuum suarum sanguine tinxerant Israëlitæ, ut profiterentur, se populum Dei esse: sic nos in superliminari oris liberè nomen Domini gerere debemus, illudque profiteri.

7. Magna est eorum, qui Christum confitentur, coram Deo & mundo gloria. Hac gloria & honore mactatus est Athanasius, redux demum factus & ab exilio liberatus.

8. Exemplum vulgi nos non absterreat. Quæ vulgus agit & dicit, non probemus: Sic Phocion dixit, agens Athenis. Plutarch. in apophthegm.

9. Confessores suos Christus præmiis afficit. Valentinianus ad Cæsaream dignitatem evectus, ob Christi confessionem, quem Iulianus in exilium pepulerat.

Causæ impedientes Confessionem. § 41.

1. Animi timiditas. Ea in Nicodemo fuit Iohann. 3, 2. Confer Ambrosium lib. 5. epist. 130. ad Valent. Imperator. Basil. epist. 32. ad Athanas. Justinus apol. 2. pro Chr. Tertull. cap. 1. lib. ad Scapul. Hieron. epist. ad Pammac. tomo 2. Petrus timidus: Synagogæ principes Johan. 12, 42.

2. Persecutionis crudelitas. Sic Helceasitæ ob vitandas persecutiones Christum confiteri nolebant, ut salvi manerent. Tertullianus in Scorpiaco cap. ultim. Baronius ad annum Chr. 105. tomo 2. annal. folio 27. ab initio.

Exem-

§.42. *Exempla Confessorum.*

Biblica) David Pf. 116. credidi propter quod locutus sum.

Daniel c. 6, 10. ejusq; socii Dan. 3,17.

Mathathias 1. Macc. 2, 19, 20. 21.

Eleazar 1. Macc. 6.

Petrus & Johannes, Act. 4. v. 8.

Apostoli reliqui, Act. 5, 29.

Paulus, Actor. 13, 16. c. 16, 36.

Stephanus, Actor. 6, 10.

Populus Christo gratulatus, Matt. 21, 9.

Pueri, ibid. v. 15.

Populus ille fidelis, Marc. 7, 36. Joh. 6, 14. c. 19, 15.

Ecclesiastica) Apostolica ecclesia, quæ se noluit circumcidi, & ob id persecutionem Judæorum & Gentilium passa est.

Publia intrepido animo Christi fidem confessa fuit, frendente & prętereunte Juliano. Tripartita lib. 6. c. 36.

Apollinaris inscripsit librum Juliano, qui errores Paganismi refutabat. Tripart. l. 6. c. 3.

Johannes Fridericus Elector Saxoniæ insignis Christi Confessor, natus anno 1503. cum cruce in dorso fulgente. Cum Augustam ad comitia iret, Torgæ sibi explicari præcepit dictum Matth. 10. Qui me confessus fuerit, &c. Et cum ejus ministri vel soli edere vellent coram Cæsare, ipse tamen noluit excludi, sed fortiter Evangelium confessus est. Johannes Rosinus in vita Joh. Frider. Ducis Sax. Elector.

Arius Antoninus Proconsul in Asia, cum Christianos persequeretur, omnes urbis cives venerunt & coram eo se Christianos esse intrepide professi sunt. Baron. tom. 2. annal. fol. 80. n. 10. 15.

Polycarpus Christi confessor. Euseb. l. 4. c. 15.

Edessena mulier, Ruffinus l. 2. c. 5. & Theodoret. lib. 4. c. 17.

Laurentius, de quo vid. Amb. l. 1. c. 40. officiorum, Blandina.

Origenes Christi fidem Alexandriæ inter gentes intrepide professus est. Baron. tom. 2. annal. fol. 401. n. 10.

§.43. Speratus Martyr cum interrogaretur à Saturnino Proconsule, annon vel liberationem vel remissionem vellet, respondit: In illo certamine justo multa est remissio, fac quod velis; nos enim pro CHRISTO gaudentes morimur. Baron. tom. 2. folio 313. ad Ann. Christi 202.

Ioh. Hussus in mediis flammis hymnum cecinit, quem fragor ignis intercipere non potuit. Naucler. Gen. 48. fol. 926.

Athanasius intrepide fidem professus est.

Cum Basilio sequentis diei spatium concederetur ad deliberandum de apostasia, ad quam sollicitabatur, mascule respondit: cras idem ero. Tertull. l. 7. c. 36.

Lutherus in Comitiis Wormatiensibus.

Milites Iuliani. Tripartit. historia libro 6. cap. 30.

Christiani olim, ora contusi, tamen clamabant: Nolumus sacrificare, Christiani sumus, Euseb lib. 8. c. 6.

Martyrum turba jussa thus adolere Iovi, vel mox in fornacem calcariam conjicienda, hanc præ illo elegit, sponte se in illam egit præcipitem, & candida mixtis illorum calce cadaveribus dicta est. Martyrol. Roman. die 24. Augusti.

Huc spectat Faber horologii ille, cujus meminit M. Olearius fol. 397. 398. Descript. Itiner. Persici. Item: Virgo Italica constantissima.

Martyria & supplicia varia Confessoribus inflicta sunt. v. Martyr. v. Tyrannis.

§.44. *Pœnæ non confitentium Christum*

Extant Matth. 12, 30. Luc. 11, 23. 2. Timoth. 2, 12. Specialiores autem pœnæ sunt 1. Confusio eorum, qui Christum non fatentur. 2. Abnegatio eorundem Matt. 10, 33. in judicio. 3. Nostri spontanea defraudatio, 2. Timoth. 2. v. 12. 4. Ignominia. Vid. Baron. tom. 2. ad Ann. Christi 179. fol. 234. num. 10. 15. 20. 25. 5. Ejectio Christi: Nam qui hunc non confitetur, is eum ejicit. Tertull. cap. 9. Scorpiaci adversus Gnosticos.

Requisita bonæ Confessionis.

1. Sit perspicua & aperta, qualis illa Thomæ: Domine & Deus mi. Absint ergo involucra verborum, Æquivoca Iesuitarum.

2. Libera, quia à libero spiritu debet proficisci, Rom. 8, 15. Pf. 110, 3.

3. Parata omni tempore & loco, 1. Petr. 3. vers. 15.

4. Prudens & circumspecta, ne proximum temere periculo involvamus.

5. Constans, non temporaria, Iacob. 1, 6. Luc. 8, 13. ne tempore tribulationis deficiamus. Sir. 33, 2. Vid. Exemplum Sperati. Dan. 3. v. 17. Non colimus Deus tuos. 1. Macc. 2, 19. & Mathatias & filii ejus constantes.

§.45. A simili: sicut petra Christus immobilis est: sic nos immobiles simus. Cyprianus lib. 4. epist. 2. Ut lapis quadratus sibi semper manet similis. Anshelmus C. 173. in similitudinibus.

Ab exemplo Ecclesiast. Polycarpo enim in stadium ingredienti vox dixit: Fortis esto in me (Eph. 6, 10.) & excelso animo (tuum enim in cœlis politeuma est Phil. 3, 20.) rem gere. Hieron. Pragensis summa fuit constantia in defendenda fide, Zwinger. fol. 35. a. theatr. Sic Christus semper confitens se filium Dei esse, Luc. 22, 71.

6. In Ceremonialibus (si Christiana libertas tentetur) non cedat. Sic Daniel noluit pollui de mensa regis. Sic 2. Macc. 6. & 7. Eleazarus & septem illi fratres à porcina carne abstinuerunt. V. Tit. Ceremonia.

7. Hypocritica non sit. Non simus similes Stoicis, qui domi nullos esse Deos asserebant, foris tamen publicas aras illis consecrabant, cultumqve divinum præstabant.

§.46. *Opposita veræ Confessioni.*

1. Silentium, cum quis ore non promit, quod corde credit: sic docuit Elxai & Jexei, fra-

fratres, licere aliquid ore confiteri, non corde. Sic Gnostici Baron. tom. 2. fol. 27. ab init. ad ann. Christi 105. August. c. 32. de hæres. Epiph. hæres. 19. 53.

2. Occultatio. Hæretici Aquarii vino abstinebant, ut ex illius odore Christiani esse cognoscerentur. Cyprian. epist. 63. Basilides docebat, posse nos in corde credere, etsi foris nos accommodaremus adversariis. Euseb. lib. 4. c. 8. Epiphan. lib. 1. tom. 2. hæres. 24.

3. Abnegatio, quæ fit non fatendo. Olim Libellatici, item thurificati & sacrificati dicti, illi erant, qui cogebantur ad thura Diis facienda: qui verò Christum negabant, libellum mittebant ad Senatum loci, & hoc illud fatebantur, & ut ipsis liceret abesse sacrificiis, certam pecuniæ summam spondebant. Baron. tom. 2. fol. 450. num. 1. 2. sequent. ex Eusebio libro 4. cap. 15. & libro 5. cap. 1. histor. eccles. Cyprianus libr. 4. epist. 2. ad Antonian. Justinus pulchrè in Apolog. Qui negat se esse quem se profiteatur esse, aut certè negat, quia confessionem ipsam improbat, aut certè eam confiteri recusat, quia sibi conscius sit, se vitam indignam illa professione traduxisse. Hęc Justinus, cit. Baron. tom. 2. fol. 157. ad ann. Christ. 164.

4. Apostasia à fide. v. Apostasia. Vide D.D. Theolog. Marpurg. Außführl. Antw. auff die Wechselschrifft/ fol. 357. de Francisc. de Spira.

§. 47. 5. Mixtura veræ & falsæ religionis, quam Achaz instituit, novum altare è Damasco extruens, 2. Regum 16. Et hæc his de causis improbanda: (1) A natura contraria lucis & tenebrarum, 2. Corinth. 6, 14. (2) Ab ordine veritatis & pacis. Veritas enim præcedere debet, & tum pax sequi, Zachar. 8, 16. (3) Ab utilitate fidei: Huic enim illa mixtura repugnat, Ephes. 4, 3. (4) A natura unitatis spiritualis, quæ in solo Christo ejusque veritate fundatur, Johann. 17, 11. (5) Ab indole concordiæ Christianæ, quæ non tantum vult nos unum loqui, sed & unum sentire, Philipp. 2. v. 3. (6) A simili, quia inanis illa incrustatio, Ezech. 13. vers. 10. Huc spectant Interimista Patrum memoriâ. Vid. Morlin. in Psal. 44. pag. 132. b.

§. 48. 6. Neutralitas, & hæc meritò rejiciatur. (α) A supplicio. Apocal. 3, 15. Evomam te ex ore meo: Tepidos namque detestatur Dominus. (β) A turpi. Illi enim infantes sunt, Ephes. 4, 14. & stulti, Sirach. 33, 5. (γ) A periculoso: Qui enim inter claudicantes versatur, ille velut in nocturna pugna inter inimicos & amicos, incertissimus tamen constitutus est & dubius. Basilii simile est epist. 62. ad Athanas. (δ) A testimonio. Epiphan. hæres. 73. contra Semiarrianos §. Dicite nobis, manifestè nobis confitemini &c. Cyprianus libr. 1. epist. 3. sub fin. Nulla societas fidei & perfidiæ esse potest. Qui cum Christo non est, adversarius Christi est, qui unitati & paci ejus inimicus est, nobiscum cohærere non potest. Luc. 11. Qui non est mecum, &c. Basilius epist. 22. ad Athanas. §. Istos enim, qui fide sani sunt, manifestandos esse monet, ne ad fidem claudicent. Gregor. Nazianz. tr. de fide. Aut totum mecum tene; aut totum dimitte.

7. Transultoria levitas, qua quis modo ab hac, modo ab altera religione secedit. Ecebolius ejusmodi homo fuit.

8. Vita impia & dissoluta, quâ doctrina Christi, quam confessus es, conspurcatur & blasphematur. Contra hos eleganter scribit Cyprianus tractat. 3. de simpl. prælator. fol. centesim. septuages. secund. Confessor est Christi, sed si non postea blasphemetur majestas & dignitas Christi, lingua Christum confessa non sit maledica, non sit turbulenta, non convitiis & litibus perstrepens audiatur; non contra fratres & Dei sacerdotes post verba laudis, serpentis venena jaculentur. Hæc Cyprianus d. l.

9. Timiditas confitendi quæ dispellenda meditatione

1. Periculi, si non confitearis: Pudebit me hujus, ait Dominus. 2. Imputationis. Nostrum enim sanguinem fusum sibi Christus imputat. Act. 9. Saul, Saul, quid me persequeris? 3. Debitæ abnegationis sui: Non es tuus, sed Dei, corpore & animâ. Utrumque Deo offer. 4. Roborationis à Deo promissæ, quia contigit omnibus Martyribus, Esa. 41, 10. promissa per S. Sanctum, Joh. 16. 5. conformitatis cum Christo: hic Patrem suum confessus est; Nos hunc filium confiteri fas est. 6. Compassionis cum fratribus, Hebr. 13. 7. Pretiositatis vitæ nostræ coram Deo, Ps. 116. 8. Exemplorum in iis, qui Christum confessi sunt: & in mortem cotidie traditi, 2. Cor. 4.

§. 49. *Confessio de nostra persona*

Ita sit comparata. 1. Ut non neges te esse, qui es, videl. es peccator, immundus, pauper & mendicus. Non neges. Talis enim es. 2. Non dicas, te esse, quod non es. Dicis te esse Sanctum, Christianum, cum talis non sis, si impiè vivas, &c.

CONFIDENTIA. *v. Fides.*

Confidere in se, Luc. 18. *v. Fiducia sui.*

CONFIRMO, 1. Cor. 1, 8. *v. Perseverantia.*

Cor & conscientiam solus Deus confirmat, Psal. 73, 26.

§. 50. CONFUSIO.

Est ignominia illa, qua spe concepta fallimur vel expectata malorum catastrophe frustramur. v. Spes non confundit Psal. 71, 1. (Es. 50, 7. Rom. 5.) Non confundar, i. e. non fiam pallidus, non aridus. Id enim vox אבושה infert. Vide D. Förster. R. בוש.

Cur verò non confunduntur pii? Resp. 1. Ob Deum. Is enim tandem α. justitiam nostram illustrem reddit, Ps. 37, 6. Mich. 7. β. suos tuetur & defendit, & conservat, Ps. 37, 23. 24. γ. Ridet super impios, Ps. 37, 13. δ. Nos non damnat, Ps. 37, 33. ε. Ius dicit, Es. 50, 8. 2. Ob pios. Hi enim (a) anchoram spei retinent, Heb. 6. (b) Non sperāt in terrenis reb. sed cœlestib. 1. Cor. 15. (c) In cœlo τὸ πολίτευμα quærunt, Phil. 3, 20. Conf. tit. Ignominia. Sic non confusi Moses, Heb. 11. David Ps. 3, 1. Israelitę Ps. 22. Hiskias Rex 2. Reg. 18.

Ii verò, qui dicunt, pios confundi, vel 1. Negant Deum esse, ut Epicuræi & Gentiles, qui insultabant Israelitis, dicentes: Ubi est Deus eorum? Ps. 79. & 115. Vel 2. putant, Deum suos deserere, illis non succurrere, illos non curare. Sic vulgo impii in mundo.

Confunduntur ii, quos Deus contemnit, Psalm. 53. Sic confusi Ægyptii, Exod. 15. Assyrii, 2. Reg. 19. Saul, Doeg, Achitophel: Judæi Psal. 132. v. ult. mali in die Judicii, Apoc. 2. Videbunt, in quem &c.

CONGRESSUS *v. Conventicula.*

CONJUGIUM

§. 51. Dicitur quoq; matrimonium, eò quod virgo mater fieri intendatur: It. Nuptiæ à veteri nubendi ritu; conjugium autem, quasi duorum jugum.

De eo cum passim tractetur in L. Comm. & libellis Symbolicis, nos promiscuè τὰ ὁμιλιτικὰ annotabimus.

A Deo bonum conjugium.

Is enim est causa procreans, hominum saluti providens. Gen. 2. Non est repertum adjutorium &c. Esth. 2, 9. Esthera invenit gratiam. It. v. 17. ib. Is est causa efficiens primaria, de quo Prov. 19, 14. Domus & divitiæ dantur à parentib. à Domino autem propriè uxor prudens. Is est, qui Evam creavit, immisso Adamo sopore, Gen. 2. v. 21. Sopor hic non notat negligentiam in rebus agendis, sed mortem Christi in cruce morientis & ex latere ecclesiam ædificantis. Beda super Genes. cap. 2. Itaque fato gubernantur conjugia piorum, ut Mosis, Isaaci, Gen. 24. Refutantur hinc querelæ Ethnicorum de conjugio apud Arnisæum p. 9. de connubio. Honoratum à Spiritu Sancto, qui facit mentionem conceptionis, impleti temporis, motus infantis in utero, Luc 1. nati ex muliere filii Dei, &c. Gal. 4.

§. 52. *Mulier cur ex costa formata?*

Ideo formavit eam Deus ex costa, ut doceret

1. Communem conjugum amorem: cum uxor facta sit ex costa mariti, adeoque corpore ejusdem. Est ergò pars corporis, sit ergò pars cordis.

2. Devinctionem indissolubilem. Sicut nec costa à viro separari potest: sic nec vir debet separari à muliere. Est enim una caro, unum corpus in duabus animabus.

3. Primi hominis dignitatem, ut sicut Deus est principium rerum omnium, etiam viri ipsius, Act. 17, 26. Sic quoq; vir existeret principium totius suæ speciei. Thomas p. 1. q. 92. artic. 2.

4. Conjugii commoditatem, quæ in eo consistit, quod mulier costæ vicem supplere debeat, & viro adjutorium esse in re domestica, aliisque vitæ humanæ necessitatibus: sicut costa roborat corpus & firmitatem ei præstat.

5. Singularem officiorum conjugalium significationem. Nam ex costa formata est mulier: Itaque non ex capite: non igitur costa dominetur in caput: sed nec vir mulierem pro vili habeat & quasi pedibus conculcet: Non enim ex pedibus, sed ex costa facta est.

6. Typicam figurationem. Nam è latere Adami secundi in cruce morientis formata est ecclesia JESU CHRISTI, quando è latere ejusdem profluxit aqua & sanguis, Joh. 19, 10. Johan. 5, 7.

§. 53. *Quæ personæ seu materia Conjugii?*

Hebr. 13, 4. Conjugium honorabile est in omnibus. Omnes namq; ad conjugium vocati sunt, quæ non præditi sunt dono continentię, 1. Cor. 7, 2. 8. At qui dono continentiæ gaudent, liberum est, 1. Cor. 7, 8.

Olim apud Rom. magna habebatur ratio honestatis in personis conjungendis per nuptias. v. Leg. XII. tabul. Livius l. 4. in Orat. C. Canuleji, Tribuni plebis.

Quædam personæ non possunt copulari, etiam de jure naturali, de quibus Levit. 18.

Gentilium conjugia S. Patres aversati sunt, Gen. 24, 3. Non de filiabus Canaan, Deut. 7, 3, Gen. 6, 2. Videntes filii Dei. 1. Reg. 11. Rex Salomon duxit alienas uxores. Achab duxit filiam regis Sidoniorum. Esdr. lib. 1. cap. 9. Gen. 34, 14. Non possumus dare sororem nostram incircumciso. Quidam tamen hic excipiuntur, ut Judas, qui Cananæam accepit, Gen. 38, 2. Simson, Jud. 14, 1.

Uxor non sit filia mali viri. 2 Reg. 8. Jorami uxor erat filia Achabi.

Conjugium inter personas diversæ fidei improbat Ambrosius epist. 70. Huc spectat Concilium Chalcedonense, Agathense can. 67. Toletan. 3. can. 14. Jos. 23. v. 12.

Peccatrices quoque ad conjugii honorem evectæ. Josephus lib. 4. cap. ult. Antiquit. docet: Mosen meretricem à jure nuptiarum exclusisse. Verum est de sacerdotibus, de plebejis non item. Confer Cl. Espens. l. 3. c. 3. de continentia.

Ministri quoq; possunt esse & vivere in conjugio, 1. Tim. 3. V. D. Hyperii consult. de conjugio ministror. ecclesiæ, part. 2. opuscul. Olim sacerdotes ex tribu regia uxores ducebant. vide Baron. t. 1. c. 16. Apparat. Annal. Eccles. Est enim conjugium sanctum. Gen. 5, 22. Et genuit filios & filias. Ad altare Deo serviebant, Levit. 21. Moses & Joseph sacerdotum filias duxerunt, Exod. 2. Gen. 40.

Negant Pontificii conjugium sacerdotib. Busæus de statib. hom. p. 216. Attamen conjuges fuerunt Apostoli Matth. 10. Polycarpus, Tertullianus, Hilarius, Spiridion, Basilius, Nazianzenus.

§. 54. Iis etiam, quibus morte conjux vel maritus ablatus est, licet ad secundas quoque nuptias transire, nempe 1. Ob disertam Spiritus Sancti literam, eamque generalem Genes. 2, 18. Non est bonum, hominem esse solum: At viduatus solus est, & solùm esse bonum non est. Rom. 7, 3. Si fiat alterius viri &c. mœcha non est, quia libera est, 1. Corinth. 7, 39. Et præcepit Apostolus viduas juniores nubere, 1. Timoth. 5, 14.

2. Ob exempla Gen. 25, 1. Abraham mortuâ Sarâ duxit Cethuram, Abraham pater credentium. Vide Pastorale Lutheri p. 219.

3. Ob necessitatem. Melius enim est nubere quam uri 1. Cor. 7, 9. & v. 8. 9. cœlibibus ac viduis præcepit, ut matrimonium contrahant, si non se contineant. Itaq; erat Hieronymus, secundas nuptias damnans. Luther. in cap. 25. Genes. Epiphanius contra Montanistas tom. 1. lib. 1. & contra Catharos. August. de fide ad Petrum Diac. c. 42. tom. 3. lib. de agone Christi c. 31. Idem lib. de hæresib. Easdem secundas nuptias Cathari non admiserunt. Vide August. contra Adversar. legis & prophetar. lib. 2. c. 9. & c. 12. de bono viduitatis, quod contra Busæum p. 69. 70. de statibus hominum.

Secundæ verò nuptiæ rarò secundæ esse solent. Vide Richter. axiomat. 57.

Conjugium quoque sacerdotibus licitum. 1. Jure divino, 1. Tim. 3, 2. Canon. 11. 12. 17. dist. 28. ex concilio Gangrens. S. Udalricus (in descriptione Germaniæ testatur hoc Æneas Sylvius) leges Pontificis de cœlibatu oppugnavit.

Abbas Vrspergens. recitat Epistolam celebris Synodi Ecclesiasticorum & Politicorum procerum Brixiæ Noricæ contra Hildebrandum.

Non est illicitum præterea conjugium sacerdotum: Nam ipsa corporum commixtio, licet ab illa non tollitur vel turpitudo vel absorptio rationis, vel verecundia, potest esse sancta, ait Jesuita Salmero tomo 6. folio 33. col. b.

§. 55. *Conjugia Magnatum*

Ecclesiæ Dei aliquando proficua sunt. Vide Esther. 4. v. 14. 15.

Consensus Parentum.

Requiritur ad legitimum conjugium. Vide Cl. Espensæum fol. 663. oper. de clandestinis matrim. cap. 18. Contra Concil. Triden. sess. 24. c. 1. &c. cum virum: Tit. de regularib. confer Lutherum Tom. XI. Witteb. in cap. 37. Genes. fol. 30. a. b.

In conjugio sunt

1. Amor verus, excludens diffidentiam, fastidia, morositatem, odium, simulationem, suspicionem. 2. Fides conjugalis, servans caste corpus reciprocè. 3. Societas gaudiorum & curarum. 4. Generatio & educatio sobolis. 5. Defensio. 6. ἐπιείκεια ferens infirmitates mutuò.

§. 56. *Conjugum officia.*

Eadem ferme sunt, quæ jam dicta. Vid. Maritus. Communia autem officia sunt

1. Mutuus solidus amor, Eph. 5. ne peregrinâ delectetur, Prov. 5, 20. Apud Romanos lege vetitum fuit, ne vir ab uxore munus caperet, vel contrà, ne mercenarius esset amor. Plutarch. in quæst. Roman. Ausonius in Epigrammatib.

Uxor vivamus, quod viximus & teneamus
Nomina, quæ primo sensimus in thalamo.
Nec ferat ulla dies, ut commutetur in ævo:
Quin tibi sim juvenis, tuq; puella mihi.
Nestore sim quamvis provectior, æmulaque annis
Vincas Cumanam tu quoq; Deiphoben;
Nos ignoremus, quid sit matura senectus.
Scire ævi meritum, non ruminare decet.

Ex hoc amore sequitur mutua conjugum delectatio, Prov. 5, 18. 19.

2. Concordia. Sint sicut fratres Actorides, de quibus Poetæ fabulantur, quod fuerint congeniti, aurigæ concordes, alter habenas & lora tractaverit, alter scuticam moderatus sit, quodque unum corpus habuerint. Pindaro & Pherecide autoribus. Sir. 25, 2.

3. Cohabitatio. Non sint Timoni Philosopho similes, qui solus vivere voluit in agro Attico, nullumque ad sui conspectum vel colloquium admisit, præterquam Apamantum Atheniensem. Zwing. Theatr. 59. a.

4. Mutuum adjutorium. Sir. 41. vers. 23. Eccles. 4. Melius est esse duos simul, quàm unum.

5. Communis amor erga sobolem. Tob. 10, 12. Apprehenderunt Raguel & uxor ejus filiam. Ibidem v. 2. 3. 4. Amor Tobiæ uxoris matris erga filium absentem.

6. Exulet omnis Zelotypia. Huc Ovidii lib. 7. Metamorphos. fabula de Pocre & Cephalo.

Exempla conjugalis amoris. Jacobi erga Rachelem, Adami erga Evam, Salomonis erga uxores.

Artemisiæ erga Mausolum Regem condentis ei sepulchrum pretiosissimum, Tygranis erga conjugem, apud Xenophontem.

Orphei erga defunctam uxorem, cujus nomen semper in ore habuisse scribitur. Sabellic. lib. 3. c. 5. Exemplor.

Darii Regis, non amissum regnum, sed defunctam conjugem deflentis, &c. Vide plura exempla paulò post.

Conjugii summa dignitas §. 57.

Fluit ex 1. Institutione, Gen. 2, 18. Matt. 19, v. 6. 2. Honoris universalitate, Hebr. 13. v. 4. 3. Mystica significatione, Ephes. 5, 28. 4. Mulierum salvatione, 1. Tim. 1, 15. 5. Patriarcharum frequentatione: nam & hi vixerunt in conjugio. Ignatius epist. ad Philadelphienses. Vide Gen. 5. v. 22. 6. Christi ad nuptias accessione Joh. 2. Quo respicit Martialis epist. ad Tholosanos. 7. Sacerdotali benedictione, quæ nuper nuptis datur. 8. Sacramenti dignitate. Inter sacramenta referri à Pontificiis certum est è 4. d. 26. 9. Procreationis honestate, August. lib. de S. Virginitate cap. 12. 10. Bonorum ubertate. Illa sunt (α) Proles corporalis, (sicut Christus procreat spiritualem ex Ecclesia prolem.) (β) Domestica societas, in cohabitando & regenda familia. (γ) Fidelitas in præstanda mutua fide. (δ) Indissolubilitas. Rom. 7, 2.

Amoris conjugialis exempla. §. 58.

Evadne uxor Capanei in rogum se conjecit, dum marito mortuo exequiæ pararentur.

Artemisia, Mausolo marito mortuo, in perpetuo

petuo luctu mansit, & cineres cadaveris vino mixtos bibit.

Darius immenso planctu in castris deflevit uxorem, quam ab Alexandro M. interfectam esse putabat.

Comitissa quædam Hispana nupta Roberto Britanniæ Regi, venenatum in brachio vulnus, ictum venenato gladio in Syria, noctu solutis fasciis suxit, inscio & tandem connivente Rege: Inde sanitas Regi, Comitissæ æterna laus nata. Lud. Viv. libr. 3. de laudat. fœmin.

Panthea uxor Abradatæ, in bello occisi, pugionis ictu vitam sibi finiit.

Julia Cæsaris filia videns vestem Pompeii mariti cruentam sanguine aliorum, qui se vulneribus mutuis conſciderant, exanimata collapsa est, passa abortum.

Cleopatra mortem sibi conſcivit superato marito Antonio.

Vide plura part.1.horar.refectivar. Didaci Apolephtæ pag.1. part.2.Camerar. part. 1. hor. succisiv. c.51.

Non seducant Deuter. 7, 24. pars partem. Non occidat conjux conjugem. Didac. Apolepht. part. 2. p.152. hor histor.

§. 59. *Honesta contristatio, ob mortem alterius, conjugum.*

Non Ethnica. M. Plantius, mortuâ Horestillâ conjuge, in proprium gladium incidit, sibi vitam finiens, combustus eodem cum Horestillâ rogo.

Lex Papia Poppæa à morte viri, triennium viduis indixit.

§. 60. *Incommoda Conjugii*

Recenset Busæus pag. 223. de statibus hominum:

1. Uterque conjux in summam servitutem reducitur.
2. Sunt obnoxii tentationibus Satanæ.
3. Voluptates, quas quærunt, non inveniunt.
4. Non possunt vacare piis exercitiis & precibus.
5. Eodem modo sentire Gentiles, citatque Hieronymum ex libr. 1. adv. Jovinian.

Respond. Servitute monasticâ nihil misetius. Quantis subjecti tentationibus monachi sint; docet Cornel. à Lapid. in 2. Cor. 11. Voluptates carnales pii non quærunt in conjugio, qui quærunt, certè tam falluntur, quam ii, qui in monasteriis quærunt animarum requiem. O verò miseros Enochum, Abrahamum, Isaacum, Mathusalemum, &c. qui ut conjuges, ita precum negligentissimos fuisse, judice Jesuitâ censebimus? Denique quam pulchrum homineque Christiano dignum, è putidis Gentilium lacunis de sancto conjugio velle judicare?

§. 61. *Damna & incommoda cœlibatus.*

1. Ecclesia repletur concubinariis, incestuosis, seminifluis. Paphnutius in Concilio Nicæno.
2. Bernh. sermone de convers. ad Clerum.
3. Anshelmus, prohibito sacerdotibus conjugio, proximo statim anno novis decretis Sodomiticas libidines compescere opus habuit. Balæus centur. 3. Vide eundem centur. 8. & 9. narrantem, quod in perfossis monasteriis multa libidinum monstra reperta sint. It. Zwing. f. 2801. col. b.
4. Huldericus Episcopus August. in epistola (cujus etiam Æneas Sylvius in sua Germania meminit) narrat, ex quadam piscina sex millia infantum extracta esse, post interdictum conjugium.
5. Stupra & adulteria cumulata sunt. Barbatia in c. At si cleric. refert, rusticos quosdam noluisse recipere Clericum, si non haberet concubinam: suis quod metuerent uxoribus.
6. Raptus bonorum Ecclesiæ. Salycet. in l. cum propriam c. si quis alter: vel sib. conqueritur, quod prælati fraudent Ecclesias, ut ditent concubinas.
7. Incestus. Speculat. in tit. de testib. §. Proponitur. quod nec matribus, nec sororib. pepercerint.
8. Copia Concubinariorum. Joh. Faber institut. de Jure personar. §. pen.
9. Antichristi nota. Episcopus Florentinus promulgato edicto de vitando conjugio, confessus est, Antichristum prodiisse. Sigonius lib. 9. Inst. Italiæ.

§. 62. *Finis Conjugii.*

I. Gloria Dei in hoc sacro statu unicè quærenda, sive in sanctimonia corporum custodienda, sive in educandâ, ad Dei honorem, sobole.

II. Procreatio sobolis. Gen. 1, 28. Crescite & multiplicamini. Bene D. August. alicubi libr. de nuptiis & concupiscentia, conjuges habere intentionem generandi generandos. C. Manichæos. Atque eodem modo sua conjugia defendebant veteres Christiani, quod non libidinis fovendæ, sed sobolis procreandæ officinæ essent. Athenagoras in apologet. pro Christianis. Baron. tom. 2. fol. 244. n. 30. annalium.

III. Unio: Una enim sunt caro conjuges 1. Physicè, ob generationem sobolis. 2. Politicè, ob unius personæ repræsentationem. 3. Oeconomicè, ob unam domus gubernationem.

§. 63. *Adjuncta conjugii.*

1. Bonum est conjugium. Gen. 2, 18. Eccl. 4, 9. melius est duos simul, quam unum. 1. Corinth. 7. Bonum idem est quod commodum: neque enim semper commodus est conjugii status, quippe multis calamitatibus subjectus. Clemens Alexandr. l. 7. Stromat.

2. Honorabile & laudabile. Vide Chrysostomum hom. 4. de verbis Esa. Vidi Dominum, &c. Hebr. 13, 4. Et quidem (α) In genere: quia à Deo institutum, Gen. 2. (β) In specie. Hinc novorum sponsorum immunitas à Deo præcepta Deuter. 24, 5. (γ) Ob loci, in quo institutum est, majestatem. Fuit enim Paradisus. (δ) Status qualitatem: Fuit institutum in statu innocentiæ. (ε) Conservationis dignitatem.

tatem. Deus enim in arca hunc statum commendavit & salvavit.

(ζ) Exemplorum gravitatem: Nã in eo statu vixit ordo Patriarcharum, Prophetarum; ipsa Maria quoque hunc statum ingredi voluit. (η) Honoris ponderositatem. Ipse enim Christus interfuit nuptiis Joh 2. (θ) Auxilii conjugibus lati opportunitatem: Elias, Elisa conjugia præsenti ope levarunt. (ι) Benedictionem multiplicem Psalm. 128. huic statui promissam. (κ) conjugii fructuositatem. Fructus sunt liberi, pax, auxilium mutuum.

§. 64. 3. Castissimum. Neque enim obstat Christianismo vel veræ castitati. Nam Leviticismo summa erat castitatis cura: Nec tamen Levitæ ab usu conjugali uxorum arcebant, ut Exod. 6, 23. Lev. 21. v. 4. Sed conjugati erant ut Aaron, Eli, 1. Sam. 1. & 2. Samuel. 1. Samuel 8. Cæterum continentiæ conjugatorum exempla quædam commemorat C. Espensæus lib. 6. cap. 2. 3. de continentia, ipsi sanè fini conjugii adversantia; quem vide sis. Socrates lib. 1. c. 22. refert Decretum Concilii Nicæni, quod Paphnutius castitatem esse legitimas nuptias dixerit: Itemque, quod post votum nubere sit licitum.

§. 65. 4. Votis & omnibus dignum: Olim Græci virgis famem ex ædibus ejiciebant his verbis: Foras famem, intro divitias & sanitatem. Ulysses Nausicaæ Alcinoi filiæ optat domum & concordiam, apud Homer. Zwinger. folio 178. a.

5. Clemens Alexandr. libr. 2. Stromat. hæc urget pro conjugio argumenta: 1. Natura nos aptos fecit ad matrimonium. 2. Carens liberis est imperfectus. 3. Patriæ commodum non adfert. 4. Caret adjutorio uxoris in membris. 5. Caret auxilio liberorum, qui possunt ἀντιπελαργεῖν. 6. Magistratum gerere non possunt. 7. Laconum legislator pœnam imposuit ei, qui non duxisset uxorem. Plato decrevit, ut ἄγαμος publico ærario dependeret, quod in alimoniam uxoris impendendum erat. 8. Ignavi est, fugere consortium mulieris. Tertull. lib. 1. contra Marcion. ostendit, eum qui matrimonium improbat, adversus ipsam facere sanctitatem, si (ait) nuptiæ non erunt, sanctitas nulla est. Quomodo salvum hominem volet, qui vetat nasci? Quomodo diligit, cujus originem non amat. Hæc Tertullian.

§. 66. 6. Calamitas, ex inobedientia & contumacia, vid. Joh. Jov. Pontan. lib. de obedientia: ex disparitate conjugum: è differentia religionum. Huc Genes. 24, 3. cap. 28, 2. Exod. 34, 16. Deut. 7, 3. Jud. 3, 16. 17. 1. Reg. 11, 4. cap. 16. v. 31. 2. Reg. 8, 18. Esræ 9, 1. Numer. 10, 30. Esdr. 10, 3. & 12. Neh. 13, 23. 24. Mal. 2, 10. Valens Imperator ad Arianismum inductus est à conjuge. Tripart. lib. 7. cap. 13. Athalia filium inducit ad impietatem, 2. Chron. 22, 4. Gen. 26, 35. duæ Ethnicæ uxores offendunt Isaacum. Chrysost. homil. 74. in Matt. Tertull. ad uxor. libr. 2. Ambr. libr. 1. c. 9. de Abraham. Cyprianus epist. de lapsis. Hieron. t. 1. epist. ad Gerent.

7. Sterilitas. Confer Oseæ c. 9. 13. 14.

Ritus quidam veterum circa Nuptias & Neonymphos. §. 67.

1. In igne & aqua) sponsus & sponsa olim aquam & ignem tangere jubebantur, ac sponsa quidem aquâ in limine positâ aspergebatur. Ex aqua enim & igne magna pars vitæ humanæ constat, maximæque vivendi commoditates his ipsis significantur. Hinc proscriptis aquâ & igne interdicitur.

2. In pane & potu.) Ritu Macedonico panem & potum eundem edebant & bibebant, ostendentes parco victu contentos esse oportere, & omnia communia habere debere. Zwing. theatr. fol. 50. a.

3. In arca exstruenda) nempe Deo, quem Panideum vocabant: & Hymenæo in ipsis nuptiis. Ovid. lib. 5. Metamorph. Nugæ hæ sunt & vanissima humanæ cœcitatis media: Deus noster verè Deus est ille, qui panem dat & victum, Psalm. 105, 15. Gen. 28, 20. Huic ara precum exstruenda est, & conjugio nostro ex alto benedicat.

4. In confarreatione.) Olim conjuges novelli simul sacrificia offerebant, quæ confarreationes vocabantur, in spem arctissimæ conjunctionis. Calepin. in hac voce. Scaliger lib. 3. Poëtices cap. 101.

Comparata. §. 68.

Conjugium est academia hujus vitæ.

Hortulus Dei, in quo varii flores & plantæ.

Militia variarum virtutum.

Portus & quidem juventutis Plutarcho dicitur.

Ala, Ruth. 3, 4. Deut. 22, 30. c. 27, 20.

Nobile fulcrum vitæ, Nazianz.

Schola crucis 1. Ob liberorum morbositatem, aliaque plurima corporis incommoda. Chrysost. l. 2. de Provident. 2. Ob liberorum desiderium, Gen. 15, 2. 3. Ob perpetuas curas victus & laboris quotidiani. Genes. 3. v. 19. In sudore vultus tui, &c. v. 18. spinas ager proferat. 4. Ob varia infortunia liberorum, qui vel amittuntur, ut Joseph, Gen. 37. modo moriuntur, 2. Samuel. 12, 15. 1. Reg. 14, 12. 1. Reg. 3. v. 26. Job. 1. v. 13. modo impiis moribus se dedunt: Cain erat homicida Gen. 4. Esau inobediens Gen. 25. Cham illusor Genes. 9. Ismael persecutor Gal. 4. 5. Ob publicas calamitates, quibus ambo conjuges involvuntur, ut, cum Deus immittit famem & annonæ caritatem, Genes. 42, 1. c. 43, 1. in qua liberi devorantur à matribus, 2. Reg. 6, 28. Bella, in quibus mariti occiduntur, capiuntur. Pestem & alios morbos, quibus conjuges separantur à sese invicem.

Seminarium Dei, in quo variæ arbores seruntur & nutriuntur, quæ utiles esse possunt in 1. choro. 2. foro. 3. thoro.

Vitis fœcunda & fructuosa.

Opposita Conjugii. §. 69.

1. Concubinatus v. supra suo loco.
2. Repudium.
3. Bigamia.
4. Polygamia v. suo loco.
5. Apostolici conjugio & propriis rebus abstine-

abstinebant, Epiph. hær. 61. August. cap. 40. de hæresib.

6. Adulterium. v. Adulterium suprà.

7. Scortatio, ex qua spurii. v. spurius.

8. Interdictum conjugii.

§. 70. *Oppositi errores alii conjugio.*

1. Marcion & Apelles conjugium respuerunt. Baron. tom. 2. fol. 122. n. 45. & fol. 115. Illius discipuli coitum sceleratum esse docebant, refutati à Clem. Alexandr. libr. 3. Stromat. qui dicit: Ipsos Marcionitas existentiam habere è coitu, esseque hanc doctrinam Dæmoniorum.

2. Tatianus impurum esse dixit, idque probare voluit ex Pseudoevangelio, juxta Ægyptios. Clemens Alexandr. libr. Stromat. Baron. tom. 2. fol. 204. n. 40. & matrimonium à scortatione vix differre. Epiph. hæres. 46.

3. Essæi non ducebant uxores, ob vitandam intemperantiam. Joseph. libro 2. cap. 7. belli Judaici.

4. Pontificii Dd. quidam, qui scortationem conjugio anteferunt. Hosius cap. 56. Confess. Petricoviens. §. Reprehenditur à Philippo &c. Pighius controv. 15. §. Sed esto! Non faciunt obligati &c. Coster. in Enchir. Tit. de Cœlibat. Sacerdos si fornicetur, aut domi concubinam, &c. , Articul. Bavaric. Quinquagesim. Matthias Aquens. adv. errores Buceri.

5. Qui matrimonia conjugum solvunt. Catech. Jesuit. Bogermanni p. 367.

6. Ethnici. Thales metu amittendi liberos à conjugio abstinuit. Zwing. Theat. 80. b. §. Thales. Amazones quoque olim viros omnes odio habuerunt. Vide Zwing. fol. 63. seqq. Mycerinus, rex Ægypti, propriæ filiæ vim intulit. Herodot. lib. 2. fol. 62.

7. Conjugio *Scortationem* anteferentes: vide Dan. Chamier. Tom. 3. Panstrat. fol. 280. cap. 6. ab init. Vel *desertionem*. Beda libr. 5. hist. gentis Anglicæ commendat Offam, qui uxorem reliquit, & monasterium ingressus est: v. Petrum de S. Audomar. p. 12. præfat. de statu Monastic. Institut.

§. 71. ## CONSCIENTIA.

Notatio.

In lingua latina & vernacula facilis est. Græci vocant συνείδησιν, à græca vocula σὺν & εἰδέναι. Hebræi: testimonium cordis. Vide lat. D. Balduin. p. 4. 5. de casibus conscientiæ.

Quid?

Est judicium hominis de seipso, constans ex principiis partim innatis, partim (& in Christianis potissimum) revelatis, mixtum syllogismum naturalem pariens, cujus conclusio vel homines absolvit, vel condemnat.

§. 72. *Synonyma & varia nomina.*

Cor dicitur conscientia. 1. Sam. 24, 6. percussit cor suum David, eò quod abscidisset oram chlamydis.

Cera, cui imprimitur imago cujuscunque rei: Ita, quicquid Conscientiæ impresseris, ejus imago in Conscientia remanebit. Psal. 51. vers. 5. Peccatum meum coram me est semper.

Cubile cordis, in quo requiescimus. Augustin. tom. 8. colum. 265. e. Sicut enim corpus in cubili: sic anima in conscientia requiescit.

Echo. v. similia malæ conscientiæ.

Eremus, in qua habitamus per fidem. Augustin. tom. 9. col. 1089. d. quam illuminaturus est judex orbis, Ezech. 34. v. 25. habitabunt in eremo.

Hortus, in quo viret vitis Christus per fidem, Joh. 15. v. 1. 2. & fragrantem odorem spargit, vel fœtet peccatum: nam in conscientia mala peccata fœtent, quæ vulnera purulenta vocantur, Psal. 38, 6.

Ignis pectore clausus & magnarum cogitationum succensor. Conscientia enim est ignis ardens semper, & succensens cogitationes nostras.

Liber, ex quo debemus reddere rationem Deo, August. t. 10. c. 410. c. illeque in judicio aperietur. Augustinus tom. 9. columm. 732. a. Item dicitur liber; quod tandem conscientia concludat, velut ex libro illam complexionem dictans, sive bonam sive malam.

§. 73. Lumen & Lux, quatenus conscientia hominis abjurare non potest principia innata. Roman. 2. v. 15. Ostendunt opus legis inscriptum cordibus.

Massa corporis vulnerati. Psal. 38, 3. Sagittæ tuæ mihi infixæ sunt: Conscientia enim vulneratur malefactis; sagittæ sunt peccata, quorum aciem non fugit conscientia, sed vulnus accipit.

Imago terribilis, nobis ob oculos versans. Psal. 51, 1. Coram me est semper peccatum. 70. interpretes Genes. 3. vertunt, Deum collocasse Adamum è regione Paradisi, ut hujus locum intuens peccati memoriam sibi refricaret, ibidem commissi.

Testis, præsentiam Dei arguens. Quid enim quæso est, quod conscientia sæpius timet, nisi æterni Numinis præsentiam & Majestatem, quam illa præsentiscit? Testis subsumens & propositionem formans minorem: Testimonium perhibet irrefragabile Rom. 2. vers. 15. 16.

Thesaurarius hominis; quicquid enim in conscientia reposueris, sive bonum sive malum, id tuus erit thesaurus; sive in iram, Rom. 2, 5. thesaurizas tibi iram in die iræ &c. sive in gratiam, 2. Cor. 1, 12.

Tribunal in mente. August. tom. 8. col. 566. c. Rom. 1. v. 32.

Vas, in quo homo varia colligit. Est enim conscientia variarum rerum promtuarium, & factorum quasi promus condus.

Vultur, jecur immortale Titii perpetuò arrodens, ut est in fabulis, cujus fibræ de novo nascantur & repullulascant.

Causæ.

§. 74. Efficiens prima Deus est, qui homini conscientiam & judicium hoc practicum indidit. vid. Rom. 2, 15.

Materia in qua 1. est intellectus, ratione notitiæ

notitiæ & aſſenſus, & huc refertur ſyntereſis, quæ aſſentitur principiis naturâ inſitis. 2. Voluntas, directa ab intellectu & inclinata. Sive etiam (α) Res neceſſariæ, in quibus obligatur homo ex conſcientia, & ſimul ab ea impellitur ad neceſſarias res faciendas, 1. Cor. 9, 16. Act. 4, v. 20. (β) Res mediæ & indifferentes, in quibus certa lege conſcientia verſatur. Vid. hic Actus Conſcientiæ.

Materia ex qua ſunt 1. principia innata, ex quibus 2. aſſumtio naſcitur. 3. ſequitur concluſio ipſa propria vel univerſalis.

§. 75. *Principia ei inſcripta tria.*

1. Deum eſſe, Rom. 1, 20. 21. c. 2.

1. Judicem eum futurum eſſe.

3. Principia practica, de colendo Deo & parentibus, de honeſta vita, de nemine lædendo.

§. 76. *Actus conſcientiæ in rebus neceſſariis.*

1. Obligare hominem, ad exequendum id, quod Deus præcipit.

2. Inflectere voluntatem, ut faciat. Prioratus pertinet ad jus ipſum, quo homo DEO obligatus eſt: poſterior ad executionem juris & obedientiæ DEO præſtandæ, quam obedientiam nihil quicquam tollere debet. Act. 4. v. 19. Obediendum Deo magis eſt, quàm hominibus. Atque hæc noſtra obligatio ſolet notari & indicari variis phraſibus; v. g. cum quis ſe debitorem eſſe agnoſcit, Rom. 1. verſ. 14. vel peccati ſervum, ſi de induſtria peccet, Rom. 6. verſ. 16. vel beneficii magnitudine Deo obſtrictum, 2. Cor. 5, 14. vel officii gravitate impulſum, 1. Cor. 9, 16.

In rebus mediis & differentibus.

§. 77. Conſcientiæ actus (1) eſt objectum & circumſtantias rectè ac prudenter diſcernere. (2) Diſcreta ſapienter dirigere ad bonum finem, cum ut gloria DEI ne lædatur, tum ne proximus infirmus offendatur, ne ſincera fides jacturam patiatur. Quod ſi hic aberratum fuerit, contingit perſæpè, ut quæ in ſe erat media actio, hoc reſpectu in neceſſariam mutetur. v. Titul. Ceremoniæ. (3) Conſcientia recta vult omnia facta Domini omnibus patere & obvia eſſe. Sic Julius Druſus ædes ſibi parari voluit, ut cives omnes, quid ageret, viderent. Plutarch. in præc. Politicis. (4) Attendere ad facta ſua, eaq; examinare, ſimiliter eſt actus conſcientiæ, quam negligentes olim Ethnici graviter ab Apoſtolo objurgantur Rom. 1, 32. Hæc verò attentio nihil eſt aliud, quam conſcientiæ ſubſumtio ex principio ſive inſito ſive revelato. v. gr. cum Nero furiis exagitatus ita concluſit: Quicunque trucidat matrem, ille turpi morte dignus eſt: (Major hæc eſt legis naturæ & per ſe manifeſta.) Jam ſubſumit & attendit ad ſuum matricida factum: Tu verò occidiſti matrem, &c. Ergo. Et hunc actum ſequitur (5) recognitio & concluſio de facto hoc vel illo. Hujus verò regula ſola eſt DEI voluntas, non naturalis ratio ſola, non conſuetudo mala. Atque hæc eſt ſanctiſſima meditatio de viis noſtris, quomodo eas inſtituamus, ut in rectis DEI viis ambulemus, Oſe. 14. v. ult. & non corruamus in eum. Dicitur etiam examen conſcientiæ, quod Dominus commendat Hagg. 1. v. 5. 6. Pſ. 119, 56. 2. Cor. 13, 5. Jerem. 12, 11.

Officia erga Conſcientiam in genere. §. 78.

1. Curare eam, quia à Deo mirabiliter eſt formata, imò ob eam omnes moleſtias tolerare, 1. Pet. 2, 19.

2. Cuſtodire. Eſt enim inſtar arcis 1. Timoth. 5. v. 19. ne ad peccata, furta, execrationes conniveamus, Proverb. 29. verſ. 24. neque nos ipſi aliquid, quod pietati, qvod æquitati adverſum ſit, committamus. Perinde enim eſt, ſi domus intrinſecus, ſive extrinſecus accendatur.

3. Adeoq; non peccare contra eam; Quod enim contra conſcientiam fit, id omne ad gehennam ædificat. C. omnes c. 28. quæſt. 1. Roman. 14. v. ult. quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt.

4. Munire. Eſt enim pulchra illa regis filia. Auguſtin. tom. 8. colum. 416. Eam ne capiat Satan, peccatum, mundus, ſolicitè cavendum eſt.

5. Mundare. Sicut materfamilias everrit domum, ut pecuniam reperiat perditam, Luc. 15, 8. Pſal. 4, 5. Sponſam non ſinit corrumpi ſponſus, & tamen Chriſti ſponſam negligis animam tuam: pupillam oculi pulvere obrui non ſinis, & peccatorum ſtercore animam obruis.

6. Examinare. Pythagoræ apophthegma fuit:

> *Non prius in dulcem declines lumina ſomnum,*
> *Omnia quam longi reputaveris acta diei:*
> *Quæ prætergreſſus? Quid geſtum in tempore, quid non?*
> *Cur iſti facto Deus abſuit, aut ratio illi?*

Vid. Senecam lib. 3. de ira c. 36.

7. Probare. 1. Cor. 11, 28. probet ſe homo: verſ. 31. Si nos ipſos judicaremus, non judicaremur à Domino. Atque huc ſpectat conſcientiæ examen quotidianum. 1. Cor. 4, 4. In hoc non ſum juſtificatus.

A ſimili. Conſcientia eſt tuum tribunal, quod indies conſcende, & experire, profeceriſne in pietate, vel ſecus. Gal. 6. v. 4. Opus ſuum quiſque probet. Proverb. 5. Juſtus eſt ſui accuſator. A ſera nimis pœnitentia. Matth. 27, 4. Peccavi tradens ſanguinem innoxium. Geneſ. 42, 21. Meritò hæc patimur, quia peccavimus.

De Conſcientia in ſpecie. §. 79.

I. De Bona.

Eſt hæc judicium hominis de ſeipſo bonum, conſtans ex principio cum inſitorum & revelatorum comparatione ad vitam transactam, à qua non abeſt conſideratio propriæ infirmitatis, 1. Cor. 4, 4. 5. Actor. 24, 6. conjuncta cum fide in ſanguinem Chriſti, qui conſcientias noſtras purgat, Heb. 9, 14. Roman. 5, 1. Vide Bernhard. de interiori domo cap. 21. quanta ſit credentis conſcientiæ certitudo: quæ verba allegat Martin. Eiſengrein defenſ. Concilii Trident. p. 528.

Nomina

§.80. *Nomina metaphorica & alia.*

Est similis arcæ. Zwing. vid. f. 29. a. Theatr. qui hæc refert: Lycus fœnerator Genuensis, rapacissimus & locupletissimus, si quem dolo & fraude circumvenisset, (ut numerus delictorum alienis precibus expiandorum constaret) in arca eam ob causam facta, calculum nigrum reponebat. Accreverant jam fraudes & calculorum copia: sub Paschatis festum peccata confitetur, atq; ea ex calculorum numero petenda esse confessori suo asserit, protinus domum redire & calculos excutere jubetur. Trepidus accedit, arcam consulit, unicum calculum reperit, confessori rem indicat: Is, ut singulari erat prudentia, multos, ait, decipere voluisti, multos calculos arcæ injecisti; verum, dum alios decipere studes, te solum decepisti: Tui ergo solius causa, qui deceptus es à Diabolo, unicus calculus in arca repertus est. Convertere ergo & pœnitentiam age, ne, dum alios dolo circumvenis, à Diabolo circumventus æterna morte damneris. Hæc ad conscientiam malam facilè applicabis: in ea enim unicus calculus malitiæ sufficit ad terrendam animam. August. tom. 9. col. 1142. d. confer de convenientia decem præceptorum cap. undecimo.

§.81. Est chirographum, quo convincimur peccatorum nostrorum, Coloss. 2, 14. 1. Joh. 4. cordis sigillo munitum.

Est dives gazophylacium. Augustinus tomo 10. col. 662. de mala sagitta Dei, Psalm. 38, 3.

Est domus illa, quam paralyticum ingredi jussit Christus. Aug. tom. 8. c. 1124. e.

Est instar eremi, in qua sibi quisque vivit. Augustt. tom. 8. col. 531. d.

Pingitur cor, cui incumbat erinaceus, quem undique canes allatrant, ille verò magis magisq; se involvit, & cutem aculeatam canibus obtendit. Hieroglyph.

Est excitator, ne homo penitus obdormiscat.

§.82. Est juge sabbathum, quo impii carent. August. tom. 8. col. 1020. b.

Est lex viva cordis tabulis inscripta, Roman. 2, 15.

Est lima, omnes feles contradicentes & calumniantes consumens, 1. Corinth. 4, 3. Apologus.

Felis consumtura limam fabri, sibi ipsi limâ linguam detrivit consumsitque.

Medullæ instar, quæ nutrit ossa & solidat. August. tom. 8. c. 419. c.

Murus aheneus. Horat.

—— hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpa.

Et sicut ex muris nos defendimus & tutos præstamus: sic quoque bona conscientia tutos nos præstat à jaculis linguæ & defensat.

§.83. Oleum bonum virginum sapientum, Matt. 25. v. 6. Augustinus tom. 8. columm. 1623. b. Lampadibus instructæ virgines veniebant ad sponsum: ita nos bonâ conscientia coram tribunali Christi. Augustinus tom. 10. col. 101. d.

Est Petra, quam frustrà fluctus verberant: sic bona conscientia intrepidè perstat.

Palatium, cui omnia suavia sunt. Augustinus tomo 10. col. 1509. d. Ejusmodi palatium nostra est conscientia, quæ si bona sit, pax ei præsidet.

Paradisus animæ: In bona conscientia omnes sunt viri justi delitiæ.

Pax Dei: Ubi enim est conscientia tranquilla, ibi est & regnat pax Dei. Rom. 5. 1. Pacem habemus. Item c. 14. Regnum Dei est gaudium & pax in S. Sancto.

Puritas cordis 1. significat innocentiam integritatis. 2. Negationem voluptatis carnalis. Matth. 5. Beati mundo corde.

§.84. Est sindon juvenis, qui Christum sequebatur, Marc. 14, 51. munda sindone vestitus erat: quicunq; Christum sequi voluerit, conscientiâ mundâ præditus sit oportet, 1. Corinth. 1, 3. Hebr. 10, 22. 1. Pet. 2, 19.

Scopus Diaboli, quem ille petit sagittis igneis, des Teuffels Raubschloß. Nihil enim magis infestat Satan, quam turbare bonam conscientiam.

Est speculum, in quo omnia facta contemplamur: ne ergo tetro colore imbuta sit conscientia, etiam atque etiam curandum est.

Venter interior hominis exterioris. August. tom. 9. col. 257. d. In hoc enim ventre omnia facta nostra reconduntur.

Unguentum. Cor enim unguento delectatur, Prov. 27, 9. sive Deum respicimus Rom. 5. 1. Joh. 3. sive proximum.

Facies pulchra coram Deo: nam sine conscientia bona nemo Deo placere potest.

Magistra vitæ. Dictitat enim conscientia ipsa salutaria vitæ præcepta, nempe Deum timere, honestè vivere, neminem lædere, suum cuique tribuere.

Fit verò conscientia bona 1. per Christi sanguinem fide apprehensum, Hebr. 9, 13. 14. cap. 10. v. 22. 2. Per sanctificationem spiritus, in nobis resipiscentiam quotidianam operantis. 3. Per testificationem Sp. Sancti, Eph. 1, 13. 14. Rom. 8, 35. 1. Pet. 1, 5. 6.

§.85. *Effectus conscientiæ bonæ.*

Frui bona conscientiâ, Sir. 14, 2. & optimâ tranquillitate, quæ non est in divitiis Aristotelis.

Gaudere ob baptismi fœdus. August. tom. 8, col. 897. b. d. 898. a.

Efficit mentis tranquillitatem, quia de innocentia testatur. Bias sapiens ille interrogatus, quænam res metu careret? respondit: Bona conscientia.

Lucem nobis præbet, quam sequimur.

Facit calumniarum contemtum, quia excusat à culpa, 2. Cor. 1, 1. 12. Prov. 28, 1.

Fiduciam erga Deum. Et ex hac oritur certitudo, Rom. 8, 38.

Fiduciam erga homines.

Bona conscientia in tribulationib. & morte Dei

te Dei fiduciam præstat. Didacus Stella folio 4. de contemt. vanitat. mundi. Socrates ridibundus mori desideravit, quod sibi nullius injustitiæ esset conscius.

Gloriationem modestam. 2. Cor. 1, 12. nostra gloriatio.

Repulsionem criminum. 1. Sam. 12, 1. Samuel se excusat coram populo Israel; fiduciâ bonæ conscientiæ.

Neminem timet. Optat (ut Julius Drusus) ædes fieri sibi conspicuas & perspicuas cuilibet, cui architecto decem talenta promisit, ut omnes videre possent conversationem honestam. Plutarch. in præcept. Polit. NB. Sic coram Deo ambulandum: Discipuli conservent doctrinam, non sint olla plena rimarum, Sir. 21, 17. Hinc dicitur extinguere omnem tristitiæ scintillam: sicuti aqua ignem extinguit.

Excusat, absolvit, approbat. Augustinus alicubi in Epist. Senti de Augustino, quicquid libet. Sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Ambros. lib. de officiis: Bene sibi conscius non debet falsis moveri, nec æstimare, plus ponderis esse in alieno convicio, quàm in suo testimonio. Scipio Africanus conscidit catalogos sumtuum bellicorum, quos ab eo Senatus petebat, conscientia integrâ fretus. Valer. Max. lib. 3 c. 7.

§. 86. *Affectio bonæ conscientiæ.*

Non semper pacatè vivere ad extra: sed & nonnunquam malè tantum audire. Sic dixit Hermogenes esse officium bonæ conscientiæ.

Singulos maledicere. Tertullian. cap. 1. in Hermog.

Inde pravabilis est. Chrysost. tom. 1. fol. 6. hom. 5. in Genes.

Contra conscientiam non est agendum. Canonistæ dicunt: Qui contra conscientiam agit, ad Gehennam ædificat. Vide part. II. Recusati Conc. Tridentini, causs. XII.

§. 87. *Gradus conscientiæ bonæ sunt*

I. Firmitas conscientiæ, quæ consistit 1. In Fidei certitudine, 1. Cor. 8, 4. 7. 2. In tolerantiæ charitate, ut infirmos toleremus, Roman. 15, 1. 3. In prudentia, ne fratri scandalum ponamus. 4. In firmo & stabili proposito, Hebr. 13, 9.

II. Infirmitas, cujus quatuor velut partes sunt: (α) Defectus scientiæ, cum quis differentiam liciti vel illiciti non satis intelligit, 1. Cor. 8, 7. Rom. 14, 1. 14. (β) Facilitas affectuum, quâ quis facilè ad irrequiem traducitur, videns id fieri ab aliis, quod ipse non probat. Rom. 14, 15. (γ) Facilitas judicii, qua facilè damnat, Rom. 14, 3. 15. (δ) Facilitas declinandi ad malam partem, 1. Cor 8, 10. Rom. 14, 21. 1. Cor. 8, 9. 12.

§. 88. *Adjuncta bonæ conscientiæ & similia.*

Hæc abundat lætitiâ, Proverb. 15, 15. 2. Cor. 1, 12. Actor. 24, 16. Ebr. 13, 19. Vide Granatens. in Duce peccat. p. 254. Hinc comparatur oleo lætitiæ, ex quo cordis nostri lampas semper nutriri potest: Ambros. Paradiso: Augustin. in Genes. melli, quod non tantum dulce est, sed & dulcia alia reddit, nempe etiam Dei præcepta, Psalm. 19, 10. & 119, 14. Proverbior. 21, 15.

Speciosa in oculis Dei.

Testimonium ejus est vera gloria. Ambros. fol. 155. d. 10. & 13.

Amat simplicitatem. Idem f. 155. d. 5.

Gignit tranquillitatem, 1. Joh. 3, 19. Luc. 2, 29. Matth. 8, 26. 2. Tim. 2, 2.

Summa fortitudo & solamen sive fiducia, qua bona conscientia à metu mali libera est: Prov. 10, 9. c. 28, 1. Socrates interrogatus, quisnam sine perturbatione vivere posset? respondit: Qui nihil sibi mali conscius est. Huc spectat historia de Marco Æmylio Securo, qui accusatus à Vario Sucronensi, nomine nigro, ad populum dixit: Quirites, Varius Sucronensis ait: Æmylius Securus negat: utri potius credendum censetur? Et sic statim à populo absolutus est. Valer. Max. Hugo lib. 2. de anima, cap. 9. bonam conscientiam vocat agrum benedictionis, hortum deliciarum, aureum declinatorium, gaudium Angelorum. Hinc illa sunt Epitheta, quod conscientia bona vocatur καθαρὰ 2. Tim. 1. v. 3. καλὴ Hebr. 13. v. 18. ἀπρόσκοπος 2. Cor. 1, 12.

§. 89. *Conservatio bonæ conscientiæ.*

Fit 1. Dei reverentiâ, cujus timor nobis ob oculos semper versari debet, Ps. 36, 12.

2. Legis Dei meditatione, Ps. 1, 3.

3. Viarum nostrarum examinatione, Psalmo 4, 9.

4. Pœnitentiæ jugis condemnatione, 1. Joh. 3, 3. Psal. 32, 6. propterea ad te orabit omnis sanctus.

§. 90. *II. De mala.*

Nomina & comparata.

Est accusator domesticus, reum agens ipsum herum suum, Gen. 42, 21.

Aculeus quidam pungens. Augusti. tom. 10. c. 466. d. Hoc aculeo tacti timuerunt Adam & Eva Genes. 3. perierunt Saul, Achitophel, Judas.

Argumentum indissolubile pro justitia & providentia Dei. Leon. de Utico ser. 23.

Bestia immanis, terrens hominem.

Carcer. Augusti. tom. 10. col. 522. b. in qvo homo cruciatur & divexatur.

Cauterium. Allegor. Levit. 13, 24. Sic conscientiam malam & leprosam ignis divinæ iræ urit.

Canicula Reuel/ quæ licet quiescat in vita, adest tamen in morte. Luther. in cap. 31. Genes.

Carnifex hominis mali. Luther. in cap. 43. Genes.

Chirographum, quod continet rationes debitorum nostrorum: sic conscientia.

Cibi instar est, quo homines vescuntur. Augusti. tom 8. c. 828.

§. 91. Clibanus. Psalm. 21, 10. Du wirst sie machen wie ein eisern Feuerofen &c. Fornax ille est mala conscientia.

Comes

Comes misera, quia est peccati memoria.

Comes indivulsus. Cicer. pro Cluentio: Conscientiam à Diis immortalibus accepimus, quæ non potest à nobis avelli.

§. 92. Crabrones spirituales. Confer. Alleg. Exod. 23, 28. qui divexant homines & undique pungunt.

Cubile cordis.

Currus, ut ejecto auriga non audit habenas; sic quoque mala conscientia non obtemperat recta monentibus.

Dictator, semper dictans peccata, 1. Reg. 2, 44. Aug. lib. 1. Confess. Omnis iniquus animus pœna est sibi.

Echo respondens semper, prout dixerit, fecerit: sic conscientia semper tua tibi facta referet.

Erinacei instar est undique pungentis: sic mala conscientia nunquam non pungit malos, ut olim, Es. 14, 22.

Executio divinæ legis in anima, (sicut in corporibus pœnæ.)

Exilium est miserum: nam membra peccatum perfecerunt: membra non solantur: anima sola tristitiâ afficitur, imo ipsa voluntas vel malæ conscientiæ cedit: atque ita homo malâ conscientiâ præditus in exilium velut pellitur, ut DEI conspectum, instar Cainis, fugiat, cum DEI manum tamen effugere nemo possit. Psalm. 139, 7. Quo ibo à spiritu tuo?

§. 93. Est instar febris, modò eos perfrigescere, modo incalescere facientis. Plutarchus de tranquillitate animi.

Flagellum certò metuendum. Luther. in Genes. 43.

Fovea, quam sibi ipsi parat malus. Aug. to. 8. c. 562. e. In foveam enim conscientiæ malæ ipse incidit.

§. 94. Fumus abigens hominem è cubili cordis. Aug. tom. 8. col. 266. c.

Fumus aut stillicidium, quo cogimur è nostra domo abire. Augustin. tom. 8. column. 1124. b.

Furia est una ex Eumenidibus. Cicero: Sceleratos homines agitant insectanturque furiæ, non ardentibus tædis, sicut in fabulis; sed angore conscientiæ fraudisque cruciatu. Furiarum picturæ hîc allegoricè explicandæ, de quibus Poetæ.

Gladius, framea intrans in cor nostrum est mala conscientia 1. Solvendo continuum vinculum amoris Dei & proximi tui. 2. Pungens cor tuum. 3. Secans.

§. 95. Guttula malæ conscientiæ, quæ conturbat mare externorum gaudiorum.

Horologium indicans iram Dei. 2. Sam. 24. vers. 10. David schlug das Hertz: Sic mala conscientia protinus indicat DEI iram, de qua trepidans cor nostrum testatur: Levitic. 26, 36. Folium ventis agitat, &c.

Ignis instar est, Thren. 1. 13. Ignis ex alto in ossa missus dicitur à Jehovah, vers. 13. Ignis ille malæ conscientiæ tribunal est, in quo cogitationes peccatoris se invicem accusant, Rom. 2, 15. Quid tum fit? totus homo conturbatur, imò ossa ejus, Ps. 6. vers. 3. & 31. vers. 11. nulla pax est ossibus, Psalm. 38, 4. & 102, 4. quis ignem in ossibus ferret? Hæc mala conscientia est putredo in ossibus, Prov. 12. v. 4. Hæc est tristis spiritus, qui exsiccat ossa, Prov. 17, 12, Hæc est ossium contritio, Thren. 3, 4. De excelso missus est ignis, quia Dei solius, qui excelsus est, cordis examen est, quod ille scrutatur & examinat, cum antegressa peccata examinat.

Infernus: cor pingitur, quod exedit vultur perpetuò: sic conscientia mala hominem perpetuò exedit.

Initia æternarum pœnarum sunt conscientiæ stimuli.

§. 96. Judex est mala conscientia, nos perpetuo accusans & condemnans: 1. Profert legem naturæ & scripturæ. 2. De nobis subsumit. 3. Et tandem concludit: Ergo &c.

Judex sui. Ambros. lib. 5. epist. 18.

Lapis Sisyphius semper scelerato volvendus; hic lapis est conscientia, quem sic volvunt impii, ut nunquam deponere possint.

Liber unicuique sua est conscientia. Anima cum de corpore suo egredietur, nullum alium librum poterit portare, præter librum conscientiæ, & ex illo cognoscet, quò debeat ire, & quid debeat recipere.

Mucro, vulnerans cor. Ambrosius libr. 5. epist. 18.

§. 97. Offendiculum, ein Anstoß/ 1. Sam. 25. quod homo malus semper secum portat, gestatque, quodque offendit fiduciam animæ & gaudium ejus. Bernhard. cap. 28. de interiori domo: Mala, ait, conscientia delictorum nostrorum testis est, ipsa judex, ipsa tortor, ipsa carcer.

§. 98. Plaga Philistæis inflicta, 1. Sam. 5. v. 1. 2. seq. Luther. in Gloss.

Ut Ranæ Ægyptiacæ, repit ubique Exod. 8, 3. mala conscientia; nec uspiam abest tibi: sicut nec tibi abesse potes.

Regulus non audiens incantationem, Ps. 58, 4.

Furor illis, secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, obdurantis aures suas: Sic (1) mala conscientia serpens est: in eam serpit peccatum & adblandiendo concipitur, Jacob. 1. vers. 15. (2) Sed mordet tandem hic serpens & accusat, Roman. 2, 5. (3) Nec cessat mordere, quantisper vivis. (4) Itaque sanguine Christi sopiendus est hic vermis conscientiæ oblatrantis.

Serpens excitans sitim per morbum: sic conscientia mala æstuat siti intolerabili, quem excitat sensus iræ Dei, excitatus à lege inscripta, Roman. 2, 25. & præscripta, Roman. 1, 18.

§. 99. Scintilla, quæ non extinguitur in peccatore. Gloss. super Ezechiel. & Thomas parte 1. quæst. 79.

Agunt quoque Scholastici de Synderesei, sive servo peccatoris, qui eum nunquam relinquit. Granat. p. 247. Ducis peccator. Sed corrupte vocatur Synderesis. Altenstaig. h. V.

Est enim à verbo συντηρέω, custodio. Ejus actus est remurmurare malo. Thomas in qu. 16. de veritat. artic. 1.

Somni instar ebriosi & phrenetici, qui dormiendo non quiescit.

Speculum, in quo nos contemplamur in judicio. Augustinus tomo 10. colum. 410. c. Psalm. 50, 21. Jch will dirs unter Augen stellen.

Spectrum nos semper terrens, sicut pueri in somno excitantur.

§. 100. Stimulus. Psal. 38, 4. Pax non est in ossibus. Hic est conscientiæ stimulus, ubi ille cor occupaverit, illud arcessit, succum ossibus denegat, ossa conturbantur, Ps. 6, 3. inveterantur, Ps. 32, 11. comburuntur, Ps. 112.

Syllogismus practicus in intellectu.

Tenebræ, domus Satanæ, infernus, Johan. 18.

Lux obtenebrascit in Tabernaculo impii. Ergò nulla conscientiæ lux est, nullum solatium, meræ ibi tenebræ, quia timoris plena est, Levit. 26. v. 36.

Tribunal. Vid. in antea dictis.

Tortor est malorum de industria peccantium.

Torrens omnia pervertens & excavans.

Ventus sedandus, & huic quidem omnis subtrahenda est materies.

Vermis, qui non morietur, Esa. 66, 4. semper mordens, unter Augen schelten. Gerson p. 3. serm. de Nativit. Virgin. Mariæ. Adi Scholast. in 2. sent.

§. 101. Ulcera & vesicæ malæ significant conscientiam malam, quæ non permittit nos stare coram Mose, h. e. lege, Exod. 9, 11. Studeamus igitur bonæ conscientiæ, 2. Corinth. 1, 12. Hebr. 13, 18.

Ultor proprii sceleris & vindex criminis. Ambros. lib. 7. epist. 44.

Vultur infernalis semper exedens cor incontinentis Titii. Fabula Alleg. exponenda ex Poetarum commentis.

Vulnus cicatricem perpetuò relinquens.

Umbra, quæ hominem perpetuò sequitur.

Ita mala conscientia hominem assiduè insequitur, & fugientem comitatur.

§. 102. *Effectus Conscientiæ malæ.*

Parit peccatum, partum illum 1. conceptum, Jacob. 1, 15. 2. Turpem & monstrosum, quia omne peccatum est ἀνομία, 1. Johann. 3, 4. 3. Lethiferum. Tandem enim mortem parit. Chrysostom. homil. 4. de Lazaro.

Accusat peccatorem fol. 154. d. 1. Jerem. 2, 22.

Conscientia mea meretur damnationem. Aug. t. 9. c. 838. a.

Facit angores nervis. Vid. Sveton. in vita Neronis. Herodes furiis agitabatur ob Mariamnem à se trucidatam. Zwinger. 50. a. Theatr. Orestem matricidam nigræ furiæ perterrefecerunt. Nath. Com. Mytholog. lib. 9. c. 2.

Alexander tota nocte ploravit, cum Clytum interfecisset, voluitque eodem se telo occidere. Plutarch. in Alexandr. Curtius: Ex his Zwinger. folio 195. 6. Theatr.

§. 103. Mala conscientia suæ pravitatis & hypocrisis sibi conscia, veritatem doctrinæ, quâ fallax ipsius larva detegitur, summopere execratur, ut D. Polyander 3. præfat. Tractat. Miscel.

Omnia in deteriorem partem interpretatur.

Oppressorum gemebundas voces in memoriam revocat desperabundus. v. g. Sic contigit perfidissimo illi pistoris Viennensis servo, cui plus tormentorum attulit unius puellulæ, vitam ab eo precantis, sed frustrà, vox: Laß mich leben / ich will dir alle meine Docken geben / quàm tot cruciatus, quibus confectus erat ob hericidium. Strigel. in c. 13. 2. Samuel.

Facit fugere nemine persequente. 2. Reg. 7, 7. Syri fugerunt in tenebris.

Efficit hominem irrequietum, 1. Macchab. 6. v. 8. 12. exemplo Antiochi.

Phantasiam terribilibus phantasiis movet, exemplo Bessi apud Plutarch. De sera Numinis vindicta Theodoricum vide Procopium in principio de bello Italic. Strachium ad verba feriæ 3. Paschæ.

Terrentur sua ipsorum umbrâ, qui malam habent conscientiam, ut ille Melancholicus, Pisander nomine. Zwinger. fol. 18. b. Theatri.

§. 104. Pudorem affert. Genes. 3. Adam & Eva pudefacti. Omne malum timore aut pudore perfundit. Tertullianus in Apologetico.

Peccata perpetuò repræsentat, ac ob oculos ponit. Psalm. 51. Peccatum coram me est semper.

§. 105. Mordet peccatorem. Est enim velut tinea consumens pannum, ex quo nata est; aut vermis, rodens lignum, ex quo prodiit. Similiter hæc onera, quæ cor tuum premunt, oriuntur ex propria tua conscientia, in te nutriuntur, & instar viperarum prorumpunt viscera matris, ex qua fuerunt generatæ. Lope f. 156. dist. 15.

Applicat præcisè pœnas quascunque ad anteactam vitam. Exemplo sunt fratres Josephi, qui non tantum dictitante concupiscentiâ reminiscuntur malitiæ in fratrem olim exercitæ, sed afflictionem suam præcisè ad eam ceu pœnam restringunt, dicentes: Nun wird sein Blut gefordert. Et paulò ante: Das haben wir an unserm Bruder verschuldt. Greg. M. lib. 25. c. 6. Moral. conscientia accusat, ratio judicat, timor ligat, dolor excruciat.

Minatur periculum & quando periculum nullum

nullum est. Exemplum vide Genes. 43, 28. Johann. 15, 21. Calv. libr. 2. institut. capit. 8. fol. 119. Non sinit nos perpetuum somnum sine sensu dormire nostra conscientia, quin testis, sed & monitrix eorum, quæ DEO debemus, qui boni & mali discrimen nobis objiciat, atque ita nos accuset, dum ab officio discedimus.

§. 106. Semper tristitiâ afficit. Sicut malefici, carceri inclusi, semper sibi timent: sic quoque ii, qui malè sibi conscii sunt. Qui illuni nocte ambulant, timent ne cadant: sic quoque ii, qui mala laborant conscientiâ.

Cor exedit. Huc fabula de Titio, Prometheo.

Febrim inducit. Sicut ciborum nimia qualitas & nimia copia febres parit: sic vita perperam transacta febrim malæ conscientiæ parit. 1. Febris hæc inflammat Dei iram. 2. Cor hominis pungit, ut cogitationes sese mutuò accusent, Rom. 2,25. 3. Sitim efficit & anxietatem, Rom. 2.

Non mox & semper accusat. Aliquando enim (1) mox accusat, ut 1. Sam. 24, 10. (2) aliquando post aliquod temporis spatium accusat, ut fratres Josephi, Gen. 42. v. 21. 22. Judam, Matt. 27, 3.

§. 107. Effecta malæ conscientiæ breviter sic recenseri possunt:

Testans, condemnat, pudor hinc, mœrorque, dolorque,
Nulla quies; simul hinc mala desperatio manat.

§. 108. *Vitia malæ Conscientiæ.*

1. Judicii & intellectus prava dispositio & cœcitas. Esa. 5, 20. Dicunt bonum malum, & malum bonum.

2. Torpor & acedia, V. Acedia s. l. quo fit, ut homo se non excitet ad bonum, quod approbat; nec retrahat se à malo, quod ipse malum esse judicat. Hoc vocat Apostolus veritatem in injustitia detinere, Rom. 1, 18.

3. Falsa testificatio. Hæc fit accusatione vel excusatione, utraque falsâ. Excusatio falsa fit duobus modis: (α) Si non accuset, ubi oportet, v. g. 1. In libertinis, liberè sese in quovis peccato volutantibus, impunitatem sibi contra legem naturæ prolixè pollicentibus. 2. In inflatis Pharisæis & sanctulis, qui de sua sibi perfectione adulantur, Lucæ 18, 20. Matth. 19, 20. Hæc omnia servavi. (β) Si conscientia approbet mala, quæ debet condemnare. Atque huc pertinet zelus secundum ignorantiam, Johann. 16, 2. Roman. 10, 2. Accusatio vero est, cum accusat & condemnat, ubi non debebat accusare, Roman. 14, 22. *a.* In infirmis fide. *b.* In credentibus, 1. Johann. 3. vers. 20. ideoque in iisdem varii affectus reperiuntur, timoris, angoris, Roman. 7, 5. 1. Corinth. 4. vers. 4. 5. *c.* In pœnitere incipientibus & non credentibus; habet tamen hæc conscientiæ actio vim alicujus præparationis, virtute verbi prædicati, per quod Deus efficit cordium nostrorum compunctionem.

Conscientiæ malæ exempla §. 109.

Vide fol. 133. seq. apud Zwinger. apud eundem fol. 80. a. de Nerone.

Exemplum malæ conscientiæ veritati reluctantis in Pharisæis Johann. 3. qui sciebant, quis esset CHRISTUS, & tamen non credebant, Johan. 8, 9. ἐλεγχόμενοι à propria conscientia.

Sic Adam, Genes. 3. Cain, Genes. 4. Saul, 1. Samuel. 31. Achitophel, 2. Sam. 16.

Sicarius ab Arianis conductus ad occidendum Gregorium Nazianzenum. Zvving. fol. 133. Theat.

Vide Plutarchum, libr. de iis, qui serò puniuntur à Deo.

Parthenius occiderat Ausuanum & uxorem ejus Papianillam: Occultum facinus ipse in somno exclamans prodidit, dicens: Ambo occisi me accusant, & vocant ad judicium DEI. Gregor. Turonens. libr. 1. cap. 34. hist.

Aristobuli mala conscientiâ evigilans. Zvvinger. fol. 529. b. §. *Aristobulus.*

Adjuncta malæ conscientiæ. §. 110.

1. Pudor & ignorantia, Roman. 6, 21. Genes. 3.
2. Pavor, Deut. 28.
3. Mœror, 1. Sam. 25, 31. Act. 2, 37.
4. Timor, Genes. 3, 10. Proverb. 28, 1. Apoc. 6, 16.
5. Desperatio, Hebr. 10, 27.
6. Angor, Marc. 9, 44. Vermis ille non moriens.

Alia Adjuncta. §. 111.

Mortua & torpida conscientia fuit in fratribus Josephi Genes. 37. hunc divexantibus & vendentibus ad servitium, sed evigilavit tandem conscientia illa, excusso torpore, Gen. 42, 21. 22. c. 43, 18.

Cauteriata, 1. Tim. 4, 2. in Pseudodoctoribus & aliis, qui se profligatissimæ vitæ emancipant, nec ullo pœnitentiæ sensu afficiuntur. Conf. Epistol. Judæ v. 10. quæcunque naturaliter, &c.

Dubia, Roman. 14, 23. Nihil est faciendum conscientiâ dubiâ, quia peccatum committitur.

Stupefacta, quæ planè non facit officium, ideò summis plagis excitanda, Exod. 8. v. 9. Hujus efficiens est incredulitas, & consuetudo mala peccandi. V. Consuetudo.

Pavida, Proverb. 28. v. 1. quæ oritur ex malefactis.

Hebetata, (V. Cor. it. Obduratio) ac quasi torpida conscientia. Similis ei, qui somno oppressus non nisi per phantasiam somnia sibi videt: sic ii præcepta Dei pro somniis habent, nec eis debito modo afficiuntur. Signa ejus duo sunt: 1. Acedia in bono, Actor. 26, 28. 2. Securitas in accusatione, 1. Samuel. 24, 18.

§. 112. Errans, quæ non rectè format conclusiones ex principiis suis deductas, (Nam conscientia alia est naturalis, alia illuminata: Illa, quæ ex principiis innatis conclusionem facit: Hæc, quæ insuper ex scriptura fert judicium de hominum factis) atque hæc conscientia obligat ad peccatũ, quia facit contra conscientiã, adeoque Dei voluntatem, quarum hæc illi inscripta est.

Confer Amesium libr. 1. capit. 4. de conscientia.

Dubitans conscientia est cum peccato §. 113. conjuncta. Cum enim non operetur ex fide, DEO placere non potest, quippe cui nemo sine fide placet, Hebr. 11, 6. Roman. 14. v. ultim. videlicet, si quis dubitet: fitne usura peccatum, an secus? Rectius facit, si abstineat ab usura. Sitne peccatum, interesse cœtui idololatrarum? Si dubitat, abstineat.

Scrupulosa conscientia huc etiam refertur, quæ cum formidine animi conjuncta est, quæ illum perpetuò divexat, instar lapilli in calceo delitescentis.

§. 114. *Causæ scrupulorum.*

1. Deus sæpe permittit, ut scrupulis homo divexetur, sive ut hominem puniat justo judicio, sive eundem probet & exerceat.

2. Accedit Diabolus, qui nonnunquam ejusmodi scrupulos movet, eosque ex levibus, imò aliquando nullis argumentis & causis accersit.

3. Est etiam scientiæ defectus in homine causa scrupulorum, vel alia quædam corporis constitutio mala.

§. 115. *Quomodo scrupulosi erigendi?*

Mediis hisce, quorum

1. Assidua Oratio ad Deum, ut is turbatum conscientiæ mare ipsius pacet & tranquillum reddat, ab eo namque pax animæ, Matth. 11. Psalm. 119. Cum consolaris cor meum, &c.

2. Vitatio cogitationum de illis rebus, quæ scrupulum movent, ne cogitatio turbet phantasiam, & hæc turbata plures motus cieat, sicut unus fluctus in mari mox plures post se ciet.

3. Fuga consultationis de scrupulis illis, ut per quandam quasi violentiam deponantur, nec attendantur maximè, si argumentis ficulneis innitantur: v. g. Sit alicui scrupulus de indignitate sua, quâ à cœnæ Dominicæ usu arceatur: Hunc scrupulum indignitatis abjice, & fide vera in CHRISTUM JESUM illam tege & orna, & sic scrupulo violenter abjecto id fac, quod CHRISTUS præcepit: Hoc facite, edite, bibite.

4. Vitatio propositi peccandi.

5. Consultatio bonorum & doctorum virorum.

6. Solius meriti Christi sufficientissimi & universalissimi consideratio: rejectâ omni meritorum humanorum pensiculatione.

Vide Tanner. t. 1. Theol. Scholast. de Prædestinatione. D. Balduin. lib. 1. c. 10. de Casibus Conscientiæ. Luther. de abusu Missæ Tom. 2. German. Jenens. fol. 29. Gerson de remediis contra pusillanimitat. idem part. 2. fol. 30. lit. R. S. Altenstaig in Lexic. V. Scrupulus. M. Sigismund. Scherertz, de fuga Melancholic. Johann. Riv. folio 15. 16. oper. ex prof. Perkins. Ames. de Casibus Conscientiæ.

§. 116. *Officium*

Circa conscientiam nostram: Explorare, examinare, rimari illam, an vitam emendaveris? Quid peccaveris? Quid boni omiseris? Quot mala commiseris? Lege, sed caute, Drexelium in Trismegisto lib. 1. de Conscientia.

CONSECRATIO. *V. CANONISATIO. V. SACRAMENTUM.*

CONSERVATIO

§. 117. Piorum in mediis malis. Noë, Loth, Moses, Filii τȣ̃ Coreh, penduli in aere conservati. Judæi docent illud. Tirin. in 4. Mos. c. 16. *per angelos*, Ps. 34.

Conservatio verbi in corde, Luc. 8. Confer Exod. 7, 23. c. 8, 15. 23. 29. 31.

CONSENSUS. *V. CONCORDIA.*

CONSIDERARE BONA OPERA. *V. OPERA.*

CONSILIUM

§. 118. Est deliberatio de rebus gravibus instituta, disceptatis in utramque partem rationibus.

§. 119. *Divisio Consilii.*

1. Consilia Evangelica finxit vetus superstitio: quæ non probamus, de quibus alibi fusius à nostris, ut Chemnitio, Hunnio, Luthero.

2. Bona vel mala. Mala à Deo permittuntur ob inobedientiam, Ps. 81, 13.

3. Clandestina vel violenta & sanguinaria.

4. DEI consilia vel hominum. Dei consilium

Est I. Communis providentiæ, Psalm. 33, 11. Es. 46, 10.

II. Gratiæ salvantis, Luc. 7, 30. Actor. 2, 13. Jerem. 23, 22. quod consilium spernunt homines, Prov. 1.

III. Vitæ directionis ad salutem. Psalm. 73, 24. Cui consilio obtemperare fas est obedientib. filiis.

IV. Mirabile DEI consilium, Es. 28, 29. 1. Cor. 10, 13.

De bono Consilio.

Boni consilii causa efficiens est Deus. Prov. 22. v. 12. Illa enim adjuvat: mala dissipat. Tob. 4. Omnia consilia permaneant.

Instru-

Instrumentalis est vir sapiens & exploratæ bonitatis, Sirac. 9,21. Ab eo petendum bonum consilium, Prov. 15,7.

§. 121. *Effecta boni consilii sunt*

1. Vitam scaturire, h.e. omnem prosperitatem adferre, Sir. 21, 16. Proverb. 13, 15. Lex sapientis est fons vitæ. Hanc verò legem dictat sapiens, cum bonum consilium impertit.

2. Hominem conservare magis, quam aurum & argentum, Sir. 41, 25. Imò totum populum, Proverb. 11, 15. Imo se ipsum dirigere, Proverb. 11, 22.

3. Feliciter evenire. Prov. 20, 18. Cogitationes consiliis roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella.

§. 122. *Consilia bona*

Non spernenda Sirac. 21, 16. ei, qui vitam amat, Sirac. 37, 20. Proverb. 12, 15. & 15, 22. Sunt enim instar limpidi & perfecti speculi, quod rem repræsentat, prout in se est: sic in bono consilio res, prout in se & causis suis existunt, sapienter considerantur.

Audienda, Sir. 2 ,20. sed stultorum abjicienda, ibid. ne disperdamus intelligentiam, Sir. 32. vers. 22.

Capienda in rebus omnibus, Sir. 37, 20.

A Deo petenda, Sir. 37, 19.

Non cum improbis socianda, Sirac. 8, 20. Exod. 18. Moses audit consilium Jethronis: Contra puniuntur, qui consiliis bonis non obtemperant.

Placent regibus. Nam magistratus debent sequi bona consilia. V. Magistratus prudentia. Confer. Proverb. 16, 13. 14. Non tamen sint nimis præcocia, nam hæc plerumque perniciosa. Camer. Hor. subcis. p. 1. c. 55. Vespasianus pro insignibus habebat Delphinum, qui anchorâ circumplicabatur, cum hac inscriptione: Festina lente. Davidis regis Consiliarii recensentur 2. Samuel. 20, 23. Josiæ 2. Reg. 22, 12. Regis Persarum Esth. 1, 14. c. 7, 14.

§. 123. *Exempla boni consilii dati.*

Genes. 37, 21. c. 41, 43. Exod. 18, 19. Jos. 2, 16. 1. Reg. 1, 12. 13. 2. Reg. 5,3. 2. Samuel. 17, 7. 2. Reg. 5, 13. Jerem. 38, 2. Dan. 2, 14. c. 4, 27.

§. 124. *Requisita consiliorum bonorum sunt,*

1. Ne sint præcipitata. Requiritur verò ad cavendam præcipitantiam (α) memoria præteritorum. (β) Intelligentia præsentium. (γ) Solers futurorum eventuum consideratio. (δ) Ratiocinatio, conferens unum alteri. (ϵ) Docilitas, ut quis majorum exemplis in consimili negotio attendat.

2. Ut sine bene considerata, qualia senum consilia, intellectu exercitato præditorum. Si ergo dubia quædam sint, communicemus cum aliis, Sirac. 9, 21. Proverbior. 27, 17. Sic Eleazar fecit Genes. 24, 51.

3. Pia, nempe ut oremus DEUM, quò in electione contingentium optimam viam eligamus.

4. Circumspecta, ut ad bonum finem omnia ordinentur. Juxta nostrum consilium ambulare non debemus, Jerem. 7, 24. Numer. 15. Jerem. 9, 14. capit. 13, 10.

§. 125. *Aliæ virtutes consiliariorum.*

1. Pietas, ut DEUM, fontem salutarium consiliorum ex animo colant: nam contra hunc nullum est consilium, Proverb. 21, 30. Psalm. 101, 4. 6. 7. V. Thumm. in Decalog. part. 286. 287. Ut ecclesiæ commoda inprimis promoveant. Hujus geni erat Mercurinus, Caroli V. Cancellarius bonus, pius, moderatus. Cœlestin. tomo histor. A. Confess. part. 36. 44. Item Alphons. Waldens. Contra fecit Ulpianus l. 13. ff. de officio Præsidis, lege 7. ff. de officio præconsulis, qui occasionem Christianos persequendi suggessit. Ut suæ quoque conscientiæ rationem habeant. Pacem quærant publicam & privatam. Non instigent Dominum ad inimicitas, 2. Samuel. 10, 3. Dixerunt principes, &c.

2. Candor. Sirac. 37, 9. 10. à Consiliario serva animam tuam, &c. Sir. 37, 8. Consiliarius in semet ipso.

3. Sapientia & experientia Sir. 37. v. 23. 24. 26. non numerandi sed ponderandi sententias.

4. Prudentia, ut accuratè omnia consideret, extemporalitatem (ut nonnulli vocant) vitet, animi perturbationes abjiciat, assensum præbeat rectè sentientibus. Tiberius in consultando lentissimus fuit, ita ut de eadem re nonnunquam bis deliberarit.

5. Taciturnitas.

6. Fortitudo & constantia in dicenda veritate. A. Fricius lib. 1. c. x 1. de moribus reip. emendand. §. 105.

7. Justitia, ut non se, sed rempublicam locupletent: Sic fecit Joseph Genes. 41. Cornel. à. Lapid. folio 307. a in Genes. Marcus Attilius Regulus pauper mansit.

8. Veracitas, ut Magistratus quoque moneat de peccatis. Sic 1. Samuel. 19. Jonathan bona de Davide suasit. 2. Sam. 24. Joab dissuadet populi censum calculumque ineundum esse. Sic El-nathan Jerem. 36.

9. Castitas. Hac Jonadab caruit 2. Sam. cap. 13. suadens stuprum Amnoni.

10. Ætas & experientia; qui enim minus expertis consiliariis aures præbet, cadit. 1. Reg. 20. v. 8. 9. Achab. 1. Reg. 12. v. 6. 7. 8. Rehabeam.

11. Propriorum affectuum relegatio in consultationibus. Camer. part. 1. capit. 33. Hor. subcisiv.

§. 126. *Qui conſulendi?*

1. Conſanguinei. Gen. 19. Loth conſulit ſui generis.

2. Periti. Numer. 14. Moſes diſſuadet aſcendere: quia DEUS non eſſet cum Iſraëlitis.

3. Socii boni. Sic Achior Judith. 5.

4. Feminæ non decipientes, Gen. 39.

5. Subditi recta monentes: Minus recta Iſraël ſuggeſſit Aaron, Exod. 32.

6. Non reprobi, malè loquentes, vel ſuſpecti, Sirac. 37. verſ. 11. 12. 13. 14. Ejusmodi conſiliarius erat Bileam, Numer. 24. Ionadab, 2. Samuel. 13. Achitophel, 2. Samuel. 17.

Conſiliariorum effecta vide p. 324. 1. p. refectiv. Apolephthæ.

§. 127. *Conſulendi modus.*

I. Licitus, 1. cum DEUM in verbo conſulimus, Pſalm. 119. Judicia tua ſunt conſiliarii mei. 2. Cum homines pios & juſtos conſulimus.

II. Illicitus eſt, cum homines conſulunt (α) Pythones, Deuteron. 18, 10. Levitic. 20, 27. (β) Magos. Levitic. 19, 31. non declinetis ad magos. Contra Saul fecit, 1. Samuel. 28, 8. 1. Chronic. 10, 13. (γ) Augures in Philiſtim, Eſa. 2, 6. Levitic. 19, 31. (δ) Hariolos, Levitic. 20, 27. (ε) Satanam ipſum, 2. Reg. 1, 2. Sic Ahaſias fecit. (ζ) Mortuos, Deuteron. 18, 11. Eſa. 8, 19.

§. 128. *Conſilia humana*

Varia, ſine Deo inducunt homines in errores, eosque fatigant, Eſa. 47. verſicul. 12. 13.

Sunt plerumque infida & malè cadunt: Sara, dans ancillam marito, fallitur. 1. non enim accepit propter eam ſemen promiſſum. 2. non devinxit ſibi ancillam, ſed ferociorem fecit. 3. eandem exercuit malitiam Iſmaël Gen. 16. capit. 21. Ezechias per theſaurorum commonſtrationem ambit Chaldæorum amicitiam, & ſimul in eorum incidit manus atque rapacitatem. Confer Camerar. part. 1. capit. 82. H. Subciſiv.

Tantum fatigant, non juvant, Eſa. 47, v. 13. 14. c. 8. v. 1. 2.

Sæva non amanda. Albertus Elector Moguntinus in Comitiis anno 1530. illis ſe ſubduxit. Philippus epiſt. ad Luther. Cœleſtinus tom. 2. p. 208. hiſt. A. Confeſſ. Luther. tom. 5. Jenenſi, p. 73.

Impia fiunt irrita, quæ contra Deum fiunt. Bona tandem cauſa triumphat, ut dixit Johan. Elector ſuis in conclave vocatis, ac voce ſua eosdem ad conſtantiam animans, vid. Cœleſt. tom. 1. p. 122. hiſt. A. Confeſſ. Et verè: Deus namque conſilia diiigit & moderatur, 2. Sam. 17, 14. Domini nutu diſſipatum eſt conſilium, 1. Reg. 20, 12. 13. 14.

Conſilium malum §. 129.

Deo abominabile eſt, Proverb. 15, 26. 27. & turbatur à Deo, Eſa. 14, 17. c. 19, 3. Comites Sauli convertuntur in teſtes converſionis Pauli Act. 9.

Fallax eſt. Proverb. 12, 21. Dolus in corde, &c.

Sanguinarium fruſtratur aliquando eventu. v. g. Tentatio Chriſti, Matth. 22, 15. aliquando verò procedit, ut Gen. 3, 6.

Malum conſultori peſſimum. Alexander Sixtus P P. parans necem pulviſculo venenato proceribus ſuis, ipſe malo occubuit, incuriâ ſervi, lagenas per errorem mutantis. Bucholz. p. 453. in Chronol.

§. 130. Ignominioſum. Nam mali conſiliarii ut paleæ diſperguntur, Pſ. 1, 2. 3. 4. Matth. 22, 46. Pſ. 63. v. 6. 7. 8.

Tale eſt conſilium Diaboli callidum, Pſal. 83, 4. Conſilium fratrum Joſephi in tantum, Geneſ. 47. Pharaonis, Exod. 1, 10. Bileami, Numer. 21. verſ. 7. 10. 2. Chronic. 22, 3. Achitophelis, 2. Sam. 17, 1. Securorum & impœnitentium conſilia mala, Ezechiel. 10, 2. Ejuſmodi conſilium deſcribitur Sapient. 2, 12. uſque ad 21.

Recidit tamen in caput mali conſiliarii, Proverb. 26, 26. Nota eſt Græci Poëtæ ſententia:

Ἑιμαρμένον τῶν κακῶν βουλευμάτων
Κακὰς ἀμοιβὰς ἐςι καρποῦσθαι βροτοῖς.

Perillus æneum bovem invenit in cruciatum ſui ipſius, juſſu enim Phalaridis in eodem toſtus eſt bove, miſerum artis ſuæ factus experimentum.

Haman mali conſilii meritas luit pœnas, Eſth 7, 10. c. 9, 25.

Polypus captans Concham ab ea capitur. Plinius lib. 9. c. 29.

Lapis recidit in jacientem, Sirac. 27, 28. 29. 30. ſic malum conſilium in autorem confertur.

Eutropius Eunuchus ad conſulatum evectus, cum, legem de tollendis aſylis abrogandam eſſe, autor fuiſſet, ſibi ipſi fuit exitio, ut nec ipſe locum habuerit, indignationem Imperatoris incurrens. Socrates libr. 6. c. 5. hiſt. Confer Camerar. in hor. ſucciſiv. c. 9. p. 1. Lutherum in Pſ. 101. f. 136. 137. §. Ich habe offt &c. Eſa. 8, 23. c. 30, 1. &c.

Inopia conſilii §. 131.

Eſt pœna Dei, Ezech. 7. v. 26.

Damus conſilia ægrotis, cum valemus, carentes conſilio, ſi ægrotamus. Lacides Philoſophus, cum Deum ſupellectilem amiſiſſet, dixit: Aliter diſputamus in ſcholis: aliter domi vivimus.

CONSILIA Evangelica. *V. Opera Supererogationis.*

CONSOLATIO. §. 132.

Duplex eſt:

Paſſiva & activa. Illa eſt, quando Spiritus Sanctus nos ſolatur. V. Spiritus S. V. Gaudium & Læ-

& Lætitia. Hæc 1. Eſt effectus charitatis Chriſtianæ, non enim fas eſt, hominem ſine ſolatio relinquere. Sirach. 7. verſ. 38. non deſis plorantibus in conſolatione & cum lugentibus ambula. 2. Aliàs eſt ipſa S. Scripturæ applicatio ad noſtrum ſolatium, de qua Rom. 15. v. 4. etiam fide à nobis facta, 1. Theſſ. 4. verſ. ult. Contrà mundi conſolatio eſt inanis, vana, lubrica, fallax.

§. 133. *Cauſa*

Summa eſt Deus, Pater ille omnis conſolationis, 2. Corinth. 1. v. 3. Pſalm. 4, 8. qui ſolatur per verbum. Pſalm. 94. v. 12. Conſolationes tuæ lætificaverant animam meam. Pſalm. 119. niſi verbum tuum mihi fuiſſet ſolatio. Solatur nos Deus, cum dicit animæ noſtræ: Ego ſum auxilium tuum, Pſalm. 35. v. 3. Bernhard. ſuper Pſalm. Qui habitat: pulchrè docet, non eſſe ſolatium quærendum intra te, non extra te, ſed ſupra te, nempe à ſolo DEO. §. In quo horum omnium.

Miniſterialis eſt verbi divini Miniſter. V. Miniſter.

§. 134. *DEI conſolatio uberrima.*

Cantic. c. 8, 3. Læva ejus ſub capite meo, & dexterâ ſuâ amplexabitur: ad uberrimam DEI conſolationem applicat Bernh. in vigil. nativ. Domini.

Actor. 9. v. 31. Multiplicabantur Eccleſiæ in conſolatione (παρακλήσει adhortatione) Spiritus S.

Pſalm. 4. Conſolaris me in anxietate.

Pſalm. 31. verſ. 20. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti, Domine, timentibus te. Vide quoque Eſa. 38.

De eadem ſolatii divini ubertate vide Chryſoſtomum in 2. Cor. 1. hom. Bernhard. ſerm. 1. 2. 3. 74. in Cantic. Canticorum. Auguſtinum in Pſ. 118. Conc. XX.

Mundi ſolatium

Eſt 1. Fallax. 2. Inefficax, Job. 16. verſ. 2. 3. Umbratile. 4. Ficulneum. Matth. 9. verſ. 23. Tibicines nec luctum tollere, nec Jairi filiam reſuſcitare potuerunt: Ejuſmodi quoque conſolator eſt mundus, qui tibias ſolatii fruſtrà inflat, quietem animæ non dat.

§. 135. *Materia: Qui conſolandi?*

Nempe, qui laborant malis corporalibus & ſpiritualibus: Ut ſunt

Ægroti, quomodo hi erigendi, vid. t. 2. Islebienſi D. Luth. f. 331. a. b. ſeq. 337. Joh. Rivium fol. 505. operum.

Pauperes, (quos caminus paupertatis excoquit, Gregor. M.) à brevi duratione hujus vitæ: à paupertate Chriſti & Apoſtolorum, aliorum etiam ſanctorum: à fallacitate divitiarum: ab αὐταρκείᾳ Chriſtianorum, 1. Tim. 6, 8.

Lugentes, ob exceſſum ſuorum ex hac vita. Sic Chriſtus: noli flere. Roman. 12. verſ. 15. Lugete cum lugentibus. 1. Theſſ. 5. verſ. ultim. 2. Corinth. 1. Gregor. Nyſſen. eleganter oration. conſolat. de ſanctis 40. Martyribus: Idem Diſputat. de anima & reſurrectione: Confer Cyprian. Epiſtol. 78. Idem Epiſtol. 77. ſolatur Epiſcopos in metallis conſtitutos.

Tentati ob peccata. Hos ut erigat miniſter ſive alius fidelis, prægnantibus utrumque argumentis inſtructum eſſe oportet: v. g. à DEI juramento, promisſione, infinita miſericordia, Chriſti merito, exemplis grandium peccatorum, à DEO tamen in gratiam receptorum: &c. ab oblatione ſacramentorum, ab exemplo Chriſti, vocantis ad pœnitentiam peccatores, à verbo reconciliationis, nempè Evangelio, à promiſſione veniæ, à variis ſimilitudinibus propoſitis ab angelorum gaudio, Luc. 15. à divinæ gratiæ ubertate, à perpetua CHRISTI interceſſione & ſatisfactione, à throno gratiæ, à clavium inſtitutione, à primo præcepto, in quo DEUS omnem à nobis exigit fiduciam. Vide Johannis Policarii Sünder-Spiegel è ſcriptis Lutheri collectum in fol.

§. 136. *Deſperabundi* moneantur, ſuas cogitationes non eſſe ex DEO, ſed Diabolo; averſandas eſſe inſtar canis rabioſi, qui pergit latrare, ſi irrites eum: Imitare CHRISTI taciturnitatem in cruce: ora protinus, Domine ne nos inducas in tentationem: meditare fallacias Diaboli in ſuum te regnum pertracturi, hoſtis filiationis tuæ, perpende CHRISTI regni perpetuitatem, in quo ſemper viget peccatorum remiſſio.

Morituri quomodo erigendi, multi autores juſtis tractatibus oſtenderunt. Vid. Johann. Polycar. fol. 67. ad 78. In ſpeculo peccator.

Perſecutionem patientes hauriant ſolatium ex ſelectis D. Lutheri ſententiis, quæ extant, tempore conventus Auguſtani editis 1530. nempe:

1. A communi piorum cruce, 2. Tim. 3, 12. Act. 14, 22.
2. A ſtatu piorum, cum tremore ſalutem operantium, Philip. 2, 12.
3. A Chriſti omnipotentia, Matth. 28. v. 1. Johann. 4, 4. Johann. 10, 28. & cura, Eſa. 47. verſ. 4.
4. Ab Eccleſiæ firmitate, Matth. 16, 19.
5. Ab auxilio DEI, unicoque in ipſo refugio, Pſalm. 46, 2. Unica eſt petra, Pſ. 18. Arx, Pſalm. 71.
6. A fidelitate DEI, qui nos non derelinquit.
7. A' traditione filii DEI pro nobis, eripientis nos è ſummis miſeriis, certè in levioribus nos non derelicturi &c. Dulce quoque ſit & honorificum, cum Chriſto opprimi ad tempus, paulo poſt adverſus Tyrannos triumphaturis: Sit ſolatio, plurimos nobis congemiſcere: Juſſiſſe DEUM

curas

curas in ipsum projici nostras, Psalm. 55. vers. 12. Expectare DEUM, Psalm. 27. vers. 4. Gaudere de triumphato mundo, Johann. 16. vers. 33. &c.

§. 137. *Crucem ferentes* meminerint (1) causam immittentem, DEUM, Deuter. 31. vers. 9. 1. Samuel. 2, 6. 7. Matth. 10, 30. Castigantem ut patrem, Hebr. 12. vers. 5. 7. 8. Præsentem suis in cruce, Psalm. 34, 19. Esa. 41. Eripientem, Psalm. 91, 15. Mitigantem, 1. Corinth. 10, 13. Psalm. 34, 20. 23. & 50, 15. Compensantem, Luc. 16, 21. Matth. 5. vers. 12. (2) Subjectum crucis esse pios, 1. Petr. 3. vers. 11. cap. 2. v. 19. 20. cap. 4, 14. 17.

Viduæ & orphani. V. Vidua.

In ira inimicorum qui sunt, Jer. 48, 30.

Interficienti à carnifice, p. 96. Huberin. de bonitat. & ira DEI 102. b.

Quando consoletur DEUS? in gravissimis tentationibus, Apoc. 12. vers. 7. Dan. 10. Exod. 7. Psalm. 4, 2.

§. 138. *Consolationis Eclipsis.*

In magnis tentationibus, Psalm. 18. cum verbo contrario nos alloquitur DEUS, ut olim Abrahamum Gen. 22. Macta filium. Cum se peregrinum simulat, Genes. 32. hospitem & imbecillum, Jer. 14. cum promittit auxilium & incidere finit in periculum, v. g. Israelitis vult dare terram promissam, quos Pharao persequitur.

In tribulationibus, Esa. 38. Psal. 77.

In tristibus cogitationibus, Psal. 30. & occultatione sensus.

In querelis de anxietate, Ps. 22, 12. 2. Sam. 22, 7. Psalm. 31, 10. Psalm. 22, 17. Threnor. 33, 47. de terrore, Psalm. 88.

§. 139. *Remedia contra eam.*

Consideratio verbi, Psalm. 61, 3. & 71, 20.

Oratio, Psalm. 69, 8. & 107, 6. & 142, 4. it. Psal. 6, 8. 13. Esa. 26, 16.

Fides in DEI custodiam, Prov. 21, 23. Es. 36. v. 20. Rom. 8, 35.

Constantia, 2. Cor. 4, 8.

§. 140. *Subjectum.*

Recipiens consolationem est anima, Psalm. 77. non recipit consolationem. In simili: Ut Lagena aquâ plena non recipit vinum: sic cor tristitiâ repletum non admittit consolationem: à magnitudine doloris, Gen. 37, 35. à diuturna expectatione, Job. 7. v. 3. ab exemplo Davidis, Ps. 42. Anima perturbata, ob nimiam expectationem, Exod. 6, 9.

Adjuncta.

Defectus solatii activi, Threnor. 1. v. 16. 21. Ps. 69, 22.

Solatii passivi, cum homo non recipit solatium, Psal. 77, 3.

§. 141. *Finis Consolationis.*

1. Fratris mœsti erectio, 1. Thessal. 4. ultim.

2. Charitatis impletio. Illa enim nos impellere debet ad consolandum.

3. Fidei confirmatio: alios namque solando non ipsos ædificamus, 1. Thess. 4. vers. ultim.

§. 142. *Simile: Allegor.*

Aqua est consolatio, æstum crucis extinguens.

Ros refrigerans: sic consolatio mœstas animas reficit & exhilarat.

Esdræ 5. vers. 1. Ædificante populo urbem & templum Domino, Zacharias & Malachias, ut & Haggæus populum consolati sunt, ut bono animo essent, nec plus justo timerent: sic omnes fideles ædificant se & alios in templum Domini? Ephes. 2. vers. ultim. V. Titul. Ædificatio; nec desunt hostes, Satan, Mundus, Caro peccatrix, Roman. 7. Eph. 6. Erigenda ergò mens nostra est vivido solatio, ne animis frangamur. Vide plura Titul. Minister, Ministri officium.

CONSPIRATIO. *V. SUBDITI. V. HOSTIS.*

CONSTANTIA.

§. 143.

Est constans animi sententia & voluntas circa justum & rectum. Seu: Est fides & patientia continuata. Significata per columnas atrii apud Mosen; Exod. 27, 12.

§. 144. *Materia.*

Constantia in pietate & conservatione, Proverb. 4, 2. 5. 26. 27. & proposito, Sirac. 5. vers. 11. 12. in fidei professione, V. Fides, it. Perseverantia: in cruce & adversis, V. Patientia: in servitio, V. Servus: in morte, V. Martyrium: in bello & pace, V. Fortitudo, quæ est constantia in prælio: in exilio, V. Exilium: in morbo, V. Morbus: in confessione, V. Confessio, sub tit. requisita bon.

Necessaria.

Est constantia 1. ad superandam mollitiem. 2. ad superanda ardua. 3. ad obtinendam perseverantiam.

§. 145. *Effectus Constantiæ:*

1. Non terreri minis malorum. Justi viri securitas rectè leoni comparatur, ait Gregor. M.

2. Malle potius vitam profundere, quàm injuste agere; Sic tres viri Daniel. 3. v. 12. 13. Omnes martyres, Apoc. 12. vers. 11. Aristotel. 3. Ethic. Meliùs est mori, quàm facere aliquid contra bonum virtutis. Papinianus Jureconsultus mori potius voluit, quàm fratricidium Caracallæ imperatoris probare. Democles puer in balneo, ut stuprum Demetrii regis evaderet, maluit in aqua, in quam insilierat, ferventi vitam amittere. Plutarch. in vita Demetrii.

3. Non

3. Non deficere. Tob.1,2.Ephes. 3. Ne deficiatis.

4. Appetitum figere in stabilitate supernæ patriæ.

5. Nolle hominibus, sed soli DEO placere.

6. Non moveri hominum rumusculis. 2. Cor. 6. à dextro aut à sinistro.

7. Nec consilio justo moveri. Galerius Maximus, Præconsul, dixit: Consule tibi Cypriane! Hic respondit: Fac, quod tibi præceptum est: In re tam ardua justa nulla est consultatio. Baron. tomo 4. folio 610. numer.30.

§. 146. *Opposita Constantiæ.*

Levitas animæ, cum ea est instar arundinis, levis, nodosa, sterilis, flexuosa.

Recessus cordis à DEO & à bono, Jerem. 17.

Chrysostom. in Matth. Quemadmodum columna, si recta fuerit, accepto pondere amplius confirmatur; si autem modicè obliquata fuerit, non solum non confirmatur, sed amplius vadit ad latus: Sic & cor hominis &c.

Admonitionem ad constantiam vide apud Ambros.orat. pecul. post epist. 32.

§. 147. *Exempla.*

Johannes Baptista arundo non fuit, Matt. 11.

Elias 1. Reg. 17. v. 18. fidem constantissimè professus est.

Tres viri, Sadrach, Mesach, Abednego, martyres constantes, Dan. 3.

Athanasius contra Arrianos.

Ethnica constantia M. Attilii Reguli videatur apud Camerar. part. 1. cap. 58. horar. succis.

Turpe olim erat, fieri aliquem ῥιψασπίδα, hoc est, qui scutum abjecisset. Turpissimum in oculis DEI nostri est, scutum fidei abjicere, Ephes.6.

Johannes, Elector Saxoniæ, ab Augustana Confessione recedere noluit, etsi Cæsaris favore privandus esset. Cœlestin. tomo 2. p. 243. Tomo 1. Jen.p.32.33.

Polycarpus ingressus stadium, audivit vocem: Fortis esto, Polycarpe, & excelso animo rem gere. Baron. tomo 2. fol.173. n. 30. Annal.

Basilius M. Præfecto Cæsaris Valentis, spacium deliberandi tribuenti crastinum diem, respondit masculè: Cras idem ero. Theodoret. libr. 4. histor. capit. 19. Præfat. oper. Basil.

Constantia, in judicio de Tyrannide abolenda in Roma, Catonis egregia fuit.

Caji Marii item, in ferenda contra ambitum lege.

Hieronymus Pragensis summa constantiâ fidem clarissima voce defendit, recitando plurima doctissimorum virorum sibi adstipulantium testimonia, idem asseverantia, quod Hieronymus docuisset. Vide Zwing. f.35. a. Theatr.

Aulicorum Cæsaris Constantii, qui fuit pater Constantini M. constantia videatur apud Eusebium libr. 1. capit. 11. de vita Constantini.

CONSTANTINI DONATIO.

V. DONATIO.

CONSUETUDO

§. 148. *Multiplex est:*

Consuetudo rituum & doctrinæ, sive consuetudo ecclesiæ, quæ 1. Nititur jure positivo humano. 2. Totum hoc genus rerum liberas habet observationes. Aug. libr. 1. capit. de inquis. ad Januar. 3. Consuetudo non sit contra apertam veritatem Christi. 4. Consuetudo sua cuique loco liberè relinquenda est, quod est Ambrosii consilium, Monicæ matri Augustini datum.

Consuetudo sine veritate est vetustas erroris, ait Cyprian. in Epist. contra Aquarios non semel. Confer Augustinum Epist. 56. libro de duabus animabus contra Manichæos c. 3. Eundem Epist. 110. Tertull. lib. de velandis virginibus. Confer causas recusati concilii Trident. p. 29. editas à D. Tuppio. Lev. 18. Juxta consuetudinem Ægypti non facietis. Cyprianus ad Pompejum contra epist. Stephani f. 330. Nec (ait) consuetudo, quæ apud quosdam irrepserat, impedire debet, quo minus veritas prævaleat atque vincat: nam consvetudo sine veritate vetustas erroris est, propter quod relicto errore sequamur veritatem.

Augustin. libr. 4. de baptismo cont. Donatum, cap. 5. Citatur d. 8. cap. 7. Frustra, inquit, quidam, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis objiciunt, quasi consuetudo major sit veritate, aut non id sit in spiritualibus sequendum, quod melius fuerit à Spiritu Sancto revelatum. Confer cap. 9. ead. d. 8. cap. 5. Quare illæ solum consuetudines in Ecclesia servandæ sunt, quæ & Apostolicæ & Catholicæ & piæ, nec verbo veritatis refraganeæ esse deprehenduntur.

Consuetudo prisca consistebat in justitia, Fulgosus lib. 2. c. 1. militari disciplina cap. 2. jure Triumphandi c. 3. censoriâ notâ c. 14. Majestate c. 5.

Consuetudines & ritus varios veterum notavit Aloysius Novarinus, Didacus Apolephta p. 1. p. 502. horarum refect.

§. 149. *Malæ Consuetudinis effecta.*

1. Hominem peccato magis magisque involvere.

Consuetudo namque peccandi imprimis est mare illud, quo filii Evæ involvuntur & abripiuntur. August. libro primo c. 16. confession. Abripitur enim peccator pravâ consuetudine peccandi de peccato in peccatum. Jerem. 13. vers. 23. Si æthiops poterit. Ezechiel. 23. vers. 43. Assueta adulteriis. Gregor. M. in homil. Usitata culpa obligat mentem,

mentem, ut nequaquam possit surgere ad rectitudinem.

2. Necessitatem tandem homini injicere, ut audacter peccet. Augustin. lib. 8. Confess. cap. 5. Prov. 22, 6. Adolescens juxta viam suam, cum senuerit, non recedet. In nassam peccati lapsus est facilis, sed egressus difficilis.

3. Horrenda peccata homini levia facere. August. in enchirid. cap. 18. Ut Mithridates impunè singulis diebus venenum sumsit: Sic peccato assueti, impunitatem sibi, sed frustrà, pollicentur.

4. Grandia superare. Armis Saulis non poterat uti David, bene tamen postea gladio Goliathi uti potuit, 1. Samuel. 17.

5. Vitium affricare. Sicut ii, qui diu incarcerati fuerunt, soluti tamen claudicant & ægrè ingrediuntur: Sic assueti vitiis, horum tamen quædam semper retinent vestigia. Et sicut odor penetrans non facilè penitus amittitur: Sic nec consuetudo peccandi. Charta nec abjicit colorem atramenti: vitia tua atramentum est, hoc semel notatus, non facile illum colorem mutaveris.

6. Surditatem auribus inferre, ut homo non audiat Dei verbum. Sitque homo ejusmodi instar ossis aridi, clamat tamen Dominus Ezech. 37. Ossa arida audite verbum Domini. Jer. 5. Audi popule stulte, qui non habes cor &c.

7. Puerilem stultitiam inducere. Luc. 14. Similes sunt (obdurati consuetudine peccandi) pueris sedentibus &c. Sic peccator non excitatur gaudiorum præmiis nec terretur pœnis inferni.

8. In profundum peccatorem demergere. Sicut multæ guttæ tandem navem submergunt, multa vulnera hominem occidunt, multæ aquæ natatorem submergunt. Ose. 9. profunde peccarunt.

9. Cor perforare, ne aquam sapientiæ contineat. Syrach. 21. Cor fatui, quasi vas confractum.

10. Impetu in scelera ferri. Sicut saxum ingens præcipitatum summo fertur impetu: sic peccato obsirmatus homo.

11. Impetu solito ferri. Ut difficulter flumen à solito alveo in alium locum derivatur: Sic, &c. Applicetur.

12. Rationem ejusque judicium subvertere & impedire, ut non quod ratio dictat, sed quod mala consuetudo jubet, facias. August. de libero arbitrio.

13. Majores in peccando vires dare. Hæ enim fluunt ex consuetudine illa. Aug. contra Julianum.

§. 150. *Non omnia inducunt consuetudinem.*

In ff. de itinere actuque privato l. 1. & ultim. id maximè cautum, ne ex eo, quod extraordinariè & necessitate quadam jubente factum est, statim consuetudo nascatur. Quamvis etiam multi adhæreant. Vid. Exod. 23. vers. 2. Levitic. 18. v. 3. 2. Reg. 17. vers. 33. 40.

Hostiensis Tit. Consuetudo: Usus, inquit, est congruus rationi (adde verbo DEI) communi, utentium instituto approbatus, cujus initii non est memoria, vel qui sit justo tempore præscriptus & confirmatus, ita ut nullo contrario actu sit interruptus, sed contradictorio judicio probatus. Hæc Hostiensis. Ext. de Consuet. Ferri non potest consuetudo, si sit onerosa Ecclesiæ.

§. 151. *Officium nostrum circa consuetudinem malam peccandi.*

1. Fugienda est consuetudo mala. Allegor. Levit. 18, 13. Secundum abominationes populorum non debetis facere: vetat nempe Deus, ne Israëlitæ assuefacti moribus gentilium populorum eorundem consuetudines cum in doctrina tum in vita imitentur.

2. Ei resistendum. 1. Samuel. 17. vers. 5. David Goliathum in capite interfecit & vulneravit: Sic vitiorum omnium caput est consuetudo mala peccandi: Hæc ergo non solum ense gladioque legis vulneranda, sed & plane resecanda; ita enim fiet, ut peccatum in nobis dominando vivere non sustineat. Resistendum autem magno conatu; cum consuetudo peccandi nobis sit innata. Et sicut æthiops non potest colorem suum mutare, Jerem. 13. vers. 23. Sic difficulter peccandi occasio & consuetudo è fibris animorum humanorum evellitur. Scintilla enim peccati magnum incendium excitat. Item CHRISTUS docuit, magno clamore Lazarum mortuum sepulchro evocans, Johann. 11. vers. 5. Sic peccator mortuus Eph. 2. vers. 5. in sepulchro vitiorum cubans, magno sudore excitandus, magno labore fatigandus, ut à peccatis & tenebris surgat, Rom. 13, 11. Ephes. 5. vers. 8. Simile: Planta diu plantata, aut arbor radicibus firmata non evellitur; surculus evelli potest: Sic primi peccatorum surculi evellendi sunt, primæ consuetudini obluctandum, ne arbor maledicta variorum peccatorum in cordibus nostris agat radices. Sicut enim semen in viam cadens conculcatur, Lucæ. 8. vers. 12. Sic divinum verbum cadens in viam, hoc est, hominem, peccandi viam sæpissimè ingressum, & etiamnum in ea ambulantem, fructum non facit, sed in corde conculcatur, suffocatur.

3. Dediscenda. In desertum deducti Israëlitæ, ut dediscerent Ægyptiorum mores: Chrysostom. libr. 3. contra vituperia vitæ monasticæ: Sic DEUS te in desertum mundi ducit, variisque calamitatibus immergit, ut consuetudinem mundi dediscas & abjicias.

Exempla malarum consuetudinum.

§. 152. In Taurica regione more receptum erat, ut hospites mactarentur.

Persæ ebrii de gravibus rebus deliberasse olim dicuntur in conviviis.

Sauromatæ inter bibendum filias vendebant.

Longa olim in celebri urbe Germaniæ consuetudo fuit, ut carnifex etiam honestissimorum corpora sepelierit.

Circa mortuorum cadavera immanem olim gentilium barbariem, longâ consuetudine firmatam, extitisse, nemo ignorat.

Judæi in festo Paschæ facinorosum quendam dimitti petebant.

In primitiva Ecclesia infantibus quoq; eucharistia dabatur. Johan. Maldonat. in cap. 6. Johann.

Non nisi nobilibus patuisse aditum ad ordinem Canonicatus, ceu malum morem reprehendit Guiliel. Peraldus t. 2. Summæ c. 30. p. 227.

Malam consuetudinem concubinariorum liberè taxavit H. Cuyckius Episc. Ruremondensis.

Similia.

§. 153. Compedum instar est mala consuetudo, ambulare prohibentium. Gregor. in Thren. ex glossa: Difficilè surgit, quem moles malæ consuetudinis premit.

Cœcitas mentis, qua mali mala sua amant, quod, judice Seneca, malorum est ultimum.

Cursus inchoatus, à quo non facilè retrahimur, quod exemplo rotæ, jam incitatæ cursu, patet evidentissimè.

Mulier illa octodecim annis incurvata Luc. 13. vers. 11. Sic peccatores multâ peccandi consuetudine indurati, curvi fiunt, in terram respiciunt, quia terrena amant, Philipp. 3.

Vt olla recens odore imbuta eum servat perpetuò,

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu:

Sic homo peccator peccandi propositum ægrè & difficulter abjicit.

Olla adusta Ezech. 24, 6. 11. quæ notat habitum peccandi.

Pondus & moles, quæ nos surgere volentes semper deprimit & in terram projicit.

Radix venenata, quæ semel admissa non facile evellitur.

Jerem. 13, 23. Sicut Æthiops non potest mutare colorem: sic neque ii consuetudinem peccandi facilè abjiciunt, qui ei sunt innutriti. Plura de his V. Tit. Peccati causa adjuvans.

CONTEMPLATIO

§. 154. 1. DEI: quæ spectat ad ejus omniscientiam, 2. Chron. 16, 9.

2. Hominis, qui contemplatur cœlum, Job. 35. vers. 5. Stellas, Esa. 47, 15. rerum causas ac eventus, Ecclesiast. 1, 16. c. 2, 12. cap. 4, 4. totumque se Deo dedit: de qua etsi multi multa dicant contemplatione; (Vide Eustach. Findan. de Sanct. autoritat. libr. 4. c. 28. & Ibid. part. 476.) tamen imperfecta mens hominis & vitæ hujus molestiæ ac turbæ istam contemplationis perfectionem non admittunt. Accede ad ignem hunc: calesces plus satis: Et tamen frigebis!

3. Levitæ, Levit. 13, 6. 27. Confer, Tit. MEDITATIO: PIETAS.

CONTEMTOR & CONTEMTUS.

Contemtor DEI.

§. 155. Roman. 1. vers. 30. Ejusmodi (1) Ethnici fuerunt olim, qui DEI cognitionem spreverunt. (2) Judæi, Ezechiel. 22. vers. 8. (3) Mali Christiani, 1. Thessal. 4, 8. quisquis contemnit hæc non &c. Proverb. 14, 2. (4) Spernitur DEVS, quoties ii, qui DEI sunt, contemnuntur, v. g. ministri verbi, pauperes &c. Genes. 29, 31. Lea contempta DEO grata est. (5) Cum DEI plagæ & supplicia spernuntur, Proverb. 1. vers. 28. 30. (6) Cum DEI verbum ipsum contemnitur, Proverb. 13. vers. 13. quem contemtum multæ DEI pœnæ sequuntur, Matth. 23, 37. 2. Thess. 2, 4. V. Tit. Verbum DEI.

Contemtus proximi. V. Odii effectus.

Aliàs contemtum octo genera hominum incurrunt, 1. qui non vocati ad cœnam veniunt. 2. Alii domi suæ præscribunt. 3. Honorem ab inimicis quærunt. 4. Ab avaro aliquid petunt. 5. Injussi ad colloquium duorum accedunt. 6. Magistratum contemnunt. 7. Locum non decentem occupant. 8. Non auscultanti aliquid narrant.

Solatia contra contemtum tui.

1. Christum considera despectum à Judæis.
2. DEVM considera, qui te humiliat.
3. Ora, Psal. 69. v. 14. 15.
4. Vtile est tibi, ut humilieris, ut agnoscas defectus tuos, exerceas patientiam.

Confer Thom. a Kempis lib. 1. c. 12. de Imit. Christi.

5. Contemptus à mundo, ut Lazarus, à DEO non contemneris. Sic publicanus magni fuit in oculis DEI. Psal. 113. humilia respicit Deus in cœlo & in terrâ.

Orthodoxi olim per contemtum à Donatistis vocabantur muscæ. Optat. Milevitan. lib. 7. part. 192. 193. cont. Parmenian. Evangelici, ceu hæretici traducuntur &c. Pharisæi reliquos contemnebant, Luc. 18. Jesuitæ alios ordines contemnere dicuntur à Fratr. Junip. de Ancon. p. 40. consult. Ludov. Sotel.

Contemtor Divitiarum, V. Αυτάρκεια: Honorum, V. Humilitas, Honor. Mercaturæ, V. Mercator. Mundi contemptus V. Mundus.

CON-

CONTENTATIO. *V. ΑΥΤΑΡΚΕΙΑ.*

CONTENTIO. *V. LITIGIA.*

CONTINENTIA. *V. CASTITAS. ABSTINENTIA, &c.*

CONTINENTIA *Aurium. V. Aures. Audio.*

CONTAMINO. *V. PECCATI EFFECTUS.*

§. 156. CONTENDO.

DEUS contendit judicio, Jer. 2,9. hoc eſt, increpat Iſraelitas, eosque convincit, ac poſtulat ſcelerum rationem, Ezech. 20,25. Job. 23, 6. Mich. 6, 1.

Homo contra DEUM viciſſim, Deut. 9,7. Job. 33, 13. Proximum, 1. Cor. 6,6. Vid. plura tit. Litigia.

§. 157. CONTRACTUS POLITICI

Sunt liciti Chriſtianis. V. Diſput. 9. th. 33. D. Backm.

§. 158. CONTRADICTIO.

Contradictionis ſignum Chriſtus,

Luc. 2,34. Nempe, cui contradicitur 1. Ab hæreticis impiâ & falsâ doctrina, quæ veritati Chriſti contradicit, Joh. 8. per integr. 2. A malis Chriſtianis, impiâ & perversa vita. Nam & hâc Chriſto contradicitur, qui juſſit piè vivere. Joh. 13,34. Hoc eſt mandatum meum.

Contradictiones apparentes.

Plurimæ ſunt in divinis myſteriis, quæ tamen fidem minimè tollere debent, (V. tit. Ratio captivanda: & confer Gregor. de Valent. tomo 3. in Thom. column. 64. b. c. d.) ſed potius appendi ad leges veræ contradictionis.

§. 159. *Contradictio eſt in mendaciis.*

Lactant. lib. 5. c. 30. Inſtitut. Hæc eſt mendaciorum natura, ut cohærere non poſſint. Confer infrà Tit. Mendacium.

Exerit ſe in hoſtibus, Pſalm 64, 9. & Pſal. 12. exemplo Babyloniorum, quorum linguæ ſunt confuſæ.

§. 160. *Contradictio vera non eſt in doctrina de Omnipræſentia Jeſu Chriſti.*

Referam hîc verba Magni Schegkii p. 40. 41. 42. Reſponſ. ad libel. Anonymi: Conſiderandi (ait Schegkius) igitur ſunt modi, quibus DEI filius rebus omnibus præſens adeſſe dicatur. Præſens omnibus eſt per eſſentiam, in ſanctis habitat per gratiam, in humanitate ſua pleniſſimè inhabitat, ut per eam effluat etiam & redundet in omnes creaturas. Nam quemadmodum ſol undique diffundit radios ſuos per διαφανὲς corpus; ita omnipotentia filii DEI profert ſe ἐνεργειτικῶς ad omnes res creatas in perſona Domini noſtri Jeſu Chriſti, hac ratione, quâ nimirum in mente Chriſti reconditi ſunt omnes theſauri ſcientiæ & ſapientiæ Dei, dum fiunt omnia ſcilicet conſciâ humanâ naturâ Chriſti, & conformi voluntate, non quod ipſa per ſe humanitas ſit omnipotens, ſed quod perſonaliter particeps ſit omnipotentiæ, id eſt, quod altera natura (nempe divinitas filii) hujus perſonæ ſit ipſa per ſe, non velit eſſe omnipotens: non quod divinitas accipiat aliquid ab ea, ſed quod communicans ſeſe ei perſonali unione, per, & cum humanitate hac conſcia, & volente (non corporaliter & localiter præſente) nihil agat filius DEI, quæ ſanè mihi ſeſſionis ad dextram & majeſtatis hominis Chriſti, totiusque perſonæ videtur veriſſima explicatio. Reliqua ſunt expoſita in libello noſtro. Propter conſcientiam autem hanc omnium rerum, ipſum ſtatuimus filium hominis omnibus rebus eſſe præſentem ratione humanitatis: aut potiùs ei omnia eſſe præſentia, non temporaliter, non localiter, ſed omnia ſimul, cum prius & ab æterno omnia ὄντα ſit DEUS Filius, quam ſint extra DEUM, quoad ſcilicet in loco & tempore illa digeſta eſſe cœperunt, quæ non, quia ſunt, cognoſcuntur à DEO, ſed quia præcognita ſunt, idcirco voluntate DEI aliquando eſſe cœperunt. Quapropter Chriſtus quoque, ut homo, creaturas, non ut extra ſunt, ſed ut divinitus præcognitæ ab æterno fuerunt, cognoſcit, propter inhabitantem perſonali unione divinitatem in ipſo corporaliter, ut Paulina phraſi, quod volumus, exprimamus. Ex quo perſpicitur, alio modo humanitatem CHRISTI omnia ſcire & omnia poſſe, alio modo naturam ipſius divinam; nam divinitas eſt re ipſa omniſcia & omnipotens, ſed natura humana τῷ ἔχειν, quæ cum ſint expoſita in libello noſtro, non eſt, ut plura de his diſſeramus in præſentia. De omnipræſentia certamen eſt, & de majeſtate CHRISTI, non quatenus DEUS, ſed quatenus homo ad dextram DEI ſedere dicitur. Cum enim eodem modo, quo divinitas ubique eſt eſſentialiter, ita quoque non ubique ſit humanitas, quæritur, an aliquo, an verò nullo modo ubique præſens eſſe poſſit? quia propter unionem perſonalem & perfectam ſeſſionem & majeſtatem in cœleſtibus hominis CHRISTI, ſuæ mentis & voluntatis ἐνέργεια, conſociata eſt divinitati humanitas CHRISTI συνέργεια ſcilicet gubernationis (propter quam ſubjecta dicuntur omnia poteſtati CHRISTI) humanitatem omnibus rebus præſentem ſtatuimus, quam noſtri Theologi volunt intelligi modo majeſtatis, non modo & abſolutâ ratione eſſentiæ humanitatis, quæ localiter non ſit ubique, ſed (ut dictum eſt alias) ſit alicubi, qua majeſtate ſignificatur dominatus eminens humanitatis Chriſti, cui obediunt omnia. At dominatus ἐνεργητικὸς quiddam eſt; nam abſque ἐνέργεια potentia & majeſtas intelligi nequit.

nequit. Ergo dupliciter humanam naturam Christi præsentem omnibus rebus possumus dicere: Vnus est, quo fiunt omnia, consciâ mente CHRISTI, & conformi voluntate, quam paulò ante ἐνέργεια descripsimus. Nam mediatorem conscium esse oportet eorum, quorum respectu mediator dicitur. Alter modus est omnipræsentia humanitatis, quem in libello nostro expressimus vocabulo ἐξουσίας, quia videlicet humanitas participet naturâ omnipræsente, non quod ipsa naturaliter seu localiter sit omnibus rebus præsens. Hæc Schegkius. Quæ plurimum facerent ad explicandam sententiam Augustan. invariatæ confessionis, nisi quibusdam ratum atq; obstinatum esse videretur, veteribus litare calumniis, eisque immori.

§. 161. CONTRITIO. *V. Pœnitentia.*

CONTVMELIA. *V. Convitia.*

CONVERSATIO. *V. Gentes, Societas.*

Conversatio prior vivendi consuetudo sub Ethnicismo, Ephes. 4. Roman. 6,19. Judaismo, 1. Pet. 1,18. Sodomismo, 2. Petr. 2. Opponitur huic bona ἀναςροφὴ 1. Pet. 2,12. cap. 3,2.16. Conversatio in cœlis. V. Desiderium.

Conversatio vetus Ephes. 4,22. ea est, quæ Gentium fuit nondum conversarum, v. 17. in vanitate sensus, & v. 18. in obscurato intellectu, quæ alienatæ erant à vita Dei &c. & v. 19. cui opponitur vers. 20. doctrina Christi, quæ piam docet vitam. v. 20. & veritatem: contrà Gentes in viis suis ambularunt, Actor. 14,16. Causa illius ambulationis efficiens Satan, Ephes. 2. v. 1.2. seq. Secunda, cœcitas Gentium, Actor. 26,17. mentis vanitas, Rom. 1,21. 1. Corinth. 12,1.2.3. avaritia, Ephes. 4,19. carentia pœnitentiæ, d. l. Jerem. 9,5. & mors spiritualis animæ, ob defectum vitæ, quæ est in Deo, Ephes. 2,3. cap. 4,18. & impuritas animæ ac corporis, Ephes. 4,19. Rom. 1,28.29.30.

CONVERSIO. *V. Pœnitentia.*

§. 162. CONVENTICVLA.

Licita erant Christianis ad sacra obeunda, in medio Gentilium. Criminata olim à Celso. Vide Origen. lib. 1. contra Celsum.

Donatistarum prohibita ab Imperatoribus, Honor. Arcadio, teste Optato Milevitano. Prohibita quoque non semel à Diocletiano, Euseb. libro 8. cap. 2. Lactantius lib 5. cap. 2. Institut. Fusius hæc persequitur Anton. Benbell. c. 8. Suscitabul.

§. 163. CONVITIUM.

Subjectum, in quo convitia, est stultus, Proverbior. 15,2. furiosus, mentisque suæ non compos; non verò vir sapiens & pius: hic enim ori suo custodiam ponit, Sir. 23,1.

Est vitium Ethnicum. Athenis erat olim festum, in quo licebat dicteriis & convitiis alios petere. Hesychius in verbo ςήνιον. Festum hoc utinam ne multi celebrarent Christiani!

Damnosum. Cadet enim criminator, Sirac. 23,7.8. incidit in homicidium, Sir. 23,22. Sicut fumus & vapor anteit ignem: sic contumelia sanguinem & homicidium.

Incorrigibile, Sirac. 23,20.

Furiosum. Plato XI. de L. L.

Agreste. Diogeni olim convitiator feræ similis esse judicabatur: sunt enim convitiatores similes equis & asinis, calcibus suis homines ferientibus.

Improbatum Memnoni, duci Darii regis. Ille enim audiens, quendam militum convitia in Alexandrum regem dixisse, hasta percussit eũdem, dixitq;: Non te alo, ut crimineris, sed ut pugnes cum eo.

Ortum ex falsa opinione. Tertullian. libr c. Hermogenem c. 1. Maledicendi singulis officium bonæ conscientiæ judicant. Aug. lib. de convers. 10. plagarum.

§. 164. *Vanitas.* Cyprian. lib. 1. epist. 2. fol. 13. Qui facit convitium, miser est.

Sedandum à piis, Prov. 11,13.

Tolerandum aliquando, ut ex iis imperfectiones nostras discamus. Chrysostomus tomo 1. homil. de David & Saulo, folio 129. 1. k. 2. Edit. Parisiens. Nec facit nos protinus martyres, ibidem. Chrysostom. Confer Proverb. 19,11. Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria ejus est, iniqua prætergredi. 1. Petr. 2,23. Christus, cum malediceretur, non maledicebat, 2. Samuel. 16. David Simei maledicta concoquebat.

Spernendum. Tertullian. de bono patientiæ cap. 8. nempe idcirco quis te lædit ut doleas, quia fructus omnis in dolore læsi est. Ergo cum fructum ejus everteris dolendo, ipse doleat necesse est, amissione fructus sui.

§. 165. *Nonnunquam fiunt nominum perversione* convitia. Sic Cyprianum mutato nomine vocarunt Coprianum, hoc est, Stercorarium, quod nempe ethnicam religionem abjecisset, & Christianus factus esset. Lactantius libro 5. capite 1. Baron. tomo 2. folio 439. numer. 35. Christianos olim vocarunt Chrestianos. Vide supra titul. Christianus. Aliquando nominis contumeliosi impositione, verbi gratia: cum qvis proximo dicit: fatue, Matth. 5. Calumnia facit, ut ad infigendum morsum honoribus alienis dentes hominis in sagittas & arma vertantur, linguæ acuantur in gladios, pagina 78. libro 2. contra Par. Opt. Milevitan.

Fiunt in veritatem. Orig. tom. 2. dialog. 1. Nequaquam Eutropius adversarius tuus est, sed veritas.

Contra bonos: fieri non potest, ut aliquis maledicorum virus & molestiam evitare possit, quamvis rectissimè vivat. Cyrillus epist. ad Nestor.

De linguâ convitiatrice Drexel. Tract. 12. pag. 1796.

CONVIVIA

§. 166. Sunt solenniores conventus amicorum & cognatorum ad recreandum genium inventi.

§. 167. *Multiplicia:*

1. Ecclesiastica, v. in quibus ἀγάπη, 1. Cor. 11. Chrysost. hom. in 1. Cor. 11. Apol. c. 39. Tertul.

2. Eadem temperata. Minutius Fel. in Octav. §. convivia non tantum.

3. Olim erant convivia (α) Natalitia in festis S. Martyrum. (β) Dedicationis ecclesiæ. (γ) Funebria in egenos largissima. (δ) Connubialia, apud Nazianzenum: semper tamen oratione terminata. Chrysost. hom. 79. ad popul. Antiochenum, 1. Cor. 10, 31. Sive manducatis, sive bibitis, &c. Basilius in regulis brevioribus 196. Cyprianus epist. 2. ad Donat. Hieron. epist. 22.

4. Convivia socialia tempore Chrysostomi in usu erant. In Rom. 13. hom. 24.

5. Amicorum, quæ vocabantur φιλίνια, φιλετικα, φιλέςια, φιλίτια. Athenæus lib. 5. capite 1.

6. Christianorum post peractam eucharistiam, ubi ex collatis ἀγάπαις instituebant convivium, 1. Corinth. 11, 28. Tertullian. cap. 39. Apolog.

7. Sacrificialia, quæ post peracta sacrificia in usu erant apud Judæos, Deuteronom. 18, 11.

8. Convivium cœleste, quod sibi Judæi fingunt fore in cœlis. D. Helwic. Elencho 3. memb. 2. de ingenti pisce ac bove mactandis, ac in cibum præbendis.

9. Convivium vitæ æternæ. V. Vita æterna.

§. 168. *Per se licita sunt.*

Ab exemplis, Gen. 21, 8. Judith. 6, 19. c. 12, 10. Tobiæ 8, 1. Marc. 6, 21. Deut. 12, 12. epulamini coram Domino: c. 14, 26. c. 16, 11. 14. c. 26, 11. c. 27, 7. Vide D. Thumm. in Decalog. p. 427. D. Chemnit. in 17. post Trinit. part. 2.

Causant tamen peccata.

Scilicet per accidens. Exod. 32, 6. Sedit populus ad manducandum. Job. 1, 5. Sanctificabat Jobus filios suos. Marc. 6. Herodes in convivio fert necis sententiam de Johanne Baptista. Luc. 12. Epulare. Luc. 16. Dives epulo. Jacob. 5. vers. 5. Epulati estis super terram.

Diogenes Cynicus juvenem quo ire vellet interrogans, ille verò ad convivium se pergere respondit, dixit huic: Pejor redibis.

Quibus virtutibus administranda?

1. Parsimonia & frugalitate, ne sequatur paupertas, Sirac. 18, 32.

2. Candore erga Deum, quem invitavimus.

3. Mortis recordatione. Ægyptii olim in disco calvariam convivantibus apponebant. Herodot.

4. Amicorum non commessatorum invitatione, Proverb. 28, 17. Inter amicos maximè referimus Christi amicissimos, pauperes, exules, quos jubet acciri Dominus, Luc. 14. vers. 12. & 13.

5. Musicâ exhilaratione, Sirac. 40, 19. cap. 49, 2. cap. 32, 7. Confer Esaiam 5, 12. Solebant verò Christiani veteres Psalmos adhibere. Cyprianus epist. ad Donat. Sonet (ait) Psalmos convivium sobrium, Tertullian. cap. 39. Apol.

6. Munificentia erga pauperes, ac recordatione eorum, ut Esth. 9, 19.

7. Temperantia, Sirac. 31, 25.

8. Pietate. Nam pii, casti & puri sint sermones; quales habuit Christus cum discipulis de cœna, Johann. 13. de charitate, Luc. 7. de venia peccatorum: item Abraham, Gen. 18. Simson, Judic. 14. Vid. quoque Tob. 9. sic olim Christiani fecerunt, Tertull. apolog. cap. 39. Clem. Alexand. lib. 2. capite 6. pædagogi. Contra convivia non sint impia & tyrannica, qualia reperiuntur 1. Sam. 25. in Nabale; item Daniel. 5. &c.

9. In convivio duo sunt curanda, 1. corpus, 2. anima. Cornelius Nepos refert, Atticum semper aliquid legisse in convivio. Augustinus sermon. 56. de tempore, aliquid de divinis scripturis relegendum esse. Carolus Magnus legi sibi curavit libros Augustini. Concilium Tridentinum sessione 25. vult legi aliquid in conviviis, cap. 11. 12. distinct. 44. Hieronymus epistola ad Heliodorum laudat Nepotianum, quod jejunia aurigæ in morem &c.

§. 169. *In conviviis & commessationibus multa peccata.*

I. Donorum Dei abusio. Puta (α) Cibi & potus, qui plus justo ingurgitatur. (β) Temporis pretiosissimi, quod illicitis conviviis insumitur. (γ) Membrorum humani corporis. Abutuntur enim homines ore ad maledicendum, deglutiendum, detrahendum, manibus ad verberandum, &c. Confer Basilium homiliâ contrà ebrios, & Sigismundi Suevi Herodis Banquet.

II. Omnium præceptorum Dei violatio.

Primi præcepti: Deus non timetur in commessationibus, sed postponitur. Dan. 5. Belsazar. Philip. 3, 19. Venter illis est Deus: 1. ratione cultûs. Colunt enim ventrem cibo, potu, balneis, odoribus. 2. ratione sacrificiorum. Nam voluptuosi suo ventri sacrificant lacrymas, gemitus & sanguinem pauperum, quos expilarunt. 3. ratione devotionis. Omnia enim referunt ad ventrem suum. Theophil. in c. 15. Epist. 1. ad Cor. Edamus, bibamus.

Secundi. Pro nomine Dei nomina hominum sanctificant, & rotatis poculis honorant, diras exercent, mentiuntur, gloriantur.

§. 170. Tertii. Pro festis Deo sacris festa Bacchi celebrant, quorsum pertinet Ethnica Bacchanaliorum celebratio.

Quarti. Violatur hoc præceptum etiam commessatione, cum superioribus temperantiam præcipientibus non paremus, cum eosdem convitiis lacessimus, famam eorum denigramus.

Quinti. Si non pavisti, occidisti: at undepasceres? helluando consumis. Nabal inter commessandum obliviscitur miseriæ Davidis, 1. Sam. 25. Herodes nefaria inter helluandum consilia admittit de Johanne trucidando, Marc. 6.

Sexti.

Sexti. Nam ex commessationibus stupra, adulteria. Hieron. in c.1.v.7.ad Tit. Nunquam ego ebrium castum putabo. Idem Epist.83. ad Orcan. Venter mero æstuans citò despumat in libidinem.

Septimi. Dum inter commessandum variæ artes finguntur fallendi & circumveniendi proximum.

Octavi. Mendacia in proximum cuduntur; fama ejus denigratur.

Noni & Decimi. Efficit commessatio, ut concupiscas proximi uxorem, Prov. 7, 16.17. & 18. v. Silberschlag. p.111. Postill.

III. Epicureismus. Eo olim etiam Ægyptii laborarunt: hinc inter convivandum aridum cadaver in scrinio ostenderunt, provocantes se ad hilaritatem, cum etiam ejusmodi mox sint futuri. Conf. 1. Cor. 15. Edamus, bibamus, cras moriemur.

§. 171. *Commessatio prohibita*

Luc. 21. Ne graventur corda nostra.

Prohibuit olim convivia Lycurgus, quia (α) Ingenium perderent, nimium bibendo. (β) Autoritatem, nimium loquendo. (γ) Valetudinem, nimium comedendo. Vide Guevar. tom.1. pag.23. Epist.

COPHINUS.

§. 172. Cophini duodecim Joh.6.v.13. significant:

1. Divinæ bonitatis plenitudinem. DEUS omnia implet largiter, ita ut superet illius benedictio omnem calculum.

2. Miraculi certitudinem, quæ confirmatur ex reliquiis.

3. Doctrinæ Apostolicæ ubertatem, in toto terrarum orbe, è reliquiis doctrinæ Christi, disseminandæ.

4. Parsimoniæ utilitatem, quæ collectis & asservatis reliquiis commendatur.

Cophinus corbis. At Sporta (σπυρὶς) majus vas notat.

COR.

§. 173. Nominis acceptio varia est.

1. Physicè notat notam illam corporis particulam, fontem vitalis spiritus.

2. Ethicè modò pro voluntate rationali, modò pro parte concupiscibili accipitur.

3. Ipsi Deo tribuitur Genes. 6, 6. cap. 8, 21. 1. Sam. 2, 35.

§. 174. *De officiis nostris circa cor.*

Officia hæc nihil aliud sunt, quam actus virtutum variarum, suis locis descriptarum, videlicet

Corde ad Deum tendere debemus. Magnes non nisi unum petit polum & navigantes dirigit: sic cordi tuo, si polus fuerit Deus, optimè & felicissimè in hoc mundi mari navigabis. (Hoc officium refertur ad Charitatem.)

DEO adhærere. Ut uxor viro adhæret ob unionem carnalem Ephes. 5, 31. Sic Christo spirituali sponso adhærebit anima ob spiritualem unionem, Eph. 5, 25. Joh. 5, 2. (Ad Charitatem itidem.)

Se ei offerre. Patriarchæ lares suos figentes, mox Deo proprium altare exstruxerunt, Genes. 11, 8. Sic nos in mundo peregrinantes cordis nostri altare protinus Deo consecremus, Rom. 12, 1. 2. Abel de primogenitis Deo obtulit, Gen. 4, 4. Cor tuum est primogenitum: id Deo offeras jubet pietas.

§. 175. *Purgare.* Ut hortus semper purgandus est à loliis: ita Cor hominis à concupiscentiæ loliis semper purgandum (1) Per preces assiduas. Psalm. 51, 12. Cor mundum crea in me DEUS &c. (2) Per renovationem & crucifixionem veteris hominis, Rom. 6, 4. (3) A loliis peccati, quæ fructificant (α) ad ignominiam, Roman. 6, 21. (β) ad mortem, Roman. 8. vers. ult. cap. 7. vers. 5. Jacob. 1. v. 16. (γ) nascitur in agro Gomorrhæ, Deuter. 32, 32. Aremus ergo novum, Jerem. 4, 4. neque in carne seramus, Galat. 6. Palatium fœtore repletum purgamus sub principis adventum: sic cordis palatium à fœtore peccati repurgandum est, ut sit purum. V. Thum. p. 545. in decalog.

Instaurare subinde. Sicuti domum labascentem suppositis columnis & sublicis sublevamus: sic cor nostrum labascens in peccata precibus & meditatione mortis Christi firmandum est.

Condire sale spiritualis sapientiæ Sicut olim sine sale nullum erat acceptum sacrificium, Levit. 2, 13.

§. 176. *Munire & præservare.* Sicuti castra munimus ob metum hostium, & solicitè claudimus: sic quoque castrum cordis muniendum est armis spiritualibus, Ephes. 6, 10. 11. 12. sequ. Hostes sunt caro, mundus, Satan. Aliàs cor nostrum sine his custodibus est instar oppidi derelicti à præsidio, qvod facilè capitur. Basil. in c.1. Esaiæ.

§. 177. *Illuminare.* Cor nostrum est speculum, quod Christi cognitionem recipit, (sicut speculum recipit imaginem) Lutherus in Gloss. marg. ad 2. Corinth. 3. v. ultim. Est astrum & spirituale sidus, quod pleno lumine fidei & charitatis in pleno cœlo ecclesiæ fulgere debet.

Mundare, ut sit purum. Vas, veneno impletum, diligentissimè lavandum, ne quid adhæreat. Sic quotidie cor mundandum, diligentissimeque septies in Jordane lavanda caro leprosi, 2. Regum 5. Morbus peccati contagiosus noster indiget consimili lavacro, pœnitentiæ & orationis devotæ. Psal. 51. Cor mundum crea in me Deus.

Dirigere. Jerem. 31, 21. Dirige cor tuum in viam rectam, scilicet. 1. Intentionis rectitudine. 2. Affectionis devotione. 3 Charitatis & justitiæ opere. Maximè autem in Deum cor nostrum dirigendum est, qui est (α) Mare bonitatis. (β) via securitatis, Oseæ 14. ultimo. (γ) Centrum ambulationis nostræ, sine quo Deo in vanitatis circulo Eccles. 1. circumagimur. Simile. Ut cor magis ad dextram vergit, quàm sinistram: sic quoque bonorum dexterorum, hoc est, æternorum curâ magis affici par est.

Non sequi cordis lubitum, Jerem. undecimo, v. octavo.

Arare. Jerem 4, 4. Arate vobis novum. Cor agro

agro simile est, & 1. Arandum est aratro legis. 2. Pastinandum per crucem, Esa. 26. 3. Purgandum per pœnitentiam, Esa. 1. 4. Impinguandum per opera misericordiæ. 5. Irrigandum pluviâ Evangelii & sanguine Christi. 6. Humectâdum per lacrymas pœnitentiæ & compassionis. Psalm. 6,7. Lavi lacrymis stratum meum. Rom. 12,15. Flete cum flentibus.

§. 178. *Sunt aliàs multa cordis prædicata:* Quorum quædam propriè, quædam saltem analogicè intelligenda sunt. Nempe.

I. Quædam Logico-Physica: v.g. cum cor dicitur

§. 179. *Ratione quantitatis: Latum*, hoc est, superbum Ps. 101,5. Dilatat enim se superbus contra Deum, angelos, proximum: Illi rebellando: Istis, eorum humilitatem Esa. 6. abjiciendo: Huic resistit, contemnendo, Malach. 1,13. *Profundum*, Ps. 64, 7. Vid. supra Abyssus malitiæ.

Ratione qualitatis: Latum, sapientiâ scilicet, 1. Reg. 4, 29. *Forte*, Psal. 76,7. sicut cor leonis, 2. Sam. 17,20. cui opponitur cor mulieris, Jerem. 48, 41. *Firmum*, Job. 41,15 *Malum*, Nahum. 2,2. *Pravum*, Jer. 17,8. *Integrum*. Salomoni non fuit integrum, 1. Regum 11,4. 6. 9. *Festinum*, Es. 35,4. Rectũ, 2. Chron. 29,34. Ps. 78, 7. *Durum*, Ezech. 2,4. cap. 3,7. Esa. 46, 12. Jerem. 7,20. cap. 13,10. c. 16,12. Ps. 81,13. V Induratio. *Hypocriticũ*, Job. 36, 13. *Ignorans* ex malitia, 2. Pet. 3,5. *Sapiens, Intelligens*, Prov. 16, 21. Exod. 28, 3. c. 31,3. 6. c. 35, 25. *Spontaneum*, Exod. 35,5. 29. *Simplex*, Psal. 78, 71. *Tenerum*, Deuteron. 20,8. 2. Chron. 13,7. *Grave*. Hinc dicitur cor aggravari 1. Sam. 6,6. *Infirmum*, Esa. 1,5. *Debilitatum*, Gen. 45,26. *Dolorosum*, Thren. 3, 65. *Lætum*, Ezech. 36, 5. *Liquefactum*, ut cera, Psal. 21,15. *Concidens*, 1. Sam. 17,32. *Unum*, 1. Chron. 12, 38. Ezech. 11, 19. 2. Chron. 30,12. *Obscurum* vid. Excœcatio.

§. 180. *Ratione relationis*. Cor habet *receptivitatem*. Sicuti pupilla oculi exigua maximas & varias res capit: sic quoque cor. *Audiens* cor, 1. Reg. 3, 9. Ergo est quî docet. *Vacuum Deo & plenum Deo*. *Præputio præditum*, Deut. 10,16. *Immundum*, Hagg. 2,12. *Apponi opulentiæ*, Ps. 62,11. *In malum semper niti*, Ps. 95,16.

Ratione relationis varia de corde dicuntur: *Deliberatio*, phras. aliquid in corde esse, Deut. 15,9. *Cogitatio*, phras. esse cum corde, 1. Chron. 28, 2. 2. Chron. 29,10. *Doli concinnatio*. Ps. 28, 3. Cor eorum abundavit in malitia. *Perversorum meditatio*, Prov. 6,18.

§. 181. *Ratione passionis* cor dicitur *formari*, Ps. 33,5. *inclinari*, Prov. 21,1. *Converti*, Esræ 6,22. Ps. 105, 25. *creari*, Ps. 51, 12. *inscribi*, Jer. 31,33. *adunari*, Ps. 86. tolli, Ezech. 11, 19. 20. *dari*, Ezech. 36, 26. *pungi*, Act. 2,37. vulnerari. *In Cantic. perverti*, Ps. 105,26. *indurari*, Exod. 8.

Frangi, Ps. 69,21. Num. 31, 7. id est, deterreri, *furari*, i.e. blandis verbis circumveniri, Gen. 31, 20. *humiliari*, Psal. 107,12.

II. Quædam Ethico-Theologica, v.g. cum de corde prædicatur *candor & sinceritas*, phrasibus, toto corde, perfecto corde, Genes. 20,5. 1 Reg. 15, 3. 1. Chron. 12,38 2. Chron. 16,9. Deuter. 6. v. 4. absque corde & corde, 1. Chron. 13. v. 33. Phrasis hæc toto corde, nullam vitæ partem relinquit, quæ vacare debeat, ait Petrus de Sancto Audomaro pag. 25. b. Institut. Monastic. *Concordia*, hinc cor unum, 1. Chron. 12,38. Ezechiel. 11, 19. & alib. *Stultitia*, phrasi, absque corde esse, Esræ 7. vers. 11. *Sapientia*. Hinc cor ad dextram esse dicitur, Eccles. 10, 2. *Constantia* in proposito, Proverb. 16,2. *Tristitia*, cum cor turbatur 1. à Deo, Job. 13,21. 22. Psal. 30. & 88. 2. A propria conscientia & peccato, Genes. 3. Exod. 26. Roman. 2. 3. Ab homine Tyranno Esa. 51. contrà: Nolite timere, Matth. 10. 4. A Satana, Ps. 18. torrentes Belial, 5. A calamitatibus variis. 6. Cum cor à verbo Dei & scripturis avertimus. Sic turbatum cor impiorum & securorum, ut Caini, Saulis, Achitophelis, Judæ, Francisci de Spira. *Amicitia*, phrasi, cor ad aliqvem esse, 2. Sam. 14, 1. *Inimicitia:* cor prælium, Psalm. 55,22. *Anxietas*, quæ sese dilatat instar aquæ longè fluentis, Psalm. 25,17. ex hac anxietate & coarctatione cordis nos liberat Dominus, ibidem. In Hebræo מצוקות compressiones, Hertzklemmen. Hæ Deo revelandæ sunt. Causæ autem dantur variæ: 1. Ira Dei, cum proprium nos cor accusat & condemnat. 2. Conscientia excitata. 3. Omnis generis solicitudines. 4. Pericula & plagæ. Invocandus ergò est Dominus, ut eripiat nos, Job. 36,16. sive in vita, sive in morte, mari illo angustiarum. Feramus quoque patienter has angustias, quia in mundo nos habere θλίψεις necessum est, Joh 16. v. ult. *Pronitas ad malum*, quæ est 1. Ex corporis gravitate. 2. Mala consuetudine. 3. Facilitate descensus non ascensus. 4. Præsens est delectatio ad malum; sed finis virtutum, incitans ad bonum, absens est. 5. Plures circumstantiæ requiruntur ad virtutem, quàm ad vitium. 6. Vanitati homo est subjectus. 7. Fames in nobis est. *Avaritia & luxuria*, quibus corda hominum gravantur, Luc. 21. Insolentia, securitas in rebus secundis, Psalm. 30,7. Jerem. 17. vers. 9. Amor rerum terrenarum noxius omninò, vanus, prohibitus primò præceptô. Vid. Johan. Arnd. libro primo capite 18. de vero Christianismo.

III. Quædam Politico-Oeconomica, v. g. cum cordi attribuitur *Tabula*, Proverb. 3. v 3. cap. 7,3. *Via*, Eccles. 11,9. *Alligatio*, Prov. 6, 21. *Fractio*, hoc est, affectio.

§. 182. Sexcenta sunt alia prædicata, quæ singula fusius persequi neque tractatus hujus angustia, neque scopi nostri ratio permittit. Certè, peculiari hîc commentario, eoque grandi, opus esset; præcipua tamen suis locis considerabimus.

Contumacia cordis vid. Inobedientia. Inventio cordis vid. Liberalitas. Indolentia cordis, Jerem. 5. v. 3. Ephes. 4. vers. 18. Rom. 1, 28. est impœnitentia vel ipsa, vel ipsius filia. Splendor in corde, 2. Corinth. 4. vers. sexto. Custodia, Philipp. 4. vers. 7. Directio, 2. Thessal. 3,5.

§. 183. Cordis adjuncta variis de rebus nos monent.

1. For-

1. Forma & figura. Inferius cor acuminatum est, superius latum: sic terrena vix cordis tui cuspide attingas, toto verò corde ad cœlestem amorem adspires, ut solo Dei amore impleri se sinat, qui major est corde nostro, 1. Johan. 3.

2. Motus, qui est dilatatio & contractio cordis. Hæc expellit omnes fumositates è thalamo cordis, illa frigidum aëra attractum aspirat: sic noxia cor tuum pellat, & quæ à Deo te avocare possunt, 2. Cor. 6, 11. Cor nostrum dilatatum est.

3. Calor. Hujus enim officina cor est: sic amore, calore illo spirituali, pleni esse debemus, ne in nobis charitas refrigescat, Matt. 24, 12.

4. Notatio. Cor dicitur à cura, (juxta nonnullos) monet ergo nos cor præcipuè de cura cœlestium rerum.

5. Situs. Cor est in medio: sic Prælati in ecclesiæ medio esse debent, & cunctis quasi spiritum inflare, bono exemplo intemerati ministri.

6. Cavitas cordis: sic quilibet pius sit cavus per humilitatem, rotundus per benignitatem, solidus per diligentiæ soliditatem.

7. Temperies. Temperatur cor à pulmonibus: sic homo temperari debet ministerio verbi, quod gerunt viri sublimes & aërii, qui perpetuò aspirent bonum aërem præceptorum salubrium.

§. 184. 8. Morbi varii sunt cordis: sic homo variis vitiorum morbis obnoxius est, nempe 1. Nimio calori iracundiæ: v. Ira. 2. Frigori odii erga proximum. 3. Fumositati malorum exemplorum. Matth. 18. Væ mundo à scandalis! 4. Dissolutioni spirituum, vel indevotioni, ut sic loquar. 5. Apostemati malæ conscientiæ, quæ in corde colligitur. 6. Est cor receptaculum vanitatum. 7. Officina fluctuantium cogitationum. 8. Labyrinthus affectuum vagorum. 9. Perpetuum mobile, nunquam quiescens. 10. Est instar feræ captivæ, quam curiositas ducit, cupiditas allicit & perpetuis ignibus torret, invidia torquet, tristitia cruciat. 11. A vitiis persæpè mergitur, & ab imaginatione omni, quæ contra DEI verbum est, illuditur, cum in vanitatis circulo circumgyratur, ad Deum, unicum beatitudinis centrum, non respiciens.

Inter saxea corda latet Christus margarita; & inter conchas Judæorum prædicatur & offertur Judæis & gentibus. August. tom. 4. col. 368. b.

§. 185. Cor, quantopere cogitationibus diffluat, explicat egregiè Bernhardus in floribus, capite 60. column. 2113. Nihil est in me corde meo fugacius, quod, quoties me deserit, & per pravas cogitationes defluit, toties Deum offendit. Cor meum cor vanum, vagum & inscrutabile, dum suo ducitur arbitrio, divino caret consilio. In memetipso non potest consistere, &c. Sicut molendinum perpetuò volvitur.

Cor hominis Deo soli notum, v. Deus. Confer. Camerar. Hor. subcis. part. 2. c. 4.

COREH.

Filii Coreh Ps. 49, 1. è familia Coreh oriundi, Musicæ præfecti. Allegoria Augustini remota est in hoc nomine. Vid. illum in Ps.

CORINTHUS. §. 186.

Urbs Asiæ. Bimaris vocatur ab Horatio lib. 1. Historia ejus urbis descripta à M. Cyriaco Spangenberg.

Quales Corinthii? Idololatræ, 1. Corinth. 12. Scortatores. In laudem & honorem Cereris aliquot scorta alebant in templo. Erasm. in Prov. v. Corinthiaci. De Laidis (scorti nobilis) monumento contendebant. Pausanias in Corinthiacis.

Æs Corinthinum. V. Plinium lib. 34. c. 2. mistum ex auro, argento &c. V. Pancirol. part. 1. Tit. 34. & Salmuth. ibid.

CORNELIUS. §. 187.

Nomen ducunt quidam à cornu, quasi corneus & robustus; alii à corde, quasi cordatus. De etymo non laborabimus, re ipsa certè corneus & cordatus Cornelius fuit.

Centurio Act. 10, 1. officio; gente verò sine dubio Italus, Romanus. Hinc dux fuit Italæ cohortis, illustri familiâ Corneliorum ortus, nobilis religione, timore Dei, oratione, liberalitate: In fidei circumstantia, non substantia erravit: fidem hausit ex prædicatione, ad quam Petrus eum remisit, Actor. 10, 36. & conversatione cum Judæis Cæsariensibus: gratus Deo fuit, qui orantem illum audiit, d. l. Peccatores verò Deus non exaudit, Johann. 9. Habuisse eum fidem, concedunt Ben. Justinian. in cap. 2. Jacob. & Cornel. à Lapide in cap. 2. Actor. nam sine fide nemo Deo placet, Hebr. 11. Renatus fuit, non planè confirmatus; ad ædificandum hunc, non fundandum venit Petrus: Primitiæ gentium factus est, quibus revelata Christi notitia. Origenes homil. 13. in Numer. speculum probi militis: exemplar pientissimi ducis & patrisfamilias, suos ad Christum ducentis: episcopus familiæ suæ factus. Vult verò, quemlibet patremfamilias suæ familiæ esse episcopum. Augustinus in Johan. tract. 51. Ex viribus liberi arbitrii se non convertit, quod Pelagiani docent, refutante eos Prospero libr. de libero arbitrio. Justificatum eum fuisse, antequam ad eum veniret Petrus, negat Chrysostomus, Basilius, Augustinus lib. de prædestinat. Sanctorum capite 7. Oecumenius, & ex Pontificiis Stapletonus. Affirmat Lombardus in 3. sentent. d. 25. Albert. Bonaventur. Thomas, Hieronym. cap. 5. ad Galat.

Cornelius conferri potest cum Araffna Jebusita 2. Sam. 14, 18.

CORONA. §. 188.

Triplex corona: (1.) Justitiæ, 2. Timoth. 4, 8. (2.) Gloriæ, 1. Pet. 5. 4. V. tit. Vita æterna. (3.) Vitæ, Apoc. 2, 10. Iacob. 1, 12.

Corona Ecclesiastica ministrorum sunt auditores, Phil. 4, 1. χαρὰ καὶ στέφανός μου. Conf. 1. Thess. 2, 19. 1. Ornans operas & laborem ministrorum: Nam quo quis felicius laboravit in

Ecclesia eò magis hoc ipsi cedit in laudem. 2. Fulgens tribus gemmis egregiè, fide nempe, spe &charitate.

Corona Levitica erat lamina aurea, ad formam semicirculi, cui inscripta erant hæc: Sanctitas Domini. 1. Solus Pontifex summus eam gestabat, separatus à reliquis omnibus: sic Christus summus Pontifex Ps. 110. Hebr. 7. 2. Solus Christus sanctus est, & Jehovæ sanctitas, Esa. 53. Zachar. 9. Johan. 8. Rom. 5. Hebr. 7. 3. Dimidius ille circulus regimen Christi gratiæ significat, in altera vita consummandum.

Corona nuptialis Neonymphis olim imposita fuit, ut significaretur, & sponsum & sponsam suas cupiditates vicisse, deque his triumphasse. Chrysost.

Coronas conviviales describit G. Stuckius lib. 3. c. 16. serm. convivial. in æterna vita perpetuò cum Deo convivaturi, gloriæ coronâ ornabimur. Super nobis tunc perfectè florebit corona, Ps. 132. v. ult.

Coronas radiatas olim gestabant reges Persarum, solis radios velut spargentes. Vopisc. in vita Aurel. Radiabimus in vita æterna, sole Christo amicti.

Coronæ variæ olim variis datæ: Castrensis, castra aggresso ac expugnanti: Civica, civem liberanti: Laurea Poëtæ, &c. Muralis, muros conscendenti ac expugnanti: Navalis, navem hostis capienti: Oleaginea, ob hostem conversum: Obsidionalis, ab Obsidione liberanti Triumphalis & aurea, soli Imperatori triumphanti, vid. Gellium libr. 5. cap. 5. Volaterran. lib. 26. Ovalis ex myrto erat data ob victoriam incruentam. (Ovatio minor triumpho.)

Finis, ut excitarentur homines ad fortitudinem.

Vide de his, & aliis veterum coronis Calepin. in V. Corona. Flav. Vopis. in D. Aurelian.

Coronis non utamur ad luxum, ob Christi coronam, ne ei insultemus. Clemens Alexandr. lib. 2. cap. 8. Pædagog.

Pii ipsi Dei sunt coronæ, ob dona his collata, Sap. 4. Et his dabitur tandem 1. Ut regibus cœlestibus. 2. Sacerdotibus. 3. Triumphatoribus.

CORONO.

§. 189. Coronat Deus misericordiâ, Ps. 5. v. ult. Ps. 103. misericordiis in pl. numer.

CORNU.

Cornu salutis est Christus, Luc. 1.

Cornua Mosis. V. Moses.

Cornua exaltare contra Deum, est ei insultare & instar petulci tauri contra eundem ferocire, Ps. 75, 5.

Cornua franguntur impiorum, i. e. potentia impiorum labascit, Ps. 75. v. 11.

CORPUS.

§. 190. Est animæ domus, cujus parietes sunt quatuor humores.

Carcer animæ Athanas. quæst. 18. ad Antioch.

Vas Dei, per quod ille operatur, 1. Sam. 21, 15. Luther. in marg. gloss.

Sima dicitur Platoni in Gorgia: hoc est, sepulchrum, quod in eo anima sepulta sit.

Corpus animi pondus & pœna est. Seneca.

Platonici dicebant: corpus nobis instar carceris tenebrosi esse.

Infernus Ethnicis quibusdam est dictus. *Cœlius Rhodiginus lib. 7. c. 9. antiquar. lect.*

Inimicum nostrum esse corpus, probat Drexel. lib. 3. Trism. c. 3. Cave, id de solo corpore, exclusâ animâ, intelligas.

Duplex homini est (non numero sed statu) 1. Corpus humilitatis, ταπεινώσεως, Phil. 3. & infirmitatis, 1. Cor. 15. 2. Gloriæ, ibid. quam indet corpori Dominus, quamque corpora habitura sunt ob vincula & martyria. Vid. Cyprian. epist. 77.

§. 191. *Varia* corpora, 1. Cor. 15. 1. cœlestia. 2. terrestria. 3. animata, inanimata. 4. naturalia, artificialia. 5. vera vel apparentia. 6. ordinaria, extraordinaria, qualia angelorum fuerunt ad tempus assumta. 7. corporalia, spiritualia & glorificata. 8. crassa, & pellucida: sic gemmæ sunt corpora pellucida.

Vulneratio corporis sponte suscepta à Gentilibus. V. Gentiles, sub tit. Amor Gentilium: à Donatistis. V. circumcellion.

Reformatio corporis, Philip. 3, 21. Transformabit corpus nostrum humile. Vide D. Bernhard. serm. 2. de verbis Esaiæ: Quid adhuc murmuras caro misera? quid adhuc recalcitras, & adversus spiritum concupiscis? Si te humiliat, si te castigat, si redigit in servitutem, id profectò in tuo genere non minus tuâ interest, quàm ipsius. col. 305.

Conceptio & fabrica admiranda, de qua scriptura, Job. 10, 8. 9. seq. Ps. 139. per tot. Galenus de usu partium corporis humani.

§. 192. *Membra* corporis planetis subjecta: Soli caput & cor: Mercurio lingua & os: Saturno splene: Iovi par: sanguis Marti, &c. Petrus Crinitus lib. 12. c. 2. de honesta disciplina. Nos omnium membrorum curam soli Deo committimus creatori. Caro à terra, humor ab aqua, anhelitus ab aëre, fervor ab igne. Sic homini omnia elementa inserviunt.

Membris suis autem homo sæpe abutitur: Manibus ad cædem: linguâ ad obtrectationem: pedibus ad celeritatem effundendi sanguinem, Athanas. tom. 1. oper.

Commixtio corporum, ad procreationem prolis, potest etiam sancta esse, licet ab illa non tollitur, vel turpitudo, vel absorptio rationis, vel verecundia, ait Jesuita Salmero Tract. VI. fol. 33. b. col. Tom. 6.

Cura corporis à Deo mandata, Coloss. 2. Rom. 13. v. ultim. non autem facienda ad lasciviam, ibid. Bernhard. c. 61. in Floribus: Sic (ex præcedentibus) tractandum est corpus, ut servire sufficiat, quia ad serviendum spiritui datum est.

Macilentiam corporis commendat Basilius in regulis fusius disputatis, interro-

gatio-

gatione decima sept. ut boni pugilis indicinam.

Ornatus corporis v. vestis.

Status corporum post mortem hic, quod corpus à serpentibus consumatur, Sir. 10, 9. Corpora malorum quoque incorruptibilia, Esai. 66,23. ut Salamandra in igne vivit. Vid. Infernus.

Corporis defectus vel membrorum non exprobrandi sunt homini :

§. 193. 1. A creatione, quia sic Deus creavit, Mal. 1. Psal. 139. in creatorem igitur vergit injuria. Vide Ambros. in Psalm. 118. sermon. 10. tomo quarto.

2. A Dei majestate, cui non licet dicere, cur me sic facis? Rom. 9, 20. Esa. 55, 9. cogitationes meæ non sunt &c.

3. Ab exemplis eorum, qui defectibus ejusmodi laborarunt, & tamen boni fuerunt. Jacob claudus, Gen. 32, 31. Moses balbus, Exod. 4, 10. Lea lippientibus oculis, Gen. 29, 17. Elisa calvus, 2. Reg. 2, 23. Mephiboseth claudus, 2. Sam. 4, 4. Job ulcerosus, Job. 1, 13. Tobias cœcus, Tob. 2, 11. Abrahami filia curva, Luc. 13, 11. Lazarus morbosus, Luc. 16, 20. Bartimæus cœcus, Luc. 19. Didymus egregius Doctor Alexandriæ cœcus natus. Nicephorus libr. 9. c. 17. Agesilaus dux belli apud Spartanos electus est, etsi pede claudus esset: melius enim fore judicabant Spartani, ut incessu dux, quàm totus exercitus ducatu claudicaret. Brent. in Levitic. 21. Galba gibbosus. Cælius Rhodigin. lib. 6. c. 35. Alexander Magnus in oculis quandam varietatem coloris cœsii & nigri mixtam habuisse dicitur. Vid. lexic. Junii & Budæi V. ἑτερόφθαλμος. Vide Arist. de pictura Hippocratis.

4. Ab inani ratione Levit. 21, 17. 1. Lex enim ceremonialis non est, omnes non obligans. 2. Typica sacerdotii innocentis Christi. 3. Allegoric. ad vitia hominum referenda. Greg. M. in pastor. Chyti in Levit. 21. distinct. 49. Hinc etenim Horatius Coceles, cum ei claudicatio objiceretur, respondit: Admoneor triumphi mei per gradus.

5. Judicia illa physiognomica non pariunt argumenta apodictica Camerar. centur. 2. c. 3. hor. subcisiv.

6. Diligentibus Deum omnia in bonum cedunt, Rom. 8. & corpora imperfecta resurgent perfecta, 1. Cor. 15.

7. Ob hos defectus autem homines remoti ex Jure Canonic. à gradibus ecclesiasticis, distinct. 36. c. Illiterati.

8. Hos defectus solet Deus compensare aliis donis. Didymus Alexandrinus (Ruffinus lib. 2. c. 7. hist. eccles.) cœcus, auscultatione tamen tantum profecit, ut ecclesiæ Doctor extiterit. Johannes Ferdinandus Flandrus cœcus & inops, egregius tamen Philosophus & Pöeta extitit. Nicasius de Werda, cœcus natus, tamen magister, Theologiæ Licentiatus & J.U.D. creatus, Coloniæ Professor, mortuus ibid. Colon. 1492. Camer. centur. 1. c. 37. Hor. subcis.

Ejusmodi homines suis defectibus laborantes non illudamus, Levit. 19, 14. Deut. 27, 18. ob pœnam, quam Deus his illusoribus minatus 2. Reg. 2, 23. Nec simus ut Julianus, qui Maretem, Episcopum cœcum, ludificatus est. Niceph. lib. 19. c. 21.

Corpus Ecclesiæ unum. *V. Ecclesia. V. Vnitas.*

Officia practica circa corpus §. 194.

1. Agnoscere Dei sapientiam & bonitatem in corpore nostro. 2. Hoc nomine Deum laudare. 3. In corpus nostrum non peccare & ejus membra arma injustitiæ præbere. 4. Membris in honorem Dei & proximi utilitatem uti. 5. Non destruere corpus intemperantiâ. 6. Nos solari, quod Deus non sit nos derelicturus. 7. Quod corpora nostra è pulvere terræ sit resuscitaturus.

Castigatio corporis §. 195.

1. Cor. 9. fit temperantiâ.

Oratione.

Occasionum vitatione.

Externa corporis maceratio non efficit statim, ut caro crucifigatur.

Ludovicus Galliarum Rex libentius cilicinâ, quàm aurea tunica usus. Macarius Alexandrinus saccum sabulo plenum in Eremo ad summam lassitudinem: Monachus alter, litophorus dictus, ingens saxum humeris per tria millia passuum gestabat. Johannes Monachus angustæ rupi se inclusit, semper stans, edens, dormiens. Franciscus Asass. in nive corpus volutavit. Plura recenset Sabellius lib. 3. cap. 10. Exemplor.

CORRECTIO. §. 196.

Vide suprà Tit. Admonitio. Confer Bernhardum in floribus. Ambros. lib. 2. in Luc. Tit. Redargutio malitiæ. Dei correctio spreta, pœnas attrahit, Jer. 5, 15.

Triplex datur: 1. Amoris, 2. Timoris, 3. Pudoris e Matth. 18.

Requisita correctionis. (1) Sit coniuncta cum amore. (2) cum clamore. Lingua clamet, cor amet. Chrysost. tom. 1. in illud Psal. 9. Patientia pauperum: fol. 146. L. M. (3) Cum spe veniæ leniri debet. Chrysostom. hom. 6. in Gen. fol. 7. lit. I. Itaq; non sit nimis aspera, qualis Eliæ fuit, quam ideò Dominus in tenui vento apparens tacitè quasi reprehendere visus est, 1. Reg. 19, 12. Sed mollis. Pomponius Lætus Romanam juventutem his verbis cum gemitu conjunctis corripiebat: At majores vestri non tales fuerunt. Zwing. theatri fol. 203. b. In arca tabernaculi simul cum virga Manna erat: ita in corde ejus, qui corrigit, sit virga distinctionis & Manna dulcedinis: Gregor. M. alicubi in Regist. Matres vos fovendo, patres corripiendo exhibeatis. Bernhard. super Cantic. (4) Cum commemoratione fragilitatis humanæ. Isidor. Impia justitia est, humanæ fragilitati non ignoscere. Non ergo ama damnare. Basil. M. in epist. 76. Quod scribimus, (scripsimus) medicinæ loco sit, si quisquam sibi male conscius est. Qui sibi verò nihil est conscius hujus, ei sit vice amuleti, quo se præmuniat à vitio. Conf. Iust. Martyr. epist. ad Ze-

ad Zenam: Objurgatio sit sine affectu & memoria injuriarum. Qui remittit & corripit, uterque miseretur. Dist. 49. c. 11. (5) etiam aliquando stylo acri licet corrigere, Esa. 57, 3. c. 1. Matth. 3. genimina viperarum. Jerem. 13, 28. (6) Bono fine fiat, Proverb. 27, 6.

Justa est ratione officii superiorum, Prov. 20. v. 30.

Necessaria est ad vitationem & vitii ipsius, quod corrigimus, & supplicii, quod intimamus sceleratis; necessaria quoque ne odium tegamus, Prov. 10, 18.

Utilis etiam in Oeconomia. Sic fratrem frater corrigere potest, Gen. 24. Merito venit hoc super nos. Gregor. homil. 22. in Ezechielem.

Effectus correctionis: reddere sapientem, Proverb. 19, 25. c. 21, 11. amari ab eo, quem correxit, Proverb. 28, 23. conducit ad vitam, Proverb. 10, 8.

Quinam corrigendi? Non illusores Prov. 9. v. 7. 8. nec mali, quia non recipiunt correctiones, Prov. 25, 20. Oseæ. 4, 4. Amos 5, 10. Gen. 7, 7. Luc. 14. reprehensi ambitiosi non tamen ad frugem redierunt. Impii quoque aliorum se exemplis tueri volunt, Sir. 32, 21. ut correctionem ægrè admittant. Sicut ulcerosi non patiuntur tactum: sic quibus mala est conscientia, ii non ferunt justas correctiones. Confer. Ludovic. ab Utino serm. 21. Fidan. pag. 342. Corrigendi autem sunt ignorantes. Optatus Milevitanus lib. 1. pag. 16. contra Parmenianum: Debes discere, quod intelligeres ignorare.

§. 197. *Præstantia* correctionis. Hæc melior est odio occulto, Sir. 20, 2.

Obtemperandum correctioni. Sir. 20, 3. Prov. 25, 12. Ps. 141, 5. Prov. 23, 12. Accommoda cor tuum castiganti. Sic quoque diligeris à Deo & hominibus probis, si virtuti & correctioni locum dederis suum. V. tit. Obedientia & Thum. p. 251. in Decalog.

Amandus corrector. Sir. 22, 22. 23. Psal. 141. Justus percutiat me. Prov. 9, 9. c. 27. Nam qui correctionem odit, malum (odium) pro bono (correctione) reddit. Aug. tom. 8. col. 325. Idem lib. 2. c. 1. de Trinit.

Qualitas correctoris. 1. Ut se primò corrigat. Prov. 18, 17. Justus primum accusator sui. Sirach. 18, 20. Corripe primum teipsum. Gregor. M. part 2. Pastoralis, puram ab eo manum requirit, qui aliorum sordes vult abstergere. Augustus Cæsar luxuriæ deditus luxuriosos tamen castigabat. 2. In tempore corrigat. Sir. 20, 1. Sæpe quis proximum suum objurgat, sed non in tempore. c. 11. q. 3. cap. Eorum. Antequam scruteris, ne reprehendas. V. Thumm. p. 536. in Decalog. 3. Justè corrigat. Ei enim, qui se corrigit, non sunt exprobranda peccata, Sir. 8. Neque hic personæ est parcendum, nam & Nicodemum Doctorem Christus severè corripit, Ioh. 3. Idem fecit Paulus Rom. 2, 20. 4. Apertè & liberè, Proverb. 27, 5. 5. Prudentes corrigat. Iracundi enim & impetuosi correctione non digni.

Simile: sicut aves suaviter cantillantes in foro non audiuntur: sic nec iracundus audit bonum correctorem. Chrysost. hom. 6. in c. 2. Act. fol. 104. tom. 3. oper. Ut tandem à correcto ametur, Prov. 9. Vide peculiar. Tractatum de correct. fraterna Excell. D. D. Hülsemanni; Ministerii Lubec. Vom Straff-Ampte.

CORROBORATIO. *V. Robur.*

Eusebius lib. 6. c. 2. narrat, Origenem patrem suum corroborasse in carcere, ut Martyrium subiret. V. Robur.

Corroborare manus impii, v. Minister.

§. 198. CORVI.

Pascunt Eliam 1. Reg. 17. v. 6. olim quoque Paulum Eremitam, si credas Breviario Rom. pag. 632. non autem fuerunt Angeli. Vide Tostatum in h. l.

Immisericordes erga pullos suos, hos tamen pascit Deus, Psal. 147, 9. Iob. 39. v. 3. Confer, Ps. 104, 21.

Docent nos de providentia Dei, suos ministros conservantis, exemplo Eliæ: sic canes lingunt ulcera Lazari.

Monent de pœnitentia non procrastinanda.

Non in voce corvina, sed in gemitu columbino, aut Augustin. Vide P. Berchojium lib. 7. reduct moral. c. 23.

Corvus emissus arcâ, signum est peccatoris, à Deo avertentis sese, ut corvus Noachi: & non revertentis ad Deum, ad cadavera properantis. Vide porrò Lutherum nostrum in Genes. & Drexelium si vis Tract. 14. p. 229. German.

COSTA. *V. Eva.*

CRAPULA. *V. Temperantia in opposit. 11. Convivium. Commessatio.*

§. 199. CREATIO DEI.

Est schola Dei, in qua discimus admirabilem Dei bonitatem, sapientiam, potentiam, Rom. 1, 20. 21. Vide Chrysost. tom. 1. fol. 5. homil. 4. lit. E. in Gen.

Theatrum Dei lucidissimum, in quo contemplandas nobis creaturas suas proponit, & suam inexhaustam sapientiam.

Patefactio Dei & patefacti depictio Roman. 1, 20.

Vivarium Dei.

Speculum fulgentissimum. Augast. tom 8. col. 1648. a. Creatura [ait] tua mihi facta est speculum.

Liber Dei, quem lectitavit Eremita.

Neganda non est creatio: nam qui negant, panem vitæ perdunt, & umbras sectantur more canis Æsopici. Irenæus lib. 2. c. 12. Vide Jerem. 10, 16.

Nam & hæc doctrina nota Ethnicis 1. Sibyllis. 2. Mercurio Trismegisto Lact. lib. 4. instit. c. 9. & 27. Augußt. lib. 5. de hæresib. c. 3. 3. Platoni: in Pimandro meminit umbræ, in 1. creatione, 2. ἐξ λόγου, 3. Imaginis Dei. Vide Theologiam Platonicam Marsilii Patavini libr. 18. c. 1. & in Timæo. Augustin. libr. 7. 9. Confession. 4. Alii Philosophi ex peregrinationibus in Iudæam,

dæam, vid. Capnionem lib. 1. c. 13. de verbo mirifico, & Jacob. Martini Exercitat. Metaphys. lib. 2. Auguſt. Steuchum Eugubin. lib. de perenni Philoſophia.

Ordo Creationis. Deus primò confusè creavit, poſteà diſtinctè exornavit, ut eſſet certum inter res divinas, angelicas, humanas & elementares diſcrimen. Dei enim eſſentia nunquam incipit: Angelica natura, quando incepit eſſe, ſtatim perfecta fuit: Natura rerum ſublunarium paulatim, cum eſſe incepit, perfectionem ſuam accepit.

Circa creationem ſcommata Simplicii plurima vide apud Othonem Caſmannum de creatione in Phyſ. Galenus, Romæ legens hiſtoriam creationis à Moſe deſcriptam, dixiſſe fertur: Multa dicit Moſes, ſed pauca probat.

§. 200. *Creata ſunt omnia ob hominem*, Pſ. 115. Cœlum Domini, terram autem dedit hominibus. Lactant. l. 7. c. 4. inſtit. Elementa omnia piis ſerviunt. Aqua Iſraëlitis viam præbuit, Exod. 14. Ignis in fornace Babylonica reſiliit, Dan. 3. Aër Eliæ in cœlum aſcendenti ceſſit, 2. Reg. 2. Terra rebellantes Moſi abſorpſit, Numer. 16. Etiam Sol ſtetit, Joſ. 10. Leo os non aperuit, Daniel 6.

Senſit id bene Philoſophus, qui hominem vocat τὸ ἓν πρὸς ὃ πάντα συντέτακται. 10. Metaph. 10. Nam 1. ratione corporis homo conſtat ex quatuor elementis. 2. ratione conſervationis. Hujus gratiâ creavit Deus pecora, dedit cibum & potum. 3. Amictus. Creavit animalia, ex his lana, corium &c. 4. Medicinæ, quæ in bonum hominis creata eſt, Sir. 35. 5. Contractus, ut metalla &c. 6. Contemplationis Ethicæ; ſic virtutem in animalibus dedit. 7. Exercitii pietatis; hinc dedit inſecta in hominum plagas, Exod. 8. 8. Celebrationis Dei. Huc ſpectat catalogus Pſ. 147. 9. Laboris. Sic terra data eſt homini ad colendam eam, Geneſ. 3. Nam in aëre homines vivere ἀσύστατον eſt dicere. Vide Kormannum pag. 78. in Theatro naturæ.

Cur autē venenata animalia creata? Reſp. 1. Ob fidei exercitium. Fideles enim calcant baſiliſcum pedibus, Pſalm. 91, 13. Paulus dum credit, credentem vipera non lædit. 2. Ob peccati vitium: ſunt enim nobis pœnæ loco aliquando. 3. Ob orandi ſtudium, cui vacare debemus, ne ejuſmodi animalia nobis noceant. 4. Ob Dei Encomium; nam & Dracones Deum laudare jubentur. 5. Ob medicinæ uſum.

Gratiæ agendæ pro creatione. Sic fecit opilio ille, videns bufonem, largiſſimasque lacrymas profudit, quod Deo ſuo, pro creatione ſui, debitas nondum gratias perſolviſſet. Quem conſpicatus Cardinalium (ad Concilium Conſtantienſe proficiſcentium) unus, ita dixit: O dive Auguſtine, quàm verè abs te dictum eſt: Indocti prodeunt & cœlum, præ nobis, auferunt. Vide Zwinger. fol. 1310. b. è Luth. ſuper Magnificat. Tom. 5.

Sic David Pſal. 22. Pſ. 71. Pſ. 139. Deo grates ſolvit pro creatione.

Creatio Hominis. Vid. Homo.

§. 201.

CREATURÆ.

Sunt familia Dei: nam præſtò ſunt ad vindictam ejus exequendam. Auguſt. tom. 9. col. 746. b.

Citharæ, quæ pulſatæ referunt Deum artificem. Gregor. Nazianzen. lib. 2. de Theolog.

Hoc nos ſoletur, quod ſimus creatura Dei, Pſ. 138, 8. Job. 10, 8.

Tripliciter conſiderari poſſunt: 1. In ſe, & ita ex nihilo factæ ſunt, Gen. 1. 2. Ex creatione, & ſic pulchræ bonæque factæ ſunt, ibid. v. ultim. 3. Ex Dei uſu. Et ſic utitur eisdem Deus, vel ad bonorum præmia, vel ad malorum ſupplicia.

Quatuor genera earum ſumma conſtituit Auguſtinus tom. 8. col. 1673. b. Hominis verò creatio ſummum eſt beneficium, quod in ſingulis ſenſibus apparet. Auguſtin. tomo 9. col. 744. 745. a. b. Conſummatio creaturarum, Gen. 2, 1.

Summa utilitas creaturarum, ut

1. homini ſerviant.
2. Ei laudis materiam ſubminiſtrent, Pſalmo 104.
3. Teſtentur de Dei omnipotentia, bonitate, ſapientia, Job. 42. Vide M. Fabr. part. 1. Medit. 7.

§. 202.

CREDO. *V. Fides. Prudentia.*

Credere in eccleſiam abſona phraſis. Poſſevin. lib. 6. Biblioth. 5. fol. 455. Joh. Malder de virtutibus fol. 58. Sine demonſtrationibus debemus *credere*. Auguſt. lib. 6. c. 5. Confeſſion. homini juſto & frugi in conſiliis, Thomas à Kempis lib. 1. c. 9.

CREPUSCULUM. *V. Nox.*

§. 203.

CRESCERE. *V. Abundare.*

Eſt multiplex.

1. Phyſicè creſcere notat multiplicationem ſpeciei, Geneſ. 1, 22. 28. c. 8, 17. c. 9, 1. 7. morbi, Levitic. 13. vel augmentum ætatis & corporis.

2. Quamvis benedictionem, Geneſ. 17, 6. cap. 49, 4. 2. Chron. 17, 20. & multiplicat. paſſim.

3. Profectum & augmentum ſpirituale in ſtadio ſtudioqve virtutum. Sic etiam dicitur creſcere *Dei verbum* Actor. 6, 7. c. 19, 20. cum à multis verâ fide recipitur. Sic Coloſſ. 1, 6. *Fides* dicitur creſcere, 1. Cor. 10, 15. Pulchrè Chryſoſtom. in 2. Theſſ. 1. Ut in diluvio omnia levia ſurſum natabant, gravia mergebantur: ita fides omnia mala & calamitates creſcendo ſupernatat. *Charitas*, Epheſ. 4, 15. creſcamus in charitate. *Scientia Dei*, Coloſſ. 1, 10. Eph. 4, 14. 15. 1. Petr. 2, 2. *Gratia*, 2. Pet. 3, 18.

Et hæc ſpiritualis accretio dicitur augmentum Dei Coloſſ. 2, 19. quia fit in Dei gloriam. Epheſ. 2, 21. creſcit in ſanctum templum Domino.

Huic Accretioni ſtudeamus: 1. A ſimili. Ut qui ſcalam ſemel ſcandere incepit, ſemper pergit: ſic nos ſcandere ſemel occepimus ſcalam

Jacobi,

Jacobi, Jesum Christum, Joh. 1. vers. ult. Pergamus scandere, pergamus crescere. 2. A tot votis & precibus Apostolicis, Ephes. 1, 17. c. 3, 17. Philip. 1, 9. Coloss. 1, 9. 3. A fine vocationis nostræ Joh. 15, 16. In hoc posui vos, ut fructum feratis; At ferre arbor fructum non potest, nisi creverit ad justam maturitatem. 4 A natura piorum. Sunt enim plantæ Matth. 15, 13. insitæ oleæ palmites, Johann. 15. Rom. 13, 12. filii diei. Ut ergo dies crescit ad meridiem: sic quoque pii usque & usque, ceu lucis filii, crescere debent 1. Chron. 11, 9. proficiebat David, vadens & crescens.

Signa spiritualis accretionis. 1. Conatus. Si coneris ire in via mandatorum Dei, sicut infans crescens paulatim tentat ambulare. 2. Actus. Si posis ventos tribulationum sustinere. Chrysost. in 2. Thess. 1, 3. 3. Si posis vincere & militare contra Satanam, Eph. 6. v. 10.

Requisitum, mundanis rebus sese evolvere. Joh. Arnd. lib. 1. c. 23 de vero Christianism.

CRIMEN SINE CRIMINE. *V. Justificatio, in effectu.*

§. 204. CRIMEN FALSI.

De Crimine falsi c. ad falsarior. Extra. Azor. in summ. & ad l. Cornel de falsis. Cum corrumpitur.

Committitur 1. Falsi libri, pro vero, suppositione. Eam tentavit Ruffinus Baron tom. 2. fol. 108. n. 45. 50. annal. 2. Verborum mutilatione, hanc commisit Satan Matth. 4. c. de communi sententia. 3. Nominis in fraudem facta mutatione. V. infra Nomen.

Exempla ejus, qui falsavit epistolas. Zwinger. fol. 3455. 3560.

Tria ad falsitatem requiruntur:

1. Mutatio veritatis. 2. Dolus. 3. Alterius incommodum, cui nempe fit nocitum, ut loquitur Vincentius de Portonariis in vocabul. J. U. lit. F. è leg. quid sit falsum ff. ad leg Cornel. de fals. Figul. in lexic. Juris. Vid plura Tit. Hæretici.

§. 205. CRUCIFIGO. *V. Christus. Item concupiscentia domanda. Item Mundus crucifigendus. Item Mortificatio.*

Heb. 6. Christus non crucifigendus à nobis 1. Incredulitate: sic Thomas, cui vulnera ostendit Christus, Joh. 20

2 Impiâ vitâ. Confer Zach. 12.

CRUDELITAS. *V. Tyrannus, Humanitas.* Zwinger. fol. 27 8. Vol. 12. l. 3.

§. 206. CRUX.

Origo signi crucis. Christiani olim in fronte, digitorum positu ac tactu, crucis formam efformabant, significaturi, se non pudere crucis Christi, se non cedere minis Ethnicorum, crucem & huic suffixum contemnentium. Vide Cyrill. Hierosolymitan. catech. 13. Augustin. serm. 8. de verbis Domini.

Figurâ crucis Ægyptii olim vitam æternam significabant Justinus Martyr apol. 2. ostendit crucis figuram in terra, mari, & cæt. reperiri.

Impressa. Constantii militibus, contra Julianum pugnaturis, crucis forma plumalibus guttis impressa est, eaq; vestes eorum insignitæ. Nauclerus fol. 479.

Gaudio suscepta. Heraclius Imperator crucis arborem Hierosolymas lætus perferri curavit.

In signum adhibita. Henricus Leo & reliqui Germaniæ Principes bellaturi adversus Vandalos, ut ad Religionem illos Christianam converterent, vestibus suis inscribi curarunt signum globi terrarum, crucis signo insignitum: ostensuri, Christum esse Dominum totius orbis terrarum. Bunting in Chron. Brunswic.

Supplicium crucis omnium gravissimum. Ulpian. ff. ad l. Juliam de Sacrileg. Josephus lib. 6. c. 12. de bello Judaico memorat Judæos à Tito Vespasiano, devictâ Jerusalem, crucifixos esse.

Probrosum Suppliciū. Domitianus librarios quosdam crucifigendos dedit, ob quasdam figuras ab ipsis descriptas. Sueton. Alexander M. Tyrios cives, captos à se.

Crucifixorum exempla Textor pagina 651. officin.

Crucis ligneæ ferendæ consuetudo à Monachis introducta est. Cassian collat. 8. c. 3.

§. 207. *Crux Christi.* V. Christus. Illâ offensi Judæi & refutantur à Justino in Dialogo cum Tryphone.

Partes crucis Christi.

Palma manus retinet, titulo lætatur oliva,
Pes crucis est Cedrus, corpus tenet alta cupressus.

Crux conculcatur ab Apostatis Christianis. D. Hessus in Flagello Judæorum, ♃. 11. pessundatur, Heb. 6.

Adoratur à Pontificiis eâdem, quâ Christus, adoratione, hoc est τῇ λατρείᾳ. Thomas part. 3. qu. 25. art. 3. §. Eâdem reverent. confer Greg. de Valent. tom. 4. disp. 1. q. 24. Bellarm. lib. 1. cap. 20. de imaginibus Sanctor. Gretser. Anton. Possevin. tom. 1. lib. 8 c. 7. Bibl. selectæ. Jacob. de Graffis tom. 1. lib. 2. cap. 2. art. 3. §. Imagines sacræ, &c. in Breviar. Roman. sabbath. infra hebdomad. passionis, in hymno edit. 4. & pag. 300. edit. 8. jussu Pii V. Colon. 1624.

O crux ave! spes unica, hoc passionis tempore,
Auge piis justitiam, reisque dona veniam.

Johann. Chrysostom. à Visitatione tom. 1. lib. 6. c. 7. sub finem, de verbis Domini: *Ipsam* (ait) *crucem alloquimur, quasi ipsum crucifixum, & in ipsa spem salutis ponimus.* Confer nostrum Chemnit. in Concil Trident. Decker in Staurolatreia. Vide plur. Tit. *Oratio.*

Autores de Cruce Lipsius l. 3. c. 13. Delrio lect. 10. de passione. Pintus de Christo crucifixo. Cœl. Rhodig lib. 10 c 8. antiq. lect.

§. 208. CULTUS. *V. Religio.*

Cultus corporis. V. Pulchritudo Electitius. V. *Opera electitia.*

Cultus idololatricus. V. Idololatria.

Cultus Electitius non probatur à Deo. Hinc in uno loco coli voluit, Jos. 22, 20. Deuter. 12.

Esa. 58, 4. 13. c. 65, 2. Ordinandus unanimi Ecclesiæ consensu, Johann. 18, 1. Modi cultus non multiplicandi, Jerem. 11, 13. *denudat* homines, 2. Chron. 18, 19. Exod. 32, 2. multiplicat altaria, Exod. 32, 24. non prodest, Hebr. 13. Eum non accipit Deus, Es. 1, 12. Frustraneus est, Matt. 15, 9. Levit. 17, 4. Es. 66, 3. Coloss. 2. vers. 20. Tit. 1, 14.

CUPIDITAS. *V. Concupiscentia. Gloriæ cupiditas. V. Ambitio.*

CURA. *V. Solicitudo.*

CURATUS. *V. Cardinalis.*

CVRA DOMESTICA. *V. Paterfamilias.*

CURIOSITAS. *V. Polypragmosyne, incredulitas.*

CVRRERE. *V. Pietas.*

CVRRVS

Dei, sancti Angeli, Ps. 68.

Avaritiæ. V. Avaritia. Bernhard. sermon. 39. in Cantic. Canticor.

Elias, currus Israel. V. Ministri.

§. 209. CVRSVS.

Vitæ nostræ, Job. 9, 25. Actor. 13, 25. 2. Timoth. 4, 7.

Termini ejus tres sunt: 1. A quo, nativitas nostra, Sir. 40. 2. Per quem, Christianismus & vocatio nostra, 1. Cor. 7. in qua vocatione quisque vocatus est, vel patientia, Hebr. 12, 1. 3. Ad quem, vitæ terminus mors est. Vnde morte vicinus Paulus cursum se suum consummasse scribit 2. Tim. 4, 7.

Laboriosus est & lacrymabilis.

Non sit incertum aut vanum, Galat. 2, 2. Sic currunt 1. Qui fidei suæ rationem non habent. 2. Qui eorum, quæ à tergo sunt, non obliviscuntur, Philip. 3, 13. 3. Qui palmam non semper respiciunt, ibid. Phil. 3, 13. 4. Qui in fide fluctuant. 5. Qui Epicuræi sunt. *Sed in via mandatorum Dei*, Psal. 119 qui est causa juvans nos currere, 1. Reg. 18, 46.

Media ad bene currendum sunt 1. Agnitio cursus nostri. 2. Intentio directa in brabéum, Phil. 3, 13. 14. 3. Imitatio continentiæ pugillatorum, qui à delitiis abstinebant, erant fortes, (Heroes Davidis castra inimicorum penetrant, 2. Sam. 23. Nos quoque currendo penetrare debemus castra Satanæ, mundi) diligentes, spe potiundæ coronæ gaudentes, (sic nos curramus per patientiam, Hebr. 12.) duris sese molestiis subjicientes.

Stadium cursus totus est Christianismus. Stadium continebat passus CXX. vel pedes DCXXV. In Olympico stadio uno anhelitu hoc spatium Hercules decucurrisse scribitur.

Præmia. Apoc. 2, 11. 1. Petr. 5. Jac. 1. Sap. 5. corona illa à Christo parata, Apoc. 5. ab eo nobis deposita, 2. Tim. 4. immarcessibilis hæreditas, 1. Pet. 1.

De Circis Romanor. & aliorum vid. Pancirol. part. 1. Tit. XIX. & Salmuth ibid.

Cursus spiritualis. V. Vita hominis.

Currendum in bonis operibus. V. Opera bona. Cantic. 1, 3. currere notat 1. Ardorem & desiderium animæ. 2. Assiduitatem & studium. 3. celeritatem sequendi vestigia Christi, monita, exempla. Ut solent cicures columbæ unguento delibutæ agrestes secum trahere columbas. Basil. epist. 175.

CURIA

Romana. De hac querelæ apud D. Markiewitz. n. 244. Decimæ defensæ Cleri Romani n. 225. 226.

CUSTODIA. §. 210.

Custodia matutina, Ps. 130.

Dei custodia, Num. 6. Ps. 34. & 121. Huc aliæ phrases, ut protegere, Esa. 51. Umbra alarum DEI.

Ad hanc confugiamus, Psal. 27.

Custodia legis, Gal. 3. V. Lex.

D.

DÆMON. *V. Diabolus, Satan.*

DÆMONIACI. *V. Obsessi.*

DAGON. §. 1.

Simulacrum, specimen piscis parte sui alterâ, altera humanum repræsentans. De eo Cœlius Rhodigin. lib. 23. cap. 5. Dubium, an virili, an fœmineâ formâ fuerit. Commune idolum totius Palæstinæ, cui olim Philistæi sacrificarunt. Venerem multi putant fuisse. Herodot. lib. 1. agens de clade Senacheribi; & Scaliger in Manilium.

Locus. Azoti collocatum fuisse autumant scriptores, quod à Juda Macchabæo devastatum est, 1. Macch. 10.

Est verò Dagon (à דג pisce sic dictus) imago 1. Hypocritarum. Non enim erat Dagon, quod esse videbatur. Chrysost. O hypocrita, appare, quod es, vel es, quod appares.

2. Avarorum hujus mundi. V. Avaritia.

3. Ipsius Satanæ, quem Christus expulit, Luc. 11. & cum quo ei non convenit, 2. Cor. 6, 15. Sicut arca Domini simulachrum Dagonis prostravit humi.

4. Hostium, frustra de populo Dei planè devicto gloriantium, deque piis temerè triumphantium, Mich. 7. v. 8. 9. 10. Erit enim vindictæ Domini dies, Malach. 3, 16. 17.

DALILA.

Judic. 16, 4. Mundi & concupiscentiarum in eo est figura. Vid. titul. Concupiscentia. Mundus.

Quidam veterum Dalilæ Judæorum synagogam Christum prodentem & occidentem comparant. Hieron. procem. in Hoseam.

DALMANUTHA, §. 2.

Regio in tribu Ischaschar, aliàs dicta Magdallum & Maggedan, Marc. 8. vicina mari Tyberiadis.

DAMA.

Purum animal, Deut. 14, 5. 1. Reg. 4, 23.

DAMASCUS.

Notat saccum sanguinis. Fuit urbs nobilis & florens, Jerem. 49, 25. Caput Syriæ. In eam jussus ire Paulus. V. Paulus.

Est imago mundi, carni & sanguini dediti: Item Tyrannorum.

§. 3. DAMNUM.

A demendo dictum, est omne illud, quod quocunque modo nobis & proximo nocet.

Id ergo, quanto possumus opere, vitemus.

1. A Dei præcepto Marc. 10. Dilige proximum sicut teipsum. Tibi ipsi non vis inferri damnum: E. nec velis proximo inferri.

2. A lege naturæ, quæ dictat, proximo non esse damnum inferendum & neminem lædendum. Quod etiam scriptura docet, nempe non in animalibus, Levit. 18, 24. Qui percussit animal, reddet vicarium, Exod. 21, 33.

Qui cisternam aperuerit, &c. Exod. 23. v. 5. Errantem asinum non reduxerit, Deuter. 22. vers. 1.

Si videris asinum odientis te.

Non in corpore, v. tit. Homicidium.

Non in bonis, defraudando, v. Iustitia, ejusque oppositum injustitia,

Non in fama, v. calumnia.

Non in statu, si nempe sit vilior te: ut eum opprimere velis. V. Violentia.

Damni restitutio à Deo præcepta Numeror. 4.

Damnum spirituale est animæ, cùm amittitur, Matth. 16, 26. cum justitia humana & sapientia Christi cognitioni & justitiæ præfertur, 1. Cor. 10, 15. Damnum frustrati solatii ex doctrina falsa, & abjectio dogmatum falsorum, & inferior gradus gloriæ, etsi ejusmodi Doctor ad frugem meliorem seriò redeat, nempe præ illo, qui fundamentum retinuit. Huc enim facit Apostoli scopus.

§. 4. DAMNATIO.

Est peccati consequens. V. Tit. Peccatum: Magistratus: Judicium temerarium, extremum: Infernus: Item, Ministri officium circa Elenchum. Damnat Deus non absolutè, sed ob merita. Vide eleganter Augustinum disserentem Epist. 106. & libro 3. cap. 18. contra Julianum.

DAN.

Viculus in quarto à Paneade milliario, Tyrum versus, terminus Judææ, versus septentrionem, è quo Jordan fluit. Eusebius de locis Hebr.

Item, filius Jacobi.

§. 5. DANIEL.

Propheta insignis, Deo charus, Dan. II. fidelis Orator pro suo populo, è tribu Juda, cap. 1. v. 3. natus anno Josiæ decimoquinto regni, cum Iojakim captus Babylonem abductus, anno 20. ætatis, ut putatur. Chronologus sapientissimus, Ezech. 28, 3. Mansit in Babylone, ut Iudæos reliquos dirigeret. Multa mala Babyloniis prædixit. V. Dorothæum in synopsi. Sepultus in sepulchro regio. Confer Drexel. Tractat. 23.

DARE.

Deus dat v. Deus. Homo homini v. Liberalitas.

§. 6. DAVID.

Rex eligitur, 1. Sam. 16. occidit Goliathum, c. 17. multa passus, Ps. 132, 1. 2.

Imago & typus Christi, Ezech. 34. c. 37, 24. Jerem. 30, 9. Oseæ 3, 5.

Heroica illius facta: Ursi, Leonis, Goliathi, Philistæorum percussio. Confer Drexel. Tract. 18.

Virtutes: Pietas, fortitudo, charitas & cæt. Ideoque Davidis mores laudati in scripturis, 1. Samuel. 13. 1. Regum 15. Actorum 2. Zachar. 12. 8. Infirmus inter illos erit sicut David, hoc est, fortis & animosus fide ac spe in Deum.

Psalmorum Davidis laus apud Basilium, Chrysostomum homil. in epist. ad Coloss. Chytræum in Deuteronomium pag. 724. qui ait: universam sacram scripturam in psalterium, velut fasciculum, collectam esse. Cosmas, Constantinopolitanus Episcopus, exulatum iturus, abdicato Episcopatu, solum Psalterii librum secum abstulit. Zonaras.

Quando insignem Psalmum, numer. sextum, composuerit? 1. Quidam dicunt, post morbum Davidis semestrem: 2. alii, post peccatum perpetratum 2. Samuel. 12. Basilius in Psalmum 37.

Peccatum ejus docet 1. Securitatis fugam 1. Cor. 10. Qui stat, videat, ne cadat. 2. Peccati qualitatem. Fuit enim contra secundam tabulam. 3. Divini judicii diversitatem. Nam David in gratiam recipitur: Saul verò rejicitur, 1. Sam. 15. Hic enim in primam tabulam peccavit. 4. Peccati gravitatem. (α) Ob personam peccantem, quæ rex est. Personæ publicæ plus contrahunt culpæ peccando, quàm privatæ. Numer. 25. Suspenduntur principes, &c. (β) Propter subjectum, circa quod peccat, nempe servum fidelem. Item, cum plures haberet David in Gynæcéo, tamen unicam marito fœminam eripit. (γ) Ob modum peccati. Nam simulatione usus est, quâ falsum Uriæ hæredem supprimeret, jubens illum domum ire. (δ) Ob adjunctam necem Uriæ, quam per literas machinatus est. (ε) Ob consequentem nominis Dei blasphemiam, 2. Samuel. 12. 5. Otii ac securitatis detestationem. Vtrâque enim hac in hæc peccata inductus est David, otio, somno, pace, concupiscentiâ oculorum.

Curatus à Nathane 2. Sam. 12 ceu ovis morbosa, & ægrotus à Medico. Basilius in Psalmum 50.

Deprecatur iram Dei Ps. 6. non paternam castigationem, quam aliàs lubens subiit, 2. Samuel. 16.

DEALBARE, *v. Justificatio.*

DEBILIS, *v. Infirmus.*

§. 7. DEBITUM, DEBITOR.

Varium & multiplex. 1. Iustitiæ Dei, cui Christus satisfecit, Rom. 8, 2. 3. De eo, quomodo remittat Deus, ob vadem Christum, L. de satisf. Christi fusius explicari debet. V. Sibr. Lubert. de Servat. c. Socinum.

Simile. Vt anno remissionis debita non exigebantur à Judæis: sic anno remissionis à Christo factæ, omnia peccata & debita nobis condonantur, Deuter. 15, 1. 7. Neh. 10, 31.

2. Ho-

§. 2 2. Hominum debitum: idque (α) Naturæ, cum quis servus natus se totum Domino debet. (β) Legale; est obedientia debita præceptis: Hæc sunt illa decem talenta Matt. 18, 24. (γ) Evangelicum, debitæ gratitudinis, pro beneficio redemtionis, Luc. 1, 75 (δ) Obligationis, quod nascitur ex promissione & contractu spirituali baptismi: Estque debitum charitatis erga Deum & proximum. (ε) Politicum debitum, quod Magistratui debemus, cum censu, tum honore, Rom. 13, 7.

Debitum officii singulare erat in Apostolatu S. Pauli hoc, nempe prædicare Græcis, Barbaris, sapientibus & insipientibus, Rom. 1, 14. 1. Corinth. 9. Erat enim vocatus ad docendum gentes, Act. 26, 18. Gal. 2, 9. 10.

Debitum ex maleficio est eorum, qui alios injuriâ affecerunt, Matt. 6, 12. Sic & nos Deum.

Debitum ex gratitudine, pro acceptis beneficiis, Rom. 8, 12. c. 15.

Debitum ex conjugii vinculo, 1. Cor. 7, 3.

§. 3 Debitum charitatis nunquam plene exsolvitur. Roman. 13. Nemini quicquam debeatis, quam ut invicem vos diligatis. August. ep. 135. Tanto magis debemus, quanto plus impenderimus. Consonat August. Chrysost. in hoc loco, ejusque abbreviator Theophylactus: Ut Spiritus Sanctus semper est & manet inter Patrem & Filium amoris nexus: Ita quoq; manet illa charitas inter proximum & proximum à Spiritu Sancto accensa. Et sicut amor castorum conjugum semper perpetuoque durare debet: sic quoque Christiana charitas nunquam terminando, nunquam cessando sese exerat, fas est. Ideo Chrysostomus super d. l. ait: Tale debitum (est charitas) ut & reddatur & semper debeatur. Augustin. in epist. ad Cœlestin. Diacon. Sanctitati (ait) tuæ debitam salutem reddo, semper autem debeo charitatem, quæ sola etiam reddita semper debitorem detinet.

§. 4 Debemus Deo 1. Amorem. 2. Timorem & reverentiam. 3. Fiduciam. 4. Zelum honoris Dei. 5. Puram intentionem. 6. Orationem & refugium ad eum. 7. Gratiarum actionem. 8. Obedientiam & conformitatem nostræ voluntatis cum voluntate Dei. 9. Humilitatem & patientiam. Granat. Dux Peccator. p. 674.

Debita solvenda. Vid. Justitia.

§. 5 *Debitor* DEUS

Proprie non est, Bann. in 1. sent. dist. 43. Durand. 3. d. 53. q. 3. sed fit noster debitor è triplici nexu gratiæ, quo se nobis obstrinxit. 1. verbo promissionis. 2. Scripto. 3. Filio misso.

Augustinus in Psal. 109. Fidelis Deus se nostrum debitorem fecit, non aliquid a nobis accipiendo, sed tanta nobis promittendo. Parum erat promissio, etiam scripto se teneri voluit, velut faciens nobiscum chirographum promissorum suorum. Non solum autem scripturam cum hominibus fecit, ut crederent, sed etiam fidei suæ posuit Mediatorem, unicum filium suum.

Nehem. 9, 8. Implevisti verba, quia justus es.

Debitorum pœnæ. §. 6

Olim, quas Creditores exequebantur, erant:

Venundatio, Matth. 18.

Incarceratio. Gellius lib. 20. c. 1. Noct. Attic. refert, Judicem olim constituisse debitori spatium triginta dierum. Hoc exacto, nec solutione præstita vinctus nervo ac compedibus creditori tradebatur, qui domi suæ vinctum instar jumenti laborare compellebat.

Compensatio. C. de captivis & postliminiò reversis l. ultim. latâ ab Honorio: Si quis captivus liberetur pretio alius, huic is, domum reversus, qui se redemit, pretium rependere, ac opere quinquennii redemtori suo satisfacere debet. §. 7

Plagarum passio. Has tandem a Creditoribus inflictas sustulit Lex Portia & Sempronia, quibus prohibetur, virgis cædi civem Romanum.

Dissectio. Tertull. c. 4. Apologetici. Hanc tamen legem, lege XII. tabularum fixam, eraserunt Gentiles. Ibid. Tertull.

Ereptio liberorum & venditio, 2. Reg. 4, 1.

Juxta Draconis leges, ipsâ vita pendere & solvere jubebatur debitor, qui non erat solvendo.

Qui homines fiant nostri debitores? §. 8

Cum lædunt nos 1. Cogitatione, cum mala adversus nos cogitant. 2. Verbis, cum famam labefactant calumniis, Ps. 52. 3. Consiliis, cum salutem nostram in discrimen collocant. 4. Opere, cum facto lædunt ipso. 5. Exemplo malo, cum scandalizant. 6. In fortunis, quas lædunt. 7. In corpore, cum ei nocent. 8. In famâ, cum ei detrahunt. 9. In amicis, quos sinistris susurris à nobis abstrahunt.

DECALOGUS. *V. CATECHESIS. item LEX.*

DECAPOLIS

Regio: sic dicta à x. civitatibus, quæ: Tyberias, Sepher, Cedes Nephtalim, Assor, Cæsarea Philippi, Capernaum, Jovitera, Bethsaida, Corazim, Bethsam (aliàs Scythopolis) trans Jordanem sita, circa Hipponam, Pellem, Gadaram. Hieronym. de loc. Hebr. Plin. lib. 5. c. 18. Vide Matth. 4, 25. Marc. 5, 20. c. 7, 31. Josephus lib. de bello Judaico 3. c. 16. Tract. de vitâ suâ.

DECEM.

Variè sumitur: 1. Pro hoc numero definito. 2. Indefinite pro paucis Amos. 5, 33. Pro multis Levit. 26, 26.

DECIMÆ. *V. BONA ECCLESIASTICA.* §. 9

Variæ fuerunt olim in V. Testam. de quib. Hieronymus in c. 45. Ezech. in verba: Et hæ sunt primitiæ, &c.

Quatuor erant species in V. Testamento: 1. Frugum, pecudum, Levitis dandarum. Finis, conservatio & alimonia ministrorum, Levit.

 27. Num.

27. Num. 18. Deuteron. 14. 2. Decimarum Decimæ, quas Levitæ dabant sacerdotibus, Num. 18. 3. Decimæ, quas singuli ex populo destinabant in iter & viaticum, Jerosolymas profecturi. 4. Decimæ Eleemosynariæ: Conferebantur in arcam communem, bono pauperum, Deut. 14. c. 26. Tob. 1. Hieron. l. 14. commentar. in Ezech.

Erant ante usum legis liberæ, Genes. 14. postea mandatæ, Levitic. 27. (1) Ob ministerii conservationem. (2) Gratarum pro frugibus mentium contestationem & pro animalibus. (3) Liberalitatis Dei agnitionem, qui totum dat, & ex hoc toto decimam seu partem repetit. Augustin. Si Deo decimam non dederis, tu ad decimam revocaberis. Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti.

§. 10 Pharisæi postea hypocriseos suæ tegendæ ergo decimas dabant, Lucæ 18, 12. Matth. 23, 23. sesequè ostentandi, ut conspicerentur ab hominibus, Matth. 6, 1. 2. Interim intus pleni rapinâ erant & avaritia, Luc. 16, 14.

Decimæ etiam apud Ethnicos & Veteres Romanos usitatæ, teste Appiano Alexandrino.

Olim Monachi è suis prædiis & laboribus decimas solvebant. Immunes illos Paschalis II. circa annum Christi 1100. primùm fecit, Hadrianus & Alexander III. addiderunt, de novalibus, quæ suis manibus colerent, non solvendas decimas. Extr. de decimis lib. 3. tit. 30. & c. 16. q. 1. & 2. Innocentius quoque X. Clero Polono decimas adjudicavit, etiam ex agris & prædiis Jesuitarum.

DECIPIO. *V. FALLO.*

DEDICATIO. *V. TEMPLUM.*

DEFECTUS. *V. Tolerantia, Mansuetudo, cognitio sui.*

§. 11 DEFECTIO. *V. Subditi, Milites.*

Deficit caro, Psal. 73, 26. notat 1. dolorem cordis ob crucem. 2. Impiorum florem.

DEFENSIO.

Ecclesiæ à Deo, 2. Chron. 32, 22. sicut ovis à pastore defenditur.

DEFICIO. *V. IMPATIENTIA. PERSEVERANTIA.*

DEFRAUDARE Proximum. *V. Injustitia.*

§. 12 DELATOR. *V. CALUMNIA.*

Est etiam licita Delatio, vid. vocem juramenti; indicare, Levitic. 5, 1. vel infamiam Genes. 37, 2. vel rebellionem 1. Reg. 1, 11. 12. Esth. 2, 21. 22. vel crimen alterius, Augustin. epistol. 105. quæst. 4. vel fraudes, 1. Sam. 19, 2. Confer 2. Sam. 16, 10. Actor. 23, 16.

Illicita Delatio est calumnia. Magistratus non admittat delatores: quod fecit Tiberius Cæsar, Vitellius, Constantinus, Alexander ab Alexandro lib. 4. c. 22.

DELECTATIO. *V. Voluptas. Pietas.*

DELIBERATIO. *V. Consilium.*

DELITIÆ. *V. Voluptas.*

DEMOCRATIA. *V. Respublica.*

DENARIUS §. 13

Matth. 20. non significat vitam æternam, nam & murmurantibus datus est. Contra Prosper. l. 1. c. 17. de vocatione gentium, Augustinum & alios. Barrad. Tom. 3. lib. 5. c. 20. f. 359. col. b. de meritis explicat; Sed frustra. Nec bona temporalia.

Jansenius in h. l. Non est sollicitè inquirendum, quid mysticè notetur per Denarium. Ludov. Granatens. putat significari Dei liberalitatem. Patres ambigui sunt, quid notetur per denarium. G. Magnus compensationem decalogi lib. 35. c. 12. moral. Irenæus lib. 4. c. 70. agnitionem Filii Dei. Lyra, dona gratuita. Nec id parabola exigit, ut quid per denarium intelligatur, cum id non propriè facere videatur, ad rem.

DENOMINATIO. *V. Nomen.*

DENS. §. 14

Ociosi dentes notant famem, Amos 4. v. 6.

Stridor dentium. V. Infernus. Confringere, Ps. 3, 7. id est, minuere potentiam, vires infringere, ceu bestiarum horrendarum, nos protere volentium.

DEPOSITUM. *V. Commodatio.*

DERELINQUERE DEUM. *V. Impietas.*

DERISIO. *V. Irrisio.*

DESERTUM. *V. Eremus, Eremitæ.*

DESERO. §. 15

Deus neminem deserit, nisi prius ab eo desertur.

Homo deserit Deum, qui ei non servit, Jerem. 5, 19. à vero cultu desciscit.

Desertum esse, magna est calamitas, Ps. 69, 22.

DESIDERIUM. *Confer Charitas, Languor animæ.* §. 16

Multiplex est: I. Desiderium in malo, quod carnale & damnabile, Ps. 78, 29. 30. Ps. 140, 9. Concupiscentia mala, Gal. 5, 16. 1. Thess. 4, 5. Rom. 13, 14. Ephes. 2, 3. c. 4, 22. Joh. 8, 44. Desideria Satanæ, Rom. 1, 24. Gentilium nonconversorum, v. 27. ibid. 1. Tim. 6, 9. Desideria inutilia divitum, 2. Tim. 2, 22. Desideria juventutis, 2. Tim. 6. Tit. 2, 6. c. 3, 3. 1. Pet. 1, 14. c. 2, 11. c. 4, 2. 3. 2. Petr. 2, 18. Judæ v. 16. 18. Hoc Desiderium refertur ad tit. de Concupiscentia.

Sed abstinendum ab his desideriis carnalibus (1) ob naturam suam. Sunt enim carnalia Gal. 6. qui in carne seminat, a carne interitum metet. (2) ob oppositum. Opponuntur Deo, Rom. 8. Sensus carnis est inimicitia &c. & parti regeneratæ in homine, Rom. 7. Gal. 5, 17. Heb. 12. (3) Ob nostrum statum: Sumus enim peregrini, quos non decet immori & immorari delitiis. (4) Ob Dei glorificationem, 1. Pet. 2, 12. (5) Ob hostium confusionem, ibid. (6) Ob comparationem, Desideria enim carnalia sunt

aqua, animam inundans, ignis omnia consumens, tela animam vulnerantia, venenum fidem extinguens, pix quâ gloria Dei & hominis obscuratur, & teterrimus halitus conscientias obnubilans.

§. 17 II. Huc pertinet desiderium bonorum proximi illicitum, prohibitum Exod. 20. quod justitiæ adversatur & innocentiæ cordis, integerrimæ à Deo requisitæ.

III. Desiderium in bono. Et quoddam ex hoc est naturale, cum homo ea, quæ ad conservationem sui desiderat & cupit, videl. desiderare cibum, potum &c. Deut. 14,26. Quoddam supernaturale, videlicet:

§. 18 (α) Desiderium Dei, de quo Es. 26, 9. Mich. 7, 17. Quod aliàs dicitur 1. *Animæ sitis spiritualis*. August. tom. 8. colum. 1636. b. Anima plus est, ubi amat, quam ubi animat. Hoc veriverbium magis de Christi & Dei amore verum est. Hinc Psal. 42, 2. 2. *Vulnus animæ*. Sicuti enim vulnere corpus læditur solutione continui dolorosâ: sic quoque anima læditur & afficitur desiderio rei amatæ. Hinc in Cantic. 4, 9. Vulnerasti cor meum. 3. *Manus invisibilis*, quæ Dei januam pulsat. Augustin. tom. 8. col. 1170. a. Nam desideria piorum homo nec videt nec audit, (nec plenè cognoscit, Roman. 8. soli id Spiritui Sancto datum est) invisibilia namque sunt: Solus verò Deus novit desideria suorum, Psalm. 10, 17. Solus ille prensat manum desiderii nostri, quâ gratiæ januam assiduè pulsamus cum Davide, Psalm. 38, 10. 4. *Ignis*. Luc. 24. nonne ardebat cor nostrum in nobis? August. tom. 10. colum. 1228. d. Verè desiderium ignis est (*a*) in corde latens, sub cinere infirmitatis, sub fumo ascendentium suspiriorum, Ps. 102. gemitus captivorum. (*b*) Cor calefaciens & sitim spiritualem inducens, Ps. 42, 2. Ps. 63, 2. 3. Ps. 84, 2. 3. (*c*) Lucem cordi infundens: Cum enim hoc Deum desiderat, agnoscit omnino Deum misericordem & bonum esse. Hæc notitia Dei maximè lux est, Psalm. 112, 4. & 97, 11. Prov. 20, 27. Mich 7, 8. quæ in densis malorum coruscat tenebris: Ad hanc considerationem nos ducit Salvator noster, orare nos sic docens: Pater noster, qui es in cœlis. Coloss. 3. Quærite, quæ supra sunt.

Non capit mens humana profunditatem istius petiti, ut verè dicere possimus: Nunquid intelligis, O homo! quæ oras? Pater noster in cœlis qui es, Actor. 8, 30. Psal. 73, 25. Desideravi non in terra, id est, acquiesco in summo bono, futura hæreditate. Res terrenas contemno omnes.

§. 19 (β) Desiderium loci sacri, cultui destinati, Psal. 84, 1. 2. 3.

(γ) Desiderium Spiritus nostri, Rom. 8, 27. quod Spiritus S. intelligit solus, ibid. nostra ratio autem non capit.

(δ) Desiderium legis Dei, verbique divini, Psal. 119, 20.

(ϵ) Officii & servitii sacri, 1. Tim. 3. v. 1. Deuter. 18, 6.

(ζ) Vitæ & tribulationum termini, Job. 7, 2. Philipp. 1, 23.

(η) Convivii & epuli sacri. Luc. 22, 15. Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum.

(θ) Amoris & Charitatis Christianæ, 2. Cor. 7, 7. 11.

(ι) Orationis & voti Christiani, Philipp 4, 19. 1. Thess. 2, 17.

§. 20 IV. Desiderium oculorum vel sumitur in bonam partem, videl. pro conjuge, vel pro liberis, filiis & filiabus, Ez. 24, 25. vel malam, ut 1. Joh. 2, 16. Cupiditas vel desiderium oculorum. V. supra tit. Concupiscentia.

Votum Augustini, tom. 9. col. 794. d. c. V. manual. Fac me dulcis Jesu amore & desiderio tuo deponere onus carnalium desideriorum & terrenarum concupiscentiarum.

§. 21 *Liquefactio cordis* est Desiderium nostrum. Sicut enim cera liquescit ab igne: sic cor liquescit desiderio. Sponsa semper sponsum desiderat, eum meditatur semper: sic fidelis anima ad Christum animæ sponsum, Oseæ 2, 19. & maritum, 2. Cor. 11, 3. semper respicit, hunc quærit, hunc meditatur. D. Bernh. in Jubilo: Quocunque loco fuero, Jesum meum desidero. August. tom. 8. colum. 1376. c. d. Tota (ait) vita sanctorum est desiderium Christi in carnem venturi, vel ad judicandum in gloria redituri.

Extensio cordis quoque est desiderium nostrum. Deus differendo extendit desiderium, extendendo facit hominem capaciorem eorum, quæ oculus non vidit, nec auris audivit.

§. 22 *Similia Desiderantium.*

Canes sumus 1. lingentes Dei gratiam, Jud. 7, 7. quam historiam egregiè illustrat Aug. t. 10. col. 1228. 2. Canes sitientes. 3. Canes indigni micis & mensa gratiæ cœlestis: famelici tamen & indigentes, similes illi Mephibosetho, 2. Sam. 9, 8. 9. illi Cananææ, dicenti: Etiam catelli edunt de micis, Matth. 15, 27. Hujus desiderium patet ex tribus. 1. Exiit suis finibus. 2. Expectat Christum in domo latentem. 3. Eundem inclamat: Jesu fili David, &c.

§. 23 *Cervi* sumus 1. anhelantes & aquam petentes, Ps. 42, 1. in deserto hujus mundi, inter spelæa ferarum, Ezech. 2, 6. 7. 2. Sitientes & desiderantes videre faciem Domini, Psalm. 42, 3. 3. Pressi a canibus infernalibus, & mundanis malis hominibus, Psal. 109, 23. apum examinibus, Psal. 118, 12. & 88, 18.

§. 24 *Milites* pugnantes & cor in cœlum elevantes: Sic pugnavit Moses Exod. 17. sic nos cor desiderio Dei plenum in cœlum levemus. August. tom. 10. col. 797. a. Thren. 2, 19. instar sacrificii vespertini, Psal. 141, 3.

§. 25 *Conversatio nostra in cœlis & quomodo?*

Philip. 3, 20. Cum alibi dicat Apostolus: nos peregrinari à Domino, 2. Cor. 5, 8. Resp. Conversatio nostra est in cœlis 1. Professione nostra & instituto vitæ: Sic enim vivere nos decet, ac si in regno gloriæ jam constituti essemus. (Significat enim vox πολίτευμα vitæ institutum & professionem, teste Budæo.) 2. Cura, affectu & desiderio: sumus enim in hac vita peregrini, Hebr. 13, 14. Ephes. 2, 19. Hebr. 12, 22. Ps. 39, 14.

Confer Gregor. M. lib. 8. cap. 31. Moralium. Tertullian. libr. de corona militis. 3. Regiminis imitatione. πολίτευμα enim significat quoque regimen politicum, sed in ecclesia est regimen militare: nos in ea sic militemus, ut brabéum assequamur, 1. Corinth. 9, 24. 25. Philip. 3, 2. Tertull. l. de corona militis: Noster (ait) municipatus est in cœlo. Confer Ephes. 2, 19. Hebr. 12, 22. Hinc pii instar aquilarum alis subvehuntur ad Deum. Vid. supra tit. Ala. Esa. 40, 30. 31. Gregor. M. libr. 31. cap. 19. Moral.

§. 26 *Consideratio & Desiderium nostri πολιτεύματ@.*

Verfetur circa 1. Loci amœnissimi jucunditatem. 2. Civium beatæ illius civitatis multitudinem. Hi sunt angeli, Dan. 7. millia millium, Myriades civium cœlestium, Apoc. 5. 3. Functionum ibi futurarum dulcedinem, quæ erunt, laudare Deum, glorificare eum cum Angelis. Esa. 6. Sanctus Sanctus, &c. lætari in Deo, esse in Deo, cum Deo, vivere cum Deo, ex Deo, in Deo. 4. Liberationis nostri è tot malis amœnitatem. Videbunt enim mundum, qui ipsos presserat, damnatum: infernum, qui terruerat, spoliatum: Satanam, qui tentârat, triumphatum: carnem, quæ repugnârat, plenè obedientem. 5. Corporis claritatem 1. Cor. 15. ab omni morbo immunem & liberatam. 6. Animæ primævam pulchritudinem, quæ per peccatum deperdita erat. 7. Ineffabilem videndi Deum jucunditatem. Itaque simus aquilæ 1. volantes. 2. irretortis oculis solem inspectantes. 3. ad montem, turbidum pluviis, fulminibus, tonitrubus contendentes. 4. subscriptio sit: *nec occidere* me, nec terrere (scil. potes) Ita habent insignia Galeatii Fregosii, Generalis vicarii triremium magni Ducis Florentini. Collectan. Hieroglyphic. apud I. Val. Pererium. Hæc consideratio multis modis utilis est. (1) Ad excitandam pœnitentiam, ne per peccata hoc politeumate excidas. (2) Ad contemnendum res terrenas, quæ nihil sunt præ hac conversatione. Huc illud Apostoli Philipp. 3. Omnia detrimentum. (3) Ad fortiter laborandum, ut coronam nanciscamur, 1. Corinth. 9. (4) perseverandum. 2. Timoth. 4. Fidem servavi, &c. reposita mihi, &c. (5) Ad rejiciendum omnia impedimenta in via. 1. Corint. 9. continet se ab omnibus, &c. (6) Ad confortandum nos in militia. 2. Tim. 2. legitimè certaverit. (7) Ad patientiam instillandam, Hebr. 12. Roman. 8. Tribulationes hujus temporis, &c. (8) Ad confitendam divinam bonitatem, quæ nobis cœlum destinavit. Matth. 25. Venite benedicti &c.

Ut olim Jeremias instruxit Israelitas, quo pacto Babylone se gerere deberent, ac in patriam tendere, Jer. 29, 7. 10. Sic quoque docet Paulus, quomodo hanc vitam instituere ac ad supernam patriam properare debeamus.

Aquila Paulus cœlum petens, nosque id petere monens. Gregor. libr. 31. cap. 19. Moral. Confer Bernhard. col. 2102. d.

Psalm. 137, 6. Si oblitus fuero Jerusalem, &c. Sic nos nunquam oblivisci debemus cœlestis Jerusalem, Apoc. 21, 2. Memoria cœlestis Jerusalem sit semper in cordibus nostris, Jerem. 51, 50.

Cosröes Rex Persarum tanto rerum divinarum studio ardebat, ut machinam sibi fieri curaret, quæ astra, stellas, earumque cursum repræsentabat. Nos meditando cœlestia bona, nobis cœlum præsens sistamus.

Daniel in Babylone constitutus ad Dei sedem Hierosolymas aspirabat, Dan. 9. Sic pii in Babylone hujus mundi ad Dei sedem, cœlum aspirent. Philip. 3. Conversatio nostra in cœlis. Confer prudenter Drexel. Tract. 6.

Opposita. §. 27

1. Elongare cor suum a Deo, Esa. 2, 5. Psal. 73, 27.

2. Torpere dilectione & studio Dei. V. supra Acedia.

3. Securum esse & odisse Deum. V, suo loco Securitas, Odium Dei.

4. Desiderare terrena & mundana.

5. Contemnere cultum Dei, & non nisi ventrem curare. Philip. 3. Quorum venter Deus est.

Desiderium mortis & migrationis ex hac vita. §. 28

Sanctum est per se, nec illicitum, maximè, si fiat his respectibus:

I. Ut Christum videamus. Exod. 33, 20. nemo me videbit vivens. Augustin. tom. 9. col. 354. b. Eja Domine, moriar, ut te videam. Ab Exemplo Patrum V. T. qui videndi Christum desiderio impensissimo flagrarunt, Gen. 49, 18. Ps. 14, 7. Ps. 53, 7. Esa. 45, 8. Hagg. 2, 8. Quanto magis studio efferri ardentissimo, videndi Dominum nostrum in gloria, justum est.

Paulus eò etiam contendebat Phil. 1, 13. Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Idque status noster requirit, non nisi malis & ærumnis obsitus. Peregrini sumus & vasa transmigrationis quotidiè gestamus cum Propheta Ezechiele c. 12, 3. 4. ea quis non deponere gestiat, ut ad libertatem filiorum Dei perveniat? Roman. 8.

Ezech. 1, 4. Gloria Domini Ezechieli ostensa est, quam etiam assidue meditatus fuit: sic & nos assidue meditemur gloriam & gaudium illud cœlestis vitæ ineffabile. Coloss. 3. Erimus cum Christo in gloria.

Theodorus Martyr Publio roganti: Mavisne esse nobiscum, vel cum Christo tuo? respondit: Cum Christo meo & sum, & fui, & ero, ideoque non timeo tormenta tua. Sic quoque nos dicamus morti in morte: Cum vitâ mea & sum, & fui, & ero: Nil curo fracta tua ô mors spicula, 1. Cor. 15. Ubi mors aculeus tuus?

Carolus V. moriturus dixit: Veni, vidi, sed vicit Christus.

§.29 II. Ut peccare desinamus in hac carne, in qua peccatum habitat.

III. Ut sub conditione divinæ voluntatis migrationem petamus.

IV. Non, ex impatientia crucis sustinendæ, filum vitæ nobis abrumpi precemur. Debemus namque in patientia Dominum expectare, Rom. 8. v. 25.

V. Sed ex consideratione mortis, quod sit via ad patrem & janua ad patriam. De bono mortis vide Ambros. tom. 4. peculiari de illo libro.

§.30 *Justum* 1. A nostra filiatione; Liberi enim aspiramus ad patrem, eumque desideramus. 2. A vitæ æternæ statu & conditione. Est enim vita æterna

Summum bonum, summa felicitas, imò omnium bonorum aggregatio perfectissima.

Aqua, plene restinguens sitim desiderii: Hæc est aqua viva & vivificans.

Gaudium ineffabile, quod non tolletur à nobis, Johan. 16.

Locus à Christo nobis paratus. Johan. 14, 2. Vado parare locum.

Domus Dei, plena Lucis. Esa. 60. Dominus erit lux tua. Claritatis: 1. Cor. 15. alia Claritas solis, alia lunæ. Sanctitatis, cantaturi enim sumus, Sanctus, Sanctus, &c. Gloriæ: Lætitiæ, Esa. 35. lætitia sempiterna: Justitiæ, 2. Pet. 3. Cœli, in qubus justitia habitat. Mundus contra est domus tenebrarum, malitiæ, injustitiæ. V. Mundus.

Patria & πολίτευμα nostrum, Phil. 3, 20.

Civitas manens, Hebr. 13, 14. Hîc autem hospites sumus, Psalm. 39, 13. Mundo non affixi.

Bernhard. de inter. domo c 16. In vita æterna thesaurus noster est: Meritò igitur etiam hîc sit cor nostrum, Matth. 6, 21.

Abrahamo Deus dedit promissionem de terra, lacte & melle fluente, Gen. 13, 14. Vita æterna verè est terra lacte æternæ lætitiæ fluens, Hebr. 11.

Spe præmii Moses delectatus, ut molestissimum officium subierit: Sic & nos desiderio accensi vitæ æternæ.

§.31 *Honestum* omni modo, ab exilio reverti velle, & patrios lares repetere. Quantum hi illi antestant, tanto majus quoque horum debet esse desiderium, solatiorumque expectatio.

Turpe contra, si Epicuræorum more nullum in nobis sit vitæ melioris desiderium. 1. Cor. 15, 32. Edamus, bibamus.

Stupidum, si nullo thesauri oblati studio capessendi illum accendaris, si nullo coronæ adipiscendæ desiderio afficiaris. Quis ferat ociosum in Theatro spectatorem?

§.32 Simile: Ut pueri in schola, sæpius inspectâ clepsydra, anxiè expectant tempus domum redeundi, ut majori otio & libertate fruantur: Sic pii (1) in schola variarum tribulationum constituti sunt. Psalm. 94. Beatus homo, quem tu erudieris, &c. 2. Norunt tamen clepsydram constitutam esse à Deo, & numerum mensium nostrorum constitutum esse, Psalm. 39. vers. 6. Job. 14. vers. 5. (3) Possunt igitur sæpe, (imò debent) inspicere clepsydram divinæ providentiæ, (qua illis Deus crucem determinat. Psal. 56, 9. numeras fugas meas) cum fiducia auxilii divini & expectatione læti eventûs, 1. Cor. 10. v. 13. 4. Debent aspirare ad cœlestem Patrem & patriam, Philip. 3, 20. otium æternæ vitæ, Psalm. 16. vers. ult. immunitatem ab omnibus malis, 2. Tim. 4, 8. expectare, & in sinu Abrahæ requiescere velle; Luc. 16. h. e. beatam migrationem expectare; Luc. 2, 29. Philip. 1, 23.

Nostra tui, pie Christe Deus, mundi almè redemtor,
Mens desiderio capitur anxio!

DESPERATIO. *V. Spes.*

DESPONSATIO. *V. Conjugium, Communio cum Christo.*

DETRECTATOR. *V. Calumnia.*

DEVOTIO. *V. Pietas, Oratio.*

DEUS.

§.1 *Cognitio DEI*

Aliàs dicitur scientia, Prov. 12, 5. Esa. 11, 1. 9. Ose. 4, 1. quæ per se summè desiderabilis est. Philo lib. 1. de monarchia: Etsi innumeris numeris imperfecta. Chrysostom. homil. 28. oper. Imperfecta autem 1. ob Dei immensitatem. 2. intellectûs cœcitatem. 3. Cognitionis in ore imperfectionem, 1. Cor. 13.

Ad eam tres viæ juxta Scholasticos: 1. Via eminentiæ, v. g. Deus est justissimus, sanctissimus, optimus, perfectissimus, benignissimus. 2. Via negationis. Deus non est corpus, non est mortalis, non visibilis. 3. Via causalitatis. Deus omnia fecit: in creaturis namque, quas fecit omnes, depictus velut Deus est, Rom. 1, 20.

Habet tres partes: 1. Notitiam essentiæ, quatenus hanc in verbo revelavit. 2. Voluntatis, (vid. Cognitio Dei) quam eandem patefecit in verbo, cui soli, non nostris speculationibus vult attendere nos. 3. Operum, quæ sunt varia & multiplicia. Vide infra hoc. tit. Hebr. 11, 6. quod Deus sit? Non accipe de notitia Dei Philosophicâ, quæ imperfecta, languida, insufficiens est, Rom. 1. Sed de notitiâ Dei juxta legem revelatam, quod sit justus, & secundum Evangelium, quod sit misericors.

Unum autem esse Deum Persæ credunt. Justin. lib. 1. cap. 16.

§.32 *Varia DEI nomina.*

Altissimus altitudine 1. Essentiæ: 2. Scientiæ, Rom. 11, 33. 3. Potestatis. 4. Majestatis & dominationis. 5. Habitationis, 1. Tim. 6, 16. Rom. 14, 11. Hic nomina Hebræa אדני יהוה אל שדי אלהים. Græca: Κύριος, Δεσπότης &c.

Tredecim nomina Deo attribuerunt Veteres, Exod. 34. quæ vocant מדות proprietates.

I. Dominus.

II. DEUS אל.

III. רחום. Misericors præservans a lapsu.

IV. חנון. Clemens, erigens lapsum.

V. Longanimis, non mox condemnans impium.

VI. Abundans pietate supra justum, & injustum.

VII. Multæ veritatis, implens promissa.

VIII. Custodiens misericordiam in mille.

IX. Remittens perversitatem.

X. Transgresionem.

XI. Peccatum.

XII. Innocentem non condemnans.

XIII. Visitans iniquitatem patrum. V. Munsterum in c. 34. Exod.

§. 3 *Deus Abraham, Isaac & Jacob.* 1. Ob Patriarcharum dignitatem, per fidem in Messiam. 2. Ob Abrahami Patris credentium sublimitatem, Roman. 4. 3. Ob promissiones datas & repetitas. Luc. 1. sicut locutus est ad patres nostros. 4. Ob Dei cum his tribus familiaritatem. 5. Ob virtutum majestatem, quarum fons fides fuit, Hebr. 11 per tot. In Abrahamo fides, in Isaac puritas, & animi innocentia, in Jacob ærumnarum patientia & constantia propriè eluxit.

Verè Abrahamo Deus similis, qui (1) dedit omnia filio suo, sicut Abraham Genes. 25, 5. sic omnia Christo Deus. Matth. 11. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Matth. 28. Omnis potestas. Joh. 17. Potestas omnis carnis. (2) Dat sponsam, non vult esse solum, 2. Cor. 11, 2. (3) Mittit servos suos, Matth. 22, 3. qui sunt ministri. Luc. 14. Homo quidam paraverat cœnam magnam. (4) Per eos vocat sponsam. (5) Adjuvat servos, 1. Cor. 9, 16. væ mihi si non evangelizem. (6) Eligit sponsam sanctam ejusdem seminis. Eph. 5. Caro de carne & os ex ossibus.

§. 4 *Deus Israëlis*, Luc. 1, 68. Psal. 114. 1. 2. Israëli namque Deus sese proprium quasi dicaverat, ejusque posteris sese obstrinxerat fœdere perpetuo ac stabili.

Jehova. Hoc nomen est ineffabile, non reipsâ, sed 1. Majestate & reverentia. 2. Super entitatis supereminentissima, quam significat, excellentiâ. Vid. plura apud. I. Drusium, Cornelium à Lapide in cap. 6. Exod. fol. 378.

§. 5 *Ignis* dicitur. 1. Uti ignis subtilissimus: sic Deus spiritus ineffabilis, & omni cogitatione humanâ subtilior, Job. 11, 8. 9. 2. Lux immensa Deus, illuminans beatos, delectans affectus, dirigens Sanctorum actus, Psalm. 36. Deut. 33. 3. Calens amore erga homines, Prov. 8, 31. 4. Vastans suo zelo omnia, si vult: Vult vero impœnitentes perdere, Jer. 4. & 18. Lux nostra, Esai. 10, 17.

§. 6 *Pater luminum* 1. ob essentiam æternam, lumen, splendorem, calorem. Nazianz. orat. 40. 43. 2. Ob angelos lucentes, Ps. 104. flammam ignis. 3. Stellas fulgentes, quas ille pater luminum luce beavit, Gen. 1. 4. Ob lucem corporalem, cujus Deus autor est. Gen. 1. fiat lux. 5. Ob spiritualem lucem, nempe fidem, spem, charitatem. Hæc enim lux est in tenebris mundi & morte ipsa lucens. Dominus lux mea est, Ps. 27, 1. 6. Ob lumen Propheticum, quod est a Deo. Ille enim Prophetis revelat futura. 7. ob lumen gloriæ, quod suis daturus est, Esa. 60.

Aliter: Deus est Pater luminum 1. ratione ineffabilis essentiæ. Greg. Naz. Orat. 40. 2. Inexistimabilis potentiæ, Rom. 1. v. 20. 3. Gratiæ, Jac. 1, 17. quam dat in Christo. Joh. 1. Ex ipsius plenitudine &c. 4. Gloriæ. Hinc vocatur Deus gloriæ. 5. Judicii, omnia in lucem prolaturi, 2. Cor. 5, 10. Eccl. 12, 14. 6. Omnium bonorum a Deo profluentium, Jacob. 1. vers. 17. fine quibus donis domus mundi non nisi tenebricosa esset. 7. Consolationis piorum, Tob. 13, 4. lumen oculorum. 8. Tenebrarum peccati & concupiscentiæ pulsationis. Pellit enim divina gratia peccata, non imputando illa, 2. Cor. 5. Non imputans illis peccata.

§. 7 *Rex & Dux.* Rex jure triplici, creationis, redemtionis, renovationis. Dux vero, est enim pater, qui nos ut filios in via salebrosa ducit, & humeris suis portat, ubi transire non possumus. Es. 46. Portabo te. Ps. 23. Domine mecum es. Est simul Deus rex omnium gentium, Jer. 10. Matth. 22. 1. Tim. 6. qui est & vocatur Dominus Zebaoth.

§. 8 *Saddai* 1. Ob sufficientiam, nihil enim Deo nostro deest. 2. Ob potentiam, qua omnia potest efficere, Eph. 3. 3. Ob dulcedinem. Deducunt enim nonnulli hanc vocem a שד quod uber notat. Verè ubera solatii filiis suis suppeditat Dominus, ne fame & siti contabescamus in siticula mundi terra, Ps. 63, 1. 2. 3. Es. 40. vers. 29. 30.

Essentia DEI.

§. 9 *Unus est in essentia* Deus, Deut. 5. 6. 1. Joh. 5, 7. Vide Lactant. l. 1. c. 3. instit. & lib. de ira cap. 2. Opponitur huic unitati Ethnicorum πολυθεότης & multitudo Deorum fictorum. Habebant namque Deos supernos, Saturnum, Jovem &c. infernos, videl. Plutonem, Cerberum, Charontem: marinos, Neptunum, Pollucem, Castorem, Protheum: nemorum, videl. Faunos, Panes, Satyros, Sylvanos: plurimosque alios selectos ac diversos Deos, de quibus fusè Lilius Gyral. Syntagm. de Diis Gentil. & Textor col. 5. 6. 7. seq. officinæ. Persæ Deum esse unum solem credebant, Justinus lib. 1. c. 10. histor.

§. 10 *Trinitas ejus imperverstigabilis.* Esa. 6. Fumus implebat templum Domini. Fumus tenebras intellectus nostri significare potest. Hinc quoque sæpe DEUS in nebula apparuit, Exod. 40, 34. 1. Reg. 8, 10. lucem inaccessam inhabitat, 1. Tim. 6, 16. Exod. 24, 16. 17. Utque solem nemo videt, si non in aqua videat: ita in lumine Domini videbimus lumen Dominum, Psal. 36, 10. alias DEUS nobis sic est caligo, sicut sol noctuæ caligo est. Et si solem penitius intueri velis, oculi obtenebrantur: ita quoque mentis oculi in essentiæ divinæ investigatione obtunduntur. Basil. in cap. 1. Joh. Sicut ii, qui innavigabili oceano se committunt, per eandem viam reverti compelluntur: sic Gentiles naturam DEI investigantes nihil nisi ineffabilem DEUM esse receperunt. Stellarum essentias igno-

ignoramus; multò magis igitur DEI essentiam ignoramus: Sicut fulgur repentinâ coruscatione oculos hebetat; Sic quoque essentiæ DEI consideratio. Sicut, qui omnes fluvii partes æquè transire vult, hic maximè fluminum proprietatem ignorat, & perit temeritate sua, dum plana loca omittit: sic ii, qui DEI essentiam & opera nimis scrutantur, magis sese implicant, & suæ temeritatis pœnas luunt. Ignis, si tantum tangatur mediante aëre, non nocet, sed si propius accesseris, ureris: sic Dei essentia à longè contemplanda, ne nimis propè accedamus investigando. Visus corporalis impeditur 1. si oculus non sit benè dispositus. 2. à re visibili aversus. 3. Medium non sit perspicuum. 4. distantia non sit approximata: sic Deus non videtur à nobis, ob oculum mentis obtenebratum, a DEO aversum, Ephes. 4. tenebræ quoque visionem DEI in nobis impediunt, cum infinitis parasangis increatus DEUS a creatura distet.

§. 11 *Trinitas imperscrutabilis non rimanda* nec exhaurienda scrobe nostræ rationis. Athanasius quæstion. 1. ad Antioch. principem. Huc ad Jordanem &c. Justin. tom. 3. in exposit. fidei p. 12. 13. & libr. de trinitate. Chrysost. tom. 1. fol. 5. h. 4. in Genes. Conferatur Cyprianus in symb. Apost. Tertullian. adversus Praxeam. Athanas. de decretis Nicænæ Synodi. Damascenus libr. 1. cap. 9. O.F. Basil. contra Eunom.

Quantò diutius de Deo cogito, tantò obscurior mihi ejus accedit investigatio, tantoque minus, quid sit, percipio, dicebat olim Simonides Philosophus Hieroni Tyranno, qui ab illo, ut, quid Deus esset, sibi significaretur, petierat: ut est apud Ciceronem.

D. Augustinus Triados Sacrosanctæ mysterium intentâ animi cogitatione persequens, cum in littore maris puerulum effossæ scrobi marinam aquam infundentem videret, & quid sibi vellet rogans, respondentem audiret, mare se exhaurire velle: Ipse verò hoc minimè fieri posse asseveret; tum puer: multo verò (ait) facilius scrobs illa mare capiet, quam mens tua divinitatis oceanum comprehendet, dictoque citius evanuit.

§. 12 Similia Sanct. Trinitatis ab igne, splendore, lumine, Augustin. tom. 1. colum. 318. b. c. d. Confer supr. Numer. IV. & Augustinum tomo 8. columm. 722. col. tom. 9. col. 718. d. tom. 10. columm. 541. Alibi dicit, Patrem in primo præcepto; Filium in secundo præcepto, in nomine DEI; Spiritum Sanctum in tertio præcepto adumbrari. Tom. 9. col. 923. d. tom. 10. columm. 1595. a. b. Idem tom. 9. colum. 1128. DEUS voluit apparere in rubo: Filius in nube: Spiritus Sanctus in igneis linguis, Act. 2. Applicat quoque huc illud Cantic. 4, 8. Veni, veni, veni. Conf. tom. 10. col. 1303. tom. 9. col. 939.

§. 13 *Mirabilis.* In essentia primum; deinde in operibus creationis, liberationis & conservationis. Vide infrà: Opera DEI. Confer Psalm. 147. vers. 5. Esa. 45. vers. 16. Roman. 11. vers. 36. De DEO non est facienda inquisitio ex literis, syllabis & numeris, inquit Irenæus l. 2. c. 41.

§. 14 *Invisibilis.* Vox, ventus, odor non videntur: multò minus simplicissima Dei essentia. Lactant. libr. 7. cap. 1. Institut. Quod verò visus est Patribus, id factum est 1. Pro sua facultate & posse. 2. Pro modo & specie apparitionis. 3. Si minimam cœli partem vel maris videas, rectè dicis, te cœlum, mare vidisse. Vide Epiphan. hæres. 70. contra Audianos. Germani olim, teste C. Tacito, nolebant DEUM aliqua imagine exprimere, quod id nefas esse è cœli magnitudine judicarent.

§. 15 *Immutabilis.* Solis vicissitudines sunt 1. Noctis & diei. 2. Reciprocatio è cancro ad capricornum. 3. Eclipsis. 4. Obnubilatio per ventos. 5. Causatio variorum actuum. Talis mutatio non cadit in Deum, nam immutabilis est (α) Ob essentiæ immobilitatem. Deus sum & non mutor, Malach. 3. Psal. 102, 28. (β) Ob negata accidentia; nihil enim in DEO, quod non sit Deus. (γ) Ob sanctitatem perpetuam, quæ nunquam mutatur. (δ) ob immensitatem, quæ nullo loco terminatur, Psal. 139, 2, 3. (ε) Ob constantissimam voluntatem. Psal. 33. Consilium Domini stabit. (ζ) Ob virtutis operationis identitatem. (η) Ob negatam reciprocationem lucis & tenebrarum, qualis est in sole & ejus lumine, quod potest impediri, vel minui, vel mutari, ut fit in Eclipsi & circulis tropicis. Confer Psalm. 102. vers. 21. Malach. 3, 6.

Attributa DEI varia.

§. 16 I. *Bonitas, Gratia & Misericordia*, quæ apparet 1. ex eo, quod essentiâ ipsâ bonus est DEUS. Matth. 19, 17. Nemo bonus, nisi unus Deus. 2. Ex efficientia vel opere ipso, nempe (α) Creationis, Genes. 1, 31. Psal. 33, 6. (β) Justificationis, Roman. 4, 3. & c. 11, 6. (γ) Glorificationis, Ephes. 1. v. 20. (δ) Beneficiorum particularium, cuilibet præstitorum, accumulationis, quæ sunt vita, nativitas, educatio, conservatio, religio &c. Hæc est DEI dilectio, similis Sapphiro lucenti. Christi meritum est Rubinus cœlestis, DEI sanguine Actor. 20, 28. rubescens. Fides aurum est, cui utraque gemma includenda. Ex his monile fiat Joh. 3, 16. animæ afflictæ appendendum, dulce monile ad intuendum.

§. 17 *Verissima* est hæc bonitas. Sint duæ statuæ inauratæ; inaurata altera, altera aurea tota. Utraque apparet aurea, una sola aurea; artifex luteam facile agnoscit: sic omnis creaturarum bonitas lutea est tantùm, solus DEUS, quantus quantus est, bonus est, luteas operum nostrorum statuas facilè sed accuratè pensiculat.

O lutum eme fidei aurum, Apoc. 3. ne luteus appareas & confringaris, aureus appare, ut illumineris! Hæc DEI bonitas

non est ab alio, sed à seipso 1. independens. 2. Infinita & illimitata. 3. Essentialis. 4. Omnis mutationis expers. Non sic bonitas creaturarum.

§. 18 *Sincerissima*, quod colligitur 1. ex nomine emphatico, viscera, Esa. 63,15. Jerem.31,20. Lucæ 1,78. misericordia, Dan. 9,9. misericors miserebor, Exod. 34,6. Psal.145,8. Jon. 4,2. 2. Ab epithetis, dicitur enim misericordia magna, 2. Sam. 24,14. Psal.51,3. ardens, Ose. 11,8. æterna, 2. Chron. 5,13. tanta quantus ipsus est, Syr.2,23. quâ terra plena est, quę super omnia opera ejus, Psalm. 144. multa miseratio, Exod. 34. Psal. 85. 3. A Synonymis. Hinc dicitur patientia 2. Pet.3, 9. longanimitas, Rom. 2,4. Quos DEUS finit in esca sua instar piscium exultare, nec statim hamum trahit, quem tamen piscis habet in faucibus: sic quoque impii capti hamo peccatorum, ex DEI tamen bonitate habent tempus ad pœnitentiam. Vid. Augustinum in Psalm. 91. 4. Ab effectis. Hinc expectat pœnitentiam, Psal.86,17. & 103,8. Nehem. 9,17. Jer. 26, 25.26.27. 2. Petr. 3 9. monet nos, cum adhuc res sunt in statu integro, Jerem. 22. v. 21. justificat, Rom. 3,21.28.30. cap.4,5. cap.8,33. Galat.3.v.8. Ephes. 2,8. 9. Tit. 3,4.5. 5. Ab exmplis eorum, quibus illa misericordia evenit, 1. Tim. 1,13.16. 6. Ab adjunctis. Pura enim est bonitas, excludens omnia opera nostra &c. Eph. 2,8. Gratiâ salvati estis.

§. 19 *Infinita*. Si ignis daretur infinitus, infinita ei congrueret calefactio: sic infinitam DEI misericordiam infinita decet miseratio. Hinc dicitur misericordia DEI super cœlos esse; i. e. summa, inexplicabilis, vide Augustinum tom. 8. colum. 267. c. d. & Ludovic. de Utino sermon. XXVI. prolixè DEI misericordiam evehentem. Hinc quoque scriptura cœlis excelsiorem Dei gratiam deprædicat, Psal. 108,4. & 113,4. & 36,6. & 57,11.

§. 20 *Maxima*. Non absque significatione dicit Apostolus Eph. 2,4. DEUS, qui dives est in misericordiâ. Dives verò est in sapientia, in potentia, in omni virtute. Sed cur in sola misericordia eum divitem dicit Paulus? ratio est, quia, ut Psalm. 145,9. dicitur, miserationes ejus super omnia, vel, quia misericordia miseris sapit dulcius, vel, quia in eâ ejus bonitas magis elucescit, cujus fons infinitus & abyssus perennis DEUS est. Testa paucâ aquâ repleta facilè calefit; Torrens parvus facilè à minima pluvia se effundit, magni fluvii non item: Ita homines facilè se in iram effundunt, DEUS misericordiæ non tantum pluvias, sed & mare multas injuriarum pluvias in se recipit.

§. 21 *Major erga hominem lapsum, quam angelos*. 1. Quia homo fraude Satanæ seductus erat, angeli verò suâ sponte, Genes. 3. 1. Tim. 2. vs. penult. 2. Addit Gregor. lib.4. c.9. moralium: Voluntate quasi alienâ inductum hominem cecidisse. At Satanam proprio arbitratu & voluntate electionis fuisse prævaricatum, à nullo incitatum. 3. Alii Veterum addunt, excellentiorem fuisse Angelorum notitiam, quàm in homine fuerit. Sed hæc suo loco relinquimus: magnitudinem divinæ erga homines lapsos miserationis admirabilem & imperverstigabilem grati supplicesq; admiramur. Exerit se hæc bonitas etiam erga bruta, Gen. 9. 1. Jonæ 4.

§. 22 *Salutaris*, Tit. 2,11. (1) Quia hæc dedit nobis Christum cornu salutis, Luc. 1,69. salutare DEI, Luc. 2,30. salutare usque ad mundi finem, Esa. 49. vers. 6. Johan. 3. vs. 16. 1. Joh. 4. vers. 9. (2) Quia omnem salutem nobis attulit: conceptioni nostræ immundæ puritatem, peccatis medelam, injustitiæ justitiam, stultitiæ sapientiam, 1. Corinth. 1. vers. ultim. (3) Quia omnem pacem contulit, quâ nil quicquam magis salutare esse potest. Lucæ 2,14. in terra pax.

§. 23. *Longa & lata*, Ephes. 3. Hoc significatur divinæ bonitatis abundantia adversus omnia mala & peccata. Conferatur Psalm. 103. vers. 11. 12.

Fundata in fœdere Christi erga nos. 1. Sam. 20. v. 8. Ut Jonathan gaudet fœdere David: sic nos Christi pacto, quod per sanguinem pepigit.

§. 24 *Æterna*. Naturâ DEO inest. Os. 6. v. 6. misericordiâ delectatur &c. & hæc est constans & immutabilis: non igitur delectatur nostris miseriis, sed bonum finem respicit, ut nos erudiat & salvet. 1. Corinth. 11. A Domino corripimur, ne cum pravo mundo damnemur.

§. 25 *Septuplex* juxta Bernhardum Serm. 2. & 3. de septem panibus ita fere: 1. Occasionis subtractio ad peccandum datæ, datâ virtute resistendi & affectibus sanatis, Genes. 20. v. 6. cap. 39. v. 8. 12. 2. Longanimitas & charitas, Roman. 2. vers. 4. 2. Petr. 3. Patiens erga nos. 3. Pœnitentiæ donatio. Jerem. 31. vers. 18. Converte me Domine &c. 4. Dilata ultio, 2. Petr. 3. vers. 9. ut indicet se nolle mortem nostram. 5. Nostri defensio adversus Satanam, mundum, ne ab his porrò seducamur. 6. Tædium creaturarum, præsentium bonorum & desiderium futurorum, quod DEUS per spiritum adoptionis nobis ingenerat, Rom. 8. v. 7. Spei vitæ æternæ excitatio, Rom. 8.

Est portus. Sicut in mari nautæ ad portum confugiunt, profugi ad asylum, ambulatores ad tabernaculum: sic nos omnes ad DEI bonitatem. Thren. 3,22. misericordiæ DEI non deficiunt. Torrentes exarescunt, metalla ditissima exhauriuntur, flumina deficiunt, prata non semper rident. At DEI misericordia semper durat: Gen. 18. vult misereri DEUS Sodomarum. Exod. 20. in mille generationes, punit in 3. & 4. generat. Adhort. festinemus ad hanc misericordiam.

Nubes roris, de qua Ose. 6,4. nam bonitate sua nubit nos, & clementer irrigat.

§. 26 *Iris* est ejus symbolum, Apoc. 4,3. 1. Carens sagittâ. 2. Recreans nos colore & imbribus gratiæ. 3. Terram refocillat, largo demisso imbre:

imbre: sic DEUS pluviâ gratiæ irrigat sicca corda. Psal. 68. pluviam voluntariam &c.

Nostri confirmatio. Psalm. 121, 5. Donorum omnium collatio. (malorum enim DEUS causa non est; contra Simonem magum,) Gen. 1. v. ult. Vidit Deus, quæ fecerat, & ecce erant valdè bona. Atque ex his donis sapientiam Dei cognoscimus, Sap. 13, 5. Jacob. 1. v. 17.

§. 27 *Unctio*, quâ nos DEUS spiritualiter ungit. Hinc comparatur etiam oleo hæc Dei bonitas: 1. Illuminatione, per Spiritum Sanctum principaliter, verbum instrumentaliter, in cruce efficaciter. Psalm. 18. Dominus tenebras meas illuminat. 2. Supernatandi virtute. Ut oleum aquis supernatat: sic pii in cruce non merguntur, Esa. 43. 3. Cibos condiendo. Sola Dei bonitas nos reficit, sustentat & amaram crucem dulcorat. 4. Vulnera fovendo. Ps. 103. Dei bonitas omnes infirmitates sanat. 5. Faciem exhilarando. Omnis fidelium in Deo lætitia est, Ps. 4. & 73. 6. Labores levando. Vere levat DEUS omnes tribulationes, hic nos ferendis pares facit, oleo Spiritus S. delibutos. 7. Corpus vegetando. Hoc præstat corpus: Dei gratia & corpus & animam exhilarat, Ps. 84. 8. Mollefaciendo & impinguando, Psal. 23, 5.

§. 28 *Pluviæ serotinæ.* Prov. 16, 10. 15. Clementia regis quasi imber serotinus, ait Salomon: Id multo magis verum est de æterno illo rege regum & Domino dominantium, 1. Tim. 6, 15. Ose. 6, 3. Veniet quasi imber nobis temporaneus. Et si auxilium interdum differt, vergit tamen in nostram utilitatem. Allegor. Ut Moses sub tenebricosa nube sex dies moratus est, Exod. 24. vers. 16. sic Deus sæpe se involvit nubi tenebrosæ & differt auxilia, Psal. 18. vers. 12. Sex diebus; sed septimo liberat, Job. 5. vers. 19. 20. Psalm. 27. ult. Habac. 2. vers. 3. Judæis tandem lux orta est, Esther. 9. vers. 8. sic piis lux divini auxilii, Psalm. 112. vers. 4. Hinc dicitur adjutor in opportuno, cujus auxilium gloriosum, Psal. 149, 4. & gratissimum, sicut lux solis post tenebras orta gratissima est. Expectemus igitur Dei horam.

§. 29 *Compassio in plagis.* Cyprianus Epistola octava narrat visionem, quâ visus sit paterfamilias sedere ad dextram ipsi juvene assidente, tristi illo & vultu demisso in manum reclinante; alius verò visus est minitari, se populum capere velle; in sinistro latere & rete portare, eo ipso gavisus, quod potestatem sæviendi accepisset à Patrefamilias. Præsignificata fuit persecutio illa immanissima sub Decio Imperatore.

Exornatio nostri. Sicut virgines comparentes coram Ahasvero ornatum accipiebant è regis pulchritudine, Esther. 2. Ita quicquid nobis inest boni & ornamenti, id totum è gratia Dei accipimus. Sicut & olla, quicquid est, a figulo est, Rom. 9, 21. Non ergo glorietur olla contra figulum.

§. 30 *Informatio nostri.* Psalm. 25. doce me, Psalm. 143. Esai. 33. Dominus est legifer noster. Psalm. 71, 17. docuisti me Deus a juventute. Docuit vero Deus Davidem, & nos simul hodie (α) Fœdus Dei, Psalm. 25. (β) Humilitatem, Psal. 77. (γ) Gloriam, Psal. 21. vers. 6. (δ) Pugnam cum carne, hostibus, Diabolo. (ε) Victoriam. Psal. 18. liberatus ab inimicis.

Toleratio omnium. Sicut Rebecca propter collisionem infantum abortum passa non est, Genes. 25. vers. 22. Ita Deus probos & improbos in utero patientiæ suæ gerit, ejus bonitas est infinitus fluvius, quem nostræ iniquitates non superabunt. Sic toleravit David Saulem in spelunca latitans.

§. 31 *Beneficentiæ Exundatio.* Hinc quadruplicem habet clavem beneficentiæ. Prima est pluviæ, hinc dicitur Deus aperire thesaurum suum, Deuter. 28, 12. Secunda providentiæ. Psalm. 145, 16. aperis tu manum tuam. Tertia generationis. Genes. 30. vers. 22. Deus aperuit uterum Rachelis. Quarta resurrectionis, Ezech. 6. vers. 37. Confer Dionysium cap. 13. de divinis nominibus, qui largitiones indefectibiles rectè adscribit. Imo plus Deus dat, quàm petimus. Alexander M. pauperi vile quid petenti jus civitatis donavit & dixit, quanquam talia petere non fuisti ausus, meam tamen decuit liberalitatem: sic quoque DEUS agit, plura nobis dat quam petimus. Ephes. 3. vers. 20. potest superabundanter facere. Aliquando Aristoteles ita ad Alexandrum M. scripsit: Nihil habes fortunâ tua melius, quàm ut velis plurimos salvare. Hæc de solo Deo verissima sunt.

§. 32 *Manus DEI* magna, excelsa, potens, 1. Pet. 5. Juvat in *multo & pauco*, 1. Chron. 14. vers. 11. Marc. 8. vers. 4. Joh. 6. vers. 5. seq. ab *utero*, i. e. initio, Psal. 139. vers. 13. & 58. vers. 4. In hac manu confidendum, 2. Chronic. 32. vers. 7. & fortiter standum, Eph. 6.

Exerit se erga pios invocantes, quos exaudit; impios, quos tolerat. Sic toleravit Paulum persequentem, Actor. 9. Hanc bonitatem prædicat Apostolus 1. Tim. 1, 15. 16. ut jam habeamus Paulum docentem Rom. 9. in multa patientia.

§. 33 *Etiam in rebus desperatis.* Clausis januis ad Discipulos ingressus est Dominus, Johann. 20. vers. 19. quo docet, divinæ bonitati suæ nullas januas obstare. Noctu Israelitis manna dabatur, in divinæ benedictionis signum: sic Deus consolationis manna dat in nocte tribulationis, Jerem. 11. v. 12. in opportunitate juvat. Non sic Deastri.

Respicit eos. Psalm. 86. vers. 16. cum se exhibet misericordem, bonum & fidelem. A simili. Sicut hunc, quem amamus, respicimus benigno lumine: sic Deus suos, ut pater & mater, respicit filios, Psalm. 103. Vox פנה notat reverti, venire. Revertitur ad nos Dominus, cum præstat auxilium. Multo major est DEI misericordia, quam hominum, Jonæ 4, 9. 10.

Precibus crescit super nos. Nam si micis contentus es, integros panes tibi dabit, ut Matth. 15. etiam catelli &c. Protinus toto pane donata est Cananæa, filiaque restituta.

Ejus guttas nobis solum dat. Ps. 65, 12. Vestigia tua stillant pinguedine: in altera vita plenum flumen donorum Dei habituri sumus.

Pæ-

§.34 *Pœnas tarde immittit.* Ut Pſ.7,13. ſagittarius arcum ſoluturus prius ſibi pectus premat neceſſum eſt: ita Deus puniturus prius ſibi dolendo pectus ferit. Thren. 3, 3. non ex animo caſtigat homines. Conf. Oſ. 10,10.

§.35 *Quærit nos* antequam eum quæreremus. Invenit nos, ut eum inveniremus. Auguſt. t.8. col. 1694. c. invitat ad pœnitentiam. Ut theriacen ad emendam invitaturus eam ſui ipſius filio propinat, cui antea venenum propinaverat: ita Deus ſuis filiis venenum peccati liberè permittit, deinde miſericordiam impertit, ut videant reliqui peccatores miſericordiæ divitias, 1. Timoth. 1.

§.36 *Seriò vult ſalutem noſtram*, contra non delectatur morte noſtrâ: Quod probatur 1. A Dei juramento Ezech. 33, 11. fœdere & juramento ſe nobis obſtringit. 2. A peccati averſatione, Pſal. 5,5. & 45, 8. 3. Prohibitione, Exod. 20,3. 4. Contriſtatione, Jer. 8,2. 5. Punitione, 1. Cor. 10, 6. 7. 6. A ſufficientia Dei, qui non indiget peccatore, Sir. 15,13. 7. A verbi prædicatione, Rom. 3,2. Pſal. 147, 19. 20. 8. A manuum expanſione, Eſa. 65, 2. Proverb. 1. v. 24. 9. Ab invitatione ad pœnitentiam, Eſa. 45, 22. Matth. 23. Volui te congregare. 10. A cupiditate & voto Dei, Pſalm. 81, 14. 11. Ab invitatione ad nuptias Evangelii, Luc. 14, 24. Actor. 13. & ſexcentis aliis.

§.37 *Continet ſe in cruce*, nec mox ſe diffundit. Apoc. 1,13. ad mammillas vidit Chriſtum præcinctum Johannes, ut ſignificet, in cruce ſe nonnunquam continere miſericordiam, eam occultare & abſcondere. Pſalm. 6. usque quo Domine? Pſalm. 13, 1. 2. Repente tamen venit, cum ſuæ promiſsionis jam oblitus fuiſſe videtur, Mal. 3.

Et ſuo tempore tandem miſereturDominus, Eſa. 54, 8. Pſal. 30, 6. & 77, 10. & 103, 9. Eſ. 57, 16. c. 60, 10. cap. 62, 11. Jerem. 3, 12. Oſ. 11, 9. Joel. 2, 13. Mich. 7, 8. 18. Joh. 16, 16. 2. Cor. 4, 17.

In ipſa ira miſericors: 1. ſuos conſervando, Eſa. 64, 5. Ezech. 9, 4. Apoc. 6. 2. Patientiam largiendo. 3. Tribulationes mitigando. Mirum, cum aquarum tempeſtas omnes arbores & truncos convulſiſſet, columbam poſt diluvium ramuſculum oleæ ferentem reperiſſe, Gen. 8, 11. Sed per hunc ramum divina miſericordia intelligitur, quæ in mediis juſtitiæ fluctibus permanſit virens. Hab. 4, 2. cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Sicut rex mortis ſententiam ferens, ille tamen motus miſericordiâ, illacrymatur: ſic Deus juſtus ita eſt, ut tamen ſit miſericors. Ezechiel. 18, 3. Nolo mortem peccatoris &c. Sicut Jonam à ceto abſorberi paſſus eſt Deus, & poſtea eundem evomi voluit, ut DEO ſubigeretur: ſic Deus peccatorem primum paſſus eſt abſorberi à ceto Satana, ſed ex miſericordia eidem media ſalutis diſpoſuit. Iren. lib. 3. c. 22. adverſus hæreſes.

§.38 *Pronior ad gratiam quam juſtitiam* DEUS. Homo, quem Ap. 1,16. Johannes vidit, gladium habebat in ore & ſtellas in manu, quo deſignatur, Deum minas ore, Pſ. 7, 13. gratiam vero manu præferre, ac ſupplicia quidem interminari, ſed eorum loco præmia & gratiam elargiri. Huc viſio figuli ſpectat Jerem. 18, 1. 2. ſeq. & Jehovæ verba Gen. 8,21. c. 9, 11. in corde ſuo dicentis: non percutiam amplius terram.

Vertitur in juſtitiam tandem ſi ſpernitur. Pſal. 7, 13. Quo magis ſagitta retrahitur arcusque, eò majori impetu & damno exit: Ita Dei juſtitia tanto majori cum impetu detenta in injuſtitiam ſævit.

§.39 *Admittit omnes*, etiam ingratos & præfractos. Si ſervus aliquis literas ſcriberet in domini perniciem, quas ipſe legeret, & candelam miniſtraret ſcribenti: Ita peccatis tuis Deum occidis, hoc videt, ſed patienter fert, & meliorem frugem expectat.

Admittit quoque gratia Dei impuros ad ſe. S. Petrus vidit linteum, in quo omnis generis animalia immunda fuerunt, Act. 10, 11. ſic Deus impuros homines in linteo Eccleſiæ ſuæ colligit, ut tandem purificentur.

Adumbrata miſericordia Dei ſimilibus.

§.40 Sicut 1. Lumbare adhæret lumbis: ſic adglutinavi mihi omnem domum Iſrael, inquit Dominus, Jer. 13, 11.

2. Pater amat filium: ſic nos DEUS, Matth. 7, 11.

3. Pullus, ſi modo excidat, advolat ſublatum mater: ſi ſerpens inhiet, eadem circumvolitat, vel depreſſos pullos congregat ſub alis, Matth. 23, 27. Sic Deus. Clemens Alexand. orat. ad Gentes.

4. Medicus variis medicinis utitur, ut hominem ſanitati reſtituat: ſic Deus miſerens noſtri, varias adhibet medicinas, quibus ſani efficiamur. Vid. Arnob. in Pſal. 50. Hieronym. libr. 1. in cap. 1. Habac. Salvian. lib. 6. de provid.

5. Adamo & Evæ veſtes pelliceas ex miſericordia Dominus fecit, Geneſ. 3, 21. ſic hodienum nudos ex mera bonitate veſtibus induit juſtitiæ Chriſti, & de omnibus bonis nobis proſpicit.

§.41 *Finis miſericordiæ* eſt pœnitentia hominis. Canticor. 2. Dormit ſponſa recumbens in lecto, ſponſus ſtat ante oſtium & pulſat, dicens: Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore. Jaces tu in lecto vitiorum tuæ ſalutis immemor? En pulſat ſponſus malleo legis & pœnitentiæ. Caput ſponſi plenum eſt rore gratiæ. Hôc fruere in tempore accepto, 2. Corinth. 6. & ſurge qui dormis, Epheſ. 5.

§.42 *Peccant homines in Dei bonitatem*: 1. contemnendo & parvi pendendo illam: (ſicuti boni principes a ſubditis, præceptores placidi à diſcipulis) ſic Rom. 2. contemnis divitias bonitatis. 2. Diffidendo, cum tamen Deus ſit verax, beneficus in omnes, dives in promiſsis. 3. Malitiosè de ea præſumendo, ac ſecurè vivendo. 4. Eandem bonitatem coarctando ad paucos ſolùm. 5. Hypocri-

poeriticam fingendo: quod ii faciunt, qui negant Deum seriò offerre sua dona & bona. 6. Bonitatem in creaturis, divitiis, honoribus & voluptatibus mundi quærendo, & supra Deum amando.

§.43 *Oblata verò gratia non respondenda* à nobis. Quando amicus quidam media salutaria offert, quibus te possis ab aliquo malo liberare, annon maximas ageres gratias illi amico? At DEUS quotidiè offert media salutis: accusabimus ergo nostram negligentiam, quod illa media gratiæ ad evitandam æternam damnationem non usurpemus. Confer Rom. 2, 4.

II. Fidelitas & Veritas DEI.

1. Qua ab omni simulatione alienus est. 2. Non dicit nec vult contradictoria. Est enim in ipso Ita & Amen, 2. Cor. 1. ideò cœlum & terra transibunt prius, quàm Dei verba, Num. 23, 23. Matth. 24, 34. 3. Hæc fidelitas & veritas est lux quæ nos liberat, Joh. 8, 31. 4. Veritatis spiritus hanc docet veritatem, Johann. 14, 17. 5. Hæc veritas est anchora & basis fidei & solatii, Psalm. 91. scutum & balsamum afflictarum mentium, Psalm. 38. fulcrum patientiæ & constantiæ. Soli namque veritati & fidelitati Dei mentes ærumnosæ innituntur. 6. Exemplum sectandæ à nobis veritatis & fidelitatis, deposito omni mendacio, Ephes. 4, 15. 25. cap. 6, 13. 14.

§.44 Dei Fides nova singulis diluculis Thren. 3, 23. erga homines. 1 In corde Dei. 2. In promissionibus veris & constantibus, Psalm. 33. 3. In operibus suis. Adhort. Ergo nos 1. solemur hac fide Dei. 2. ad eam curramus semper & ei confidamus.

Juvat suos fideli auxilio & in opportunitate. Calvisius ad ann. 1381. narrat, obsesso castro Neuhaussen in Livonia, districtus Dorpatensis, cum illius castri obsessus præses deditionem meditaretur, ultimo telo transfixum cor Imperatoris Moschorum in castris fuisse, ac protinus omnem exercitum sibi fugâ consuluisse, liberato castro.

§.45 Fidelis quoq; Deus est (1) Corde. Jer. 31, 20. Nonne Ephraim &c. est hostis cordium infidelium. (2) Promissione, Ps. 33, 4. Apoc. 1, 5. Jer. 1, 11. Esa. 62, 8. Igitur à promissionibus Dei firmiter pendere debemus, Luth. in c. 49. Gen. (3) Ore & opere, Psal. 33. & 91. v. ult. & manu; est enim fidelis pastor & rex omnipotens. Antigonus dictus est δόσων, dabo, quod multa promitteret, pauca daret. Chares quidam multa promittebat, pauca dabat: Non sic Deus, quæ enim promittit, potest præstare, & præstat, Jos. 21, 45. c. 23, 14 (4) Confirmatione nostri, 1. Cor. 10, 13. 2. Thess. 3, 3. (5) Vocatione, 1. Thess. 5, 24. (6) Ovium curâ & defensione, Ez. 34, 12. &c. Joh. 10, 28. (7) Mensurando vires & crucem nostram, 1. Cor. 10, 13. Ut jumento suo nemo plura imponit, quàm portare potest, S. Ephrem. de Patientia. Ut figulus temperat ignem fornacis ad induranda vasa: sic quoque Deus crucis flammam mitigat, Esa. 48, 9.

§.46 *Usus fidelitatis Dei.* Sit antidotum 1. contra persecutionem, 1. Cor. 10, 13. 2. Metum futurarum calumniarum. Fidelis erit in mitiganda cruce, terminis eidem præfixis. 3. Gravitatem præsentium malorum, quæ fidelis Dominus moderabitur, decurtatis diebus, Matth. 24. 4. Imbecillitatem virium nostrarum, 1. Cor. 10, 13. 5. Moram exauditionis precum: Nam has suo tempore verè audiet. Annon audiet Dominus? &c. Luc. 19, 6. Moram vaticiniorum de die judicii: ut enim omnia vaticinia ipso actu comprobata sunt, Ezech. 12, 24. 28. Esa. 34, 16. Luc. 24. v. 44. sic quoque & illa, quæ in N. T. prædicta sunt. 7. Impatientiam & desperationē.

§.47 *Fructus hujus fidelitatis DEI* sunt: Fuga peccati, Gen. 17. 1. ne in fidelem Deum peccemus. 2. Victoria tentationum, Psal. 23. 4. 2. Maccab. 15, 16. 3. Conversatio cum Deo. Gen. 28, 17. Non est hic nisi porta Dei. Qui enim cogitat, fidelem esse Deum, nec is non poterit non studere, ut & ipse Deo sit fidelis. 4. Excitatio amoris Dei. Ps. 16. providebam Dominum &c. 5. Fit homo quasi angelus, 3. Reg. 17, 1.

III. Justitia DEI,

§.48 Qua 1. justus est & dicitur, Ps. 119, 137. 2. Justa ejus opera, Deut. 32, 45. 3. Justitiam amat, Ps. 11. & 45. 4. Injustitiæ inimicus est, Esa. 59, 16. Prov. 17, 15. Mal. 1, 2. 3. 5. Rectè judicat, Ps. 7, 12. 6. Æquè & justè omnia disponit, Genes. 18, 25. Deut. 32, 4. 7. Justè retribuit, Rom. 2, 5. 26. Jer. 51, 24. Ps. 18, 25. 26. Rom. 14. 18. Matth. 10, 41. 42. 2. Thess. 1, 7. 8. Promissa exsolvit, quæ fidelitas, justitia Dei dici solet. 9. Justitiam exercet ulciscendo eos, qui injusta patiuntur, Ps. 147, 7. 2. Chronic. 6, 23. Apoc. 22, 12. puniendo, Ezech. 28, 22. 25. Mich. 7, 3. Psalm. 62. v. ultim. & 28, 2. etiam in liberis peccata parentum, Exod. 34, 7. Thren. 4, 2. integrisque civitatibus. Sic Spartani ob filias Scedasi stupratas puniti ab Epaminonda.

§.49 *Mala non facit*, quin hæc potiùs justè vindicat. Sibi ipsi lex est ob sanctitatem insitam, ut homo sibi lex est ob legem naturæ inscriptam, Rom. 2, 14. 15. Sicut res dulcis & lucida non potest naturâ sui rei alii vel amarorem vel tenebras inferre: ita nec Deus justissimus mala facere potest. Origen. libr. 3. cont. Celsum. Confer Fulgent. lib. 1. Chrysostom. homil. 46. oper. imperfecti. Cyrill. Alexand. lib. 1. in Genesin. Basil. in homil. Quod Deus non sit autor malorum.

In Malis quoque demonstratur. Hìc in justitia Dei occurrit. 1. Voluntas ejus (laxissimè dicta) permissiva. 2. Voluntas ordinativa, qua Deus mala, solâ culpâ creaturæ commissa, ad salutarem finem ordinat. Aug. Deus bonarum actionum autor, malarum permissor, utrarumque ordinator.

§.50 *In pœnis & judiciis* est. Hanc agnoscebat Daniel cap. 9, 5. David Psal. 15, 6. Tibi soli peccavi &c. ut justus sis. Mauritius Imperator videns sanguinem spargi filiorum suorum, dixit: Justus es Domine, & judicia tua, Psal. 119. vers. 137.

In suppliciis talio Dei, quando Deus peccata punit paribus suppliciis, (nec enim tacet Deus illa vi-

illa videns, Psal. 35, 22. Psalm. 38, 13.) nonnunquam etiam eo tempore & loco; quo quis enormiter peccaverat. Ægyptii in aquis merserant infantes Israelitarum, Exod. 1. Hinc iidem rursus aquis submersi perierunt. Josephi fratres tribus diebus custodiæ sunt traditi, Gen. 42,17. pro triplici vexatione, quâ fratrem olim affecerant, scilicet, mortis intentatione: in cisternam projectione: venditione. Nero eo die sibi mortem conscivit, quo ante matrem Octaviam interemerat. Sueton. in Nerone. V. tit. Talio.

§. 52 *Punit etiam peccata peccatis*, sed citra ullum peccati in DEO contagium, quo de pulchrè alicubi Augustin. lib. de libero arbitrio cap. 21. Fixum & immobile hoc esse debet in corde vestro, quod non est iniquitas apud DEUM; Quando igitur legitis, homines seduci à Deo, obdurari, nolite dubitare, quin præcesserint mala merita eorum, ut juste illa punirentur. Hæc Augustin. Simile. Sicut columna suo loco stat immobilis; modo v. tibi sinistra fit, modò dextra, quia tu situm mutas: sic DEUS non mutatur; nihil tu te mutes, & ad sinistram peccatorum declines.

§. 53 *Percellit nos* 1. Legis fulmine. 2. Conscientiæ tormine. 3. Cruce & tribulatione. Sic percutiit & perculit Saulum, & comites ejus in via, ut in terram caderent. Sanat tamen afflictos, Ps. 34, 19. & 102, 11. 18. & 146, 8. Esa. 37, 15. 4. calamitatibus variis, ut eô averso nihil succedat nobis ex voto. Deut. 28, 20. In omnibus viis tuis &c. Id quod etiam Ethnici agnoverunt. Justinus lib. 18. c. 7. Florus lib. 3. c. 11. Histor.

§. 54 *Personas non respicit*, Act, 10, 34. Sap. 6. v. 8. Marc. 12, 14. Rom. 2, 11. v. g. Si æqualibus dentur inæqualia, vel æqualibus æqualia; v. g. Si Titio & Cajo dentur inæqualia: Cajo, quia dives & cognatus est, majora; Titio vero minora: vel si inæqualibus dentur æqualia, ut si Titius Centurio æquetur in præmio Cajo manipulari: Sic in judicio, cum non ex merito causæ sententia profertur, sed favore vel odio personarum, vel metu incommodorum, vel spe emolumentorum. In gratuitis DEUS distribuit, prout vult: sic Judæis parcit, Cananæos occidi jussit. Confer Aug. lib. 2. c. 7. contra 2. Epist. Pelagianorum.

§. 55 *In justificatione ostenditur*, nempe cum Deus ex peccatore facit justum, peccata ei remittendo ob Christum, justitiam suam: & hoc vocat Paulus ostensionem justitiæ DEI. Simile: Sicut ignis, convertens ligna in ignem, ostendit igneitatem (barbarè loquendo) hoc est, igneam naturam suam: sic Deus justitiam suam, accipiendo in pretiû solutionis Christi justitiam, 2. Cor. 5, 19.

Huc pertinent Dei judicia *occulta*, Rom. 11, 36. Ea nemo plane comprehendit; nemo juste reprehendit. Augusti. l. 2. c. 23. de Civitate DEI. *Pœnæ* cœlitus inflictæ, humanâ scelerum impunitate. Lacedæmonii stupra in Scedasi filias commissa non punientes, ab Epaminonda excisi sunt, trucidatis nobilibus Spartanorum.

Exemplum in Gryphina apud Justinum l. 39.

§. 56 Ex Justitia profluit *Ira*, (hanc in DEO esse Stoici negarunt) quæ aliquando precibus non flectitur, Esa. 47, 3. Ad hanc referendæ phrases: Provocare ad iracundiam, Es. 6, 4. 11. Deut. 4, 25. c. 9, 7. & aliàs sæpè. Exardere in ira, Ps. 2, 12. & 18, 9. & 106, 18. Ardere, Deuteron. 32, 22. Ps. 78, 58. 59. Vox gladius, Jer. 10, 35. furor, immisericordia, Jerem. 32, 37. Nasus, facies, excandescentia, æstus, Jer. 10, 24. 25. c. 12, 13. Esa. 63, 6. Psal. 2, 10. & 6, 1. Thren. 2, 4. Sine misericordia, Thren. 2, 17. 21. c. 3, 43. Homines consumere, Ezech. 43, 8. Montes liquefacere, Es. 64, 1. 3. Ad nihilum homines redigere, Jer. 10, 24. Punire, Jerem. 6, 19. Visitare, Jerem. 5, 29. 30. Corde resonare super aliquem, Jerem. 48, 36. Omnia indurare, Ezech. 7. v. 15. Furorem consummare, Ezech. 7, 13.

§. 57 *Effectus iræ DEI.* Sunt variæ pœnæ & supplicia, quibus Deus hominum peccata visitat: v. g. Mittere gladium, Jerem. 29, 18. Vid. tit. Belli causa: Desolationem, Soph. 3, 6. Auferre Evangelium, Matth. 21, 43. Non misereri, disperdere, rejicere, Os. 1. Inferre famem verbi DEI, Amos 8, 1. Botros abscindere, Apoc. 14. v. 10. Destruere, Jerem. 31, 28. Malach. 1, 4. Ezech. 16. vers. 39. Jerem. 45, 4. cap. 50. v. 15. Thren. 2. v. 2. De his Sirach. 40, 9. Gladius, plagæ, perditio &c. à Deo ordinata sunt. Vid. Tit. Plaga. Confer quoque historiam terribilissimi motus terræ apud Aventinum lib. 2. de Cæsaribus, typum divini furoris. Tetigimus illum Tit. de Judicio extremo.

§. 58 Ad hanc irascentem Dei justitiam spectant etiam opera ejusdem: v. g. 1. Pœna & strages Angelorum, non habitâ ratione multitudinis eorum aut pulchritudinis. 2. Pœna protoplastorum, Gen. 3. Rom. 5. quæ consistit in privatione omnium bonorum, quibus ornati erant: in eversione ordinis primitùs à DEO instituti; in relaxatione tyrannidis Diaboli, Joh. 8. & 14. 2. Cor. 4. in subsequenti plurimorum hominum spontanea obduratione & damnatione. 3. Pœna ante-diluvianorum, cataclysmus. 4. Sodomæorum, Gen. 19. in quâ pœnâ notanda ignis sulphureus, subito immissus, omnia delens. 5. Ægyptiorum plagæ decem. 6. Castigationes DEI quotidianæ & ordinariæ, ut sunt, bella, fames, pestis, subtractio præsidii Angelici ob peccata. 7. Mensuræ peccatorum redditio Genes. 15. nondum completæ imputatæ. Matth. 23, 32. mensuram Patrum, Gen. 6, 13. Finis universæ carnis. Gen. 19. clamor Sodomæorum. 8. subtractio auxilii spiritualis, interioris, quod juxta Scholasticos triplex est. α. Excitatio. β. Protectio. γ. Directio. Primò: Excitatio est vel illuminatio mentis vel applicatio phantasiæ ad cogitanda salutaria, vel affectio pia voluntatis. Secundo: Directio, quâ impedimenta amoventur, occasio exequendi offertur, & consilium salubre inspiratur. Tertio: Protectio est, quâ præservamur à peccatis, in sancta inspiratione conservamur & à bono proposito non dimovemur. 9. Subtractio auxilii externi, quæ est, cum DEUS verbum subtrahit & alia media, Amos. 8, 10. Excitatio, obduratio. 11. Ipsa Christi mors

mors & passio de justitia Dei testantur. 12. Mors & damnatio æterna. 13. Plagæ mundi novissimæ, Matth. 24. 2. Tim. 3. Dan. 12.

§. 59 *Quot modis accendatur Dei ira?* Confer Ps. 78, 58. 60. 63. Omnibus quidem peccatis irascitur Deus, quibusdam tamen in specie præprimis offenditur. Suntque vel I. in Deum: Ut (α) Idololatria & falsus cultus. Exod. 20, 4. Non facies tibi sculptile. Rom. 1, 24. Tradidit gentes idololatras in sensum reprobum. Deut. 32, 21. (β) Tentatio, Psal. 78, 17. Matth. 4. vers. 7. non tentabis &c. 1. Cor. 10, 9. (γ) Impatientia & murmur adversus Deum. V. Tit. Patientia in oppos. (δ) Inobedientia & rebellio. Ps. 2, 3. dirumpamus vincula eorum &c. Psal. 5. rebellant tibi. II. In proximum peccata commissa: 1. Inobedientia, quam maledictio sequitur. Exod. 20, 5. c. 21, 15. Maledictus, qui percusserit patrem &c. Deut. 27, 16. V. tit. Obedientia. 2. Violenta oppressio innocentum & abusus secularis potestatis. Ps. 82, 7. Sicut homines moriemini. Amos 6, 12. Vid. tit. Tyrannus. 3. Effusio sanguinis, Gen. 4, 10. 4. Vagæ libidines, vide exemplum Davidis 2. Sam. 12. Gladius non recedet a domo. Gen. 19. Sodomæorum & Gomorrhæorum conflagratio. 5. Viduarum, pupillorum, orphanorumque persecutio. Vid. tit. vidua.

§. 60 *Gravis est* ira Dei. Sir. 39, 28. vocatur ignis exsiccans, eamque varie Deus exequitur per ignem, grandinem, famem, Sir. 39, 23. 34. sequ. confer Deuter. 32, 22. c. 4. ignis effusus, Threnor. 2, 4. onus gravans, Ps. 38, 5. dolor & macies velut, Mich. 7, 9. Zach. , 12. ultio, Nahum 1, 5 conculcatio & trituratio, Hebr. 13, 11. malleus omnia conterens, pondus omnia comminuens, lapis statuam mundi conterens, Dan. 2. turbo & tempestas, Jerem. 30, 23. non parcit nobis, Jos. 24, 19. 20. crescit, ut sanari non possit, 2. Chron. 36, 16. nec precibus flecti, Esa. 47, 3. nec portari, Ps. 76, 8. exardescit, ut nequeat extingui, 2. Chron. 34, 21. 25. Deut. 32. repellit, confundit, non exit cum exercitu, dat ad devorandum, Psal. 44. 10. 11. seq.

§. 61 *Non exasperanda*, 1. Sam. 12, 14. neque exacerbanda, Es. 64, 10. Exod. 23, 21. quia mox pœna sequitur, nempe Spiritum S. inimicum factum esse Israelitis, & contra hos pugnasse, ibid. At, Iratum gravis est res habuisse Deum.

§. 62 *Lenitur* pœnitentiâ, Es. 57, 17 18. 19. ut nos Deus convertat, d. l. avertat pœnas, Jerem. 18 Psal. 60, 1. 2.

Non placatur a Maria, ut Antoninus refert part. 3. tit. 22. c. 16. histor. Christum aliquando iratum voluisse mundum perdere, sed Mariam, Dominicum & Franciscum intervenisse.

Vltor Deus est, instructus armis non Gentilium Deastrorum (de quib. Textor p 718. officinæ) sed gladio atque armis iræ suæ, Ps. 9. Deut. 32. V. tit. Tyranni, §. Exitus tyrannor. Tragic.

§. 63 *Perversis perversus*, Ps. 18, 27. Sicut Sol claris oculis gratus est, eosque exhilarat, contra lippientibus oculis molestus: sic bonis bonus est Deus, malis malus, Ps. 92.

IV. *Sanctitas Dei.* Qua sanctus 1. In se ab æterno. 2. in operibus. Diligit justitiam & odit iniquitatem, Ps. 5, 5. 6. & 45, 8. & 145, 17. Immunda idola non fert, Jos. 24, 14. 3. In verbis, quæ meram sanctitatem spirant. 4. Decantatur ab angelis, Esa. 6. beatis animabus, Apoc. 5. Igitur veram sanctitatem in Christo quæramus, 1. Cor. 1, 30. sanctitati studeamus, Luc. 1. §. 64

V. *Sapientia Dei* planè inexhausta est. I. In creatione variarum rerum. Sic Aristodemus Philosophus per totam vitam apium naturam scrutatus est, quam tamen plene invenire non potuit. Ad idem scrutinium olim Eunomius à Basilio M. remissus est, lib. advers. eundem. §. 65

II. In redemtione, 1. Cor. 1. & 2. Eph. 3, 9. humani generis admiranda Dei sapientia apparuit.

III. In sanctificatione, Joh. 3, 16.

Est æterna, infinita, immutabilis, certissima, profundissima. Rom. 11, 36. O altitudo! exclamat Apostol. Hæc exclamatio indicat, 1. Opera potentiæ Dei consideranda esse. 2. Justitiam Dei inexhaustam ponderandam: intensis eam oculis intuens Paulus exclamat. 3 Profunditatem bonitatis, sapientiæ, cognitionis Dei cogitandam.

Ex verbo Dei noscenda. Constantinus M. templum dicavit & extruxit Sapientiæ sacrum in urbe Constantinopoli. Deus in magna orbis urbe templum Ecclesiæ constituit: in eo verbum legitur, docetur & explicatur, ut veram ex hoc sapientiam addiscamus. Niceph. lib. 9. c 9.

VI. *Omniscientia.* Sol quid non penetrat? annon obstrusa permeat? arbores vim ejus in radicibus sentiunt & virescunt. Sed Dei oculi longè lucidiores sunt sole, Sir. 23. Si hoc potest sol, quid non poterit solis architectus? Sir. 39, 24. 25. 26. Prov. 15. Etiam infernus patet Deo: patent ei nostræ cogitationes, Deut. 31, 21. Omnes viæ nostræ, Jerem. 16, 17. cap. 32, 9. gressus & situs, Psal. 139, 3. 4. Amos 9, 3. corda, 1. Regum 8. Tu solus nosti corda filiorum hominum. Johann. 21. Omnia scis Domine. Etiam futura contingentia in suis causis, contra Socinianos. §. 66

Scientia Dei Rom. 11, 36. excellentissima, ratione *simplicitatis*, ut mox dicetur: *negati medii*, per seipsum enim omnia cognoscit, non per species impressas, aut per effecta: *objecti*, omnia enim cognoscit facta, facienda, factibilia: *operationis*, facit enim DEI scientia nos scientes, & suam nobis scientiam communicat, ut Sol lucem: *adjunctæ perfectionis*, omnia perfectissimè cognoscit, omnique modo, quo sunt cognoscibilia: *celeritatis*, nam in instanti & simul omnia novit: *certitudinis*, cognoscit enim contingentia in se: *æternitatis*, *immutabilitatis*, non enim deficit Dei scientia, nec proficit: *simplicitatis & unitatis*, uno simplicissimo actu intelligendi omnia cognoscit, non per diversas cognitiones.

Gratiosa per fidem, Eph. 3. imo mirabilis & imperveſtigabilis. Augustin. tom. 9. col. 437. b. 438. a. §. 67

Solatio ſit nobis omniſcientia Dei, quia 1. novit noſtras calamitates. 2. Hoſtium conſilia, Threnor. 3, 59. 60. 3. Liberationis media & tempus. Joh. 2. Nondum venit hora mea.

§. 68 *Mundi oculus* Deus eſt, omnia moderans in macrocoſmo, ſicut oculus in microcoſmo; ſed & hunc regit Dei oculus. Pſalm. 32, 8. Ducam te oculis meis. Exod. 25, 31. ſeptem lucernæ in tabernaculo erant: ut intelligas homo, in magno mundi tabernaculo Dei luce omnia plena eſſe. Jerem. 23, 23. cœlum & terram impleo. Chryſoſtom. hom. 7. in epiſt. ad Hebr. §. quid eſt aperta. Prov. 17, 3. Deus corda probat ut ignis aurum. Oculus ſceptro impoſitus olim apud Ægyptios Deum figurabat: Deus noſter totus oculus eſt, omnia videns.

§. 69 VII. *Omnipræſentia.*

Propinquus eſt ad 1. Adeſſendum. 2. Intuendum. 3. Conſulendum. 4. Conſolandum. 5. Audiendum preces. 6. Plenè liberandum.

Piis vero adeſt gratioſè 2. Sam. 23, 3. Joh. 14. veniemus ad eum. Pſ. 18, 26. cum Sancto Sanctus eris: delectatur templo cordis noſtri. Confer alleg. 2. Sam. 7, 6. 7.

§. 70 *Manet nobiscum* 1. Verbo. 2. Gratia. 3. Spiritu. 4. Benedictione. 5. Illuminatione. 6. Defenſione. 7. Fideli noſtri conſervatione. Eſt Deus ubi colitur, Eſræ 1, 3. Ipſe eſt Hieroſolymis Pſ. 46, Dominus in ea.

Ejus præſentiam nobis ob oculos ponere debemus: 1. quia intimè corda noſtra perſpicit, 1. Regum 8. Tu ſolus noſti corda hominum. 2. Oculi ejus lucidiores ſole, Sirach. 23. 3. Cogita te totum & omnia bona tua à DEO pendere: ſingula vitæ momenta nova beneficia Dei ſunt: ſi hic ſol non luceat tibi, tenebræ te perdent. 4. Cogita, quanta fas ſit reverentia Deum hunc colere, ſi tanta reverentiâ vultum Principis contueris. 5. Vita impudentiam, in conſpectu tantæ majeſtatis peccare: perpende fulmen. 6. Jugiter invoca, ut tua pericula avertat, animæ tuæ impendentia.

§. 71 *Defendit nos.* Alexander M. igne ſe tuebatur contra ſerpentes in India: ſic Deus ignis noſter eſt, nos defendens contra ſerpentes infernales. Zach. 2. ero murus igneus. Juxta hanc præſentiam dicitur habitare Numeror. 35, 34. Confer quoque Hilar. in Pſ. 118. Aug. de præſentia Dei ad Dardan. c. 8. Lactant. lib. 2. c. 2. de orig. erroris. Confer huc oracula, Exod. 14, 14. 1. Sam. 17, 45. 2. Reg. 6, 16. 2. Chron. 32, 8. Pſ. 58, 8. 9. & 60, 14. Eſa. 31, 3. c. 51, 12. Jerem. 17. v. 5. Rom. 8, 31.

§. 72 VIII. *Potentia & Omnipotentia.* Deo enim nulli limites fixi: omnia agit in cœlo & in terra, Pſal. 115.

Elucet 1. In creatione, Pſ. 104. Gen. 1. Pſ. 33. Ipſe dixit & facta ſunt. Johan. 5, 17. Hebr. 1, 23. 2. In redemtione noſtri, Epheſ. 1. 3. Eccleſiæ collectione, in Noacho, Abrahamo, propagatione inter gentes & conſervatione. 4. Suſtentatione in cruce & omnigena liberatione, Zach. 7. etiam per paucos, 1. Sam. 14, 7. 5. in mortuorum reſuſcitatione.

Potentia in Deo triplex eſt: I. Creationis; de quâ dictum eſt. II. Beneficentiæ, quâ ſuis benefacit in hac & in futura olim vitâ.

III. Iræ, quam exercet in impios. Rom. 9. oſtendam in te potentiam.

Parit & hæc conſideratio ſuos uſus, nimirum doctrinam, confutationem, hortationem & ſolatium: 1. Verus Deus verè & ſolus omnipotens eſt, habens dominium in omnia, Job. 23, 13. 14. & 42, 2. 2. Ergo fictitii DEI non poſſunt juvare. 3. Confugiamus ad Dei omnipotentiam, credamus ei ſanctè, Luc. 1. glorificemus eum, Epheſ. 3. 4. Non deſperemus in cruce & morte, nec nimis nobis timeamus. Hinc enim dependent omnes conſolationes; hoſtes non poſſe nobis prævalere, Pſ. 66, 3.

§. 73 IX. *Vita Dei.* Ineffabilis illa, qua vivit & permanet in ſecula per ſeipſum & in ſeipſo, Jer. 10, 10. Dan. 6, 26. Pſ. 102.

Hæc vita eſt cauſa unica omnium rerum, corporalis & ſpiritualis vitæ, & fons, Gen. 2, 7. Pſalm. 36, 9. 10. Pſal. 42, 3. Joh. 1, 4. 1. Corinth. 15, 45.

Officia hinc noſtra: obedire Deo vivo, Deuter. 30, 20. deſiderare eum, Pſ. 42, 3. vivere in Chriſto, Galat. 2, 20. Roman. 14, 8. 9. timere Deum vivum, Joh. 3, 18. 36. Hebr. 10, 31. Salutem per Chriſtum ſperare ex hoc Deo vivo, Joh. 3, 16. non vivere carni, avaritiæ, Rom. 8, 3. 1. Tim. 6, 17. cognoſcere vivum Deum, Joh. 5, 24. c. 17, 3. vitam propriam vilipendere pro Chriſto, Apoc. 12, 10. ſeq. ſolari nos in morte, quod nimirum in Deo vivamus, Matth. 22, 32. Joh. 6, 40. 1. Joh. 5, 11. 20. c. 6, 40. mortem æternam cavere.

§. 74 X. *Beatitudo.* 1. Tim. 6, 15. qua in ſe beatus eſt, Jacob. 1, 17. ineffabili beatitudine, Eſ. 64, 4. 1. Cor. 2. v. 9. cujus nos facit participes, remittendo peccata, juſtificando, Pſal. 32, 1. Joh. 20, 29. Rom. 4. Itaque ſectemur hanc beatitudinem, non autem in mundo quæramus, Luc. 12 & ex hoc ſummam Dei charitatem agnoſcamus.

Opera Dei.

§. 75 *1. In genere* ſunt nobis utiliſſima: Diſcimus enim ex illis, ſpem in ſolo Deo eſſe locandam, Pſal. 78. v. 7. 8. eique obediendum, verſ. 23. 24. ſeq.

Juſtiſſima. Juſtus enim eſt Dominus, Pſalm. 119.

Copioſiſſima, Pſal. 104.

Sapientiſſima, non enim indiget Deus conſiliario, Eſai. 40, 13. Rom. 11, 34. ut principes mortales.

Mirabiliſſima, Pſ. 111, 2. non poſſunt inveſtigari, Sir. 43, 29. 36. 37. Summa, Pſ. 104.

Pulchra 1. in creaturis, Sir. 43, 15. 2. in lucis & ſolis ſplendore, Sir. 43, 16. 3. in ſanctis Dei ineffabilia, Sirach. 43, 17. 4. Inenarrabilia pro dignitate d. l.

Ordinata, ſuisq; uſib. creaturas quasq; aptantia. Sirach. 39, 21. ſeqq. Ordinat quoque mala. Sicut Muſicus intervalla ordinat, quæ ſunt vocum privationes, & pictor umbras pingit, ordine placentes, non ſpecie: ſic quoque Deus mala ordi-

ordinat ſapientisſimè. Auguſtin. de Gen. ad lit. c. 5.

Inſcrutabilia. Sicut ignoras, quomodo anima corpori jungatur, & oſſa compingantur in utero prægnantis: ſic nunquam intelligere poteris rationem ullius earum rerum, quas Deus fecit tam multas & varias, Eccleſ. 11.

Meditanda nobis. Pſ.139,14. Mirabilia opera tua, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Luc. 2. Parentes Chriſti admirati ſunt, hoc eſt meditati, quæ de Chriſto dicebantur. Pſ.39. In meditatione mea exardeſcit ignis. Pſ. 1. Meditabitur in lege. Confer tit. Meditatio.

§.76 II. *In ſpecie* varia ſunt Dei opera ac beneficia: Nos quædam eorum recenſebimus; ecquis omnia?

Creatio & conſervatio. Hinc omnia ex Deo & per Deum eſſe dicuntur, Rom. 11,36 non indiget ullo aliquo adminiſtro.

Defenſio. Deus enim ſæpè ſuorum dicitur clypeus, terrâ nempe & mari. Sic miles ille apud Alciatum gloriatur de ſuo clypeo, ex quo etiam cymbam faceret, & fluvios trajiceret, quique oſculatus ſit clypeum & dixerit: hic verus & ſolus mihi fuit amicus terrâ marique. Longè verius de ſuo Deo fideles hoc uſurpaverint, hic enim ſolus Deus eſt terrâ marique, Eſa.43, 2. Sic Iſraëlitas terra marique rubro defendit Dominus; ſed & in igne clypeus eſt Deus, ut Geneſ. 9. Lotho: Dan. 3. tribus confeſſoribus.

Providentia. V. titulum iſtum ſuo loco.

§.77 *Benedictio*, quæ eſt inſtar fluminis, Sir.39,27. V. ſup. tit. Benedictio.

§.78 *Conſolatio.* Gaudio cingit Deus poſt crucem: v.g. pro compedib. ferreis Joſeph catenam auream accepit: pro ſervili annulo aureum annulum: pro habitu ſordido ſtola byſſina indutus eſt: pro antri ſqualore amplum imperii currum adeptus: pro odio fratrum gratiam regis: pro exilio exaltationem: pro pallio detracto ab adultera ſtolam byſſinam: pro ſervitio dominium: pro nomine ſervi regis nomen: pro adultera uxorem prænobilem.

Conſolante Deo homines non metuamus, Eſa. 51. v. 12.

§.79 *Corroboratio*, Zach. 12, 8. Sicut David: ſic & nos Diabolum vincemus, Epheſ. 6. Matth. 4. Eſa. 40, 20. c. 41, 10. Pſ.18,33. & 138, 3. Rom. 8. 1. Cor.15. dedit victoriam. 1. Joh.5. Fides vincit. Apoc. 12. vicerunt ſanguine agni. Vide exemplum Eſræ c. 7, 28. confortatus ſum manu Dei ſupra me.

Remiſſio peccatorum (confer Juſtificatio) Jubilæus annus Levit. 25. eſt ſingulis diebus,

§.80 ait Drexelius p. 21. conſid. æternit.

Exauditio precum, 2. Regum 20, 4. 5. Vid. Tit. Oratio.

Pœnarum mitigatio.

Illuminatio, hinc Deus pater luminum dicitur. Vid. ſup. hoc titulo.

Temperatio crucis 1. Malis metas præſcribendo. 2. Tempus durationis determinando. 3. Ad bonum finem ducendo. 4. Gaudia intermiſcendo, Pſ. 30, 12. per vicem enim crucem & ſolatia immittit, Pſ.30. Eſ.54. c.60, 10. c.61. v. 7. 1. Sam. 2. Plura vid. tit. Fidelitas.

Viſitatio animarum, quæ fit 1. præcepto. 2. flagello. Greg. hom. 39. in Evang.

§.81 *Viſio* Dei, quæ fit quatuor modis. 1. Ante incarnationem in formis aſſumtis. 2. In carne unita. 3. In revelatione, ut Paulo. 4. In operibus, Rom. 1. 1. Cor. 13, 12.

Patefactio. Loquitur Deus per 1. Scripturam. 2. Prædicationem. 3. Inſtinctum internum.

Protectio ſub alis, ſub iis enim 1. abſcondimur. 2. ab hoſtium incurſionib. protegimur. 3. refrigeramur, tanquam in umbraculo ſalubri. 4. ſub his alimur. Hugo in Pſ. 125. V. titulo Alæ.

§.82 *Judicia* Dei imperſcrutabilia rationi, Rom. 11, 36. Oſeæ 9, 14. quæ non poteſt invenire viam ſalutis, nec media; imo non ſe eruere novit aut prævidere nexum mediorum & finem à Deo intentum. Scrutabilia & nota ſunt eadem, Rom. 16, 25. 26. Epheſ. 3, 2. Coloſſ. 1, 25. 1. Cor. 1, 2. 1. Tim. 1, 9. 10.

Exaltatio, nempe cornu ſive potentiæ populi ſui, Pſ. 148, 4. Hæc a. exaltatio non fit ſubjectivè in ipſo Deo, ſed objectivè, cum nos juvat, & nos liberati altum eſſe Deum agnoſcimus, Pſ. 21, 14. Epheſ. 3, 17. ſeq. Pſ. 6, 9. Rom. 8. Quis ſuperabit &c.

§.83 *Senſus Domini* eſt duplex: 1. Evangelii revelati, hunc habemus in verbo, Joh. 6, 40. 1. Corinth. 2, 11. 2. Judicii privati de homine hoc, vel populo hoc, v. g. cur Deus judicet hunc vel illum? ibi non poſſumus cor hominis introſpicere, id ſolus Deus facit, juſtus judex. D. Hunnius in Poſtill. in h. l. & ille ſenſus non eſt nobis cognitus.

Nomen Dei

§.84 Multa ſignificat: 1. Ipſum Deum. Hinc Hebræi dicunt הוא שמו ipſe nomen ſuum, Eſai. 30, 26. Nomen Domini venit, i. e. ipſe Dominus, Pſ. 7, 18. 2. ἐνεργητικῶς favorem & aſſiſtentiam Dei, Pſ. 118, 10. Prov. 18, 10. 3. προςακτικῶς mandatum Dei, 1. Sam. 17, 4. 4. σχετικῶς agnitionem & cultum Dei, Matth. 18, 20. c. 28, 19. 5. ὀνομαςικῶς, nomen, quod Deum ſignificat, idque eſt mirabile & Jehova, Exod. 3. verſ. 15. Dei nominum quædam 1. majeſtatica, ut Rex, Dominus, Arx, &c. 2. quædam verò ſuavia & humilia, videl. Pater, cuſtos, paſtor. Luther. in Pſ. 23. Tom. 3. Witteberg. fol. 279. a.

§.85 *Obſervatur*, ſi 1. Omnia noſtra dicta, facta, ſtudia ad Dei nomen & hujus cultum referamus, 1. Cor. 10, 31. Col. 3, 17. 2. Omnia in fiducia hujus nominis inchoemus, Pſ. 20, 6. 1. Sam. 17. Luc. 5. 3. Ab omni injuſtitia diſcedamus, 2. Tim. 2, 19. 4. Nomen Domini celebremus, Prov. 18, 10. Luc. 2, 46.

§.86 *Profanatur*, Exod. 20, 7. Lev. 24, 10. 1. Per ridiculas & jocoſas hor. verborum uſurpationes, Eph. 5, 4. Sir. 23, 10. Proverb. 16, 2. & 5, 19. cap. 14, 9. Sir. 27, 14. 1. Corinth. 18, 32. 35. Mal. 3, 14. 2. Petr. 3, 3. 2. Per exorciſmos magicos & illicitos, Actorum 19, 3. 3. Per execrationes, Levit. 24, 10. Sap. 1, 11. Jac. 3, 9. 4. Juramenta temeraria, Sir. 27, 15. 5. Malam vitam, Romanor. 2, 24. 1. Tim. 6, 1. 6. Sacrorum levem & irreverentem tractationem, Leviticor. 20. verſic. 3.

Ezech. 20, 31. Mal. 1, 7. Hæc profanatio autem dissuadetur 1. quia est propria impiorum, 1. Samuel. 17, 43. 2. Sam. 16, 7. 2. A pœnis Dei, Exod. 20, 7. Sir. 23, 14. Levit. 24, 14. 1. Sam. 17. v. 49. Dan. 15, 30. Judith. 23, 8. 2. Machab. 10, 35. 36. 3. Ab abominatione piorum, Sir. 27, 14. Pf. 42, 11. Esa. 31, 1. Job. 2, 10. Tob. 2, 16. Luc. 23, 40.

Officium nostrum est

§. 87 I. Ascendere ad Deum. Hoc verò fit tripliciter. 1. Per scalam Christianæ humilitatis, Luc. 18. & gradus sunt (α) Timor Dei. (β) Abrenunciatio propriæ voluntatis. (γ) Obedientia. (δ) Patientia. (ε) Peccatorum confessio. (ζ) Contemptus sui. (η) Nihil singulariter agere. (ϑ) Tacere usque ad interrogationem. (ι) Non esse facilem ad videndum. (κ) Sacra & rationabilia loqui. (λ) Statu & habitu humilitatem prætendere. 2. Per opera misericordiæ, quorum sex Matth. 7. v. 35. 36. 3. Per contemplationem, ubi septem gradus: 1. eorum, quæ sunt tantum. 2. quæ vivunt tantum. 3. quæ sentiunt tantum. 4. quæ discernunt homines. 5. quæ comprehendunt, (angeli beati) 6. Christi sanctitatem, quam pertulit in cruce. 7. Ejus Deitatem & totam divinitatem. Hugo in Psal. p. 205.

Ascenditur quoque ad Deum quinque gradibus: Dei verbum audiendo, bene operando, veram fidem adjungendo, in fide perseverando, ex hac vita migrando.

II. Pacem cum eo habere. Pax namque cum Deo causatur dissidia cum mundo. Allegoricè Josuæ 10, 4.

III. Ad nomen ejus confugere, quia est arx fortissima, Prov. 18, 10.

Voluntas Dei. V. Voluntas.

DEXTERA.

1. Dei. Ejus potentia.
2. *Hominis.*

Tenet nos Deus dexterâ, Pf. 73, 24. dum roborat, conservat nos in cruce.

DIABOLUS.

§. 1 *Ambigua est vox:* Nam & pro Diaboli ministro accipitur, nempe pro Juda, Joh. 6. v. 70. Sicut, qui Domino conjungitur, unus est cum eo spiritus: sic contra quoque fieri non est negandum. Cyrill. lib. 4. c. 30. in Joh.

§. 2 *Existentiam* Diaboli seu Angelorum malorum docet 1. Scriptura. 2. Experientia. 3. Effecta eorum in mundo plurima.

§. 3 *Definitio.* Diabolus & angeli mali non sunt cogitationes malæ, contra Anabaptistas quosdam, sed spiritus & substantiæ spirituales, ob spirituales effectus, 1. Reg. 22, 21. Marc. 8, 16. Luc. 10.

§. 4 *Unde?* 1. Quà substantiam à Deo. Genes. 1. ult. Omnia valde bona. 2. Quà lapsum ab abusu liberi arbitrii, quo à Deo defecerunt, Joh. 8. Judæ epist. v. 6.

Effecta varia Satanæ.

§. 5 I. *Contra naturæ cursum:* Diabolus enim facit mira 1. Oculos & phantasiam perstringendo. 2. Motu locali velocissimo. 3. Activa passivis applicando. Vid. Cornel. à Lapid. fol. 391. in Exod.

§. 6 II. *In Aëre:* nam inter malos angelos referunt spiritus aërios, qui aërem turbare possunt, quod facere Tartaros scribit Marcus Venetus: apparent in formis avium. Vid. Kornmann. p. 74. 75. in theatr.

§. 7 III. *Erga homines.*

Accusat nos, Apoc. 12, 9. Job 1, 2. 1. in prosperis. 2. in adversis, 3. in die. 4. nocte. 5. ob peccata & cordis nostri intentionem. Gregor. lib. 5. Moral.

§. 8 *Calumniatur,* Apoc. 12. Gen. 3. Chaldæus sic transfert: *Verumne est quod dixit Deus?* Vide hîc Ambros.

Calcaneum mordet Gen. 3. variè exponitur de insidiis Satanæ, latentis in herba, mordentis incautos, ut Gen. 49, 17. de Satana non planè protrito, fracto, sed adhuc mordente; de vigilantia Satanæ, de observatione omnium ingressuum nostrorum ac studio indefesso nos supplantandi & lædendi, vid. Mart. Delrio in Adagialibus.

Cribrat homines per terrenas cogitationes, ut ait Macar. hom. 1. Confer Matth. 16. Luc. 22. & per prava consilia, 1. Chron. 21.

Colaphizat pios, 2. Cor. 12, 7.

§. 9 Corrumpit Dei verbum, Matt. 4, 6. 2. Cor. 4.

Bona impedit: ut (α) Verbi auditum. Ut dux obsidet arcem & ne commeatus invehatur, summo studio cavet: Sic Satan cor, Joh. 13, 27. homines occupat & commeatum verbi ex iis protinus aufert, Marc. 4, 15. Luc. 8, 12. 1. Thess. 3, 5. 2. Cor. 11. Sanheribus ludificabatur Hiskiam credentem verbo Dei de liberatione per eundem futura: ita infernalis Sanherib variis tentationibus velut obsidione cor nostrum cingit & verbum Domini ex eo tollit. (β) Confessionem peccati & pœnitentiam: instar 1. lupi ereptæ ovis guttur comprimentis, ne pastoris opem imploret: 2. instar impudici, virginem sollicitantis, qui prohibet parentibus rem aperiri. Jacob in domo Labanis commoratus, cum in patriam remeare vellet, Esau iter impedire annititur, Genes. 23. Ita infernalis Esau, cum ad cœlestem patriam reditum meditamur, nihil non molitur, ut nos impediat, infestet & à pœnitentia abducat. (γ) Exercitium bonorum operum; instar diruturi ædificium, qui tectum prius dejicit, mox ad parietes & fundamenta: ita Diabolus opera (tectum) bona demit, ut fidem (fundamentum) adimat. Adonibezech olim septuaginta regibus pollices præscindebat; ita, quos vincit Diabolus, amputat summitates manuum, ne operentur, & pedum, ne gradiantur, & citat eos vanis voluptatibus ad terrenum pastum abjectos, porcorum instar. (δ) Statum integritatis. Ut Caligula optabat, pop. Rom. unam esse cervicem, quam præcideret; ita Diabolus in Adamo totius humani generis cervicem amputavit. (ε) Salutem nostram, & omnes eos, qui nobis bene cupiunt, ut ille Saneballat Nehem. 2. vers. 10. Et ecclesiæ bonum: sicut Astyages partum filiæ frustrà enecare molitus est. Justinus. (ζ) Fidem. Perpetuò enim in eam

eam curam incumbit, ut fidei radicem e cordibus hominum tollat, Luc. 22, 31. Alleg. ex 2. Reg. 18, 35. c. 19, 10.

§. 10 *Decipit* homines apparendo, 1. Sam. 28. decipit terrendo minis, alliciendo promissis, illudendo falsis rerum imaginibus, ut nos capiat.

Mulieri cuidam Mediolanensi persuasit Satan, ut ipsi offerret infantem bimulum vel trimulum; fore promittens, ut omnia consequeretur, quæ modo optaret, Wolfius ad ann. 1507.

Exagitat & inquietos homines reddit, 1. Samuel. 16. C. Caligula tribus solum nocturnis horis quiescebat, lucem magno desiderio expectabat: sic Diabolus lucem judicii exspectat, ut nequitiæ pœnæque socios accipiat. Zvving. a. 75. Diei.

§. 11 *Circumit* nos: 1. Jacula in omnes corporis partes dirigendo, h. e. varia vitia instillando. 2. Omnes astute obsidendo. 3. Muros & fortitudinem explorando. 4. Omnibus sensibus occasionem peccandi objiciendo. Cyprian. de zelo & livore, tract. 6. Ambros. libr. 1. in Job. & lib. 7. c. 12. in Luc. 5. In novos subinde errores inducendo & luce donatos tenebris obruendo. Cyprian. tract. 3. de simplic. Prælatorum.

§. 12 *Excæcat.* Ut Simson non nisi erutis oculis ad molam adduci potuit, Judic. 16, 12. ita Diabolus homines prius excæcat, postea sibi in pistrinum addicit, 2. Cor. 4, 4. Rom. 6, 21. 22. Aquila occisura cervum, ambas alas pulvere replet, quem, capiti cervi involans, ejus oculis ingerit: Diabolus rerum terrenarum pulverem hominum oculis objicit, ut æternum perimat.

Errorem inducit & vertiginem, Es. 19. Non curat, quibus erroribus implicetur, dummodo implicetur. Augustinus l. 18. c. 41. de civitate DEI.

§. 13 *Fallit* peccati dulcedine. Sicut mercator de falso panno caput tantum ostendit, non medium aut finem: ita in peccato medium aut finem non ostendit. Sicut pictores rerum colores exprimunt tantum, non naturam: ita Diabolus res vilissimas ut pretiosissimas pingit.

Facit leve, quod grave est, ut homini grave onus peccati imponat: blanditur ut noceat: bona promittit, ut mala tribuat: vitam pollicetur, ut perimat, Cyprianus libr. 1. epist. 8. & lib. 2. epist. 2. vitiaque virtutes vocat. Ambros. in 3. Geneseos.

§. 14 *Ingreditur* homines 1. corporaliter. Vid. tit. Obsessi. 2. spiritualiter, Luc. 22, 3. Joh. 13, 27.

Occidit. Vide paulo ante §. *Decipit homines.* Ut enim latrones in viis agunt, & latrocinia exercent; postquam bonis omnibus exuti sunt, & è republic. proscripti: ita Diabolus è cœlo ejectus & bonis omnibus privatus animarum latrocinia exercet. Et ut latrones se viarum offerunt comites, ut vitam eripiant: ita Diabolus se comitem fingit hîc, ut ibi habeat damnationis socium, 2. Thess. 1, 9. Homicida ergo est 1. Insatiabilis. Bernhard. de quadruplic. debit. 2. Ab initio, Joh. 8. 3. Crudelissimus, nulli parcens.

§. 15 *Occupat* nonnunquam certa loca. V. tit. *Loca Infesta.* Ut namque Paradisi ostium flammeo gladio armatus observat Cherubim, Gen. 3. v. ult. Sic Deus loca nonnunquam infestanda Satanæ concedit, ut terriculamento sit hominibus. Jos. 6, 26. Urbs maledicta. Confer 1. Reg. 16, 34. Exemplum loci fatalis & supplicio Dei sacri Luc. 8, 31. Dæmones, qui Christum ipsis imperaturum præsagiebant, jubentur e terra sua excedere, & precantur sibi locum in suibus esse, idque juste, quia Gadareni contra Dei jussum sues alebant, Marc. 5, 10.

Ostendit Christo omnia regna mundi. Sicut navita ostendit stellam, & juxta eam cursum suum dirigit: sic poterat Satanas princeps aëris ostendere Christo omnia regna mundi, Matth. 4. Chrysost. homil. 5. oper. imperf.

§. 16 *Peccare facit.* Davidem impulit ad superbiam, 1. Chron. 2. idololatriam, Os. 4, 12. mendacia, 1. Reg. 22, 22. Sic peccatum ex invidia introduxit. August. tom. 8. column. 507. d. Ut Jacob ovibus virgas populeas ad efformandum fœtum adduxit, Genes. 30, 37. Ita Diabolus varias virgas offert, ut concupiscentia concepta pariat peccatum & mortem, Jacob. 1. v. 15.

§. 17 *Obsessos miserrimè divexat.* Marc. 16. septem Dæmonia in Maria Magdalena. Confer de Cananæa ex Matth 15.

Pingit & fingit Deum terribilem in cruce & tentationibus, cui opponimus gaudium in Domino, Phil. 4.

§. 18 *Promittit*, quæ non præstat. Matth. 4. Hæc omnia tibi dabo. Sicut homo malignus orphani bona ad se rapturus, illum bonis verbis inescat, donec opes ejus tollat: ita Satan. V. Chrysost. hom. 27. oper. imperf. in Matth.

Sævit maximè. Quia scit alium esse Imperatorem (Michaelem) increatum, Apoc. 12. v. 7. Ut Maximinus Imperator, audiens contra se Gordianum creatum Imperatorem, caput parieti inflixit, humi jacuit, gladio senatum prosecutus est. Zwinger. 90. b. Maximinus. Hæc autem sævitia Diaboli fit ex Dei judicio & permissione. Tamerlanes rogatus sævitiæ immanissimæ causam, torvo vultu dixit: An tu me hominem esse putas, & non DEI iram potius ad hominum perniciem? Zwing. fol. 59. b.

Spoliat corda nostra Dei verbo Luc. 8. Sicut pyratæ navem pretiosis mercibus.

§. 19 *Tentat* infirmos instar hostis 1. præsidia infirma explorantis. 2. Ramum ab arbore evellere cupientis, partem ejus apprehendit debiliorem: ita Satanas infirmis insidias ponit, 2. Corinth. 12, 7. 9. Callidi duces modo hanc modo illam urbis partem se expugnare simulant, ut partes exercitus post principia latentes desertam aliam aggrediantur: ita Diabolus. V. Aug. t. 9. col. 380. b. Aucupi sufficit, uno pede modo implicita retibus hæreat avis: ita Diabolus aut in fide te capit aut in vita, cave, cave!

Ut Saul semper Davidem persequebatur, 1. Samuel. 23, 14. ita quoque Diabolus. Hic est ille Rex Kedorlaomor, qui animabus nostris inhiat, Gen. 14, 1. Est Laban ille jugiter nos persequens, Gen. 31. v. 22. Confer Cyprian. lib. 1. epist. 1.

Tentat quoque Protoplastos 1. quærendo, Gen. 3, 1. 2. Falsum asserendo, Gen. 3, 4. 3. Falsum promittendo, &c. sic hodienum tentat, Marc. 1, 13. Matth. 4, 3. Luc. 4, 2. Actor. 5, 3. 1. Corinth. 7, 5. 1. Thess. 3, 5.

§. 20 *Terret* homines. Bruto vigilanti objectum est spectrum humanâ specie majus, quod interrogans Brutus, ejusmodi responsum retulit: Tuus sum Cacodæmon, in Philippis me videbis; nec aliud eventus ipse docuit. Saul à malo spiritu misere exagitatur, 1. Sam. 16. & 18. Pisistratus Tyrannus dormiens audit virum sibi insurrantem: ὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν ὐκ ἀποτίσει, nemo improbus non luit pœnam.

Texit ex uno delicto longam telam scelerum & miseriarum hominibus. Vide lapsum Adami, Davidis, &c.

Tortor erit sibi. Ecclinus Tyrannus Patavinus sentiens se prælio uno fusum planè esse, vulnus & circumligaturam omnem frendens irâ dentibus & unguibus conscidit. Zwinger. fol. 90. b. sic Diabolus.

§. 21 *Subjectum ubi?*

In filiis diffidentiæ & malis, Ephes. 2. vers. 2. 2. Thess. 2, 9. in his enim operatur: item in iis, qui furore Diabolico perculsi sunt, de quibus Zwing. fol. 15. a. Intrat autem in homines per duas januas; timoris & cupiditatis. Augustin. tom. 10. colum. 1604. a. per duo arma; voluptatem & timorem. Augustinus tomo 9. col. 1103. b.

Angeli mali sunt etiam in aquis, qui inundationes cient, quales fuêre tempore Alexandri Sexti: item anno 1515. & suos cultores per mare portant, ut Othinus, qui Hadingum, Danorum regem, equo vectum per mare duxit. Kornmann. p. 113. Theatr. Huc pertinent Kobaldi. Kornmann. p. 172. seq.

In aëre Ephes. 6, 12. versatur Satan 1. in eo apparendo aliquando. 2. Aërem commovendo per tempestates & alia. 3. Peste inficiendo, si jubeat summus judex. Posse enim Diabolus causas secundas ciere Dei permissu, nemo dubitat.

In terra & locis maledictis.

In Brutis animalibus, Matth. 8. Porcis.

Agit ex Dei permissione.

§. 22 1. Ut somnolentos Christianos excitet & probet. Gregor. M. 2. Suam potentiam contra Satanam ostendat.

Adjuncta Ethica.

§. 23 *Affectus odii*, Apoc. 12, 12. Matt. 13, 25. dicitur hominis inimicus, quod egregiè explicat Augustinus tom. 8. col. 1605. a. Odium Hannibalis jam inde à prima pueritia cœpit; sic odium Satanæ adversus humanum genus. Ex hoc Satan duas habet vias insidiosas. 1. Circumitionem. 2. Circumventionem, Bernh. in Psal. 90. serm. 12. Huc Luc. 22. Expetivit Satanas, ut vos cribraret.

§. 24 *Apparitio.* Causa spectrorum peccata hominum, ob quæ Deus permittit, loca peculiaria affligi à Satana, sive etiam homines ipsos. Vide in effectis Diaboli, quod terreat. Fulgosus lib. 1. c. 6. narrat ædes Athenis fuisse nocturno spectro macilento, & stridore catenarum terribili admodum infestas; has pretii vilitate adductus Athenodorus Philosophus conduxit, spectrum suo loco egrediens probè observavit, humum effodit, invenitque hominem spectro illi simillimum, quo facto cessavit terriculamentum. Philosophi quidam in Persiam profecti in reditu inveniunt cadaver juxta viam non humatum, quod sepeliunt, sed sequenti nocte monentur à spectro insepultum relinquere cadaver, quod indignum esset terrâ matre, eò, quia propriam olim matrem stuprasset. Peucerus de divinat. ex Agath.

§. 25 *Arma* Satanæ Luc. 11. varia sunt: 1. mendacium, 2. homicidium, 3. fraudulentia, 4. falsa religio, 5. laquei, 2. Tim. 2.

Astutia, Gen. 3. 4. 5. 1. Chron. 21, 1. Job. 1, 11. Matth. 4, 3. Luc. 8, 12. Apoc. 2, 24. significatur nomine profunditatis, 2. Cor. 11, 3. Hinc dicitur machinari 2. Corinth. 2, 11. calcaneo insidiari, Genes. 3, 15. præoccupare homines, 2. Cor. 2. vers. 11. & tentare: inde vocatur tentator 1. Thess. 3, 5.

Confusio, cum Diabolus putat omnia desperata esse: v. g. Trunco Isai succiso putat omnia de nihilo esse; sed confunditur Satan, reflorescente trunco & fructum virginis Esa. 7, 14. ferente.

§. 26 *Crudelitas.* Hinc Satan introduxit τὰς ἀνθρωποθυσίας apud Israelitas & Ethnicos. Vide Johann. Wierum libr. 1. capite 7. de præstig. Dæmon.

Conversatio cum falsis Doctoribus. Iren. lib. 1. c. 9. adv. hæreses.

Immunditia, Matth. 10, 1. c. 12. Marc. 3. & 9. Luc. 6.

Impudentia: manifestum Dei præceptum corrumpit, & calumniatur Deum, Gen. 3, 4.

§. 27 *Invidia* erga hominem, Sap. 2. Ambros. 1. beatum, cui invidit beatitudinem, quam non servavit Satan, natura homine superior. 2. E limo factum, quod is cœli debebat esse incola, à quo Satan dejectus.

§. 28 *Insidiæ* & insultus ejus fiunt: 1. Peccata extenuando. Sic enim ait Satan: Parum est adhærere opinioni hominum, minus vivere è communi vitæ consuetudine; at si pecces, en mortem peccatorum! 2. Per sensus irrependo 1. Joh. 2, 15. concupiscentia carnis, oculorum, superbia vitæ. 3. Objecta idonea singulis objiciendo; vide Leonem serm. 7. de natali Domini. 4. Pristina peccata reducendo, ut homines recidivam patiantur. Confer Aug. lib. 3. c. 1. de consensu Evangelistarum.

Lætitia in malis, Job.

Malitia, Matth. 6, 13. c. 13, 19. Luc. 8, 2.

§. 29 *Μεθοδίας* Ephes. 6, 12. 1. ratione temporis com-

commodi. 2. ratione loci, videl. in deserto. 3. ratione actuum, nam extenuat peccata, objecta proponit. 4. a simili. Ut vulpes insidiatur gallinæ, latro viatori: sic Diabolus. 5. per cogitationes erroneas & cupiditates: David numerat populum. 6. Lupum pro ove vendit, Matth. 7,15. 7. Occultè seminat, Matth. 13,25. 8. Per circulos hæreticorum ecclesiam affligit. 9. Variis modis homines fallit & ludificatur. Vide Camerarium part. 1. hor. succis. p. 338. sequent. capit. 73.

Μυριοτεχνίτης, *mille artifex*, ob mille nocendi artes, quas illustrat Bernh. serm. de quadruplici debito, dicens: callidus serpens cauda caput tegens, & capite caudam, per herbas gradiens latenter. Genes. 3. Serpens callidior. Adi, si vis, Drexelium tractat. 19. operum Germanic.

§. 30 *Mendacitas*, Joh. 8, 44. 2. Pet. 2, 4. 1. Joh. 3, 8. Judæ vers. 6. Hinc rejicitur ejus testimonium, Luc. 4, 41. Marc. 1, 34. Actorum 16, 18. quia sub rara veritate vult suum testimonium commendare. Chrysostom. hom. 19. in Matth.

Nequitia, Matth. 13, 19. Marc. 4, 15. Luc. 4, 15. c. 8, 12. c. 22, 31. Joh. 13, 2. 2. Thess. 2, 18. Apoc. 12, 13. hinc in angelum lucis se transformat, 2. Cor. 11, 14.

Notitia. Christum agnoscunt & formidant, Matth. 8, 29. Marc. 1, 24. c. 3, 11. & 5, 7. Luc. 4, 34. 41. c. 8, 28. Act. 19, 15.

§. 31 *Odium*. Sic Esau patria benedictione spoliatus sævuit, Genes. 27, 41. ita Satanas maledictus sævit, inimicus ille, Matth. 13, 25. hinc inimicitia erga Christum, Gen. 3, 16. Matth. 13, 39. Christianos, Sap. 2, 19. hinc dicitur adversarius 1. Petr. 5, 8. quem Dominus increpat, Zachar. 3. & visitabit, Esa. 27. & conteret, Gen. 3, 16. Roman. 16. qui in malis gaudet, Johann. 1. & 2.

§. 32 *Rebellio* erga Deum: nam resistere audet 1. Deo & Christo, Gen. 3, 15. Semen mulieris, Zachar. 3, 1. Esa. 27, 1. 2. Ministris verbi, Zach. 3, 5. Hos enim odio maximè, ceu veritatis præcones, prosequitur. 3. Piis omnib. variis modis bona eorum impediendo.

Scientia Diabolorum magna est, suis tamen terminis circumscripta. Vide Lactant. lib. 2. c. 14. de originibus errorum. A priori autem non noscunt cogitationes hominum, id enim soli Deo competit, 1. Reg. 8. sed à posteriori, affectibus, effectis, temperie, signis. Sic Diaboli non noverunt salutarem passionis Dominicæ effectum, 1. Cor. 2. Leo sermon. 9. de passione Domini.

§. 33 *Status damnabilis*. Haman in ligno suspensus est, quod suæ ipsius superbiæ consecraverat, Esther. 7, 10. ita Diabolus in ligno crucis damnatus est, in quo Christus suspensus est, & quidem irrevocabiliter. Vid. August. tom. 9. c. 476. d. Belsazer levis inventus est nimium, ideoque occisus, regno ab eo ablato Dan. 5, 27. Cyroq; tradito: ita Satanas levis erit in die judicii, plane ejicietur è libra divinæ patientiæ, regnum mundi ei auferetur, nam pessundabitur 1. Cor. 15, 25. sub Christi pedibus, & implebitur sermo propheticus consummativè: ubi est stimulus tuus, ô mors? ubi victoria tua, ô inferne? 1. Corint. 15, 55. & apostolicus, Apoc. 12, 10. 11.

Solvendus aliquando Satan, non finali pœnæ dimissione, sed temporali ipsius tyrannidis relaxatione. Vide August. libr. 21. c. 17. & 23. de civitate Dei. Apoc. 20, 3. 7.

§. 34 *Superbia*: olim volebat coli sacrificiis, Levit. 17, 7. hodienum colitur ab impiis, Apoc. 13, 4. Deuter. 32, 17. 2. Chron. 11, 15. Ps. 106, 37. 1. Cor. 10, 20. à Christo adorari, Matth. 4, 9. à mundo Deus haberi, 2. Cor. 4. & in suis mancipiis divinos honores sibi exhiberi, 2. Thess. 2, 4. Superbus ille Pharao est, qui dicebat: Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus? Confer Cassian. libro 12. capite 8. de spiritu superbiæ.

§. 35 *Ventre repit*, Gen. 3. Sic repit Satan cum per membra nostra serpit. Gregor. M. libr. 21. c. 2. moral. & in Pastor. 3. c. 20.

Vigilantia, 1. Pet. 5, 8. Hinc Draco dicitur. Matth. 13. dormientibus hominibus ipse vigilat, zizania seminans: huc Eph. 6, 11. Diaboli clandestini insultus.

§. 36 *Adjuncta alia Theologico-Politica.*

Jugum Satanæ 1. Christi non est, 2. Corinth. 6, 14. 2. Gravissimum, tandem enim Diabolus æternis supprimit suppliciis. 3. Nunquam frangendum, quia nunquam terminandum. Est quoque damnosum, noxium, pestiferum, intolerabile: jugum peccati, voluptatis damnosæ, mortis perpetuæ. Tot juga, quot vitia, ait Rupertus Abbas Tuitiens.

§. 37 *Persecutio* ejus indesinens est contra ecclesiam. Ut Exod. 15. persequar & comprehendam: sic quoque non desistit, populum Domini persequi.

Potentia Satanæ 1. In mundo, hinc princeps mundi dicitur Joh. 12, 31. c. 14, 30. c. 16, 11. Eph. 2, 2. c. 6, 12. 2. Tim. 2, 26. Hebr. 2, 14. Deus seculi, 2. Cor. 4, 4. circa corpora sublunaria, Job. 1, 12. 19. externos hominum sensus, per spectra, 1. Sam. 28, 12. corda hominum, Luc. 22, 3. ad nocendum à Satana impulsa, Matth. 16, 32. c. 12, 28. c. 17, 15. 18. 2. In morte, Hebr. 2, 14. & maximè in illâ, quæ contraria est vitæ, quæ dixit: Ego sum vita; secundum quam anima, quæ peccaverit, morietur. Origenes in c. 7. Matth. Hæc autem ejus potentia non est absoluta, sed restricta capistro divinæ providentiæ, Exod. 8, 18. 19. 1. Reg. 22, 20. 1. Sam. 16, 14. c. 18, 10. Job. 1, 6. 7. 12. c. 2, 1. 6. Matth. 8, 32. Marc. 5, 12. Luc. 8, 31. 2. Thess. 2, 9. 11. 2. Chron. 18, 20. Confer Augustinum lib. 3. de Trinit. c. 7. & 8. Sic hæc potentia Diaboli ad miracula propriè sic dicta se non extendit, solius enim Dei est edere miracula, Psal. 72, 18. & 135, 4. etsi aliquando signa edat, miraculis simillima, Exod. 7, 12. c. 8, 7. & finis horum est, fallere homines, Deut. 13, 1. 2. 2. Thess. 2, 9.

§. 38 *Paternitas & dominium*, dicitur hinc pater, qui habet filios, Matth. 13, 38. Joh. 8, 41. 44. Act. 13, 10. 1. Joh. 3, 8. 10.

Damnatio, Matth. 25, 41. 1. Timoth. 3, v. 6. 2. Petr. 4.

Fortitudo: 1. respectu nostri fortis est, Ephes. 6, 12. 2. Fortis dicitur, ut nos ad resistendum animemur: Fortem negligentia nostra facit, non illius potentia, ait autor homil. operis imperfecti vigesimâ nonâ in Matthæum. 3. Fortis respectu variorum armorum, quæ solet expedire in nos miseros: sed solatium nobis omne est in eo, qui hunc principem mundi devicit, Joh. 15, 33.

§. 39 *Sævitia & tyrannis*, Matth. 12, 29. Marc. 3, 27. Luc. 12, 21. hinc leo rugiens dicitur 1. Petr. 5, 8. draco Apoc. 12. Serpens ibid. ex qua homicidia, sive per se illa efficiat, sive per Herodem, Pharaonem & Tyrannos.

Regnum ejus in Papatu magnum. Bellar. tomo 6. col. 581. ex Cassiano.

Victoria passiva, expulsus enim est cœlo, Luc. 10, 18. Apoc. 12, 9.

Septem propria Satanæ:

§. 40 1. Paratissimus ad pugnandum. 2. Crudelissimus ad nocendum. 3. Potentissimus ad operandum. 4. Scelestissimus ad invidendum. 5. Studiosissimus ad tentandum. 6. Subtilissimus ad intelligendum. 7. Velocissimus ad damnandum; è nomine adversarii, diaboli, leonis rugientis, circumeuntis, quærentis, devorantis, 1. Pet. 5. Vid. serm. 48. Godschalci Dominic. III. post Pentecosten.

§. 41 *Varia nomina & similia.*

Abaddon Apoc. 9, 11. h. e. perdens, internecione delens; id verò Satan facit vel per se, vel per ministros suos.

Angeli simpliciter, 1. Cor. 6, 3. 2. Pet. 2, 4. Judæ v. 6.

Abacturi pecora his frondes porrigunt: sic Satan ludibria vanæ vitæ animabus objicit, ut eas inescet. Clemens Alexandrinus 2. Stromat.

Amalekitæ typus Satanæ. Vid. August. tom. 10. col. 459. d. 1. Ob perpetuam hostilitatem. Ut enim semper fuerunt hostes Israelitis: ita mundus & Satanas sunt piorum hostes. 2. Ob victoriæ qualitatem: Amalekitæ precibus fugantur: ita Satanas Matth. 26, 41. orate, ne intretis in tentationem. 3. Ob persecutionis crudelitatem, Deuter. 25, 17. eodem modo nos Satanas prosequitur. 4. Ob regis devictionem. 1. Sam. 15, 20. Samuel percussit Agag; ita Christus dejicit principem mundi, Johann. 14. vers. 30. 5. Ob viæ interclusionem. Amalekitæ viam interclusum Israelitis venerant: sic Diabolus viam ad cœlum nobis vult intercludere.

§. 42 *Antiquus* serpens 1. quia ab initio lapsus mendax fuit, Joh. 8. & homicida, v. 44. 2. quia etiamnum homines seducit, ad perpetrandum opera antiqua antiqui vel veteris hominis. 3. quia nunquam fit novus, nec cutem malitiæ deponit. 4. quia nomine omnium malitiæ antiquæ pœnas est daturus. 5. Ob peccati socium antiquum, Adamum.

Asmodæus & destructor, Tob. 3, 8. alii, occultator.

Aves olim involabant in partes carnium, Gen. 15. sic Diabolus involat corda hominum per suggestiones & malas cupiditates ac cogitationes. Abige eas cum Abrahamo, orando, resistendo.

Auceps non domesticis avibus retia tendit, imo iis utitur, ut alias capiat: sic Diabolus suos domesticos non tentat, Dei amicos infestat, Job. 1. Confer Orig. homil. 7. in Ezech.

§. 43 *Baalzebub*, Dominus muscarum, Lucæ 11. Matth. 10. & 12.

Balæna Es. 27, 1. Jordanum exhaustura. Augustinus tomo 9. colum. 768. c. & tomo 8. col. 1215. c. d.

Basiliscus. August. tom. 8. col. 1017. c. cui Joh. Ravis. Textor attribuit 1. Candidam in capite maculam, quæ Diaboli hypocrisin notare potest. 2. Sibilum venenatum, quo serpentes maximos interficiat. 3. Magnam vim, qua saxa perrumpat, &c. col. 210. in officin.

Cain invidus, nostræ saluti invidens, Sap. 2. nostræ vitæ: ideo mortem induxit. Rupert. in Gen. 4. Quare iratus es? &c.

Canis non domesticos sed extraneos mordet; sic Diabolus, &c. Est quoque instar canis venatici.

§. 44 Cani famelico similis quoque Satan: nam 1. semper sitit nostram perniciem atque interitum. 2. vigil est canis, & ad mensam adstat, quantisper ei aliquid objiciatur: sic Diabolus stat pervigil à dextris impiorum, Ps. 109. 3. Latrat, per tentationes infernales.

Cribratori similis. Ille enim 1. agitat homines, turbat, rebus temporalibus implicat. 2. Vanis cogitationibus allidit & pravis desideriis. 3. Ventum immittit, ut triticum disjiciatur.

Dæmon, Levit. 17. Deut. 32, 17. quasi δαήμων, sciens: hinc doctrinæ Dæmoniorum, 1. Tim. 4. quasi dicas, multa eaque subtili scientia præditus.

§. 45 *Deus* dicitur 1. non ὄντως & verè; sed 2. φαινομένως, apparenter, ut venter dicitur DEUS Phil. 3. nempè ob cultum. Vide Origenem in c. 15. Matthæi.

Diabolus, quod calumnietur Deum apud homines, & hos apud illum, Genes. 3, 1. 3. sequent. Apoc. 12.

§. 46 *Draco* magnus, Apoc. 12, 9. vid. Promt. Alleg. 16. 6. August. tom. 8. col. 818. b. 1. In mari hujus mundi ludens, eod. tom. col. 1221. b. c. 2. Impœnitentes devorans & deglutiens, Esa. 5, 14. 3. Habens capita septem, h. e. septem capitalia vitia: cornua decem, h. e. omnem tyrannorum crudelitatem, quæ contra decem præcepta pugnat, & diadema gloriæ hujus mundi.

Draco etiam est, qui hamo verbi captus, Matth. 4. hamo exinanitæ humanitatis Christi, Chrysost. hom. 5. in var. loc. Matth.

Exercitui pugnaturo similis, qui observat vias, per quas hostis venturus esse putatur, illas 1. Foveis intersecat. 2. Sudibus invias reddit. 3. Tribulis infestat: sic omnia viarum compita Satan observat illecebris, voluptatibus

tibus, &c. Salvianus libro secundo de Provident.

§.47 *Explorator*. Iob.1. Satan perambulasse dicitur totam terram, sc. ut leo rugiens ad devorandum; ut vulpecula ad decipiendum; ut venator ad capiendum, qui habet sagittas venenatas & laqueos abditos. August. tom. 8. col. 1000. c. tom 9. col. 768. d. 769. a. ut explorator ad expiscandum vires nostras; ut negotiator ad merces infernales distrahendum. Luc. 11. v. 24. Perambulat loca arentia, quærens requiem.

Fornicationis spiritus, Oseæ. 4, 12.

§.48 *Fulgur*, Luc. 10, 18.

Fur in nocte parietem perfodere volens, Chrysost. libr. 2. de Provid. ut thesaurum animæ, fidem & spem in Deum nobis suffuretur.

Gladiator caput ferire non valens, in membra corporis reliqua intentus est, ut vulneret eadem: ita caput Christum vulnerare non potest serpens, Gen 3, 16. membra Christianos aggreditur, 1. Pet. 5, 8.

Goliath spiritualis, insultans populo Dei, fundendus lapide & petrâ verbi divini, ut frontem ferias, 1. Sam. 17.

§.49 *Homo armatus*, Matth 12, 29. Luc. 11, 21. cujus domus mundus. Autor oper. imperf. hom. 29. in Matth.

Ignis: alius tamen piis, alius impiis: his est ignis, ut fœno, quod mox ab igne consumitur; illis vero est ignis probans, sicut aurum ab igne probatur, August. tom. 8. col. 1267. a.

Ismaël. Promtuar, Allegor. 204. &c.

Inimicus Matth. 13. Deo, gloriæ illius, ecclesiæ, piis, Gen. 3, 15.

§.50 *Laban*, qui nos insequitur, ut Gen. 31. ut & Christum persecutus est, Joh. 15. Matth. 10.

Latro ille Luc. 10, 30. qui hominem vulnerat. Augustin. tom. 8. col. 1569. a. Latro non ingreditur domum vacuam rebus, sed refertam divitiis: Pii sunt domus plena divitiarum cœlestium, impii vacui sunt; hos non accedit infernalis Latro, illos adoritur. Latrones non ambiunt fœnum, calamos vel paleas, sed aurum: sic diabolus illos infestat, qui fidei aurum habent.

§.51 *Leo* rugiens 1. Petr. 5, 8. 1. ob vim, Augustin. tom. 9. col. 89. a. qui catulos leonum. August. tom. 8. col 1206. d. non qui corio leonis solum indutus sit (ut olim Hercules & Æthiopes leonis exuvias gestarunt) sed qui ipsus leo est ferocissimus. 2. ob sævitiam. 3. ob vires. 4. ob vocis terrorem, Amos. 3. v. 8. leo rugit, quis non timeat? Vid. Ambr. lib. 6. c. 3. in Hexaëm. Es. 31, 4.

Leviathan, Iob. 40, 20. Es. 27, 1.

Lupus, Johan 10, 12. Quis lupus, nisi Diabolus? ait August. tr. 46. in Joh. Vid. Promtuar. Alleg.

§.52 *Magistratus tenebrarum*. Coloss. 1, 13. eripuit nos à potestate tenebrarum, 1. ob tenebras inscitiæ vigentes in regno Satanæ. 2. malitiæ, Joh. 8, 40. 3 excœcationis, 2. Cor. 4, 3. 4. 4. miseriæ; nihil enim miserius est, quam vivere in regno Satanæ, omnis miseriæ fontis. 5. æternæ tristitiæ, Matth. 8, 12. 13.

Malus πονηρός, Matth. 13. 1. Sam. 18, 10.

Malleus universæ terræ, h. e. mundi, nam mundi princeps Satan est. Vide de hoc principatu August. tom. 8. col. 1267. a.

Mendax, 1. Reg. 8, 22. 23. Joh. 8.

Milvus rapax. August. tom. 8. col. 1009 d. pullis simplicioribus insidians.

Mus 1. omnia perrepens: 2. vastans: 3. contemtus à fidelibus, qui non terrentur per Diabolum à Christo victum.

Nequam, 1. Sam. 16, 23.

Nimroth spiritualis, animas nostras venans, Rupert.

Og rex Sion viam intercludere volebat Israëlitis: sic nobis viam ad cœlum Satan. August. tom. 8. col. 1555. d.

§.53 *Pater* peccatorum & malorum, non creatione, sed impiorum imitatione, August. tom. 8. col. 406. b. è cujus domo exire debemus, h. e. mundo.

Pharao. V. Prompt. Alleg. 165. 679. 175.

Perdix Jerem. 17, 11. congregans, quæ non peperit. Augustin. tom. 9. col. 1066. b. c. Ambros. epist. 48. Euseb. Emyss. homil. 11. de Paschate.

Pirata nos spoliare volens auro fidei & opibus spiritualibus. Chrysostom. hom. 4. de verbis Esaiæ.

Primogeniti Ægyptiorum sunt typi diabolorum. Illi mactabantur in ira Domini: sic olim diaboli æternis flammis adjudicabuntur. August. tom. 10 col. 781. d.

§.54 *Taurus* devotus mactationi. August. tom. 8. col. 792. a. Ideo, ait Christus, paratum diabolo ignem esse, cui devotus sit Matth. 25. æternis suppliciis mactandus.

§.55 *Satan*, Zachar. 3. v. 2. sequent. adversarius enim est.

Serpens antiquus, Gen. 3. Joh 8, 44. fraudulentus, 2. Cor. 11. occultè serpit, ut serpens fallens per pacis imaginem. Cyprian. tr. de simplicit. Clericor.

Sichem animæ nostræ stuprum illaturus, Genes. 34.

Sissera. Vide Promt. Alleg. 29.

Seculi hujus Deus 2. Cor. 4, 4. ratione eorum, qui peccatis dediti sunt. Vid. Epiphan. libr. 2 tom. 2. contra hæres. Origen. homil. 12. in Numer.

Spiritus immundus, Zachar. 13, 2. Luc. 11, 24. pessimus, Judic. 9, 23 malus, 1. Samuel. 18. v. 10. vertiginis, Esa. 19, 14. mendax, 1. Reg. 22.

Sodomorum regi similis. Da mihi animas, Genes. 14. sic quoque diabolus capere vult animas nostras.

Venator 1. in astutiar, 2. Cor. 2, 11. non ignoramus astutias. 2. respectu instrumentorum: (α) Cornu & canes habet; susurrones, lenones, conciliatrices, detrectatores, tyrannos, qui Satanæ obstetricantur. (β) Equo insidet; hominibus carnalibus, quos frenis ducit, 2. Tim. 2. ult. (γ) Vestes diversificat: ita diabolus se genio hominum attemperat. (δ) Retia; cupiditates, mulie-

mulieres fatuæ illæ, 1. Tim. 6, 17. (e)Spicula diversa, quibus diversos hominum mores ferit. Hugo in Psalm. 124. Objectum autem, circa quod occupatur hic venator, inprimis pii sunt. Feram sua sponte ruentem in retia non insequitur venator, at fugientem in retia cogit: ita sanctos magis insectatur retia fugientes, quam malos retibus jam implicitos.

§. 57 *Versipellis*: modo agnum, lucem, modò lupum, tenebras ostendit. August. tom. 9. col. 769. d. mutat se in angelum lucis, 2. Corinth. 11, 14. quem mundi pulli versipelles imitantur.

Volucres cœli dicuntur Diaboli: 1. Ob locum aëris, Eph. 2, 2. & 6, 12. 2. ob velocitatem ad malum. 3. ob cœlestem naturam & spiritualem. Hi sunt volucres, semen verbi rapientes è cordibus hominum, Luc. 8.

Ursi, animas hominum devorantes, 2. Regum 2.

§. 58 *Officia nostra circa Satanam.*

I. *Adhortationes* instituendæ:

(1) *Ad fidem*, hâc enim resistere debemus Satanæ, Jacob. 4. & fugiet à nobis.

Leo est cedentibus, formica resistentibus.

(2) *Adorationem*. Sic Christus in deserto oravit, Matth. 4. dicamus ex Matth. 6. ne nos inducas in tentationem. Eph. 6. Ut olim Amalek victus oratione Mosis, Exod. 17. ita adhuc Satanas.

Freyburgi Misniæ decumbente quodam, Satan ad lectum illius se contulit, fessum cepit, jubens ægrotum recensere omnia peccata, in vita patrata: is primo obstupefactus, post majores sumens animos: Age (inquit) scribe, semen mulieris conteret caput serpentis; quo audito Satan mox recessit. Eidem S. Martinus dixit, adstanti lecto ipsius: Quid hic stas horrenda bestia? nihil tibi in me est juris; recessit Satan. Quidam alius Autor narrat, duos conjuges olim consultasse de morte sibi ipsis consciscenda, ob summam calamitatem, in quam inciderant, & cum altera conjugum marito in nomine Jesu poculum ultimum propinasset, maritum protinus ad se rediisse, conjugem erexisse, eamque bono animo esse jussisse, quod Deus nomen filii sui in corda utriusq; dedisset, quo dato omnia simul Deum ipsis quoque largiturum esse.

(3) *Ad jejunium & temperantiam*, Matth. 17. Hoc genus Dæmoniorum, &c.

(4) *Ad piam vitam*, ne Satanas accuset peccata coram Deo.

(5) *Ad militiam*, Eph. 6. teneamus semper gladium spiritus in manibus nostris, & interibit Satan, ut Josuæ 11. Domini sententiâ, &c. Vid. Chrysost. homil. 5. de patientia Jobi. Militia vero illa cœlestis ordinatè instruenda, mens ad pugnam excitanda, arma expedienda, loca ordinanda, sobrietati studendum omnibus necesse est. Chrysost. homil. 22. in Eph. 6. Basil. hom. 2. de Jejunio.

(6) *Ad fidelitatem* Deo nostro probandam, ut velut nudi athletæ, abjectis cum Jobo omnibus, fortiter pugnemus.

§. 59 II. *Detestationes*, ut omnem securitatem deponamus, & magnitudinem periculorum indies nobis à Diabolo imminentium pensiculemus, nimirum, qui sint hostes? quot? scil. innumerabiles; quales? potentissimi, astutissimi, vigilantissimi: quibus armis utantur? nempe horrendis, occultis, semper expeditis: ubi dimicent? ubique nobis sternunt insidias, &c. Vide D. Major. in Postilla Evangelior. in festo D. Michaelis.

§. 60 III. *Consolationes* adversus Satanæ potentiam: 1. Ejus spoliatio, Luc. 11. & devictio, Col. 2, 15. Joh. 16, 33. 2. Judicatio, Joh. 16. v. 11. 3. Ejectio, Luc. 12. & contritio sub pedib. nostris, Rom. 16, 20. 4. Expulsio olim per discipulos facta. 5. Christi omnipotentia. 6. Verbi & Sacramentorum efficientia. 7. Capillorum nostrorum enumeratio, Matth. 10. 8. Dulcissima Christi promissio, Joh. 10. Nemo oves meas rapiet ex manibus meis. 9. Christi intercessio. Luc. 22. Oravi pro te, &c. sic hodienum pro nobis intercedit, Rom. 8, 10. In Domino confortatio, Ephes. 6. Psalm. 44, 4.

Ergò non timeamus Satanam. Sicut olim dictum est Judæis Num. 14. Non timeatis populum terræ hujus.

DIACONISSÆ.

§. 1 *Quæ?*

1. Roman. 16, 1. Phœbe dicitur Diaconissa. Erant verò Diaconissæ fœminæ piæ, Diaconis adjunctæ, qui earundem operâ utebantur in curandis exulib. & exhibendo victum, Theophyl. in h. l. & lavandis pedibus, 1. Tim. 5, 10. & adultiorum fœminarum corporibus, cum ad baptismum adducerentur, tegendis. Epiphan. hæres. 79. & in compend. doctr. Concil. Carthag. 4. c. 12.

2. Erant vestibulorum & januarum, per quas fœminæ in domum Dei intrabant, custodes & præsides. Ignatius epistolâ ad Magnesios vocat custodes vestibulorum.

3. Tempore persecutionis ab occultis erant officiis sacris, Parochis, Diaconis, episcopis.

4. In confirmatione frontes mulierum oleo unctas ab episcopo abstergebant. Clemens libro 3. cap. 15. libr. 2. c. 61. Constitut. & ex hoc Cornel. à Lapid. in 1. Tim. 5, 9.

5. Aliquando etiam in Ecclesia homilias legebant, quod videtur colligi cap. 27. q. 1. can. Diaconissam.

§. 2 6. *Duratio*. Diu Græci has Diaconissas retinuerunt, Latini non item, qui mox ferè eas abrogarunt. Concil. Aurelian. II. Canone 17.

§. 3 *Error inde natus*. Cataphrygæ, Paulianistæ, Pepuziani, Priscilliani existimabant, has fœminas sacris initiatas fuisse, cum tamen Laicæ fuerint, ut testatur Concilium Nicænum c. 19. Tertull. libr. de fœminarum cultu. Epiphan. hæres. 79. Confer C. Espens. fol. 167. oper.

DIACONUS.

§. 1. Diaconi olim non serviebant altari, Cajet. in Act. 6, sed eleemosynis distribuendis vacabant.

Sixtus

Sixtus Senens. libr. 6. annot. 225. Biblioth. sanct. & cum Cajetano omnes ferè Græci patres, Chrysostom. in Act. 6. & Oecumenius. At Latini secus statuunt Patres, ut d. l. Sixtus Senensis testatur. Vide Pontificios de Sacramento ordinis: Sylvestr. in summa, & Claud. Espen. libro 1. digress. capite undecim; folio 136. 137.

DIALECTICA

Moderata & pia; *donum Dei*. Ethnici Promethed adscripserunt; quod Jovi igniculum surripuisset & in terras detulisset, ad illustrandas hominum tenebras. Qui hâc non utuntur, funiculos ex arena trahunt; Stesichori cœcitate puniuntur. Excelluit in illa Chrysippus, etsi eloquens non fuerit. Vide Platon. in Philebo. §. θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπους δόσις; &c.

DIES.

§. 1 Vocis hujus varia significata sunt: notat enim

I. In genere omne tempus, Matth. 3, 1. Luc. 1. v. 5. longum tempus: dies populi Dei, ut dies arboris, Esa. 59, 22.

§. 2 II. In specie, ut

Dies pro anni spatio, 1. Sam. 1. v. 3. & 2, 19. huc refertur Dies *Dominicus*, qui loco Sabbathi Judaici institutus est: idque ex scripturis patet, Act. 20. v. 7. 1. Cor. 16, 2. Apoc. 1, 10. & veteres non diffitentur. Augustin. Epist. 86. Clemens lib. 2. c. 59. Leo epist. 81. Theodoret. Anshelm. in 1. Cor. 16. Vide plura Sabbathum.

Dies critici medicorum descripti sunt ab Augustino Nipho p. 71. seq.

Dies *festus*. Vide Festa.

Dies *iræ*, quo ira exercetur, Zephan. 1. vers. 14. 15.

Dies *Domini* est duplex: 1. visitationis in ira. 2. in gratia, Joel. 1, 15.

Dies *Christi*, quo Christus venit in carnem, Luc. 17, 22. Johan. 8, 56. & olim redibit ad judicium, Luc. 17, 24. Rom. 2, 16. Philip. 1, 6. 10. c. 2, 16. 1. Thess. 5, 2. 2. Petr. 3, 10.

§. 3 Dies *judicii*. Vid. Judicium extremum.

Dies *visitationis* 1. Pet. 2, 12. qua bona opera demum & innocentia patescunt, ante suppressa velut: ἐπισκοπή namque illa Dei est justitiam nostram illustrantis, Psalm. 37. & Mich. 7. Vide Lutherum in gloss. marginal. 1. Pet. 2.

Dies *boni* vita felix, Psalm. 34. vers. 13. 1. Pet. 3. vers. 10.

§. 4 Dies *breves, pravi & mali*, Psalm. 94, 13. Eccles. 7, 5. Eph. 5, 16. dicuntur autem mali non per se: dies enim est mensura motûs solis super horizonte nostro; sed 1. vitio Diaboli. Apoc. 12, 12. Scimus quod modicum tempus habet. 2. Vitio hominum, peccatis sibi pœnas cumulantium; Ps. 81. 3. Ob supplicia, quibus ob peccata mactamur. Egregia est sententia Gregorii Nazianzeni orat. in Epitaph. Cæsarii. Non tantum lucramur in his parvis diebus, quantò plus mala & videmus & patimur & æqualiter facimus. 4. Lutherus in Gloss. margin. vernacul. accipit de tempore suffurando quasi, bonis quod impendas actionibus: usque adeo variis impedimentis abstrahimur, atque suffiamine quasi bona agere præpedimur.

§. 5 Sua cuique diei afflictio, Matth. 6. docet Christus, nullum vitæ tempus, nullam functionis partem suis carere molestiis & difficultatibus: eapropter vult 1. in Deum ponendam esse omnem fiduciam. 2. Patientiâ omnia mala & vanitates seculi vincendas esse. 3. Ne deterreamur pusillanimitate. 4. Neque propterea in contemtum divinæ ac paternæ providentiæ incidamus. 5. Neque solicitâ futurorum expectatione & eventuum corda nostra maceremus.

§. 6 *Evangelii lux* & cognitio salutaris Christi etiam dicitur Dies, Rom. 13, 12. 1. Thessal. 5, 5. 2. Pet. 1, 19. 1. Ob fugatas V. T. umbras, Hebr. 10, 1. hæ enim dispulsæ sunt adventante corpore, Coloss. 2. 2. Ob solem plenè ortum, qui est Christus, Malach. 4, 2. apparuit enim lux Esai. 60, 1. sedentibus in tenebris, Matt. 4, 16. Luc. 1, 79. & in his luxit, Joh. 15. 3. Ob serenitatem & splendorem: ita ex Evangelio maximus nobis splendor ortus est, 2. Cor. 3. v. penult. 4. Ob honestam ambulationem: De die enim honestè ambulandum, Rom. 13, 13. 1. Thess. 5, 5. sic & nos dignè Evangelio vivere monemur. 5. Ob duodecim horas diei: Christus duodecim misit Apostolos. Vid. tit. Apostoli. 6. Ob commodiorem negotiorum expeditionem, quæ fit de die, Johan. 9, 4. c. 11, 9. Rom. 13, 13. Sic nos de die Evangelii omnia rectè perficere possumus in Christo, Phil. 4, 13. Ephes. 6. v. 10. quia adest nobis Dux Christus, Esa. 44, 6. lucet nobis lux Christus. Joh. 12, 35. Operemini donec dies est. Diem ibi seculum istud nuncupavit (ait Origenes homilia nona in Jerem.) & necessario apposuit ibi, &c. tenebras verò & noctem consummationem mundi, propter supplicia, quæ futura sunt. Clemens Alexandrinus lib. 4. Strom. Diem allegoricè dicit filium & lucem, & rursus præcepta arma lucis, metaphoricè.

DIFFIDENTIA.

§. 1 *Justa* erga malos, Jerem. 12. v. 6. Ne credas eis, cum locuti tibi fuerint bona, Mich. 7. v. 5. Nolite credere amico, Jerem. sexto. Prudentiæ par est:

Sui est ipsa humilitas, vid. suo loco.

Erga Deum v. Fides in oppositis.

Aliquando hac voce notatur solicitudo nimia; vid. Solicitudo.

DIGITUS.

§. 1 1. Dei, quo denotatur potentia ejus, Exod. 8, 19. 2. Spiritus S. Luc. 11, 20.

Digito ostendere Esa. 58, 10. quid sit?

DIGNITAS. *V. Honor.*

§. 1 1. Dignitas æquipollentiæ nullo modo est in piis & eorum operibus: Hæc enim legalis, & juxta hanc nemo dignus est vita æterna.

2. Qualiscunque congruentiæ; & hoc pacto dicimur ambulare dignè, Ephes. 4, 1. Phil. 1, 27. Coloss. 1, 10.

3. Evangelica dignitas fidelium est in Christum

ſtum credentium, a quo in illos iſta profluit. Vocantur etiam perſonæ ex fide.

4. Operum videlicet in ſe ſpectatorum coram Deo nulla eſt. Gloſſa ordinaria in Mich. 6. Quid dignum, &c. Nihil dignum eſt Deo pro impetranda remisſione peccatorum, niſi ſolus Chriſti ſanguis.

DII FALSI. *V. Idola.*

§. 1 Dii falſi non poſſunt juvare, Jer. 2, 28. Pſal. 94. ſunt opera manuum, 2. Chronic. 32. v. 19. haſtæ olim vice Deorum cultæ, Juſtinus lib. 4. c. 3. Dii falſi Syrorum: de his Joh. Seldenus: Germanorum Elias Scheidius.

DILATATIO.

§. 1 1. Cordis & gaudii ſpiritualis ob bona & incrementa Eccleſiæ ſpiritualia. Eſa. 60. Dilatabitur cor tuum.

2. Supplicii. Eſa. 5. infernus dilatavit.

3. Vitii, avaritiæ, ſuperbiæ, violentiæ, gulæ, hypocriſεως, Matth. 23.

4. Eccleſiæ. Gen. 9. Dilatabat Dominus Jephte.

DILATIO pœnitentiæ vid. Pœnitentia. Item, Miſericordia Dei.

DILECTIO. *V. Charitas.*

DILECTA. *V. Eccleſia.*

Dilectus Cantic. 1, 12. eſt Chriſtus Eccleſiæ maritus, Eſa. 54. Sponſus, Oſ. 2. v. 19. Epheſ. 5. Apoc. 1, 5. nobis dilectus, Pſal. 18, 2. Johan. 21. Tu ſcis.

§. 1 DILIGO, actus charitatis, *V. Charitas.*

DILIGENTIA.

Affines tituli Diligentiæ: Alacritas, profectus, ſedulitas, vigilantia, asſiduitas, ſtudium, labor indefeſſus mane, fervor animi; Græce σπȣδή. Includit ſerium conatum & voluntatem ea præſtandi, quæ officium a nobis requirit. Vocatur etiam velocitas in opere, Prov. 22, 29.

§. 2 Requiſita eſt in omni virtute: eſtque idem, quod ſollicitudo, juxta D. Thomam 2, 2. q. 54. art. 1. cuilibet ſanctæ functioni quam maximè neceſſaria.

§. 3 *Subjectum* diligentiæ eſt animus: 1. Verâ Dei pietate & charitate imbutus, conſiderans Dei præceptum, de opere vocationis non negligenter faciendo. 2. Generoſus & ad virtutis faſtigium aſpirans: nam ſine diligentia nemo fit magnus. 3. Laborioſus: nam otii amor & diligentia mutuo ſeſe expellunt.

§. 4 *Objectum*, circa quod verſatur, eſt 1. ſtudium pietatis & virtutis, ut hinc gnavam operam impendamus: omnia mentis vaſa ad hauriendam gratiæ cœleſtis aquam adferamus, ditiores redeamus: habenti dabitur, Matth. 25. Sir. 6, 18. Oſ. 6, 3. 2. Cor. 5, 19. 1. Cor. 14, 1. 2. 2. Opera bona, Hebr. 6, 11. 12. 2. Pet. 1, 5. c. 3, 14. Tit. 2. v. penult. 3. Oratio, in qua aſſidui & diligentes eſſe debemus, 1. Petr. 4, 11. in concionando, Act. 28. v. 23. Rom. 15, 20. 2. Cor. 7, 12. c. 8, 16. 27. piſcando, Luc. 5. laborando, Pſal. 128. Geneſ. 3. in ſudore, &c. Rom. 12, 8. In itinere vitæ noſtræ non torpeamus, ait Gregor. M. Joſ. 4. feſtinavit populus.

§. 5 *Necesſitas* ejus latisſimè patet. In cicurandis feris & equis magna opus eſt diligentiâ: non minor in rebus gerendis requiritur induſtria. In agricultura, in mercimoniis, in educatione, imò nuſpiam non diligentia ſibi primas rapit.

§. 6 *Finis* diligentiæ Dei gloria, non noſtra elatio.

Diligentiæ Exempla:

§. 7 1. Sacra. Diligentia Abrahami nota eſt ex Gen. 19. in excipiendis honeſte hoſpitibus, ut & Saræ, vid. Chryſoſtom. hic. Gen. 22. de nocte ſtravit aſinum. Sic diligens fuit Eleazar, Gen. 24, 54. Jonathan & Achimaas, 2. Sam. 17, 18. Joſeph, Gen. 39, 2. c. 41, 40. Ezechias in ipſo anno & menſe primo aperuit valvas domûs Domini, 2. Chron. 29. Jacob diu noctuque diligenter cuſtodiendis ovibus Labani operam impendebat, Gen. 31. Dan. c. 1, 17. Angeli non quieſcunt, aſcendunt, deſcendunt. Chriſtus ipſe diligentisſimus docendo, medendo, Act. 10, 38. Petrus, Jacobus, Matth. 4, 18. 21. Luc. 5. v. 2. & 10.

2. Profana. Archimedes in ſphæræ & cylindri ratione indaganda indefeſſo ſtudio laboravit. Zwing. Theat. fol. 82. §. Ex Mattheſ. Petrus Ramus, præfat. Dialect.

Effecta & bona conſequentia alia.

§. 8 1. Copia rerum in ſenectute, Sir. 25, 5. (præſuppoſitâ maximè benedictione divinâ) & aliàs Proverb. 28, 19. Satietas rerum, Proverb. 14, 23. c. 10, 4. c. 12, 24. cap. 21, 5. edere de ficu ſua, Proverbior. 27. v. 18. frumento, Sirach. 20. verſ. 30.

2. Honor. Diligentiæ namque ſemper ſuus conſtat honos, ſcil. evehi ad honores coram regibus & nobilibus, Prov. 22, 29. Indefesſâ diligentiâ Alexander M. ſummos imperii honores conſecutus eſt.

3. Præcautio malorum multorum, quæ aliàs negligentiâ accerſuntur.

4. Profectus noſter in ſtadio virtutum. Vide Bernhard. epiſt. 254.

5. Vigilantia animi, quæ diligentiæ filia eſt: hinc etiam corporis vigiliæ ſequuntur, ἀγρυπνία, ſomnum enim non admittit, Zwinger. fol. 22. b. Theatr. §. morib. dilig. ſed perpetuis ſtimulis exercet ſuos.

6. Præſidium eſt humanæ imbecillitatis: perquàm multa incautè gererentur, niſi interpellaret diligentia, conſtans illa rerum gerendarum mater.

§. 9 *Similia.* Ut ambulatores diligenter ad ſcopum itineris currunt; Agricolæ induſtrii ſunt; Paſtor vigiles noctes agit; Servus ad Domini juſſa excubat; miles nulli labori cedit; Impiger extremos currit mercator ad Indos: Sic Chriſtianus quilibet diligentiæ ſe totum dedat.

Opponuntur diligentiæ.

§. 10 1. Invidia, cum quis in officio ea prætermittit, quæ præſtare poterat: verb. g. ſi Muſarum famulus ſit invidus, ſi præceptor non adhibeat omnem in inſtituenda juventute fidelitatem, ſibi reſervans melioris methodi arcana.

2. Cu-

2. Curiositas, quæ in laborando modum excedit. Psalm. 39, 7. colligunt nescientes, quibus colligant. Ecclesiast. c. 1, 8. ac cum hac curiositate conjuncta est diffidentia erga Deum, nimia sollicitudo.

3. Ignavia: quid hæc sit, pulchrè Prov. 6, 6. 7. describitur. Confer supr. tit. *Acedia & negligentia.*

Actus hujus 1. fugere labores & pericula, Proverb. 22, 13. c. 26, 13. Dicit piger, leo est foris, virga in dorso imprudentis. 2. Diu dormire, Proverb. 24, 33. 34. c. 26, 13. 14. 3. Occultare manus in olla, Proverb. 26, 15. in sinu, ibidem.

§. 11 Effectus ejus sunt (1) Mendicitatem inferre, Prov. 6, 17. c. 10, 4. c. 19, 15. c. 20, 4. c. 28, 19. c. 13, 4. concupiscit, & non est anima pigri; imò inter optandum exspirat, Prov. 21, 25. (2) Spinas creare, Prov. 15, 19. c. 24, 32. 33. Spinæ sunt egestas, dolor amissi temporis & occasionis operandi. (3) Agros negligere & commissa negotia. Prov. 10, 26. Sicut officit acetum dentibus & sicut fumus oculis: sic piger mittentibus illum molestus est. (4) Amissas res non recuperare. Levit. 25. Qui vendiderat domum &c. (5) Stultiorem reddere hominem, ut vel à formica vincatur, Proverb. 6. Vide titul. *Formica.*

§. 12 Turpitudo ejus: mori satius est quam συκοφαντεῖν, Sir. 41. Fœditas & contaminatio, Sir. 22, 1. Summa stultitia, quam vel formicæ redarguunt; Proverb. 6, 6. 7. ut paulo ante dictum.

DILUCULUM

1. Gratiæ & fidei, quô (α) tenebræ infidelitatis, erroris, tristitiæ deficiunt, Roman. 13. (β) Lux nova oritur, Ephes. 5.

2. Pœnitentiæ, quando homines Deum diluculo quærunt, Ose. 6, 4. & bene operari student: & pietatis, Sir. 9.

3. Divinæ bonitatis, Thren. 3, 23. diluculo multa fides, & auxilii, Ps. 46, 6.

4. Justitiæ. Job. 7, 18. visitas eum diluculo.

5. Prosperitatis mundanæ, quæ citò transit instar hederæ Jonæ, diluculo arescentis, Jonæ 4. v. 7.

6. Juventutis. Hæc enim potest dici diluculum, ob judicii imperfectionem.

7. Mortis, quæ significata est verme illo, Jon. 4.

8. Diligentiæ, in bonam, sive malam partem sumtæ, 2. Reg. 6. Dan. 6. Sophon. 3. diluculo surgentes. Marci 1. diluculo consurgens.

DILUVIUM.

§. 1 Seu Exundatio aquarum. Confer Tit. Aqua §. Inundatio aquarum.

1. Universalis, tempore Noachi, quod ille totis 120. annis futurum prædicavit. Cornel. à Lapide in Gen. fol. 113. d. 2.

2. Particularis tempore Ogygis in Græcia, circa tempora Jacobi Patriarchæ.

3. Deucalionis in Thessalia, tempore eo, quo Moses in Madian agebat. Augustin. lib. 18. de Civit. Dei cap. 10.

Spirituale Diluvium est

§. 2. Baptismus, in quo sopitur & mergitur nostra carnalitas, Rom. 6, 4. 1. Petr. 3, 20. Vid. Promt. Alleg. 1400.

Mors est diluvium. Vid. Promtuar.

Infernus erit universale diluvium, quod omnes impios absumet: horsum respicit Salvator Luc. 17, 27. venit diluvium & perdit omnes. Confer H. Drexelium tract. 14.

Peccati diluvium parit miseriæ & pœnæ diluvium, consumens omnem lætitiam.

DIMISSIO. *V. Pœnitentia: Reconciliatio: Remissio Peccatorum.*

DIRÆ HOMINUM.

§. 1 *Quid?*

Malæ imprecationes cum abusu nominis & verbi Dei conjunctæ, ad explendum odium privatum & mitigandam iram nostram.

§. 2 *Quotuplices?*

I. In Christum ipsum. Olim enim jubebantur Christiani ipsi Christo anathema dicere. Idem facere jussus Polycarpus, dixit: Octoginta sex annis illi jam inservivi, & nullo me hactenus incommodo affecit; quomodo igitur regem meum, qui ad hoc usque tempus me servavit incolumem, contumeliosis verbis prosequerer? Baron. tom. 2. fol. 173. ad annum Christi 169. numer. 40. Hinc illa Pauli phrasis explicanda: Nemo potest Jesu anathema dicere, 1. Cor. 12, 3. Confer Plinium junior. lib. 10. epist. 97.

II. In proximum innocentem, Proverb. 26, 2. quæ diræ non nocent, sed in caput recidunt proferentis, Sir. 21, 30.

III. Parentum in liberos magnæ sunt efficaciæ, uti videre est in Chamo ejusque posteritate, Gen. 9. Huc refert Mathesius Gehasi, famulum Elisæi, 2. Reg. 5. & petulantes in Bethel pueros, 2. Reg. 2. Confer Augustin. libr. 22. cap. 8. de Civit. Dei, de liberis maledictis toto orbe Romano vagis ac instabilibus, ob matris diras. Richter in axiomat. Oeconomic.

§. 3 *Vitandæ sunt diræ injustæ* (1) A præcepto Dei passim, qui vetuit imprecationes: nos enim constituit ceu sacerdotes spirituales, ad vovendum & optandum, non devovendum. Athenis antistes sacra jussa olim execrari in caput Alcibiadis noluit, sed dixit: Voti non devotionis sacerdos. (2) Læditur divina majestas: nam homo plerumque abutitur nomine Dei & sacramentis illius. (3) Colloquia contaminantur omnia ejusmodi malâ consuetudine imprecandi. (4) Ipsum os, Creatura DEI in contumeliam Dei vertitur. (5) Sacramenta fidissima ignorantur. (6) Ira magis exacerbatur. (7) Summa ingratitudo erga Deum declaratur. (8) Christus crucifixus laceratur. (9) Nomen Dei blasphematur. (10) Pœnæ Dei accumulantur, (α) lapidatio spiritualis: collidendus ad lapidem Christum, Matth. 21, 44. (β) Conscientia gravatur, suffocatur offendiculum præbens proximo. (11) Diris devoventes

sunt miseriores feris, non obnoxiis inferno: Sie fluchen ihrem Schöpffer nicht/ Sie loben Jhn vielmehr/ Es. 1, 3. (12) Argumentum ab exemplis. Judæi nolunt suum יהוה exprimere: Diaboli tremunt ad nomen Jesu. (13) Offenditur proximus & pueruli illis diris, imo Judæi, Ethnici, Pagani. Vide tractatum, Nothwendiger Bericht vom Fluchen Christophori Schleupneri D. Anno 1625. (14) Peccatur contra secundum præceptum.

Si per elementa execremur: cùm aëris plurima sit utilitas, sitque vitalis spiritus, pag. 22. Kornmann. in theatr. Aquâ carere non possumus, nec igni. Et tu horum proximo defectum imprecaris.

§. 4 *Itaque non maledicendum proximo:* (1) ab exemplo Christi, qui venit animas salvare, non perdere: hunc imitemur, sumus enim ejus filii. Oravit quoque pro inimicis Luc. 22, 11. c. 23, 34. 43. (2) Ab exemplo Dei patris, Luc. 6, 56. Matth. 6, 4. 9. (3) A Christi reprehensione ad discipulos factâ, Luc. 9, 55. (4) A Damno: Mater imprecata filiæ, ut a Diabolo eriperetur, mox impetravit. Cæsarius serm. 24.

§. 5 *Supplicia.*

Alios diris devoventes puniit Ludovicus Pius Galliæ Rex ita, ut candenti ferro labia illis amburerentur.

§. 6 *Exempla.*

1. Sacra, Genes. 9, 25. Jos. 6, 26. 1. Reg. 16, 34. 2. Reg. 1, 10. 12. 1. Reg. 2, 24. Ps. 5, 7. & 6, 11. & 28, 24. & 55, 24. Act. 5, 5. c. 13, 11.

2. Profana. Vide apud Zwinger. Theatr. fol. 186. 187. Camerar. part. 1. cap. 86. Hor. subcisiv.

§. 7 *Diris devovendi sunt:* 1. Abjurati Dei & ecclesiæ hostes. 2. Desperati & incurabiles. Non autem è vindicta privata, sed ob Dei gloriam & ecclesiæ salutem: quando enim fiunt cum certa πληροφορίᾳ, nos non facimus contra Dei voluntatem.

DIRECTIO. *V. Providentia.*

§. 1 Directio 1. DEI, qua ille nos dirigit, Jerem. 10. 2. Hominis pii, in qua ille, DEO duce, ambulat, Esa. 57, 2. 3. Ministerialis, Lucæ 1, 79.

DIRIPIO. *V. Rapina.*
DISCEDO. *V. Discessio.*
DISCERE. *V. Discipuli.*

DISCESSIO

§. 1 1. Dei ab homine ob peccata: in cruce videtur velle discedere, cùm non mox adfert auxilium, Ps. 22. & 35.

2. Diaboli, cum desinit inferre colaphos, 2. Cor. 12.

3. Hominis pii, 2. Timot. 2. ab iniquitate, pravâ societate, mundi amore.

4. Impiorum, qui a Deo discedunt, Ps. 5. a fide, 1. Tim. 4. & tandem in ultimo judicio discedere cogentur, Matth. 25.

DISCIPLINA ECCLESIASTICA.

V. Tit. Ecclesia: Excommunicatio: Item Admonitio: Correctio.

DISCIPULI.

§. 1 1. Christi. V. Apostoli. Qui erant ambitiosi, Matth. 20. Contentiosi, Luc. 22. Conturbati corde, Joh. 14, 1. (1) ob Christi abitum luctuosissimum, Joh. 13. (2) Petri abnegationem fœdissimam, Joh. 13. ult. (3) Orbitatem ipsorum tristissimam. Zach. 13. Dispergentur oves gregis. Ut olim Abraham territus sole occidente, Gen. 15. Sic Christo abeunte ad passionem discipuli territi.

2. Septuaginta discipuli Luc. 10.

3. Omnes alii credentes. Aug. lib. 2. c. 17. de consensu Evangel. circa fin. Discere debemus à Christo, ut (1) Doctore Doctorum. V. *Doctrina Christi.* (2) Prophetâ magno, Deut. 18. (3) Unico magistro, Matth. 23. (4) a Deo commendato, Matth. 3.

§. 2 *Varii* sunt: 1. Quidam scientes & non acceptantes, ut Matth. 2. Pharisæi, qui sciebant locum nativitatis Christi; ipsum tamen Christum non inquirebant. 2. Quidam simulantes, ut Herodes, ibid. Matth. 2. 3. Quidam acceptantes & credentes, ut Magi.

§. 3 *Quatuor auditorum genera* statuunt Hebræi: 1. Cito sapientes, & cito amittentes (hi lucrum in una parte faciunt, in altera amittunt.) 2. Difficulter comprehendentes & difficulter amittentes (hi in una parte amittunt, in altera lucrantur.) 3. Cito assequentes & difficulter amittentes (hi sunt sapientes.) 4. Alii verò & tardo sunt ingenio & labili memoria (hi mali sunt.) Sebastian. Lepuscul. Tess. III.

§. 4 *Virtutes & Vitia.*

I. Reverentia & gratitudo erga præceptorem. Exemplo est Samuel puer erga Eli senem gratus eique obsequentissimus. Cui opponitur ingratitudo. Exemplum: Persicus quidam discipulus manum præceptoris sui Joh. Damasceni ad vivum exprimere callidus, epistolam ad Persarum regem nomine Damasceni scripsit, invitans illum, ut imperatorem Romanum invaderet: has literas rex Persarum ad imperatorem misit, ac Johanni Damasceno manus abscissa est. R. Volateran. Joh. Patriarch. Hierosolymit.

§. 5 II. Concordia inter discipulos: Huic opponuntur discordia, litigia. Luc. 22. orta contentio inter discipulos.

III. Obedientia, tam in discendo, quam sustinenda disciplina: Videl. increpationibus obtemperare, Prov. 17, 10. disciplinam non abjicere, Prov. 15, 10. boni correctionem non spernere, Prov. 12, 1. Hi habitabunt inter sanctos, Proverb. 15, 31. 32. & sapientes fient. Opponitur: (1) non audire disciplinam, Prov. 29, 1. hi peribunt citò d. l. & se corrumpent. (2) Odisse eum, qui arguit, Prov. 9, 8. 9. (3) Obdormiscere nihilò secius in vitiis, Sir. 22, 7. 8. (4) Torpere ad monita & instructiones, auresque obturare.

§. 6 IV. Diligentia (α) in addiscendo. Proverb. 23, 12. dare aures suas sapientiæ: libenter discere a majoribus, sic Nicodemus fecit Joh. 3. Cyrill. in Johann. Sirac. 22. v. 7. 8. cap. 3, 32. Diligenter auscultare. Opponitur: spernere doctrinam & à se rejicere, Sirac. 21, 18.

Nolle discere, Jer. 4,22. Vecordem esse, Joh. 6. multi discipulorum abierunt retrò. (β) In repetendo. Ut enim corpus indies cibum accipit: sic quoque anima jugi indiget repetitione. Sic fies sapiens in bono, Sir. 21. v. 14. (γ) In retinendo, Prov. 19, 16. conservare præcepta jubentur; non recedere à via sapientiæ, Prov. 21, 16. à pœna, ibid. Conservare sapientiæ sermonem & inscribere tabulis, atque sic amicitiam contrahere cum sapientia, Prov. 6, 28. custodire probè præcepta Patris, ibid. v. 21. ligare super cor, v. 22. est enim Domini lex lux: atque hoc pacto à malo custodieris, d. l. poteris sapienter loqui & vitam bene instituere, Sir. 18, 29. Prov. 15, 32.

§. 7 V. Solertia & Docilitas, quæ à Christi discipulis requiritur Johan. 1, 47. Confer Deuteron. 29, 4. 1. Reg. 3, 9. Esa. 50, 4. Ezech. 11, 19. cap. 36, 26. Luc. 21, 15. Huic opponitur ἡ ἀμάθεια, cùm longo tempore nihil discimus: Ejusmodi ἀμαθὴς erat Philippus Johan. 14, 9. discipuli Christi, de primatu contendentes. Plato in Gorgia rectè dicit, duo esse foramina, quibus eruditio effluat, nempe oblivionem & incredulitatem.

§. 8 VI. Constantia in veritate, quam edoctus es. Inconstans Tatianus fuit, olim Justini Martyris discipulus.

§. 9 *Officia alia.*

1. Auscultare docentes. 2. Obtemperare eisdem. 3. Eorum exempla sequi & imitari. 4. Non promittere sibi majorem honorem, quàm qui præceptoribus defertur. 5. Tolerare castigationes præceptorum. 6. Fideliter ea retinere, quæ condocefecerunt Præceptores. Confer. titul. Auditor. 7. Diligentiam summam impendere. Origenes alicubi: Punge oculum & dabit lacrymas, stringe mentem & dabit intellectum. 8. Ignorantiam suam fateri, diligenter lectiones repetere, seque examinare. 9. Conjungere hæc duo (α) Bonum sapere & discere. (β) Bonum vitâ factisque exprimere. Es. 1. Discite bene facere. 10. Solicitum esse de bono & orthodoxo præceptore. 11. Temperantiæ studere: crapulæ enim dediti non facilè addiscunt. 12. Peregrinas terras invisere: Mundus nobis peregrina tellus, noverca est, patientiâ vincenda & humilitate.

DISCORDIA.

§. 1 Est animorum disjunctio, ut non idem velint, verum mutuo sibi adversentur.

Causa efficiens princeps est Satanas, serens inter homines discordiæ zizania. Vide Chrysostom. in 1. ad Corinth. Intuere (ait) Diaboli malitiam; Si quid corruptum est, effecit, ut qui id dicerent, uno ore assererent. Si quid sani locuti sunt, alios in alios excitavit. Ibid. Animos perturbat innovare aliquid, &c.

Causæ in homine defectus charitatis, quæ est spiritualis siccitas, ubi deficit hominum vitio humidum radicale gratiæ: item mens non attenta ad præcepta Domini de charitate, Johan. 13.

Procreantes causæ sunt, 1. Avaritia, hinc enim lites inter mortales: meum, tuum. 2. Inæqualitas inter pares. 3. Invidia: vide suo loco. Exemplo sunt duces post mortem Alexandri, invidiæ stimulis erga se invicem exagitati. 4. Iracundia, quæ ingratos parit motus & gestus, cuivis non ita concoquendos. 5. Mendacia, quibus innocua pectora sauciantur. Vide Ambros. lib. 1. cap. 21. Offic. 6. Obtrectatio. 7. Superbia. Proverb. 13. inter superbos semper contentio. 8. Tyrannis erga subditos: inde rebelliones, & conversiones rerumpublic. Vid. plura tit. *Contentio: Litigia.*

§. 2 *Schisma* non mox tollit fidem: nam & 1. inter Christi discipulos plurima fuit contentio de primatu. 2. inter Paulum & Barnabam, Actorum 15, 37. &c. 3. inter Hieronym & Augustinum. 4. olim etiam Christianis objectæ sunt, sed frustra. Vide Chrysostom. homil. 33. in Acta Apostolor. Augustin. lib. 18. de Civit. DEI cap. 51. colum. 1123. d. respondet, fieri hoc malorum Christianorum vitio. Nec potest vix dari cœtus, in quo non vigeat dissensio sententiarum & animorum. Plura v. tit. Pax.

Caussæ dissuadentes discordiam.

§. 3 1. Ex parte Dei, qui non est dissensionis Deus, 1. Corinth. 14. sed unionis & ordinis, ipsasque creaturas concordiæ vinculo colligavit: Idem Deus odit eos qui seminant discordias, Prov. 6. v. 6.

2. A causis discordiarum, quæ sunt caro corrupta. 1. Corinth. 3. carnales estis. Superbia, ira, ut diximus paulo ante.

3. Ab effectis discordiæ. Causat peccata, Sirac. 28, 10. Odit fratrem & hunc occidit, 1. Johan. 3, 15. Subvertit alios, 2. Timoth. 2, 14. Evertit regna, Matth. 12, 25. Turbat quietem, Proverb. 29, 9. Christo & ejus regno adversatur. Vide Cyprian. de simplic. Prælatorum. Parit hæreses, dissuit animos, nutrit scandala, Bernhard. sermon. 3. de dedicatione Ecclesiæ. Sauciat conscientiam, cultum mentis Deo ingradum reddit, Matth. 5. Remissionem peccatorum impedit.

4. Ab officio piorum, qui timent Deum, amant eum, cavent refigere mandatum de charitate excolendâ, cum qua discordia pugnat.

5. Ab adjunctâ discordiæ turpitudine, subsequente damno in omnes redundante qui discordiâ delectantur. Vide exemplum fratrum Liminiorum, sub Titulo *Fratres.*

Officia contra discordiam.

§. 4 1. Resistere causis discordiæ. Vide Ambros. lib. 1. c. 21. officiorum.

2. Linguam frenare.

3. Contentiosorum societatem fugere, vide Genes. 13. capit. 28. capit. 33. Actorum 15, 30.

4. Contentionem verbis rescindere, Job. 6, 29. aliisque cedere.

5. Quam-

5 Quamprimum reconciliare ſe ac ſinceriſſimè,vide Auguſtin. Epiſt. 87. 6. Admonere contentioſos de meliori mente.

§ 5 *Diſcordia in fidei doctrina*

Non eſt parvi facienda. Erravit hic olim Conſtantinus M. parvi ducens controverſiam Arii, quam Alexander Epiſcopus impugnabat merito. Vide Socratem libr. 1. cap. 4. Inſtit. Eccleſiaſt. fol. 227. Epiſtol. Conſtantini. Et Valens Imperator, unà cum rectore provinciæ, qui putabat, eſſe ſubtilia dogmata, inter Baſilium & Eudoxium controverſa: Cui Baſilius: Ne quidem in unâ ſyllaba ſe velle cedere Eudoxio & falſis doctoribus. Theodoret. lib. 4. c. 19. Hiſtor.

§. 6 *Diſcordiæ ſemper in Eccleſia Dei.*

Inter Cain & Abel, Geneſ. 4, 8. filios Noæ, & mundi, Geneſ 6. filios Noæ, Geneſ. 9, 10. Abrahami, Geneſ. 21. Prophetas & Baalitas, 1. Reg. 18, 19. Moſen & Magos, Exod. 7, 11. Chriſtum & Judæos, Johan. 8. Paulum & falſos Doctores, 1. Timoth. 1. 2. Tim. 2, 16. 1. Timot. 4, verſ. 1. 2. 2. Petr. 2, 1. Apocal. 3.

Ut lolium in tritico, Matth. 13, 25. 39.

DISCRETIO *V. Prudentia.*

Spirituum diſcretio 1. Corint. 12, 10. donum extraordinarium olim erat, quo quis diſcernere poterat in eccleſia primitiva, verane an falſa quis proferret in cœtu. 1. Corinth. 14, 29. prophetæ duo, &c. 1. Theſſ. 5, 21. omnia probate. Vide Chryſoſtom. & Anſhelm. h. l. Hieronymus S. Hilarioni ejuſmodi donum adſcribit: & S. Monica, mater Auguſtini, ſomnia dijudicare potuit. Confer Gerſon. tract. de judicand. viſionibus.

DISCUMBERE.

1. Spiritualiter cum Chriſto ferculis gratiæ frui, ut Pſalm. 22, 23. Eſa. 65. Lucæ 7. ad menſam Euchariſtiæ, in qua panis vitæ apponitur & calix ſalutis, Pſalm. 116.

2. Carnaliter, in menſa vitiorum, avaritiæ, voluptatis, ebrietatis, Eſa. 5. Amos. 6. Lucæ 12. ſuperbiæ, Matth. 13.

3. Glorioſè in altera vita: Matth. 8. recumbent: Luc. 12. faciet illos diſcumbere.

DISCUSSIO. *V. Probatio ſui ipſius.*

DISPENSATOR. *V. Oeconomus.*

DISPERDERE.

Eſt opus divinæ iræ & juſtitiæ, Geneſ. 11, 9. Levit. 26, 30. Deuteron. 28, 25. vindictæ & omnipotentiæ, Pſal. 89, 11. Dan. 4, 11. Contra eſt opus bonitatis & miſericordiæ ſalvare, conſervare, congregare, Matth. 23.

Objecta, quæ diſperduntur, ſunt impii, impœnitentes, avari, mendaces, ſuperbi, Zach. 9. hypocritæ, Amos. 1. malitioſi, iracundi, protervi, Zach. 9.

DISPERSIO. *V. Perſecutio.*

Alia eſt hominum, quæ vel eſt 1. liberalitas, v. g. cum inter pauperes bona diſpenſamus, Pſalm. 112. 2. Bellica calamitas. Jerem. 13. diſpergam eos. Vide Bellum. Num. 8, 3. Idololatria. 1. Reg. 22. Iſraël diſperſit.

Alia Satanæ, ut lupi oves diſpergentis.

DISPOSITIO Dei. *V. Providentia.*

Hominis. *V. Prudentia.*

Diſponere domui ſuæ, Eſ. 38. id eſt, ad mortem ſe præparare.

DISPUTATIO. §. 1

Definitio. Eſt ſententiarum certo modo methodoque ultro citroque facta collatio.

§. 2 *Nomina.* Vulgatus interpres verbum Hebræum ריב vertit perdiſputo, Jerem. 12, 1. quod aliàs quamlibet contentionem ſignificat: In N. T. tria ſunt potiſſimum vocabula, διαλέγεσθαι, Actorum 18, 4. cap. 19, 8. 9. cap. 20, 7. 9. cap. 24, 12. Epiſtol. Judæ v. 9. συζητεῖν, Actor. 6, 9 cap. 9, 23. διακαταλέγεσθαι, Actorum 18, 28. Latinè Diſputo à dis & puto, id eſt, purum vel putum facio. Varro de L. lat.

§. 3 *Cauſa efficiens*, vel qui diſputare debeant: nempe docti, eruditi ſacrarum literarum, & veræ methodi diſputandi, ſine qua omnis omnino infelix eſt diſputatio. Laicis de fide diſputare concedunt Pontificii in certis caſibus. 1. Si diſputatio non inſtituatur ad perſvadendum ei, cum quo agitur, ſed ſolum exercitii cauſa, &c. Ita Cajetanus reſtringit. 2 Poteſt etiam deficiente Clerico æquè idoneo Laicus eruditus diſputare. 3. Si diſputatio ſuſcipiatur in illis locis, ubi contraria conſuetudine dicta lex eccleſiaſtica eſt abolita, &c. Malderus f. 139. de Virtutibus quæſt. 10. art. 7.

§. 4 *Procreans cauſa* & adjuvans eſt pius magiſtratus: Sic Conſtantinus M. procuravit diſputationes Concilii Nicæni.

§. 5 *Materia*, quibus de rebus? nempe 1. ſacris & gravibus, v. de Chriſti perſona, officio, reſurrectione. Sic quondam Apoſtoli & alii pii viri, Stephanus Actorum 6. v. 9. ſequentibus, cap. 18, 28. ibid. Ipſe quoque Chriſtus diſputavit de ſua perſona Matth. 22, 42. de reſurrectione, Johann. 2, 18. & de ſtatu alterius vitæ, Matth. 22, 23. de cultu adorationis, Matth. 4, 10. de vera luce mundi, Johann. 12, 34 de æterna Deitate ſua, Johann. 8, 47. &c. Vide etiam Marc. 8, 11. c. 12, 28. Actor. 17, 10. 22. c. 19, 9. 1. Corint. 14, 3. 29. 30. 32.

§. 6 Abſint itaque à Diſputatione omnes λεπτολογίαι, monente Socrate, κενοφωνίαι, μωραὶ & ἀπαίδευτοι ζητήσεις 2. Timot. 2, 14. 16. 23. Tit. 3, 9. perſonales exagitationes. Hieronymus ad Pammach. & Ocean. Omitte perſonas, rebus tantum & criminibus reſponde, nec maledicentibus maledic.

§. 7 *Ex quibus principiis?* Ex ſola ſcriptura, tanquam unico theologiæ principio, putà cognoſcendi. Sic Chriſtus, ſic apoſtoli è ſola ſcriptura cum adverſariis contulerunt. Auguſtin.

guſtin. lib. 3. contr. Petilian. cap. 1. Cum divinis (ait) ſcripturis, quantum poſſumus, colloquamur. Idem in Pſal. 119. Tunc diſputationes erunt fructuoſæ, ſi non ibi conſiderentur, niſi viæ Domini.

Jus Canonic. diſt. 8. capit. 9. Si ſolus, ex Cyprian. libr. 2. Epiſtol. 3. Si enim ſolus Chriſtus audiendus eſt, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putaverit, ſed quid, qui ante omnes eſt, Chriſtus prior fecerit; neque enim hominis conſuetudinem vel rationem, ſed Dei veritatem ſequi oportet.

Hiſtor. Tripart. libro ſecundo capit. 5. narrat, Conſtantinum M. in Concilio Nicæno juſſiſſe lites componi & examinari ex Evangelicis & Apoſtolicis libris, & antiquorum Prophetarum oraculis, quæ nos planè inſtruunt, quid de rebus divinis ſentiendum. Et mox: Ex dictis divinitus inſpiratis ſumamus quæſtionum explicationes.

§. 8 *Cum quibus?* Non cum perverſis hominibus, id enim eſt, ac ſi inter ſaxa ſemines. Chryſoſt. in Tit. 3. homil. 6. in verba: Stultas autem quæſtiones, &c.

Non omnibus ſemper reſpondendum. Auguſtin. lib. 2. cap. 1. de civitat. DEI. §. Qui vel non.

Cum hæreticis Diſputatio vix fieri debet. Johan. Lorinus fol. 422. cap. 2. ſequent. in Acta Apoſt.

§. 9 *Forma & modus* diſputandi:

1. Sit *moderatus*. Immoderata enim contentio veritatem magis implicat & involvit. Id docent lites Cauſidicorum: neque tamen planè excluduntur aſperiora aliquando verba, cum Theologi debeant eſſe ſal terræ, Matt. 5. verſ. 13. Confer 2. Corinth. 5. verſ. 13. & Polemica Patrum ſcripta. Vide de hac moderatione Diſputationum Gregor. Nazianzeni orationem, verſam ab Oecolampadio. Edit. Baſileæ 1521.

2. *Non contentioſus*. Auguſtin. lib. 3. cap. 1. contra Petilian. Sine contentione pacati, non inani & puerili animoſitate ſtudentes alterum vincere, ut pax Chriſti potius vincat in cordibus veſtris. Vide Nicephor. Gregoram lib. X. fol. 54. col. 2.

3. *Verecundus*. Auguſtin. l. 2. cap. ult. de peccator. meritis: Sanctè de rebus ſanctis diſputetur, non quaſi in hominum theatro, ſed coram DEO & ſanctis Angelis, adeoque in medio totius Eccleſiæ conſeſſu, idque non contentionis ſed veritatis ſtudio.

4. *Ordinatus*, ut nempe actus diſputationis conſiſtat ἐν τῷ δοῦναι καὶ ἀποδέξασθαι τοὺς λόγους, in dando & recipiendo ſermones, ſuisque loquendi, excipiendi, inſtandi vicibus reciprocetur.

§. 10 *Finis* eſt inquiſitio veritatis, & Eccleſiæ in veritate ædificatio: Hinc quoque Picus dixit: Diſputatio eſt cribrum veritatis. Ut enim lapidum conflictu atque tritu ignis elicitur: ſic ex collatione ſententiarum veritas, ait Scaliger in exercitat. 308. ex Cicerone. Hiero Alexandrinus Philoſophus dicebat: Socratis Diſputationes ſimiles eſſe teſſeris, ſemper eas erectas ſtare, ut refert Zwinger. folio 136. Cavenda eſt libido rixandi & puerilis quædam oſtentatio decipiendi adverſarium, dicit Auguſt. lib. 2. cap. 31. de doctrina Chriſtiana.

§. 11 *Neceſſitas* diſputationum multiplex eſt: 1. Exercitationis; cujus maximus eſt fructus, ut habeamus ſenſoria ἐγγεγυμνασμένα, Heb. 5, 14. 2. Veritatis declarationis. 3. Ejusdem defenſionis & propagationis. Sic è Diſputatione Mompelgartenſis colloquii quidam ex Gallis in noſtra caſtra tranſierunt. In comitiis Auguſtanis diſputando veritas Evangelii multis familior facta eſt, atque explicata, ante præconceptis falsò de Evangelicis opinionibus præoccupatis.

§. 12 *Exempla Diſputationum.*

1. Biblica. Vide hoc tit §. materia.

2. Eccleſiaſtica. Huc ſpectant Acta plurimorum Conciliorum, in quibus de rebus fidei variè diſputatum eſt. De Nicæno Concilio vide Socratem lib. 1. c. 5. Theodoret. lib. 1. c. 7. & 12. Sozomen. libr. 1. c. 16. Tom. 1. Concilior. De Conſtantinopolitano vide Socratem lib. 5. cap. 18. Theodoret. lib. 5. cap. 7. Sozom. libr. 7. cap. 7. D. Geſneri binos de Conciliis libros. Bartholom. Caranzam in ſumma Concilior. Spectant huc διατριβαὶ veterum: Juſtinus contra Creſcentem Cynicum Romæ ejusmodi collationes inſtituit, referente Hieronymo, & κατηχήσεις, de quibus ſupra, tit. Catecheſis, dictum eſt. Romæ publicæ habita eſt Diſputatio inter Proclum Montaniſtam & Gajum Chriſtianum. Baron. tomo 2. folio 344. numer. 35. 36. 40. Huc meritò referimus varia colloquia de rebus fidei cum variis inſtituta, quorum tamen rarò eventus fuit felix: quia magis plurimarum aliarum diſſenſionum fontes extiterunt, ut rectè ſcripſerit Gregor. Nazianzen. ad Procopium: μηδεμιᾶς συνόδου τέλος εἶδον χρηστὸν &c. nullius Synodi vidi bonum finem. Quanquam minimè diffiteamur, aliquando veritatem ejusmodi interloquiis inſigniter declaratam & patefactam eſſe, quod acta colloquii Maulbronnenſis, Mompelgartenſis &c. luculenter teſtantur. Auguſtinus Epiſtol. 119. ad Januar. In veteri Eccleſia ut prælectiones, ita Diſputationes quoque de rebus ſacris habitæ ſunt.

§. 13 *Oppoſita* Diſputationum. 1. Libido rixandi. 2. Sophiſtica, ſtatim controverſa pervertens. V. Sophiſtica. 3. λογομαχίαι. 4. κενοφωνίαι & ſtultæ quæſtiones.

DISSENSIO. *V. Concordia: Diſcordia.*

DISSIDIUM. *V. Diſcordia: Schiſma.*

DISSIMULATIO. *V. Prudentia: Teſtis.*

§.1 **DISSIPO.** *V. Oeconomus.*

DISSOLVO.

Cupio diſſolvi, Philip. 1, 23. in Græco ἐις τὸ ἀναλύσαι, varie exponitur: 1. De diſceſſu ex hac vita: ſic Lutherus, ſic 2. Tim. 4, 6. 2. Solutione animæ à corpore. Verè enim mors analyſis eſt amborum. 3. Migratione de loco in locum, quod peregrinorum & ſarcinas colligentium. 4. Navigatione è portu ſubdolo hujus mundi, & locis ſalebroſis, ſcandalorum plenis, Matth. 18. 5. Reditu ad patriam, Luc. 12. Sic vox accipitur, ad creatorem, qui Spiritum dedit, Eccleſiaſt. 12. Gregor. M. lib. 4. cap. 41. moral. Vinculis tenemur, ne Chriſto planè perfruamur. Eſſe deſiderat cum Chriſto, præſentiâ glorioſâ, qui non excludit præſentiam majeſtaticam, quam fruſtra impugnat Muſcul. in Philipp. 1, 23.

DISTRIBUTIO.

1. Divina. Vid. tit. Dona: it. Spiritus Sanctus.
2. Humana. Vid. tit. Liberalitas.

DIVES.

DEUS, Rom. 10. ad quem omnes accedere debent, afflicti, derelicti, miſeri, pauperes.

Homo dives. *V. Divitiæ.* Luc. 16. dives ille. Sancti divites Abraham, David, Salomo.

Gregor. P. XIII. dedit ad uſus Eccleſiaſticos decies centena millia aureorum. Aut. Epitom. Baronii p. 131.

DITATIO.

Noſtri Spiritualis, optimum & ſummum beneficium: conſiſtens in 1. verbi revelatione, Deut. 4. Pſal. 103. & 147. Rom. 9. Sap. 15.

2. In Chriſti beneficiorum oblatione per verbum.

3. In DEI habitatione per verbum in nobis, Coloſſ. 3.

4. Opulenta donorum DEI per verbum Evangelii effuſione, Gal. 3, 1. 2. 3.

5. In inſequenti verbi benedictione, regeneratione noſtri, refocillatione.

§.1 **DIVINATIO.**

Eſt futurorum in cauſis ſuis abditorum prænotio atque ſignificatio.

§.2 *Cauſa efficiens* divinationis *bonæ* eſt Deus ipſe, futurorum ſcientiâ Prophetas imbuens. Vid. tit. Prophetæ: *malæ* verò cauſa eſt Satan, ſuos afflans miniſtros; & hæc divinatio peccatum mortale eſt, & apoſtaſia à DEO.

§.3 *Varia eſt:*

1. Supernaturalis, videl. ut in Prophetis DEI. De hac fusè C. Caſtro lib. de Prophetia, & Caſp. Peucerus de divinationibus. Kornmannus in Theatr. naturæ.

2. Naturalis, videl. Phyſicorum.

3. Vulgaris, videl. ruſticorum, ex obſervationibus nata.

4. Diabolica, quæ variis modis facta eſt.

§.4 *Ex aquis.* Kornm. p. 124. in theatro naturæ, & dicitur hydromantia. Quorſum merito referas lavacrum fœminarum vel γυναικολεσίαν, quæ & juri divino & humano repugnare multis videtur. Vide tract. peculiar. L. Conrad. ab Ant. de hac quæſtione.

§.5 *Ex avibus:* vocabatur Auſpicium, ex avium volatu; item Augurium, cujus Lydii populi fuerunt ſtudioſiſſimi, dictum putat Feſtus ab avis & gero, quia per augurium avium geſtus educitur. Johann. Raviſ. Textor. columm. 38. offic.

Ex extis animalium: hinc extiſpicia; vel, ut alii, exſtiſpicia: Si cor deerat, malum erat omen.

Ex ſortibus. Sunt verò ſortes aliæ divinæ, Joſ. 7, 14. 41. Actor. 1, 26. aliæ gentiles, v. g. Præneſtinæ, Lyciæ, Deliæ. Sicut & illæ Eſtheræ 3. v. 7. quas jaci fecit Haman.

Ex aſtris: aſtrologica & mathematica divinatio. Vide Rodolphi Goclen. lib. duos de hac. Auguſtin. tom. 9. col. 920. b. Confer Raviſ. colum. 772. officin. Et hæc divinatio eſt 1. à ſcripturâ rejecta, Levit. 19, 31. Deut. 18, 10. Jer. 10. v. 2. Eſa. 44, 24. c. 47, 13. Eſa. 2, 6. Levit. 20, 6. 2. à Patribus proſcripta. Vid. Epiphan. Diſput. adverſ. Phariſ. & Sadduc. Baſil. hom. 1. & 6. Hexaëm. Chryſoſtom. in Gen. hom. 5. & 6. 3. à Pico Mirandula duodecim, ab Alexandro ab Angelis quinque libris confutata. Perer. in Geneſ.

§.6 *Ex ſacrificiis animalium:* atque hæc divinatio aruſpicina dicta eſt, vel haruſpicina. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2. antiq. Rom. Joh. Raviſius Textor colum. 41. officin. Inſpiciebant verò pulmones, cor, jecur, lienem, renes. Hunc modum Hetruſci primi omnium acceperunt à puero quodam, qui dictus eſt Tages, hunc Dæmonem fuiſſe putat Fugger hâc V. nec improbabiliter: eſt enim, qui incautas hominum mentes errore & ſuperſtitione imbuit.

Ex igne; & hæc vocatur pyromantia.

Ex fumo; dicta καπνομαντεία.

Ex aëre, quæ vocari ſolet aëromantia.

Ex terra, Geomantia: axinomantia per ſecurim: Lecanomantia per pelvim: Chiromantia per manus: Gaſtromantia per amphoram ventroſam, quæ à puero inſpici ſolebat. Vid. Joh. Rav. Textor. col. 29. 30. officinæ.

§.7 *Ex homine* I. *vivo* ejusque vel (α) voce vel ſternutatione omen fiebat: (β) precibus ad victimam factis; Oraculum enim his reſpondere ſolebat: (γ) Adjuratione: (δ) Contemplatione in ſpeculo: (ε) Situ, cubatione, ſic enim in ſomno videbat futura: (ζ) vel dabatur reſponſum ex ventre, & hi dicebantur Pythones, à Pythio Apolline: vel per pudenda ipſa, quod notat Origen. libr. 7. contra Celſum; vel per pectus, unde ſternomantia dicta eſt. II. *Mortuo:* quando per mortuos futura homines ſciſcitabantur, Eſa. 8. 1. Sam. 28. vel à capite mortui reſponſa expetebant: vocabant olim κρανιομαντείαν vel νεκρομαντείαν, cujus Chaldæi, Græci, Ægyptii olim ſtudioſi fuerunt. Æneas Gazæus in Theophraſt. folio 16.

§.8 *Ex inſpectione rerum:* 1. Speculi, de quo ſupra. 2. Libri Pſalterii, Evangeliorum &

aliorum sacrorum librorum. 3. Ararum idololatricarum, qui dicti sunt arioli.

§.9 *Exempla Divinatorum*

1. Sacrorum. Omnes prophetæ de rebus futuris locuti: Esaias c. 44. de Cyro. Josephus Gen. 41. Dan. c. 6. &c.

2. Profanorum. Alexander imperator jussit Genethliacos Mathematicos suam profiteri artem: anno Christi 228. Auguria Romæ maximè celebrabantur. Alexand. ab Alexandr. lib. 5. cap. 19. Dionys. Halicarnass. Cicer. lib. 2. de legibus. Apud Lygures, Thraciæ populos, sacerdotes divinaturi multo se mero ingurgitabant: apud Clarios multâ aquâ. Atque huc spectant omnes modi illicitæ divinationis, de quibus jam antea dictum est.

§.10 *Supplicia & pœnæ* ejusmodi divinatorum: 1. Ira Dei ferventissima. Levit. 20, 5. ponam faciem meam contra animam ejusmodi. 2. Abominatio, Deuteronom. 18, 11. 3. Omnis generis mala: Hæc Saulus expertus est, 1. Sam. 28. 4. Lapidatio. Levit. 20, 7. Lapidibus obruet eos. 5. Mors tragica: hâc Saul quoque multatus est, 1. Chron. 10.

§.11 *Pœnæ Canonicæ*. Divinatores juxta Canones 1. sunt infames. 2. non recipiendi ad Eucharistiam. 3. non admittuntur ad accusationem. 4. incurrunt excommunicationem, si non emendentur. 5. verberibus castigandi, si servi sint. 6. si liberi, carceri includendi.

§.12 *Causæ dissuadentes* ejusmodi divinationes.

1. Dei prohibitio. Levit. 19, 31. ne declinetis ad Magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini: ibid. non augurabimini. Deuteron. 18, 11. non inveniatur in te, qui sciscitetur ariolos.

2. Turpitudo (α) Defectionis: homo enim deficit à Deo, cui soli juravit in Baptismo. (β) Sacrilegii: rapit enim honorem soli DEO proprium, qui est, futura nosse. (γ) Communionis & amicitiæ cum Diabolo, cum quo tamen esse non debet, 2. Corint. 6, 16. cum & Deo & tibi inimicissimus sit. (δ) Contemtus Dei. 2. Reg. 1, 3. nunquid est Deus in Israel?

3. Stultitia summa est sciscitari ab hoste tuo, a patre mendacii, qualis omnino est Satan, Matth. 13, 25. Joh. 8, 44.

4. Damnum: Animam tuam perdit Satan, cujus jacturam tam leviter facis.

5. Blasphemia: nam omnis mala divinatio fit cum invocatione Dæmonis, sive tacitâ, sive expressâ, Cajetan. in summ. V. Divinat.

At qui Satanam invocat, sine dubio Deum blasphemat.

DIVISIO Donorum. *V. Dona*; Unionis. *V. Schisma.*

DIVITIÆ.

§.1 Confer infra tit. *Opes:* supra tit. *Avarus:* item, tit. *Bona.*

Per Divitias intelliguntur 1. Opes & possessiones hujus mundi. 2. Sunt etiam Divitiæ spirituales (α) in Deo, ut bonitas, sapientia, justitia, judicia, Rom. 10. c 11, 33. (β) in piis, quorum est ditescere, h. e. sumere incrementa pietatis, fidei, patientiæ, Philip. 1. 1. Cor. 1, 5. Divitiæ naturales, nempe potentiæ à Deo datæ animæ, quæ multis à Deo donis exornatur. Hinc Isidorus: Quid miraris altitudinem siderum & maris profunditatem? animi tui abyssum intra, & mirare ejus virtutes, si potes. 4. Divitiæ morales sunt virtutes. 5. Divitiæ æternæ, vita æterna & felicitas.

Temporales per se neminem damnant, hinc servator Matth. 6. non prohibet habere divitias, sed iis servire: Nam 1. Divitiæ sunt res mediæ, per se neque bonæ neque malæ; sed pro diversitate utentium, vel benè se habent vel malè. 2. Multi divites fuerunt, Deo tamen placentes: Abraham, Gen. 12. Israel, Gen. 26. David, Salomon, Hiskias, &c. 3. Prov. 10, 16. Opes ad vitam usurpat vir bonus: c. 5, 15. jubet Salomon propriâ cisternâ gaudere.

Observandum id contra Stoicos divitias rejicientes. Vid. Laërt. l. 7. de V. P. in vita Zenon. Cic. lib. 5. Tusculan. quæst.

§.2 *Non sunt præ Christo amandæ*. Veræ enim in solo Deo sunt: omnia habet, qui DEUM, habentem omnia, habet. Matth. 8, 34. Gergaseni plus porcos amabant, quàm Christum: Sic divitias porcorum instar amare non debemus, neque has Christo cœlesti margaritæ præferre: nam

§.3 *Sunt vanæ*, nec hilum juvant. Applica huc verba 1. Sam. 12, 21. Ita quoque monet cœlestis Samuel. Matth. 6. nemo potest duobus &c. Tum, quid prodest diviti, quod habet, quando illum, qui omnia dedit, non habet? Augustin. tom. 10. col. 766. b. c. Imò vana sibi thesaurizant, Aug. tom. 10. col. 686. d. 687. a. vaniora sibi promittunt, longam vitam, quâ falluntur, Luc. 12, 18.

Laborant difficultatibus: 1. Difficulter acquiruntur; multo nempe sudore ac vigiliis opus est. 2. solicitè custodiuntur, Matth. 6, 19. 3. cum dolore amittuntur. 4. summo labore recuperantur, Aug. tom. 9. col. 750. c.

3. *Maximis scatent vitiis:* nam (α) Amatæ divitiæ non redamant; turpe verò est & grave, amare, sed non redamari. Hoc amare certò amarum est. Aug. conf. l. 9. col. 826. (β) Hominem relinquunt & infideles sunt, nam in morte eum non comitantur, Psal. 49, 11. Job. 1, 21. 1. Timoth. 6. v. 7. Job. 27. v. 19. Inanem destituerunt epulonem, Lucæ 16. Pylii summos honores decreverunt Theopompo, qui illis rescripsit: mediocres honores tempus augere, summos à tempore tandem auferri. Idem est de divitiis judicium, dies eas exedit, tempus consumit. Non ergo sis dives ad paucos dies, ne in æternitate inops sis & pauper. (γ) Multis peccatis acquiruntur. Vide Richter Axiomat. Oecon. 39. nempe avaritiâ, tenacitate, injustitiâ, defraudatione proximi, diffidentiâ erga DEUM, curis, Deuteronom. 11, 6. Vide ibi Luther. (δ) Homines reddunt tardos & ineptos ad pietatem & virtutem,

tutem. Hinc Aristotelis dictum: Omnia vitia nasci ex avaritia & ambitione, lib. 1. cap. 8. 9. Politicorum. Divites in anima habent gibbos, Ambros. sermon. 4. (ε) Noxiæ sunt animo & corpori, dant occasionem inimicitiis, peccatis, Ezech. 7. vers. 19. 20. patiuntur stultitiam. Richt. Axiom. 41. 42.

§. 4 *Fiducia in his non locanda.* Psal. 62, 11. nolite cor appendere. Sirac. 5, 1. noli confidere in opibus. Proverb. 27, 24. Sirac. 41, 17. noli: quia sicut rivus, ita divitiæ tandem deficiunt. Sicut avis Jerem. 17, 11. Ipse DEUS de cœlo revelavit hoc præceptum: Non habebis Deos alienos; interni Dii etiam sunt divitiæ.

§. 5 *Relinquendæ tibi & contemnendæ.* Si vis ad cœlum ascendere, pallium divitiarum relinquas oportet cum Elia, 2. Reg. 2, 13. Dejice ergo pallium opum in terræ pulverem, cum illæ sint pulvis, pars pulveris, dent tibi pulverem cœcitatis, ut non videas vanitatem. Nonnunquam etiam clamant ad te creaturæ: O pulvis homo, quid tibi cum pulvere terræ? cum auro? cura spiritum, ut ad DEUM veniat, linque pallium, ne te impediat. Esa. 14, 11. Vermes tibi pro lecto erunt: quod verè quadrat in epulonem illum.

Sunt enim

§. 6 1. *Opes Babylonicæ*, quæ spectant ad Babylona hujus mundi: ad cujus aquas sedent divites; Augustin. tomo 8. columm. 1572. c. non spectant ad alteram vitam. Præterit enim figura opum & mundi, 1. Cor. 7, 29.

2. *Fel aspidum*, Deuter. 32, 33. Job. 20, 16. Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ: Divitiæ sunt fel aspidum, impediens felicitatem corporalem & spiritualem; hoc veneno dulci animas capit infernalis venator, & linguam viperæ hujus mundi adhibet, quæ semper ingeminat: adfer, adfer &c.

3. *Idolum Bel* Daniel. 4, 16. intus luteum erat, extus aureum: sic divitiæ vestræ, ô divites! idolum sunt, extus fulgens, splendens, virens, florens, Psal. 37. & 39. sed cribrate cineres mortalitatis vestræ, discutite divitias, nil nisi lutum sunt & terra sulphurea.

4. *Mammon*, DEO contrarius dominus: 1. In affectu. 2. In mandatis: quæ vult Mammon, ea prohibet DEUS: non defraudes, non rapias. 3. In scopo: Mammonæ est, sibi servire, terrena sapere. 4. In territorio. Mammonæ est hic mundus, 1. Joh. 2. vers. 15. at DEI filiorum est cœlum, ad quod adspirant.

5. *Spinæ*: α. acutæ, pungentes cor avari. β. Lædentes cor proximi, quem defraudant.

γ. Fructus amaros ferentes.

6. *Esau* typus eorum, qui terrenas opes amant. Aug. tom. 8. col. 1575. b.

7. *Israelitæ* aureum vitulum fecerunt, factum adorarunt, Exod. 32. sic avari divitias pro DEO aureo habent, has colunt & venerantur, cum tamen aureus ille vitulus nil sit nisi terra sulphurea. Num. 32. cis Jordanem pastus gratiâ Israelitæ quidam manserunt, nec ad terram promissam venerunt: Pastum in hoc mundo quærunt divites.

8. *Samaritani* in utrumque latus olim claudicabant, 2. Reg. 17. Sic Divites DEO & mammonæ simul (frustrà tamen) inservire volunt. Aug. tom. 9. col. 1130. d.

9. *Absalom* capillis quercui implicitis vitam amisit, 2. Sam. 18. sic divites se multis implicant peccatorum laqueis, in his hærent, 1. Tim. 6. v. 9. donec immatura eos mors adobruat, Lucæ 12. & 16.

10. *Aspides* aures in terram fodiunt, Psal. 58. vers. 5. sic divites, ne vocem DEI audiant, jubentis proximo subvenire, ne proximi clamantis vocem (Luc. 16. Lazari) audiant, aures in terram defossas abscondunt, nil nisi terrena meditantur. Augustinus in hujus Psalmi locum.

11. *Figura in somno fugitiva* cito videtur & transit, Psalm. 73. v. 20. sic opes mundi sunt figura transiens, 1. Cor. 7, 29. Figuræ comœdiarum, quibus finitis personæ, quam gessisti, splendor quoque finitur. Vid. Luc. 16. quomodo in inferno epuloni nullus sit vestium, epularum, servorum splendor.

Non amandæ

§. 7 I. *A damno* (α) quia putrescunt in terrenis, qui terrena amant: quod eleganter explicat August. tom. 8. col. 940. d. Frumento (ait) tuo quæris mutare locum, & cor permittis in terra putrescere?

(β) Væ Domini incurrunt: faciunt enim ex sinistra dextram & ex dextra sinistram, Es. 5. vers. 20. è tenebris lucem faciunt. Opes temporariæ nihil nisi tenebræ sunt, & in tenebras exteriores sæpe homines pertrahunt, Luc. 6. vers. 24. & tamen ex his lucem sibi terreni homines Luc. 12. v. 19. Psalm. 49. v. 17. pollicentur. Vid. Augustinum tomo 8. cap. 1663. b. c. sequentib.

(γ) Perpetuo pungunt, ut spinæ. Vid. tit. Avaritia, in simílib.

(δ) Impediunt instar visci, ne ambulet homo in via charitatis erga proximum, sed cor suum claudat, 1. Joh. 3, 17. ne alis feriæ pietatis (vid. tit. Ala) ad Deum se elevet.

(ε) Vitæ æternæ contemtum & fastidium inducunt, ut homo terrenis opibus affixus cœlum non meditetur.

(ζ) DEI iram attrahunt. Is enim solus vult amari. Exod. 20, 5. Ego sum DEUS fortis, zelotes.

§. 8 *II. Ab inutili:* Non enim satiant cupiditatem nostram opes. August. tom. 8. col. 1240. b. Huc spectat Apostoli locus 1. Tim. 6, 9. August. tom. 10. col. 491. b. tom. 8. col. 1450.

Gravant magis hominem instar sarcinæ, Aug. tom. 9. col. 9. a.

Steriles homines faciunt, sicut ulmus arbor sterilis est.

Sunt muscipulæ & laquei hominum, Sap. 14, 11. Ejusmodi quoque idola sunt divitiæ. Confer ibi textum.

Paleæ Ægypti, quas ostendit Satanas, Matt. 4. quibus nos decipere intendit.

Similes

Similes somno. Sunt enim divites in morte similes pauperi somnianti de divitiis; sed cum evigilat, pauperem adhuc se esse intelligit: Ita dives epulo evigilans in inferno pauperem se sensit, quia 1. DEO carebat propitio. 2. amico Lazaro. 3. aquæ refrigerio.

Naufragis, qui in portu naufragium faciunt. Si quis ex India navi onusta auro rediens in portu naufragium facit: sic quoque in portu judicii naufragium divites faciunt. Matth. 7. & 25. non novi vos.

Aquilæ colligenti victimas oblatas, quibus ignis adhæsit, ex quo nidi & pullorum incendium subsecutum est: ita divitiæ ignis sunt, qui tandem divitem una cum pullis absumit.

Messoribus flentibus & spicas colligentibus, Psalm. 126, 6. Sed Luc. 6. væ vobis divitibus! vers. 24.

§. 9 *III. Ab officio fidelium.* Debent esse oves detonsæ, Cantic. 4, 2. (hoc est, vellera mundanarum opum non ostentantes) August. tom. 8. col. 1068. d.

Prudentes, ut intelligant bona temporalia ipsis quoque impiis dari, unde ex negatis iis nullum colligitur argumentum, nos à Deo negligi, Aug. tom. 8. col. 803. a.

Esse opes hujus mundi instar baculi, qui mox in serpentem vertitur: sic divitiæ serpentum naturam induunt, si eis innitaris: nam peccare te faciunt, ut DEUM deseras, & vulnerant conscientiam tuam lethali vulnere, Sirac. 28, 26.

Instar stercoris, quod aquas limpidas turbat & impuras reddit: sic divitiæ oculos turbant, ne videant proximi egestatem; aures obturant, ne audiant miserorum clamorem; Cor, ne habeat pietatis fervorem. Vid. Chrysostom. homil. 72. in cap. 13. Johan.

Domus relinquenda. Psalm. 45. vers. 11. Audi filia &c. relinque domum patris tui &c. Domus hæc mundus est & immundæ in eo opes. Linquendæ hæ sunt, & cor nostrum solido cœlestis sponsi amore imbuendum, ut dicas cum Paulo Philip. 3 v. 13. obliviscor, quæ retrò sunt.

§. 10 *IV. A turpi.* Divites colunt DEUM solum ob opes & divitias; pii mercenarii non sunt. Augustinus tomo 8. colum. 551. a. b.

Annon turpe est, catenis ignominiosis vinctum incedere? Sic divites avaritiæ catenis vincti & constricti sunt, ut nihil nisi opes quærant, manus non elevent ad DEUM, pedes non ambulent in via charitatis, & tandem ejusmodi vinctos Diabolus plane obsidet & oculis privat. Fuge ergo turpes catenas amoris in secularia bona.

Fœno si quis superbiret, stultus omnino judicaretur: An non opes omnes fœnum sunt & gramen? cur gramini impendis amorem, quod cito arescit falce sectum? Psal. 37. vers. 36. Esa. 40. vers. 6. omnis caro fœnum &c.

Turpe est duci à carnifice, vel ejus equis vehi: at divites vehuntur à Satana quatuor rotis vitiorum. Bernhardi sermon. 39. in Cantic. Canticor. verba sunt: Avaritia rotis vehitur quatuor vitiorum, quæ sunt pusillanimitas, inhumanitas, contemtus DEI, mortis oblivio. Porrò jumenta trahentia: Rapacitas & tenacitas; Et his unus auriga ambobus præsidet: Habendi ardor. Sola quidem avaritia, quia conducere plures non patitur, uno contenta est servitore; ipse verò injuncti operis promptus admodum atque infatigabilis executor, urgendus sanè jumentis trahentibus, flagris utitur acerrimis: libidine acquirendi & metu amittendi.

Filius alienus nemo esse vult. Divites certè sunt filii alieni, quia 1. Bona Cœlestis patris non quærunt, Augustinus tomo 8. columm. 550. d. 2. Beneficentiam patris cœlestis non imitantur, Matth. 5. v. 45. 3. Ad patrem hunc cœlestem non adspirant; eum non amant, sed Mammona.

Divitum imago à DEO corrumpitur, quia ipsi prius DEI imaginem in semetipsis corruperunt. Augustinus tomo 8. colum. 797. d.

Sunt turpes venatores, qui tandem capiuntur inter prædandum. Hinc monet Christus, ne curas hujus mundi plus justo veneremur, ne dies judicii incautos opprimat, Lucæ 21, 36. Confer Augustinum tom. 8. columm. 1458. a.

Divitum vitia & status. §. 11

Miser certè: Sunt enim instar asinorum portantium thesauros magnatum, donec in stabulum mortis ducti, omnibus priventur. Camer. P. 1. p. 460. hor. subcisiv.

Injustitia erga pauperes & egenos. 1. Sam. 25. ut Nabal. Luc. 16. Epulo injuste micas negabat Lazaro.

Superbia, Sir. 13, 4. Prov. 28. Dives sibi sapere videtur.

Immisericordia, quæ fuit in Nabal, 1. Sam. 25. in epulone illo, Luc. 16. Syr. 13, 4. Suos nempe relinquunt.

Imprudentia, non enim vident retia & casses Diaboli, 1. Timoth. 6, 9. non considerant opum fugacitatem; fugiunt enim instar avium, quæ transvolant: sic divitiæ post mortem ad alios volant. Olim Babylonii super thronum regis quatuor aves pinxerunt, notantes quatuor imperiorum fugacitatem, Alexander ab Alexandr. libr. 3. cap. 5. sic divitibus non quatuor sed plures aves pingendæ sunt, ut discant divitias unà cum vita cito transvolaturas esse, Psalm 49, 18.

Autoritas. Verba divitum magni æstimantur, Psal. 73, 9. Syr. 13, 27.

Ingratitudo. Raró enim divites agnoscunt opes a DEO esse; contra agnovit Eleazar, Genes. 24. & 25. benedixit DEUS Isaaco.

Iſaaco. Gen. 30. modicum habuiſti antequam venirem.

§. 12 *Differentia inter divitias*

Temporales & æternas: Illæ plus diliguntur antequam habentur; cum autem habentur, vileſcunt. Sed æterna bona 1. diligentius & ardentius amantur. 2. Accipiendo multiplicantur, Matth. 25. 3. Satiant animam. Spirituales divitias conſcientia portat; temporales area & pera: Hæ non ſunt veræ nec noſtræ; illæ veræ, illæ ſolidæ & noſtræ. Bernhard. ſermon. 4. de Adventu Domini.

§. 13 *Exempla*

Eorum, qui divitias ſpreverunt. Moſes Hebr. 11. Bias, Val. Max. lib. 7. c. 2. Sabellicus l. 2. c. 1. Exempl. Alexander M. Phocioni obtulit magnam prædæ Perſicæ partem, quam ſprevit; Crates Thebanus divitias in mare projecit; Marcus Curius nobilis Romanus Samnitum munera ſplendida aſpernatus eſt: Sic & Fabricius; Diogenes; hic vaſe ſuo contentus; ille aurum à Pyrrho oblatum ſprevit.

§. 14 *De Divite & Lazaro.*

Divitum in regno Chriſti non eſt melior conditio, quàm pauperum; contra P. Lombardum, qui docet, divites per ſuffragia celeriorem abſolutionem conſequi, quam pauperes. In 4. diſt. 45. lit. D. §. Solet: & ibid. Poteſt tamen &c.

Anceps eſt Patrum ſententia. Nam Chryſoſtom. & Theophyl. habent pro Parabola. Tertullian. lib. 4. adverſ. Marcion. Hilar. enarrat. in Pſalm. 2. Nicol. de Lyra pro hiſtoria habent. Confer Chryſoſt. hom. 65. ad popul. Antiochen.

DO. DARE. *V. Eleemoſyna, Liberalitas.*

DOCITÆ.

Hæretici dicentes, Chriſtum verè incarnatum non eſſe.

DOCENS. DOCTOR. *V. Magiſter.*

Confer Tit. Miniſter, Miniſterium.

Varii Doctores.

§. 1 1. *Chriſtus & DEUS* noſter docet nos de cœlo per verbi patefactionem & Spiritus Sancti illuminationem, Matth. 16. Eph. 1. Deuter. 4. Matth. 3 Joh. 12.

Quid? juſtificationes ſuas, Pſalm. 119. Veritatem, Pſalm. 25. verſ. 5. Vias ſuas, Pſalm. 25. Terram bonam, ut in ea ambulemus, Pſalm. 143. Sapientiam, ut addiſcamus, Pſalm. 15. Jacob. 2. Sitis extinguendæ modum, ut refocillemur, Joh. 7. Manſuetudinem & humilitatem, Matth. 11.

Quomodo? Oculis ducit, Pſalm. 32. Pedô regit, Pſalm. 23. Cibo paſcit, ibid. Ad prælium, Pſalm. 18. v. 35.

§. 2 2. *Satan* docet, Pſalm. 109. Cujus doctrina eſt peſtifera, Pſalm. 94. Chriſto inimica, Matt. 4. Saluti noſtræ inſidioſa: eſt enim lolium, Matth. 13.

§. 3 3. *Homo malus*, à quo diſcere poſſumus; ſicut multa ex brutis didicimus: v. g. ab Hippopotamo venæ ſectionem, cane vomitum, ciconiâ ſuppoſitoria, cervo virtutem dictamni.

Effecta ejusmodi mali Doctoris ſunt: ſcandalizare auditores. Nomen Dei blaſphemè exponere, Rom. 2. Docere tantum, Matth. 23, 2. ſicut botrus inter ſpinas, palmes in ſepe. Auguſtinus: Quem audis bona docentem, ne imiteris mala facientem. Scripturas pervertere ſuo malo, 2. Petr. 3, 16. ſicut aranea venenum ſugit. Inſtar furioſi gladio alios interficere, aliquandoque ſeipſum.

Doctor malus, qui damno æternæ vitæ iſtius incertæ lucis brevisſimas moras (ſibi) comparat. Optat. Milevitan. lib. 1. p. 16. contra Parmen. Eſt civis regni Satanæ.

§. 4 4. *Homo fidelis & juſtus.* Hujus officia ſunt: docere fidem breviter, perſpicuè, ſimpliciter, 1. Cor. 2. Debellare errorem: (Gerſon part. 1. conſiderat. 4. de examinat. doctrin. Dictum eſt præcisè & pasſim, quoniam aliunde poteſt Doctor Theologus obligari prædicare vel docere, vel ſcripturas interpretari verbo vel ſcripto, dum necesſitas imminet hæreticos & hæreſes repellendi.) Dedocere malos mores tam ſermone, quam opere & vitâ. Vid. Auguſtin. de doctr. Chriſtiana. Ignorantes ſcientiâ imbuere, Rom. 2. Informare in vita pia, Levit. 15. Diſcretione uti in docendo & diſputando. Conſolari.

§. 5 Adjuncta ejus ſunt: 1. Pietas & eruditio in lege Domini, Eſræ 7, 6. 11. 12. 14. 21. 25. 2. Patientia, 2. Cor. 6. 1. Cor. 4. Gregor. ſuper Prov. 25. Tantò minus quiſque oſtenditur doctus, quantò minus patiens; neque enim poteſt veraciter bona docendo impendere, ſi vivendo neſcit adverſa æquanimiter tolerare. 3. Humilitas, ut ſe ab aliis moneri patiatur. Gregor. in moralibus: Mihi prope donatum credo, quicquid lectorem meum melius ſentire cognoſco. Omnes enim qui pleni fide Deo aliquid ſonare nitimur, organa veritatis ſumus.

§. 6 Chriſtus Doctor & Magiſter. I. *cœleſtis*; à DEO miſſus, Joh. 3, 2. II. *Patientiſſimus laborum*; docuit aliquot annis, terra, mari, in templo; *injuriarum*, ſcommatum, famis, ſitis, in ſynagogis. III. *Univerſaliſſimus*: docuit omnes, pauperes, pueros, amicos, hoſtes. IV. *Fortiſſimus*; non paſſus eſt ſe dimoveri à docendi provinciâ per calumnias, metum mortis, crucem, tormenta præſentia in ipſo pasſionis actu. V. *Mitiſſimus*: Omnibus ſuavis; nulli gravis: Ignaros non repulit, ſtupidos non confudit, piſcatores, publicanos, peccatrices non reſpuit. Hæc præſtitit *DEI* Filius Dominus; Dominum ut imitetur, etiam etiamque videat ſervus.

§. 7 *Doctrina quoque Chriſti*

Omnibus numeris abſoluta fuit. 1. *ſuavis*, Matth. 11. Diſcite à me &c. 2. *gravis*, Joh. 7. Nemo ſic loc. 3. *plena*, Joh. 15. *ſi non veniſſem.*

4. *plana*

4. *plana* & perſpicua in parabolis. 5. *Utiliſſima*, illuſtrans intellectum. Johan. 1. DEUM nemo vidit &c. reformans affectum. Johan. 3. Niſi quis renatus. Refrænans appetitum. Matt. 16. Abneget ſeipſum. 6. *Dulcisſima* & omnibus ad pietatem & pœnitentiam accommodatisſima. 7. *Perfectiſſima*: omnia namque ſcitu & factu neceſſaria nobis Chriſtus revelavit; fidem Johan. 6. Hæc eſt voluntas ejus &c. pœnitentiam Luc. 13. orationem Matth. 6. patientiam Luc. 21.

§. 4. *Similia*. Boni Doctores ſunt ſimiles aquilis, ſanguinem ex præda ſubminiſtrantibus pullis ſuis, ut eos nutriant: apibus, quæ mel ſugunt: medico, herbas ſalutares ægroto colligenti: fonti aquas ſcaturienti: patrifamilias Matth. 13. cibos diſtribuenti: terræ, ex qua ſugimus ſuccum doctrinæ: ſoli & ſtellæ lucentibus. Sunt janitores ſapientiæ: columnæ domus ſapientiæ divinæ: Oeconomi, bona DEI diſtribuentes.

§. 5 *Doctorum gradus* in Eccleſia Epheſ. 4. 1. Corinth 12. Honoribus ſcholaſticis vel Academicis auctus & ornatus, eo fine, 1. Ut diligentioribus Theologiæ cultoribus indefeſſæ diligentiæ teſtimonium perhibeatur; 2. alii ad eandem excitentur; 3. Eccleſia ſciat, quibus & miniſterium & Eccleſiæ regimen committi poſſit; 4. Publica in ſcholis docendi, confutandi errores & profana dogmata ſcriptis taxandi utantur poteſtate; 5. Ipſi quoque promoti dona ſua excitent, exerceant, & Eccleſiæ præ aliis his honoribus non inſignitis inſerviant ore & calamo docendo; (Vide Gerſon, part. 2. titul. 24. lit. 2. §. Licentia Magiſtr.) Juramento firmatus & collatus. Ego autoritate Apoſtolica (inquit Cancellarius) do tibi licentiam regendi, diſputandi, docendi in ſacra Theologiæ facultate hîc & ubique terrarum in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. (Gerſ. part. 1. titul. 18. lit. B.) Itaque nemo magnificis titulis ſibi ipſi palpum obtrudat, ne ei illud dicatur, quod dici ſolet: Simia etſi purpurâ induta, tamen ſimia manet. 6. Scriptis & aliis operibus oſtendant, ſe verè & ex animo DEO ſervire; ſicut D. Paulus ad opera ac labores provocat ſuos. His qui caret, ineptè titulis ſuperbit; Inde acres Canoniſtarum & JCtorum cenſuræ natæ ſunt in eos, qui indocti ſunt. Vide Panormitan. C. Cleric. de Judiciis. Velin. Baldus ad Procem. Pandectar. idem Velinus ad Rubric. de Magiſtris. 7. Libris ſint inſtructi. Dominic. de S. Georgio ad diſt. 38. c. Quæ ipſas &c. notat, non debere dici Doctorem, qui libris ad profesſionem ſuam neceſſariis non ſit inſtructus.

§. 6 *Tolli poteſt gradus Doctoratus*. Sic ſtatuit Panormitan. c. Quoniam Eccleſia de magiſtris; &c. cum ſecundum &c. de præbend. & dignitatibus. Barthol. in lib. x. Codic. l. Gravia. de Profeſſ. & Medic. Si inepti ſint ac minus idonei ad officia. Olim Epiſcopus Capuanus Doctorum juniorum eorundemque ſtudiorum literas dilacerare, eoſque indignos pronunciare ſolitus fuit. Doctor verus provocat ad ſuos auditores, Joh. 18, 20. palam & publicè docet, Joh. 19, 20.

Doctor falſus hypocriſei tegit errores, Roman. 16. 2. Cor. 11. Coloſſ. 2. ſeducit, Amos 2, 4. eſt cauda, Eſa. 9, 15. 16.

Magno fuit D. Luthero ſolatio: ſæpe enim ad hunc gradum provocat.

DOCTUS.

§. 1 Matth. 13, 52. Doctus in regno cœlorum, i. e. ut alios doceat, adipiſcendi regnum cœlorum, duce verbo DEI, comite cruce.

Johan. 6. A DEO docti, nempe per Spiritum Sanctum, in verbo nos erudientem, is enim eſt cauſa efficiens Doctos. Jerem. 3. Dabo paſtores. 1. Sam. 2. ſuſcitabo mihi. Pſ. 68. Dominus dat verbum.

Docto in magno pretio ſemper olim habiti; Daniel Propheta à Cyro; Homeri liber ab Alexandro M. Ariſtoteles, Pindarus, Plato à Dionyſio Tyranno; Cicero à Pomponio Attico. Vid. plura apud Raviſium pag. 736. Officin.

§. 2 *Indocti* (id eſt ſimplices, pii & devoti) DEO ſunt grati, propiuſque ad regnum cœlorum accedunt, quam docti & eruditi. Opilio quidam intuens bufonem, in lacrymas prorupit largisſimas, ſuam, quod DEO non egiſſet pro creatione ipſius ad imaginem & ſimilitudinem ſuam gratias, ingratitudinem deflevit. Hunc conſpicatus Cardinalis in itinere Tridentum verſus, ſocio Cardinali dixit: O dive Auguſtine, quàm verè à te dictum eſt: indocti prodeunt & cœlum præ nobis auferunt; Nos verò cum ſcientia noſtra in carne obambulamus, de noſtra ſalute nimium ſecuri, ſed nihil ſollicitì. Bzovius refert Dominic. XIII. poſt Trinit.

§. 3 *Indocti oſores literarum*. Licinius imperator literas virus ac peſtem publicam nuncupabat, Johan. Baptiſta Egnatius. In promptu cauſa erat, quia ipſe adeò expers erat humanioris literaturæ, ut ne quidem decretis ſubſcribere potuerit. Scilicet juxta illud: Ars non habet oſorem niſi ignorantem.

DOCTRINA. *V. Religio*.

§. 1 *Bona* DEI, quæ facit ad rerum ſcitu ad ſalutem neceſſariarum cognitionem; ad patientiam & mali perpesſionem, Pſal. 94. Rom. 15. ad boni & honeſti perfectionem, 2. Tim. 3, 16.

Utilis ad inſtructionem & illuminationem, Pſ. 119. pretioſa, conſtans ex margaritis divinæ veritatis; ſuavis animæ, Matth. 11. Pſal. 119. Propterea ſimilis melli, quod guſtu reficit; lacti, quod nutrit, 1. Cor. 2.

§. 2 *Chriſti doctrina*;

1. Divina, Joh. 8. 31.
2. Solatifera, Joh. 14, 1.
3. Penetrans corda, Luc. 24. 32.
4. Mundo ingrata, Joh. 18, 19. 20. 1. Reg. 22, 24. Jerem. 20, 2. Amos 7, 10. Actor. 23, 2. c. 26, 11. Joh. 15. & 16.
5. Audit Moſi adverſa, cum tamen non ſit, Joh. 18, 19. Act. 6.

Mala,

§. 3 *Mala*, quæ eſt adultera, quâ Phariſæi erant imbuti, Matth. 16, 4. generatio adultera &c. Falſa doctrina parit labores, ærumnas, Pſalm. 16, 13. fallax, nec enim hominem ſuſtentare poteſt vel refocillare, Hebr. 13, 9. humana, Matth. 15, 9. mandata hominum &c. mendax, Jer. 23, 30. verba mea furantur: peſtifera Eſa. 59, 5. ova baſiliſcorum &c. Satanica, 1. Tim. 4, 1. doctrinæ Dæmoniorum, ſuperſtitioſa, Coloſſ. 2. divinatoria: vana, quia profluit è vanis hominum cogitationibus: terribilis conſcientiæ: fruſtranea, Matth. 15, 9. fruſtrà me colunt &c. Similis ſpinæ pungenti & tribulis, Matth. 7. veneno, quod animam interficit: faſcino mentis, Galat. 3. v. 1. O Galatæ, quis vos faſcinavit? falſis miraculis ſtatuminata. V. Miracula.

§. 4 *Propagatio veræ doctrinæ* fiat 1. Per miniſtros. V. Miniſter. 2. Magiſtratum, vid. Magiſtratus. 3. Patres matresque familias. V. Paterfamilias. 4. Publicos doctores in eccleſia & ſcolis, voce, ſcriptis.

DOLABRA Oſ. 6. *V. Lex.*

DOLOR.

§. 1 Quidam dictum volunt à dolando, quod cor hominis edolet quaſi. Perottus in Corn. Cop.

I. DEO attribuitur Gen. 6. verſ. 6. per ἀνθρωποπάθειαν.

II. *Homini*, qui multiplex ratione cauſarum:

§. 2 *Naturalis*, qui habet cauſas naturales; Eſtque ratione cauſarum harum vel internus, qui oritur ex internis accidentibus corporum malè habentium, v. g. Dolores dentium, aurium, inteſtinorum: item cum ſenſus appetitûs laborat, v. g. fame, ſiti, paucitate & penuria cibi. Vel externus, qui habet cauſas externas, v. gr. cæſio, verberatio, contuſio, crematio &c. Item in nativitate hominis, Geneſ. 3. v. 16. Pſal. 48, 7. Eſ. 13, 8. c. 26, 17. in circumciſione, Geneſ. 34, 25. in pedibus, 2. Chronicor. 16. verſ. 12. & corpore, Job. 2, 13.

§. 3 *Moralis* eſt animi mœror, cujus cauſa calamitas, contemtus, ſterilitas, 1. Sam. 2, 16. malitia filiorum, Proverb. 17. verſ. 15. afflictio & ſervitus, Exod. 3. v. 8. amicorum ſeparatio, & a ſe invicem diſceſſus, 1. Samuel. 20. verſ. 41. 42. metus, Exod. 15, 14. Deuter. 2, 25. varia crux, Job. 6, 3. c. 7, 4. c. 16, 6. 7. c. 30, 17. Pſ. 18, 5. Pſ. 38, 18. & 89, 3. Jerem. 8, 18. Thren. 1, 18. tentatio, Job. 6, 3. verba mea dolore ſunt plena: in tentationibus namque DEI ſagittas ſentimus, Pſ. 38, 3. vindictæ ſtudium, Deut. 19, 6. quod cor inflammare ſolet ad cædes.

Moralis dolor tribuitur etiam ſuô modô angelis & animabus, Lucæ 15. verſ. 10. Apocal. 9. verſ. 10.

Divinus, quem DEUS immittit, 1. Sam. 5, 6. 12. v. g. diluvium, ignis Sodomorum, plaga Ægyptiorum, Exod. 12, 19. Heliodori, 2. Maccab. 3. v. 26.

§. 4 *Diabolicus*, cujus cauſa Satan eſt, ſive verè, v. g. in incantamentis, obſeſſionibus, tentationibus, Pſal. 18. 2. Cor. 12. ſive fictè, v. g. cum ſuis perſuadet, homines cruciari vi mediorum ipſis adhibitorum.

Virtuoſus eſt dolor pœnitentiæ 2. Cor. 7. ob admiſſa peccata, Pſ. 6. ob ſagittas DEI. Huic opponitur carentia doloris Jer. 6. Non doluerunt.

Vitioſus eſt dolor avaritiæ, invidiæ, detractionis.

§. 5 *Calamitatis & miſeriæ dolor*, cui omnes homines obnoxii ſunt, Syr. 40. Eccleſ. 2. cuncti dies ejus doloribus & ærumnis pleni ſunt: Pſal. 90. labor & dolor: Pſal. 126. manducatis panem in dolore. Huc pertinet dolor ex amiſſo, qui fuit in Eſavo, Hebr. 12. verſ. 14. ſicuti impii dolent de damno; eſtque carnalis dolor de damno. Huc quoque dolor exilii hujus mundi. Simile: Sicut agnus impensè dolet ex amiſſa matre: Sic nos in exilio mundi Deum penè amiſiſſe videmur, ideoque jugiter clamamus.

§. 6 *Compaſſionis* dolor, qui συμπάθεια dicitur, v. g. in amiſſione filii, Geneſ. 37, 35. c. 42, 38. parentum. Geneſ. 24, 67. in morte amici, 2. Sam. 1. v. 26. in obitu Magiſtratus. Vide Ambroſ. ſermon. 2. de exceſſu fratris ſui Satyri. Et talis affectus dicitur etiam brutis eſſe communis: Equus (teſte Plinio) mortem Domini deflere: paſſeres uno eorum illaqueato dolere, & in eo loco convenire: elephantes quoque & boves ſociorum ſuorum doloribus tangi dicuntur.

§. 7 *Concupiſcentiæ malæ* dolor dicitur, quando impudici oculi dolorem concipiunt ex aſpectu mulierum. Sicut Herodotus narrat lib. 5. de legatis Perſarum a Dario miſſis ad Amyntam regem Macedoniæ.

Spiritualis dolor, Rom. 9, 2. Pſ. 13, 3. & 31, 11.

Inferni dolor erit 1. Perpetuus: 2. inæſtimabilis: 3. in anima & corpore: 4. ineffabilis. V. tit. Infernus.

Nimius dolor non conſulit, non deliberat. V. Bernhardum Epiſtol. 1. ad Robert. nepotem ſuum, col. 1379. oper. A.

§. 8 *Cauſæ dolorem procreantes*. Seneca in Epiſt. Quædam nos magis torquent, quam debent: quædam ante torquent, quam debent: quædam torquent, cum omnino non debent. Sic aut augemus dolorem, aut præoccupamus, aut fingimus.

§. 9 *DEUS immittit dolorem* 1. Ut de peccato nos commonefaciat. 2. ad vitam æternam aſpirare faciat, in qua non erit dolor. 3. mortalitatem ob oculos ponat. 4. infernum fugiendum eſſe dicat, Apocal. 16. verſ. 10. 5. ſoletur nos exemplo Chriſti, qui & ipſe dolores noſtros portavit, Eſa. 53, 34. 6. purget nos. Bernhard. libr. de modo bene vivendi ſermon. 43. Probari te in dolore cognoſce, non frangaris &c. conflaris, ut peccatorum ſorde purgeris.

Remedia opponenda dolori.

1. Reatus peccati, ob quod dolores infliguntur. 2. Chriſti & omnium Sanctorum exem-

exempla, doloribus hujus vitæ variis subjectorum. 3. Cogita, annon tuis peccatis dolorem Deo & sanctis angelis creaveris? 4. Perpende exempla Ethnicorum, qui invicta animi magnitudine dolores perpessi. Q. Mutius Scævola amburi sibi manum passus est in castris Porsenæ. *Livius*. 5. Perpende, omnes dolores cum hac vita finiri, atque in æterna gaudia commutandos esse, Es. 35, 10. Apoc. 7. hi sunt, qui, &c. Apoc. 21, 4. 6. Considera dolores tandem vitæ finem judicare. 7. In mediis doloribus te à Deo sustentari, exemplo omnium martyrum. 8. Per dolores tandem nos ad gloriam duci. Hæc est via ad cœlum.

§. 11 *Dolor Christi summus in passione.*

I. In anima. Sensus iræ Dei pro nobis, Ps. 22. v. 2. Matth. 26, 38.

II. In corpore (1) toto, ob dolorosam partium consensionem. (2) in membris omnibus inexplicabiles dolores sensit: Caput densitate spinarum coronatum: Oculi jugibus lacrymis ob nostra peccata maduerunt: Genæ lacrymis uberrimis iter præbuere: Gutture arido & sicco clamavit, Psalm. 22. Cor instar ceræ liquefactum est, Psalm. 22, 15. Viscera omnia dolorem senserunt: Dorsum flagris concisum: Manus clavis transfixæ, vinculis constrictæ: Latera in cruce distenta: Ossa dinumerata, Ps. 22, 15. Pedes clavis transfixi.

Pulchre D. Bernhardus hebdomad. 4. Pœnos. column. 143. Memor ero, quàm diu fuero, laborum illorum, quos pertulit (Christus) in prædicando, fatigationum in discurrendo, tentationum in jejunando, vigiliarum in orando, lacrymarum in compatiendo. Recordabor enim dolorum ejus, conviciorum, sputorum, colaphorum, subsannationum, exprobrationum, clavorum &c. Hæc Bernhard. Alii verba Jeremiæ capite 1. vers. 12. Threnor. huc accommodare solent, & ad Christum applicare. Hos veros dolores Christi fuisse, negarunt olim Cerdoniani & Manichæi. Augustinus libr. de hæres. cap. 21. & 46.

DOLOSI, *v. Hypocrisis.*

DOLUS.

§. 1 *Bonus dolus* species prudentiæ Christianæ, 2. Cor. 12, 16.

Malus citra dubietatem Deo exosus in censum mortalium peccatorum referendus.

§. 2 *Subjectum inhæsionis* est cor, Marc. 7, 22. hominis perversi, Actorum 13, 10. Ethnici, Roman. 1, 29. civitatis malæ, Psalm. 55, 12. Syr. 19, 23. Non est in corde pio Joh. 1, 47. simplicitatis amante. Matth. 10. in lingua. Ps. 34. ne loquantur dolum.

§. 3 *Modus* committendi dolum fit 1. Loquendo, Genes. 34, 13. 2. Samuel. 3, 27. Job. 13, 7. Psalm. 10, 7. & 15, 3. & 35, 20. & 50, 19. & 52, 4. Jerem. 9, 8. 2. Meditando, cogitando, machinando, Job. 15, 35. Psalm. 38, 13. Proverb. 26, 24. cap. 12, 20. 3. Jurando, Ps. 24, 4. 4. Opprimendo alios, Psalm. 105, 25. 5. Operando, Jer. 6, 13. c. 5. 6. Fallendo in mercatura, Proverb. 11, 1. cap. 20, 1.

Fugiendus, Ps. 24, 4. 1. Thess. 2, 3. 1. Pet. 2, 1. c. 3, 10. Ps. 5, 7. & 12, 4. & 55, 24. & 109, 2. Deprecandus, Ps. 102, 2. 3. & 43, 1.

§. 4 *Exempla*, Genes. 34, 14. 2. Sam. 3, 27. Ps. 27, 3. & 35, 20. & 92, 3. Jerem. 9, 8. 1. Macch. 1, 31. 32. Huc spectant & alia apud Didac. Apolepht. part. 2. horar. historic. pag. 510. 511. sequent.

Plura vide tit. Hypocrisis. It. tit. Sinceritas, *in oppositis*.

DOMESTICI

Infideles persæpè, Ps. 41, 10. & 55, 13. Mich. 7. Dei Domestici sunt omnes fideles in Christo, Eph. 4. & sunt 1. in una domo Dei, 1. Tim. 3, 16. 2. Participes omnium bonorum. 3. Futuri hæredes eorum, Rom. 8.

DOMINATUS. *V. Magistratus.*

DOMINUS.

§. 1 Est nomen filii Dei, Joh. 20. 1. Cor. 8. Rom. 14. qui est Dominus vivorum & mortuorum: 1. quia utrosque judicabit, 1. Pet. 4. 2. credentes salvabit, Actor. 4, 11. eosque quiescere facit, Apoc. 14. 3. incredulos damnabit, Marc. 16. 2. Thess. 1, 7.

Est dominus de cœlo, 1. Cor. 15. gaudens dominio uno, nempe increato, infinito, quod τῷ λόγῳ competit per essentiam, carni per unionis gratiam, contra quosdam Calvinianos.

Dominus est ratione meditationis, 1. Timoth. 2. vers. 5. redemptionis, Apocal. 1. v. 5. desponsationis, Psalm. 45. Esa. 54. omnium Dominus, quia huic omnes inservire debent, Philip. 2.

DEUS noster Dominus dominantium, 1. Timoth. 6. immutabilis, Jacob. 1. incomprehensibilis, Roman. 11, 36. liberalissimus ad dandum, Jacobi 1. liberrimus ad operandum, Psalm. 136. potentissimus ad juvandum: summus cœlesti autoritate atque præeminentia: luminosus ad illuminandam Ecclesiæ domum, corda nostra: dulcissimus ad amandum.

Hoc nomine olim Cæsarem insignire noluit Polycarpus. Baron. ex Euseb. tom. 2. annal. fol. 173. Augustus Cæsar quoque hoc nomine noluit appellari. Tertullian. cap. 34. Apolog.

§. 2 *Domini falsi*, ut, Caro. Vid. Caro, concupiscentia: Mundus v. Mundus: Diabolus vid. Satan.

Dominus Magistratus. V. Magistratus.

Dominus pro Hero v. tit. Herus: item, Pater-familias.

DOMINIUM

In res humanas nemo habet, de humo formatus. Unde Chrysostomus falsè irridet eos, qui hæredibus dominia suarum rerum legare solent, cum solus DEUS omnium sit Dominus, Homil. 2. ad populum Antiochenum.

In Imperiis v. Regnum.

§. 1 DOMUS. *V. Ecclesia. Item vita æterna. Item ædificatio.*

Precationis domus, Luc. 19. templum Hierosolymitanum, Pſ. 26. & 84. Luc. 18, 10. Exod. 20, 24. 2. Chron. 6, 20. Pſ. 18, 7. & 65, 5. Jer. 7, 11. in eo vult nos exhilarare Dominus, Eſ. 56, 6. 7.

Patris domus Joh. 14. eſt illud πȣ̃ beatorum, æterna habitatio, parata credentibus, Matth. 25. regnum, in quo Chriſtus glorioſus apparet, Joh. 17.

§. 2 *Superbiæ & avaritiæ* domus deſcribitur Amos. 3, 14.

Privata domus non ædificanda in peccatis, Jerem. 22, 13. Hab. 3, 7.

In domum noſtram ingredimur, Matth. 8, 8. 1. propriæ calamitatis. 2. eccleſiæ militantis. 3. conſcientiæ propriæ. 4. felicitatis æternæ. Gerſon. fol. 43. lit. y. part. 2. oper. Exturbamur ob peccata. V. Bellum, n. 9.

§. 1 DONA.

Ea omnia ſunt dona, quæ nobis donantur, vel donationis titulo ad nos deferuntur.

§. 2 *Cauſa* efficiens ſive largiens Deus eſt Numer. 11. dans ſpiritum. Jacob. 1. Omne donum à patre luminum.

Promerens, Chriſtus. Pſal. 68. dona accepit pro hominibus. Epheſ. 4. menſura donationis Chriſti. Joh. 15. mittam vobis Spiritum. Spiritus Sanctus effundens dona, Tit. 3, 5. Mediæ cauſæ preces, Matth. 7. Jacob. 1. verbum Evangelii, Gal. 3.

§. 3 *Materia*, in qua dona occupantur; nempe in omnibus officii partibus, cui quis præfectus eſt: Rex David, dona conferat in regimen, Nathan in prophetiam, Joab in militiam. Item circa Deum, ut hic in donis ſuis honoretur: circa proximum, ut hunc juvemus: eccleſiam, in qua membra ſumus, ut alii aliis ſerviamus, Rom. 12. 1. Corinth. 12.

§. 4 *Qualitas* donorum Dei: ſunt perfecta Jacob. 1, 17. minimè fucata, maximè ſtabilia, fixa, ad perfectionem (partium, non graduum) hominem perducentia, eaque per Chriſtum, epiſt. ad Philem. v. 6.

§. 5 *Gradus*. Daniel. 5. Spiritus amplior in Daniele erat. Spiritum duplicem ſibi petebat Eliſa, 2. Regum 2. Sic Aaron eloquens; non ſic Moſes: Abraham fortis fide; infirmus Petrus: Baſilius egregius concionator; Apollinarius verò eximius ſcriptor & commentator. Philoſtorg. in vita Baſilii. Huc ſpectat Heroica donorum communium excitatio, qualis in Luthero fuit. Charitas ipſa donorum præſtantisſima, 1. Corint. 12. ult. cap. 13, 1. 2. ſequent.

§. 6 *Quotuplicia?*

I. Dei dona, quæ Deus dat, de quibus in ſequentibus, Roman. 8, 32. Huc refer dona Chriſti, quæ dedit hominibus, Pſalm. 68. ut ſunt 1. Spiritus Sanctus. Johan. 15. paracletum mittam. 2. Apoſtoli, miniſtri, Doctores, paſtores, Epheſ. 4. 2. Pet. 1, 19. eorum vocatio. Actorum 13. illuminatio & gubernatio. 3. Ipſe Chriſtus ſe nobis dedit, 1. Timoth. 2, 4. Via & reditus in cœlum, quem nobis promeritus eſt. Johann. 14. vado vobis parare locum. 5. Vividum ſolatium in morte noſtra, quod tutò in Chriſti vita & morte figere debemus.

§. 7 II. Miniſtrorum dona ſive requiſita. V. Miniſter. Dona eccleſiæ, quæ in hac dantur, Auguſt. tom. 8. col. 701. c. d. in Pſ. 68. verbo. *Dividit ſpolia.* Sunt devictio Satanæ, ſpoliatio, vaſorum mundatio, peccatorum remisſio & miniſterii conſtitutio. Vid. lat. Auguſt. Sunt enim ornamenta, quibus decorata eſt. Luther. in Pſ. 45.

§. 8 III. Dona politica, munera non accipienda. Vid. tit. Juſtitia.

§. 9 IV. Eccleſiaſtica: Et hæc vel communia vel ſingularia.

Communia ſunt: Deus ipſe, qui ſe nobis Patrem dedit, Eph. 3, 17. Filius Dei, Joh. 3, 16. Spiritus Sanctus, Rom. 8, 15. Gal. 4, 5. Actorum 3, 8. Regeneratio & vivificatio, Johann. 4, 11. Vocatio, Rom. 11, 29. Hebr. 6, 4. Juſtificatio, Epheſ. 2, 8. Luc. 7, 42. Salvatio, Roman. 6. v. ultimo.

Singularia vel extraordinaria, quæ certis tantum perſonis certisque temporibus collata ſunt. Marc. 16, 17. Signa vero his, qui crediderunt, &c. Rom. 12, 6. 1. Cor. 12, 14. de quorum fine infra.

§. 10 V. Terrena dona & bona in V. T. erant futurorum ſymbola, v. g. Terra Canaan, vitæ æternæ typus. Sic quoque Paradiſus fuit Geneſ. 3. Exod. 3, 17. Deuter. 11, 9. & 17. In N. T. Chriſtus dat hæc dona 1. Ut doceat ſe eſſe noſtrum paſtorem ac tutorem animarum & corporum. 2. Ut moneat nos de gratitudine noſtra, & nominis ipſius glorificatione, Pſ. 50, 14. 1. Tim. 4, 4. 3. Ut filialis fiduciæ ſpem in nobis accendat, Matt. 6, 25. 31. 1. Pet. 5, 7. Pſal. 37. & 55. & 104. 4. Ut nos in cœleſtium bonorum conſiderationem manu quaſi ducat; cùm enim terrena bona pulchra & eximia ſunt, quantò magis excellentia erunt, longeque jucundisſima, omnem donorum terrenorum præſtantiam longisſimè ſuperantia.

Dona hæc terrena non ſunt adoptionis divinæ ſigna: ſunt enim & fuerunt multi pii pauperes; (vide titul. Paupertas) ſed piis & impiis communia, Eccleſ. 9. Matthæi 5. verſ. 45. imò & beſtiis, Pſalm. 36. & 104. Oſe. 12. verſ. 8. ideoque iſta terrena piis ſubtrahit, ne his à vero pietatis tramite abducantur, 1. Timoth. 6, 9. 10. & ſe peregrinos hîc eſſe, 1. Pet. 2, 11. & τῆς ἀυταρκείας ſtudio ſeſe emancipandos recordentur, vid. 1. Timoth. 6. verſ. 8.

§. 11 VI. Hominum dona, vel ſunt piorum v. g. Eleemoſyna, (vid. ſuo titulo) Dona Deo oblata: (vid. ſacrificia ſpiritualia) vel malorum, quæ Deo non placent. Sirach. 34. Dona impiorum, &c.

Aliter.

§. 12 1. Dona quædam ſunt in natura, ut, cibus, potus, victus, veſtitus.

2. Quæ-

2. Quædam in gratia, ut, fides, spes, charitas.

3. Quædam in corpore, ut, sanitas, robur, formositas & proportio membrorum.

4. Quædam in anima, ut, scientia, sapientia, prudentia, eaque in intellectu & voluntate, qui se legi Dei conformare studet.

5. Quædam in bonis, v.g. opes, possessiones, pecora, prædia. Gen. 32. suscipe dona.

6. Quædam in honoribus & statu, v.g. æstimium hominum, honor, fama, nominis celebritas.

§. 13 *Alia distributio*

1. Dona sacrificialia, Heb. 5, 1. Num. 18, 10. 2 Dona bellica, 1. Sam. 30, 26. 3. Politica, præmia benè meritis data, Daniel. 6, 2. cap. 5, 17. 4. Propria cuilibet dona vocationis, 1. Cor. 7, 7. unusquisque habet proprium donum, Eph. 3, 7. 5. Oeconomica sunt liberi, Genes. 49, 9. 6. Spiritui Sancto septem dona adscribuntur: timoris, consilii, pietatis, fortitudinis, scientiæ, sapientiæ, intellectus, Es. 11.

§. 14 *Officia nostra circa dona.*

1. *Deum rectè agnoscamus*, ut beneficum patrem, patrem luminum, Psal. 36. Psal. 104. Jacob. 1. Omnia enim dona a Deo expectanda: Vult Deus igitur, ut potius ad manus ejus, quam ad nostros, oculos conjiciamus, Psal. 123. sicut enim ancilla, quæ non accipit panem, nisi de manibus Dominæ suæ, in ejus manus semper oculos intentos habet, cum pane indiget, ut videat, an ei velit dare. Sicut matres, quæ multos filios habent domi, semper habent panem juxta se, quem petentibus dent: sic Deus omnibus bonis affluit & paratus est semper dare petentibus se, quod testatur Christus: si vos, cum sitis mali, nostis bona dare filiis, quantò magis Pater cœlestis, Matth. 7, 11. noli sequi lacunas, ad Deum fontem Jer. 2. te converte.

2. *Reverenter Deum colamus*, tot ab eo beneficiis mactati, Ps. 103. (1) Ne Deus sua dona auferat, Os. 2, 11. Vid. tit. Gratitudo. (2) A minori. Bos & asinus agnoscunt dona Dominorum suorum, quantò magis nos. Confer Esa. 1, 3.

§. 15 *3. Bene collocemus & excolamus:*

α. A Dei præcepto, qui nos suos constituit Oeconomos, Luc. 14 Matth. 25. 1. Timot. 4. v. 14. 2. Timoth. 1, 6. & fine: ideo enim sua dona nobis concredit Dominus, ut quam rectissimè ea collocemus, Matth. 25, 27. 28. 29.

β. Ab exemplo fidelium dispensatorum. Omnia Domini bene & prudenter collocant, Luc. 12, 37. Matth. 13, 52. Idem & nos Oeconomi Dei facere tenemur, 1. Cor. 4, 21. 1 Petr. 4, 10. ut audiamus vocem illam Matth. 25. Euge, serve fidelis, intra in gaudium Domini tui, &c.

γ. A vario nostro fructu, qui est bona conscientia, panis quotidianus, utilitas proximi, conservatio humani generis, velut corporis alicujus, 1. Cor. 12. Rom. 12. augmentatio donorum: ei enim, qui non habet, aufertur, Matt. 25, 27. 28.

δ. A judicio extremo, quo Deus a nobis rationem exiget collocati talenti, Matth. 25, 19. Luc. 19, 13. Dominus autem à servis exegit talenta cum usuris: ita etiam Deus à te exiget, quando talentum tuum collocaveris ad Dei gloriam & proximi salutem, 1. Corinth. 10, 31. c. 14, 16.

ε. Ab exemplo malo, & pœnis eorum, qui dona Dei non bene collocarunt: solet enim Deus ab his dona sua auferre, Matth. 25, 29. Os. 2, 8. Nebuchadnezar amisit sapientiam, quâ abusus fuerat, Dan. 4, 28. Vasthi superba regiam gloriam, Esth. 1, 19. Sicut ii, qui non utuntur privilegio, sed abutuntur, ea perdere solent: sic Deus sua dona potest & vult ei adimere, qui illis non utitur, sed abutitur.

§. 16 4. *Excitemus precibus, pietate*, exercitioque ejusdem, 1. Timot. 4. sic enim augebit sua dona Dominus, Matt. 25. Luc. 19. sicut promisit Joh. 15, 2. Exemplo est Stephanus Actor. 6. qui ex Diacono Doctor tandem egregius extitit.

5. *Humiles simus* in donis, Sir. 10, 19. 1. Cor. 4. c. 15, 16. Jac. 1, 17. Aug. Humilis anima est Dei sessio & delectabile Christi cubile, Sir. 3, 40.

6. *Non nimium donis confidamus.* Etenim dona per se non salvant. Numer. 22 exemplo Bileami. Matth. 7. multi dicent, &c. Johann. 11. exemplum Caiphæ.

7. *In charitate mutuò exerceamur.* Pulchrè Anshelmus in 1. Cor. 12 Sic (ait) creator noster ac dispositor cuncta moderatur, ut qui extolli poterat è dono, quod habet, humilietur ex virtute, quam non habet: sic cuncta moderatur, ut dum singula quæque sint omnium, interposita quadam charitatis necessitudine, fiant omnia singulorum, quatenus unusquisque sic, quod non accipit, in altero possideat, ut ipse alteri possidendum, quod humiliter accepit, impendat. Hæc ille.

§. 17 *Abusus Donorum Dei vitandus. Vid. tit. Abusus. Cognoscitur ille Abusus:*

1. Cum contra Dei gloriam & mandatum impenduntur, v. g. cum sapientia hominis, donum Dei, adversus Dei sapientiam insurgit, 1. Cor. 1, 21. cum propriam quis gloriam quærit, non Dei, 1. Cor. 10, 24. 31.

2. Cum negliguntur & non exercentur. Matth. 25, 18. Servus ille in terram defodit talentum: Idem tu facis, qui terrena magis, quàm cœlestia aucuparis, & otio ventrique litas, Philipp. 3, 19 & opus Domini negligenter facis, Jerem. 48, 10.

3. Cum in proximi nocumentum, tædium & contemtum adhibentur, 1. Cor. 12, 15. Oseæ 2, 8. Sic Achitophel sapientiâ suâ Davidi nocuit: fortitudine suâ Goliathus insultavit Israeli, 1. Sam. 17, 9. Prudentiâ suâ Haman abusus est in damnum Judæorum, Esther 5, 6. 7.

4. Cum non agnoscuntur à Deo nobis collata esse. Vid. tit. Ingratitudo.

5. Cum non justè ambiuntur & acquiruntur, v. g. cum quis pecuniâ dona Dei vult mercari, ut Simon magus, Act. 8. V. tit. Simonia: vel etiam per Spiritus familiares & magiam comparantur dona à quibusdam hominibus, tragico demum exitu facti nequitiam testantibus.

6. Cum in eis spem figimus, & idolum facimus ex donis nostris. Ita rex Tyri suis divitiis & opibus confidebat, Ezech. 23. & 28. Apoc. 3, 17. Jerem. 9, 23. 24.

7. Cum dona Dei voluptatibus & servitio corporis impendimus; v. c. multi donum sanitatis conferunt in crapulam, scortationem: donum robusti corporis in pigritiam.

8. Cum homines ob dona sua superbiunt. Vide suo loco.

9. Cum amori nostrî indulgemus: Nam amore sui corrumpuntur dona Dei. V. Johan. Arnd. lib. 1. c. 31. de vero Christianismo. Hæc est spiritualis superbia. Vid. Arnd. lib. 1. c. 42. de vero Christianismo.

§. 18 *Consolatio ex donis Dei.*

Dona Dei in ecclesiam arguunt 1. Dei charitatem erga ecclesiam, quam ornat, & variè dispensat in ea dona sua. 2. Spem accendit, fore, ut suam ecclesiam in cœlis ornaturus sit ineffabili gloria. 3. Tantum habes donorum, quantum voluit distribuere.

§. 19 *Extraordinariorum donorum finis.*

1. Christianorum baptizandorum certificatio, se Numinis factos esse participes, veramque de Deo fidem amplexos, Marc. 16, 17. Act. 10, 24. 27, 44. c. 11, 17. 15. c. 8, 15.

2. Aliorum conversio, qui ex illis donis summi Dei potentiam agnoscebant; v. g. loqui variis linguis, sanationes præstare, &c. ejusmodi erant opera, quæ non nisi virtute Numinis fieri possunt. Vid. Eusebium de præparat. Evangelica.

3. Ecclesiæ & gloriæ Dei amplificatio. His enim miraculis ecclesia Dei coruscabat & illustris fiebat. Confer Gal. 3, 8. Actor. 28, 6. Dei quoque potentia transcendens vires naturæ in ejusmodi operibus clarissimè elucebat. Confer Jerem. 16, 19. Certè Gentiles & priorem stultitiam in fingendis idolis & Dei gloriam in collatione donorum luculenter cognoverunt.

§. 20 *Quot eorum fuerunt genera?* Varia certè, 1. Cor. 12.

I. Quædam ad sermonem spectabant, v. g. donum loquendi variis linguis, easdemque interpretandi, Actorum 2, 2. & 28. aliisque exponendi. Donum hoc fuit valdè necessarium (1) ob Apostolos, qui docturi omnes gentes omnium gentium linguis loqui debuerant; deinde ne, qui alios docerent, alios haberent linguarum magistros, vel doctrinæ suæ interpretes parum idoneos.

(2) Ob ipsam fidem Christi, cui decus conciliatum est ex hoc linguarum charismate.

(3) Ob analogiam. Ut enim olim confusio linguarum pœna fuit & occasio hominum dissipandorum: sic Sanctus Spiritus per diversitatem linguarum cunctarum gentes in unitatem fidei congregavit.

II. Quædam ad notitiam sive cognitionem, v. g. Prophetia, Act. 1, 9. 1. Cor. 11, 5. discretio spirituum, 1. Joh. 4, 1. 1. Cor. 12. notitia uberior articulorum fidei.

III. Quædam ad charitatem singularem, & operationem sanctitatis. Huc donum miraculorum Marc. 16.

§. 21 *Cessatio eorundem extraordinariorum donorum in ecclesia primitiva.*

1. Ob finis sublationem: edebantur enim eo fine, ut doctrinam Christi confirmarent: hâc verò satis confirmatâ jure cessant. Erant enim inter gentes olim Satanæ servientes, fidei pignora. Theodor. in 1. Cor. 12.

2. Ob hominum ingratitudinem. Solet enim sua tollere dona Deus, cum ea non agnoscimus, Ose. 2.

3. Ob avertendum contemtum. Si enim quotidiè fierent, vilescerent; juxta illud: opera Dei assiduitate vilescunt.

4. Ne fideles ipsi semper ad hæc externa respicerent, quin magis verbô, quam signis inhærerent, his aliquando fallentibus, illô nunquam.

5. Quia Antichristus ultimis temporibus miracula patraturus scribitur, cum quibus noluit Deus sua miracula commiscere.

Itaque dona per se non arguunt verum Christianum; siquidem in hypocritas illa quoque cadunt. Johan. Arnd. lib. 1. cap. 32. de vero Christianismo.

DONATIO CONSTANTINI.

§. 1 Fabulosa, & longo tempore conficta, Bodin. lib. 1. de rep. c. 9. p. 221.

1. A silentio corporis totius Juris civilis, D. Reinking de regimine secul. & eccl. libr. 1. class. 2. p. 78. n. 47.

2. A silentio omnium historicorum fide dignorum; Eusebii, Sozomeni, Socratis. Vide Arnisæum de potestate Papæ temporal.

3. Ab absurdo. Constantinus M. vivus divisit imperium in tres filios. Zonaras in vita Constant. Autor bruti fulmin. §. soluta potestas. D. Reinking l. d.

4. A teste inidoneo: producunt Miltiadem, testem hujus donationis: sed is Sylvestrem præcessit; & rejicitur ab ipso D. Covarruvia libro 4. variarum resolut. capite 16. numero 8.

5. Ab absurdo. Si enim omnia accidentalia donasset, quorsum opus erat nova liberalitate Pipini, Caroli, Ludovici.

6. A confessione adversariorum. Vid. Theol. contrad. Papistarum, & D. Reinking pagin. 8. de regimine eccles. & secul. exc. Basileæ 1622. Marsilius de Padua in defens. pro Ludovico Bavaro. Jacob. de Voragine allegatus à L. Valla, qui negat hanc donationem. Nicolaus Cusanus offerens suam super hac re sententiam Concilio Basiliensi. Hieronymus Paulus Cattalanus, Alexandri VI. Papæ cubicularius in pract. Cancell. Apostol. anno 1496. Johannes Baptista Ignatius de Roman. principib. libro 1. folio 836. & multi alii, quos citat D. Liebenthal in Colleg. Politico pagina 216. sequent. de discordantiis Papisticis. Hanc donationem esse revocandam suadet Johan. Petrus Ferrariensis in Pract. form. respons. rei convent. §. Præscriptiones.

Confer

Confer de hac Donatione Camer. part. 1. c. 61. horar. subcisiv. Jod. Capellam pro Causa bona.

DONATISTÆ.

Eorum falsa Martyria. V. Martyr. Conventicula eorum prohibita ab Honor. & Arcadio Imperatorib. vide Optat. Milevitan p. 5. contra Parmenian. & Augusṫ. passim.

DORMIO. *V. Somnus. Ibid. de septem Dormientibus.*

DORSUM.

1. DEI, notat ipsius displicentiam & iram, Jerem. 18.

2. *Christi*, humanitatem, in quâ Deus ipse passus est. Huc illud Esa. 50, 6.

3. Piorum, tribulationem, Ps. 129, 3. Ps. 66. v. 11. liberationem, Ps. 81, 7. Nahum. 1, 13.

4. Malorum, punitionem, Ps. 69, 24. Rom. 11, 10. Ps. 18, 41. 2. Samuel. 22, 41. luctum, Jerem. 48, 38. fugam, Esa. 41, 1. Psalm. 21, 13. inobedientiam, Syr. 41, 1.

Impœnitentiam, Bar. 2, 33.

DOTHAIM

Genes. 37. Civitas Israëlitica obsessa, typus Ecclesiæ, obsessæ in his terris a Satana, 1. Petr. 5, 8. 2. Reg. 6. Tyrannis, Apocal. 20. Hæreticis. Defensa a Deo, Ps, 46. Matth. 16. Zach. 2.

ΔΟΞΟΣΟΦΙΑ. *V. Sapientia.*

DRACHMA, moneta.

§. 1 Hanc Janus (Noachum quidam putant fuisse) primus invenit. Polydor. Vergil. lib. 2. c. 20. de Invent. rerum.

Didrachmam solvit Christus, ne esset scandalo, Matth. 17, 27. August. tom. 4. col. 750. ne videretur seditiosus esse.

Est verò δραχμὴ denarius, decem assium; δίδραχμον viginti assium.

§. 2 *Quisque homo est Dei nummus* vel drachma, isque vel justi ponderis vel deficientis. Pulchrè D. Ignatius in epistola ad Magnesios: Pius homo numisma est a Deo cusum; impius adulterinum & subæratum, spurium, falsum, non a Deo sed a Diabolo effectum. Idem in eadem Epistola: Infideles imaginem habent Principis militiæ; fideles vero habent imaginem Dei Patris & Jesu Christi.

§. 3 *Ne sis falsa drachma.* Ejusmodi erat Belsazar, qui appensus in statera judicii levis inventus est, eique dictum: mene, mene, tekel &c. Daniel 5, 27. Tu, ne sis ejusmodi drachma: habeatis aurum fidei, 1. Petr. 1. vers. 7. argentum charitatis, Psalm. 68. vers. 14. Utrumque habeas justo pondere, juxta mensuram Domini, qui dixit: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima, totis viribus, & proximum tuum sicut te ipsum, Matth. 22. vers. 37.

DRACO. *V. Diabolus.*

Notat hæc vox 1. Serpentem annosum, ἀπὸ τοῦ δέρκειν, acutè videre, dictum.

In India maximos esse Dracones, bella cum elephantis gerere, auctor est Plinius libro octavo capite undecimo. Hebr. תנין. Pausanias, refert, Draconem apud Thespias urbem vastasse, Jupiter suasit sorte lectum adolescentem offerri serpenti, electus Cleostratus, qui thorace æneo indutus, cujus squamis singulis singuli hami affabrefacti sunt, quibus periit ipse Draco & Cleostratus.

Satanas Draco projicitur, Apocal. 12. v. 9. cum vis ejus minuitur. Johann. 12. ejicitur foras. Rom. 16. sub pedibus conteritur. Ephes. 6. resistimus ei.

2. Pisces magnos & cete grandia, Ezech. 29.

3. Diabolum, Apoc. 12. Vid. Promtuar. Allegor.

4. Tyrannos, Jerem. 51, 31. Apoc. 12, 3. vid. suo locô.

Prætereà hæc vox notat impios potentes, in specie regem Ægypti, Ps. 74.

Habitatio Draconum, vid. titul. Locus vastatus.

DUBITATIO *seu Dubia res.*

§. 1 Est hæsitatio mentis, cum formidine assentiendi. Ejusmodi in protoplastis fuisse videtur, mox cum serpenti patulas præbuissent aures. August. tom. 1. col. 110 a. b. diu de veritate fidei Catholicæ dubitavit, column. 111. a. b. c. d. & col. 126. a.

§. 2 *Duplex est:* 1. Impiorum, qui ita de Deo dubitant, ut planè pugnent contra Spiritum Sanctum, eumque mendacii arguant in verbo, neque ad Dei promissionem respiciant. 2. Piorum, qui sentiunt dubitationes, sed tamen contra eas pugnant, freti verbo Dei excutiunt jacula ignita Satanæ, Ephes. 6, 16. & Sacramentis utuntur. Esa. 42, 3. linum fumigans & arundo quassata dicitur ejusmodi infirmus. Est hæc fides in se infirma, sed respectu correlati, nempe, Christi firmissima.

§. 3 *Causæ vitandæ dubitationis.*

1. *Dei prohibitio*, Esai. 1, 2. 1. Timoth. 2. v. 8. Jac. 1. v. 6. cum enim vult, nos credere ipsi, oppositam omnino incredulitatem vetat. Deinde punit dubitationem in Mose, Numer. 20. vers. 12. 13. Spiritus Sancti obsignatio, Rom. 8, 19. 16. 1. Cor. 2, 12. 2. Corinth. 1, 21. 22. 1. Joh. 5, 10. 11. 13. seq. Promissionum divinarum perpetua verificatio, 2. Timoth. 2. vs. 13. Dei juramentum, Ezech. 33, 18. Heb. 6, 16. 17. Joh. 5, 24. Sacramentorum usurpatio: scripturæ donatio, Rom. 15, 4.

§. 4 2. *Exempla* eorum, qui non dubitarunt, Roman. 4, 20. 12. 16. Luc. 17, 5. adeoque veræ fidei vestigia nobis presserunt. Roman. 5. v. 1. justificati ex fide pacem habemus. Sed dubitatio pacem excludit. 1. Joh 3. v. 14. Nos scimus &c. c. 4, 13. nos cognoscimus &c. Sic Hebr. 11. omnes fideles non dubitarunt. Johann. 19, 25. Rom. 8, 38.

§. 5 3. *Similia.* Dubitatio namque est fluctus, navim cordis obruens, ut Matth. 8, 24. Vide August. tom. 8. col. 248. c.

§. 6 4. *Effecta.* Dubitatio parit (α) *Solicitudinem, diffidentiam*, Exod, 34, 21. Levit. 25, 20 Utraque cor hominis cruciat & divexat, sicut fluctus maris assiduè navem concutit. (β) *Blasphemiam.* Dubitans namque ex asse blasphemat

Dei veritatem & bonitatem: veritatem, quaſi fallat in promiſſis, cum tamen promiſſiones illæ confirmatæ ſint 1. fœdere Dei irrevocabili, Pſ. 25, 9. 10. 2. obſignatæ tot aliis innumerisque beneficiis. (γ) *Cæcitatem.* Qui enim dubitat, non videt, quomodo DEUS ſua ſemper promiſſa impleverit. (δ) *Curioſitatem.* Diſceptat enim is, qui dubitat de DEI potentia & viribus, vult ad ſuæ rationis tribunal revocare ea, quæ DEUS promiſit. (ε) *Inobedientiam.* Dubitans enim contradicit DEO, & regno Dei rebellis eſt, quod ante omnia quærere debebat, Matth. 6, 33. atque hinc fit, ut Deo diſpliceat, quia ſine fide impoſſibile eſt Deo placere, Hebr. 11, 6. (ζ) *Damnoſitatem*, 1. quia omnes actiones retardat, ad pietatem ſpectantes; ſi dubitas, tardas orare, tardas pœnitentiam agere: 2. quia remiſſionem peccatorum non impetrat, Matth. 6, 2. 3. quia gratiam reſpuit, ad quam fide accedimus, Hebr. 4, 16. 4. cor inquietum reddit; ſicut optimum eſt gratiâ ſtabiliri, Hebr. 13, 9.

§. 7 5. *Natura fidei.* Hæc enim eſt fiducia, eſt παῤῥησία, Eph. 3, 12. per quam in gratia ſtamus, Rom. 5, 2. 1. Cor. 15, 2. quam gratiam Evangelium revelat.

§. 8 *Quæ ſunt ſcaturigines Dubitationum apud homines?*

I. *Ex parte DEI:* (α) Odii ipſius ſuſpicio ex abſoluto decreto, quâ imbutus homo omnino dubitare incipit. (β) Particularis meriti Chriſti opinio: ideo ut ad paucos ſolum, non ad omnes ſpectet, ideoque nec ad te. (γ) Particularis vocatio. Has tres ſcalas optimè fabricat ſententia Calvinianorum Dd. de abſoluto decreto. (δ) Juſtitiæ DEI rigida conſideratio extra Chriſtum, quæ periculoſiſſima eſt.

II. *Ex parte noſtri:* 1. Preſſura ſub magnitudine mali culpæ ſive peccatorum. Geneſ. 4, 13. ſic Cain dubitabat. 2. ſub magnitudine mali pœnæ & ſuppliciorum. Ad quæ accedit 3. fidei & carnis noſtræ imbecillitas, & ſenſus propriæ infirmitatis.

§. 9 *Conſequentia Dubitationis.*

1. Parit contemtum Dei; cum enim dubitas de veritate Dei, contemnis Deum, quaſi verax non ſit, & mendacem facis eum.

2. Deſperationem. Sic Cain, Saul, Ahitophel, Judas, de miſericordia Dei dubitantes, de venia deſperarunt, & tragico exitu vitam clauſerunt.

3. Prohibita eſt: 1. quia eſt in Dei fidelitatem, Rom. 4, 16. 2. Pugnat cum fide; hæc eſt certa fiducia. 3. Nihil impetrat, Jacob. 1, 6. 7. nam preces fruſtra fundit, Rom. 10, 14. Quomodo invocabunt, ſi non credent? quaſi dicat: qui non credit, orare non poteſt. Confer Auguſt. ſerm 36. de verbis Domini: Credentes omnia accipiunt, Matth. 21, 22. Ergo dubitantes nihil accipiunt. 4. Teſtimonio Spiritus S. contradicit, qui teſtatur, nos DEI filios eſſe, Rom. 8, 38.

4. Turpitudine notata. Actor. 15, 11. mox aſſentiuntur, non dubitant Sancti. Non ſic Paulus, qui: Scio (ait) cui credidi, 2. Timoth. 1, 12. Ergo turpe factum eſt, ſi non credas. Vide Luther. part. 2. Poſtill. Eccleſ. fol. 9. b. §. Darum ſage Ich/ Explicatione Evangelii in feſto Paſchæ.

DUBIA.

In rebus dubiis magis credendum eſt reo, quàm accuſatori. Peſantius in Tom. fol. 618. ex multis Canoniſtis probat hoc axioma.

DUDAIM.

Vide Luther. in Gloſſ. margin. Gen. 30. v. 14. Alii mandragoras vertunt. Herbæ genus obſcurum. Odoratos flores intelligit Mercerus hîc. Chaldæus violas. Sed iſta in medio relinquimus.

DUELLUM. *V. Homicidium.*

ΔΟΥΛΕΙΑ

§. 1 Duleia & latreia à Pontificiis modernis diſtinguuntur. Sed hæc diſtinctio 1. non fundatur in ſcriptura. Nam latreia hominibus etiam tribuitur Deuter. 28, 48. Lev. 23, 8. Matth. 4, 10. Duleia Deo, Rom. 16, 18.

§. 2 2. Non agnoſcitur à Patribus. Auguſtinus Latriam hominibus tribuit lib. 10. c. 1. de Civit. Dei; & religioſam duleiam ipſis detrahit lib. de vera relig. cap. 55. Idem quæſt. 40. in Exodum docet, & dulian & latrian DEO convenire; latrian ut Deo, dulian ut Domino. Nec à Suida, qui ait, λατρείαν δουλείαν εἶναι ἐπὶ μισθῷ.

3. Rejicitur in tantum à Pontificiis. Ludovic. Viv. in lib. 10. c. 1. de Civit. Dei Auguſt. L. Valla. Vide etiam Martin. Pereſium de tradit. part. 3. conſid. 7.

4. Inventa demum à Beda in c. 4. Matth. & propugnata à Scholaſticis in 3. d. 9.

DUCO. *V. Dux. Item Providentia.*

DULCEDO

Varia eſt: 1. Phyſica guſtui, Judic. 14, 14. 18. 2. Pathetica, quæ animæ dulcedinem affert, Job. 20, 12. Prov. 27, 9. 3. Pneumatica & ſpiritualis, Cant. 2, 3. eſt in ſolo Deo ejusque filio, qui eſt panis, cibus & ſponſus dulciſſimus, cujusque os tale. 4. Ethica, cujuslibet rei per ſe bonæ, Eſ. 50, 20.

DUPLICIA.

Eſ. 40, 2 Suſcepit duplicia: 1. de pœnis duplicibus i. e. gravib. quidam exponunt; Jun. in h. l. conferens infr. Eſ. 61, 7. Jer. 10, 18. Sic & Piſcator: it. Ribera in c. 1. Joh. Sive etiam de duplici mulcta Judæorum, alterâ a Babyloniis, alterâ à Romanis perpeſſâ, quod tamen diſplicet C. Sanctio in h. l. Eſaiæ. Origenes putat duplicia pro gravib. & magnis ſumi hom. 12. in Jerem. Ambroſ. ſerm. 9. in Pſ. 118 verba: Anticipavit in maturitate &c. Ita Zach. 9. Duplicia reddam tibi.

2. Luth. de remiſſione peccatorum & libertate à lege explicat, in Gloſſis marg. Bibl. vernaculor. gratiâ pro peccato, vitâ pro morte. Sic quoque Adam Sasbouth, Hector Pintus, Cyrillus.

DUPLICITAS. *V. Sinceritas.*

DURITIES.

Durities Deo adſcripta ſignificat miſericordiæ occultationem, Eſa. 63, 15. c. 64, 12.

Durities cervicis & cordis, Eſ. 48, 4. Exod. 8, 35. Deuteron. 10, 16. 2. Reg. 17, 14. 2. Chron. 30, 7. Pſ. 59, 13. & 95, 8. Jer. 4, 22. Ezech. 3, 7. Act. 6, 51. Vide Bernhard. lib. 1. de conſid. ad Eugenium. Cauſa ejus efficiens Deus non eſt, quia odit eam & deteſtatur: Rom. 2. punit: ab ea dehortatur, Pſ. 95.

Confirmat Auguſtinus reſponſ. ad art. falsò impoſit. reſponſione ad decim. articul. §. Deteſtanda & abominanda opinio eſt &c. Maximus Tyrius in diſput. quod DEUS non ſit cauſa peccat. ſerm. 25. Baſil. M. pecul. Orat. Plato lib. 2. de Republ. cenſet, non tolerandos eſſe in civitate, qui dicunt, Deum eſſe malorum cauſam.

Quod B. Pererio opponimus, Deum aliquo modo cauſam obdurationis eſſe, docenti, diſput. ſecundâ, in c. XI. Exod.

Plura vid. tit. Cor. Item: Induratio.

DUX.

Dux bellicus, v. Bellum. Dux Magiſtratus, vid. Magiſtratus. Dux Eccleſiæ, v. Chriſtus; & in promt. alleg. 437. Ducit nos Deus (1) verbo ſuo, Pſ. 25. (2) oculis, Pſ. 32. (3) per lumen & veritatem ſuam, Pſal. 43, 3. (4) Facie ſua, Exod. 33. Deut. 4, 38. Exod. 13, 16.

DYSENTERIA. *V. Morbus.*

E.

EBRIETAS.

§. 1 Multiplex eſt: 1. propriè ſic dicta. 2. Hilaritatis licitæ, Geneſ. 43, 34. Hag. 1, 6. Joh. 2, 10. 3. Securitatis & vitæ diſſolutioris, 1. Theſſ. 5, 7. Deut. 29, 19. 4. Tyrannidis, Apoc. 17, 6. 5. Calamitatis & perturbationis doloriſque, Job. 12, 25. Pſalm. 107. v. 27. Eſa. 19, 14. Thren. 4, 21. Ebrietatem vero ſecuritatis efficiunt amor animæ propriæ inordinatus, amor carnis & mundi.

§. 2 *Varia ejus nomina & cognata.*

Comeſſatio, Rom. 13, 13. Gal. 5, 21. 1. Petr. 4, 3. Prov. 23, 20. Deut. 21, 20. Convivium, 1. Samuel. 25, 36. 37. Eſa. 5, 12. Epulari ſplendidè, Lucæ 16. v. 19. Vino pretioſo ſe replere, Sap. 2, 7. Sectari inebriativa, Eſa. 5. v. 11. Edere, bibere, Matth. 24, 28. 1. Cor. 15, 33. Eſa. 22, 13. 14. In phialis bibere, Amos 6, 6. Gravare corda, Luc. 21, 24. Miſcere ebrietatem, Eſa. 5, 22. Mane comedere, Eccleſ. 10, 16. Vinum, muſtum, Oſ. 4, 12. Plenum eſſe potu, Eſa. 28. v. 7. ut non poſſis diſcernere, Lev. 10, 10.

§. 3 *Ejus Cauſæ.*

1. Inordinatus hominis appetitus in deſiderando potu, quem juvat vini aſpectus, Prov. 23. vſ. 30. 2. Mala conſuetudo ſeſe ingurgitandi. 3. Societas & exempla mala. 4. Diabolus, fomitem illum inordinatæ concupiſcentiæ ideò exſufflans, ut ebrios in omnis generis peccata conjiciat & conſcientias terreat. Nam ebriis hominibus immittit Satan lupos, urſos, leones in cubicula eorum. Sicut olim fecit Heliogabalus amicis ebriis, qui ex illo terrore ſunt exanimati. Modi inebriandi varii recenſentur a Camerar. part. 1. H. S. c. 94.

§. 4 *Effecta mala ſunt in genere tria.*

Parit malos fructus, Sünde / Schaden / Schande / peccata, damna, dedecora, de quibus fusè Chryſoſt. hom. 71. in Matth.

Effecta in ſpecie.

§. 5 1. *Ratione Dei.* Deſtruit ordinem Dei peccando: abutitur donis Dei, potu nempe: ex ventre Deum facit, Philip. 3, 19. Ignat. ep. 9. ad Antiochen. transgreditur mandatum, quia eſt à Deo prohibita, Eph. 5, 18. 1. Cor. 6, 10. Eſ. 5. v. 11. Prævaricatur totam Dei legem. Vide infra hoc tit.

2. *Ratione proximi*: eum *defraudando*; nam quantum tu per ebrietatem conſumis, tantum pauperi ſubtrahis & dare renuis, exemplo Nabalis 1. Sam. 25, 11. *Offendendo*, cum te ebrium videt, ſcandaliſatur. Matth. 18, 7. væ homini, per quem venit ſcandalum! ſed per te, ebrie, venit ſcandalum, quo proximus invitatur ad conſimilem ebrietatem. *Criminando*, Sir. 31, 41.

§. 6 3. *Ratione ſui.* Ebrius (1) in genere ſibi nocet, ſeipſum *deturpando*, nam imaginem rationalis hominis in beluinam transfert, Jac. 5, 5. Pſ. 49. ult. ea, quæ pudor tecta eſſe voluit, revelat, exemplo Noachi, Gen. 9. v. 21. *Spoliando* α. donis naturæ, & recta ratione ejusve uſu, Prov. 23, 24. β. Donis gratiæ: ebrius enim orare non poteſt, devotus non eſt.

§. 7 (2) In ſpecie. Ebrietas peſſima herba homines inſaniores facit, Sir. 31, 39. 40. cap. 19, 2. perverſos & ſtultos homines reddit, Prov. 20. v. 1, quia officit menti, Clem. Alexandr. libr. 2. pædagog. cap. 2. lib. 7. Strom. Senec. 84. Galen. lib. quod mores ſeq. temperamentum corporis. Obtundit ſenſum mentis, Eſa. 28, 7. Iſidor. c. 42. lib. de ſummo bono. Cyrus apud Xenophon. ait: ebrios & mentibus & corporibus σφάλλειν. Sponte ſibi furorem attrahit, Chryſoſt. homil. 58. in Matth. Præcipitat mentem & gravat, ut impingat undique, Chryſoſt. tom. 1. corpori infert vulnera, Prov. 23, 30. 31. Pericula incutit, Prov. 23, 23. interficit multos homines, Sir. 31, 30. Facilè deſpumat in libidinem, ut Hieronymus ait: rectè ergò Apoſtolus Eph. 5, 18. in vino eſt luxuria, Oſ. 5, 18. Geneſ. 19, 33. Prov. 20, 1. Infert cordolium, Sir. 31, 38. Prodit cor tuum protervum, Sirac. 31. v. 31. 32.

§. 8 Aufert cor, Oſ. 4, 12. Diſſolvit corpus, Chryſoſt. homil. 1. ad pop. Antioch. Vid. hom. 5. in Gen. Origen. de Lotho, Iſiodor. epiſt. 203. 229. Turbat diſciplinam domeſticam, exemplo Noæ, Lothi. Facit ex materia lætitiæ materiam triſtitiæ, malam conſcientiam: cor hominis aggravat, Luc. 21, 24. ne ad Deum elevetur ſerio deſiderio & fide: ſenſuum inſtrumenta facit cloacas voluptatis, Chryſoſt. hom. 58. in Matth. Auguſt. ſermon. 33. ad fratres in eremo, Baſil. homil. 14.

§. 9 Loco virtutum vitia plantat, nempe iram, protervіam, petulantiam, libidinem, injuſtitiam,

justitiam, & securum numinis contemtum. Obliviscitur pauperum, carentium, Lazari vel Davidis, ut olim Nabal & Dives, 1. Sam. 25. Lucæ 16, 20. Impudicitiam generat, exemplo Holofernis, Lothi, Gen. 19, 33. Jud. 12, 10. 11. Homicidia causatur, Alexander enim Clytum & Cambyses Prexaspis filium interfecit. Statum mutat, nam ex divite pauperē facit, Prov. 21, 17. c. 23, 20. Luc. 15, 19. ex libero servum: post Noæ ebrietatem prima servitus introducta est, dist. 35. c. sexto die. Venenum propinat, ut rectè dixerit Gregor. M. de hoc vitio alicubi: Ebrietas est blandus Dæmon, dulce venenum, suave peccatum, quam qui habet, non se habet; quam qui habet, non facit peccatum, sed totus est peccatum. Obruit exilio homines, exemplo Nabal, Belsazer, Daniel. 5. 1. Sam. 25. vid. etiam Plin. lib. 24. cap. 22. Officium negligi facit, Eccl. 10, 16.

§. 10 Vires etiam gigantibus adimit. Vid. Chrysost. hom. 71. in Matt. Cane & asino deteriores homines facit: Illi enim norunt modum bibendi; nesciunt hi. Chrysost. hom. 71. in Matt. Regno cœlorum excludit, 1. Cor. 6, 10. Vitæ filum abrumpit, Syr. 37, 34. Confer Chrysostom. hom. 1. ad popul. Antiochen.

Elegans Græcor. epigramma:

Λυσιμελοῦς Βάκχου καὶ λυσιμελοῦς ἀφροδίτας
γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς πόδαγρα.

§. 11

Ebrietas fugienda.

1. A Dei interdicto, quod sæpius iteratur in sacris literis.

2. A pœnis, ebrietati à DEO inflictis: insaniâ enim ea est punita à Deo. (Zwing. fol. 17. a. Auctor.) Et repentina morte. Alexander M. convivium instituit, in quo 41. perierunt: victor triduum supervixit. Huc spectat illud væ Esa. 5, 11. bis repetitum: paupertas, Proverb. 23, 20. Dei supplicium, Amos. 4, 11.

3. Ab exemplo Gentilium. Locrensibus erat capitale peccatum inebriari; hinc Satyras & Bacchas solebant Gentiles ipsi Baccho assignare & tribuere, vid. Georg. Sabin. in 4. Metamorph. item Tygres, Lynces & Pantheræ finguntur comitari Bacchum. Vini usus olim fœminis erat ignotus, ne lascivirent, Valer. Max. lib. 2. c. 1. Huc spectant varia dicta priscorum Poëtarum, Menandri, & aliorum, vid. Magir. in Polymnem. Omnem vini usum Plato interdixit, anno quo magistratum gerebat, libr. 2. de legib. Aristoteles geminam ebrio pœnam incurri præcipit. Idem statuit Pittacus Philosophus. Lycurgus sanxerat, ut vinum non sanis sed ægrotis daretur, imò non ex tabernis sed œnopoliis peteretur. Guevarr. tom. 1. Epist. Ælianus libr. 10. cap. 9. variarum historiar. Gentiles prohibuêre juvenes ab usu vini, usque ad annum trigesimum ætatis.

§. 12 4. A turpi. Nam (α) Ebrietas est opprobrium generis humani. Chrysostom. hom. 1. ad popul. Antiochen.

(β) Quid turpe magis est, quàm sub auroram spirare vinum recens ingestum.

(γ) Teipsum contemtum reddis domesticis, ridiculum exteris.

(δ) Generat crapula procellas irarum & vulnera, Prov. 23, 31. 32. imò ipsam mortem inducit, Chrysost. tom. 1. fol. 1. d. e. f. g.

(ε) Oblivionem inducit, estque mors prudentiæ & mentis, Plin. lib. 14. c. 22.

(ζ) Furorem & libidinem procreat, ceu proprias filias, ut rectè dixit olim Alphonsus Arragoniæ rex.

§. 13 (η) In omnia Dei præcepta impingit: In 1. Deum contemnit securitate, Luc. 21. 1. Thess. 5. 2. Nomen Dei jurando blasphemat & variis modis eo abutitur. 3. Requiem mentis non in Deo sed in poculis quærit. 4. Magistratum sugillat & parentes & tutores. 5. Proximum vel facto, vel verbo, vel gestu occidit & interficit, imò seipsum ebrius. 7. Impudicitiæ corde, affectu & opere litat, aliorumque uxoribus imminet. 7. Proximum defraudat & pauperum bona Baccho consecrat. 8. Proximum vituperat, famæ ipsius detrahit. 9. & 10. Malæ concupiscentiæ ignem in corde accendit. Hoc sacrilegio, hac culpa nihil potest dici turpius aut censeri. Bene igitur Thomas 2. 2. q. 150. articul. 3. Nihil est Dæmoni magis amicum quam ebrietas, quæ est mater omnium vitiorum.

(θ) Destruit corpus DEI opificium, nam modo vomit ebrius, os fœtet, oculi & nares fluunt, artus manusque tremunt.

(ι) Turpe nomen inde homo sortitur. Diotimus Atheniensis vinum infundibulo sibi infundi jussit, unde infundibulus est dictus. Gregor. Clarentiæ comes morti ab Eduardo IV. Angliæ rege addictus, petiit dolio immitti pleno vini malvatici, ut sorbendo paulatim submergeretur.

§. 14

Remedia Ebrietatis.

1. Consideratio spiritualium ciborum, Matth 4, 4. non in solo pane.

2. Corruptæ carnis consideratio, quæ ad ebrietatem te incitat: tum etiam, si perpendas ea, quæ ebrii faciunt, facilè ab ebrietate abhorrere disces. Sic monuit olim Anacharsis, ethnicus philosophus. J. Pierius lib. 55. c. 19. Hieroglyph.

3. Meditatio cœnæ æternæ, Matth 8, 11.

4. Famis conservorum consideratio. Facilius enim ebrietate abstinebis, si perpenderis, quam multi confratrum tuorum siti & pauperie premantur.

5. Exemplum Saracenorum, qui perpetuam à vino abstinentiam servare dicuntur. Fœminæ Romanæ olim vini usum aspernati sunt. Metellus uxorem suam, quod vinum bibisset, fuste interemit.

6. Consideratio naturæ nostræ, quæ paucis contenta est: Contracta dedit gustus organa, os parvum, gulam brevem &c.

Bernhardus pulchrè alicubi in floribus: voluptas corporis, quæ tanti hodiè æstimatur, vix duorum digitorum obtinet latitudinem, & hujus tam modicæ partis tam exigua delectatio, quantâ paratur solicitudine, quantam deinde parit molestiam.

7. Scri-

7. Scripturæ præceptio, quæ jubet nos paucis contentos esse. Genes. 1, 29. dedi vobis herbam &c. 1. Thess. 5, 6. Sobrii simus.

8. Officii occupatio, cui si eris intentus, gulam fugies.

9. Inferni cruciatio. Es. 5, 4. Descendent in infernum.

Similia Ebrietatis.

§. 15 Auceps animarum est. Facile homini obrepere potest. Vid. Augustin. libr. 10. c. 31. confess. §. Quis est Domine?

Captivitas hominis. Lysimachus siti pressus ob potum Scythis se dedidit, sed facti pœnitens dixit: Dii boni, quam brevis voluptatis causâ tantam deposui felicitatem.

Circe, quæ olim ex hominibus socios Ulyssis sues fecit: sic ebrietas.

Cœcitas est, quæ voluptati plus justo intenta est, hominis mentem hebetat.

Dolium rumpitur musto: sic ebrietas cor revelat & infima quæque prodit. Seneca epistol. 84.

Fornax probans corda nostra. Sicut fornax probat metalla: sic ebrietas corda hominum. Horat. Quid non ebrietas designat, operta recludit, spes facit esse ratas, &c.

Fluctus, navim cordis scopulis allidentes eamque pertundentes. Basilius homil. de ebriet.

Herus, capita nostra assidue contundens: ejusmodi herus vinum & ebrietas est. Basil. hom. 1. de jejunio.

Hydra, cui multa capita.

Laqueus & latro, qui nos irretit & occidit, sævissimus. Hôc utitur Satan, ut alios pertrahat ad turpia verba & obscœnos sermones: alios ad turpitudinem, luxuriam, incestum, homicidium, litigia, duella.

Magister malus pessima docens. Nazianz. Orat. 3.

Magnes lapis, quô utitur Satan, ut homines ad se trahat. Augustinus l. 21. cap. 4. de Civit. Dei.

Mater omnium vitiorum. Orig. homil. 3. in Levit.

Paludes sordidas facit. Augustin. serm. 231. de temp.

Pantheræ similis, quæ ebria à venatoribus capitur: sic homines ebrii à Satana.

Pluvia, quæ nimiùm corpus inundat & corrumpit, sicut nimia pluvia nocet terræ.

Puteus inferni, in quo multi submerguntur & pereunt. Dan. 5. Belsazar. 1. Samuel. 25. Nabal. Luc. 16. Dives epulo.

Scylla & Hydra apud Poëtas multis capitibus armantur: sic quoque ebrietas est bellua multorum capitum multorumque vitiorum.

Semen malum, è quo venenatæ segetes. Gregor. Nazianz. Orat. 38.

Serpens, venenatis ictibus animam occidens in latebris voluptatis inanis sese torquens. Vide Pierium libro 14. cap. 23. Hieroglyph.

Venenum, Ephrem Syrus libr. de lucta spirituali c. 1.

Exempla Ebrietatis.

Sacra: Noa Gen. 9. Loth Gen. 19. Israelitæ Exod. 32. Benhadad 1. Reg. 20, 16. Nabal 1. Sam. 25, 36. Ammon 2. Sam. 13, 28. Ella 1. Reg. 16, 9. Belsazar Dan. 5, 1. Holofernes Judith. 12, 20. Dives ille agricola, Luc. 12. & 16. §. 16

Profana: Claudius Drusii filius Zwing. fol. 14. a. Alex. M. apud Curtium & Senec. epist. 83. Trajanus vino deditus ad annum Christi 101. Ebrietas in Africa ut pestilentia regnabat. August. tom. 2. epist. 48. col. 189. Vide etiam Cypr. epist. 104.

Pictura Ebrietatis.

§. 17 Olim sub imagine Bacchi, qui pictus fuit, ut puer, quia ebrietas infatuat & dementat: facie muliebri, quia libidines incendit & stimulat: nudo pectore, quia nihil secreti retinet, vel quia hominem nudum vestibus privat, nam helluones vix tantum sibi comparcunt, quantum sufficit vestimentis: coronatus vite, quia fatua lætitia delectatur: cornutus, quia instar bovis ferit: tygridi insidere pingitur, quia ebrius tygride sævior.

Upupæ volucri lugubri & querulæ figurâ ebriosum hominem significabant veteres. J. Pierius lib. 25. c. 36. Hieroglyph.

Plura vide apud August. serm. 33. ad fratres in Eremo. Basil. de ebrietate & luxu hom. 14. Cyprian. epist. 104 Ambros. de Elia & jejunio c. 14 Chrysost. hom. 13. & 14. in 1. Tim. Idem hom. 1. ad pop. Antioch. & hom. 53. ad eund. & 57. Seneca epist. 83. ad Lucil. Hieronym. in c. 5. ad Galat.

EBUR, eburneus. *V. Elephas.*

ECCLESIA.

Varia nomina & comparata, quibus natura Ecclesiæ ob oculos ponitur.

§. 1 Abel est typus veræ ecclesiæ, & vera ecclesia in Abel incepit, falsa in Cain. Augustin. tom. 8. col. 620. d.

§. 2 Ædificium 1. divinum, à Deo namque ædificatur, Es. 44, 26. Ps. 102. 15. 17. 2. Canonicum, Jes. 19. 3. Conjunctum sub uno capite, Eph. 2. 4. Fundatum, Matth. 7. 5. Custoditum ab angelis, Psal. 33. 6. Impetitum à ventis, Matth. 7. Psalm. 46. 7. Inconcussum, Daniel. 2, v. 44. Matth. 16, 18.

§. 3 Ager; fons in eo scriptura, Matth. 13, 14. benè olens. Augustin. tom. 10. col. 1499. a. ex DEI benedictione, 1. Corint. 3, 9. Agricola hic Deus est, intrinsecè operando, Augustinus tomo 9. col. 444. b.

Agricultura Dei est: Semen est verbum: Ager sunt fideles: Aratrum est lex: Tribuli sunt crux: Opera Dei in hac agricultura sunt, plantare, serere, rigare, humectare, metere.

Amica CHRISTI, Cant. 1, 14. c. 2, 13.

Ancilla DEI. Ps. 123. Sicut oculi servorum, ancillæ. Aug. tom. 8. col. 1445. c. Magnam dignitatem meruit ancilla, uxor enim facta est. d. accepit arrham magnam, sponsi sanguinem.

Aqui-

Aquila Aug. tom. 9. col. 670. a. alis 1, spei & fidei in altum evecta. 2. In cœlum intenta, in quo conversatio nostra, Philip. 3. vers. 20. Vid. titul. Aquila.

Arbor agitata ventis est tempore persecutionis. August.

§. 4 Arca Noæ, 1. Pet. 3, 21. Vid. D. Rung. p. 311. & 326. in Genesin: 1. Ob animalium omnis generis receptionem. Erant enim quoque fera animalia in arca, quæ notant malos in ecclesia, August. tom. 9. col. 1043. d. Olim etiam ex Christianis malefici sunt puniti, quod tamen non fluit ex religione. Vide Justin. Martyr. Apolog. ad Antonin. Imperatorem. Animalia omnis generis notant quoque gentes & nationes varias, ex quibus collecta est Ecclesia. (2) Ob vacillationem ab uno latere ad alterum: sic Ecclesiæ membra pia concupiscentiâ & malis cogitationibus premuntur. (3) Ob Dei gubernationem ipsiusque occlusionem: ita Deus ecclesiam gubernat & aperit per verbum. (4) Ob motionem de loco ad locum: ita Ecclesia nullibi fixa. (5) Ob pluviæ & ventorum oppressionem: sic Ecclesia premitur à tyrannis, hæreticis & falsis fratribus, qui significati per tres equos Apocal. 6. rufus enim tyrannos, niger perversos & falsos, pallidus hæreticos subindicat. (6) Ob elevationem per aquas: ita ecclesia aquis tribulationum attollitur & DEO propinquior fit, Ps. 38, 6. (7) Ob suspensionem inter cœlum & terram: sic ecclesia adspirat ad cœlum, Philip. 3, 20. Ps. 129, 5. 1. Petr. 3, 21. Est enim arca DEI sacra, Aug. tom. 8. col. 1529. b. arca testamenti, tom. 9. colum. 675. d. (8) Ob ostium arcæ hujus, quod est vulnus Christi in latere. Confer Schelham. pag. 69. item Augustinum libro 15. c. 26. de Civit. Dei. Greg. hom. 16. super Ezech.

§. 5 Arca testimonii cum ecclesia confertur: 1. ratione materiæ, quæ notat durationem per ligna Sithim. 2. Auri, quod fidem, verbum, Deum significat. 3. Obductionis: ita bona & dona ecclesiæ latent. 4. Coronæ: hæc notat dona Spiritus S. & vitæ æternæ, 2. Tim. 4, 8. 5. Formæ: hæc τετράγωνον notat constantiam confessionis; Rom. 5, 3. patientiæ. 6. Translationis de loco in locum: sic ecclesia non gaudet fixo loco, Matth. 22, 43. 7. Testimonii. In arca reposita erat Man, Virga, Lex: sic in ecclesia est Man Evangelii, lac Christi, virga crucis & tribulationis, inque ea doctrina, lex & cognitio Dei, quam patefecit in ea, 1. Tim. 3, 18. 8. Opertionis; propitiatorium erat super arcam: sic Christus tegit ecclesiam. Cherubini eandem tegebant: sic angeli ecclesiam. 9. Sortis: Arca capta a Philistæis, cum Judæi absque pœnitentia in externam excellentiam ejusdem defixi essent: sic Ecclesia periclitatur, ubi hypocriticè ingeminatur templum Domini; & tamen nulla pietas viget, sed friget.

§. 6 Area, mixta ex palea & tritico, Aug. t. 8. col. 1419. d. Matth. 3, 12. Luc. 3, 12. sic Ecclesia ex bonis & malis. In die judicii Dominus aream purgabit, Matth. 3. & paleas igni inextinguibili consumendas dabit.

Bethel spiritualis; in qua apparet nobis Dominus, ostensâ ad cœlum scalâ JESU Christo, Johan. 1. ult. nam ubi ecclesia est; ibi coram Deo sumus, Jos. 18, 9. 19. 51.

Candelabrum, in quo lucet DEI verbum, Esa. 25, 31. Zach. 4, 2. Vid. Bedam in Exod. 25. & infra tit. Hierarchia.

Capra Dei Prov. 5, 19. allegoricè ad ecclesiam applica, verè enim ea Deo dilecta est, Eph. 5, 25. Apoc. 12.

Cerva est instar tribus Naphtalim. D. Rung. p. 14. 42. in Gen.

Cidaris in manu DEI, Esa. 62, 3. quâ gaudet DEUS.

Civitas in quadrato posita dicitur, cujus 1. Columnæ sunt 4. Evangelia, ex quibus fidei structura exsurgit. 2. Magistratus hîc est Christus, subditi sunt credentes, Ephes. 2. v. 19. 3. Privilegia sunt remissio peccatorum, Rom. 8, 7. libertas, Rom. 8, 15. 4. Murus hujus civitatis est Deus, Zach. 2, 6. Turres & propugnacula sunt preces, Prov. 18, 10. Insignia sunt bonitas, fides, pax, Ps. 85, 11. Porta est Christus, Johan. 14. 6. Imò Christus est fundamentum, 1. Corinth. 3. vers. 11. supra quod tota Ecclesia ædificatur, per architectos, Doctores verbi sinceros.

Cœlum, Aug. tom. 9. colum. 659. a. in quo ostium est Christus & baptisma, ex quo Satan pulsus est. Idem tom. 9. col. 677. b.

Collis obvius soli, producens herbas salutiferas & fructus, Ps. 68, 17. & 48, 3.

Columba, Cantic. 2, 13. Vid. suo loco titul. Columba.

§. 7 Columna veritatis, 1. Tim. 3, 16. 1. In Christo fundata, sicut columna fundamento & lapidi innititur. 2. Erecta per veritatem. Stat enim veritas in Ecclesia, in ea sonat verbum veritatis, Joh. 17, 17. 3. Testificans de lege & Evangelio. Hoc sensu Deus appendit in Ecclesia, velut in tabula, verbum suum, vid. Contaren. in h. l. Apostoli, nobis ὁμόψηφον. 4. Sustentata à Christo solo, petra illa salutis & seculorum, Matth. 16, 18.

Corona in manu Dei, Esa. 62, 3.

Corpus Christi August. tom. 9. col. 650. b. c. nam in terra hic jacet, & calcatur persecutionibus. August. pulchrè tom. 9. col. 654. d. 655. a. vid. Roman. 12, 1. Coalescit ex multis populis, sicut panis ex multis granis, corpus ex multis membris.

Dalila, significata gentilis Ecclesia in meretrice Samsonis, August. tom. 10. col. 829. b. hæc allegoria placuit.

Dilecta DEO Deut. 33, 12. Jerusalem 1. Ob Christum filium dilectum. 2. Ob fidei cultum, quem Deus diligit.

§. 8 Domus Dei Christi ex Psal. 127. Aug. tom. 8. col. 1478. c. domus & nidus Dei, Aug. tom. 10. col. 501. b. vid. 1. Timoth. 3, 15. Heb. 3, 2. Exod. 23, 19. 1. Paterfamilias Deus est, Luc. 12, 39. 2. Oeconomi hac in domo sunt ministri verbi, 1. Cor. 4. v. 1. 3. Domestici sunt credentes, Ephes. 2, 19. 4. Primogenitus filius est Christus. 5. Demensum est verbum DEI, & uniuscujuslibet fun-

ctio sive occupatio. 6. Servi peccati sunt in hac domo, sed non de hac domo.

Domus, in qua congregati Apostoli Spiritum S. accipiebant, Act. 2. cui optime prospexit cœlestis ille Jacobus, ut Gen. 30.

Domus Israelitarum in terra Gosen, tenebris non infestata, Exod. 10, 23. (c. 6, 23.

Domus Rahab, quæ sola salvatur, Jud. 2, 18.

Eva ædificata è latere Christi, Gen. 2. mater omnium spiritualiter, Gal. 4.

Exercitus, Cantic. 6, 3. ob dispositionem ecclesiæ optimam, pugnam acerrimam, virtutum militarium copiam, hostium sævitiam, cœlestem armaturam, Exod. 12, 42.

Filia Pharaonis in ea significata domo exeunte patriâ ad Baptismi lavacrum. Augustin. tom. 10. col. 778. a.

Filia principis, Cant. 7, 1. Joh. 1, 12. Rom. 8, 17. verè enim Ecclesia à rege regum adoptata est in filiam.

§. 9 Firmamentum, quod latè deducit Joh. de S. Gemin. p. 33. b. seq. summæ de exempl. & similitud.

Flumina quatuor Paradisi irrigantia totam terram: sic Ecclesia totam terram irrigat, ob eam mundus tamdiu servatur, Ap. 6, 11. seq.

Fons signatus, Cantic. 4, 12.

Fulica avis est imago Ecclesiæ. Aug. tom. 8. col. 1204. a. Vid. Textor. in officin.

Gallina fovens suos pullos, eos ad Christum adducens, calefaciens, sub radiis solis JESU CHRISTI.

Gloria Christi, sicut viri gloria est mulier, August. tom. 10. col. 1577. b.

Grammatophylax Dei perhibens testimonium de S. Scripturis; minime vero has sanctas facit.

Granum sinapis, quod crevit supra omnia alia olera: sic Ecclesia supra omnia mundi regna. Aug. tom. 10. col. 510. b.

Grex, Luc. 12, 32. 1. ob ordinem: 2. Pastorem, Joh. 10. 3. Pascua, Ps. 23. Joh. 10. 4. Quantitatem, Zeph. 3, 12. sicut in arca Noæ pauci conservabantur.

§. 10 Hortus Eden. D. Rung. in Gen. c. 2. Hortus conclusus Cant. 4, 12. ratione amœnitatis, fertilitatis, florum variorum, ventorum perflantium. Conclusus verò ob angelorum custodiam, ne apri eum depopulentur, Psal. 80, 14. Sunt in hoc horto non steriles arbores, sed frugiferæ, sapidæ. Sylvæ contra sunt ecclesiæ hæreseon. Matth. 7. nunquid ficus &c.

Hospitium, in quod deduxit vulneratos Christus, Aug. tom. 8. col. 1477. b. Sic Ecclesia est hospitium: nos omnes sumus vulnerati, Es. 53, 4. per baptismum autem inducimur.

Jaspis est coloris viridis, fugiens phantasmata: ita Ecclesia per verbum phantasmata mundi fugienda esse docet. Rom. 12, 2. ne conformemini figuræ hujus mundi.

§. 11 Jerusalem, ex vivis lapidibus ædificanda, 1. Pet. 2, 5. Aug. tom. 8. col. 1443. d. Ministri sunt lapicidæ, ibid. Crux dolat lapides: Christus per spiritum ordinat, per charitatis calcem glutinat: S. Sanctus inhabitat: ædificamur in cœlum, quia ibi est fundamentum. August. ibid. column. 1434. a.

§. 12 Insula, quæ circumlatratur fluctibus, Aug. tom. 8. col. 1082. b. c. vel impeditur. Fluctus hi sunt: Satanæ minæ: tyrannorum arma stridentia: vulpium consilia & technæ, Ps. 2, 23. Præterea insula hæc 1. prominet in mare hujus mundi: 2. frugifera est pane vitæ: 3. aquis scatens salutaris consilii & solatii: 4. portum præbens naufragis peccatoribus.

Libanus, 1. ob altitudinem: 2. fragrantiam: 3. candorem: 4. pulchritudinem.

Lilium inter spinas, Cant. 2, 2. ob tribulationes, August. tom. 8. col. 1114. d.

Lucerna in monte posita. Augustin. tom. 9. colum. 587. d.

Luminare minus, Christus majus. August. tomo 10. col. 899. d.

§. 13 Luna 1. Ob partium diversitatem, una pars lumine splendet, altera obscura est: ita ecclesiæ pars est viva & spiritualis, pars mortua & carnalis. August. tom. 8. col. 71. c. 2. Ob occultationem, cum luna lucens est: sic Ecclesiæ vivæ membra in conscientia Deo patent. 3. Lucis acceptionem à sole. 4. Corporis lunaris conversionem vid. D. August. d. l. 5. Ob defectum lunæ: ita Ecclesia martyrii premitur & nonnunquam obscuratur, fideles quoque deficiunt per mortem, ut renoventur per Solem Christum, ad quem perveniunt per mortem, & cum eo in Ecclesia æternâ neomenia conjunguntur. 6. Ob accretionem. 7. Ob temporis distinctionem: Habet & ecclesia tempora hujus vitæ & alterius. August. tom. 8. col. 1205. b. 8. Ob pleni luminis coruscationem, quæ conspicitur tempore florentis ecclesiæ & martyrum confitentium fidem, victoriis clarificatorum. Ap. 12. vicerunt sanguine. 9. Quia debet omnia bono ordine habere disposita, ut luna disposuit.

§. 14 Mater omnium fidelium, quia amat filios, educat, lactat, 1. Cor. 2. pascit, 1. Petr. 2. parturit, Galat. 4. portat, Esa. 46. Concipit ex semine verbi, Galat. 4, 6. 1. Pet. 1. Parit per justificationem, nutrit lacte evangelii, educat per quotidianam informationem, regit baculo legis & Evangelii, defendit clypeo contra Satanam & hæreticos, Ephes. 6. Duo ubera hujus matris sunt duo testamenta. Confer Augustin. tom. 9. column. 594. d.

§. 15 Mare Cinnereth, h. e. mare testudinis, ob dulcissimum Evangelii cantum & volucres spirituales cantantes. Damasc. lib. 4. c. 18. de orthod. fid. Præterea, mare 1. plenum aquâ salutifera, nos mundante, Eph. 5, 25. Zach. 13, 1. 2. in quo boni & mali pisces, Matth. 13. v. 47. 3. ubi multi venti & turbines. Mare quoque fusile, in quo lavamur, ut olim sub Levitismo.

Maria est typus Ecclesiæ: 1. virgo: 2. fœcunda ex S. Spiritu: Durum parit, Gal. 4. Aug. tom. 10. col. 585. b. c.

§. 16 Mons Libanus est 1. aquæ non deficientis: sic in ecclesia aqua consolationis: 2. mons redolentiæ & aromatum: 3. mons fertilitatis: 4. mons confidentiæ. Omnia hæc ecclesiæ maximè

ximè conveniunt; omnia tamen in Christo & per Christum, Ecclesiæ caput.

Mons Sinai 1. ob Dei apparitionem, mons misericordiæ, Exod. 3, 1. 2. illuminationem, in rubo apparuit Deus. 3. justitiæ patefactionem, Exod. 19.

Mons Sion & specula, ob speculationem gloriæ Christi, 2. Cor. 3, 18. cum quo comparatur 1. ratione sublimitatis; est enim sublimis ob Deum autorem: 2. ob beneficiorum Dei fœcunditatem: 3. ob amœnitatem in varietate diversorum statuum: 4. ob securitatem: 5. ob sanctitatem.

Mons, qui crevit ex minimo lapide, confringens omnia regna, Dan. 2, 36. August. tom. 8. col. 386. c. sic Ecclesia latè dominatur sceptro spirituali.

Mons, qui implevit universam terram, Augustin. tom. 9. col. 585. b. c. mons Domini, Ps. 2, 6. & 3, 5. & 15, 1. Matth. 5, 6. 7.

Mulier portans unguentum, Luc. 7. 2. Cor. 2. August. tom. 8. col. 106. b. apocalyptica, Apoc. cap. 12, 1. August. tom. 9. col. 676. fortis illa, Proverbior. 31. August. tom. 10. col. 1505. c. habens lunam sub pedibus, h. e. mortalitatem crescentis & decrescentis carnis, Augustinus tomo 8. col. 1643. facta ex latere Adami secundi, pro nobis mortui, nutrita sanguine sponsi sui, Joh. 6. nisi quis &c.

§. 17 Navis. August. tom. 10. col. 62. a. Matth. 8, 23. Idem tom. 8. col. 1212. b. & col. 1036. navis, in qua alii moderantur, alii portantur, omnes in portu salvantur. August. tom. 8. col. 1235. navis, vehens Christum, Ps. 46, 6. Hæc navis est 1. gubernanda DEI providentiâ, Aug. tract. 41. in Johan. Sap. 14, 3. Esa 43, 1. Zach. 2, 10. ex hoc navigio docet Christus. 2. Via est lex Dei, mandata charitatis: ducitur in altum, cum mysteria contemplatur. 3. Lucerna ejus est DEI verbum, Ps. 119, 105. 4. Venti sunt tyranni, Es. 25. Matth. 16, 18. & secura vita: secundi venti sunt pax & incolumitas, Ps. 122, 7. fortitudo & fides, quâ nixi nos navi damus, & omnia mala perpetimur, etiamsi nostro sanguine mare sit colorandum, ut olim martyrum. 5. Portus est Deus. 6. Syrtes sunt hæreses, impia vita, Actor. 26, 17. Jer. 24, 9. & voluptates mundanæ. 8. Piscatores nocturni sunt Doctores non rectè vocati, adulatores, somnolenti, scandalosi, Malach. 2. Ecclesia est navis, multò excellentior illa, quam Ptolomæus Philopator fabricatus est, 280. cubitorum longitudine; 48. altitudine, ab imo usque ad transtra; 400. nautæ in ea, extra remiges; remigum 4000. militum 3000. Plutarch. in vita Demetrii. At conservare hanc navem non potuit Ptolomæus: Christus multò ampliorem Ecclesię navem dirigit & conservat, Matth. 8. Confer Epiph. hæres. 6. contra Apost.

Nubes, cui involutus Dominus. Aug. tom. 9. col. 673. a. sic in verbo Dominus involutus est, in verbo quære & invenies; in hac nube est: frustra es, si cœlum scalâ appetis, Rom. 10, 6.

Ovile Christi. Aug. tom. 9. col. 331. c. v. Joh. 10. Pastor est Christus: Janitor Spir. S. Postes Aneli, Psal. 34, 8. Janua Christus & baptismus, per hunc enim intramus hoc ovile.

Palatium regis, Ps. 45, 16. Aug. tom. 8. col. 416. c. cujus majestas est in spiritu.

Paradisus. August. tom. 9. col. 661. b. ob 1. perpetuum Dei colloquium, quod fit verbum in Ecclesia: 2. arbores pulchras, quæ sunt electi, hi enim ligna frugifera: 3. fructus, bona opera. 4. arbor vitæ est JESUS CHRISTUS, verum illud vitæ lignum; huic opponitur lignum mortis, quod est Antichristus, Rupert. 5. arbor scientiæ boni & mali est lex: 6. flumina gratiæ diversa sunt, 1. Cor. 12. Eph. 4. Vid. Dona. 7. Fons quoque ascendit in Paradiso, qui est gratia Spiritus S. vel ipse Christus, qui est fons vitæ. §. 18

Petra, super quam stamus, Exod. 33.

Portus Dei, ad quem cursum nostrum dirigere debemus, Cyprianus lib. 3. Epist. 13. spretis hæreticorum scopulis.

Possessio & sors, Ps. 2, 8. & 16, 5. 1. Petr. 5, 13.

Rachel, oves pascens patris sui, Genes. 29. ita Ecclesia nos pascit spirituali verbi & Sacramentorum pabulo.

Regina, quæ habet regnum verbi per universum orbem. Aug. tom. 9. col. 1139. a. §. 19

Regina Austri 1. Reg. 10. quæ venit ad Salomonem, Aug. tom. 10. col. 1156. b. c. d. venit cum multo comitatu: sic quoque gentes. Dedit gemmas & pretiosa: sic quoque Ecclesia dat dona spiritualia.

Regnum cœlorum, Matth. 3, 22. 1. à descriptione regni, quæ Ecclesiæ convenit. Est enim in ea rex Christus, Psal. 2, 7. subditi pauperes, Psal. 72. sceptrum verbi, Ps. 45. & 110. & sub notione regni etiam olim descripta est Ecclesia, 2. Sam. 7, 12. 1. Chron. 17, 11. Psal. 2, 6. & 72, 7. 2. cœlorum verò regnum, quia occulto & cœlesti modo gubernatur. Suntque hic Sol Christus: stellæ Doctores: lumen scriptura: grex regni cœlo ortus est genitus ex Deo, Johan. 3, 5. ad cœlum tendit, Philip. 3.

Rubus ille ardens non consumtus igne, Exod. 32. ardet quotidiè Ecclesia, sed non consumitur, premitur, sed non opprimitur.

Sacerdotium regale, Exod. 19. v. 6. quæ vox alludit ad caput 47. Genes. v. 22. 1. Sacerdotes non jubebantur vendere agros: 2. E publicis cibariis nutriebantur: 3. Laboribus non affligebantur: 4 Regii judicii assessores erant: sic ecclesia libera est & erit, cibum capit è publico cibario, Joh. 6. §. 20

Sacra: 1. sterilis ex se: 2. fœcunda ex verbo: sic Ecclesia mater nos gignit ex semine verbi ministerialiter, 1. Pet. 1, 23. 1. Cor. 3.

Schola DEI in qua ipse docet, Aug. tom. 9. col. 918. b. Præceptor Deus est: præcepta duo: fides & charitas: virga est crux.

Schulamis Cant. 6. & 7. à Christo vero Salomone. Locus amœnissimus: sic Ecclesia, Ps. 46. & 84, 2. 3. & Psal. 26, 9.

Sedes Dei contra insultus tyrannorum, Ps. 93, 1. 2. 3.

Sinus Dei, Ps. 74, 11. in quem ille nos recipit, fovet, nutrit, solatur: omnia hæc præstantur in Ecclesia. §. 21

Sion & ſpecula. Auguſtinus tomo 8. columↄ. 1101. c. d. Pſalm. 2, 7. in hac regnat Chriſtus.

Sol, lucens fide, ſpe, patientia in his terris.

Solium aureum. Salomon ex auro ſolium ſibi confici juſſit, 1. Reg. 10. At Chriſtus major Salomone ex puro verbi auro ſibi regiam fecit, 1. Petr. 1. longè glorioſiorem illô Salomonis.

Soror Chriſti, Canticor. 4. v. 9. 10. Epheſ. 5, 30.

Speculatio, quia videt ea, quæ futura ſunt per ſpem. Aug. tom. 8. col. 1143. b.

Specula Domini, Ezech. 3, 17. in qua latet Dominus.

Sponſa, Eſa. 62. qua gaudet ſponſus, ibid. v. 4. 5. Jerem. 2, 2. nam Chriſtus eccleſiam ſibi deſpondit, Eſa. 61, 10. Abraham habuit Saram conjugem & ſororem: ita eccleſia eſt ſoror Chriſti, Cantic. 4, 9. & conjux, Oſe. 2, 9. Vid. D. Rung. in Geneſin p. 588.

Stabulum, Luc. 10. Auguſt. tom. 10. col. 203. a. pro ægroto.

Stella, Auguſtin. tom. 9. col. 658. a. Apoc. 1. lucens, fulgens, Chriſtum ſequens.

Sterilis, quæ non habet maritum, Auguſtin. tomo 8. col. 589. c. ad feſtum Epiphan. Galat. 4.

§. 22 Tabernaculum & Templum, Exod. 26. idque 1. ob arcam fœderis, (vid. Schelhamm.) tabulas legis & propitiatorium. 2. Ob translationem de loco in locum. 3. Ob vaſorum in eo diverſitatem. 4. Ob ſignorum copiam, quæ ſignificant varia membra eccleſiæ. Confer Concord. in Hütten. Hab. 2, 20. Eſt tabernaculum & ſcabellum Dei, Thren. 2, 1. & 6, 7. altare. Tabernaculum in ſole poſitum, Pſ. 19, 5. Aug. tom. 9. col. 937.

Tentorium Dei obſcurum, Pſalm. 18, 12.

§. 23 Terra, quæ ſanguinem Abelis ſeu Chriſti aperto ore haurit, Geneſ. 4, 10. Dicitur terra propter 1. ſtabilitatem. 2. fertilitatem. Eſa. 4, 2. Erit fructus terræ ſublimis, Exod. 1, 12. filii Iſraël, quò plus oppreſſi, eò magis aucti. 3. Firmitatem: Jer. 1, 17. dedi de hodie in civitatem munitam. 4. Inferioritatem. Omnibus enim elementis inferior eſt terra: ſic ſemper eccleſia in majoribus ſuis inferiorem locum quærit. 5. Maris circumdationem. Terra mari undique circumcingitur: ſic eccleſia (Matth. 14.) tanquam navicula fluctibus maris agitata, Hugo 321. Eſt terra ſiticuloſa, petens pluviam, Pſalm. 143, 6. Auguſt. tom. 8. col. 1183. a. b.

Torcular Dei, in quo viæ Dei pinguntur. Auguſtin. tom. 8. col. 49. d. Pii ſunt uvæ: item, verbum DEI eſt uva, quæ exprimitur: Botrus in auribus noſtris per auditum calcatur, hæc uva intellectus hominis eſt lacus. Auguſtin. tom. 8. col. 893. d. col. 894. a. Id. tom. 10. columↄ. 1162. a.

Turtur, Pſalm. 74, 19.

Turris David, ædificata cum propugnaculis, è qua pendent mille clypei.

Vallis viſionis, Eſa. 22, 1. quia eminus ſolùm contemplatur.

Vas Petri, Actor. 10. Auguſt. tom. 10. col. 540. b. Virgo Chriſti, Levit. 21, 13.

Veſtis lucida, quam ſibi Deus induit, ex Pſ. 104, 2. Auguſt. tom. 8. col. 1185. d. & tom. 10. col. 1616. a.

Veſtis, in quam deſcendit unguentum Aaronis, ex Pſalm. 133, 3. Auguſtin. tom. 8. col. 1540. Veſtis odora illa Jacobi, Geneſ. 27. Auguſtin. tomo 10. col. 1498. c. d. Eccleſia pura ſignificata per veſtem Chriſti candidiorem nive in monte, Matth. 17, 2. Auguſtin. tom. 8. col. 490. c.

§. 24 Vinea, Pſalm. 80, 9. 10. Cantic. 2, 12. cap. 6, 10. cap. 7, 12. Eſa. 3, 14. cap. 5, 12. 8. Matth. 20. 1. ratione perpetuæ Dei curationis, ut facit agricola: ita etiam Deus hujus vitæ hyemali tempore per miniſtros ſuos curat. 2. ob ſummam gratitudinem; ut vinea gratiſſima eſt Domino ſuo: ita eccleſia. 3. Ratione reparationis. Ut Noah Geneſ. 9. ita Deus eccleſiam ſanguine filii ſui reparavit. 4. Ob torcular Chriſtum, qui nos exprimit per crucis pondus. Matth. 10, 38. qui non tollit crucem. 5. Ob facilem ejus defectionem.

Virgo & Sponſa. Applica officium Sponſæ è tit. Sponſa. Auguſt. tom. 9. col. 119. d.

Vitis DEI 1. plantata à DEO, Eſa. 5. Lucæ 20. 2. Frugifera, repleta fructibus juſtitiæ, Philipp. 1. 3. Cuſtodita à DEO, Eſa. 5. Zachar. 2.

Uxor Dei, Eſa. 54. Jerem. 3, 20. Pſalm. 54. Oſe. 2.

Zabulon ſpiritualis: Illa enim in portu ſtationes habuit, ipſa ſalva manſit, alias interire vidit, Gen. 49. Sic eccleſia habitat ad mare hujus mundi, multos videt interire in mari peccatorum, plures olim in cœtu damnatorum; ipſa tamen ſervatur.

§. 25 *Cauſa procreans Eccleſiæ*

Eſt Deus vocans, qui eam quoque conſervat, 2. Chron. 32, 22. 23. Pariete velut aureo cinctum erat tabernaculum: aureo tapete tecta erat fœderis arca, Exod. 25. & 26. tum etiam Cherubini paſſim picti erant in tabernaculo. His omnibus cuſtodia Dei & angelorum ſignificata: Deus enim ipſe murus eſt, Zach. 2, 5. Auguſtin. tomo 8. col. 919. b. Qui non relinquit ſuam naviculam; quia novit media, cum deficiunt omnia conſilia & auxilia, Aug. tom. 10. col. 1612. d. 1613. a.

§. 26 *Cauſa inſtrumentalis*

Colligens eccleſiam eſt ordo miniſterii, ædificans, 2. Cor. 3. ſeminans Luc. 8. ſemen verbi, 1. Petr. 1, 23.

§. 27 *Materia Eccleſiæ.*

Eccleſiæ membra ſunt materia eccleſiæ, collecta ex variis gentibus, ſicut maſſa panis conſtat ex multis granis. Euſeb. Emyſſ. hom. 5. de Paſcha.

I. Vera membra ſignificata per tabulas ligneas tabernaculi 1. ædificium ſuſtinentes,

ne à ventis concuteretur, Exod. 26,15. 2. Auro erant obductæ.: Sic fideles stant in fide velut petræ inædificati, Matth. 7,25. & obducti sunt auro fidei, 1. Pet. 1,7. & patiuntur, & certitudine solidâ præditi, Rom. 8,38.

II. Quædam 1. proficientia, 2. deficientia. Proficiunt, qui scalam Dei ascendunt verâ fide, Johann. 1,51. Descendunt impii & deficiunt in opposita. Augustinus tomo 8. columm. 1413. b. Mali enim & boni mixti inter se. Idem tomo 10. col. 1549. a. b.

III. Quædam firma; quædam infirma: exemplo Petri, modò pro Christo mori volentis; modo abnegantis. Augustin, tom. 10, col. 59. c. d.

IV. Comparantur membris humani corporis: 1. Inferiorum à superioribus portatione. 2. membrorum defensione; v. g. ut manus, brachia hominem defendunt. 3. à mutua condolentia, 1. Corinth. 12,26. Rom. 12,15. 4. à connexione & colligatione. 5. in defectum unius membri alterum accedit & supplet alterius defectum, v. g. cùm homo carens pedibus, manibus ambulat; vel ore scribit, manibus privatus. 6. alterum pro altero periculis se exponit; v. g. pro capite reliqua membra pugnant. 7. dolorem majorem sentiendo, non minorem. 8 obedientiam exercendo, nempe exercent ea membra, quorum motus libero arbitrio subest.

V. Aulici quoque ad ecclesiam spectant: Naëman, è principibus Synagogarum Jairus, Nicodemus, Gamaliel, Act. 5,34. Crispus, Sosthenes, Act. 18,17.

VI. Publicani, v. g. Matthæus, Matth. 9. Fœneratores, ut Zachæus, Luc. 19,2. Boni & mali. Vid. hoc tit. Impuritas.

§. 28 *Regimen Ecclesiæ.*

Duplex est. 1. Summum, quod est capitis Christi, cujus summum est regimen in ecclesia, & in quo omnia ecclesiæ membra uniuntur per fidem; est enim ædificata super Christo. 2. Subordinatum & ministeriale est ecclesiæ gubernatio. Alleg. Exod. 40. Tabernaculum ordine dispositum erat; sic quoque in ecclesia omnia fiant κατ᾽ τάξιν.

§. 29 *Notæ Ecclesiæ*

Duæ sunt. 1. Verbi prædicatio. 2. Administratio Sacramentorum. (α) In verbo ergo & ex verbo ecclesia cognoscitur. Pulcherrimus est Augustini locus, quem adscribo è tom. 7. lib. de unitate ecclesiæ contra Petiliani Donatistæ epistolam capite secundo: Quæstio certè inter nos versatur, ubi sit ecclesia? utrum apud nos, an apud illos? (mox subdit Augustinus) Quid ergo facturi sumus? in verbis nostris eam quæsituri; an in verbis capitis sui, Domini nostri JESU CHRISTI? puto, quod in illius potius verbis eam quærere debemus, qui veritas est, & qui optimè novit corpus suum: novit enim Dominus, qui sunt ejus. (β) Idem docet Salvator Johann. 10,27. Oves meæ vocem meam audiunt. Johann. 8,31. Si manseritis in meo sermone, &c. (γ) Hæ duæ notæ sunt 1. certæ, 2. uni & soli ecclesiæ convenientes. 3. distinctivæ, distinguunt enim ecclesiam ab omnibus aliis cœtibus. 4. sunt inseparabiles.

Notæ falsæ Pontificiorum. §. 30

Hæ ferè recenseri solent, contra quas Nostri sufficientissimè pugnarunt. 1. Nomen ecclesiæ: Nudum & per se arrogatum à cœtu non mox facit ecclesiam; hæc enim ad legem & testimonium restricta est, Esa 8. 2. Antiquitas. Nos cum Tertulliano: Id verius, quod prius, id prius, quod & ab initio, id ab initio, quod ab Apostolis. Vid. *Antiquitas.* 3. Duratio; Hæc est communis omnium rerum creatarum affectio: Ideò nota esse non potest. 4. Amplitudo & multitudo; hæc quoque non arguit veram ecclesiam. Chrysostom. homil. 26. ad popul. Antiochen. Quid mihi cum multitudine? malo unum obulum pretiosum, quàm multos obulos. Gregor. Nazianz. Orat. ad. Arianos: Ubi sunt isti, qui ecclesiam multitudine definiunt? hi habent vulgus, nos fidem; illi aurum & argentum, nos repurgatam fidei doctrinam; hi habent templa, nos DEUM, præterea Dei templa sumus. 5. Continua episcoporum inde ab Apostolis successio. Ea dubia. 6. Conspiratio doctrinæ. Atqui Chrysostom. ait homil. 7. in 1. Corinth. Intuere Diaboli malitiam, si quid corruptum est, effecit, ut, qui id dicerent, uno ore assererent. Si quid sani locuti sunt, alios in alios excitavit. Hæc ille. 7. Unio membrorum cum capite. 8. Doctrinæ sanctitas. Hæc est adjunctum verbi, cujus prædicatio verè est nota. 9. Doctrinæ efficacia; quæ cum occulta sit, rem notatam designare non potest. 10. Sanctitas vitæ Doctorum. Ecclesiæ sanctitas de Sacramentis colligitur, non de superbia personarum ponderatur, ait Optatus Milevitan. libr. 2. 11. Lumen propheticum.

Adjuncta quædam Ecclesiæ. §. 31

Catholicismus. Ecclesia catholica est, quæ toto orbe diffusa unius fidei splendore micat. Augustinus tomo 10. columm. 889. b. In quo præterea hic Catholicismus consistat, in controvers. de eccles. fusius explicari solet. Vid. etiam Lactant. lib. 4. cap. ultim. de vera sapient.

§. 32 *Unitas.* Est una ecclesia 1. ob unum caput, quod est Christus, Ephes. 1. 2. ob unam fidem, Ephes. 4,6. 3. ob unum baptismum, ibid. 4. ob unum corpus. 5. ob unitatem mediorum, quæ notata fuit per quatuor animalia, Ezechiel. 1. Vide Luther. præfat. vernac. in hunc prophet. 6. Unum lumen, sed radii multi; una arbor, multi autem rami. 7. unam novit domum. Cyprian. de simplic. Prælatorum.

Ea non est in ecclesia Romano-Pontificia. Hermannus Bodius part. 1. Unionis diffidentium, epist. ad lectorem.

§. 33 *Invisibilitas.* Invisibilis est ratione 1. fidei. 2. electionis, quæ non patet oculis hominum. Psalm. 45. Decor filiæ regis intus. Ut natura humana non in se, sed ἐν ἀτόμῳ videri potest: sic ecclesia catholica, quà talis, mentis oculis, non corporis cernitur: his verò quadantenus cernitur in membris suis, quorum magna pars triumphat in cœlis.

§. 34 *Præstantia ejus*, cum Synagoga Judaica comparata. 1. ob Christum, caput ecclesiæ, quà DEUM, quà hominem. 2. ob præstantius Testamentum. Hebr. 7, 3. Præstantius officium.

Splendidius hoc est templum, quàm illud Ephesinum Dianæ. 1. Tota Asia 220. annis in eo laboravit: At Christus inde ab initio mundi erexit suum templum. 2. Non in loco palustri, in quo Ephesinum fundatum fuit, Plinius libr. 36. c. 14. sed solido ac firmo. 3. Non in velleribus lanæ, ut Ephesinum; sed in ipso Christo fundatum. 4. Non in calcatis carbonibus, non cum metu terræ motus aut hiatus, sed petrâ.

§. 35 *Inexpugnabilitas.* Exod. 3. Rubus non consumebatur. Petra non movebitur, Matth. 16. Parva licet hæc sit, tamen semper vincit Satanam. 1. Reg. 20, 27. vincuntur Syri à duobus parvis manipulis Israëlitarum.

Conservatio Ecclesiæ sub Papatu. Vide Osiand. in Roman. 11. v. 5. D. Balduin. de vera Christi Eccles.

§. 36 *Mobilitas* ratione loci: Uni enim loco affixa ecclesia non est. Allegor. Tabernaculum ab uno loco ad alium transferri poterat, Exod. 36. Uti Patriarchæ sedes suas sæpe mutarunt, & variis in locis peregrinati sunt, Hebr. 11, 13. Psalm. 39, 13. sic quoque ecclesia peregrinatur in variis locis, modò in hunc, modò in alium locum transfertur. Matth. 27, 43. Regnum Dei auferetur à vobis. Psalm. 78, 61. abjicit tabernaculum Silo. Docent hoc templa Orientalium ecclesiarum & multarum aliarum.

Non verò ratione status & veritatis ecclesia dicitur mobilis; hoc enim respectu planè immobilis, Matth. 16, 18. D. Pontanus sub finem recitatæ à se Augustanæ Confessionis dixit: Adversus hanc confessionem ne quidem portæ inferorum prævalebunt. Verissimum testimonium!

S. Gregorius Thaumaturgus templum fundavit, quod terræ motu concussum non est, Greg. Nyssen. in vita illius S. Gregorii. Baron. tomo 2. folio 430. numer. 25. Multò magis de Christo nostro gloriabimur, qui templum ecclesiæ suæ Ephes. 2. vers. ultim. ita fundavit, ut eam nulla vis concutere possit, Psalm. 46, 5. Jerem. 31. v. 40. &c. sic ecclesia nunquam exscindetur. Confer Johann. Rivium folio 886. oper. de conservat. eccles.

Militia. Contra vim externam certat ecclesia armis lacrymarum. Ambrosius epistol. 32.

§. 37 *Persecutio & Crux.* De ea passim extant querelæ, Psalm. 79, 1. 2. 3. Esa. 54, 6. Johann. 15. & 16. per integr. Jerem. 50, 17. Genes. 15, 13. Genes. 12. Ipsa Abrahami peregrinatio præsignificavit crucem in terra: sicut ille inter Chami posteros peregrinatus.

§. 38 Ecclesia nunquam est sine ea. Augustinus tomo 10. column. 433. b. c. itaque felicitas ecclesiæ nota non est. Vid. Augustin. libr. 3. cap. 26. de civit. Dei. ibid. cap. 27. 28. etiam tempore externæ pacis suam tamen ecclesia habet amaritudinem. Bernhard. sermon. 33. in Cantica Canticorum. In pace (ait) amaritudo mea amarissima.

Idem Bernhardus perpendens persecutionem ecclesiæ, sic effatus: Non est jam dicere, sicut populus, sic sacerdos, quia nec sic populus ut sacerdos. Heu, heu, Domine Deus, ipsi sunt in persecutione tui primi, qui videntur in ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum. Arcem Sion occupaverunt, apprehenderunt munitiones, & universam deinceps liberè & potestativè tradunt incendio civitatem. Misera eorum conversatio plebis tuæ subversio est. Atque utinam solâ hac parte nocerent. Nunc autem & *dati sunt sacri gradus in occasionem turpis lucri, & quæstum existimant pietatem.* Copiosissimæ quidem pietates inveniuntur in suscipienda, imò accipienda animarum cura; sed hæc apud eos cura minor, & de animarum salute novissima est cogitatio. Inique etiam agunt cæteri contra Christum, multique sunt nostris temporibus Antichristi. Hæc videt Christus & silet: hæc salvator patitur & dissimulat. Propterea dissimulemus nos necessum est, & sileamus maximè de prælatis nostris, magistris ecclesiarum. Hæc Bernhardus, & ex eo Lopetz com. 63. V. Ecclesia in Dapibus.

§. 39 Non tamen submergitur cruce & persecutione. 1. quia in petra Christo est fundata, Matth. 16, 18. 2. Vidua non erit in Babylone hujus mundi. Allegor. Jerem. 51, 5. 3. Habitatio justitiæ non lædenda, Jerem. 50. v. 7. 14. 4. Sicut Christi ossa in cruce fracta non sunt, Johann. 19, 33. sic ecclesiæ corpus non frangetur ab hostibus. 5. quia è tribulationibus ad Deum clamat. Proverb. 31, 15. ut mulier frugi surgit de nocte: sic ecclesia in nocte tribulationis surgit, & Deum quærit. Augustin. tomo 10. col. 1508. b. c. Hinc Augustinus ecclesiam comparat aræ, quod ex illa animæ ad Deum clament, tom. 9. col. 667. c. & ancillæ, quæ aliquando Domina sit futura, tomo 10. col. 1508. d.

§. 40 *Desertio* ecclesiæ fit, cum eam Deus ob peccata derelinquit, Jerem. 11, 15. 16. cap. 12, 7. Psalm. 78. 1. Reg. 17. & promissiones suas non implet.

§. 41 *Impuritas.* (1) In arca animalia pura & impura erant, quæ Noë aluit. Fuerunt ibidem

ibidem corvus & columba. Augustinus tomo 9. column. 49. d. tomo 8. column. 252. d. Sic in ecclesia pii & impii. (2) Turba quædam Christum pressit, sola mulier tetigit fide, Lucæ 8, 45. (3) Canticorum. Ecclesia habet nigra ubera, vid. Augustinum tomo 8. col. 261. a. b. (4) Torcular vinum habet & vinaria, Esa. 5, 2. (5) Retia concludunt bonos & malos pisces, Matth. 13, 47. Lucæ 5. Augustinus tomo 10. column. 1541. b. c. (6) Seges habet lolium, in die judicii comburendum, Matth. 13, 30. & area habet paleas, Matt. 3, 12. Hoc Augustin. latè explicat tomo 8. col. 536. c. & tomo 10. column. 1082. c. d. 1083. a. b. (7) Inter Mesech & Keder habitat ecclesia, Psalm. 120, 5. (8) Ovile, in quo hædi & oves segregandi in extremo judicio: imo hîc pii semper inter lupos. Augustinus tomo 8. column. 216. d. 217. a. (9) Schola malos probosque discipulos continens. (10) Statua Danielis ex auro, argento, ære, luto; ex carnalibus & spiritualibus. Augustinus tomo 10. col. 1549. a. b. (11) Crepusculum ex die & nocte mixtum. (12) Civitas, constans ex malis & bonis civibus. (13) Corpus, vitiosis bonisque humoribus constans. Augustinus tomo 9. colum. 596. b. (14) Sicut duo populi in utero se collidebant, Genes. 25, 22. Augustinus tomo 10. col. 757. d. (15) Ut in vinea palmites sunt utiles & steriles. (16) Similis est duobus illis corbibus plenis ficuum bonorum & malorum, Jerem. 24, 4. 8. (17) Deus Abrahami semen comparavit stellis & pulveri, Genes. 13, 15. ut significaret, quosdam in ecclesia cœlestes, quosdam terrenos & pulverem hujus mundi amaturos esse: Ad literam notatur multitudo civium. (18) Ut in domo Abrahami Isaac & Ismael erant, Galat. 4. sic in ecclesia mali & boni. Confer 2. Samuel. 3, 1. ubi domus Saulis & Davidis notat ecclesiæ conditionem in his terris.

§. 42 Confunduntur itaque 1. Donatistæ, qui ejusmodi puritatem ab ecclesia olim flagitabant. Quisquis malus est, qui alios judicat, ait Augustinus tomo 10. column. 1083. a. b. mixta igitur malis erit. Idem tom. 8. colum. 384. d. imo maximam sui partem malis constat. Idem tomo 8. column. 270. b. habet multa scandala, & infirmos multos. Cyprianus sermon. de lapsis. Baron. tomo 2. annal. folio 446. num. 5. 10. 20. 2. Anabaptistæ, qui nostram nobis impuritatem objiciunt. 3. Doctores Pontificii, qui suæ ecclesiæ vitia ὑπερβλόντες, nostræ insultant. Vid. Naucler.

§. 43 Cur vero DEUS hanc tolerat mixturam? 1. ob exercitationem bonorum cum malis. Philipp. 2, 16. lucetis ut luminaria. 2. ob majorem militantis ecclesiæ gloriam. Redditur enim virtus exercita gloriosior, Philipp. 1, 12. 3. Ob improborum correctionem, 2. Petr. 3, 9. 4. Ob miserationem & tolerantiam erga malos, Genes. 18, 32. ut eos reddat inexcusabiles, Roman. 2, 1. sequentibus.

Munera in Ecclesia. §. 44

Roman. 12, 6. 1. Corinth. 12, 28. Eleazar dedit Rebeccæ munera, Genes. 24. sic CHRISTUS dona contulit ecclesiæ, sponsæ suæ. Sicut Joseph fratres suos ordinavit, Genes. 43, 33. sic Christus in ecclesia quemlibet ordinat, & in sua statione locat, Daniel. 12, 2. 1. Corinth. 12, 28. Moses, Aaron & 70. Seniores ab ipso Deo ordinati sunt & cœlestibus donis locupletati, Exod. 18. In tabernaculo olim varia erant vasa, Exod. 25. mensa, scutella, emunctoria: sic in ecclesia varia dona & ornamenta. Tribus Israëlitarum varie positæ erant: sic unicuique Deus suum assignavit locum in ecclesia. Ephes. 4. Ipse quidem alios dedit Apostolos, &c. Numer. 33, 54. per sortem unicuique Dominus distribuebat terram ejusque bona. Munera hæc sunt variæ gemmæ, Augustinus tomo 9. column. 692. a. b. quibus Regia ecclesiæ coruscat. Psalm. 45. speciosa intùs. Ahasverus faciens convivium, alia atque alia vasa adferri curavit, Esther. 1, 7. sic Deus in ecclesia epulum instituens variis illud offert vasis, 2. Timoth. 2, 20. Ut in cœlo varia luminaria: sic quoque in ecclesia.

Dona spiritualia Ecclesiæ §. 45

Civibus ecclesiæ solùm proponenda sunt. Exod. 30, 38. oleum unctionis nemo facere poterat, quàm supremus sacerdos.

Similia & Allegoriæ. §. 46

Exod. 23, 17. Ter in anno omnes masculi coram Domino apparere jussi sunt, ut significaretur unitas & vinculum Israëlitarum, in una fidei professione conjunctorum. Ut unicus fons hortum irrigare potest: Sic Christus est unicus ille fons gratiæ, Johann. 1, 16. è cujus plenitudine accepimus omnes gratiam pro gratia: scaturiens aquas vitæ, Johann. 7. ad quas omnes invitat, Esa. 55, 1. Ut sol unus, varii verò ejus radii: sic uno sub sole Christo varii sunt ecclesiarum radii, puta tàm in docentibus, quam discentibus: Una tamen manet lux fidei. Ab una arbore varii rami: sic ab una ecclesia, ratione fidei unius & unionis spiritualis, variæ particulares sunt ecclesiæ. Una erat sacerdoti tunica talaris, Exod. 29. sic unica Christi est ecclesia.

Consolationes pro Ecclesia. §. 47

1. CHRISTI in ecclesiæ navi præsentia, dormientis ad tempus, sed demum evigilaturi.

2. Domini conservatio, Matth. 16, 18. Psal. 46. Dominus in ea, Zach. 2. murus igneus ero, Obad. v. 17.

3. Tutela DEI, pro ecclesia, ut vidua, Jer. 51, 5.

4. Est

4. Est domus DEI, quam tuebitur Dominus, 1. Tim. 3.

5. Navis Dei, quam hic gubernat inter fluctus, Esa. 54.

6. Focus Dei, Esa. 31, 9.

7. Sponsa, quam non deseret sponsus, Heb. 13, 5.

§. 48 *Officia nostra circa ecclesiam.*

Non maculanda illa 1. Impiâ doctrinâ. Vid. tit. Hæresis. 2. Discordiâ & vitâ mala. Vid. unitas, scandala.

A nobis audienda, quatenus è verbo Dei loquitur. 1. Pet. 2. Qui loquitur, loquatur ut Dei verbum. Esa. 8. ad legem & testimon. Cyprian. de unitate ecclesiæ. Asserentes Antichristum sub vocabulo Christi. Hoc eò fit, dum ad veritatis originem non reditur, nec magistri cœlestis doctrina servatur.

Non deserenda. Est enim mater nostra, Galat. 4. Exod. 12. Ostium domus sui nemo egrediatur: ita nemo ecclesiâ excedat, qui vitam suam conservare cupit.

Autoritas ejusdem asserenda, ita tamen, ut scriptura primas teneat.

ECCLESIASTICA DISCIPLINA.

Sit moderata, ne homines absorbeantur, 2. Corinth. 2, 7. Vide Thom. Aquinat. in h. l. qui ita: Aliquis propter peccatum & pœnam peccati aliquando sic mergitur tristitiâ, quod absorbetur, dum nullum habet consolatorem, & hoc est malum, quia non sequitur ex hoc pœnitentiæ fructus, qui speratur, scilicet correctio, sed potius desperans tradit se omnibus peccatis, sicut Cain, cum dixit: Major est iniquitas, &c.

Vid. plura tit. Clavis ligans: it. Excommunicatio.

EDICTA. *V. Magistratus.*

EDOM.

§. 1 Aliàs Esau, temerarius in vendendo jure primogenituræ, Genes. 25. inobediens in ducenda uxore, præter consensum parentum: resipiscens in amplexando fratre & sepeliendo patre.

§. 2 Esau damnatus non est: Nam 1. Scriptura hoc nusquam dicit. 2. Nec sunt idoneæ rationes, quæ hoc confirmare possint. 3. Rationes in contrarium multæ sunt: Nam pœnitentiam egit & fratri reconciliatus fuit, Genes. 32. Vide Lutherum in c. 33. Genes. verba: Esau illi obviam currens, &c. D. Franzius oracul. patrem sepelivit unà cum Jacobo. Multi quoque ex posteritate Esavi ad verum DEUM conversi sunt. Id quod Beza fatetur commentar. in Job. 1.

Edomitæ sævi, immisericordes excisi, Psal. 137. Obad. v. 1. 2. fuerunt typi hostium Ecclesiæ, Esa. 34. & 63. Brent. h. l.

EDUCATIO. *V. Parentes.*

EFFIGIES.

DEUM hac exprimere noluerunt Germani, ob magnitudinem. Tacit. libr. 9. de German. moribus.

EGESTAS. *V. Paupertas.*

EGREDI.

1. Christus egressus. V. Christus.

2. Egredi de actione deliberatâ accipitur Luc. 1, 39. Exod. 2, 1. Apoc. 18, 4.

EJECTIO DÆMONIORUM.

V. Obsessi.

ELECTIO. *V. Prædestinatio. It. Cap. VIII. Prompt. Alleg. de Prædest.*

ELEEMOSYNA.

§. 1 Dicitur ab ἐλεεῖν misereri. Notat etiam actum misericordiæ reciprocæ, quâ quis sibi suisque rebus consulit. Vide Augustinum in enchirid. c. 76.

Quid?

§. 2 Est virtus, voluntatem & affectum ad miserandum inclinans, Luc. 10, 33. Vide Basilium in Psalm. 114. Non molestia homine indigna, ut olim Stoici somniarunt. Vide Lactant. libr. 6. cap. 14. August. lib. 9. c. 5. de Civ. Dei. Clemens lib. 4. Stromat.

Huc spectat etiam compassio, de qua suo loco: dicitur etiam Commiseratio, quæ est misericordiæ exhibitio. Greg. M. in Psalmum 7. Pœnitent.

Causa efficiens.

§. 3 Principalis movens est Spiritus Sanctus, induens nos visceribus miserationum, Col. 3, 12.

Estque effectus Charitatis Eleemosyna: utraque ab hoc eodem Spiritu Sancto. Remota itaque est causa. Sed propinqua causa est pius homo, divesque. Simile. Sicut stomachus alimentum recipit, & in membra reliqua distribuit: Sic in corpore humani generis divites sunt stomachi, recipientes hujus mundi opes: eas per eleemosynas egenis & famelicis membris distribuere debent. Psal. 112, 9. dispersit & dedit pauperibus.

Quilibet pius & fidelis quoad dispositionem, conatum & intentionem animi, ita debet esse comparatus, ut misereatur proximi; etiamsi sit pauper & tenuioris fortunæ. Tenetur enim succurrere proximo, pro modulo suarum opum, Eph. 4, 28.

His opponuntur avari, qui suis gavisi objectionibus Eleemosynas dare nolunt. Eorum objectiones solvit Chrysost. late tom. 2. homil. 67. in cap. 21. Matt.

Causæ impellentes sunt:

§. 4 1. Dei liberalitas erga nos, qui dedit semetipsum nobis, Joh. 3, 16. Chrysostom. hom. 32. 33. ad popul.

2. DEI mandatum de dandis in V. T. decimis, Exod. 22, 29. Levit. 19, 9. 10. Deuteronom. 14, 22. capit. 15, 7. sequent. Eccles. 11, 1. 2. 6. Matth. 5, 7. nostrumque debitum; nam vitam pro fratre mittere debemus, 1. Johan. 3,

hann. 3, 16. 17. quanto magis bona ei communicare tenemur, Sirac. 35, 11. Sub V. Testamenti præceptis delitescunt monita moralia ad cives N. Testamenti.

3. Commodum multiplex. Est enim Eleemosyna Dei donum & gratia 2. Corinth. 8, 7. Deo placens, Esa. 58, 6. 7. 8. multa præmia impetrans. Habebis in cœlo securus, quod in terra habebas solicitus, ait alicubi Augustinus. Ipsi Christo datur in cœlo sedenti, quod datur in terra jacenti. Vid. plura infra hoc tit. Præmia.

4. Justitia. Justa est eleemosyna, quia non de nostris, sed de Dei bonis exercetur erga egenos, quorum Deus te curatorem esse voluit, Prov. 11, 18. 2. Cor. 8, 9. & dispensatorem, Luc. 16, 10.

5. Pietatis & fidei nota, 2. Corinth. 9, 13. Testantur enim eleemosynæ de fide in corde, sicut fructus de arbore. Hinc in judicio Dominus eleemosynas producet, ceu fidei testes, Matth. 25, 35. 1. Johan. 3, 18.

6. Debiti nostri tessera; debemus enim miserorum habere curam ex lege charitatis & confraternitatis.

7. Exemplorum gloria. Multi enim fideles exemplo suo nos de eleemosynis commonefaciunt. Dedit eleemosynas Boaz Ruthæ, Ruth. 2, 8. 1. Samuel. 30, 11. Milites servo derelicto. Macedoniæ ecclesiæ aliis ecclesiis, 2. Corinth. 9. vers. 2. 8. Dei Patris & Filii exemplum, qui nobis gratiæ suæ bona cœlestia, ceu spirituales eleemosynas dedit, Ephes. 1, 5. & Christi veriverbium: Beatius est dare, quam accipere, Actor. 20, 35.

8. Charitatis natura. Ut enim nobis volumus benefieri: sic quoque aliis benefaciamus. Hujus charitatis matris filia optima est eleemosyna, 1. Cor. 13, 3.

9. Imaginis Dei gloria, quam dantes eleemosynas induimus, Luc. 6, 36. & præmii, Matth. 25, 40. Proverb. 3, 9. capit. 19, 17. capit. 28, 27. Deum quoque dando imitamur.

10. Una charitatis Dei & proximi ansula, 1. Johann. 3, 17. Hanc ut colat, ecclesia habet aurum, non ut servet, sed eroget. Ambros.

11. Nostra œconomia. Sumus enim dispensatores bonorum Domini, Luc. 16, 12. & debitores Deo proximoque charitatem præstandi.

12. Stultitia: Plus enim sæpe datur histrionibus, pugilibus, luxuriarum & chorearum magistris, quam egenis.

13. Prudentia. Nam pecuniam pauperi datam non aufert fur, latro, deceptor, servus; sed tuta semper est. Inopum sinus sunt tibi hypothecæ.

Materia.

§. 5

1. Ex qua, sunt opes, bona, bene parta & nostra. De bonis namque raptis DEO non placet eleemosyna. Syrach. 34, 24. qui sacrificat. Confer S. Gregor. lib. 7. epistol. 3. Chrysostom. homil. 33. ad popul. Eundem homil. 87. in Matth. Proverb. 3, 9. Honora Dominum de Tua substantia, non turpiter acquisita: de quibus fusè Valent. tomo 3. column. 797. Sirach. 34, 24. Immolantis ex iniquo maculata est oblatio, &c. Deuteronom. 17, 1. non offeres ovem vel bovem, in quo macula. Esa. 11. odio habens rapinam. Numer. 18. vers. 29. quæ offeretis de decimis & in donaria Domini separabitis, optima electa erunt. Nihil proficis, si alterum inde reficis, unde alteri malum facis: nec gaudent sancti sibi bene fieri ex pecuniis, de quibus alii plorant: nec placatur Dei iracundia, sed magis irritatur.

§. 6

2. Circa quam, & quibus dandæ Eleemosynæ?

(α) Indigentibus, Matth. 23, 35. 36. Actorum 20, 34. 35. Psalm. 41, 1. Luc. 16. habito tamen respectu ad gradus indigentiæ (qui enim maximè indigens est, ei succurrendum quam maximè) & ad pietatem, Sirach. 12, 1. &c.

(β) Domesticis fidei magis, quam extraneis, Deuteronom. 5, 7. Gal. 6, 10. 1. Tim. 5, 8. In consimili necessitate constitutis iis, quos ut diligamus, plures gravioresque rationes habemus.

(γ) Cognatis. Ambros. libr. 1. officior. cap. 30. Est illa probanda liberalitas, &c.

(δ) Amicis. Sirach. 37. Noli oblivisci amici tui.

(ε) Bonis. Sir. 12, 2. Benefac justo, & invenies retributionem magnam.

(ζ) Non ociosis, 1. Timoth. 5, 16. sed verè pauperibus, ut & supra dictum. Sic David Psal. 112, 9. dispersit, dedit pauperibus.

(η) Peregrinis quoque, Luc. 10. nam & ille proximus est. Vid. tit. Peregrinus.

Ad materiam referuntur analogicè partes & actus Eleemosynæ: v. g. visitare orphanos, sepelire mortuos, exemplo Tobiæ cap. 4, 18. pascere famelicos, Matth. 10. & 25. vestire nudos, dolere & lugere cum lugentibus, Roman. 12. 1. Samuel. 20, 34. Consolari lugentes, Jerem. 16, 7. Ezech. 24, 17. corrigere errantem, Matt. 18. 1. Thessal. 5. consulere, Proverb. 27, 9. Orare pro inimicis, Matth. 5, 44. remittere, Matt. 5, 23. Sir. 28, 3. Hinc versus:

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.
Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Modus & forma.

§. 7

De variis exercendæ Eleemosynæ modis fusè agit Drexelius tract. 16. quæ prudenter & cautè (ne qua meriti obrepat fiducia) legenda, & ex judicio prudentis charitatis æstimanda sunt.

§. 8

Cæterum requiritur ad eleemosynam modus.

1. Ex parte dantis, ut det animo *hilari, humano & promto*, Tob. 4, 18. non cunctanter, Proverb.

Proverb. 3, 27. 28. 2. Corinth. 9, 7. Roman. 12, 8. Jac. 2, 16. Luc. 21, 2. vidua illa &c. Vide sis Drexel. tractat. 16. cap. 1. §. 3. cap. 2. 3. *Pio* ex religione & honore Dei, Proverb. 3, 9. Jacob. 1, 27. *Humili*, ne suam quærat gloriam, Matth. 6. v. 1. 2. Magis enim peccat intrinsecus talis, quam exterius largiendo mercedem acquirit. *Simplici*, ne plus justo in occulta pauperum peccata inquirat, lege charitatis, malum non cogitantis, inductus, 1. Corinth. 12, 5. *Liberali*, ut copiosè det, 2. Corinth. 9, 6. *Grato*, ut demus pro bonis, a DEO nobis concessis, 1. Corinth. 16, 2. *Prudenti*, 2. Corinth. 9, 7. ne aliis sit relaxatio, nobis vero θλίψις. *Copioso*, 2. Corinth. 8. Intentionem hanc dantis Deus respicit, & an in Christiano diligas Christum observat, an velis tædium interpellantis repellere; an vero egentis viscera reficere.

2. Ex parte objecti, ut non faciamus eleemosynas cum pauperum despectu & contemtu, 1. Cor. 11, 22. Mal. 1, 7. nec ut majora accipiamus beneficia.

Effectus

§. 9 Solius Eleemosynæ, si flagitiosa vita sequatur, non prodest. Probat id fusè Augustinus libr. 25. cap. 22. 27. de Civit. Dei. Prærequiruntur igitur fides & pœnitentia: Itaque S. Patres in exaggerandis Eleemosynarum laudibus nimii ferè sunt, plus Demegoriis, quam sententiarum proprietati intenti. Quod latè noster Chemnitius ostendit Examine Concil. Trident. Iidem tamen etiam pœnitentiam & fidem prærequirunt, fatente Gregor. de Valent. tomo 3. Disputat. 3. quæst. 9. punct. 3.

Nec parit fiduciam meriti & satisfactionis, contra Bellarmin. lib. 3. c. 4. de bonis operibus. Canis. in Catechis.

Non refrigerat defunctos. Confer Coster. in Enchirid. c. 16.

Non meretur de congruo gratiam justificationis: nec disponit ad eam. Conf. Busæum in Viridar. V. Eleemonys. c. 5.

Præmia Eleemosynarum.

§. 10 Ipsi fidei propria; tributa tamen Eleemosynis, ut fidei effectis.

Eleemosyna beatum reddit. Ps. 41, 1. Beatus, qui misertus est super egeno.

Expungit peccata, sicut aqua ignem, Sirach. 3, 33. quatenus peccatorum pœnæ temporales clementer a Deo mitigantur aut tolluntur.

Liberat è calamitatibus, Sir. 3, 34. Id eodem, quo prius, sensu acceptandum est.

Misericordiam impetrat, Matth. 5, 7. Dat messem copiosam, 2. Cor. 8, 10. & proximum incitat, ut pro nobis DEUM oret, 2. Corinth. 9. vers. 10. Xerxes pro haustu aquæ pauperi mulierculæ scyphum aureum dedit: sic Deus Eleemosynas suis collatas æternæ vitæ calice compensabit.

Munda omnia facit, Luc. 11, 41. hoc est, si ex vera fide proficiscatur, arguit cor fide mundatum, & ab avaritiæ sordibus purgatum esse.

Benedictio Dei eas sequitur. Omnia vasa vacua implens vidua maximam à Propheta benedictionem impetravit, 2. Regum 4. Vasa vacua sunt pauperes, infunde oleum misericordiæ tuæ, & recipies largissimam benedictionem. 1. Reg. 17. recipit filium fœmina.

Christi acceptatio. Sicut mulier unguentum pretiosum fundens, gratum Christo opus præstitit, Matth. 26, 10. Sic oleo & unguento beneficentiæ Christum ungunt, qui dant Eleemosynas pauperibus, & fragrantissimum odorem spargunt, Psalm. 41, 1.

Compensatio, Psalm. 112, 9. 8. Thesaurizamus nobis in cœlis, quæ hîc largimur in terris. Confer Augustinum tomo 8. colum. 236. d.

Collectio

Eleemosynarum fieri debet maximè die Dominico, 1. Cor. 16. vers. 4. exemplo ecclesiæ Apostolicæ. §. 11

Abusus, raptura & contemtus.

Bernhardus: Facultates ecclesiarum sunt patrocinia pauperum: & sacrilegâ eis crudelitate subripitur, quicquid sibi ministri & dispensatores, non utique Domini & possessores ultra victum & vestitum accipiunt. §. 12

Donatus Imperatoris Constantis Eleemosynas rejecit. Optat. Milevit. libr. 3. advers. Parmen.

Requisita.

1. Sit hilaris. Exod. 22, 19. Dominus in offerendis primitiis omnem prohibet moram: sic hilares & expediti simus in primitiis & Eleemosynis nostris. 2. Corinth. 9. vers. 7. Hilarem datorem diligit Dominus. Chrysostom. hom. 13. in 2. ad Corinth. Eleemosyna est, non dare opes, sed cum misericordia dare. §. 13

2. Cum nostro etiam incommodo conjuncta. Allegor. 1. Samuel. 4. Jonathan sibi tunicam exuit, & Davidem eâ induit. Qui pauperibus largiuntur, sibi exuunt, quæ largiuntur aliis, & Christum iis induunt, Matth. 10. v. 42. cap. 25, 40.

3. Dispensatio justa. Vide Actor. 6, 1. 2. & supra tit. Bona Ecclesiastica. 1. Pet. 4. vers. 11. 1. Tim. 3, 8.

Encomia & laudes.

Vide apud Augustinum tom. 10. col. 1089. c. d. 1090. sequent. Chrysostom. homil. 36. tomo 4. Gregor. Nazianz. Orat. de pauperibus amandis. Basilium homil. 7. in divites avaros. Ambros. homil. 30. de Eleemosyn. Drexel. tract. 16. c. 8. §. 14

Grata Angelis. Chrysostom. homil. 7. de pœnit. vocat Eleemosynam pennatam, levem, aureas alas habentem, ipsos angelos delectantem. Idem homil. 9. de pœnitent.

Mercatura negotiatioque tua cœlum eſt, da panem & accipe paradiſum : parva da & magna ſuſcipe : da mortalia & recipe immortalia.

Ipſi quoque DEO accepta, Eſai. 58, 6. 7. 8. in cujus memoriam aſcendit, Actorum 10. v. 4. precibus fide plenis conveſtita, ſine qua nemo Deo placere poteſt, Hebr. 11. verſ. 6. cap. 13. v. 5. Tali ſacrificiorum genere delectatur Deus.

Diviſio.

§. 15 Quædam Eleemoſynæ ſunt corporales, quædam ſpirituales, verſibus hiſce incluſæ: Viſito, poto &c. qui paulo ante adducti.

Quædam Eleemoſyna eſt publica, v. gr. quæ in Gazophylacio eſt, Deuteronom. 14. v. 22. 2. Reg. 12. verſ. 9. cap. 22. v. 3. 2. Chronicor. 31, 11. Roman. 15. verſ. 26. 2. Corinth. 8. v. 1. cap. 9, 3. c. 11, 9. Quædam privata, quæ privatim pro re nata egenis confertur. Vide Tertullian. cap. 39. Apologetic.

Exempla Eleemoſynas dantium.

§. 16 Matth. 26. v. 9. opus miſericordiæ præſtat mulier. Actorum 9, 36. Tabitha. Actorum 10, 2. Cornelius. Actorum 11, 9. Chriſtiani primi. Vidua paupercula, Luc. 21, 3. Macedones, Roman. 15, 26. Actorum 24, 17. 2. Corinth. 9, 2. Baſilius M. facultates ſuas vendidit, & pauperibus dedit tempore famis, Sozomen. libr. 6. cap. 34. nam ideo olim Epiſcopis prædia data ſunt, ut ex eorum reditibus pauperes alerentur, Aventinus libr. 3. Helena Adiabenorum regina, Joſeph. lib. 20. capit. 2. Abdias, 1. Reg. 18. Confer Zwinger. volum. X. libr. 3. Theatri. Sylveſtrum Pontificem orphanos & pauperes juxta ſeriem notaſſe memorant, & ſingulis diebus illis ordine eleemoſynas erogaſſe.

Similia eleemoſynæ.

§. 17 Abrahæ ſinus eſt manus pauperis, ubi, quicquid pauper accipit, mox reponit.

Agricultura ſpiritualis eſt eleemoſyna. 1. Ager eſt ipſe pauper & egenus. 2. Semen eſt omne bonum, quod communicas egenti, Galat. 6. 3. Pluvia ſunt lacrymæ pauperis, vel petentis vel benedictionem DEI apprecantis. 4. Meſſis eſt dies extremus, quo metemus, Galat. 6. v. 8. 5. Dominus meſſis eſt Chriſtus.

Arbor Daniel. 4. v. 9. dabat umbram & eſcam : Ejusmodi arbores ſunt divites, dant eſcam corpori & veſtes, hæc ſunt umbra vera.

Chirographum, quo Deus debitor velut noſter fit. Chryſoſt. homil. 36. ad pop. Antioch. puta, promiſſione retributionis gratiæ.

Debitum & æs alienum, quo proximo obſtricti ſumus. Solvendum igitur hoc debitum, Matth. 25, 40.

Fœnus eximiè lucroſum. Aliàs venter corruptionem ſibi tandem fœnerabitur. Gloria livorem ſibi procreat, avaritia curam, intemperantia gehennam: ſola Eleemoſyna æternam mercedem fœneratur, Prov. 9, 27.

Frumentum domi detentum fit eſca vermium, ſed diſperſum fert fructus: ſic opes.

Lancea & ſcutum contra hoſtes. Efficit enim, ut DEUS pugnet pro eo, qui dat Eleemoſynam, protegatque eundem, Pſalm. 41, 1. ſequent.

Literæ Cambii. His enim exponis pecuniam in hoc loco, quam in alio recipias : Sic homo pius dat pauperibus in hac vita pecuniam & alia ad ſuſtentationem neceſſaria, & duplo recipit in altera vita.

Lucerna, quæ lucet ante nos coram hominibus, ut glorificetur DEUS in nobis, Matth. 5, 16.

Monile aureum filiorum DEI, quo ſemper ornati eſſe debemus, eſt Eleemoſyna, ſicut nobilium liberi aurea monilia geſtant. Chryſoſt. hom. 36. ad popul. Antiochen.

Nubes plena pluviam demittit : ſic homo benedictus à DEO liberalem ſe præſtet, Proverb. 28, 2. 3.

Olea oleum ſtillat : ſic homo ſit olea fructifera, ſtillans oleum miſericordiæ.

Radix plantata in pingui ſolo fert fructus : ſic pecunia in manu pauperis.

Tagus fluvius omnes fluvios & torrentes collectos ſuo alveo in mare defert ; ſic illiberales, qui non dant eleemoſynas, ſua bona in mare ingratorum hæredum deferunt.

Victima laudis, Sirach. 35. v. 4. 1. Fine: fit enim hoc fine, ut laudetur DEUS. 2. Occaſione, quæ datur pauperi, ut laudet DEUM ; ut & alii DEUM laudent, ipſe cum laude liberalis offerat eleemoſynam, 2. Cor. 9. verſ. 12.

Ulmus in ſe infructuoſa dat tamen pro ſe viteque humorem : ſic eleemoſyna prodeſt proximo. Chryſoſtomus hom. 12. in cap. 5. Matth. Ulmo autem arbori ſterili ſimiles ſunt ii etiam, qui nullas dant eleemoſynas. Multum quidem ſucci ex terra trahit ulmus, ſed in folia vertit : ſic plurimi terræ bona poſſident, eadem tamen verbis ſolum oſtentant, factis verò præcludunt egenis.

Oppoſita.

§. 18 I. Immiſericordia, quando proximi miſeriam non curamus. Deuteronom. 15, 7. ne contrahas manum &c. 1. Johann. 3, 17. Partes ejus ſunt:

(1) Non tangi affectu miſerationis.

(2) Non admovere manum facto ipſo.

(3) Verbis ſolùm ſolari, Proverbior. 3, 27. 28.

(4) Planè negare auxilium. Sic Lazaro & Davidi contigit Lucæ 16. 1. Sam. 25.

(5) Præterire. Sic Levita ille Luc. 10.

Fugienda autem hæc 1. ob DEI interdictum, Proverb. 3. verſ. 26. 27. 2. Infidelitatis ſignum. Immiſericordia arguit cor ſtultum,

1. Samuel. 25. incredulum, Lucæ 16. verſ. 10. charitate caſſum & frigidum, Matth. 24. 1. Johann. 3. verſ. 17. Proverbior. 12. v. 9. 3. Damnum & ſupplicium, Jacob. 2, 13. Privatur epulo ſinu Abrahæ, Luc. 16, 12. Clamantes non exaudiuntur, Prov. 27, 22. 23. Confer Pſal. 109. 4. Ob indicium animi, omni charitate vacui, 1. Johann. 3. verſ. 17.

II. Simulata miſericordia, qualis eſt in hypocritis, Matth. 6, 1. Johann. 12. v. 4. Luc. 21. verſ. 1.

III. Illicita miſericordia, quâ quis condolet præfractis & de induſtria malitioſis hominibus, Jer. 12. v. 1. 2.

IV. Fiducia in illis per ſe, (cum in ſolo Chriſti merito omnis noſtra & ſola ſit fiducia) ſive cum fide conjunctis.

De Eleemoſynis vide quoque Chryſoſtom. ſuper capit. 24. Geneſ. homil. 49. Cyprian. in epiſt. & libr. de opere & eleemoſynis. G. Nysſen. libr. de Beatitudinibus. Ambroſius libro primo officior. Hieronym. in Mich. 6.

ELEMENTA MUNDI.

§. 1 1. Phyſica, de quibus Phyſici. Vide Commentar. in c. 1. Geneſ. 2. Petr. 3, 20. 21. Sap. 19, 17. Confer titul. Creatura & Creatio.

2. Ceremoniæ legales, & tota illa Pædagogia Moſis, Galat. 4, 3. 9. Coloſſ. 2, 8. 20. Cur vero ſic dicta ſit, vide Allegor. 1049. cap. 10. Promt.

3. Prima Chriſtianiſmi principia & rudimenta, Hebr. 5. verſ. 12. Tertullianus libr. V. adverſ. Marcion. cap. 4. primas literas legis interpretatur de variis ceremoniis, temporibus &c. Ambroſius in cap. 4. ad Galat. egena dici vult, quod in ſolo Chriſto ſit perfecta ſalus: quodque non habeant vim perducendi ad Chriſtum. Chryſoſt. in idem c. 4. ad Galat. Theodoret. Hieronym. Chryſoſt. rurſus homil. 6. in epiſt. ad Coloſſ.

4. Externa legis litera, ſine gratia Chriſti. Luther. Poſtill. Eccleſ. in Domin. poſt nativit. Chriſti. Sicut & literæ græcæ vel latinæ vocantur Elementa.

Elementa mundi monent

§. 2 1. De admirabili Dei ſapientia & bonitate, quæ in Elementis liquido apparet, eorum ſitu, ordine & qualitatibus.

2. De concordia eorundem, quæ univerſum hoc, DEUM juxta, ſervat: ſic quoque inter creaturas DEI rationales, imò multo magis ſtudium concordiæ florere debebat, Pſalm. 133. verſ. 1. 2. ſequentib. Epheſ. 4. verſ. 2. 3. 4.

3. De juſtitia DEI. Omnia enim elementa impiis in ſupplicium cedunt, ſive temporale ſive æternum, & in accuſationem, Sir. 39. v. 35. 36. Vide Exodum de plagis Ægyptiorum. Durand. Paludan. in 4. diſt. 50. Bonav. ib. diſtinct. 44.

4. De malitia hominum, qui per elementa dira quævis imprecantur ſibi invicem. Vid. tit. Diræ.

5. De fine mundi hujus, 2. Petr. 3, 10.

6. De mutua charitate. Ut enim unum elementum agit in alterum: ſic quoque mutuo officiis charitatis inſtructi eſſe debent Chriſtiani & fideles.

7. De hominum varia mutabilitate. Ut enim elementa varie mutantur: ſic quoque homo mutatur in horas, de virtute in virtutem, vel de vitio in vitium, vel de vitio in virtutem, vel de virtute in vitium.

8. De noſtra pietate. Ut enim aër & ignis ſunt elementa leviora & puriora, cœloque viciniora: ſic & nos patriæ cœleſti vicini ſimus deſiderio, Philipp. 3. verſ. 20. puri corde, Matt. 5. verſ. 8. leves alis fidei & precationis.

ELEPHAS.

§. 1 Elephantes eſſe cornutos, eorumque virtutes tradit P. Camerar. H. S. part. 2. cap. 96. Uſum in bellis, ibid. cap. 97. quæ omnia illuſtrant illa libr. 1. & 2. Macchabæor. de Elephantis loca.

Magnitudo ejus apparet ex nomine: Vocatur enim Behemoth, hoc eſt, beſtia, Job. 40. caudam habet, inſtar Cedri: duos dentes, qui æquant 325. pondo. Vide Ariſtotelem libr. 9. animalium & D. Franzium cap. 4. hiſtor. animal.

Elephas eſt imago

§. 2 1. Divinæ ſapientiæ & potentiæ, Job. cap. 41.

2. Satanæ roboris & violentiæ, quæ in Elephanto adumbratur. Vide Ambroſ. lib. 6. c. 5. Hexaëmer. §. Elephanti magnum rebus bellicis &c.

3. Impiorum copiæ, qui adverſus pios inſurgunt. Vide Brent. in Job. 41.

4. Ut Behemoth in arundine ac paludibus recubat: ita Satan in cordibus, peccato ſordidatis.

5. Inſatiabile animal, abſorbens flumina: non minus Satan ſitit hominum interitum, nec Judæis nec Gentibus parcit; illis Jordane, his fluvio ſignificatis. Brentius.

6. Cadente arbore, cui innititur, elephas cadit, & interficitur: ita Satan deſtruitur, Chriſto arbore vitæ in cruce quaſi cadente & moriente, quô ipsô vis & regnum Satanæ deſtructum eſt, 1. Corinth. 15. Coloſſ. 2.

7. Speculum humani in creaturas dominii. Nam & hoc animal, licet vaſtiſſimum, DEUS homini ſubjecit, ut imaginis ſuæ excellentiam (quoad hoc) nobis DEUS ob oculos poneret. Baſil.

Alia notata.

§. 3 Eburnea *palatia* Pſalm. 45. quidam de Apoſtolis accipiunt; alii de carne Chriſti. Collum Canticor. 7. puritatem doctrinæ cœleſtis,

cœlestis. Wibramus in h. l. item, sinceros Doctores & Magistratus. *Solium* Salomonis 1. Reg. 10. fuit typus divinæ majestatis in Christo, (Brentius) & gloriæ, quam omnes supplices adorare debent, Esa. 42. Philipp. 2. & memoriale fortitudinis regiæ & castitatis, quæ elephanti attribuitur. *Domus* Achabi monet de luxu in ædificiis cavendo. Amos 3. interituræ dicuntur domus eburneæ. *Cubilia* de luxuriosis & voluptuosis hominibus, Amos 6. Venerique deditis. Vide hic Hieronym.

§. 4 Elephanti turriti 700. fuerunt in castris Persarum, Herodian. libr. 6. superati ab Alexandro imperatore p. 182. 183. Aurel. Epit. Baron.

ELENCHUS. *V. Minister.*

ELIAS.

1. Thesbites. Doctor & caput è tribu Gad, Deuteron. 33,21. Ei justitia Domini curæ fuit, d. l.

2. Virtute & zelo Johannes, Matth. 11. & 17.

ELISABETHA.

§. 1 Notat nomen hoc juramentum DEI mei, sive requiem Dei.

§. 2 I. Mater Johannis Baptistæ, uxor Zachariæ, soror Annæ, quæ fuit mater Mariæ τῆς Θεοτόκου. Hinc vocatur συγγενὴς Luc. 1, 36. Nupta Sacerdoti; nam Levitæ mutua connubia contrahebant cum tribu Juda, quia non habebant hæreditates, quæ permisceri possent. Illa vero Elisabeth de filiabus Aaronis fuit, Luc. 1, 5.

Tempus ejus impletum 1. parturitionis, de quo Angelus Lucæ 1. v. 36. 2. precum exauditionis, ut Hannæ, sic & Elisabethæ. 3. finitæ tentationis de sterilitate, Lucæ 1. v. 25. 4. Perseverantiam in Oratione docet suo exemplo & Zacharias & Elisabetha. 5. *DEI* veritatem in tempore illius completo, de quo antea dixerat Gabriel. 6. DEI providentiam, qui solet insignes Heroas temporibus desperatis excitare, sic enim promisit Psalm. 12. & facto præstitit, mittendo Samuelem, 1. Sam. 3. Simsonem, Judic. 14. Josiam, Josaphatum.

§. 3 II. Alia Elisabetha, quæ in Sanctorum relata est numerum, cujus festum in diem decimum nonum Novembris incidit.

ELOQUENTIA. *Vid. Verba Sapientiæ Humanæ in lit. V.*

EMTIO. *Vid. Justitia Commutativa.*

§. 1 Emtio spiritualis tota fit fide, nam nullis operibus proprie aliquid à DEO emimus: Hanc qui adfert, DEO gratus est mercator: Aurum non curat auri conditor, sed fidem, Esa. 55. vers. 1. Matth. 13. v. 44. Apocal. 3. vers. 18. Humilis conscientia magnum est emtionis pretium. Rupertus lib. 3. in Matthæum.

§. 2 DEUS emit redimendo. Objectum sunt omnes homines à CHRISTO redemtio: Adjunctum pretium est CHRISTI sanguis, magnum illud pretium, 1. Corinth. 6. v. 20. 1. Pet. 1, 19. 2. Petr. 2, 1. Actorum 20. vers. 28. cap. 7. vers. 23. Terminus à quo est potestas & captivitas Satanæ: Ad quem est libertas filiorum DEI: Finis, ut serviamus DEO, eumque glorificemus, diligamus ut liberatorem de fovea.

§. 3 Emtio mala est, quâ mala emit homo: v. g. Simoniace bona spiritualia, Actorum 8. Ita de Antediluvianis dicitur: emebant & vendebant, Lucæ 10. item, quando homo emit voluptatem, ut Poëta canit --- *nocet emta dolore voluptas.*

ENCÆNIA. *Vid. Templi Dedicatio.*

ENCRATITÆ.

Horum dogmata vide apud Irenæum lib. 1. cap. 3. Euseb. libr. 4. cap. 27. Epiphan. Idem Aquarii acta.

ENERGUMENI. *V. Obsessi.*

EPHA.

Est pars Arabiæ magnæ, in quâ regnat Turca, Esa. 60.

EPHESUS,

Civitas Ioniæ, Asiæ minoris clarissima metropolis, emporium celebratissimum: In ea templum Dianæ sacrum, à tota Asia maximis impensis 220. annis ædificatum: Ibi ecclesia à Paulo plantata, Actorum 19. à Timotheo aucta, à Johanne reformata, Apocal. 2, 1. sequentib. Vide Plinium libro quinto cap. 29. Asiæ lumen vocatur à Justino libro secundo. In ea erant multi Philosophi, imo Asiæ præcipui, Chrysostom. arg. in h. epistol. Errores vero Simonis Magi, Menandri, Saturnini, Basilidis, Nicolai, Gnosticorum, Carpocratis & Cerinthi eandem ecclesiam infestarunt, quos fugere monet Apostolus Eph. 4. Confer Ignatium epist. 11. ad Ephes.

EPHOD. *V. Gideon.*

EPICURUS, EPICURÆI.

Epicurus sectæ peculiaris auctor. Vide Suidam in voce hac. Cicero de eo: Melius vivit, quàm docet. Sectæ huic vetitum, Scholas erigere in Rebuspubl. Homerus odys. 9. in Græco --- ὅ με κελέυε, &c.

Non me stulte Deos hominesq; jubeto timere,
Cyclopes tangit reverentia nulla Deorum.

ΕΠΙΕΙΚΕΙΑ. *V. Mansuetudo.*

EPIPHANIA. *V. Christus.*

EPISCOPI.

§. 1 Horum requisita & virtutes sunt: Sint

1. Orthodoxi in fide, nam errore infectus Episcopus est dux cœcus.

2. Integri in vita, irreprehensibiles, 1. Timoth. 3. ante oves gradiantur, Johann. 10. ceu forma gregis, 1. Pet. 5. ne illud dici possit de eis: Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum.

Huc spectat *Pietas*, ut quis se totum DEO devoveat, ceu hostiam, Gregor. Theolog. Apolog. 1. nec cultum orthodoxum contaminari sinat. Ambrosius Epistol. 30. ita fecit.

Castitas. At & castus est, qui secunda vota conjugii subit. Contra Pontificios.

§. 2 *Eruditio ac scientia*. Tit. 1, 9. in sacris literis. Viderint Pontificii, qui etiam Juris Canonici scientiam desiderant. In assignandis officiis, 1. Timoth. 5, 22. Vide Chrysost. in h.l. homil. 16. Hieronym. in cap. 58. Esaiæ §. Paulus scribit.

Sapientia & Prudentia. Matth. 10. Estote prudentes, sicut serpentes. Est enim ars artium, regimen animarum.

Diligentia investigandi morbos Ethicos gregis sui, Chrysost. hom. 7. in Matth. Gregor. Nazianzen. Apol. 1. Ezech. 34. oves morbidæ curandæ.

Confutatio hæreticorum, Tit. 1, 9. cap. 3, 10. 1. Tim. 1, 20. Vid. Minister.

Hospitalitas, 1. Timoth. 3. Vide Claudium Espensæum in h. l. fol. 484. a. b. c. & Hieronym. in Epist. ad Titum. Confer Ambros. Epist. 27. Gregor. Epist. 62. & homil. 14. in Evangelia.

§. 3 *Mansuetudo*. Non sit percussor Episcopus, 1. Tim. 3. Vide Ambros. in h. l. Non percutiat pravis suspicionibus conscientias aliorum. Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio requirit, ut Episcopi ad contumeliam, vim, molestum verbum non excandescant, aliàs à cancellis Episcopatus removendi.

Oratio pro suis auditoribus, Hebr. 5, 1. Greg. lib. 1. epist. 24.

Vigilantia & cura in officio. Cornel. à Lapid. folio 58. cap. 1. sequentib. in Apoc. Significatur hæc virtus voce νηφάλεος, quæ notat hominem accuratæ mentis acie præditum ac pervigilem.

Constantia in Episcopatu suo administrando. Leo I. epist. 32. sive Fortitudo, Jer. 1, 17. Matt. 10, 16. 1. Tim. 5, 20. Vide Gregor. Nazianz. orat. in Basil. qui hujus fortitudinis laudes egregie depinxit.

Potestas æqualis est Episcopis & presbyteris. Nicol. Cusan. lib. 2. c. 13. Concord.

Docilitas. Non solùm doctus sit Episcopus, ut alios docere possit, sed etiam discere debet. Augustinus libro quarto capit. 5. contra Donatistas eo nomine Cyprianum commendat: Hoc (ait) in Episcopo est diligendum, non solùm, ut scienter doceat, sed etiam patienter discat.

Dignitas Episcoporum piorum. §. 4

Qui hos audit, Christum audit: Principes sunt spirituales, Ps. 45. Apostolorum successores, Cyprianus epist. ad Cornelium: imò aliquando Episcopi vocati sunt Apostoli, quod Apostolorum doctrinam sequerentur: Lychni & lucernæ Ecclesiæ.

Residentia Episcoporum. §. 5

Concil. Trident. sess. 23. c. 1. de Reformat. causas fere quatuor recenset, ob quas abesse possint à grege Episcopi. Videatur tamen Bellarminus tom. 7. operum, colum. 1977. seq. admonit. ad Nepot. in qua pro necessitate residentiæ pluribus & quidem nervosè disputat, Episcopum absolute & non ex suppositione teneri sub præcepto divino ad residentiam, columm. 1978. allegatque Thomam quæstion. 185. artic. 5. Dominic. Soto de justitia & jure libr. 10. quæstion. 3. §. indubie tenenda est, &c.

Episcopus Christus vid. tit. Christus.

Episcopus animarum vid. tit. Anima.

EPISTOLA.

1. DEI ad nos est S. Scriptura, Augustin. sermon. 56. ad fratres in eremo. Chrysostom. hom. 2. in Genesin; dictata Patribus ante Mosen: propagata viva illorum voce: à Mose & Prophetis exarata: sigillum hujus epistolæ est testimonium Spiritus Sancti, item, DEI miracula, Marc. 16. & martyrum sanguinea flumina: character ejus est in corde per vim Spiritus Sancti nos obsignantis: materia ejus est verissima: forma perfectissima: evidentissima veritas: efficacissima operandi facultas: Inscriptio hujus Epistolæ hæc est: Hæc dicit Dominus: Servi & tabelliones sunt Doctores verbi, hanc Epistolam deferentes & ecclesiæ tradentes.

2. DEI in nobis est scripta epistola, Jerem. 31, 33. id est, conversio & illuminatio per verbum.

3. Apostoli epistola, 2. Corinth. 3. vers. 2. sequentib. erat ipsa Corinthiorum ecclesia. Causa princeps hujus epistolæ est Spiritus Sanctus vivi DEI digitus, Lucæ 11, 20. Matth. 12, 28. Calamus erat os Pauli prædicantis, motum à Spiritu S. literæ sunt verbum DEI; atramentum Mosis erat doctrina legis, quæ cor vulnerat & penetrat; effectus hujus epistolæ est testari de diligentia indefessa Sancti Pauli.

ΕΠΙΧΑΙΡΕΚΑΚΙΑ,

Seu gaudium in malis proximi, est 1. Diabolicum vitium, ab eo enim proficiscitur. 2. Mater illius est vindicta prohibita. 3. Nutrix securitas, nescit enim homo ille, quid serus vesper vehat. Deus ipse hoc prohibuit Mich. 7. noli gaudere, Ps. 13, 3 4. Ps. 38, 16. Jer. 50, 11. 13. 14. Confer tit. Gaudium.

EPULUM.

Esai. 25. pingue est Evangelii prædicatio. Causa princeps DEUS præparans. Matth. 22. omnia

omnia parata &c. promerens Christus, hic enim omnia fercula paravit, 1. Corinth. 1. justitiam, sanctificationem, redemptionem, sapientiam: ministerialis sunt Patriarchæ, Prophetæ, Johannes, Christus, Apostoli, qui omnes invitarunt: Materia est panis & aqua vitæ, Joh. 6.

Confer circa hunc titulum tit. Convivium, it. Commessatio, it. temperantia in opposit.

EQUUS.

§. 1 Equorum frequens est mentio in S. literis. Oseæ 14. non equitare in equis est, non confidere velle in equis & equitibus, ut solent facere hostes, Psalm. 20, 8. Hi in curribus & illi in equis. Non salvant, Psalm. 33. Iis DEUS non delectatur, Psalm. 147, 10. Væ prædicatur, qui iis confidunt, Esa. 31, 1. 2. Obstinati homines per eos describuntur Psalm. 32. qui à Satana diriguntur, nec DEI monita exequuntur. Soporem DEUS illis immittit, Psalm. 76.

§. 2 Homines eis delectantur (Exequias ivit Alexander M. suo Bucephalo, quo immensè gavisus est; Curtius. Plura vide apud Ravis. in officin. column. 195. sequentib.) & confidunt, ut Pharao, Exod. 12. Psalm. 20, 8. Hinc ἱπποτυφία, & fastus animi ac fiducia in equorum robore locata.

§. 3 Equi Solis sublati à Josia, 2. Reg. 23. olim educati, ut Soli immolarentur, ex Xenophonte, ad morem Gentilium. Poëtæ quatuor equos soli assignant. Ovidius 2. Metam.

Interea volucres Pyrois, Eous, & Æthor
Solis, qui quartusque Philegon.

Equi albi Apocal. 19. Angelos vocari ob divini splendoris copiam, putat Dionysius: Rufi autem Apocal. 6. notant cædes; alii tamen item angelos intelligunt, ob ardentem charitatem.

Comitatum equorum Alphonsus rex Arragoniæ abominatus est, dum illum suadentibus dixit: Non ego solus, sed meâ stipatus innocentiâ incedo, nec quenquam civium metuo.

Cura horum summa olim fuit apud Germanos. P. Camerar. p. 2. c. 92. H. subcis. modò apud Turcas c. 91. d. l.

EREMUS & EREMITÆ.

Multiplex est Eremus.

§. 1 1. Pœnitentiæ: Et in hanc Eremum sæpe descendere debemus, & Johannem clamantem audire, Matth. 3. Johann. 1. Vide D. Bernhardum sermon. 4. super simile est regnum cœlorum homini negotiatori, fol. 437. lit. C.

2. Crucis & tribulationis. In hoc desertum sæpe suos introducit DEUS, ut 1. à feris h. e. malis hominibus exagitentur, Ezech. 2, 6. 2. famem & sitim sentiant. 3. à suis deserantur. 4. à Satana tententur, sicut & Christus tentatus est.

3. Pietas & devotionis. Sic jubet Christus desertum cubiculi intrare & orare, Matt. 6. vers. 6. & hoc sensu solitudinem maximè commendat Chrysostomus tom. 2. hom. 51. in c. 14. Matth. ab initio.

4. Inferni & damnationis. In hoc desertum impii detrudentur, in quo perpetua fames, sitis, dolor, cruciatus, abjectio à facie gratiosâ Domini perpetua, 2. Thess. 1, 8. 9.

5. Desertum Sinai, ubi horridæ Alpes Arabiæ, quæ Melanes nominantur.

6. Desertum Matth. 4. putatur fuisse mons, nulli accessus, solis bestiis, in tribu Benjamin situs, 4. miliaribus à Bethabara, 22. vero miliaribus à Jerusalem. Adrichom. in tribu Benjamin situm fuisse dicit numer. 97. Arauda cap. 17. de Aponte Num. 26. in Matth. 4. Maldonatus desertum Judææ intelligit, in quo Johannes fuit.

Origo

§. 2 Eremitarum non est inde ab Apostolis, ut putat Cassianus collat. 18. c. 5. sed primùm incepit à Paulo Eremita, cujus meminit Hieronymus initio vitæ B. Pauli Eremitæ. Nec Johannes fuit Eremita, quod contra Pontificios fusè demonstrat D. Chamier tom. 3 Panstrat. libr. 20. cap. 22. & noster Chemnit. in harmon. Evangel.

Eremitæ olim etiam Anchoretæ

§. 3 Dicti sunt, quod à communi hominum societate recederent. De his fusè Otho Frisingensis lib. 1. c. 35. histor. Non igitur Anachoretæ ab Eremitis distinguendi sunt. Confer Isiodor. libr. 2. de divinis officiis. Habebant verò 1. Priorem, cui parebant. 2. Singuli singulas cellulas inhabitabant, quas hyperbolicè cœlo comparat Bernhardus de vita solitar. ad fratres, colum. 1021. lit. E. F. 3. Operibus manuum sustentabantur. Basil. in epistol. ad Eustachium Sebastiæ principem. 4. Ab omnibus colloquiis abstinebant, solâ oratione & contemplatione contenti. 5. Diebus Dominicis in oratorio solum conveniebant. 6. A Priore suo solatium capiebant. 7. Alii verò se totos speluncis incluserunt & muris, remoti ab omni humano consortio, totis viribus sabbathisare crediti sunt. 8. Alii in spelæa ferarum & sordes sese abjecerunt, bestiis associarunt, herbis pasti sunt, instar tympanorum distensi, nullo tecto nisi cœlis utentes. Hæc & plura alia Frisingensis. Tanta fuit illorum temporum, imò superstitionis vis & efficacia erroris, in quam ii meritò prolapsi sunt, qui ordinem DEI in prima creatione sancitum stultissimè labefactare ingressi sunt.

Eremitæ non fiunt liberi à pravis concupiscentiis.

§. 4 Nam 1. Narrat D. Bernhardus, quendam Eremitam à Spiritu fornicationis impulsum fuisse; sermon. de 7. donis Spiritus Sancti, column. 379. lit. L. §. legimus fratres &c.

2. D. Lutherus narrat, de quodam sene ingresso

gresso eremum, egresso cœnobio, quod stimularetur malâ concupiscentiâ, qui cum urceum in terram posuisset, is verò eversus semel iterumque cecidisset, irâ mox correptus senex urceum ad terram collisit & fregit. Sensit ergo locum Eremi pravis affectibus mederi non posse. In explicat. epistol. Dominic. Natalis Christi verba: abnegantes omnem impietatem, &c.

3. Chrysostom. tom. 5. fol. 121. K. hom. 4. Docebimus, non locorum munimini, nec refugio aut recessui; sed animi pietati & morum virtuti salutis spem tradere.

§. 5. *Eremus monachum non facit.*

Athanasius persuasum omnibus reddidit, monasticæ vitæ professionem morum potius gravitate & constantiâ, quam corporis secessione notari, ut scribit Greg. Nazianz. orat. 31. in laudem Athanasii.

Nec beatiorem reddit.

Coriarius Alexandriæ magis Deo placuit, quàm Antonius Eremita. Apol. Augusl. Confess. tit. de votis p. 285.

§. 6. *Exempla Eremitarum.*

Banus, solitarius quidam in Judæa sub Claudio Principe arborum ramis pro vestitu, fructibus pro alimentis, frigidis lavacris pro medio libidinis extinguendæ usus.

Esseni. Plinius lib. 5. c. 7.

Paulus Thebæus persecutione pulsus est in eremum. Hieronym. de scriptor. illustrib. Baron. tom. 2. fol. 475. num. 14. 15. sequent. ad an. Christi 253.

Antonius Ægyptius. Sozomen. lib. 1. c. 13. & lib. 6. c. 5. obiit anno salutis 361.

Hilarion, de quo Hieron. in ejus vita.

Julianus Saba circa Edessam Syriæ sub Constantio vixit. Theodoret. lib. 4. c. 24. Sozomen. lib. 3. c. 14.

Evagrius Presbyter. Socrat. lib. 4. c. 23.

Moses Saracenus sub imperio Valentis. Sozomenus lib 6. c. 38.

Paulus Ægyptius. Sozomen. lib. 6. c. 29.

Nicolaus Eremita Undervvaldensis uxorem reliquit.

Vide Theatr. Zvvinger. volum. vigesimo quinto, fol. 4052. & seqq.

Ambrosius solitudinem suasit epist. 41. Paulinum laudat, quod divenditis bonis omnibus secretum locum elegisset. Epist. 36. Conf. Basil. in orat. de laudibus eremi. Bernhardus epist. ad fratres de monte. Et è recentioribus Cornel. a Lap. in c. 2. Oseæ. Busæus de statib. primi hominis p 91. seq.

ERROR.

§. 1. *Nominis ratio.*

Non ineptè Fungerus in Etymologico, & post hunc M. Martin. derivant παρὰ τὸ ἔρρειν, qvod est μετὰ λύπης καὶ φθορᾶς πορεύεσθαι, cum dolore & corruptione ire. Quod viatoribus accidere solet.

§. 2. *Committitur.*

1. Si approbentur vera pro falsis: 2. improbentur vera pro falsis: 3. habeantur incerta pro certis: 4. certa pro incertis. Augusl. enchirid. ad Laurent. c. 7.

§. 3. *Varius est.*

1. *Hominis* in itinere, Genes. 21, 14. c. 37, 15. Deut. 27, 18. vel in terra deserta & solitudine, Ps. 107. v. 4. 40. Heb. 11, 38.

2. *Animalis*, Exod. 23, 4. Deut. 21, 1. Matth. 18, vers. 12. 13. Spectat huc error ovium Esa. 53, 6. 1. Petr. 2. v. 25. qvibus homines assimilantur. Ideoque

3. *Error*, i. e. *status peccati* & miseriæ, in quem omnes sumus conjecti: hinc vocamur oves errantes 1. Petr. 2. v. 25. Esa. 53, 6. Psalm. 119, 178. & impii ab utero errare dicuntur, Psalm. 58, 4.

4. *Error pro falsa de Deo sententia* vel falsa religione, ut Deut. 13, 5. Matth. 22, 29. Marc. 12. vers. 24. Ps. 119, 111. sive error à fide, 1. Tim. 6, 10. Jacob. 1, 15. c. 5, 19. 2. Pet. 2, 15. Judæ epist. v. 3. Apoc. 18, 23. Proverb. 14, 22. Errant, qui operantur malum.

5. *Impœnitentia*, Psalm. 95, 10. Tit. 3, 3. Hebr. 13, 10.

6. *Intemperantia*, Esa. 19, 14. c. 28, 1. 7. 1. Cor. 6, 9. Gal. 6, 7. *Pro avaritia*, 1. Tim. 6, 17. Avari enim sunt sicut filii Israël, qui pro Manna pepones eligebant. O erroris cœcitatem! Num. 11, 25. Sic pro cœlesti manna divitias expetunt unicè avari. *Pro sinistro affectu* eorum, qui mero favore ducti suos promovent, qui tamen ad officia gerenda non sunt idonei. Similes hi sunt iis, qui pro auro plumbum captant, & cum cœco Isaaco non considerant, quis eligendus sit.

7. Τῆς φιλαυτίας quoque error est Prov. 14, 12. Est via, quæ videtur homini recta, &c. Cùm quis sibi suisque viribus plus justo tribuit, & in se confidit. Protinus hinc error nascitur Pharisæo illi Luc. 18. vers. 11. & aliis communis.

8. *Error bonorum exemplorum:* Cùm quis ab his aberrat, non intuens exempla bona, sed mala, sed scandalosa; ac bona quidem intueri jubet Apostolus 1. Tim. 1, 16. Misertus est mei (Christus) ut in me primò ostenderet omnem clementiam, & essem exemplar iis, qui credituri essent ipsi in vitam æternam, Philipp. 3, 17. Estote pariter imitatores mei, 1. Corinth. 11, 1. 1. Petr. 2, 21. Heu quoties ab exemplo Christi, humilitatis, mansuetudinis miseri descivimus & aberramus! Duc nos Christe manu tuâ, ne à te aberremus, in quo nobis omnia sunt, qui nobis lux es, ne offendamus: via es, ne cespitemus.

§. 4. *Errorum causæ & adminicula*

Plurima sunt quæ nos ad illos inducunt.

1. Si devies ab ordine, quicunque demum fueris, protinus erras. Id enim est errare, scil. extra ordinem ire: sive ordo sit α. virtutis; sive β. mediorum: verbi gr. sic planetæ errare dicuntur, quod à consueto stellarum motu desciscant. Huc spectat tabula Cebétis, ostendens, quomodo a tramite virtutis homines abducantur: Melior Christi monela Matth. 7. 13. Intrate per portam angustam.

2.Si a via præfixa & propoſita. Sicut errant ambulatores, qui viam regiam relinquunt, Sapient.5,6.Hebr.12,13. quod claudum eſt, ne abducatur a via.

3. Si deficiat lumen: omnes enim ſumus in nocte cœcitatis & ignorantiæ. Lumen ſi abſit, erras; adhibe ergo verbi lumen, & non errabis. Pſalm.119.verſ.106. Lucerna pedibus meis, &c.

4. Si adſit inadvertentia, & abſit prudentia. Hinc rectè Auguſtinus monet in Pſ.31. Si non caveas ſcopulos, aberras.

5. Cum intellectus non rectè apprehendit, nec ſub congruis notionibus. Sic Idololatræ falſis oculis Deum aſpiciunt, nec metiuntur, prout ſe in verbo ſuo revelavit.

6. Cum homo ſuis innititur cogitationibus, Sir.23,2.& diſciplinam ſive Doctorem relinquit, Proverb.10,17. & bona exempla non imitatur.

7. Societas malorum; cùm malos homo ſequitur. 1.Cor.15,33. Corrumpunt bonos mores colloquia prava.

8. Turbidum objectum nonnunquam errare facit, ut, ſi quis nebulam videndo aberret a re viſa, vel ſi quis per tinctum perſpicillum res contempletur.

9. Ignorantia ſcripturæ. Matt.22,29. Erratis, neſcientes ſcripturam & virtutem Dei.

10. Si homo conſiliis attendat, ſine Deo, Eſ.47.v.12.13.

§.5. *Alii 8. cauſas recenſent, & ſunt*

1. *Ignorantia*, Eph.4,25. Omnes verſamur in antro illo Platonis, lib.6. de Repub. Umbras rerum videmus: ex parte cognoſcimus, 1.Cor.13. Lumen altioris ſcientiæ oculos noſtros perſtringit. Vid. tit. *Ratio humana*.

2. *Negligentia*, cùm quis conſcientiam negligit.

3. *Superbia*: cùm quis intellectum non vult captivare ſub Chriſti obſequium, 2. Cor. 10,4.5.

4. *Singularis obſtinatio*, qua quis ſuæ τῇ προλήψει & præconceptæ opinioni ſervit, v.g. cum Apoſtoli regnum Chriſti politicum ſibi ſomniarunt. Auguſtinus libr.3.c.1. contra Petilian. Adverſarii veritatis convicti errorum, non tamen pergunt in veram ſententiam. Ut ignis appoſito ligno non ceſſat urere: ita nec homo malus rationibus placatur. Chryſoſtom. homil. 42. in Matt. Sic Judæi Chriſto credere nolebant, Matt.22. de nummo Cæſaris agentes. Sadducæi etiam de reſurrectione mortuorum.

5. *Affectus inordinatus.*

6. *Puſillanimitas nimia.*

7. *Perplexitas objecti, in quo erratur.*

8. *Mentis inſtabilitas*, qualis eſt in Scepticis. Jacobi 1,6. qui dubitat, nihil accipit.

Addi poteſt oſcitantia quærendi Deum, Jer.10,21.Rom.1.Act.14.

Sir.11,10. Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt; hoc eſt: cum homines in peccata incidunt, mox etiam in errores ruunt, vitæ ſcilicet, & conſiliorum triſtium, quia peccatum gignit imprudentiam, & intellectum obtenebrat, Joh.15,40.

§.6. *Effectus Erroris eſt*

In genere, vacillare & dubium eſſe, Thren. 4,13. Exemplum: Marcion ſæpe exomologeſin fecit, mox verò receſſit & fidem mutavit: quare? quia arundo fuit, Matt.11,7.Tertul.c.30.

In ſpecie, à vera fide deviare, quod fit multis ex cauſis:

1. eſt, Ignoratio ſui ipſius, cum exiſtimat homo, poſſe ſe omnia capere & metiri ſuo intellectu: vel cùm ea non intelligit ſive capit, quæ alii intelligunt.

2. Intellectus averſio à reb. credendis. Amant enim plurimi errores ſuos, ut ea, quæ his contraria ſunt, nolint recipere. Joh.1,11. Sui eum non receperunt. Joh.12,37. Quum Jeſus tot ſigna edidiſſet, non credebant in eum, quia nempe (ut & v.36.) à luce ſe avertebant, Prov.1,24. Sic hodiè minimè mirum eſt, multos Calvinianos nobis teterrimos errores adſcribere, cum ſanæ ſententiæ noſtræ explicationem minimè audiant; ſed à luce veritatis ad præconceptas opiniones de monſtroſa omnipræſentia & Capernaitica corporis Jeſu Chriſti laniena (quam utramque qui docet, anathema ſit!) pertinaciſſimè convertant ſeſe.

3. Objecti credendi myſtica ſubtilitas, quæ non eſt ex ſenſu & ratione penſanda: ſed fide credenda. Senſus cœcus dux eſt ad credenda: & ſicut cœcus de coloribus judicare non poteſt; ſic nec ſenſus aut ratio extra verbum de fidei myſteriis. Lux cœco fruſtrà affulget: ſic myſteriorum lux fruſtrà proponitur hominibus non illuminatis. Vide infra tit. Myſterium.

§.7. 4. Multiplex iniquitas, quæ hominem deviare facit a fide: e.g.

(α) Negligentia quærendi Deum, eumque orandi, ut det lumen fidei: fides enim a Deo datur: Marc.9,25. Credo, domine, adjuva incredulitatem meam: 1.Johan.5,20. Dedit nobis ſenſum. Sicut enim ſol non videtur ſine lumine ſolis: ita nec Deus cognoſcitur ſine Dei lumine. Pſalm.36,10. in tuo lumine videmus lumen.

(β) Vita impia. Sap.1,4. Sapientia non intrat animam malitioſam, nec in corpore peccatis obnoxio habitabit. Pſ.14,1. Dixit ſtultus in corde ſuo, non eſt Deus. Hanc impietatem ſequitur Satanæ captivitas, 2.Tim.2,26.

(γ) Superbia. Bernh. alicubi: Superbo oculo veritas non videtur, ſincero patet. Gloſſ. in Jerem.49. verba, *Arrogantia tua:* Omnis (ait) hæreticus arrogans, quia ſuperbia facit hæreticum, non ignorantia. Matt.23,37. volui, tu noluiſti. Huc Arii faſtus, huc Neſtorii ſuperbia. Actorum 13. verſ. 46. Judæi repellunt Dei verbum.

Erroris effectus eſt faſcinare homines, Galat.3.

(δ) Inordinatio affectuum: quo ſpectat timor nimius, puſillanimitas, amor favoris mundani, 2.Timot.4,10. divitiarum, Matt.19,21.22.

Cogna-

cognatorum, honoris, virorum gravissimorum, Joh. 7, 47. seq. Joh. 12, 43. dilexerunt gloriam hominum. Joh. 5. v. 44. quomodo credere potestis, qui gloriam ab invicem recipitis? Joh. 1, 5. dilexerunt magis tenebras, quàm lucem.

(ε) Odium factiosum & personale. Plurimis enim factio magis est cordi, quàm religio.

(ζ) Pertinacia inveteratæ opinionis, qualis erat Apostolorum, de regno Messiæ temporali: & resistentia hostilis, ut in Pharisæis, qui de Christo in conscientia convicti erant, Joh. 3, 2. Matt. 22, 16. Actor. 7, 51.

(η) Vita voluptuosa: Hæc epulonem à regno Dei avertit, Luc. 16, 19.

§. 8. *Errores difficulter emendantur.*

Quod vidimus in Apostolis, errantibus de regno Christi. Judæi existimabant donum Spiritus Sancti non posse effundi in gentes, Act. 10, 45. Seneca alicubi de vita beata: Nemo sibi tantùm errat, sed alieni erroris causa & autor est. Augustin. ab undevicesimo ætatis suæ anno ad duotricesimum seductus fuit. August. tom. 1. col. 86 b.

§. 9. *Labuntur tamen suo tempore.*

Sicut corpus putridum, domus vetustate consumta tandem corruunt, nullo movente. Chrysost. in Babyl. Martyrem de Gentilium superstitionibus loquens.

Error unus multos secum trahit.

Qui semel aberrat in quadrivio, in varia demum compita viarum devolvitur: sic, qui semel incipit errare, errando pergit, & qui incipit cadere de monte, non quiescit, donec terram petat.

§. 10. *Officia nostra circa errantes, sive nos, sive alios.*

1. Eos in viam reducere, ab exemplo Dei, Ps. 119. vers. ult. Ezech. 34. Sir. 18. Christi, fidi pastoris, Luc. 15. vers. 4. A necessario: anima enim lucrifit, si reducatur ab errore in viam. A lege charitatis, quæ nobis imperat hoc officium. A minori: Bos proximi errans in viam revocandus, Exod. 23, 4. multò magis homo, maximè cognatus. Chrysostomus homil. 3. in Genesin fol. 4. a. §. Salutis memores. Idem etiam fiet, si initiis errorum obviemus. Rectè Aristoteles: Nullus error est tàm parvus, cui nisi actutum occurratur, præscindanturque primordia, temporis progressu in immensum augeatur, ab pestiferos funestosque fructus edat.

2. Pro iis orare. Christus orat pro Judæis: Stephanus pro iisdem, Actor. 7, 60. In Litan. communi oramus, velit Deus errantes reducere. S. Monica pro filio Augustino maximas preces fudit.

3. Relinquere errores: Errare equidem humanum est, sed perseverare Diabolicum. August. lib. de Baptismo, Sir. 4, 30. 31.

4. Misericordiâ tangi erga errantes, Gal. 6, 1. 2. nam in multis labimur omnes.

5. Damnare tamen errores: (personis Deo relictis.) Approbat hoc Perkinsius p. 523. Catechismi: & ipsa Reformatorum Dd. praxis in disputationib. elench. Non autem connivere ad illos. C. error. dist. 83. c. facient. d. 86.

6. Errores obstinatè non defendere. Sumus enim in hac vita, tanquam in tenebricoso Platonis antro. (Vide Platon. libro 6. de Republica) in qua umbras sequimur magis, quam lucem.

§. 11. *Exempla errantium.*

Apollinaris, vir alias doctissimus. Vincent. Lyrin. cap. 16. Origenes cap. 23. ibidem apud Vincent.

ERUBESCO. *V. Pudor. Pudet.*

ERUDITIO. *V. Doctrina.*

ESAIAS.

§. 1. Filius fuit Amos, propheta excellentissimus, Sir. 48, 23.

Evangelista, c. 7, 14. c. 9, 1. 2. seq. c. 35. c. 53.

Martyr fuit, quia serra a Manasse dissectus est. Origen. hom. 1. in Esaiam. Hieronym. lib. 15. in Esaiam in fin. Chrysost. epist. ad Cyriac. Epiphan. in vita Esaiæ. August. libro 18. c. 24. de Civit. Dei. Autor operis imperfecti homil. 46. in Matt. Et quidem lignea serra. Tertullian. in carmine, quod acrius invectus esset in principes.

Tempus vaticinii ejus fuit 800. annis ante Christum natum.

§. 2. Excellentiæ ejus sunt: 1. Dei visio, c. 6. 2. Inflammatio ejus per Seraphim, ibid. 3. Eloquentia & grandiloquentia summa. 4. Evangelica vaticinatio.

ESAVUS. *V. Edom.*

ESDRAS, ESRAS, ESRA.

Nomen hoc notat auxiliatorem ab Hebræa radice עזר Juvit.

Sacerdos fuit filius Serajæ, 2. Regum, 25. 1. Chron. 6.

Patruus vel frater Jesu, sacerdotis magni, reducis una cum Zorobabele, sub incunabula regni Cyri, anno 7. Artaxerxis Longimani profectus Solimas, librum legis populo prælegit Nehem. 8. instituto ministerio publico. Biblia (ac si planè amissa ac combusta fuissent) non ex memoria restituit, contra veterum quorundam sententiam.

Nobiscum facit Torniell. in annalibus & Genebrardus lib. 2. Chronologiæ.

Malachias non fuit ille Esdras, ut putat Chaldæus paraphrastes.

ESSÆI.

Tota die scripturas tractabant, easque allegorico sensu explicabant. Philo libro de vita Theodoric. Confer Epiphan. & Josephum lib. 18. c. 18. eundem lib. 2. c. 7. de bello Judaico.

Docebant 1. omnia voluntate Dei fieri: 2. animarum immortalitatem: 3. omne juramentum esse illicitum: 4. Mosen post Deum summè honorandum: 5. Patrum scripta magnificienda: 6. Communi præfecto sodalitii parendum: 7. vitam cœlibem laudabant: 8. communes facultates habebant: 9. non mercabantur, non vendebant: 10. albo vestitu utebantur: 11. legem Deuter. 23, 15. accuratè obser-

observabant: 12. ante solis ortum Deum laudabant: 13. hora quinta diei conveniebant in commune cœnaculum, præmissis precibus, iisdem epulas sequentibus, induti sacris vestimentis: 14. Post prandium, depositis sacris indumentis, ad sua quisque opera recedebat: 15. per tres integros annos prius explorabant eos, quos in sodalitium suum recipere volebant. Sixtus Senens. lib. 2. Bibl. Sanctæ, titul. Traditio.

Essæos ac Jesuitas nominis derivatione comparat inter se Cornel. à Lapid. fol. 125. b. 2. in Acta Apostol. ita scribens: Essæni nuncupati sunt, quasi ὅσιοι, Sancti, ait Euseb. l. 8. præpar. Evang. cap. 4. ex Philone: vel a Jesu, quasi Jessæi, Jesuæi, Jesuini, Jesuitæ, &c. Hem remotam notationem!

ESSE.

Esse cum Christo, Philip. 1, 23. explicatur 2. Cor. 5. 1. Thess. 4. Significat præsentiam Christi gloriosam, quæ non excludit generalem. Conf. Muscul. in Phil. 1. d. l.

ETHNICI. *V. Gentiles.*

EVA.

Mater viventium, uxor Adami, à Deo ex costa formata. Parabola est ecclesiæ, quæ ex latere Christi formata est.

EVANGELIUM.

Ambiguitas vocis.

§. 1. Notat apud profanos Autores 1. Lætum de hostibus victis nuncium. Plutarch. in Phocione, Sertorio, Pompejo, Artaxerxe. 2. Munus nuncio, pro nuncio hoc, datum. Homer. Odyss. 3. 3. Sacrificium, ob victos hostes immolatum. Plut. in Phocione. Prioris acceptionis, ut & secundæ, extant in Hebr. V. T. canone exempla, ut 1. Sam. 4, 10. 2. Sam. 18, 19. 1. Sam. 31, 9. 2. Sam. 1, 20.

§. 2. Apud sacros 1. Annunciationem rei magnæ, 2. Reg. 7, 9. 10. liberationis & consolationis, Esa. 61, 1. 2. Jer. 20, 25. Zach. 9, 11. 2. Doctrinam Evangelii & legis simul, Marc. 1, 14. Luc. 9, 16. Act. 20, 21. 3. Ipsum docendi officium ac ministerium, Matt. 4. Marc. 16. Luc. 4. Roman. 1. ac præconium de Christo publicum, sive in veteri, sive in N. Testamento. 4. librum Evangelistæ hujus vel illius, ut, Matthæi, Marci, &c. 5. Περικοπὴν aliquam ex Evangelio, quæ proponuntur sectiones diebus Dominicis & festis. 6. Strictissimè pro concione Evangelii ipsius de remissione peccatorum, & gratia Dei ob Christum.

Verè dari Evangelium constat

§. 3. (1) Ex apertis Scripturæ testimoniis, Evangelii mentionem facientib. (2) Promissionibus de Evangelio, Jer. 31. Gen. 3, 15. Gen 12. c. 22. c. 26. c. 28. c. 49. Deut. 18. (3) Necessitate conversorum, ut sint certi de gratia Dei in Christo: luctantium cum tentationib. quas non nisi voce Evangelii superamus. (4) Typis variis & involucris sacrificiorum. (5) Orationib. piorum in V. T. non nisi gratia mediatoris nixis. Dan. 9. Audi nos Domine propter Dominum. Psal. 23. virga & baculus tuus. V. Luther. in hunc Psal.

Quid sit?

§. 4. Evangelium est altera pars doctrinæ cœlestis & mystica, quæ docet & offert omnibus hominibus gratiam Dei in Christo, ob quem solum peccata nobis remissa sunt, omnisque salus & justitia nobis acquisita sunt. Seu: Est potentia Dei ad salutem omni credenti, Rom. 1. (Strictè vox accepta non notat prædicationem pœnitentiæ) Rom. 16, 25. 26. Eph. 3, 9. Col. 1, 26.

Causæ.

§. 5. Efficiens prima Deus est, annunciando, Gen. 3. v. 15. ipse Dei filius, offerendo, ut fidem producat; applicando, quatenus fidem requirit & exigit. Impellens interna, Dei misericordia erga peccatores: externa, miseria hominum. Ministeriales causæ angeli, Luc. 2, 10. οἰκονομικῶς ipse Dei filius, promittens semen benedictum, posteà annuncians Evangelium, Eph. 2. hinc minister circumcisionis Rom. 15. dicitur: Item, Prophetæ & Moses: Evangelistæ: Apostoli: Omnes ecclesiæ Doctores & Evangelii hujus præcones, qui grati & accepti esse debent, Psal. 68. v. 15. 16. 18. Ps. 84, 8. & 85, 11. Esa. 33, 7. c. 52, 7. c. 60, 8. c. 61, 6. Nahum. 1, 15. Rom. 10, 15. 2. Corint. 5, 19. c. 10, 1. Instrumentalis recipiens est fides. Offerens, verbum & Sacramenta.

Materia:

§. 6. 1. Ex qua, sunt promissiones, salutem offerentes omnibus, Act. 20, 27. & ipse Christus illarum basis & fundamentum, cum omnibus meritis.

2. In qua (α) Symbolicè Sacra Scriptura Veteris & N. T. 1. Pet. 1, 12. (β) Subjectivè anima fidelis, apprehendens verbum Evangelii, cui unicè & in solidum innititur, Jer. 31, 33. scribam legem.

3. Circa quam. Occupatur in Christi bonis & beneficiis, nobis offerendis: circa homines fideles, pœnitentes, cœcos, ut illuminentur, Act. 26, 17. 18.

Forma.

§. 7. Est læta ipsa annunciatio, per hanc enim Evangelium est evangelium & non lex: item, gratuita remissio peccatorum ob Christum.

Finis Multiplex Evangelii.

§. 8. 1. Gloria Dei; bonitatis, misericordiæ, in Christo exhibitæ.

2. Manifestatio mysterii, ante absconditi, Rom. 16.

3. Revelatio consilii Dei de nostra salute.

4. Animarum mœstarum exhilaratio per Evangelii vocem. Matt. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis: ego reficiam vos.*

Effectus.

§. 9. Tollit ægritudinem animi, quæ ob peccati conscientiam nos affligere solet. Matt. 11, 29. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos. Alphons. rex, æger Capuæ factus, frustrà adhibitis medicamentis, Alexandri M. historiam tanta aviditate legit, ut protinus omni morbo sit liberatus. Panormit. de reb. & dictis Alphonsi regis. Quid non præstabit Evangelium Christi lectum? quod est potentia ad salutẽ omni credenti, Rom. 1, 16. certè, vera

vera fide si apprehendas hanc doctrinam, ab omni animæ morbo liberabere. Vide exemplum Act. 15, 31.

Fœcunda reddit corda. In Paradiso ex uno fonte quatuor flumina universam horti terram irrigantia progrediebantur: Fons est Jesus Christus in horto ecclesiæ, fons omnis scientiæ, omnisque justitiæ, Johann. 1. 1. Corinth. 1. ultimo. Ex hoc fonte quatuor flumina, hoc est, quatuor Evangelistæ promanarunt.

Mollia quoque corda facit. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, ait Psaltes: Cur non mollescat cor hominis, cujus causa Dominus descendit, & Evangelium promulgavit? Psal. 97, 5.

Ex gentibus Christianos fecit. Qui enim aliàs idolis adhærescebant, ii per Evangelium conversi, Christo nomen dederunt, veteres mores abdicarunt, Ephes. 4, 22. & impietatem abnegarunt.

Ecclesiam multiplicat: sicut post mortem Josephi Israëlitæ maximè creverunt, Exod. 1, 7. Sic post mortem & ascensionem Christi è semine Evangelii mirum in modum ecclesia amplificata est. Augustinus tom. 10. column. 774. a.

Non docet perseverare in peccato, Rom. 6. 1. Salvat, Rom. 1, 16.

§. 10. *Adjuncta.*

1. Unitas in veteri & novo Testamento, ratione substantiæ.

2. Æternitas, Rom. 16, 15.

3. Obscuritas. Non enim naturâ notum est, πῶς, ut lex, 1. Cor. 2, 7. 8. 9.

4. Universalitas. (α) ratione temporis. Idem enim & unum est quovis tempore, tam in V. quam N. Testamento. Ut Galli media nocte non omnes simul cantant, sed sibi per vices quasi cantando succedunt; illucescente verò die omnes simul orientem solem cantu salutant: sic Prophetæ in Veteri Testamento sibi invicem successerunt, & de futuro Christo, Evangelii materia, subinde cantarunt; sed apparente jam Jesu Christo, sole justitiæ Malach. 4. v. 2. omnes simul vocem extollunt: Simeon, pastores Bethlehemitici, Elisabetha, Angeli, magi. (β) Ratione subjecti, omnibus hominibus prædicatum est ex consilio Dei, Joh. 3. v. 16. Roman. 5, 10. cap. 11, 32. 1. Tim. 2, 4. 2. Pet. 3, 9. (γ) Ratione loci, quia omni in loco & apud omnes creaturas prædicatum est 1. Ex mandato Domini, Matt. 28, 19. Marc. 16, 15. Coloss. 1, 6. 23. 2. Ab executione Apostolorum, Marc. 16. ultim. Rom. 10, 19. 3. A typo. Manna per tota castra sparsum fuit, Exod. 16, 13. sic Evangelii Man sparsum est per universum orbis habitabilis circulum. Confer Fevvardent. fol. 24. n. 2. in Irenæum, ex Egesippo lib. 2. c. 12. idem fatentem.

5. Differentia a lege.

6. Pretiositas. Evangelium de devicto ab Helvetiis Carolo Burgundo Ludovicus XI. Francorum Rex acceperat, hinc 150. pondo argenti in abacum dari jussit. Æmilius l. 10. Zvving. fol. 105. a. §. cæso. Nos multò magis Evangelium magni æstimemus, Rom. 1, 16. potentiam Dei ad salutem omni credenti.

7. *Prædicatio* Evangelii in toto terrarum orbe, tot miraculis confirmata ubivis locorum, Marc. 16. Domino cooperante, Col. 1, 23.

§. 11. *Varia nomina Evangelii.*

Aqua vitæ, cujus fons est Jesus Christus. Hic enim 1. omnia bona in Evangelii doctrina oblata suo merito acquisivit: videlicet remissionem peccatorum, Coloss. 1, 14. justitiam, 1. Corint. 1. ultim. & vitam æternam, Johann. 3, 16. 2. Suo ore prædicavit eadem bona, Matth. 4, 23. Act. 10, 36. Ergo ex hoc fonte Jesu Christo, Johan. 4. v. 14. aqua illa vitæ profluxit, hoc est, Evangelii doctrina, ratione acquisitionis & prædicationis. Est autem hic 3. Aqua vitæ (α) vivos nos reddens, qui aliàs in peccatis sumus mortui, Ephes. 2. vers. 1. (β) refrigerans æstum conscientiæ, cum & nobis insusurrat hæc verba: confide fili, & filia, &c. Psalm. 32, 1. (γ) mollefaciens corda nostra, Jerem. 31, 33.

Framea acuta è Psalm. 149, 6. Augustinus in h. l. tomo 8. column. 1746. d. 1747. a. de spirituali destructione mundi per Evangelii prædicationem rectissimè exponit; nam horsum etiam collimat Apostolus 2. Corint. 10. vers. 4. Arma, inquit, militiæ nostræ non carnalia sunt; sed Dei potestate valida, & ad subversionem munitionum, vers. 5. dum ratiocinationes evertimus, omnemque subtilitatem, &c. Itaque doctrina Evangelii verè gladius est; sed 1. spiritualis, quales enim milites, tales sunt & gladii, Ephes. 6, 17. Qui ferreo gladio utuntur, carnales sunt. 2. Validus & potens gladius, Dei virtute, Roman. 1, 16. 3. Efficax, nempe (α) Munitiones, ratiocinationes, sublimitates subvertendo: quas ὀχυρώματα sunt rationis argutiæ contrà mysteria Evangelii adductæ, sunt arces & propugnacula impietatis & idololatriæ, quæ per Evangelium funditùs sublata sunt. Vide supra tit. Christus §. Nativitatis Christi consequentia. (β) Omnem cogitationem captivam ducendo: docet enim Evangelium cogitationes compescere & captivare, ut ex illo solo Deum agnoscamus.

§. 12. Cœna illa magna, Luc. 14. v. 16. Augustinus tomo 10. col. 126. d. sermone 33. de verbis Domini sec. Luc. Dicitur autem Evangelium cœna (1) ob temporis seri rationem: Mundi enim quasi vespere demum promulgatum est Evangelium in plenitudine temporis, Gal. 4, 4. (2.) ob ferculorum apparatum. Esa. 25, 6 Magna dona in hac cœna, Psal. 17. v. ult. quibus satiamur. Magna autem vocatur, ob magnam Domini liberalitatem, quam in hac cœna exercuit; ob hospitum multitudinem, invitati enim sunt omnes: venite ad cœnam, venite ad nuptias. Ob pacem magnam, quam adfert, cui præcinunt angelici chori Luc. 2, 14. Aug. tom. 10. col. 34. a. b.

§. 13. Lex libertatis, Jac. 1, 25. Sed cur & quomodo? 1. Est lex perfecta (α) in oppositione legis Mosaicæ, quæ imperfecta erat eo respectu,

quòd nos minimè salvare potuerit, Heb.7,19. Sed instar pædagogi duxerit, Galat.3,24.c.4,2. gratia verò & veritas per Jesum Christum facta est, Joh.1,17. (β) In propositione Evangelii clarissima, quæ in plenitudine temporis demum facta est, Gal.4,4. (γ) In adimpletione typorum luculentissima, Heb.10,1.quæ in Christo facta est, Col.2,17.2. Lex est libertatis, id est, Doctrina libertatis: (vox enim lex, תורה generalissima est) α. veram libertatem docendo, eam à Christo esse, Joh.8,54.Rom.6,20. Actor.15,10. Gal.2,3. Hebr.7,12. Rom.6,14. 2.Cor.3,17. Gal.5,18. 1. Tim.1,9. β. Spiritum S. qui liberè in nobis agit, donando, Gal.3 2.3. Nam per Evangelii doctrinam datur Spir.Sanctus, non per legem.

§.14 Lux clara 2.Cor.4,4. Evangelii doctrina appellatur; contrà, falsa doctrina pseudodoctorum nihil est nisi tenebræ, & tenebras mentis parit, Satanâ obstetricante,d.l.2.Cor.4. Evangelii verò lux 1. Orta est à sole justitiæ, & luce illa Jesu Christo, Malach 4,2.2.Johan.1,9. 2.Tim.2,9.10. 2. Exhilarat nos pressos sub nocte & tenebris legis, Ps.18,28. Rom.13,12. & typorum variorum, Coloss.2,17.Hebr.10,1. Tenebrarum verò est, terrere homines. 3. Discernit, & nos discernere facit cor Dei Patris miserentis. Ps.103,13. à corde Dei Judicis severissimi, Joh.3,17. 4. Viam monstrat per Christum ad patrem, Joh.14,5. Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Viam per charitatem, ad proximum diligendum, Tit.2,11. 5. Illuminat nos, ut lucifer in cordibus nostris oriatur, 2 Petr.1,19.20. luce charitatis Domini imbutis, 2.Cor.3,18.

§.15 Pluvia Ps.68,10. 1. Larga, liberalis, optata. Omnia enim hæc phrasis Hebræa significat נדבות Erat enim pluvia hæc multum expectata & desiderata à Patribus veteris Testamenti, Esai.61,1. 2.Mitis. Mitis enim erat Dominus pluviæ hujus, Matt.11,29. Discite à me, quia mitis sum. 3. Ultrò fluens: nam ex evangelii pluvia multi fluunt latices alii, 1. Corint.1. ult. 4. Longa & lata: nam hæc pluvia pluit super universum orbem, Col.1,23. 5. Meritò nostro non impetrata. Solius Dei donum est gratuitum, quod Evangelii doctrinam filius Dei è sinu Patris protulit, Joh.1,18. Vide plura Alleg 1068.in Promptuar.

§.16 Thesaurus, non corporalis, sed spiritualis, Matth.13. & quidem 1. antiquus, inde à Paradiso usque ad nostra tempora propagatus. 2. Cœlestis & divinus à Deo revelatus, Joh.1. Filius enarravit nobis. 3. Christi sanguine, martyrum morte & Spir.S. testificatione obsignatus, Rom.8.

Virga Mosis Exod.7,12. quæ discussit serpentes idololatricas Magorum & Ethnicorum Gentilium. Augustin.tom.9.col.989.d.sermone 1. de cataclysmo. Serpentes hi erant præstigiæ & oracula Satanæ, quæ omnia Christo nato & Evangelio angelico de cœlo prolato Luc.2,10. obmutuerunt. Vid. titul. de Christo §.Nativitatis Consequentia. His paria habet Augustinus tom.10.col.78.c. quod Evangelii sapientia omnem mundi sapientiam devoraverit & consumserit. Vox potens, Ps.28.v.5.6.7.

§.17 *Officia Evangelicorum sunt*

1. Gratias agere pro verbo. 2. Benè sperare de gratia Dei. 3. De perseverantia nostra, Philip.1,4. Apostolorum fidem, pietatem, patientiam imitari. 5. In nos respicere, ut delitescamus, Philipp.1. optima probemus, & fructibus justitiæ repleamur. Vide singula suis locis.

Communio Evangelii. *Vid. titul. Communio.*

Evangelium S.Johannis de collo suspensum, *vid.tit. Collum.*

EUCHARISTIA,

Quatenus cœnam Domini significat, de ea infra agendum titul. de Sacramentis §. Cœna Domini.

EUNUCHUS.

Eunuchismus triplex. Non huc spectat castratio manu hominum facta, quæ meritò respuitur. Origenes narratur se exsecuisse. Euseb. lib. 6. c. 6. Nicephor.lib.5.c.8.Epiphan.c. hæresin 64. C. Espensæus f. 868. oper. Zonaras tom. 2. ann. in Severo Imperatore. Prohibita est hæc castratio canon. Nicen. I. nec est incontinentiæ remedium. Basil. epist. 87. ad Basiliam. Gregor. Nazianz. in funus Basilii. Ejusdem in Athanasii funus. Idem. orat.30. in dictum Evangelii.

1. Nati Eunuchi, Matt. 19. 2. A persecutoribus exsecti.

De Panionio legatur Herodotus libro octavo, qui multos pueros castrans tandem ipse ab Hermotimo castratus est, unà cum filiis quatuor.

EXACERBATIO. *V. Deus. Item Ira Dei. Item Tit. Zelus.*

EXALTATIO.

Multiplex est:

1. Dei exaltatio, quando exaltat humiles, 1. Petr.5,6. activè: passivè, cum à nobis exaltatur & laudatur. Vid. tit. Gratitudo.

2. Christi exaltatio (α) in cruce, Joh.3,14. (β) In cœlo, ascendendo, Philip.2,9. (γ) olim in judicio: ibi enim justitia Christi exaltabitur, quæ in hoc mundo aliàs depressa jacet, 2. Thessal.1,7. Exercetque se hæc justitia Salvatoris nostri 1. in superbis, publicè & potenter dejiciendis: 2. in pauperibus potenter vindicandis, 2. Thess.1,8.9. 3. in humilib. clementer judicandis. Matt.25,34. Venite Benedicti patris mei, &c.

3. Mundi & Satanæ, quæ magis deprimit homines. Hanc ambierunt Protoplasti, & humiliati dignitateque sua exuti sunt, Gen.3. Roman.5,12. Haman à mundo exaltatus à mundo humiliatus est; atque hoc sensu impii ad suprema evecti, tandem instar rotæ ad ima detruduntur. Claudianus: tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant. Vid. tit. Superbia.

4. Im-

4. Impiorum exaltatio multis fit modis: 1. Præsumtione & superbia; hâc Pharisæus inflatus erat Luc.18,11. 2. Elatione & jactantia. Dan. 4,27. Hæc est illa Babel. 3. Vanitatis operatione, cui ex asse vacant impii, Ecclesiast. c.1. & seq. Psal. 49,17. & 39,7. 4. Vel dic, impios elevari & exaltari corde, ore, oculis, Ps. 131,2. opere; sic Pseudo-Apostoli opere erant elati, quod igne probandum esse docet Apostolus 1. Cor.3,12.13. seqq.

5. Pii verò exaltantur (1) Desiderio ad Deum, Coloss.3,1. (2) Timore Domini, Sir.40, 26. (3) Humilitate, Luc.18,14.

EXAMEN

Conscientiæ. V. Conscientia. In Confessione instituta, vide Castit. in opposit.

EXASPERATIO. *V. Deus. §. Ira Dei.*

EXAUDITIO. *V. Deus.*

Prout exauditio est fructus charitatis & compassionis, item effectus precationis: ita vide suis locis Exaudire Synon. Non tacere ad lachrymas, Ps. 39,14. Clamor venit ad aures, Psal.102,2. inclinat Deus aures, vers. 3. Convertit se Deus ad preces, v. 18. audit gemitus, vers. 21. d. l.

EXCANDESCENTIA. *V. Ira.*

EXCOECATIO. *V. Cæcitas.*

EXCELSA.

Loca olim Idololatriæ adhibita fuere.

In his immolabat Salomo, 1. Reg.3, 3. ideò reprehensus à Spiritu Sancto.

Samuel & Elias peculiari Dei mandato in excelsis immolarunt: non abrogata tempore Josaphat, 2. Chron.20, 33.

§. 1

EXCOMMUNICATIO. *V. Censura,* apud Ravanell.

Est potestas divinitùs instituta & certo ordine limitata, commissa servis Dei, ut è legis prædicatione errantes in viam revocent, & in peccatis contra conscientiam de industria perseverantes ab Ecclesia & donorum spiritualium communione excludant, donec ad meliorem redeant frugem.

§. 2 *Varia nomina Excommunicationis.*

1. Potestas clavium, quæ peccata ligare dicitur, Matth.16,18. Joh. 20,23.

2. Bannum à Longobardis in Italiam illatis peregrinis vocabulis, inde verbum bannire, & apud Germanos, verbannen.

3. Traditio Satanæ facta, 1. Tim.1.

4. Græcis ἀνάθημα dicitur, ut videre est in libro Conciliorum, & apud Chrysost. & alios. Significat autem extremam detestationem, piaculum & fœdam rem, quales erant homines Diis manib. devoti, usus videtur sumptus ex Roman. 9, 3. 1. Corinth. 12,3. dicitur etiam ἀφορισμὸς, ut est videre in Canonibus Apostolicis, à separando, in qua significatione utitur Apostolus 2. Cor.7,11. ἀποσυναγωγὸν γίνεσθαι, hoc est, à publico cœtu alienum fieri, Joh. 9. vers. 22. cap. 12, 42. hinc ἀποσυναγωγία. Conf. Ebr. 10,8.

§. 3 *Causa.*

Efficiens primaria, seu inventor & Autor hujus ritus Deus ipse videtur esse; nam Gen. 4. vers. 16. Cain post homicidium ejicitur à conspectu Domini.

Causa secunda est (1) Magistratus, qui jure divino tenetur constituere ordinem Ecclesiasticum. Vide Nieder-Sächsische Kirchen-Ordnung p.90. 1. Cor.5,13. Matth. 18,15.16.18. Joh. 20,22. (2) Minister Ecclesiæ ordinarius, consentiente ecclesiâ: sive presbyterium totum: itaque sacerdotes his non excluduntur. Vid. Durand. in 4. sent. Christus enim Apostolis ritum hunc commendavit. Sic. 1. Cor. 5, 4. Paulus noluit incestuosum restituere, nisi prius consentiret universa Ecclesia. Vide Aretium pag.422. problemat. & Pareum in h. l. Pauli. Ergo privatus excommunicare non potest, contra Theophylact. in c. 18. Matth. nec Abbatissa sola moniales suos, vid. Lombard. d.19. q.1. nec solus Episcopus, quod vult Stapleton. in Antidot. super 1. Corinth. 5. p. 202. Huc pertinent Consistoria, quorum maxima est cùm utilitas, tùm necessitas, ad conservandam religionem veram & disciplinam Ecclesiasticam. Erasmus Sarcerius peculiari tractat. de Consistoriis p. 214. Hæc verò repræsentant totam ecclesiam, cujus sunt claves quoad jus & possessionem, Matth. 16, 19. cap. 18, 19. 20. Presbyterii verò seu Consistorii, quoad exercitium & administrationem.

§. 4 *Materia.*

I. Circa quam sunt 1. homines in peccatis liberè, notoriè, ac flagitiosè viventes, 2. Cor.12. vers.20.21. cap. 13,1. admonitiones non audientes, sed pertinaciter perseverantes. 2. Fratres, sive membra Ecclesiæ militantis, Matth. 18, 15. 1. Cor.5,1.2.11.12. 2. Thessal.3,6. 11.14. Non nomen aut doctrina defuncti, ut vult Danæus in 1. Timoth.5. comm. & Isagog. part.3. lib.4. etsi errores semper & omnino etiam post mortem autorum damnandi sint. 3. Peccata graviora, 1. Corinth. 5,11. c. 6, 9. 10. Gal. 5,19.20 21. 2. Thess.3,6.14. impœnitentia, Matth.18,17. publica & notoria.

II. Ex qua sunt excommunicationis partes. Ad has spectat (1) communionis cœnæ privatio. Monentur verò, ut abstineant, ceu indigni, 1. Cor.11,27. Hi olim dicebantur Abstenti. Cyprianus libr. 5. Epist. 7. non enim sanctum canibus dandum est, Matth.7. vers.6. (2) Totalis à communione Ecclesiæ rejectio, ita ut pro Ethnicis & publicanis habeantur, Matth.18,17. & Satanæ tradantur, 1. Corint.5,5. Spectant huc suspensio & interdictum. M. Alph. Vivald. p.362. candelab. aurei.

§. 5 *Forma*

Verborum libera est, quibus excommunicatio fiat.

Paulus utitur hâc phrasi: tradere Satanæ, 1. Corint.5,4. Matth.18,17. fiat tamen in nomine Domini, 1. Cor. 5, 4. cum publicâ & personæ delinquentis, & delicti ipsius specificatione. Sic Paulus 1. Cor.5,1. incestum apertè indigitat & personam.

§.6 *Moderatio.*

1. Si pœnitentiam agat excommunicatus, omnino recipiendus est, 2. Cor. 2, 6. 2. Tardissimè accedendum est ad excommunicationis remedium. 3. Præmonitio semel iterumque instituenda.

Processus autem olim frequentatus, cum excommunicatis venia data esset, ita se habebat: 1. Sistebantur præ foribus templi aliquamdiu: 2. Humi procumbebant & remissionem peccatorum supplices petebant: 3. ad preces deinde publicas admittebantur, sed nondum ad Eucharistiæ perceptionem: 4. In hoc statu pœnitentiæ ad aliquod temporis spatium perseverabant: 5. Peccatorum & fidei suæ confessionem publicè edebant: 6. Certa opera, ut jejunium, eleemosyna, orationes &c. ipsis injungebantur, ad compensanda Ecclesiæ scandala: 7. His peractis seriàque eorum pœnitentiâ affatim perspectâ, ab Episcopo, senioribus, interveniente manuum impositione, intra Ecclesiæ gremium recipiebantur. Vide tripartit. histor. libro 6, c. 38. è Socrate libro 3. cap. 11.

§.7 *Autoritas ejus.*

Chrysostom. lib. 3. de Sacerdot. Noli contemnere Ecclesiastica vincula; Christus est, qui ligat. August. tract. 50. in Joh. Cum excommunicat Ecclesia, in cœlo ligatur excommunicatus, col. 370.

Consuetudo promulgandi.

Olim excommunicatio non fiebat memoriter, sed ex scripto Can. legum c. 2. q. 1. Confer Evagrium l. 4. cap. 38. Synesium Epist. 58. & 66.

§.8 *Pœna & mala neglectæ disciplinæ.*

Vide Euseb. lib. 8. à princip. Divinæ manus immissio §. ubi ex multa libertate. Erasmus Sarcerius de Consistoriis p. 127. Dei gravissima offensio, ibid. Evangelii despectus & contemtus. Peccatorum in omnibus statibus cumulatio. Inscitiæ in causis fidei, malitiæ & improbitatis, Oseæ 4, 1. 2. seq. Psal. 73, 6. 7. Esa. 5. vers. 20. contra omnia præcepta Dei. Vid. D. M. Sauberti Zuchtbüchlein part. 1. pagina 100, 101. sequent.

§.9 *Locus Excommunicationis.*

Debet hæc fieri in Ecclesia 1. Cor. 5, 5. ob approbationem totius Ecclesiæ & consensum: ob terrorem aliorum: ob sanctimoniam disciplinæ publicam.

Ut medicina duob. fulcris innititur, nempe λόγῳ (rationi) & πείρᾳ (experientiæ); sic Ecclesia, officina medica animarum nostrarum, duo habet fulcra: doctrinam & disciplinam.

Navis sine gubernaculo regi non potest: sic nec Ecclesia sine debito rigore disciplinæ. Cyprianus l. 2. Epist. 7. §. Quid magis, inquiunt &c.

Fermentum totam massam inficit: sic vita scandalosa; igitur censura Ecclesiasticâ averruncanda est.

Ut status Politicus & œconomicus minimè subsistere possunt sine disciplina: ita nec status Ecclesiasticus sine disciplina & clave ligante.

Sedulus hortulanus non solum plantat, sed & lolia evellit: sic minister Dei lolia impœnitentis vitæ, Jerem. 1, 10.

Paterfamilias noxia animalia suis ædibus expellit: sic quoque minister è domo Dei præfractos peccatores.

Clavis ligans est cauterium, quo putrida membra resecantur. Cyprian. serm. 5. de laps. Chrysost. hom. 36. in Matthæum.

Pastor morbidam ovem separat ab ovili. Pater inobedientem filium domo ejicit. Musicus dissonam & semifractam chordam frangit & abrumpit: ita Ecclesia &c.

Sicut mundum ab immundo olim Sacerdotes discernebant, Levit. 15. Num. 19. sic quoque pœnitentes ab impœnitentibus.

§.10 *Finis Excommunicationis & effecta.*

1. Prodest ecclesiæ, dum à contagione liberatur, ne boni inficiantur illius conversatione, 1. Corinth. 5. v. 13. Tit. 3. vers. 10. neque ob malos malè audiant, Coloss. 1. vers. 25. Eph. 5. v. 3. 4.

2. Ut reliqui timorem habeant, 2. Thess. 3, 14. 1. Tim. 5, 20.

3. Vitetur ira Domini, 1. Cor. 11, 31. & sic instituitur interior excommunicatio.

4. Voluntas hominis ad obsequium Deo præstandum inflectitur.

5. Anima salvatur, 1. Cor. 5, 5. & pœnitentia promovetur, 1. Cor. 5, 1. 2. Cor. 2. v. 7. c. 7. v. 12. 2. Thess. 3, 14. Augustinus sermone 32. de verbis Apostoli: Moriatur error, vivat homo, ut vitium sanetur, natura liberetur.

§.11 *Differentia disciplinæ ecclesiasticæ & Politicæ.*

Differunt 1. Objecto. Politica corpus & bona fortunæ respicit: Ecclesiastica animam & bona spiritualia. 2. Fine. Illa ad conservationem ordinis Politici; Hæc ad conservationem ordinis Ecclesiastici: Illa ad externam; hæc ad internam cordis correctionem. 3. Communitate. Illa Ethnicis quoque communis: hæc solis Christianis est propria.

§.12 *Tyrannis Excommunicationis.*

1. Si fiat ob causas leves, nec satis prægnantes, quarum multæ sunt notatæ à compilatore Juris Canonici, ut censet L. Danæus cap. 68. part. 3. Isagoges. 2. Si nimis crebrò fiat, de hoc queritur Petrus de Aliaco Cardinalis, apud Orthv. Gratium fol. 204. 205. in fasciculo rerum expetendarum. 3. Si fiat cum personarum respectu, de quo Didacus Stella in c. 10. Luc. 4. Si in filium vibretur, cujus pater peccavit, sic olim Classicianus excommunicatus, Aug. tom. 2. col. 341. b. c.

§.13 *Causæ interlapsæ apud Evangelicos disciplinæ ecclesiasticæ.*

1. Ardens & festinata doctrinæ cœlestis propagatio, contra infinitos Papatus insultus.

2. Metus novæ Papalis tyrannidis, ac si ea per Consistoria inveheretur.

3. Palliatio vitiorum, quæ homines nolunt Ecclesiasticâ disciplinâ tangi & vellicari.

4. Metus ministrorum, ne planè doctrina extingueretur, erecta mox disciplina Ecclesiastica.

§.14. Defectus ille, siquidem resarciri non potest, resarciendus tamen est à verbi ministro 1. severâ oratione, pro conversione malorum: 2. sedula hortatorii & monitorii officii executione: 3. Publicâ ministrorum protestatione, se non esse hujus culpæ ac defectûs affines; rem ac causam esse totius Ecclesiæ.

§.15. *Divisio.*

1. Excommunicatio alia est visibilis & externa; alia invisibilis. Hæc ab illa non est separata. Luther. tom. 4. Latin. Jenens. super c.3. Joël. p. 802.a.

2. Alia est minor, scilicet suspensio ab usu Sacramentorum: alia major, cum quis à cœtu communi ecclesiæ ejicitur.

§.16. *Objectiones*

Variæ contra clavem ligantem solutæ sunt à M. Joh. Sauberto parte 2. des Evangelischen Zuchtbüchleins.

Error quoque est eorum, qui putant, non posse esse ecclesiam, nisi in qua fit excommunicatio: sic olim Parmeniani & Donatistæ, hodiè Anabaptistæ, statuerunt; illos tribus libris correxit Augustinus.

§.17. *Exempla Excommunicatorum.*

Cain pulsus à facie Dei, Genes. 4. Ismaël ab Abrahamo, Gen. 21. Ejectio extra castra, Levit. 4. v. 13. 15. Num. 4 Num. 12, 14. Mirjam excommunicatur, & vestigia sunt in Johann. 9, 12. 20. 23. Alexander faber, 1. Timoth. 1. Elymas, Actor. 8. incestuosus, 1. Corinth. 5. Ambrosius Theodosium excommunicavit, Theodoret. lib. 5. histor. Eccles. c. 17. circa fin. Idem quoque (ut est in historia Stiliconis) scribam hujus Stiliconis severiter exclusit. Sozomen. libro secundo capite 30. Synes. Epist. 58. In Conciliis quoque valdè usitata fuit, ubi hæresiarchæ anathematis fulmine percussi sunt. Confer Chrysostomum homilia 70. ad populum Antiochenum.

§.18. *Autores.*

Emanuel Sa in Aphorismis, voc. Excommunicatio. Gregor. de Valent. tomo 4. Azor. in instit. moralib. August. lib. de pœna & gratia, c. 3. & 18. lib. de fide & operib. c. 26. libr. 5. quæst. in Deut. c. 29. in Psal. 54. lib. de Gen. ad lit. c. 40. lib. 5. cont. epist. Parmenian. c. 2. Idem epist. 64. ad Aurelium. Tertullianus c. 39. Apol. lib. 5. cont. Marcion. Cyprianus libro de singul. Clericorum. Idem lib. 2. epist. 14. lib. 3. epist. 10. Idem hom. 5. de lapsis. Hieronym. in c. 17. Ezech. in c. 6. Michæ. Ambros. Epist. 32. ad Valent. & lib. 5. Epist. ad Auxentium. Augustana Confess. tit. de potestat. Ecclesiæ. In apologia ejusdem. Articuli Schmalcaldici art. 9. item de potestat. Episcopor. In repetitione Aug. Confessionis. Luther. in c. 49. Gen. in visitat. Saxonica: Idem lib. de Clavibus an. 1530. edito: in c. 3. Joëlis: in libro contra usuras ad Parochos. Lambert. Danæus comment. in 1. Epist. Timoth.

EXCITATIO. *V. Peccatum. It. Securitas.*

§.1. *Quis excitat?*

I. DEUS: (α) per legem, quæ admonet de peccatis, & irâ Dei, his debitâ. (β) per conscientiam malam trepidantem, Lev. 26, 36. & accusantem, Rom. 2, 15. (γ) per plagas varias & calamitates. Esa. 28, 19. vexatio dat intellectum. (δ) per creaturas varias, quæ omnes monent de obsequio & pœnitentia: Sic Galli cantu Petrus excitatur, Luc. 22, 60. (ε) per angelos ministros, qui peccatorum pœnis implicitos excitant, ut Act. 12, 7. Angelus Petrum catenis vinctum excitavit. (ζ) per novissimorum considerationem, puta mortis, judicii, inferni.

A quo Deus excitat? 1. A somno peccati, Rom. 12, 13. 2. Securitatis, Ephes. 5, 11. 3. Voluptatis, 1. Thess. 5, 7. 4. A morte temporali. Vid. tit. Resurrectio.

II. Homo hominem excitat 1. dolendo: 2. Corrigendo & monendo: 3. ab errore convertendo.

§.2. *Quo fine excitemur?*

1. Ut vigilemus in cavendo peccato, 1. Cor. 15, 33. in adventu Domini, Matt. 26, 41. 2. Ut militemus. Sicut equi tubis excitantur ad prælium: sic nos ad spiritualem pugnam excitat Dominus, Eph. 6. v. 11. 3. Ut serviamus. Sicuti servi mane excitantur ad subeunda officia herorum: sic fidelis mane evigilet spiritu suo ad Dominum, Esa. 26. Cant. 5. Dormio; sed cor meum vigilat.

EXCUSATIO.

§.1. Cognatus titulus illi, qui est Apologia, suprà lit. A. Est verò Excusatio intentati criminis vel vituperii, sivè juste sive injustè illati, depulsio. Ita Saul inobedientiæ crimen à se depulit, 1. Sam. 15, 9. 13. sed malè. Meliùs principes populi Israëlitici, à Nehemia increpati, siluerunt, Nehem. 5, 7. 8. Thomam nonnulli excusant, quod desiderio videndi Christum dixerit, se nolle credere priùs, quàm viderit. Theophyl. in c. 20. Joh. Quidam fabulosas veterum historias excusant; malè: ideò has castigat Crantzius in Metropol. lib. 2. c. 4. Wicel. in Hagiologio. Petrus excusatur, quòd non seriò abnegarit Dominum, Origen. lib. 1. c. 8. de princip. Ambros. lib. 10. in Luc. c. 21. Hilar. can. 31. in Matth. accusatur ab August. tract. 66. in Johann. Theophyl. Lyra, Hieron. Multi Patrum errores & delicta hominum excusant. Malè!

§.2. *Duplex est.*

I. Bona & licita, qua nos purgamus de calumniis in nos vibratis, 2. Sam 19, 26. 27. bonorum titulis, Gen. 21, 26. sterilitate conjugii, Genes. 30, 2. vindicta, Genes. 34, 31. ebrietate, sub specie justi defensa, 1. Sam. 1. v. 15. 16. facto certo prudentiæ, Gen. 20, 11. c. 26, 9. quando quoque aliorum famam liberamus, 1. Sam. 20. vers. 29. cap. 22. v. 14.

Hujus excusationis requisita sunt 1. nihil contra veritatem dicere: sic error Cypriani rejicitur ab Augustino. 2. Ne pertinacia in vita aut doctrina erronea defendatur, Levit.5,1. Ephes.5, 11. Jac.5,20. Ezech.33,8. 2.Tim.2,17. Matt.7. Cavete vobis &c. 3. Ne excusatione aliorum aliis damnum creem aut perniciem, aut mihi ipsi, sic Jer. 40.v.14. Nehem. 6,9.

§.3. II. Illicita & mala fit excusatio, si excusemus peccata. Si dicamus: Non feci. Vel, feci quidem, sed bene feci: Aut, si malè, non multum male; Non tamen mala intentione. Aut, si convincaris de malitia, alterius suasione niti vis & te excusare, illius prætextu. Huc spectant sequentia, Gen.3,12 13.Jerem.2,11. 2.Reg. 17,19. Luc.14,18.19. In animam peccat suam, qui excusat dum arguitur, repellens proinde à se indulgentiæ medicinam, & sic vitam sibi intercludens æternam. Bernhard. super Cantic. Vide tit. Peccatum, tit. Pœnitentia & Confessio peccatorum. Item est illicita excusatio, cum excusamus ignorantiam, Rom. 1,20. homicidium, Gen 4, 10. judicium cœcum & temerarium, Rom.2,1. malam conscientiam; hoc enim modò se excusat, modò se quoque accusat, Rom.2,15. hypocrisin, 1. Sam.15,20.21. absentiam à cœna magna Domini, Luc.14. v. 18. 19. sequent.

Glossa Ps.69. Malum est peccare, pejus est perseverare; sed perniciosius est, defendendo se in Deum culpam refundere.

Senec. epist.15. narrat, Harpasten, fatuam ac vetulam mulierem domi suæ desiisse subitò videre, ac mox quæsivisse ducem, qui domo eam educeret, quam tenebrosam esse putabat: sic peccator semper peccata excusat, tenebras mentis suæ non agnoscit.

Similia.

§.4. Sunt folia ficus, Gen. 3. Squamæ Leviathanis, Job. 41. Fucus dolosus: Gypsus mox decidens.

Denique excusandi non sunt, 1. qui in errore fidei, vel peccati duritie perseverant. 2. si excusatio sit falsa. 3. ne ex tali accusatione periculum alterius vitæ & saluti creetur. Vide August. Ep.119. ad Jan. c.19. §. Propter nonnullar. Vide Gen.40,14. Nehem.8,19.

EXECRATIO. *V. Diræ. It. Imprecatio.*

EXEMPLUM.

§.1. Paradeigma, vita factaque aliorum, quæ sequimur vel fugimus.

Exemplar verò est, ex quo simile facimus. Scaliger de re Poëtica c.71. Exemplum est, cum ex ampla materia (inde enim videtur nomen ductum) addimus in unum duo similia.

Christus exemplum reliquit ὑπογραμμὸν, Germanicè Fürschrifft / ut Ludimagistri suis proponunt discipulis, 1.Pet.2.

Usus exemplorum.

§.2. *Multum juvant.* Allegor. Jacobi oves ad colores virgarum, in fontibus positarum, fœtus suos concolores pariebant, Gen. 30, 37. sic ad exempla aliorum alii facilè conformantur, aliorum colores exprimunt.

Majorum exempla minores confirmant vel destruunt. Ps.133,3. Sicut unguentum pretiosum in barbam Aaronis defluit & in totum vestimentum: sic majorum exempla bona vel mala in minores redundant. Exercitus (ait alicubi Q. Curtius) sine duce turba est, corpus sine spiritu: sic exemplis majorum minores trahuntur. Qualis rector civitatis: tales sunt etiam inhabitatores. Formidabilius est agmen cervorum duce leone, quàm leonum duce cervo, ait ille apud Plautum. Omne præclari facti decus crebra memoriâ in se ipso reviresc it. Valer. Max. lib. 4. c. 8. Confer Gregor. lib. 25. c.7. moral. Claudian.

------ *non sic inflectere mores*
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

§.3. *Similia.* Ut solsequium solem sequitur & ad eum se inclinat: sic minores ad exempla majorum confirmantur. Sicut arbor curva, recta curvam vel rectam lineam spargit: sic exempla majorum. Hi ergo se priùs rectificent, quàm alios corrigant. Velut in speculo sordes: sic in Magistratu ceu speculo vel virtutes, vel vitia protinus deprehenduntur. Si bonam formam speculo objeceris, bonam reddet; si malam, malam. Horologium in edito loco positum omnes percipiunt auribus: sic majores in excelso loco siti faciliùs in oculos incurrunt; sint ergò virgæ rectæ, exemplo Christi, Psalm.45,7 virga tua, virga æquitatis: ne suo exemplo alios offendant. Vide 2. Macch.6, 23 28. Caput, si sit rabiosum, reliquum corpus inutile est: sic majoribus malis existentibus, subditos quoque pravis moribus infici necessum est. Sic dolente capite omnia quoque membra dolent. Cor prout se habet; sic quoque reliqua membra. Sicut solis cursum reliquæ stellæ imitantur: sic quoque superiorum exempla subditi. Et, ut omnis lux à sole & stellis descendit in inferiora; sic bona opera majorum lucent in cordibus & oculis inferiorum. Ii, qui suprema honorum subsellia occupant, vita sua aliis præluceant, aures feriant famæ inculpatæ vitæ, quippe in edito fastigio positi. Origenes libr.1. in Job. Sicut cœli luminaria ac sidera cunctis indesinenter, quæ sub cœlis sunt, refulgent: sic & Sanctorum (superiorum) virtutis insignia. Basil. epist. 1. ad Gregor. Nazianz. Beatorum virorum vitæ literis traditæ velut imagines quædam vivæ divinæ Reipubl. ad bonorum operum imitationem propositæ sunt. Ut fons bonus prætereuntes ad se trahit & invitat: sic quoque virtus bonos ad se trahit, Senec. libro 1. de tranquillit. vit. cap.3. Ut lux & fragrantia odoris suavissima sunt, sic quoque bona exempla, Chrysostomus tomo 1. fol. b. in Gen. homil. 5. Ut sal confirmat carnes, sic bona exempla homines, ne putrescant in vitiis.

§.4. *Ædificant bona exempla.* Rex Ninive exemplo suos subditos ad pœnitentiam invitabat. Numer 13. Josua & Caleb ingentem secum racemum portarunt: sic Magistratus non solùm leges ferre debet, sed & easdem suo exemplo exprimere.

Sacer-

Sacerdotes olim primi in Jordane erant, Jos.3. quos totus populus sequebatur. Consolantur nos exempla divini auxilii Psalm.83. vers. 10.

Lucent, Matt.5, 16. Luceat lux vestra. Lux fidei in corde, operum & exemplorum coram proximo.

Confundunt hostes, 1.Petr.3,16. cap.2,12. ibidem. Justinus Apol. ad Antonin. Tertull. c. 37. Apologet.

§.5. *Exempla Veteris Testamenti*

Prosunt nobis ad vitæ morumque institutionem (quod olim Manichæi negabant, & Anabaptistæ nostro seculo.) Nam 1. Omnia, quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam præscripta sunt, Roman. 15. v. 4. omnis scriptura utilis est, 2. Tim. 3, 16. 2. Christus ipse exempla V. Testamenti ad nostros mores accommodavit Marc. 2, 24. Matt. 12, 3. 3. Idem fecêre Apostoli non semel: imò in causis fidei eadem exempla adduxêrunt. Sic Rom. 4. exemplum Davidis & Abrahami inducitur in materia justificationis.

§. 6. *Quomodo arguendum è loco exemplorum?*

Considerandum (1) An exempla moraliter bona sint? vel an errore aliquid à quopiam sit commissum? (2) Quo tempore gesta sint? (3) Sintne extraordinaria plane? ut spolium Ægyptiorum, Exod. 12. Conjugium Abrahæ cum Hagar, Gen. 16. Conjugium Caini, Judæ cum nuru sua Thamare, Gen. 38. Jacobi cum duabus sororibus, Gen. 29. (4.) Sintne correcta? ut conjugio Davidis palliatum est adulterium, superque eo acta est pœnitentia, 2. Samuel. 12. (5) Vel heroica? Ita Simson se interfecit, Jud. 16. Elias Baaliticos sacerdotes mactavit, 1. Reg 18. & ignem de cœlo impetravit, 2. Reg. 1. Samuel regem Agag occidit, 1. Sam. 15. (6) Singularíane? v. gr. Judæi bello trucidabant gentes exitio devotas; ergo & nobis licebit bello impetere dissentientes in fide, N. V. C. Num. 31. Midianitarum infantibus parcere vetantur Israëlitæ.

Quorum sit bonis Exemplis prælucere?

§.7. 1. Omnium hominum in genere; prohibemur enim scandalisare proximum nostrum, Matt. 18, 7. jubemur lucere bonâ vitâ, Matt. 5, 16. & ornare doctrinam Jesu Christi in omnibus, Tit 2. v. 10.

2. Inprimis superiorum: Hi enim inferioribus sunt ipsimet exemplo, Esther. 4. vers. 16. 17. 2. Timoth. 3, 10. Tit. 2, 7. v.g. magistratus, ministri verbi, parentes, tutores, præceptores, seniores. Constantinus bono exemplo motus fidem amplectitur, Euseb. l. 1. c. 2. de vita Constantini.

3. Fidelium, qui exemplorum sanctimoniâ infideles alliciant, 1. Pet. 3, 1. Conf. Chrysost. homil. 3. in 1. ad Corinth.

4. Mulierum, 1. Pet. 3, 1. vid. Ambros. lib. 6. c. 5. de Sacrament.

5. Doctorum, Rom. 2, 21. 1. Pet. 5, 3. 1. Tim. 4, 12. Tit. 2, 7. Gregor. Nazianz. Orat. 1. Prosper. lib. 1. de vita contempl. c. 17. 18. August. libr. 8. de Trinit. sub finem. Bernhard. epist. 42. ad episc. Senonens.

Nostrum est bona exempla sequi.

§.8. Nempe (1) Dei, Matt. 5, 48. 44. Eph. 5, 1. 1. Timoth. 1, 16. (2) Christi, Joh. 13, 15. Eph. 5, 2. Philip. 2, 5. Coloss. 3, 13. 1. Petr. 2, 21. Joh. 2, 6. Si Christus est salutis nostræ via, qui Christum salutaribus vestigiis sequimur, per Christi exempla gradiamur, ait Cyprian. de bono patientiæ. (3) Sanctorum in cruce, Apocal. 1, 9. quorum insignis est utilitas, Ps. 22. Sir. 2. Optat. Milevitan. p. 27. libr. 1. cont. Parmenian. Deus (ait) in singulis rebus exemplorum posuit formam, &c.

Mala exempla.

§. 9. *Offendunt*, Matt. 18, 7. 1. Cor. 10, 32. Act. 24, 16. Itaque non debemus æmulari hominem injustum, nec invitantibus ad mala obsequi, Prov. 1. c. 3.

Nocent, Dan. 5. Belsazar exemplo potationis suos Aulicos infecit. Stultos pastores grex populi plerumque sequitur, Jerem. 10, 21. Suntque via mala, 2. Chron. 22, 3. 4. hanc calcavit Manasses, 2. Chron. 33, 2. 9.

Nomen Domini blasphemare faciunt, 2. Samuel. 12, 14. Rom. 2, 24.

Pœnas cumulant. Sal infatuatum projicitur forâs, Matt. 5, 13. Ezech. 34, 2. væ vobis Pastoribus! Lev. 18, 3. 4. ob mala exempla Cananæos terra exspuit. August. tom. 10. col. 561. a. Non propterea minùs ardebunt, quia cum multis ardebunt.

Similia.

§.10. Sunt *Fermentum*, quod totam massam corrumpit, 1. Cor. 5, 6. *Lepra* inficiens, & in fronte patens, longè serpens: sic mala exempla inficiunt, in fronte apparent, ut Ochoziæ lepra, 2. Chron. 25. *Pix*: qui verò picem tangit, inquinatur ab ea, Sir. 13, 1. *Sanies* in ossibus, ea exedens: sic malis exemplis omnia in pejus ruunt.

EXERCITIUM.

Multiplex est:

§.1. 1. Animæ in exercitiis spiritualibus. 2. Corporis; id fit labore, quod sanitati prodest plurimum. 3. Affectuum, quod subsistere potest in quotidiana subactione & mortificatione carnis & desideriorum. Vide supra tit. Affectus, tit. Concupiscentia.

Corporalis Exercitatio.

§.2. 1. Tim. 4, 8. Jejunium intelligit Ambrosius; quem alii ex Patribus non admittunt. Gymnasticum verò exercitationem intelligere videtur Apostolus, quâ olim athletæ sub Xystaspe, vel alipta, vel gymnasta sese exercebant. Huc pertinent varia veterum certamina, Horatius lib. 1. Carm. Od. 1. Sunt quos curriculo &c. varii athletæ, vid. Johan. Ravis. Textor. officin. col. 916. titul. Athletarum varia genera, & titul. Athletæ ac pugiles præclari.

Utilis est suo modo.

§.3. 1. Ad caloris nativi excitationem. 2. Ad corporis duritiem procreandam. 3. Ad artuum firmitatem. 4. Ad superfluarum humidita-

diatum concoctionem vel consumtionem. Vide Levin. Lemnium, exhortatione ad vitam optimè instituend. c. 29. Jacob. Quercetan. in Diætet. D. Horstium de tuend. valetud. studios.

Exercitatio pietatis, *v. tit. Pietas.*

Exercitatio patientiæ, *v. tit. Patientia.*

EXHORTATIO. *V. Minister. V. Magistratus.*

EXILIUM.

§. 1. (Expulsio hominum è terra.)

Sic dictum, quasi extra solum: vel ab exiliendo. Hebræis dicitur Micklat.

Est verò exilium fuga a sontibus ad pœnam legum evitandam vel luendam suscepta, & a Judice iisdem imposita vel imperata.

§. 2. *Origo.*

Lucio Tarquinio superbo prima Exiliorum inventio adscribitur a quibusdam.

Exilium Adami & Evæ è paradiso longè tristissimum fuit, addito etiam Angelo Paradisi custode, Gen. 3, 23. Tristissimum Caini, qui a facie Dei expulsus fuit, Gen. 4, 16.

Est quoque hæc vita nil nisi exilium, ex quo emigrare cupimus, 2. Cor. 5, 1. 2. sequent. Phil. 1. vers. 23.

§. 3. *Causæ Exilii variæ.*

1. Fidei professio: non alia gravis culpa vel scelus. De priori Christus ait: si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam, Matt. 10, 23. Sic Catholici olim accusati ab Arianis, Athanas. tom. 1. col. 628. b. c. d. epist. ad solit. vitam agentes.

2 Aliquando ob peccata in exilium pellimur, Jerem. 24, 9. 10. Levit. 26, 32.

3. Ob rebellionem & πολυπραγμοσύνην. Sic Abjathar sacerdos ejectus est, 1. Reg. 2, 27.

4. Ob cædem ff. tit. de pœnis. Adrastus homicida ad Crœsum venit, ut expiaretur. Herod. lib. 1. Orestes matricida ad Tauricam Chersonesum venit. Horatius sororem occidens solum vertere jussus est.

5. Ob potentiam accusatoris. Sic fugit Cicero, Clodio accusante. Item docet Demosthenes, licuisse, orat. adv. Aristocratem. Sic David fugit ob potentiam Saulis, 1. Sam. 21.

6. Ob justitiam. Satius est exulare a civitate, quam a justitia, dixit Spartanus quidam, nomine Alexandridas. Plutarch. in apophthegm. Laconic. Sic Aristides, quòd justitiâ reliquis Atheniensibus antecelleret, per ὀστρακισμὸν in exilium pulsus est. Sed de Ostracismo vide Aristot. lib. 3. Polit. c. 3. & Suidam in hac ipsa voce.

7. Ob bella. V. Bellum n. 8 9.

§. 4. *Exilia multis salutaria fuêre.*

Jacobo salutare fuit exilium Gen. 32. Abrahamo, qui innotuit plurib. & fidem sinceram prædicavit, fideique testimonium est adeptus, Hebr. 11. Confer Philonem de Abrahamo. Ruthæ, Ruth. 1.

Dionys. in Cephron relegatus, multos ibid. Gentiles convertit. Baron. t. 2. annal. fol. 589. Themistocli Athenis pulso, Persar. rex plurima maximaque dona contulit, ideoque Themistocles dicere solitus est: Perieramus, si non periissemus. Sic multi hodienum pii exules periisse, ut in delitiis suis & securitate, nisi in exilium ejecti, sibi viderentur perire. Clemens Pontif. à Trajano Cæsare in Cimmerium Bosphorum relegatus, ibidem fidem plantavit. Plinius lib. 10. Ep. 47.

§. 5. *Exempla Exulum.*

Joseph in exilium pulsus, revocatus est a Deo, Matt. 2. Sic Athanasius ex exilio reductus est. Item, Partarithus rex Longobardorum, pius & Catholicus. Vid. Paul. Diaconum libr. 5. c. 13. de reb. gestis Longobardorum. Euseb. præsul Vercellensis ob religionem & doctrinam a Constantino principe in Cappadociam missus est, ut ibi exularet. Hilarius in Phrygiam, quod in Arianos scripserat. Johann. Gothus, præsul Gerundensis, ab Arianis. Eustathius Pamphilus, sub Constantino principe, quòd Arianorum placita refellisset. Demosth. ob Dorophagiam ab Atheniensib. in exilium est pulsus. Thrasybulus dux Atheniensis. Thucydides itidem. Tarquinius Superbus, una cum filio Tarquinio Collatino, ob stuprum Lucretiæ illatum, missus est in exilium. Tullia, Servii Tullii filia, in exilium pulsa est, quod currum super facie Patris mortui traxisset. Cicero ob Clodii inimicitiam missus in exilium, quod viginti millia hominum, mutatâ veste, contestati sunt, qua luctum significarent. Hippias, dux Atheniensium. Demerathus rex Spartanorum ad Xerxem ivit. Plutarch. in vita Xerxis.

§. 6. *Exulum locus.*

Cum Modestus Cæsaris Valentis præfectus quæreret ex Basilio, ubi mansurus esset, jam proscriptus? respondit: sub cœlo vel in cœlo.

Idem D. Lutherus respondit Cajetano Cardinali, exilium illi minitanti, dicens: Si terra nos non capiet, cœlum rapiet; Domini est terra & plenitudo ejus.

§. 7. *Solatia Exulum petenda sunt:*

1. A Dei providentia, sine qua ne tantillum quidem nobis contingere potest. Idem nobis in exilio locum parat, modò injustè expellamur. Cum Rotilius a publicanis conspirantibus in exilium pulsus esset, Asiam petiit, cujus omnes provinciæ hunc Rotilium expectarunt, & ei obviam miserunt. Alleg. Multò magis ob justitiam & fidem expulsis Angelos obviam mittet Dominus, qui nos suo præsidio tueantur, Gen. 32. Chrysostomus in exilium pulsus dixit; Domini est terra & plenitudo ejus.

2. A tutela Angelorum, qui adsunt Exulibus. Aderant Jacobo, Gen. 32. Josepho, Matth. 1.

3. A statu peregrinationis nostræ in his terris. Vita hæc est exilium & peregrinatio Ps. 39, 13. sive in hoc, sive alio loco absolvenda.

4. A dominio Dei in omnibus locis, Psal. 139, 7. Eum ergo præsentem quid times? Esai. 42, v. 5. c. 43. v. 2.

5. A testimonio bonæ conscientiæ, quæ in exilio nos solatur. Hinc rectè Hilarius lib. ad Constantium August. mox ab init. Exulo non crimi-

crimine, sed factione & falsis nunciis synodi apud te Imperatorem pium, non ob aliquam criminum conscientiam, per impios homines delatus. Hæc Hilarius.

6. A fortitudine Ethnica quorundam Gentilium, qui sua exilia spreverunt: quantò magis nos Christiani. De C. Marcio visendus est Dionysius Halicarnassæus libr. 7. antiquitat. Roman. Seneca Consolat. ad Helviam capit. 6. Plutarch. libr. de Exilio. Stobæus sermon. 38.

7. A præmiis & liberatione, sive in hac, sive in altera vita, Matth. 5, 10. Valentinianus ad Cæsareæ majestatis culmen evectus fuit, licet ante ob Christi passionem in exilium pulsus esset à Juliano.

8. A commodo. Sæpe iis expellimur locis, in quibus omnia non sine dolore videmus. Satius igitur est, si Deo visum sit, nos expelli ejusmodi locis, quàm cum perpetuo cordolio ibidem vitam ducere.

9. A Christi præsentia. Cyprian. alicubi: solus non est, cui Christus in fuga comes est. Solus non est, qui templum Dei servans ubicunque fuerit, sine Deo non est.

10. A libertate interna animarum. Salvianus lib. 2. cont. Avarit. Omnes exules, etsi corporibus ablegantur, animis non eliminantur: etsi carne captivi sunt, cordibus tamen, si volunt, liberi sunt. Huc respexit quoque Gregor. Nazianz. orat. 30. in laudem Basilii fol. 508. Nec verò ullum exilium cognosco, qui nullo loco circumscriptus sum, ac neque terram hanc, quam nunc incolo, pro mea habeo, & eam omnem, in quam projectus fuero, pro mea duco. Imò, ut rectius loquar, universam terram Dei esse scio, cujus advena sum ego & peregrinus. Hæc ille, referens verba Basilii Magni ad Modestum præfectum, exilium illi minitantem.

§. 8 *Adjuncta varia Exilii.*

1. Miseria summa. Quid enim exilio miserius?

2. Gravitas. Gravius est omni malo hostili peregrinationis Exilium. Ambros. serm. 85. tom. 3. ille incipit: Diximus.

3. Dolor. Exules enim dum sentiunt alienam domum, tum demum intelligunt bona & domum, quæ olim in potestate sua habuerant.

4. Privatio fidæ amicitiæ; hac enim exules inter exteros versantes maximè carent.

5. Privatio amicorum, consanguineorum, eorumque conversationis jucundissimæ, imò ipsius patriæ, quâ nihil solet esse dulcius.

6. Paupertas, quæ ut plurimùm exules premit.

7. Ignominia: Ejici nempe patria, vel avitis sedibus, magno cum dedecore omnino conjunctum est. Atque hinc olim etiam factum est, ut lugubri veste exules induti incederent, sine ullo ornatu, nullâque toga uterentur; ut ex Plinii lib. 4. epistol. refert Fugger. in Etym. V. Exsul.

EXEO.

Spiritualiter finibus veteris Adami, ad pœnitentiam peccatorum, per abdicationem carnalium voluptatum.

EXERCITUS.

Duplex Dei. 1. Angelorum Daniel. 7. & ecclesiæ triumphantis. 2. Ecclesiæ militantis.

Exercitus militaris sæpe à paucis profligatur, 1. Sam. 14. Gen. 14. Vid. Egesippus lib. 4. c. 14. Didac. Apolephta part. 2. horar. histor. p. 748. 749.

EXORCISMUS. §. 1

Multiplex est:

1. Judaicus: eo Judæi utebantur, Joseph. lib. 8. c. 2. antiquitat. Hieronym. in c. 12. Matth. Irenæus lib. 2. c. 5. Origen. in Matth. tract. 35. Actor. 16, 18.

2. Extraordinarius Christi & Apostolorum & Christianorum, Marc. 3, 15. Luc. 9, 1. Marc. 6, 13. Luc. 10, 17. Marc. 16, 17. Actorum 16, 18. De primitivis Christianis, expellentibus dæmonem, testatur Justinus Martyr. Confer Tryphon. in Apologet. cap. 23. Cyprian. lib. 4. epistol. 7. Augustin. lib. 12. cap. 22. de Civitat. Dei. Gregor. Nazianz. orat. de Baptismo.

3. Pontificius creaturarum, v. g. *Aquæ*, quam Pontificii exorcisant: Vide Valerium Polydorum in Practic. Exorcismor. Hieronym. Magum Exorcismor. 6. in flagello Dæmonum. *Ignis:* De hoc exorcismo vide Cornel. Agrippam lib. 3. c. 62. de occulta philosophia. Vide supra tit. Benedictio. *Olei.* Vide Amularium Fortunatum lib. 1. de officiis Ecclesiæ c. 12.

4. Orthodoxus Baptismi, vel in Baptismo adhibitus olim etiam adultorum; quod Tossanus fatetur in cap. 3. Matth. Aretius problem. 67. de quo Patres, Augustin. l. 2. de nuptiis & concupiscent. c. 8 Ambros. lib. 2. de sacram. c. ultim. Optat. Milevitan. lib. 4. Cyprianus lib. 4. epistol. 7. lib. 1. epistol. 12. Dionys. lib. de Eccles. Hierarch. c. 2. Clemens lib. 7. constitut. Apostol. c. 41. & epistol. 3. Tertullian. lib. de corona militis. Augustinus libr. de fide & operibus c. 8. 9. 11. & epistol. 78. 105. de dogmatibus Eccles. c. 31. de nuptiis & concupisc. lib. 1. c. 20. lib. 2. c. 18. Gratian. distinct. 4. c 62. Hieronym. lib. cont. Lucifer. sub fin. Concilium Laodicense can. 8. & 46. Carthag. IV. c. 12. Braccarense II. can. 1. Isidorus lib. 2. de officiis cap. 20. folio 220. edit. Hittorpii 1609. Paris. Rabanus cap. 26, 27. de institut. Clericor. Hugo libro secundo de Sacram. Part. 6. c. 8.

Qui fines Exorcismi hujus. §. 2

(1) Commonefactio nostri, de ira Dei, cujus filii sumus, Eph. 2, 1. (2) De potestate Satanæ in nos ob peccatum, Hebr. 2, 15. 2. Tim. 1, 10. deque ejus palatio, Luc. 11, 21. (3) De miseria humani generis, & de ubertate divinæ

 gratiæ.

gratiæ. (4) De discrimine regni Christi & Satanæ; in hoc regnat maledictio, in illo libertas spiritualis. (5) De vi peccati, contra Pelagianos. (6) De victoria Christi contra Satanam, quem expulit filius Dei, Luc. 11. (7) De efficacia Baptismi: Hoc enim rapimur à potestate Satanæ, quasi dicat minister: rapio te infantem ex manu Satanæ, & offero te DEO. Luther. in Genes. 27. & 48. capita. (8) De efficacia ministerii: minister enim denunciat id, quod Deus jamjam operatus est in infante principaliter, minister instrumentaliter, sed tamen conjunctim uterque. Verba igitur ministri sunt commonefactio & symbola seu signa externa, rem spiritualem designantia auribus nostris inferentia. Glossa Dist. 4. can. Parvuli. Diabolum exorcismus non ejicit, sed ejiciendum tantum significat, nimirum per Baptismum, & in eo.

Testimonia adversariorum.

§. 3 Calvinian. pro Exorcismo. Hemmingius in syntagmate instit. Christianarum, Genevæ editarum, in lege tertia Decalogi. Verba hæc sunt: Adiaphoram adjurationem appello, quâ quis bene & male uti poterit, qualem judico eam, quæ in nostris Ecclesiis adhibetur in Baptismo infantium. Nam si adhibetur tantum ad significandum, qualis sit significatio hominis extra gratiam, nemo eam justè improbare poterit: siquidem admonet & de sententia legis in non reconciliatos, & de gratia Evangelii in eos, qui Christo inseruntur per Baptismum.

Ecclesia Anglicana frequentat hunc ritum Exorcismi: cùm ergo Bucerus approbet ritus illius, ceu verbo Dei congruos, pag. 456. scriptor. Anglicanor. hunc quoque ritum approbarit, necesse est. §. Equidem, cum primum.

Palatini in fideli admonit. Germanica fatentur, quæstionem de Exorcismo non contingere salutem, p. 3.

M. Caspar Ulricus, Superint. Anhaltinus Zervestæ, neminem damnare cupit ob frequentatum exorcismum. Confer Gastium p. 329. de errorib. Anabaptistar.

Calumnia eorundem de vi magica, cujus virtute in Baptismo fiat exorcismus, juxta nostram sententiam: sed ab hoc errore plane liberi sumus, ut ex dictis patet. Vide reformat. Pseudo-Augustan.

Veterum hyperbolæ

De Exorcismis: His animas purgari, ut aurum igni, scribit Cyrillus f. 4. Cat. Hierosf. Vide nostrum Chemn. in exam. Concil. Tridentini.

EXPECTATIO & EXPECTO.

V. Speculor. it. tit. Spes.

Expectare silentium, Thren. 3, 26. est 1. totum se Deo committere. 2. patientem esse.

Expectare auxilium aliunde, Ps. 75, 7. est frustra advocare auxilia.

EXPERIENTIA.

§. 1 Est singularium practica cognitio: sicut ars est universalium cognitio.

Multiplex.

1. In Brutis, quæ suô modô experientiâ gaudent, quod arguunt actus eorum varii, eisdem ab instinctu naturali dictati.

2. In hominibus animalibus, qui experientiâ erudiuntur, & in variis artibus informantur. Sic Medici suâ gaudent τῇ πείρᾳ: Politici suis observationibus atque experientiis.

3. In hominibus spiritualibus & regenitis. Hi enim habent experientiam singularem, de qua Rom. 5, 3. 4. Patientiam efficit oppressio, patientia verò experientiam, experientia autem spem. Quo sensu? Breviter: Res adversæ patientiam hominis explorant, sic Job cruce pressus ostendit patientiam, inquiens: Dominus dedit, Dominus abstulit. Deinde cum homo patitur forti animo, ipso facto & re ostendit animi sui robur, quod ipsemet experitur, quodque rebus adversis non frangitur: Et sic tribulatio suggerit materiam, in qua patientia exsurgere possit & declarari. Existimo tamen hanc experientiam referendam esse ad sensum divinæ gratiæ & auxilii in cruce: nam in oppressione Dei manum sentimus, & experimur, quod in cruce nos non destituat, si modo patienter præstolemur Dominum: sic ergò præstolantes accedit Dominus, veniens enim veniet & non tardabit, Habac. 2, 3. & accedentem Dominum sentimus in corde nostro, sentimus auxilium: & ex hoc auxilio pleniorem spem concipimus, adeoque spes ita perficitur & consummatur, & robur accipit, (quod Chrysost. in h. l. D. Apostoli rectè observat) & cor patientis probatur, sicut aurum igni, ut pateat, quanto amore DEUM diligat, & quod mundi vanitates spernat. Horsum respexit Bernhardus in sent. Tria sunt, quæ spem roborant: primum est humilitas collata sapientiæ: secundum, firmitas constantis patientiæ: tertium, veritas inspirationis occultæ. Hæc D Bernhard. Exemplo sit D. Apostolus in summa constitutus tribulatione, tamen experitur Dei manum & auxilium, 2. Cor. 13. 2. Tim. 4, 17. Dominus me liberabit, 1. Sam. 17, 37. liberabit me de manu Philistæi. Hæc est illa experientia. Vide Brentium cap. 5. ad Roman. §. 2

§. 3 Experientia sacra est, cum Dei bonitatem, clementiam, auxilium Roman. 5, 4. Sap. 3, 8. 9. fidelitatem, & potentiam experimur; non enim sibi eripi patitur oves, Johan. 10. item, gratiam Dei & providum ejus oculum, Psalm. 20, 7. & 56, 10.

EXPROBRATIO. *Conf. tit. Irrisio.*

§. 1 1. Aliquando eadem est *cum correctione*, vid. supra tit. *Correctio.* 2. Aliquando verò contumeliam significat, vid. tit. *Contumelia*, vel, Convitia. 3. *Non fiat* in contumeliam delinquentis aut pudorem. Elias Cretens. in orat. 1. Greg. Nazianz. ex Chrysost.

Quæ exprobrari queant justè? §. 2

1. Defectus animæ non sunt objiciendi homini, si is ad frugem redeat meliorem, Syr. 8,

6. Sic Christus Mariam Magdalenam non despexit, Lucæ 7. nec pater filium prodigum, Luc. 17. At si homo non emendet sese, bene ejusmodi defectus exprobrare possumus. Sic Christus discipulis suis cordis duritiem exprobravit, Marc. 16. & persæpe Judæis per Prophetas, Ezech. 2.

2. Defectus corporis non sunt objiciendi homini, si à natura ei insint, ut si cœcus aliquis sit vel claudus. At si suâ culpâ quis contraxerit defectum, potest contingere, ut justa fiat ejus exprobratio: ut si eum, qui ad duellum te provocat, moneas, ut abstineat, & ex vulnere jam ante accepto exemplum sumat.

3. Defectus fortunæ nemini temerè objeceris; ut, tu mendice, &c. Etenim ignota cuique sua sors est: *Irus & est subitò, qui modo Crœsus erat.* Confer Drexel. tract. 12. c. 20. de lingua exprobrante.

EXTISPICIA,

Gentibus frequentata: de his Peucerus de divinationibus. Lilius Gyraldus Syntagm. lib. 17. Corn. a Lapid. f. 621. in Levitic. h. c. 2.

F.

§. 1

FABA.

FAbæ 2. Samuel. 17, 25. 29. erant in cibum Davidi & sociis; quod est exemplum frugalitatis. Hebræis dicitur פור. Ezech. 4, 9. in signum futuræ famis sibi pultem conficit ex tritico, milio, fabis. Has olim (dictu horrendum!) pro Deo colebant Ægyptii, ita ut neque sererent, neque comederent; imò ne quidem aspicere sustinerent, ut narrat Theon Grammatic. apud Plutarch. in symposiacis. Eandem stultitiam flamen Diale apud Romanos imitatum est, quod fabas non tangebat, quòd hæc ad mortuos pertineret, & floribus suis luctûs quasi quædam præ se ferret indicia. Eædem larvis lemuralibus objiciebantur.

§. 2 A fabis denique abstinendum esse, Pythagoras docuit, de quo vide Erasm. in Adag. *nos ad alia*; id quidem variè explicatur. Eryc. Putean. Orat. 15. Suadæ Atticæ existimat, monuisse Pythagoram, ne quis se rebus politicis temerè implicaret: olim enim solebant fabis, velut calculis, judices eligere. Alii, quod sanguinem generent, & veneream libidinem creent. Alii, quod turbidis halitibus cerebrum lacessant & obnubilent. Cicero 1. de divinat.

Elias Cretens. in orat. 1. Greg. Nazianz. ad Eunomian. De Critica hujus vocis vid. Martin. in Lexico.

FABER. FABRICO.

Fabricat 1. Deus Exod. 4, 11. Hebr. 3, 3. Job. 37, 18. Ecclesi. 11, 15. 2. Homo, ex variis materiis, Exod. 27, 3. 1. Petr. 3, 20. 3. Ethicè fabricat mala & mendacia, Job. 13, 4. Prov. 14, 22. c. 6, 28. 2. Reg. 5, 7. 1. Sam. 23. v. 9.

Fabri filium appellabat Salvatorem nostrum Julianus Apostata in bellum adversus Persas profecturus (Socrates lib. 6. c. 2. hist. ecclesi.) per contemtum, quem exitu luit tragico.

FABULA.

§. 1 Aliter ea vox in veteri, aliter in N. T. accipitur. In illo notat sarcasticum rumorem & irrisionem eorum, qui ob peccata justis pœnis sunt mactati. (Hebræi שנינה dictum acutum, pungens, à שנן quod est acuere, Deuteronom. 28, 37. 1. Reg. 9, 8. Jerem. 42, 9.) Calamitosorum namque proprium est, pati ludibria hostium & præcipitata hominum judicia. Vide Threnos Jer. In N. Testamento significat falsas traditiones & doctrinas ex Judaismo ortas, 1. Tim. 1, 4. c. 4. v. 7. 2. Tim. 4, 4. Tit. 1, 14. 2. Pet. 1, 16. vel Gnosticorum fabulas, vel Simonis Magi, ejusque sectatorum vel Gentilium, doctè & argutè confictas; Hieronym. Justin. Athenagor. Arnob. Tatian. Tertullian. absurdissimas & maximè deliras, de quibus rectè scripsit Irenæus lib. 1. c. 35. Victoria est, sententiæ eorum manifestatio; It. Hieronym. epistol. ad Ctesiphont. Sententias vestras prodidisse, superasse est. Alii per fabulas 1. Timoth. 4. intelligunt curiosas notas, Ephesiorum speculationes & quæstiones, his enim illi erant dediti. Vide Erasm. Adag. *Ephesiæ literæ.*

§. 2 Cæterum scopus fabularum poeticarum erat mythologicus & moralis. Victor Differt. Topic. p. 261. thesi 37. Nat. Comes in Mythol. Georg. Sabin. in Metamorph. Ovidii.

Fabulæ Græcorum multæ & variæ erant; sed ne quidem à Romanis receptæ. Theodor. serm. 3. de curandis Græcorum affection.

Fabulis Æsopi scripturas sine autoritate ecclesiæ nonnulli comparant Pontificii. Wilhelm. Nigrinus p. 116. 117. de contemtu script. Papistic.

FACIES.

§. 1 I. DEI, vid. tit. *Deus* in præcedentibus, Item *Dux.*

II. Christi facies alia facta inter orandum, Luc. 9, 29. splendidissima, Apoc. 1, 16. Dan. 10, 1. 6. humillima, quia in eam procidit orando, Matth. 26, 39. contemtissima, conspuentibus in eam Judæis, Matth. 26, 67.

III. Angelorum Esa. 6, 2. notat formam ac speciem, in qua visi sunt & apparuerunt.

IV. Hominum. Facie sibi quosdam similes recenset Joh. Bapt. Fulgosus lib. 9. c. 15. Sic Martyris Stephani facies resplenduit (Act. 6, 15.) mirâ quadam specie, scilicet ob Dei præsentiam, bonitatem causæ & soliditatem conscientiæ. Facies adorantium, Gen. 17, 3. 17. Lev. 19, 24. 1. Reg. 18, 42. auscultantium, Jud. 18, 23. hypocritarum, macerabantur fame, Matth. 6, 16. Honorantium, qui in terram cadebant, Ruth. 2, 10. Inimicorum velabantur, Esth. 7, 8. Lugentium obtegebantur, 2. Sam. 19, 4. Esth. 6, 12. tristium humi deprimebantur, Dan. 8, 18. c. 10, 9. mortuorum solebant obvolvi, Joh. 11, 44. c. 20, 7.

§. 2 Facies animi quidem est index; solus tamen Deus est scrutator cordium. De Juliano judicicium tulit ex facie conspecta Gr. Nazianzenus orat. 2. contra gentiles. Vide Socratem lib. 3. c. 19. & Dionem in Trajano. Sueton. in Tito Vespasiano. Fusius de his Camerarius p. 1. c. 57. hor. subcis. & p. 2. c. 2.

V. Ecclesiæ, à qua ejectus Cain, Gen. 4. id est è cœtu piorum ejectus. Sic arca facies Dei, panes facierum. Sed de phrasibus ex hac voce plenus Flacius voce *Facies*.

FACIO.

Multipliciter sumitur, & prædicatur 1. de Deo, is enim omnia fecit: 2. de hominibus variè. Observ. verò verbum ποιέω, absolutè positum, nunquam significare *sacrificare*. Quid verò illud *facere* sit, Paulus explicat: nempe, edere, bibere in Christi memoriam, 1. Cor. 11, 26. Nec ulli sinceriorum Patrum ita hanc vocem exposuerunt. At cum verbum facere ablativo casui jungitur, (qui in verbis Christi non est) tum demum pro sacrificare accipi, notum est: ut, Cum faciam vitulâ pro frugibus ipse venito.

FACTOR Verbi. *V. Verbum Dei.*

FÆX. *V. Securitas.*

FALLO.

1. Fallunt heterodoxi homines, eosque in errores inducunt, Coloss. 2, 4. vel spe pacis homines infatuant, Ezech. 13.

2. Homo se ipsum fallit, Jacob. 1, 22. 1. Corint. 3, 18. Galat. 6, 3. Jerem. 37, 9. Notat vero παραλογίζομαι (α) decipere argutiis syllogisticis & sophisticis: (β) rhetoricis persuasionibus: (γ) arithmeticis calculis. His certè modis sese homines decipiunt: malè concludunt, ut voluptarii in hoc mundo, Sap. 5. Luc. 16. Rom. 2. vitæ diuturnitatem sibi promittunt, Luc. 12, 4. Prov. 5. in multitudine stultitiæ se decipiunt.

3. Diabolus fallit persuadendo, Gen. 3, 13. in cor dando, Johann. 13. excæcando, 2. Corint. 4. Amos 2. deceperunt eos idola sua. 1. Reg. 22. decipies eos & prævalebis: In vinculis peccatorum nos ducendo, 2. Timot. 2. Zizania spargendo, Matth. 13. & animas seducendo, Coloss. 2, 8. 2. Thessal. 2, 10. 11. per falsos Doctores, Jer. 23, 16. c. 29, 8. ad cultum Deo invisum, Jer. 3, 23.

4. Mundus exemplis scandalosis nos inducendo, Matth. 18. Num. 25, 8. c. 31, 16. divitiis infatuando atque inficiendo, Luc. 8 Matth. 13, 22. voluptatibus inescando, 2. Petr. 2, 13.

5. Caro propria, peccata persuadendo, Heb. 3, 13. Rom. 7, 11. concupiscentiam movendo, Eph. 4, 22.

6. Amici nos fallunt, Thren. 1, 19.

7. Adulatores, Prov. 11, 9. simulator ore decipit animum, Ecclesiast. 7.

FALSARIUS. *V. Crimen falsi.*

FALSI PROPHETÆ. *V. Hæretici.*

FALX.

Aliàs Campanis dicta Secula à secando. 1. communis mors est. 2. Christi falx in manu notat, judicium extremum appropinquare, Apoc. 14, 14.

FAMA.

§. 1 Est communis opinio, voce manifestata, ex opinione hominum proveniens. Fum. in Armill. hac V. ex Barthol. Seneca epistol. 102. Ad gloriam & famam non satis est unius opinio. Dicitur fama a fando, vel à græca voce Φημη, juxta Perottum. Aliquando significat nuncium aliquod inopinatum, ut 2. Reg. 19, 7. Jer. 49, 14. c. 50, 43.

Bona fama res præstantissima. §. 2

Præstat enim divitiis, Prov. 22, 1. Syrach 41. vers. 15. Unguentis pretiosis, Ecclesiast. 7, 2. Melius est nomen bonum, quam unguentum bonum: olim enim (notante Mercero) unguenta in regione Israelitica magni fiebant, & in deliciis erant. Sic auro ob stabilitatem comparatur, & cedris aliisque lignis incomputribilibus. Honor est bonum divinum, ait Plato lib. 5. de legibus. Est præmium virtutis.

Aliquando differtur. §. 3

Ut umbra aliquando antecedit, aliquando sequitur corpus: sic quibusdam statim contingit fama, aliis post mortem. Semper tamen curanda est; nam sicut navis subinde sarcitur & reconcinnatur, atque ita in plures durat annos: sic famæ semper aliquid addendum est, ne collabatur, & si qua incipiat nimis fatiscere, eadem semper resarcienda est. Plutarch. in moralibus. Et sicut ignis semel accensus facilè servatur, extinctus haud facilè reaccenditur: ita famam tueri facilè est, extinctam non facilè est restituere. Hinc suæ famæ consulit Paulus 2. Cor. 11.

Fama liberalium §. 4

In pauperes pulcherrima est. Vide Basilium tom. 1. homil. 16. in Ditescentes: Si divitias ob honorem inde provenientem admiraris, considera, quantò ad gloriam magis faciat multorum filiorum parentem appellari, quam mille stateres in marsupio repositos habere.

Non negligenda. §. 5

Ut olim Hophni & Pinehas famam neglexerunt (1) Ob bonæ famæ præstantiam, de qua supra. Vide Syrach. 41, 15. 16. cap. 33, 23. 24. Proverbiorum 22, 1. cap. 15, 30. Ecclesiastis 7, 2. (2) Ob testimonium D. Pauli, qui bonum testimonium requirit ab episcopo, 1. Tim. 3, 7. (3) Ob crudelitatem reflexam: crudelis enim est, qui famam negligit; vide c. 12. quæst. 1. c. nolo, ut aliquis. (4) Ob posteritatem nostram, cui nocemus, si famam nostram non defendamus. (5) Ob conscientiam innocuam explanandam: sic fecit Samuel, 1. Samuel. 12, 3. &c. (6) Ob exemplorum majestatem: Christus quærit, quid homines de ipso judicent? Matthæi 16, 13. famam suam non semel defendit, Johann. 8. nempe se dæmonium non habere, Johan. 18, 23. Paulus respondet Corinthiis, quos calumniis oppleverant Pseudoapostoli, 2. Corint. 1, 3. 10. cap. 11, 7. Actorum 23, 1. Daniel Regi, Daniel. 6, 22. Petrus Actorum 2, 14. 51. Hanna 1. Samuel. 1, 14. 15. Abigail 1. Samuelis 25, 23. Tertullianus famam Christianæ religionis in Apologetico tutatus est. Idem fecit Justinus in Apol. ad Senat. Roman. (7) Ad fugiendum scandalum, ne

alii de nobis scandalizentur. Vide Summistas, item tit. Vindicatio. 8. Ob periculum: si enim quis taceat ad calumnias, silentio easdem tacitè quasi approbare videtur. 9. Quia negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed omninò dissoluti. Cicer. l. 1. officior.

Non semper defendenda.

§. 6 (1) In notoriè falsis; v. g. Christus tacuit coram Pilato, Herode, neque ad omnia convitia respondit coram Pharisæis, Luc. 11, 15. Notoria enim ea sunt, quæ omnibus sunt nota, adeoque probatione non indigent: itaque hîc sufficit patientia & professio innocentiæ erga Deum nostræ, in causa certi facti, Psalm. 7. v. 2. 3. sequentib. Psalm. 18. v. 21. (2) In scopticis & sarcasticis personalium exagitationibus: neque enim semper opus est ad illas respondere. Huc illud Plutarchi πᾶσιν ἀπολογεῖσθαι θεραπευτικόν: Omnibus respondere servile est. Ex alleg. præfat. Thesal. Genev. form. 4. (3) Si simus inter eos, qui diffamationem sequi nolint, sed tantum reprehendere: ibi enim sufficiet nobis conscientia. Can. Quid obstet homini. 11. 4. 3. (4) Si quis verba non solùm, sed & syllabas calumnietur, ut de suis detrectatoribus quiritatur alicubi Hieronymus.

Mala fama sequitur malos.

§. 7 Ut corpus umbra. Sic mala fama Caini, Gen. 4, 1. Joh. 3, 12. Balaaci & Bileami, Mich. 6. Judæ epist. v. 5. Eli, Hopfni, Pinehas, 1. Sam. 2, 23. 24. Nadab & Abihu, Levitic. 11. Fratres Josephi famâ pessimâ laborabant ob perpetratam cædem, Genes. 34. ob alia malefacta, Genes. 37, 2. Davidem pessima fama secuta est ob crimen adulterii, 2. Samuel. 12. Commodus imperator pessimâ famâ laboravit. Lamprid. in Commodo. Baron. tomo 2. fol. 254. ad ann. Christi 182. Qui secreta revelant, eos mala fama comitari solet, Proverb. 25. vers. 9. 10. Malam malorum famam nigris olim alis depingebant Veteres.

Citò deficit: nam conscientiæ pravæ vermis famam impiorum corrumpit. Vide Augustin. lib. 12. cap. 8. de Civit. Dei. Quomodo nix in æstate & pluvia in messe; sic indecora est stulto gloria, Proverb. 26, 1. Cicero 2. offic. 2. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur; ficta omnia tanquam flosculi celeriter decidunt, nec simulatum quidquam potest esse diuturnum.

Bona bonos.

§. 8 1. Reg. 10, 1. 2. 2. Chronicor. 9, 1. 2. Matt. 12, 42. Luc. 11, 31. Esth. 9, 4. Matth. 11, 11. Luc. 1, 6. cap. 2, 25. 2. Corinth. 6, 4. 8. 2. Chronic. 26, 15. Matth. 9, 31. Marc. 1, 28. 45. cap. 3, 8. Matth. 4, 24. Vide Zvvinger. fol. 3257. b. §. castigat. Et quamvis ad tempus opprimatur, tamen surgit suo tempore. Nulla virtus latet, & latuisse non ipsius est damnum: veniet qui conditam & seculi sui malignitate compressam dies publicet. Seneca epistol. 79. Sed etiam bonos mala fama sequitur; hinc Apostolus 2. Corinth. 6, 8. 9. prolixè commemorat, per bonam & malam famam, per laudes & convitia, nobis penetrandum esse. Confer supra Tit. *Accusatio. It. Tit. Convitia.*

Magistratui sectanda. Tacitus lib. 4. Annal. cæteris mortalibus in eo stant consilia, quid sibi conducere putent: Principum verò diversa sors est, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.

Varia famæ.

§. 9 Cuncta prodit: celerrime pervadit, vide Tertullianum in apol. c. 6. omnia perspicit: novitates auget, uti Ammian. Marcellin. libr. 22. cap. 2. inquit: augetur, si non rectè supprimatur: unius hominis audaciâ spargitur: Quintilianus declamat. 11. Cupido ejus omnibus innata, vid. tit. Ambitio & Honor.

Huc spectat ambitio protoplastorum, qui Deo similes dici volebant, Genes. 3. Babylonii turris præcelsæ ædificatione nominis immortalitatem venabantur, Genes. 11. Citò propagatur fama: hinc Virgil. 4. Æneid.

-- Fama malum, quo non velocius ullum
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo,
Parva metu primo, mox sese attollit in auras.

Cur malorum fama pereat citò?

§. 10 1. Quia in DEO non est fundata: falsa enim est gloria malorum, umbra solùm est, Ps. 73, 20. 2. Quia gloria paulatim à verme malæ conscientiæ depascitur. 3. Quia eadem in rebus terrenis defixa est. Sicut igitur viride lignum terræ infixum brevi intervallo putrescit: sic quoque gloria impiorum, quippe solùm innixa rebus terrenis, divitiis, voluptatibus. 4. Quia improbi tandem produnt vitia, abjecto virtutum fuco, quo antea gloriam exambierant. Sicut oleo consumto lucerna extinguitur: sic consumto virtutum apparentium oleo, gloria reproborum extinguitur, Proverb. 10, 6. 7. 5. Quia improbi ab improbis sæpe divexantur & opprimuntur, vel etiam à bonis: sic Mardochæus gloriam Hamanis extinxit. Psal. 49, 18. non descendet cum eo gloria ejus. Job. 18, 5. nonne lux impii extinguetur? nec splendebit flamma ignis ejus. Aliquando etiam DEUS submovet impiis oleum honoris & divitiarum.

Scelere non est comparanda.

§. 11 Sic fecit Caligula, qui conquestus fuit, suo tempore nil mali accidere. Sueton. Sic Herostratus templum Dianæ Ephesinæ, toto orbe celeberrimum, de industria concremavit.

Non statim famæ credendum.

§. 12 Sæpe enim fallit probabilis diffamatio. Ex quo fit, ut jura vetent, ex ejusmodi fama judicem contra quempiam procedere. Aret. in tractat. malefic. V. Fama publica. Mar. Socin. tractat. de citat. Æ. Bossius tractat. criminal. tit.

tit. de captu. Paris de puteo, tractat. Syn. V. Tortura. Ajunt quoque JCti, quod rumor falsus non soleat obesse. Paul. l. fin. ff. de vulgari & populari substitut. Hieronym. epist. 8. ad Ruffin. Presbyt. Multum in utramque partem crebrò fama mentitur, & tam de bonis mala, quàm de malis bona falsorum ora concelebrant.

Solatium:

§. 13 Si non poteris famam falsam supprimere. 1. Vide exemplum Mosis & Aaronis, quibus fidem non adjunxit Pharao, Exod. 5, 2. cap. 7, 13. 22. cap. 8, 19. Hebræorum, 2. Reg. 17, 14. persecutorum Stephani, Actorum 7, 51. 2. Commenda DEO innocentiam tuam, Psalm. 7, 1. 2. & 26, 1. 3. Solare te exitu feliciſſimo bonæ causæ, Psalm. 37, 33. Mich. 7. Sapient. 10, 13. Fidentem nescit deseruisse DEUS. 4. Considera, DEUM omniscium esse, tuæ laudis & hostium fraudis gnarissimum. 5. Memineris, te non lædi sinistrâ famâ, quàm non læditur scopulus à fluctibus. 6. Omnes prophetas, imò ipsum Christum malè, sed innocenter audiisse.

FAMES. *Confer Bellum, Num. 16.*

§. 1 1. Naturalis edendi appetitus, 1. Samuel. 14, 32.

2. Spiritualis, eaque vel in bono, vel in malo.

(α) In bono est fames & esuries justitiæ, Matth. 5, 6. id est, ingens desiderium justitiæ & studium acquirendi eam. 1. Fames est concupiscentia calidi & sicci; sitis verò humidi & frigidi, juxta philosophos: sic spiritualis esuries fidelis animæ anhelat caliditatem amoris Christi, ut hic complectatur sua charitate miserum peccatorem: & humiditatem solatii Spiritus Sancti. Vid. Promt. Allegor. 2. In cibo corporali est sapor, qui quasi condimentum est: ita in spirituali cibo animæ sapor dulcedinis est condimentum, ad quam nos invitat David, Psalm. 34, 9. Gustate & videte, quam suavis sit Dominus. 3. Fit cibi attractio in comedentibus: sic cibus spiritualis à nobis attrahitur fide, & in corde velut stomacho concoquitur. 4. Cibus fit satiens; sunt enim cibi, qui non satiant: spiritualis cibus maximè satiat animas, Esa. 55, 2. cap. 65, 13. Johann. 6, 35. Terrena bona cor hominis non satiant, sed sunt salsamenta solum, quæ gustum excitant, non satiant, siliquæ mundanæ egere nos faciunt, Luc. 15. v. 16. 5. Cibus & potus unà desiderantur: sic anima fidelis laborat fame & siti, Psalm. 42, 1. & 63, 2. 3. & 107, 5. 6. Fames causatur à calore, humidum absumente: sic cum ira DEI nos terret & exsuccos facit, cum legis æstus nos premit, Psalm. 32, 4. incipit esuries illa justitiæ. 7. Fames arguit paupertatem, Luc. 16. exemplo Lazari: sic spirituales famelici paupertatem suam humiliter agnoscunt. Vide Jacob. Fabr. Stapulens. in cap. 5. Matth. v. 6. Apoc. 3, 17. 8. Esurientes esuriem sedant: sic fideles, Luc. 1, 53. Psal. 107, 5. 1. Sam. 25. 9. Esurientes corporaliter nauseam cibi concipere possunt: At qui vescitur spirituali cibo, semper esurit, Syr. 24, 29. Qui me comederit, esuriet semper, seu: In Deo delectatur continuâ quadam esurie.

Huc pertinet Fames æternorum bonorum in altera vita, de qua Psalm. 42, 2. 3. Philipp. 3. v. 20. Ea fames suo modo sedatur, cum jam pervenerimus ad alteram hanc vitam. Apoc. 7, 16. Esuries spiritualis & sitis est desiderium animæ. Joh. 4, 14. non sitiet in æternum. Hoc extinguet Spiritus sanctus, cum omne desiderium implebit. Ps. 17. v. ult. satiabor cum appar. Matth. 5, 6. saturabuntur. In hac verò vita hæc esuries plenè non extinguetur.

§. 2 (β) In malo est fames divini verbi, cum hoc carent homines, Amos. 8, 11. 1. Sam. 3, 1. 2. Chron. 15, 3. Os. 3, 4. Ad quam spectant (1) Carentia divini sermonis, hic enim est cibus animarum, Amos 8, 11. (2) Fatigatio, 2. Sam. 17, 29. Psalm. 59, 7. 15. (3) Clamor sequitur famem corporalem, Gen. 41, 55. sic clamor & rugitus cordis famem spiritualem. (4) Attenuatio Jerem. 14, 2. Job. 18, 12. sic carentia verbi divini homines attenuat. Consumtio terræ, Gen. 41, 30. consumtura est fames omnem terram: sic ubi deest verbum Domini, tandem horrendæ vastationes, quibus terra consumitur, insequuntur. (5) Mors spiritualis. Ut enim fame homines tandem enecantur: (sic Es. 5, 13. Nobiles ejus interierunt fame) sic, qui carent divino verbo, tandem morte animæ conficiuntur.

§. 3 Fames divinæ pœnæ & ultionis. Apoc. 18, 8. Una die venient plagæ Babylonis, scilicet mors, luctus, fames, &c. In inferno parata erit impiis retributio, ut carnem propriam velut depasturi sint, illi Ericio similes, qui (ut est apud Poetas) quòd Cereris arbores violasset, fame insigni punitus est, adeò ut carnem propriam devoraverit.

Alia distinctio.

§. 4 1. Datur fames communis. 2. λιμαγχονία est fames, quæ ex diuturna cibi privatione contingit, quæque guttur tandem astringit, & fauces præcludit, ita ut non sit via cibis ad stomachum. De hac Egesippus lib. 5. c. 24. de excidio Hierosolymitano. Interclusis jam faucium meatibus strangulabantur, &c. Confer Basil. in c. 8. Esa. circa fin. 3. Bulimia, bovina fames.

Fames pecuniæ vid. tit. *Avaritia.*

Causæ famis

§. 5 Non sunt 1. Multitudo hominum: facilè enim est Domino his cibum dare, quos ipse creavit. 2. Non Evangelium & religio Christiana: nam & Mosis tempore hoc murmure cœlestem doctrinam prosciderunt Israelitæ, Exod. 17. Num. 11. Annon sub Ethnicismo & Papatu sæpe fames extitit? Sed

§. 6 I. Causa efficiens & immittens famem, est DEUS, Lev. 26, 16. Deuter. 28, 20. c. 32, 24. 2. Chron. 32, 11. 2. Reg. 8, 1. Ps. 105, 16. Ezech. 5, 16. Jer. 21, 9. 10. Ezech. 4, 9. 10. 11. 12. 15. 16. c. 14, 12. Syrach. 39, 35. Neque hic excluduntur causæ secundæ,

cundæ, nempe (α) æstus solis, omnia exsiccans, ut tempore Eliæ. Anno 1553. nimio solis æstu plurimæ sylvæ accensæ sunt. Anno 1473. sylva Bohemiæ æstu accensa totis 18. septimanis arsit. (β) Ingens grando, quo segetes prosternuntur: sic olim in Thuringia factum anno 1183. (γ) Inundatio aquarum, omnia absumens. (δ) Naufragia, v. gr. Venetiis olim summa fames erat, Turci ab his rogati, ut subvenirent re frumentaria, miserunt 24. naves frumento onustas: sed omnes in portu Venetiano penè submersæ sunt. D. Luther. in colloq. Mensalib. cap. 7. (ε) Impeditio pluviæ, Amos. 4, 7. (ζ) Immissio insectorum, erucarum, murium. (η) Rei frumentariæ exustio tempore belli.

§. 7 II. Causæ procreantes famem non sunt conjunctio astrorum, ut volunt Arabes, Albumazar in lib. de magnis conjunctionibus, Messahala in Epistol. Astrologic. & alii, quos rejicit D. Herlicius cap. 3. discurs. histor. & politic. de fame; Sed in genere sunt hominum peccata enormia, de his Jerem. 14. v. 8. 9. 10. Ezech. 5, 6, 7. cap. 6, 11. 12. cap. 36, 31. tum peccata certa, à spiritu sancto indigitata. In specie verò (1) Idololatria 1. Reg. 19. tempore Eliæ: Jerem. 15, 4. cap. 16, 4. 11. (2) Contemtus fœderis DEI Jerem. 34, 18. & prædicati verbi: sic Cananæis, panem verbi divini contemnentibus, famem immisit DEUS, Genes. 12. c. 26. & 41. ob neglectam Josephi concionem Ægyptiis. Hinc fames tempore Judaismi, Pharisaismi, Josephus lib. 7. c. 12. antiquit. Hinc fame afflicti Ethnici tempore Maximini Tyranni, Euseb. libr. 9. c. 8. Longobardorum, Arianorum, Greg. Turon. lib. 7. c. 45. Chrysostomi in exilium pulsi, Sozom. lib. 3. cap. 35. terra fame afflicta fuit. (3) Fiducia in auxilio humano & potentia, Jerem. 14, 10. 11. 2. Samuel. 24, 13. (4) Inobedientia erga DEUM, Jer. 42, 16. c. 44, 13. 18. 27. Deut. 28. si non obedieris &c. (5) Securitas in pœnis jam elapsis, Ezech. 14, 30. & ingratitudo erga DEUM. Ose. 2. Quoniam non vult &c. (6) Doctrinæ veræ contemtus, Jerem. 29, 18 19. ejus falsatio, Jerem. 14, 15. Ezech. 5, 6. 12. & falsæ doctrinæ acceptatio, Jerem. 14, 26. (7) Inobedientia erga magistratum, quo vult DEUS punire, Jerem. 27, 8. 13. erga ministros, Jerem. 29, 18. 19. quos homines persequuntur, Jerem. 5. v. 11. 12. c. 11, 21. 22. c. 18, 18. 21. erga parentes, Luc. 15, 17. & 12, 13. versibus. (8) Oppressio fratris pauperis, per monopolia & usuras, Jer. 34, 17. sanguinisque injusta effusio, 2. Sam. 21, 1. (9) Pigritia, Prov. 18, 8. cap. 19, 15. sic luxus, ebrietas, comessatio, Esa. 5.

§. 8 III. Tollentes famem. (α) DEUS tollit famem escam dando, Psalm. 146, 7. suos in fame nutriendo, Psalm. 33, 19. & 37, 19. Confer Ezech. 34, 29. & locum refugii ostendendo: sic Abrahamo fecit Gen. 12. Isaaco c. 26. Athanasio exuli. (β) Homines tollunt famem vel potius avertunt: pœnitendo, Ezech. 36. vers. 11. ratione enim ordinis, non meriti, Deus pœnitentiam hominum respicit & famem tollit; sic Acolastus ille Luc. 15. famem sedavit: orando 1. Reg. 8, 37. & ad Christum veniendo, sic populus Joh. 6. fecit: satisfaciendo justitiæ, in tantum, 2. Sam. 20, 1. sequent. charitatem mutuam exercendo. Joh. 6. discipuli distribuebant panes. Luc. 6. Date & dabitur vobis. Bonum ordinem conservando: Joh. 6. populus discumbebat: gratias agendo: contentationi studendo: parsimoniæ attendendo: de vocatione non desperando, sed constanter in ea perseverando, Psal. 37.

Concomitantia famem.

§. 9 Plerumque sunt alia supplicia mala: v. gr. gladius, vastatio, damnum, Esa. 51, 19. Jer. 14, 18. cap. 32, 36. siccitas, Jerem. 14, 3. 4. obsidio & pressura hostium, Jerem. 21. vers. 7. cap. 32. vers. 24. cap. 38, 2. c. 52, 6. Thren. 1, 9. cap. 4, 9. cap. 5. vers. 10. pestis, Ezech. 7, 15. cap. 12. v. 16. Matth. 24, 7. Luc. 21, 11. terræ motus, Marc. 13. vers. 8. nuditas, Rom. 8. vers. 35. sitis & jejunia, 2. Cor. 11, 27.

Divisio famis.

§. 10 1. Universalis in toto regno vel terra: v. g. in Ægypto, Genes. 45, 5. Canaan, Actorum 7. vers. 11. 2. Oecumenica in toto orbe, ut illa Actorum 11, 28. 3. Martyrii, ut fames Jeremiæ, cap 38. vers. 9. Apostoli, Rom. 8. v. 35. 2. Cor. 11, 27. 4. Miraculosa & extraordinaria Christi, Matth. 4. & Mosis, Exod. 34. quadraginta dierum noctiumque spatio definita. 5. Corporalis & spiritualis, de qua ab initio.

Exempla famis.

§. 11 I. Ratione annonæ caritatis. Sic fames in Ægypto, Gen. 41. in terra Canaan, Gen. 12, 10. & 26, 1. tempore Davidis, 2. Sam. 21, 1. in urbe Samaria, 2. Reg. 7, 21. Stercus columbinum hoc quidam accipiunt de granis & baccis, quas in vesica gutturis habent columbæ: alii de condimento ciborum, quod pro sale fuerit stercus illud: alii pro lignis, ad quæ cocti cibi: Melius alii de ipso stercore illarum accipiunt, in quo aliquid sit esculenti, quod non concoquat calor columbarum. Hunc cibum imperavit obscœna, Virgilio dicta malesuada fames. Sic erat ingens fames tempore Jerusalem obsessæ, Jerem. 21. v. 7. Baruch. 2. tempore Claudii, Actorum 11, 28. Euseb. in Chronic. Oros. lib. 7. c. 6. Dio Cass. lib. 60. historiar. Diocletiani Cæsaris, Belisarii contra Gothos pugnantis, Procop. Titi, urbem expugnantis, Joseph. lib. 5. cap. 6. & 7. In Dania quondam ingens fames fuit, omni hordeo in panes (non coquendam cerevisiam) adhiberi jusso à rege. Saxo Grammat. lib. 8. Romæ anno 964. medimnus furfuris 70 ducatis emtus est. Curtius libr. 6. refert, Alexandro M. exercitum ducente contra Bessum, Bactrianorum ducem, singulas amphoras succi ex sisama, vænisse ducenis quadragenis denariis. Mus ducentis væniit nummis, Hannibale obsidente oppidum Casilinum. Plin. lib. 8. cap. 57. Modius tritici vicenis aureis nummis venditus est Mediolani, obsessi à Francisco Sfortiæ filio. Conf. Valer. Maxim. lib. 7. c. 6.

§.12 II. Ratione obtruncationis hominum, ut in cibum cederent, sic matres non abstinuerunt manus à propria sobole. Hierosolymis à Vespasiano obsessis, mulier Judæa proprium & uterinum infantem occidit, ejusque carnem esitavit. Idem accidit Samariæ 2. Reg. 6. v. 28. Calagurii (urbis Hispaniæ, obsessæ à Cneo Pompejo) cives & liberos & conjuges proprias comederunt. Cum Cambyses Cyri filius in Æthiopes copias duxisset, tantâ fame exercitus ejus confectus est, ut rex decimum quemque sortiri & occidere mandaverit, reliquis in escam. Unde sibi metuens Cambyses, tandem receptui cecinit. Ravis. in officin.

§.13 III. Combustionis. Sagunti (urbis Hispaniæ à Pœnis obsessæ) cives præ fame se suosque igni consecrarunt in foro. Eutropius.

§.14 IV. Quæsiti cibi, ex radicibus & corticibus arborum, & herbis; sic Sabellici tempore in Italia: in Germania non uno in loco annis superioribus plurimi ex loliis, herbis victitarunt: sic ex carnibus asinorum, 2. Reg. 6. vers. 25. hominum, Levit. 26, 29. Deuter. 28. vers. 51. Thren. 2, 20. cap. 4, 10. Jerem. 19, 9. Ezech. 5, 10. Joseph. lib. 7. cap. 8. de bello Judaico: ex pellibus scutorum, cum Baculum Apuliæ oppidum à Gallis obsessum esset: ex furibus suspensis, sic tempore Henrici II. Imperatoris anno 1005. Ex canibus. Saxo Grammaticus refert Hunnos illos devorasse præ fame.

Alia famis adjuncta.

§.15 Est maximum malum. Basil. homil. de fame & squalore, tomo 1. oper. & tomo 2. apud eundem. Basil. in orat. funebr. Gregor. Nazianz. super Basil.

Lente torquet. Basil. homil. 8. in avaros: Esurientis enim morbus, fames inquam, miserabilis est afflictio. In aliis namque periculis, vel ensis cuspide citò interibis, vel ignis impetus breviter vitam extinguit &c. at famis diuturnius malum, ocyus torquet, lentius tabefacit, sensim occidit.

Omnia membra exugit. Vide Basil. d. l. lit. 1. kemphaticam descriptionem.

Terram aspectu horridam reddit. Basil. in orat. de fame & squalore fol. 102. tom. 1. oper. ibid. Fontes plurimi & perennes nos deseruerunt.

Bona ex fame.

§.16 1. Ut discamus DEI paternam erga nos providentiam, quæ cum cessat, fames ingruit. Psalm. 104. abscondis faciem &c. Psalm. 65. coronat annum &c. Suggerit bona consilia Politicis DEUS, ut famem antevertant. 2. Ingratitudinem pro cibo & potu agnoscamus. 3. Cogitemus, nos in mundo esse, ut exilio & deserto. 4. Conformemur Christo jejunanti, Matth 4. & Apostolis, 2. Corinth. 6, 5. Carnem domemus, nimia copia luxuriaturam. Plenus venter enim despumat in libidinem. 6. Paucis nos contentos esse debere, discamus, 1. Tim. 6. Psal. 37. 7. Probetur fides nostra, sicut Joh. 6. fides discipulorum fuit probata, & constantia. 8. Imitemur exempla martyrum, qui fame sæpius confecti sunt. Euseb. lib. 6. cap. 13. & lib. 8. cap. 8. 9. Multorum corda detegantur, qui tempore famis deficiunt, & avaritiæ se dedunt. 10. Veri Christiani probentur, qui frangunt panem esurienti, Esa. 58.

FAMILIA.

§.1 Est series generantium & generatorum, à communi stipite dependentium, Gen. 10. v. 5. Eam in tritavo terminari scribit Funger. in lexic. etymolog. Vocatur aliàs semen, generatio, domus &c. 2. Sam. 14, 7. Zach. 12. v. 12. Notat aliquando universam tribum, Judic. 18, 2. 11. totumve populum, Levit. 20. vers. 5. cognationem, Genes. 24, 38. 40. Ecclesiam militantem, Ephes. 3. vers. 15. cujus unus pater, una mater, una patria, una tutela & curatela, una spes.

Rarò immunis est à quibusdam malis.

§.2 In familia Adami erat Cain, Genes. 4. Noachi, Cham illusor, Genes. 9. Abrahami, Ismael, Genes. 25. Isaaci, Esau, Genes. 28. Jacobi, Ruben, Simeon, Levi, Genes. 49. Davidis, Absolon, 2. Samuel. 15. & Ammon, 2. Samuel. 13. Augustinus pulcherrimè Epistol. 137. ad Clerum & plebem Hipponens. Quantumlibet (ait Augustinus) enim vigilet disciplina domus meæ, homo sum & inter homines vivo, nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit, quàm arca Noë, ubi tamen inter octo homines reprobus unus inventus est: aut melior sit, quàm domus Abrahæ, ubi dictum est, ejice ancillam & filium ejus: aut melior sit, quàm domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui: aut melior sit, quàm domus ipsius Jacob, ubi lectum patris filius incestavit: aut melior sit, quam domus ipsius David, cujus filius cum sorore concubuit, cujus alter filius contra Patris tam sanctam mansuetudinem rebellavit: aut melior, quam cohabitatio Pauli Apostoli, qui tamen sic inter bonos omnes habitaret, non diceret, quod superius commemoravi, foris pugnæ, intus timores; nec diceret, cum de sanctitate & fide Timothei loqueretur, neminem habeo, qui germanè de vobis solicitus sit; omnes sua enim quærunt, non quæ sunt JESU CHRISTI: aut melior, quàm cohabitatio ipsius Domini Christi, in qua undecim boni perfidum & furem Judam toleraverunt: aut melior sit postremò, quàm cœlum, unde angeli ceciderunt. Hæc Augustinus. Simile: Sicut hortus vix purus est & vacuus loliis: sic nec familiæ honestæ perversis.

Una oritur, altera occidit.

§.3 Eccles. 1, 4. Generatio una labitur, altera advenit; una exaltatur, altera deponitur, diversis temporibus. Sic familia Davidis olim exaltata, tempore B. Virginis plurimùm demissa fuit. Felicitas familiarum non diu durat: Richter Axiomat. Oeconom. p. 110. 111. Causæ autem occidentium familiarum sunt (1) Impietas & petulantia: ob hanc

hanc familia Eli excisa est, 1. Sam. 2,3. cap. vers. 31. 32. sequent. punita sic familia Pharaonis, Genes. 12,17. sic cap. 20,7. Numer. 16,27. Jos. 7, 24. 1. Reg. 13, 10. 2. Chronic. 21,14. (2) Idololatria: Ob hanc Jerobeami familia deleta est. (3) Sanguinis injusta effusio, ut Achabi domus funditus sublata, 1. Regum 21,28. &c. 2. Sam. 21, 14. (4) Impœnitentia pertinax: ob hanc deleta est tota Caini posteritas, Gen. 6. & 7. servata Sethi in Noachi prosapia. Saulis familia tota excisa, exceptâ posteritate Jonathanis. Familia Alexandri M. penitus interiit. Familiæ regum Syriæ & Ægypti ob atrocia scelera funditùs extirpatæ sunt. Strigel. in Psalm. Familia Jerobeami, 1. Reg. 14, 10. & Baësæ, cap. 21. v. 22. Removentur illæ familiæ, instar sterquiliniorum d. l. 1. Reg. 14. in fructibus impii conturbatio, Proverb. 15. v. 6. Vide Richter. Axiom. Oeconom. 55. Diversa studia familiarum: Vide Sabellic. in Exempl. folio 27.

§. 4 *Justorum familia.*

Lucernæ comparatur. Sic Davidis familia dicitur lucerna, quod ea Hierosolymis duratura esset usque ad Messiæ adventum. P. Martyr. in 1. Regum 14. vers. 10. adeoque crescit. Richter. Axiomat. part. 117. Huicque familiæ benedicitur Psalm 112, 6. Proverb. 15,6. Psalm. 107. vers. 41.

§. 5 *Impiarum familiarum pœnæ.*

1. DEUS mala super has cogitat, Mich. 2, 2. 3. seq. 2. planè eas delet, vide supra. 3. Illis ob peccata morum maledicit, Exod. 20, 4. Vituperat, Matth. 12, 39. 40.

FAMILIARITAS. *V. Amicitia. It. Societas.*

FAMULUS. *V. Servus.*

FASCICULUS.

Fasciculus viventium 1. Sam. 25, 29. notat DEI providentiam & curam pro piis. Videtur alludere Abigail ad hortulanos, qui egregios flosculos colligunt, vel patresfamilias, qui pretiosa quæque singulari curâ conservant & reponunt. Confer quoque fasciculum ad foveam, Esa. 24. vers. 22. Alii de manu DEI exponunt, qua nos tenet, nulla ipsi vi extorquendos, Johan. 10. vers. 28. Exod 23, 22. Psalm. 63. vers. 9. Exemplo Lutheri, singulari DEI gratiâ è Comitiis Wormatiensibus 1521. redueis, salvi, cui tot structæ insidiæ, sed frustrà. Nec in morte ipsa solvitur ille DEI fasciculus. Rom. 14. morimur Domino; nec in periculis, protegimur enim à Domino, Rom. 8. v. ult.

FASCINO. *Vide Error.*

FATUM *V. Providentia. It. Stoici.*

FATUUS. *V. Contumelia.*

FAVOR.

Favor humanus non anteferendus confessioni puræ fidei. Vid. supra tit. *Constantia.* it. *Confessio.* Humanus favor privat nos favore DEI: Volsæus Henrico VIII. Angliæ Regi causa divortii fuit; postea tantum regi ingratus, dixit: Ego, quia non Dei sed regis gratiam quæsivi, hinc Dei gratiam amisi, & regis non acquisivi.

Favor seu benevolentia hominum à DEO fluit, Gen. 39. vers. 4. Daniel. 1. vers. 9. Actor. 7. vers. 10. Proverb. 29. vers. 26. cap. 22. vers. 1. 1. Samuel. 18. v. 5. 16.

Constans favor aulicorum non est. Didac. Apolepht. part. 2. p. 369. hor. historic.

FAX.

Jerem. 6, 1. Elevare facem, est significare hostium adventum, cujus illa erat indicium. Thucyd. libr. 2. Salaminii à Peloponnesiis oppressi faces extulerunt, ut Athenienses citò illis auxilium ferrent. Confer Judic. 20, 38. Virigil. 2. Æneid. Flammas cum regia puppis extulerat.

FEBRIS. *V. Morbus.*

FEL.

§. 1 Felle potatus Christus. V. *Christus.* It. Promt. Alleg. 833.

Alias fel dicitur (1) cordis perversi & malitiosi, Deuteron. 32, 33. infidelis, Deuter. 29, 18. Actor. 8. Hebr. 12. (2) hypocritici, Actorum 8. vers. 23. Confer pro phrasi Marc. 1, 23. esse immundo spiritu, Luc. 4, 33. Notatur igitur intima malitia. (3) Odio & incredulitate pleni, Hebr. 12,. 15. (4) Fel aspidum vel venenum sub linguis, Psalm 140, 4. id est, noxia quævis & venenata linguis suis proferunt. Repetitur Roman. 3, 13. Dicunt esse venenum in capite aspidis, unde etiam ראש dicitur: alii tamen putant significari herbam venenatam, ut R. David Kimchi. Plutarchus in vita Antonii refert, solum aspidis morsum sine dolore vitam extinguere, gravato ex somno capite, & viribus paulatim deficientibus: sic quoque malevoli obtrectatores famam honesti nominis intermori faciunt. Confer plura apud I. Bustomantin. de reptilibus verè animantibus sacræ scripturæ, de aspidum natura. (5) Fel corporum, sive vesica fellea, quæ amaritudinem in se continet & choleram, & hanc à sanguine separat & grossos humores inscidit, unde in oculorum collyriis adhibetur. §. 2

Uva Fellis. vid. tit. *Uva* in sequent.

FELICITAS MUNDI.

§. 1 Est congeries illa bonorum temporalium ad hanc vitam, ut, divitiarum, honoris, favoris, dominii, imperii, & quicquid in mundo magnificum est & sublime.

Similia.

Araneæ tela, quæ mox evanescit.

§. 2 Arbor cito marcescens, Ps. 37, 2. in autumno mortis, v. 35. 36. Psalm 39, 7. In vanum tumultuatur; sic felicitas humana facilè transit, florem abjicit. Vide epulonem Luc. 16. & divitem agricolam Luc. 12, 16. &c. Arbor putris frondibus superbire aliquando visa est, sed repentino vento corruit, quippe radices ejus putrefactæ sunt: ita felicitatis humanæ radices putres sunt, ut honor flabilis, divitiæ instabiles, favor hominum quovis Euro mutabilior.

Avis mox avolans, cum visa fuit posſideri. Pulchrè Granatenſ. lib. 1. p. 3. p. 481. Vidi aliquot factos epiſcopos & cardinales, qui duobus vix menſibus in dignitate ſua exactis obierunt.

§ 3 Cineres ſuppoſiti igni doloſo: His enim ſimilis eſt mundi felicitas. 1. Divitiæ & omnia mundana cineres ſunt, terra ſunt, in cineres tranſitura, 2. Pet. 3, 10. 2. Hæc bona ſub ſe habent doloſum ignem. Ignis non protinùs videtur, ſed calcatis cineribus ſentitur: ſic rectè conſiderans mundi bona, deprehendes nil niſi cineres eſſe, quibus ſi adhæreſcas, ignem malæ conſcientiæ ſenties & æternæ pœnæ, 1. Timoth. 6, 17.

Currus & equi, quibus confidunt impii, Pſ. 20, 8. ſed fruſtrà: nec enim ſalvant, nec his delectatur Dominus, Pſal. 33, 16. 17. & 147, 10.

§. 4 Decipula eſt. 1. Tim. 6, 9. Divites ad gloriam mundi aſpirantes, in retia incidunt multiplicia, Satanæ, mundi, propriæ carnis, ut in exitium ruant.

Domus ruinoſa quàm facilè corruit? Sic felicitas hujus mundi inopinato caſu poſſeſſorem ludit, Pſa. 49. v. ultim. ſic deluduntur divites, ſic epulo, Luc. 16. ſic Nebucadnezar, Daniel. 4. Filius acolaſtus, Luc. 15. Sejanus, conſul Romanus, tanti fuit apud populum Romanum, ut ei ceu DEO ſacrificarent, ſed tandem conſulatu dejectus ipſe, & filii ejus in carcere miſerè perierunt,

Faſcinum, quo oculos perſtringere vult Satan, 2. Cor. 4. v. ult. Quæ cernuntur, temporaria ſunt, ait Apoſtolus: Temporariarum ergo rerum faſcino utitur Satan, ut aurum videas viſibile, non DEUM: ut temporaria videas, non æterna, quæ non videntur, Apoſtol. d. l. Faſcinum dicitur à faſce, quod liget; ſic ligat faſcino divitiarum & mundanarum rerum homines Satan, dicens: Hæc tibi tabo omnia &c. Matth. 4, 9.

Fercula picta Heliogabali, quibus invitati hoſpites non ſunt ſatiati: ſic homines Satan invitat ad umbratilia fercula opum, voluptatis, ſed non ſatiat. Hinc Cicero: Ego (dixit) tentatis rebus omnibus nihil inveni, in quo mens mea requieſceret.

Flos & gramen citò marceſcens, Pſal. 37, 2. 20. & Pſal. 92, 8.

§. 5 *Sic marceſcit ilico*
Umbratius felicitas, marcent comis arentibus
Ut falce ſecta gramina --- Buchan.

Fœnum Eſ. 40, 7. facilè areſcit, demetitur, abjicitur: ſic felicitas mundi 1. areſcit tandem ſenio temporis & mutabilitate foris. 2. demetitur morte. 3 abjicitur in ſepulchrum. Quid monarcharum gloria? fœnum! quid potentia? ſtramen! Quid majeſtas? flos dudum marcidus!

§. 6 Fovea tecta. Solent venatores capturi animalia fera, fodere foveas eaſque ſarmentis adoperire, in quas illa incidant: ſic Satan Pſalm. 91, v. 3. venator fodit foveam felicitatis mundi, ut illaquearis & capiaris; hinc 1. Timoth. 6, 17. incidunt &c. Fovea, quam ſibi quiſque parat, qui fiduciam in his collocat, Pſal. 49, 12. 13.

Fumus citò evaneſcens, Sap. 5, 15. Pſal. 37, 35. Sic gloria mundi facile tranſit. 1. Tranſit fumus in altum. 2. ſpeciem corporis denſi præbet, cum ſolum vapor ſit. 3. tandem ſurſum tendens diſſipatur. Vides imaginem gloriæ hujus vitæ, quæ in altum tendit, Pſal. 49, 12. 13. magnificatur: ſed ubi maxima fuit, tandem diſſipatur & evaneſcit.

Hoſpes ſolùm tibi mundus eſt, non pater: ut quid igitur ab hoſpite expectas felicitatem? non dat dominium ſuarum rerum mundus, ſed ſolùm indulget uſum: hic hoſpes vendit tibi paleas pro tritico: proponit tandem tibi exactum computum in conſcientia, in qua omnia peccata ſunt conſcripta.

§. 7 Incentivum peccatorum: nam felicitas humana operatur luxuriem, avaritiam ad magnificos vitæ apparatus cum elegantia & copia, impudicitiam exemplo Sodomæorum, laqueum & deceptionem, inobedientiam: Sic Saul obediens ante faſces regias, poſt illas inobediens: David poſt eaſdem adulter, homicida: Gideon poſt victorias peccat, Judic. 8.

Ineſcatio 1. venatoris infernalis, Pſalm. 91, 3. infinitam enim hominum multitudinem ſpe vanæ gloriæ in æternam traxit perniciem. 2. venenata. 3. dulcorata: ſed 4. lethifera & animabus exitioſa.

Laqueus Diaboli principis hujus mundi, quo multos cepit; ſic gloria mundi in Satanæ manu laqueus eſt, quo mundanos homines capit, captos in infernum detrudit.

Later, qui citò frangitur, Ezech. 4. v. 1. hoc Prophetæ eſt monſtratum: quid quæſo magis fluxum & fractioni obnoxium eſt, quàm mundi gloria?

Laurus, citò marceſcens, Pſ. 37, 35.

Liliis vilior, Matth. 6, 28. Superbiant licèt homines mundanâ gloriâ, auro, gemmis, ſerico, honore, autoritate &c. omnibus his donis lilia agri prætulit Chriſtus veritas, ut pateat mentium humanarum vanitas & conceptuum humanorum falſitas.

§. 8 Ludibrium inconſtantiæ. Alcibiades ditisſimus & potentisſimus in exilium tandem miſſus eſt.

Dionyſius Syracuſanus Rex, tandem ejectus, Corinthi pueros inſtituit. Syphax Rex Numidarum victus à Scipione Romæ, in carcere vitam finiit. Ipſi filii Jobi repentino domus caſu oppresſi, triſte ſui deſiderium, & inconſtantisſimæ felicitatis exemplum reliquerunt.

§. 9 Ludus puerorum, quem hi circa crepundia exercent; Bona temporalia nihil ſunt niſi crepundia, quæ vel ætas vel mors manibus tuis excutit; & hoc demum eſt: Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Luna plena longisſimè abeſt à ſole; ſic & temporaliter felices longisſimè abſunt à Chriſto, quia omnis fiduciæ ipſorum anchora in divitiis

vitiis fixa est; itaque lumen non vident, Ps. 49, 20. nec mirum! quia auri tenebras diligunt, & in vero lumine ambulare nolunt, suis dediti vitiis & concupiscentiis.

Momentum oculi 1. Corinth. 7, 29. tempus breve est: Matth. 4, 8. in momento ostendit ei Diabolus. His omnibus notatur momentanea duratio felicitatis temporalis: quam enim brevis ea est? sicut ipsa vita brevis fluxaque & caduca est, Psal. 39, 6.

§. 10 Navis fragilis: Joh. 6, 18. faciunt naufragium in portu. 1. Mundus est mare. 2. navis est felicitas, sed fragilis. 3. huic qui nimium confidunt, se fallunt, & ruinæ submersionique proximi sunt. 4. sunt in mundo plurimi scopuli, ad quos felicitas frangi potest: ut (α) Diaboli libido nocendi, (β) hominum malitia, (γ) hominum favor ambulatorius, (δ) varii casus humani, rapina, incendium &c. noli ergo tam fragili navigio tuam committere salutem.

§. 11 Occasio peccandi: honor namque, opes, gloria, divitiæ &c. lætam hominibus ad malitiam fenestram patefacere assolent, ut: otium & pax Davidi: Acolasto Patrimonium concessum &c.

Phantasmata sunt res terrenæ & inanem habent dilectionem. Augustinus tomo 5. col. 645. lit. c.

Pictura quædam, non res ipsa. Eccl. 1, 2. Vanitas vanitatum. Sic res mundanæ sunt tantum picturæ: res solidæ sunt æterna bona.

Pinguedo quædam noxia. Psal. 22, 13. Tauri pingues obsederunt me. Hinc proverbium: Fœnum habet in cornu. Horat. Sic noxia est rerum mundanarum gloria & felicitas.

Poma Sodomitica intus nihil nisi cinis sunt: ita impii extrinsecus florent, sed cinis sunt & interitus proximi: cinis & terra vivi mortuique, etsi ad tempus vigeant. Poma vermiculata, Amos 8, 1.

Præcipitium desperationis: nam ad hanc tandem inducit sui cultores mundi felicitas, Sapient. 5.

§. 12 Punctum ad æternitatem quid quæso? Sic omnis in hoc mundo felicitas nihil est nisi punctum; ac ne vix quidem, cum inter infinitatem & punctum nulla possit esse proportio: cur ergo homo, nate ad æternitatem, Punctum amas, imò nihil amas præ æternitate?

Pyratæ & latrones tandem ad carnificem pertrahuntur mactandi: sic quoque impii. Chrysost. hom. 1. de resurrect.

Seges uberior & arbores umbrosæ facilè concutiuntur, concussi franguntur, fracti conculcantur: sic illa felicitatis humanæ seges & vermiculata arbor facilè corruunt.

Sepulchrum dealbatum intus plenum est fœtoris & horroris: sic gloria mundi extrinsecus dealbata est hominum opinione, ornata stultorum consensione, omnium eam aucupantium, Psal. 144, 11. Sed si penitius inspexeris, sepulchrum esse deprehendes, plenum contemtu DEI, securitate, malâ conscientiâ. His enim ex mediis plerumque felicitas mundi consistit.

§. 13 Serpens super pectus graditur, Genes. 3. ita terreni non nisi terram gerunt, terram ferunt, terrena meditantur.

Somnus Psal. 73, 20. est mundana gloria & somno brevior.

Spina pulchra aspectu, tactu vulnerans. Divitiæ sunt spinæ, felicitas humana pulchra aspectu, (sicut fructus Paradisi Genes. 3.) sed si tetigeris spinam, sine vulnere non abibis. Est enim amor mundi DEI amori contrarius, Jacob. 4, 4.

§. 14 Statua Danielis fracta Daniel. 2. & à lapide collisa: sic gloria mundi muta est statua, quæ te solari non potest. Tenta divitias, non solabuntur te: tenta honores, non satiabunt te: tenta voluptates, non satisfacient tibi. Quid ergo tua gloria munde? statua est inanimata muta, quam Christus planè franget, & disjiciet in altera vita.

Telonium, à quo nos Christus vocat cum Matthæo Matth. 9. ut bona cœlestia amemus, emamus, Es. 55.

Tendicula in via. Venatores in viis exponunt tendiculas: sic homo es in via vitæ tuæ, mundi tendiculam tibi ponit Satanas, cave insidias, si salutem animæ amas.

Vapor. 2. Cor. 4. vers. ult. Quæ cernuntur temporaria sunt. Ut facilè transit vapor & in aquas resolvitur: sic gloria mundi fluida est instar aquæ, & fugax instar vaporis.

Venæ terræ luto oppletæ aquas turbidas reddunt: sic cupiditates terrenarum rerum mentem opplent luto sordium terrenarum.

§. 15 Venenum virtutis & pietatis. Cum David felix esset, adulter & homicida factus est, 2. Sam. 12.

Quæritur, Ægysthus quare sit factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat:

Hoc est, gaudebat tranquillitate & prosperitate rerum. Confer tit. *Otium.*

Ventilabrum vanitatis: certè mundana gloria vanas hominum mentes ventilat & probat, quarum nonnullæ honoris, aliæ opum, quædam voluptatum illecebris captæ sunt.

Ventus contrarius, volens nos, ut Petrum, submergere. August. tom. 10. col. 61. sic felicitas mundi hujus multos homines submergit & ad tartara trudit, 1. Tim. 6, 17.

Viscus, quo implicantur ut aves; sic & homines.

Vitrum splendens maximè: ita & divitiæ. Illud cum splendet, maximè frangitur: sic mundana gloria, cum maximè fulget, citissime perit.

Umbra fugiens; Est felicitas mundi omnis nihil aliud, quàm umbra. Solidum felicitatis corpus spernunt homines, umbras captant, umbris pascuntur, & cum gemitu in umbras æternas descendunt, nî egerint pœnitentiam.

Adjuncta felicitatis.

§. 16 Brevitas; parvo namque tempore durat, Ps. 39. Sap. 5. Job. 21. Polycrates nullâ clade in vita affectus, tandem cruci affixus. Sesostres

rex

rex Ægypti aureo curru vectus à quatuor regibus captivis eſt tractus; ſed horum unus ſæpe vertiginem rotæ inſpiciens, rogatusque cauſam, dixit: Cogito de fortuna noſtra, cujus ut ſummi fiunt infimi radii; ſic & noſtra fortuna volubilis: Seſoſtres verbo hoc moderatior factus, liberavit hos captivos.

Fallacitas. Impiis hîc tamen male eſt 1. ob malam conſcientiam. 2. ob ſtultum ſæpe interitum. 3. ob finalem damnationem.

Vanitas. Felicitas impiorum non movebit nos, Syr. 9. v. 16. non te moveat, ſi impium videas. Pſal. 37. & 73. toti huc ſpectant. Pſal. 17. verſ. 15. Satiabor imagine tua: hæc non eſt mundi, hæc enim facies & imago non ſatiat. Petrus vult in monte morari, Lucæ 9. verſ. 33. Moſes videt terram promiſſam, ſed non ingreſſus eam fuit: ſic mundani vident gloriam DEI in creaturis, Roman. 1. Verùm non ingrediuntur gloriam illam cœleſtis regni, hunc montem non ſuperant, valli terræ affixi, & paludibus ſeculi immerſi ſuâ culpâ. Apophthegma: Diogenes Alexandro M. dixit: Tua potentia aut præſens, aut præterita, aut futura: ſi præſens, non diu durat: ſi præterita, evanuit: ſi futura, quid ad me? Applic. Idem dicamus de gloria mundi, quæ non durat, quæ evaneſcit, quæ nobis omnibus ſepulchrum parat; oblivione altâ delendis, memoriâ noſtri funditus extinctâ. Canutus, Angliæ rex, aſſentatorem, qui omnia ei licere dixerat, repreſſurus, ſolium ad littus ſuum maris locari juſſit, eique dixit: impero tibi mare, ne meam terram aſcendas, nec pedes madefacias; at mare evomens fluctus in pedes regis ei non pepercit: Ergo rex Canutus dixit, frivola eſt omnium regum potentia, & ſolus Deus regis nomine, qui cœlo, mari, terræ imperat, dignus eſt. Guliel. Cambden. in Britannia.

Damnum: impedit enim pietatem felicitas mundi: v. g. Lucæ 17. decem leproſi ad Chriſtum veniunt, ſanati novem non redeunt; ita hi, quibus benè eſt in hoc mundo, ſegniter Chriſtum curant & regnum ejus, magis terrena curantes.

Felicitas impiorum divitum.

§. 17 Johan. 20. v. 16. Divites fel aſpidum ſugunt. Fel ejusmodi opes ſunt, quia licet cum delectatione acquirantur, tamen poſtea venenum & fel fiunt, felicitatem corporis & ſpiritualem quoque impedientia: nam impiorum gloria tandem marceſcit ſicut fœnum, Pſal. 37. verſ. 36. & quia idololatræ fiunt divites, Eph. 5. verſ. 5. pars eorum erit cum idololatris, Apoc. 22. v. 15. Venenum autem aſpidum opes ſunt, quia aſpis infernalis hoc dulci veneno animas capit, 1. Tim. 6. v. 9. quod ſemel admiſſum ſpiritualem mortem infert. Aſpides olim ab Ægyptiis culti: ita Diabolus à divitibus colitur, quem adorant, regna mundi pollicentem, mammonæ ſuo ſervientes. Quæ cum ita ſe habeant, planum fit

Terrena non amanda eſſe.

§. 18 Feneſtræ templi Salomonici intus erant latiores, extus anguſtiores, 1. Reg. 6. ſic corda noſtra templa Spiritus S. ſunto, 1. Cor. 6. Feneſtræ ſunt cupiditates, quæ intus ſint amplæ ad capiendum Spiritum S. extus anguſtæ, ut declinent amorem rerum terrenarum. Bene Gregor. Carnales mentes, quantum ſe per deſideria carnis dilatant, tantum ad receptionem Spiritus S. ſinum cordis anguſtant. Matthæi 13. verſ. 44. omnia vendit homo, ut emat agrum, in quo theſaurus: omnia terrena relinquenda, ut theſaurum regni cœlorum adipiſcamur. Abraham cognationem & amicos deſeruit, Geneſ. 12. Sic nos mundum & terrena; irrequieti aliàs habitabimus, ſicut Cain à facie DEI egreſſus, Geneſ. 4. & columba, arcâ Noæ egreſſa, ambo irrequieti. Allium Ægypti Iſraelitæ deſiderabant, ſed cum vitio: ſic plurimi terram amant, patriam negligunt, cœlum contemnunt. Jericho cum diſpendio ædificantis ædificabatur, Joſ. 6. 1. Reg 16. ſic mundanæ res, cum nimiopere curantur, maledictionem poſt ſe trahunt, & animæ damnum inferunt, Matth. 16, 26. Cymba, Chriſti docentis cathedra, à terra abducenda erat, Lucæ 5. Cor tuum cymba eſt, hanc à terra abduc, ut in ea Chriſtus per fidem habitet, Epheſ. 3. & fides per charitatem efficax ſit. Omnis caro periit in diluvio, Gen. 6. ſic omnes terrenis confidentes & ſapientes terrena pereunt in diluvio æternæ damnationis: ſoli, qui Noacho adhærent, ſalvantur. Sic verò temporalibus utendum eſt, ut ſemper nobis ſuppetat, quantum ſuppetit. Exod. 16. qui plus collegit Mannæ, non amplius habebat. Simus igitur ſimiles piſcibus, pinnis natantibus Levitic. 11. ut mundi mare naufragum ſuperemus. Numer. 18. verſ. 20. Levita terræ promiſſæ incola erat, ſed hæreditatem non poſſidebat in ea: ſic & nos in mundo non hæreditatem, non manſionem habemus; ergo hoſpitio anhelato nemo patriam negligat, Hebr. 13. v. 14. Philipp. 3, 20. Pſalm. 16, 5. & 73, 18. Gibboſus è tribu Levi non poterat panem ſacrum offerre: ita DEO rem ſacram & gratam non facies, niſi gibbum terrenæ cupiditatis prius depoſueris. Philipp. 3. verſ. 13. obliviſcor eorum, quæ retrò ſunt; hæc ſunt temporalia, ea ſunt à tergo, ut eorum nos facilè capiat oblivio, Pſalm. 4, 5. 12. ne Chriſtus nos recedere jubeat cum Petro, temporalia ſapiente, Marci 8, 33.

Diverſitas, cur quidam felices, alii non?

§. 19 Fortunati alii, alii infortunati; id totum à DEO eſt, ut oſtendat 1. Se abſolutum & juſtum in his quidem & conſimilibus caſibus Dominum eſſe, cui nemo dicere poſſit: cur ſic facis? 2. Diſparitatem in genere humano & gradus divinæ providentiæ inexplicabili ordine ſubjectos. 3. Ut homines à DEO diſcant poſcere, omnium bonorum datore, Jac. 1, 5. 16. 4. Ut felices ſuâ felicitate ad DEI & proximi gloriam auxiliumque, illâ erga DEUM, hâc erga proximum utantur: infortunati rationem habeant modeſtiæ, pietatis.

5. Ut pii videant omnia bona terrena esse adiaphora, Deumque hæc largiri etiam improbis; adeoque hæc contemnere discant. Quod observamus contra eos, qui ecclesiæ Dei felicitatis notam plane notham hoc sensu assignant.

§.20 *Exempla evectorum*

Ex humili ad grandem fortunam: David ex pastore Rex, 1. Sam. 16. Joseph è servo Dominus, Gen. 40. Maria mater Domini ancilla, Luc. 1. Seleucus, Syriæ Asiæque Rex, olim Alexandro M. obequitanti pedibus officia præstitit. Maximinus pecora pavit; sed tandem Augustus Imperator factus est. Martianus ex fabro ferrario Cæsar. Mauritius ex notario & scriba in oriente Imperator factus est. Basilius Cæsar olim Abbati minister fuerat, Michaelem Imperatorem occidit, à quo ad eam fortunam fuerat evectus, tandem Imperator factus est. Mahumetes Arabs à Mauris ad Granatæ regnum è bubulco evectus est.

§.21 *Exempla deturbatorum*

E statu felicitatis. Jobus c. 1. & 29. David Ps. 30. v. 8. Nabal vesperi felix, mane mortuus. Haman in crucem actus, Esther. 7, 10. Saul rex Israelitarum. Adonibezeck. Jesabel. Belisarius olim dictus delitium orbis Romani, post mendicus factus stipem petiit his verbis: Date Belisario nummum, quem virtus evexit, invidia depressit. Crœsus ditissimus mox captus. Crassus à Parthis captus infuso faucibus auro turpis avaritiæ causam tragicâ morte luit. Cicero exclamavit tandem: ô me nunquam sapientem! Celsus tyrannus Imperator interfectus & corpus ejus à canibus devoratum est. Plura exempla vide apud Joh. Bapt. Fulgos. lib. 6. c. 9. Zwinger. in theatr. Didac. Apolepht. p. 718. part. 3. hor. histor.

Felicitas functionum officii à solo Deo est, Esai. 48, 15. Exemplo Jacobi, Genes. 31. Josephi.

Fortunam olim veteres Deam finxerunt & Deum. Vide Lil. Gyraldum lib. 6. Syntagmat. Pinxerunt 1. cœcam. 2. fœminam. 3. Inter maris fluctus velificantem. 4. mammosam. Vide Augusti. lib. 4. c. 19. de civit. Dei. Cœcæ rationis Ethnica figmenta! Confer supra Gad.

FELIX.

Felix præses Judææ Act. 24. homo sceleratissimus fuit. Tacitus lib. 12. annal. & lib. 5. historiar. de scelesta vita Felicis. Servus ante fuit à Claudio libertate donatus. Josephus lib. 6. c. 20. antiq. Judaicar. Sueton. in vita Claudii cap. 28.

FEMUR.

1. Femora percutere est summi luctus indicium, Jerem. 31, 19. Ezech. 21, 12. 17. Etiam apud profanos autores: Homerus Iliad. π. αὐτὰρ ἀχιλλεὺς Μηρὼ πληξάμενος πατροκλῆα. Sic Odyss. N. Plaut. in milit. glorios. Dionysius Lamben. in libro 1. epistol. Horat. fol. 309. col. 2. lit. B. In femore percutere (Judic. 15, 8.) est gravissime affligere ac percutere. 2. Ei manus olim in juramentis admovere solebant, Genes. 24. cap. 47. vers. 29. ut significarent Patriarchæ, in eum jurari, qui ex femore eorum aliquando proditurus esset: idque hodienum facere Æthiopas & Indos, nonnulli memorant. 3. Egredi è femore est ab aliquo generari. Vide Gen. 46, 26. Num. 5, 21. 4. Denudare Jerem. 13, 26. est confundere publicè & ignominiâ afficere, item vi stuprare, Judith. 9, 2. 5. Congerere illud in ollam jussus Ezechiel cap. 24. vers. 4. ut significaret, omnes interituros esse. 6. Gladium super eo accingere, (Psalm. 45, 4.) est parare se ad prælium & prodire in pugnam, quod de Messia dicitur. 7. Adulteræ femur casurum, Numer. 5. v. 21. de hujus sterilitate & infœcunditate quidam: alii de proprie dicta tabe accipiunt. Severam plane legem, & casto sanctoque Dei nomine dignam, cujus rationes eleganter hic Chytræus explicat.

FENESTRA.

§.1 Multiplex est: 1. Cordis nostri, quam fenestram Deus inspicit; cor enim scrutatur, in quo soli Deo patent omnes cogitationes nostræ, omnes διαλογισμοί. 2. Ecclesiæ fenestra, quâ illa lumen accipit, estque Christus, qui plene ecclesiam illuminat. Johann. 1. v. 9. Illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum, sicut Noa in arca fenestram fecit, Genes. 6, 16. 3. Illuminationis Spiritus Sancti & orationis fenestra: ubi enim Spiritus Sanctus est, ibi fenestra est, imò ibi janua aperitur, Christo ad ostium stante, Apocal. 3, 20. Et oratione in Christi nomine facta gratia infunditur. Daniel. 6, 10. Daniel apertâ fenestrâ orabat. 4. Divini auxilii dilationis: Sponsus enim Christus perspiciens per fenestras, Cantic. 2, 9, innuit, se spem nostram sustentare, & morari per Sacræ scripturæ fenestram. 5. Ministerii: nam ministri sunt fenestræ, lumen cognitionis infundentes. Vide suô loco titul. *Minister*. 6. Sensualitatis: ita sensus nostri sunt fenestræ, per quas peccati vis ingreditur. Vid. titul. *Concupiscentia*. Jerem. 9. vers. 20. Mors intravit per fenestras. 7. Arcta denique via est & fenestra mortis & vitæ nostræ: nam nascendo ingredimur per fenestram corporis materni, & moriendo egredimur. 8. Fenestra divinæ liberationis: ubi enim miseri variis malis premimur, nec patet, qua exire liceat, Deus confestim adest & Paulum per fenestram liberat, 2. Corinth. 11, 33.

§.2 Daniel. 6. v. 10. Propheta fenestras aperuit oraturus: (1) ut se ad orationem magis extimularet: (2) fiduciam & spem de reædificanda Jerusalem ostenderet, quam versus adorabat: (3) se peregrinum esse in Babylone, non ullâ aliquâ superstitione inductus.

FERÆ.

Animalia fera sunt 1. Memoriale divinæ justitiæ: ob peccatum enim tantum detractum est dominio hominis, ut ei feræ insidi-

insidientur, ut 2. Reg. 17. Samaritani a leonibus. Pulchre Euchorius: Bona creata sunt, sed impiis data sunt in flagellum. 2. Misericordiæ: pauci enim pereunt feris & ipsæ feræ a Deo pascuntur. Psalm. 104. & homo Rex ferarum desperet de victu suo? ô incredulitatem! Matth. 6. 3. Bonitatis: conclusit enim Dominus feras in solitudines, tanquam in carcerem: & omnipotentiæ, obserat namque ora leonum, cum non permittit suos lædi ab iis. Sic Daniel, Dan. 6. 4. Miseriæ humanæ: Homo enim nobilissima creatura unius scorpionis ictu interit. 5. Feræ denique sunt imago Diaboli, & tyrannorum, omnia pessundantium; tum etiam hæreticorum, limpidas scripturæ aquas turbantium. Psalm. 68, 12. fera arundinis de falsis doctoribus a quibusdam exponitur: alii vertunt, congregatio lanceata. 6. Aliquando etiam bonorum (imo optimi & summi boni) imago sunt: sic dicitur Christus leo, Apoc. 5. Deus ursus, Oseæ. 13. v. 8. Benjamin lupus, Gen. 49. Naphtali cervus, ibid.

FERIÆ. *V. Festi.*

FERMENTUM.

Ejus natura

§. 1 1. Fervere & calere, hinc fermentum dicitur. 2. dividere & incidere acrimoniâ suâ. 3. elevare; hinc fermentum pastam vel massam elevat. 4. penetrare & permeare; hinc Galeno dicitur λεπτομερής libr. 6. de simpl. med. facult. 5. Sanare; si enim sal fermento admisceas, apostemati dicitur mederi. 6. ad se trahere totam conspersionem, Chrysost. in c. 5. ad Galat. 7. habet etiam salsedinem mordentem. 8. aciditatem frigidam & caliditatem putridam.

Multiplex fermentum

§. 2 I. Charitatis, Augustin. lib. 1. quæst. Evangelic. citat huc locum Luc. 13. mulier accepto fermento, &c. hæc enim instar fermenti 1. calet & fervet, 1. Sam. 18, 1. 1. Corinth. 13. 2. odia lenta dissipat & dividit, 1. Johann. 4, 19. 20. 3. mentes nostras ad Deum elevat, Psalm. 18, 2. 3. Johan. 21, 17. 4. Corda nostra penetrat, Luc. 24, 32. 5. Suspicionum apostemata sanat, quæ è corde malo profluunt, Matth. 15, 19. 6. Cunctos ad se trahit, amicos, inimicos. Vide supra titul. Charitas.

§. 3 II. Malitiæ, vitæ malæ, 1. Corint. 5, 8. in qua qui perseverat, moritur. Exod. 12, 15. fermentum comedens moriatur. Et sicut fermentum exiguum quidem, multum autem farinæ fermentari facit: ad eundem modum malus homo, qui in se nutrit malitiam, impertit etiam aliis, & fit scandalum, multosque lædit; ait Athanas. quæst. 32. ad Antioch. Sic infectus totus fuit epulo fermento luxuriæ, superbiæ, &c. Luc. 16.

§. 4 III. Iracundiæ, quæ affectu æstuat, pacem dissipat, mentes elevat & inflat, cor nostrum occupat, & omnes odii materias ad se trahit. Vide elegantem tractatum Jacobi Wieri de ira. Atque hinc Plautus uxorem, in fermento jacentem, pro irata dixit, in Mercator.

§. 5 IV. Falsæ doctrinæ, hæc enim instar fermenti longe lateq; serpit & mentes inflat, Luc. 12, 1. Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis, Matt. 16, 16. Oseæ. 7, 4. Neque excluditur hîc fides Sadducæorum, resurrectionem negantium, Matt. 22. Ad Gal. 5, 9. Pseudo-apostolorum doctrina vocatur fermentum, idque multis de causis: nam (1) conveniunt falsa doctrina & fermentum mixturâ: est enim in fermento calor & frigus; sic in doctrina falsa & calor & frigus, adeoque aliquid tertium ex his conflatum est, & in omnes formas se dividere & mutare potest. (2) Effectu: Nam (α) inficit, serpit & corrumpit fermentum: sic quoque falsa doctrina. (β) Totam massam imbuit: totum reipublicæ corpus falsa doctrina inficit. (γ) Novo sapore imbuit: sic falsa doctrina homines à simplicitate fidei avertit, 2. Corinth. 11. (δ) Occulte serpit: sic quoque falsa doctrina sine dolore & morsu, ut fermentum, evellit & repurgat. (ε) Inflat massam: sic falsa doctrina inflatos homines reddit. Luc. 18. non sum sicut cæteri homines. (3) Multiplici affectione: nam fermentum (a) est salsum & acre: sic doctrina falsa salsa est animabus, Esa. 59. vers. 6. (b) frigidum: sic falsa doctrina homines frigere facit in fide & charitate, quia illam destruit; hanc vero, cum ex fide vera non profluat, planè corrumpit, ut Deo neque at esse grata, cui sine fide nemo gratus est. (c) Putre, fit enim ex putredinne, & ex hac novum concipit calorem ebullientem: sic falsa doctrina putris est, nata extra Dei verbum, putres arbores & fructus, & fervida simul, zelo scilicet juxta ignorantiam.

V. Bonæ doctrinæ, Matth. 13, 33. inflammat enim bona doctrina corda nostra. Luc. 24, 32. nonne ardebat cor nostrum? eaque ad Deum elevat, corda penetrat, ad se hominem trahit, succum præbet solidum. Vide Ambros. tom. 3, serm. 5.

VI. Superbiæ. August. libr. 3. contra epist. Parmenian.

Judæi solicite expurgant fermentum, omnesque angulos, accensâ candelâ, perquirunt, ne quid sit fermenti alicubi in ædibus suis. Buxtorf. cap. 12. Synag. Judaic. Simus Judæis studiosiores in expurgando cordis nostri fermento, in evellendis vitiis, in ejiciendis ex animis nostris mollitie, socordiâ & acediâ.

Quomodo expurgandum?

§. 6 1. Seriâ pœnitentiâ & contritione, atque agnitione peccatorum, Exod. 12, 15. cap. 13, 6. 7. priusquam Paschæ cœlestis participes reddamur. 2. Scandalorum publicorum remotione: v. g. præfractorum peccatorum & non sanabilium. Vid. tit. *Excommunicatio.* 3. Vitæ innovatione & emendatione, quæ impura fuit, pura fiat. Ad hanc purgationem animus quoque requiritur vel cor, in quo est *ἀκαθαρσία*, Eph. 5, 3.

Matth.

Matth. 15, 19. 4. Societatis malæ vitatione. 2. Tim. 2, 21. Si quis se mundaverit, &c. 5. Accuratâ diligentiâ; ideo, dicit Apostolus, expurgate; non ait simpliciter, purgate, observante Chrysostomo. Huc refer 2. Chron. 30, v. 13. 14. & applica, & 2. Chron. 29, 5.

§. 7 *Cur vetus dicatur?*

1. Corint. 5, 6. Expurgate vetus fermentum: nempe (1) quia à veteri Adamo profectum est: significatur enim innata malitia cordis. Gen. 6. figmentum cordis, &c. (2) Veteri hominum consuetudine peccandi receptum. (3) Veteres fructus pariens, peccato debitos, nempe mortem, pudorem, Rom. 6, 21. (4) Novo Adamo & novæ massæ oppositum. (5) A veteri serpente Apoc. 12, 9. introductum. (6) Respicere videtur Apostolus ad veterum consuetudinem, qui fermentum in annuum usum præparare solebant, teste Aretio problem. 123. §. veteres ferment.

§. 8 *In oblationibus non offerendum.*

Levit. 2, 11. Quicquid Deo offers homo, prius à fermento falsæ doctrinæ, odii & pravorum affectuum libera. Matth. 5. Si munus ad altare, &c. ne sacrificium tuum fiat peccatum, Psalm. 109. Docere insuper voluit Dominus, fermentum veteris malitiæ innatum ipsi odio esse, non nisi sacrificio filii sui unigeniti expiandum.

Non tamen absolutè prohibitum: nam in sacrificio pacifico Levit. 7. placenta omnino fermentata fuisse videtur. Levitic. 23. in festo pentecostes panes fermentati oblati.

FERRUM, FERREUS.

Ferrum dicitur, quod durum est & asperum.

Ferrea Ægyptus, jugum ferreum, pœna peccatorum, Deut. 28, 23. 48. Ferreum cœlum. Vid. tit. *Sterilitas*. Nervus ferreus, Es. 48, 4. Vid. tit. *Obduratio*. Corruptum ferrum est populus impœnitens Jer. 6, 28. 29. per falsos prophetas corruptus & seductus, & rubigine vitiorum omnium conspurcatus.

FERTILITAS. *V. Agricultura.*

FERVOR.

§. 1 Fervor 1. Spiritus, Rom. 12, 11. Apoc. 3, 15. 16. Vid. infrà tit. *Zelus. It. Charitas, Dilectio, Desiderium*. 2. Cupiditatis, vid. *Cupiditas*. 3. Voluptatis, v. *Voluptas*. 4. Impietatis: sic impii fervent, ut mare, Esa. 57. 5. Crucis & tribulationis: tunc apparet auxilium Dei. Sic Abrahamo in fervore diei apparuit Jehova, Genes. 18. 6. Tyrannidis, v. t. *Persecutio. It. Tyrannus.*

Materia in quâ fervor is est 1. Dilectio Dei, Apoc. 12. Ps. 18, 2.

2. Confessio nominis divini. Sic Moses coram Pharaone.

3. Oratio.

4. Verbi divini auditio.

5. Charitatis exercitatio erga proximum.

§. 2 *Exempla*

Abraham, Gen. 12, 1. 2. Moses, Elias, Prophetæ, Johannes, Stephanus, Lutherus.

Contraria.

Apostatare à fide. Acedia laborare, Matt. 25. Neutralem esse in causa Religionis.

FESTINATIO.

§. 1 1. In stadio & studio virtutis festinandum est, cujus multa suppeditant sacræ literæ exempla. Ad beneficentiam festinat Abraham, Gen. 18, 6. Lothus, c. 19, 22. Rachel, c. 31, 34. Ad observantiam religiosam Manoë uxor, Judic. 13, 10. Fortitudinem bellicam David, 1. Sam. 17, 48. Mansuetudinem procreandam Abigail, 1. Sam. 25, 18. Fidem propagandam Samaritana, Joh. 4.

2. Prudenter tamen & lentè: nimia enim præcipitatio est in vitio, Prov. 18, 13. c. 19, 2. Sophocles: Periculosa est festinatio. Menander: Multis malorum causa est festinatio. Plato in Polit. Qui plus satis festinat initio, serius ad finem pervenit. Vetus parœmia: Canis festinans cœcos parit catulos.

§. 2 *Festinatio multiplex.*

1. Ad vitia: Prov. 1, 16. festinant ad effundendum sanguinem, ad scortandum, Prov. 7, 27. Es. 59, 7. ad patria cognatorumque bona invadenda, Prov. 20, 21. vid. Luth. in gloss. marginali: ad divitias congerendas, Prov. 28, 20. 22. ad solvendum vadimonium Prov. 6, 3. festina, curre: ad exitium proprium; sicut avis ad rete: sic plurimi in exitium ultrò se dant præcipites.

2. Ad bona. Sic festinatio amoris in Zachæo, Luc. 19, 5. qui festinans arbore descendit. Sedulitatis & desiderii, Actor. 20, 16. cupiditatis vitæ æternæ, Heb. 4, 11.

3. Doloris, Ezech. 12, 18. qua significata est trepida Judæorum fuga & festinatio, urbe Jerusalem captâ, & Zedekia rege.

4. Auxilii divini, quando ad id Deus venit, Psalm. 69, 12. 18. ad juvandum me festina, Psal. 38, 23. & 40, 14. & 70, 2. 6. & 71, 12. & 102, 3. Sic supplicii divini, Dan. 9, 14.

5. Offendiculi & læsionis. Esa. 28, 16. Qui confidit, non festinet, id est, non offendet, non errabit: sic enim Paulus explicat ad Rom. 9. v. 33. non pudefiet; qui enim conspectum alicujus abhorret, festinat abire & pudore suffunditur.

FESTIVITAS & FESTI DIES.

§. 1 *Quid?*

Feriæ sunt dies solenni Dei cultui & sacris tractandis destinati. Nomen festivitatis etiam pro expeditione accipitur: Es. 14, 31. non est solitarius in festivitatibus ejus. Expeditio autem est festivitati similis ob alacrem conventum militum, de futura præda gaudentium.

§. 2 *Quotuplicia?*

I. Quædam Græcorum: de his Petr. Castellanus Antwerpiæ Syntagm. edidit. Confer D. Chytr. in Calend. Attico & Rom.

II. Hebræorum. Vide Münst. in Kalendar. sive Judaica, quæ olim Judæis injuncta erant: v.g.

Annus Jubileus Lev. 25. erat typus regni Messiæ, in quo 1 Clangor tubæ, Evangelii doctrinam notans latè propagatam, Marc. 16. Col. 1, 6. & 23. 2. Manumissio, peccatorum re-

missionem, quam Deus dat, Esa. 40,2.3. Restitutio hæreditatum. Vid. Esa. 61,1.2.3. Math. 6, 11. Johan. 1, 12. Luc. 1,71. Coloss. 2,14. chirographo sublato, Heb. 1,3. fecit purgationem peccatorum nostrorum.

§. 3 *Oblatio manipulorum*, facta 27. Martii, Levit. 23,9. monet nos de agendis Deo gratiis pro frugibus terræ; Deinde nos debere nosmetipsos Deo offerre ceu spirituales manipulos, Rom. 12,1.2.

Neomeniæ, Levit. 23, 45. seq. Num. 28,11. Esdræ 3, 5. Neh. 10, 32 33. Esa. 1, 14. 1. Sam. 20,5. 18. seq. 2. Reg. 4, 22. Atque hæ neomeniæ Festa erant ipsis mensium initiis celebrata ad agendas Deo gratias pro beneficiis, exacto mense exhibitis. Significabant 1. Christum veram lucem orientem, Luc. 1, 78. Nehem. 12, 27. Malach. 4. 2. Gaudium & lætitiam conscientiæ, & hominis innovationem. Debemus enim indies, instar lunæ, innovari & crescere, 2. Corinth. 4, 17.

§. 4 *Pascha*, ejus beneficiorum non oblivisci debemus. Deut. 16,3. Dein Leben-lang. *Quando?* à 14. Aprilis per dies 7. subsequentes, Exod. 12. Levit. 23, 5. *Finis* (1) Agni Christi præfiguratio, Johan. 1, 29. Apoc. 13,18. 1. Cor. 5, 7. (2) Transitus nostri ex Ægypto spirituali, Exod. 12, 25.26. Deut. 16, 13. Zach. 9. Ebr. 4. (3) Innocentiæ significatio per panem azymum, Levit. 23, 6 Deut. 16, 13 Numer. 28. vers. 17.18. *Adjunct.* Abrogatio à Christo 1. Corint. 5, 7. Mich. 2, 13. perruptore illo vero, qui omnia perrupit, & nos liberos statuit.

§. 5 *Pentecostes*, Levit. 23, 15. seq. Act. 2, 1. c. 20, 16. Numer. 28, 26. Deuter. 16, 9. *Quando*? die quinquagesimo post pascha, seu, decimo quinto Maji nostri Calend. *Finis* (1) Adumbratio miraculosæ effusionis Spiritus S. de qua Joël. 2, 28. Jerem. 31, 33. Ezech. 36, 26.27. Rom. 8, 23. Gal. 4, 6. Hanc adumbrabant panes primitiarum, qui panem solatii nobis subministratum iri à Spiritu S. innuebant, & alia sacrificia, Levit. 23, 15.16. Num. 28, 31. (2) Significatio libertatis spiritualis per Christum recuperandæ, Deut. 16, 12. (3) Abrogatio per Christum facta Joh. 16. Act. 2.

Expiationis festum agebatur decima die mensis Septembris, quo jejuniis se affligebant, pœnitebant, summus sacerdos Sancta Sanctorum ingressus, Levit. 16. & 23. *Finis* (1) remissionis peccatorum exoratio, Lev. 16. (2) Commemoratio veniæ à Deo obtentæ, quod olim, vitulum adorassent.

Purim, Esth. 9, 20. 2. Macch. ult. v. 37. dictum à Pur, quod linguâ Persica sortem significat, celebratum in memoriam liberationis Judæorum ab insidiis Hamanis. Hodiè celebrant Judæi sua Bachanalia, legentes historiam Esther, & audito Hamanis nomine pugnis & malleis scamna Synagogarum pulsantes.

Repurgatio templi sive Encænia, 2. Macchab. 10. celebratur 25. Decembr. Cum hoc ipso conveniunt Encænia Judæorum, à Juda Macchabæo instituta, cum templum oblato sacrificio rursus dedicasset.

Dedicatio templi 1. Reg. 8, 62. celebratur tertio die mensis Adar seu Martii.

Dedicatio muri Hierosolymitani. Neh. 12, 27. 28. facerent dedicationem & lætitiam &c.

Sabbathum terræ, Exod. 23, 10.11. Levit. 25, 4. 8. *Causæ institutionis* (1) æterni sabbathi præsignificatio, (2) pauperum sustentatio, quorum tunc præcipua ratio habebatur.

§. 6 *Festum tabernaculorum* Levit. 23, 33. seq. celebratum septimo mense, h. e. 15. Octob. nostri Cal. per septem dies integros. *Finis* (1) Gratiarum actio publica, 1. Thess. 5, 17. Deut. 16, 13. (2) Oblatio sacrificiorum singulis dieb. facta, Numer. 29. Deut. 16, 13. Neh. 8, 14. (3) Commemoratio de nostra peregrinatione, Ps. 39, 13. Heb. 12, 27. Phil. 3, 20. (4) Præfiguratio vitæ æternæ, in qua habitaturi sumus in æternis tabernaculis, Psal. 15. Luc. 16, 9. Esa. 65, 18. (5) Collectio eleemosynarum, quæ octavo post hoc festum die instituebatur. *Adjunct.* Abolitio per Christum facta; extructo alio tabernaculo, Hebr. 9. v. 11. Tribus festis, Pentecostes, Paschæ & Scenopegiæ, omnes jubebantur Jerosolymas ascendere, Exod. 23. & c. 34.

§. 7 *Festum tubarum* die primo Octob. Lev. 23, 23. offerenda in eo sacrificia, Num. 29, 1. seq. Significat officium ministrorum, Esa. 58, 1. & auditorum, Jer. 6, 17. Ezech. 13, 5.

Festa communia, ut Sabbatum. Tradunt Rabbini Judæorum veteres, sabbathi sui sanctificatione adeò offensos diabolos, ut nullus in populi frequentia unquam permanserit, sed omnes ab infestatione hominum cessarint, ad deserta & speluncas effugerint. At hodiè dixeris, omne genus cacodæmonum nostris feriis illectum & provocatum è latebris suis in mundum magno impetu prorumpere, ut his festis diebus potissimum animos miserorum illaqueent, & in nassas suas pertrahant. Quatuor autem præcipua opera Sabbathi: (1) ab omni opere servili, condiendis & coquendis cibis abstinere, Exod. 20. c. 35. (2) Iter non facere, Exod. 16. Conf. Act. 1. (3) Juge sacrificium offerre, Exod. 29. Num. 28. (4) Panes propositionis novis appositis mutare, Exod. 25. Levit. 24.

Hactenus festa Judaica, pro quorum duratione olim frustra litigabant pseudo-apostoli, Gal. 4, 10. Col. 2, 16.17.

§. 8 II. Christianorum verò festa solemnia sunt: v. g.

Adventus festum. V. supra tit. *Christus.*

Festum nativitatis Christi. De ortu Meisn. p. 5. præfat. meditat. Vid. tit. de Christo, & Chemnitius part. 4. decret. Concil. Trident. exam. Omnium festorum metropolin hoc festū nuncupat. Chrys. orat. de Philogomo: Luctuosum hoc fuit festum Christianis Nicomediæ, quando illo ipso vivi concremati sunt in templo à Maximino. Chemnit. d. l. Festo natalis Domini, Circumcisionis & Epiphanias coronam 50. pondo auri pensantem dedit Carolus Magn. in templo D. Petri Romæ. Avent. l. 4. annal. f. 203.

§. 9 *Festum Circumcisionis*, sive Noviennii, quo Ministri strenas distribuere solent. Possumus autem dare 1. Spiritualibus Clericis columbam placi-

placidissimam, ut ejus mansuetudinem imitentur. 2. Magnatibus pelicanum fidelissimum, qui suo sanguine dicitur suos excitare pullos; etsi fabulosum hoc videatur D. Frantzio pag. 358. historiæ animalium. 3. Subditis apem obedientissimam. 4. Patrifamilias formicam solertissimam, Prov. 6,6. 5. Conjugibus halcyonem constantissimum. V. D. Frantz. cap. 27. hist. anim. 6. Viduis turturem castissimum. 7. Virginibus testudinem tardissimam. 8. Juvenib. ciconiam gratissimam. 9. Famulis gruem vigilantissimum.

Alia strena: 1. Sanguis Christi pretiosus. 2. Nomen ejus gloriosum. In sanguine Christi sunt guttulæ obsequii, testimonii de vera humanitate Christi, pretii redemtionis, remedii contra peccata, & sigilli amoris Christi erga nos. Fudit enim hîc sanguinem, in horto sudans sanguinem: sic effudit in domo Pilati, coronatus spinis, affixus clavis manus, pedes, latere aperto.

§. 10 *Festum Mariæ* (1) Conceptionis, nititur novo hoc fidei articulo, nempe Mariam sine peccato conceptam esse. Vide Suaretz part. 3. q. 27. art. 1. in Thom. Gratianus dist. 3. cap. Pronunciand. non recenset festum conceptionis, licet nativitatis meminerit. At Mariam esse in peccato conceptam docet glossa in h. c. de consecr. Anshelmus statuit, non posse hoc festum respui: Contrà verò posse respui, docet Alphonsus a Castro libr. 1. p. 30. advers. hæres. §. Erit ergo beatus Anshelmus suspectus, &c. Vide D. Andr. Riveti Apol. pro Maria p. 136. 137. (2) Purificationis, a Justiniano Imperatore institutum: Dictum quoque ὑπαπαντῆς, exceptionis Christi, Nicephor. l. 17. c. 28. histor. eccl. Dicitur etiam festum luminum, è festo Gentili Proserpinæ natum. Jacob de Voragine præd. 82. de Sanctis. Bernhard. in Mariali part. 7. Conc. 1. Eccius hom. 3. de Purific. Durand. lib. 7. c. 7. Rational. (3) Assumtionis & nativitatis Mariæ ann. 1273. in Lugdunensi Concilio institutum est, ex lib. Decret. Certè assumtio illa Mariæ multis modis est incerta: quod etiam agnoscit aliquo modo Sixtus Senensis libro 2. Biblioth. S. Tit. *Mariæ transitus*, adducens ibi Sophronium, qui asserit, Mariæ sepulchrum in valle Josaphat repertum fuisse. (4) Visitationis festum Urbanus Sextus sub anno 1380. instituit. (5) Annunciationis festum sub Ludovico Pio, in Synodo Aquisgranensi an. 819. ortum traxit; quod autem in memoriam conceptionis Mariæ celebratur in Conc. Basileensi an. 1439. (6) Præsentationis festum ann. Dom. 1484. (Gvalth. die Concept. Christi hom. 2.) Omnia nova! nam Augustinus epist. ad Januar. Christi ferias paucas, Mariæ nullas recenset.

Pascha, de cujus festi celebrandi tempore magna contentio exercuit ecclesias olim. V. Euseb. l. 5. c. 23. 24. Asiatici 14. pascha celebrabant. Chemn. part. 4. p. 259. Examinis Conc. Trid. Minichæi olim festum passionis ac paschæ rejecerunt, ac illorum loco memoriam mortui Manichæi celebrarunt. Augusf. l. contra ep. Manich. c. 8. & l. 19. c. Faustum c. 22.

Pentecostes festum. Confer. *Tit. Spiritus S.* Illud ab Apostolis originem habere, probari non posse putat Zanchius in c. 2. ad Coloss. col. 310. subdit tamen, ob utilitatem & antiquitatem non esse rejicienda hæc festa.

Corporis Christi festum ab Urbano IV. institutum improbat Cassander art. XXII. consultationis.

§. 11 *Festa Sanctor.* Petri & Pauli, Johannis, Matthiæ, &c. Hæc quidem celebrantur in ecclesiis Evangelicis, sed libere: etsi contra quidam Calviniani Dd. statuant. Szegedin. in tab. fol. 324. Lamb. Danæus l. 2. cap. 10. Ethices Christ. Spindler in Postill. p. 154. de festis linguâ vernacul. conscript. etsi idem tamen quædam festa concedere videatur Domin. 1. Advent. p. 1. 2. §. Es wäre wol fein &c. His opponimus (1) praxin ecclesiæ Reformato-Calvinianæ Gedanensis, quæ festa Sanctorum celebrat. Idem facit ecclesia Anglicana. Vide D. Rivet. pag. 206. explicat. Decalogi. (2) Postillam D. Johannis Strachii, in quibus festa Evangelia & textus explicavit; & causas insuper adduxit celebrandorum festorum fol. 815. die visitat. Mariæ. Et praxin ecclesiæ Cassellensis. (3) Bernh. Textor, in die circumcis. conc. 2. Quamvis, ait, libertas à Christo nobis sit parta, tamen non est putandum, cuivis esse liberum ea, quæ ab ecclesia primitiva gravibus de causis sunt prudenter, non contra decorum & ordinem, constituta, mutare, nisi vel superstitio damnabilis, vel abusus nocentissimus accesserit. Quæ etiam causa est, quòd multas solemnitates non à Christo & Apostolis, sed à primitiva ecclesia institutas retinuerimus. (4) Rudolph. Hospinianus p. 14. de festis: Memoriæ Martyrum circa annum Christi 170. primum institutæ videntur: non autem ab initio feriæ seu festa, sed memoriæ tantùm fuerunt, in quibus passio & constantia martyrum prædicabatur. Hæc ille. Atqui non alio sensu festa apud Lutheranos frequentantur, quam ut memoria martyrum celebretur, & Deo gratiæ pro donis ecclesiæ suæ collatis agantur. Hieronym. Zanch. tom. 4. operum col. 678. Si qui sunt, qui adhuc vetustiora festa, quæ scilicet, ut vidimus, à veteri ecclesia fuerunt sanctificata, retineant: sed ita retineant, ut superstitionibus defæcata sanctificent ad ecclesiæ ædificationem, ii improbari non possunt. Liberum enim est ecclesiæ eligere sibi dies festos, modò omnia fiant (ut Apostolus præcipit) cum decoro ordine & ad ædificationem. Hæc Zanchius. Atqui nos non aliter Sanctorum festa repetimus.

Finis.

Festi dies culti, 1. ob horum institutionem de vero Deo, 2. beneficiorum Dei recordationem, 3. edendam de vero Deo confessionem, 4. conjunctionem membrorum, ut essent festa nervi congregationis familiarum.

§. 12 *Officia circa festa.*

Colenda cum pietate, docet scriptura, Patres: G. Nazianz. orat. 38. in Christi nativ. fol. 583. lit. B. sub finem 584. c. Dei memoria præcipuum festi caput est. Naz. orat. in sancta lum. f. 605. B. non colenda cum Judæis. Can. Apost.

Officium Christiani circa tempora festa, Levit.25, 21.Exod. 34, 13. Ut plena sint corda nostra timore Dei,gaudio, &c.Deut.16,17. Lætari coram Jehovah, Deut. 16, 11. Nehem. 8, 9. seq. c.12,43. Psalm.81, 2. & 118,24. seq.Tob.2,1. & gaudere (1) ob bona spiritualia, quæ offeruntur: (2) ob Dei mandatum Deut. 12, 18. (3) ob æquitatem: justum enim est, gaudere ob nostram sortem, quod Deus venit ad nos, ut Rex in adventu, ut frater in natali suo,ut sponsus sanguinis in circumcisione,ut lux gentium in Epiphania, ut Rex triumphans in Paschate, ut aquila in ascensione, ut liberalis in Spir. S. donatione in festo Pentecostes.

§. 13 Pœnitere, Esa. 1, 13.14.15. optima namque omnis temporis sanctificatio est cordis pœnitentia.Beneficiorum Dei recordari, Exod. 13, 8. c.12,16.27. Levit.23, 47. Psal.81, 2.3. seq.& 118, 24. seq. Non luxu diffluere & otiari. Basil.tom. 1. f. 120. Recondere cum pietate debemus thesaurum spiritualem. Nazianz. orat. 44. in Pentecost. fol. 718. Oblationem Deo offerre, nimirum preces nostras, quæ sunt vera oblatio. Liberalitatem exercere, Levit.23,37. ita & nos Eleemosynas die Dominico damus: Olim etiam festis diebus pauperes invitabant,Esther. 9. v. 22.

Peccatum fugere: odor vineæ,cum in flore est,hominibus gratior est, serpentes fugat: eodem solis calore mollescit & defluit cera, lutum autem durius fit, propter diversas subjecti dispositiones; ita in rebus divinis, quæ annuis celebrantur festivitatibus, justus quidem majorem devotionem & spiritum acquirit; malus verò occasionem peccandi arripit: ita concionibus alii ad pœnitentiam commoventur, alii ad iram & maledicentiam incitantur.

§. 14 *Profanatio festorum.*

Festa profanantur ad multiplicandum peccata: Quæ spes salutis ægrotum manet, cum is adhibitis salutaribus pharmacis non modo nihil promovet, sed etiam gravius ægrotat? Ad peccatorum remedia sunt festa instituta, si illa peccatis multiplicandis serviant, quæ spes emendationis expectanda? Amos 1, 5. audiemus ergo à Deo: projeci festivitates eorum &c. Staplet. p. 2. p. 412.

Est magnum malum, 1. quia contra Dei præceptum fit, & Dei majestatem lædit: 2. Nomen Domini non honorat, quod in festis invocandum erat: 3. negligitur tractatio verbi & sancti ministerii: 4. negligitur animæ salus. *A simili:* Si ægrotus malè utatur pharmacis, iisdem abjectis, unde est spes sanitatis? sic homines remedia spiritualia abjiciunt, diebus festis adornata & præparata: quæ ergò spes & expectatio emendationis esse potest? Si tu in conspectu principis fœtorem excitares, magnam incurreres principis dis-gratiam: sic impii peccatorum fœtorem exhalant, hinc Deus apud Amos: projiciam festivitates vestras. Stapleton. part. 2.p. 412. Sicut odor vineæ florentis gratus est hominibus, serpentes verò abigit: sic bene nobis oleat in festis odor verbi & ecclesiæ florentis, Deique laudes deprædicantis, idque operam demus, ut Stygii serpentes abigantur. Luc. 8. ne semen verbi, quod in festis spargitur, à curis & voluptatibus hujus mundi suffocetur. *A turpi:* Tradunt Rabbini, Diabolos Sabbathi Judaici sanctificatione adeò offensos fuisse, ut omnes ex obsessis exierint, nullusque in cœtu permanserit: Contrà (turpe dictu!) apud Christianos adsunt Diaboli, ejusque filiæ, superbia in vestitu, contemtus pauperum in corde, luxus in epulis, securitas in meditatione verbi divini, & illiberalitas erga pauperes,&c. Ecce tot nassas explicat Satan, ut te capiat!

§. 15 *Modi illiciti celebrationis festorum.*

(1) Si verus Deus non colatur in festis, ut gentiles: (2) si deliciis corporalibus insumantur dies festi, saltationibus superbiæ, Nazianz. orat. 38. fol. 583. lasciviæ, commessationibus, vid.dist.44. sentent. Auguft. cap. 1. (3) Si sancti colantur, ut Pontificii faciunt. (4) Si externus cultus & mundities administratur, non verò animi internus. V.Nazianz. orat. 48. quæ est in Julianum secunda fol. 796. D. Uno verbo: Festa carnis & amicorum mundi omnia illicita sunt. Vide Nazianz. fol. 614. c. orat. 40. in S. Baptisma.

§. 16 *Alii festorum abusus.*

1. In celebrationis tempore, si ad illam homines adstringantur sub anathemate & necessitate. Sic pascha die Dominico celebrandum esse, Colloq. Ratisbon. sess. 10. Durandus lib. 6. Rational. c. 86. §. 11. Statuit Victor I. epist. Rom. teste Platina in ejus vita circa ann. Christi 200. vel ut alii volunt, Pius primus, circa ann. Christi 159. Baron. ad hunc ann. Polydorus Vergil. lib. 6. c. 7. Contra Apostolus Coloss. 2, 16. nemo vos dijudicet in parte diei festi.

2. In affictione (α) Cultus: ac si festa essent pars cultus divini, ut vult Bellarm. libr. 3. c.10. de cultu sanctorum: adeoque sub mortali peccato ea celebranda esse. Bernhard. (β) Sanctitatis: cum nempe huic vel illi festo major sanctitas adscribitur, cùm tamen omnes dies per se sint æquales, & cum festis diebus solum pietati litare volunt, reliquis diebus peccato consecratis. (γ) Operis operati: cui innituntur plurimi, arbitrantes, dummodo externam præstent obedientiam in frequentando templo & audiendis concionibus, satis esse, nullâ vitæ correctionis ratione habitâ: v.g. modò Missa audiatur. (δ) Meriti: ac si aliquid celebratione festorum, sive à Deo est, sive a sanctis, quorum festa celebramus, impetraremus, vel peccata nostra deleremus.

3. In hypocrisei: ac si omnia opera festis diebus omittenda essent. Hos hypocritas Christus redarguit Matth. 12. Luc. 14. vel cum à præcedenti vespera ferias inchoandas esse existimant, & nihil operis illâ suscipiendum esse.

4. In Judaica festorum multitudine & institutione & repetitione. Sic Encænia è Judaismo repetit Jus Canon. de cons. dist. 1.

cap. 17.

cap. 17. solemnit. Polyd. Vergil. lib. 6. c. 8. Durand. libr. 7. c. 1. §. 27. Festum dedicationis altaris, Lorinus in Actorum 12. v. 3. quod alii latius ostenderunt. Dn. D. Nicol. Hunnius in apostas. Rom. Eccles. & Bernh. Caspari in examine Religion.

5. In superstitione: si nempe herbæ, luminaria, aliæque res plurimæ consecrantur in diebus festis.

6. In falsa opinatione, cùm nempe festa iis de rebus celebrantur, quæ per se falsa sunt: Mariam sine peccato conceptam esse; falsum est ex hypothesi Evangelicorum: Eandem in cœlum receptam esse, &c. Et tamen de utroque festum celebratur, nimirum conceptionis & assumtionis.

7. In otio & luxu. Huc igitur respiciens Lutherus scribit Tomo 1. Jen. Germ. fol. 305. Velle se, ut omnia festa abolerentur, excepto die Dominico, quia degenerarunt in abusum, ut ea ferè otiando, inebriando, ludendo & omnis generis peccatis transigamus. Atque hoc sensu ipse Deus odisse scribitur festivitates Judæorum, Esa. 1, 14. Hæc igitur, quæ de vero festorum usu ac sanctimonia dicta sunt, meritò opponimus quorundam calumniis, qui nos criminantur, ac si omnem festorum religionem conculcaremus. Vide Chavass. lib. 1. de Notis V. R. p. 435. seq.

§. 17 *Causæ multitudinis festorum.*

1. Satanæ πανεργία, gloriæ Christi, & verorum Sanctorum invidentis, eamque multitudine nimia obscurantis. 2. Hominum incuria, traditionibus certis confidentium. 3. Avaritia eorundem, cujus exercendæ occasiones plurima festa suggesserunt. 4. Κακοζηλία Gentilium, Judæorum, à quibus olim multa sunt mutuati. 5. Ambitio Pontificum, quorum alter alteri nil quicquam cedere voluit in cumulandis Sanctis. 6. Ἀνιστορία Sanctorum & variæ de iisdem fabulæ, ut historia Lombardica Jacobi de Voragine. 7. Nimia admiratio Sanctorum, quæ tandem in cultum transiit. Confer de hac materia Tit. *Ceremonia* in præcedent.

Festos dies in lugubres Deus convertit ob peccata, Amos 8, 10. Sic in Assyria captivis Judæis: sic in Babylone, Psal. 137. Jerosolymis internis Ducum dissensionibus, ipso festo Paschæ laceratis, contigit.

FESTUCA.

Matth. 7, 3. 4. 5. Luc. 6, 41. 1. aspicitur in oculo fratris. 2. inquiritur solicitè. 3. indicatur rigorosè. 4. non studio corrigendi, sed sugillandi, se exaltandi. 5. sua verò vitia majora palliandi. Itaque in oculo proximi, nævus, defectus, peccatum leve, sic tollenda, ut primò tibi trabem extrahas. Rom. 2. Qui alium doces, te ipsum non doces.

FICUS.

§. 1 Imago 1. pii magistratus, Jud. 9. qui (α) ferat bonus fructus justitiæ, pacis, æquitatis, defensionis subditorum: (β) subditos non pungat, sicut nec ficus pungit. 2. Piorum parentum, qui educare debent prolem & domesticos suos in vera pietate: sicut ficus dulcedinem in vicinam rutam transfundere dicitur.

§. 2 Ficui cur maledixerit Christus? Matth. 21. Ad ostendendum (1) potentiam suam; verbo enim arescere fecit ficum: sic potuisset Judæos verbo fundere, mala ipsi inferentes; sed spontè se subjecit illorum ludibriis. Ne igitur discipuli putarent, ex impotentia pati Christum, potentiam exhibuit divinam. (2) Iram brevi super Judæos eventuram, omni succo gratiæ & fidei destitutos; jam enim pridem Johannes dixerat Matth. 3. securis arbori &c. (3) In omnium humidissima arbore fecit miraculum, ut eo magis ipsius potentia inclaresceret & ira, si semel exarserit, Psal. 2. (4) Voluit Dominus discipulos confirmare in fide (Hieronym.) & plebem sequentem terrere, ut studeret bonis fructibus, ne illorum casû æternùm maledicerentur. Beda. Synagogæ insuper interitum portendit. Euseb. Emyssenus feria III. pòst prim. Domin. in c. 21. Matth. Greg. lib. 8. epist. 42. omnique infructuosæ arbori (quæ intricat cespitem, necat spacia, exhaurit terræ vires, cultorem damno, possidentem tædio afficit) exitium minatur. Chrysologus sermon. 106.

Ficus boni notant bonos, pios, DEO placentes: Ficus mali impios, Jerem. 24. vers. 1. 2. sequent. Non probat Dominus tepidos: qui non est cum Christo, contra hunc est: nemo duobus dominis servire potest: inter natum ex Deo & non natum non datur medius. Ficus boni sunt dulces & grati: sic pii cibus Domino gratus.

FIDELITAS.

§. 1 Fidelis Deus, Deut. 32. 1. Cor. 10, 13. cap. 1, 9. 2. Cor. 1, 18. Psal. 145, 13. Psal. 49, 7. 1. Thess. 5, 24. 2. Thess. 3. v. 3. Hebr. 10, 23. c. 11, 11. 1. Petr. 4, 19. 1. Joh. 1, 9. Thren. 3, 23. Fidelis est in corde, promissis, opere & factis, in cruce auxiliando, vires largiendo, ut possimus portare crucem, 1. Cor. 10, 13. mitigando crucem, ad optatum finem omnia deducendo, peccatores post baptismum recipiendo, in cœnâ S. cibando: similis adulteram in gratiam recipienti marito.

Homines servi Dei, Num. 12, 7. 1. Samuel. 2, vers. 35. cap. 3, 20. Matth. 24, 45. cap. 25. vs. 21. sequent. Fideles, fide in Christum, Actorum 16. vers. 1.

Fidelitas in fœderibus, pactis, promissis (1) DEO placet: Josua hanc probat erga Gabaonitas, Jos. 9. (2) justa est & legi naturæ congrua.

Fidem servari non debere ei, qui pactis & conventione non steterit, docent Jus Canon. Innocent. Panormitanus Anthon. de Butr. etiamsi Juramentum intervenerit, Text. in Can. 3. Ibi Innoec. Canonistæ de Jurejurando. In C. sicuti in ult. & ibi Panormitan. eodem titul. gloss. penultim. in can. 1. de nova formâ fidelitat.

Exempla fractæ fidei.

§. 2 De Syris olim dicebatur, quòd illis nec ara, nec fi-

nec fides, nec juramentum maneret. Cleomenes, Lacedæmoniorum Rex, ſeptem dierum inducias, cum Archivis factas, nocturnâ eorundem invaſione plurimos necavit cepitque, quod dierum non noctium factæ eſſent induciæ. Eadem defunctus fraude non nemo apud Ciceronem libro de Officiis fuit. Mahumethes II. Paulum Hericium, urbis Chalcidis prætorem, medium ſecari juſſit, cujus cervici ſe parſurum eſſe pollicitus fuerat; Ille fidem promiſſi obvertens, hoc tulit reſponſi: Mahumethem cervici parſurum promiſiſſe, non lateribus Hericii. Vide Zwinger. volum. XII. l.3.fol.2735. Dieteric. in Epiph. Domini p. 188. part.2. Evangelii. Didac. Apolepht.part.2.hor. hiſtor. p. 332.

§. 3 *Exempla fidelitatis in brutis animalibus.*

Plinius lib. 8. cap. 4. de cane, interfecti Domini corpus cuſtodiente. Ælianus de cane apud Alexandrum Magnum mortem Darii lugente. Gethus de leone, qui pepercit Daco ſervo fugitivo; de cane mortui Domini corpus cuſtodiente, quem Pyrrhus invenit, quique latrones illos prodidit. De fidelitate Delphini Plinius.

FIDES.

§. 1 *Varia vocis hujus acceptio.*

Accipitur aliquando 1. totaliter, ſic, ut comprehendat in ſe notitiam, aſſenſum & fiduciam. 2. Partialiter, pro nuda notitia ſive aſſenſu hiſtorico: ſic Amelius, Porphyrii ſucceſſor, laudabat principium Evangelii Joh. 1. verſ. 1. ut teſtatur Euſeb. lib. de præparat. Evangel. & Theodoret. ſerm. 3. de curandis Græcorum affectionibus. Alii vocant aſſenſum timoratum, vel pro nuda filii gloriatione, Jacob. 2. 3. Pro fidelitate in officio. 4. Pro firma rei probatione: ſic dicitur, fidem facere. 5. Pro conſtantia dictorum & factorum. Cicero 1. Offic. Fides appellatur, quia fiat, quod dictum eſt: Confer h. ſ. fœdera. 6. Pro fide humanâ, qua homini & ejus promiſſis credimus: vel divinâ, quâ ſolâ ſoli DEO credimus. 7. Pro fide juſtificante, quæ cum regeneratione conjuncta eſt. 8. Pro miraculoſa, 1. Cor. 13, 4. Matt. 7, 12.22. Luc. 9. v. 1. 2. 9. Particulari, quâ credimus particulare aliquod fidei objectum, ut unum aliquem fidei articulum. 10. Pro fide, quam credimus, hoc eſt, doctrinâ ipsâ cœleſti, ut religione. V. tit. *Religio.* Lombard. lib. 3. d. 23. Gal. 1, 23. 11. Pro fiducia ipſa, quæ ſolum Chriſtum reſpicit. Roman. 5. verſ. 1. Juſtificati ex fide. 12. Pro fide temporaria, Luc. 8, 13. 13. Pro ſpe & rurſus ſpes pro fide, 1. Petr. 1, 5.

§. 2 Eſt verò nomen fidei 1. non abſolutum, ſed relativum, quod ſemper ſuum reſpicit objectum vel correlatum, ad quod refertur: 2. involvit hoc nomen fidei & ſimul connotat notitiam, aſſenſum & fiduciam. Itaque fides eſt habitus θεόσδοτος in notitia cœleſtis veritatis, in tempore manifeſtatæ à DEO, & aſſenſu fiduciâque ſpeciali conſiſtens.

Cauſæ.

§. 3 Efficiens cauſa fidei eſt DEI gratia: Eſt enim opus Dei credere, Joh. 6, 29. Hic partitur unicuique menſuram fidei, Roman. 12, 3. Phil. 1, 29. datum eſt vobis non ſolum credere, ſed & pati pro Chriſto. Deus cor aperit, Actor. 16, 14. & intellectum, Luc. 24, 32. Chriſtus conſummat fidem & autor fidei eſt, Hebr. 12, 2. Spiritus S. dat fidem, 2. Cor. 4, 13. habemus eundem ſpiritum fidei.

§. 4 Inſtrumentalis per quam: Per verbum & Sacramenta DEUS fidem in nobis generat, mediante Miniſterio. 1. Cor. 3, 5. per quos crediſtis &c. Rom. 10, 17. Auditus per verbum Dei. Rom. 1, 16. Evangelium dicitur potentia ad ſalutem. Cananæa ex auditu Chriſti fidem concipit, Matt. 15. Accedant his preces aſſiduæ, Pſal. 68. v. 29. Luc. 17. v. 5. & vitæ ſanctimonia, 2. Pet. 1, 10. 1. Tim. 1, 19. Hinc fides dicitur radius, à ſole & lumine verbi divini ortus. Cyprianus audiens Jonæ converſionem, cum ante idololatra eſſet, ad frugem pœnitentiæ rediit. Hieron. in cap. 3. Jonæ. Extraordinariè tamen Deus fidem ingerit, ſed rariſſimè, v. gr. Paulo immediatè, Actor. 9. & prætereà per gradus & incrementa fidem omnino in nobis format, 1. Pet. 2, 2. ſicut infantes ſubinde creſcunt & ſuboleſcunt. *A ſimili:* ſicut lampas affuſo oleo nutritur; ſic fides augetur, affuſo oleo gratiæ ardet, lucet.

§. 5 Materia fidei 1. Ex qua, ſunt notitia, aſſenſus, fiducia. (α) Notitia, Eſa. 53, 11. In notitia ſui juſtificabit, Jerem. 9, 24. Joh. 17, 3. 1. Cor. 1, 4. Eph. 1, 16. Job. 19. Scio quod &c. Oſ. 4, 1. non eſt cognitio Dei in terra: Dicitur alias Φωτισμὸς illuminatio: igitur fides obedientia non eſt, contra Photinianos, nec per ignorantiam magis quam ſcientiam definienda: nec eſt ſcientia demonſtrativa Philoſophiæ. Huic accidit creſcere, jubemur enim creſcere in ſcientia, Luc. 1, 77. Eph. 4, 14. 15. Col. 1, 10. Hæc notitia dicitur lux 1. Joh. 2, 9. Dies, Rom. 13, 13. Lucifer, 2. Pet. 1, 19. 2. Cor. 4, 6. Opponitur huic ignorantia, tenebræ, Joh. 1. Eph. 4. Deum non noſſe, non voluntatem ejus. (β) Aſſenſus. Rom. 7, 16. conſentio legi Dei, quod bona ſit. Actus ejus aſſentiri, judicare, 1. Cor. 2, 15. Aliàs dicitur capere, 1. Cor. 2, 14. Credere. Exod. 19, 9. credent tibi in perpetuum. Aſſenſui huic etiam timor includitur. Exod. 19. v. 16. timuit populus. Cauſæ impedientes aſſenſum, ſunt (1) ἄγνοια ſcripturæ. Matth. 22, 29. Erratis, neſcientes ſcripturas. Johann. 3, 10. es Magiſter in Iſraël, & hæc neſcis? (2) ἀπιστία rationis. Joh. 3, 4. quomodo poteſt homo &c. Effectus aſſenſus fidelis eſt, fateri, quòd Dei verbum ſit verum, 1. Reg. 17, 24. Cæterum, quem fides habet aſſenſum, is fertur in Deum 1. omniſcium: 2. candidum & veracem: 3. omnipotentem. Differt à ſcientia, quæ habet cauſas evidentes: v. g. Mathematicus prædicens eclipſin ex ſuis cauſis; non ſic fidelis, qui in ſolum Deum reſpicit, modum & viam ignorat, & tamen Deo credit, Rom. 4.

§. 6 (γ) Fiducia, Joh. 1, 11. Actus hujus fiduciæ, recipere Chriſtum, Rom. 4. non ſolum ob Abraham, ſed & nos, Rom. 5, 11. Corde credere, Rom. 10, 10. Confidere, Matt. 9. confide

fili.

fili. Vide Cornel. Janſen. in h. l. concedentem, Fidem eſſe fiduciam conſequendæ ſalutis. Gloriari, non diſceptare in fidelitate, Rom. 4. verſ. 20. 21. Firmô uti aſſenſu, non vacillante, Heb. 11. v. 1.

§. 7 II. Circa quam, vel objectum fidei eſt ſolus Deus & mediator Dei & hominum, Joh. 14. v. 1. 1. Tim. 2, 5. Pſal. 11, 1. in Domino confido. 2. Chron. 14, 11. in te & tuo nomine habentes fiduciam. Pſ. 34, 6. 2. Chron. 20, 12. in nobis quidem nulla &c. Rom. 4, 23. Itaque non credendum unicuilibet ſpiritui, Matt. 24, 23. 26. Luc. 21. 8. c. 17, 10. 1. Joh. 4, 1. 2. Pet. 1, 2. 1. Tim. 4, 1. Col. 1, 23. ſed ſoli Deo in verbo loquenti; non autem Diabolo, eſt enim ſpiritus mendacii, 1. Reg. 22. & pater ejus Joh. 8. eſt excommunicatus, malo fine verum aliquando dicit, falſitatem ingerit: nec enim eſt doctrina fallens, quæ vera non admiſceat. Gerſon. part. 2. conſid. 1. de Examin. doctrin. Fiſcherus libr. 2. c. 56. ſyſtemat. theol. p. 158. Exod. 30. Thymiamata in aureo altari offerebantur: cultus DEI & preces noſtræ ſunt thymiamata, quæ non niſi in aureo altari Chriſto offerenda ſunt. Gemmæ illæ in veſte ſummi ſacerdotis auro includebantur, Exod. 28. omnes pii ſunt ſacerdotes: veſtes ſunt innocentia: gemma eſt Chriſtus: aurum eſt fides, quæ gemmæ Chriſto includitur, & Chriſtum arctiſſimè ſibi jungit.

§. 8 Forma fidei (analogicè ita ſumta) multa includit, quæ efficiunt, ut quis credere dicitur; quæ ita recēſent nonnulli: v. g. aſſenſio, (de qua ſuprà dictum,) progreſſio, (hæc verò eſt ipſa fiducia & apprehenſio individui, & ſubſumtio certa de ſe, & ſpecialis applicatio promiſſionis divinæ.) affectio, quâ cor afficitur (hæc verò demum eſt eſſentiale conſequens, quod ſequitur ipſam fiduciam: v. gr. humilis ut ſit, ut omnis meriti ſe quis expertem fateatur: eſurie ut perpete quis, aſſequendæ divinæ gratiæ, afficiatur; ejusque perfruendæ: faſtidio ut temporalia proſequamur, ſpe ſolâ in Deo fixi. Atque ita fides arbor eſt ſpiritualis, nobilium fructuum ditiſſima.)

Charitas fidei forma non eſt, etſi individuo nexu fidei adhæreat, 1. Joh. 2, 4. 9. c. 3, 6. 1. Cor. 13, 2. Jacob. 2, 17. eſt enim 1. fructus fidei: 2. eſt opus legis, Matt. 22, 40. Rom. 13, 8. 9. cap. 8, 12. Luc. 17, 10.

Subjectum recipiens fidem, homo: Infantes quoque. Semen fidei duntaxat infantibus adſcribunt Calviniani, Paræus in Heb. 11. colum. 577. 578.

§. 9 Objectum fidei, quod credimus, generale eſt omne illud, quod Deus revelavit in verbo, dogmata credenda, (ita, ut oppoſita negentur) quorum hoc eſt ſummum principium: quidquid prima veritas dicit, id eſt credendum. Et quidem ſufficientiſſimè ac veriſſimè. Itaque illud Pythagoræ de Deo noſtro valeat: αὐτὸς ἔφα. Clemens Alexand. libro 2. Stromat. Speciale eſt DEI miſericordia in promiſſionibus Evangelii revelata & propoſita per Chriſtum crucifixum, mortuum, 1. Theſſ. 4, 14. pro peccatis noſtris, 1. Cor. 15. in verbo nobis oblatum, 1. Pet. 1. verſ. 21. per Chriſtum creditis in Deum, qui excitavit eum à mortuis. Non ergò ſimpliciter & abſolutè præcepta hominum nos obligant ad credendum, niſi quatenus ea cum verbo DEI congruunt: Itaque hæc ſapienter judicanda ſunt. Rom. 16, 19. Volo vos ſapientes eſſe in bono. Ad fidei objectum ſpectant quoque res corporales: Gen. 32. Domine, qui dixiſti &c. Exod. 32. Recordare Abraham &c. ſed in ſuo ordine.

Subjectum fidei eſt anima & cor hominis; & quidem in intellectu eſt notitia & judicium de re nota, quod mox ſequitur aſſenſus in verbo Dei pedem figens; in voluntate verò quies & fiducialis objecti credendi apprehenſio, 1. Reg. 6, 21. 22. Ut templum Salomonis & altare auro obductum: ſic cor noſtrum plenum ſit auro fidei, 1 Petr. 1. Lyra in Hebr. 11, 1. docet, fidem procedere ex voluntatis imperio. Non tamen omnium hominum eſt fides, 2. Theſſ. 3, 2. non DEI invidia; ſed hominum culpâ, quæ vel eſt hoſtilis repugnantia, vel cordis perverſio, Eſa. 53. 1. Johan. 8, 47. Actor. 7, 51. c. 13, 46. Matth. 23, 37. Infantibus omninò actu competit fides: etſi id negant Calviniani & Buſæus p. 153. 154. de ſtatibus hominum, qui ſolùm de fidei ſemine concedunt. Vid. Matth. 18, 6. Marc. 10, 14. c. 16, 16. Joh. 3, 5. Auguſtinus tom. 2 column. 94. a. quomodo infans fidem habeat, agit: maximè verò tom. 10. ſerm. 11. de verbis Domini, col. 51. c. d. & ſerm. 14. de verbis Apoſtoli, colum. 326. 327. Noſtri hinc referunt motum Johannis in utero matris; at hunc motum ſine fide fuiſſe ſtatuit Rivetus p. 104. Apolog. pro virgine Maria.

Effecta

§. 10 Et operationes fidei, quocunque modo aſſignatæ. Conſiderabimus illas duobus modis: 1. In genere. 2. In ſpecie. In genere fides omnia bona acquirit: creſcere nos facit viribus. Eſa. 40, 31. aſſument pennas &c. Beatos efficit. Eſa. 30, 18. beati omnes, qui exſpectant te. Multa miracula præſtat, eſt enim fides ſimilis manui miraculoſæ Chriſti, quâ is ingentia miracula patravit; ſic fides ſtupenda facta nunquam non edidit. Vid. Ebr. 11. Filios Dei efficit, Galat 3, 26. In ſpecie effectus fidei conſiderantur quadrupliciter.

§. 11 I. Ratione DEI & CHRISTI JESU mediatoris.

(α) Ratione Dei, fides 1. ad Deum accedit, Hebr. 11. verſ. 6. id eſt, vult frui DEI amicitiâ, gratia, favore, felicitate. Exod. 20, 21. Moſes acceſſit ad caliginem, in qua DEUS erat: ſic DEUS habitat in luce & caligine inacceſſâ, 1. Tim. 6, 16. fide autem ad eum accedimus, Heb. 11, 2. 2. Deum agnoſcit, agnitum aſſequitur, Exod. 37, 9. Cherubini alas ſuas deſuper mittebant in arcæ operculum, & extendebant: ſic fide ſubvecti aſſequimur Deum in operculo verbi & teſtimonii ſui. 3. Ejus virtutem elicit. Ut hæmorrhouſa (tota licet turbâ Chriſtum premente) ſola ſanabatur, Marc. 5, 25. ſic ſola fides DEI virtutem & miſericordiam elicit. 4. Deum capit. Hinc fides dicitur nonnullis ſpiri-

ſpiritualis hamus. Gen. 32. Jacob hôc fidei hamo cepit Dominum, ut ei benediceret. 5. Nosque ei transſcribit. Eſa. 44. manu ſuâ ſe Domino transſcribet; id vero fit fide: fides enim illa manus eſt, quâ nos Deo devincimus, quæ ad DEUM ſe extendit; atque ita nomina noſtra in cœlis ſcribuntur, Luc. 10. v. 20. idque in fœdere baptiſmi, 1. Petr. 3. v. 21. ceu ſpirituali deſponſatione, Oſeæ 2. Et 6. Vincit DEUM, cum nos tentat: ſic fides Abrahami Deum vicit, Gen. 22. Iſaaci, Jacobi, Gen. 32. vid. Hebr. 11. Ut domus benè contignata non ruit, Sir. 22, 19. ſic fidei domus non labaſcit, etſi eam Dominus multis tentationum ventis impetat. Exod. 24. v. 18. ad medium nebulæ (gravisſimarum tentationum) ingreſſus eſt Moſes: fides noſtra ingreditur, non terretur nebulis & nubilis. Deo itaque fides placet: de hac complacentia vid. Auguſtinum tom 8. col. 211. Conf. Hebr. 11. verſ. 5. Imposſibile eſt placere Deo absque fide.

§. 12 (β) Ratione Jeſu Chriſti Mediatoris: fides (1) agnoſcit Chriſtum. Num. 21. ſerpens æneus oculis intuendus erat Iſraëlitis, ſanitatem recuperaturis: ſic fides aſpiciat Chriſtum, eſt enim oculus ſpiritualis, Joh. 20. Der Glaube ſieht Jeſum Chriſtum an/ der hat gnug für uns alle gethan. (2) Agnitum apprehendit. Gen. 8, 10. Noa manum extendit ex arca, & columbam apprehendit: ſic nos ex ergaſtulo mortalitatis noſtræ extendimus manum fidei, & columbam pacificam JESUM Chriſtum apprehendimus. Johan. 1. v. 12. quotquot receperunt eum. (3) Apprehenſum nobis unit: eſt enim Chriſtus caput noſtrum, vitis noſtra, ſponſus noſter, lux noſtra, cui ſola fides nos jungit, Eph. 4. v. 5. eique ceu palmites inſerit, Johan. 15. v. 2. Rom. 11, 24. & in bonitate ejus fidere facit; ſic Matth. 15. Cananæa precibus inſtat. (4) Atque induit. Gal. 3. verſ. 27. quotquot baptiſati eſtis, Chriſtum induiſtis: verâ ſcilicet fide. Hic veſtitus omnium optimus eſt, Eſ. 61, 10. non ſuperſtitioſus ille habitus Franciſcanus, quo olim facta eſt craſſa ſuperſtitio, ut à poteſtate Satanæ libera fieret: quem errorem affectu pietatis fruſtrà excuſat Gretſer. p. 86. Labyrinth. CHRISTI juſtitia, quam fides apprehendit, eſt veſtis illa verſicolor Joſephi, Gen. 37. variis nempe coloribus ſparſa, ſanguine, ſudore, rubore &c. Eſt veſtis pretioſa Aaronis, Exod. 28. v. 29. Ut oſculemur eum: Cant. 1, 1. Oſculetur me oſculo oris ſui. Bona nobis cœleſtia offert & donat; adde etiam corporalia: Hinc dicitur hypoſtaſis Hebr. 11. v. 1. Eruit inſuper hæc fides ſpiritualiter illa bona Eſa. 55. D. Bernhard. ſerm. 2. de reſurrect. Salvat. Lucæ 7. (5) Chriſtum vulnerat ſpiritualiter, Cant. 4, 9. (6) Accipit in Chriſto placamentum, Rom. 5, 11. (7) In Chriſti verbo ſine diſputatione acquieſcit: ſic decem leproſi Luc. 17. ita & nos in verbo & promisſionibus Chriſti, & in Sacramentis.

§. 13 II. Ratione angelorum malorum: Fides (α) eorum tentationes vincit, Matth. 4. Eſt enim Satan leo cedentibus; formica reſiſtentibus, docuit nos ſuo exemplo Chriſtus, fide in verbo Dei fundata Diaboli inſufflationes vincendas eſſe. (β) Tentationes ſuperat. 2. Cor. 12, 9. Oravi Dominum, ut tolleret &c. ait Paulus: Ergo tentatus tamen oravit; ſed oravit ut exauditus ſit: at ſine fide exauditus non fuiſſet. Eph. 6, 16. Scutum fidei fidelibus præſcribitur. (γ) Satanæ reſiſtit, Epheſ. 4, 27. Jac. 4, 7. & ſanguine Chriſti, Apoc. 12, 11. armisque ſpiritualibus 2. Cor. 10, 4. eum vincit, ut nos non ſit tacturus latro, 1. Joh. 5, 18.

§. 14 III. Ratione noſtri vel hominum, qui conſiderantur:

(1) In ſtatu peccati, & hujus ad ſtatum gratiæ tendentia (ut ſic loquamur:) atque hic fides 1. ſanat, Act. 3, 16. 2. mortuos vivificat, & in vita conſervat in Chriſto, in quo ſolo vita noſtra eſt, Eph. 2, 5. convivificavit nos in Chriſto; at in Chriſto nemo eſt, niſi per fidem. Numer. 35, 26. deprehenſus extra aſylum necabatur: ſic qui eſt extra fidei aſylum, h. e. JEſum Chriſtum, æternæ morti obnoxius eſt. Joh. 3, 19. qui non credit in filium, jam judicatus eſt. Quia Chriſtum nobis applicat. Exod. 12, 22. illines ſanguinem agni poſtibus: ſic fides applicat Chriſti ſanguine cordibus noſtris, ut dicere posſimus:

Glorior in ſolo ſanguine, Chriſte, tuo.

Atque hic non eſt medium ex multis (ut panis eſt medium vitæ, ſed non ſolùm, Matt. 4.) ſed medium ſolitarium: ſicut ſol eſt medium ſolitarium lucis diurnæ, excludens non ſuperiores cauſas, gratiam DEI, meritum incarnati Dei, ſed cauſas alias medias adjuvantes: Opera, merita, alia excogitata. 3. Cor evacuat opinione & conceptibus propriæ dignitatis, aptitudinis & meritorum, Pſalm. 115. v. 1. 2. Cor. 3, 4. Cor certum reddit (a) per verbum indubitatæ promisſionis, cui ceu clypeo miles innititur, Prov. 30, 5. omnesque diſceptationes rationis ſuperat, Rom. 4, 20. (b) per cauſationem accesſionis: fide enim accedimus ad DEUM, Eph. 3, 12. & clamamus Abba pater! Roman. 8. (c) per evidentiam fortitudinis, quâ toleramus crucem & omnia mala, Rom. 8, 38. (d) per certitudinem teſtificationis, quâ Spiritus Sanctus teſtimonium dat ſpiritui noſtro, Rom. 8. verſ. 16.

§. 15 (2) In ſtatu gratiæ: Fides (α) omnem tremorem tollit. Eſa 28, 16. Qui crediderit, non feſtinet. Pſal. 117. à malo nuncio non timebit, credens ſcil. (β) Pacem adfert. Pſ. 49. in pace cubo: nosque lætificat. Pſ. 5, 11. Lætentur omnes, qui ſperant in te. Ut nobis ipſis benedicamus. Geneſ. 22. In ſemine tuo benedicent ſe omnes gentes התברכו. Id vero fit fide, Gal. 3. Et admiremur. Eſa. 6, 2. oculos ſibi velabant Cherubim, perculſi majeſtate DEI: ſic fides intuens majeſtatem divinæ miſericordiæ carnis oculos claudit. Eph. 3. mentis oculos aperit, Eph. 1, 17. (γ) Omnia pericula & crucem ſuperat. Matth. 14, 30. Petrus aquis inambulans poſt Chriſtum, viſo ingenti vento, cœpit ſubmergi &c. Sic nos 1. jubet Chriſtus ad ſe venire, Joh. 6. Matth. 11. Sed per aquas tribulationis, Actor. 14, 22. 2. Tim. 3, 12. 2. Fide pleni non mer-

mergimur, sed vento pusillanimitatis territi mergimur, Psal. 30, 9. & 69, 2. Sed clamemus, Ps. 50, 15. & Christus nos ceu suas aviculas infirmas alis gratiæ suæ sublevabit. Ut avis se alis subvehit: sic anima remigio fidei ad Deum se recipit, Ps. 11, 1. 2. Daniel fide lacum leonis fugit, & eo elapsus est, Dan. 6. (δ) Movet nos ad omne opus bonum; ut enim homo vivens motum habet & pulsum, mortuus autem omni motu caret: ita fides viva cor movet, assidue percutit, & hominem ad bonum incitat. Ut mortuum corpus teterrimum exhalat vaporem & fœtorem: sic Christiani impiè & perversè viventes nomen Domini blasphemari faciunt: hinc fides comparatur cum rivo spirituali, è quo vivæ & limpidæ aquæ bonorum operum fluunt. (ε) Preces accendit. Exod. 30. Prunæ ex altari capiebantur, & thuribulo aureo imponebantur: ita fides instar prunæ accendit thus precum, fides à Christo (qui est altare spirituale) accensa. Ideò S. Augustinus fidem nuncupat vivum & caput orationis, tom. 10. col. 136. d. (ζ) Spem succendit, atque hunc eventum optatum largitur, ut ne confundantur credentes, Es. 49, 23. Ps. 25, 3. & 31, 1. non commoveantur, Ps. 21, 8. non infirmentur, Psal. 26, 1. & nos confortat, Eph. 6, 10. estote fortes in Domino. 2. Chron. 13, 18. confortati filii Juda. Est enim fides panis, quæ nos corroborat, sed azymus sit, h. e. fermento destinatæ malitiæ careat, Exod. 12, 15. in gratia stare nos facit, Rom. 11, 20. (η) sanctificat, Exod. 29, 37. Obedientes reddit. Sicut Rebecca Eleazarum sponte secuta est, Genes. 24. sic nos invitati a ministris verbi, fide sequimur sponsum nostrum Jesum Christum, Augustin. tom. 10. col. 753. (θ) Gloriosos & beatos reddit, Eph. 4, 5. Marc. 16, 16. qui crediderit & baptisatus fuerit, salvus erit. (ι) Sensum spiritualem efficit in nobis divinæ charitatis, Rom. 5, 5. filialis nostri amoris, ut gustemus, quam suavis sit Dominus, 1. Pet. 2, 3. obsequii & patientiæ, gaudii, 1. Pet. 1, 8. Suspiriorum, Rom. 8, 26. Gal. 4, 6. charitatis proximi, 1. Joh. 3. & 4. atque hinc fides dicitur efficax per charitatem, Gal. 5, 6.

§. 16 IV. Ratione mundi & hominis proximi: fides (1) mundum vincit, h. e. omne illud, quod regno Dei adversatur. 1. Joh. 5, 4. Fides nostra mundum vincit, h. e. nosmetipsos, nostramque rationem. Rom. 4, 18. Abraham credebat in spem contra spem. Confer Hebr. 11. nos enim ipsi mundani sumus. Vincit cupiditates & tentationes mundi; & ut semen terram vincit & fert fructum suum: sic quoq; fidei semen vincit cor nostrum, & de eo mascule triumphatur, 1. Joh. 3, 9. sic fides mundi principem vincit, ejus tentationes, Eph. 6, 11. 12. 1. Joh. 2, 13. 14. cap. 4, 4. vincit mala bonis, Rom. 12, 21. malos homines, Joh. 15, 19. vincit turbatum cor nostrum, Joh. 14, 1. nempe cum (α) agnoscimus Deum omnipotentem, omnisapientem, veracem. (β) certâ fiduciâ in Deum recumbimus: Sic olim Adam & Eva in promissum Evangelium, Abraham in verbum, Genes. 22. Gideon, Jud. 6. omnes pii, Heb. 11. (γ) Et speramus in eundem, Psal. 13. Psal. 22. Ps. 77. nec dubitamus, Matt. 14. Jacob. 1. Hilar. lib. 10. de Trinit. (2) Ab eo nos abstrahit. Heb. 11, 27. Fide Moses sprevit divitias Ægypti; insuperque superat omnes in mundo molestias, labores, Eccles. 1. v. 13. & curas & conversationem vanam, 1. Pet. 1. v. 18. persecutiones, Johan. 15, 18. & voluptates mundi, 1. Joh. 2. v. 15. 16. omnia tamen vi & virtute Christi, 1. Joh. 2, 1. cap. 5, 13. cap. 4, 4. Joh. 16, 33. 1. Cor. 15. vers. 57. neque enim fideles sunt de mundo, Joh. 15. vers. 19. (3) Christum confitetur libere, Esa. 44, 5. 6. c. 45, 23. Rom. 10, 10. 1. Pet. 3, 15. Exempla Actorum 24, 14. & Judæi ideo circumcidebantur, ut suam fidem coram gentibus profiterentur. Denique de fide efficace semper per charitatem fusè D. Lutherus in scriptis suis. Confer M. Rathmann. in Glaubens-Posaun. §. 17

Adjuncta quædam fidei. §. 18

I. Consistentia fidei, cum quodam solùm peccato, nempe non regnante, Psalm. 32. Roman. 7.

II. Manifestatio. Sicut ignis nubibus inclusus magno impetu erumpit: ita fidei ignis in nube cordis delitescens, per bona opera sese prodit.

III. Confirmatio & corroboratio. Ea fit per signa sacramentalia, in quibus & per quæ (sine ulla locali bonorum cœlestium inclusione) bona cœlestia offeruntur. Sic Noë Gen. 8. Abraham Gen. 15. Gideon Jud. 6, 17. Hiskia 2. Reg. 20. signis fidem suam confirmarunt, à Deo ceu causa efficiente principali, Ephes. 3. v. 17. Col. 1. Huic opponitur ὀλιγοπιστία, cum parva & imbecillis est fides: vel cum quis in fide est infirmus. Exempla: Apostoli fuerunt infirmi in fide, August. tom. 10. col. 907. a. Maria, de qua August. tom. 9. column 556. c. Dominus hortulanus in horto cordis Mariæ granum sinapis seminaverat seu fidem parvam. Et bene idem Augustinus fidem dormientem seu imbecillem excitandam esse monet per precationem, & Dominum ipsum in corde nostro excitandum, tom. 8. column. 531. a. Et tom. 8. col. 920 noli te timere, ne possis non semper laudare, quam semper poteris amare, tom. 8. col. 1017. Fides non dormiat, dormiente Christo in mari, col. 531.

Solatia contra infirmam fidem.

1. Dei corroboratio, 1. Pet. 5.
2. Fidei per illum auctio, Marc. 9.
3. CHRISTI pro nostra fide intercessio, Luc. 21.
4. Fidelis DEI promissio, 1. Corinth. 1. vers. 6. 7.
5. Exempla Sanctorum.
6. Paterna Dei distributio fidei.
7. Parvæ fidei magna apud DEUM æstimatio.

IV. Perseverantia. Tob. 2, 18. Exspectamus vitam. Proverbior 14, 32. Sperat etiam in morte justus. Exod. 17, 12. usque ad solis oc-

casum

casum erectas habuit manus Moses: sic fidei manus semper sit extenta, Psal. 77, 3.

§. 19 V. Excellentia: est enim fides 1. radix omnium virtutum. 2. Jaspis. Ut Jaspis omnium gemmarum colores in se continet: sic fides omnium virtutum pulchritudinem in se continet. 3. Res invisibilis, & tamen valde amabilis, sicut servum fidelem magis amas quam formosum, & sicut justitiam diligimus, quæ tamen aurum non est. Vide eleganter Augustinum disserentem in Psalm. 33. col. 241. b. c. tomo 8. oper. 4. Est vita in morte, ubi nil vides: moriens igitur fidelis fide tamen vivit, Rom. 1, 17. Hab. 2.

§. 20 VI. Tentatio fidei, quæ piis accedit: & hæc tentatio (α) format has nobis cogitationes, Deum nos projecisse, Psalm. 31, 23. nostri oblitum esse, Esa. 49. v. 14. (β) Premit instar ponderis fidem ceu palmam: hinc Psal. 42, 6. quid conturbaris anima mea? &c. Psal. 23, 4. si ambulavero in medio, &c. Ut muri arcis ab hostium arietibus impetuntur & concutiuntur validissime: sic fides non potest non quassari & impeti à variis tentationibus mundi, carnis, Satanæ. Non secus ac petræ fluctibus maris lacessuntur; sic petra fidei (à petra CHRISTO denominata & in eo solo fundata) variis tentationibus agitatur in hoc mundi salo & pelago, Matth. 7. v. 24. veniunt enim flumina, quæ notant persecutiones; flant venti, h. e. omnium tentationum genera, descendunt pluviæ, h. e. tentationes Satanicæ. Verum, ut fax agitata majores flammas concipit; ita tentata fides & tribulationibus exagitata crescit, 2. Thess. 1, 3.

§. 21 VII. Infirmitas fidei & accretio ejus. Causa illius est intellectûs nostri cœcitas: Dormiente Jesu navis periclitabatur, Matth. 8. v. 24. In te dormit Jesus per fidei parvitatem, Augustinus tomo 8. column. 123. Sicut granum in terram decidens subinde crescit & augetur; sic fides in corde hominis latens subinde incrementa sumit, Johan. 12, 24. Augustinus sermone 21. de Sanctis. Est granum sinapi, quod in maximam arborem tandem excrescit; sic fides maximè cum rebus adversis exercetur, 2. Thessal. 1. v. 4. Vide Chrysostomum in h. l. Nec tamen ob eam Deus nos abjecit. Ut puerulus infirmo digito nihilominus à patre sustentatur, ne corruat; ita fides infirma est instar infirmi digiti, quo tamen Deus nos sustentat. Ut margarita æque bene tenetur tenui folio arboris vel chartæ, ac in cista ferrea; sic CHRISTUM JESUM margaritam illam cœlestem æque bene tenui & infirmâ, quam adamantinâ fide prensamus. Qui serpentem æneum intuebantur, non omnes eâdem oculorum acie erant præditi, etsi omnes intuentes salvarentur; sic omnes Christum oculo fidei intuentes (sive is alacer sit & acutus, sive infirmus, modo in Christum feratur) sanantur & salvantur. Sicut infans pendulus ad ubera matris, vociferatur, clamat, modo apprehendit mammam, modo hæc illius ore elabitur; sic infirma fides. D. Luther, part. 2. Postill. Ecclesiastic. fol. 9. b. Explic. Evangel. in festo Paschæ. Manus ægra mendici æque donum divitis accipit, ac robusti ac validissimi hominis: sic omnes nos sumus mendici, ægri, squalidi; donum ditissimi patris nostri filius ejus est, Johann. 3. v. 16. dona ejus sunt omnia cœlestia bona, Rom. 8. vers. 32. Hæc ægrâ manu fidei accipimus, modò dicamus: Credimus Domine, sed tu adjuva incredulitatem nostram, Marc. 9. vers. 24. Ut granum mosci magnam rem & quantitate diffusam odore grato afficit: sic parvum fidei granum est magnus odor optimæ fragrantiæ coram Deo, Ephes. 5, 2. Nonne minimæ frondes, non secus ac maximæ, succum è radice arboris attrahunt? sic, etsi sis minima frons per fidem; attamen ex Christo arbore, Johan. 15, 1. & ligno vitæ succum trahes, Roman. 11, 17. Et sicut is, qui per primam januam intrat in vestibulum, in domo esse censetur: sic is, qui velut in vestibulo est parvæ fidei, in domo gratiæ divinæ esse censendus venit. Infirmos in fide Deus non rejicit. Vide Mich. 4. v. 6. 7. Sophon. 3, 19. Hebr. 12, 13. Esa. 42, 3. nos quoque eos tolerare debemus, Luc. 22, 32. Actorum 20. v. 35. Rom. 14. v. 1. cap. 15. vers. 1. 1. Cor. 8, 9. cap. 10, 28. 29. 1. Thess. 5. v. 14. toleranda quoque eorum inscitia, Rom. 14, 1. Exempla infirmorum in fide: Moses, Num. 11, 21. 22. Gideon, Judic. 6, 13. 14. Petrus, Matth. 14, 30. 31. Discipuli Christi, Matt. 8, 26. 27. cap. 26, 56. Nicodemus, Johann. 3, 2. Pater Lunatici, Marc. 9, 24. & principes Judaici, Joh. 12, 42. Joseph Arimath. Joh. 19, 38.

§. 22 VIII. Studium conservandæ simul ac probandæ fidei. Ut agricola & hortulani radices accuratâ diligentiâ excolunt & fovent; sic spiritualis agricola, quilibet fidelis, omnem impendat industriam in curanda & consolanda fide.

§. 23 IX. Connexio fidei cum spe; intime enim cohærent fides & spes. Coturnix mare trajectura, unam alarum instar remi mari imprimit, alteram elevat instar veli in aëre: ita nobis fidei alâ in mari peccatorum & miseriarum per hanc vitam natandam; spes vero nostra est ala illa & velum agitatum à Spiritu Sancto, aëre isto blando & suavi. Hoc spei verbum abjiciendum non est, sed Domino in solidum omnis gloria danda, Jerem. 13. vers. 16. Huic spei opponitur, accelerare ad alium, Psal. 16. fiduciam ponere in homine, Jerem. 17. idolis, Psal. 115.

§. 24 X. Simplicitas. Exod. 20, 26. ad altare Domini non licebat ascendere per gradus: ad Dei cognitionem non ascendimus per gradus nostræ rationis, sed fide simplice & plana. 2. Cor. 10. v. 5. Simplicitas in Christo vocatur. Vid. tit. Ratio.

XI. Unitas: una enim est fides nostra, atque ea, per quam Patres sunt salvati. Actorum 15. credimus per gratiam JESU Christi &c. Vide Euseb. libro 1. cap. 1. Iren. libro 4. cap. 13. Epiphan. init. libri c. hæres. Augustinum tract. 45. in Joh. lib. 2. c. literas Petiliani c. 37. lib. 19. c. 13.

c. 13. 16. 17. contra Fauſt. Eundem in Pſalm. 73. & 77. Item lib. 2. c. 25. Contra Pelagium & Cœleſtinum.

XII. Terminus fidei: ceſſabit in altera vita, 1. Cor. 13, 8. 10. cum Chriſtum coram intuebimur & plene cognoſcemus, & cor noſtrum gaudebit, Joh. 16.

§. 25 XIII. Mortua fides, quæ caret actione & motu: contra non ſine fructu eſſe debemus, nec vacui, 2. Petr. 1. & fidei talentum in lucem ac conſpectum eſt ponendum, nec vacuo ſcuto militandum. Arbor irrigata aqua vitæ (Johann. 4, 10. 14. capit. 7, 38.) fructus proferre debet.

XIV. Abnegatio fidei. Vid. ſuo loco Confeſſio. Evertitur abnegatione fides, quæ fit vel ore, idque aperta blaſphemiâ & atheiſmo; vel vita & factis, Gal. 5, 20. Tit. 1, 16.

XV. Omnia denique habet, qui fidem habet: Veriùs dicere poteſt, quàm ille Bias (profugus ex Prieno, patriâ ab hoſtibus captâ) omnia bona mea mecum porto. Valer. Maxim. lib. 4.

Imputatio fidei. Vid. tit. *Juſtificatio.*

§. 26 *Cognata fidei*

Sunt ſpes & charitas, illa efficit nos ſperare in Dei verbum, Pſalm. 139, 6. in Deo, Thren. 3, 21. in nomine Domini, Eſa. 50, 10. Hæc vero alias quidem, ſed tamen affines fidei operationes habet. Vide ſupra tit. *Charitas.*

Differt vero fides à ſpe 1. prioritate ordinis: videlicet, fides prior; ſpes eſt poſterior. 2. Objectô: Spes bona futura; fides præſentia amplectitur. 3. Actu proprio: fides credit vitam æternam, ſpes expectat; illa recipit, hæc recepturam alio modo ſe ſperat. Sic quoque à charitate fides differt (1) ordine: fides prior eſt, charitas poſterior. (2) actu: fides recipit aliquid, charitas erogat. (3) Objecto: fidei objectum eſt Chriſtus, charitatis objectum eſt Deus & proximus.

§. 27 *Oppoſita fidei.*

Quædam in genere fidei opponuntur; quædam vero in ſpecie.

In genere fidei opponitur incredulitas, quæ non ſolùm notat fidei negationem in homine; ſed ſimul includit repugnantiam cordis, Deo fidem denegantis. Eſtque vel *Chriſtiana* (à ſubjectis ſic dicta), cum Chriſtiani & baptiſati Chriſtum reſpuunt: & dicitur ἀπιστία, Roman. 11. v. 20. & 30. vel *Judaica*, Actorum 13. v. 46. vel *pagana*, ut Turcarum, Tartarorum. *Cauſæ:* Diabolus, à verbo homines abducendo, ut Geneſ. 3. 2. Corinth. 11. idemque pervertendo, corda excæcando, 2. Corinth. 4. Mundus vero terret, & à Chriſto abducit; ſic novem illi leproſi à ſacerdotibus territi, ne ad Chriſtum reverterentur, Lucæ 17. Sic homo ipſe ſibi incredulitatem procreat, amando honorem mutuum & mundanum, Johann. 5, 44. DEI miracula & facta priora reſpuendo, Deuteronom. 1. v. 32. Nolendo venire ad Chriſtum, nec eum recipere, Johann. 5, 40. Obſtinando cor, Johan. 12. Eſ. 6. Spernendo media ad fidem, quæ ſunt oratio, obſequium Chriſto præſtandum, probatio fidei per crucem, 1. Pet. 1, 7. Timendo, ne amittamus mundi amicitiam: ſic Demas, 1. Timoth. 1.

§. 28 Partes incredulitatis velut duæ ſunt: 1. στέρησις ſive privatio aſſenſus & fiduciæ in homine. 2. θέσις habitus incredulitatis. *Objectum:* Impingit incredulitas in Dei veritatem, ſive fidem & doctrinam à Deo revelatam: in Chriſtum, primarium verbi ſubjectum, 1. Petr. 2. Eſa. 29. Johann. 5, 38. *Effecta* ſunt ira DEI, Johann. 3. damnatio, Marc. 16. Eſai. 53, 1. capit. 6. v. 9. Joh. 12, 40. Matth. 11, 21. Lucæ 12, 47. Matth. 23, 37. Zach. 11, 9.

In ſpecie partibus fidei opponuntur quædam requiſita ejus:

§. 29 I. Notitiæ ignorantia: vide paulo ante hoc titul. & infra titul. *Ignorantia.* Cumque notitia dupliciter conſideretur, primò ratione principii, quod unum & ſolum eſt Dei verbum: ſecundò ratione veritatis, ut nempe vera ſit notitia; hinc priori reſpectu fidei opponitur rationis humanæ abuſus in myſteriis fidei; (vid. tit. *Ratio* & tit. *Myſterium* ſuis locis) poſteriori vero opponitur fidei hæreſis, quæ eſt falſa de Deo notitia (cæteris paribus, nec aliis requiſitis excluſis.) Vide ſuo loco titul. *Hæreſis.* Opponitur quoque notitiæ Δυσπιστία eorum, qui audiunt quidem Dei verbum, ſed tamen juxta ſuas phantaſias Deum ſibi concipiunt.

§. 30 II. Aſſenſui & fiduciæ opponitur Dubitatio, itemque Sceptica opinio de rebus divinis. Vid. ſ.l. tit. *Dubitatio:* item *Tentatio* Dei. Vid. ſ.l. Fiducia in rebus aliis extra Deum: Confidentia in externis prærogativis carnis, Philipp. 2, 3. Dubitatio Academica de Deo, de rebus fidei: ἐθελοθρησκεία, & quæcunque ſub opinione meriti & cultus Chriſtianis obtruduntur, cum vera fide pugnantia.

§. 31 *Diviſio fidei.*

I. Ratione graduum infirma: linum fumigans, Eſa. 42. alia firma, Johann. 6, 37. Matt. 11, 28. Alia minor, alia major, Roman. 12, 3. 9. *Cauſæ* infirmæ fidei ſunt 1. vaſorum fragilitas, 2. Corinth. 4, 7. 2. carnis infirmitas, Matth. 26, 21. 3. objecti terribilitas, Matth. 14, 30. 4. Diaboli calliditas, Lucæ 22, 31. 1. Petr. 5, 8. Firma fides v. g. in Abrahamo: Revertemur (dicebat) cum adoraverimus, Geneſ. 22, 5. & tamen filium mactare volebat, notante Auguſtino tomo 10. column. 783. b. & de eodem idem tom. 8. col. 275. d. In latrone, qui Chriſtum in morte Regem agnoſcebat, animam pro nobis fundentem. Eam in nobis corroborare debet vox dulciſſima, Abba! Aug. tom. 10. col. 317. a. b.

§. 32 II. Hypocritica & hiſtorica fides, Jacob. 2. Dæmones credunt; quâ fide dogmata creduntur nudè, ſine aſſenſu ſpeciali vel applicatione, ſive guſtu & affectu.

III. Temporaria fides, quæ radicata non eſt,

est, tandem deficit, etsi vera in se sit fides suis partibus absoluta. Ab hac fides perseverans non differt essentiâ, nisi adjuncto dono perseverantiæ, quod Deus dat ordini conservandæ fidei à Deo destinato, D. Paul. Tarnov. disp. de Fid. quod contra Calv. Paræum, Rolloeum observare licet, libro de vocatione p. 191. Calvinus 3. 2. 10. Institut. difficulter differentiam posse pervideri concedit, quod omnino patet, si practice discusseris requisita hujus fidei à D. Crocio posita p. 1200. syntagmatis: quia si tentatæ animæ applicaveris, ignis docebit, quàm vana hæc doctrina sit.

§. 33 IV. Viva, quæ incarnata dicitur D. Luthero, quæ per charitatem efficax est, Galat. 5. Mortua. Vid. supra.

V. Miraculorum fides ea est, quæ & in Christi osoribus reperitur, Matth. 7, 22. Matth. 10, 1. 2. in Juda; & multis verè fidelibus defuit. Joh. 10. Johannes nullum signum fecit.

§. 34 *Varia nomina & similia fidei.*

Altare spirituale est fides, super quo offerenda sunt omnia sacrificia spiritualia, orationes, jejunia, bona opera: quæ si sint sine fide, non sunt sacrificia, sed βδελύγματα, Rom. 14. ult. Heb. 11. Impossibile, &c.

Accessus ad Deum, Rom. 5, 2. 3.

Anima: Ut homo per animam vivit naturaliter; sic per fidem vivit spiritualiter anima nostra. Rom. 1. Justus suâ fide vivit. Confer Aug. tom. 9. col. 166. a. c. 362. b.

§. 35 Annulus, qui nobis Christo spiritualiter desponsatis Oseæ 2, 19. datur, Aug. tom. 10. col. 1327. d. in quo gemma Christus, lapis pretiosus, Esa. 28, 16. continetur.

Arundine aureâ angelus ille Apocal. 21, 15. mensus est civitatem sanctam Jerusalem. Hæc civitas est ecclesia, Gal. 4, 26. cœlestis illa Jerusalem: Angelus Christus est: Is omnia metitur ex fide, oculi enim ejus fidem respiciunt, Jerem. 5, 3. Vide Augustinum tomo 9. colum. 691. d.

Auro fulsit cœlestis illa civitas, Apoc. 21. Fides est aurum illud 1. fulgens & lucens per bona opera, Gal. 5, 6. 2. ornans templum cordis nostri; sicut Salomon templum suum aurô exornavit, 1. Reg. 6, 22. August. tom. 8. col. 1084. 3. roborans corda nostra, Eph. 3.

Basis est & fundamentum omnium virtutum: quicquid enim non est ex fide, peccatum est, Rom. 14. ult.

Baculo peregrinantes sunt armati: noster baculus fides est, & fiducia illa cordis, quâ Deo adhærescimus. Psalm. 23. Virga tua & baculus, &c.

Circulus omnia in ambitu contenta complectitur: sic fides velut circulus est, animam complectens. Autor lib. de cognitione veræ vitæ apud Augustinum tom. 9. colum. 870. a. sub fin. cujus centrum est Christus: peripheria omnium bonorum cumulus à Christo fluentium.

Conto nautæ navem impellunt: sic fides navem cordis impellit ad agendam pœnitentiam, Aug. tom. 10. col. 866. a. ad operandum opera Deo grata. Philipp. 1. repleti fructibus justitiæ, &c.

Fundamentum bonum architecti ædificio locant, 1. Chron. 10, 22. sic fides est boni operis fundamentum. Aug. tom. 8. col. 187. §. 36

Lampadibus utuntur, qui in tenebris noctu ambulant: sic nos in nocte hujus vitæ versamur, in nocte ignorantiæ; Lampas nobis est fides, Matth. 25. quâ instructi esse debemus. Lucerna est fides, in tenebris hujus vitæ. Aug. tom. 9. columm. 46. a. Lux est fides, & cordis oculos illuminat. Augustin. tomo 9. col. 933. Confer 2. Corinth. 4, 6. Tenebras dispellit, viam ostendit, ambulantes exhilarat in spe, quod ipsis repositum est in re. 2. Timoth. 4. reposita mihi, &c.

Navibus mare trajiciunt nautæ: Nautæ spirituales sumus omnes, supremus navarcha & archithalassus est Christus, Matth. 8. mare est æterna damnatio & peccati reatus, Roman. 5, 12. Hoc mare trajicimus navigio fidei. August. tom. 9. col. 935. a.

In nidis suis volucres se continent, ut à pluviis & injuria cœli sint tutæ: sic volucres spirituales nos sumus, Psalm. 11, 1. pluviæ maledictionis nobis imminent ex lege, Deuter. 27. ult. Sed fides nidus est noster, in quo tuti delitescimus, Galat. 3. Augustinus tom. 8. col. 918. d.

Oculis suis serpentem æneum intuebantur morsum passi serpentum ignitorum, Numer. 21. Omnes morsi sumus à Satana, Genes. 3. sanamur, si fidei oculo Christum intueamur, Johann. 3, 14.

Ossa sunt firmamenta corporis; sic animæ firmamentum est fides. Augustinus tom. 8. col. 245. a. b.

Palatum & lingua cibos gustant; ita fides DEI gratiam percipit & gustat: hinc David fideles adhortatur ad videndum & gustandum, quàm suavis sit Dominus. Fides gustat mel spirituale gratiæ DEI. August. tom. 8. col. 1079. c.

Radix pluviam in fructum educit, si bona sit: sic fides omnes fructus bonorum operum parturit. August. tom. 8. col. 1603. c.

§. 37 Rivus est fides, 1. fluens è mari infinitæ bonitatis, Deo scilicet, Ephes. 2, 4. 2. fœcundans. 3. purgans corda nostra, Actorum 15, 9. fides enim expellit è cordibus spiritualem impuritatem. 4. potans: è rivo potus sitienti; è fide potus animæ credenti, Johan. 6. 5. vigorem conservans: sicut rivi aquæ in plantis servant florem & vigorem; sic fide custodimur in flore bonorum operum. 6. auro bonorum operum fluens; sicut in quibusdam rivis aurum invenitur: aurum est JESUS Christus, fide apprehensus.

Scutô olim milites corpus suum tuebantur; sic fidei scuto & corpus & animam defensamus contra Satanæ tela, Ephes. 6, 16.

Sinapis granum vile est, acrem habet saporem, penetrantem odorem & calorem: sic quo-

quoque fides vilis esse videtur; sed optime sapit bona cœlestia, spargit odorem bonæ fragrantiæ, & corda nostra calida reddit ad charitatem. August. tom. 10. col. 1230. c. d. & colum. 750. c.

Stella Magos duxit ad Christum, Matth. 2. sic fides nos ducit ad DEUM, August. tom. 10. col. 621. c.

Tactu hæmorrhousa sanata est, Matth. 15. si tu fide tangas Christum, plane sanaberis. August. tom. 10. col. 1553. c. d.

Transibant pedibus Israelitæ per mare, Exod. 14. sic nos fide tranamus mare divini judicii, Aug. tom. 8. col. 677. a.

Vas secum ferat oportet, aquam hausturus: sic etiam fides vas nostrum est, quo ex fonte divinæ misericordiæ haurimus, illudque implemus, August. tom. 9. col. 259. 6. Confer Joh. 4, 11.

Vestis nuptialis est fides, quâ superindui desideramus cum Apostolo, 2. Cor. 5. Aug. tom. 10. col. 532. a. b.

§. 38 *Officia nostra circa fidem.*

I. Considerare necessitatem fidei, quæ æstimatur 1. ratione Dei ipsius, qui pater est, fidelissimus est, cui si quis non credit, is in Dei naturam & majestatem peccat. 2. ratione fidei ipsius, per hanc enim Deus salvare decrevit, Johan. 3, 16. Roman. 3, 23. 3. ratione vitæ & status nostri, in quo peregrinamur per fidem, 2. Corinth. 5, 7. in altera vitâ cessabit illa fides, 1. Corinth. 13, 12. Job. 19. videbo his oculis. 4. ratione mysteriorum, quæ ratio non capit, 1. Corinth. 2, 14. 5. ratione operationum Spiritus sancti in fidelibus, à quibus fides nunquam separatur.

§. 39 II. Alere & conservare fidem. Princeps causa Deus est, 1. Petr. 1. Homo vero fidelis nutrit fidem (α) uberiori cognitione, 2. Petr. 3. (β) patientiæ & dilectionis exercitatione, 2. Thessal. 1, 4. (γ) assiduâ oratione, Marc. 9. Lucæ 17. Ephes. 3. (δ) eucharistiæ usurpatione. (ε) divini verbi consideratione & rationis humanæ captivatione.

FIDUCIA.

§. 1 Est fiducia 1. Maledicta, cum de industria peccat quis, nixus Dei misericordiâ. 2. Præsumptuosa, cum quis secure vivit, nec bonis operibus studet, sed libere peccat, sperans, posse se adhuc agere pœnitentiam. 3. Vana & incerta de longâ vita: Luc. 12, 20. Stulte hâc nocte, &c. 4. Defectuosa, cum quis sperat in transitoriis hujus mundi bonis. 5. Sancta & virtuosa, qua in solo Deo confidimus.

In particulari eam considerabimus, quatenus ad primum præceptum refertur. Huc spectant phrases: credere verbis Domini, Psalm. 106, 2. sperare in Dei verbum, Psalm. 130, 6. fidere Deo & fiduciam Dei habere, Esa. 57, 13. confidere in Domino, Jerem. 17, 7. ponere in Dominum spem, Psalm. 40, 5. gloriari in Domino, Ps. 57, 62, 6. 7. 8.

§. 2 *Fiduciæ objectum*

DEUS est: huic enim soli confidere debemus, Esa. 26, 5. cap. 2, 13. 14. Proverb. 28, 25. cap. 16, 10. cap. 3, 5. Psalm. 4, 6. & 73, 3. & 62, 6. non idola, Ose. 14, 4. 2. Chronicor. 32, 8. Fiducia nostra augetur in Deum, cum consideramus res DEI mirabiliter gestas, Psalm. 44, 4. 5. 6. sic Psalm. 85. Itaque non debemus confidere 1. In nobis ipsis, neque in viribus, neque in sapientia nostra, Jerem. 9, 4. Proverb. 2. ne confidas sapientiæ tuæ, cap. 28, 26. non in nostra potentia, Dan. 4, 27. Hæc est illa Babel. Deuteronom. 18, 17. fortitudo mea. Ose. 10, 13. in multitudine, Judic. 7, 2. meis viribus. 2. Chronicor. 13, 8. Resistere posse regno Domini. c. 20, 23. fusi sunt suis viribus fisi. 1. Chronicor. 21, 1. sequent. David populum numerari voluit. Milo confisus suo robore, fissæ quercui manus inserens, rupturam arboris pertexturus, resilientibus cuneis ac cicatrice coeunte nemineque eripiente à feris dilaceratus est. 2. In hominibus aliis, iisque sive amicis, Jerem. 17, 5. Esa. 20, 5. 6. capit. 57, 9. fratribus, Mich. 7, 5. Medicis, 2. Chronicor. 16, 12. Regibus, 2. Reg. 16, 7. Os. 3, 1. capit. 7, 8. cum populis, cap. 8, 9. Principibus, Psalm. 146. vers. 3. 1. Samuel. 8, 5. Esai. 30, 1. capit. 31, 1. 2. Chronicor. 16, 2. Pontifices Judaici regibus vicinis adhærentes à DEO puniti sunt. Vide historiam populi Judaici, post captivitatis Babyl. solutionem. 3. Non in animalibus, Proverb. 18, 11. Psalm. 33, 17. & 147, 10. aut rebus aliis, puta muris, Esa. 2, 12. sequent. Munitionibus, Jerem. 48, 7. Obad. 1. 3. 4. Proverb. 21, 22. Genes. 4, 17. cap. 11, 3. Ose. 8, 14. Divitiis, Jerem. 9, 23. Prov. 11, 28. Psalm. 62. 1. Tim. 6. 4. Non in opere operato cultûs & ceremoniis, Jerem. 6, 20. Psalm. 50, 8. & 51, 18. neque in loco cultûs, Jerem. 7, 4. & sic Act. 6, 17. Academici contra Stephanum disputant, quod sancti loci eversionem docuisset. In cathedra sancti Petri multi gloriantur, qui Petri doctrinam & sanctitatem minimè imitantur; Bene igitur in Jure Canonico scriptum est: non sunt omnes filii sanctorum, qui tenent loca sanctorum. In Silo olim erat arca: sed rejecit Dominus hunc locum ob peccata, Ps. 78, 60.

§. 3 *Effectus fiduciæ,*

Etiam in corporalibus *Deo confidere*, Psalm. 55, 23. jacta curam, &c. Matth. 6, 25. Animam tranquillitare, Ps. 11, 1. Ps. 73, 28. cor obfirmatum habere, Hebr. 13, 6. non timere, Esa. 41, 10. c. 43, 2. 3. suas vias Deo committere. Prov. 16. oculis ad solum Deum *spectare*. Ps. 25. oculi mei. Cum fiducia ad thronum gratiæ *accedere*. Vide Gerson. part. 2. oper. lit. n. folio 37. (admiscet tamen Mariam, ut advocatam.)

Silere & patientem esse, Esai. 30, 15.

Media terrena *abjicere*. Psalm. 20. Hi in curribus, &c.

§. 4 *Opposita.*

Fiduciæ opponitur Diffidentia. Vid. tit. *Incredulitas*. Drexel. Tractat. XI. pag. 1466. Fiducia sui vid. tit. *Superbia*. Tentatio Dei vid. suo loco. Pusillanimitas vid. *Fortitudo* in anteced. Pœna autem talia subsequitur, nimirum

ira DEI: nam DEUS irascitur iis, qui non credunt, Psalm. 78. Hostium è manibus nostris evasio, 2. Chronicor. 16, 7. Submersio: sic Matth. 14, 30. Petrus aliquo modo diffidens submersus fuisset, nî cum Christus sublevasset.

Error. Pie viventes sine fide in Christum salvatos fuisse, ut docuit Tridenti Monachus quidam apud Sleidanum ad ann. 1552.

Item: Unumquemque in suâ fide posse salvari.

FIGULUS.

§. 1 Huic comparatur Deus Jerem. 18. non ob similem agendi modum: non enim instar luti sunt homines, ratione prædit, verbo excitati, non sunt instar equi & muli, sed secundum similia effecta, h.m. Ut figulus aliud vas in honorem, aliud in dedecus parat: sic Deus incredulos & impœnitentes rejicit, ut vasa iræ, Psal. 2. Rom. 9. increpat Paulus illos, qui contra revelatam Dei voluntatem pugnabant, & ex carnali affectu se ei opponebant, præsumptuosam audaciam coram Deo ostentabant, & Apostolo ex spiritu Dei docenti sese opponebant: non agitur ergo ibi de actuali potestatis absolutæ usurpatione, quod volunt Calviniani; id enim cum scopo & intentione Apostoli non quadrat: nam non docet, quod DEUS actu utatur absolutâ potestate homines creandi ad interitum, de qua nihil ibi Apostolus.

§. 2 Verus igitur sensus hic est: si figulus habet potestatem ex eadem massa faciendi vas ad decus & ad dedecus; multò magis Deus habet potestatem, ex eadem massa hominum peccatorum alios vasa misericordiæ ad gloriam, alios vasa iræ ad interitum constituere. Illa notant fideles & credentes; hæc vero infideles & repugnantes. Absurdissima quoque & incerta est Calvinianorum sententia de DEO, absolute quosdam creante ad damnationem, Vide p. 163. 164. 165. Explic. Dilucid. Remonstrant. in scriptis & Actis synodalibus Dordracenis, ubi p. 165. refutatur illud, quod de jure Dei absoluto adduci solet. Porro, non docet Apostolus, vasa iræ à Deo parata & creata esse. Assumunt id de suo Calviniani: Nam 1. tolerat nos, ergò non creat, Sap. 11, 24. Roman. 2, 4. 2. In patientia tolerat, igitur non approbat, sicut Pharaonem toleravit. 3. nec dicit Apostolus, à DEO parata, sed coagmentata vel collecta ad interitum, quod ad voluntatem Dei consequentem spectat; Diabolus est, qui per peccata & mendacia præparat illa vasa. 4. Denique hæc sententia repugnat scripturæ asserenti, Deum omnium hominum salutem velle, Ezech. 18, 33. Matth. 22, 4. cap. 23, 37. Luc. 7, 30. cap. 13, 9. Roman. 14, 16. 5. repugnat scopo Apostoli; cui non erat propositum agere de Deo, absolute homines ad interitum creante, sed ex peccatoribus, quales sunt omnes homines, Roman. 3, 23. Psalm. 14, 1. 2. credentes in gratiam JESU Christi vasa gratiæ facere. Præfractos vero Judæos & gratiam in Christo infidelitate repellentes Actor. 13, 46. justo judicio vasa iræ rejicere. 6. repugnat S. Scripturæ, quæ nuspiam & nunquam docet, absolutum Deo aliquod odium esse, quo creaverit quosdam in interitum; quin potius docet, omnes homines in Adamo conditos esse ad Dei imaginem & consequenter ad vitam æternam: à Diabolo verò ejusque odio mortem esse.

Esa. 29, 16. subversio vestra, &c. q.d. tam facile Deus potest vos punire & pœnam in vos decernere, quàm facile figulus ex uno vase aliud facit, ut Jerem. 18, 11. explicatur.

FIGMENTUM

Notat omnem cordis imaginationem, desiderium, machinationem, Gen. 6, 5. c. 8, 21.

FILIA.

Filiæ Zion notant (1) particulares Ecclesias Zioni adhærentes, Cant. 3, 11. (2) fidelia membra in Ecclesia, Luc. 23, 28. Zach. 9, 9.

Confide fili, Matth. 9. *V. Fides. V. Fiducia.*

FILIATIO. *V. Adoptio.*

FILII. *V. Liberi.*

FILIUS DEI. *V. Christus.*

FIMBRIA. *V. Vestis.*

FINIS. *V. Judicium. It. Prudentia.*

1. Finis Dei est gloriosa piorum è cruce liberatio, Jacob. 5, 11. 1. Corinth. 10, 13.
2. Hominis, mors est.
3. In cruce vero finis gloriosus. Psalm. 73. assumis me in gloria: sic Josephi finis.
4. Fidei, vita æterna, 1. Pet. 1.

FIRMUS,

Fide scilicet, circa usum ciborum & dierum festorum, Rom. 15, 1. quod patet ex collatione c. 14. v. 1. seqq.

FLAGELLATIO

§. 1 (1) Christi in passione. Vid. tit. *Christus.* (2) Fidelium in hoc mundo: hoc est flagellum correctionis, quo filius corrigitur, Hebr. 12, 8. 9. Vid. tit. *Tribulatio.* Infidelium vero & malorum alia est flagellatio, quæ inchoatur in hac vita; sic Pharao multis flagris à Deo confectus est, sed idem Pharao in inferno consummat plagas suas, ibi ergo flagellum consummatur. Itaque flagellum Dei est triplex: (α) fructuosum quoad credentes: (β) Luctuosum quoad perversos: (γ) perniciosum quo ad damnandos. (3) Baalitica 1. Reg. 18, 28. Deo omni ex parte invisa, Esa. 58. (4) Ethnica: Ethnicorum exemplis probat eam Gretser. §. III. p. 109. Spicilegii pro disciplinis. Polydor. Vergil l. 7. c. 6. §. in supplicat. publicis. Volaterranus de sacris Roman. (5) Impiorum, qui pios linguis suis flagellant. (6) Pontificia, sub opinione satisfactionis introducta in ecclesiam. Vid. Gretser. §. XI. Spicileg. pro discipl. p. 38. 39. ex Petro Damiano. Improbatur hæc, quia

§. 2 est 1. ἄγραφος, non habet in scriptura fundamentum, non est mandata à DEO: 2. ἀντίγραφος, nam prohibet scriptura carnem incidere, (id vero fit virgis Pontificiis) Le-

vit.

vitic. 19, 28. Deuteronom. 14, 1. Quæ præcipit Christus, illa sunt facienda, Matth.18,20. ergo quæ non præcipit, non sunt facienda. 3. contraria fidei analogiæ; solus enim Christus pro nobis satisfecit, Esa. 50, 6. cap. 53, 5. cap. 43, 6. 2. Corinth. 5, 21. & in V.T. flagra quadragena solùm injunguntur, Deut. 25, 3. 4. Ecclesiæ orthodoxæ ignota: nam primi flagellatores in Perusia Italiæ urbe extiterunt, cùm maximâ fame orbis premeretur. Confer Aventin. libr. 7. Annal. ann. Christi 1260. anno verò 1349. vel juxta Nauclerum 1346. in Germaniam venerunt: in hos sententiam excommunicationis Papa tulit, Nauclerus d. l. Gerson. 1415. peculiarem contra eosdem tractatum edidit. Gretserus libro primo cap. 8. de disciplina allegat S. Dominicum, qui primus anno 1060. flagella usurpavit, & libro secundo capit. 7. unicum Petrum Damianum allegat, qui ante 500. & amplius annos vixit. De hæreticis flagellantibus vide Guiliel. Prateol. libr. sexto hæres. 8. Marsil. Columna. hydragiol. sect. 3. capit. 7. §. 11. 12. 5. Cultui electitio immixta, quo DEUS frustra colitur, Matth. 15, 9. Coloss. 2, 23. 6. Ex gentilismo orta. Herodotus refert Ægyptios vaccam Dæmoni multis ceremoniis immolasse, & ardente sacrificio omnes sese vulnerasse. Confer Alexandr. ab Alexandr. lib. 4. cap. 17. & libro 3. capit. 12. Lacedæmonii adolescentes nobiles coram parentibus cædi jubebant festo singulari, quod Διαμαστίγωσιν vocitabant, in honorem Dianæ Orthiæ, teste Plutarcho. Tertullian. libr. ad Martyres, quem Gretserus allegat §. III. spicileg. pro disciplinis. Polydor. Vergilius de invent. rerum libro septimo capit. 6. Augustinus libro sexto capit. 20. de civit. DEI. Lactant. libro primo capit. 21. institut. divin. recenset, Ethnicos in honorem Deorum suorum semetipsos vulnerasse. Ideo fatetur Gretser. libro secundo capit. 3. de discipl. p. 109. sequentibus, ab Ethnicis hanc usurpatam fuisse flagellationem; Sic quoque Polydor. Vergil. libro septimo capit. 6. de Invent. Rer. Cybeles sacerdotes, qui Galli fuerunt appellati, in honorem suæ Deæ seipsos castrarunt, & acutissimis cultellis sese sauciare soliti sunt. In Aphricæ partibus puellæ invicem fustibus decernunt, dum Minervæ sacrificant, Zwing. 4215. col. b.

§. 3

Sententia Pontificiorum

De superstitione flagellationis, quod sit opus meritorium & satisfactorium. Gretser. libro tertio cap. 1. de disciplina: ejus fructus sit salutaris peccatorum expiatio. Idem libro secundo c. 3. p. 113. Regni Diaboli potens destructio, lib. 2. c. 5. p. 124. Pro mortuis fieri ejusmodi flagellationes, statuit Bellarmin. libro primo cap. 14. de Indulgentiis, & lib. 4. cap. 6. de pœnitentia. Sed hæc omnia, ceu scripturis adversa dogmata, toto corde detestamur. Nec juvant Busæum loca scripturæ allegata: omnia enim 1. vel aliena sunt: vel 2. plus ex illis Jesuitæ concludunt, quàm in præmissis fuit. 3. Veterum sententia de communibus crucis flagellis loquitur, non de his, de quibus nobis quæstio est. Busæus de statibus hominum pag. 370. 371. 4. Exempla adducta superstitiosa sunt, maximeque, aurite facta, controversa.

§. 4

Exempla flagellatorum.

Albericus monachus flagris frequenter se cædebat. Gerhard. à Nazareth cap. XI. Otho Bambergensis à sacerdotibus corpus suum flagris virgisque cædi voluit. Jesuitæ hodie mutua sibi flagra incutiunt. Hasenmüller. histor. Jesuit. capit. 5. Donatistæ olim quæsiverunt percussores, à quibus occiderentur, vel ad necem usque diverberarentur, teste Augustino Ad Quod-Vult Deum. De Fulcone comite Andegavensi refert Paulus Æmilius, illum juramento duos servos sibi devinxisse, ut imperatis illius satisfacerent, ac eorum alter fune collo indito, alter virgis cæsum jugiter ad sepulchrum sanctum usque pertraherent.

§. 5

Flagellationis subjectum.

Stultè Cambyses demortui Ægyptiorum Regis Amasis corpus flagellari jussit, Herodot. in Thalia.

Cives Romani, lege Portiâ, flagellorum immunes. Cicero pro Rabir. Vestales Romæ virgines olim flagellatæ, quod ignem sacrum extingui passæ fuissent. Livius Decad. 3. libro 8. narrat, quod, Camillo obsidente civitatem Faliscorum, quidam ludimagister virgis cæsus, inque urbem remissus sit, quod hanc prodere voluisset, abductis præcipuis in castra Romanorum pueris. Fugitivi milites Romæ virgis cæsi, Livius autor. Athenagoram Cynicum, quod, annonæ caritate, frumentum ad exteros transtulisset, virgis cæsum esset, Cicero narrat pro L. Flacco. Sed intuere Jesum tuum! Ecquid ille patravit, virgis cæsus? Nihil! innocens erat. Esa. 53. justus erat; pro injustis patitur, flagellatur ob peccata nostra.

FLAMMA.

Multiplex in sacris literis. Adscribitur (1) Deo & notat (α) apparitionis Majestatem, Exod. 3, 2. Judic. 13, 20. (β) Iræ DEI & pœnarum severitatem, Psalm. 83, 15. 16. Esa. 29, 6. cap. 47, 14. Psal. 105, 2. 32. Jerem. 48, 45. Ezechiel. 21, 3. Joel. 1, 19. cap. 2, 3. Obad. v. 18. sive in hac sive in altera vita, 2. Thessal. 1, 9. Lucæ 16. (γ) Justitiam, Dan. 7, 9. Sirac. 21, 10. (2) Christo, Apocal. 1, 14. oculi ejus sicut flamma ignis: Notatur ira Christi & omniscientia, Apoc. capit. 2, 18. cap. 19, 12. (3) Angelis, qui dicuntur flammæ fieri, Psalm. 104, 4. nempe per ignem & flammantem naturam, celerem motum, apparitionis modum. (4) Sydericis, quorum flamma lux est, Sapient. 17, 5. (5) Homini, cui attribuitur (1) flamma peccati & concupiscentiæ, quâ torretur & vexatur in hac vitâ, quæque nos per illicita desideria calefacit, Roman. 7, 23. mundanæ voluptatis, quæ homines tandem absorbet, ut flamma fornacis Babylonicæ, Daniel. 3, 48. (2) Crucis & tribulationis, Esai. 43, 2. (3)

Charitatis, Canticor. 8, 6. In hac flamma & igne charitatis homo justus vivit: non secus ac salamandra in igne. Elevat hæc flamma cor nostrum ad DEUM. Philipp. 3. in cœlo politeuma nostrum: calefacit corda nostra, Luc. 24, 32. penetrat cor nostrum: illuminat sicut flamma animam nostram, eandemque purgat, Num. 31, 23. igne purgatum mundum erit.

FLEO. *V. Lachryma.*

FLOS.

1. Flos vitæ hominum fugacis symbolum, Esai. 40, 6. 1. Petr. 1, 24. Jacob. 1, 10. Hebræum ציץ notat florem apertum, Psalm. 103, 2. Mundanæ prosperitatis, quæ citò marcescit, humore exhauritur, colore & odore privatur, quæ tria insunt flori. 3. Spiritualis augmentationis; in atriis domus DEI florebunt, justus ut palma florebit, inquit Psaltes. Dantur enim flores spirituales (α) fidei: (β) Patientiæ: (γ) bonorum operum: (δ) bonæ affectionis. Hi flores ornant spirituales arbores, hoc est justos piosque viros.

Christus flos in nativitate ortus, in passione succisus odorem servat, contritus accumulat, avulsus morte istum non amittit. Ambros. lib. de sanitate spirituali.

FLUVII & FLUMINA.

§. 1 Fluminum origo ex mari, Sir. 1. Confer Didac. Apolepht. part. 1. hor. subcisiv. c. 10. & Fromond. Libert. in meteorologicis lib. 5. p. 250. 251. artic. 7.

Causa efficiens DEUS, qui tertio mundi die excavavit alveos, quod patet ex quatuor alveis fluminum Paradisi. Alias manu excavata quædam humana asserit Aristoteles lib. 1. cap. 14. meteorol. de 7. ostiis Nili. Drusus Cæsar Rhenum in Iselam adversus incursiones Hollandorum derivavit. Corbulo dux Rom. Tacit. lib. 11. annal.

§. 2 *Finis & commoda ex fluminibus.*

Navigabilia magnam præstant hominibus commoditatem in exportandis & apportandis mercibus: Huc facit locus Proverb. 31. vers. 13. Aurifera divites faciunt: de his vide Textor. column. 111. officin. Distincta territoria determinant. Pisces nutriunt. Terras fœcundant, ut Nilus. DEI sapientiam deprædicant 1. in creatione: 2. reciprocatione motûs, Textor c. 114. in officin. de cujus ratione prolixa est apud Philosophos disputatio: 3. saporum varietate. Testantur de DEI omnipotentia, cum flumina sicca reddit, Psalm. 74, 15. Esai. 44, 27. Jerem. 51, 36. Nahum. 1, 4. vel sanguinea reddit, Exod. 7, 19. cap. 8, 20.

§. 3 *Exundatio fluminum.*

Nili præprimis nobilis est, quæ incipit die 17. Junii stylo veteri, durat ejus incrementum ad 40. dies, totidemque decrementum, si credimus Straboni. Aliquando se vero Nilus continuit, ut undecimo Cleopatræ anno, notans defectum imperii Cleopatræ & Antonii: stetit quoque sub Theodosio, ex quo nata est Gentilibus calumnia, quod Nilo non amplius sacrificasset Imperator. De causis hujus exundationis latè agit Fromond. Libertus libro quinto meteorologicor. pag. 292. 293.

§. 4 Adjunctus situs fluminum. Plurimi in Aquilonem & Austrum: quidam in orientem fluunt, ut Ganges, Danubius, Padus.

Rapiditas oritur ex alvei deflexitate. Largiantur hoc nobis Physici: Nos dicimus, flumina gratiæ divinæ in deflexa & humilia corda derivari.

§. 5 Miraculosa divisio Jordanis tribus vicibus facta est, à Josua, Elia, Elisæo. Ferrum in eo natans notat vim baptismi; qui enim ante pondere peccatorum submergebantur, ii virtute baptismi natant super aquas gratiæ DEI. Ambrosius libro primo capit. 4. de sacramentis.

Tygris fluvius XX. millia passuum sub terra labitur rapido agmine.

Quatuor flumina Paradisi: 1. Pison sive Ganges in India. 2. Gihon sive Nilus. 3. Hiddekel sive Tygris in Assyria. 4. Phrat sive Euphrates, interfluens Syriam, Armeniam, Babyloniam, delabens in Tygrim & mare Suph. Fluvius igneus, Daniel 7. Hunc didicisse ex Hebræorum conversatione Platonem, ait Theodoret. sermon. 11. de curandis Græcorum affectionibus.

Alii vertunt: feuriger Stral; nec repugnat hæc versio Chaldææ voci. Apoc. 22. v. 1. Fluvius purus notat copiam lætitiæ cœlestis in altera vita; opponitur hic fluvio persecutionum, quibus Ecclesia obruta fuit, Apocal. 2. *Purus* fluvius, non limosus, non lutulentus, quales sunt fluvii naturales: *limpidus*, instar Crystalli pellucidus, nihil enim tristitiæ admixtum potest esse cœlesti gaudio, Apoc. 21. promanans è sede Dei, non ex paludibus & montibus, sed ex ipso regno gloriæ Dei, in quâ vivit agnus.

§. 6 *In fluminibus notanda:*

1. Nutricatio piscium,
2. Promotio commerciorum,
3. Animalium potatio, Psalm. 42. Psalm. 104.
4. Divinæ justitiæ demonstratio in rubentibus Ægyptiorum aquis, Exod. 8. Ps. 78.
5. Excusatio, Esai. 44. c. 50.
6. Inundatio,
7. Congelatio,
8. Sub terra fluxio multorum fluviorum.
9. Obedientia Deo præstita: sic mare rubrum stetit Dei jussu, & Jordan.

FODIO.

Fodiens foveam cadit in illam, Prov. 26. Vid. tit. *Talio.*

FOEDERA.

§. 1 Nomen ambiguum est: accipitur enim 1. generaliter pro ordine illo, quem Deus rebus

creatis præfixit, Gen. 9. v, 9. 10. (2) pro gratuita promissione, factâ fidelibus, Galat. 3, 16. 17. (3) μερικῶς accipitur aliquando pro fide & obedientia hominis erga Deum, vel etiam pro signo externo fœderis (rem ipsam non excludente) Gen. 17, 10. 13. 11. (4) ὁλικῶς, cum in se continet hæc omnia, nempe Dei gratiam, hominis fidem & obsequium, simulque signum externum.

§. 2 *Varia fœdera.*

(1) DEI cum hominibus, Hag. 2, 6. Vid. tit. Testamentum. (2) Hominum inter se fœdera, conjunctiones animorum, operum, auxiliorum &c. adversus communem hostem, 1. Regum 15, 18. vel ob commune bonum participandum, ad non offendendum, Genes. 31. v. 43. 1. Reg. 5, 12. (3) Hominis cum DEO: quando fœdus inter DEUM est & hominem, ut hic illi serviat Luc. 1, 75. omnibus diebus vitæ suæ: Et hoc fœdus debet esse fidele, stabile, indissolubile, ita ut à pietate non dimoveamur, Sirac. 1, 12. 13. Prov. 1, 10. neque cruce terreamur, Rom. 8, 35. 36. (4) Hominis cum peccato: sic multi fœdus contrahunt cum luxuria, Esa. 5, 11. avaritiâ, 1. Tim. 6, 17. infidelitate, 2. Cor. 6, 14. securitate extrema, Esa. 28. v. 15. Sicut Israëlitæ alienigenas uxores duxerunt, Nehem. 9. & 10. sic homines cum peccatis fœdus contrahunt, qui justitiæ vivere debebant, 1. Pet. 2, 24. (5) Fœdus incarnationis Jesu Christi: hâc enim ipsa naturam nostram in fœdus velut assumsit, factus os ex ossibus nostris, Eph. 5, 30. & carni ac sanguini communicans, Heb. 2. v. 14. (6) Fœdus conjugii, hinc uxor fœderis dicitur Malach. 2, 14. Conf. Prov. 2, 17. (7) Belli & hostilitatis, 2. Sam. 15, 12.

§. 3 *Cum quibus non jungenda:*

1. Non cum gentibus, Exod. 23, 32. cap. 34. v. 12. Deuteronom. 7. v. 7. 1. Reg. 15, 18. 1. Reg. 20, 34. 2. Chronic. 16. v. 7. Erat vero peculiaris hujus legis ratio, quia DEUS populo Israëlitico singularem spem fecerat defensionis, 2. Samuel. 7. vers. 10. 11. Deinde gentes illæ exitio à DEO devotæ indignæ judicatæ sunt, quibuscum DEI populus amicitiæ lege coalesceret.

2. Non cum impiis. 2. Chronic. 19. vers. 2. Josaphat à Propheta Jehu reprehensus, quod fœdus pepigisset cum impio. 4. Reg. 16. vers. 10. Achatz Assyriis sese jungens de via recti cultus deflexit. Idem Josaphat iniens societatem cum Ochozia, infelicis successus nuncium Eliezeris Vatis accepit, 2. Chron. 20, 37. 1. Reg. 22. v. 32. Idem Josaphat cum rege Israël se junxit infeliciter. Macchabæi cum Lacedæmoniis & Romanis magno suo malo fœdus pepigerunt, 1. Macchab. 14, 27. Amazias movetur à DEO, ut ab exercitu suo Israëlitas milites removeret, 2. Chron. 25. v. 7. Confer Ose. 12, 2.

3. Non cum hæreticis fundamentum fidei convellentibus: v. g. Turcis, Judæis, Tartaris: cum his non est licitum contrahere fœdus defensivum vel offensivum: nulla namque est conventio Christi & Belial, 2. Cor. 6, 14. 15. 16. Bene tamen fœdus de non offendendo cum ejusmodi, commerciorum & publicæ tranquillitatis ergo, inire licet. Alias fœdera mutui auxilii cum impiis à DEO rupta & dissipata sunt, 1. Reg. 20, 42. c. 22, 4. 2. Chron. 18, 3. c. 19, 2. c. 20, 35. 36. 37. 1. Macch. 1, 12. 13.

4. Non cum Turcis. Ejusmodi fœdus in agone à se initum olim planxit Franciscus, Galliæ Rex. D. Schönborn libro 4. cap. 36. Politic.

§. 4 *Fœderum adjuncta.*

1. Non sint fallacia: Inter Medos fœdus ictum ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης sine dolo & fallacia. Herodot. lib. 1. At si fregeris fidem, fides tibi rursus violabitur, Ezech. 17, 16. 19. V. Talio. Ita fecerunt filii Jacobi, Gen. 34. ideoque à Patre maledicti sunt, Genes. 49. Induciarum quoque violatores nunquam non exquisitis suppliciis mactati sunt, Richter. Axiomat. Politic. pag. 590.

2. Utilia sunt reipublicæ: (aliquando etiam vana. V. Bellum, n. 4.) nam incommoda à Republica propulsant, vires reipublicæ debiles augent, hostes terrent, tuentur pacem publicam & ecclesiam: nam florente republicâ floret ecclesia.

3. Justo fine suscepta: non, ut hæretici extirpentur, Matth. 13, 30. Luc. 9, 54. non enim ferro sed linguâ ædificanda est ecclesia, ait Bruno de laudibus ecclesiæ, cap. 4. citante Aloysio Novarino libr. 11. num. 75. schediasm. sed ut vera religio ab iis, quibus hoc competit, defendatur ab omni vi, quæ intentatur conscientiis. Ejusmodi fuit fœdus Smalcaldicum, de quo Sleidanus.

4. Periculosa sunt. Vide p. 1. Didaci Apolepht. p. 306. hor. historicar.

§. 5 *Varii ritus in pangendis fœderibus.*

Aristides accensos ferreos orbes in mare projecit, adjunctis obtestationibus, fœdus icens cum Græcia. Lapide Arabes utebantur, Herodot. lib. 1. Per medias victimæ partes transibant, qui fœdus pangebant, vel porcum percutiebant. Alexandr. ab Alexandr. libro 5. cap. 3. Genial. dier. In veste pulla Athenienses. Æneis tabulis fœdera insculpebant Romani in templo Jovis Capitolini. Jerem. 34. v. 18. vituli dissecti fit mentio. Confer Phil. Camer. p. 2. c. 78. hor. subcisiv.

§. 6 *Officia nostra circa DEI fœdus.*

1. Illud non abjicere, ut Cham, Esau, impii.

2. Non addere opera, ut merita: sicut Pseudo-apostoli.

3. Non corrumpere, ut Zwinglius.

4. Non dividere in paucos, ut patroni absoluti decreti.

5. Non spoliare Sacramenta, fœderis sigilla, ut Sacramentarii.

6. Non subtrahere fœdere infantes, ut Anabaptistæ.

7. Sacrum nunquam non colere DEI fœdus.

8. Solari se fœdere DEI, ut 1. Sam. 17.

9. Acceptare illud, quod omnibus offert DEUS.

10. Munire nos hoc fœdere, contra omnes tentationes, Diaboli, peccati, inferni, mortis.

11. Gaudere fidelitate DEI, sui pacti tenacissimi. Roman. 11. Dona DEI sine pœnitentiâ.

FOEMINA. *V. Homo. Item sexus Hominis. It. Mulier.*

FOENUS. *V. Usura.*

FOETOR. *V. Odor.*

FOLIA. *V. Arbor.*

FONS.

§. 1 1. Physicus: Maximum est DEI beneficium, qui fontes dat animantibus, Psal. 104, 10. Maxima Dei vis & sapientia in fontibus mirabilibus aliquot, quorum mentio fiet in sequentibus.

2. Theologicus & mysticus (1) Verbi divini. Vid. Promt. alleg. 5. (2) DEUS ipse est fons vivus & perennis, Psalm. 36, 10. Zach. 13, 1. Greg. homil. 20. in Ezech. (3) Christus. Vide allegor. 1372. signatus à Patre, Joh. 3. apertus in cruce lanceâ militis, Johan. 19. manans jugibus aquis, in vita Act. 10, 38. benefecit: in morte Johan. 19. post mortem & resurrectionem aquas refrigerii dedit afflictis discipulis: Pax vobis, Luc. 24, 36. & in altera vita ad fontes vivarum aquarum nos ducet, Apoc. 7, 17. (4) Evangelium, alleg. 1053. (5) Lex est fons Esech. Vide §. 2 Promt. tit. Lex & Evangelium. (6) Peccatum. Vid. alleg. (7) Baptismi, alleg. 1396. (8) Calamitatis & lacrymosæ miseriæ. Jer. 9, 1. Quis dabit oculis meis fontem lacrymarum? &c. Non aberrabis, si eadem Propheta verba ingeminaveris de luctuosissimo Germaniæ statu hodierno: fons hic omnino acerbissimus est, & lacrymarum materiâ refertissimus. (9) Pœnitentiæ: sicut enim mons in Epyro faces extinctas accendit, accensas extinguit, August. lib. 21. c. 5. de civit. Dei: sic pœnitentia homines peccatis & voluptatibus accensos extinguit & carnem sepelit, Rom. 6, 4. & extinctos mortuosque peccatis Ephes. 2, 1. novo gratiæ lumine accendit, Ps. 51, 12. Utque fons in Sardinia oculis infirmis mederi dicitur; sic pœnitentia infirmos oculos curat, ut videant iræ Dei magnitudinem in contritione, & misericordiæ in fide, & gratitudinis debitum in nova obedientia.

§. 3 (10) Vitæ piæ, h. e. Vir pius & probus fons esse debet (α) hujus naturam exprimendo; nam fons sive puteus orificio cœlum respicit, profundus & purus est: sic vir justus cœlestia spectet unicè, Philipp. 3, 20. Profundus sit humilitate, 1. Petr. 5, 5. Vid. tit. Humilit. Purus per conscientiæ sinceritatem, 2. Corinth. 1. vers. 12. (β) Fontis operationes imitando: Nam hic herbas multiplicat, irrigat, non cessat, sed semper fluit & ab igne non extinguitur, se communicat aliis & purificat sese; ita vir justus virtutes aliorum multiplicet, instruendo & bono exemplo prælucendo, Matth. 5, 16. alios irriguos faciat aquâ doctrinæ & institutionis sanæ, nempe proximum quemvis, suosque exemplo Abrahami, Genes. 18, 19. Tobiæ, Tob. 14. vers. 11. & ex præcepto Dei, Deuteron. 6. vers. 7. semper fluat & abundet bonis spiritualibus & corporalibus, Prov. 5, 16. Coloss. 1. v. 9. 10. 11. adeoque se communicet, non extinguatur ab igne tribulationis, 1. Petr. 4. v. 12. nec mundanæ persecutionis, Joh. 16. non ab igne voluptatis transeuntis, 1. Joh. 2, 14. 15. 16. neque verò extinguetur, modo jugiter fluat è justo viro aqua (a) seriæ devotionis & orationis ad Deum, pro dono perseverantiæ. Psal. 68, 29. confirma ô Deus, quod operatus es in nobis. §. 4 (b) Pœnitentiæ & compunctionis erga eundem Deum, quotidie orante: Domine, dimitte nobis debita nostra, Matth. 6, 12. (c) Erga proximum, aquâ scientiæ, doctrinæ, instituendum & aquâ compassionis ad condolendum proximo, in miseriis constituto. Purificat denique se justus pœnitentiâ seriâ, 2. Timoth. 2, 21. conversatione sanctâ, 2. Corinth. 6, 14. vitâ piâ & bono exemplo. §. 5 (11) Mundi & avaritiæ. Ut enim fons Tantali dicitur nunquam extinguere sitim, quin magis eam irritare: sic fons aquarum mundanarum non tollit sitim, Joh. 4, 13. Qui hanc aquam biberit, sitiet iterum, 1. Timoth. 6. v. 17. Et ut in Idumæa fons Jacobi quatuor vicibus in anno sanguineus esse dicitur: sic mundus sanguineus est, non quatuor solùm vicibus in anno, sed semper: sanguineas namque culpas multiplicat, cum in maligno positus sit, 1. Johann. 5. vers. 9. (12) Vitæ & recreationis æternæ. Vid. tit. *Vita æterna.* De fontibus plura lege, sis, apud Fromond. Libertum p. 272. ad 287. Meteorologic.

FORES. *V. Porta.*

FORMA. *V. Pulchritudo.*

FORMA SANORUM VERBORUM. *V. Hypotyposis.*

FORMICA.

§. 1 Formicæ Proverb. 30, 25. populus dicuntur. Mos est Spiritui S. de bestiolis loqui, ac si homines essent. Vide Joel. 1, 18. Miram eorum naturam describit Johan. Bustamantinus lib. 5. cap. 30. & 40. de Reptilibus. Aldrovandus lib. 5. de Insectis.

§. 2 Monent nos 1. De assiduitate in officii laboribus, Proverb. 6, 8. Arabes dicunt: Esto in diebus æstatis formica. Horatius libr. 1. Satyra 1. Basil. homil. 9. Hexaëm. 2. De prudentiâ (α) in asservandis frumentis; sic quæ laboriosa sunt juventuti studia, hæc sint jucunda senectuti nostræ otia. Congregemus & hâc in vita, quæ olim fructuosa sunt in altera; Galat. 6. Cyrill. Hierosolym. Catech. 13. (β) Et à putredine præservandis; ideo formica oculos seminis exedit, ne putrescant; hinc Hebræis dicitur נמלה hoc est, incidens, arrodens; sic cave, ne bona opera fiducia sui & vanitate putrescant, & inani gloriâ, ut Pharisæi illius Lucæ 18, repleta non sint. (γ) Et granis melioribus seligendis; hinc Pythagorici tribuebant mentem for-

formicis & rationem. 3. De sagacitate. Serenitatem præsentat formica, huic grana exponit: sic pii viri discernunt tempus & faciem cœli explorant. Excavat saxa, rupes, semitas: excavemus nobis saxum Christum, rupem salutis, semitam justitiæ ut servemur. Eruit aurum ex arena in India: sic pii viri aurum fidei, imò DEUM ipsum, eruant sibi ex arena omnium creaturarum. 4. De charitate. Si quædam formica privetur oculis, mox alteri adhæret agglutinata, eamque arctissime amplectitur, nec dimittit nisi domum reducta. Fiat applicatio.

Plura de formicis apud Autores supra dictos, & D. Franzium cap. 14. histor. animal. Aristot. lib. 5. c. 25. histor. animal. Albert. M. in 3. de Animal. Tract. 2.

FORNAX

1. Mundi, in quo positi sumus, ut excoquamur. Augustinus in Psalm. 60. *In fornace ardet palea & purgatur aurum &c.*

2. Tribulationis. *V. Tribulatio.*

FORNICATIO. *V. Scortatio.*

FORTITUDO.

§. 1 Est illa animi constantia, qua pericula & ardua forti pectore spernimus & superamus.

Causa

§. 2 Efficiens principalis DEUS est, Esa. 40, 29. Zach. 10, 12. Ephes. 3, 16. c. 6, 10. Jerem. 50. v. 34. Psalm. 18, 2. *Christus* nobis dat robur, Matth. 11, 28. Petrum infirmum erigit, Matth. 14, 31. confortat nos baculo verbi, Psalm. 23. Jer. 15. vers. 17. cibo corporis & sanguinis sui, Joh. 6, 33. *Spiritus Sanctus* nos fortes reddit: hic enim infirmas oves roborat; hinc dicitur Spiritus roboris Esa. 11, 2. cap. 25, 4. factus es fortitudo pauperi.

Multiplex est

§. 3 Fortitudo. 1. Corporalis, ut in Goliatho. In hac non gloriandum, Jerem. 9. v. 24. Jud. 16. Simson amisit hanc fortitudinem. 2. Ethica & vitiosa in helluando, Esa. 5. v. 11. 3. Cibi fortitudo, sive vis. 1. Reg. 19. vers. 8. ambulavit in fortitudine cibi illius. 4. DEI fortitudo, Psalm. 18. vers. 2. cujus affectus generalis est, cuncta gubernare: specialis vel circa bonos, quos DEUS corrigit, Psalm. 38, 11. vel circa malos, hos frangit DEUS & reprimit, Esa. 2. introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie fortitud. &c. Psal. 60, 14. Psal. 28, 8. 5. Bellica: non timet in bello vir fortis, Psalm. 118. vers. 14. Hebr. 11. vers. 34. Fortes facti sunt in bello. Genes. 14. Abraham fortis. 1. Sam. 17. David. Jos. 1. Josua. Carolus V. cum staret in acie intra vallum & stationes, monitus, ut se aliò reciperet, dixit: Canes, qui latrant, non sunt extimescendi; neque est, quod timeatis, cum præsidio DEI vallati simus. Vir fortis quoque spernit minas; sic Fridericus II. Imperator, audiens principum minas, dixit: Minarum strepitus est asinorum crepitus. 6. Officii & vocationis singularis: ita fortes fuerunt Moses & Aaron coram Pharaone, Exod. 5. Elias coram Achabo, 1. Reg. 18. Paulus coram Ethnicis Romæ, & Judæis Hierosolymitanis, Actorum 21. vers. 13. 7. Æquabilitatis in rebus cùm prosperis, tùm etiam adversis, Eccles. 7. v. 15. Sirac. 42. rebus secundis videte &c. Job. 2, 10. Philipp. 4, 12.

Consistit in quatuor:

§. 4 (1) In arduorum aggressione: res enim ardua est, esse Christianum: ardua & angusta salutis via, Matth. 7, 13. Lucæ 13, 24. ardui Satanæ insultus, Eph. 6, 11. 12. Esther. 4, 16. Si pereo, pereo. (2) In terrenorum contemtu. Hebr. 11, 24. Moses elegit. (3) In sustinentia tolerationum, Romanor. 8, 35. Proverb. 24. v. 10. simus ergo & nos fortes. Diogenes olim serviens Xeniadæ, noluit liberari, quod diceret: Leones non iis serviunt, à quibus aluntur, sed qui eos alunt, leonibus serviunt: sic nos in mundo pressi semper leones sumus, & nos sperni spernamus. (4) In resistentia tentationum: v. g. de flore & fortuna impiorum, Sirac. 9, 16. Psalm. 73. per tot. Ps. 37. Jerem. 12, 1. seq.

Quomodo homo fiat fortis?

§. 5 Spiritualiter fit fortis (1) In Domino sperando, Esa. 40, 31. hujus enim nomen est turris fortissima, Proverb. 18. Jerem. 17, 7. Sicut turris supra petram, arbor in profunda terra, domus columnis sustentata fortis est: sic anima in Domino sperans, 2. Chronicor. 26, 5. Eph. 6. estote fortes in Domino. (2) Pœnitentiam agendo: is enim, qui in peccato ante fuit fortis, in virtute fortior fit. Sic Maria Magdalena Luc. 8. fortior fit conversa, Marc. 16. ad Christi sepulchrum accedens. Sic Paulus fortior factus est, Philipp. 4, 13. (3) Cœlestia desiderando. Turris quò altior, eò firmior esse putatur, nec facile machinis hostium impeti potest: sic mens desiderans cœlestia assumat pennas, Esai 40, 31. & terrestria spernat, Philipp. 3. v. 20. (4) Terrena mala conculcando ac contemnendo, Psalm. 49, 6. 7. (5) Carnem vincendo, propriis voluptatibus contraeundo, ac delectationem vitæ præsentis extinguendo, Gregor. in moralibus. (6) In creatoris amore crescendo. (7) Nec temere audiendo, nec inconsulte timendo. (8) Nec adversis perturbari, nec secundis attolli. (9) Spernendo convitia & maledicta, in nos innocentes sparsa: sic fecit David, 2. Samuel. 16. Sara, Tob. 3. Paula, Hieronym. in Epitaph. Paulæ. Socrates, pluresque alii apud Zwinger. folio 2172. volumin. 8. lib. 5.

Effecta hujus.

§. 6 (1) De hostibus triumphatio, Ephes. 6. vers. 11. 12. sequentib. nam resistunt Satanæ fide, 1. Petr. 5. vers. 8. peccato, Roman. 7. vers. 21. (2) Bonorum conservatio; qui enim

enim vincitur ab hoſte potentiore, amittit bona ſua. Apocal. 3, 11. Tene, quod habes &c. (3) Divitiarum comparatio. Apoc. 3, 21. Qui vicerit, (h.e. fortis fuit) dabo ei ſedere. Spectat huc etiam ſecuritas: nam homo fortis in Domino ſecurus eſt, Prov. 30. verſ. 30. (4) Regni cœlorum expugnatio. Matth. 11. v. 12. Vim patitur regnum DEI. (5) Hominis exornatio: qui enim fortiter pugnat, fortior fit: habenti dabitur, Matth. 25, 29. & donis ſpiritualibus augetur. (6) Omnis metus abjectio, Sir. 22, 19. A ſimili: Eſt enim fortis vir ut domus bene compaginata, nec eſt abjector clypei (quem olim vocabant ῥιψασπίδα) nempe fidei, Eph. 6, 10. (7) Vitæ æternæ hæreditatio, Matth. 10, 22. Luc. 22, 28.

Objectum.

§. 7 Terror 1. Satanæ. 2. Hominum, Sirac. 22, 20. 21. 3. Potentia: hanc non timuit Johannes Marc. 6. v. 18. dicens Herodi: non licet tibi &c. 4. Peccatum, ut ei homo ſpiritualis fortiter reſiſtat. 5. Minæ malorum: has contemſit Euſebius Epiſcopus Samoſatenus, cum decretum in Ariminenſi Concilio ſcriptum poſtularet ab eo Conſtantius Cæſar Arianus, mittere tamen ei noluit: & cum minitaretur Cæſar, dexteram manum ipſi, ni mitteret, amputatum iri, utramque nuncio porrexit. Theodoret. libr. 2. cap. 31. hiſtor. Eccleſiaſtic. Conf. eundem libr. 2. cap. 34. S. Ambroſius Theodoſium excommunicatum à templi ingreſſu prohibuit. 6. Veritatis imperata abnegatio. Vid. tit. Confeſſio. Theodoret. lib. 5. cap. 39. & Nicephorus libr. 14. cap. 20. de Hormiſda, viro nobili.

Cauſæ impellentes

§. 8 (1) Adhortationes prudentum virorum. (2) Exempla eorundem: ſic fortis Abraham, Geneſ. 14. David, 1. Samuel. 17. Hector, Alexander. Confer part. 1. pag. 224. Did. Apolephtæ hiſtor. P. Camerar. part. 1. cap. 50. horar. ſubciſiv. (3) Exempla Paganorum, ſuis Deaſtris fortiter ſervientium. (4) Præmia fortiter pugnantium. (5) Hoſtium noſtrorum debilitas, & vis per Chriſtum fracta, Johan. 14. verſ. 30. 31. (6) Chriſti panoplia à Paulo aperta Eph. 6. (7) Chriſti memoria, pro nobis in paſſione deprælati fortiſſime, Eſa. 63, 2. 3. ſeq. (8) Innocentia & puritas conſcientiæ, Prov. 10, 29. 2. Cor. 1, 12.

Adjuncta.

§. 9 1. Fortitudo ſit juſta, nec crudelis, qualis erat in Hannibale, qui ſine cauſa bellum Saguntinis intulit, crudeliterque geſſit. Catilina ſuis & paucorum ſtudiis ac commodis intentus, nefarium patriæ bellum intulit.

2. Semper eſt neceſſaria: claudit latus omnium virtutum: juvat, ut difficultates vincamus: eſt inſtar mallei, (quo utitur lapicida) quò duram carnem contundimus; inſtar gladii, quo animum in Domino munimus, Epheſ. 6.

3. Vincit malum, ut in bono procedamus, nos non amemus: ſuperat omnem in virtute difficultatem. Exod. 4. in virga fecit Moſes ſigna; nos in fortitudine: ſurgendum ergo eſt in cruce per fortitudinem. Eſa. 58. excutere de terra Jeruſalem &c. Huc pertinent exempla Martyrum, infinitos cruciatus fortitudine ſuperantium. Hebr. 12. Reſpicite in eum.

Similia.

§. 10 Spiritualiter fortes viri ſunt arbores fixæ & bene radicatæ, Coloſſ. 2. verſ. 7. ſuperædificati in Chriſto. Arundo columnæ alligata: ſic cor credens, licet per ſe inſtabile, fidei vinculo Chriſto alligatum non movetur. Aurum in ignem conjectum purius redditur. Domus ſuper petram ædificata, Matth. 7. verſ. 25. Figura quadrata in ſuam quamque partem volvitur, ſemper tamen ſibi manet ſimilis. Nauta contra fluminis decurſum lembum trahens ſemper contra nititur, & ſi emittat manus, retrolapſus fluentibus undis rapitur: ſic vir fortis contra mundi & carnis flumen ſemper nititur.

Exemplum fortium virorum, *Sacra:* Abraham, Gen. 14. Jonathan, 1. Sam. 14. David, 1. Samuel. 17. Judas Macchabæus. *Profana:* Hercules, Mutius Scævola, Valerius Coclites, Romulus.

Oppoſita fortitudinis.

§. 11 I. In defectu eſt (α) Mollities, cum quis facile à recta animi ſententia abducitur, à fide recta Deuter. 13. vel à recto propoſito. Diſſuadetur à virtute Dei, quæ in infirmis perficitur, 2. Corinth. 12. v. 9. quam intueri debemus, non vim fluminis rapidam, Ambroſ. ſermon. 4. in Pſalm. 118. *A ſimili:* ſicut arundo ventis agitatur & inſtabilis eſt; ſic multorum animi inſtabiles ſunt. Sicut pueri variis affectibus impelluntur: ſic quoque inconſtantes & minùs fortes viri, Eph. 4, 14. Matth. 11, 7. Nimis molles inepti ſunt ad ſpirituale prælium conficiendum; hi præfigurati ſunt in militibus Gideonis mollib. Jud. 7. non cogitant, Chriſtum nos juvare in jugo crucis portando, Pſ. 68. v. 20. Matth. 11, 30. (β) Deſperatio. Vid. tit. *Spes* in oppoſitis. Refert huc puſillanimitatem: Hâc laborantes erigendi ſunt, 1. Theſſ. 5, 14. Exempla obvia ſunt, Geneſ. 19, 19. Exod. 14, 10. c. 20, 19. Num. 13, 29. Joſ. 7, 4. 5. 1. Sam. 17, 11. 28. 2. Paral. 13, 7. Eſ. 7, 2. Matth. 8, 26. c. 14, 30. c. 26, 58. 56. Marc. 14, 52. Ioh. 3, 2. Sir. 22. ſicut paleæ in excelſo, ſic &c. (γ) Impatientia. Vid. tit. *Patientia* in oppoſ. (δ) Timiditas, quâ quis ea negligit, quæ proprie ſunt vocationis, ſub prætextu periculi, Prov. 22, 13. inſcitiæ, Prov. 24, 12. rigidæ Dei juſtitiæ, Matth. 25, 24. favoris humani, 1. Regum 21, 11. Mich. 3, 4. 5. c. 7, 3.

§. 12 II. In exceſſu (1) Temeritas, quâ ſe homines periculis objiciunt temerè & media ſpernunt: Sic Seron princeps exercitûs Syriæ, bellum movens temerè, interiit, 1. Macch. 3. v. 14. ſequentibus. Satan CHRISTUM ſupra templi pinnaculum ſtatuit, Matth. 4, 5. ut Deum tentaret, 1. Cor. 10. v. 9. Numer. 14, 40. Iſraëlitæ à Cananæis percuſſi ſunt,

sunt, Jovâ invitô prælium ineuntes. Huc spectat fabula de Phaëthonte, Gigantibus, Icaro & aliis. Textor. officin. col. 1175. Valer. Maxim. lib. 9. c. 11. Polydamas pugil in fossa suis fretus, sed frustrà, viribus interiit. Valer. Maxim. lib. 9. cap. 12. Ibid. de Milone Crotoniate. Ungari fusi tempore Othonis secundi. Jovius lib. 14. histor. Dissuadetur hoc vitium (α) à tentatione DEI vetitâ Deuteronom. 6, vers. 16. Matth. 4, 7. (β) à damno, Sirac. 3, v. 27. Vide 2. Chron. 35. de Josia. Amasias Rex Judæ provocat Joäm regem Israel, non sine magna calamitate, 2. Chron. 25. (γ) A contrario exemplo Christi & sanctorum, qui cibo, potu, navibus, aliisque rebus ad vitam necessariis usi sunt. Hieronym. in Luc. 5, 18.

(2) Mors violenta, quam sibi inferens fortis non est; sic Ptolomæus Macer venenum sibi miscuit, 1. Macch. 10. Razias sibi gladiô vitam finiit, 2. Macch. 14. Sic Saul, 1. Samuel. 31. Ahitophel, 2. Sam. 16. Judas proditor, Matth. 27. Vid. tit. *Homicida*.

FORTUNA. *V. Felicitas. It. Gloria Mundi.*

FORTUNA adversa. *V. Populi.*

FORUM. *V. Justitia.*

FRATER & FRATERNITAS.

§. 1 Notatio: Dicitur quasi ferè alter. Vide Isidorum lib. 9. c. 6. Martin. in lexic. Etymolog. Gell. lib. 13. c. 10. noctium Attic. Confer Cœlium lib. 25. cap. 16.

Quotuplices fratres.

§. 2 (1) Sanguine, ex iisdem parentibus: sic Esau & Jacob, Malach. 1, 2. Rom. 9. (2) Stirpis communitate: sic Israëlitæ fratres ex una stirpe oriundi, Exod. 2, 11. & Genes. 9, 5. quilibet homo frater dicitur. Vid. Ambros. lib. de Noa cap. 26. Sic omnes inter se homines sunt fratres, quod agnovit Plato in fine Timæi. Idem in Epitaphio lib. 3. de Republ. sub fin. Vid. Euseb. lib. 13. cap. 7. præparat. Evangelic. Theophrastus libr. 3. de abstinentia, apud Porphyrium. (3) Cognatione & consanguinitate, Genes. 13, 8. 11. c. 14, 14. Ruth. 4, 3. 1. Chronic. 7. v. 22. Vide Augustin. tractat. 10. in Johan. (4) patriâ, vicinitate, cohabitatione, Genes. 19, 7. c. 24, 4. Exod. 10, 33. Esa. 9, 19. (5) Religione & spirituali conjunctione, Psalm. 22, 23. & 122, 8. & 133, 1. sive sint Doctores, sive Auditores. Atque hoc sensu Auditores etiam à Donatistis seducti, nec dum plene illis erroribus addicti. Fratres vocantur ab Augustino & Opt. Milevitano, ob baptismum, quo initiati erant. Conf. Augustin. tom. 7. oper. col. 626. a. cap. 35. & in principio collationis ita scribit col. 593. a. Quid adhuc seducimini Donatistæ ab episcopis vestris? &c. Seductos ergo fratres appellat; quod de Optato consimiliter rectè Baronius observat tom. 4. annal. ad ann. Christi 368. fol. 211. D. Idem Augustin. epist. 42. ad Madaurenses, eosdem vocat fratres. (6) Omnes Christiani fratres ratione creationis, Mal. 2, 10. Sirac. 40. v. 2. Actor. 17, 26. redemtionis, 1. Cor. 10. v. 12. Galat. 3, 27. sanctificationis, Actor. 10, 35. Rom. 8, 16. Eph. 4, 5. 6. 7. (7) Affectu, charitate ac servitio fratres. Gregor. Nyssen. de vita Mosis hanc fraternitatem etiam inter nos & angelos esse scribit. Prov. 18. vir amicabilis &c.

Christiani cur fratres?

§. 3 1. Ob unum DEUM patrem, Eph. 4. v. 6. & Jesum Christum fratrem. Hæc fraternitas est summum bonum, Luther. part. 2. Postill. Eccles. fol. 7. a. b. 8. 9. 2. Unam matrem, Gal. 4, 26. quæ est Ecclesia, cujus ubera sugimus, Esa. 66, 11. 3. Unam domum & ecclesiam, 1. Timoth. 3, 16. Eph. 2. ult. 4. Unum vestibulum, quod est mundus, Actor. 17, 26. 5. Unam spem vocationis, Ephes. 4, 4. 6. Eadem sacramenta, quæ sunt baptismus & cœna Domini. 7. Eandem charitatem, Joh. 13, 34. Act. 4, 32. Vide Lactant. lib. 5. c. 16. de paritate Christianorum, ob quam sint fratres.

Contractio ergo hujus nominis ad societatem Monachorum perit, cum tantùm sit nomen omnium Christianorum; quos Monachos reprehendit Chrysostomus in illa Matthæi: Quod uni ex his minimis fecistis &c. & Thomas quodlib. 7. art. 17. ad 4. argum. Fraternitates in Papatu quibus titulis rejiciendæ sint, vid. Luther. Tom. 5. Jen. fol. 317. a. b.

Christi fraternitas

§. 4 Duplex est: 1. sanguinis, quæ sola est Judæorum: 2. fidei & pietatis, atque hæc omnibus credentibus est communis, Psalm. 22, 23. Heb. 2, 17. Maximus sermon. 9. inter sermones Ambrosii.

Causæ impellentes ad fraternum amorem.

§. 5 1. Est DEI præceptum & complacentia, Sir. 25, 1. Mal. 2. cui refragari nefas est, ob ejus potentiam, severitatem & supremum dominium in nos, Eph. 4, 6. Jerem. 10, 6. Mal. 1, 6. debitamque Deo nostro obedientiam. 2. Christi exemplum, Johann. 13, 15. 3. Omnium piorum exemplum. Roman. 9, 3. cupio anathema esse. Exod. 32, 32. dele me de libro tuo. 4. Odium Dei, si non diligas fratrem, Proverb. 6. 16. 5. Utilitas: pugnæ, lites, jurgia nulla essent, si passim vigeret fraterna concordia. Chrysost. late hoc explicat homil. 32. in 1. Corinth. 6. Ethnicorum vestigia: eximia enim pietas fuit erga fratrem in L. Lucullo, apud Zwinger. folio 58. a. Theatr. Baptis. Fulgosus lib. 5. cap. 5. exemplor.

Virtutes fratrum.

§. 6 (1) Charitas sincera, quâ invicem fratres devincti esse debent. Vid. 1. Sam. 18, 1. 2. Rom. 12, 10. 1. Timoth. 1, 5. 1. Petr. 3, 18. (2) Concordia, de qua Psalm. 133, 1. Sir. 2, 25. Gen. 13, 8. Non sic aurum vel adamas radiat, quàm bonorum concordia: Dion scribens Dionysio propinquo suo. (3) Justitia in æquali bonorum patriorum divisione & assistentiâ mutuâ, Ge-

Genes. 44. vers. 13. 14. sequent. (4) Mansuetudo & ignoscentia delictorum, sic Joseph Genes. 45. osculatus est fratres. (5) Candor, Roman. 12, 10. 1. Timoth. 1, 5. (6) Humilitas: debent enim meminisse, se ejusdem esse nobilitatis, ejusdem originis. (7) Misericordia, cujus actus sunt, consolari fratrem, ferre infirmos fratres, instituere rudes, Coloss. 4, 7. egenos nutrire, 1. Chronic. 35. miseris compati, ne simus extranei fratribus.

Exempla fraterni amoris: David, Jonathan. Moses & Aaron. Abraham & Loth. Petrus & Andreas, Matth. 4. Tiberius Cæsar & Drusus.

§. 7 *Oppositi actus.*

Venari fratrem ad mortem, Mich. 7, 2. Prodere, ut Josephi fratres, Genes. 37. Fallere fratrem, Matth. 10, 21. Item, discordia, quæ DEO abominabilis, & omnes, qui eam excitant, Proverb. 6, 19. Hinc jurgia inter fratres, quorum causæ sunt fratrum superbia, Genes. 27, 41. 42. Jactantia, Gen. 21, 17. Gal. 4, 29. Iracundia, Genes. 4, 7. seq. 1. Joh. 3, 12. Avaritia, Genes. 13, 6. 7. Odium, Johann. 8, 44. Invidia, Luc. 15, 29. 30. seq. Exemplo sunt fratres duo de familia Liniorum Patavienſium, inter quos orta disceptatio, (cœlum ambo intuentes, numerum stellarum admirantes, altero sibi tot boves, quot stellæ, optante; altero pratum, quod cœlum æquaret: cumque hic diceret, nolle se permittere, ut isti boves pascerentur in illo; alter contra, etiam invito fratre se pasturum ibi boves) tandem à verbis ad gladios utrinque ventum, ita ut mutuis vulneribus confecti sint ad necem. Zwingerus.

FRAUS. *V. Dolus.*

FRIGUS.

§. 1 1. Physicum, cujus causa DEUS est, Job. 37, 9. Gen. 8, 22. Psalm. 147, 17. 2. Morbosum. Vid. tit. *Febris*. Deuter. 28, 22. 3. Calamitosum, 2. Cor. 11, 27. 4. Spirituale, ut cum charitas refrigescit in cordibus multorum, Matth. 24, 13. id est, cum odio plena sunt hominum corda. Est verò odium & negligentia proximi frigus (α) ob rigefactionem: ut enim frigus obrigescere facit membra; sic odium prohibet in homine exserere membra & charitatis instrumenta erga proximum, 2. Tim. 4, 16. (β) Ob obstructionem: ut enim frigus obstructionis est mater; sic odium obstruit omnes meatus charitatis, omnes fontes liberalitatis. Et ut frigida aqua ignem extinguit; sic odium extinguit flammam charitatis. (γ) ob condensationem: Frigus condensat & constringit, quod patet in aqua frigore constrictâ; sic odium & neglectus charitatis omnia mala condensat, & constringit in cordibus hominum omnia peccata, de quibus Paulus 2. Timoth. 3, 1. sequentib. (δ) Ob gravitatem: hinc terra quò frigidior, eò gravior est; sic odium gravia & terrena corda reddit, terrenis rebus defixa penitùs, Philipp. 3, 19. (ε) Ob læsionem: Lædit corpora frigus; sic odium animas, 1. Johann. 3, v. 14.

§. 2 Frigus viduat ornatu flores, foliis arbores, nive omnia sepelit; sic defectus charitatis omnem spiritualem ornatum tollit & florem bonorum operum marcescere facit. Veteres olim Ethnici tartarum asperrimo rigere frigore docuerunt: mundus ultimi seculi vere tartarus & Diaboli ultimùm ferocientis sedes, asperrimo rigebit frigore extinctæ pietatis & charitatis.

FRONS

§. 1 Animi indicium & morum. Hinc frons meretricia, Jerem. 3, 4. dura Ezech. 3, 8. in malo, aliàs in bono, Ezech. 3, 8. 9.

FRUCTUS

§. 1 *Varii variè dicuntur:*

Fructus arborum; si hæ bonæ, illi quoque boni erunt: Vineæ, Matth. 21, 34. Marc. 12. v. 2. Ficus, Luc. 13, 6. 7. Grani, Joh. 12, 24. Palmitum in vinea, Joh. 15, 2. Benedictio quævis divina fructus dicitur, Psal. 85, 13. Malach. 3, 10. Ligni vitæ, Apoc. 22, 2. Matrum, Thren. 2, 20. Pœnitentiæ, Matth. 3, 8. Luc. 3, 8. Spiritûs, Galat. 5, 22. Eph. 5, 9. qui à Spiritu Sancto procreantur. Ventris, Genes. 30, 2. Uteri, Lucæ 1, 42. Regni Dei, Matth. 21, 43. Laboris, Proverb. 31, 16. Labiorum, Hebr. 13, 5. Esa. 57, 9. Os. 14, 3. Lumborum, Actorum 2, 30. Linguæ, Proverb. 18. v. 21. Sapientiæ, Proverb. 8, 15. c. 11, 30. Doctrinæ malæ, mali sunt hujus fructus per se, implantant impietatem, hypocrisin, securitatem. Matth. 7. ex fructibus &c. doctrinæ fructus intelligi non diffitetur Barradius & alii. Fructus justitiæ, Phil. 1, 11. Jacob. 3, 18. sunt bona opera ex fide profecta: dicuntur justa 1. ob Christum, qui nobis justitia est, 1. Corinth. 1. 2. ob fidem, quæ justificat. 3. ob normam legis, quæ justa est, 1. Tim. 1. 4. ob effecta operum; vocantur autem fructus, quod horum causa sit Deus solus; sicut & terrestrium fructuum causa ipse est. Sunt etiam fructus labiorum in iis, qui docent, Esa. 57. v. 19. hæc labia aperit Dominus, Ps. 51. Optat. Milevitan. lib. 5. adv. Parmenian. p. 156. Sicut vinea sine Deo non fructificat; ita nec minister sine gratia Dei. Apostolorum fructus dicitur manens Joh. 15, 16. Hi enim in fide constantes manserunt, fidem manentem auditoribus implantarunt, manentem fidem ad nostra tempora propagarunt.

§. 2 *Efficiens* prima bonorum fructuum est DEUS, Oseæ 2. & corporalium, Gen. 11. Deut. 28, 4. 11. c. 30, 9. c. 33, 14. & spiritualium, Phil. 1. 1. Cor. 3. Causæ secundæ sunt sol, luna, Deut. 33. vers. 14. nubes, pluvia, Jac. 5, 7. 18. Vid. tit. *pluvia.*

§. 3 *Finis* bonorum fructuum. 1. DEI gloria, Philip. 1. Psalm. 67. v. 7. 2. Salus proximi, cui debemus charitatem, Luc. 10. 3. Utilitas hominis, cui omnia destinavit Dominus beneficia, Psalm. 65. Psal. 104.

Officia nostra circa bonos fructus.

§. 4 1. *Diligenter orare*, ut Deus impleat fructibus justitiæ, Phil. 1, 11. optare, Ps. 67. Rom. 1, 9. optat Apostolus, aliquem fructum habere; hic verò

erat

erat apostoli gaudium, fidei incrementum in gentibus. 2. *Gratias agere pro fructibus nobis* à Deo datis: Sic fecit David 1. Chron. 30. sic jubet Paulus 1. Cor. 4. quid habes homo, &c. 3. *Examinare nos* è fructibus nostris, an simus bonæ arbores: fructus enim ostendunt arborem. 4. *Ferre bonos fructus*, ideo enim sumus à Deo plantati, Joh. 15. (α) Ut glorificetur Deus, Matth. 5. (β) sublevetur proximus, comedens de fructibus charitatis nostræ. (γ) ornetur Dei hortus, qui est ecclesia: In hac non habet locum arbor sterilis (δ) lætificetur Dei oculus, gaudens nostris fructibus, (ε) excitetur angelicus jubilus: gaudent angeli fonte omnium bonorum fructuum, qui est cor pœnitens, Luc. 15. ergo & fructibus gaudebunt ejusdem. (ζ) impleatur tot præceptorum Dei, fructus bonos a nobis exigentium, cumulus. (η) vitentur pœnæ; qui enim nullos fructus ferunt, exscindentur, Matth. 3, 10. c. 7, 19. c. 21, 34. Confer. Luc. 13. 6. Johan. 15, 2. Rom. 7, 5. Confer Titul. *Opera bona.*

§. 6 *Fructus in altera vitâ.*

1. Dicitur fructus manens, Johan. 4, 36. c. 15, 16. 2. Non transiens fructus, ut omnes mundi fructus. 3. Perpetuus igitur erit, non desinens. 4. arbor est Christus, ferens hos fructus, ille enim est lignum vitæ, Apoc. 22, 2. 5. pulcherrimus hortus cœlum erit: nihil huc faciunt horti, quos habuit Alcinous Rex Phæacum apud Homer. lib. 7. Odyss. in quibus fructus non defecisse vel periisse dicuntur hyeme aut æstate; aut Semiramidis horti pensiles apud Herodotum.

FRUGALITAS. *V. Temperantia.*

FRUMENTUM.

§. 1 1. Physicum: generaliter significat vel omnem cibum & victum, Ps. 65, 10. aliquando jungitur vox mustum seu vinum, Gen. 27, 28. 37. Nehem. 10, 37. item terra, & notat egregiam fertilitatem, Deut. 33, 28. vel copiam quamvis bonorum temporalium, junctum voci Horreum, Psal. 4, 8. 2. Hyperphysicum est (α) intelligentia scripturæ solidior, Gregor. part. 3. pastor. admon. 25. atque interior copia spiritualium bonorum, Jerem. 31, 12. (β) Verbum Evangelii, Zach. 9, 17. (γ) ipse Christus nostrum est frumentum. (δ) Martyres, qui pro Christo sunt commoliti. Ignatius (teste Hieronymo in catal. de scr. Eccles.) jam morti vicinus, dixit: Frumentum Christi sum, bestiarum dentibus (his enim objectus erat) molar, ut panis mundus inveniar. Passus est anno undecimo Trajani. 3. Extraordinarium & miraculosum, Ps. 78, 24.

§. 2 *Causæ.*

Efficiens causa seu largiens est Deus, Gen. 28, 20. 27. Ose. 2, 8. Joel. 2, 24. Ps. 65, 14. faciens cœlos rore stillare, Deuter. 33, 28. ut areæ impleantur, Joel. 2, 24. Conf. Deuter. 11, 14. Psal. 147, 14. Ezech. 36, 29. Tollens ipse Deus, Oseæ. 2, 9. Deut. 28, 51. in pœnam peccati, Hag. 1, 10. 11. Joel. 1, 17. Repudiamus Ethnicorum figmenta de Baccho, Cerere, Iside, item idolo Dagon, quod ab Hebræo דגן ortum trahere nonnulli existimant. Causa media est agricultura. (Vid. supra tit. Agricultura) item Magistratus, rei frumentariæ prospiciens: sic Joseph, Gen. 41, 35. Hiskias, 2. Chron. 32, 28. Adrianus Imperator, Judith. 2, 9. 1. Reg. 9, 19. 2. Chron. 8, 14. c. 17, 12. & subditi liberales, 2. Chron. 21, 5. Frumentariam legem, quam juxta è publico frumentum populo distribuebatur, Sempronius Gracchus tulit. Huc pertinent frumenti inquisitores apud Livium decad. 1. lib. 4. & l. Mensores ff. de Excus. tutel. l. munerum civilium §. 1. ff. de munerib.

§. 3 Frumentarii apud Spartianum sunt, qui frumenta in horrea deportabant, viritim distribuebant. Dicti sunt etiam Sitonitæ l. final. ff. de administr. rerum ad civ.

Primitias frumenti olim Deus Levitis dederat, Num. 18, 11. c. 10, 11. imò Deo ipso offerebantur primitiæ, quarum quidam septem species recensent: Isiodorus Clarius in cap. 15. Numer. nempe 1. tritici, 2 hordei, 3. uvarum, 4. ficuum, 5. malogranatorum, 6. olivarum, 7. dactylorum palmarum. Athenienses in canistris aureis primitias offerebant, virginibus gestantibus. Scholiastes Aristophan. in Anacham. Judæi canistris suis turtures & columbas adjungebant.

§. 4 *Abusus.*

Cum non venditur frumentum, Prov. 11, 26. mensura iniqua adhibetur. Amos 8, 5. fiducia in eo ponitur, Psal. 4. Luc. 12. Ose 7, 14. à pauperibus extorquetur. Amos. 8. v. 11. proximus decipitur ac pro frumento paleæ venduntur. Amos. 8, 6. & arenæ admiscentur: cont. vide Ulpian. in l. Aquil. Hinc corruptio segetis per vulpes, Judic. 15. cœlique injurias, Amos. 4. hinc annonæ charitas. V. tit. Fames.

§. 5 *Communes actiones ex hac consideratione.*

Docemur 1. Deum esse omnipotentem, qui solo verbo semina è terra producit. 2. omnisapientem, mirâ enim sapientiâ vestivit frumenta, parvo nata semine, succrecentia deinde & sese multiplicantia. 3. Christum frumentum esse, id est, triticum, Joh. 12, 24. pro nostris peccatis contritum, Esai. 53. 4. De sinceritate affectanda, quæ in puro frumento in agro crescente innuitur. 5. De resurrectione: ut enim granum tritici, &c. Joh. 12. sic corpora nostra, 1. Cor. 15.

FRUSTUM.

1. Propriè פת particula panis, rei alterius, carnis, 2. Sam. 6, 19. 1. Chron. 16, 3. 2. Notat paupertatem, Proverb. 6, 26. 1. Reg. 17, 11. 1 Sam. 2, 36. 3. Frugalem victum, Genes. 18, 5. & refocillationem aliquam, Jud. 19, 5. 1 Sam. 28, 11. c. 2, 36. 2. Sam. 12, 3. 4. Exiguum lucrum, Judic. 5. v. 19.

FUCUS. *V. Stibium.*

FUGA.

§. 6 *Multiplex est.*

I. Theologica, atque ea (1) peccati & pudoris: sic Adam & Eva fugerunt, Genes. 3. Cain fugit

 à facie

à facie Jehovæ, Gen. 4. Item Saul, Ahitophel, Judas proditor. (2) Inobedientiæ, Jon. 1. & furti; sic Onesimus fugit, Philem. v. 11. (3) Persecutionis. Matth. 26,56. Discipuli à Domino fugerunt. Matth. 10, 23. si persecuti vos fuerint, &c. Illa timoris fuit; hæc verò prudentiæ est, reservare se commodis ecclesiæ uberioribus. Sic Joseph Matt. 2. sic Paulus 2. Corint. 12. fugit. (4) Calamitatis: sic Abraham famem, Genes. 12. Jacob odium fratris fugit, Genes. 28. idem ingratitudinem Labanis, Gen. 31. (5) Pietatis & devotionis. Sic pii in cruce non à Domino, sed ad Dominum percutientem fugiunt. Dominus mihi (nobis) factus est refugium, Ps. 46, 1. seq.

II. Ethica, est fuga animi, quâ mala aversamur moralia: v.g. scortationem, impuritatem & alia.

III. Polemica, (V. Bellum n. 7.) cum quis è prælio fugit metu perterritus; vel fugit, ut hostem provocet, ut Josua c. 8. Est & fuga loco pœnæ, Deut. 28. Jer. 46, 5. Inepta à plagis Dei, pœna, Job. 27, 22. Ps. 139.

§. 2 *Licita est fuga in personali persecutione.*

(1) A testimonio scripturæ, Zach. 2, 6. Exod. 2. Moses metu Pharaonis fugit, Matt. 2, 13. c. 10, 23. c. 24, 16. Joh. 6, 15. Act. 7, 29. Apoc. 12, 6. Athanasius huc refert exemplum discipulorum Joh. 20. sese occultantium, orat. de fuga contra Arianos. (2) A consensu Patrum. Vide Nazianz. orat. 1. in Julian. August. tract. 18. in Johan. idem epist. 280. & epist. 180. ad Honorat. & in Psal. 142. Athanas. orat. de fuga. (3)

§. 3 Ab exemplo & doctrina Sanctorum: Prophetarum ut Eliæ, 1. Reg. 19, Christi, Matth. 2. fugientis in Ægyptum, & alibi Herodem, Matth. 14. & Matt. 12. fugit furorem Pharisæorum, & Joh. 8. è templo se subducit. Apostolorum: 2. Corint. 12. fugit Paulus. Athanasii apud Socratem lib. 3. c. 6, 13. Vide eundem Athanasium apol. ad Imperat. Constantin. Eccles. hist. libr. 10. c. 17. 18. 19. Polycarpi, Euseb. lib. 4. c. 15. Cypriani, serm. de lapsis. Chrysostomi histor. tripart. libr. 10. cap. 13. Marci Arethusii, apud Greg. Nazianz. orat. 1. advers. Julian. quæ est num. 47. fol 766. edit. Leucad. (4) A Christi præcepto, Matth. 10, 23. Matth. 24, 17. (5) A lege naturæ, quæ jubet mala quævis declinare & avertere, quam suo modo lex Dei non tollit. (6) A tentatione Dei: qui enim pericula temerè subit, Deum tentat, & divinam prudentiam quasi antevertere satagit; cum tamen nesciat, hanc mortis suæ vel aliam horam esse,

§. 4 Sir. 3, 27. (7) A prudentia Christiana, quâ nos hostibus subtrahimus, iisque occasionem sæviendi intervertimus: Horsum respicit Gregor. Nazianz. Orat. advers. Julian. (8) A commodo ecclesiæ: hic enim, qui licitè fugit, se se reservat, ut imposterum & diutius gloriæ DEI inserviat. Atque huc respicit Augustinus epist. 180. scribens: Quantum (ait) necessarium fuerit ecclesiæ, quantumque profuerit, quod vir ille mansit in carne, catholica fides novit, quæ adversus Arianos hæreticos ore illius & amore defensa est: Hæc Augustinus. Cyprianus idem docet sermone de lapsis. De fuga Athanasii ob Syrianum ducem, vide Athanas. tom. 1. fol. 545. Confer porrò Apolog. ad Constant. Imperator. (9) A defectu rationum contrariarum: ad has enim facilè potest responderi, formatô rectè prius controversiæ statu. (10) A patefactione crudelitatis Tyrannorum: nam qui fugiunt, copiosiùs patefaciunt machinationes persecutorum. Sic Athanas. orat. de fuga contr. Arianos.

§. 5 *Causæ fugæ Christi in Ægyptum.*

(1) Humanitatis veræ confirmatio. (2) Horæ ad passionem destinatæ nondum præsentis significatio. Chrysol. sermon. 151. (3) Regni sui delineatio, quod nempe Christus regnum mundanum non haberet. (4) Fugæ hujus operatio. Non enim sibi, sed nobis fugit; hâc enim fuga nostram à facie Dei fugam expiavit. (5) Satanicæ tyrannidis adumbratio, cui cedere voluit Dominus. (6) Statûs exinanitionis consummatio: nam in pauperie natus erat: in miseria fugere voluit. (7) Crucis suæ spontanea dilatio: non enim mox pati voluit in infantia, sed differre cruentam passionem ad virilem ætatem. (8) Vaticiniorum clarissima impletio, Os. 11, 1. ex Ægypto vocavi filium meum. Fuga denique (9) potestatis fuit, non necessitatis, ait Fulgent. serm. de Epiphan. Johan. 6, 25. Fugit Christus in montem, 1. quia pati volebat, 2. regnum ejus de mundo non erat, 3. humilitatem docebat, 4. seditionem præcavebat, 5. non erat Rex, qui ab hominibus fieret, 6. à sobriis, non saturis Magistratus debet eligi, 7. docere voluit, non esse inhærendum temporalibus.

FULLO

1. Propriè, Marc. 9, 3. 2. Christus fullo Mal. 3, 2. cui sapo Dei verbum est.

FULMEN & FULGUR.

§. 1 Explicatio naturæ fulminum ad Physicos propriè spectat: causa verò horum est solus Deus, in genere efficientis dirigentis, Job. 28, 26. Psalm. 11, 7. & 97, 3. 4. & 104, 4. & 144, 6. non Diabolus, cujus etsi magna sit in aëre potentia, attamen tota directio penes Deum est, qui Satanæ potentiam compescit. Dicuntur quoque fulmina voces 1. Sam. 12, 17. dabit Deus voces & pluvias.

§. 2 *Causa fulminis jacti.*

1. Blasphemia. Marci Aurelii Imperatoris statuam fulmen tetigit, quod gloria imbris dati non Deo, sed Jovi adscripta esset. Baron. tom. 2. annal. fol. 225. num. 25. Domus blasphemi Davidis Georgii fulmine tacta fuit, prodromô mortis. Olympus episcopus Arianus triplici ictu fulminis confectus ob blasphemias in Christum & Sacramenta.

2. Mutationum horrendarum præsignificatio, maximè, si tempore minùs congruo audiantur. Vid. D. Herlicii tract. de fulmin. & Exod. 9. de fulminibus in Ægypto auditis. Hinc Maro:

Sæpè

Sæpe malum hoc nobis, si mens non læva fuisset,
De cœlo tactas memini prædicere quercus.

3. Crudelitas. Tertullianus c. 3. ad Scapul. Ignes in mœnia Carthaginis pendentes visos esse, ob effusum martyrum sanguinem. Ps. 78, 48. Hab. 3, 11. Psal. 77, 19. Conf. Joseph. lib. 2. c. 7. antiq.

4. Magia. Zoroastres Rex Bactrianorum, artis magicæ repertor, fulmine abreptus esse creditur. Volaterr. & ex eo Ravis. column. 548. officin.

5. Superbia. Adimanthus rex Philesiorum, cum Jovem suis indignum sacrificiis judicasset, fulmine periit. Ovid. in Ibin.

6. Mortis significatio. Romæ fulmen primam literam C, è nomine Cæsar, sustulit: Aruspices id interpretati sunt de Augusto, post centum dies morituro.

7. Veræ fidei confirmatio: Legione Christianorum orante, Deus hostes fulminib. perdidit.

8. Scortatio fulmine notata Basileæ. 1526. tacta domus scorti, quam contra Oecolampadius fuerat invectus.

§. 3. *Admiranda in fulmine*

1. Celeritas: 2. ignis efficacissimus, omnia penetrans ac sternens: 3. nocendi varietas in terebrando, discutiendo, urendo: 4. rerum, quas lædit, sublimitas. Petit enim excelsas turres, arbores, non humiles, &c.

§. 4 *Quibus de rebus moneant fulmina.*

I. Ratione Dei monent nos (α) de ipsius ira, quam missis fulminibus significare solet, Exod. 9, 23. 27. & Ps. 77, 18. 19. Exod. 19. c. 20, 20. 1. Sam. 12, 17. Apoc. 4, 5. (β) Potentia, Ps. 18, 13. Ps. 29, 1. 2. seqq. (γ) Majestate: hujus enim fulmina sunt anteambulones. (δ) Sapientia, quæ in admirandis fulminum effectis elucescit: nam fulmina vina & cerevisiam in cellis sæpe corrumpunt: doliô fulmine fractô vinum non effluit: gladium liquefieri salvâ vaginâ facit fulmen: eodem modo aurum argentumque in loculis: imò retia in mari fulmine amburuntur: pilos corporis etiam sub alis amburit: animalia venenata venenô privantur, tacta à fulmine, & sexcenta alia mirabilia, quæ recensuit Alstedius part. 2. Theol. natur. p. 355. & ex quibus infinita atque omni humano captui incomprehensibilis sapientia Dei colligitur facillimè. (ε) Bonitate: parcit enim Deus cùm malis tùm bonis, nec quoties peccant homines, sua fulmina mittit Jova pater, Psalm. 103, v. 10. (ζ) Justitia & judiciis, quæ exercet in piorum tentationibus, quo Psalmus decimus octavus respicere videtur: vel in impiorum pœnis, 1. Samuel. 2, 10. vel cum derepentè ad judicium venturus est. Matthæi 24. Sicut fulgur, &c.

§. 5 II. Ratione nostri: Monent nos 1. de nostra injustitia, Job. 40, 3. 4. & Exod. 19. legis promulgationem fulmina comitata sunt, testantia, nos peccatores esse omnes, nec coram Deo posse subsistere. 2. Filiali timore & reverentia, quâ affici nos æquum est, factis fulminibus: nam & cervæ parturire dicuntur ad sonum fulminum, Ps. 29, 9. Conf. Exod. 20, 20. Metuit tonitru & fulmina Augustus Cæsar: contra ea se lauro muniit Tiberius: ad ea caput obvolvebat Caligula, aliàs Deorum contemtor: Wenceslaus IV. Bohemorum rex secum reliquias portavit & ad vicinum templum protinus se contulit. Zwing. fol. 94. in theatr. 3. De maledictione Dei, quam avaris & rapacibus hominibus infligit, cùm vix sentiant, non secus ac fulmen in loculo tacitè aurum & argentum liquefacit. Confer Hagg. 1. v. 6.

Fulgur verbi divini. Promt. alleg. 23. Spir. S. alleg. 101. Satanæ 203.

Divinatio ex fulminibus olim Gentilibus frequentata fuit. Vid. Plutarchum lib. 1. quæst. convivial. 6. omnino Dominico sermone prohibita, cùm sortes nostræ non in fulminibus, sed manu Dei sint sitæ.

§. 6 *Exempla eorum, qui cœlesti igne absorpti.*

Zwinger. lib. 7. theatri vol. secundo huc refert Sodomam, Gomorrham, Adamam, Seboim, Gen. 19. Abiram & Corah, Num. 16. Duos semicenturiones, 2. Reg. 1. cap. &c. Sub Ludovico II. Imperatore cùm tempestate Coloniæ exortâ homines ad Basilicam D. Petri, ejus auxilium imploraturi, confugissent, fulmen ignei Draconis figurâ Basilicam discidit, ac tres homines diversis locis constitutos uno ictu peremit, aliis sex eodem impetu prostratis, non tamen interfectis. Sigebert. ad an. Domini 857. edit. ex officin. Henric. Stephani. V. Didac. Apoleph. part. 2. hor. histor. p. 669. Fulgura & tonitrua æmulati Salmoneus & Alladius cælesti igne perierunt. Sabell. lib. 6. c. 9. Virgil. 6. Æneid. Carol. Stephan. in dictionar. Anno 1407. Stokholmium fulmine tactum totum pene concremavit, & concurrentibus hominibus ad naves, suasque res liberosque suos exportantibus, factum est, ut naves subsederint hominesque submersi sint. Crantz. l. 5 Sveciæ cap. 33. De fulmine Mechliniæ pulverem tormentarium corripiente Sleid. l. 6. & Zwinger. d. l. fol. 477. col. a. ab init.

Augustus illæsus à fulmine, Jovi tonanti in Capitolio ædem extruxit. Suetonius cap. 91. in Augusto.

FUNDAMENTUM.

§. 1 I. Dei firmum, 2. Timoth. 2. v. 19. Verum Dei verbum, cui rectè docentes innituntur, quos opponit falsis Doctoribus vers. 15. 16. Apostolus. Alii promissionem Dei, alii propositum Dei in Electione intelligunt: Flacius in Glossa fœdus Dei, quod pepigit nobiscum ac sculpsit.

II. Prophetæ & Apostoli fundamentum ministeriale: ut est in epistola ad Ephes. cap. 2. & in priori ad Corinth. 3.

III. CHRISTUS magisteriale, 1. Corinth. 3. vers. 11.

IV. Doctrinale est sacra scriptura, Galat. sext. juxta canonem, &c. Hilarius can. 6. in Matth. fundamento petræ ædificatus homo consistet, &c. ex illo Matth. 7. Stultus infideliter stat.

FUNICULUS

Metans templum & calamus eſt verbum Dei, & ejus prædicatio, Pſ. 19.

FUNUS. *V. Sepultura.*

FURES.

Falſi prophetæ, Jer. 23,30. Chaldæi Edomitas vaſtaturi, Obad. v. 5. Phariſæi, Joh. 10. quia à Chriſto miſſi non ſunt. Auguſtin. libr. 2. c. 4. contr. adverſar. legis, & tractat. 45. in Johan. Iſidor. Peluſiota libro 3. epiſt. 119. Dicuntur fures 1. quia DEI gloriam furantur. 2. hominum animas. 3. Dei verba, ea truncando. Hæc ſunt ſpiritualia furta Cyprian. epiſt. ad Cæcil.

FURIÆ infernales, *vid. tit. Angelus malus.*

FUROR. *V. Mania.*

§. 1 Exempla furioſorum: Oreſtes ob interfectam matrem: Cambyſes ob truncatum Apin: Pentheus ob contemta Bacchi ſacra: Nebucadnezar ob peccata & injuſtitiam, in furorem acti ſunt. Plura exempla vid. apud Raviſ. col. 504. officin.

Furorem quoque immittit Tarantula, genus inſecti in Apuliæ partibus, meſſoribus admodum infeſti: de quo P. Camerar. part. 2. Horar. ſubciſiv. c. 81.

§. 2 DEI furor.

Pſ. 6, 1. non eſt purgatorium. 1. Nam litera hoc non docet. 2. Diſſentiunt ipſi Pontificii circa hunc locum. 3. Contradicunt plurimi Patres. 4. Fruſtra eſt Auguſtinus, ambiguus ipſe: alius ipſi ignis.

FURTUM.

§. 1 Vox græca κλέπτειν generalis eſt, notans fraudare, auferre aut detinere quovis injuſto titulo: ſic quoque Pindarus uſurpat.

Furtum eſt occulta acceptio rei alienæ. Sunt vero in eo tria. 1. ratio injuſtitiæ. 2. fit circa res immediatè; etſi etiam in plagio circa perſonas ipſas. 3. injuſtitia occulta ſive in contrectando ſive in detinenda re aliena: accedit 4. injuſtitia violenta, fit enim invito Domino.

§. 2 *Tria furtorum genera apud Græcos.*

1. Κλέπται, ſine vi res auferentes; hi duplo puniebantur. 2. τειχωρύχοι, perfoſſores parietum. 3. λωποδύται, detrahentes veſtes, & βαλαντιότομοι marſupiorum ſectores, & denique λῃσταὶ latrones.

§. 3 *Aliquod eſſe licitum.*

1. Extraordinarium & compenſationis, quale fuit Iſraelitarum, Exod. 12. Geneſ. 15. 2. Liberationis & plagii liciti: ſic Joſaba filia regis Jorami furto ſuſtulit Joam, eumque ſex annis in vita ſervavit, 2 Regum 11. v. 2. Abdias centum prophetas occultavit, 1. Regum 18. 3. Oeconomicæ vigilantiæ, ut ſi uxor dilapidatori marito ſurripiat, ad victum cum ſuum, tum etiam filiolorum neceſſaria. 4. Prudentiæ & juſtitiæ, ſi ebrioſo vel furioſo gladium ſuſtuleris, ne noceat. 5. Diligentiæ & ſedulitatis ſcholaſticæ, ſi è Doctorum monumentis ea acceperis, quæ ad ſtudiorum tuorum incrementa ſpectabunt.

§. 4 *Quot modis committatur?*

1. Inſidiando aliorum bonis, Prov. 24, 16. ad minimum namque in ejuſmodi technis ineſt intentio, proximi bona ad ſe transferendi. 2. Auferendo clam, ut Achan, Joſ. 7. atque hic actus propriam furti tritamque deſcriptionem ingreditur. 3. Limites agri invadendo, maximè viduarum, Prov. 23, 10. 11. Exod. 22, 23. Deut. 19, 14. iis verò maledicitur, Deut. 27, 17. 4. Pauperi panem & alimoniam ſubtrahendo, Sirach. 34, 25. 26. itemque bona eccleſiaſtica, quorum ſolùm uſufructuarii ſunt Clerici, multis modis dilapidando. 5. Lædendo media, ex quibus alter ſibi victum parare poterat; v. g. ſi arbores frugiferas lædas in bello, Deuteron. 20, 19. nidos avium deſtruas, Deut. 22, 6. 6. Monetam corrumpendo, Zwing. fol. 3562. theatr. ſive id fiat rodendo, minuendo, interpolando. 7. Rem inventam non reſtituendo; Hinc illud Auguſtini: ſi inveniſti & non reddidiſti, rapuiſti. Caſus: ſi Dominus rei nequeat agnoſci, res inventa pauperibus danda, vel in pium uſum convertenda. 8. Corda hominum furando, ut Abſolon cor populi furatus, 2. Sam. 15, 16. 9. Uſuris proximum defraudando, V. tit. Uſura.

§. 5 *Cauſæ furti.*

α. Cordis malignitas, non contenti ſua ſorte, Matt. 15, 19. β. Incredulitas in Deum, ac ſi is vitæ tuæ non ſit proſpecturus, tibique neceſſaria ſuppeditaturus. γ. Perfidia ſive infidelitas erga eos, quorum res invadis; hæc enim furti mater eſt. δ. Otium, crapula, ſegnities: hæc enim, conſumtis omnibus neceſſariis ad vitam, tandem illicita media prenſat. Aſtra igitur nullâ ratione furta cauſant; qui quorundam Genethliacorum Ethnicorum error facile refellitur.

§. 6 *A quibus committatur furtum?*

I. In foro & ſtatu politico: à principibus, Juda, Oſ. 4, 2. ſi ſubditos ſuos opibus expilent, exactionibus emungant, vim iisdem inferri & bona eorundem diripi permittant per milites, ſi ſubditos ſuis bonis ſpolient: ſic Achab Nahothum, 1. Regum 21. A principum præfectis, ſi in illorum bona male diſpenſent, & in propria commoda transferant. A tutoribus, male pupillorum bona diſtribuentibus, & in domeſticos uſus convertentibus. A ſubditis, ſi juſta tributa & vectigalia denegent magiſtratibus, ſi decimas nolint dare, &c. Rom. 13, 7. Ab advocatis & cauſidicis cauſarum injuſtarum, qui hoc ſpectant, ut pecunia emungent homines. Ab iis, qui ad publica conſilia vocati deſunt officio ſuo.

§. 7 II. In choro furtum committitur. 1. Hypocriſin religioni prætexendo. Matth. 23, 14. prætendunt longas preces, & viduarum domos devorant. 2. In officia eccleſiaſtica illegitimè irrependo: ſic olim Phariſæi Joh. 10. fures vocabantur. 3. Nomine Dei abutendo, Jerem. 23, 30. furantur verba mea, judice Muſcul. in L. Comm. in explanat. 8. præcepti. Imò M. Jodocus Nahum in Evang. Matt. 7, 17. Cavete vobis à Pſeudo-proph. cum p. 612. dixiſſet, Ubiquitiſtas

tistas in Pseudo-prophetarum numero meritò referendos esse, tandem p. 614. subjicit: Johan. 10. v. 1. Cum fures falsos Doctores Christus nominat, quid docere aliud vult, quam naturam eorum, quod furentur cœlestes thesauros hominibus, non terrestres, ac propterea ut caveamus illos, nos exsuscitare? Hæc M. Nahum. Quo minus nemo mirari debet, nos eundem Pseudo-doctorum furumque titulum in gregales Nahumi illius optimo jure retorquere, ejusdemque illos postulare criminis: in elucidat. X. Artic. A. Confessionis vernaculâ, ad præcept. 7. sine ullo factæ injuriæ crimine. (4) Officia scholastica & ecclesiastica frigidè obeundo: vel Episcopatus, Abbatias & alia ecclesiæ bona detinendo: nullum tamen, vel exiguum ecclesiæ servitium præstando. D. Jacob. Bayus lib. 3. instit. Catech. c. 81. sub fin.

III. In thoro: patres matresque familias, qui & quæ suis liberis & domesticis ea suffurantur & abliguriunt, ex quib. vitam tolerare poterant. 1. Tim. 5. mercedem negant operariis. Servi & servæ infideles, solùm ad oculum servientes, Ephes. 6, 6. Operarii mercede conducti, mala tamen fide operam præstantes.

Exempla furtorum stupenda & insignia recenset P. Camer. part. 1. c. 64. hor. subcis. Did. Apolepht. part. 2. p. 526. 547.

§. 8 *Officia nostra circa furta.*

1. Non tegenda à nobis. Gen. 31. Rahel abscondit Idola: si non reveles, si scias, ubi sit res furto ablata, tu furtum committis. Germani dicunt: Der Heeler ist so gut als der Stehler. 2. Non laudanda; id vero fit, cum fur laudatur ob industriam, & ridendo velut palpatur. 3. Non participandum de rebus furto ablatis. Id vero fit (α) partem rei furtivæ accipiendo. (β) rem furtivam emendo, si scias rem esse furto ablatam. (γ) eandem rapiendo à manibus furis, non Domino restituendo, sed tibi servando. (δ) furem ob munus absolvendo, Ps. 50, 18. Es. 1, 23. 4. Non permittendo, h. e. si non prohibeas, cum possis vel clamando, vel aliàs subsistendo. 5. Consentiendo; id fit in factum ipsum, & tunc etiam quis actor censetur, si consensu suo induxit ad furandum: in facto qui consentit, consors est facti. post factum qui consentit, similiter affinis fit culpæ furti. 6. Non jubendo, ut si herus jubeat furari servum. 7. Non consulendo.

§. 9 *Supplicia furtorum.*

1. Furtum hominis morte dignum, Exod. 21, 17. Deuter. 24, 7. 2. Animalis. Exod. 22, 1. restitutio quintupli pro simplo: ut, quinque boves pro uno, quatuor oves pro una. 3. Venundatio furis, si pauper sit. 4. Restitutio, Proverb. 6, 31. Luc. 19, 4. Zacchæus dicebat, reddo quadruplum. Apud Ethnicos erat restitutio dupla vel quadrupla. Deinde ipsi Domino, cujus res fuit, restituenda est in solidum & ex toto. 5. Mors justè inflicta: si fur parietem effregisset, impune eum occidere licebat, Exod. 22, 2. si secus, dubitant, an furtum sit capitale. 6. Fustigatio. 7. Exilium: confer D. Thumm. d. 505. in Decalog. Balduin. de casibus conscientiæ. Alex. Severus Imperator digitum se habere paratum dicebat, quo furi oculum erueret. Corn. à Lapid. fol. 491. D. A. 2. in Exod.

§. 10 *Cur furti non rapinæ fiat mentio in decalogo?*

1. Ob generalitatem: nam furtum in se rapinam comprehendit. 2. Ob propriam furti rationem: furtum enim tacitum est & clandestinum, quod homines ii celare student, qui furantur; at rapina palam fit. 3. Ob ejusdem malignitatem: non enim metuit fur protinus supplicium, si homines celet; ut igitur de vitii hujus turpitudine nos Deus commonefaceret, furti expressam mentionem injecit, ut non minus Dei iram, quam hominum vindictam metuerent fures.

§. 11 *Furti divisio.*

I. Ratione materiæ; (α) si quis hominem furetur, plagium dicitur, vel si liberum hominem in servitutem trahat, vel emat eum, quem scit esse liberum, vel qui liberum hominem sciens vendat, aut eo, ceu servo, utitur, l. finali ff. de plagiariis, item tit. ad Legem Flaviam. (β) Bona publica auferat, dicitur peculatus, sive ea sint reipublicæ, sive principis. Vid. cap. 23. quæst. 4. capit. Quid ergo. (γ) vel sacra, dicitur sacrilegium, cujus multi sunt modi: ut, cum bona sacra à Clericis in profanos usus impenduntur: vel cum eadem à profanis hominibus Clericis & ecclesiæ, sine justis & necessariis causis eripiuntur. Plures verò sacrilegii modos, cum in personas & res sacras, tum in loca sacra commissos, recenset Fumus in Armill. & Cajetanus in summ. Vide Sacrilegium. Joh. Azor. libro 9. cap. 27. instit. moral. V. extrahere ex ecclesia immunitate gaudentem, furari reliquias etiam ex devotione. Emanuel Sa in aphorismis. V. Sacrilegium. Si persona, locus & res sanctificata sunt, & aliquid contra illa committitur, esse sacrilegium. Fum. dict. l. Quomodo vero confitenda sacrilegia, vid. Thomas 2. 2. quæst. 99. artic. 1. 2. 7. Pœna sacrilegorum vid. C. de Episcop. & Cleric. & cap. 17. quæst. 4. per totum.

§. 12 Exempla sacrilegorum 2. Macch. 3. Cambyses ob id proprio gladio vulneratus, quod ei è vagina exciderat. Phocenses & eorum duces miserè perierunt ob spoliatum templum Delphicum. Milites Xerxis, qui fuit Darii filius, fulminibus prostrati, templum direpturi. Brennus Gallorum dux, spoliator sacrorum, seipsum ferro trajecit. Vide Pompeji miseram mortem, qui olim templum Hierosolymitanum spoliaverat. Antiochus Rex lapidibus obrutus est, spoliaturus templum. Herod. Plura apud Zwinger. fol. 3230. ʃ. Donaria. (δ) Si ex grege disperso fiat furtum, dicitur abigeatus, & fur ipse abigeus, ff. libr. 47. tit. (ε) Vel pupillaria bona, circa quæ versantur tutores; at si hæc intervertant, omnino furari censentur.

§. 13 II. Ratione modi & intentionis. Omnis fraus in proximum dolosè commissa, furtum dicitur, sive id fiat (1) per confictos prætextus & speciem

recti. (2) sive injustitiæ commutativæ actibus, ut in mercatura ratione pretii, cum res pluris venditur, quam valet: fraudulenter minoris venditur, si sit defectus in rei substantia, v. g. cum vinum aquâ miscetur: in rei præparatione, ut si cerevisia minus probe cocta pro bona vendatur: in rei quantitate, numero videlicet, pondere & mensurâ, Prov. 11. & 20. Amos. 8, 5. item si monopolia instituantur, si frumenta congerantur, ut annonæ caritas invalescat. (3) In justitiæ neglectu, ut cum proximi lucrum impedis, cumque damnum, cum possis & debeas, non avertis, cum limites agrorum dimoves, juste debita non solvis. (4) Qui simulant paupertatem, & corradunt eleemosynas, dolosè congerentes easdem.

§. 14 *Gravitas Furti.*

Colligitur 1. è præcepti Divini transgressione: non furaberis. 2. Legis naturæ (quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris) violatione. 3. Proximi & fratris læsione, quæ suis gradibus intenditur, si consideres eum, cui furtô res ablata est. 4. Infidelitate; si tutor, si curator bona pupilli diminuerit. 5. Injustitiâ: ut enim justitia suum cuique tribuit; sic furtum suum cuique tollit. 6. Pœnalitate: est enim peccatum mortale, nisi fiat remissio ob Christum, 1. Corinth, 6, 10. imò quod charitati proximi & Dei adversatur, id omnino per se mortale est.

Quod si scriptura aliquando minuere gravitatem furti videtur, id tamen 1. de simplici furto, 2. comparate, habitô respectu ad graviora peccata, intelligendum est; quo spectant loca, Prov. 6, 30. Sir. 5, 17. c. 20, 26.

§. 15 *Differentia*

Furti & rapinæ consistit 1. in diversitate injustitiæ, quæ alia in furto, alia in rapina est. 2. modi: nam in furto est involuntarium ex ignorantiâ; in rapina est involuntarium ex violentia. Vid. Valent. tom. 3. disput. 5. quæst. 10. de furto & rapina. Sed de rapina infra suo loco.

G

§. 1

GABAON.

Metropolis Hevæorum Josuæ 9. sors tribus Benjamin separata Levitis. Euseb. de locis Hebraicis. Clara responso Salomoni cœlitùs dato, 1 Reg. 3, 4. c. 9, 2. Ejus civibus supplicibus servatur jus supplicum, Deut. 20. (Hos imitemur, & Deo supplices facti, ob Christum unicum mediatorem gratiam petamus.) Commendatur clementiæ erga subditos studium: sic Henricus in gratiam recipitur ab Othone Primo, ab Henrico V. Lotharius, a Conrado III. Guelfus, a Sigismundo Fridericus Austriacus, a Maximiliano Philippus Palatinus, à Carolo V. Duces Wirtebergensis, Juliacensis multique alii principes & civitates post fœdus Smalcaldicum. Commendatur religione servandi juramenti per errorem præstiti, si sine peccato & læsione Dei fieri potest. Chytræus in Jos. 9. Observantiâ operum Dei, quæ aliis etiam populis innotuerunt; verum soli Gabaonitæ sibi ad animum revocaverunt. Emendatio vitæ suscepta ab iisdem. Secessio bona facta a reliquis Cananæis, Jos. 1, 1. Timent sententiam Gabaonitæ, Deut. 7, 12.

GABBATHA.

Locus sublimior Joh. 19. Lithostratus dictus, in quo sedit Præses Pilatus, prope prætorium: Erat instar alti altaris, in quo Christus condemnatus. 1. ut nos æternæ damnationis absolveret. 2. Palam omnibus fieret Christi innocentia & inde Judæorum truculentia in Christum sævientium. Tradunt Hebræi, Salomoni olim sextum Regiæ gradum ascendenti præconem acclamasse: Memento coram quô sedeas. Buxtorfius. R. שׁחר in Lex. Rabbin. utinam idem cogitasset Pilatus!

GAD.

Gad Esa. 66, 11. nomen 1. Idoli militaris, aliis Mars, Jupiter aliis, aliis Fortuna, exercitus cœli, stella felicitatis præsaga. Vid. Lexic. 2. Filii Jacobi ex Lea, & illius posterorum, Num. 32, 1. Deut. 3, 12. Jos. 12, 6. bellicosorum. 3. Oppidorum ipsis Gadditis datorum, Jerem. 49. vers. 1. 4. Prophetæ nomen, 1. Samuel. 22. v. 5. capite 24, 11. 5. Patris τȣ̃ Menahem, 2. Regum 15, 14. 17.

GADARENI.

Gadara. Joseph. lib. 14. c. 8. 9. lib. 17. de bello Judaic. lib. 2. c. 19. 20. lib. 3. c. 6. Ingrata erga Christum, Marc. 5, 17. Avara, pluris fecit sues, quam Christum: contemtrix legis Mosaicæ, quæ suilla carne vesci prohibuit.

GALATIA.

§. 1

Regio Asiæ minoris, versùs orientem finitima Cappadociæ & Haly fluvio; occidentem, Bithyniæ; meridiem, Pamphyliæ; sed ad Septentrionem Ponto Euxino terminatur. Plinius lib. 5. c. ultim. Dicitur etiam Gallogræcia. Hieronymus in Prooem. libro 2. ad Galat. a Gallis dictam vult, qui in illam terram venerunt. Confer Strabon. lib. 12. Geograph. prope fin. Galli verò dicti a γάλα, quod est lac, quod lactei coloris fuerint; non a Galata Herculis filio, ut vult Diodor. Sicul. lib. 6. & Beros. lib. 5. quos citat autor Onomastici Theologici; sed reprehendit Funger. Diodor. præprimis in Etymol.

§. 2 *Quando illic Paulus prædicavit?*

Anno Christi 54. ut vult Baron. ad hunc annum tomo 1. cum Actor. 18, 19. peregrinatus esse legatur in Asia, Ephesi, & alibi.

§. 3 *Quando scripserit?*

Chrysostomus putat præfat. in hanc epistolam, eam prius scriptam esse, quàm quæ ad Romanos. Occasio autem ad eos scribendæ epistolæ fuere Pseudo-apostoli, qui 1. Paulum contemnebant. 2. Johannis & Jacobi autoritate se tuebantur. 3. docebant, legem veterem ad salutem necessariam esse. 4. gentes vero fidei solius communione admitti in Ecclesiam negabant.

Ubi scripta? negat Romæ scriptam esse Ben. Justinian. præfat. in hanc epistol. sed

Philip-

Philippis Macedoniæ, etsi alii malint Ephesi.

Quæ semina ibi Ecclesiæ?

§. 4 Christiani pulsi Hierosolymis in varias Palestinæ non solùm partes, Actorum 11. sed & in Asiam commigrarunt: Hinc 1. Pet. 1. apostolus scribit dispersis in Galatia, Ponto, Cappadocia.

GALEA salutis. *V. Militia Christiana.*

GALGAL.

Sive Gilgal, nomen loci, Jos. 5, 9. ubi etiam nominis ratio reddita est. Officina idololatriæ, Os. 9, 15. Amos 5, 5. Typus est loci cujusque Idololatrico cultu polluti.

GALILÆA.

Duplex: *Inferior, Superior.*

Inferior vocatur Tiberiadis à lacu, in qua Cana, Capernaum, Nazareth, Bethsaida, Magdala, Chorazin, Naim.

Superior, Gentium Galilæa dicta, contermina Phœniciæ. Urbs ejus præcipua, Cæsarea Philippi, in tribu Naphtalim sita.

Ex inferiori Galilæa orti discipuli vocantur viri Galilææ, Act. 1, 11.

Christum recepit, Joh. 4, 45. qui ibi Evangelii prædicationem incepit, Matth. 4, 12. Actor. 10, 37. ut significaret, gentes quoque vocandas esse.

Unde Galilæa gentium? Matth. 4, 15. Gentibus maximè habitata, Strabo libr. 16. magna ex parte ex mixtis gentibus habitata, Ægyptiis, Arabibus, Phœnicibus, nam tales sunt, qui Galilæam habitant, & Hierichuntem & Philadelphiam & Samariam, quam Herodes Sebastam nominavit. Confer 1. Reg. 9, 11.

Galilæi à Juda Galilæo, patriâ Chamalensi dicti ortique, dogmata Pharisæorum sunt secutati, solum Deum pro Domino habendum esse docebant, censum prohibebant dari Cæsari. Josephus scribit, sex millia eorum fuisse, qui juramentum Cæsari præstare noluerunt. De his fuisse quidam putant eos, qui dixerunt Johan. 11, 35. nemini servivimus unquam.

GALLINA.

§. 1 Nota est dulcissima Salvatoris nostri comparatio Matth. 23, 37. volui te Jerusalem congregare, sicut gallina pullos suos sub alas suas: Et è p. 232. in Matth. Pelarg. Verè autem CHRISTUS gallinæ similis est (1) Amore, qui gallinarum in pullos intensissimus est: Christi in suos fideles non minor est amor, Joh. 13, 1. 2. c. 15, 9. 2. Cor. 5, 15. Plus pullos quam se pascit gallina: CHRISTUS, nostri amore impulsus, animam pro nobis posuit, nos pascit suo sanguine, suâque carne, Joh. 6, 53. c. 10, 18. Ad amorem referimus studium incubandi ovis, atque ea excludendi: sic filius Dei subindè nos fovet & parturit per ministerium, Galat. 4, 19. (2) Compassione. Gallina pullis infirmis compatitur: sic CHRISTUS ovibus infirmis, Ezech. 34, 16. lino fumiganti & arundini quassatæ, Es. 42, 3. spiritui humiliato, Es. 57, 15. & laboranti, Matth. 11, 29. & tentato, Heb. 2. v. ult. (3) Fidelitate; suos enim pullos alis protegit, has super illos expandit, & totum corpus ostendendi potestatem pullis liberè indulget: sic CHRISTUS nos tegit sub umbra alarum suarum, Ps. 63, 8. Ps. 91. per tot. & oves defendit, Joh. 10. lupum arcens. (4) Fortitudine. Gallina pugnat contra milvum & quosvis, pullos lædere volentes: sic Christus pro nobis pugnat. Dan. 12, 1. Tempore illo stabit Michael princeps &c. (5) Humanitate. Undique pullis gallina aditum præbet: sic Christus omnibus ad se venientibus præsto est, omnes invitat, Matth. 11, 29. ut veniant, Esa. 55. v. 1. & vitæ aquam accipiant, Joh. 7, 37. Invitat insuper suos blandâ voce: sic quoque Christus l. d. venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis. (6) Constantiâ. Pariens ova mox perdit, parere tamen non cessat: sic, etsi Christi gratia multis sit pro vili sub pedibusque, attamen quotidie Christus expandit manus ad populum contradicentem, Esa. 63, 12. venire nolentem, Prov. 3, 24. Esa. 66, 4. Jerem. 7, 13. (7) Liberalitate; cantando ova prodit: Christus prædicando offert gratiam. (8) Prudentiâ: paleas gallina spernit; sic Christus paleas fidei & vitæ malæ spernit, Matth. 3, 12. easdem inextinguibili igne exusturus, & frumentum suum in horrea sua collecturus, Matth. 13, 50. Sed de gallinarum φιλοστοργίᾳ vide Augustinum in Psal. 91. & lib. 1. quæst. Evang. c. 36. Gloss. in c. 23. Matth. Bernh. serm. 4. in Psalm. 91. Plut. lib. περὶ τῆς φιλοστοργίας.

§. 2 Gallina fovens pullos, non ova pariens, est 1. infirma. 2. mutat vocem. 3. fovet pullos. 4. tegit eos à milvo. Sic Christus (1) infirmus factus nostri causa Philip. 2. in laborib. & suppliciis. (2) Mutavit vocem ac flevit, Luc. 19. (3) Fovet suos fideles calore amoris effusi in corda nostra. (4) Tegit nos, ne Satan rapiat, Joh. 10. rogat, ne decipiat nos hostis, Luc. 19. Monet igitur gallina nos de amore Christi summo erga nos, de seria Dei ad salutem nos vocantis voluntate, Matth. 23. de nostra sedulitate veniendi, cum monemur ab hac gallina de nostra securitate adversus milvos rapaces & infernales spiritus, ut & Tyrannos, imo ipsius mortis, à qua nos resuscitabit hæc gallina, Joh. 5. Dan. 12.

Veterum de gallina versiculi notabiles:

Hispida, raucescit, scalpit, super alta quiescit,
Affectus plena, dolet, ova fovens aliena,
In milvos acra, cum pulvere closcida macra,
Gignit, & ad pastum vocat, sublime cubile.

GALLUS Gallinaceus.

§. 1 Animal mirabile. Vide Martinum Bohemum p. 121. seq. concion. passion. Ambrosium lib. 5. c. 24. Hexaëmer. & Cassandrum fol. 139. oper.

1. Bonus est cohabitator. 2. solicitorum monitor. 3. viatorum solator. 4. noctis elapsæ intimator.

Lex Dei est gallus spiritualis, nos a peccatorum somno excitans, Eph. 5.

§. 2 Ministri verbi sunt galli, noctu clamantes diligenter, ne lumen fidei deficiat, splendor vitæ piæ non obnubiletur, scintilla pietatis non extinguatur. Hugo Cardinalis, qui scripsit Anno CHRISTI 1240. Parisiis Theologiam docens, proprietates galli, verbi ministro applicatas, his versibus inclusit in Lucam:

Pugnat, α. calcar habet gallus, β. cristamque rubentem, γ.
Si ferit ad cantum, scalpit, δ. noctis docet horas, ε.
Ova facit vetulus, quibus exoritur Basiliscus, ζ.
Insidet ecclesiæ, η. rostrum quoque tendit in auras, θ.
Caudam sustollens, habet ista notanda magister.

Vide Philip. Camer. part. 2. c. 89. hor. subcisivarum.

α. Ministrorum est pro grege pugnare, Tit. 1. Actor. 20, 27. β. Verba legis prædicatæ sunt calcaria, Eccl. 12, 11. γ.

δ. Lege Dei duras hominum mentes vellicat. ε. Ostendit, in quantis tenebris homines versentur, Joh. 12. Rom. 13. ζ. Si minister devius a fide fiat, eamque in senectute abjuret. η. Minister assidue doceat & parturiat. θ. orando ad Deum suum, Sir. 38.

GAMALIEL.

(Retributor Deus: vel retribuat mihi Deus.) Act. 22. Præceptor olim D. Pauli. Confer Act. 5, 35. Inter martyres refertur a Pontificijs & Athanasio. Vid Cent. Magdeburgens. alii verò non. Jesuita Lorinus priori sententiæ subscribit in Acta. Dicitur tamen omni populo acceptissimus, certe Judaicis erroribus adhuc imbuto, ac in CHRISTI discipulos sævienti.

Dicitur vixisse usque ad desolationem urbis Jerusalem, ac veniam à Romanis impetrasse, & maledicta in Christianos composuisse, in solennibus Judæorum precibus recitari solita.

GANGRÆNA.

Hæresis est & falsa doctrina. 1. depascendo animam, sicut illa corpus. 2. longiùs latiusque serpendo, 1. Tim. 2, 17. 3. putredinem inferendo, Theoph. in h. l. 4. medicinam non admittendo; sunt enim pertinaces falsi Doctores, ad veritatem non pertingentes, 2. Tim. 3, 7. 5. Ipsum cor inflammando ad odium cœlestis veritatis: sicut gangræna inflammat membra, eaque vitâ privat; sic falsa doctrina.

De voce vide Celsum lib. 7. c. ultim. Galen. lib. de tumoribus, Marcellum apud Budæum in Lexic.

GAREB.

Jerem. 31, 39. Mons leprosis olim destinatus, ut quidam volunt; extra pomœria Jerusalem fuisse, probabile sit, si leprosis destinatus fuit; quamvis Hebræi dubitent, ut refert Oecolampadius.

GARIZIM.

Mons benedictionis, Deuter. 11, 29. c. 27, 12. Jos. 8, 13. Joh. 4, 20. In eo templum ædificatum. Joseph. lib. 11. c. ult. Antiquit. lib. 12. c. 1. & 7. lib. 18. c. 5. de quodam impostore, qui sacra vasa ibi reposta se monstraturum esse promiserat, sed frustra.

GARRULITAS.

§. 1 Est cacoëthes eorum, qui variis & inanibus verbis abundant, & multis verbis pauca & intempestive dicunt, Sir. 21, 27. c. 20, 5. 6. 7.

§. 2 *Causæ:*

1. Corrupta hominis natura, quæ ex corde despumat in linguam, Matth. 15. 2. Mentis vanitas, quæ se in verbis oblectat. 3. Studium placendi aliis. 4. Animus detrahens proximo. 5. Prava consuetudo, & exempla eorum, qui ob garrulam linguam amantur.

§. 3 *Effecta:*

1. Secreta revelare, Sir. 27, 23. 24. Vid. Taciturnitas suo loco. 2. Inimicitias parere Sir. 28. sibi; Græcè βδελυχθήσεται, i. e. abominabilis erit cùm Deo tum hominibus. 3. Ineptire, Sir. 21, 28. ideo garrulos discipulos Zeno Criticus vocabat λογοφίλυς. Vid. serm. 36. Stobæum. 4. Sibi ipsi nocere, sicut garrula avis omnium avium pennas habet, earum voces imitans, imò aliquando ex ira semetipsam interficiens, ut notat Albert. M. de vegetabil. & plantis lib. 6. tr. 2. c. 8. cit. Joh. Bapt. Bernh. in V. Garr. in semin. 5. Peccare. Prov. 10, 19. In multiloquio non deerit peccatum. 6. Stultitiam prodere, Prov. 17, 28. c. 18, 13. c. 15, 7. Sir. 21, 29. 7. Ingenium pandere loquentis. Augustin. libro 2. de anim. 8. Necessitatem reddendæ rationis de otiosis verbis quibusvis sibi attrahere; Matt. 12, v. 36.

§. 4 *Causæ dehortantes ab ea.*

(1) Periculum: garruli enim à necessariis verbis ad superflua, ab utilibus ad ociosa, à veris ad falsa &c. prolabuntur; Deinde quia sermo non trutinatus imprudenter labitur. Ambros. lib. 1. c. 9. de Cain. (2) Damnum mentis, quæ in multiloquio dissipatur, & curam sermonis non habet, Greg. in part. 3. Adm. pastor. c. 15. (3) Pœna, Finxerunt Poetæ, Tantalum in aquis sedentem, aquas tamen bibere non posse. Ovid.

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

(4) Effecta inutilia. Vid. paulo supra. (5) Mandatum. Jacobi c. 1, 19. omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. Conf. Prov. 18, 19. Sir. 8, 4. (6) Simile. Sicut equus effrenis per anfractus & invia, per ardua vel plana quæq; transmittit: sic lingua stultorum

recta vel frivola, ut quælibet suppetunt, indifferenter & leviter effluit. B. Damianus epist. 10. ad Petrum Cerebrosum. Sicut mulier gravida a dolore & gemitu non prius quiescit, quam pariat infantem: sic garruli occulta de proximo si non prodant, minime quiescunt, Sir. 19, 11. Confer infr. tit. Lingua.

§.5 Apophthegma Isocratis. Duplicem poscens mercedem a Caræone Locutulejo, illius institutionem ambiente, & rogatus causam, dixit: alteram mercedem peto, ut loqui discas; alteram vero, ut tacere suescas. Stob. sermon. 36. Confer Zvvinger. fol. 150. litera a. Theatri.

GAUDIUM,

§.1 Ἀπὸ τοῦ γαυριᾷν dictum, significantis, gestare, exultare.

Varia nomina:

Gaudere, Prov. 17, 22. Phil. 4, 4. Lætari, Ps. 5, 12. & 9, 3. & 14, 7. Jubilare, Ps. 47, 2. & 99, 1. Esa. 44, 23. Exultare, 1. Sam. 2, 1. Ps. 42, 5. & 100, 2. Cantare, Ps. 13, 6. & 96, 1. & 104, 23. Esa. 5, 1. quæ tria posteriora externum quoque actum connotant.

§.2 *Quid?*

Est suavis motus cordis, ob bonum præsens; quod cor apprehendit & recipit. Estque pars amoris vel charitatis, quæ affectu, desiderio, gaudio continetur.

§.3 *Quotuplex?*

Gaudium Dei notat: 1. gratiosam beneplacentiam in fidelibus, Deuter. 30, 9. Esa. 62, 5. c. 65, 19. 2. ejusdem beneficentiam, Deut. 30, 9. 3. ob hominum resipiscentiam. Luc. 15. Erit gaudium in cœlo super uno peccatore. Angelorum gaudium, Luc. 15. Diaboli gaudium vid. tit. Diabolus. Hominis gaudium *α. conscientiæ bonæ*, v. tit. Conscientia: *β vitæ æternæ*, vid. tit. Vitaæterna. Confer Dionys. Carthusian. de quatuor noviss. part. quartâ. Item Gaudium lætitiæ voluptuosæ, quâ gavisus est Nabal, 1. Sam. 25, 36. Dives ille, Luc. 12. γ. Gaudium est vel naturale, quo gaudemus rebus lætis vel prosperis; vel spirituale. Vocatur gaudium faciei Ps. 21, 7. est de spiritualibus bonis a Deo concessis, sive ea in hac vitâ habeamus, sive in altera expectemus, Psal. 5, 12. & 4. vers. 4. Philip. 4.

§.4 *Gaudii spiritualis causæ.*

Efficiens Spiritus S. Ps. 4, 7. & 5. v. penult. is enim in verbo bona cœlestia monstrat, cor verâ fide imbuit, fides vera bona oblata apprehendit, & bona apprehensa hoc gaudium excitant in corde; hinc Gal. 5, 22. fructus spiritus dicitur gaudium. Esr. 6, 22. 23. Ut lux materialis de se producit calorem: sic Spir. S. lux spiritualis lætitiam ac gaudium, Ps. 97, 12. Fluit hoc gaudium per spem, fidem & charitatem, Malach. 4, 2. Rom. 5, 3. c. 15, 3.

§.5 Causæ moventes ad hoc gaudium doctè explicantur a Johanne Rivio, peculiari tractatu 1582. Francofurti edito. Sunt vero 1. DEI præsentia: is enim est mare, in quo merguntur nostræ tristitiæ, sicut parva scintillula, Chrysost. hom. 18. in illa: Gaudete in Domino; tom. 5. operum fol. 145. E.F.H. Deus quoque fons omnis lætitiæ, Ps. 78, 4. 5. inexhaustus fons bonitatis & suavitatis, cujus magna est multitudo dulcedinis, Ps. 31, 24. in qua exultant pii, Ps. 35, 10. In rebus terrenis vix gutta est solidi gaudii. Ergo gaudium nostrum Deus est, Psalm. 43. vers. 3. quem invenimus in verbo & templo ejus. Confer Psal. 149, 2. 5. Cæsare Caligula electo, centum & 60. millia victimarum cæsa sunt, in gaudium solenne. Zwinger. fol. 46. Nos CHRISTO duce & Imperatore nostro. 2. Periculorum spiritualium evasio, Ps. 116, 3. 3. Gratæ societatis adjunctio, nempe angelicæ; & quod nomina nostra in cœlo scripta, Luc. 10, 20. 4. Redemtionis expectatio, Luc. 21. Confer Esa. 48, 20. 5. Illuminatio & justificatio, Esa. 61, 10. 6. Lucri spiritualis acquisitio, Ps. 36, 9. & ebrietatis, Cant. 5, 1. Cœlus Dei quoque lætitiam conciliat piis, Ps. 137. 6. verbum Dei, Ps. 119, 130. Quod gaudium opponendum est miseriæ hujus vitæ, Eccles. 5. vers. 19.

§.6 *Objectum*

Cultus DEI nostri, Deut. 14, 27. Esther. 8. Satanæ victoria; ut olim Maximinis, patre & filio, a militibus interfectis. Zwinger. fol. 83. a. §. Maximinis. Dei gratia, Luc. 1, 44. 45. Chrysost. hom. 18. ad popul. Antiochen. Timens Deum radicem voluptatis lucratus est & habet Deum lætitiæ fontem. Non nummi in arca, Jer. 8. Psal. 4. Horat. lib. 1. serm. non gloria mundi, 1. Cor. 7. Præterit figura: non calamitates proximi, hoc enim gaudium punit Dominus, Obad. v. 10. seq.

§.7 *Modus ad hoc gaudium.*

1. Mœstitiæ nostræ coram Deo effusio per pias preces: sic Anna 1. Sam. 1. tristis primò, deinde gaudet. 2. Dei misericordiæ & bonitatis consideratio; hæc enim gaudium nobis conciliat. 3. Vanitatis mundi consideratio: omnia enim vanitas sunt, exceptô solô Deo & vitâ æternâ.

§.8 *Effecta:*

1. Omnia tristia læta facit, Bernh. epist. 114. ita ut vel in cruce gaudeamus, Jacob. 1, 2. & in tabernaculis exultemus, Ps. 118, 15. 2. Memoriam beneficiorum Dei refricat. 3. Ad cantandum nos impellit, Psal. 133, 1. 2. & 103. per integr. 4. Cor exilire facit, Ps. 45. 5. ad Deum tendere, sicut aqua igni imposita subsilit, ebullit, suæ quasi naturæ oblita; & spernere pavores, 1. Joh. 1, 4.

§.9 *Finis*

1. Dei gloria, quæ in gaudio nostro elucescit. 2. Mentis quies; gaudium enim in DEO mentes nostras tranquillat.

§.10 *Ubi gaudendum?*

Requiritur hæc lætitia *α* in cruce. Rom. 5, 3. gloriamur in cruce. Cum Speratus martyr interrogaretur a Saturnino proconsule, annon liberationem vel remissionem vellet? respondit: In certamine justo nulla est remissio, fac quod vis, nos enim pro Christo gaudentes morimur. Baron. 2. fol. 313. ad ann. CHRISTI

202. n. 5. 10. (β) In morte dura. Hieronymus Pragensis in mediis flammis hymnum Deo cecinit, teste Æneа Sylvio & Poggio Florentino, ut referunt Paralipomena rerum memorabilium, ad Abbatem Ursbergensem fol. 70. Sic Johann Hussus inter flammas & fragores ignis lætus hymnum cecinit Nauclerus Gen. 48. fol. 926. (γ) Ob conversionem hæretici, August. tom. 1. col. 139. b. (δ) *In tentatione*, Jacob. 1, 2, 3. S. Agatha ducta ad supplicium, dixit, sibi perinde esse, ac si ad nuptias & choreas duceretur. (ε) *In sacrificiis* nostris vide Deut. 26, 14. & glossam margin. in Bibliis vernacul. Luther. Et oratione, 1. Sam. 1. Phil. 1, 4. (ζ) In festivitatibus, Levit. 23, 4. Deut. 16, 11. Nehem. 8, 11. Esther. 9, 22. Zwing. Theat. fol. 987. (η) In exantlatis magnis operibus: absolutâ structurâ templi primi & secundi ingens gaudium fuit, vide Josephum lib. 15. c. 14. Antiq. (θ) In gaudio proximi nostri. Eo enim gaudente, & nos gaudere debemus, 1. Sam. 20, 13. Ruth. 4, 14. Luc. 1, 58. Sir. 25, 1. c. 7, 12. 28. Prov. 24, 17.

In morte ipsa Speratus Martyr Proconsuli dixit, jam vicinus morti: *Gaudentes pro Christo morimur*: cum ab illo interrogaretur, annon cuperet remissionem?

§. 11 *Exempla gaudii spiritualis.*

Esa. 61. Luc. 1, 47. Ps. 146, 2. Mariæ, Luc. 1. Actor. 5, 41. Confer Heb. 10, 34. Phil. 4, 10. gaudium ob cultum Deo præstitum, 2. Chron. 29, 36. c. 30, 25. 26. ob Ecclesiæ collectionem, Ps. 137, 6. Ejusdem orationem, Ps. 5, 12. 13.

Affectiones.

§. 12 Hoc gaudium (1) est perfectum (α) ratione internæ consolationis, per Spiritum S. Abba pater. Thren. 3, 25. 26. 27. Dominus pars mea. Hinc dicitur ששׂ Gaudium non cessans. At v. שמחה Interrumpitur: (β) Externæ liberationis ab hostibus: (γ) Mirabilis liberationis. Absolute tamen hoc gaudium perfectum non est, ex parte ipsius boni divini, de quo gaudemus, ipsum enim hoc bonum infinitum est; gaudium vero simpliciter infinitum esse non potest. Deinde in hac vita non est perfectum gaudium ex parte gaudentis, quia non est terminus desiderii in hac vita; Erit vero terminus in alterâ vita, pro mensura gloriæ, qua quis afficitur, Joh. 15. 11. Matth. 25, 21. 1. Joh. 1, 4. Sed nec cor nostrum capax est cœlestis gaudii; vas nimis angustum non capit mare illud gaudii cœlestis: Jam quoque in peregrinatione sumus, 2. Cor. 5. August. Gaudium inchoantium plenum erit in præmio resurgentium.

(2) *Mixtum* cum tristitia in hac vita: sic David gaudet Deo impense, alibi dolet de peccatis, Ps. 6. & 32. & 38. & 51. & 102. de sannis hostium, Ps. 42. de incolatu suo, Ps. 120. Itaque spe hoc gaudium temperatum est, Rom. 12. & pro diversitate objectorum, modo gaudemus in Deo, modo dolemus.

(3) *Solidum* in solo Deo. Augustin. tom. 8. col. 395. & 933. D. Bernh. Revera illud solum est solidum gaudium, quod non de creatura sed creatore concipitur, quod cum possederis, nemo tollet a te, cui comparata omnis aliunde jucunditas mœror est, omnis suavitas dolor est, omne dulce amarum est. Epistolâ 114.

(4) Diversum a gaudio mundi, August. tomo 10. col. 193. c.

(5) Imperfectum I. ob Deum, qui est bonum infinitum, quod capere non possumus.

II. Ob hominem, cujus cor impurum est, adeoque gaudii hujus non est capax.

III. Ob adjunctam tribulationem.

IV. Ob plenam demum in vitâ æternâ refocillationem.

Causæ Gaudium illud turbantes. §. 13

1. Deus, si faciem abscondat, auxilium differat, Psal. 13, 1. 2. & 30. & 88. 2. Satan, si tentet & affligat, Job. 3. 3. Fides, si tentetur & ventiletur, 1. Pet. 1. 4. Si hostis persequatur, Psal. 42. 5. Si mala plurima simul ingruant, Job. 3. Jerem. 20. 6. Si peccata accusent, Psalmo 38.

Gaudium mali hominis §. 14

In malo opere. Prov. 2, 14. lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Ut Sardone olim consuetudine receptum fuit, ut filii grandævos patres Saturno sacrificarent, & ne ejulatum audirent, risu auditum & mutuis complexibus fallerent: ut refert ex Zenodot. Quir. de Salazar in h. l. Prov. Sic mali animas suas Diabolo sacrificant, & ridendo atque heluando conscientiæ monita obtundunt & obstupescentia reddunt. G. Nazianz. in carm. de virtute humana:

Id facio semper, mea mens quod damnat & odit,
Oblectorque malis, mortemque in pectore fixam
Rideo Sardonico risu.

Ut herba Sardoa dicta apiastro similis homini mentem adimit, & ridendo mori facit, Dioscorid. lib. 6. Plin. lib. 25. sic malitia peccandi homini mentem tollit, & inter vanos mundi risus mortem infert.

Breve est malorum gaudium, Job. 20, 4. 15. Ambrosius lib. 1. epist. 6. Quid aliud sunt homines nullius ponderis, nullius disciplinæ, nisi ut videantur sicut cicadæ ad mortem nati diurnam, strepentes magis quam loquentes, qui sub ardore ferventium cupiditatum se mulceant cantu sibi noxio, statimque occidant, nullum fructum ferentes &c. Hæc Ambrosius de brevi gaudio impiorum. Hamanis gaudium breve fuit: Item Antiochi, 1. Macch. 6, 11. Illustretur simili a phreneticis.

Gaudium mundi impiorum, vide Lutherum in Postill. ecclesiastic. Domin. 2. post Epiphan.

Ejus *materia* est 1. honor. 2. divitiæ. 3. voluptas, 1. Joh. 2, 15.

Qualitas: 1. infelicissimum est, quia ultimo eoq; infelicissimo exitu clauditur, Sap. 5. Luc. 16. 2. Oblivionem inducens Dei, quem offendimus; & peccati, quod commisimus. Geminum damnum gemino animæ & corporis supplicio luendum. 3. Periculosissimum, Dan. 5. Luc. §. 15

Luc. 12,20. 1. Sam. 25, 38. 4 Inquietum: vide Chrysost. homil. 16. in c. 7. Actor. fol. 119. a. b. interpellat enim conscientia, numinis vindicta, omnia mundi gaudia. 5. Brevissimum: una hora omnem abolet mundi lætitiam. Illi omnes, Pharao, Belsazar, Nabal una horâ amiserunt mundi gaudium.

Gaudii extrema *luctus occupat*, Prov. 14, 13. sic terminatum est gaudium Nabalis, Belsazaris, epulonis, rustici divitis, heluonum, 1. Sam. 25,38. Dan. 5,30. Luc.16,22. c. 12,20. Jac. 5.v.5. Imò concepta gaudia Tragici casus impediunt & in nihilum redigunt. Plurima exempla congessit Meiger. lib. 7. c. 5. Nuclei.

Moderandum hoc gaudium Proverb. 14. vers. 13. pietate, ut CHRISTUM ad nostra gaudia vocemus; multi contrà CHRISTUM solùm ad exequias invitant. Bess. tom. 1. pag. 284.

§. 16 *Gaudium in malis proximi*

Interdictum est, Sir. 8, 8. c. 7, 12. Esa. 66. v. 5. 6. Punitum semper, Prov. 17, 5. Jud. 16,30. Jer. 50. v. 11. Psal. 35, 26. & 40,16. Ezech. 23,3.6.7. c. 25, 6. c. 36, 2. 3. seq. *A simili:* si herus videt servum ridentem, plagis cæso conservo, mox iram convertit in servum illusorem. A Christo prædictum Joh. 16, 20. Repugnat confessioni Christianæ. Exempla: Vide Zwing. fol. 104. Babylonii, Thren. 2, 15. c. 3, 14. 63. Edomitæ de captis Judæis, Ps. 137,7. Philistini de captâ arca, Jud. 16,25. Simei de exilio David, 2. Sam. 16,7. hostes Davidis, Ps. 70, 5. & 35, 21. Nero gaudet incendio Romæ. Mali castigatione piorum gaudent, & de divini auxilii absentia piis insultant, Sap. 2, 18. Ps. 42. Jerem. 12. Vultures cadaveribus delectantur, spretis hortis: Muscæ tumoribus & vulnerib. corporis inhiant. Fiat applicatio. Basiliscis comparat τοὺς ἐπιχαιρεκάκους Bernh.

Gaudium vero justis nascitur, è conspectâ Dei in impios vindictâ, Ps. 91,8. & 92, 12. & 112. vers. ult.

§. 17 *Gaudium Oeconomicum.*

1. In conjuge est licitum & moderatum, Proverb. 6,18. 1. Cor. 7,33. 1. Thess. 4,4. 2. In cibo & potu, Sir. 9, 15. Psal. 104,15.

§. 18 *Gaudium Christi.*

Joh. 15,12. Hæc locutus sum &c. 1. gaudium, quo de nobis gaudet: 2. gratia est, quam nobis præstat Christus: 3. gaudium de salute & prædestinatione nostra: 4. de vocatione: Ergo (ait Augustinus) inchoatur in fide renascentium, implebitur in præmio resurgentium.

GAZOPHYLACION.

§. 1 Locus non in interiore seu sacratiore templo, sed in ipso ingressu sub porticibus, continens pecuniam & Levitarum primitias cum decimis repositas. Castellionem, qui Fiscum fuerat interpretatus, rectè corripit Beza in notis majoribus, cum fisci vox neque ad rem, neq; ad locum quadret propriè. De hac voce v. Matth. 12. v. 41. 43. & 2 Reg. 12,9. 10. CHRISTI verò intrepida prædicatio hîc subinnuitur, quod in loco publico docuerit, frendentibus licet Scribis & Pharisæis. Sed non ineptè quidam existimant, Gazophylacia fuisse cubicula circum templum, ad reponendum vasa, vestes, donaria & alia sacra in usum sacerdotum, custodita à suis custodibus, ibidem commorantibus, vide Jerem. 35, 4.

GEHENNA.

§. 1 Dicitur à voce Hebræa גיא, quæ vallem significat, & voce הנם filii cujusdam viri, cujus tamen in Bibliis non fiat mentio, judice Marco Marin. in arca Noæ, hâc voce הנם: sed rectius alii dicunt, Jos. 15,18. Jerem. 19, 2. nomen viri indigitari. Imm. Tremell. in c. 5, 22. Matth. Syriac. vel derivari à rad. נהם rugiit, fremuit, ut ex Hebræis narrat Münster. in secund. Regum 23.

§. 2. Situs: nôn procul fuit ab urbe Jerusalem ad plagam meridionalem, quæ Siloë fontibus irrigabatur, juxta portam urbis fictilem, Jerem. 19, 2. Erat terminus tribus Judæ, Nehem. 11, 30. Jos. 15, 8.

§. 3 Usus: Cadavera, sordes & morticina ibi projiciebantur: Deinde locus supplicii damnatorum fuit. Pagnin. in Lexic. Accessit postea cultus idoli Moloch, in cujus gratiam liberos suos comburebant. Vide Luther. in c. 7. Jeremiæ v. 33, 34. Erat enim locus nemorosus & amœnus. Moloch verò sine dubio Saturnus, cujus hæc fuit figura: Ænea erat statua, magnitudine mirabilis, concava, habens caput vituli, & manus hominis extensas & paratas ad amplectendum, & ponebantur in igne pueri, qui per ignem traducebantur, ad brachia Moloch impellebantur, ut inter amplexus ejus cremati, gratum fierent sacrificium, Münster. in c. 23. lib. 4. Reg. & ne audiretur ejulatus clamantium, tympana pulsabantur, à quibus huic loco nomen Tophet inditum est, à תף quod est tympanum, Jer. 7, 24. 31. c. 19, 6. & 32. 4. Reg. 23,10. Esa. 30, 33. confer Euseb. lib. 4. c. 7. præp. Evangel. Tertull. in c. 9. Lact. Firm. lib. 1. c. 21. de falsa religione. Cyrill. Alex. lib. 4. contra Julian. Theodoret. lib. 7. advers. Græcos. August. lib. 7. de civit. DEI c. 9. & Scripturam, 2. Regum 16, 3. c. 17, 17. 31. c. 23, 10. 2. Chron. 28, 3. cap. 33, 6. Et prophani autores de eadem abominatione testantur, ut Plutarch. Diodorus Sicul. lib. 20. histor. Hunc locum Josias contaminarat & destruxerat; exinde pro loco horrendo & abominabili haberi cœpit, tandemque ad statum damnatorum significandum traductum est vocabulum, Matth. 5, 22. 29. 30. c. 10, 28. c. 18, 19. c. 23, 33. & alibi sæpè in N. T. Marc. 9, 43. seq. Luc. 12, 5. Jac. 3, 6. Hinc manifestò colligitur, hujus vocis significationem tempore Christi fuisse notissimam. Bernhardus sermon. de primis & noviss. sub fin. In Gehenna (ait) penitus nulla consolatio, sed perpetuum væ, ululatus, fletus & stridor dentium.

GEMITUS.

§. 1 Varius & multiplex est pro variis causis: in homine rationalis: in creaturis irrationalis, Rom. 8, 22. V. tit *Judicium extremum.*

Gemi-

Gemitus hominis est (1) *Devotionis & pietatis*, quos gemitus nobis Spiritus S. exprimit in precibus nostris, Rom.8,26. Inenarrabiles sunt hi gemitus, quos non nisi Spiritus S. intelligit, ob modum inexplicabilem, quem juxta in corde nascuntur: ob vim Spiritûs Sancti moventis inenarrabilem motum cordis: ob gloriam cœlestem, ad quam ultimatè in nostris precibus aspiramus, Coloss.3,1. & Matt. 6. vers. 13. ob nostram modestiam, quâ fit, ut Deo commendemus vias nostras, cum in hoc mundo inexplicabilibus malis obnoxii simus, modum liberationis inexplicabilis omnem soli Deo committimus. (2) *Pœnitentiæ, ob peccata admissa*, & Dei iram, à cujus conspectu meritò expavescimus, de quo Ps. 6,7. & 38. & 102, 6. Esa. 59,11. Ezech. 24,23. (3) *Scandalosæ vitæ*, sive communiter spectatæ, sic pii gemere dicuntur, Ezech. 9, 4. sive *singulariter*, ut cum ministri verbi gemunt ob vitia auditorum, Hebr. 13,17. Jerem. 44,3. Thren. 1, 8. vel, cum gemunt homines contra se invicem, Jac. 5. v. 9. quod oritur 1. ex impatientiâ. 2. ex molli animo. *Seneca*: omne invalidum naturâ est querulum. 3. ex ignorantiâ divinæ providentiæ, quæ res humanas pro arbitrio sapientiæ suæ disponit: quâ contenti esse debemus. 4. Aliquando ex vindicta, quæ *malum est*. Vide Tertullian. c.5. de patientiâ. (4) *Supplicii*, quando ob peccata DEUS homines punit, v.g. bello, Ezech. 21,7. Es. 24, 7. 16. c. 24,23. (5) Tyrannidis, cum fideles a tyrannis supprimuntur, Exod. 2 Job. 24,12. Psalm. 12, 6. Prov. 29,2. Esa. 59,11. Esther. 7, 4. Thren. 1, 4. 8. 11. & persecutionem patiuntur, Psal. 31, 11. (6) Tristitiæ temporalis ob admissa peccata, Prov. 6, 11. (7) Tristitiæ æternæ, sic damnati gemunt, Sap. 5, 2. 3. (8) Desiderii vitæ æternæ, Roman. 8,23. 26. 2. Cor. 9, 2. (9) Gemitus matris, Sir. 7, 29. c. 19, 11. (10) Viduarum, Sir. 35.

§. 2 *Dei officia erga gemitus piorum.*

1. Exaudire eos, Psal. 6. Psal. 102, 19. seq. Exod. 2, 24. c. 6, 5. Jud. 2, 18. Ps. 79, 11. 2. Noscere, Ps. 38. v. 10. Ps. 29, 11. 3. Finire & terminare, Esa. 21, 2. Consolari gementes, deficientibus hominibus, Thren. 1, 21.

§. 3 *Nostrum est*

1. Non ingemiscere invicem, Jac. 5, 9. 2. Non causare gemitus sive conjugis, Malach. 2. v. 13. sive proximi nostri, Ps. 12, 6. sive ministri verbi, Heb. 13, 17. sive viduarum, Sir. 35, 17. 18. 3. Non parvi facere gemitus piorum, quos Deus tanti facit, Psal. 12, 6.

GEMMA.

§. 1 Gemmæ lapides pretiosi, mirabiliter à Deo creati in visceribus terræ & maris, ut & animantibus, (quo respiciens Tertullian. libr. de habitu mulier. c. 6. ita scribit: Ajunt & de frontibus Draconum erui gemmas, sicut & in cerebris piscium lapidositas quædam est. Hoc quoque deerit Christianæ, ut de serpente cultior fiat? sic calcabit Diaboli caput, dum de capite ejus, cervicibus suis, vel ipsi capiti ornamenta struit?) monent nos:

I. De Dei (α) πολυποικίλῳ sapientia, quam etiam in his corporibus exseruit, & tam præstantem lucem in his & splendorem varium conclusit. (β) Bonitate, cujus plena est terra, Ps. 104. quam ostendit Deus in ipsa gemmarum generatione. (γ) Potentiâ, nam format gemmas in utero terræ, hominem in utero matris; quidni corpora nostra reformaret, & ad perfectionem reduceret olim? Philip. 3. vers. 21. (δ) Justitiâ. Esa. 3. v. 21. auferet gemmas &c.

§. 2 II. De hominum officiis. (1) In genere gemmis similes esse debemus 1. Luce & splendore bonorum operum in tenebris hujus mundi, sicut & gemmæ lucent, Philip. 2. v. 15. Matth. 5. vers. 16. 2. Duritie & fortitudine; ut gemmæ limâ non atteruntur: sic nec veri pii limâ calumniatorum atteruntur nec tribulationibus mollescunt, Ephes. 3, 13. Psal. 27. v. ult. 3. Conjunctione & familiaritate cum sole, quâ gaudent gemmæ: sic nos semper uniti simus soli justitiæ Christo Jesu, ut ab eo lucem & splendorem accipiamus, Joh. 1, 16. 4. Nativitate & generatione; generantur gemmæ inter dura saxa, suis quælibet matricibus inclusæ: sic viri pii spiritualiter gignuntur inter durissima saxa malorum hominum, inter quos vivere coguntur, Ps. 120, 7. in medio generationis pravæ, Philip. 2, 15. 5. Humilitate; noveris, in terra nasci gemmas, ne igitur his superbias, terra enim sunt & cum terra peribunt: spectes igitur cœlum, non terram neque gemmas, in cœlo sola gemma tua, thesaurus tuus Christus est, Matth. 6, 20. Philipp. 3, 20. Coloss. 3, 1. 2. (2) In specie monent gemmæ de officio summi sacerdotis in V. T. qui Christi typus fuit. De his vide commentatores in c. 25. & 28. Exodi, Cornel. à Lapide & L. Danæum tract. 11. physices Christ. cap. 38. seq. Cæsium in Minerolog. lib. 4. part. 2. c. 3. ibid. etiam agit de gemmis superstitiosis.

§. 3 **Loca**

Gemmarum, in quibus hæ reperiuntur. Vide Meiger. lib. 2. c. 19. Nuclei.

De gemmarum natura plura quoque congessit Joh. de S. Geminiano lib. 2. c. 31. summæ, de metallis & lapidibus.

GENEALOGIA.

§. 1 Est generationum narratio & computatio.

Multiplex est.

§. 2 I. Sanctorum hominum, id est, Patriarcharum, Genes. 5. Has conservari voluit Deus 1. ob Messiæ originem notandam, ut sciremus, ex qua tribu ortus esset, Hebr. 7. Apocal. 5. 2. Ob virorum piorum laudem, claris natalibus ortorum. 3. ob Dei benedictionem in familiis piorum. Psalm. 112. Semen justorum benedictum. 4. ob mirabilem ecclesiæ propagationem, ejusdem conservationem in familiis piorum. 5. ob terræ promissæ distributionem, juxta familias factam.

II. Chri-

II. Christi, quæ diversimodè consignata est ab Evangelistis: (α) ob regiam Christi originem: nam è regibus descendit. Confer Tertullian. lib. de carne Christi. (β) ob veræ humanitatis descriptionem, quæ elucet è serie majorum, è quibus Domini mater originem duxit. (γ) ob peccatorum consolationem; nam & peccatores & peccatrices Christus habuit in serie cognatorum & cognatarum suarum, Matth. 1. (δ) ob DEI veritatem, quam perspicuam fecit mittendo filium ex semine David, Rom. 1, 3.

III. Gentilium fabulosa, ut Hesiodi Theogonia: Bocatii genealogia Deorum: Natal. Comes in mythologia: Sueton. c. 7. in Tiberio: Senec. epist. 89.

IV. Hæretica: Valentinian. de his genealogiis. Vide Tertullian. cap. 3. libr. contr. Valentin. & Irenæum lib. 1. cap. 1. Rejecit tamen Christi genealogiam Faustus Manichæus, ut notat Augustinus lib. 23. c. 26. contra Faustum Manichæum.

Quæ à Paulo prohibitæ?

§. 3 1. Timoth. 1, 4. Tit. 3, 10. nempe Judaicæ, quas δευτερώσεις sive traditiones a Patribus acceptas nuncupabant, quales hodie sunt in Thalmud, & apud Cabbalistas. Vide Bedam in h. l. Pauli, Chrysostom. Ambros. Theophyl. Oecumenium.

Melchisedek sine genealogia, cur? vid. titul. *Christus* in Promt. Alleg.

Quæ stultæ?

Eorum certè, qui initia generis sui à Diis ausi sunt derivare. Vide Philipp. Camerar. part. 2. c. 9. Horar. subcisivar.

GENERATIO.

§. 1 Vocis varia est acceptio. Vid. Flac. in clav. & Westhamm. in Trop.

Hominis triplex. (1) naturalis a patre & matre, de qua Psalm. 51, 7. Job. 14, 1. (2) spiritualis in baptismo, nam in eo & per eum regignimur, Johann. 3, 5. (3) in pœnitentia quotidiè Psalm. 32. ad meliorem frugem effingimur, 2. Corinth. 4, 16. 17. Pulchrè de ea Bernhard. sermone ad fratres de monte DEI: Formatio (inquit) hominis est institutio moralis, vita ejus amor Dei, hunc fides concipit, spes parturit, charitas format & vivificat; amor enim Dei vel amor DEUS Spiritus S. amori hominis se infundens, afficit eum sibi, & amans semetipsum de homine Deus, secum unum efficit, & spiritum ejus & amorem ejus: amorem ergo Dei in homine ex gratia genitum lactat lectio, meditatio pascit, oratio confortat & illuminat. Hæc Bernhard. Vel alio modo: Pater est Deus: mater est ecclesia: matrix est cor: semen est verbum: fide concipit cor: charitate formatur & vivificatur homo, id est, vivus esse cognoscitur: Spes parturit: Proles est homo novus: (vide Oseæ 1, 10.) plenè enititur has proles in die extremo mater ecclesia: omnes creaturæ quasi comparturiunt, Rom. 8, 22.

Generatio ineffabilis filii Dei.

§. 2 Psalm. 2, 7. Filius meus es tu, ego hodiè genui te. Mich. 5, 2. egressus ejus à diebus seculi. Vide Anticrell. lib. 3. Arrianorum argumenta contra generationem filii Dei recenset Augustinus tom. 4. col. 772. 773. Autor quæstion. N. T. Confer Hilar. lib. 7. de Trinitat. Athenagor. orat. pro Christian. Itaque in humana generatione quinque præcipuè defectus numerantur. 1. Prioritas. Nam parentes priores sunt liberis. In divina hac generatione Pater & filius simul sunt, Proverb. 8, 22. 2. Mutabilitas & φθορά. In divinis non est mutabilitas, Mal. 3, 6. Jacob. 1. Sap. 7, 25. 26. 3. Substantiæ numero diversitas: In divinis v. Pater & Filius unam numero essentiam habent. 4. Separabilitas: In divinis Pater & Filius unum sunt, Joh. 10. &c. 5. Pater in filio, filius in patre. 5. Majoritas & minoritas. In divinis, patris & filii æqualis gloria, coæterna majestas.

Generatio prava sic dicitur,

§. 3 1. *Ob malitiam innatam*, Matth. 12, 39. capit. 16, 4. cap. 17, 17. Marc. 9, 19. Luc. 9, 41. capit. 11, 29. 2. Repugnantiam obstinatam. 3. Fœdus spirituale fractum, quod Deus super lege servanda pepigerat, sed eam jam pridem Judæi abjecerant; & ut adultera uxor se fingit amare virum, quem tamen odio prosequitur: sic Judæi videbantur Dei cultores esse, cum tamen ex animo eum non colerent. Chrysostom. homil. 44. in Matth. & Aut. oper. imperfecti hom. 32. in Matthæum. Confer. tit. *Judæi.*

Generatio piorum Vid. tit. Familia.

Generatio in senectute singularis erat Abrahamo: Exempla minus singularia recenset Textor col. 368. officin.

GENESARETH

§. 1 Notat. (Hortus principum) I. Regio finitima mari Galilææ, sive Tyberiadis in tribu Zabulon, versus occasum, terra amœna: Aliàs stagnum Genesareth, mare Tyberiadis ab oppido, ab Herode in decus & gloriam Tyberii extructo: *aqua* 1. Macch. 2. distans XI. miliaribus à Jerusalem, longum miliaria tria Germanica, latum unum miliare. Chaldæus vocat *Jam Ginesar*, mare testudinis a formâ. P. II. Ipse lacus latus 40. longus 100. stadia.

Vid. Buntingus in Itiner. fol. 30. Plinius libro 5. c. 15. Strab. lib. 16.

GENIUS.

§. 1 Vanas & superstitiosas de Geniis Gentilium opiniones recenset P. Camerarius part. 2. c. 14. oper. subcisiv. Vid. Tit. *Angelus.*

GENS & GENTILES.

Gentis vox sumitur 1. pro infideli. 1. Corint. 5, 1. ne quidem inter gentes nominatur, hoc est, infideles. 2. Pro omni infideli & quocunque Deum non timente, etiam intra externam Ecclesiæ societatem. 3. Pro certa familia. Genes. 20, 4. num gentem ignorantem & justam interficies? 4. Pro capite familiæ: sic gentes duæ sunt in utero, h. e. gentium binarum capita, Gen. 25, 23.

§. 2 *Synonyma.*

Dicuntur etiam gentes multitudo maris, Oseæ 2. Messis magna, Esa.9,3.4. ob copiam ecclesiæ gentilium, Esa. 60, 4. 5. Joh. 10, 16. Præputium seu homines præputium habentes, i. e. incircumcisi, Roman. 2, 26.27. cap. 3,30. 1. Corinth. 7, 18. & alibi sæpe. Alieni à republica Israël, Ephes. 2, 12. Filii advenæ, Esa. 56. 6.7. Extranei, Ephes. 2,12. Coloss. 1, 21. Lupi & bestiæ cicuratæ, Esa. 11, 6.7.8. Bestiæ sylvæ ex Psalm. 104. Augustin. tom. 8. colum. 1191.a. Insulæ, Esa. 42, 4. Psalm. 72, 10. & 79, 1. Esa. 60, 9. Arbores sylvarum, Psalm. 97, 12. imò oleastri, Roman. 11, 24. Non populus, Oseæ 2, 22. Vide plura Promt. Allegor. tit. de Vocat. Ecclesiæ.

§. 3 *Duplex gentilium status:*

I. *Ante vocationem*, qui ita se habet: in gentibus fuit

Cognitio aliqua DEI: potuerunt Deum videre per visibilia creata in mundo, ex Roman. 1,20. Augustin. tom. 10. columm. 1688. d. & colum. 1689. a. Anima agnoscitur ex motibus, ita Deus ex creaturis. Imperfecta tamen & manca hæc notitia fuit, & petulanti malitia plurimùm obscurata. Sicut extructa arce magnifica colligo, magnificum in ea Dominum habitare: sicè mundi opificio Dei majestas & sapientia cognoscitur.

§. 4 *Miseria Gentilismi*, 1. Corinth. 12, 3. (1) Ex jugulatione propriorum infantium; (vid. Chrysostom. libr. adv. gentes) hos enim mactabant in honorem Deastrorum suorum. (2) A principii Dei cognitionis incertitudine; carebant enim luce scripturæ, sine qua omnia sunt tenebræ. Joh. 1. Tenebræ non apprehenderunt. (3) A dubiis oraculorum responsis, hinc λοξίας Apollo. Vid. tit. *Oracula.* (4) A negata conscientiæ requie, Roman. 2, 25. in fide sola quies animæ est, Matth. 11, 20. non in fide ἁπλῶς, sed fidei objecto, nempe Christo, σχετικῶς. (5) A copia variarum superstitionum. Vid. Viret. de Idol. (6) A cœcitate hominum, ducebantur namque ad idola muta, 1. Corinth. 12, 3. instar brutorum rationis expertium. (7) A pluralitate vitiorum: DEI veritatem in mendacium commutarunt, Roman. 1, 25. Veritas Dei autem est cognitio Dei, quatenus hæc in creaturis ob oculos posita fuit clarissimè. Gloriam Dei mutarunt in imaginem creaturæ, Roman. 1, 23. non unius, sed & multarum. Veritatem in injustitia detinuerunt, Roman. 1, 18 Nec, ut Deum agnoscerent, curarunt, Rom. 1, 28. nec eundem glorificarunt, Rom. 1, 21. sed peccatis sese delectarunt, Roman. 1, 32. Dæmonem consuluerunt Britanni exsectis è corporum captivorum fibris. Tacit. lib. 14. c. 30. annal.

§. 5 Fuerunt & in illis omnis generis peccata, scilicet: (1) Fœdifragia & perjuria: his fuerunt insignes Thraces. Vide Erasm. Chil. 1. Cent. 10. num. 28. Chil. 2. Centur. 6. num. 89. (2) Inhospitalitas: Pontus Euxinus ἄξενος dictus est, ob summam sævitiam eorum, qui illius regiones circumjacentes incolebant. Strabo lib. 2. & 7. Plin. lib. 6. cap. 1. (3) Stupenda contra naturam facta: Persæ sorores, matres, filias uxores ducebant: Mortuos Caspii canibus devorandos projiciebant: Lacedæmones furta laudabant: Scythæ filios suos immolabant: Massagethæ cognatos senes comedebant: Cananæi horrenda olim itidem patrabant. Vid. Levit. 18. Deuteronom. 10. cap. 16. Spectant huc leges insulæ Platonis. Vid. *Lex.* Sacrificia ex hominibus, Athanas. orat. 1. contra Arianos, fol. 20. (4) Promiscuæ libidines, quibus instar pecudum utebantur; ut Scythæ Nomades. Strabo libr. 7. Scythæ Galactophagi, Hyrcani, Plutarch. lib. de fortuna. Alexandri: Ichtyophagi, Diod. Sicul. libr. 4. Bibliothec. Massagethæ, Laërt. in Pyrrhone. 5. Latrocinia: Thraces ea exercebant, Livius lib. 38. c. 46. Herodot. lib. 6. Hispani, Plutarch. in Mario, & Dalmatæ. Germani, Tacit. lib. de moribus Germanorum. Græci, Thucydid. lib. 1. Idololatriæ dediti. De Germanis vid. suo loco. Romani imperii sui patronos habuerunt Junonem & Minervam. Tacit. libr. 4. c. 53.

§. 6 *Pluralitas Deorum.* Cur & unde tam multos Deos fecerint? 1. Causa est honor præstantium eximiorumque virorum, quos primò Heroas vocitarunt, deinde Deos, fatente Cicerone l. 2. de Natura Deor. & lib. 1. Tuscul. quæst. Lactant. lib. 1. Instit. 2. Causa, nimia admiratio utilitatis, quam perceperant à quibusdam: hinc Persæ & primi gentilium solem, lunam adorarunt: Ægyptii allia, canes, feles. 3. Diabolorum conciliatio & placatio, ne ab illis vexarentur: hinc Erynnis, Saturnus, febris & alii aliaque culta sunt. 4. Prætextus religionis & sanctimoniæ, sub cujus specie viri sapientes sibi Deos tutelares commenti sunt. Vide Aug. lib. 4. c. 27. de civ. Dei Accedit 5. Poëtarum libido fingendi, & vana quævis populo persuadendi: imò eos Deos constituendi impudentia, & præposterus ardor. Esa. 57, 5. qui facinorum horrendorum patratores extitere. Rectius Antisthenes Diogenis præceptor statuit, Venerem, si in vivis esset, lapidibus telisq; adobruendam esse, quòd sub titulo Deæ honestissimas Matronas corrumperet. Vide plurib. Justin. Apol. pro Christian. Arnob. adv. Gentes Theod. de curand. Græcor. affection.

§. 7 *Conversatio* Gentilis & in Ethnicismo qualis fuerit, Rom. 1, 20.21. seq. describitur: it. Eph. 2, 1.2.3. nempe mortuos fuisse in peccatis, inque his ambulasse ductos à Spiritu Satana, c. 4, 17. 18. 19. Ambulare in vanitate mentis, Roman. 1. hoc explicatur Actor. 14, 16. 17. Deus gentes ingredi viis suis permisit; viæ verò illæ erroneæ, periculosissimæ, turpissimæ.

§. 8 *Similitudo.* Fuerunt ante vocationem canes (1) ob immunditiem. (2) ob negatam participationem in gradu excelso doctrinæ. Vid. Aug. tom. 8. col. 591. D. (3) ob esuriem spiritualem. Fuerunt desertum, Aug. tom. 10. col. 1209. d. incultum sine bonis operibus: desertæ erant gentes quon-

quondam, Aug. tom.8 col. 589. d. erant enim instar terræ incultæ, sterilis & desertæ. Gentes extra ecclesiam. Actor. 14,27. Gentibus aperuit Deus ostium fidei: erant ergo extra ovile Christi: sed vocatæ gentes ad fidem, eique obtemperantes ingressi sunt Domini ovile. Gentiles (1.Cor.12,2.) miseri, qui Apim pro Deo coluerunt, quem Cambyses vulneravit ense & dixit: ô capita nequam! hujusmodi Dei existunt carne & sanguine prædití, ferrum sentientes? Herodot. de Cambyse. Baron. fol. 79. t.2. anno 123.

§.9 *A Diabolo vexatæ victimis.* Diabolus ab iis petiit humanis victimis placari; vid. Zvving. 20. a. corde a. titul. Sacrificium, infrà; & titul. Gehenna, suprà. Sacris Bellonæ mactato infante, ejusque epoto sanguine imbuebantur & initiabantur, vide Sanctium numer. 25. in capit. 15. Actorum, Erichteus Atheniensium rex bellum Eumolpho illaturus, atque immolaturus, victor futurus dicebatur ab Oraculo, si filium Diis immolaret. Plutarch. in parallelis.

§.10 *Excœcatæ à Diabolo* Gentes, 1.Cor.12, 2. hoc damnant in Christianis, quod amant in Diis, stupra, homicidia, &c. Justin. in Apol. (Baron. t.2.fol.158.n.20. ex eo) En quid non efficiat libido calumniandi?

§.11 *Vexatæ superbiâ & vanitate mentis.* Gentes vanæ factæ, Rom.1,21. Sic Commodus imperator habitum principis deposuit, & exuvias & clavam Herculis gestavit, & dici Deus Hercules voluit. Lamprid. in Commodo. Dio Cass. Baron. tom. 2.p.192.

§.12 *Vexatæ falso cultu*, 1.Cor.12, 2. Gentiles Faustinam nobile prostibulum pro Dea colebant, ei sacrificabant. Homines sceleratos, instar Deorum, coluerunt: Lupam, Faulam Herculis scortum, Lactant. lib. 1. c. 20. instit. divinar. Hinc Floram insigne scortum; hinc Floralia, Bacchanalia, Lupercalia. Vide Livium libro 1. August. lib. 18.c.13. de Civit.Dei. Valer. Maxim. lib.1.c. 3. Athenienses Leænam meretricem quandam, imò contumeliam & impudentiam pro Deabus coluerunt. Vide Erasm. Chiliad. 3. Centur.1.numer. 63. Risui & timori templa struxere Lacedæmonii, Plutarch. in Cleomene. Corinthii in fano Veneris plus quam mille scorta aluerunt. Strabo libro octavo Geograph. Thebani arietes, ceu sacrosanctos, non mactabant, Herodot. libro secundo. Syri pisces, Cicer. libr. 3. de nat. Deorum. Ægyptii feles, Ichneumones, lupos, crocodilos, Diodor. Sicul. libr. 1. Plutarch. de Iside & Osiride. Juvenal. Satyr. 10. Lithuani olim serpentibus divinitatem adscribebant, illis gallinas immolabant, Cromer. lib. 15. Guagninus in descript. Lithuaniæ.

§.13 *Stultæ* Rom.1, 21. dicuntur 1. ob ignorantiam. 2. ob idola stulta. 3. ob stultum exitum idololatrias.

Salus illis adscribenda non est: siquidem extra Christum & sine Deo fuerunt, Ephes. 2. (contra Hulderic. Zvvingl. tomo 2. folio 559. in confessione, quam præfatione ornavit Henricus Bullingerus) & in gratiam Christi non crediderunt; Ergo damnati, Marc.16, 16. Johann. 3, 36. Vide Augustin. lib. 4. capit. 3. contra Julian. tomo 7. oper. & lib. 3. capit. 5. ad Bonifac. Bernhardus sermon. 22. super Canticor.

Inexcusabiles fuerunt, Rom. 1. nam 1. metus gentes non potuit excusare, Deus enim ad sui cognitionem invitavit illos, Gen. 14, 7. 2. Non vis: omnes enim creaturæ illis præ oculis fuerunt, ex quibus discere potuissent DEUM. 3. Non inscitia: erat enim illis lux accensa in creaturis, quâ spretâ ambularunt in tenebris, Johann. 1. 4. Malitiosa obscuratio numinis divini in cordibus suis; Hoc nomine Chrysostomus & Eusebius damnant Platonem, Senecam, Socratem.

§.14 *II. In & post vocationem*: Hæc verò fuit adumbrata

(*a*) *In Veteri Testamento*, per omnia animalia in arca. Augustinus tomo 9. column. 86. a. column. 87. a. sic in ecclesiæ arca quoque sunt gentiles. Vid. suprà titul. *Ecclesia.* Fuerunt animalia immunda in arca Noæ. Augustinus tomo 8. col. 1191. b. & ibid. col. 1089. c. monstrata Petro in vase linteo, ibidem d. Disci vel vasis lintei quatuor partes significabant quatuor orbis partes, è quibus immundæ gentes adscitæ sunt, Act. 10, 11. Fuerunt verò animalia 1. non findentes ungulas, id est non rectè ambulantes. 2. non ruminantes, i. e. verbum Dei non meditantes. Aug. tomo 10. col.540. d. Gentes, animalia immunda occidenda, vita præterita mundanda. Tom.10. col 541. a. sic Gentiles per Spiritum Sanctum mortificati sunt peccato.

Isaac accepit Rebeccam in tabernaculum matris, Genes.24. ultim. Augustinus tom 10. columm. 753. d. Sic Christus cœlestis Isaac gentilitatem in tabernaculum ecclesiæ suæ recepit, & eandem sibi in fide desponsavit, Oseæ 2, 19. Ephes. 5,25.

§.15 Gentes occisæ (ut hœdi à Jacobo patri Isaaco in epulum parati) Augustinus allegoricè tom. 10. colum. 1496. a. ex Actorum 10. macta, manduca: sic gentes occisæ sunt gladio verbi & mactatæ, & DEO factæ in odorem bonum per fidem in Christum Jesum, 2. Corinth. 2, 15.

Monstrata eorum vocatio in typo τȣ̃ Isaschar, Genes. 49,14. τȣ̃ Josephi, ducentis uxorem virginem Ethnici sacerdotis, Genes. 41. vers. 45. τῆς Thamar, Genes. 38. quarum salutem in V. T. Deus cupivit, Num. 31,35. Ergo non omnino rejectæ: patet hoc ex conjugio Ethnico licito, Deut. 21,11. seq.

Significata in rejectione Josephi ex patria in Ægyptum domo, August. tomo 8. col. 619. B. Sic è domo mundi gentiles vocati ad filii Dei communionem, Coloss.1,21. & divinæ naturæ participes facti sunt, 2.Petr.1,3. In vellere Gideonis, Jud. 6. Vide ibi *Rupertum.*

Genes. 13,10. Abraham ædificavit altare in querceto Mamre: alleg. ad Deum patrem, qui altare ad revelationem Evangelii in Filio ædificavit,

ficavit, ut ad hunc gentes currerent: nam quercetum Mamre gentes sunt, in querceto denso errorum viventes, & sunt vocatæ ad spirituale convivium cum Abraham, ubi panis justitia, potus sapientia. Augustinus tomo 10. colum. 20. c.

Exod. 15, 24. Aquæ in Mara, Gentes convertendæ per Evangelii prædicationem: Aqua in Mara per ligni interjectionem dulcis redditur, sic gentes per prædicationem crucis dulces fiunt. Aug. tom. 10. col. 815. b.

§.16 Illustratæ gentes. Hoc significatum per directionem lampadis ad mensam auream versus septentrionem, Num. 8, 3. seq. Gentes ferè ad septentrionem habitant, ad has lampada divini verbi aliquando extendendam esse sine dubio Spiritus S. indicare voluit.

Conversæ sunt gladio Goliathi infernalis olim proprii; at jam incidentes guttur Diaboli, Aug. tom. 8 col. 1654. a. 1655. a.

Sunt illi vicini, à quibus vascula petebat vidua illa, oleum exceptura, 2. Reg. 4. v. 3. August. tom. 10. col. 1048. a. b.

Elisa Propheta injecto ligno ferrum eduxit, 2. Reg. 6, 6. Ita Christus gentes crucis suæ ligno produxit è profundo damnationis. Aug. tom. 10. col. 415. c.

§.17 Sanctificatæ. Significatum per sanctificationem aræ, 1. Reg. 8, 64. Cum altare æneum non caperet victimas: ita Judæi parvum altare fuerunt; Salomo igitur Christus elegit sibi sanctificavitque aram gentilitatis.

Sacrificatæ. Significatum in Arasna, in cujus area oblatum sacrificium, 2. Sam. 24, 25. sic in gentilium cordibus sacrificia Deo oblata sunt, Rom. 15. v. 16.

Vocatæ. Allegoricè adumbratum in montibus, Psalm. 68, 9. Vid. Aug. tom. 8. col. 607. b. desertum est gentilitas c. d. hæc stillavit, quando Evangelii pluviam recepit; imò sicut cera à facie Dei fluxerunt hi montes. Augustin. tomo 8. col. 1085. b.

Significatum, Psalm. 107. v. 1. 4. 5. 6. 23. Sic gentes (1) à Deo liberatæ sunt, Luc. 1, 70. (2) è terris omnibus collectæ; verè enim gentiles ex omnibus terris ad Evangelii societatem confluxerunt, nam per diversitatem linguarum multarum gentes in unitatem fidei Eph. 4, 4. congregavit Spiritus S. Ephes. 2. (3) Oberrantes in deserto hujus mundi. (4) Sedentes in tenebris mortis & inscitiæ, Ephes. 4, 24. Johan. 1. lux in tenebris lucet, Augustin. tom. 8. col. 1251. c.

§.18 Maximis promissis ditatæ. Hujus rei typus Jerobeam, cui DEUS evecto ad regiam dignitatem ex statu servili magna promissa dedit, 1. Reg. 11, 30. seq. Hinc D. Augustinus ait: Gentibus obvenit misericordia, Judæis veritas, Psal. 85. tom. 8. col. 934. a. b. Verè misericordia illis obvenit, quod in cœlum introductæ sint; significatæ in populo Judæorum postero, in deserto nato & in terram promissionis introducto. August. tom. 10. col. 816. a.

Similia & alleg. aliæ. Vocatio gentium significata in Naëman. Aug. tom. 10. col. 1052. b. Gentes sunt pulli corvorum, invocantes Deum, Judæi erant ipsi liberi. Aug. tom. 8. col. 1704. b. ex Ps. 147, 9. Filius mortuus Sareptanæ mulieris, Aug. tom. 10. col. 1037. c. sed Christus nos miseros vivificavit, 1. Reg. 17. Filii Tyri, Ps. 45, 13. Aug. tom. 8. col. 414. d. sub fin. dona spiritualia afferentes. Hiramo similes, qui ligna misit Salomoni, 1. Reg. 5. Achior, Judith 14, 16. Bestiis sylvæ, August. tom. 8. col. 1191. a. ex Ps. 104, 11. audiverunt enim de Christo in Ephrata, Ps. 132, 6. Aug. tom. 8. col. 1527. c. de arca. Aquis, quæ viderunt DEUM & tremuerunt, August. tom. 8. col. 1302. d. ex Ps. 114, 3. Lapidi illi Dan. 2. qui implevit totum mundum, Augustin. tom. 9. col. 87. b. c. Bovi & asino, agnoscenti præsepe Domini sui, Aug. tom. 10. col. 589. b. Esa. 1, 3.

§.19 (β) *In Novo Testamento* Gentium vocatio significata: Christus in Ægyptum fugiens, Matth. 2, 13. Aug. tom. 10. col. 1185. d. significare voluit, se ex Ægypto gentilium Ecclesiam quoque vocaturum esse. Erant lapides excitandi Abrahamo pro filiis, Matt. 3, 9. Aug. tom. 9. col. 87. d. 88. a. & tom. 8. col. 432. b. c. & col. 1528. b. Lapides clamaturi, Luc. 19, 40. August. tom. 10. col. 618. d. 619. a. Gentilium vocatio significata in Hæmorrhousa, Matth. 9, 20. Aug. tom. 9. col. 255. c. & tom. 10. col. 748. d. 749. d. Gentes significatæ per asinum, in quo nemo sedet, Matt. 21, 7. August. tom. 8. col. 1485. b. sic gentes non habuerunt prophetas. Per pullum illum Matt. 21, 7. August. tom. 9. col. 373. c. per alienigenam, qui gratias agebat, August. tom. 10. col. 298. d. per claudos & pauperes congregandos, Luc. 14, 21. per oleastrum, Aug. tom. 8. col. 787. c. & tom. 10. col. 750. b. ex Rom. 11, 17. per sterilem & amarum, August. tom. 8. col. 1728. c. Sunt verum Abrahami semen, ex Johann. 1. Roman. 9, 6. Psalm. 69, 37. Augustin. tom. 8. col. 741. b. Linguæ divisæ diversas gentes per prædicationem convertendas, Actor. 2, 4. Augustin. tom. 9. col. 53. b. Vocatæ acceperunt Christi episcopatum, quem Judas & Judæi spreverunt, Actorum 1, 20. Augustin. tom. 8. colum. 1266. c. Gentes vocandæ, Matth. 8, 10. non in Israël tantum fidei reperi, August. tom. 9. col. 845. Sic Joh. 9, 1. cœcus ille à Christo sanatus figurat gentilitatem à Christo restitutam. Vide plurimos Patres sic exponentes apud Maldonat. in h. l.

Conjunctio Judæorum & Gentilium. §.20

Judæi & Gentiles significati in duobus illis uvam portantibus, Num. 13, 24. Aug. tom. 10. col. 812. b. Per impletionem duarum navium, Luc. 5, 7. Augustin. tom. 9. colum. 526. in cap. 21. Johann. Gentes & Judæi conjuncti in uno lapide angulari, August. tom. 10. col. 1495. c. Eph. 2. v. ult. Sunt duo illi cœci, Aug. tom. 10. col. 80. c. Matth. 20, 30.

Commotio. §.21

Facta est 1. per prædicationem Evangelii, eâ namque mundus commotus est, Hag. 2. vers. 7.

2. Per concursum & congregationem.

Causa;

Causæ.

§.22 Efficiens principalis, Rom. 9,24. 1. Cor. 1,9. 2. Tim. 1,9. 1. Pet. 2,9. 10. Johann. 10, 16. c. 11, 52. Interna impellens, DEI misericordia, Rom. 9, 23. Externa, Gentilium miseria & Judæorum obstinatio, Act. 13, 45. c. 28, 28. Rom. 11, 11. 30. Meritoria Christus, Rom. 1, 5. 1. Pet. 2, 9. Finis (1) patefactio gloriæ DEI: DEI quoque gloria sumus, Jer. 16, 21. Rom. 15. v. 9. 1. Pet. 2. v. 9. (2) Misericordia DEI. (3) Amplificatio regni Messiæ, Oseæ 2. v. ult.

§.23 *Libri gentilium. V. liber.*

Quomodo legendi, vide Erasmum p. 22. 23. Instruct. militis Christiani; & Basil. M. de legendis Ethnicorum libris tom. 1. homil. 24. fol. 138.

In his multa continentur, sacris literis affinia. V. Theodoret. de curand. Græc. affectionibus. Augustin. Eugubin. de perenni Philosophia. Brusch. in Chronol. Sacra. Camer. part. 1. c. 97. hor. subcisiv.

§.24 *Amor Gentilium*

Erga Deastros suos tantus fuit, ut seipsos etiam vulneraverint in gratiam eorum; v. gr. Ægyptii Dæmoni maximo vaccam immolare solebant, eo sacrificio ardente seipsos vulnerabant. Cybeles sacerdotes in suæ Deæ honorem seipsos castrabant, & acutissimis cultris sese sauciabant. Lacedæmonii maximam solennitatem colebant, quam Diamastygosin vocabant, h. e. flagellationem. Tertullian.

Dii gentium, vid. tit. *Idola.*

§.25 *Vita Ethnica fugienda.*

Vivunt Ethnicè, qui Ethnicorum vitia imitantur, Romanor. 1. Ephes. 2. 1. Thessal. 4. Id fit vel in doctrinæ quoque & praxeos imitatione, adorando imagines, eas consulendo, patronos eligendo, miracula ad imagines facta observando. Vide demonstrat. D. Hunnii de cultu Ethnic. Rom. Ecclesiæ.

Recordari sæpe debemus, quod Ethnici fuerimus, 1. Cor. 12, 1. Eph. 2. ut agnoscamus beneficium DEI nos vocantis, Psalm. 117, 1. 2. laudemus bonitatem DEI, 1. Pet. 2. humiliemus nos sub DEO nos vocante, 1. Pet. 5. oremus, ut in gratia sua nos sustentet Dominus, ne illud de nobis dici queat: multi sunt vocati, pauci verò electi. Irrigati sumus instar horti flumine variorum donorum, 1. Cor 12, 1. seq. promanantium è fonte JESU Christo, ut Paradisus olim, Gen. 2. Salus verò vitæ æternæ Ethnicis adscribi non potest, contr. Zvvinglium & hujus patronos. Videantur nostri in A. Confessionem, Dieteric. in V. Sap. f. 467.

GENUFLEXIO.

§.1 1. *Interna* est & mentis, DEO debitum cultum exhibentis, estque nihil aliud, quàm cultus mentis internus, qui constat (α) ardore spirituali mentis, (β) humilitate & subjectione, (γ) reverentia ac timore filiali erga DEUM. 2. *Externa* est ipse gestus genuflexionis. Olim erat eorum, qui ex summa tristitia orabant, Tertullianus de corona milit. cap. 3.

§.2 *Ritus*: Die Dominico Christiani olim genua non flectebant in signum resurrectionis Christi: sic in festo Pentecostes stantes Deum laudabant, ut notat Hieronym. adv. Lucifer. Tertullian. de corona milit. cap. 3. Augustin. Epistol. 119. cap. 15. & 17. Synod. Nicæna c. 20. Ambros. homil. 61. B. Justinian. in Ephes. 3. folio 156. a.

Ritus iste, ut ad nomen JESU genu flectatur vel caput aperiatur, pius est, non superstitiosus. Favent nostris partibus primipili quidam ex Calvinianis Theologis: Zanchius in capit. 2. ad Philipp. Hæc est catastrophe hujus nominis JESU, quod cùm antea ab omnibus ferè Judæis blasphemaretur, post mortem, patefacta ejus Deitate, ab omnibus adoratur, ita ut ad solam mentionem nominis JESU omnes ei genua flectant. Atque hinc non dubito, quin profecta sit illa antiquissima consuetudo in Ecclesiis, ut cum nominatur JESUS, omnes aperiant caput, in testimonium reverentiæ & adorationis. Et confirmata fuit contra Arianos & alios hæreticos, qui dicebant, hunc JESUM nudum esse hominem. Consuetudo fuit non improbanda, sed postea versa est in superstitionem, ut multa piè & sanctè instituta.

Musculus in explic. 3. præcept. in L. Comm. In usurpatione nominis divini declaratur, quàm sanctè & reverenter de DEO sentiamus. Reperias, qui ad mentionem regis sui caput aperiant, quò declarent, quam reverenter de rege suo sentiant. Et inter Christianos quàm plurimos nec Dei Patris, nec filii illius JESU Christi, Domini & Salvatoris nostri, nec Spiritus Sancti mentionem cum aliquo honoris & reverentiæ signo facere, vel ab aliis factam audire velis. STUPIDITAS ISTA plane judicium habet animi leviter de DEO sentientis, quicquid tandem ore proferatur. Hæc Muscul. Idem docent Heidelbergenses im Auff. Bericht capit. 10. pag. 466. D. Schönfelden im Spiegel der Offenb. calumn. B. 4. vocat externam disciplinam hunc ritum. Johann von Münster in Apolog. contra M. Wolffgang. Helvicum pag. 76.

§.3 *Tenere genua* est signum reverentiæ, sicut & tangere pedes, 2. Reg. 4, 27. Matth. 11, 9. Confer Plinium libr. 11. capit. 45. Pierium Hieroglyph. 35.

Incerare genua, hoc est, in cera scribere vota, eaque genubus Deorum appendere, Juven. Satyr. 10.

Propter quæ fas est genua incerare Deorum.

§.4 *Genua debilia* Esa. 53, 3. h. e. offendentia, tribulantia pavore & expectatione, Hebr. 12, 12. vocantur παραλελυμένα soluta, sumta Metaphora ab athletis & pugilibus, quorum genua unguentis confortabantur. Chrysostom. & Theophyl. in h. l. ad Hebr. Confer Nahum. 2, 10. Revocatis ad cor Spiritibus, in genua labi solent homines, Aristot. in Problematibus.

GEOMETRIA. *V. Terra.*

Plato dixit, DEUM ἀεὶ γεωμετρεῖν. Juſſit etiam foribus Scholæ ſuæ inſcribi: Nemo rudis Geometriæ ingrediatur. Idem dixit: Geometriam & Arithmeticam duas alas eſſe, quibus in Cœlum patriam noſtram invehamur. Philo nominat illam ἀκρόπολιν diſciplinarum.

Galenus quoque faſſus eſt, ſe per Geometriam ab incerta Pyrrhonicorum Philoſophia deterritum fuiſſe.

GERGASENI. *V. Gadareni.*

GERMANI.

§.1 Alemanni aliàs dicti, ab Aſcenetz orti, Geneſ. 10. verſ. 3. Vide Cunon. Flinsbach. de migrationibus omnium populorum. Putant, Tuiſcones (ita etiam fuere nominati Germani) in Aſia vixiſſe juxta Medos, Jerem. 51. v. 27. poſt in Europam tranſiiſſe. Torniell. ad annum mundi 1931. Numer. 21. Germani, Getæ & Daci ex Aſia in Europam per Tanaim, ſecundum Mæotida paludem venerunt: unde paulatim mutatis ſedibus in Germaniam profecti ſunt, ait Etymol. Cymbrica. Sed de Germanorum nominibus fusè, juxtimque doctè Fugger. in Etymolog. Latino-Græc.

§.2 *Divinatores.* Cymbri ex profuſo hoſtium ſanguine divinabant. Althamm. p. 179. Comm. in Tacit. Item ex ſciſſo hoſtiarum ventre ſuis victoriam pollicitæ ſunt mulieres. Cattæ, mulieri fatidicæ, Imperator Vitellius obtemperavit. Velleja virgo fatidica fuit apud Bructeros, Tacit. lib. 30. hiſt.

§.3 *Idololatræ.* Adorarunt Martem præprimum Deorum, ei gratias egerunt, Tacit. libro 4. cap. 64. Mercurium, Tacit. libro 9. de moribus Germanor. Noluerunt tamen DEUM effigie exprimere ob magnitudinem, Tacit. Lucos coluerunt, Althamm. pag. 178. Comm. in Tacitum. Herculem & Martem conciſis animalibus placarunt. Pars Suevorum Iſidem coluit. Aliàs Solem, Vulcanum, Lunam, Caſtorem, Pollucem; Mercurio quoque humano ſanguine litatum. Lucanus lib. 1. Latius hoc perſequitur Althammerus pag. 185. ſeq. Comm. in Tacit. de moribus Germanorum.

§.4 *Fortes & bellicoſi.* Vid. Tacit. de moribus Germanor. cum eruditiſſimo Comm. Andreæ Althammeri, Brentii Auguſtæ 1580. pag. 217. Ferarum & animalium ſigna exercitui prætulerunt. Cum viris mulieres in bellum profectæ ſunt. Fœminam ingentis animi munia Ducis induiſſe, militibus, ut quis inops & ſaucius, fomenta & veſtes dilargitam eſſe, ſcribit Cornel. Tacit. lib. 1. Annal.

§.5 *Superſtitioſi*, nam ante novilunium cum hoſte non confligunt, p. 203. apud Tacit.

Libertatis amantes. Mulieres ſociæ in bellis flentes orabant viros, ne ſe Romanis in ſervitutem traderent. Cæſar lib. 1. comment. de bello Gallic. Deficientibus telis ſuos infantes militibus in ora miſerunt hoſticis. L. Florus lib 4. c. 12. imò de curribus pugnarunt cædem, lanceis contisque confodientes adverſum militem. Flor. lib. 3. c. 3.

Imaginibus carentes. Tacitus p. 291.

GERMEN. *V. Herba.*

GETHSEMANE.

Vallis ad radicem montis oliveti, Matth. 26. Marc. 14. Exponitur vallis pinguedinis ſive olei, ſive torcular olei, Euſeb. de locis Hebraic. Hanc Dominus ingreſſus eſt, ut oraret, ſudaret ſanguineum ſudorem, delictum primi hominis in horto Gen. 3. expiaret.

GIBELLINI. *V. Lis & Litigia.*

GIBEON. *V. Gabaon.*

GIDEON.

§.1 Dux & Judex populi Iſraëlitici è ruſtico (ſicut ex paſtore rex David, Pſal. 77. v. ult.) dictus etiam Jerubaal. Humilis, nam regium nomen detrectat.

Non peccavit Ephod faciendo: erat enim ſolùm monumentum victoriæ, non ideò factum, ut conſulerent illud Iſraëlitæ, ſed conſecratum DEO gratitudinis ergò, ut olim gladius Goliathi, 1. Sam. 21. Sicut & Græci aliique ſua habebant donaria; ſua verò culpa in eo ſcortati ſunt Iſraëlitæ. Deinde triplex fuit Ephod: unum principale, quod fuit ſuper humerale, Exod. 28. duo minus principalia, quæ erant lineæ tunicæ, quarum unâ etiam David indutus fuit.

GIGAS.

§.1 *Nomina varia*: Rephaim, i. e. robuſti, ſani vel medici; alii remiſſos ac debiles interpretantur, à quorum conſpectu alii debilitentur; vel à Rapha inſigni aliquo, 1. Paralip. 20, 4. 2. Reg. 21. verſ. 6. Ab Enac Enacim, Deuter. 1. verſ. 28. Emim terribiles, Deuter. 2. verſ. 10. Pſal. 19. verſ. 7. Hebræum eſt גבור notans robuſtum ob divinum robur. Dicuntur etiam Nephilim, quod cadant homines ab eorum conſpectu. Zamzummim, Deuter. 2, 10. quod ſceleratiſſimi fuerint, deleti ab Ammonitis, ibidem verſ. 21. Zuzæi, Gen. 14. 15. iidem cum Zamzummæis.

Genus ſpurium: nam prognatos fuiſſe ex impudico concubitu, tradit R. Salomo in 1. Reg. 17, 4. ut ſpurii nomen Goliatho ſit inditum. Dæmones non fuerunt, vid. Perer. in Geneſ. 6. contra Franc. Georgium t. 1. problem.

§.2 *An ſint?* Verè fuiſſe vaſti corporis homines ejusmodi, negant multi Veterum: Philo de Gigantibus: Auguſtinus lib. 15. c. 23. de Civit. DEI. Ambroſius, Caſſianus, Theodoretus diſputant.

Duratio. Etiam in N. T. fuerunt. Niceph. lib. 12. c. 37. hiſtor. Plinius lib. 7. 16. Aventinus lib. 4. Annalium Bojorum meminit Antheri, proceræ magnitudinis gigantis.

Chriſtus gigas 1. Geminæ ſubſtantiæ: eſt enim DEUS & homo, 1. Timoth. 3. verſ. 16. 2. Plenus lætitiæ ad decurrendum viam ſuam, Pſalm. 19. verſ. 7. 3. Diviniſſimæ omnipotentiæ, propterea dicitur אל גבור DEUS

fortis Esa. 9.vers. 6. victoriosissimæ armaturæ, Psal.45,4.

Figura hæreticorum sunt gigantes, qui Ecclesiæ contumeliam facere student. Origen. hom.7. in Num. Hieron. in c.24. Esa.

De Poëtarum gigantibus Textor in officin. p.439. plurima Pineda congessit de gigantibus in c.26.v.5. Jobi. Natal. Comes lib. 6. cap. 21. Mythol.

GILGAL.

Nomen loci, in quo circumcisi Israëlitæ, Jos.5,9. 2.Sam.19,15. Primùm Idola Baalim & Astharoth ibidem erexerunt Israëlitæ, Judic. 3, 7.19. Conf. Oseæ 9,15. Regem more Ethnicorum petiverunt. In eo loco conventus publici instituti sunt, Judic.2,1. 1.Sam.7,16.c.10,8.c.11, 14.c.13,4.

Spretus fuit postea à DEO, Os.9,15.c.4,15. & deletus, Amos 5.v.5. quia idololatriâ contaminatus, Oseæ 12,12.

GIGNO.

I. Pater filium, Psalm. 2. vers.5. II. Nos genuit verbo veritatis, Jac. 1. III. Christus nobis dat vitam, quia ex ipso geniti sumus, sicut Eva è latere Adami sumpta est, Augustin. lib. 12. cap. 8. contra Faustum.

GLADIATOR.

Gladiatorum olim varia erant genera, v. g. Retiarii, Mirmillones, Hoplomachi. Retiarii erant, qui sub scuto rete occultabant, quo adversarium involvebant. Figura Satanæ, qui sub mendacio, scuto suo, homines incautos decipit & in errores inducit. Olim ad sepulchra mortuorum gladiatores certabant, defunctorum animas placaturi sanguine humano: ô cæcitatem! captivi huic pugnæ destinabantur. Tandem cruenta hæc populo edita spectacula, voluptatis ergo. Valer. Maxim. lib. 2.c.4. Tertull. lib. de spectacul. Tandem à Cl. Cæsare prohibita, & post à Theodorico Gothorum rege. Nicephor. lib. 7. c. 46. c. de gladiatoribus l. b. 10.

GLADIUS.

A clade dictus videtur Varroni.

Vox ambigua.

§.1 I. *DEI gladius* est vel. defensionis suæ Ecclesiæ & populi, vid. Jos. 5. vers.13 vel decreti punitionis, & actualis exercitii & belli, vid. Esa. 34. vers. 5 6. Jerem. 47. vers. 6. cap. 48. vers. 2. cap. 12. v. 12. Psalm. 7, 13. Esa. 27. vers. 1. Ezechiel. 5, 2. cap. 21. vers. 8. Apocal. 6. vers. 4. vel liberationis & potentiæ, Psalm. 17. vers. 13. Annon liberat DEUS? gladio nos liberare dicitur.

§.2 II. *Christi gladius* notat (1) Christi fortitudinem nos defendentis. (2) Potentiam ejusdem, quâ vincit & ferit omnes hostes. Victrix erat Rolandi (qui fuit Carolo Magno ex sorore nepos) gladius: Arturi, regis Britonum, quo gigantem miræ magnitudinis interfecit: Ludovici IX. Galliæ regis: Alis, Turcarum Imperatoris, (cujus gladius in utrumque latus se divisisse scribitur, & Christianos instar segetis demessuisse, Levvenclav. libro 1. hist. Musulman. In signis suis contra Christianos hunc solent pingere Turcæ) Judæ Macchabæi, quo interfecto Apollonio usus fuit, 1. Macchab. 2. Johannæ vel Janæ puellæ Lotharingicæ, quo in Anglos vibrato eos sic fudit, ut Carolus VII. regno restitueretur. Sed quid hæc ad Christi potentiam infinitam, nullis terminis clausam? (3) Regimen gratiæ & verbi prædicationis: de hoc gladio Psalm. 45, vers 4. Apoc. 1,16. (quo loco notatur verbum DEI efficax, penetrans corda) cap. 2. vers. 12. cap. 19. v. 5. Ps. 149, 6. Esa. 49, 2. cap. 66, 16. Eph. 6, 17. Hebr. 2. v. 12. Vid. Alleg. X. in promt. S. Bonifacius libro Evangelii se tutatus fuisse commemoratur, etsi miles medium secuerit. A. Novar. in Sched. Sacris. Vidit Nicolaus Eremita gladium in visione, qui significavit, verbum Dei penetraturum esse corda. Vide Luther. tomo 4. Jen. German. fol. 354. b. Wolffium ad ann. 1509. lect. memorabil.

§.3 III. *Angelorum Gladius* notat 1. severitatem & pœnam, Genes. 3. vers. 24. Num. 22, 23. 1. Chron. 21, 2. 2. Custodiam & protectionem, Canticorum 3,7.

§.4 IV. *Hominum Gladius* (1) In genere notat omnia, quæ adversari pio viro possunt; horum quædam recensebimus: v. gr. Technæ & insidiæ malorum gladius dicuntur Psal. 37, 14. & 55, 21. Persecutio, Psalm. 22, 21. Vid. Origen. homil. 2. in Psal. 36. Crux Luc. 2, 35. quam latè explicat Orig. hom. 17. in Lucam tom. 2. operum fol. 227. Sarcasmi, Psalm. 42, 11. Calumniæ, Ps. 57, 5. & 59, 8. & 64, 4. Prov. 30, 14. Potestates Tyrannicæ. Exod. 18. Eruit me de gladio Pharaonis. Supplicia, damnum & pœnæ, Prov. 5, 4. cap. 12, 18. c. 25, 18. Peccati gladius, Sirac. 21. v. 4. Concupiscentiæ, Allegor. 342. in Promptuar. (2) In specie, hominis gladius est vel communis vel singularis. Communis gladius est 1. bellum & vindicta justa, Jerem. 50, 35. Attila, invento Martis gladio, sibi datam esse potestatem belligerandi gloriatus est. Jornandes de rebus Geticis. 2. Bellum injustum & vindicta injusta: ad quam referimus rapinas injustas gladio extortas Job. 1. vers. 15. 17. Cruenta duella, 2. Samuel. 2. vers. 14. vindictam privatam. Matth. 26. v. 42. qui gladium acceperit, gladio peribit: αὐτοχειρίαν, cum quis suo se gladio interficit, aut interfici jubet, ut Abimelech, Judic. 9. Saul, 1. Sam. 31. Singularis hominis gladius est heroica fortitudo & felicitas, qualis fuit in Gideone, Jud. 7, 18. 20. Jacobo, Genes. 48, 22. Davide, 1. Sam. 17. Heroe alio, 2. Sam. 23, 10. Per *gladium* notari excommunicationem, docebant Donatistæ. August. lib. 1. cap. 6. c. epist. Parmen. §. Propter quod.

Gladius contra gladium.

§.5 Discordia divinitus immissa loco pœnæ, Jud. 7, 22. 1. Sam. 14, 20. 2. Chron. 20, 23. Timeamus igitur Dominum, concordiæ & pacis autorem & promum condum.

Penetrat cor, Luc. 2. qui dolorem summum notat & offensionem, Orig. hom. 17. in Lucam, qui asserit, Mariam quoq; Christi morte scandalisatam dubitasse. Quod si ita est, annon pecca-

peccato quoque fuit obnoxia? cogitationibus suis in diversa lacerata, quod d. l. innuit Orig. Itaque C. Jansenius cap. 10. concord. hoc nomine Origenem & Aug. qq. in V. & N. Testam. taxat; sic quoque Maldonatus.

Luc. 22. Ecce duo gladii. Materialis gladius datus esse minime colligi debet.

Olim sibi gladium præferri jussit Bonifacius, anno 1300. præsentibus Legatis Alberti, Romanorum Regis.

GLORIA.

§. 1 *Ambigua vox est.*

Significat gloria 1. *Majestatem*, magnificentiam, splendorem, omnem famæ claritatem: v. g. gloria Salomonis, Matt. 6,29. Esther. 1. v. 4. 2. *Prosperitatem* & florem status, Oseæ 10,5. divitias, Esa. 16,14. Hagg. 2,10. 3. Splendorem divinæ majestatis, Johann. 1,14. 1. Corinth. 2,8. Confer Origen. homil. 32. in Johann. & externum splendorem in facie, 2. Corinth. 3. vers. 7. 4. Animam. Psalm. 30,13. Psallat tibi gloria mea, seu anima mea; alii lingua, Ps. 16. vers. 9. 5. *Omnia quæ Deo* sunt grata per Christum gloria dicuntur. 6. Cognitionem DEI gloriosam. Johann. 17,22. Ego dedi eis gloriam, i. e. lumen cognitionis. 7. Potentiam & operationem rei: sic legis gloria est ejus vis ac præstantia omnes arguendi & occidendi, 2. Corinth. 3. v. 9. Gloria Evangelii est vis consolandi, Esai. 60,2. Gloria Domini super te exorta est, seu Evangelii salutaris cognitio, in qua offeruntur gloriosæ divitiæ DEI, in justitia & misericordia. 7. Justitiam Dei, Rom. 3. vers. 23. Numer. 14. vers. 21. 8. Gratiosam revelationem in Ecclesia: hinc Ecclesia dicitur domus gloriæ. 9. Adventum Christi illustrem ad judicium, Tit. 2. v. 13. In quo sedebit ad dextram Patris, non ad pedes Mahomethi, ut quidam Turca dixit apud Wolf. in lect. memorabilibus ad ann. 1503. 10. Gloriosam Christi operationem, Johann. 2,12. quæ simul gloriam DEI manifestat, Heb. 1. 11. Lucem divinam & clarissimam, Luc. 2,9. 12. Protectionem, Ps. 4,4. 13. *Honorem mundi.* Galat. 6,2. non efficiamur inanis gloriæ cupidi, h. e. non simus ambitiosi. Vide Hieronym. in h. l. & Ambros. Lucæ 14,10. Johann. 5,44. Confer Drexel. tract. 10. p. 1160. & p. 1237. 1225. Et supra, *Ambitio.*

§. 2 *Gloria Dei* est, qua in se Deus est, quod est, nec ita mutatur; absoluta hæc est, non mutatur. At gloria Dei relata est cultus, qui ei debetur: hæc potest mutari.

Edere ad Dei gloriam, est 1. cum modestia & invocatione convivia celebrare, Ambros. in 1. Cor. 10. 2. Cum gratitudine edere. 3. Cum pietatis certo proposito. Autor oper. imperf. hom. 50. in Matt. Quis est (ait) qui ad gloriam Dei manducat & bibit? Quis autem de manu Dei se accepisse æstimat? Qui operatur justitiam & Deum timet offendere.

Gloriam Dei incorruptibilis mutare, Rom. 1, 23. est 1. honorem & cultum Deo debitum rebus creatis attribuere iisq; affingere. Sic Ægyptii cultum deferebant animantibus etiam mortuis, feli, cani, bovi, api, hirco; Græci Priapo, Satyris &c. sic olim Israëlitæ, Ez. 8,10. 2. Repræsentando Deum simulachris: sic in vitulo Israëlitæ Deum, Exod. 32. postea Jerobeam, 1. Reg. 12. Ps. 106, 20. Vid. tit. Imago.

§. 3 *Christus quomodo glorificatus?* Agnita est ejus gloria 1. in potenti prædicatione verbi, ex qua gloria ejus eluxit, Matth. 7,28.29. 2. Miraculorum operatione, Joh. 2,12. 3. In passione, tot edendo miracula: velum scidit, terram movit, hostes Judæos verbo in terram prostravit. 4. In resurrectione. Actor. 3,13. gloria summa est morti non succumbere. 5. In ascensione. Act. 1. summa gloria fuit judicis reversuri promissio. 6. In sessione ad dextram Patris, Philipp. 2,11. 7. In perpetua & ecclesiæ gubernatione.

§. 4 *Quomodo pii Deum glorificent?* 1. Fidei constantia, Rom. 4,20. 2. Vitæ innocentia, 1. Pet. 2, 12. quæ unicum DEI gloriæ scopum respicit. 3. Patientia, 1. Pet. 4,16. qua Deum in cruce glorificamus, inq; eo glorificamur, Rom. 5. 4. Morte & martyrio, Joh. 21,19. qua morte Dominum glorificaturus esset. 5. Omnium nostrarum actionum directione ad scopum gloriæ DEI. Hanc quærebat Jos. c. 7,9. hanc jubet quærere Salvator Matth. 6. Joh. 9,24. 1. Corint. 10,31. Sic Deus glorificatur in judiciorum executione & manifestatione, Exod. 14,4.18. Luc. 10,3. in nostri exaltatione, 1. Chron. 17,18. Ps. 91,15. Esa. 24, 23. in ministerii flore, Esa. 60,7. &c.

§. 5 *Gloria vitæ æternæ* complectitur statum vitæ æternæ omnibus bonis cumulatissimum: Eritque hæc piorum gloria (1) coram Deo ut patre liberatore. Huc spectat *gloria roboris Dei* 2. Thess. 1,9, quæ notat 1. Judicii brevitatem, 2. celeritatem in reprobos, pellendos ad ignem. 3. Facilitatem damnationis, quam non effugient mali. (2) Jesu Christo ut fratre & salvatore. 1. Thess. 4. Erimus cum Domino. (3) Angelis bonis, qui nobis congaudebunt & de felicitate congratulabuntur; malis, qui abjicientur; impiis, qui confundentur, Sap. 5,1. (4) Gloria erit in corpore: in anima ab omni tristitia liberata, Psal. 42. in statu universo, in omnem lætitiam & felicitatem verso. (5) Gloria summa, quam oculus non vidit, mens non cepit: infinita, quam nulla mensura dimensa: immarcessibilis, nulli mutationi obnoxia, 1. Pet. 1,4. (6) Gloria triumphatorum propria, triumphatis morte, peccato, Satana, 1. Cor. 15,55. Suscipimur in hanc gloriam, Ps. 73,29. 1. Temporali à cruce liberatione. 2. hostium nostrorum oppressione. 3. Potentiæ, sapientiæ divinæ ostensione. 4. æterna nostri glorificatione. 2. Corinth. 4. æternum gloriæ pondus. 5. Exaltatione etiam coram hominibus. Luc. 14. Tunc erit tibi gloria.

Mundi gloria

§. 6 1. *Brevis* est, Esa. 40. 1. Pet. 1. 2. *Mille mixta* miseriis. Sir. 40. grave jugum. 3. *Plena laqueis.* Horat. Incedis per ignes suppositos cineri doloso. 4. *Inebrians* nos poculo securitatis. 1. Sam. 25. Nabal. 5. Fallax, inconstans, P. Camerar. part. 2. oper. subcis. cap. 31. in horas mutatur,

§.6 mutatur, ut tandem Cicero dixerit: ô me nunquam ſapientem! Demetrio Phalereo erectæ ſunt 360. ſtatuæ, mox eædem dirutæ ab Athenienſibus; dicta in Demetrium mortis ſententia, qui etiam à ſerpente interiit. 6. Vana. Eccleſiaſt. 1. Vanitas vanitatum & omnia vanitas! Omnia fui, nunc nihil ſum; ſepulchro ſuo incidi curavit quidam Imperatorum veterum. 7. Periculoſa: Agnovit hoc Dionyſius, qui Demadem aſſentatorem egregia cœna excepit, appenſo ſupra caput ejus ex ſeta equina ſtricto gladio, caſum minitante. Hinc Horat. Diſtrictus enſis cui ſuper impia cervice pendet &c.

§.7 Eſt fumus, qui initio ingens, poſt facilè evaneſcit. Lacerna eſt, qua ſe induunt, qui virtute carent. Tinea & vermis, corrumpens ſtudium virtutis. Ebrietas intolerabilis. Fœnum agri. Mater contentionum, diſcordiarum, novitatum, præſumtionis, Gregorius in moralibus. Bernhard. in epiſtol. O ſtulti filii Adam, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes & pacem perdunt & gloriam. Huc Pſalm. 37. verſ. 20. 35. Plura de gloria mundi vid. tit. Felicitas & Hieron. Oſorium de *Gloria*.

GLORIATIO.

§.1 Eſt effectus aliquando ſuperbiæ & confidentiæ verbalis, eſtque in vitio. Vel eſt effectus gaudii & ſpei, Roman. 5. verſ. 3. Vel effectus gratitudinis.

Duplex eſt.

1. DEI: gloriatur enim DEUS in ſuis fidelibus, in his enim DEUS gloriam habet, Eſai. 60. verſ. 21. cap. 61, 3. 2. Hominis, cum homo gloriatur. Cæterùm, hæc gloriatio eſt vel licita vel illicita. Licita, quæ verſatur circa objectum licitum, in Chriſto: in hoc enim ſolo gloria noſtra eſt, Romanor. 5. verſ. 11. Ambroſius libr. 1. cap. 6. de Jacob: *Non gloriabor, quia juſtus ſum, ſed quia redemtus ſum.* Bernhard. ſermon. de triplici gloria: Perfecta & ſecura gloriatio eſt, cum veremur omnia opera noſtra, ſicut teſtatur beatus Job de ſeipſo, & cum Eſaia Propheta omnes juſtitias noſtras non aliud quam pannum menſtruatum reputandas eſſe agnoſcimus.

Objectum de quo gloriari poſſumus.

§.2 (1) Agnitio DEI, Jerem. 9. verſ. 24. & nomen ejus: in his enim gloriari debemus, Eſai. 41. verſ. 16. Jerem. 4, 2. Pſ. 63, 12. & 105. v. 3. Pſalm. 2. de juſtitia, Pſalm. 145, 7. de liberatione & auxilio DEI gloriari fas eſt, Pſalm. 106, 47. de cruce Chriſti & JESU ipſo, 1. Corinth. 1. verſ. 30. 31. 2. Corinth. 10. v. 17. Galat. 6. v. 14. Philipp. 3. verſ. 3. (2) Crux, Rom. 4. verſ. 3. 2. Corinth. 11. Actorum 5, 41. 1. Corinth. 15, 31. quam innocenter patimur, 1. Petr. 2. verſ. 20. Cauſæ & rationes ſunt plures: α. A cauſa immittente & imponente, quæ eſt DEUS: β. A fine tribulationis, 1. Petr. 1. ut probetur fides: γ. Ab effectu, nè cum mundo condemnemur, 1. Corinth. 11. δ. A conſequente, ut imagini filii DEI conformemur, in quo eſt gloria. (3) Beneficia DEI, Pſalm. 71. (4) Dona DEI, quæ à DEO habemus, Tit. 2, 15. 2. Corinth. 11, 10. 2. Petr. 1, 3. 4. (5) Bona Conſcientia, 2. Corinth. 12. 1. Samuel. 5. de officio probè geſto, Philipp. 1, 25. cap. 2, 14. 16. Roman. 15, 17. 2. Cor. 1, 12. de non captata avaritia, 1. Corinth. 9, 15. 2. Corinth. 11, 12. 16. 17. 30. de felicitate officii, 2. Corinth, 1, 13. cap. 7, 4. Philipp. 1, 15. de auditoribus, 2. Theſſal. 1, 4. & 1. Theſſal. 2, 19. de poteſtate officii à Deo data, 2. Corinth. 10, 8. (6) Spes vitæ æternæ, Romanor. 5. v. 2. 3. Hebr. 3. v. 6. (7) Virtus Chriſtiana, v. gr. de humilitate quis glorietur, Jac. 1, 9. 10. de liberalitate alterius, 3. Joh. 3, 5.

Illicita gloriatio eſt, quæ occupatur in objecto illicito & extra Chriſtum. Itaque

Illicitum objectum.

§.3 Gloriari non debemus de rebus, quæ ſequuntur: (1) Malitia, Pſ. 10, 3. Pſ. 52, 3. & peccatis, Eſa. 3, 9. Jac. 3, 14. cap. 4, 16. & Dei conniventiâ, ac ſi peccata non videret, Pſal. 94. v. 4. quia DEUS ulciſcitur ejusmodi glorificationes, Ezech. 35, 13. 14. c. 26, 2. (2) Robore, ut Goliath ille, 1. Sam. 17. Jerem. 9, 24. Pompejus ſupploſione pedis totam Italiam milite ſe completurum eſſe gloriatus eſt. (3) Antiquitate doctrinæ: de hac gloriabantur Samoſateniani apud Euſeb. lib. 5. c. 26. 27. hiſt. eccleſ. Baſil. de Spiritu Sancto c. 29. Pontificii hodienum. (4) Donis, cum ea omnia à Deo acceperimus, 1. Cor. 4, 7. v. gr. dignitate noſtrâ, 1. Cor. 1, 28. excellentiâ præ aliis, 2. Cor. 10, 13. 15. 16. ſapientiâ, Jer. 9, 24. 1. Cor. 1, 20. c. 3, 19. 20. Ez. 7, 3. Rom. 1, 30. (5) *Operibus bonis*: ea enim gloriatio coram Deo non valet, Rom. 4, 2. Eph. 2, 8. Vide pulchrè Origenem lib. 4. ad Rom. Sic Luc. 18, 11. Gloriatio Phariſæi multis modis vitioſa fuit: α reſpectu objecti: gloriabatur coram Deo, quod tamen nullus meritò poteſt, quin potius dicendum eſt: ipſius ante oculos nil niſi culpa ſumus, Luc. 17, 10. β. reſpectu cauſæ formalis negatæ, fidei nimirum, quam ſi habuiſſet, juſtificatus utiq; fuiſſet. γ. reſpectu adjuncti contemtus: contemſit enim pro ſe publicanum, atq; hoc pacto omnia dona ſua conſpurcavit, Drexel. tract. 12. c. 43. ab init. Similis ludificatio in Michale Saulis filiâ animadvertitur, 2. Sam. 6. (6) Operibus & rebus geſtis, Eſa. 10, 8. cùm ſolùm DEI inſtrumenta ſumus, ibid. 1. Cor. 3, 5. de victoriâ, 2. Macch. 15, 6. Levit. 2. olim mel non erat offerendum in ſacrificiis: Mel eſt humana gloriatio, oblatum à Phariſæo Luc. 18. ſpretum à Deo. (7) Divitiis & opibus, Ezech. 27, 2. & toto c. 26. Neq; de his gloriandum eſt, cum ſint fugaces, Pſ. 49, 7. nec eripient de die iræ, Sophon. 1. v. 18. conf. Eſth. 5, 20. (8) Auxilio humano, Eſ. 20, 15. & vindicta, Ez. 35, 13. 14. c. 36, 2. (9) Caſibus & calamitatibus piorum, Pſalm. 38, 17. (10) Conſiliis temerariis & propoſito ſine DEO concepto, Prov. 27, 1. Jacob. 4, 13. (11) Factionis gloriatio eſt, cum orto ſchismate quidam auditorum modò de his, alii verò de aliis miniſtris gloriantur, 1. Cor. 3, 21. Vel cum miniſtri de ſuis auditorib. temerè gloriantur, Gal. 6, 13. (12) Hypocriſeos, cum quis gloriatur de zelo pietatis, Rom. 2, 17. 23. cujus tamẽ virtutẽ negat, 2. Tim. 3, 5.

(13) Ja-

(13) Jactantiæ, ſi nempe gentes glorientur de gratia temere illis collata, Roman. 11,18. (14) Hæreticorum gloriatio. Vid. *Hæretici.* (15) Superbi veſtitus, & nobilitatis generis, Drexel. tract. 12. c. 44. §. 2. (16) Gloriari de craſtino non licet, Proverb. 27,1. (a) præſumendo de honoribus, v.g. Fiam conſul, doctor, &c. (b) terminum vitæ longiorem ſibi fingendo, ut ſi credas, te diutius victurum eſſe, de quo tibi non conſtat. (c) Sine DEI metu operas ſuas moliendo, Jacob. 4, 13. (d) ſecurè fortunæ ridenti confidendo, vel divitiis, ut ille Crœſus, ille Polycrates, Syrac. 18,25.

Adjunctum.

Ultimis temporibus maximè florebit illa gloriatio illicita, 2. Timoth. 3,2. ἀλάζονες jactabundi, faſtuoſi.

Effectus illicitæ gloriationis

Injuria in DEUM: magnâ regem afficit injuria, qui eo vivente alium eligit; at quantò majori afficit DEUM ignominia, qui ei debitum honorem creaturæ tribuit, & eam DEUM ſibi facit; id verò omnes faciunt, qui de rebus illicitis gloriantur.

Deceptio ignorantium: qui enim gloriantur de rebus illicitis, aliis ſcandalo ſunt, alios decipiunt, dum id laudibus evehunt, quod his minimè erat dignum.

Præcepti divini transgresſio, Jerem. 9. v. 24. Ad quod ſequitur *confuſio & pudefactio.* Vide Drexel. tract. 12. c. 25.

Similia.

§. 6 Gloriatio illicita eſt ſimilis *Ampullæ,* quæ facilè frangitur; ſic quoque gloriatio. Hinc Horat. Projicit ampullas & ſeſquipedalia verba. Sic Pſeudo-Apoſtolorum ampullæ fractæ ſunt ab Apoſtolo 2. Cor. 11,12. illiſæ lapidi veritatis. Goliathi gloriationem feliciſſimè confutavit David, 1. Sam. 17. *Colono:* nam ſi colonus contra fundi Dominum gloriaretur, malè faceret; ita nos omnes coloni, quicquid habemus, accepimus, 1. Cor. 4,7. *Securi,* quæ contra fabrum gloriaretur, Eſa. 10,15. ſic omnes homines nihil niſi Dei inſtrumenta ſunt, quare contra Dominum minimè debent gloriari. *Fumo,* qui facilè diſſipatur; ſic inanis gloria citò evaneſcit & diſpellitur. *Titioni* fumiganti, qui facilè extinguitur, Eſa. 7, 4. ita gloriantes facilè confunduntur. *Vaſis,* unguentum pretioſum continentibus, quæ non poſſunt gloriari contra eum, qui infudit unguentum: ita omnes homines vaſa. 2. Corinth. 4,7. Theſaurum gerimus noſtrum in vaſis terrenis; non dicit æreis, ſed terrenis: quid ergo terra gloriatur contra terræ Dominum?

GLORIFICATIO

DEI paſſiva, cum DEUS à nobis glorificatur, illique omnis gloria tribuitur; (1) piè ipſum colendo. (2) caſtè vivendo, 1. Corinth. 6,20. (3) pro DEI gloria moriendo, Johan. 21. Philipp. 1. (4) patiendo, 1. Petr. 4,16. (5) corde appropinquando, Eſa. 29,13. (6) ore laudando, Pſ. 69. (7) tota vita ei ſerviendo. Sic Chriſtus ſemper gloriam patris quæſivit, glorificavit.

Glorificatio. Vid. tit. *Vita æterna.*

GLUTEN.

Spirituale duplex, quo lapides conjunguntur in templo Domini ſpirituales: (1) perfectæ cognitionis. (2) perfectæ dilectionis. Bernhard. ſerm. 1. in dedicat. eccleſiæ.

GOG. V. MAGOG.

Gomorrha ſubverſio, Amos 4. v. 11.

GRÆCI.

Stulti audiunt, 1. Corinth. 1,23. ob (1) Ritus non ſanctos, idololatricos: adi Theodor. de curandis Græcorum affect. (2) Scripta Poëtarum laſciva & impudica. (3) Luxurioſos & impudicos conventus, Veneri & Baccho ſacros. (4) Cultum ſceleratum: nam ſceleratos homines pro Diis colebant, quæ omnia latè perſequitur d. l. Theodoret.

Lingua eorum in omnibus gentibus: Cicero pro Archia: Cæſar: Strabo: Livius.

GRAMMATICA.

Ejus profeſſores apud Ethnicos enarrat Textor p. 892. officinæ. Confer tit. Linguæ.

GRAMEN.

(1) Symbolum vitæ humanæ fugacis & brevis. Hebr. חציר notat gramen pro beſtiis falce metendum. Vide Pſalm. 90, 5. Pſalm. 37, 2. 1. Petr. 1, 24. Pſal. 102,5. (2) Ad tempus floret: ſic vita hominis. (3) Fragilitate eandem adumbrat. (4) Arefactione. (5) Demeſſione: Falcem quæris? mors eſt, quæ demetit ſpe citiùs etiam virentia gramina. Cogites ô homo te gramen eſſe, metue clibanum, cogita DEUM, qui homines mori ſinit, Pſ. 90.

GRANDO.

§. 1 (1) *Naturalis,* quæ ex cauſis naturalibus, DEO gubernante, Job. 38, 22. Pſal. 148,8. Sirac. 43,16. oritur. (2) *Miraculoſa* in Ægypto, Exod. 9,23. Imò ſagarum ope olim grandines excitatas fuiſſe, aliquot exemplis confirmat Zvvinger. fol. 1530.

Monet nos

§. 2 (1) De DEI *juſtitia,* Job. 38, 22. quam grandine oſtendit & erga impios exercet, Exod. 9, 19. Pſalm. 78,74. Joſ. 10, 11. Sir. 46,6. Ezech. 38, 22. Hagg. 2,18. Amos 4, 9. Job. 38, 22. Apocal. 8,7. cap. 16, 21. (2) De ipſius *miſericordia:* ſuos enim immunes præſtat, cum vult DEUS, à grandine, Exod. 9,19. 23. 27. Sapient. 16,16. (3) De *Veritate:* audiit enim Moſis preces, ut ceſſarit grando, Exod. 9, 33. (4) De *Sapientia* DEI, quam etiam grando prædicat, Pſalm. 148,7.

Miraculoſa.

§. 3 Anno 1395. in Saxonia cecidit grando, humanæ faciei referens imagines, etiam quâ ſexus diſtinctas, Zvvinger. fol. 4045. theat. Cornel. à Lapid. in c. 10. v. 18. Exod. Heraclius cum pugnaret contra Perſas, magnus imber mixtâ grandine ora Perſarum, qui ante ſuperiores videbantur, usque adeò diverberavit, ut fugâ ſibi conſuluerint, victore Heraclio, Zvvinger. è

Cuspinian. & P. Diacono lib. 18. fol. 1052. Saraceni sub Leone Isauro Constantinopolin obsidentes, fame, frigore, peste absumti, & naves eorum grandinibus igneis, maris ebullitionem causantibus cœlitus demissis, absumtæ sunt. Sigebert. ad annum 719. 720. in Chronic. Paul. Diaconus lib. 6. capit. 14. de rebus gestis Longobard. Tempore Valentis imperatoris, Eudoxio communicate nolentis, anno salutis 371. cecidit grando magnitudine eâ, ut manum impleverit & lapidi similis fuerit, homines & jumenta plurima interficiens. Socrat. lib. 4. c. 10.

GRANUM.

(1) Christus, nostri causa contritum, in terram missum, fructificans & vivificans omnia grana huic fide adhærentia: Electum granum, Joh. 12,24. (2) Corporis nostri, non cum iisdem qualitatibus resurrecturi, etsi τῇ ὀσίᾳ; obstupescat licet ratio. (3.) Fidei granum virtute DEI in nobis custoditum, 1. Petr. 1,4. auctum, à DEO non abjectum. (4.) Supplicii, quod DEUS immittit, populos dispergens, Amos. 9,9.

GRASSOR. V. *Pestis.*

GRATIA.

Est hæc vox πολύσημ☉ & usurpatur

§.1 I. *De DEO.* Notat (1) *Gratuitum DEI favorem* & misericordiam per & ob Christum mediatorem unicum, Genes. 6,8. Exod. 33, 12. Jerem. 31,2. Lucæ. 1,30. Roman. 5,2. Johann. 1, 16. Psal. 84, 12 Zach. 12,10. Roman. 11,5.6.

(2) *Christi gratiam*, quam acquisivit suis Dominus, interveniente merito suo sanctissimo: Estque hæc redundans gratia, Rom. 5,17. c. 16,20.24. 1. Cor. 16, 32. 2. Cor. 13, 33. Gal. 6, 18. Philipp. 4,2.3. Coloss. 4,18. 1. Thess. 5,25. 2, Thess. 3,18. Apoc. 22,21. Joh. 1,17.

Et dona ab eodem Christo nobis præstita, 1. Pet. 1,10. c. 15,10. 2. Petr. 3,18. *Et prædicationis vim* in Christo, Joh. 4,19. c. 7,46. Matth. 7. ult. Luc. 4,32. Joh. 7,46. Ps. 45,3. *Et conversionem nostri*: nam hoc opus Christi gratia passim appellatur; & includit fidem, quæ opponitur crassæ cœcitati nostræ; & charitatem, quæ malitiæ voluntatis nostræ adversatur, Gal. 1, 6. *Et justificationem & vocationem*, utraque enim est gratia & gratuitum DEI opus: vocatio, Rom. 9. & 11. justificatio est gratia, Act. 13, 43. quæ constat gratuitâ peccatorum remissione & justitiæ Christi imputatione, Rom. 5, 17. item renovatione, Rom. 6, 14. (3) *Spiritus S. vim* 1. extraordinariam & charismata illa singularia, 1. Cor. 12. 1. Timoth. 4,14. Vid. supra tit. *Dona.* 2. ordinariam & communem, quâ ille in credentibus operatur, Actor. 14, 26. Atque hæc gratia negligenda non est, 1. Timoth. 4,14. Atque huc referenda sunt omnia opera gratiosa ad salutem nostram spectantia.

§.2 II. *De Homine* verò vox gratiæ usurpata, notat (α) *Statum gratiæ*, sive communem omnibus piis, Rom. 5,2. in quam Christi morte translati sumus: sive singularem, quâ alicui singulare officium concessum est, vel dignitas aliqua; sic Apostolatus D. Pauli erat gratia singularis: destinatio Mariæ ad opus nativitatis Christi, Luc. 1, 28. Et huc referuntur quoque gratiæ gratis datæ, sive dona extraordinaria in ecclesia. Vid. tit. *Dona.* (β) *Fortitudinem* Christianam gratiæ Dei innixam, Hebr. 13,9. (γ) *Charitatem* erga proximum, 2. Sam. 2,6. c. 17, 20. c. 16,17. 1. Reg. 2,17. 1. Chron. 19, 2. Act. 24, 29. (δ) *Eleemosynam*, 2. Cor. 8,4. (ε) *Humanitatem & favorem*, qui aliquando est à Deo, Exod. 3,21. & 11,3. & 12,36. 2. Reg. 25,27. Tob. 1, 13. Ps. 106, 46. Jer. 40,2.3.4. Dan. 1,9. Act. 24,23. c. 27,3.29, 16. aliquando tamen, si contra Deum tendat, spernendus est, Gal. 1,10. (ζ) *Gratiam officii & vocationis*, quæ agnoscenda, Rom. 1,5. c. 12, 3. c. 15,15. 1. Cor. 3,10. c. 15,6. Eph. 3.7.8. eaque sanctè & pie uti debemus.

§.3 *Varia gratiæ divisio.*

(1) Gratia alia *justificationis*, Rom. 4, 4. 5. 16. c. 5,2.15. seq. c. 6, 2. 14. 15. 23. quæ est in Deo subjectivè, in nobis objectivè. Alia *sanctificationis*, 1. Cor. 6. quæ est in nobis subjectivè. De illa passim Augustinus, præprimis verò in Psal. 119. (2) Alia *præcedens, concomitans, cooperans.* Bernhardus de modo bene vivendi ad sororem: Gratia DEI prævenit nos ut bonum velimus, concomitatur nos, ut bonum incipiamus, cooperatur nobiscum, ut bonum perficiamus. Confer Augustin. lib. de grat. & lib. arbit. cap. 17. Una quidem est gratia in se, sed ratione effectuum sic distinguitur. (3) Alia *gratis data*, quæ notat donum peculiariter alicui à DEO collatum ad feliciter alios convertendos. Huc novem genera referunt: sapientiam, scientiam, fidem, gratiam sanitatum, operationem virtutum, prophetiam, discretionem spirituum, genera linguarum, interpretationem sermonum. Alii etiam fidem, charitatem vocant gratias gratis datas. Et meritum & bonum opus vocatur gratia gratum faciens. Contrà sola Christi gratia nos gratos facit; aliàs Luc. 17. servi inutiles sumus. Alia *gratum faciens*, quæ est (juxta Pontificios) infusus justitiæ habitus, quo quis formaliter coram Deo justus est. Bellar. lib. 1. de gratia c. 2. Valent. t. 2. dispur. 8. q. 7. punct. 1. (4) Alia *præveniens*, alia *subsequens.* Illa est eadem cum gratia operante; hæc cum cooperante. Vid. Joh. Lorin. in Ps. 22,6. Greg. hom. 9. in Ez. Nos prævenit ut velimus, & volentes subsequitur, ne inanes velimus. Conf. Fulgent. lib. ad Monim. c. 7. & 11. (5) Alia *sufficiens*, alia *efficax.* Sufficiens, ut definit Greg. de Valent. est, per quam homo potest piis actionibus salutem suam procurare & consequi. Efficax, per quam actu hoc facit: vide nostrum D. Meisnerum decad. 2. anthropol. disput. 1. quæstion. 3. qui rectè notat, non tàm ratione objecti, quàm eventus, dici gratiam efficacem, vel non efficacem. Una enim est gratia, quæ diversimodè consideratur, ex parte eventus & accedentis hominum repugnantiæ, ejusque hostilis. Naturalis enim §.4 repugnantia omnibus omnino hominibus communis est. Magna est de gratia efficace & prædeterminante inter Pontificios controversia, quam perspicuè explicat Leonhar-

Leonhardus Lessius in opuscul. tractat. de gratia efficaci cap. 1. 2. sequentib. Alii gratiam DEI faciunt decernentem, aliam exequentem. Ab utraque longè absit fatum illud, quo fides, Christus, peccata, excluduntur; neque enim DEUS absolutè in tempore sua exequitur: ergo nec absolutè decrevit.

In gratia DEI observanda

§.5 1. *Quid sit?* Libera voluntatis divinæ in Christo propensio, omnia donans sine meritis nostris. (Vox hæc ἐνεργητικῶς sumta notat omne bonum & donum ex hac gratia profectum.) Estque piorum scutum, Psalm. 5. vers. ultim.

§.6 2. *Causæ: Efficiens* & fons ipse DEUS, Psalm. 84,12. Zach. 4,7. Rom. 1,7. 1. Cor. 1,3. c. 12,6. 2. Corinth. 1,2. Gal. 1,3. 1. Timoth. 1,2. dispensans eam, Ephes. 3,2. nosque in ea regens, Actor. 15. v. 40. *Meritoria*, Christus; hinc gratia Domini JESU dicitur, Actor. 15. Rom. 16,20. 1. Cor. 16,23. 2. Cor. 13,13. & gratia in JESUM, 2. Timoth. 2,1. hic est thronus gratiæ, Roman. 3,23. Hebr. 4,6. *Offerens* est verbum, Actor. 14,3. c. 20, 24.32. & sacramenta. In baptismo DEI gratia, eadem in Eucharistia offertur gratia fœderis, 1. Petr. 3. Remissionis peccatorum & justitiæ. Huc spectat dispensatio Ephes. 3,2. *Conferens*, Spiritus S. qui est spiritus gratiæ, Zachar. 12. & gratiarum, 1. Corinth. 12. Actor. 10,45. Roman. 1. vers. 11.

§.7 3. *Objectum*, cui offertur? omnibus hominibus offertur hæc gratia per annunciationem verbi, Actor. 17. Col. 1,5. & 23. Tit. 2. salutaris gratia &c. omnes ad gratiam invitantur prædefinito à DEO ordine, à quo plurimi desciscunt, Actor. 13,46.

§.8 4. *Effecta & consequentia* hujus gratiæ sunt omnia DEI beneficia: Electio, Eph. 1,6. Rom. 11,5. Vocatio, Gal. 1,15. In cruce corroboratio, 2. Cor. 12. Perseverantia, 1. Cor. 10,13. 1. Petr. 5. Glorificatio, 2. Thess. 1,12. Donatio vitæ æternæ, Rom. 6,23. Bonorum fructuum in nobis operatio, 1. Cor. 15,10. Fidei corroboratio, quâ ad DEUM accedamus, Roman. 5. Hebr. 12,28. Confortatio, 1. Cor. 15. Ezech. 3,14.

§.9 5. *Accidentia*, v. g. *Amissio* gratiæ per peccata, Ezech. 33,12. 18. Gal. 5,4. & falsam doctrinam, Jon. 2,9. *Auctio* per preces & exercitia talenti, Matth. 25. Luc. 11. Joh. 15. Majores fructus &c. *Acceptio* gratiæ, quæ fit 1. audiendo Evangelium, in quo gratia offertur. 2. credendo in fontem gratiæ JESUM Christum. 3. obediendo, ne gratiam excutiamus vitâ impiâ, neve Spiritum S. exacerbemus, Esa. 64. Hebr. 10,29. 4. perseverando in gratia, 2. Corinth. 6. ne gratiæ desimus, Hebr. 12,15. Conservator gratiæ est possessor gloriæ, dixerunt Veteres. (Huic opponitur *abjectio* gratiæ, Galat. 2,21) *Abundantia & copia* gratiæ, 1. Tim. 1, 14. Roman. 5,17. 2. Corinth. 4,15. cap. 9,14. *Salutaris gratia* Tit. 2. quia (α) est fons salutis & causa ejus princeps. (β) effecta ejus omnia salutaria. (γ) tollit hæc gratia saluti nostræ omnia contraria obstacula. *Fons omnis solatii* est gratia DEI (1) in tentationibus peccati, quod DEI gratia remittit: Satanæ, contra quas gratia DEI conservat, 2. Corinth. 12. hominum malorum, ubi gratia DEI defendit, Ps. 91. mortis, in qua gratia Christi vivifica nos solatur. (2) In oratione, gratia DEI nos prævenit, exaudit, Esa. 65. (3) In calamitatibus, pii gratiam Dei inveniunt, Gen. 6,8. c. 19,19. (4) In oppressionibus, piis dat gratiam, Exod. 3,21. c. 11, 3.

Non negligendum

§.10 Tempus gratiæ, Deuteron. 4, 14. 2. Chron. 15,2. capit. 20,2. cap. 26,5. Esa. 4,14. Psalm. 85, 10. & 145,18. Jerem. 20, 21. Oseæ 5,6. Sap. 6,20. Matth. 3,10. Jac. 4, 8.

Nec in vanum gratia accipienda, 2. Cor. 6. Id quod fit

1. Incredulitate, cum oblata gratia in Evangelio respuitur.
2. Impietate, cum fidem factis negamus.
3. Apostasia, cum quis à verâ fide deficit.
4. Securitate & τῇ ἀχρηςίᾳ.
5. Desperatione, ut Judas, Saul, Achitophel.

Gratiam DEUS subtrahit

§.11 1. Non ex absoluto decreto & beneplacito: utpote quod scriptura nuspiam docet. 2. Sed ex justo supplicio, ob præcedentem impœnitentiam & cordis obstinatam duritiem: v. g. Pharaoni toties DEO rebelli subtrahitur gratia, atque à DEO juste relinquitur, Exod. 8,9.10. Judæi spoliantur gratiâ, gratiam contemnentes, Actorum 13, 46. Roman. 2. thesaurizas *tibi iram in die iræ*. Matth. 25,29. Qui non habet, ei auferetur, nempe, qui gratiæ dono non rectè utitur (Confer Matth. 13, 12.) nec rectè eam habere censetur. Debemus igitur gratiam DEI vacuam non habere, sed laborare, 1. Corinth. 15, 10. Marc. 4,25. Luc. 8, 18. c. 19,26.

Addi possunt cum grano salis illa, quæ è Veteribus congessit Pererius Disp. in Exod. p. 325.

GRATIÆ.

§.1 Gentilium Deæ facie virginum, hilari vultu, vestibus lucidis & fluentibus olim pingebantur, manibus insuper complexis seipsas inspicientes: Finguntur tempore verno saltare. Sine dubio subinnuere voluerunt, sine charitate ac dilectione omnia tristia ac horrida esse.

GRATITUDO.

§.1 Est justitiæ effectus, quo homo benefactori suo id tribuit, quod ei se debere intelligit pro beneficiis, nempe animum memorem & gratum.

Variis phrasibus describitur, v. *Magnificare*. Luc. 1. Magnificat anima mea Dominum.

Causæ impulsivæ gratiarum actionis erga DEUM.

§.2 Huic meritò agendæ gratiæ 1. *Ob idiomata suavissima*, Psalm. 100,5. suavis est Dominus. Ps. 106,1. bonus. Ps. 118, 1. Ps. 108, 5. magna misericordia. Psalm. 117, 2. confirmata super nos. Psalm. 138,2. veritas. 2. *Ob opera gratissima* & no-

& nomina. Pſ. 59,10. ſuſceptor. Pſ. 66,9. poſuit animas noſtras ad vitam, non amovet orationem ibidem. Eſ. 12,1 conſolatus es. Pſalm. 92, 2. lætificat nos. Pſ. 107. varia beneficia. Pſalm. 109,2. adſtitit à dextris. Pſ. 139,5. &c. mirabiliter nos formavit, exaudivit. Pſ. 116. v. 1. dilexi. 3. *Ob mandata graviſſima.* Pſ. 50,15. glorificabis me. Pſ. 68,34. Cantate Deo. Pſ. 105,1. Pſ. 76,12. vovete & reddite. Pſ. 105,2. narrata mirabilia. Pſ. 113,1 Laudate ſervi Dominum. Nahum. 1,15. redde vota tua. 4. *Ob exempla clariſſima.* Pſ. 66, 13. Introibo in domum Domini. Pſ. 116,18. Vota mea reddam. 5. *Ob adjuncta laudis ſpecioſiſſima.* Pſ. 147, 2. Laudate Dominum, quoniam bonum eſt pſallere Deo noſtro: Jucundum eſt, commemorare tot beneficia nobis præſtita, Pſ. 107. v. ult.

§. 3 *Aliæ cauſæ impellentes.*

I. *Mandatum Dei*, Job. 4,21. Pſ. 29,2. & 33, 1.2. & 50,16. Pſ. 91,12. & 98,4. & 99,9. & 100,3. & 118,2. Sir. 40,19. cap. 39,17. Tob. 13,5.6. Eſa. 44,23. c. 49,13. Epheſ. 5,19.20. c. 1,3. Col. 3,16. c. 4,2. 2. Theſſ. 5,18. Philip. 2,11. Pſal. 69,11. ſeq. & beneplacitum Dei. Ab utili & commodo, Pſ. 50,14. & 69,31. & 92,2. & 116,17. & 147,1. Sirac. 31. Hebr. 13,15. Dei gloria propagatur latiùs, Tob. 12,17. Joh. 7,18. Sir. 12,16. c. 27,12. Eph. 4, 29. 1. Theſſ. 5,11. A collatis in nos plurimis Dei beneficiis, Pſ. 66,8. Lev. 23,13. Num. 28,3. Deuter. 26,2. Thren. 3,23. Pſ. 103,1. ſeq. Pſ. 86,12.13. Sir. 50. Recenſeantur creatio, conſervatio, exauditio, largitio, redemtio. Confer Gerhard. lib. 2. Scholæ pietat. fol. 128. & lib. 3. fol. 14.102. Balduin. in caſib. conſcient. fol. 225. Ab attributis Dei, bonitate, veritate, ſanctitate, poteſtate, majeſtate.

§. 4 II. *Beneficiorum Dei magnitudo* nos permoveat ad gratitudinem, vide Auguſtin. tom. 8. col. 1289. c. Pſalm. 66, 16.17. Recenſebo, quæ Deus, &c. All. Furnius Antonii partes ſecutus cum ab Auguſto victore veniam impetraſſet, dixit ei: ô Cæſar, & mihi vivo & mortuo ingrato eſſe licet, hoc eſt, neque vivus, neq; mortuus tibi æquales gratias vel pares agere vel habere poſſum. Idem nobis de nobis dicendum. Confer Baſilium orat. in Julittam. Ambr. præfat. in Pſ. 35. Eundem lib. 1. de Jacob & vita beata cap. 6. Chryſoſt. hom. 27. in Geneſin. Beneficia Dei in nos mare inexhauſtum; nos rivuli ſumus, nos agri ſumus, qui ex illo mari bonitatis Dei fœcundamur, qui potamur, qui irrigamur. Labyrinthus ſunt, multitudine & varietate beneficiorum minimè inveſtigabilis. Et huc maximè facit repetitio priſtinorum Dei operum inſtituta, ut memoriam ſemper gratam habeamus veterum beneficiorum: eductionis ex Ægypto: obdurationis Pharaonis: liberationis & nutritionis Iſraëlitarum olim præſtitæ: defenſionis eccleſiæ ſuæ, &c. Quæ tot & tanta beneficia noſtros animos meritò commovere debent ad ſeriam gratitudinem, idque eò magis, quò certum eſt, quod Deus omnia poſſit præſtare, quæ nos poſſimus deſiderare. Auguſtin. tom. 8 col. 1692. b.

§. 5 III. *Exempla Angelorum*, Eſa. 6,3. Apoc. 4. v. 11. *Electorum*, Apoc. 5,8. c. 7,9. *Militantium*, ut Eleazari, Gen. 24, 26.27. Iſraëlitarum, Geneſ. 31,48. Davidis in Pſalmis paſſim. Salomonis, 1. Reg. 8,56. Eccleſiæ Judaicæ, Eſa. 12. v. 1. Trium virorum, Dan. 3,51. Nabuchodonoſoris, Dan. 4,31. Publicani, Luc. 15,1. Populi, Luc. 21. v. 38. Cornelii cum domeſticis, Act. 10,13. Mulieris, Exod. 15,20. Judic. 11,34. Imò conſideres ô homo Noachæ ſacrificium, quod obtulit egreſſus ex arca, Geneſ. 9. ſic quoties vel arcâ tecti tui vel domus tuæ egrederis, toties cogita, te ſacrificium laudis Deo tuo debere. Imò perpende exemplum Salvatoris tui Chriſti, Deum laudantis. Ipſe libenter adeſt piis colloquiis, Matth. 18,20. Luc 20,15. aderit ergò tibi, quoties ipſi egeris gratias. Is Joſua verus, cujus gratiâ lapides gratitudinis tollere fas eſt, Joſ. 4,5.6. *Creaturarum*, Aug. tom. 8. col. 1673. c. 1674. a. In aquila illa, Ælian. lib. 2. c. 40. Nam Pyrrhi aquila, mortuo Domino, inediâ ſe conſumſit, & ſepulchro mortui Domini immortua eſt; conf. lib. 17. c. 37. eundem Ælianum. In cane, qui Domini ſui mortui corpus cuſtodivit; apud Gellium & Zonaram. Baſil. hom. 9. in Hexaëmer. Ambroſ. lib. 6. c. 4. in Hexaëm. In apibus, qui curatoribus ſuis mel & ceram refundunt. In ciconia, quæ pullum unum hoſpiti relinquere ſolet, nido ſuo emigratura. Imò Veſaliæ ciconia quædam reverſa ad pedes hoſpitis. In Leone, de quo Gellius lib. 3. c. 14. Noct. Attic. & D. Frantzius p. 66.67. hiſtor. animal. qui pepercit ſervo in foveam projecto, Androdo nomine; nam is ſervus olim in ſylva leoni feſtucam è pede extraxerat. *Gentilium.* Valer. Maxim. lib. 5. cap. 2. Ælianus de variis hiſtor. lib. 1. recenſent multa exempla eorum, qui ſuis Deaſtris gratias egerunt. Sylla Romanus victo Mithridate non tantùm pateram, ſed & manus ſuo ſanguine plenas, Marti conſecravit. Gvevarra tom. 1. epiſt. 1.

Materia. §. 6

I. *Pro quibus rebus gratiæ agendæ? (1) Pro rebus ſpiritualibus*, Eph. 1,3. hæ vocantur cœleſtia bona: confer 2. Samuel. 7,27.28. v. g. *Pro verbo DEI.* Auguſtinus libro 5. c. 26. de civit. Dei, memorat, magis gaviſum eſſe Theodoſium, quod membrum Eccleſiæ Dei eſſet, quàm quod terras regnaret. *Pro Evangelio* proponente Dei beneficia, Eſa 51,3. confer 1. Cor. 1. Joël. 2,23. quia eſt donum immenſum, nobis non cognitum, niſi Chriſtus retuliſſet, Joh. 1,18. Rom. 16,17.18. Eph. 3,5. Col. 1,26. ex eo diſcimus tranquillitatem conſcientiæ, Rom. 5. per hoc accendimur ad Dei amorem, ob charitatem ipſius ſummam, Rom. 5,8. A materia & reb. in Evangelio revelatis, e. g. electionis, Epheſ. 1,25. redemtionis, Col. 1,14. ſanctificationis, Tit. 3,5. converſionis, Col. 1. Sic grato animo agnoſcit Petrus Paulus Vegerius ſub fin. præfationis libri Reginaldi Poli de primatu Papæ. Angeli geſtiunt myſterium incarnationis inſpicere, 1. Pet. 1,12. Quantò magis nos decet grato animo contemplari myſteria Evangelii.

A turpi: Nihil citiùs ſeneſcit apud homines quàm beneficium & gratia; ex apophthegmate Ariſtotelis & Diogenis apud Laërtium libr. 5. c. 1. certè citò apud nos areſcit memoria prædicati Evangelii, citoque ſeneſcit. *Pro hoſtibus eccleſiæ ſublatis.* Sic mortuo Ario Alexander Epiſcopus Deo gratias egit, Athan. tom. 1. fol. 523. c. d. *Pro concordia* Epiſcoporum: ſic Conſtantin. M. fecit tom. 1. Conc.

§. 7 (2) *Pro rebus corporalibus*: Fructus quarti anni Domino ſacrificabantur, Levit. 19, 24. *Pro creatione* grati ſimus, cum opilione illo, apud Bzovium Dominic. 13. poſt Trinit. Vid. ſupra tit. Creatio. *Pro conſervata vita* in publicis calamitatibus, exemplo Lothi, Geneſ. 19. Luc. 17, 32. Jer. 39, 11. 12. 14. 18. Joh. 1, 15. ſeq. 2. Sam. 24, 17. (Vid. Theodor. Dom. 24. poſt Trin.) Gratiarum actio Pauli roborat, excitat & nutrit ſuos auditores. Anshelmus in 2. Theſſ. 1, 3. *Pro victu*, Sir. 32, 17. Eſ. 62, 9. Deut. 8, 10. Pſal. 145, 15. ſequent. & 147, 8. 9. Philipp. 2. vſ. 27. *Pro*

§. 8 *liberatione* ex morbo: ab exemplo Hiskiæ, Eſa. 38, 19. 20. Tob. c. 11, 16. ex morte: ab exemplo Simeonis, Luc. 2, 29. Lucii Martyris apud Euſebium lib. 3. cap. 36. qui dixit: Gratias ago tibi; ab horrendo mundi tyranno me liberas, & ad Deum meum relegas. Cyprianus audiens ſe gladio occidendum eſſe, dixit: Ago Deo gratias, qui me à vinculis hujus corporis ſolvere dignatur, Baron. tom. 2. *Pro hoſpitalitate* aliisque charitatis officiis proximo debemus gratias agere. Hanc gratitudinem experta eſt Rahab, Joſ. 6, 25. Mephiboſeth filius Jonathan, 2. Samuel. 9. verſ. 6. Barſillai, 2. Samuel. 19. v. 33. Sunamitis vidua, 2. Regum 4. v. 36. cap. 5, 14. 15. Dan. 2, 45. 48. Roman 16, 4. Tob. 9, 2.

§. 9 II. *Materia in qua.* Subjectum in quo eſt ipſum cor, non propriè opus. Pſ. 103. ter excitat ſe David; noſtram ſegnitiem arguit & tarditatem, ab Exemplo viduæ, Luc. 21, 1. Sententiæ Senecæ lib. 4. de beneficiis c. 21. Etiam diſertus eſt, qui tacet; fortis, qui eſt compreſſus manibus vel alligatus: Ita etiam gratus eſt, qui tantum vult, neque habet hujus voluntatis ſuæ ullum alium, quàm ſe teſtem. Conſuetudo in ſacrificiis, cum thura deeſſent, ſal offerebant; ratio, Deus ſolum cor reſpicit. Simile: In horologio rotæ & axes variæ: ita mundus eſt horologium, creaturæ Dei ſunt rotæ, homo campana eſt, cujus malleus lingua percutiens cor & os hominis Dei laudes ſemper tonare & inſonare debet, Pſalm. 103. v. 1. 2. 3. 1. Theſſ. 5, 18. Pulchrè equidem ſcripſit Auguſtinus epiſt. 77. ad Aurelium: Quid melius & animo geramus & ore premamus & calamo expromamus, quam Deo gratias? Hoc nec dici brevius, nec audiri lætius, nec intelligi grandius, nec agi fructuoſius poteſt. Hæc Auguſtinus.

§. 10 III. *Subjectum cui*, vel quibus gratias agere debemus? DEO: Errant, qui gratias alii quàm Deo agunt, ut omnes Idololatræ. Orans vero non ſit maculatus peccatis contra conſcientiam, Deuteron. 2. verſ. 45. 1. Regum 47. 2. Chron. 33. Pſalm. 34, 16. Pſalm. 58, 16. Pſalm. 109. v. 6. Cæterum Deum laudare debemus ob eſſentiæ ſupereminentiam, Pſal. 136, 2. potentiæ excellentiam, verſ. 4. creationis evidentiam, beneficiorum varietatem & copiam, v. 10. nominis Dei ſuavitatem, quod gratias agendo prædicamus, Pſ. 116, 17. *Parentibus*: Alys, Crœſi filius, præ nimio erga patrem amore, cum ſemper mutus fuiſſet, in loquelam erupit, Herodotus. Sic qui hactenus mutus fuit, in gratiarum actionem præ nimio amore erumpat. Ciconia Hieroglyph. ἀντιπελαργούντων. Or. p. 71. a. V. Prompt. alleg. ad 4. præcept. fol. 28. ſequent. *Proximo*: Dona attulerunt Joſephi fratres, gratæ mentis indices, Geneſ. 43. v. 2. Filiæ Jeruſalem cum tympanis obviæ factæ Davidi revertenti è prælio, 1. Samuel. 18. David gratus erga Hanochum, cujus pater dederat hoſpitium: erga Jonathan, 2. Sam. 9, 1. 7. *Viris doctis* & rerum ſacrarum Studioſis: ſic Ptolomæus 72. interpretes maximis donis ornatos domum remiſit, quod in vertendis Bibliis ſtrenuè operam ſuam collocaſſent, Joſeph. lib. 12. c. 2. antiquit. *Militi emerito*, Sir. 26, 26. *Medico*: ſic Phalaris, Tyrannus licet, erga illum gratus fuit.

Benefactoribus Patriæ. Contra illis non refertur gratia digna, ut Phocion venenato potu extinctus, Ariſtides in exilium actus & c. Vide Sturm. in Prompt. Exemplorum ad 4. Præc. p. 28. ſeq.

IV. *Materia ex qua* ſive partes gratitudinis ſunt: conſiderare 1. perſonam, cui debentur gratiæ: 2. merita, pro quibus debentur: 3 noſtra officia, quæ promittimus viciſſim: 4. cauſam Deum moventem. Alias quatuor partes gratitudinis: α. beneficii accepti agnitio: β. agniti memoria: γ. memorati conſervatio: δ. compenſatio pro viribus noſtris. Confer Eſa. 48, 20. Pſ. 107, 22. §. 11

Forma, quomodo? & Modus, & requiſita. §. 12

Agendæ enim gratiæ

Corde puro, Num. 6, 4. Levit. 7, 12. placentæ azymæ offerendæ; vide Schelham. in hoc c. & verſ. 30. ejuſdem 7. cap. & in 3. cap. Levitic. & c. 22, 29. Corde læto, Pſalm. 5, 12. 13. & 19, 1. 2. & 33, 1. paratoque, Pſal. 108, 1. In nomine Jeſu, Col. 3, 17. Joh. 16, 24. In ſpiritu, Eph. 5. v. 19. 20. Indeſinenter, Pſal. 34. & 104. & 146. Admiratione, Pſ. 36, 9. Gaudio, Pſ. 107, 22. Cordis ſuavi affectu & pietate, Joh. 5, 14. Tob. 14, 2. Inſtrumentis Muſicis, Pſ. 71, 22. In omnibus operibus vocationis noſtræ, Col. 3, 17. Factis, piè vivendo, Tob. 14, 2. Vid. Chryſoſt. tom. 5. folio 80. lit. L. peculiarem hac de re homiliam. Ore, ut benefactoris laudes prædicemus, Pſ. 23, 24. Linguis, ut glorificemus eos, qui in nos bona contulerunt. Affectib. Luc. 1, 46. 47. Pſal. 86. v. 4. 12. Corde & opere. Alleg. Duo altaria in templo Salomonis, intus thymiamatum; extra holocauſtorum; hoc opera, illud cor poteſt ſignificare. Innocentia vitæ, Johan. 5. v. 14. Gemitu cordis, Auguſt. tom. 8. col. 15. a. Multi ſonant voce, qui opere muti ſunt, ait Auguſt.

tom. 8. col. 1419. b. imò gratias agere debemus reverenter, ut divinæ nos voluntati subjiciamus: ardenter, ut ejus amore incalescamus, Psf. 145, 19. Fiducialiter, ut accedamus corde pleno fiduciæ, Eph. 3, 12. Lætanter, Pf. 33, 1. Intelligenter, Jac. 4, 3. Matt. 8, 2. Concorditer, 1. Tim. 2, 8. Malach. 2, 15. 16. Realiter, ut gratias agamus toto corde & anima, Pf. 103, 1. Denique in nomine Jesu gratiæ sunt agendæ. Eucharisticum sacrificium oblaturus manus victimæ imponere jubebatur integræ, Lev. 3, 1. Victima integerrima Christus, huic fidei manus imponere convenit, Coloss. 3, 17. c. 2, 7. c. 3, 15.

§. 13 *Effectus gratitudinis.*

Benefacere ei, qui benefecit nobis, 2. Sam. 10, 2. 1. Chron. 19, 2. 1. Reg. 2, 7. Elisa gratum se præbet erga Sunamitem, 2. Reg. 4. Esther. 2. Mardochæo refertur gratia. *Celebrare beneficia Dei*, Exod. 12. Pf. 13, 6. & 33, 1. & 34, 2. & 44. v. 9. & 57. v. 8. *Erigere altaria*, Exod. 17. nos in corde quotidie erigamus altare suffitus, Deut. 31. Rex Agrippa, placato Cæsare Claudio, loco ferræ catenæ auream ab eodem Cæsare accepit, eamque in templo Jerosolymitano ad gazophylacium suspendi jussit, Joseph. libr. 19. c. 5. antiq. Jud. Sic nos catenas Christi suspendamus in gazophylacium cordis nostri. *Conservare memoriam* & recordari memorabilium Dei, Deut. 32. Exod. 13. & narrare filiis facta Dei miranda, Deut. 8. c. 24. *Beneficia impetrare.* Alleg. Cum Josephi fratres grati essent, & pretium pro frumento solverent, idem illis pretium restitutum fuit: sic qui gratias Deo agit, is Deum ad plura dandum invitat, juxta Psalm. 50. vers. ult.

Erigere se in spem, fore, ut uberiora a Deo beneficia accipiamus, Rom. 1, 8. *Demonstrare*, quod Deum ames qui præstitit beneficia, quod ejus beneficia laudes.

§. 14 *Requisita gratitudinis, aliaque prædicata.*

Gratitudo sit *propera*. Psal. 34, 1. omni tempore. *Non differenda:* Holocausta Eucharistica non erant in crastinum differenda, Lev. 7. v. 15. gratitudines non differendæ. Ex allegor. Virgam Aaronis, Manna & tabulas legis in arca Deus reponi voluit ad perpetuam rerum istarum memoriam, Exod. 25, 16. Ita in arca cordis nostri Dei beneficia reponenda sunt, Psalm. 103. 2. *Opportuna*, laudandus Deus cum adhuc sanus & vivus sis, Sirach. 17, 27. *Necessaria* erga Deum & homines. Aristoteles 5. Ethicorum memorat, Græcos in medio suarum civitatum semper Gratiarum templa extruxisse, ut homines ejus loci tanto melius gratitudinis templum erigerent erga Deum. Petrus Crinit. lib. 5. c. 5. de honesta disciplina. *Sancta*, Levit. 3, 1. Eucharistica sacrificia sint sancta, quia Deus Sanctus, Levit. 19, 2. *Benedicta via* est, Pf. 50. ult. August. tom. 10. col. 30. c. *Perpetua*, Levit. 6, 13. Ignis gratitudinis in altari cordis tui luceat, ligna subjicienda sunt DEI beneficia, Spiritus S. accendit hunc ignem; ille ignis luceat coram hominibus ore & opere, intus fumet meditatione in corde. A simili: Si rex quotannis 1000. aureos tibi daret; tu verò istam pecuniam insumeres in emendis veneno & armis, in regis necem directis. Allegor. Israelitæ ex auro vitulum fecerunt, quod eis ex Ægypto superesse fecerat Dominus, Exod. 32, 2. &c. Sic homines Dei donis ingratissime abutuntur. Vide pulchre Ambros. serm. 43. Cum diluculo surgimus (ait,) debemus, priusquam procedamus è cubiculo, gratias agere Salvatori, & ante omnes actus seculi actus habere pietatis, qui nos quiescentes & dormientes in lectulis custodivit.

§. 15 *Similia gratitudinis.*

Gratiarum est sacrificium ex similagine, Sir. 35, 4. est oleum, Lev. 7, 12. 13. & 30. Hostia Deo placens: Odor bonus, quo gaudet Deus: Via per quam Deum ad benefaciendum impellis: Custos beneficiorum optima, Chrysostom. hom. 25. in Matth. Mensura uberrima, qua reddimus proximo, Ambros. 1. c. 31. officior. Ut Maria Christum sub corde gestavit, Simeon in ulnis, Luc. 2. Sponsa inter ubera, Cant. 1, 13. ita quilibet Christianus semper debet gerere Christi memoriam in corde per devotionem, in ulnis per operationem, inter ubera per seriam pietatem.

§. 16 *Divisio gratitudinis.*

Alia *animi*; hæc autem colligitur ex signis, qualia sunt, gratiarum actio, vota, preces pro salute benefactoris, beneficiorum commemoratio, officiorum oblatio, compensationis promissio: alia *facti*; sed signa facti sunt dona, officia in benefactorem collata.

§. 17 *Exempla Gratorum*

Erga Deum: Jacob Gen. 32. David Pf. 32. & 34. & Abraham singulis locis, in quibus ipsi Deus beneficia præstiterat, nomina gratitudinis ergo indidit. Sic Moses: Jehova nissi. Placilla Cæsaris Theodosii uxor maritum ad perpetuam gratitudinem erga Deum cohortabatur. Tripart. lib. 9. c. 31.

Erga homines: David erga Jonathanis posteros, 2. Sam. 9. Israelitæ erga Rahabam, Jos. 6. Alcibiades erga Socratem. Cæsar Basilius mulierem olim ipsi ægroto diversorium concedentem, Cuspinian. Abradates rex Susis erga Cyrum, qui Pantheam reginam tutatus fuerat, ne à quopiam vitiata fuerit, Xenoph. lib. 6. 7. de Pædia Cyri. Rex Matthias Ungariæ erga ludimagistrum, qui illum olusculi ferculo exceperat, Münster. lib. 4. Cosmograph. Plura exempla vide apud Meiger. lib. 5. cap. 15. etiam *piscium* erga homines. V. Camerar. part. 2. c. 83. Hor. subcisiv. *Et aliorum brutorum.* Vide fol. 42. part. 2. Prompt. Exempl.

§. 18 *Officia nostra*

Circa gratitudinem hæc sunt: 1. Consideremus, quot & quanta Deo nos debeamus pro omnibus, quæ nobis dedit? Psalm. 118. Quid retribuam Domino? &c. Hoc retribuere debemus Domino (α) memoriam beneficii, ne illud parvi æstimemus. (β) amorem, benefactorem diligamus, Psalm. 18. vers. 2. 3. 2. Parati simus ad agendas gratias, Psal. 57, 8. 9. idque perpetuo. Vide Lessium si vis lib. 12. de perfect. divin.

Oppoſita.

§. 19 Opponitur gratitudini Ingratitudo : ſequi ſolet, cum nobis Deus benefecit, ut 1. Sam. 10, 19. Deut. 32. Eva vero maximè diſſuadetur. 1. A diſplicentia Dei, Jud. 6, 8. 9. 10. Huic enim non redditur quod ſuum eſt, 2. Chron. 32, 25. Vid. etiam Amos. 2, 9. 10. 11. 2. A damnatione Dei, Roman. 1, 18. Col. 2, 2. 1. Timot. 5, 4. 2. Tim. 3, 2. 2. Pet. 1, 9. & 2, 20. Luc. 6, 25. Jer. 5, 7. 3. A pœnis, Jud. 8, 16. 2. Paral. 24, 25. Prov. 17, 13. Ezech. 16, 43. Eſa. 1, 23. Sap. 16, 29. Sir. 12, 3. Luc. 9, 3. c. 13, 34. c. 14, 24. 4. Ab exemplis: Num. 11, 1. Judic. 2, 3. c. 8, 35. 2. Reg. 25. Deut. 23, 4. c. 30. v. 15. 1. Sam. 25, 10. 2. Sam. 10, 4. Deut. 32, 4. Jerem. 2, 4. 5. 6. Ezech. 16. 5. A conſuetudine Romanorum, qui ſervum manumiſſum ſed ingratum in ſervitutem retrahere poterant: ſic nos a Chriſto manumiſſi recidivam ingratitudinem paſſi iram Domini (Matth. 18, 32.) incurremus. 6. A turpi: Impiorum eſt propria, Aug. tom. 8. col. 299. a. 7. Ab exemplo animalium ferorum, quæ ipſa ingratitudinem extreme averſantur.

Materia.

§. 20 Ingratitudo pro rebus ſpiritualibus, e. g. *pro verbo DEI*; ſic Capernaitæ Matt. 11, 21. Jer. 18, 18. 19. 20. *Erga ſapientes conſiliarios*, Sir. 26, 26. 27. *Pro victu*, Oſe. 2, 8. Gratitudo ſumma in Deum, quam cum relinquunt, nec pœnitentiam agunt. Demoſthenes ob facinus urbe profugus cum fugeret a facie civium, qui tamen in via ipſi porrigebant viaticum, dixit: me miſerum, talem quod reliqui urbem, tales habens inimicos. Dicamus idem de Deo, offerente veniam nobis profugis in eccleſia: væ nobis! ſi eam reliquerimus, ubi Deus nobis inimicis ſuis offert viaticum pœnitentiæ. Zwing. fol. 103. a. ob Exilium. *Erga magiſtratum* emeritum ingratitudo populi, qualis ſolet eſſe adverſus triremes p. 151. a. Nic. Zwing.

Materia ex qua.

§. 21 Seu Actus ingratitudinis: *oblviſci beneficii*, Gen. 40. pincerna, Jud. 9. 1. Sam. 25. ingratus Nabal. 2. Chron. 24. non eſt recordatus Joas. Eſa. 1, 2. c. 5, 4. Luc. 17, 8. Gen. 31, 5. Exod. 1. v. 18. Deut. 32, 6. *Extollere cor* ſuum, Oſ. 13, 6. & a Deo deficere, Jer. 2, 5. 6. *Bonum malo compenſare*, Prov. 17, 13. c. 30. Sic Judas fecit. Joab interficiens Abnerum, 2. Reg. 3. & Joas rex Zachariam, 2. Chron. 24. Quinque modis aliàs fit ingratitudo: 1. cum facto gratias non referimus: 2. nec verbis agimus: 3. animo beneficia non agnoſcimus. 4. eadem verbis negamus: & 5. maleficio eadem compenſamus. Confer 2. Chron. 32, 24. 25.

Adjuncta & Effecta ingratitudinis.

§. 22 *Eſt turpis*: diſplicet Deo: iram ejus provocat: ſtultitiam arguit, Deut. 32, 6. væ accelerat, Eſa. 1, 2. diſtrahit amicitias, Senec. lib. 1. c. 1. de benefic.

Habet ſuos gradus. Bernh. *Ingratus eſt, qui diſſimulat: Ingratior, qui non reddit: ingratiſſimus omnium, qui oblitus eſt.* Inquinat animam, Sap. 16, 29. Recenſetur hoc vitium inter ea, quæ erunt ultimorum temporum, 2. Tim. 3, 1. 2. Cicero: *Omnes immemorem beneficii oderunt.* Ingrato nihil iniquius, Ambr. in Pſ. 33. *Pœna ingratitudinis* (1) Ignominia: Seneca lib. 4. c. 37. de benef. enarrat, ingratitudinem militis, hoſpitis olim ſui, (qui illum naufragum ac miſerum domo exceperat, refecerat, viatico inſtruxerat) bona petentis ac impetrantis. Re ad Philippum Macedonem Regem liberius delatâ, fronti hujus militis ad perpetuam ignominiam inuri juſſit hunc titulum: Hoſpes ingratus. Ita, quotquot ingrati fuêre in hac vita, Deus inſcribet cordibus ipſorum & conſcientiæ vulneratæ: *Ingratus hoſpes es.* Annon omnibus ingratis hæc jam pridem ſcripſit Moſes Deuter. 32, 6. hæccine reddis Domino, populi ſtulte? Propria conſcientia tuam tibi dictat ingratitudinem, cor tuum obſignat, æternum tibi hoc erit ingratitudinis opprobrium, Prov. 17, 13. (2) Omnis calamitas, Ezech. 16, 43. Regni Dei ablatio, Luc. 9, 5. Mutua diſcordia, Jud. 8, 16. tragicus exitus, exemplo Joæ, 2. Chron. 24, 21. 22. ſeq.

Similia.

§. 23 Eſt *ventus* exurens & exſiccans fontem bonitatis. *Mors* beneficentiæ; nam ingratitudo ceſſare facit beneficentiam Dei, Oſe. 2, 8. 9. Hinc Bernh. ſer. 52. in Cant. Ingratitudo inimica eſt animæ, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio. *Limus* & fimus vias gratiæ obſtruens, Bernh. ſerm. 2. de Evangelio.

Exempla ingratorum.

§. 24 Pincerna è carcere liberatus ex prædictione Joſephi, ejusdem memoriam citò abjecit, Geneſ. 40, 23. Et ita novem leproſis Chriſtus prædixerat ferè, ut è morbi carcere liberarentur; quo facto ſimile ingratitudinis ſpecimen exhibuerunt, nec ad agendum gratias reverſi ſunt, Luc. 17, 18. &c. Laban ingratus erga Jacobum, Gen. 31, 1. Pharao erga Joſephi poſteritatem, Exod. 1, 8. Iſraelitæ poſthabitis tot Dei beneficiis ab eodem non ſemel defecerunt, Jud. 2, 1. c. 6, 8. c. 8, 33. c. 12, 1. 1. Sam. 10, 17. Exod. 17, 3. Num. 11, 14. Deut. 23, 4. Corazin & Bethſaida, Matth. 11, 21. Samaritani, Luc. 9, 53. Adam & Eva pro tantis donis ipſis conceſſis minime grati fuerunt. V. Aug. lib. 21. de civit. Dei c. 12. Judas proditor diſcipulus ingratiſſimus, vid. Ambr. lib. 10. in Luc. ad verba Chriſti: Juda, oſculo filium hominis prodis? Magnentius in ſeditione pallio Conſtantis Cæſaris a præſenti morte liberatus eſt; at ille hunc per dolos & fraudes occidi curavit, Cuſpinian. Alexium fratrem a Turcis captum frater Iſaacus magna vi pecuniæ redemit; at Alexius Iſaaco effoſſis oculis eundem patriâ expulit. Baſilius Conſtantinus Cæſar magiſtrum venationum occidi juſſit, qui, ſoluto cingulo Cæſaris, cui cervus cornua implicarat, illum a præſenti vitæ periculo exemerat, Zonaras. Plurima alia exempla ingratorum vide apud Corn. a Lap. in cap. 20. Num. fol. 853. b. c. d. Johan. Textor. in officin. col. 1241. ſequent. Baptiſt. Fulgoſ. lib. 5. cap. 2. 3. exempl. Didac. Apolepht. part. 2. horarum recreat. p. 347. ſequent. M. Sturmius Promptuar. exemplor. part. 2. de quarto præcepto.

§. 25 *Ingrati sunt tolerandi*

A piis: *ob exemplum Dei*, qui tolerat ingratos. Matt. 5. omnia bona eis confert. *Christi*, qui novem ingratos curavit leprosos, Luc. 17. Ad Samaritanos revertitur, qui ipsum tamen repulerunt, Luc. 9. *Ethnicorum*, qui ingratos & inimicos dilexerunt. *Ob naturam charitatis*, quæ omnia suffert, 1. Cor. 13. *Præceptum* Christi & Pauli de diligendis inimicis. *Commodum*. Rom. 12. prunas ardentes colliges. *Discipulus* Christi Christum imitetur, qui non cessavit benefacere, etsi ingrati essent homines. *Ob memoriam* nostræ ingratitudinis erga Deum, cujus intuitu malorũ ingratitudinem ferre debemus, ut olim Alphons. rex Arragoniæ monuit.

GRATULATIO. *V. Salutatio. It. Votum.*

Tertull. c. 35. Romani, cum ipsis rex munera porrigeret, vitam ei longævam precati sunt his verbis: De nostris annis tibi Jupiter augeat annos.

GRAVITAS.

(1) Tit. 2, 7. Hieronymo est castitas; rectius de doctrinæ qualitate exponitur, nempe eâ, ut nullâ cum levitate conjuncta sit. Conf. Phil. 4, 8. 1. Tim. 3, 4. 8. c. 2, 2. (2) Odii erga innocuos, Sap. 2, 15. 2. Macch. 6, 3. (3) Calamitatis, Sap. 17, 21. & supplicii Dei, Ps. 32, 8. (4) Somnolentiæ, Sir. 22, 8. & superbiæ, 2. Macch. 9, 11. & securitatis, Luc. 21, 34. (5) Morbi, Sir. 31, 2. 2. Macc. 9, 21. (6) Vulneris, 1. Reg. 22, 34. & doloris, Es. 17, 11. (7) Peccati, Esdr. 9, 7. Esa. 24, 20. (8) Obdurationis, Act. 28, 27. (9) Tribulationis, 2. Cor. 1, 8. c. 5, 4.

GREMIUM. *V. Sinus.*

GRESSUS.

§. 1 1. *Mysticus Ecclesiæ*, Cant. 7, 1. in cursu fidei & bonorum operum: in calceamentis, non veterib. Exod. 3, 5. Joh. 5, 15. sed novis, Eph. 4, 23. Evangelisantium, Esa. 52, 7. & pie viventium. De exemplis Sanctorum, quos imitemur, exponit Abbas Wolbero.

§. 2 2. *Hominis* conatus, studia, intentio, humana cogitatio. *Deus* circa humanos gressus operatur, sic ut illos dirigat, Psal. 37, 23. & 119, 133. Prov. 16, 4. c. 20, 24. firmet, Ps. 40, 3. numeret, Job. 14, 16. c. 31, 4. c. 24, 16. respiciat, Job. 34, 21. dilatet, 2. Sam. 22, 37. Ps. 18, 37. in orbita contineat, Psalm. 17, 5. *Homo* vero gressibus suis attendat, Prov. 14, 15. quia ex corde provenit, quod malum est, Prov. 4, 23. bene dirigat, Prov. 15, vers. 21. bonos faciat, Heb. 12. ne offendat. *Hostis* solet piorum gressus circumdare, Psal 17, 11. rete expandere, Prov. 29, 5. *Malus* involvit eos, Job 6, 17. vagatur, Prov. 5, 6. supplantatur se, Prov. 19, 3. & in iisdem injustitiam exercet, Es. 59, 8. & facit damnum, Prov. 5, 5. *Inconstans* sibi non constat, sed discedit, a via bona declinans, Job. 31. vers. 7. Cui opponitur non declinare, Psal. 44, 19.

GREX

§. 1 1. *Pecudum*, Gen. 4, 4. c. 13, 5. Ps. 50, 9. (signum benedictionis Dei, Deut. 7, 13. & 28, 4. Psal. 65, 14. medium locupletationis, Gen. 26, 14. Prov. 27, 23.) etiam sacrificiis destinatarum, Os. 5, 6. 2. *Hominum*, (Ezech. 36, 38.) subditorum, ob pastores magistratus sic dictorum, Jer. 10, 21. 3. *Opum* malè partarum, Job. 24, 2. 4. *Ecclesiæ*, Ps. 77, 21. Mich. 2, 12. c. 17, 14. Ps. 59, 7. &c. Pascit eam *Christus*, Ps. 23, 1. 2. & 80, 1. Zach. 10. v. 3. c. 11, 7. Ille amat, regit, educit ad pascua, defendit hunc gregem, congregat, Jer. 23, 3. erudit, Sir. 18, 3. Subsunt huic pastori *ministri*, non canes muti, Esa. 58. Act. 20, 28. 1. Pet. 5, 2. Administræ causæ principi.

§. 2 *Materia* pascuæ sunt scripta sacra, Evangelium, vid. Luther. egregie in Ps. 23.

Modus pascendi politicus non est, sed spiritualis, in docendo, arguendo, gubernando secundum εὐταξίαν, 1. Cor. 14. 2. Tim. 3, 16.

§. 3 *Finis* Dei gloria, salus gregis. Mali contra pastores derelinquunt gregem, Zach. 11, 17. dilacerant, Jer. 23, 1. dispergunt, Jer. 23, 2. c. 10, 11. c. 50, 17. non pascunt, Ezech. 34, 3. non curant, ib. non sanant; fugiunt veniente lupo, Johan. 10. gregi non parcunt, Actor. 20.

Ovile in his terris est, ubi Dei grex; hunc & illud defendit Deus. Zach. 2. ero murus igneus. Vid. tit. Ovile.

§. 4 *Affectiones* hujus gregis sunt status vilis, Zephan. 3, 12. timor, Luc. 12, 12. persecutio luporum, Act. 20, 28. perditio, Jer. 50, 6. error, Ezech. 34. v. 6. dispersio universalis Ecclesiæ, in cavernis terræ latentis, Heb. 11, 37. vel particularis.

GRUMI sanguinis.

Vid. tit. Christus, & quidem de passione Christi.

GRUS. *V. Hirundo.*

GUBERNARE.

1. *Dei*, Prov. 16, 9. Act. 3, 18. V. tit. Providentia.

2. *Hominis*, Magistratûs, præfecti, Dan. 3. v. 24. 27.

GUELFI. *V. Lis.*

GULA.

§. 1 Est peccatum mortale in suo genere: Immoderata cibi potusque aviditas & appetitus.

Tituli affines sunt, *Temperantia* in oppos. *Convivium: Commessatio: Ebrietas.*

Causæ dissuadentes gulam.

§. 2 1. *Dei probibitio*, Esa. 5, 11. Prov. 23, 20. Sir. 31, 19. Rom. 13, 13. 2. *Dei Ira*, cum gulæ indulsissent protoplasti, Gen. 3, 6. 17. Et *pœnæ*, Luc. 17, 27. mors, Esa. 22, 13. Deut. 21, 20. Numer. 11, 33. furor Domini, Ezech. 16, 49. 3. *Exclusio à vita æterna*, Gal. 5, 19. Luc. 6, 24. Esa. 5, 14. 4. *Ignominia* perpetua, Philip. 3, 19. & amissio hæreditatis: sic Esau primogenituram, Genes. 25, 30. 5. *Incommoda* physica: nam ex gula sunt (α) morbi omnis generis, qui è gula nascuntur: (β) natura variis cibis & potulentis confunditur, non constituitur. Vide Chrysost. hom. 16. in c. 17. Actor. fol. 119. D. E. (γ) Seminarium est libidinis gula, Hieron. lib. 2. in Jovinian. (δ) incrassat ingenium & carnale reddit. Chrysostom, hom. 44. in Evang. Joh. Est enim gula velut sus fœta.

Modi gulæ

§. 3 Quinque, de consecrat. dist. 5. c. cum 1. homo indigentiæ tempora prævenit, neglectâ valetudinis ratione ac cura. 2. cibos lautiores

& pretiosiores quærit. 3. solicitam & accuratam ciborum præparationem quærit. 4. in nimia quantitate cibos sumit & naturæ mensuram excedit. 5. nimio desiderio in cibos viliores fertur: sic Esau Genes. 25, 30. in edulium lenticulæ. Confer Gregor. libro 31. moral. Gerson. part. 2. de vitiis capitalibus. Thom. part. 2. q. 148.

Effectus gulæ varii.

§. 4 (α) Hominem paradiso ejecit, Gen. 2. (β) Bonis hominem privat, ut Esavum, Gen. 25. ineptumque reddit ad pugnam spiritualem: vide Gregor. lib. 30. moral. c. 26. (γ) Diabolo domum parat, hic enim in gulosis & porcis habitat. Allegor. Matth. 8, 31. de porcis Gergasenorum. (δ) Luxuriam & petulantiam inducit, Prov. 29, 21. (ε) Vitia plurima causat: ut, adulterium in Davide, homicidium in Herode, securitatem in Nabale; fastidium cibariorum communium, diætæ turbationem, voracitatem, festinantem quoque ingluviem. (ζ) Mortem corporis & animæ inducit. (η) Hominem inutilem reddit ad preces, & equis asinisque pejorem: hi enim post pastum apti sunt ad sua munia & onera portanda; homines gulosi vero sunt inepti, Chrysostomus conc. 1. de Lazaro.

Filiæ gulæ quinque.

§. 5 Scurrilitas: Multiloquium: Horat. Fœcundi calices quem non fecêre disertum? Inepta lætitia. Dan. 5. Belsazar. Luc. 16. Dives. Immunditia: Hebetudo mentis.

Similia.

§. 6 Gulosi sunt similes suibus, canibus, pisci, de quo Aristoteles scribit, eum cor in ventre habere solum è cunctis animantibus; vocatur piscis ὄνος asinus. Sicut vapor exhalans lucem obscurat: sic gula irradiantem lucem Spiritus Sancti. Aqua est, quæ omnes hominis sensus inundat & obruit, navem mox submergit. Onus animæ navim submergens, Chrysost. orat. contra luxum & crapulam. Terra nimis humectata vermes generat. Speculum sordidum est crapula, in qua se homo non videt. Nebula est, menti caliginem offundens. Ventorum turbines confundunt Elementa: sic gula mentis aciem.

Exempla gulosorum.

§. 7 *Holofernes* ebrius. *Dives* epulo, Luc. 16. Plinius scribit, *Parthos* tantò plus sitire, quantò plus biberint. *Philoxenes* collum gruis sibi optavit, majoris è potu voluptatis percipiendæ ergo. *Darius* voluit sepulchro suo inscribi: potui & multum vini potare, & bene ferre. *Timocreonti Rhodio* hoc positum est epitaphion:

Multa bibens, tum multa vorans, malè denique dicens
Multis hîc jaceo. Timocreon Rhodius. *Mithridates* præmia bibonibus & voracibus olim constituit. Androcides animadvertens, *Alexandrinum* poculis deditum esse, dixit: vinum potaturus rex, memento te toties sanguinem bibere; nam sicut venenum homini est cicuta, sic & vinum. *Cleomenes* Rex Spartanorum ebrietate ad insaniam redactus est.

De hoc vitio confer sis Greg. lib. 30. cap. 26. 27. moral. Chrysost. tom. 5. Thom. in 2. 2. q. 148. art. 4. & in hunc Scholastici, (ex quibus liquet, nullum hominem ab hoc vitio immunem esse; ut inter omnes nullus sit, habito ad vitium respectu, homo justus) qui certos præscribunt casus, qui hoc vitium quoque mortale reddunt. Vide Samuel. de Lublino in summula. Vid. Gula, & Lessium lib. 4. de justitia & jure.

GURGES. *V. Abyssus.*

GUSTARE.

§. 1 1. Proprie: primoribus aliquid attingere labris.

2. Metaphorice: experiri, sentire suo gradu bonum spirituale, ut Dei suavitatem, Ps. 34, 9. Heb. 6, 4. 5. 1. Pet. 2, 3. vel mortem, Matth. 26, 28. Luc. 9, 27. Joh. 8, 52.

Qui gustent?

§. 2 (1) Abdicantes se mundo, soli Deo amore adhærentes, Psal. 73. v. penult. Vide Gregor. hom. 20. in Ezech. (2) Omnes curas in Deum projicientes, Psal. 55. (3) Spiritualem linguam gustu terrenarum voluptatum non depravantes, 1. Tim. 1. sic Demas. (4) Semper esurientes justitiam consummatam, cum hic solùm habeamus inchoatam; Christum igitur edimus fide & gustamus animâ, donec plenè satiemur, Psal. 17, 15. (5) Suave Christi jugum suscipientes, Matth. 11. id est regnum, in quo suave vinum sapientiæ.

Quomodo?

§. 3 Gustamus 1. in verbo Dei suavitatem, quæ per promissiones dulcissimas innotescit; 2. in Christi merito sufficientissimo; 3. in amore Dei Joh. 3, 16. erga nos ferventissimo; 4. in exemplo dilectionis Christi suavissimo, Joh. 15, 5. in Eucharistiæ epulo dulcissimo; 6. in Evangelii convivio lætissimo; 7. in æternæ vitæ promisso certissimo. 2. Tim. 4. reposita est mihi.

Eventus hujus gustus est felicissimus: experimur enim Domini suavitatem; verum Protoplastorum gustus peperit pœnarum atrocitatem, Gen. 3. Gratia sit Adamo secundo, qui nos ab hac liberavit.

GUTTUR.

§. 1 1. Idolorum, Ps. 115, 7. 2. Malorum, Psal. 5, 10. & 14, 3. Rom. 3, 13. 3. Liberatorum, Ps. 149, 6. 4. Mysticum, Cantic. 5, 16. Christi salvatoris, qui suavis est α. in Evangelii prædicatione. β. Sapientiæ & gratiæ promulgatione, Psal. 45, 3. Prov. 8, 6. γ. In dulcissima invitatione Matt. 11. Venite ad me omnes. δ. In officii consideratione; est enim suavis mediator Christus, 1. Tim. 2, 5. legis consummator, Rom. 5. Deo solus gratus, Matth. 3. suavis sacerdos, rex suavis, suavis Propheta. Vere igitur tuum, ô Christe, guttur est dulce vinum, Cantic. 7, 9. hoc me lætifica vivum, hoc refice mortis candidatum, hoc

hoc in æternum pota me angelis associatum, 5. Devotorum, qui gutturi suo Dei præcepta alligant, Prov. 3, 3. c. 6, 21.

GYMNASIA. *V. Schola.*

GYNÆCEA.

Persarum & Syrorum regibus frequentata, Esth. 2, 3. 19. 13. Salomoni qui in eo habuisse (juxta nonnullos) dicitur 1. reginas maritali affectu regi adhærentes. 2. concubinas. 3. puellas intactas.

H.

HABITATIO. *V. Inhabitatio.*
HABITUS vestitus. *V. Vestis.*
HÆDUS. *V. Hœdus.*

HÆREDITAS & HÆRES.

§. 1 HÆreditas est multiplex: 1. In sensu activo hæres est, qui habet vel adit hæreditatem. 2. In sensu passivo hæreditas est res jure hæreditario acquisita. 3. In sensu generali quicquid obvenit gratuito, dicitur hæreditas, vel quocunque demum titulo, Prov. 20, 21. Psalm. 83, 13. & 37, 29.

§. 2 *Christus est hæres*, Matth. 21, 38.

I. *Regni cœlorum* per essentiæ cum Patre unitatem: ab æterno enim possidet hoc regnum. D. Bernh (ut est in vita ejus lib. 1. cap. 12.) nil turbatus aut territus ait: Fateor, non sum dignus ego, nec propriis possum meritis regnum cœlorum obtinere: cæterum duplici jure illud obtinens Dominus meus, hæreditate sc. patris, & merito passionis; altero ipse contentus, alterum mihi donat, ex cujus dono jure illud mihi vendicans non confundor. In hoc verbo confusus inimicus, conventus ille solutus & homo Dei in se reversus est. Hæc de D. Bernhardo.

II. *Ecclesiæ*, hanc enim hæreditatem habet, Psal. 2, 8. Rom. 11, 1. ab hac gentes non excluduntur, quæ ex gratia adscitæ sunt, Psalm. 117. vers. 1. Rom. 15, 9.

III. *Animæ* fidelis cujuslibet, nam animæ nostræ sunt illa Christi hæreditas. Hieronym. in c. 1. ad Eph. verba gloriæ hæreditatis &c. Ambros. in cap. 4. ad Galat.

IV. *Omnium rerum*, Heb. 1, 2.

§. 3 *Pii hæredes sunt.*

Imo quilibet Christianus & credens. Sic Abraham est hæres mundi, Rom. 4, 13. & credentes hæredes, Rom. 18. Gal. 3, 19. Tit. 3, 7. 1. Pet. 3, 22. Jacob. 2, 5. (1) *Cognatione naturali*, ut Judæi, ex Patribus enim est Christus, Rom. 9, 5. (2) *Institutione spirituali*: sic gentiles etiam hæredes sunt, quatenus fidem habent Abrahami, Gal. 3. i. e. adoptione, per hanc enim sumus in familiam Dei adsciti. (3) *Obsignatione.* Obsignata est hæreditas α. Spiritu S. in cordibus nostris testante, Rom. 8, 15. β. Verbo Dei, quod est sigillum veritatis divinæ, Joh. 17. v. 17. imo est testimonium illud a nobis recipiendum, 1. Johan. 5, 8. 9. 10. γ. Morte Christi obsignati sunt hæredes & sanguine ejus notati, Apoc. 7, 3. Ezech. 9. (4) *Sigillorum confirmatione*: nam cœlestis hæreditas habet 1. Sigillum Dei patris, quo confirmatur ea; & est ejus immensa dilectio, qua impulsus filium dedit, & omnia nobis in eodem donabit, Rom. 8, 32. 2. Filii meritum, mors & vulnera in cruce, in quibus nitidissime expressit magnitudinem amoris & ubertatem regni cœli, tot vulneribus acquisitam. Matth. 26. Testamentum in meo sanguine; morte igitur testatoris firmata est, Heb. 9. v. 15. Bona ergo hæreditaria sunt Deus ipse, qui est nostra hæreditas, remissio peccatorum, gratia Dei, vita æterna. Hæc erant illa bona μέλλοντα, de quibus Apostolus Heb. 9. & 10. capitibus. Codicilli autem sunt S. literæ, in quibus uberrime descripta est hæc hæreditas.

§. 4 *Hæreditas verò hæc est*

1. *Constantissima*, non enim Christo est ambulatoria voluntas, ac si modo dare velit hæreditatem, modo non; absit! 2. *Incontaminata*: sicut ipse Deus incontaminatus est; sic quoque bona ejus, quæ quod a Deo donentur, hæreditas appellantur. Ambros. in 4. ad Galat. Bona mundi multis peccatis inquinata sunt & acquisita; non sic bona Dei, non ubi erunt deliciæ Turcicæ & Judaicæ, sed spirituales plane & ineffabiles, 1. Cor. 2, 9. Adde, quod non inquinatam hanc hæreditatem non inquinati duntaxat adituri sint, Apocalyps. 21, 27. & Psal. 24, 3. Vid. plura tit. Vita æterna. 3. *Immarcescibilis & incorruptibilis.* Judæorum hæreditas in terra promissa tandem desiit; desinet Chiliastarum hæreditas, mille annis solùm definita; & hæreditas terrena quævis abolebitur tandem: sed Deus ipse nostra erit hæreditas perpetua. August. in Psal. 149. Deus (ait) erit nostra hæreditas, quæ nec minuitur copia possessorum, non fit angustior numerositate cohæredum; sed tanta est multis, quanta paucis, tanta singulis, quanta omnibus. 4. *Ditissima & lætissima*: illa enim hæreditas omnes mundi gazas superat, quia Deus omnia erit in omnibus, 1. Cor. 15, 28. & plenitudo gaudii ibidem erit, Ps. 16. ult. sine ullis litibus cedit nobis hæreditas, sine ullis jurgiis possidebitur, omnibus deliciis affluet ac abundabit, nullo mœrore turbabitur, Joh. 16, 22. 5. *Communis omnibus piis* & electis filiis Dei, tam in Veteri quam in N. Testamento. Eadem erit gloria, sed tamen gradus in hac diversi, vid. tit. Vita æterna. Eadem gloriâ Angeli fruentur. August. serm. 19. de tempore: Unam cum sanctis angelis civitatem habemus, a Domino possidebimur, hæreditas ejus erimus, & ipse hæreditas nostra erit, quoniam & modo dicimus: Dominus pars hæreditatis meæ.

§. 5 *Cohæredes ut dicamur?*

Rom. 8, 17. Respectu α. *Naturæ humanæ* in Christo, cui collata est per ascensum in cœlum gloriæ cœlestis hæreditas: & per hanc carnem nos evehimur ad participationem illius hæreditatis. β. *Promissionis*: Christus enim promisit, fore nos cohæredes, Apocal. 3, 21. Matth. 19. v. 29. 30. γ. *Gloriæ*; hæreditabimus enim gloriam

riam corporum nostrorum, corpori Christi conformandorum. Origen. lib. 7. ad Roman. δ. *Quietis*, Joh. 17, 24.

Totum genus humanum quidam subinnui statuunt ad Galat. 3, 18. ante Christi adventum, Hieronym. in ill. locum: accommoda magis est explicatio, si dicas, Ecclesiam Judaicam præcise ab Apostolo intelligi, non exclusis fidelibus proselytis, quorum maxima copia erat.

§. 6 *Differt divina hæreditas ab humana.*

1. Ratione *institutionis*: gaudet pater unicum constituere filium hæredem, ne in plures divisa hæreditate filii pars diminuatur; sed Deus suam hæreditatem inter adoptivos filios innumerabiles distribuit. 2. *Negatæ diminutionis*; terrena hæreditas in multos divisa minuitur: non sic cœlestis hæreditas, quæ suam semper integritatem servat, singulis tota datur, vid. August. in Ps. 149. 3. *Possessionis*. Parens non potest una cum filiis possidere hæreditatem: sed Deus sic dat hæreditatem, ut tamen simul eam cum piis possideat, 1. Thess. 4. ult. Erimus semper cum Domino. Vid. August. in Psal. 136. Ne perdas (ait) cœleste patrimonium, ne amittas Christum cohæredem, quia es victurus in æternum cum eo, qui te fecit hæredem. Non enim talis te fecit hæredem, cui mortuo succedas, sed cum quo in æternum vivas.

Hæredum spiritualium requisita.

§. 7 1. *Sint legitimè procreati*: spurii enim ab hæreditate excluduntur, Judic. 11, 2. sic illi solùm sunt hæredes, qui ex Deo, non ex sanguine, neque ex voluntate viri sunt, 1. Joh. 5, 4. P. Berchorius in h. v. valde conqueritur, Ecclesiam suo tempore ab alienis & spuriis filiis occupari, simoniace electis, quos gentes vocat, in Domini hæreditatem irruentes. Lege lector illum & τὴν παῤῥησίαν hominis mecum mirare.

(2) *Immaculati*, neque rei criminis læsæ majestatis; hi enim ab hæreditate excluduntur: sic ii, qui majestatem Dei lædunt blasphemiis, erroribus fundamentum fidei evellentibus, & peccatis contra conscientiam omnino hæredes esse non possunt, Exod. 20, 7.

(3) *Grati* erga Testamentarium: sic & nos gratos esse jugiter condecet erga Christum, qui æterna nobis bona acquisivit, inque horum hæredes nos elegit.

(4) *Adhærentes & adeuntes hæreditatem.* Sicut hæres adire solet hæreditatem, & se pro hærede gerere: sic & nos adire debemus verâ fiduciâ illam cœlestem hæreditatem, Eph. 3, 12. & huic soli inhærere, Psal. 73, 25. 1. Pet. 1, 2. 3. 4. Hæredes enim dicti videntur ab hærendo.

Est plane gratuita

§. 8 Hæreditas, quæ ex gratia datur, non meritis, quæ cum D. Bernhardo nos admittimus, coram Deo agentes. Vid. supra. Nam 1. Deus vi promissionis gratuitæ pollicitus est hæreditatem, Galat. 3, 16. 2. gratuito eandem donavit, d. l. 3. gratuito nobis donavit filius: 4. quia soli promissioni, quæ opponitur legi, transscribitur donum hæreditatis, ut ex epist. ad Galat. liquet, ut nec impia nec imperita sit (ut garrit Bened. Justinianus in Rom. 4, 13.) Lutheranorum sententia, cum idem ipse fateatur in c. 8. ad Rom. v. 17. hæredes adoptari; at hæreditas non sit ipsorum, qui merentur semper, sed pro benevolentia assumuntur in jus filiorum. Sic quoque ex gratiâ, non meritis hæredes simus.

Spiritualis exhæreditatio.

§. 9 Causæ ejus sunt 1. Omnis generis peccata cum finali impœnitentia conjuncta. 2. Blasphemia in Dominum supremum. 3. Inobedientia & contumacia, qualis in Acolasto fuit, Luc. 15. 4. Præsumtio de hæreditate ex operibus accipienda.

Temporalis hæreditas

§. 10 Ante obitum distribuenda non est, Sirach. 33, 19. Genes. 25, 5. Eccl. 2, 18. 19. 20.

S. Cœna potest omnino dici hæreditas ob bona a Christo legata: etsi hoc temere neget Becan. prælud. 2. Manual.

HÆRESIS.

§. 1 Hæresis vox prima origine græca est, a verbo, αἱρέω, eligo: est enim hæresis electa opinio. Paganismus est, qui rejicit Dei verbum. Schisma est, cum non in fidei substantia, sed accessoriis, ordine scilicet vel disciplina Ecclesiastica aberratur; vide Hieron. in Tit. 2, 10.

Quid?

§. 2 Origenes in Epist. ad Tit. *Hæreticus habendus est omnis ille, qui Christo quidem* se credere confitetur, aliud tamen de veritate Christiana credit, quam habeat *Christianæ fidei definitio*.

Hæc ille. Vel est falsa doctrina in fidei fundamentum impingens, obstinatè defensa & pertinaciter, 1. Cor. 3, 10. 11. Tit. 3, 10. Pertinacia vero est, si quis primo apertis scripturis fidem non adhibeat; secundo vel ei, qui aperte rem proponit, non credat; tertio, & nihilominus pergat scripturæ & veritati sese opponere. Hæreticus est, qui aliter scripturam intelligit, quam sensus Spiritus Sancti flagitat, quo scripta est. c. 24. q. 3. c. Inter. & can. seq. Anshelm. Qui generalis ecclesiæ doctrinam deserit. Ergo hæreticus non est, qui negat Thomam esse sanctum, ut vult Roffensis artic. 37. §. *Et sicut.* qui docet, Papam non præesse omnibus, c. 1. dist. 22. & Gloss. in Clement. Ad nostrum: tit. de hæret. qui non habet, non est mox hæreticus. Vana ergo est postulatio Bellarmini: Hæretici proferant sua miracula. Bell. tom. 6. col. 716. c. vid. quoque c. hæresis 24. q. 3. c. dixit. Itaque nimis late hoc nomen hæretici extendi certum est. Vide Innocent. Gentillet. pag. 301. Exam. Concil. Trident.

Causa Efficiens.

§. 3 I. *Principalis, Satan.* Joh. 8, 44. Pater ille mendacii. Augustin. tom. 9. col. 1170. a. Ut enim Deus operarios in messem suam mittit, Matth. 9, 38. sic diabolus dolosos operarios, 2. Cor. 11, 13. 14. immittit & zizania seminat, Matt. 3, 15. & spiritui erroris adhærere dicuntur falsi Doctores, 1. Tim. 4, 1. 2.

II. *Homines* 1. acuti ingenii: ut ex optimo vino fit acerbissimum acetum; sic ex optimis inge-

ingeniis pessimi hæretici. Sicut ægre tinea ex optimo panno extrahitur: sic perversæ opiniones subtilibus ingeniis raro eximuntur. 2. Ostentatio ingenii humani, curiositas, ambitio, semina sunt hæreseως, 2.Tim.3,7. Coloss.2, 18. Adi Socratem lib. 1. c.5. hist. Eccles. Sozom. lib.7. c, 17. 3. Hominum malitia & superbia, mysteria Dei non capientium, August. tom. 8. col. 1519. c. tom. 9. col. 115. d. 156. a. Hæreses non fecerunt, nisi magni homines, ait idem Augustin. tom. 8. col. 463. 14. Præconcepta opinio de modo terreno mysteriis afficto, hinc nata est Capernaitarum hæresis, Joh. 6, 60. & Judæorum, qui regnum Messiæ corporale affectabant. 5. Vindicta animi privata, Philip. 1, 16. 6. Supercilium philosophicum, Col. 2, 8. Hinc Philosophi hæreticorum Patriarchæ dicuntur à Tertull. V. tit. Philosophia.

Ad causam instrumentalem referimus fœminas, quibus ad errores propagandos usi sunt hæretici, ut, Evâ pater mendacii, Genes. 3. v. 1. Montanus Priscilla & Maximillâ, quas prius auro corruperat, Hieronym. epist. 54. ad Marcell. Idem ad Ctesiphontem c. Pelagianos. Baron. tom. 2. fol. 127. n. 35. Apelles Philumene usus, quæ solebat grandem panem in angustissimi oris ampullam immittere. Augustinus.

§. 4 *Quare vero Deus hæreses permittat?*

Pulchrè declarat Augustin. tom. 2. col. 208. a. b. nempe. 1. *Ob nostri eruditionem* inter inimicos, lib. 6. c. 2. de civit. Dei. 2. *Fidei & dilectionis nostræ probationem.* Fides (ait Augustinus) utique ne ab iis decipiamur: Dilectio autem, ut etiam ipsis corrigendis, quantum possumus, consulamus. 3. *Orationem*, ut pro seductis oremus, d. l. Augustin. sic nos in Litaniis: omnes seductos, &c. 4. *Calumniarum manifestationem*; per has enim sibi Ecclesiam confingunt, quam tamen in sanctis libris declaratam agnoscere debebant, d. l. Aug. 5. *Ob elucidationem fidei*, quam credimus, Aug. lib. 7. c. 19. Confess. Improbatio hæreticorum facit a minore, quid Ecclesia sentiat, & quid habeat sana doctrina. Hilar. lib. 7. de Trinitat. Magna vis est veritatis, quæ cum per se intelligi non posit, per ea tamen ipsa, quæ ei adversantur, elucet. 6. *Ob militiæ spiritualis exercitationem.* Habet Michaël suos Angelos, Apoc. 12. hi certant armis spiritualibus, 2. Cor. 10. & spiritualibus sagittis hæreticos interficiunt. Hieron. in c. 3. Esa. v. 17. & lapidant, Athan. orat. 2. contr. Arianos. 7. *Sapientiæ cœlestis culturam.* Patientiam Tyranni, sapientiam exercent hæretici, Ariani Athanasium, Pelagiani Augustinum, Hæretici varii Epiphanium, Nestorius Cyrillum. Huc spectat & patientia, Aug de Civit. Dei lib. 16. c. 2. & libr. 18. c. 51. 8. *Bonorum retectionem*, 1. Cor. 11. Deut. 13. August. c. 8. libr. de vera religione. 9. *Justam punitionem* reproborum ac veritatem negligentium, 2. Thess. 2. Ambr. comm. in h. l. Pauli.

§. 5 *Materia vel Objectum.*

In genere: Doctrina cœlestis, circa eam namque hæretici versantur. Sicut lupi nullum membrorum intactum in ovicula relinquunt: sic hæretici paulatim omnia doctrinæ cœlestis capita lacerant & depopulantur. Sicut pretiosa pharmaca veneno corrumpi possunt: ita doctrinæ cœlestis pharmaca veneno falsæ doctrinæ corrumpuntur.

II. In specie α. Fundamentum fidei; id enim hæreticus proximè impetit, similis vastatori ædificiorum, qui ex imis fundamentis illa subruit: sic hæretici aliud fundamentum, prætérquam quod positum est, substituere & solidum illud subvertere conantur, 1. Cor. 3, 10. 11. β. Ecclesia, in hac enim sunt hæretici. Corpus Christi in cruce tutum erat à crurifragio latronum; at Ecclesiæ Christi corpus non est tutum ab insidiis hæreticorum. Augustinus tomo 8. colum. 237. b. Rete discipulorum scindebatur, Luc. 5. vers. 6. sic Christi rete scinditur ab hæreticis. Ecclesia est ager ille, in quo zizania serit Satan, Matth. 13, 15. Vid. titul. Ecclesia.

Ad objectum referimus homines, qui maximè ab hæreticis seducuntur, nempe 1. *Admiratores* personarum & donorum externorum: sic Corinthii 2. Cor. 10, 7. 2. *Curiosi* & novarum rerum studiosi, 2. Tim. 4, 1. 2. Actor. 14, 15. ut & desideriorum suorum servi. 3. *Dubii* & fluctuantes, hi enim facile erroribus viam pandunt, 2. Pet. 2, 12. cap. 3, 3. 4. *Ignorantes* & tamen de fidei controversiis judicare volentes. Matth. 22. v. 29. Erratis, nescientes scripturas. 5. *Extrema diligentes.* Novatianus lapsos plane recipere nolebat. Contra Felicissimus omnes lapsos sine pœnitentia recipiebat. Baron. tom. 2. fol. 524. n. 35.

§. 6 *Forma.*

Formalis ratio hæreseos utplurimum in pertinacia & obstinatione collocatur: Potest enim quis errare aliis de causis, v. g. ex ignorantia, imbecillitate, &c. qui quidem hæreticus est materialiter, sed non formaliter, cum non erret ex pertinacia. Plura in hanc sententiam habet Cl. Espensæus in c. 3. ad Tit. fol. 603. seq. August. lib. 18. c. 51. de Civ. Dei. §. Sed qui in Ecclesia, &c.

§. 7 *Finis & Effectus.*

Varii sunt hæreticorum & noxii simul 1. *Ex parte hominum:* nam sensus nostros corrumpunt, 2. Cor. 11, 3. Gal. 3, 1. Veritate seipsos & alios privant, 1. Tim. 6, 5. & fidei naufragium faciunt, 1. Tim. 1, 19. Conscientiam a se repellunt, 1. Tim. 1, 19. 20. Fidem pervertunt, 2. Timoth. 2, 18. Christo nos carere efficiunt, Gal. 5, 4. & 2. Brabeion eripiunt, Col. 2, 18. In errorem inducunt, Matth. 24, 11. 24. Tit. 1, 10. Seducunt, Jer. 23, 32. Coloss. 2, 18. Eos, qui aliquid esse volunt, ad se pertrahunt. Sic olim Ariani apud Athan. fol. 398. tom. 1. oper. Auditores deficere faciunt, Galat. 4. v. 17. Probant homines, 1. Cor. 11, 19. & probatos manifestant. Ut vulpes Simsonis solùm alienigenarum segetes incendebant, Judic. 16, 5. sic ii, qui a vera fide alieni sunt, falsâ doctrinâ corripiuntur, 2. Tim. 2, 19. Seducunt, August. tom. 9. col. 1066. c. d. Eph. 4. v. 14. Animas vulnerant falsâ doctrinâ & perdunt,

dunt, 2. Pet. 2, 1. Eorum quietem turbant, Act. 15. v. 19. & 24. Scandalisant, vel scandalum in via ponunt, Auguft. tom. 8. c. 1666. a. Anathema hominem reddunt, Gal. 1. Effascinant, Gal. 3, 1. Schismata excitant, Rom. 16, 17. 18. Judæ epist. v. 19. Abducunt ad falsum Deum, Deut. 18, 2. Blandiuntur hominibus eosque securos reddunt, Jer. 27, 9. 15. c. 28, 1. c. 23, 25. Homines ejulantes faciunt, Esa. 52, 5. 6. Dolore eos afficiunt, Esa. 50, 11. Maledictionem inferunt, Amos. 8, 14. Fidem tollunt, Jer. 7, 28.

§. 8 2. *Ex parte S. Scripturæ:* eâ malè utuntur; nam faciunt laqueos & vincula ex scriptura, quæ animabus injiciunt, August. tom. 8. col. 1557. b. scripturam corrumpunt & fontes turbidos faciunt, Ezech. 34, 18. Confer Augustin. tom. 9. col. 1091. a. & in carnali affectu suo verbis CHRISTI turbantur, Aug. tom. 9. col. 177. c. tractat. quint. in Johan. Exponunt scripturas, sed earum vim (sensum) non tenent, Epiphan. hær. 67. cont. Anomæos. Scripturis aliquid apponunt, Ambros. Decurtatas scripturæ sententias allegant, Augustin. lib. 2. c. 2. de nuptiis. Scripturæ verba non integre recitant; sic fecit Arius in dicto Actor. 2. fecit eum Dominum. Athanas. folio 90. lit. d. disput. c. Arium. Vide Cyprian. de simplic. Clericor. Succidunt scripturas, ait ille. Sequuntur sua, hoc est, hominum verba, Jerem. 23, 31. suas visiones, Jerem. 23, 17. spiritum suum, Ezech. 13, 3. 6. 7. non DEI verbum, Jer. 5, 13. sed mendacia prædicant, Ezech. 13, 8.

§. 9 3. *Ex parte Dei & Christi.* Ab eo recedunt hæretici; hinc à fide deficere dicuntur, 1. Tim. 4, 1. Contra eum superbiunt; nolunt enim captivare intellectum suum sub CHRISTI obsequium, 2. Cor. 10, 5. Deum contemnunt: sicut nationes manibus; sic hæretici verbis idola faciunt, i. e. alium Deum & alium CHRISTUM. Tertullian. adv. Praxeam. Vide Hieronym. in c. 5. Daniel. circa textum: Dii argentei, aurei. Irenæus lib. 1. cap. 1. advers. hæres. Justitiam ad iram commovent: irascitur namque falsis Doctoribus, ceu lupis, ovium pastor. Dei viam pervertunt, Actor. 13. v. 10. quam is in verbo commonstrat, Apoc. 2, 14. 15. & docent homines vias Baal, Apoc. 2, 13. 14. in quibus homines corruant, Oseæ 14. ultim. Dei majestatem invadunt. Sunt gigantæi spiritûs prompta instrumenta; sic de Ario Athanas. fol. 110. lit. A. tom. 1. oper.

§. 10 4. *Ex parte subjecti loci,* in quo habitant hæretici: eum infamem reddunt, (sic olim Gnostici Romam, Baron. tom. 2. fol. 166. n. 60. 167. n. 5. 10.) & Dei pœnas iramque in illum accumulant: Apoc. 2, 14. 15. habes illic tenentes doctrinam Balaam, &c. Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum: Ob horrendas hæreses, Arianismum, Nestorianismum, tandem universa Græcia cessit Turcismo. Vincentius Lyrinensis c. 6. adv. hæreses: Hæresis (inquit) Ariana fecit, ut maximæ res labefactatæ sint; affinitates, cognationes, amicitiæ, domus, urbes, ipsum Romanum imperium. Verbis & dentibus invadunt terras, & externâ vi homines innocentes lædunt, Athanas. tom. 1. f. 629. ab init. in epist. ad solit. vitam agentes. Conjurant adversus orthodoxos, videl. Ariani olim & Meletiani poculum Babylonis miscentes, Athanas. tom. 1. folio 132. D. E. & 133. a. Pacem turbant, & unitatem turbant, Bernh. serm. 29. in Cant. Cantic.

§. 11 5. *Ex parte Ecclesiæ* effectus hæreticorum sunt varii, sive ii sint vel per se vel per accidens: ea enim hæresibus exercetur, Aug. tom. 8. col. 537. col. d. & col. 7156. Confer 1. Cor. 11, 9. Matth. 18, 5. Uterus ejus concutitur. Augustinus tom. 8. colum. 569. c. d. ædificatur: hæretici cum respondent ex necessitate, Catholici ædificantur ex utilitate, Augustin. tom. 8. col. 1526. Purgatur & fides ejus, Augustin. tomo 8. colum. 807. b.

§. 12 *Adjuncta varia hæreticorum.*

Cæcitas in intellectu, Matth. 15, 14. non enim vident veritatem, sed nec ea quæ dicunt ipsimet intelligunt. Ita Seraphion judicavit de Marciano, hæretico Docita, Euseb. lib. 6. c. 10. Baron. tom. 2. fol. 267. annal. confer Athanas. sub finem epistolæ ad Adelphium fol. 335. ab init. §. Sin vero. Verbum Dei carnaliter intelligunt Johann. 7, 35. Vid. Augustin. tractat. 20. in Johann. circa medium, col. 177. c. antecedentia & consequentia non rectè inter se comparant. Vid. Augustin. tom. 2. col. 208. per integr.

§. 13 *Malitia in voluntate:* ruunt enim de peccato in peccatum, ut Basilides de errore in calumniam, Romam petens, vid. Cyprian. fol. 20. epist. 4. de Basilide & Martiale. Verba ejus hæc sunt: Neque rescindere ordinationem jure perfectam potest, quod Basilides post crimina sua detecta & conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longe positum ac rei gestæ & veritatis ignarum fefellit, ut ambiret reponi se injuste in Episcopatum, de quo fuerat justè depositus. Hæc ille. Similia habet de Martiale.

§. 14 *Audacia captandæ disputationis,* clancularia licet: Ea fuit in Valentino hæresiarcha & Cerdone. Baron. tom. 2. fol. 139. n. 20. ad an. Christi 155. Fidem (ait) Catholicam mentiendo se æque Catholicum professus est, nec, nisi clanculum disputationis captâ occasione hæreses propinavit. Hæc Baron. Augustinus nondum conversus, disputator acutissimus, multum negotii facessivit Ambrosio; hic vero Deum, ut ab illo liberaretur, oravit, Ambros. tom. 3. serm. 92. circa medium. Arius confestim Athanasium ad disputationem provocavit, cui respondit Athanasius tom. 1. fol. 83. lit. B. Ne provoca omnes ad disputationem, magni enim viri sunt in domo DEI. Sic Auxentius Arianus Ambrosium provocavit, vide Ambros. epist. 32. Hanc nequitiam multi hodie corruptores cœlestis doctrinæ imitantur, vid. etiam Tertullian. in carm. contr. Marcion. lib. 3. sub fin. de Cerdone: voces & verba veneni spargebat furtim.

Glo-

§. 15 *Gloriatio*: jactitant autoritatem Patrum, Matt. 15, 2. Joan. 8, 33. Doctrinæ ſuæ veritatem, eruditionem, ſanctimoniam & alia externa: ſic olim Pſeudoapoſtoli 1. Cor. 9, 2. & c. 10. v. 13. nos non gloriabimur in immenſum, ſed ſecundum menſuram regulæ, (eam verò Pſeudoapoſtoli transgreſſi fuerant) quâ menſus eſt nobis Deus menſuram uſque ad vos pertingendi, v. 15. non in immenſum gloriantes in alienis laboribus: Ita Samoſateniani gloriabantur de antiquitate, Euſeb. lib. 5. c. 26. 27. Sed refutati ſunt è ſcripturis & patribus, Baron. t. 2. fol. 275. n. 30. vide ibidem de Theodotianis num. 5. 10. Ariani de orthodoxis, Aug. epiſt. 41. ad Vincentium. Orthodoxos verò iidem vocabant, Ambroſianos, Athanaſianos, de conſenſu cum Nicæno ſymbolo. Athanaſ. tomo 1. fol. 398. ſub fin.

§. 16 *Contradictio ſcripturæ.* Auguſtin. tom. 10. col. 1578. c. ſerm. 13 contra Manichæos: Quemadmodum ſolet accidere, ut quando transeuntes nubes per obſcura noctis intuemur, earum caligine ſic acies noſtra turbetur, ut in contrarium nobis ſidera currere videantur: ſic iſti hæretici, quia in ſui erroris nubilo pacem non inveniunt, videtur eis potius divina ſcriptura rixari. Pro veris ſcripturis libros ſuppoſititios proferunt. Fewardent. fol. 20. numer 15. in Irenæum.

§. 17 *Aſtutia & aſſentatio*, 1. Theſſal. 2, 5. Volunt enim nos hæretici ejicere de eccleſia, ut ſerpens è Paradiſo (Auguſtin. tom. 10. col. 1672. c.) protoplaſtos noſtros. Velato pallio nominis Chriſtiani Eccleſiam perſequi, Auguſtin. tomo 8. colum. 613. Venena abſcondere, Aug. tom. 9. col. 482. a. Dedecora ſua occultare, Athanaſ. tom. 1. fol. 123. 124. ſeq. Ut ſagittent in obſcuro, Hieron. in Dan. 5. Ideò ora hominum melle oblinunt, ut venenum infundant, Vincent. Lyrinenſ. Deinde proprium eſt hæreticorum à tergo invadere: ſicut lupus à tergo invadit animalia cornuta. Vocem Jacobi ſonare & manum Eſavi habere. Lucem fugere: ſic Valentinus hæreſiarcha clam Romæ docuit, Staplet. p. 2. p. 480. unâ manu caput demulcire, alterâ maxillam ferire, Baſil. M. epiſt. 28. Similia dicere, ſed non ſimilia ſentire. Rectum ſenſum habere videntur, alios tamen ſenſa à ſcripturis aliena faciunt ſentire, Athanaſ. tom. 1. fol. 114. b. confer Irenæum lib. 1. 2. & Fewardent. in d. l. n. 12. Marcionitæ in colloquiis ſimplices decipiebant dicentes, eſſe reſurrectionem carnis; ſed myſticè intelligebant, Tertull. lib. de Reſurr. carnis. Tatianus dicebat, veterem & novum hominem; ſed hoc ſenſu: vetus homo ei lex erat, novus homo Evangelium; ſed hunc ſenſum non probant Catholici, Clemens Alexandr. lib. 3. Stromat. Baron. tom. 2. fol. 202. n. 10. 15. Offerre fraternitatem, ſynodum petere. Cham notat callidos hæreticos, non ſpiritu ſapientiæ, ſed verſipellis aſtutiæ ferventes, & pacem Sanctorum perturbantes. Auguſtin. tom. 5. col. 866. c.

§. 18 *Calliditas.* Donatiſtæ ſubtiles in ſeductionibus, Optat. Milevitan. lib. 2. p. 57. adv. Parmen. Valentiniani veluti lubrici angues ſpinis inflexi undique latebras captabant, Baron. tom. 2. fol. 117. n. 5. 10. Montanus dolo aſſeclas ad ſe pertrahebat, Baron. ad ann. Chriſti 173. tom. 2. fol. 188. num. 50. Perſonas manſuetorum & ovium olim hæretici induebant, Chryſoſtom. hom. 2. in Geneſ. fol. 2. lit. i. k. Nomine hæreſiarcharum nolunt inſigniri: ſic olim heterodoxi nolebant dici Ariani, Athanaſ. tom. 1. fol. 115. b. Volebant Nicænum concilium obliterari.

§. 19 *Hypocriſis.* Nomen Dei prætexunt, Jer. 14, 4. Math. 7. nonne in nomine tuo? &c. Athanaſ. tom. 1. fol. 110. Speciem præ ſe ferunt pietatis, 2. Tim. 3, 5. Vid. tit. Hypocriſis. Item ſanctitatis, Math. 7, 15. Vide Ambroſ. in 2. Tim. 3, 5. Profitentur ſe Chriſtianos, cum ſint & nequiſſimi opere, & ſenſu perverſi. 2. Cor. 11, 13. Transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti: auſteritate vitæ colorem inducunt erroribus, vide Ignatium epiſt. ad Hieronym. In ſuis aſſeclis ſcelera diſſimulant, eosque pro bonis habent, etſi notoriè impii ſint; ſic olim Ariani. Athanaſ. tom. 1. fol. 628. a. in epiſt. ad ſolit. vit. agentes. Aquarii vino in Euchariſtia abſtinebant, ne ex odore vini Chriſtiani eſſe deprehenderentur, Cyprian. epiſt. 63. Arianorum hypocriſis in Ariminenſi Synodo tandem apparuit & detecta eſt, Athanaſ. tom. 1. folio 675. lit. a. b. ſequent.

§. 20 *Inſanabilitas & pertinacia.* Apoc. 13, 4. Quis ſimilis beſtiæ, & quis poterit pugnare cum ea? Auguſtinus tom. 9. col. 678. c. d. homil. 10. in Apocal. Blandiuntur (ait) ſibi hæretici, quod nullus meliùs credat illis, & quod nullus vincat populum ipſorum, qui beſtiæ nomine cenſetur, &c.

§. 21 *Impudentia.* Hæreticorum frons non eſt frons, ait Auguſtinus lib. 4. c. 8. contra Julian. vide Jerem. 8. verſ. 12. Hinc contemnunt alios Doctores: ſic Donatiſtæ olim orthodoxos vocabant muſcas, Optat. Milevitan. lib. 7. p. 193. adv. Parmenian. Arii blaſphemiæ recenſentur apud Athanaſ. tom. 1. fol. 680. 681. Sic contumelias cudunt in Eccleſiam, cui diſſenſiones exprobrant, Origenes lib. 3. contra Celſum.

§. 22 *Litigia amant* inania, & opprobria injuſta: ſolent enim objicere 1. Silentium. Baſilius M. epiſt. 14. ad Celeuſium principem, quem lepidâ & feſtivâ fabulâ refellit, & epiſtolam ita claudit: olores tum canunt, cùm ſilent graculi. 2. Vilitatem perſonæ, hanc Divo Paulo objiciebant, 2. Corinth. 10, 10. 3. Imperitiam ſermonis, 2. Cor. 11, 6. 4. Laborem non adeò operoſum, 2. Cor. 11, 23. cui ſuos labores opponit Apoſtolus.

§. 23 *Mendacia & calumnias amant* argumentis convicti: linguæ venenatæ ſpicula habent, Cypr. lib. 1. Epiſt. 1. Sic Baſilides Epiſcopatu exturbatus Romam ivit & Stephanum Papam fefellit, Cypr. lib. 1. epiſt. 4. fol. 20. Confer Athanaſ. epiſt. ad Adelphum epiſcop. & confeſſor. Marcus hæreticus ſpurca commentus eſt de gratia, de Euchariſtia, de mulieribus. Irenæus

lib.

lib. 1. c. 8. 9. quem hodienum Anabaptistæ imitantur. Vid. Joh. Gastium de Anab. erroribus. Theodotiani mentiebantur, Victorem Rom. P. Christi Deitatem negasse, Baron. tom. 2. fol. 275. n. 5. 10. ad ann. Christi 196. Hoc illud est Pauli 1. Tim. 4, 2. Sectarios in hypocrisei mendacium loqui. Promovent Autores calumniarum: Athan. tom. 1. fol. 121. lit. A. ab init. hoc de Arianis testatur. Cum pietate impietatem, cum veritate mendacium miscere solent, scribit de Arianis Alexander Episcopus epist. Concilio Nicæno præfixa, tom. 1. Concilior. de Eusebio Ariano.

§. 24 *Superbi.* Valentinus omnes à se dissentientes vocabat Psychicos, h. e. homines animales, & quòd solus ipse & sui essent spirituales. Irenæus lib. 1. c. 1. Idem fecit Tertull. libr. adv. Psychicos. Bernhard. sermon. 66. in Cantic. dicit: Hæretici nec rationibus convincuntur, quia non intelligunt; nec autoritatibus corriguntur, quia non recipiunt; nec suasionibus flectuntur, quia subversi sunt.

§. 25 *Dolosi & fallaces*, 2. Cor. 11, 13. 15. Ideo vocantur operarii dolosi, Matth. 7, 23. intus lupi rapaces, v. 15. 2. Cor. 4, 2. δολοῦντες, negantes & excusantes id sæpe, quod tamen docent, Athanas. t. 1. fol. 123. ab init. Nam & Eutyches & Nestorius negabant olim, se falsa docere. Vid. Schröder. p. 17. de Eutych. & Nestorianism. Fallaces ergo sunt (1) *In edenda confessione*; sic ecclesiæ communionem accepit, falsam edens Confessionem Eustathius Sebast. Socrat. lib. 4. c. 11. Cerdon, Marcion, Valentinus, Baron. t. 2. f. 167. n. 25. 30. Annal. Theodotus aliquamdiu delituit (negans Christi Deitatem) postea prorupit. Tertull. c. ult. Præscript. advers. hæres. Epiph. hæres. 54. Theodor. lib. 2. hæretic. fabul. Idem tentavit privatus hæreticus, ut Ecclesiæ Roman. communionem fallaciter prætendere posset, Baron. tom. 2. fol. 467. n. 5. vide quoque Athanas. fol. 402. lit. c. 404. lit. b. (2) *In fingenda pœnitentia*: Sic Praxeas Romæ pœnitere se finxit, Tertull. c. 1. advers. Praxeam, Optat Milevit. adv. Parmen. lib. 1. (3) *In edendis libris* sine titulo. Sic fecit Tatianus, suam harmoniam sine titulo Ecclesiæ obtrudens, in qua omisit Christi genealogiam, & ea, quæ de carne Christi dicta erant, Baron. tom. 2. fol. 202. n. 35. 40. Aurel. p. 128 epit. Baronii. Item in scribendis libris pessimo fine, Athanas. t. 1. fol. 115. lit. d. 116. lit. a. ut seducant, fol. 121. e. & 122. c. Tum in corrumpendis α. omissione: Hæretici Dionysii epistolas ipso adhuc vivente adulterare voluerunt, Eusebius libro 4. c. 22. in fin. Baron. tom. 2. fol. 209. num. 15. Scripta Clementis Alexandrini Ariani corruperunt, & pro se citarunt, Ruffinus in Apolog. pro Origen. β. Innovatione: sic Theodotiani fecerunt, teste Theodoret. libr. 2. hæret. fabul. & Baron. ad Ann. Christi 196. fol. 276. numer. 45.

§. 26 *Sanguinolenti*: sic Pharisæi, qui Christum è medio tollere satagebant, Joh. 5, 16. 18. c. 7, 10. c. 11, 53. cap. 12, 10. persequuntur Christum in membris suis, Actor. 6, 9. in Stephano: servos Domini tollere volunt, Jerem. 11, 19. Johann. 8, 37. Optat. Milevitan. lib. 1. adv. Parmenian. p. 16. de tyrannide Donatistarum. Templa orthodoxorum invadunt: sic Auxentius & Ariani apud Ambrosium epist. 33. & orat. hanc præcedente. Arma & arcus in templis reposta habuerunt Ariani, teste Athan. tom. 1. fol. 856. horrendumque in modum Ecclesiam persecuti sunt, vid. Athan. Epist. ad Afric. folio 726. 727. sub prætextu mandatorum à magistratu impetratorum, Athan. disp. 1. contr. Arian. folio 15.

§. 27 *Violenti*, Tyranni, in cædibus immanes. Donatistæ filios pacis ad bella provocabant, ait Optat. Milevitan. libro 2. p. 57. adv. Parmen. prohibent prædicare verbum Dei, Jerem. 11, 21. Actorum 4, 17. 18. Ipsi autem sunt seduli in seducendis hominibus, ut olim Ariani, qui circumambulabant, quem devorarent, quærentes, Athan. fol. 331. tomo 1. Semper in pejus proficiunt: Ariani primò credebant Christum filium Dei in carnem venisse; sed postea hoc negare sunt ausi, Athanas. epist. ad Adelphium Episcopum, tom. 1. oper. fol. 331. lit. c. d. §. Antea.

Voluptuosi: hinc laudant tempora felicia, Jerem. 44, 17. 18. & ventrem pro Deo habent, Philip. 3, 19. Rom. 16. v. 18. qui falsa dogmata spargunt, vel his imbuti sunt.

§. 28 *Affectiones aliæ.*

Hæresis sine concilio damnari potest, Villet. de Conciliis p. 13. 14. ex Augustino.

Cur ad conjugium apud Pontificios admittantur hæretici? Resp. quia docent, hæreticum accipere characterem baptismi, atque hinc capacem esse Sacramenti conjugii. Busæus pag. 218. de statibus hominum §. magnum tamen.

§. 29 *Quando oriantur?* etiam mox enato Evangelio: nam & Christi & Apostolorum tempore hæreses exortæ sunt. Id frustra objicitur Evangelio nostro à Bellarmino tomo 6. cap. 688. d. vide latius Johann. Ivell. p. 45. 55. Apologiæ.

§. 30 *Exitus hæreticorum.* Confunduntur tandem. Philipp. 3 propriis dogmatibus pereunt. Glossa ordinaria in 1. Chron. 10. Deo non placent, quia ex fide non operantur. Origen. in c. 14. ad Rom. Hæreses Praxeæ & Sabellii sic extinctæ sunt, ut ne nomina quidem eorum fuerint nota, Optat. Milevit. adv. Parmen. Exitus Arii merito objicitur sectatoribus Arii, ob perjurium ab ipso commissum, Athan. tom. 1. oper. fol. 130.

§. 31 *De pœnis hæreticorum.* Eos occidendos esse, docent Pontificii. Joh. Paulus Windeck, quem citat Sebast. Heissius p. 117. in refut. Aphorism. Bellarm. lib. 3. c. 21. de Laic. G. de Valent. Tom. 3. D. 1. q. 11. p. 3. Cost. in Enchirid. c. 2. Beza consentit libro de hæret. Aretius in hist. de Servet. & Valentino Gentil. conscripta. Nos negamus: causas negativæ sententiæ dederunt D. Meisn. part. 1. Philos. sob. sect. 2. c. 4. q. ult. Argumenta Bellarmini solvit Meisner. lib. 4. de Legib. p. 349. ad 374.

Itaque

Itaque illi, Hæretici, *omni studio cavendi*. Matth. 7. Cavete vobis à Pseudo-prophetis, 2. Joh. v. 10. 2. Tim. 2,17.

Confer Eusebium lib. 4. c. 13. histor. Eccles. de Polycarpo.

§ 31 *Similia hæreseωs & hæreticorum.*

Absinthium, Apoc. 8,11. Huic verè similes hæretici 1. Gustum lædendo, ut Absinthium: nam efficiunt, ut doctrina salutaris non sapiat animabus. 2. Olfactum corrumpendo; sic, ne odor vitæ ex verbo veniat ad homines 2. Cor. 2,16. hæretici impediunt. 3. Saporem mutando; nam absinthium vinum, lac, amara reddit: sic amaram DEI doctrinam faciunt hæretici.

Agnus ille Apocal. 13,11. (Augustinus tom. 9. col 679. b.) habebat cornua duo, similia agni, & loquebatur sicut Draco: sic hæretici ostendunt agni cornua, quæ sunt prætensio scripturæ, sanctitas, innocentia, humilitas, Coloss. 2. v. 18. Matth. 23,4. sed loquuntur, h.e. docent ut draco, id est, ut diabolus, qui est primus autor mendacii & falsorum dogmatum.

§. 32 *Ægroti*, offensi cibo salutari verbi divini; sic hæretici ægroti sunt animâ suâ, quæ non potest non veneno falsæ doctrinæ infirmari; hinc oritur illis nausea, ut salutarem cibum divini verbi fastidiant. *Ægyptii* populum DEI affligentes, Augustin. tom. 8. col. 1554. sic hæretici affligunt ecclesiam variis modis, & varia onera imponunt, quæ ne digito quidem contingunt, Matth. 23,4. *Altitudo Satanæ*, Apoc. 2,24. Aug. tom 9. col. 667. d. qui ducit in pinnacula templi, quique in altitudinem tentationum seductas mentes inducit. *Animalia* in antris & cavernis terræ latitantia, Geminian. pag. 47. a. b. in summ. lib. 1. c. 35. *Ancillæ superbæ*, quæ ecclesiam Dominam spernunt, Galat. 4. August. tom. 9. col. 1139. a. *Aquæ*, velut ecclesiam opprimentes, Augustin. tom. 8. col. 1661. c. cuncta inundantes, sicut Arii hæresis.

§. 33 *Araneæ* venenatæ, quæ 1. cœlestem doctrinam inficiunt & corrumpunt falsâ doctrinâ, Esa. 59,5. 2. culices, muscas tantum, hoc est, levis armaturæ homines, non fide robustos, capiunt, Hier. *Aspides*, Augustinus tom. 8. col 576. a. & quidem surdæ, Augustinus tom. 9. col. 99. 2. a. nam hæretici instar aspidum, Psalm. 58,5. 1. dentes occultant, hypocritæ sunt & suis doctrinis larvam sanctitatis prætexunt: 2. mortem inferunt animæ: etsi quidem primò dulcis morsus hæreseωs esse videatur; attamen mori facit, & occulto veneno cor inficit. 3. incurabile est vulnus aspidis: incurabilis quoque est hæresis, & summam calamitatem præfractis hominibus infligit.

§. 34 *Cancri* vid. tit. Gangræna. *Canes* rabiosi, Philipp. 3,2. discursitantes, 2. Timoth. 3,6. rabiem aliis inferentes: foris ecclesiam allatrantes, Augustinus tomo 8. column. 1787. a. muti canes aliquando, Esa 56. vers. 10. 11 canes, qui umbras erroris sui captant, & solidum doctrinæ cibum amittunt. *Caprifici* ventosæ, quæ ex nucleis olivæ dulcissimæ nascuntur: ita ex ecclesia hæretici, Tertullian. de præscript. advers. hæres. capit. 36. Edition. Commel. *Cataclysmi* ingredientes, omnia inundantes, irruentes, submergentes: sic hæresis. *Caupones* verbi divini, 2. Corint. 2. v. 17. hoc est (ait Chrysostom. in h.l.) cauponari, cum quis vinum adulterat: sic quoque Theodoret. Esa. 1,22. miscent aquam vino. Hieronym. lib. 2. in Esa. vinum doctrina est cor lætificans; aqua est error, sitim animæ non tollens. *Cibatores venenati*, Augustinus tom. 10. colum. 1587. c. cibus venenatus est falsa doctrina. Vid. supra h. tit. *Colubri* venientes de sepibus, August. tom. 10. col. 130. d. sic hæretici serpentum naturam imitantur, astum, calliditatem &c. *Corvi* dilacerantes, Augustinus tom. 9. colum. 51. a. vorantes, rapientes cibum cœlestis doctrinæ. *Contagium* à quo declinare debemus, Rom. 16, 17.

Dipsades serpentes, qui veneno suo aquas inficiunt, statim animalibus ex iis bibentibus mortem afferentes, Epiphan. hær. 34. c. Marcos. *Dracones ostracites*, qui se nolunt flectere cum persequuntur hominem, Epiphan. hær. 57. c. Noëtian.

§. 35 *Ebrii* poculo erroris & scortationis spiritualis, Esa. 19,14. Apoc. 17,4.5. Deut. 29,1. Ebrius cum sitiente, hoc est, discipulis falsam doctrinam amplectentibus peribit, Jerem. 6. cap. 8. Esa. 24. Ezech. 13. c. 28. Ex hoc spiritu atque poculo communicant hæretici justo DEI judicio, 2. Thessal. 2,10. quia non receperunt claritatem veritatis. *Evæ* seducentes: simile est Apostoli 2. Corinth. 11,3. ut Eva maritum decepit, Gen. 3. 1. Tim. 2. sic hæretici pias mentes seducunt, à diabolo afflati.

§. 36 *Fera* in arundine, Psal 68,31. August. tom. 8. col. 714. c. d. 1. ob animi ferociam, quæ est in hæreticis: 2. Inconstantiam, quæ arundine significatur: 3. Vocem indistinctam, quæ est animalium in arundine viventium: Ita hæretici etiam dolosè sua dogmata proponere assolent. Fascinum est hæresis facundiâ falsorum Doctorum propinatum. Gal. 3. Quis vos fascinavit? *Fermenta* inficientia massam doctrinæ sinceræ, vid. tit. Fermentum: & Hieronym. in c. 5. ad Gal. *Flores* α. decidui, quia carent solida fidei radice: β. marcidi, quia carent succo veritatis. Hieron. lib. 18. in Esa. *Fulgura* & voces, quæ procedunt ex throno, Apoc. 11. v. 19. August. tom. 9. col. 663. b. quæ damna inferunt, aëra tamen expurgant. *Fures*, Christi peculium furantes, Augustin. tom. 10. colum. 231. c. Johan. 10. v. 1. occidentes, noctu venientes.

Gangræna, 2. Tim. 2,17. Galen. lib. de tumoribus tradit, fieri ex nimiis inflammationibus, depascit hominis membra, serpit longius: omnia hæc hæresi optimè congruunt. *Gigantes*, quibus olim auguinei pedes assignati fuerunt, quo significarunt Veteres fraudem & versutiam illorum: eadem est in hæreticis.

Gentiles, quos fugere debemus: Sicut olim Israëlitæ, omne gentium commercium vitare jussi, Deut. 7. v. 45.

Hospites mortiferi non recipiendi, 2. Joh 10.

§.37 *Hyænæ* soporem inducentes; durum collum habentes; lacerantes; oculos subinde mutantes: omnia hæreticis quadrant. *Hydræ lerneæ*, quæ multa capita protulit: sic hæresis non uno errore constare solet. Cassianus.

Incendiarii Satanæ, ut hic ex domo ecclesiæ prædam agat, Exod. 22, 6. *Ignis* in junipero Psalm. 120, 4. valdè luxurians: sic hæretici ardent, &c. luxuriant in verbo Dei corrumpendo & adulterando. *Impostores*, 2. Tim. 3, 13. *Ismaëles* & irrisores, Gal. 4, 29. 2. Petr. 3. sic hæretici simplicitatem fidelium rident.

§.38 *Laboratores* dolosi, 2. Cor. 11, 13. 15. *Latrones*, Joh. 10, 1. qui animam occidunt. *Laquei* à Satana animabus hominum injecti. *Lippi* solem non ferentes Chrysostom. *Leones* ecclesiam lacerantes. *Leprosi*: hæresis namque est lepra 1. hominem faciens raucâ linguâ, ne candidè veritatem proloquatur, Ps. 5, 11, 2. visum hebetans, spiritualem scilicet: 3. manus superbiâ tumentes reddens: 4. contagio homines afficiens. *Locustæ* Apocalypticæ c. 9. obtenebrantes Ægyptum, ventoque vanæ gloriæ agitatæ, ut Exod. 10. quæ gloria erit confusio, Philipp. 3. *Lolia* quæ se immiscent bono semini, ut suum virus in bonos viros transfundant, Basil. homo. 5. Hexaëm. *Lupi rapaces* Matt. 7, 15. sitiunt sanguinem, Athanas. tom. 1. fol. 134. ab init. Act. 20, 29. ululant contra cœlum blasphemando Dei veritatem & verbum, Chrys. hom. 19. oper. imperf. Doctrinæ hæreticorum sunt insidiæ luporum, Aug. tom. 9. col. 1137. qui ideò ovibus se associant, ut eas devorent. Vid. in Promtuar. allegor. 1568. *Lutum* est falsa doctrina, quo delinitur paries, sed frustra, Ez. 13, 10.

§.39 *Membra putrida*, Galat. 5, 12. Utinam abscindantur, qui vos perturbant! putria igitur membra sunt hæretici, præcisa a vivo ecclesiæ corpore. *Milites fraudulenti*, qui signa Christi mentiuntur, ut incautos illiciant & in Satanæ manus dedant. *Moabitæ*, Dei genus semper persequentes: sic hæretici fraudulentiâ & violentiâ suâ populum Dei semper persequuntur. *Montes*, ad quos fit fidei naufragium, Augustinus tom. 8. col. 263. d. quique dividunt ecclesiæ navē, tom. 9. col. 78. eam frangunt. tom. 8. col. 1463. b. *Mors* in olla, 2. Reg. 4, 40. sic quoque falsa doctrina est mors in ore hæreticorum. *Muscæ* & noxia animalia, quæ omnia inficiunt: sic hæretici veneno suo omnia inficiunt, & unguenta pretiosa divini sermonis corrumpunt. *Myoxi* a vipera venenati Epiphan. hær. 64. c. Origen.

§.40 *Naufragi*, omnia bona & dona fidei amittentes, Chrysost. hom. 5. in 1. Timoth. *Nauseabundi* ad cibum cœlestem sunt hæretici: sua enim solum ipsis dogmata placent, non DEI verbum.

Oculi turbati, qui non rectè videre possunt, Clem. Alexandr. libr. 7. Stromat. *Operatores* iniquitatis, quia ecclesiæ unitatem solvunt, Augustinus tom. 9. columm. 940. c. Matth. 7, 23. discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem.

Paleæ quas ventus dispellit, Ps. 1, 4. Doctrinæ hæreticorum paleæ sunt, levi tentationis vento dispellendæ. *Parietes* dealbati, Act. 23, 3. *Perdix* ob contentiones, Augusti. tom. 9. col. 1167. b. lib. 13. c. 12. adv. Faust. *Pictores* & sculptores, Deo aliquam imaginem affingentes, Irenæus lib. 1. cap. 1. adv. hæreses. *Piscatoribus* similes, retia expandentibus & incautos pisces capientibus. *Pisces* retia fidei rumpentes, Augustin. tomo 8. column. 469. d. c. 664. c. d. & tom. 10. col. 1548. c. *Porcorum siliquæ* sunt doctrinæ hæreticorum, Augustin. tomo 8. colum. 1589. c. (α) His enim siliquis porci pascuntur, margaritas divini verbi contemnentes, 2. Thessal. 2, 10. quoniam non receperunt claritatem veritatis. (β) In siliquis nullus succus: nullus succus in doctrina hæreticorum. *Pseudo-prophetæ*, 2. Petr. 2. 1. Matth. 24, 11. Marc. 13, 22. 2. Cor. 11, 13. *Putridæ carnes*, resecandæ cultro veritatis. Vid. Hieronym. in capit. 5. ad Galat.

§.41 *Ranæ* Augusti. tom. 9. col. 1140. b. & tom. 10. col. 1673. 683. b. quæ puram aquam relinquunt, & gaudent lacubus fœtidis: Aqua pura est scriptura; lacus fœtidi sunt errores humani; in his natant hæretici. *Retia rupta* significant hæreticos, ait Augusti. tom. 8. col. 469. c. d. hi enim retia divini verbi rumpunt, schismata excitant, & malunt profundum petere, quàm retibus extrahi.

§.42 *Sagittæ* fortes in manu Satanæ: his enim pugnat contra ecclesiam per tyrannos & hæreticos, geminas invidiæ Satanicæ sagittas. *Sarmenta* inutilia, demetenda falce Christi in judicio, Aug. tom. 9. col. 1062. a. inutilia & de vite præcisa. Idem tom. 9. col. 1101. a. *Scarabæi* volutantes se in luto errorum, Epiph. hæres. 40. contra Archontic. *Scintillæ*, fomite cordium exceptæ, in magnum incendium erumpentes, Hier. in c. 5. ad Gal. *Sepulchra* dealbata Matth. 23, 27. *Serpentes*, qui acuunt linguas: non rectà serpunt, Aug. tom. 8. col. 1666. c. similes serpentibus Ægypti, tom. 9. col. 989. d. varii: ventri inambulant & ventri litant, Phil. 3, 19. sibilantes falsitatem Rupert. in Gen. 3. *Scorpiones* cum caudis, Apoc. 9, 10. Augustin. tom. 9, col. 672. a. b. sic hæretici ut scorpiones vulnerant & caudis tandem pungunt. *Scylla* monstrosi partus, Ambros. lib. 1. de fide c. 4. distincta in varias perfidiæ formas. *Simiæ* ecclesiæ. Cyprian. ad Jubajanum: Hæretici imitantur Catholicos ut simiæ homines. *Spinæ*, inter quas lilium crescit, Augustin. tom. 8. col. 1515. d. hæ spinæ & premunt & pungunt Dei ecclesiam ejusque cives. Veniet ignis, qui illas urat! *Sputum* mortiferum serpentis sepis, cibos lethiferos reddens, Epiph. hæres. c. Heracleonitas. *Stipulæ* 1. Cor. 3, 11. doctrina hæreticorum est similis nullum fructum ferens.

§.43 *Tempestas* damna inferens, sed tamen aërem purgans; sic hæresis nocet animabus, multos tamen purgat, & in veritate proficere facit. *Tenebriones* Chrysostom. homil. 19. oper. imperfecti: α. quia doctrina eorum est tenebrosa, non ostendit veram lucem CHRISTUM: β. quia vita est tenebrosa, non enim ambulant in fide

in fide vera, quæ sola lux est in Domino & ex Domino. γ. quia in æternas ducit tenebras, Matth. 22. & 23. *Testes falsi*, qui mutant suum non Dei verbum, Augustinus tom. 8. columm. 678. a. b. vice versa, veri Doctores sunt testes DEI veri, de Christo testantes, sicut & Apostoli testati sunt Luc. 24, 47. 48. Actor. 1, 8. *Thurificatores* DEO invisi, Augustin. tom. 10. column. 807. a. sermon. 98. de tempore; Scripturæ divinæ alienum ignem imponentes, sensum videlicet alienum. *Tineæ:* Ut enim hæ in optimo panno ita hærent, ut vix extrahi possint, in viliori vero & rudi panno facile moriuntur; sic hæresis in acuto ingenio. *Torrentes*, qui tandem deficiunt æstate tentationis, Augustin. tom. 8. colum. 576. b. sic falsi doctores & falsa doctrina deficiunt tandem in tentatione. 1. Cor. 3. v. 11. Ignis probabit, &c.

§. 44 *Vaccæ*, Oseæ 4. vide Hieronymum in hunc locum. *Venenum* animæ, Esa. 59, 5. sequentib. *Vasa* ad ignominiam, 1. Pet. 2. vers. 14. *Venti*, Ephes. 4, 14. qui homines instabiles circumagunt, qui ventus quoque a Diabolo in domum ecclesiæ immittitur. *Vespæ* in petram veritatis impingentes & aculeum amittentes, Epiphan. hæres. 53. contra Sampsæos. *Vestiti* pelle ovina, testimoniis scripturarum perperam explicatarum sese munientes, Epiphan. hæres. 65. Vincentius Lyrin. *Usa* similes, arcam illicito ministerio tangens, 2. Samuel. 6. sic hæretici arcam divinæ scripturæ illicitis modis tractant. *Vitulus* ille Aaronis, Exod. 32. Sic falsa doctrina est abominabilis Domino. *Viperæ:* ecclesiæ uterum rumpentes & lacerantes; sic hæretici

§. 45 unitatem ecclesiæ & fidei lacerant. *Virgines* extra templum regis, Augustinus tomo 8. columm. 416. sic hæretici sunt virgines (1) Hypocrisei & sanctitatis specie, vid. 2. Tim. 3. vers. 5. (2) Extra templum sunt, quia fundamentum templi, hoc est, unitatem fidei convellunt. (3) Etiam, quia in judicio plene ejicientur ex templo DEI. *Vulpes Simsonis*, Augustin. tom. 8. colum. 900. a. (α) contradicentes sibi & tamen uno sub capite hærentes, Judic. 15. Augustinus tom. 10 colum. 829. c. (β) Fraudulentæ tegunt se vulpes foliis vitis, ut uvas edant: sic hæretici foliis verbi divini se tegunt, sed verum sensum non capiunt. (γ) Omnia incendunt & devastant.

§. 46 *Zizania* infelicissima Matth. 13, 25. sunt hæretici ratione 1. Externæ apparentiæ: quamdiu in herba est, non potest zizania dignosci a tritico; sic hæretici sæpe latent in Ecclesiæ consortio, ut vix dignosci possint ab electis. 2. Contagionis venenatæ: nam zizania suffocat triticum & inficit; sic hæretici bonos aliquando inficiunt & contaminant. Sicut & zizania vim habet acutam & venenatam, inflativam & ventosam; sic quoque hæresis acuta est, hominesque inflatos reddit, Coloss. 2. vers. 18. 3. Dilationis & moræ: non eradicatur in herba existens, sed plena messe, Matt. 13. v. 30. sic ubi messis judicii advenerit, triticum à paleis & zizaniis separabit Dominus, atque his combustis illud in horreum suum colliget, Matth. 3, 12.

Fides hæreticis data an servanda sit? §. 47

Negant Pontificii Doctores, si credemus D. Riveto, qui in explicat. Decalogi pag. 411. sequentia citat testimonia autorum Pontificiorum, v. g. *Hosius* epistol. 197. 202. 210. Quod licet obligatus sit (Rex Poloniæ scilicet) Poloniæ ordinibus, æque se defensurum Catholicos & hæreticos, nulla tamen ratione teneretur ad præstandum, quod promiserat. *Conradus Brunnus* de hæret. lib. 3. multis probare conatur, pacificationes cum diversæ religionis hominibus initas esse irritas, quia cum ejusmodi hæreticis Catholico nulla pax esse possit, ut illi offendi ac conteri non possint; ubi addit: tanto magis horrendam & abominandam esse pacem, eâ conditione cum hæreticis & schismaticis initam, ut qui eos offenderint, fractæ pacis condemnentur. Nam quæ fractio pacis, inquit, esse potest, eos offendere, cum quibus nulla communio esse potest homini Christiano, & quibus ne Ave quidem dicere possumus? quos leges civiles banno imperiali subjiciunt, impunè offendendos offerunt, nec ullam in Romano solo conveniendi morandique facultatem permittunt, aut quicquam loci relinquunt, in quo ipsis elementis etiam fiet injuria: denique quos omnia divina & humana jura extinctos volunt. Hæc ille in cap. cujus tit. est: Irrita pacta esse, quæ promittuntur hæreticis & schismaticis; cujus prima propositio est: Non valere leges, rescripta & pacta per injustas impressiones a secularibus potestatibus elicita, quibus hæreticis & schismaticis pax & securitas eâ lege permittitur, ut non solùm a nemine offendi possint, sed etiam qui eos offenderint, pœna fractæ pacis teneantur. *Simanca* Episcopus Pacensis de Catholic. Institut. capit. 46. numer. 52. expressissimè: Nullo, nullo, inquit, nullo modo fides hæreticis servanda est, etiamsi juramento firmata sit. Sæpe id monitum, tamen necesse est, incessabiliter iterare, & tamdiu non tacere, quamdiu pacis istius nomen obtenditur. Ubi addit; Ad pœnam & odium hæreticorum hoc pertinere, quod fides illis data servanda non sit, non obstante juramento.

Miror igitur, ait D. Rivetus d. l. quâ fronte scribat Molanus tractatu 2. Theolog. Pract. Mentiri hæreticos, a Pontificiis Theologis doceri, hæreticis fidem servandam non esse; & Johannem Huss perfide contra salvum conductum exustum esse in Concilio Constantiensi, & ibidem decretum esse, hæreticis fidem servandam non esse; quæ sententiæ tam sunt, inquit, seditiosæ quam falsæ. Hæc Molan.

Denominatio ab hæresi §. 48

Injusta non est, ut si a Nestorio Nestorianos,

 ab Ario

ab Ario Arianos vocites: vel a potiori errore Anabaptistas, quod secunda vice homines intingant: vel Sacramentarios, quod errore sacramenta DEI pervertant, & aliorum de iisdem sententias rectas perperam accipiant, quod docet 1. Scriptura, quæ utitur ejusmodi denominationibus Pharisæorum, Sadducæorum, Herodianorum, Nicolaitarum. 2. Ecclesia Dei, vid. Cod. de Trinit. 3. Praxis adversariorum, qui nos Martinistas, Ubiquitistas appellitant.

§. 49 *Damnatio*

Hæresewn & errorum, ut per synodos tantùm fiat, opus minime est: nam & Simon Magus absque synodo Act. 7. Hymenæus & Philetus 2. Tim. 2, 17. damnati sunt. Totis fere trecentis annis primis nulla hæresis publica synodo damnata est. Adi Hutter. in Irenic. Paræi p. 15. Non ergo crepent synodos Calviniani Dd. vel sine synodis eorum errores carpi, & fas est & efflagitat necessitas; neque aliter Philippus & Brentius senserunt in Comitiis Augustanis 1530. sese a Zwinglianis segregantes una cum Principibus protestantibus.

§. 50 *Receptio*

Hæreticorum licita si agant pœnitentiam, inque gremium Ecclesiæ redeant, prudenter tamen & caute iidem tractandi, ne nos fallant. In secunda Synodo Nicæna Act. 3. Gregorius Neocæsariensis episcopus quidam receptus est in gratiam. Sed pœna relapsi in hæresin est, ut seculari curiæ comburendus tradatur, etiamsi pœnitens sit: ut visum Dd. Pontificiis.

§. 51 *Pœna & Exitus Hæreticorum.*

1. Ex parte divini judicii: comburentur tandem zizaniæ, Augustin. cap. 11. libri quæst. super Matth. nempe DEI judicio, non quod gladio externo simpliciter sint exterminandi, Idem tomo 4. column. 367. b. Præcipitantur a Deo, Psalm. 141, 6. perduntur, Jerem. 29, 21. 32. quia Deo displicent, Esa. 57, 5. 6. cap. 65. v. 6. 7. cum vanitatem prædicent, Jerem. 8. pœnis a Deo afficientur, Ezech. 34, 4. 23. Montanus laqueo vitam sibi finiit, diaboli impulsu, teste Eusebio l. 5. c. 15. Phil. 3, 19. Gloria eorum confunditur α. in judicio cauteriatæ suæ conscientiæ, 1. Tim. 4, 2. β. in judicio omnium piorum recte de religione sentientium. γ. in judicio Dei, Matth. 7, 23. Luc. 6, 39. Varia exempla congessit Prompt. Exemplor. f. 74. ad 1. præc.

§. 52 2. *Ex parte Magistratus* & judicii humani. In hac vita pœnæ hæreticorum statuuntur a Pontificiis (Lips. & Adamo Conzen. in Polit. Bellarm. lib. 3. cap. 21. de Laicis, citante D. Gerhardo C. Cathol. l. 1. part. 2. c. 19.) & Calvinianis (Bezâ, Sohnio, qui cum Pontificiis conspirant) (1) *corporales* quoque, v. cum igni emancipant confessores Evangelii, vide Filliucium tract. 22. c. 7. in synopsi. Verum primitiva Ecclesia olim pœnâ ejusmodi non affecit hæreticos, ut fatetur Greg. de Valent. tom. 3. col. 532. b. c. In Ecclesia (ait) primitiva pœna temporali non afficiebantur, quod Ecclesia vel non posset id facere, vel etiam indicaret, non expedire propter scandala, quæ facile tunc eâ ratione orta fuissent. Confer Tann. t. 3. δ. Sch. D. 1. q. 9. d. 1. n. 15. Cassander epist. 19. improbat, quendam Anabaptistarum gladio percussum esse. (2) *Pœna amissionis famæ*, honorum & bonorum temporalium. Sylvester in summa V. Hæresis. A Castro lib. 2. de justa hæreticorum punitione. Greg. de Valent. tom. 3. col. 1321.

(3) *Excommunicatio*, Jus Canon. Extra de Hæreticis per aliq. Capitul. & lib. 6. eod. tit. Jus Civil. Cod. de Hæretic. Prosper. Farinac. de Hæresib. Filliucius tract. 22. c. 7. At capitali supplicio plectendos hæreticos esse, negamus 1. quod gladio Spiritus debellandi sint, Tit. 2, 8. c. 3, 10. 2. regnum Christi non sit mundanum: 3. obdurentur etiam sæpe homines: 4. crescere zizania sit permittendum, Matth. 13, 30. 5. nec desunt suffragia Patrum, Cyprian. lib. 3. ep. 1. Tertulliani ad Scapul. Hieron. in c. 13. Matth. August. lib. 3. c. 50. cont. Crescent. Confer si vis Theod. Volckh. Coornherd. pec. tract. Cassand. Epist. 41. f. 1446. oper.

§. 53 *Libri hæreticorum*

Legi possunt, sed prævio judicio. Cyprianus legit assidue Tertullianum, & Hieronym. Apol. contra Ruffin. Laudo (ait) ingenium hominis, damno hæreses.

Ipsi hæretici non simulatione & mendacio, sed scriptis convincendi. Aug. t. 4. col. 36. c. d.

Olim combusti. Constantinus jussit libros Arii comburi, & pœnam capitis in eorundem occultatores statuit, ex decretis Concilii Nicæni. Theodosius & Valentinianus libros Nestorii in Concilio Ephesino damnatos, teste Liberato in breviario, C. de hæreticis l. damnati. Eutychetis libros Valentinianus & Marcianus l. Quicunque c. de hæreticis. Vid. Alphons. a Castro lib. 2. de lege pœnali.

Catalogi Hæreticorum videantur apud Textor. in officin. col. 88. Zwing. in Theatr. Gabr. Prateol. August. de hæres. Schlüsselburg. Danæum in l. Augustini ad Quod vult Deum. M. Sturm. in Prompt. Exemplor. fol. 70. 71. & seq. Meiger. l. 1. c. 15. Nuclei. Franc. in Chron. hæreticor.

Miracula Hæreticorum vid. tit. Miracula.

HAGAR.

§. 1 Genes. 16, 3. Mons Sina est, Gal. 4, 25. Arabicâ linguâ sic dictus; sic scholia græca habent, mons fuit binominis, Judæis Sina, Arabibus Hagar dictus; meritò igitur Hagar typus fuit legis in Sina datæ, quarum illa bis in desertum Arabiæ profugit, Gen. 16. & 21. desertum hoc incoluit, juste reprehensa fuit a Sara; Sic cum Augustino contra Ambros. statuendum. Arabes ab Hagar Hagareni dicti. Hagar illa respondit carnali Jerusalem, quæ ex lege justitiam sperabat, Rom. 10, 2. 3. cap. 11, 5. 6. 7. 8. a Pharisæis & scribis seducta, Matth. 5, 20. Philipp. 3, 6. 7. 8. 9. serviens legi frustra, Galat. 4, 25. quia sine Christi fide suis operibus nixa.

HAGARENI.

Eorum mores graphice depinxit Am. Marcell. lib. 14. histor. & Hieronymus describens suam in Palæstinam peregrinationem.

HAGGAI.

Propheta docuit post solutam captivitatem Babylonicam, σύγχρονος Zachariæ, secundo anno Darii, qui Artaxerxes longimanus putatur esse; autor Zorobabeli, ut restauraret templum & politiam, insignis Messiæ jamjam appropinquantis præco. Nomen חגי festivum significat: congruit nomen & omen; festiva enim reparandæ Politiæ Judaicæ gaudia toti populo annunciavit.

HAGGITTITH.

Psalm. 8, 1. & alias. 1. Quidam instrumentum Musicum intelligunt. Münster. in h. l. 2. Alii Gath, civitatem Philistæorum, in qua Psalmos hos David composuerit. 3. Alii stationem & commorationem, Tremell. in Ps. 8, 4. Quidam hos Psalmos traditos fuisse putant Obed-Edomo, qui filius fuit Gitt. 5. Alii tempore vindemiæ decantatos fuisse dicunt à voce גת quæ notat torcular Pagnin. in Lexic.

HAIMORRHOUSA.

Fœmina pia: sanitatem à Christo recepit. Es. 45, 11.12.13. Christus solus juvat è captivitate peccati & morborum. Ambrosius tom. 1. fol. 100. egregiè hujus fidem depinxit §. speravit in eo illa. Est exemplum frustrati auxilii humani: Bona namque omnia in Medicos insumserat.

Fortitudinis. Perrumpit omnia impedimenta, ut ad Christum veniret.

Patientiæ; totis n. 12. annis crucem tulit.

HALLELUJA.

Vox Hebr. composita ab הלל laudavit, & יה Existentem, verum Deum. Reperitur 22. vicibus. Græci aspirationem omittunt. Extat, ut sæpe in Psalmis, sic & Tob. 13, 22. In Apocal. cap. 19, 1. 3. 4. 6. Veterum insulsas vocis hujus interpretationes (certe ex ignorantia linguæ Hebrææ profectas) testes barbariei, eo tempore in Ecclesia vigentis, enarrat & perstringit J. Lorinus in Psalm. 104. ad Titul. & Argum. Psalmi & edocere errantes conatur. Tripartit. lib. 9. cap. 27. enarrat, diruto Serapidis templo jussu Theodosii, *alleluja* inclamatum esse, atque ab Olympio philosopho, clausis januis, auditum. Retinuit Ecclesia hanc vocem, quia 1. non usque adeò verti potuit ad plenitudinem sensus. 2. è sancta lingua, quæ Latina dignior est, fatente Lorino d. l. desumpta. 3. ab Angelis repetita Apoc. 19, 1. 4. nec frustra à Spiritu S. toties repetita.

HAMAN.

Typus 1. Inconstantis fortunæ, Esther. 1. v. 3. cap. 7. v. 10. 2. ambitionis & superbiæ. 3. Imago Satanæ, qui est princeps superborum.

HANNA

Orta ex tribu Aser. Vid. s. l. *Prophetiæ* subjectum, prophetissa fuit casta, gravis, pia, à templo non discedens, publicè Christum confessa: cur non & privatim mulier Christum confiteretur, in ministerio privato domi? Imò etiam publicè, ut Luc. 2. abstinuit à secundis nuptiis, non quod eas ex superstitione contemneret, sed quod singulare donum continentiæ haberet, ideò hunc viduitatis statum elegit, cultui sacro vacans, horis statis illum frequentans, Lucæ 2. hora illa superveniens. Annuit Lyra in h. l. Confer Psal. 27. v. 4. Psal. 1, 2. & 42, 9. & 77, 3. 5. & 88, 1. & 92, 2. & 119, 55. Esther. 4, 16. Summa: nihil facit pro voto cælibatus.

HANNAS

Pontifex, Johan. 18. vers. 13. Actor. 4. vs. 6. per Simoniam factus. Vide Josephum lib. 22. antiquitat. Non fuisse Pontificem, statuit Baronius: hunc refutat I. Lorinus in h. l. Actor.

HARPYÆ. *V. Avis.*

HEBDOMAS.

Festum Hebdomadarum Exod. 34, 22. typus vitæ æternæ.

HEBRÆI.

Quidam ab Eber dictos volunt filio Sela, pronepote Semi, Augustin. lib. 16. de Civit. DEI. Alii ab Abraham, quasi Abrahæi. Rectiùs ab עבר transiit; sic enim Abraham Euphratem trajecit, ex Mesopotamia in Cananæam venit, Genes. 14, 23. Annuit Hieronymus & Theodoretus. Græcis diceretur περατός.

HEDERA

Jon. 4, 6. Jun. & Tremell. *ricinum.* Conf. Hieron. & Veteres de hac voce קיקיון disputantes. Adde Interpretes in h. l. Est Imago nostræ vanitatis, mortalitatis.

HERBA

A DEO creata, Genes. 1. Sapientiæ DEI indicina, latent enim multæ in herbis virtutes. Salutifera est scripturæ herba, crescens in pascuis spiritualibus, Psalm. 23. Umbratilis humanæ felicitatis & vitæ fugacitatis, Psalm. 103.

HERMONIM.

Mons, Psalm. 42, 6. Deuter. 3, 8. Ps. 133, 3. cujus recordatus David, ob auxilium inde ab hoc monte & semper Judæis præstitum, quo ipso se consolatus est David in exilio suo. Vide Hieronym. in Epitaphio Paulæ ad Eustochium tom. 1.

HERODES & HERODIANI.

Multi Herodes fuerunt in N. T. I. *Ascalonita* filius Antipatri Ascalonitæ è proselytis Idumæis prognati, (quos Johannes Hyrcanus debellatos sivit Judæorum numero esse, Scalig. num. 1983. ad Euseb.) aliàs Herodes Magnus dictus Judææ præfectus à Julio Cæsare, confecto bello Alexandrino; sub hoc Christus natus est. Hasmonæos omnes sustulit, etiam proprios filios, ut habet Josephus. Fuit infanticida. Draco scilicet ille, stans ante mulierem. Vid. Prompt. allegor. 544. similis crudeli Abimelecho, qui ut solus regnaret, 70. filios patris sui truncari jussit, Judic. 9, 1. 5. & τῷ Jehu, 2. Reg. 10. v. 6. 7. Vid. plura tit. Infans.

II. *Tetrarcha* filius Ascalonitæ, interfector Johannis Baptistæ, Matth. 14. Marc. 6. & Christi illusor, Luc 23. dictus etiam Anti-

pas, qui cum Herodiade tandem in exilium pulſus eſt, Naucler. volum. 2. Generat, 2. ac inediâ periit. Magdeburgenſ. Centur. 1. colum. 30.

III. Herodes *Agrippa*, filius Ariſtobuli, nepos Herodis primi, interfector Jacobi Apoſtoli, Actor. 12.

IV. Hujus filius fuit *Agrippa Antipater*, ultimus ex illa familia, Actor. 25. vide Scaliger. animadverſ. ad Euſeb. numer. 1583. Iſiodorus libro ſeptimo cap. 10. putat dici ab עור pellis, & הוד gloria, quaſi pelliceus glorioſus. Syrus habet הרודס Hiraodis. Sed græcam vocem cenſet eſſe M. Martin. in Lex. V. hac, ab ἥρα, Iunone, tanquam Iunonis plenus. De vano ejus timore pulchrè Auguſt. tom. 9. col. 1123. b.

Herodiani ſectarii tempore Chriſti, Matth. 22,16. Marc. 3, 6. cap. 12. v. 13. Herodem pro Meſſia ſuſcipientes, & diem Herodis celebrantes, ut Sabbatha. Hieronym. dial. in Luciferian. Epiphan. Gloſſæ Vet. in illud Perſii: Herodis venêre dies. Scalig. ad Euſeb. num. 1983. ad verba: non deficiet princeps. Theophyl. Euthymius in c. 22. v. 16. Matth. Plures de his qui volet, legat ſententias apud Joh. Maldonat. in c. 22. v. 16. Matth.

HEROES

Bellici plures, 2. Samuel. 23. Meiger. in Nucl. p. 1499. 1507. 1519. Olim dicebantur ii, qui 1. merita ingentia in patriam contulerant. 2. pro hac mortui fuerant. 3. nationem vel urbem condiderant; ſic primus Auguſtus Julium Cæſarem conſecravit. 4. demum omnes imperatores inter Heroas relati. Juvenalis Satyr. 16. Denique matres Cæſarum hiſce nominibus mactatæ ſunt. Dio Caſſius libro 60. Tacit. libr. 16. Annal. De Scanderbego vide Didacum Apolepht. pag. 770. part. 2. hiſtor. horar. Virtus hæc eſt quoque in mulieribus, Didac. Apolepht. part. 2. pag. 196. Vide plura apud Ethnicos de hac virtute, maximè Picolhominæum in Gradib. & Fuggerum in Etymologic. V. Heros,

HERUS.

§. 1

Eſt, qui habet ſervos, queis imperet; Dominus vero Dominantium ſolus DEUS eſt: omnes nos ſervi illius, qui ſolum bonorum horum terreſtrium uſumfructum percipimus, vide Philonem lib. de Cherubim. Seneca libr. 17. epiſtol. 103. Quicquid circa te jacet rerum, tanquam hoſpitalis loci ſarcinas ſpecta, tranſeundum eſt.

Domini in Oeconomia ſunt illi, qui ſubjectos ſibi habent ſervos. Horum officia ſunt. I. Pietati familiam aſſuefacere, exemplo Abraham, Geneſ. 17. & 18. II. Bono exemplo eis prælucere. III. Honeſtatem in familia tueri. IV. Laborem ejus promovere. V. cibum & victum dare familiæ, C. Paterfamilias.

§. 2

Virtutes Heri.

1. *Pietas*, ut ſervum in rebus fidei inſtituat. Sic Abraham circumcidit ſervos, Geneſ. 17. & ſine dubio eos in fide erudivit, confer Exod. 20. v. 10. fidelisſimus ſuorum Epiſcopus fuit, Gen. 18,16.17. 2. *Charitas* erga ſervos, cujus varii ſunt actus, ut recta educatio, cujus maxima pars eſt, ſi herus ſervis bonum Exemplum præbeat, ſervos frugi diligat, Sirac. 7. v. 22. Hæc charitas Deo probatur Jerem. 34. v. 13.14. 3. *Diligentia* in exercenda agricultura, Prov. 24,28. Eccleſ. 11, 6. pecuariâ, Proverb. 27,23. Sirac. 7,24. Prov. 12,10. mercaturâ, Sirac. 42,5. Prov. 11, 1. cap. 12,22. cap. 16,11. cap. 20,10. 23. cuſtodiâ bonorum mobilium, Sirac. 42, 7. tam in vita ratione hæredum, Sir. 33, 20. quàm ratione fœminæ, ne ei totas facultates committat, Prover. 31,3. In ſponſionibus res minuat, Proverb. 20,16. Oppoſ. eſt pigritia & luxuria, Eccleſ. 10. v. 18. 19. 4. *Concordia*, fugiat rixas in regenda familia, Proverb. 11,29. 5. *Prudentia* in re familiari, vid. ante Diligentia: in eligendis ſervis bonis, Pſalm. 101. v. 2. 3. ſeq. in cavendis ſervis barbaris, ne iis confidat. Richter. axiom. Oecon. 80. in iiſdem non nimis locupletandis, ne poſtea Dominos ipſos è ſedibus ſuis expellant: non delicatè habeat, Prov. 29. v. 21. c. 30,21. Gen. 16,4. Sir. 33,26. 6. *Juſtitia*, quæ jubet tribuere ſervis ea, quæ ipſis debentur, ut *cibus*, Sirac. 23,25. conſ. l. 1. §. 8. D. offic. præfect. urb. *veſtes*, ne incedant nudi: *defenſio*, Sir. 33, 21. *Merces*, Levit. 19,13. Deuteron. 24,14. Matth. 10,10. Luc. 10, 27. 1. Timoth. 5, 18. Jac. 5, v. 4. ſic quoque ancillis, Exod. 21,10. *Cura* corporis in morbis; hanc etiam ſervis debent heri. Dion. libr. 10. narrat edictum Claudii, quo, quod multi ſervos ægrotantes domibus ejicerent, cautum fuit, ut exturbati ſervi, ſi ad ſanitatem rediiſſent, poſtea fierent liberi. Confer Sueton. in Claudio cap. 15. & l. 2. ff. qui ſine manumiſſ. ad libert. perven. *Caſtigatio*, Sirac. 33,25. cap. 34,27. ſit tamen moderata, non ad necem, Exod. 21. verſ. 20. Confer Senec. lib. 1. de Clement. cap. 18. *Diſciplina*, quâ in officio familia contineatur, Proverb. 29,19. 21. Nimius tamen rigor prohibetur, Geneſ. 31, 39. 40. Thren. 5, 5.13. Levit. 25,43. Sir. 4, 35. cap. 33, 30. Eph. 6,9. Malach. 3,5. Coloſſ. 3, 26. Job. 3. v. 13. Philem. v. 16.17. 7. *Manſuetudo* in α. moderandis laboribus: β. placidè imperando, Epheſ. 6,9. γ. dimisſione, Exod. 21,26.27. δ. fuga, Deut. 23, 16. crudeles igitur non ſint heri, nam ſervi dicuntur fratres Jer. 34, 9.10.14. 8. *Humanitas*, ut herus obſequatur ſervo nonnunquam ſapienti, Sir. 10,28. olim ficubus, bellariis, palmulis novitii ſervi ingreſſuri profundebantur. Zwing. fol. 179. a. §. Servis. Oppoſ. Inhumanitas, quâ Domini ſunt diſcoli, moroſi, truces, ſævi, ut Nabal, 1. Samuel. 25. Laban, Gen. 31,37. &c. Clodius Pollio vivos ſervos variis murænarum injici juſſit, ut ab illis diſcerperentur, in eſcam piſcium, Tertull. lib. de Pallio. Dion. in Auguſto. Plin. lib. 4. c. 23. Demonax autem, videns quendam ſervum ſuum crudelius tractantem; deſine, inquit, ne ſervo tuo ſimilis fias: ſignificaturus, ſervos eſſe, qui affectibus ſuis non imperitarent. Sic & Diogenes inter ſervos & Dominos malos præter vocabula nihil intereſſe, niſi quod mancipia ſervirent

§. 3 §. 4

rent Dominis & Domini cupiditatibus, dominis illis & turpibus, & inclementibus. Veteres Domini, qui potestatem vitæ & necis in servos habebant, Inst. lib. 1. §. 2. de his, qui sui vel alieni sunt juris. Inclementiæ exemplum est Jerem. 34, 11. seq. Dominorum erga servos. 9.

§. 4 Humilitas, qua agnoscat herus & sibi Dominum in cœlis esse (qui personas non respiciat, Eph. 6, 9.) adeoque servos benigne tractet: (α) Quia servitus non naturæ, sed fortunæ est conditio: (β) quia servi & Domini ex eadem materia constant, Senec. epist. 47. (γ) Quia ut familiares & filii servi tractandi sunt, quod ad eandem hæreditatem vocati sint in cœlis. Augustin. lib. 19. cap. 16. de Civit. Dei. Imperent igitur non cupiditate dominandi, sed officio consulendi, non principandi superbia, sed providendi beneficio. Aug. in sentent. nu. 163. Plutarch. in vita Marci Crasi: Hic magnam servorum turbam alens, discentibus iisdem adstare solebat, & docere eos atque ita dicere: Hanc oportet præcipuam esse patrisfamilias solicitudinem, nosse, quot sint rei familiaris animata instrumenta. Confer infra tit. Paterfamilias it. tit. Oeconom.

HIERARCHIÆ Tres.

§. 1 Status Chori Ecclesiasticus: fori Politicus: thori Oeconomicus.

§. 2 *Figuræ.*

1. Zacharias cap. 4, 2. vidit Candelabrum aureum, in cujus summitate phiala erat, & septem lucernæ, singulæ lucernæ habebant singula vascula, oleum recipientia: duæ olivæ juxta illud fuerunt, una a dextris, altera a sinistris. Hæc visio ad florem statuum in populo Dei post solutam captivitatem referenda esse videtur. Candelabrum ergo statum Ecclesiasticum notat.

§. 3 2. Aureum autem est, α. quia in Choro aurum verbi divini proponitur, Psalm. 19, 11. & 119, 12. Scilicet ob prædicationis materiam; non enim aliud quam verbum Dei prædicare debemus, 1. Pet. 3, 10. β. Ob præstantiam: aurum enim metallorum omnium præstantissimum est: ita Status Ecclesiasticus reliquis omnibus divinior, sunt enim ministri Dei legati ad homines, 2. Corinth. 5. vers. penult. γ. Ob durationem; reliqui status cessabunt in altera vitâ, ut Politicus & Oeconomicus, Matth. 22, 20. manebit Ecclesiasticus suo modo, quando in regno gratiæ perpetuis laudibus vacabimus. δ. Ob significationem; sceptrum habent ii, qui dominantur, Esther. 4, 11. ita sceptrum aureum est ecclesia, aureum illud candelabrum, Candelabrum autem dicitur Ecclesia, quia in ea Dominus lucem verbi sui posuit. Confer Apocal. 1, 12. capit. 2, 1.

3. Lucernæ sunt Spiritus S. dona, quibus lucet in renatorum cordibus per lucernam verbi, Psalm. 119, 105. his donis lucent pii in hoc mundo, Philip. 2, 16.

4. Vascula oleum recipientia sunt corda hominum, quæ hoc oleo, Spiritu Sancto nimirum plena esse debent, hic enim est oleum lætitiæ, Psalm. 45, 8. ubi hoc oleum est intus, flamma charitatis extra promicat, fides enim per charitatem efficax est, Galat. 5. vers. 5. Oleum etiam Evangelii doctrinam significat, qua vulnera conscientiæ mitigantur. Vid. in Prompt. titul. Evangelium, allegor. 1054.

§. 4 5. Duæ olivæ erant juxta candelabrum, quarum una a dextris, altera à sinistris. Hæc Oeconomicum, illa Politicum statum notare potest, in medio candelabro posito, statu nimirum Ecclesiastico, ex quo omnis lux in reliquos derivatur. Hi status cum oliva comparari possunt (α) ligni soliditate & duratione: ita duo illi status durabunt usque ad finem mundi. (β) Viriditate: sic duo status isti semper virebunt. (γ) Multiplici utilitate; nam sicut ex oleo, ita ex statibus illis copiosissima utilitas Dan. 4, 12. Psal. 128. in universum genus humanum redundat. Conf. Sturm. in Prompt. Exempl. part. 2. fol. 3.

HIEROGLYPHICÆ

Notæ Ægyptiorum. De his Pierius in Hieroglyphicis. Textor. c. 898. officin. Apulejus de Asino aureo lib. ult.

HIEROSOLYMÆ.

NOMEN; *Visio pacis.*

Gloria, Esa. 31. Matth. 5. Ante Salem dicta, Genes. 14.

Vitia; latrocinia, Ezech. 22, 3. Scortatio, Esai. 1.

Pœna; Vastatio, hinc sylvæ comparatur, Ezech. 20, 46. 47. vide Luc. 19. testæ fractæ Jerem. 19, 1. 2. sequentib. paries ruinosus Esa. 30, 12. dicitur.

Vestigia nulla extiterunt tempore Optati Milevitani lib. 3. p. 80. contra Parmenian.

Duodecies expugnata fuit. (1) a Sesack Rege Ægypti, 2. Chron. 12. (2) Joa, Rege Israel; 2. Reg. 14. Sub Amazia. (3) Assyriis, sub Manasse, 2. Chronic. 33. (4) Nebucadnezare sub Jojakim, 2. Chronicor. 36. (5) Sub Zidekiâ ab eodem. (6) A Magose, Duce Persico, Joseph. libr. 11. cap. 7. Antiquit. post reditum ex Babylone. (7) A Ptolomæo Lago, Joseph. d. l. cap. 1. (8) Ab Antiocho Epiphane sub Macchabæis. (9) Ab Apollonio, duce Antiochi. (10) a Pompejo Orosius lib. 6. cap. 6. (11) Ab Herode, annis 33. ante nat. Christum. (12) a Romanis, sub Tito duce.

Pœnæ in obsidione plurimæ fuerunt, Fames, pestis, intestina dissensio, mutuæ cædes.

HILARITAS.

In conviviis. V. *Convivia.* Non est illicita, Exemplo Josephi, Gen. 43, 16. Isaaci, Gen. 26, 3. c. 18, 3.

Israelitarum, post sacrificia epulantium, festa celebrantium, Deut. 12, 5. 6. 7. cum gaudentibus gaudendum, Rom. 12, 15. vinum ad lætitiam creatum, Ps. 104, 15. Sir. 32, 3. cap. 19. v. 1. 32. 33. cap. 21, 8.

Exemplo primitivæ Ecclesiæ, Tertullian. Apolog. c. 39. §. Non prius discumbitur, &c.

HIRAM.

Rex Tyri, ante idololatra fuit, Joseph. lib. 1. contr. Appion. postea conversus, 1. Reg. 5, 7.

HIRCUS. *V. impietas n. 7.*

HIRUNDO.

I. Ejus esus interdictus Levitic. 11. v. 16. Deut. 14. v. 15.

II. Monet de gemitibus pœnitentium, Esa. 38. prudentiâ, Jer. 8, 7.

Quiete animæ in Deo, Psalm. 85, 4. piorum securitate, Prov. 26, 2 erga nostros, Ps. 4, 84.

HISTORIA.

Utilis admodum. Cicero: *Historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ. Sacræ historiæ* præprimis summa est utilitas; ostendit enim 1. Admirabilem DEI in gubernanda ecclesia providentiam & omnibus piis. 2. Illustre speculum fidei Hebr. 11. passionum & afflictionum. 3. Fontem consolationis vivæ & efficacis in omnibus necessitatibus; nam historia sacra testatur de auxilio divino, quo suos nusquam non sublevavit. Psalm. 22. *Patres nostri sperarunt, &c.* 4. Incentivum orationis: invocatus olim Deus juvit, hodiè quoque invocandus est ut juvet, Ps. 85. 5. Scaturiginem omnis auxilii à Deo esse, Psalm. 44. omne auxilium præstandi, Psalm. 74. 6. Diligentiam propagandi mirabilia Dei opera, Psalm. 78. quæ ex historiis sacris addiscuntur. 7. Perpetuam ad timendum Deum extimulationem: causæ namque, quæ suadent, ut Deum jugiter & filialiter timeamus, in historiis & exemplis sacris maximè elucent.

Non sit eloquentia ornata Baron. tom. 2. f. 169. n. 50. & 107. n. 5. & Luciano.

Vide Ambros. Catherin. in clav. p. 125.

Sanctorum historiis dextre utendum est 1. Ad doctrinam. 2. Commonefactionem. 3. Dehortationem. 4. Consolationem. Vide D. Mörlin. in Psalm. 42. p. 120. §. Wo zu sind nun/ &c.

HODIE.

1. Æternitatis, Psal. 2. v. 7. Conf. Mich. 5. v. 7. V. Anticrellium de h. loco.

2. Pœnitentiæ, Psal. 95, 8. Hebr. 3, 17. Exod. 17, 22. V. Pœnitentia.

3. Temporis præsentis, Marc. 14, 30.

4. Temporis brevitatis, Deut. 9, 1. & præsertim cum additur Heri, itidem breve tempus notat, Luc. 13, 32.

HOEDUS

1. *Non coquendus* in lacte matris, hoc est adhuc lactens, vel lac sugens, Exod. 23, 19. & 34, 6. Deuteronom. 14. v. 21. Hoc præcepto monet Deus noster I. *Tyrannidem* caveamus, ne illud vertamus in tormentum, quod hœdo erat in delitiis. Lac 1. est sanguis coloratus. In sanguine v. servire, tyrannis est. II. *Avaritiam.* Satiari carnibus qui non potest, lacti non parcit: Sic avari lac sugunt proximi: tandem etiam carnes devorant proximi. III. *Delitias*, quæ lacte significantur. IV. Discamus *humanitatem*, exhibendam multò magis proximo, si animali congruit lex Deut. 22. de matre avium, demptis pullis, libera relinquendâ. V. Typum, de Christo non occidendo in infantiâ, non spernamus. August. quæst. 90. in Exodum & Chrysostomi serm. de Innocentibus.

HOMICIDIUM. §. 1

Dicitur etiam Assasinatus, Cajetan. in sum. Confer Camer. p. 2. c. 7. hor. subcis. Fumum in Armilla: Item, Cædes, latrocinium, φόνος, Roman. 1. dicitur.

Phraseologiæ: Occidere, Gen. 4, 23. cap. 27, 41. 42. effundere sanguinem, Gen. 9. v. 6. c. 37, 22. Jos. 20, 9. Ps. 14, 3. & alibi; gladium accipere, Matth. 26, 52. percutere in gladio, Luc. 23, 49. Hebr. 11, 37. Apoc. 6, 8.

Causæ homicidii. §. 2

1. *Princeps Satan*, latro & homicida ab initio, Johan. 8, 44. rubens sanguine justorum Draco, Apocal. 12, 20. & excitans odia & inimicitias. (2) *Homo malus* Dei legi repugnans, prohibenti homicidium, ne occidas, Exod. 20. (3) *Adjuvans, mali socii*, incitantes ad vindictam, Proverbiorum 1, 11. 12. 13. sequentib. *Ira*, quæ est in omnibus homicidis: in Caino, Genes. 4, 7. Esavo, Genes. 27. fratribus Josephi, Genes. 37. Huic vicina est *invidia*, Sapient. 2, 19. *Ebrietas*: sic Alexander M. Clitum ebrius interfecit: *Temeritas* accipiendi gladium, inque duella descendendi: *implacabilitas* obstinata, qualis in Esavo fuit, & in Saulo, 1. Samuel. 24. *crudelitas* & immisericordia, sive in proximô, sive in judice, ut in Pilato, qui innoxium JESUM ad sanguinem cædi jussit, Matth. 27. in Judæis Paulo plagis incutientibus quinquies quadragenas, una minus, 2. Cor. 11.

Causæ procreantes aliæ. §. 3

(1) *Calumniæ & delationes*. Sic Joseph in servitutem abductus est, suô modô a fratribus occisus. Daniel in foveam leoninam, Dan. 6. Doeg erat talis calumniator, 1. Sam. 22. (2) *Jurgia & contentiones*, has præcessisse cædem Abelis confirmat Chaldæus Paraphrastes in Genes. 4. asserens, inter illum & Cainum de religione disceptatum fuisse. (3) *Maledicta & convitia*. Nabal interfecit Davidem, 1. Samuel. 25. Simei eundem, 2. Samuel. 16. (4) *Derisio*, 2. Reg. 2. Pueri in Bethel deriserunt Prophetam Elisæum, inde sibi tragicam mortem accersiverunt. Cavendum tamen, ne quis ob illatam honori suo injuriam existimet, se licitè proximum posse occidere (sive ignominia illa verbis, sive alapâ, sive provocatione ad duellum illata sit.) Nam inter vitam proximi & honorem tuum nulla est proportio. Deinde aliis mediis honorem tueri potis es. Adde, honorem verum istâ patientiâ augeri potius. Quid quod nec honorem augere posis morte detrectatoris; imò magis eum minues, homicida evadens. De qua controversia vide Tanner. Tomo 3. Theolog. Scholastic. disputat. 4. quæstion. 8. dub. 4. numer. 74. ubi Lessii sententiam justè reprehendit.

Ma-

§.4 *Materia seu Objectum Homicidii.*

I. *Homo seipsum occidit* : (α) *Totaliter*, exemplis Saulis, 1. Samuel. 31, 4. Achitophelis, 2. Sam. 17, 23. Judæ, Matth. 27, 4. Illicite vero hoc fit, nam Dei autoritas contemnitur, qui solus est vitæ Dominus; læditur insuper Dei bonitas & sapientia, quasi is non possit e malis eripere; lædit charitatem, vide Chrysostom. homil. 48. in Johann. §. infixus est animæ. Nemo sibi mortem consciscat desiderio immortalitatis potiundæ, ut olim Cleombrotus Zwinger. 73. a. immortalitatis. Heliogabalus sibi varia ἀυτοφονίας paravit compendia: Imago indurati hominis, Zwinger. in Theatro 22. b. mortis Exemplum submergentis in puteo, Zwinger. 17. a. Laurentius ob pecuniam. Exempla plura recenset Textor colum. 583. in offic. Cæterum Ambrosius ἀυτοχειρίαν laudare videtur lib. 1. c. 40. officior. Idem lib. 3. de Virginib. Idem lib. 2. epist. 7. Improbat verò rectè Augustin. lib. 1. c. 17. de Civit. Dei. Spectat quoque huc læsio vel in corpore vel in anima. In corpore fit nostri læsio irâ, Sir. 30, 26. invidiâ: tristitiâ nimiâ: ebrietate & crapulâ: abstinentiâ nimiâ cibi & potus, Esa. 58, 5. Coloss. 2, 23. laboribus crebris & vigiliis nimiis: temeritate, qua quis se frustra in pericula præcipitat: Venere immoderata, quæ corpus exhaurit, cerebrum debilitat, & totam hominis constitutionem enervat, inde syncope, inde animi deliquia: salutipotione, vid. Ambros. tom. 4. lib. de Elia & jejunio cap. 17. In anima vero fit læsio concupiscentia innata: dicto quovis omni malo, quod conscientiam offendit: Securitate & impœnitentiâ: doctrinâ falsâ, hæc enim occidit animam.

§.5 (β) *Partialiter.* Nec homo membra sibi amputet: Leonitus Arianæ fidei Episcopus sibi genitalia abscidit, Socrat. libro secundo cap. 11. histor. hinc secta Eunuchorum est nata, Epiphan. hæres. 58. Nec eadem lædat, ut Baalitæ, 1. Reg. 18. flagellationibus & punctionibus. Nec genium suum defraudet, Proverb. 11, vers. 17. Sed corpus curet modice, Roman. 13. ultim. *Nec abortum* procuret, sicut fecit Eusebia Constantii uxor, vid. supra tit. Abortus. Ita enim homicidium in proprio semine & carne exercetur. Nec animam proximi occidat, quod fit 1. scandalo vitæ perversæ vel doctrinæ falsæ, Matth. 18. v. 7. 2. turbando conscientiam proximi falsâ doctrinâ, Galat. 5, 12. 3. semina odii & dissensionum procreando. 4. proximum quocunque demum modo in peccata inducendo, & ejus participem reddendo.

§.6 II. *Homo alium occidit*: (α) *inchoativè* percutiendo 1. non ad mortem, is debebat operas & impensas Medicorum solvere, Exod. 21. vers. 19. 2. percussor servi vel ancillæ, Exod. 21, 20. criminis reus; vel libertate donare servum jubebatur d. l. si oculum, si dentem excussisset. 3. percutiendo prægnantes, Exod. 21, 22. (β) *Consummativè* usque ad mortem, is morietur rursus, Leviticor. 24, 17. Exod. 21, 12. (4) Huc referimus *Castrationem*, de qua videatur Dio in vitâ Nervæ. Suetonius in vitâ Domitiani. Et l. 1. C. de Eunuch. Authent. de his, qui Eunuch.

III. *Furem.* Homicidium autem furis noctu licitum: 1. quia incerta est vis & contentio furis nocturni: 2. non potest Dominus alios vocare in auxilium: 3. sub noctu non agnosci potest, Exod. 22, 3. c. extr. de Homicid. si perfodiens.

IV. *Animal:* Sed qui percutit animal, reddet id, Levit. 24, 18. Animalia aliàs occidere licet, contra Manichæos Augustin. de hæres. cap. 46.

§.7 V. *Patrem vel matrem*, vide Chrysostom. homil. de Absolomo. Sic Nero matrem occidi jussit, quod crimen nullis purgationibus expiare potuit. Baron. tomo 3. annal. folio 202. Johannes Maria Dux Mediolanens. matricida, audiens missam occisus est. Tàm vero atrox crimen parricidii visum olim fuit Lycurgo & Soloni, ut nulla supplicia illi destinaverint. Romani autem parricidam culeo insui, adjunctâ simiâ, gallo, viperâ, intimâ antipatheiâ disjunctis, quos inter vitam miserabili exitu clauserunt. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 1. Plutarch. de Luc. Ossio. Tullia Tarquinii conjux occidi patrem curavit Servium Tullium, mortui cadaver calcibus equorum conculcari per vicum, quem ejus sceleris ergo vicum sceleratam Roma appellavit, Valer. M. lib. 9. c. 11. Cosroës rex Persarum proprio parenti oculos effodi jussit eumque baculis verberari, quousque moreretur. Romanus, filius Constantini Cæsaris Constantinopolitani, patri venenum propinavit, sed non totum hausit; hic vero profugus factus, ut vitaret insidias filii, apud Theodorum Cyricum in monte Olympo reliquum vitæ exegit. Cuspinian. Cyrillus Doctor Ecclesiasticus a filio suo occisus est, unà cum matre, quod ambo filium ob intentatum sorori stuprum acriter carpsissent. Vid. Didac. Apolepht. part. 2 hor. recreat. p. 96. 97. Parricidarum pœnas, V. Alexandrum ab Alexandro l. 3. c. 5. Genial. dierum.

§.8 IV. *Fratrem & sororem*: sic Cain Abelem occidit: Joram fratres suos, suasu Athaliæ, 2. Chronicor. 21, 4. Johannes filius Judæ Pontificis, fratrem suum Jesum vel Jehosuam affectatæ dignitatis nomine suspectum. Josephus lib. 11. c. 17. Antiquitat. Ultus est hoc fratricidium Bagosus, satrapa Persicus, d. l. Joseph. Aristobulus Rex Judææ Antigonum fratrem. Typhonem regem Ægypti frater impius (Diod. Siculus) Remum Romulus; plura exempla prostant apud Didac. Apolepht. p. 2. hor. recreat. p. 133. seqq. Prompt. Exemplor. part. 2. f. 294.

§.9 *Modus occidendi fit*

1. *Aperte*, sine insidiis, nec clam; sicut latro aperte in via publica hominem adortus occidit eundem. 2. *Clam* percutiens maledictus sit Deut. 27, 26. sub fuco amoris: sic Joab 2. Sam. 3, 27. Abnerum occidit ferro; Num. 35, 17. lapide, ibid. v. 18. ligno; jacere in aliquem aliquid

per

per insidias; dare alicui consilium clam contra aliquem, provocare, accusare, detrahere. Hinc linguæ hominum dicuntur sagittæ, gladii. 3. *Verbis & delictis*; cum semel moriendum sit, quotidie tamen morimur, 1. Corinth. 15, 31. illique & odio & verbis & delictis suis quotidie nos perimunt. Cyprian. lib. 1. epistol. 3. homicidium spirituale est hoc. 4. *Irâ*, nam ira est spirituale homicidium, Genes. 4, 7. Matth. 5, 22. 5. *Gestu*, verbis asperis & convitiis, cum quis ait Racha, Matth. 5, 22. murmurat, Philip. 2, 14. vel hominem aspectu non dignatur, eumque aversatur, ut Cain, Saul, Judæi, Actor. 7, 44. 6. *Incautè* & imprudenter; non ex male intellecto magistratus jussu occidendum, Zwinger. a. b. 29. non per alios; sic Judas Christum occidit; David Uriam, 2. Samuel. 11. Jesabel Nabothum, 1. Reg. 21. Estque magna gravitas in ejusmodi homicidio, nam duplex est; etenim is qui jubet, & qui perficit jussa, uterque homicida est. 7. *Magice* per incantationes, quibus membra hominis ad tempus intoxicantur & ligantur, vel totum corpus paulatim depascitur. 8. *Medicè*, cum quis in propinandis medicamentis vitæ periculum creat, juxta German. Proverb. novi medici nova cœmeteria; vel cum abortus sumtis pharmacis procreantur. Vid. supra tit. Abortus. 9. *Communicativè*, cum cor nostrum de peccato homicidii communicat, vel etiam os nostrum. (α) *Corde* quis communicat, vel voluntatis consensu & approbatione; sic Achab in mortem Nabothi, 1. Reg. 21. Judæi Christi consenserunt: vel affectu, eoque vel amoris, quo homo fertur in homicidam: sic rex Saul amavit Doëgum, 1. Samuel. 22. Pharisæi Judam proditorem: vel gaudii, cum quis de alterius morte gaudet; sic Judæi è Christi crucifixione, Saulus è morte Christianorum novellorum gaudium percepit,

§. 10 Actor. 7. (β) *Ore* 1. consulendo, quando Jesabel consulit Domino suo, ut Nabothum tollat, 1. Reg. 21. 2. defendendo & excusando: Laudandus hîc Ulpianus, qui rogatus, ut Heliogabali cædem defenderet & excusaret, dixit: non tàm facile esse excusare cædem, quam facere. 3. incitando, sic Saul incitat servos suos ad occidendum Davidem, 1. Samuel. 19. & 22. 4. prodendo, sic Siphitæ, 1. Samuel. 26. Judas, Matth. 26. 5. maledicendo: Optat. Milevitan. lib. 2. adv. Parmenian. Maledictionibus tuis cum fiducia hominem lingua percutias, indubitanter homicida es. Ibid. Dei Episcopos linguæ gladio jugulastis. (γ) *Opere*, cum vel homicidas juvamus, & illos hospitio excipimus: vel arma præbemus: vel proximum periculis objicimus, quibus pereat, 1. Sam. 18. (Saul objicit Davidem Philistæis) vel omisione defensionis, quando proximum non servamus, etsi possemus.

§. 11 *Effecta homicidii.*

I. *Ex parte Dei*: ejus ira, ex qua pœna, Deut. 21, 1. Ezech. 24, 8. æterna damnatio: (nisi fiat remissio ob Christum) temporalis *revelatio*, non enim tàm occultè patrantur homicidia, ut non revelentur. Exempl. Macarius Mitylenensis hospitem in templo occiderat; cædem intuiti filii mox alter alterum jugulatum immolavit: mater superstitem filium torre necavit: necantem uxorem sacerdos ille Bacchi mactavit. Captus ergo Macarius crimenque confessus animam inter tormenta exhalavit. Ælian. lib. 13. var. histor. Ibycus Poëta necandus à latronibus grues obtestatus est supervolantes; hi latrones sedentes supervolarunt, quibus latrones: adsunt (ajunt) Ibyci ultores. Quo sermone assidentes latrones in suspicionem traxerunt patrati facti, quod protinus confessi pœnas dederunt, Plutarch. lib. de loquacitate. Idem de comparat. animal. recenset, Pyrrhum regem aliquando canem, qui jugulati Domini corpus triduo sine pastu asservaverat, ad se recepisse, qui canis inter lustrandum exercitum Domini occisores agnovit, in eosque irruit, mox ad supplicium raptos. Duo Arcades amici Megaram profecti erant, horum alter apud amicum, alter apud cauponem diversatus est; hic noctu apparet alteri in somno, rogitans, ut opem ipsi ferret, contra vim cauponis, vitæ suæ intentatam. Sed esse insomnium, dum alter putat, recumbit denuo; sed rursus apparens amicus dixit, ut mortem saltem revelaret, si vitam servare noluisset, & jussit summo mane adstare amicum ad portas, ibi cadaver suum in plaustro fimo onusto repertum iri. Facit id amicus, rem se ita habere reperit, & homicidium detegit. Cicero libro primo de Divinat. Confer Saurium in Diario, folio 426.

§. 12 II. *Proximi*; qui in summam tristitiam injicitur maximaque incommoda, occisus a proximo.

§. 13 III. *Sui ipsius*, nempe hominis, qui proximum occidit, effecta varia sunt; nam imaginem Dei destruit, homo enim imago Dei est, Genes. 9. vers. 5. Templum Spiritûs Sancti destruit, sæpe enim innocentes trucidantur, in quibus Spiritus Sanctus habitavit, 1. Cor. 3. versic. 17. Omne pœnitentiæ tempus præscindit homini, quem occidit. Domum affabre factam frangit, corpus enim nostrum domus est & ædificium, 2. Corinth. 5. vers. 1. Terram polluit, Numeror. 35. v. 33. a qua pollutione liberari non potest, nisi effuso sanguine homicidæ. Sanguinem in se suamque domum cumulat, 1. Reg. 2. vers. 31. manus implicat vinculis peccati, 1. Samuel. 25. vers. 26. Extraordinarias sæpe pœnas accersit. Popielus Rex Poloniæ interfecerat patruos, sed mox de tumulis interfectorum mures eruperunt, regem invaserunt, neque accensis undique ignibus prohiberi potuerunt; Quare rex ab omnibus suis desertus, a muribus tandem absumtus est, ut referunt Polonici historicarum rerum scriptores.

§. 14 *Consequentia pœnæ.*

1. Terror conscientiæ internus, Gen. 4, 13. 14. vel terror externus & tremor: nam visionibus eorum, quos occiderunt, plures fuisse territos, memo-

memorat Zwinger.folio 133. Theatr. ut Conſtans imperator Græcus: Nero: Theodorus rex Gothorum, viſus ſibi videre capita Symmachi & Boethii conſulum Romanorum, quos capite truncaverat. Homicidæ viſis capitibus interfectorum territi ſunt, Zwinger. folio 16. a. (2) Occiduntur ab aliis: ſic Cain à Lamech occiſus putatur, Geneſ. 4, 23. etiam ab altari Domini divellendi, Exod. 21, 14. (3) ab animalibus produntur. Homicida per hirundines proditus, Zwinger. 16. a. Beſſus per canes. Heſiodi canis indicavit filios Ganictoris Naupactii, à quibus Heſiodus fuerat trucidatus. Matricidæ diris agitatæ, ut Alcmæon, Zwinger 20. b. Sanguis eorum quoque effundendus, Geneſ. 9. Levit. 24. 1. Reg. 12, 19. c. 22, 35. maledictio. Geneſ. 49. maledictus furor eorum &c. Diſperſio Wigand. Syntagm. col. 857. Henricus II. Galliarum rex duello delectatus ipſe amiſſo in luſu palæſtrico oculo vitam poſt cum morte commutavit. (4) Exilium. (5) Interitus per gladium. Matth. 26. qui gladium ſumit, gladio peribit. De damnatione eorum, qui ſeipſos interficiunt, diſtinctè judicandum. V. Promptuar. Exemplor. part. 2. f. 271. An ſepeliendi? Ibid.

§. 15 *Signa*

Interni homicidii & cordis odio pleni, ſunt 1. Torvitas vultus, ut in Caino, Geneſ. 4, 6. Labano, cap. 31. Matth. 20. an oculus tuus malus? 2. Motus membrorum, capitis nutatio, Matth. 27. oculorum ardor: naſi corrugatio: oris eructatio verborum intemperatorum: digitorum extenſio ad illudendum & minitatio. 3. Mimeſis & ludibunda expreſſio motuum proximi.

Externi homicidii ſignum non eſt protinus, ſi ad præſentiam unius alteriuſve cadaver ſanguine ſtillet, qui in cauſa eſſe videtur: ſæpe enim ipſo interfectore præſente cadaver nullum ſanguinem emittit. Itaque fallax ſignum eſt.

§. 16 *Diſtributio.*

Homicidium I. *Voluntarium*, quod fit ex προαιρέσει, cujus gradus intenditur ratione modi, perſonarum, temporis & loci; ſic gravius peccat qui ex inſidiis hominem occidit, vel magiſtratum & præceptorem, vel in loco ſacro, vel arce, vel loco magiſtratui ſacro. Huc ſpectat duellum, quod eſt impium facinus & 1. prohibitum: non occides. 2. privata eſt vindicta. 3. ab ethnicis ortum, qui gladiatorum ſpectaculis ſeſe paſcebant. 4. conjunctum cum præſenti periculo ſalutis æternæ amittendæ, 1. Reg. 2, 5. 6.

II. *Involuntarium* contra; idque eſt vel neceſſarium vel fortuitum. Illud, quod defenſionem ſui ſuorumque ſpectat, addito tamen moderamine inculpatæ tutelæ, vid. Chemnit. ad quintum præceptum in L. Comm. Fortuitum eſt, quod fit ex errore, ignorantia excuſabili, furore & ſine ullo animo lædendi.

III. *Publicum* eſt, quod fit autoritate publicâ magiſtratus, ex ordine juſtitiæ, ut cum malefici ultimo ſupplicio afficiuntur. Ad quod genus vindictæ quatuor requiruntur. 1. Ratione cauſæ principalis, ut fiat publicâ autoritate. 2. Cauſæ materialis, ut cauſa ſit gravis & capitalis. 3. Formæ, ut ordine fiat & proceſſu juſto. 4. Finis, ut fiat ex intentione rectâ, ex zelo juſtitiæ, non ex ira, odio, ſimultate. Exod. 22. &c. maleficos non patieris vivere. Gravis verò error fuit Lactantii, qui negavit, unquam hominem occidendum eſſe, lib. 6. c. 20. Inſtit. divinar. & Weigelii, in Poſtilla Dominic. 6. poſt Trinit. & alibi.

Adjuncta homicidii. §. 17

1. *Atrocitas*, Num. 35, 20. Homicida (α) occidendus præcipitur; (β) nullum placamentum pro eo ſumendum; (γ) quia morte dignus.

2. *Deformitas* & deteſtabilitas Deuteron. 21, 2. ſequentibus in ſe, reſpectu Dei, proximi, & ſcandaliſati & occiſi. Agnita hæc deformitas à Carthaginenſibus & Senatu, qui ſtatuam, quæ lapſa hominem contriverat, in mare præcipitandam decreverunt. Sic Ethnici ſaniores alii deteſtati homicidia: Quintilian. libr. 5. cap. 9. refert, ſententiâ Areopagitarum puerum Athenis capitis damnatum fuiſſe, quod cornicum aliarumq; avium oculos configens crudelior futurus judicatus ſit, quam cui vitam fruiſci concederetur.

Ad homicidium ſpectant Veſperæ Siculæ, Laniena Pariſienſ. Camerar. part. 1. cap. 83. horar. ſubciſiv.

HOMO. §. 1

Dicitur ab humo, ex ea enim formatus eſt, Gen. 2, 7. & quidem ultimo loco poſt creaturas, vide Ambroſ. epiſt. 3. ceu rerum ante creatarum Dominus.

Nativitatum ſpiritualium 4. genera. §. 2

1. Cum boni naſcuntur per bonos, ut ſi bonus miniſter bonum baptiſet; is enim qui baptiſatur, ſpiritualiter renaſcitur. 2. Mali per malos; ſi baptiſans malus ſit, & baptiſatus hypocrita. 3. Boni per malos; cum miniſter eſt malus & baptiſatus eſt fidelis. 4. Mali per bonos, cum miniſter baptiſans ſanctus eſt; baptiſatus verò miniſter Dei eſſe non vult, Auguſtinus tomo 9. col. 101. a. b. d.

Hominum tria genera. §. 3

1. Qui nec quærunt DEUM, nec ipſi quæruntur à DEO, ut finaliter mali. 2. Qui quæruntur à Deo & ipſi quærunt Deum, ut fideles & pii. 3. Qui quæruntur à Deo, nec ipſi quærunt Deum, Bernhard. ſermon. 2. ad Fratres.

Hominis 12. Excellentiæ. §. 4.

1. Dei ſuper hominis creatione conſultatio, Gen. 1, 26. eſt enim homo teſtimonium divinæ ſapientiæ.

2. Hu-

2 Humanæ naturæ in Christo exaltatio: 3. Mundi ob hominem creatio, homo enim illud ἓν unum est, ad quod omnia, ut alicubi Philosophus loquitur, ordinata sunt. 4. S. Trinitatis in homine adumbratio, v.g. in creatione, Gen.1, 26. Faciamus hominem: in recreatione vel baptismo in nomine Patris, Filii & Spiritus S. baptisamur, Matth. 28, 19. 5. Corporis admiranda formatio; non ex terra & aqua, sed ex limo, cui etiam animam inspiravit Deus: nec manibus fictus, sed Dei omnipotentiâ formatus est. 6. Hominis dominatio super omnia, Genes. 1,27. 7. Paradisi inhabitatio. 8. Imaginis Dei donatio, Genes. 1, 26. θεόπλαστον. 9. Omnium animalium nomenclatio, Gen. 2, 19. 10. Immortalitatis donatio. 11. Prophetiæ inspiratio, Gen. 2, 23. 12. Intimior Dei cum homine primo conversatio & familiaritas. Miraculum ergo est, ut habet August. tom. 10. col. 495. a. b. tàm in corpore & ejus membris, quam in anima. Videt (ait Aug.) homo insolita & miratur; unde est ipse homo qui miratur, ubi erat, unde processit, unde forma corporis, unde membrorum distinctio, unde habitus iste speciosus, de quibus primordiis, & quam contemptibilibus? Et miratur alia, cum sit ipse mirator magnum miraculum. His excellentiis opponitur hominis miseria. Aristotel. *Homo est imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstantiæ imago, invidiæ & calamitatis trutina,* & cætera *phlegma & bilis.* Et Homer. superans omnium animalium miseriam, sive volantium, sive repentium.

Dignitas

Hominis 1. ob conditionem loci, paradisi. 2. ob voluptatem & recreationem. 3. Fuit Dei templum. 4. Beatitudinis Exemplar.

Figura

Erecta, 1. ut rectitudinis animæ memoriam sibi refricet. 2. Ut cœlum intueatur. Ovid.

> *Pronaque cum spectent animalia cætera terram,*
> *Os homini sublime dedit cœlumque tueri*
> *Jussit & erectos ad sydera tollere vultus.*

Structura

Ejus admirabilis, Job. 10. Ps. 139.

Confer Ciceronem libr. 2. de natura Deor. De la Cerda de cognitione sui. Galen. de usu partium cord. human. M. Faber p. 2. Exercit. p. 48. 49. usque p. 111.

§. 5 *Partes Hominis.*

Sensus 1. Sunt nuncii hominis de rebus terrenis, August. tom. 8. col 1700. d. 2. Janua peccati & concupiscentiæ, vid. tit. Concupiscentia. 3 Administri animæ; hæc enim sensum ministerio utitur.

Memoria miraculi plena est, conservans tot species rerum Vid. August. libr. 10. Confession. Zwing. f. 157. b. in Theatr.

Membra: Oculi sunt gemmæ nostræ luciferæ, Aug. tom. 10. col. 201. a. sit sol velut & luna, Ambros. lib. 6. Hexaëm c. 9. Speculum divinæ sapientiæ, Ps. 139, 15. sint ministri Deo dicati, non videant vanitatem. Ps. 119. Os loquatur veritatem. Cor candorem meditetur. Cæterum admirabilem membrorum structuram & in iis summam creatoris sapientiam elegantissimè describunt Clemens lib. 8. Recognit. Ambros. 6. Hexaëm. c. 9. Numerus: sunt membra 365. in homine; vide Galenum de usu partium corporis humani.

Caro similis est terræ in Paradiso maledictæ & tribulos proferenti, Gen. 3, 17. esca vermium, Sir. 10, 13. luteum tabernaculum, 2. Cor. 5, 2. pellis morticina, caro fœtida, August. tom. 10. col. 1653. d. serm. de Saurentio Martyre: Quid (ergo) intumescis ô homo? ô pellis morticina, quid tonderis? ô sanies fœtida, quid inflaris? Hæc ille, omnia rectissimè.

Corpus, vid. s. l. tit. Corpus. *Appetitus sensitivus*, vid. tit. Concupiscentia. *Vita*, vid. s. l. hunc titulum. *Mors*, sepultura, suis titulis. *Miseria*, vid. vita humana. *Propria hominis.* Sunt ratione *animæ*, intelligere, velle, sentire. *Corporis*, quantum esse, moveri de loco ad locum, cibo & potu indigere. Hæc tamen in altera vita removebuntur, 1. Cor. 15.

Infirmitates

Animæ. Sunt 1. vitiosi defectus, peccata. 2. Affectus commiseratione digni. V. Error, ignorantia, tristitia. 3. Infirmitates in Christo vitiosæ non erant, neque ratione principii, neque ratione objecti, neque respectu modi: Omnia in Christo sancta, omnia expiatoria, qui nulli peccato obnoxius, Esa. 53.

§. 6 *Sex modi, quibus oriuntur homines.*

1. Ex sola terra, ut Adam, Gen. 2, 7. 2. Ex solo viro, non ex fœmina, ut Eva, Gen. 2, 22. 3. Ex viro & fœmina simul, per carnalem copulam: sic quilibet homo communiter oritur. 4. Ex sola virgine, non viro: sic Christus ex sola Maria natus est, conceptus de Spiritu S. Luc. 1, 35. Esa. 7, 14. Ex aqua & spiritu, Joan. 3, 5. Tit. 3, 5. Gal. 3, 14. 6. Ex resurrectione corporum. Matth. 19, 28. regeneratio vocatur resurrectio.

§. 7 *Alia prædicata.*

Propagatio numerosa hominum. Ninus, conditor Assyriæ Monarchiæ, (cujus imperii anno 43. Abraham natus esse putatur) habuit in exercitu peditum decies septies centena millia; equitum verò ducenta millia: currus falcatos ad decem millia & sexcentos. Ex adverso Zoroastres rex Bactrianorum contra Ninum exercitum quadringentorum millium in aciem produxit; Atqui hos omnes Noa videre potuit, qui tum adhuc in vivis fuit, referente Cornel. à Lapid. in cap. 11. Genes. v. 28.

Decem homines à Deo commendati & laudati: Noa, Gen. 7, 1. Abraham, Gen. 22, 12. Moses, Numer. 12, 16. Jobus, Job. 1, 8. David, 1 Sam. 13. v. 4. Actorum 13, 22. Johannes Baptista, Matth. 11, 11. Simon Petrus, Matth. 26. v. 18. Cananæa mulier, Matrth. 15, 28. Centurio, Matth. 8, 20. Paulus, Actor. 9, 15.

Quinque ante nativitatem nominibus a Deo insigniti: Ismaël, Gen. 16, 11. Isaac, Gen. 17. v. 19. Cyrus, Esa. 44, 28. Johannes Baptista, Luc 1, 13. Christus Jesus Dominus noster, Luc. 1, 31. Matth. 1. v. 21.

§. 8 *Vanitas hominum, in quo sita.* 1. In notitiæ Dei absen-

abſentia, ſi ea deſtituantur: ſic olim Ethnici vani facti ſunt in cogitationibus ſuis, Rom. 1, 21. 2. In affectione: plus enim circa vana, quàm erga vera afficimur: deſiderantes vanitatem, gaudentes in vanitate, ſuperbia, honore, divitiis, voluptate. 3. In cogitatione, Pſ.94,11. 4. In locutione, Pſ.12,3. 5. In operatione, Eſa 59,6. 6. In morte homo vanitas eſt, quia de ſua ſubſtantia cadens vaneſcit & tabeſcit, ſicut fumus & umbra, Pſ. 144,3.

§.9 *Limus terræ*, ex quo formatus Adam, docet α. Dei omnipotentiam, quæ è terra hominem fecit, Pſ.115,15. & 148,5. Rom.4,17. β. Morem Dei, qui res viles & abjectas exaltat; ſic è terra hominem, Pſalm.113,7. Luc.5,2. 1. Cor. 1, 27. Secundò nos monet (1) de liberi arbitrii amiſſione; quàm enim nihil ad ſui creationem præſtare potuit Adam, tam nihil nos ad noſtri converſionem. (2) De Humilitate, Gen.3. v. 19. (3) De mortalitate, 1.Cor.15.

Homo ceu lutum in manu Dei: 1. Ex parte noſtri nil niſi lutum & cinis ſumus, Gen.18,27. Sir. 10,10. 2. Ex parte Dei, qui nos in manu, poteſtate ſua habet: nos poteſt fingere: parare variis donis atq; inſtruere, Jac.1,17. confringere, ſi vaſa ignominiæ evadamus, Jerem.18,6. confractos denuo, ſi agamus pœnitentiam, coagmentare, Jer.18. vel alios eligere rejectis vaſis impœnitentibus: ſic Ethnicos elegit; Judæos fregit, Eſa.65,1.2. Oſeæ 2,24. Rom. 11,17.

Homo accedit ad Deum: 1. animâ, quæ una eſt, diſſimiliter tamen operatur; ſicut unus Deus eſt, diſſimilia tamen iræ, bonitatis illiusdem effecta. 2. Imitatione virtutum Dei. 3. Unione ſpirituali, ut unus cum Deo fiat in ſpiritu, adhærendo nempe Deo, 1. Cor.3.

§.10 *Omnis homo mendax*, Pſ.115,11. ratione (1) mutabilitatis & fragilitatis; omnia enim in homine fragilia ſunt & lubrica. (2) Præſumtionis: ſic mendax Petrus fuit, promittens, ſe cum Domino mortem oppetiturum eſſe, Matth. 26, 35. (3) Auxilii: vanum enim eſt hominis auxilium. (4) Vanitatis: omnia enim in homine vana ſunt. (5) Juſtitiæ, cujus reſpectu omnes coram Deo ſumus mendaces, ſolus Deus verax & juſtus, Rom.3,4. Pſ.51, 4. Ejusmodi mendax erat ille juvenis, Matth.19. Phariſæus ille, Luc.18. 1.Johan.1,8. (6) Confidentiæ; nam mentitur ſibi, ſeq; decipit, qui ſtatuit carnem brachium ſuum, Jerem. 17,5.

Mendaces filii hominum in ſtateris ſuis, Pſal. 61, 10. nam in illorum bilancibus vanitates magni ſunt ponderis, & lancem deprimunt & homines decipiunt; ſicut enim pluma non poteſt præponderare maſſæ ſolidi auri: ſic nec res temporales, quæ tanti fiunt hominib. unquam rebus cœleſtibus (quæ omni auro ſunt meliores) præferri debent; Præferuntur verò ab hominibus, meritò igitur filii hominum ſunt mendaces. Aliam adhibuit ſtateram Salomon, Eccleſ. 1.v.2. aliam Eſaias cap. 40. v. 6. aliam Paulus Philip.3. verſ. 7. omnia arbitror ut ſtercora.

§.11 *Hominis terror in animalia;* hinc puer Elephantum regere poteſt, Cornel. Agrippa lib. 3. c. 40. de occulta Philoſoph. Vide Camer. part. 2. c. 79. hor. ſubciſiv.

Copia & multitudo hominum eſt Dei beneficium, Pſalm. 105,13. Jonæ 4. v. ult. Jerem. 31, 27. At pœnæ indicium eſt, ſi ad paucos redigantur, atque bello, peſte, aliisque cladibus interimantur, Thren.1. Exciſio eorum vid. tit. Bellum.

§.12 *Felicitas hominum quorundam* in negotiis expediendis; v. g. α. In adminiſtrando bello. Alexander M. in ſubigendo orbe, duodecim annorum ſpatio, felix fuit. Julius Cæſar, qui victricia arma ſemper geſſit, Plutarch. de fort. Romanor. Carolus V. Cæſar victorioſus fuit, eoque nomine vel ipſis Turcis formidabilis. β. In miſcendis Pharmacis medicus medico præſtat. γ. In rebus quibusvis tentandis: ſic Julius Cæſar periculoſiſſimo anni tempore è Macedonia Brunduſium navigans timenti nauclero dixit: Noli timere, Cæſarem fortunatum vehis. Honorius Imper. multis victoriis cœlitùs donatus felix fuit, Socrat. Sozom. & ex his Baronius. Cauſæ a. hujus felicitatis: (1) non

§.13 cœca fortuna, Dea Gentium, cujus nomen reſpuendum à Chriſtiano ore, rectè tradit Auguſt. lib. 1. Retr. c. 1. (2) Non fatum aſtrologicum. (3) Non caſus aliquis; ſed (4) Deus ipſe, in cujus manibus ſunt noſtræ ſortes, Pſ.31, 26. Prover. 16,33. Sirach. 33,11. Cur verò hunc felicem, illum infelicem reddat Dominus, hæ ſunt cauſæ: 1. Ex parte Dei, ut oſtendat, ſe abſolutum Dominum eſſe, & ſua dona pro arbitrio largiri. 2. Ex parte univerſi, ut ejus varietas & decor

§.14 conſervetur. 3. Ex parte noſtri, ut diſcamus α. omnia bona & dona à Deo promanare, non ab hominum induſtria: β. omnia illa dona ad Dei gloriam, cui ea ferimus accepta, unicè referamus: γ. momentaneam eſſe felicitatem omnem cogitemus, eamque tàm bonis quàm malis communem, planeque adiaphoram: δ. ut ad cœleſtem patriam adſpiremus, in qua ſtabilis & immobilis eſt felicitas: ε. Et precibus vacemus, quò Deus jubeat omnia cogitata, dicta, facta noſtra eſſe auſpicata & felicia. Jerem. 10, 23. Scio Domine, quod non ſit in poteſtate viri, dirigere greſſus ſuos. Pſalm. 90,16. Opus digitorum noſtrorum promove.

Vanitas & fugacitas hominis. *Vid. Miſeria. V. Vita.*

De homine ſpiritualiter conſiderato.

§.15 *Novus homo, ſpiritualis, interior*, Roman. 7, 22. 1. Corinth 2. Epheſ. 3. verſ. 16. Metonym. ſubjecti pro adjuncto dicitur, regenerata qualitas, cujus cauſa eſt Spiritus Sanctus, Joh. 3,5. Chriſtus, Epheſ.4,23. Atque hic novus homo Chriſtum audiit & didicit, Eph. 4. Vide Ambr. in h.l. ad Epheſ. Regeneratus, regenitus, 1. Pet. 1,21. Huc referuntur omnes motus à Spiritu S. excitati, Galat. 5,22. in filiis à Spiritu Sancto ductis, Rom.8. Pſalm. 143. ubi & corpus & anima ſanctificantur, 1. Theſſal. 5, 22. Spiritualis homo 1.Cor.2. non judicatur ab homine, ſed à ſolo Deo, qui cor ſcrutatur ſolus. Sic 1. Reg. 6,4. feneſtræ foris erant anguſtæ, intus patentes: ſic interna hominis cogitatio patet Deo,

cor contemplanti soli, Luther. in marg. ad h.l. Interior dicitur, quia non nascitur nobiscum hic homo, sed intus à Spiritu S. gignitur, Jer. 31, & in tabulis cordis scribitur, 2.Cor.3.Itaque homo ille interior complectitur animam & corpus, ceu partes hominis regeniti, ut regeniti, sic & regenitas.

§.16 *Vetus & exterior* homo metonymicè ponitur pro adjuncta vitiosa qualitate in homine ab Adamo ad nos propagata, Rom.6,5. 6. crucifixus dicitur homo ille; id verò de peccato est intelligendum. Vetus appellatur 1. ob Adamum, qui est primus & vetus homo,1.Cor.15. & ob majores veteres, à quib, peccatum fluxit. 2. ob Satanam, qui vetus serpens decepit protoplastos, Gen.3.Sap.2. 3. Ob nativitatem veterem, quæ opponitur generationi novæ, Johan.3,5. & induto novo homini, Ephes. 4. Coloss.3, 5. Dicitur aliàs homo externus, exterior, terrenus. Joh.3. qui de terra &c. Caro, Joh.3,6. 2.Cor.4,10. animalis, 1. Cor. 2, 14. habens membra mortificanda supra terram, Coloss. 3. corpus peccati, Rom.6,6. concupiscentias, Rom.6,12. c.7,5.17.21. Peccatum circumstans, Hebr.12,1. Complectitur denique & corpus & animam, ceu partes hominis ut corrupti, sic corruptas, Marc.7,22. Matth. 15. ex corde exeunt &c. Rom.2. duritia cordis, c. 1, 21. intellectus obscuratus, Ephes. 4, 17. Homo ille deponi jubetur totus, non pars illius hominis; ut laceram vestem totam, cadaver totum, venenum totum abjicimus, τὴν τῆς ἁμαρτίας ἐνέργειαν, Scholiastes in Eph.4.

§.17 Exterior igitur homo 1. non notat visibile corpus hominis & visibilia ejus opera; sicut Schvvenkfeldius & Calviniani explicant: ut, ministrum homini externo prædicare verbum: offerre panem & vinum: aures audire solùm externum verbum; intus verò animæ sanguinem Christi, spiritum. 2. Spiritus S. operatur in homine externo, ut internum producat; At putat Schvvenkfeldius Spiritui Sancto solum cum homine interno negotium esse. 3. Homo internus & externus est etiam in regenito tantùm; At Schvvenkfeldius in omnibus hominibus invenit externum & internum hominem. 4. In homine regenito est semper pugna inter spiritum & carnem; At juxta Schvvenkfeldium homo interior sustinet exteriorem & fovet. Confer Origenem hom.24.Num.30.

Deponere eum debemus, Eph.4. 1.Pet.2,21. abdicando veterem vitam & consuetudinem vivendi ethnicam, juxta vitia Eph.4. Rom. 1. indicata: exuendo eundem: crucifigendo, Galat.3. mortificando, Coloss.3,9. abnegando sese, Matth.16. non obediendo peccato, Rom. 6, 12. Est enim peccatum vestis immunda, onus grave & importabile, quòd omnino abjiciendum.

HONESTAS & HONESTUM.

§.1 Ethnicus ita definit Honestum: Cicero de Finib. Honestum id intelligimus, 1. quod tale est, ut detracta omni utilitate sine ullis præmii fructibus per seipsum jure possit laudari; 2. quod per se expetendum; 3. quod per se nobis placet, & specie suâ animos hominum commovet.

In sacris literis non unâ voce expressa est, pro varietate interpretum, 1. σεμνότης 1.Tim.2, 2. est honesta magistratui debita reverentia. 2. Est, ubi hac voce notantur officia ad castitatem & gravitatem pertinentia, 1. Tim. 3,4.3. Honestus amictus (κόσμιος) 1.Timoth.2,9. 4. Honesta sectari, Phil.4,8. hoc est, ea quæ pietati & morum Christianorum gravitati consona sunt, 1.Petr.2,12. Item: Honesta providere coram omnibus hominibus, Rom.12,17. 2 Cor.8, 21. τὰ καλὰ est in fonte, conf. Phil. 4,8. hoc est, sic vivere, ne alii habeant occasionem nos obtrectandi, ut exponit Theoph. Hic est fructus & finis vitæ piæ; Medium verò ad utrumq; est, prospicere & efficere ea, quæ sunt bona, justa, pia: omnes curas & cogitationes nostras eò conferre: hoc enim est προνοεῖν, ut adeò nemo verè aliquid sinistri de nobis dicere queat, Tit. 2,8. nemo id destruat, quod ædificat, Sir 35,28. nemo injustus sit & munera accipiat, Exod.18, 21. nemo, publica persona, alios offendat; sicut vulnera in capite maximè sunt conspicua, vid. tit. Exempla. Adeoque omnis honestas sit in verbis modestis, castis, non offensivis, non lascivis, sed sale conditis: factis, Luc.2,37. Sir.25, 34. gestibus & vestibus.

Causæ impellentes.

§.2 Conservari honestatem fas est. 1. ob famæ tutelam, quę non potest conservari, si non studeas honestati. 2. Ob scandali cautelam, Matth. 18,7. quod neglectâ honestate exoritur. 3. Ob Exempla Ethnicorum honestati studentium.

Oppositum

§.3 Est turpitudo, quæ est sine virtute, cum dedecore. Estq; 1. in animo & corde, quod nihil nisi turpia cogitat & machinatur, Matt.15. 2. In habitu & externâ formâ, 1.Cor. 11,6. 3. In factis & actib. peccaminosis, Eph.5,12. 4. In dictis & sermone, Col.3, 8. sive in Deum, proximum, nosq; metipsos, Col.3,8. Eph.5,4. 5. In appetitu concupiscibili, nempe lucro, 1.Tim.3,8. 1.Petr. 5,2. Tit.1,7.11. 6. In concubitu inhonesto, Levit. 18.6.7.8.9. Rom.1,21. 7. In fama mala, infamiq; nomine, quod adulteros sequitur, Prov.6,33.

HONOR

§.1 Affinis huic est Gloria: Item Laus, Existimatio, Memoria &c.

Honor autem est testimonium vel signum, quo de alicujus excellentia testamur. Aliter Philosoph. Honor est signum beneficæ opinionis. Partes honoris sunt sacrificia, monumenta in metris & sine metris, præmia, delubra &c. 1.Rhet. c.5. Arist.

Quotuplex?

§.2 I. Honor DEI is, qui Deo debetur, Psalm. 96,7. & 104,31. vel à Deo, vel apud Deum, qui apud Deum reservatus est, Johann.17. vers. 43. 1.Thessal.2,16. Christi honor erga Patrem, Johann. 8, 49.

§.3 II. *Hominum* 1. *Communis* inter Christianos, Rom.12,10. 1.Petr.3,17. Phil.2,3. invicem confer Psal.149.v.ult. Soph.3, 20. vel quo honore olim à Deo

a Deo honorabuntur, Joh.12,26. Eph.3,13. hic est honor crucis & præmii. 2. *Specialis* filiorum erga parentes. Vid. tit. Liberi: sexûs, 1. Cor. 11, 15. corporis honor, i.e. cura valetudinis, Coloss. 2,23. conjugis, Prov. 11,17. 1. Thess. 4,3. 1. Petr. 3, 7. crucis, 1 Petr. 1. 6.7. officii certi, Hebr. 5,4. Honor proprius v. tit. Ambitio: it. Superbia: item Gloriatio. Magistratûs vid. titul. Magistratus. Presbyterorum v. tit. Ministerium. Seniorum vid. Senectus. Doctorum Ecclesiæ verorum, 1. Thess. 2,26. falsorum, Phil. 3,19. Vitæ æternæ v. tit. Vita æterna.

§.4 *Causa dans honorem*

Est Deus dans verum honorem, Psal. 84,12. & 85,10. & 91,15. Luc. 14. Christus loquitur de ἐντιμοτέρῳ honoratiori. Procreans est Pietas, Joh. 12,26. Sapientia, Proverb. 3, 16. & 35. c. 4, 8.9. c. 8,18. Humilitas, Proverb. 15, 33. c. 18, 12. Luc. 14,10. Beneficentia, Prov. 21, 21. Huc referimus virtutem Heroicam, quæ etiam viles homines ad honores promovet, ut, Agathoclem figuli filium ad regiam dignitatem in Sicilia: Lesconem II. plebejum ad eandem in Polonia: Pyastum, in eadem, Guagninus: Primislaum III. Bohemiæ regem ab aratro (*Æneas Sylvius c. 6. hist. Bohemicæ*) Tamerlanem &c. Vide Camerar. part. 2. horar. subcis. 54.

Objectum, cui deferendus honor.

1. Parentibus. Vide A. Gellium de Tauro Viretio.

2. Benè meritis de Republica.

3. Senibus. Levit. 19. Coram cano capite consurge & honora personam senis. 1. Tim. 5. seniorem ne increpaveris, sed obsecra, ut patrem.

4. *Defunctis*. Vide Sabellic. f. 96. Exemplor.

Adjuncta.

§.5 *Gravis* est honor mundi: possessus onerat, inquinat, amissus cruciat, Chrysost. serm. 1. de Provident.

Mutabilis: Ut Arithmeticor. cifræ aliquando valent multis millibus, aliquando verò nihili; sic honor mundi aliàs magnus, aliàs nullus est, confer tit. Aula. Magna quondam gloria Hamanis, Esther. 3,6. Nebucadnezaris, Dan. 4, 28. Israëlitarum, Ose. 4, 7. Regis Babylonis, Esa. 14, 12. Magnus honor Christi, cum jubilo excepti a populo, Matth. 22. Luc. 19. sed paulò post feralibus vocibus mutatus, crucifige, crucifige. Fluxus honor & opes Dionysii Syracusanorum Tyranni, qui fuso ingenti exercitu ipsius captisque Syracusis toti Græciæ ludibrium factus est, Ælian. Valerianus Imperator captus a rege Persarum scabellum factus est, ac tandem excoriatus saleque conditus, Eutropius l. 10. Bajazethes Turcarum Imperator eandem a Tamerlane sortem expertus est. Plura vid. supra tit. Felicitas.

§.6 *Momentaneus* non satians. Ut flos citissimè decidit: sic omnis mundi gloria, Esa. 40,6. 1. Corinth. 7, 31. Sicut pueri fugientes papiliones captant: ita & ii, qui mundi honores ambiunt, Anshelm. cap. 72. Similia. Ut stellæ subitò natæ subitò evanescunt & decidunt: ita ad honores subitò sublati subitò evertuntur. Fungi ventrem inflant & mentem aliquo modo divexant: sic mundi honores. Coquinæ nidor neminem nutrit, sed olfactum solum provocat: ita mundi honor nos non nutrit, non satiat. Præcoces fructus facili vento impulsi decidunt: sic repentini honores citò deficiunt. Mundus cum omni honore suo scorto similis est, quod multa blandis verbis promittit; nemo autem sapiens cum eo matrimonium inibit. Isocrates de Athenis (nos de mundanis honoribus) ad peregrinandum jucundissimam, ad inhabitandum verò minime securam esse urbem illam. Ælian. lib. 12. variar. histor.

§.7 *Contemnendus* 1. ob mutabilitatem, de qua jam dictum. 2. ob ambitionis turpitudinem. V. tit. Ambitio. 3. ob tragicam cladem, Num. 16,31.22. Jud. 9,52. 2. Samuel. 18, 18. 4. ob generosum contemtum honoris, 1. Samuel. 10,27. 5. Nec desunt exempla, qui honorem contempserunt: Major Scipio publicam rerum administrationem sponte reliquit, ut privatam vitam ageret. Maximinianus imperium reliquit, privatæ vitæ deditus. Vide Johann. Ravis. Textor. colum. 1156. officinæ. M. Fabius honores triumphi ob victos Vejos renuit, ob fratris & collegæ mortem. S. Ephrem noluit post mortem oratione funebri laudari, id quod in testamento diligentissimè cavit. S. Antonius suum corpus secretò sepeliri voluit. Athanasius in vita ejus. Imò vetuit Salvator Luc. 14. v. 8. ne primos accubitus seligeremus. D. Paulus parvi ducit, se ab homine judicari, 1. Cor. 4,3. David peccata sua confessus est, 2. Samuel. 12. Ambrosius seipsum infamavit. Augustinus & Anshelmus propria peccata scriptis tradiderunt. Respondend. 1. Veteres superstitionem suorum temporum jam tum invalescentem perspexisse, ideoq; omnem idololatrias & cultus occasionem præscindere voluisse, sicut & Judæis fecit ipse Jehovah, clam sepulto Mosis corpore, Deut. 34. 2. Salvator Pharisæorum fastum, & superbiam perstringit, non absolutè omnem honorem prohibet, quem loco allegato idem adstruit: cum venerit honoratior, &c. 3. Cum res conscientiæ agitur, omnis omnino honos abdicandus est, solique Deo omnis gloria; nobis omnis tribuenda est confusio.

§.8 *Objectum.*

In genere omnes ii, quibus debetur honor, Roman. 13,7. (1) Deus honorandus vid. titul. Pietas. (2) Magistratus vide titul. Subditi. (3) Parentes vide titul. Liberi. (4) Pii & Sancti honorandi cultu secundæ tabulæ, Psalm. 15. vers. 4. ut consortes ejusdem nobiscum naturæ, membra gratiæ, Roman. 12. vers. 10. 1. Corinth. 12,12. conservi nostri, Matth. 18,28. assessores in judicio extremo, Matth. 19. v 28. (5) Prudentes, Job. 29,21. Prov. 26, 1. 8. (6) Donis à Deo præcipuis ornati, Job 12, 34. 1. Cor. 14. v. 35. Docti viri præprimis, vide Zvvinger. Volum. 18. lib. 4. Theatri. (7) Non igitur mali honorandi, ne febricitanti vinum detur, ne mel bilioso: nam ejusmodi honor in stultis

ſtultitiam auget, Plutarch. in moralibus. Imo homo ſeipſum honorat, animam nempe ſuam manſuetudine & humilitate, Sir.10,31.&c. corpus, Coloſſ.2,23.

§.9 *Subjectum.*

Honor in honorante, non in honorato, axioma eſt Ethicorum; quod tamen abſolutè verum eſſe negat P. Martyr claſſe 2. Locorum Comm.c.8.§.11. cum etiam honor ſit in honorato, ceu ſubjecto & fundamento.

Reſtitutio honoris multis fit modis; 1. mendacii prolati confeſſione; 2.vel injuſti proceſſus ſignificatione, vide Scholaſtic. ut Gregor. de Valent.tom.3.col.1154.ſeq.

§.10 *Quomodo nos gerere debeamus circa honores?*

(1) Ut eos à Deo per legitimam vocationem expectemus, ceu à cauſa prima efficiente, Hebr. 5,4. (2) Ut media juſta adhibeamus, quib. honores impetremus, non illegitima; qualibus uſi ſunt Cain, honorem fratricidio acquiſiturus, Geneſ. 4. Abimelech cives corrumpit, Jud. 9. ut rerum ſumma potiatur. Abſalon contra patrem inſurgit, 2.Sam.15. Romulus Remum fratrem occidit. Domitianus Tito inſidiabatur. Antonius Caracalla fratrem ſuum occidit. Vit. tit. Homicid. (3) Ne quis ſibi plus honoris exhiberi velit, quàm merita exigunt, adeoque in modo non peccet. Sic Julianus Apoſtata moto in Perſas bello gloriam ſibi tantam finxit, eamque, quâ ipſum Alexand. Magnum ſuperavit; inſuper perhibuit, Alexandri M. animam in ipſum tranſiiſſe, Tripart. hiſt. libro 6. (4) Deſiderare tamen licet honores, 1. Timoth.3,1. Philip.4,8. juſtum enim eſt dignos honore proſequi; tum etiam honorato autoritas, quæ ad res gerendas requiritur, conciliatur. (5) Inprimis verò gloriam apud Deum quærere & amare debemus, Joh.12,43. 1.Samuel. 2,30. 1.Theſſ.2,6.Rom 2,7.8.

Honores non mutent mores. Gen.43,23. Joſephi mores non ſunt mutati ob honores. Villegiſius patre rhedario natus, ab Othone III. inter primos Electores allectus, crebrò ſibi ſuggerebat hæc verba: vide quis ſis, memento quis fueris. Rotas etiam ſuo muſeo appingi curavit & ſubſcribi: Villegiſi prioris fortunæ memor, quis nunc ſis confidera. Hæc rota poſtmodum ceſſit in Inſignia Electorum Moguntinorum.

De honoribus & magnifico ſumtu conqueſtus eſt Papa Pius V. teſte Cornel. à Lapid. in Apoc.3.fol.57.a.

HORA.

1. *Angelica*, vel ſemihorium. Apoc. 8,1. breve temporis ſpatium Johanni conceſſum, ut à contemplatione myſteriorum aliquantiſper vacare ei licuerit. 2. *Divina*. Johan. 2. Nondum venit hora mea. *a.* Auxilii. *b.* Ultionis. *c.* Correctionis. *d.* Reſurrectionis & pœnitentiæ noſtræ, quam expectat Dominus. Eſtque hæc hora. 3. *Salutis.* Rom.13. Surgendi à ſomno, quæ eſt occaſio & tempus, quo Deus ſuam gratiam nobis offert. Vide Tauler. eleganter ſerm. 1. Adventus. Horæ noſtræ vitæ accuratè ſupputandæ, probeq; conſiderandæ quibus in rebus eas conſumamus.

Variæ apud veteres, Caſſander f. 181. oper. & Judæos. Hi 12. horas habebant, Joh.11,9.

3. Matth.20,3. Actor. 2,15.	est	7. vel 8. antemeridiana.
6.		12. meridiana.
7.		1. Pomeridiana.
9.		3. Pomeridiana.
11.		cum tantùm una

hora ſupereſt ad occaſum ſolis. Horæ canonicæ ad cantandum deſtinatæ non obſervantur in Italia: quod carpit Navarr. apud Peſantium, fol.705.a. in Thomam.

HORTATIO

Apoſtolorum, rogatio, obſecratio, crebrò occurrit. Sunt verò ejusmodi hortationes 1. *amicisſimæ*, & humaniſſimæ è corde amico & charitatis pleno conceptæ, verbis & titulis amiciſſimis contextæ, ob nomen fratrum, 1. Theſſal.4,1. 2. *Prægnantiſſimæ*, in Domino Jeſu. Non ſic olim quorundam Epiſcoporum Romanorum præcepta, hortationes, anathemata, mox interminantes. 3. *Neceſſariæ*, ob carnis noſtræ ſecuritatem & acediam. 4. *Utilisſimæ*, ob pietatem excitandam & conſcientiam examinandam.

Hortationes non ſunt opponendæ ſeveritati Elenchi circa dogmata falſa; vide Matth.23, 13.c.3,7. 1.Tim.1,20. 2.Tim.4,10.

HORTUS.

§.1 1. *Eden*, paradiſus, Geneſ.2. 2. *Eccleſia* eſt hortus Dei, *α.* concluſus, quia ſe caſtam conſervat ſponſo ſuo, 2. Corinth. 11. *β.* Fructuoſus & fertilis ob fructus pœnitentiæ, Matth. 3. Spiritûs, Galat.5. *γ.* Glorioſus, ob Deum patrem plantantem & filium vivificantem. 3. *Anima fidelis* eſt hortus Chriſti, ab eo plantata. Quatuor flores in ea eſſe debent: (1) *Viola humilitatis*, deprimens hominem & ad terram inclinans, ut ille à Deo exaltetur, 1. Petr.5. Inventus eſt hic flos in horto Mariæ, Lucæ 1. Ecce ego ancilla Domini. (2) *Lilium caſtitatis*, habens aureum colorem, id eſt, mentis puritatem: candido colore præditum, qui notat corporis puritatem: odoriferum, ob caſtam converſationem, cujus odor gratus eſt, invitans alios, ut & in hoc odore currant. (3) *Soliſequium miſericordiæ & pietatis.* Soliſequium ſequitur ſolem, inclinato verſus hunc capite: ſic inclinare cor debemus erga proximum, ut ejus miſereamur, & Chriſto in membris benefaciamus. Matth.10.c.25. Quicquid uni horum feciſtis &c. Vidit hunc florem Chriſtus in corde Zachæi, Luc.19. (4) *Roſa charitatis*: pulcherrima inter virtutes, quæ nos Deo copulat. 1.Joh.4. Deus eſt charitas, &c.

Hortus ſumitur etiam pro lucis & pomariis, quæ idolis ſuis conſecrabant, inque his Diis alienis ſacrificabant Iſraëlitæ, Eſa. 65,3. c. 66,17.

De hortis memorabilib. Textor col.145.V. etiam tit. Fructus, ſub finem. Sic fuere horti *Alcinoi*, Phæacum regis apud Homerum, quorum

rum meminit Tertull. lib. de corona milit. *Semiramidis* pensiles. Herodot. *Hesperidum*, aureis pomis insignes, quæ draco custodiisse dicitur vigilantissimè

§. 2 *Arbores in horto Ecclesiæ*

1. Non semper altæ cedri, nec enim magni semper regno Dei apti, 1. Cor. 1. 2. Sed humiles, Matth. 11. Christo insitæ, Joh. 15. 3. A Deo plantatæ, 1. Cor. 3. 4. Rigatæ à Deo partim baptismo, partim Spiritûs S. solatio, Esa. 44, 2. 3. Tit. 3, 6. 5. Resectæ per cultrum crucis. 6. Repletæ fructibus. 7. Fundatæ in Christi dilectione & fide, Ephes. 3. Magna igitur est DEI benignitas erga nos, hortum suum plantantis verbo suo, in fide & simplicitate, ac exercitio fidei, spei, charitatis. Stultitia est, quærere hortum DEI in assumtâ vitæ austeritate, Esa. 58. in jejuniis sponte ascitis & castigationibus corporis, Roman. 13. vers. ultim. Coloss. 2. v. ultim. in orationbus supputatis ad numerum corollorum, psalmodiis sine mente deproperatis.

§. 3 *Fructus*

Sunt 1. *Cognitio Dei*, Sap. 15, 3. Esa. 53. Philip. 3. Joh. 17. 2. *Experientia*, Rom. 5. Phil. 1, 9. vid. tit. Experientia. 3. *Communio Evangelii*, quod est horti hujus pabulum. 4. *Charitas* & ejus locupletatio, Philip. 1, 9. Malos fructus igitur vitemus, Deuter. 32. v. 32. Ezech. 16, 49. 50. Esa. 5, 3. Matth. 21, 19. hortum DEI non destruamus cœcitate, errore, securitate, superbia, voluptate.

§. 4 *Consolatio.*

1. Sumus Christi plantæ; ergo fidi hortulani apud nos fungetur officio, irrigabit siccas, elevabit depressas. 2. Colliget arbores & plantas in vineam suam, Esa. 60, 21. Matth. 3. triticum in horreum. 3. Conservabit plantas in hyeme mundi turbulenti, compescet ventos, ne illos concutiant, coërcebit flumina, ne easdem inundent.

HOSIANNA.

Pro festo tabernaculorum, in quô canebant Hosianna, in mense Tisri, die prima illius mensis & die 8. proclamabant Hosianna.

HOSPITALITAS.

§. 1 Est beneficentia & liberalitas erga hospites & exules occupata.

§. 2 *Causæ*

I. *Præcepta Spiritus Sancti*, Hebr. 13, 2. Esa. 58, 7. 1. Petr 4, 9. vide Chrysost. homil. 41. in cap. 18. Genes. idem in c. 11. Matth. Ecclesiast. 11, 1. Rom. 12, 13. Olim etiam Clericis peculiariter injuncta erat. c. Hospital. d. 42. 1. Timoth. 3, 2. Hieronym. ad Ocean. & in Concil. Tridentin. sess. 25. c. 8. Confer Origen. in cap. 12. ad Roman. Hieronym. in Tit. 1. Gregor. homil. 23. in Evangelia. Ambros. lib. 2. cap. 21. Officior.

II. *Exempla*, vid. infra hoc tit.

§. 3 III. *Laudes*, vid. Ambros. lib. 2. c. 21. & libr. 3. c. 7. officior. Augustin. serm. 70. de tempore. Chrysostom. serm. 1. de Lazaro: & ex his Petrum de Audomaro p. 198. a. b. 199. in Institut. Monastic.

IV. *Utilitas.* (1) *Dei ipsius hospitatio:* possumus enim ipsum Deum hospitio excipere, vid. Ambros. lib. 1. de Abraham, cap. 5. Matth. 25, 35. Vidua hospitio excipiens Eliam, perpetuum alimentum tempore famis invenit, 1. Regum 17. Ut piscator jacto in mare reti, unà cum piscibus aliquando margaritas & aurum attrahit: sic & Abraham putans se homines accepisse, nactus est Angelos, Chrysostom. sermon. de Lazaro. (2) *In via salutis informatio:* sic Discipuli Christum hospitio excipientes ab eodem illuminati sunt, Luc. 24. vers. 30. (3) *Bonorum temporalium locupletatio*, exemplo viduæ 1. Regum 17. Fabulantur Ethnici, quod Midas aliquando Apollinem hospitio exceperit liberalissimè, qui Midas obtinuit, ut quicquid tangeret, aurum protinus fieret: indicare voluerunt, hospitalitati sua præmia constare apud Deum. (4) *A malo præservatio.* Sic Rahab servata Judic. 6. quæ exploratores exceperat. Fabula Ethnicorum est, Philemonem & Baucidem, conjuges jam senes, hospitio excepisse Jovem & Mercurium ignotos & ab aliis exclusos; ii diluvium evaserunt patriæ suæ, & præterea casa eorum straminea in auream domum versa est. Ovid. lib. 8. Metamorph.

§. 4 *Objectum.*

Circa quod exercenda hospitalitas. 1. Non omnis peregrinus, Proverb. 11, 36. 2. Non quilibet promiscuè, Sir. 11, 31. Quia mundus est plenus dolis, ibid. 3. sed inprimis pii, ministri Ecclesiæ, exules, peregrini, 2. Reg. 4, 9. animadverto, quod sanctus est vir, Job. 31, 32. Foris non mansit peregrinus, Deut. 18, 6. Paulum excepit Publius, Actor. 28, 7. Gajus, 3. epist. Joh. 2. Macchab. 12, 30. Judas Macchabæus pepercit Scythopolitis ob humanitatem erga peregrinos Judæos. Non cacodoxos recipiamus, 2. Johan. v. 10. Si quis venit ad vos & doctrinam hanc non adfert, nolite eum recipere in domum, aliàs te seducit; sic Eusebius Nicomediensis Arianus aulâ Constantini Magni exceptus Athanasium odiosum reddidit Cæsari, aulam verò & filium Constantinum Arianos: Idem Ariani Valentem Imperatorem; Eutychiani Justinianum; Iconomachi Leonem Imperatorem pervertebrunt. 4. Cavendi etiam aliquando domestici. Varro apud Nonium: Crede mihi plures Dominos comedere servi, quàm canes. Actæon à propriis canibus dilaniatus fingitur Poëtis. Sed Michæas omnium verissimè & rectissimè cap. 7, 5. 6. inimici viri domestici ejus: Cavendus ergò est equus Trojanus, equus ille Dureus, id est ligneus.

§. 5 *Requisita Hospitis.*

1. *Activi* α. Humanitas & quidem ea, quâ pedes lavantur, Genes. 18, 4. β. Liberalitas. γ. Justitia erga hospites, ut eos defendat hospes, Genes. 19. sic Lothus. δ. Castitas, ne lupos domi suæ

suæ foveat. ε. Liberalitas, quâ hospiti passivo præbet carnes ad vescendum, etiamsi Ecclesia prohibuerit, ut censet Hosius confess. Polon. c.91.p.188. (ex cit. Corn. à Lapid. in c. 1. ad Tit. fol.821.n.2.) ζ. Hilaritas,1.Petr.4,9. sine murmure, Judic. 19. vers. 20. præbeo omnia necessaria.

2. *Passivi* verò 1. Humanitas; 2. Modestia; 3. Gratitudo: ne sit ingratus hospes. Vid. tit. Ingratitudo.

§.6 *Exempla Hospitalitatis.*

Cùm sacra, tùm profana. Abraham, Gen.18, 1. Loth.c.19,1. Laban invitat servum Abrahami, c.24,29. Joseph fratres suos, c. 43, 16. Reguel, Exod. 2. Rahab, Jos. 2, 1. Gideon, Jud.6,18. Ephraimita, c.19,16. Ruth c. 2, 8. Samuel, 1. Sam. 9,10. Barsillai, c.19,32. Vidua Sareptana, 1.Reg. 17, 15. Sunamitis, 2.Reg.4,8. Hiob c.31, 32. Matthæus, Luc. 5, 29. Zachæus, Luc. 19. v. 6. Martha, Luc. 10, 38. hospites Christi fuerunt, Hebr. 13, 2. Actor. 10. Coriarius Simonem, Lydia Paulum, c.16. Eundem Aquila & Priscilla, Act.18.& Publius Act. 18. hospitio exceperunt. Ecclesia primitiva hospitalitatem exercuit, adeò, ut inter symbola Christianorum retulerit, Tertull.c.26. de præscript. Id signum si quis adferret, protinus excipiebatur. Tandem hoc signum Patres Nicæni Concilii literis commiserunt, quas *Formatas* vocarunt, quibus has literas subscripserunt π.υ.π.α. id est, πατὴρ, ὑός, ἅγιον πνεῦμα. Motus hac charitate & hospitalitate Pachomius, Christo nomen dedit. Hanc hospitalitatem Christianorum irrisit Lucianus in peregrino. Ejusmodi hospitales erant Speridion, Nicephor. lib. 8. c. 42. Mela, Nicephor. lib. 11. c. 38. Bassianus in Concilio Chalcedonens. Actor. 11, 29. Eumæus pastor apud Homer. Odyss. ξ. Telemachus Odyss. α. Palladem excipiens hospitio. *Piastus* hospitio excipiens duos ignotos homines, regiæ postea dignitatis nomen apud Polonos adeptus est. Cromerus & ex eo Zvvinger. volum.3.lib.4.f.724. Theatr. Cydon Corinthius semper ita hospitalis fuit, ut proverbio locum fecerit: ἀεί τις ἐν Κύδωνος, semper aliquis in Cydonis domo. Sic Eumeus Ulyssem hospitio excepit, quod & hospitem activum & passivum Deus creasset, Homerus libro 22. Odysseæ.

§.7 *Opposita.*

1. *Inhospitalitas*. Angues in Syria venenum erga indigenas non habent; solos exteros cum cruciatu exanimant: sic multi extraneos malè tractant, hospitalitatem in iis non exercent. Erasm. in similibus de Insularibus loquens. Punit eam Deus α. Exemplo Sodomæorum, Genes.19. Ægyptiorum, Sap. 19. Benjamitarum, Judic. 19. Finxerunt Poëtæ, Lycaonis ædes igni exustas, ipsum verò in lupum conversum, Ovid. 1. Metam. Quid? si ad Sodomitarum cladem fabula pertineat? β. Cum boni viri non recipiuntur. Matth. 10. Qui non receperit vos &c. γ. Cum boni viri malè recipiuntur, Jud. 19, 18. Nullus nos vult sub tectum recipere. δ. Cum iidem in servitutem rediguntur. Joh. 5, 43. non recepistis me. ε. Cum canes & alia animalia præ hominibus aluntur; Christi verò fratres respuuntur. ζ. Cum hospitalia non curantur. η. Cum hospites immolantur & occiduntur, sicut fecit Busiris & Hecate, ut est in profanis historiis.

2. *Perfidia*, cum jura hospitalitatis convelluntur. Jaël illius accusari non potest, quod Siseram hostem DEI & ecclesiæ proscriptum interemisset.

Ingratitudo erga hospitem est etiam vitium: hanc fugiens Cæsar, cibum sordidè apparatum Mediolani, & à comitibus spretum largiùs comedit, ne hospitem confunderet.

HOSPITES.

1. In Politia sacra, Ephes. 2. 2. In hac vita omnes sumus; nihil proprii habemus, omnia nobis solùm ad tempus usui data sunt: locum mutamus morte: hospitium mundus nostri memoriam citò abjicit: omnia sua aliis relinquit, Psal.49. cedis domô liberis tuis, sicut tibi cessit Pater: nec civitatem hîc habemus manentem; igitur in cœlo patriam quæramus spe mundi abjectâ. Vid. tit. Peregrinus.

HOSTIA. *V. Sacrificium.*

HOSTIS. *V. Inimicus.*

HUMANA Conditio. *V. Miseria.*

HUMANITAS.

§.1 Est ea mansuetudo, quâ hominum animos blanditiis & lenitate subimus, eosque nobis conciliamus. Galat.5, 23. χρηστότης vocatur. Confer tit. Lenitas & Mansuetudo.

§.2 *Causæ.*

Spiritus Sanctus: is enim hunc fructum in nobis procreat. *Impellens* 1. DEI mandatum, Ps. 129,8. Sir.4,8. c.6,6. Matth.10,12. Ephes.4, 32. Philip. 4,2. 1. Petr. 3, 8. Jac.3,17. 2. Communis hominum colligatio. 3. Utilitas summa, variique effectus.

§.3 *Materia* (1) in vultu & gestibus: (2) in verbis, Prov. 15. & 18. & 25. (3) In quibuscunque actibus, v. g. in justitiæ vindicativæ executione, Deuter.25,3. in contractu ineundo: sic Hethæi fuerunt humanissimi, Gen.23,4.seq. in officiis hospitalitatis, Rebecca, Gen. 24,19. Ruth.c.2, 8. in sopienda ira & discordia: sic Abraham, Gen.13,8.9. Abigail, 1.Sam.25. Gideon, Jud.8, 3. in salutando, 1.Sam.30,21. 2.Sam.8,9.10. Tob. 5,11. Luc.1,28. Joh.20,26. Act.18,22. Rom.16, 21. 1.Cor.8,22. Coloss.4,10.

§.4 *Effecta varia, sive Consequentia.*

Etenim humanitas *extinguit odium & iram.* Inflans in scintillam ignis excitat incendium; spuens in illam hoc extinguit: sic in rebus humanis odium & ira amicis & humanis verbis extinguitur, Chrysost. Et ut aqua tepida inflammationes: sic humanitatis plena oratio iram sedat, benevolum affectum salutando obsignat.

Ornat omnes status. 1. *Ecclesiasticum*; Christus humaniter petiit navem à Petro, Luc. 5. Ministri sint humani, vid. tit. Minister. 2. *Politicum.* Hadrianus Imperator in colloquiis etiam humili-

millimorum valde humanus & civilis erat, detestatus eos, qui ipsi hanc sub prætextu majestatis humanitatem invidebant. Dion in ejus vita. Equo blanditur magister eumque mollissimè tractat, ut frenum injiciat: sic populus lenitate subeundus, Plutarch. in moralib. Canes venatici cibo cicurantur magis, quàm catenis & verberibus: sic beneficiis & humanitate magis demulcendi homines, quàm crudelitate; dictum Fabii Maximi. Titus Imperator dicere est solitus: Non debere quempiam à conspectu principis tristem discedere. 3. *Oeconomicum*, vide titulum Herus. Item 4. *Scholasticum.* Plato dixit discipulo suo Xenocrati morosiori: Inhumanitas est sodalis solitudinis & sylvarum.

§.5 *Opponitur Humanitati*

Austeritas & ἀπανθρωπία Monastica, quæ etiam cum Christiana charitate pugnat.

Morositas, proximum minimè excipiens debita humanitate. Μισανθρωπία, cujus exempla notat Zvvinger. folio 59.a.b. Ἀφροσύνη, Marc. 7. vers. 22.

HUMANUM.

Rom. 6,19. notat rem facilem captu, ac cuivis obviam: dixerat namque Apostolus de rebus arduis & allegoriis in versibus præcedentibus. Confer Esa. 8,1. Jerem. 17,6. 1. Corinth. 10,13. c. 2,1.

HUMERUS.

Onus humeri notat servitutem, Esa. 9. Psalm. 81. v. 7.

HUMILITAS.

§.1 Est virtus, qua agnoscimus omnia bona à Deo provenire, & nos ipsi Deo subjicimus, omnemque ei gloriam tribuimus. Potest quidem homo, imò debet agnoscere Dei dona. 1. Cor. 2,12. Scimus, quæ à Deo donata sunt: id quod humilitati non repugnat.

§.2 *Causæ.*

Efficiens summa est Spiritus S. cujus fructus quoque hæc virtus est. *Instrumentalis* verbum & Sacramenta, per quæ nobis ob oculos ponitur spiritualis miseria, quæ nos maximè ad humilitatis studium debet impellere.

Attamen in specie causæ impellentes ad humilitatem sunt I. *DEI mandatum* multiplex, Prov. 25,6.7. Sir. 3,20. Matth. 11,29. Rom. 12,16. Eph. 4,2. Philip. 2,3.6.7. 1. Petr. 5,8. Jacob. 1,19. c. 4,10. Matth. 18,3. Placet etiam Deo humilitas, Psalm. 51,19. Luc. 1,48. Esa. 66,2. Matth. 25. superbis dicit, non novi vos. Accedit, quod Deus superbis resistit, humilibus verò gratiam dat. Huc faciunt quoque sequentia accuratè considerata: 1. cogitare, à solo Deo omnia bona nostra esse. 1. Cor. 4. Quid habes homo? &c. Joh. 6,29. Philip. 2,13. Jacob. 1,17. Sap. 8,21. 2. In solo Deo, non nostris virtutibus spem omnem figendam esse, soliusque Dei nomen, non nostrum glorificandum, Ps. 115,1. 3. Agnoscere suam imbecillitatem, quæ nos juvare non potest, Deut. 8,17. 1. Cor. 15, 9.

§.3 II. *Utilitas & nostra conditio*: qui enim se humiliat, à Deo extollitur, 1. Petr. 5, 6. & benedicitur. Sicut supinis collibus frumenta aperit Dominus, sic humilibus dat gratiam, d. l. Petri. Causa ejus indicatur Ps. 20, 18. & salvatur, Psal. 34, 9. ira Dei placatur, 2. Chron. 12, 6. c. 32, 26. Ps. 66, 2. humilitate lætatur, Gen. 29, 31. Jud. 6. v. 15. 1. Sam. 7, 15. Proverb. 25, 7. Esa. 57, 15. c. 66, 2. Matth. 5, 3. Luc. 1, 48. c. 9, 48. Dona Dei in nobis auget, & est principium omnis salutis, Tob. 4. v. 14. Deo locum parat, Esa. 66. v. 2. nos sapientes facit, Prov. 10, 3. c. 11, 2. Psal. 19, 18. servitium hominum à nobis avertit, Genes. 33, 3. c. 50, 17. 18. Jos. 22, 21. seq. Judic. 8, 2. 1. Sam. 25, 24. c. 26, 18. 21. 2. Sam. 10, 17. Esther. 7, 2. Procreat honores, Prov. 15, 33. c. 18, 12. c. 16, 19. c. 25, 6. 7. c. 29. vers. 23. mortem & sepulturam nobis ob oculos ponit, Chrysost. homil. 77. in Matth.

§.4 III. *Honestas.* Deo assimilari est honestissimum; at humilitate arctissimè Deo conjungimur, Ps. 113, 6 7. 8. eique assimilamur: Dei instrumenta simus; per humiles enim res Deus operatur magna; per arcam humilem servabat Ecclesiam olim, Gen. 6. non per arces, non per fortalitia, non per turres; pauperrimam virginem voluit fieri matrem filii sui; Ex Abrahamo, qui coram mundo vilis & abjectus fuit, Genes. 12. vers. 20. 27. in mundo peregrinans insignis prosapiæ germina derivavit. Sacrificia sibi non ex leonibus, sed ex turturibus, oviculis, &c. fieri præcepit. Per Davidem humilem puerum trucidavit Goliathum, 1. Samuel. 17.

§.5 IV. *Præmii dignitas*; Est verò exaltatio istud præmium, 1. Sam. 2, 8. Ps. 113, 6, 7. Prov. 18, 12. c. 29, 23. Dan. 4, 14. Luc. 1, 52. Judith. 9, 16. Sir. 3. v 20. Ps. 25, 9. Huc referantur & aliæ promissiones. Exempla sunt. Moses ex humili pastore dux populi, Exod. 3, 1. sic Amos c. 1, 1. 7. 14. 15. Gideon è trituratore dux, Judic. 6, 11. Joseph è servo princeps, Gen. 41. Psalm. 106, 17. David è minimo fratrum rex, 1. Sam. 16, 11. 2. Samuel. 7, 8. Daniel, c. 6, 27. Esther. 2, 17. Saul, 1. Samuel. 9, 3. Elisæus, 1. Reg. 19, 19. Abraham, Gen. 18, 2. Cananæa mulier agnoscens se esse canem, Matth. 15. in qua etiam sapientia retorquendi argumentum Christi elucet.

§.6 V. *Exemplorum majestas*; vid. paulò suprà exemplum Christi, Matth. 11, 29. c. 18, 1. c. 20, 25. Joh. 13. v. 12. Hinc Augustinus: Medicina timoris hominis est humilitas Christi, cujus humilitatem imitari debemus. Allegor. Cum Rebecca vidisset Isaacum pedibus venire, illa camelo descendit, chlamyde se operuit, & in terram prona ruit, Genes. 24. vers. 46. Rebeccæ huic similes simus, & conspecto sponso nostro in summa humilitate Jesu Christo, de camelo superbiæ descendamus, & in terram procumbamus coram Deo, exemplo Centurionis, Matth. 8. v. 8. Refert etiam quædam humilitatis exempla Marul. libro 1. cap. 5. de Institutione benè beateque vivendi.

Humilis fuit Elisabetha Regis Pannonum filia, vili veste induta, fol. 85. a. b. sub fin. Zvvinger,

ger. sic & Paula Romana vidua vivens Bethlehemi. Hieronym. in epitaph. Godofredus Bulioneus receptis Jerosolymis auream, in quo spineam gestaverat Salvator, coronam portare noluit. Franciscus Audinus legit, quod Maria locum non invenerit in diversorio, relictâ mensâ in terram se conjecit, ibi panem edit. In funere humilitas ostendenda. Vid. fol. 86.6.§. *Funere*.

§.7 VI. *Contrarii vitii detestabilitas*, quæ conspicitur 1. Ex comminationibus in superbos. 2. Ex suppliciis eorundem. Vid. titulum Superbia.

VII. *Conditionis nostræ vilitas*, quæ meritò nobis humilitatem instillabit. Bernhardus in carmine:

Unde superbit homo, cujus conceptio culpa:
Nasci, pœna: labor, vita: necesse mori.

VIII. *Originis & stirpis nostræ communitas*: sumus enim orti omnes ex Adamo & Eva, Genes. 30, 20. omnes ex terra sumus, Genes. 18, vers. 27.

IX. *Dei inhabitatio*, Esa. 57, 17. & gratia, Sirac. 3, 20.

§.8 *Materia humilitatis*

I. *Ex qua*: (1) *Agnitio sui ipsius & propriæ indignitatis*. Luc. 7, 10. servi inutiles sumus. Gen. 18, 27. Cinis sumus. Romani triumphantibus acclamare solebant: memento te hominem esse. Bernhard. consideratione ad Eugenium: Salubris copula, ut cogitans te summum Pontificem, attendas pariter te cinerem non fuisse, sed esse. (2) *Debita nostri submissio*. (3) Agnitio, *quod omnia bona nobis à Deo dentur*, 1. Chron. 30, 16. Esa. 26, 7. c. 15, 18. ideoque in iis superbiendum non sit. Olim in Ægypto quotannis Idolum Isidis (quæ fuit conjux Osiridis) imponebatur asello, ac religionis ergo circumferebatur. In genua procidentes homines videns asellus nimiumque exultans, plagas sensit his verbis: non es Deus tu aselle, sed Deum vehis. Sic ob dona Dei homo honoratur, non ob propria: non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Deus enim (α) dat dona: (β) ad communem utilitatem data sunt, 1. Corinth. 12. non ad superbiam: (γ) gerimus ea in vasis fictilibus, 2. Cor. 4. (δ) Exemplum Christi, Phil. 2. & Pauli, 1. Corinth. 15. (4) *Patientia* & æquabilitas animi in prosperis & adversis rebus.

§.9 II. *Circa quam*. Humiles simus 1. Erga Deum, 1. Petr. 5, 8. Mich. 6, 8. 2. Parentes, Tutores, Preceptores. Vid. tit. Liberi, & tit. Discipuli. 3. Proximum: erga hunc humiles simus, ceu fratrem nostrum, Genes. 32. v. 10. c. 33, 3. 4. Philip. 2, 3.

§.10 III. *In quibus actibus?* (α) nempe: si de Deo & rebus divinis loquamur, humiliemus nos. Vid. Job. 8, 2. 3. c. 38, 3. 4. divinas promissiones audiamus, 2. Sam. 7. v. 17. (β) Si pœnitentiam agamus & Dei majestatem reformidemus: neutrum fieri potest sine humilitate, Job. 38. vers. 2. 3. (γ) Si calamitates sentiamus, Ps. 107. v. 4. tum enim nos humiliare debemus, Jer. 44, 10. confer 2. Chron. 12. vers. 6. (δ) Si ad vocationem arduam accedendum sit. Ita Cyprianus humiliter cessit, indignum se presbyterio esse existimans. Pontius Diaconus in vita Cypriani.

§.11 *Gradus humilitatis*

A S. Benedicto præscripti: 1. corde & corpore semper humilitatem defixis in terram oculis testari. 2. Pauca & rationi consentanea verba loqui, idque non clamosâ voce. 3. Non esse facilem ad risum. 4. Tacere usque ad interrogationem. 5. Sequi communem regulam monasterii. 6. Reputare se omnibus viliorem. 7. Ad omnia se inutilem & indignum credere. 8. In duris & asperis promtè & patienter obedire. 9. Subdere se majori. 10. Voluntatem propriam non libenter implere. 11. Deum timere & memorem esse eorum, quæ præcepit.

§.12 Alii tres constituunt gradus perfectæ humilitatis. (α) Subdere se majori & se non præferre æquali. (Sufficiens vocatur hic gradus) (β) subdere se æquali, nec præferre minori. (Abundans dicitur) (γ) Subesse minori, in quo est omnis justitia. Hunc Christus implevit, Johanni se subjiciens & ab eo baptismum accipiens. Guil. Peraldus tom. 1. tract. de Beatitud. c. 5.

§.13 *Effecta & indicia Humilitatis*.

Operari salutem cum timore & tremore, Philip. 2, 12. (vide Theophyl. græcæ vocis emphasin exprimentem) Gaudere cum tremore, Ps. 2, 11. Ignorare dona sua: sicut Moses ignorabat splendorem faciei suæ, Exod. 32, 29. non ingerere se officiis arduis, Sir. 7. v. 4. 5. Justinus Martyr epist. ad Zenum: alios prævenire honore, Rom. 12, 10. Quomodo? 1. externa reverentia, quæ superioribus debetur. 2. Auxilio externo, ut hoc vilissimum etiam quemque juvemus. 3. Interna animi demissione, qua se quisque inferiorem esse proximo reputat, Phil. 2, 2. eumque honore præveniat & antevertat ea detractare, Judic. 8, 22. 1. Sam. 9, 21. aut implicare variis negotiis, Sir. 11. v. 10. frangere fastum superborum, Chrysost. hom. 58. in Genes. non ambire honores magnos. 1. Sam. 18. vers. 18. renuit David fieri gener regis: noluit Paulus adorari, Actorum 14. vers. 15. partiri honorem cum aliis; sic fecit Joab 2. Sam. 12, 28. agnoscere Dei pœnas, 2. Chron. 12, 6. 1. Reg. 21. vers. 29. 2. Reg. 20, 19. c. 22, 19. Job. 1. v. 22. fateri peccata sua & inscitias, Prov. 30, 2. 3. Ps. 51, 3. 4. bona alterius sine invidia laudare, Greg. M. pauca & rationabilia verba loqui, de se humiliter sentire, laudem bonorum Deo tribuere, 1. Corinth. 15, 10. 37. 2. Cor. 2, 14. Phil. 4, 13. Luc. 17, 10.

Adjuncta humilitatis.

Difficultas. In alto posito, & non altum sapere, difficile est. Bernh. Epist. 42.

§.14 *Alia signa humilitatis*.

(1) Amare humiles personas: sic Christus humiles peccatores amavit. (2) Fugere laudes, sicut venena & sagittas mellitas & rete expan-

panſum, quò in naſſam perditionis & ambitionis detraheris. (3) Gaudere de ſui contemtu, & ſe vilem reputare, 2.Sam.6,22.2.Sam. 16,10. Act.5,41. (4) Humilia officia libenter facere: ſic Abigail, 1. Samuel. 25,41. (5) Bono conſilio obtemperare. (6) Correptionem manſuetè audire. (7) Secretum diligere: vult enim neſcire humilis, quid & quis ſit: ſibi ſoli vivere cupit. (8) Libenter obedire; ſic Chriſtus humilis, Philip.2,8. (9) Aliorum increpationes æqui bonique conſulere. Thom. à Kempis lib. 2. c.2. de imit. Chriſt. (10) Recordari priſtini ſtatus humilitatis. Primislaus I. Rex Bohemiæ calceos è corticibus arborum factos ſecum abſtulit, prioris ſtatus memorialia. Agathocles Rex Siciliæ vaſa figulina (à patre figulo genitus) uſurpavit. (11) *Sibi ſubjectos amantisſimis* titulis inſignire, v. Conſtantinus M. Euſebium Cæſarienſem Epiſcopum nominavit fratrem, Tripartit. libro 2. cap. 15. (12) In proſperis rerum ſucceſſibus animò non efferri. Sic Alexander M. devicto Dario humilitati ſtuduit. Sic Julius Cæſar; Philippus Pater Alexandri M. erga Methonenſes clemens. (13) Reſpuere ſtatuas & imagines. Sic Cato.

Memorialia humilitatis.

In ſella forata collocatur Papa, non debet oblivisci de humilitate, Tholoſ. part. 2. lib. 15. c. 3. n. 22. Aug. Barboſa ad Proœm. Decret. fol. 3. n. 16. Triumphantibus Imperatoribus ſuggerebatur à tergo: Memento te hominem eſſe: Reſpice poſt te. Sic ſtuppa accenſa olim in coronatione Papæ, his verbis: ſic tranſit gloria mundi.

§.15 *Exempla Humilium.*

Hagar, Geneſ. 16,8. Abraham, Geneſ. 18,27. & 23,7. Jacob, Geneſ. 32,10. c. 33,8. fratres Joſeph, c. 50,18. Moſes, Exod. 3,11. Gabaonitæ, Joſ. 9, 12. Rubenitæ c. 22,21.22. Abigail, 1. Samuel. 25. Quinquagenarius tertius, 2. Reg. 1,13. David rebellem filium regem vocat, cùm rex non eſſet, 2. Sam. 16,19.34.35. Agathocles Rex Siciliæ cùm, à figulo patre genitus, rex factus fuiſſet, in menſa ſua & aurea & fictilia vaſa habebat, ut ortus ſui ſigna & indicia. Cum quidam Tiberio dixiſſet: nolim occupationes tuas ſacras interpellare, mox adverſatus nomen ſacras, dicere præcepit laborioſas, Sueton. c. 25. in Tiber. Gothofredus dux Builionæus rex creatus Hieroſolymis recuſavit geſtare auream coronam, dicens: Indignum eſſe hominem aureo diademate ibi uti, ubi rex regum Chriſtus ſpineam coronam pro redemtione generis humani tuliſſet. Naucl. Gener. 37. fol. 722. Chronograph. Vid. Didac. Apoleph. part. 2. pag. 327. hor. hiſt.

§.16 *Similia.*

Ezech. 1, 11. Animalia duabus alis corpora tegebant: hæ alæ ſunt timor & humilitas, qua quicquid in nobis fœdum tegitur, nempe juſtitia illa noſtra, quæ eſt inſtar panni menſtruati, Eſa. 64. v. 6. *Collyrium* ſpirituale oculorum Apocal. 3. 18. *Via* ad Cœlum & Deum 1. humilis, 2. recta, 3. felix. 4. fructuoſa. Auguſt. Excelſa eſt patria humilis via. *Diſciplina* tota Chriſtianæ ſapientiæ, Leo ſerm. 7. de Epiph. *Thronus* Salomonis, qui ſex gradibus conſtabat, 1. Reg. 10,19. ita humilitas ſuis conſtat gradibus, per quos aſcendendum prius, quàm ad thronum exaltationis deveniamus. *Faſtigium* ingens Iſidor. epiſt. 70. libr. 3. *Fundamentum* ædificii ſpiritualis. Auguſtin. ſerm. 10. de verbis Domini: cogitas magnam fabricam conſtruere celſitudinis, de fundamento prius cogita. Bernhard. libro 5. de conſid. ad Eugen. vocat ſtabile fundamentum omnium virtutum. *Lanx* quò gravior, eò magis propenſa in terram: ſic homo virtute & pietate gravis terram ſe eſſe agnoſcit & humilitati ſeſe emancipat. *Magiſtra* omnium virtutum Caſſian. collat. 15. cap. 7. *Principium* & finis omnium bonorum, Ephrem. ſermon. 1. de everſ. ſuperbiæ. *Puteus* profundus ſemper habet dulces aquas: ita quò quis in virtutis ſtudio profundior, eò eſt humilior. *Spica* gravis ad terram ſe dimittit: ſic graves viri terram ſpectant; humiles ſunt, cum terra ſint. *Stellæ* fixæ parvæ apparent, majores eſſe videntur errantes: ſic humilis parvus apparet, ſed magnus eſt in oculis Dei, Pſal. 113,7. *Hyſſopus* pulmones purgat: ſic humilitas omnes animi elationes tollit. *Gemmæ* multæ erant in ornatu ſummi pontificis in V. T. ſed inter virtutes morales gemmas nulla humilitate præſtantior eſt, nulla pretioſior. *Theſaurus* omnium virtutum Baſil. conſtit. monaſtic. c. 17. In *crinibus* Simſonis omnis virtus omneq; robur erat, cum tamen crinibus nihil ſit vilius, Jud. 16,17. Sic omnis noſtra virtus ſit in humilitate, ut omnis laus ſit in gratiæ divinæ ubertate, 1. Cor. 15,10. *Parvuli* ſunt humiles, Matt. 18. verſ. 2. ſic nos eorum veſtigia ſequi convenit. *Speculum* quod lumen veritatis irradiat Bernhard. ſerm 42. in Cantic. Canticor. *Vallis* aqua irrigatur citiùs quàm mons, ob illius humilitatem: ſic aqua gratiæ divinæ humiles implentur, Luc. 1,48. Eſa. 41,18. 1. Petr. 5,6. *Pictura humilitatis* apud Ægyptios hæc erat: Pingebant hominem in genua provolutum, brachia extendentem, oculosque cœlum verſus attollentem. Pier. in Hieroglyph.

§.17 §.18

§.19 *Laudes humilitatis*

Decantatæ ab Ambroſio epiſt. 84. Chryſoſtom. hom. 38.39. ad popul. Antiochen. Auguſtin. ſerm. 213. de tempore. Idem lib. 1. c. 1. de Civit. Dei. Hieronym. Epiſt. 6. lib. 1. ad Anton. Cyprian. lib. 3. c. 4. ad Quirin. Bernhard. ſerm. 1. de nativit. Pulchrè Gregor. lib. 19. cap. 17. moral. Perit omne, quod agitur, ſi non ſolicitè in humanitate cuſtoditur, Caſſian. collat. 15. c. 7. Porrò

De humilitate agunt Gregor. Nazianz. orat. 48.42. Athan. de virginitate ſervanda, Bernhard. lib. 5. de conſid. ad Eugen. & ſerm. 42. in Cantic. Canticor. & ſerm. 4. in vigil. Nativit. Chriſti, Chryſoſtom. homil. 77. in Matth. Baſilius tomo 1. homil. 22. fol. 132, b. ſeq. Gulielm. Peraldus tom. 1. de Beatitud. ſumm. virtut. capite 2.

§.20 *Oppoſita.*

(1) Humilitas ſimulata, ut Phariſæorum, Hypo-

Hypocritarum, Monachorum, Mennonistarum, Coloss.2,18. In humilitate angelorum; confer tit. Hypocris. Refert Mortonus p. 118. Apologet. Jesuitas se voto obstringere, quod ordinem suum gradu honoris mutare nolint; contrà egisse Bellarminum assumto Cardinalatu. (2) Ambitio & arrogantia, vide suo loco. (3) Gloriatio, vide hunc titulum. (4) Superbia, vid. s. l. (5) Nimia depressio infra alios non dignos, & in officio nimia demissio. (6) Confidere in suis cogitationibus, Prov.12,2. cap. 14,16. in corde suo, Prov. 28,16. Extollere se in cogitatione animæ suæ, Sirach. 6, 2. gloriari de sua virtute, Judith. 6. v.15. Existimari se aliquid esse, Galat. 6,3. (7) Affectare primos accubitus, Luc. 14. Matth. 6. (8) Alios contemnere. (9) Aliis negare debitum honorem. (10) abjicere honorem debitum: sic Carolstadius abjecit honorem Doctoratus, & rusticus factus est.

Non falsi arguendum Domini mandatum de humilitate, ut fecit Damianus Clericus quidam in Burgundia, qui audiens verba Evangelii: qui se humiliat, extolletur; dixit: Hæc non sunt vera, quia si me humiliassem, nunquam tot templorum & decimarum compos factus fuissem; ut refert discipulus in Promtuario, & ex hoc D. Cramerus pag. 55. in antiquario.

HYDRIA.

1. *S. Ministerii.* Allegor. 1552. in promt. 2. *Martyrii.* Ut enim Gideonis milites fregerunt hydrias pro Dei gloria, Judic. 7, 19. sic quoque sua corpora martyres, Aug. quæst. in lib. Judic. 3. *Divinæ scripturæ*, hæc enim continet aquam vitæ, Joh. 5, 39.

Hydriæ sex tribulationis plenæ conjugibus propinantur. 1. paupertatis. 2. infirmitatis, ut Job. 9. cap. 2. v. 7. vid. morbosorum exempla. 3. morositatis conjugum. 1. Sam. 25. Nabal. 4. infidelitatis cordis, Joh. 2, 9. 5. sterilis thori. 6. mortis acerbæ. Johan. Herman. Evangel. Domin. 2. post Epiph.

HYDROPS.

Morbus 1. Corporis. 2. peccati hydrops, vid. alleg. 292. in Promt. & hydropicus spiritualis est 1. Inflatus superbia, Luc. 1. 2. Sitibundus concupiscentiæ. 3. Fœtidus anhelituum conversatione. 4. Concupiscentiæ immundæ, de qua Rom. 7. 5. Avaritiæ. Vid. tit. Avaritia.

HYEMS.

§.1 1. *Physica*, quæ docet Dei in naturæ ordine conservando veritatem, Gen. 8, 22. & sapientiam, Psalm. 74, 17. 2. *Miseriæ*, Matth. 24, 20. cum nempe hyemis tempore fugiendum est. 3. *Vitæ humanæ*, quæ verè est hyems, vid. tit. Vita humana. 4. *Cæcitatis Judaicæ*; etsi enim esset ortus sol ille justitiæ, Malach. 4, 2. attamen increduli & frigidi Judæi manserunt. 5. *Judicii extremi*: illud enim hyems erit, qua non licebit parare cibos & alia: præteriit enim hæc occasio semel. Proverb. 6. v. 8. allegor. simus spiritualiter formicæ. 6. *Odii*, quâ fit, ut charitas refrigeretur in cordis multorum, & folia bonorum operum defluant, Matth. 24. vers. 12.

HYMNUS. *V. Cantica.*

HYPOCRISIS.

§.1 Nihil aliud est quàm fides simulata, Apoc. 3. vers. 15. sive cum aliquis pravam intentionem sub prætextu ac specie pietatis tegit, in pectore suam habens clausam hypocrisin. Ejus causa princeps Satan est, callidus simulator, hypocritarum pater ac princeps, sub specie boni protoplastos decipiens eorumque posteros: homo ipse sibi, non Deo, deditus, sui amans. Ad hypocrisin suo modo refertur dolus, qui est duplex: bonus vel malus.

Nomina Parabolica hypocriseos & hypocritarum.

§.2 Sunt *arcus* dolosi, Ps. 78, 57. *aquilæ* immundæ, Levit. 11, 13. 14. qvibus vesci non licebat: *arbores*, habentes herbam, sed non fructum pietatis, foliis virentes solùm, plantatæ secus viam mundi, August. tom. 8. col. 667. c. *Araneæ*, quæ telam texunt pulchri ordinis, nulli tamen usui, nisi muscis capiendis: Ita Hypocritarum opera ordine quodam arrident, nullius tamen utilitatis sunt, quia animæ jacturam faciunt. *Amyra* arbor habet odorem suavem, fructum verò nullum: ita hypocritæ odorem habent suavem, dicentes: Domine, Domine; fructum verò nullum, cum non faciant voluntatem Dei, Matth. 7, 21.

§.3 *Arundines* (1) radicatione; Arundo in arena radicatur: Ita hypocrita, Matth. 7, 26. cujus ædificium disjicitur vento tentationis Diabolicæ, pluviâ castigationis dominicæ, flumine persecutionis tyrannicæ. (2) Agitatione; agitatur hypocrita (α) intrinsecè malâ conscientiâ, quæ est instar maris agitati, Esa. 57. v. 20. folii, Levit. 26. vers. 36. (β) Extrinsecè à vento adversitatis agitatur in impatientiam, prosperitatis in superbiam; hinc inconstans esse dicitur in omnibus viis suis, Jac. 1, 8. (3) Substantiæ raritate; nam arundo non solidatur plenitudine medullæ: ita plenitudine spirituali non solidatur hypocrita, de qua Joh. 1, 16. Coloss. 1. v. 19. pleni medulla voluptatum carnalium, quæ pariunt mortem, Jac. 2. v. 16. foris apparent justi hominibus, Matth. 23. v. 27. (4) Floris brevitate, hinc nomen arundini ab arendo est; ita hypocritæ citò marcescunt, Psalm. 37. per totum, Job. 8, 12. (5) Læsione; arundini innitentis manus perforatur, hoc est, animab. damnum inexpectatum afferunt hypocritæ. Matth. 7. vers. 23. non novi vos. *Ager* diverso semine satus & *Vestis* ex duobus texta, Lev. 19. v. 19. ager est mens hominis hypocritæ, consita semine Dei & Diaboli. Sunt similes *architecto* grandiloquo; qui tamen nihil ædificare novit.

§.4 *Claudicantes* in utrumque latus, Psal. 35, 15. 1. Reg. 18, 21. 26. *Clibanus* immundus, confringendus, si in eum aliquid ceciderat, Levit. 11, 35.

Croco-

Crocodilo ſimilis, ille enim lacrymas emittit, ut homines capiat devoretq;. *Cygni*, qui in pennis albedinem, in carne habent nigredinem. *Eſavi* manum habent, ſed vocem Jacobi imitantur, Gen. 27, 22. ſic hypocritæ opera habent reproborum, vocem tamen imitantur electorum. *Felle* intus abundant hypocritæ, Auguſtinus tomo 9. colum. 59. c. d. *Fermentum* eſt hypocriſis, Luc. 12. vid. tit. Fermentum.

§.5 *Ficus groſſi* tandem decidentes, Auguſt. tom. 9. col. 666. d. *Folia* intermixta pomis, Auguſtin. tom. 9. col. 476. *Incenſum falſum*; Dicitur eſ ſe incenſo ſimilis pix quædam, hanc ignis probat & fœtorem prodit: ſic hypocritam tentatio & occaſio probationis datæ. Luc. 8. tempore tentationis deficiunt. *Igni picto* ſimiles, qui habet formam ignis, calorem non item: ſic hypocritæ, 2. Tim. 3. *Juveni* illi ſimiles Matth. 8, 21. Auguſt. tom. 10. col. 28. b. c. *Judæi* nolentes ingredi prætorium, & tamen Chriſti ſanguine manus menteſque ſuas commaculantes: ſic quoque Hypocritæ, Aug. tom. 9. colum. 537. d. *Ligna* putrida & *ſquamæ* piſcium, quæ de nocte lucent, non de die: ſic hypocritæ. *Luctatores* corpora humi proſternunt, ut alios dejiciant: ſic hypocritæ ſe humiliant, ut alios ſupplantent. *Lupi* ſunt rapaces, Matth. 7. verſ. 15. in angelos lucis ſe transformantes, 2. Cor. 11, 14.

§.6 *Martyres* Diaboli. *Mendaces*, Pſalm. 78. verſ. 36. *Membra* amputata, in quibus non eſt ſenſus, Auguſtin. tom. 10. col. 52. a. b. *Mulieres* pictæ & ſtibio fucatæ. *Mancipia* Diaboli. Gibeonitæ hypocritæ ad perpetuam ſervitutem ſunt condemnati, Joſ. 9, 23. Ita hypocritæ, qui Satanæ ſerviunt in æternùm: non ut aquas portent, quia aqua ipſis non erit, Luc. 16, 24. niſi ſtagnum ignis, Apocal. 19, 20. cap. 21, 8. non ut lignum portent, quia ipſi erunt lignum, quod vermis radet ſine intermiſſione, Eſai. 66. verſic. 21.

§.7 *Paleæ* ſunt hypocritæ, Matth. 3, 12. Auguſt. tom. 9. col. 476.

Palmites viſibiles ſine vite inviſibili, Auguſt. tom. 10. col. 52. a.

Parietes dealbati, Actor. 23, 3. Matth. 23. v. 25. Auguſtinus tom. 9. col. 1072. foris lucent, intus lutum eſt.

Poculum aureum, plenum immunditiarum, inebrians homines, Apoc. 18, 3. Auguſt. tom. 9. col. 684. d.

Polypo ſimiles ſunt. *Fungoſa* & cava lingua infauſta erat Romanis, nec ea igni apponebatur, Alex. ab Alex. lib. 4. c. 17. dier. Genial, ſic Deus fungoſa corda & hypocritica non recipit. *Sepulchra* dealbata, Matth. 23. verſ. 27. *Stulti* & vecordes; quid enim ſtultius eſt, quàm velle Deum fallere?

Scirpus, Job. 8, 11. qui abſque humore non creſcit: hypocrita enim humore divino vacuus Luc. 8. v. 6. non creſcit, ſed areſcit.

§.8 *Statua Danielis* cap. 2, habet caput aureum, pectus & brachia argentea, pedes luteos: ita hypocritæ caput aureum habent, dum aurea quaſi verba loquuntur, cor autem æneum eſt & longum à Domino, pedes lutei, mox enim Dominus ſtatuas has dejicit. *Struthio* volandi ſpeciem habet, ſed non volat: ita hypocrita, qui ſtruthio immundus, Levit. 11.

Viro ſimiles ſunt, qui habet tabulam in manu, cum hac inſcriptione: Colo te, mi Deus: in altera manu & tabulâ poſt tergum: Deſpicio te, ô Deus. *Virgines* ſtultæ, quibus oleum deficit, Matth. 25, 8. *Veſtis* commixta, quæ prohibetur Levit. 19, 19. *Vulpes*, quæ habet oculos vagos, ut etſi oculos flectat ad ſiniſtram, tamen videat ad dextram, vid. D. Frantz. in Hiſtor. animal. Et ſicut vulpes in medio avium ſe mortuam finxit, ut aves capiat; ſic hypocritæ pacificos ſe ſimulant & mortuos velut, donec occaſionem accipiant probos lædendi, & inſtar viperarum Matth. 3. verſ. 7. lacerandi.

Allegoriæ. §.9

(1) Veſtem ex lana & lino vetuit Deus, Deuter. 22, 12. hæc hypocriſin notat, quia miſcentur dies & tenebræ, veritas & mendacium, Eſa. 5. v. 20. (2) Mel Deo non erat offerendum, Levit. 2, 11. notatur hypocriſis, quæ in externo ſapore jucunda non famem nutrit, aut ſatisfacit eidem. (3) Levit. 19, 28. Deut. 13. verſ. 1. ſtigmata & figuræ in facie non erant faciendæ: hoc præcepto externa jactantia & hypocriſis interdicitur, quæ pietatis ſpeciem externam habet, ſed virtutem non item, 2. Tim. 3, 5. confer Matth. 6, 1. ſeq. (4) Clibanus, in quem aliquid immundum ceciderat, deſtruendus erat, Levit. 11, 35. cor nimirum eſt clibanus, in illud non debet incidere hypocriſis. (5) Nathanael erat ſine dolo: ita nos ſimus Nathanaëles, Johann. 1. verſ. 47. (6) Johannes vidit ſedentem ſuper equum nigrum & habentem lancem in manu ſua, Apoc. 6, 6. Hic eſt Chriſtus, qui nunc tenebricoſum mundum gubernans velut equo nigro inſidet, nondum candida nube conſpicuus; attamen ſtateram in manu tenet, quia omnium hominum pietatem & opera ponderat; videamus ergò, ne in ſtatera levi cum Belſazar ſimus, Dan. 5.

(7) Sophon. 1. v. 8. minatur Deus, ſe viſitaturum omnes veſtem peregrinam geſtantes: Hæc veſtis eſt hypocriſis, quam qui geſtat, tanquam indignus hoſpes ejicitur, Matth. 22, 13. Hujus etiam hypocriſeos typum gerunt Nadab & Abihu, qui lineis tunicis veſtiti, internâ autem caſſi pietate à Deo rejecti ſunt, Levit. 10, 2. 5. (8) Jerem. 29, 17. vidit Propheta duos calathos plenos ficubus, &c. hi calathi ſunt in mundo, alter piorum, alter hypocritarum plenus: illi reducentur in patriam, Matth. 8, 12. cap. 7. v. 19. ex qua ejecti ſunt, Philip. 3, 17. confer Eſa. 66, 21. Joh. 10, 28. hi verò ejicientur. (9) Job. 18, 15. non conſiſtent: notatur α. hypocritarum inſtabilitas; vid. Eſa. 59, 5. Oſe. 5, 6. β. Perſecutionis vanitas, Matth. 7, 26. Pſal. 1, 5. (10) Pſ. 35. v. 15. Claudicantes congregantur adverſum me; hi ſunt hypocritæ, qui 1. non rectè ambulant in via Domini, 2. uno pede poſt Deum, altero poſt Baalem ambulant, 1. Reg. 18. v. 26. Hæc ſacrificia Deo abominabilia, Deut. 15, 21. claudicant enim circum altare Domini & Baalitæ,

litæ, 1.Reg.18,26. id eſt, corde hypocritico ſerviunt, & vagi ſunt inſtar claudicantium, Epheſ. 4,14. In via ergò rectè ambulandum, ex petitione Davidis, Pſalm. 143,10. (11) Ager diverſis ſeminibus conſerendus non erat, Levit. 19. verſ. 19. ita nec in agro cordis ſit ſemen Diaboli & Dei ſimul; hoc apparenter, illud verè: eſt enim ſemen Dei verbum, quod hypocritæ non habent in corde, factis & vita abnegantes.

§. 10 *Argumenta diſſuaſoria.*

I. *Dicta* Joh. 15,34. Eſa. 32, 6. Jerem. 9,6. 1. Pet. 2,1. Confer Pſ. 78,11. 12. quia Deus omnino videt hypocriſin, Sir. 15, 20. Mundus his DEO inſtar ædium Julii Druſi tribuni, qui optavit ædificari ſibi domum undiquaque perſpicuam: ſic Deum nihil latet, omnia ſunt oculis pervia facta, Hebr. 4, 13. nemo itaque ſuâ hypocriſei ſanctiſſimum Numen fallere præſumat: ἔχει Θεὸς ἔκδικον ὄμμα. Jer. 32,19. Domini oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuique ſecundum vias ſuas. Hypocrita non claudet Dei oculos, viam Deo non intercludet, vias ſibi non ſepiet, judicis juſti iram non ſopiet.

§. 11 II. *Rationes.* (1) Hypocriſis ſibi ipſi incommodat; nam ex remedio morbum creat, & odorem vitæ in odorem mortis convertit, animam ſuam cadaver facit. (2) Verbum Dei non maſticat, quia venter obriguit comeſtione peccatorum uvarum, Auguſtin. tom. 8. col. 461. b. c. &c. a. Labruſcæ ſunt omnia hypocriſeos peccata. (3) Hypocrita animam ſuam decipit, ſe defraudat bono ſalutis. (4) Fraude Deum circumvenit, panem enim Dei comedit, eumque pedibus conculcat, Pſal. 41, 10. Joh. 6. Ebr. 6,6. faſcinum Deo parare nititur, ſed fruſtrà: qui enim oculos creavit, nonne ipſe videt? Pſ. 94. & Deo mentitur, Pſal. 78, 40. (5) Jure adoptionis ſeſe ſpoliat, nam decor filii regis intus, Pſalm. 45, 14. E. hypocritæ extus ſplendentes non ſunt filii aut filiæ regis, Auguſtin. tom. 8. col. 416. a. b. (6) Fundamento damnoſo nititur hypocriſis, item incredulitate & ſuperbia, eſtque fructus ex venenata radice. (7) Opera pietatis infructuoſa reddit. (8) Seipſum vitio maximo polluit; nam hypocriſis eſt vitium deteſtabiliſſimum, turpiſſimum, mendaciſſimum, injuſtiſſimum, omni tempore frequentiſſimum, & Chriſtianorum nomine prætexi ſolitum, Auguſt. tom. 9. col. 933. (9) Fruſtra laborant, & mercedem ſuam jam habent, Matth. 5, 46. (10) Quærit inconceſſa & ſic peccat, 1. Sam. 28, 6.7. 8. Ochoſias, 2. Reg. 1,3. (11) Deum maximè offendit, quod patet Apoc. 3, 19. Utinam frigidus eſſes vel calidus! & hæc eſt hypocritarum deſcriptio, qua frigidi videri nolunt ob ſimulationis ſpeciem, nec tamen calidi ſunt ob veræ pietatis defectum, 2. Tim. 3, 8. tepidi ergo cum ſint, ex ore Dei evomuntur. (12) Sunt idolothytæ; nam quæ Deo offerunt, contaminata ſunt. (13) Non ſunt columbi, Cantic. 1,14. non ſinceri, non puri. (14) Oculus eorum duplex, Matth. 6,22. (15) A DEO probantur, Jerem. 17. v. 2. revelantur, 2. Reg. 4,6. 14. Act. 5, 11. Luc. 16, 5. Gen. 27. non enim decipitur Deus, ut Iſaac veſtibus Jacobi. (16) habent frontem meretriciam. (17) Gloriantur ſe eſſe templum Domini, Jerem. 7. v. 4. ſed fruſtrà, cum eos Deus non noverit, Matth. 7,27. (18) Ad perpetuam ſervitutem mancipantur, ſicut Gibeonitæ hypocritæ, Joſ. 9,23. Job. 18, 14. 15. carebunt aquâ ſolatii, Luc. 16, 24. & ipſi ligna erunt, Eſa. 66. v. 24. (19) Sunt calathi ejiciendi, Jerem. 29. v. 17. cap. 24. verſ. 15. Sic hypocritæ ſunt putridi ficus.

Materia in qua.

§. 12 I. *In verbis.* Similes ſimus Æſculo arbori, quæ tantum radice deſcendit in terram, quantum corpore eminet in aëre: ſic quantum ſonant verba in aëre, tantum ſit charitatis in ipſo corde. Bernhard. lib. 1. de ordine vitæ: Hypocritæ foris candidi, intus ſordidi; Hypocrita verba ſanctorum habet, vitam non habet. Hæc ille. Ad hanc ſimulationem referenda ſunt aſtutè dicta, facta, varieque à variis ad fallendum homines ſubornata. Exempla vid apud Fulgoſ. libr. 7. cap. 3. factor. & dictor. memorabil.

II. *In geſtibus*: Hæc hypocriſis maximè cavenda, Sirach. 12, 11. 12. Sic Abſolon blanditus eſt populo geſtibus, cor illius ſuffuratus. Ammon ſimulat morbum, ut Thamaram comprimat, 2. Samuel. 13. Et ſicut vipera incurvando graditur; ſic hypocrita ſimulando, Sirach. 1, 37.

§. 13 III. *In exercitiis*, Gregor. lib. 8. Moral. & Auguſtinus de conflictu vitiorum: Quid in cunctis ſuis operibus hypocrita ſpectat, niſi reverentiam honoris & gloriam laudis humanæ, à melioribus metui, ſanctus ab omnibus vocari? Idem ibid. Corpus per abſtinentiam hypocrita affligit, ſed tamen mundo per amorem gloriæ vivit.

IV. *In loco ſancto gloriari*, ſe à loco nominare, nec tamen imitari veram ſanctitatem, Eſ. 48, 1. 2. Jerem. 7,4. c. 26, 13. Ezech. 11, 10. Actorum 7, 19. 2. Maccab. 5. verſ. 19. Item injurias initiò diſſimulare, poſteà verò ulciſci: ſic refert de Sixto V. Johan. Lætus p. 658. compend. hiſtoric.

Simulatio & Hypocriſis.

§. 14 *Hæreticorum.* Cyrill. tom. 3. oper. lib. de recta fide ad Reg. colum. 285. lit. B. Si quis (ait) voluerit diligenter examinare dicta eorum, & attendere, ſimplicia non inveniet.

Loquitur de iis, qui CHRISTUM dicebant Deum eſſe, ſed tamen reverà non credebant. Creſcens Cynicus hoſtis Chriſtianorum aliter animo ſenſit; foris autem quod non eſt mentitus. Tatianus in oration. contra Græcos. Alexander Magnus audiens multos laudare Antipatri frugalitatem auſteramque vitam dixit: foris Antipater albus eſt, intus verò purpureus; notans, fictam ſolum hanc parſimoniam eſſe, cum tamen totus eſſet ambitioſiſſimus.

Pha-

Pharisæorum. Dan. 2. statuæ similes hi sunt: nam 1. autoritate fulgebant. 2. aurea verba loquebantur. 3. Cor erat ære durius & longe a Deo. 4. Pedes lutei, quia mox confringendi erant a Romanis.

§. 15 *Modus tegendi hypocrisin.*

1. *Alios subornando*, qui hostibus ægre faciant. Julius Cæsar hostibus suis insidiatus est non per se, sed per alios. Zwinger. p. 146. b. c. Theatr. Lætus quidam præfectus successit Philippo præfecto Ægypti, qui missis sicariis Philippum in ædibus propriis occidi curavit. Deinde prehensos sicarios ad tempus detentos in carcere, impunes dimisit. Baron. tomo 2. folio 319. numer. 35. Sic Herodes hypocriticè expetebat sibi nunciari a Magis, an & ubi Christus natus esset. David per Joabum perniciem Uriæ meditatur, 2. Samuel. 11. Saul David filiam elocat, ut eum ita de medio tollat, 1. Samuel. 18. 2. *Consensum simulando*: sic olim & hodienum quidam Sacramentarii sub pallio Lutheri delitescere volunt, quos esse cavendos monet idem Luther. tomo 6. Jenens. in epist. ad Francof. & fol. 210. in præfat. articul. Schmalc. tomo 3. in majori Confess. fol. 509. tomo 8. in minori Confess. fol. 174. 175. 3. *Infirmiora adoriendo*; ita Satan primo mulierem adortus est, Genes. 3. 1. Timoth. 2, 14. 4. *Aliorum vitia reprehendendo* & propria negligendo. Ejice, hypocrita, primum trabem de oculo proprio, Luc. 6, 42. 5. *Mare & aridum circumeundo*, Matth. 23, 15. 6. *Externæ sanctimoniæ inhærendo*, ibid. v. 25. Matth. 6, 1. c. 12. volunt in stolis suis ambulare. 7. Plures hypocriseos modos colligere est facile, considerantibus varia exempla. Vide Meiger. lib. 1. c. 15. Nucl. hist.

§. 16 *Objectum.*

ERGA DEUM hypocrisis: ejus actus est, Deo appropinquare ore, non corde, Esa. 29, 13. longas preces prætendere, Matt. 23, 14. eleemosynas ostentare, Matt. 6, 1. 2. 3. mellita verba dare, Matt. 22, 16. sedere in cœtu externo audientium, & verbum Dei audire: uti sacramentis, sine ulla tamen pœnitentia: nomen habere volunt, quod vivant; & tamen mortui sunt, Apocal. 3, 1.

Erga proximum, cum charitas non est ex corde puro, 1. Tim. 1, 5. Cum gestibus externis saltem amorem significamus, corde intus pleno odii; sicut poma circa mare mortuum extus sunt viridia, sed si incidas, intus habent fœtorem & cineres.

§. 17 *Gravitas hypocriseos*

Qui aperte peccat, levius peccat, quam hypocritæ, ratione 1. *Principii & deliberationis*: nam hypocrita ex majore deliberatione peccat, quam qui aperte peccat. 2. *Effecti*: Hypocrita specie boni convertit se ad malum, avertendo a bono ad malum. 3. *Objecti*, quia hypocritæ etiam simplices seducunt. Adde: Hypocrisis *decipit*; sic Ammon sororem Thamar, 2. Samuel. 13. *Inficit*; Hypocrita Gehasi lepra percussus est, 2. Reg. 5. *Interficit*; sic Apollonius pacem simulavit Judæis vacantibus solennitati suæ, 1. Machab. 5. Terra suos cultores pascit; sicuti vipera terra vescitur: sic non nisi terrena hypocritæ quærunt.

§. 18 *Quatuor vitia hypocritarum.*

1. *Falsitas vitæ*. Matth. 23, 3. Dicunt & non faciunt. 2. Pet. 2, 17. 2. *Asperæ pœnitentiæ impositio*, C. 26. quæst. 7. c. Alligant. Tales sunt sacerdotes etiam nunc, qui omnem justitiam populo mandant, & ipsi ne modicum servant; videlicet, non ut faciendo sint, sed ut docendo appareant justi. Hæc ibi. 3. *Vanitas apparentiæ*, h. l. omnia faciunt, ut videantur ab hominibus. Confer Matth. 6. 4. *Excellentiæ superbiæ*, h. l. amant primos recubitus.

§. 19 *Incommoda hypocriseos.*

1. Est hypocrita *mortuus* spiritualiter, C. 21. q. 1. c. Nolo. Quicunque hypocrita est, mortuus est. 2. *Apostata*: deficit namque fidei & charitatis sinceritate. 3. *Scissus* spiritualiter ab ecclesiæ corpore, C. 24. quæst. 3. c. de Illis. Non ille dicendus est esse in ecclesia, & ad societatem spiritus pertinere, qui ovibus Christi ficto corde miscetur. 4. *Remotus* à vera humilitate. Sed claudamus hanc syllogen de Hypocrisei verbis Petri Ravennatis: Hypocrisis, ait, est subtile malum, secretum virus, latens venenum, virtutum fucus, tinea sanctitatis: hypocrisis secreta simulat, prospera fallit, curiosè mentitur, &c.

§. 20 *De æquivocationibus,*

Quas defendunt Mart. Navarrus in c. Humanæ aures quæst. 5. numer. 10. Sotus lib. 5. de Institut. quæst. 6. artic. 2. Garnetus apud Hospinian. lib. 4. cap. 2. histor. Jesuit. Persamus Anglus in disput. contra quas Mortonus scripsit. Tolet. lib. 5. cap. 58. num. 2. Instruct. Sacerdotal. Greg. de Valentia tom. 3. colum. 1350. Hypotheses eorum hæ sunt præcipuæ: (1) negationem, quæ directè opponitur quæstioni factæ, non esse mendacium, Azor. part. 3. lib. 13. cap. 25. Institut. Moral. Gregor. de Valent. column. 1351. (2) Reum non teneri, ut crimen fateatur, si judex non interroget juridice. Sotus lib. 5. quæst. 6. art. 2. Lesfius lib. 2. cap. 31. dubit. 3. numer. 10. de justitia & jure. Confer numer. 14. (3) Etsi vero juridice reus interrogetur, non tamen eum teneri ad confitendum crimen. Less. l. d. numer. 16. (4) Licere pejerare reo, si interrogetur ab eo, qui legitimus judex non est, sive etiam sit: Sic refert Hospinianus fol. 228. b. histor. Jesuitic. in tractat. in Anglia edito. (5) Tolet. lib. 4. cap. 21. n. 6. hist. sacerd. dicit: si mulier rogetur a marito, an sit adultera? posse illam dicere, non sum, (scilicet ut tibi revelem) etsi sit. Vide quoque Navarr. capit. 12. manual. numer. 9. & Valent. col. 1351. b. Confer Hospin. lib. 4. c. 2. histor. Jesuitic. (6) Plurima alia suppetunt exempla æquivocationis, Jesuitis laudatæ: v. g. si veniens e loco peste infecto interrogeris, venerisne ex eo loco? dicere potes, non

venio. Tolet. l. d. ſic in juramentis coactis idem licere aſſerunt Tolet. libro quarto cap. 22. in caſibus, quorum ratione non tenemur veritatem dicere. Leſſius libr. 2. cap. 30. dub. 6. numer 51. §. notandum eſt. Tolet. libr. 4. cap. 21. hiſtor. Sacerdot. In cauſis civilibus mutuum concernentibus. Azor. part. 3. libr. 13. capit. 25. inſtit. §. Finge Titium. In negotio religionis paciſci volunt ſub hac conditione: quamdiu nobis commodum fuerit, & Romanus Pontifex annuerit. Confer Robertum Swertium in diſſert. de fide hæretic. ſervanda ſect. 9. pag. 36. §. Principi ſeculari. In promisſionibus ſalvi conductus, qui Johanni Huſſo promiſſus, ſed non ſervatus eſt, excuſantibus fruſtrà ſuos R. Swert. ſect. 11. diſſertat. & Becano tom. 3. opuſcul. in quæſt. Batavic. pag. 171. Vide tractat. de abuſibus Reſtrictionum mentalium Johannis Malderi contra Gregorium de Valent. p. 105. ſeq.

§. 21 Exempla Æquivocationum. Eas uſurparunt olim Arius, Socrates libr. 1. cap. 38. hiſtor. Centur. Magdeb. cap. 9. Priſcillianiſtæ, apud Hieronym. in epiſtol. ad Cteſiphontem. Auguſtin. lib. de mendacio. Bernhard. ſermon. 68. in Cantic. Interrogatus Franciſcus Aſaſſius, an homicida (aliis latro) hâc tranſiiſſet? reſpondit: hâc non tranſiit, ſubintelligens manicas. Hoc vocat inſigne factum Mart. Navarr. in c. Humanæ aures cap. 22. quæſt. 5. Paulo Baliano præfecto militum Leo X. contra fidem & ſalvum conductum caput amputari curavit. Menochius conſil. 100. numer. 224. defendit hoc factum, quod amphibologicè Pontifex promiſiſſet. De Tresliamo Jeſuita ut & Garneto vide Hoſpinian. folio 227. hiſtor. Jeſuitic. Richeonius in expoſtulatione Apolog. & Belllarminus in reſponſo ad Apolog. pro juramento fidelitatis, in voce *Regis* ludunt: non eſſe occiſum regem ſcil. ſed Tyrannum juſſu Pontificis.

§. 22 Rejicimus verò ejuſmodi æquivocandi licentiam, quia eſt (α) impia, contra Dei verbum, toties præcipiens veritatem & ſinceritatem, Pſalm. 15. Zachar. 8. (β) Contra charitatem, quoties ſub his æquivocationibus proximus læditur: v. g. ſi neges, te venire è loco infecto peſte (ſcilicet ſubintelligendo, ut proximum inficias) & tamen contagii aliquid decepto fratri adſpires. Quid? quòd nemo velit, ſe ita decipi à proximo fallacibus verbis: quod erga tibi non vis fieri, cur facis alteri? (γ) Contra ſimplicitatem Chriſtianorum, Matth 5, 37. & contra juramenti fidem & finem, Jerem. 6. v. 16. Agnovit id Cicero libr. 3. Officior. Nullum (ait) vinculum ad adſtringendam fidem jurejurando majores eſſe voluerunt: quoniam qui dicunt, fidem nullam eſſe, quæ infidelitatur, viderint, ne quærant latebram perjurio. Confer quoque Eſtium libro 3. d. 38. §. 2. ſub finem verſ. Jam porro. (δ) Contraria Ethicæ: lædit enim veracitatem vinculi ſocietatis humanæ, Juſtitiam, quæ ſuum cuiq; tribuit; æquivocatio tollit & adimit, præſidem juſtitiæ, judicem a Deo conſtitutum (judicem enim Domini 2. Chron. 19.) fallit. (ε) Obſtetrix mendacii, tam ſevere prohibiti a Deo, Pſ. 5, 7. & 40, 5. Eph. 4, 25. Col. 3, 9. Jac. 3, 15. & ſimulationis, quam approbat ſuo modo Franc. Amicus t. 4. diſp. 14. n. 54. (ζ) Curatrix & mater duplicis cordis, quod Deo eſt abominatio, Pſ. 55. Perjurii & homicidii, vid. Leſſium lib. 2. c. 31. dub. 3. n. 18. de Juſtitia & Jure. (η) Ignota veteri eccleſiæ, priſcis mundi Doctoribus & Patribus, qui omne mendacium & ſimulationem rejecerunt, vide eorum teſtimonia apud Hoſpinian. libro quarto cap. 2. hiſtor. Jeſuitic. & Iſiodor. cap. 10. in Synonym. cap. omne. cap. 22. quæſt. 2. Auguſtin. lib. de mendac. c. 6. & in epiſtol. ad Hier. (quæ eſt inter epiſt. Hier. tom. 3.) (θ) Omni rationi inimica, quæ exigit convenientiam oris & cordis in omni ſocietate humana. Signatum & ſignum ῥῆμα oris & νόημα cordis inter ſe convenire debent. Cicer. 3. officior. Quod affirmaveris, quaſi DEO teſte promiſeris, id tenendum eſt. F. Amicus tom. 5. curſus diſp. 4. n. 84. Mendacium (ait) ex ſe ita malum eſt, ut quavis circumſtantia excluſa ſemper ſit diſſonum rationi. (ι) Inanibus rationibus, diſtinctionibus & exceptionibus fulta, de quibus noſtri Doctores fuſe egerunt. D. Meiſner. diſp. de æquivocat. & alibi. Et Eſtius in 3. diſt. 38. §. 3. v. Ut igitur. (κ) A Pontificiis quibusdam confutata, qui docent, mentiri eum, qui fallere cupit alium. Maldonat. in c. 24. Luc. n. 36. Sacerdotes Wysbienſes apud Hoſpin. in hiſtor. Jeſuit. Omne mendacium eſſe peccatum Bonav. in 3. diſt. 38. art. 1. q. 2. Becan. t. 2. opuſcul. 1. cap. 6. theſ. 7. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. 2. De damnis hypocriſeos vide porro Drexel. tract. 12. Guliel. Peraldum tom. 2. Summæ. Aug. lib. ad Conſentium de Mendacio, Cyprian. Serm. de jejunio, Ambroſ. lib. 2. c. 22. officiorum.

§. 23

HYPOSTASIS

§. 1 Varie dicitur: (1) *De perſona* diſtincta ab alia, Heb. 1, 3. ſive ſuppoſito: ſic tres ſubſiſtentiæ in divinis, hoc eſt, tres perſonæ. Uſian & hypoſtaſin olim promiſcue uſurpatam fuiſſe, nonnulli obſervarunt in Veterum ſcriptis; ſive hypoſtaſin pro ſubſtantia, vide Damaſcen. lib. de Dialect. c. 10. & 25. Cæterum differentiam perſonæ & eſſentiæ accurate explicat Theodoret. dial. 1. c. 2. & Damaſcenus d. l. Dialect. & de O. F. lib. 3. c. 6. Cyrill. Alex. in expoſ. fidei. Idem Damaſc. lib. 3. c 4. de O. F. Boetius lib. de duab. natur. c. 2. Cujus differentiæ permagnus eſt in doctrina de Deo Dominoque noſtro Jeſu Chriſto uſus fructusq;, vide Theodor. d. l. c. 2. (2) *De Sedimento* apud Medicos, quod ſubſidit in vaſe. (3) *De Fide*, Heb. 3, 14. c. 11. 2. Cor. 9, 4. & 11, 17. quod ea velut ſubſiſtere faciat ea, quæ mente credimus. Vide comment. in Heb. 11, 1. Chryſoſt. hîc locum Heb. 11, 1 οὐσίαν exponit. LXX. in Pſ. 39, 8. Hebræam vocem תולדות vertunt ὑπόστασιν, a verbo ὑφιστάναι, quæ ſignificat, non trepidare, ſubſiſtere, non commoveri. Expectationis vero hujus duæ ſunt partes:

tes: 1. oculorum in solo DEI verbo defixio, Psalm. 119. v. 82. & 121. v. 1. & promissis *DEI* & exemplis Sanctorum, Psal. 22, 5. 6. Sir. 2, 11. 1. Macch. 2, 61. 2. Fortitudo & immobilitas animi, ne frangamur adversis nec terreamur, sed sileamus & expectemus Dominum, Es. 30, v. 15. Psalm. 62, 2. 3. Exod. 14. v. 13. in rupe nostra consistentes, Psal. 71, 3. Psal. 18, 2. 3. & expectantes, Psal. 130, 5. 6.

HYPOTYPOSIS

1. Sanorum verborum, 2. Tim. 1, 13. forma, exemplar verborum, quæ analogiæ fidei congrua sunt, 1. Timoth. 1, 10. 2. Timot. 4, 3. Tit. 1. v. 9. c. 2, 1. dicitur sana doctrina cap. 6, 3. sani sermones & sana fides, Tit. 1, 13. c. 2, 2. & 8. quæ ex solo Dei verbo hauritur.

2. Exemplum, nobis quod ex usu sit, 1. Timoth. 1, 13. Ejusmodi erat D. Pauli conversio, infinitæ Dei misericordiæ erga peccatores memoriale.

HYSSOPUS.

§. 1 Accipitur 1. pro stirpe, sic Joh. 19, 29. cum Matthæus & Marcus arundinem explicent, juxta nonnullos. 2. Pro fructu ipso. Hujus naturam Salomo investigasse dicitur 1. Reg. 4, v. 33.

§. 2 *Varia notat in sacris.*

1. *Fidem*, vide allegor. 1245. in Promtuar. Ut enim hyssopus petræ, sic fides Christo veræ petræ adhæréscit, 1. Corint. 3, 11. Unde in Christum credere jubemur, Joh. 3, 15. 16. & in nomen unigeniti, Joh. 3, 18. 2. *Omnem virtutem* & fidem: ut enim hyssopus expellit pravos humores pectori insidentes; sic quoque fides peccata expellit, 2. Pet. 1. v. 5. 6. 7. 8. seq. Philip. 2, 1. 2. 3. *Charitatem*; est enim naturâ suâ calida: sic quoque charitas calida est, Roman. 12, 10. & purgat pulmones animæ, a tumore superbiæ & insidiæ, 1. Cor. 13, 4. 4. *Zelum* ferventem; nam hujus typus quasi est calor in hyssopo: sic mentes piorum sanguine Christi aspersæ, amore sacro incalescunt, Joh. 15, 14. 1. Joh. 3, 16. c. 4, 19. 5. *Humilitatem*. Hyssopus herba humilis est: sic & nos humiliemus coram DEO peccata agnoscentes; & ut hyssopus pulmonum tumori medetur, Dioscorid. lib. 3. cap. 28. sic quoque humilitas omnem cordis tumorem tollit. Hujus herbæ proprietates sic recenset Hugo Cardinalis:

> Parva, calens, pectus purgat, petrosa, screatrix:
> Jus sapidat, pleuræ congruit, spargit aquam.

Atque hæc omnia ad pœnitentiam applicat.

§. 3 *Usus ejus triplex.*

In 1. *aspersione superliminaris & utriusque postis*, Exod. 12. qua significatum est, corda nostra sanguine Christi purganda esse, si potestate Satanæ exire vellemus, Heb. 2, 14. 1. Joh. 1, 7. 1. Pet. 1, 1. 2. *Mundatione leprosi*, Levit. 14. Petens igitur David, se aspergi hyssopo, Ps. 51, 9. agnoscit se immundum & peccati lepra infectum esse. 3. *Sacrificio* pro peccato & aspersione lustralis aquæ, confectæ ex cinere combustæ vaccæ, & pro peccato oblatæ, Num. 19, 4. Sic David respexit ad aspersionem sanguinis Christi, Ps. 51, 9. quæ olim adumbrata est Exod. 29, 21. Levit. 4, 6. 17. c. 14, 16. c. 16, 14. 19. Huc epist. ad Heb. c. 10, 22. Effectus hujus aspersio- §. 4 nis est mundari; nam ratione peccati & mortuus & leprosus erat David.

I.

JACOB.

§. 1 1. *Patriarcha* tertius ab Abrahamo: aliàs sumitur vox pro principibus Judaici populi, Esa. 43, 28. Speculum hominis afflicti 1. domi, Gen. 27. 2. foris in Mesopotamia, Gen. 31. 3. redux factus timet sibi ab Esavo, Genes. 32. 4. tentatus a Deo, c. 32. cum filio Dei luctatus; Is dicitur vir ob assumtam formam viri. Is fuit, a quo Jacob benedictionem petiit, cui vota dedicavit, Gen. 48, 16. Non fuit cacodæmon, non phantasma, ut putat Josephus & Hebræi: non angelus creatus, ut vult Pererius. Modus vero pugnæ mirabilis & stupendus fuit, spiritualis tamen, cujus finis erat impetrare benedictionem. Eventus felix, nempe Jacobi victoria & novi nominis adorea. Optime huic luctæ congruit illa Cananææ mulieris, Matth. 15.

2. *Jacobus Alphæi*, dictus aliàs minor: mater ejus Maria, soror Mariæ Deiparæ: autor Epistolæ, quæ extat in N. Testamento.

3. *Jacobus Zebedæi* filius: Ejus mater Salome, soror Josephi, petit primos honores, Matth. 12. ab Herode Agrippa occisus, Actor. 12. An hic fuerit in Hispania, disputant inter se Pontificii. Negant hoc Rodericus Ximenius, Archiepiscopus Toletanus, adversus Compostellanum in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. habito, anno Domini 1215. Bisciola ad ann. Christi 44. Baron. tom. 9. fol. 632. 633. edit. Antwerp. Videatur quoque C. Sanctii disp. Actis Apostol. subnexa.

Doctrina.

§. 2 1. Jacob non sivit in otio vivere Joseph, sed dat curanda ei negotia. 2. Indoles Josephi, indoles Christi, 3. Joseph conversatur cum humilibus, non superbis filiis iræ; sic Christus cum humilibus, Luc. 15. Herberg. in c. 37. Gen. 4. Joseph strafft libere fratrum vitia: sic Christus Judæorum, Matth. 21. 5. Josephi zelus in redarguendis fratribus: Sic Christi. 6. Patri indicat scandala: Sic Christus. 7. Nomen Josephi est augustum: Sic Christus Augustus in passione, auget Ecclesiam. Solatium: Oro te, mi Jesu, auge & tu me: Trost Joh. 1. ex plenitudine ejus. 8. Nomen Josephi significat eum, qui crescit: Sic crevit Christus. 9. Joseph, ein Hirt; sic Christus portat, pascit in vita æterna, animam ponit pro ovibus. 10. Non vult pati Josephus, Dei nomen per scandala denigrari: sic noluit Christus, ut diutius maneremus in scandalo peccati. 11. Parentes amant liberos ob virtutem: hoc loco Jacob Josephum. 12. Claudicat Jacobus; monet (1) de nostra infirmitate in tentationibus, 2. Cor. 12. (2) de conditione posterorum Jacobi, quorum magna pars

claudicabat, 1. Reg. 18. Psalm. 78. & 95. sicut & hodie Christianorum plurimi. (3) de statu piorum, in quibus caro claudicat, Matt. 26. Rom. 7. non quod volo, hoc facio. (4) de non exprobrandis homini pio corporis defectibus, qui tamen ad gloriam Dei spectant, Joan. 9. nec e calamitatibus judicandi homines, Job. 42. (5) Memoriale erat fortitudinis Jacobo, & Exemplum posteris.

JACTANTIA

Includit quatuor: 1. Mendacium, qui enim se jactitant, plerumque mentiuntur & ὑπὲρ τὰ ἄσκαμμένα gloriantur, 2. Cor. 10, 14. jactitant enim bona, quæ non habent, Apoc. 3, 17. Sic & Pharisæus jactitabat opera omnia, Luc. 18. conf. Matth. 19, 20. 2. Propriam laudem, quæ sordet. 3. Arrogantiam & inanem gloriam, vid. suo loco. 4. Lucrum, quod sibi is, qui gloriatur, præfixum habet. 5. Turpitudinem; sicut enim Mosis manus extensa leprosa erat, Exod. 4. 6. sic leprosa sunt superborum, quæ jactitant opera. Plura vid. tit. Gloriatio, it. Superbia, it. Lingua.

JACTURA animæ. *V. Anima.*

JAHEL.

Uxor Heber Jud. 4, 21. recte occidit Sisseram, conf. Exod. 32, 29. Deut. 13, 6. 1. Reg. 20, 19. 1. Sam. 15. Est imago concupiscentiæ, quæ incautos & securos opprimit & enecat. *V. concupiscentia.*

JANITORES

Templi Jerusalimitani 1. Paral. 16, 38. 42. c. 26, 1. 2. Chron. 35, 36.

JANUA. *V. Ostium.*

JAPHO.

Oppidum maritimum, 2. Chron. 2, 16. Esa. 9, 46. Jon. 1, 3. In Actis Joppen dicitur, c. 10.

JASPIS.

Dicitur gratiam hominum conciliare gestanti. Varii est coloris, pro diversitate locorum, purpurei, Esa. 54, 11. Per Jaspidem Doctores ecclesiæ intelliguntur, quorum doctrina sit clara, pura, cœlestis, Matth. 13. v. ult. 1. Pet. 4.

IDIOTA.

Plebejus, communis, qui opponitur ei, qui publice ministrat, rerumque sacrarum peritus est, 1. Cor. 14, 16. Sedere inter Idiotas est idiotam esse, non vero notat æditum aliquem, qui dixerit Amen. Sic Cornel. a Lapid. B. Justin. in h. l. Salmero. Hieron. tom. 9. Oper. fol. 100. in epist. ad Galat.

IDOLA & IDOLOLATRIA.

§. 1 Idololatria est superstitio vel cultus, qui idolis omnique alii rei creatæ defertur, spreto summo illo unice colendo Deo, Thomas 2. 2. q. 44. artic. 1. Catechism. Tridentin. in explic. primi præcepti. Exod. 20. Non habebis Deos alienos coram me: v. g. Idolum fuit vitulus ille Aaronis, Exod. 32, 4. & omnes aliarum gentium Dii, 1. Chron. 16, 26.

Causæ Idololatrias.

§. 2 I. Principalis est Satan, homines a vero Deo abducens, 1. Cor. 12, 1. 2. 3. & cor excæcans, 2. Cor. 4, 4.

II. Homines suis sensibus & rationi indulgentes, a verbo & cultu Dei vero desciscentes, suisque immersi tenebris nihil nisi corporeum de Deo sentientes, (similes omnino homini, qui profundis immersus aquis, nihil, nisi aquas esse, sibi persuaderet) & Ecclesiam Dei relinquentes: quod fecisse posteros Noachi nullum est dubium, vid. D. Peuc. l. de Divin. Et (α) Sui similes, h. e. homines in Deorum numerum referentes, singulari quodam ritu. Vid. Baron. tom. 2. fol. 340. 341. n. 25. 30. annal. ex Herodiano lib. 4. (β) Imagines sculpentes. Vid. Tertullian. lib. de Idol. §. Idolum aliquandiu retro non erat. (γ) Inducti variis causis, quarum octo recenset Gulielm. Perald. tom. 1. c. 7. summæ de virtutib. (1) Dolor nimius de amissione alicujus amici. Sap. 14, 15. acerbo luctu dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem. Ad Ninum hæc refert Gregorius super illud Luc. in Beelzebub principe Dæmoniorum: qui mortuo Patri suo Belo statuam factam honoravit. (2) Vesana principum superbia, qui se ut Deos honorari voluerunt, ut Nebucadnezar & alii. Vide Glossam super Sap. 14. (3) Adulatio, Sap. 14, 21. (4) Amor conservandæ reip. per egregios viros, quorum animos subsequa Divinitatis gloria Gentiles exambierunt, sibique emanciparunt. Hinc Romani Cæsares, Mauri suos reges æternis honoribus consecrarunt: de quo paulo ante Herodian. testatur. (5) Amor nimius pulchritudinis vel decoris in creaturis. Sap. 14. Si specie delectari Deos &c. Confer Cyprian. lib. 3. ad Quirin. 59. Fulgent. lib. 1. Mythol. At vero DEO nihil uspiam pulchrius esse potest, vide Basilium Concione 7. in Psalm. 29. tom. 1. (6) Potentia, quam eminere in iis, quos colebant, arbitrabantur Gentiles, ut Dæmones sanare & juvare posse &c. (7) Cœca hominum cupiditas, sese Diabolo emancipandi, 1. Cor. 12. ad idola muta, Rom. 1. (8) Voluptas & lascivia hominum, quam in festis Deastrorum suorum exercere soliti sunt. Exod. 32. surrexit populus ad ludendum &c. qua ipsa etiam alii pellecti sunt ad consimilem cultum.

Cæterum omnis Idololatrias originem ex Ægypto esse, fuse ostendit Viretus lib. 4. c. 10. de idololat. Augustinus lib. 4. c. 32. de Civit. DEI scribit ex Varrone, Romanos plus quam centum & 70. annis DEUM sine simulacris coluisse. Dionysius Halicarnassæus refert L. Tarquinium Priscum Græca religione imbutum Idola primum instituisse. Magi Persarum omnia Græciæ templa exusserunt ob idola. Cicer. lib. de legibus. Epiphan. tom. 1. lib. 1. adv. hæres. docet ex traditione majorum, ætate Tharæ, qui pater fuit Abrahami Jos. 24. 1. 2. natam idololatriam: quanquam avii rectius ejus mali originem ad Apostatas posteros Noachi referant, ab Assyriis educatam & a Græcis nutritam.

Objectum Idololatriæ.

§. 3 I. *Dæmones*, quos coluerunt Ethnici, Viret. lib. 2. c. 4. ex Epiphanio. Cyprian. lib. 3. c. 59. ad Quirin. Hanc idololatriam late perstringit Beraldus tom. 1. summæ c. 7. *II. Lumina*, ut Sol

& Luna. Hermes Trismegistus in Ascanio. Militia cœli, cui etiam Judæi inservierunt, Jerem. 44, 17. Deuteron. 17. v. 3. Jerem. 7, 17. Regina cœli; astra exponunt, alii planetas, Vid. Pagnin. in Lexic. V. לאך. Thargum: stellam cœli; & Johan. Selden. de Diis Syrorum. III. *Elementa.* Ignem Chaldæi pro Deo coluerunt, hinc dicitur Ur-Chasdim, ignis Deorum. Aquam aliæ gentes: Unde inter has & illos orta olim fuisse contentio narratur, uter Deorum potentior esset? aquâ tandem ignem extinguente. Confer Dietericum in c. 13. Sap. Conc. 2. IV. *Meteora*, quorum conspectum metuebant gentiles, & aliquando pro aëris Dæmonibus habebant; quos fumo graminum maleolentium dissipandos esse censuit cœca gentilitas. Gaudent. Merula libr. 1. cap. 5. Memorabilium. V. *Vegetabilia*, ut allia coluerunt Ægyptii, Viret. lib. 2. c. 13. 14. de Idol. VI. *Homines*, & ea quæ in homine. Sic Herculi olim sacrificarunt gentes. Lutherus tom. 6. Jen. German. fol. 359. Aliisque: Veneri, Jovi, Neptuno, & reliquis Deastris. Imagine Alexandri M. gestatâ homines juvari crediderunt Romani olim. Polyd. Vergil. lib. 2. cap. 23. de inventor. Rer. Crepitus ventris, Viret. lib. 2. c. 16. de Idol. p. 64. Somnia etiam meticulosa ablutione aliquâ quasi averruncare volebant veteres: Huc spectat illud Persii, Satyr. 2.

Hæc sanctè ut poscas, Tyberino in gurgite mergis
Mane caput bis terque, & noctem flumine purgas.

VII. *Animalia bruta*: v. g. Crocodilum coluerunt Ægyptii, Viret. lib. 2. cap. 16. d. l. Vitulum juxta Josephi sepulchrum, Autor de mirabilib. scripturæ lib. 1. cap. 15. apud Aug. Apim Ægyptii vocarunt bovem; sive, quod de bobus prædixisset Joseph; sive, quod Apis rex Argivorum in Ægypto mortuus & pro Deo cultus sit. Adi Cornel. a Lapid fol. 288. in Gen. Viret. libr. 3. c. 5. de Idol. Serpentem olim pro Christo colebant Ophitæ, Theodoret. lib. 1. Hæret. fabul. Epiphan. hæres. 37. Confer Roman. 1, 23. VIII. *Virtutes & Vitia* pro Diis habuerunt, Viret. lib. 2. cap. 8. de Idol. ut, spem, fidem, castitatem, clementiam; quibus templa, sacella, simulachra erecta fuerunt: Sic impudentiæ, pallori, febri, morbis, honores habiti sunt, ne nocerent. IX. *Fusilia & sculptilia* varia: ut, vitulum aureum Aaronis, Exod. 32. auros item vitulos Jerobeami, 1. Reg. 22, 28. Demetrii idola, Act. 19, 24. triginta idolotum millia olim a gentilibus adorata esse, tradit Augustinus: trecentos Joves extitisse, Varro, Terentius prodidit. Imò suos quælibet ferè regio peculiares Deos coluit: Babylon Belum, Ægyptus Osirin & Isidem, Africa Neptunum, Mauritania Jubam, Rhodos Solem, &c. Vide Lil. Gyraldum de Diis Gentilium syntagmat. Colebantur insuper Dii & Deæ inferni, marini, terrestres, nemorum, &c. vide Joh. Ravis. Textor. in officin. 5. 6. seqq. column.

§. 4

Modi Idololatriæ.

I. *Crassiores*: Cultum olim idolis dedicando, Dan. 3, 3. Nomen Dei imponendo, Exod. 32. 1. Reg. 12, 18. Esa. 42, 17. Coronis ornando, Act. 14, 12. Vestes induendo: circumgestando, Amos. 5, 26. altaria erigendo, Exod. 32. templa exstruendo, 1. Reg. 11. v. 7. c. 16, 32. sarificulos præficiendo, 2. Chronic. 11, 15. ferias instituendo, 2. Reg. 10, 20. Cantando, Baruch. 6, 1. 11. epulando, osculando, alloquendo, Jer. 2, 17. obsecrando, 1. Reg. 9, 16. sacrificando, Actor. 14. lampades accendendo, filios consecrando, Levitic. 18. Deuter. 12. Exod. 22. alimonias Deastris tribuendo, Ose. 2. Herculi olim sacrificatum est dirarum imprecatione. Luther. tom. 6. Jen. Germ. f. 359. Germina palmarum olim dabantur cultoribus idolorum, Epiphan. hær. 64. Imagines adorabant, & in abscondito locabant sive, simulachra colebant, quæ divinis spiritibus animata esse credebant, ut nocere possent. Vide Aug. lib. 8. cap. 23. de Civit. Dei. Lactant. lib. 1. c. 8. de falsa. relig.

§. 5

II. *Subtiliores* idololatriæ modi: (1) Si quæras auxilium extra Deum, apud magos, sagas, contra Levit. 19, 13. Deuteron. 18, 10. Perduelles Dei, fœdifragos, à pacto baptismi recedentes, conscientiam vulnerantes, 1. Petr. 3, 21. (2) Si avaritiæ te dedas, Ephes. 5. v. 5. vide Chrysost. homil. 64. fol. 64. c. d. in Johan. Nam avaritia teterrimum idolum, captivans homines, spem eorum eludens, Sophon. 1, 18. (3) Si fiduciam in creaturis loces, vid. tit. Fiducia: v. g. (α) in bonis fortunæ, puta divitiis, Luc. 12, 15. quæ transitoriæ, 1. Tim. 6, 17. Sap. 5. 8. 9. Vanæ, Ps. 52, 8. (β) bonis animi: sapientiâ, medicina. Asa plus confisus medico, quam Deo, 2. Paral. 16, 12. (γ) bonis corporis; sic Goliath, 1. Samuel. 17, 8. Jerem 9, 23. (δ) bonis civilibus, robore & potentiâ; sic Sennacherib, 2. Reg. 18. munitionibus loci, Obad. 1. 3. Dan. 4, 27. (ε) bonis politicis, gratiâ regum, Psal. 146, 3. Jerem. 17, 5. (ζ) bonis œconomicis, ut multitudine amicorum consanguineorum, qui facile recedunt tempore infortunii, Psalm. 38, 12. & fallunt sæpe, Mich. 7, 5. 6. Matth. 10, 30. Sir. 9, 14. (4) Si opera tua bona tibi pro Deo constituas, Luther. tom. 4. Jen. in explic. 1. Præcept. Verè enim idolum fabricas tibi ex operibus, quod te à morsibus conscientiæ, & accusationibus legis immunem non præstare potest. (5) Si alio modo Deum colas, quam ipse præscripsit, ut, si Deum colas apud statuas, quod nuspiam præcepit; imo vetuit potius Deus Deuteron. 12. vers. 30. capit. 4. vers. 2. Jerem. 16. vers. 2. Levit. 19. 5. Augustin. quæst. 29. super Jos. dicit: Quisquis cogitat Deum, qualis non est Deus, alienum utique Deum & falsum in cogitatione portat.

Nec valet hic intentio bona hominum, quæ sine mandato Dei in vitio est; quicquid contra disputet Gregor. de Valent. tom. 3. disput. 6. quæstion. punct. 1. 4. 5. vide nostr. Chemnit. in Exam. Concil. Trid. passim. Heerbrand. disp. LXVII. form. 4. D. Rivetum p. 90. 91. 92. 93. in Exod. XX. Explicat. Decalogi. Clement. Alexandr. libr. Stromat. tertio. Confer Perkins. tomo 2. folio 821. oper. præprimis nostrum

Lutherum Prologo in prophetas vernaculo.

§. 6 *Forma*

Idololatriæ eſt, 1. cum quis honorem ſoli Deo debitum creaturæ tranſcribit, extra Dei verbum, etſi non ut ipſi Deo: (quam clauſulam apponit Gregor. de Valentiâ.) Sicut enim adulter eſt, qui cum alia concumbit, etſi non tanquam cum conjuge: Sic quoque Idololatra eſt, qui creaturæ defert honorem ſoli Deo debitum: Sic nec idololatræ erunt Iſraëlitæ, vitulum adorantes, quia hunc non ut Deum adorarunt, id quod omni tempore idololatræ fecerunt. Itaque Idololatræ dicuntur, qui ſimulachris eam ſervitutem exhibent, quæ debetur Deo. Beda in cap. 4. Lucæ: *Idololatræ nuncupantur hi, qui vota, preces & ſacrificia, quæ uni Deo debuerant, idolis impendunt.* Auguſtin. epiſt. 119. ad Januar. *Nulla imago Dei coli debet, niſi illa, quæ hoc eſt, quod ipſe eſt.* Hieronym. in capit. 44. Eſaiæ arguit eos, qui omnipotentis religione contemtâ ſimulachris ligneis inclinentur, & adorent opera manuum ſuarum. Ad *formam* ſpectant varii modi Idololatriæ: v. g. 1. *cum Idola & imagines adorantur.* Ut Ninus Rex Aſſyriæ adorari juſſit Idolum patris ſui BELI. Inde nomina Baal, Bel, &c. nata ſunt.

2. Cum in re caducâ & terreſtri fiduciam ponimus; Ut Dives in divitiis; Juſtitiarius in operibus ſuis bonis.

3. Cum Deum certo loco alligamus, extra Dei verbum, & illius viſendi ergo, peregrinationes ſuſcipimus.

4. Cum peculiarem cultum comminiſcimur & adinventionibus humanis Deum veneramur: v. g. de variis miſſis, vigiliis, jejuniis, peregrinationibus. Confer ſupr. num. 4. 5. hoc titul.

§. 7 *Effecta.*

(1) Eccleſiam Dei turbare, 1. Reg. 18. v. 18. (2) Iram Dei concitare, qui eſt Zelotes, Exod. 20. v. 5. Sirach. 16, 10. (3) Omnia mala inducere, vid. numer. 13. de pœnis Dei. (4) Alios ſcandaliſare, Apocal. 2, 14. Ezech. 14. v. 3. (5) Homines reddere vagos in cultu, inquietos in conſcientia, anxios & ſollicitos, ut modò in hoc, modò in alio loco, modò hoc, modò alio ritu Deum colant, Ezech. 16. v. 15. 16. 17. (6) Excœcare homines, 1. Corinth. 12, 2. Ita Seneca: Ita (ait) adorabimus, ut tamen meminerimus, hujuſmodi cultum magis ad morem quam ad rem pertinere: apud Auguſtin. libr. 6. capit. 6. de Civitat. Dei. Et Lactant. libr. 2. cap. 3. de Orig. erroribus, ſic ait de Cicerone: Video te terrena & manufacta venerari, vana eſſe intelligis, & tamen eadem facis, quæ faciunt ipſi, quos tu ſtultisſimos confiteris. Eandem in Platonicis cœcitatem notavit Auguſtin. libr. 10. cap. 1. de Civit. Dei. (7) A Deo deſciſcere, Joſuæ 22. v. 16. quanquam accuſati non intenderant, vid. verſ. 22. 23. d. l. (8) poſſidere mendacium & vanitatem, Jerem. 16. verſ. 19. 20. quæ nihil prodeſt. (9) Æterna vitâ privare, 1. Corinth. 6. verſ. 10. Epheſ. 5. verſ. 5.

Adjuncta Idololatriæ.

§. 8 I. *Abrogatio* idolorum Gen. 35, 4. à magiſtratu procuranda, 2. Reg. 22. (α) *Defodiendo*, ſic fecit Jacob d. l. Geneſ. ut illorum Idolorum uſum tolleret, memoriam velut aboleret: non combusſit, ne, ut putat Mercerus, vicinos populos magis commoveret idololatriæ deditos. (β) *Comminuendo*, Exod. 32, 30. 2. Regum 23. v. 4. ad indicandam abominationem idolorum, & funditus tollendam eorundem formam, cui ſtultè adſcripta olim Divinitas fuerat. (γ) *Demoliendo*, Jud. 6, 30. 2. Reg. 3, 2. c. 11, 18. c. 18. v. 4. ne in ſublimi ſtatua oculos piorum ſcandaliſarent, ut ſolent turpes formæ commovere affectus. (δ) *Comburendo*, 2. Reg. 10, 26. 27. comburi enim ea legimus, quæ Deo extremè erant inviſa, Gen. 38. v. 24. Joſ. 7. v. 15. Judic. 14, 15. Deuteron. 7. verſ. 25. (ε) *Mundando* loca ab idolis contaminata, 2. Chronicor. 29, 3. Quæ tamen omnia ad Magiſtratum politicum ſpectant; non enim privatorum hominum eſt deſtruere idola; nec deſtruxit Paulus Actor. 17. v. 13. nec bene ceſſit Chriſtianis olim, vide Euſebium libro octavo c. 5. hiſtor. Eccl. Sic Conſtantinus M. diruit idola gentilium, Sozomen. libr. 2. cap. 6. (ζ) *Illudendo*, Judic. 6, 31. Deuteronom. 32. v. 27. 38. Modus tamen hic obſervandus eſt, ut idola prius è corde evellantur, ut rectè monet Auguſt. ſermon. VI. de verb. Domini ſecundum Matth. Idem epiſt. 129. Ambroſ. epiſt. 31. Contra hunc modum peccarunt Reformatorum plurimi in Galliis & Belgio. Confer Prompt. Exemplorum fol. 64. ſeq. & fol. 214. 215.

§. 9 II. *Impuritas*: nam idola polluunt 1. Dei nomen, honorem, majeſtatem, templum: hujus pollutionis crebra fit mentio Jerem. 7, 30. cap. 3, 2. Ezech. 20, 7. 18. cap. 23, 3. 7. 26. c. 23, 30. 2. mentem ejus, qui idola colit: vagatur enim extra Dei verbum, quo ſolo mundamur, Johan. 15, 3. 3. Alii etiam polluuntur & ſcandaliſantur, videntes idola coli; quod eſt ſcandalum ponere.

§. 10 III. *Excuſatio*. Jerem. 2, 23. non ſum polluta poſt Baalim: imò prætendebant, ſe verum Deum colere in idolis. Ideo dicit Dominus Oſe. 2, 16. non vocabit me ultra Baali: q. d. tantum odi idolorum, ut etiam quod benedici poteſt, propter ambiguitatem & verbi ſimilitudinem nequaquam velim dici; ait F. Ribera in h. l. Quòd ſi tantum odit nomina idolorum Deus, quantum quæſo operæ fruſtra inſumunt, qui idolis DEUM colere geſtiunt?

§. 11 IV. *Rejectio* omnis ſuſpicionis idololatriæ, omniſque cum hac communionis, Exod. 32. verſ. 6. 1. Corinth. 10. verſ. 7. Exod. 23, 13. Hiſtoria tripart. libr. 6. cap. 30. memorat, quod quidam Juliani miles vexillum imperatorium, in quo pictæ erant Jovis, Mercurii & Martis imagines, adorare noluerit, ut moris erat: alii donativa, quæ oblato prius thure in

re in ara coram imperatore acceperant, reſtituerunt, clamantes, ſe eſſe Chriſtianos, feciſſe ſe per ignorantiam quod fecerant, ſolam manum ad tempus paganam factam eſſe. Hæc illi.

§. 12 *V. Vanitas*; quid enim vanius quam adorare ea & pro DEO habere, quæ hominum manibus fiunt? Eſa. 44, 13. Pſalm. 96, 5. & 115, 4. Eſa. 2, 8. Jerem. 10, 5. 14. Vide Orat. Clementis Alexandrini de vanitate Idolorum. Theodoret. de curandis Græcor. affectionibus. Arnob. adverſ. gentes. Certe Socratem ideo occiſum eſſe putat Auguſtinus lib. de vera relig. quod idola adorare noluerit. Agnita etiam hæc vanitas a Varrone & Seneca apud Viret. pag. 46. de idolol. Jerem. 10, 5. Sapient. 13, 18. Baruch. 6, 7. Temperata tamen & excuſata ab iisdem, quod omnem omnino cultum ad ſummum DEUM referrent. Viret. lib. 2. c. 13. 14.

§. 13 *VI. Gravitas*; multa namque mala concurrunt in idololatria: 1. averſio & derelictio DEI, Jerem. 2, 12. 13. 2. Converſio ad creaturam, quæ DEUS non eſt, Roman. 1. 3. Violatur DEI interdictum Exod. 20, 3. 4. Contemnitur vox Prophetarum, qui nullum æque vitium tam duriter arguunt, quam idololatriam, Jerem. 3, 6. Ezech. 6, 13. 5. Pœnarum variarum cumulus attrahitur, de quibus paulo poſt. 6. DEUS honore ſuo ſpoliatur, Roman. 1, 23. 7. Conſcientia adverſariorum ipſamet accuſatur, Eſa. 44, 9. Cajetanus in ſummula ait: Idololatria per ſe eſt peccatum mortalisſimum. 8. Miſeria, Pſal. 115, 8. & 135, 18. 9. Servitus: idololatræ enim Diabolo ſerviunt, 1. Corinth 10, 20. 10. Stupor, 2. Chronicor. 25, 15. cap. 28, 23. Eſa 44, 18. & 45, 20. Jerem. 51, 7. Oſe. 8. v. 6. 7. Auguſt. lib. 8. de Civitat. DEI cap. 23. Immundi ſpiritus eisdem ſimulachris arte illa nefaria colligati cultorum ſuorum animas in ſuam ſocietatem redigendo miſerabiliter captivaverunt.

§. 14 *Pœna Idololatriæ.*

(1) *DEI provocatio*, Deut. 32, 16. ira & æmulatio, Deut. 4, 24. c. 6, 15. c. 32, 22. quam extraordinaria illa mactatione Exod. 32, 27. imperata teſtatam fecit Judic. 2, 14. Ezech. 23, 35. Abjectio a conſpectu DEI, 2. Reg. 17, 18. Succenſio indignationis DEI, 2. Reg. 22, 13. cujus iræ reſpectu homines fumus eſſe dicuntur, Eſa. 65, 6. & DEUS preces non exaudit, Jerem. 11, 11. non miſeretur, Oſe. 1, 6. (2) *Malorum inductio*, 1. Reg. 14, 10. ignis, Amos 2, 5. denudatio, Oſe. 2, 3. devoratio, Oſ. 5, 7. orbatio, cap. 9, 14. 16. cap. 13, 3. cap. 10, 7. Jerem. 13, 7. Gladius, Jerem. 50. verſ. 38. (3) *Hominum caſtigatio & exterminatio*, Deut. 4, 4. Jer. 2, 19. per bella & cædes, Oſe. 7, 12. cap. 8, 4. cap. 12, 2. per ruinas, quas nobis parant idololatræ, Judic. 2, 3. Levitic. 26, 37. per morbos occultos, 2. Chronicor. 21, 8. per famem, Jerem. 19, 7. Ezech. 6, 11. 12. per mortem, Jerem. 51, 47. & ſanguinis effuſionem, Oſe. 12, 14. per auxilium & diſperditionem de terra, Amos. 1, 14. Sophon. 1, 3. Jerem. 9. 16. Ezech. 36, 22. per ſervitutem, Jerem. 5, 19. 2. Chronicor. 33, 11. 12. (4) *Cœli clauſio*, Deuteronom. 11, 17. 1. Reg. 17, 1. Eſa. 5, 6. (5) *Urbium vaſtatio*, Jerem. 22, 8. cap. 50, 2. Ezech. 6, 6. Deuteronom. 13, 14. Oſeæ 9, 6. cap. 10, 8. 2. Reg. 21. delebo Jeruſalem &c. Ezech. 6, 3. Amos 9, 4. (6) *Incolarum oppresſio* a peregrinis, Judic. 2, 14. cap. 3, 8. cap. 10, 8. 2. Reg. 13, 22. Jerem. 32, 4. 2. Chronic. 28, 20. (7) *Subditorum defectio* & rebellio; ſic Moabitæ defecerunt a regno Iſrael, 2. Reg. 1, 1. (8) *Exciſio de terra*, Joſ. 23, 13. 1. Reg. 13, 34. 1. Reg. 14, 15. Ezech. 22, 4. (9) *Deletio familiæ*, 1. Reg. 14, 10. c. 16, 2. 2. Reg. 10, 11. (10) *Mors*, 2. Reg. 1, 4. c. 9, 33. (11) *Maledictio*, Deuter. 27, 15. & omnis gaudii ablatio, Jerem. 16, 9. *Hoſtes idolorum varii*: v. g. omnes martyres ſanguinem fundentes, Cornelius Epiſcopus Romanus. Plurimi alii in hiſtor. Eccleſiaſtica. V. Euſebium lib. 6. c. 31. 40. Valens, Jovinian. Vide Prompt. Exemplor. fol. 213. Confer *Zelus*.

Nomina Idolorum & idololatriæ varia. S. 15

Multis nominibus Spiritus S. idololatriam & idololatras indigitat: *Apha* Eſa 41, 24. nihilum dicuntur idola: *Adulteri*, Eſa. 57, 3. 8. Jer. 9, 2. c. 13, 27. Oſe. 2, 2. *Abominationes*, Deuteron. 20, 18. Ezech. 20, 4. 8. cap. 33. 26. *Ciſternæ* diſſipatæ, Jerem. 2, 13. & 7. *Contaminationes*, Ezech. 14, 6. cap. 3, 9. c. 16, 18. c. 9, 7. *Demuth* ſimilitudo, Exod. 20, 4. Pſalm. 106, 20. *Dii Ægypti, Syriæ*, Exod. 12, 12. 2. Chronicor. 28, 27. conflatiles, Lev. 19, 4. argentei, Exod. 20, 23. *Elohim Acherim*, h. e. Dii alieni, Exod. 20, 3. & peregrini, Geneſ. 35, 2. *Elilim*, quaſi dicas Elil, non Deus vel Deaſter, vanus, Levit. 26, 1. Habac. 2, 18. Eſa. 19, 1. *Filii auguratricis*, Eſa. 57, 3. *Fornicatores*, Num. 14, 33. 2. Reg. 9, 22. Ezech. 16, 15. 22. 25. 26. Oſe. 2, 24. Nahum. 3, 4. *Gilul*, 2. Reg. 17, 12. 1. Reg. 15, 12. id eſt, ſtercus, res fœda; nam idola apud Deum nihil niſi ſtercus. *Hevel*, vanitas: ſunt enim mera vanitas & nihil, Eſa. 44, 10. *Idola Ægypti*, Lev. 19, 4. quia abundabat Ægyptus idolis. *Jetſer*, ob formam, quæ idolis formando & ſculpendo inditur. *Immunditiæ*, 2. Reg. 17, 12. c. 21, 11. 21. Ezech. 14, 3. 4. *Mœchatio*, Jerem. 3, 8. 9. c. 5, 7. Apocal. 2, 22. *Mutatio* Dei, Jerem. 2, 11. gloriæ Dei, Rom. 1, 23. *Neſech*, Eſa. 44, 11. conflatile vel ornamentum idolorum, ut vult Rabbi David Kimchi. *Operari* mendacium, Oſe. 7, 1. *Peſel*, Exod. 20, 4. Eſa. 40, 19. ſculptile, Pſ. 106, 9 36. 38. Eſa. 44, 10. *Scheker*, Jer. 3, 23. c. 8, 8. *Schibutz*, 1. Reg. 11, 6. 7. *Scortatio*, Jud. 2, 17. Oſe. 4, 12. *Simulachrum*, Exod. 34, 15. 2. Chron. 15, 16. Pſ. 97, 7. Eſa. 2, 20. *Teraphim*, Gen. 31, 19. imagines, in quibus videntur futura, R. David. *Thaar* Eſa. 44, 13. artifex lignorum extendit lineam, formabit illud. *Thannith* ſimilitudo, a delineando. *Thiphereth*, effigies habitu anguſto propoſitæ. *Via Ægypti*, Jerem. 2, 18. 20. Confer Prompt. Exemplor. pag. 46. ſequentib. & folio 67. & 69.

Diviſio Idololatriæ. §. 16

(1) Craſſa eſt, cujusmodi aliquot antea enumerati ſunt; quid n. craſſius fœdiusve eſſe poteſt,

teſt, quam flagitioſiſſimos homines(Bacchum & Apollinem) pro Diis colere. Juſtin. Mart. apol.pro Chriſtian.(2)Spiritualis fit, ſi quamcunque rem Chriſto vel Deo præferas in amore. Hect. Pintus in cap. 18.Ezech.v.g.ſi quis fœdus pangat cum Diabolo, vel magiam exerceat, vel ſuperſtitioni litet. Hinc rectè Hieronym. in cap. 2. Prophetæ Amos: Unuſquiſque adorans vitia ſua atque peccata Deum habere cœpit,à quo victus eſt, Luther. præfat. in Prophet. vernacul. interpret. (3) Auguſtinus libr. de vera relig. cap. 38 errores quoque & hæreſes refert in cenſum idololatriæ; ſic quoque cenſet Hieronym. in cap. 44. Eſa. Eſt (ait)alius deterior cultus ſimulachrorum, quod homines ſua phantaſmata colunt, & quidquid animo errante cum ſuperbia vel tumore cogitando imaginati ſunt, religionis nomine obſervant.

§. 17 *Exempla.*

In *populo* Dei, & in S. Bibliis plurima extant.Majores Abraham, Joſ.24,2.3.Laban, Geneſ. 31,30. Iſraëlitæ ſub judicibus, Judic. 2, 11. regibusque; & numerat Fequernekin. in theſauro p. 322. 323. quadraginta ſeptem idola, maximam partem culta à Judæis. Confer Johann. Selden. de Diis Syrorum. Gentiles multi fuerunt in exercenda idololatria, de quibus in libr. Sap. & epiſt. ad Rom 1. fusè agitur. Imò idolis ſuis ſacrificabant *Ethnici*, quod fideles Chriſti ſervi nullo pacto, ut facerent, induci potuerunt, apud Euſeb. libr. 3.c.3. Mater Irene filio ſuo oculos eruit, quod idola adorare nollet. Zonaras tom. 3. Vide quoque Didac. Apolepht. part. 1. hiſtor. hor. pag. 472. 480. ſeqq. *Tartari* ob commoda temporalia ſolùm adorant omnia in ſomno Objecta. M. Olearius in itinerario Perſic. f. 212. Germani colebant Junonem, Minervam. Tacitus lib.4.c.53. Confer Promptuarium Exemplor. folio 224. 225. ſeq.

IDOLOTHYTA

Sunt immolata idolis: in ſpecie cibi, Diis gentilium primo immolati, eorumque honoribus conſecrati, quos poſtea capiebant infideles. Ab his Chriſtiani jubentur abſtinere, non ſimpliciter, ſed relatè ob conſequens ſcandalum infirmorum, Actor. 15. v. 20. 29. 1. Corinth. 8,7. vide Chryſoſtom, in h. l. Pauli: & Auguſtin. epiſt. 154. ad Publicolam. Apoc. 2, 20. Iſtis epulis ſolebant etiam addere quaſdam cantiones & prothymata, (vide Dan. 5, 4. Confer Jerem. 25, 26. ubi illa compotatio Belſazaris prædicta legitur: & partic. Dan. de Dracon.) in honorem eorundem Deaſtrorum ſuorum, id eſt, præludia, ut notat Stephan. in Lexico. Oecumenius in c. 15. Actor. v. 20. ἀπέχεσθαι φάσιν εἰδωλοθύτων.

JECUR.

Inſpicere jecur, Ezech. 21,21 divinare ex inſpectione jecoris; Transfigi, morte acerba perire, Prov. 7, 23.

JEDUTHUN, & JEDITHUN.

Pſalm. 39, 1. Putant eſſe nomen Cantoris & præfecti rei Muſicæ, cui traditus fuerat Pſalmus ad cantandum, (R. David Kimchi, Vatablus, Münſterus, Mollerus, & alii) vide 1. Chronicor. 26, 1. 3. Pſalm. 77, 11. Pſalm. 62, 1. Nehem. 11, 17.

JEJUNIUM. §. 1

Statorum jejuniorum primum autorem ſtatuit Montanum Euſebius libro quinto capit. 17. ex Apollonio: ὁ νηϛειάς νομοθετήσας, qui jejunia legibus ſanxit. Olim non fuerunt jejunia indicta ad certum tempus, quod fatetur Toletus in Luc. 5. annot. 70. Tempore perſecutionis indicta, Tertullian. cap. 13. de jejunio. Nullibi eſt præceptum fatente Cajetano in Thom. & allegante Caſſandr. folio 874. oper.

§. 2 *Multiplex eſt.*

I. Verum, quod DEO placet & ſincerum eſt. *Hypocriticum*, 1. Reg. 21, 9. 12. (α) cum fit ex corde non ſincero: (β) cum operibus miſericordiæ deſtituitur, Eſa. 58, 4. (γ) cum ex opere operato vis jejunio adſcribitur, Eſa. 58, 3. (δ) cum gloria coram hominibus ex eo quæritur.

II. Publicum, quod fit in tota eccleſia, Judic. 20, 26. Joel. 2, 15. Jon. 3, 5. *Privatum*, quod eſt fidelis privati; ſed voluntarium per ſe DEO non placet: eſca enim nos DEO non commendat, 1. Corinth. 8, 8. 1. Timoth. 4, 8. vide Hieronym. ad Celant. Et neceſſarium ob calamitates, 1. Corinth. 4, 11. 2. Corinth. 6, 5. c. 11, 27. & pietatis ergo ſibi indictum, Act. 10, 30. c. 13, 2. 3. c. 14, 22. 1. Cor. 7, 5.

III. Ordinarium. Extraordinarium & miraculoſum: ut Moſis, Exod. 24, 18. cap. 34, 28. Deuteronom. 9, 9. 18. Eliæ, 1. Reg. 19, 18. Chriſti, Matth. 4, 2. De his ita Auguſtin. tom. 10. col. 1550. d. Quadraginta dies fuit cum diſcipulis in terra, ante paſſionem autem quadraginta dies jejunavit; nec invenies alium jejunaſſe quadraginta diebus, præter Dominum & Moſen & Eliam: Dominus tanquam Evangelium, Moſes tanquam lex, Helias tanquam Propheta, quia Evangelium teſtimonium habet à lege & Prophetis. Chryſoſtom. homil. 47. in Matth. negat, quod Chriſtus ſuum jejunium ad imitationem inſtituerit. §. Non dicit, quod jejunium ſuum, &c. Spectat huc Johannis Baptiſtæ abſtinentia planè ſingularis; ſicut & victus ratio Matth. 3, 4. deſcripta, & vocatio planè ſingularis fuit, Lucæ 3, 2.

§. 3 *IV. Neceſſarium*, cum quis ex neceſſitate & penuria jejunat; ſic Lazarus Luc. 16, 21. eſt hoc jejunium paupertatis: vide Ruth. 1. 1. Sam. 21, 3. 1. Reg. 17.

V. Phariſaicum, quo Phariſæi utebantur ad oſtentandum ſeſe, Matth. 6, 16. 17. Lucæ 18. verſ. 12. Vitioſum erat 1. ob neceſſitatis, meriti & cultûs opinionem: 2. ob humanæ gloriæ captationem, Matth. 6. v. 16. Lucæ 18. v. 12.

§. 4 VI. *Ethnicum*, est duplex: (1) Generale, quod nihil aliud est, quam abstinentia a quibusvis illicitis, Esa. 58, 6. Sir. 34, 31. Zachar. 7, 6. Confer infra requisita veri jejunii. Augustin. tract. 17. in Johann. Jejunium magnum & generale est, abstinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus. Basil. homil. 1. de jejunio: Verum jejunium est, ab omnibus vitiis esse alienum. Confer Chrysost. tom. 5. hom. 4. ad popul. Antiochen. fol. 121. lit. H. I. & fol. 144. lit. M. homil. 18. ab init. Athanas. tom. 1. fol. 825. lit. d. e. Pulchre igitur August. epist. 167. Carnem non comedis, & fratrem comedis: abstines vino, sed ab injuriis tibi non temperas. Confer C. Jejunium de consecrat. d. 5. C. Nihil prodest, de pœnit. d. 3. (2) Speciale est abstinentia sobria: alias Sobrietas vel Temperantia dicta, de qua suo loco Lev. 21, 34.

VII. *Superstitiosum*. Alcibiadis Martyris qui in vinculis solo pane & aqua uti voluit, eo nomine reprehensus ab Attylo martyre, quod parum considerate fecisset, & Dei creaturis uti nollet; tandem vero a fratribus persuasus omnis generis cibaria sumsit. Euseb. lib. 5. capit. 3. Baron. tom. 2. fol. 239. num. 40. 45 Nec obstat Baronii exceptio fol. 240. nnmer. 1. nam Alcibiadem hunc ex errore Cerdonis & aliorum delectum ciborum habuisse, atque hoc solùm a discipulis improbatum fuisse, ait quidem Baronius, sed non probat.

§. 5 VIII. *Hæreticum*. Valesii hæretici ab animatis abstinebant, & seipsos castrabant. Aug. cap. 37. de hæresib. ad Quod vult Deum. Baron. tom. 2. fol. 438. n. 10.

§. 6 IX. *Judaicum*: Varia jejunia Judæorum, quæ etiam animorum afflictiones vocari solent Levit. 16, 29. cap. 23, 27. Numer. 29, 7. Actor. 27, 9. 1. Mense thamno, die 9. ob interruptum murum Jerusalem, Jerem. 52. v. 6. 29. 32. Numer. 29, 7. 2. Jejunium quarti mensis, Zach. 8, 19. quia Moses tabulas fregerat. 3. Jejunium quinti, ob prohibitionem Dei, ne recta irent in terram promissionis, &, ob exustam urbem, templumque Jerusalem. 4. Septimi, ob cædem Godoliæ, quæ magno Judæis detrimento fuit, vel ob diem expiationis. 5. Decimi, quia Ezechiel & alii in Babylone audiverant, templum & urbem desolata esse, Hieronym. Confer Ezech. 33, 21. 6. Jerem. 36. v. 9. prædicatum fuit jejunium anno quinto regis Jojakim, quod, ordinariumne fuerit, an secus, dubitant eruditi. 7. Addunt alii mense decimo, die octavo, quod Biblia per Ptolomæum in Græcam linguam translata essent. Vide Psalterio Genebrandi calendarium præfixum; Oecolampad. in Zachar. 8. v. 19. 8. Jejunium duodecimi mensis Esther. 9, 21. a Mardochæo constitutum est, ob aversam calamitatem a Judæis.

§. 7 X. *Turcicum*: Turcæ carne porcina & vino hominem immundum fieri perhibent. Zwing. in Theat. fol. 40. b.

XI. *Naturale* vocant Scholastici, quod ante sumtionem Eucharistiæ requiri putant: Agnoscimus ejusmodi pædagogicum jejunium, non tamen absolute necessarium, sicut fides ad sumtionem fructuosam. D. Luther. in Catech. Major.

XII. *Votivum*, 1. Sam. 14. v. 24. vid. Aug. epist. 86. tomo 2. Refertur huc jejunium indifferens vel luctus, cum David pro filiolo suo jejunaret.

§. 8 XIII. *Quadragesimale* jejunium illud est, quod quadraginta diebus ante Pascha suscipitur. Origo ejus refertur ad Montanum; id impugnat Baronius tom. 2. annal. fol. 197. numer. 15. 20. 25. Telesphorum fuisse negat Baronius primum autorem hujus jejunii, tom. 2. folio 136. ad ann. Christi 153. Sixtum vero instituisse, affirmat Baron. tom. 2. annal. fol. 96. numer. 1. 5. ex Ignatio & Dionysio. Cassianus coll. 21. cap. 30. negat in primitiva Ecclesia fuisse, quamdiu primitivæ Ecclesiæ fuit perfectio; Non enim (ait) præcepti hujus necessitate, nec quasi legali sanctione constricti arctissimis jejuniorum terminis claudebantur, &c. Sed hanc controversiam fusissime persequitur D. Chamier tomo 3. panstrat. lib. 19. c. 7. Gerson dicit: legem de jejunio quadragesimali esse necessario servandam, non quia lex humana præcipit, sed solùm, quia declarat legem divinam de his latentem; ut refert Gregor. de Valentia tom. 2. disputat. 7. quæst. 5. punct. 6. §. 1. column. 958. Diversum Ecclesiæ judicium & consuetudinem de eo prodidit Euseb. in Chronic. Baron. tom. 2. annal. fol. 136. numer. 40. Laudes decantat Cornel. a Lapid. in cap. 24. Exod. vers. 18. qua cum veritate, qua cum laude, despiciat diligens lector. Drexelius tractat. 17.

§. 9 XIV. *Ethnicum*: Olim jejunia pro enormibus peccatis imperata sunt; vide Plutarchum in vita Thesei; idem de defectu Oraculorum; idem de tarda vindicta. Cœlium Rhodigin. lib. 12. cap. 1. antiquar. lectionum. Confer Herodot. fol. 124. de jejunio & festo die Isidis.

Effecta & Finis jejunii. §. 10

1. *Alit animam*, Chrysostom. tom. 1. fol. 1. lit. K. levem eam facit, ibid. Chrysost. ut leviores naves mare transeunt, & tranquillam, Chrysostom. & animæ viscera purgat, Basil. homil. 1. de laudibus Jejunii; sicut pharmacis vermes e pueris expelluntur; mentis est pharmacum, abigens multa ab ea mala: præparat eandem ad sponsum Christum, & validam reddit, Basil. d. l. dat ei robur: sicut cibus corpori robur præstat; sic jejunium vires animæ corroborat, suggerit cogitationes puras, quibus ii, qui pluribus cibis distenti sunt, vacare non possunt, Chrysost. hom. 1. de Pœnit.

§. 11 2. *Corpus edomat*, 1. Corinth. 9. vers. 25. sequent. August. lib. 30. cap. 5. contra Faustum Manichæum, §. Christiani, non hæretici, &c. & hinc Crates apud Clementem Alexandr. famem Veneris cataplasma esse dicebat. Corpus quoque leve reddit, ut aptius sit ad bellandum bellum illud spirituale, Chrysostom. hom. 1. de resurrect. & hoc nomine

nos

nos quoque jejunia probamus, Chemnit. p. 3. Exam. Concil. Tridentin. p. 22. & p. 4. p. 148. 145. Confer Nicephorum lib. 11. cap. 43. de Macarii jejunio, injusto sane, nec legi Apostolicæ (Coloss. 2. v. ult.) consono, Anthæas rex Scytharum scribebat: (ut habet Plutarchus) Habes (Alexander) milites pugnaces & fortes, quibus imperas; ego vero Scythas pugnaces, & famis ac sitis patientissimos. Applicamus hæc ad pios Christianos, hi pugnent, & pugnando sobrii sint & temperantes.

§. 12 3. *Quemvis statum ornat*: est enim decor senum, adolescentum pædagogium, Chrysost. Pueri velut plantæ lætiores aqua jejunii irrigantur, ait Basil. homil. 1. de laudibus jejunii. Nos illa omnia de perpetuo sobrietatis studio accepta volumus; ea namque virtus omnibus est ornamento; non tamen excludimus jejunia cum vera fide & pœnitentia conjuncta, a satisfactionis & cultus opinione longissime sequestrata.

4. *Multa vitia pellit*, est enim portus, nos ab ebrietate immunes præstans, Chrysost. tomo 1. fol. 1. D. E. & omnia bona causans, Chrysost. hom. de Jona Propheta: ad preces nos præparans, Luc. 2, 37. Actor. 13, 2. c. 14, 28. 1. Corinth. 7, 5.

§. 13 5. *Cibos quoque edulcorat.* Basil. hom. 1. de laudib. jejunii: fames namque optimum est condimentum.

6. *Dæmonem aliquando ejicit*, Matth. 17, 21. non jejunium per se & ex se, ut opus operatum, sed fides nixa Christo, qui destruit opera Diaboli.

Pontificii docent, jejunio satisfieri pro peccato, compensari & mundari peccata Bellarm. lib. 4. c. 6. de Pœnit. putant in eo summam perfectionis contineri, Perer. comment. in Daniel. Hanc sententiam de merito & satisfactione jejunii rejicimus; laudamus tamen jejunium (1) ut disciplinam externam & bonam, Luther. in parv. Catech. (2) ut corporis castigationem, Luther. lect. Evangel. die Domin. a Natali proximo. Fatetur idem de nobis Cassander in consult. Articul. 16. contra Bellarmini calumniam lib. 2. cap. 11. de bonis operibus. Augustinus lib. de bono conjugii cap. 9. Quædam (ait) bona propter se ipsa expetenda sunt, ut sapientia: quædam propter aliud, ut jejunium, quod tum probatur, quando eò refertur, ut carnis petulantia coërceatur. Deinde jejunium luctum indicat & periculum, 1. Macchab. 3, 17. c. 4, 47. 2. Macch. 13, 12. 1. Sam. 14, 24.

Subjectum

§. 14 A quibus cibis abstinendum. Varietas circa hæc subjecta recensetur lib. 9. cap. 38. Tripartitæ historiæ. (1) Quidam olim a vino abstinebant, Basil. homil. 1. de laudibus jejunii: Chrysostom. sermon. 1. de jejunio: Theophil. Alexandr. lib. 3. Paschal. (2) A piscibus, Epiphan. in compendiar. doctr. de fide. (3) Ab omnibus terræ fructibus, non solùm a carnibus. Augustin. lib. 3. contra Faustum Manichæum cap. 5. (4) A lacticiniis ecclesia Romana hodierna. (Excipe, nisi quibusdam in locis liceat uti lacticiniis in quadragesimis. Cajetan. in Summ. V. Jejunium) Montanistæ cogebant homines ad cibos solùm aridos tempore jejunii. Bellarm. lib. 2. cap. 5. 9. de Bonis operibus. (5) A Carnibus hodierni Pontificii. At his solùm abstinere, non est jejunare, fatente ipso Joh. Hoffmeistero in cap. 4. Luc. cujus verba infra adduximus. Accedit Prosper lib. 2. cap. 23. de vita contemplativa, qui respuit jejunium vel abstinentiam a carnibus, avium vel piscium cibo compensatam. Locus est egregius, quem adscribo: *Si a quadrupedibus abstinentes phasianis, altilibus vel aliis avibus pretiosis aut piscibus* (NB) *perfruantur, non mihi videntur resecare delectationes sui corporis, sed mutare; nec pro abstinentia, sed velut pro nescio qua immunditia, vel certe, quod verius est, pro stomachi nauseantis teneritudine delicatas, communes illas ac viles carnes abjicere, quò possint aliis, non solum carnibus, sed etiam delicatioribus & pretiosioribus carnibus suas voluptates explere, cum, sicut jam suprapatuit, non aliquarum carnium, quæ usui humano concessæ sunt, nobis naturæ damnandæ sunt, quas Deus instituit; sed carnales concupiscentiæ fugiendæ, quas sensui carnis Diabolus introduxit. Illi autem, qui parciores videre volunt, & gloriam sibi velut de abstinentia districtiore conquirunt, sic ab omnibus animalibus judicant temperandum, ut peregrinis pomis & sorbitiunculis delicatis, cæterisque aliis, immanem sui corporis impleant appetitum, cum spiritualis abstinentia non aliquorum* (NB) *ciborum usum, sed desiderium suadeat compescendum, &c.* §. 15 Veteres jejunantes carnium esu & vini potu caruisse; at vero jam in more positum est, ut cum piscibus, herbis, fructibus, VINO similiter utamur, ait Azor. lib. 7. c. 21. §. certe. Balæus in fine Centur. 6. refert, Westmonasterii olim Angliæ primates disputasse contra Clericos, in Sodomitico crimine prehensos, & dixisse: Delicata cibaria virorum Ecclesiasticorum quærunt naturalem purgationem vel pejorem. (6) Græci quoque jejunium, quod ξηροφαγίαν vocant, frequentant, ubi ab humentibus cibis omnibus abstinent.

Ad subjectum spectant personæ, jejunio subjectæ, vel non. (1) Non sunt illi districti pauperes, Samuel de Lublin. V. jejun. n. 10. (2) Ægroti: his tamen nimium faventes medicos refellit Drexel. tract. 17. cap. 8. §. 5. & cap. 1. (3) Operarii, agricolæ. (4) Senes & viribus imbecillibus præditi. (5) Juniores, qui nondum vigesimum primum ætatis annum excesserunt.

Adjuncta. §. 16

I. *Laus jejunii*, vid. Basil. tom. 1. folio 83. sequent. 85. vocat id animæ alimentum Chrysostom. tomo 1. folio 1. lit. k. vid. Effecta: tranquillat animam. Multa tamen in Patrum encomiis ἄκυρα sunt, & Demegorica magis, quæ posteri male accipientes in varios errores inciderunt. Vide Chemnit. part. 4. Exam. Concil. Trident. tit. Jejunium. Bona vero in jejunante sit intentio, maxime necessum est, vide fatentem Drexel. tract. 17. cap. 2.

2. Variæ

2. *Variæ contentiones* de eodem. Præprimis de jejunio Quadrageſimali variæ contentiones fuerunt, Chryſoſt. tom. 5. hom. 4. ad Popul. Antioch. fol. 121. lit. H. I. Socrat. lib. 5. c. 22. Invenias, qui non tantum in numero dierum diſcrepent, ſed qui nec abſtinentiam a cibo eandem obſervent. Alii prorſus animatis abſtinent: alii animatorum piſces ſolos ſumunt, &c. Eadem extant apud Sozom. libro ſeptimo capit. 19. Nicephorum libr. 12. cap. 34.

3. *Gratum Deo* jejunium. Sicut is Principi gratus eſt, qui multa mala ſuffert, fatigatur, laborat: ſic ii Deo ſunt grati, (præſuppoſitâ fide) qui jejunant, & ſuum corpus affligunt.

4. *Ornatum* in pietate ſeria erga Deum & charitate erga proximum, Eſ. 58, 3. Zachar. 7, 6. &c. Sir. 34, 29. Joel. 2, 15. Numer. 29, 7. Sicut tangens cadaver mundandus erat: ſic ii, qui jejunant, & mox ad peccata, quæ ſunt cadavera graveolentia, redeunt, per pœnitentiam mundentur. Confer Hieronym. lib. 2. contra Jovinian. §. Non igitur. Allegans locum Joelis c. 2. Gregor. homil. 16. in Evangel. §. Per Joelem dicitur.

5. *Neceſſarium* non ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione certi finis: neceſſarium ob cultum, meritum & ſatisfactionem, rectiſſime negant hæretici, contra Valent. tom. 3. diſput. 9. q. 2. punct. 2.

§. 17 6. *Moderatio jejunii* Pontificia (ejusque a Veterum jejunio diverſitas, calamo & ore Drexelii tract. 17. cap. 6. confirmata) (α) ante refectionem (quæ ſemel fieri debet in die naturali) vel poſt illam LICET VINUM BIBERE. (β) Ante vel poſt eandem refectionem parum aliquid ſumere, vel ad prægustandum, vel ad modum medicamenti, Electuarii, antidoti, præſervativi, non nutrimenti; ne quis poſtea viribus deficiat, vel officio non ſit par. Vide fatentem Greg. de Valentia tom. 3. diſputat. 9. punct. 3. colum. 2125. & confer D. Chemnit. in Concil. Trident. de Jejunio. (γ) Poſt unicam illam refectionem, etſi quis comedat poſt tertiò, (ſecundam enim refectionem ſolùm peccare) non tamen violare præceptum, Valent. d. l. colum. 2126. vel potius audiatur Johan. Hofmeiſter in cap. 4. Luc. qui ait, jejunare eſſe non tantum ſobrie vivere, nec tantùm cibos variare aut commutare; ſed nihil manducare & eſuriem pati: ſic jejunavit Chriſtus. Quid enim eſt magni, ſi tantùm delectis quibusdam cibis te ingurgitas & ſolâ carne abſtines? &c. Hæc Hoffmeiſter. De moderando jejunio multa tradit Baſil. in lib. de vera virginitate: Sicut (ait) enim in gulæ intemperantiam declinare grave eſt ac periculoſum: ita per nimiam abſtinentiam corpus atterere, ac per infirmitatem inutile reddere, omni profecto ratione caret. Confer Hieronym. epiſtolâ ad Furiam.

§. 18 7. *Tempus jejunii* & diſpar ratio: *Sabbatho* olim non erat fas jejunare, quia Sabbathum lætitiæ, jejunium triſtitiæ erat conſecratum. Tempus & dies jejuniorum vocabantur nudipedalia. Olim (1) feria quarta & ſexta. Damaſcen. lib. de Hæreſib. tit. de Aërio. Ignatius in Epiſt. ad Phil. (2) Manichæi diebus Dominicis & Priſcillianiſtæ, Auguſt. ep. 86. idem Euſtachiani docuerunt. Sed vetus Eccleſia huic commento contradixit, Tertull. lib. de corona milit. cap. 3. Ambroſ. l. 8. in Luc. 1. non procul ab init. in verba: ſi peccaverit in te, &c. Concil. Gangrenſ. can. 18. (3) Iidem die Natalis Domini jejunandum eſſe dicebant. De jejunio feriæ 4. 6. Sabbathi Pontificio Cham. t. 3. Panſtrat. lib. 19. c. 8. 9. (4) Quidam in Romana Eccleſia trium tantum hebdomadarum, quadrageſimam celebrabant; in tota Græcia, Pannonia, Alexandria ſex hebdomadarum. Vide Tripart. hiſt. lib. 9. c. 38. Jure divino certum tempus jejunio conſtitutum non eſſe, fatetur Gregor. de Valent. tom. 3. diſp. 9. q. 2. col. 2132. Sed Eccleſiaſtico. Itaque totum hoc in libertate Eccleſiæ ſitum eſt, determinare tempus certum, idque jejunio conſecrare, neque ab hoc jure libertatis ſecularis magiſtratus excludendus eſt; hic enim etiam in V. T. jejunia indixit, 2. Sam. 1, 11. Jonæ 3, 5. 7. 8. 2. Chron. 20, 20. Nehem. 9, 1. Auguſtinus epiſtol. 86. ad Caſulan. Quibus diebus non oporteat jejunare, & quibus oporteat, præcepto Domini vel Apoſtolorum, non video definitum. Socrates lib. 5. c. 21. Quandoquidem nemo de ea re præceptum ullum ſcriptum proferre poteſt, manifeſtum, & id unicujusque ſententiæ atque arbitrio reliquiſſe Apoſtolos. Confer c. 22. d. l. Aug. de moribus Eccleſiæ c. 33. lib. 31. c. 3. contra Fauſtum.

Exempla jejunantium. §. 19

(1) Ut ſubigeretur caro. D. Paulus, 1. Cor. 6, 27. vide Marul. p. 321. (2) In exercitiis pœnitentiæ; ſic Ninivitæ, Jon. 3, 5. 1. Reg. 21. Jerem. 36, 9. 10. Luc. 2, 37. Actor. 9, 9. 1. Corinth. 7, 5. 2. Cor. 6, 4. c. 11, 27. vide Ambroſ. ſerm. 40. tom. 3. Drexel. tract. 17. c. 3. (3) In luctu & calamitatibus, Jud. 20, 26. Joel. 1, 14. c. 2, 15. 2. Sam. 12, 16. Pſ. 35, 13. 1. Sam. 7, 6. 2. Sam. 1, 12. Nehem. 1, 4. c. 9, 1. Matth. 9, 15. Eſth. 4, 3. 16. 17. Pſalm. 69, 11. Pſalm. 109, 4. Judith. 4, 8. Baruch 1, 5. 2. Macch. 3, 12. Actor. 27, 33. (4) In precibus ſolennioribus & ſacris ordinationibus, Jerem. 14, 12. Eſa. 58, 3. 2. Chron. 20, 3. Eſr. 8, 21. Dan. 9, 3. 1. Macch. 3, 47. Act. 13, 2. 3. c. 14, 28.

JEPHTE.

Vere immolaſſe filiam, multi tradunt: Non pauci negant, Jud. 11. Vide ibi Commentatores & L. Capellum in Spicilegio, fol. 164. ſeq. quo ſtatuit, vere immolatam eſſe filiam, e Lev. 27. verſ. 29.

JEREMIAS.

1. Propheta fortisſimus in Deo ſuo. 2. Calamitoſisſimus ac in multis Chriſti typus.

JEROSOLYMA. *V. Hieroſolymæ.*

JESABEL

§. 1 Apoc. 2, 24. 25. quæ fuerit præciſe, non conſtat: At po-

At potentem & Ecclesiæ persecutricem fuisse, liquet. Typus persecutorum Ecclesiæ, non immunium futurorum a pœnis Jesabelis. Vide 2. Reg. 9. & 1. Reg. 19. Error Epiphanii omnino castigandus, qui sentit intelligi Maximillam, Priscillam, Quintillam, lib. 2. Hæres. 51. De una loquitur Spiritus Sancti litera non deserenda.

JESUS. *V. Christus.*

IGNAVIA. *V. Diligentia, & Acedia, & Negligentia.*

IGNIS.

§. 1 1. *Physicus*, de quo Physici; Elementum excellentissimum, augustissimum, humano generi longe utilissimum, Sir. 39, 30. vide Kornmann. in templo naturæ part. 31. 32. Danæum in Phys. Christ. Psalm. 148, 8. laudat ignis Dominum. 2. *Verbum Dei* ignis. Vid. Promtuar. titul. de Scriptura, Malach. 3, 2. Jerem. 23. 3. *Lex Dei* ignis, ibid. tit. *Lex Dei.* 4. *Ira Dei* ignis consumens, Deut. 4, 24. 2. Samuel. 22, 9. Jer. 21, 12. Deut. 9, 3. c. 32, 22. Heb. 12, 29. 5. *Spiritus S.* est ignis, vid. titul. Spiritus S. Matth. 3, 11. Dona Spiritus S. per septem faces adumbrata, Apoc. 4, 5. 6. *Ignis cœlitus* datus in sacrificiis, Levit. 6. Vid. Luth. in 2. post Trinitat. Epist. fol. 193. §. hie worden. 7. Ignem custodire Imperia falso credidit Numa apud L. Florum lib. 1. cap. 2. Hist. 8. *Ignis* majestatis regiæ Persicæ. Reges enim Persarum antecedebat ignis, promicans supra eorum tabernaculis, è solis imagine crystallo inclusâ. Notabatur vero 1. cultus solis, cui Persæ dediti. 2. Majestas Regia, 3. Ira ultrix Regis. Vide Tertull. Apolog. c. 16. Curt. lib. 3. Procop. lib. 2. de bello Persico. 9. Ignis inferni. V. *Infernus.*

Alia prædicata.

§. 2 I. *De Deo* prædicatur ignis (α) *Sacrificii*, quo Deus fœdus confirmabat, Gen. 15, 17. vel quo Abraham usus, Gen. 22, 6. sive quo assabatur agnus Paschalis, Exod. 12, 8. 9. vel Deus testabatur, grata ipsi fuisse sacrificia, Levit. 9, 24. Judic. 6, 21. 2. Chronic. 7, 1. 1. Reg. 18, 22. (β) *Apparitionis*, in quo igne Deus apparuit in V. T. Exod. 3, 2. c. 19, 18. cap. 40, 38. Deuteron. 4, 36. Exod. 24, 17. Deuteron. 18, 17. 1. Reg. 19. v. 12. Ezech. 1, 4. cap. 8, 1. 2. Joel. 2, 30. (γ) *Iræ*, quæ etiam vocatur ignis, Ezech. 36, 5. Sophon. 18. & fluvius igneus, Dan. 7, 9. 10. Huic attribuitur, devorare, Deuteron. 4, 24. ardere, Job. 19, 11. Psal. 79, 9. Nahum. 1, 6. Deuteronom. 32. v. 32. exsufflari, Ezech. 22, 20. cap. 21, 36. accendere, Jerem. 4, 4. cap. 21, 12. accendi, Psal. 78, 21. effundi, Thren. 2, 4. (δ) *Omniscientiæ & iræ simul*, hoc sensu flammei oculi Christo attribuuntur Dan. 10, 6. Apocal. 1, 14. cap. 8, 18. cap. 19, 12. (ε) *Habitationis Dei gratiosæ*, Esa. 31, 9. (ζ) *Ductus & defensionis* Dei, Exod. 13, 21. 22. c. 14, 24. Psal. 78, 24. Psal. 105, 39. Sapient. 18, 3. sic & Zach. 2, 5. cap. 12, 6. (η) *Supplicii* & punitionis, Gen. 19, 24. Sodomitæ igni puniti. Exod. 9, 23. Ps. 105, 32. Sapient. 16, 22. Ægyptii. Nadabh & Abihu, Levit. 10, 1. 2. Core, Dathan, Numer. 16. 35. Psal. 116, 18. Siccitas igni comparatur, Joel. 1, 19. 23. (θ) *Extremi judicii* ignis, de quo Ps. 50, 3. & 97, 3. 2. Thess. 1, 7. 8. 2. Pet. 7, 12.

§. 3 II. *De Angelis* 1. Bonis, qui dicuntur ignis & flamma, Psal. 104, 4. & in forma igneorum equorum apparuerunt. 2. Malis: ignitis telis instructi sunt contra nos, Ephes. 6, 16. Apoc. 12, 3. vocatur Diabolus Draco πυῤῥὸς rubens, igneus Draco.

§. 4 III. *De homine*: Ignis dicitur. Ratione (α) *officii* & splendoris ejus, Sir. 50, 10. de Summo V. T. Sacerdote. (β) *Affectuum*, ratione iræ dicitur exardescere, Gen. 31, 36. sic de Bellatoribus Ezech. 21, 36. & discipuli igne hoc inflammati ignem cœlo evocare student, Luc. 9, 54. (γ) *Pravæ cupiditatis*, Sir. 23, 22. cap. 28, 11. 12. (δ) *Litigii* & contentionis, Proverb. 26, 20. 21. Sir. 23, 21. c. 8, 4. (ε) *Cultûs*: Israelitæ olim per ignem liberos ducebant, Deut. 18, 10. 2. Reg. 16, 3. cap. 17, 17. cap. 21, 6. cap. 23, 10. Jerem. 7, 18. c. 32, 25. Ezech. 23, 37. c. 20, 26. 31. (ζ) *Charitatis*, Cant. 8, 6. vid. tit. Charitas. (η) *Leviticus*, qui ad Cultum Leviticum spectabat, ad comburendum cibum, Exod. 29, 34. Crines Nazaræorum, Num. 6, 18. rapinarum Midianiticarum, Num. 31, 22. 23. Lev. 6. ignis semper ardens de fide, Origenes: charitate, Radulphus Flaviacens. explicat. Alienus ignis est cupiditas mala, Deo invisa, ideoque fugienda.

§. 5 IV. *De variis malis*, suppliciis & tribulationibus. 1. *In hac vita*, ut, de bello deque motu curruum bellicorum, Nahum. 2, 3. Jud. 14, 13. & passim belli pœna metaphora ignis describitur in prophetis, Jerem. 51, 58. Ezech. 38. v. 22. Amos 7, 4. Nah. 3, 13. 15. Zach. 9, 4. De supplicio scorti & adulteræ, Gen. 28, 24. Lev. 21, 9. inobedientis, 2. Sam. 14, 31. impii & temerarii, 2. Reg. 1, 10. 12. Ps. 11, 6. Job. 4, 9. c. 20, 26. Ps. 21, 10. Dorophagi, Job. 15, 34. idololatræ, Esa. 65. 5 De tribulatione, Job. 1, 16. Psal. 66, 12. 1. Cor. 3, 15. Esa. 43, 2. Zachar. 13, 8. 9. 1. Pet. 4, 12. vid. tit. *Tribulatio.* Tentatione, Eph 6, 16. per falsa miracula, Apocal. 13, 13. vid. titul. *Tentatio.* Persecutione divini verbi, Jer. 36, 22. Dan. 3. v. 6. 22. vid. tit. *Tyrannis.* Miraculosa emigratione ex hoc mundo: sic Elias curru igneo cœlo invectus est.

(2) *In altera vita* æternus erit supplicii ignis, de quo Es. 66, 4. Matth. 3, 12. c. 13, 42. 50. cap. 25, 41. Marc. 9. Joh. 15, 6. Heb. 10, 27. Judæ v. 7. Apoc. 14, 10. c. 19, 20. c. 20, 10. c. 21, 8. vid. tit. Infernus. De hoc igne, qualis & quis sit futurus, ampla est contentio in scholis Patrum & Pontificiorum.

IGNOMINIA.

(1) Illata Deo, Christo, Heb. 6, 6. (2) Hominibus, proximo, pauperi, 1. Cor. 11, 22. Jacob. 2, 6. parentibus a liberis. (3) Peccatoribus a Deo, 2. Chron. 32, 21. Ps. 83, 17. Jer. 3, 25. Dan. 9, 7. 8. Jer. 46, 7. Ezech. 16, 52. 54. c. 32, 24. c. 39, 26. (4) Piorum adversariis, Ps. 35, 26. & 40, 15. & 71, 13. & 109, 29. Esa. 41, 11. Jer. 20, 11. Mich. 7, 10. (5) Fabris idolorum, Es. 41, 17. (6) A Mundo & persecutoribus illata ferenda: quia (α) Christo illata est pro nobis & exemplo nostro. (β) Est medicina morbi animi: sicut ignominia τȣ̃ Simei in Davidem. (γ) Gloria perpetua illi omnino anteferenda. Roman. 8. non sunt condignæ passiones, &c.

IGNO-

IGNOBILIS. *V. Vocatio.*

IGNORANTIA.

§.1 Est intelligentiæ vel notitiæ negatio. Ignorantiam non esse peccatum, docuerunt Pelagiani: quod damnatum est in concilio Palæstinæ; ut contra suos docet Auctor Aureus D. Sorbonic. in censura Sirmondi.

I. *Dei ignorantia*, qua Ethnici laborarunt, Ephes.4,18. 1.Thess.4,5. 1.Cor.15,34. 2.Thessal. 1,8. Actorum 17,23.30. Rom.1,21. Galat.4,8. 1.Petr.1,14. Esa.40,21.c.45,20. Et operum Dei, Eccles.11,5. Esa.5,13. *Causa* hujus ignorantiæ est naturæ nostræ corruptio, quæ Deum suapte industria non cognoscit. Efficit hæc omnia mala: Efficit persecutiones. Vid.tit. zelus & tit. Tyrannus. Parit desperationem, D. Bernhard. serm. in Cantic. Cant. Est fons omnium peccatorum, Ose.4,12. Rom.1,28. 1. Cor.15,34. Ephes.4,18. Galat. 4,8. Fiduciam & orationem impedit; quem n. ignoramus, nunquam eum amabimus, juxta illud vulgatum: Ignoti nulla cupido. Captivitatem attrahit, Esa.5,13. Pietatem extinguit, Joh 14,26. Mundus non potest eum accipere, quia non videt eum (Spiritum S.) nec scit eum (h. e. ignorat eum.) Idololatriam spiritualem inducit; cùm enim homo Deum ignorat, suum in aliis rebus amorem figit. Impœnitentiam suggerit: Bernhard. super Cant. Cantic. inquit: Dico omnes ignorare Deum, quia nolunt converti ad Deum. Æternam damnationem attrahit, 2. Thess.1,8. & mortem inducit: hinc ignorantia homines abalienati esse dicuntur, Ephes. 4,18. Luc.12,48. Qui non novit &c. Luc.6,29. in foveam. Rom.2,21. peribunt.

§.2 II. *Christi*, ut mediatoris & Redemtoris & veri Dei, Joh.8,19. Actor.13,27. 1 Corinth.2,8. Johan.10,6. Actor.3,17. Ignorantia hæc longè perniciosissima est, cum in Christi cognitione tota salus nostra consistat. Vide tit. Cognitio. Causæ hujus ignorantiæ in Judæis multæ fuerunt: (1) Præconcepta opinio de regno Christi mundano, Luc. 24,21. (2) Satanæ excæcatio, Joh.8,44. 2. Cor.4,4. (3) Cordis obstinatio, Joh.12,40. (4) Avaritia & ambitio Pharisæorum suo regno metuentium. (5) Scripturæ rejectio, Matth.22,9.

III. *Spiritus S.* V. §. præced. hoc.tit.

§.3 IV. *Nostri*: hoc est, cum nos ipsos ignoramus, quæ exitiosa omnino est. Vid. tit. Cognitio nostri. Effectus ejus sunt; 1. parere securitatem in nobis; 2. superbiam, Apoc.3,17. 3. Proterviam; 4. sinistrum de proximo judicium: hinc Gregor. in Moralib. Nemo benè judicat, qui ignorat. Melior tamen est fidelis ignorantia, quam temeraria scientia, August. serm.20. de verbis Apostoli.

§.4 V. *Variarum rerum & personarum*, ut gaudii improvisi, Luc. 9, 33. Liberationis inopinatæ, Actor. 12, 9. Discipulorum Christi, qui ignorabant α. Christi sermones & conciones, Matth. 15,16. c.16,9. 11. Marc.4,23. c.8,17. 18. c.9,31. Johan.13,28. β. Facta ejusdem, Marc. 6,52 Joh.12,16. c.20,9. Josephi & Mariæ, Luc. 2, 43. 50. Nicodemi, Joh. 3, 6. 7. 8. Hebr.5,12. Judæorum ignorantia perstringitur. Ministrorum verbi, Esa.56. vers.10. Idololatrarum, Ose.4,11.

§.5 VI. *Ignorantia* 1. *Ex simplicitate*: sic D. Paulus Ecclesiam persecutus est, 1.Tim.1,13. Zelo injusto & cœco armatus, non invidiâ ductus bellum gerebat, ait D. Theodoretus in h. l. Pauli. Ita sub regibus idololatricis plurimi simplices conservati sunt, Rom.11,2. 3. & tempore Davidis, 2. Sam. 15, 11. Et sub Papatu plurimi profunditates Satanæ non intellexerunt, Apoc. 2, 24. Sub Arianis effecit Deus, ut sub Anti-Christi sacerdotibus, Christi populus non occideret, Hilar. contra Auxentium. Augustin. hoc respectu distinguit inter Doctores & seductos ignorantes, paratos veritatem amplecti, si eam invenirent: libro de utilitate credendi ad Honorat. Idem epist. 162. ad Donatistas: Et Cyprianus epistol.63. §.13. Si quis de antecessoribus nostris &c. Nec obstat, minores tamen fide implicita id credidisse, quod prælati crediderunt; nam ut Thomas docet 2. 2. quæst.2. art.6. Minores non habent fidem implicitam, in fide majorum, nisi quatenus majores adhærent divinæ doctrinæ. Hæc ille. 2. *Ex destinata voluntate*, 2. Petr.3,5. Psalm.82, 5. & 95,10. Augustin. tom.10. col.310. a. Impia mens odit intellectum, ne cogatur facere. 3. *Ex contentiositate*, 1. Corinth.14,38. Vocatur aliàs petulans ignorantia; de utraque Gregor. alicubi in Moralibus: Nescire ignorantia est, sed scire noluisse, superbia. Bernh. de XII. grad. Frustra sibi de infirmitate vel ignorantia blandiuntur, qui ut liberius peccent, libenter ignorant vel infirmantur. Hæc Bernhardus.

3. *Ex infirmitate*, quæ in infirmis fratribus toleranda est, Philip. 3,15. Est quoque ignorantia *totalis*, totius fidei Christianæ & scripturæ, qualis est in iis, qui plane ignorant religionem Christianam, & verbum Dei omnino non audierunt, & dicitur infidelitas. Incredulitas vero est malitiosus verbi Dei contemtus, Esa.53,1. c.6, 9. Matth.11,21. Luc. 21, 47. Matth. 23,37. Zach.11,9. Luc.6,29. Damnabilis omnino, quia est nostri officii intermissio.

§.6 VII. *Ignorantia providentiæ* Dei admirabilis, & judiciorum inexplicabilium, Rom. 11, 36 Judic.14,4. Greg. in Moralib. Sæpè est donum gratiæ, quod iram deputat, (homo) & sæpè districtionis ira est, quod gratiam putat.

VIII. Ignorantia quædam *excusabilis*, quædam *Inexcusabilis*. Bernhard. in epist. Multa scienda nesciuntur, aut sciendi incuriâ, aut discendi desidiâ, aut verecundiâ inquirendi, & quidem ejusmodi Ignorantia non habet Excusationem. Ista Bernhard.

IX. Alia insanabilis (invicta): alia sanabilis.

X. Quædam est eorum, quæ scire non tenemur, & est sine peccato, Marc.13. vers.33. Quædam eorum, quæ scire tenemur.

XI. Juris ignorantia, quæ est culpabilis: magis vero culpanda, si sit affectata. Facti, est culpabilis, si adsit negligentia. Non est, si absit negligentia.

§.7 *Effecta & consequentia Ignorantiæ septem.*

1. Ἀθεότης, impietas: quem enim aliquis colet, quem ignorat?

2. Contemtus verbi Dei: quod est, fons sapientiæ spretus.

3. Epicureismus, nihil curans, quæ Dei, & quæ Deo debeamus.

4. Studium rerum inutilium, contemptis S. literis.

5. Dubitatio Sceptica de rebus ad salutem necessariis.

6. Diffidentia, quæ vetat promissiones in singulari applicare: v.g. si non scias, non credas, Christum pro omnibus mortuum.

7. Anxietas: *Multa sunt, quæ nos ex solâ ignorantiâ angunt*, ait Chrysost. hom. 7. in 1. Thess. 4. sic mortis, Judicii divini memoriâ nos angunt, si nesciamus, quod mortis bonum, quod Judicii extremi: illius, requies; hujus, gloria & sempiterna ab omni malo liberatio.

§.8 *Affectiones ignorantium:*

1. *Falsum defendere*, Clemens lib. 5. Recognit. Nihil gravius est, quàm si id, quod quis ignorat, scire se credat, & defendat verum esse, quod falsum est; quod tale est, quale, si quis ebrius sobrium se putet, &c. Ita sunt ergo & hi, qui ignorantes quod verum est, speciem tamen alicujus scientiæ tenent, & mala quasi bona gerunt. 2. *Aberrare* in rebus, ut peregrini in viis. Optimè Salvator Matth. 22, 29. Erratis nescientes scripturas & virtutem Dei. 3. *Sua amare*, sicut asinus & simia suos fœtus impensè amant; ut histriones multa fastus & arrogantiæ indumenta gerunt. 4. *Inscitiam tegere*; sicut ægroti quidam morbum celant. 5. *Animæ alimentum subtrahere:* cognitio enim veri est alimentum animæ; ignorantia verò defectus alimenti. Clemens Alexandrinus libro 7. Stromat. 6. *Cæcitatem adferre*, Plato lib. 6. de Rep. Imò Ignorantia monstrum est illud saxificum, quod ex hominibus saxa reddit, Clemens Alexand. Admonit. ad Gentes. 7. *Angere se animi*: Ita olim Thessalonicenses in articulo de Resurrectione. Vid. Chrysost. hom. 7. in 1. ad Thess. ideò plenius à Paulo informati.

IGNOSCENTIA. *V. Mansuetudo & tit. Reconciliatio.*

ILLUMINATIO. *V. Lumen. Item Spiritus Sanctus.*

ILLUSIO.

§.1 Est actio, qua vel verbis vel affectu & gestibus proximum non solùm contemnimus, sed etiam contemtum aliquo signo prodimus.

§.2 *Causæ.*

Superbia in corde hominis, Sir. 27, 31. Sic Michal Davidem irrisit, 2. Sam. 6, 20. omni sanè vituperio dignissima. Clemens Alexandr. lib. 2. cap. 7. Ignorantia sui: proximum namque non irrideres, si temet cognosceres. Oblivio amicitiæ, Job. 16, 10. imò charitatis Christianæ.

§.3 *Materia.*

I. Dogmata sacra; & religio Christiana ludibrium passa est ob ignominiam crucis. Vide Athanas. tom. 1. fol. 1. Orat. adv. gentes. Sic Ariani ridebant filii Dei generationem; hi erant divites in verbis, pauperes in viribus, D. Ambr. in lib. 5. c. 6. Lucæ fol. 68. Gentiles asinum pinxerunt ungulatum, togatum, unoque pede librum tenentem, Tertull. c. 15. 16. Apologet. & Christianos asinarios vocitarunt.

§.4 II. Deus ipse, qui etsi non irrideatur in se, irrideri tamen ab hominibus dicitur; nempe cum (α) promissioni Dei non credimus: sic Ismaël, Gen. 21, 9. (β) In securitate vivimus: sic enim Dei comminationes irridentur, Rom. 2, 4. 5. 6. (γ) Membra Christi ludificamus; sic enim Deus ipse irridetur. Sic Ismaël Isaacum, Genes. 21, 9. Sic Christum in prætorio Pilati, Luc. 23, 11. In cruce, Matth. 27, 49. Psal. 22. Davidem inimici, Ps. 35, 16. 2. Sam. 16, 8. Uxor Jobum irridet, cap. 2. cap. 11, 3. Babylonii populum Dei, Psalm. 137. Nehem. 2, 19. Ezech. 36, 4. Confer Psal. 44, 14. & 74, 4. Ezech. 23, 32. Olim Celsus exprobravit Christianis cruces, mortes, quòd ad supplicia raperentur, & modis omnibus affligerentur, Origen. lib. 8. contra Celsum sub fin. Julianus Christianis de persecutione & nimia exactione quiritantibus dixit: Vestrum est tolerare hoc, quia Deus vester hoc vobis præcepit. Socrates libro 3. cap. 12. Histor. Eccles.

Galat. 6, 7. Deus non irridetur (impunè scilicet) 2. Macc. 4, 17. hoc est, non ridetur scommate, non naso suspenditur adunco, quia omnium hominum corda novit. Hieronym. in hunc locum: Scit Deus corda vestra, non ignorat facultates: Excusatio verisimilis hominem potest utcunque placare; Deum non potest fallere. Hæc ille. Cùm homines Dei fulgura & tonitrua contemnunt, mox ab eisdem puniti. Refert Jacob. Graullerus fol. 817. historiam de quadam fœminâ anno 1609. ita à Deo occisâ.

§.5 III. Ministri Dei, 2. Chron. 30, 10. c. 36, 16. Subsannabant Dei nuncios: pœna: hos irrisores rex Babylonis posteà debitis suppliciis mactavit. Jer. 20, 7. irrisus fuit à suis. Judices & Heroes, qualis fuit illa Judic. 8, 15. Suchitarum.

IV. Parentes, Prov. 30, 17. à pœna, quæ mox additur: Effodiant (oculum subsannantis patrem) corvi torrentis & devorent eum filii aquilæ. V. tit. Liberi. 2. Reg. 2, 23. Elisa irrisus à pueris. Sirach. 3, 12.

V. Judicii extremi veritatem, 2. Petr. 3, 3. 4. & pietatem, Judæ epist. v. 8. Huc spectant Sadducæi, Act. 23, 8. Dositheani à Dositheo Judæo ita dicti ad ann. Christi 52. Hymenæus & Philetus, 2. Timot. 2. Gnostici, negantes judicium, Carpocrates, Floriani anno Christi 182. Libertini ad ann. Christ. 1525. Ignem inferni esse terriculamentum Christianor. olim dicebant Gentiles, teste Justino Apologia pro Christianis: nempe hi sunt illi Empæctæ 2. Petr. 3.

§.6 VI. Hostium ecclesiæ minas & truculentiam, 2.Reg.19,21.2.Macch.7,27. Psal.59,9. & impiorum felicitatem, Job.22,19.Ps.64,9.

VII. Paupertatem & calamitatem alicujus, Sir.7,12.Obad.v.12.13.Prov. 17,5. Ezech. 22,5. in exilio. Job. 9,23. dicitur Deus irridere tentationes piorum, non ἀληθῶς & verè, sed δοξαστικῶς apparenter, quòd ita carni & sensui nostro videatur.

VIII. Judicium & æquitatem, Prov.19,28. sic testes falsi, causidici, pravi contemnunt & derident jus: sic illi, qui contra Nabothum falsa testabantur, 1.Reg.21.

§.7. *Modi irridendi.*

1. Per oculos, Ps.35,19. 2. Per exprobrationem miseriæ, status conditionis, Gen 37. 3. Per contemtum alterius, Jud.8,6.16.

§.8 *Irrisorum vitia:*

1. Superbia, Sir.27,31. 2. Odium proximi, ex eo enim irrisio & contemtus profluunt; sic Ismaël ex odio ludificatur fratrem, Gen. 21, 9. Gal.4,29. 3. Pertinacia, nolunt corrigi, Prov. 9,7.8. cap.13,1.c.15,12.c. 19,25. 4. Stultitia & imprudentia: idem enim malum, cujus gratia irrides proximum, tibi quoque contingere poterit. 5. Impietas in corde, qua res sacras minus dignè æstimamus: sic Michal saltantem coram arca Davidem irridens impia fuit, 2.Samuel. 6,20.

§.9 *Pœnæ.*

Dei ira, qui humiliat illusores, Sir.7,12. eos subsannat, Ps.2,4. Prov.1,26. c.3,34. Jer.48,27. Ludibrium, Ose.7. v. ult. Abominatio coram Deo, Proverb. 9. v. 12. exasperatio pœnarum, Esa.28,22. Pœna mortis, Matth.5,23. Internecio & clades: sic olim Gandavenses à Francisco Valesio rege Galliarum cæsi 19. millia suorum desiderarunt, anno 1340. Sunt præterea irrisores filii Diaboli serpentis in Paradiso verbum DEI ludificantis, Pharaoni & Herodi similes: vulpeculæ vineam Domini depopulantes, pietatem extinguentes: bufones odorem vineæ Domini non ferentes. Satanæ fiunt, Christo resistentes. Sunt Antichristi, ait G. Peraldus Tomo 2. Summ.c.17. Apostatæ, noctuæ, lupi, Filium Dei rursus crucifigentes.

IMAGINATIO. *V. Cogitatio. it. Securitas.*

IMAGO. *Confer tit. Statua.*

§.1 Dicitur quasi imitago, quod imitando rem exprimat. Differt verò ab idolo, quòd hoc propriè ad cultum præstetur; illa verò ad historiam & commemorationem, fatente ipso Aretio probl.74.

§.2 *Variæ divisiones.*

I. Imago Dei essentialis Christus ipse est, Col. 1,15. Hebr.1,3. cùm ratione essentiæ, tùm ratione gloriæ & charitatis, quæ in filio refulget, neutrâ exclusâ: contra Socin. Basil. libr. 2. contra Eunomium: Filius imago dicitur, quia habetur in sigillo tota Patris natura. Conf. eund. serm. cont. Arium & Sabell. Rectè verò observant Aug. lib.13.c.15. de Trinit. Anshelm. in 1. Col. λόγον esse patris imaginem, ut imago regis est in filio; hominem verò esse Dei imaginem, prout imago regis est in nummo.

§.3 II. Christi. Ejus imagini conformari nos oportet, Rom. 8,29. cùm in afflictionib. & miseriis, quas in hac vita pertulit, Ps.110.v.ult. Esa. 53,4. Psal.22,7. tùm in gloria, Rom.8,17. Joh.17, 22. Dicitur etiam imago Christus, id est, ipsa bonor. promissorum substantia, Hebr. 10, 1. Huc respicit Syrus: In lege (ait) erat umbra futurorum bonorum, non ipsamet substantia earum rer. Alii tamen de Evangelio accipiunt, quod penitius expresserit bona cœlestia, quoniam lex solum rudi operâ in sacrificiis adumbratur.

§.4 III. Dei in homine imago erat concreta illa justitia, primo homini data, Genes.1,26. de qua passim in Compendiis Theol. Confer Promtuar. Allegoriar. c.5. Breviter: (1) in intellectu erat hæc Dei imago, sapientia, scientia, intelligentia. Augustin. tom. 8. col. 463. b. Imago Dei intus est, non est in corpore, non est in aurib. istis, quas videtis, sed est facta tamen, ubi est intellectus, ubi est mens, ubi est ratio investigandæ veritatis: Hæc Aug. Gen.1,26. Eccles.7,30. Sir.17,5. Coloss.3,10. Genes. 2,19. & 23. (2) in voluntate sanctitas & justitia, Eph.4,24. Sir.17,3. Damascen. lib. 2. c. 14. Orth. Fidei vocat Adamum ἄκακον καὶ εὐάρετον καὶ εὐθῆ. (3) In appetitu castitas, puritas & integritas, nulla in eo vitiosa concupiscentia: (4) in corpore immortalitas, Sap.2,18.19. (5) in loco amœnitas Paradisi: conversationis summa jucunditas: (6) Dominii majestas in omnes res creatas, Genes.1,28. Non verò hæc imago fuit accidens ejusmodi, quod citra naturæ depravationem tolli potuerit, ut, sicut color in tabula extinguitur, vel à virgine sertum removetur; sed connaturale accidens. Non consistit in humani corporis externa forma, nec est ipsa anima, nec distincta ab anima & corpore substantia; sed connaturalis ipsique homini concreata integritas & perfectio.

§.5 Ideò v. creavit Deus hominem ad imaginem suam, 1. ut seipsum in homine repræsentaret, ad similitudinem sui facto. Genes. 1. Faciamus hominem. 2. Cum homine sese delectaret (θεοπρεπῶς intelligendo) Proverb. 8 maximè præ omnib. creaturis. 3. Homo adeò speculum esset, similitudinis divinæ radios excipiens, nempe, divinæ sapientiæ in hominis intellectu, bonitatis, mansuetudinis, longanimitatis in voluntate, humanitatis, charitatis in affectu: sic divinæ potentiæ radios in dominio suo accepit homo. 4. Ut homo suum creatorem intimè agnosceret. 5. Toto corde ei soli serviret & voluntatem ejus impleret, ut Christus fecit, essentialis Dei imago. 6. Homo Deo unitus esset ad æternam beatitudinem. Reprobos v. ideò ad imaginem conditos dicere, ut sint inexcusabiles, (Bucan. loc.9.n.14.§.5.) est purum figmentum, toti scripturæ ignotum eique penitus contrarium.

§.6 IV. Hominis imago. 1. generatione; sic filius est imago patris sui. 2. sexu, sic vir est imago Dei, ratione dominii super mulierem, 1.Corinth. 11,7. 3. Conceptu; sic mentis conceptu imagines nobis formamus rerum absentium,

V. Imagines injuriosæ, & ad ludibrium effictæ: sic imago asini, de qua titulô *Irrisio* dictum, vel ad Christi blasphemiam, memorat Tertullianus in Apologet. Ethnicos olim Christum auriculis asini pinxisse.

§.7 VI. Leviticæ imagines, ut, *arca fœderis*, Exod. 25, 10. *Cherubim*, Exod. 28, 1.31. Hebr. 9. vers. 5. imagines juvenum alatorum, vid. 1. Reg. 7, 36. 2. Chron. 3. vers. 10. 11. 12. cap. 4. v. 3. 4. 5. 13. Confer. Prado in c. 1. Ezech. & à Lapid. in cap. 25. Exod. 1. Reg. 6, 23 seq. eosdem etiam Cherubim in velo fieri fecit Salomon, in parietibus, 1. Reg. 6, 29. 2. Chronic. 3, 7. in foribus, 1. Reg. 6, 32. 35. in basibus, 1. Reg. 29, 36. *Mala punica*, Exod. 28, 33. in toga Aaronis, 2. Chronic. 4, 3. 4. 5. 13. *Palmarum species*, 1. Reg 6, 29. 32. 35. 1. Regum 7, 36. 2. Chronic. 3, 5. *Serpens æneus*, Numer. 21. v. 8. quem memoriale appellat Zvvinglius in Genes. pag. 378. annotat. Munster. in 2. Reg. 18 gl. 1. *Flores aperti*, 1. Regum 7, 18 29. 32. 35. *Lilia & rosæ*, 1. Reg. 7, 29. 36. *Boum*, 1. Reg. 7, 25. 29. 44. 2. Chron. 4, 3.

§.8 VII. Obscœnæ, ut, Priapi, Veneris, Pæderastarum & Sodomitarum; ejusmodi idolum dicitur fuisse Miplezeth τῆς Maechæ, matris Assæ, 1. Reg. 15, 13. quod pientissimè rex fregit & demolitus est, 2. Chron. 15, 16. Pagninus in פלץ, & alii. Picturæ, Ganymedis & Danaës, quas meritò reprehendit Cyrill. Alexand. lib. 6. contr. Julian.

§.9 VIII. Historicæ, quæ res solum gestas repræsentant, vel ornatûs vel doctrinæ causâ, adhibentur. Ejusmodi imagines approbat Petrus Martyr class. 2. c. 5. §. 11. loc. Comm. fol. 169. & fol. 177. a. §. 26. Aret. probl. 74. fol. 235. Henning. in opuscul. col. 384. 385. class. 2. de Lege Dei: imò fatetur Beza, se imagines Sanctorum & de Ecclesia Dei bene meritorum virorum intuentem ad sanctas cogitationes impelli. Imò crucem Domini licitè fieri posse concedit Petrus Martyr in 3. Reg. 7. quod sociis Martyris objecit Fevvardentius tomo 1. Theomach. Calvin. pag. 560. Beza & Fayus in thes. Genevensib. concedunt, posse fieri & tolerari imagines, modo ne idololatriæ occasionem præbeant, in explicat. secundi Præcepti.

IX. Sumtuosæ nimis; cum alio pacto sumtus illi impendi possent, nec ejusmodi imagines approbamus. Giessenses tom. 1. disput. 11. thes. 87. seq. ad fin. consentit Martyr fol. 171. in loc. Comm.

§.10 X. Idololatricæ & divinatoriæ, quæ vel adorantur, vel ad quas olim oracula reddebat Satan, vel homines subdoli, de quibus plura tit. Oracula. Cultus earum rejectus anno 792. ab Anglic. Eccles. Anno 794. Francofurti. Vid. Jacob. Usser. §. 7. pag. 30. de statu Ecclesiæ.

XI. Effictæ de Deo juxta conceptus humanos. Has omnino improbamus. V. Chemnit. in explicat. 1. præcepti: M. Schröder. pag. 415. pugill. Apod. VII. de Imaginib. th. 62. Quæ verò à nostris pinguntur vel scalpuntur, earum ideæ velut divinitùs patefactæ sunt; vid. Dan. 7, 9. Matth. 3, 16. Confer Abulensem in cap. 4. Deuteronom. qui ita scribit: In imaginibus signantibus Deum purè, scilicet Trinitatem, duo inconvenientia sequi possunt: Primum idololatria, ne etiam imago colatur; secundum, error & hæresis, scilicet attribuere Deo corporeitatem.

§.11 *An imagines tolerandæ?*

Tolerari omninò debent imagines; eæ scilicet, quæ non sunt idololatricæ, nec occasionem dant idololatriæ, neque nimis sumtuosæ sunt, neque confictæ de Deo, aut humano conceptu extra scripturam Deo impositæ. Argumentorum quinque sunt classes:

§.12 *Prima classis ratione Dei*, qui

I. *Adhibuit* imagines, (α) cùm in V. tùm in N. Testamento, ostendendo imaginem tabernaculi, Exod. 25, 40. Hebr. 8, 5. rerum futurarum imagines Prophetis ostensæ: Petro, Actorum 10, 17. 19. cap. 16, 9. Johanni, Apoc. 1. (β) In cœlo easdem fieri voluit, ut in eo videantur ingentes copiæ, tormenta bellica, cruces, libitinæ. Anno Christi 419. & anno 786. cruces cœlitus in hominum vestes lapsæ sunt, referente Marcellino & Sigeberto in Chronic. Anno 1501. idem accidit, referente Nauclero, ut imagunculæ in hominum vestes deciderint, quæ coronam Christi spineam & clavos repræsentarint. Spectant & huc meteora. (γ) In somno, huc refer vaccas illas Ægyptio regi oblatas, Genes. 40, 41. Arbores & statuam Nebuchadnesaris, Dan. 2. Josephi de stellis, Genes. 31. Imago Meletii Theodos. oblata, Theodor. lib. 5. c. 5. & 7. (δ) In aquis sol imagines rerum facit.

II. *Instituit*: Huc spectant Leviticæ imagines omnes, de quibus suprà dictum est; imò typi & sacrificia imagines futurorum bonorum, quorum substantia & corpus in Christo erat, Coloss. 2, 17. Hebr. 10, 1. v. g. arca fœderis, agnus Paschalis.

III. *Non prohibuit*: ubi enim absolutè prohibitæ sunt imagines? nuspiam sane; etenim verba Exod. 20. relatè accipienda sunt, si nempe adorentur. Christus ipse Matth. 22, 20. non reprehendit imaginem Cæsaris.

IV. *Approbavit*, quia instituit, uti dictum: inspiravit artem hanc Bezaleeli & aliis, Exod. 35, 30. 1. Reg. 7, 13. 14. hominisque menti potentiam indidit fingendi imagines.

§.13 *Secunda classis ratione imaginum ipsarum*, quia (1) per se sunt *mundæ*; jam mundis omnia sunt munda, Tit. 1, 15. & quamvis lege ceremoniali forent prohibitæ, tamen ut cibi, sic & illæ liberæ essent in N. Testamento. 1. Corinth. 8, 4. Idolum nihil est in mundo, nempe nisi cultus accedat.

(2) *Utiles*. Usus enim imaginum potest esse (α) Διδακτικὸς; possunt enim ignaros docere: sic Æthiopes & Ægyptii loco literarum imaginibus usi sunt. Diodorus Siculus libr. 4. possunt etiam commonefacere. Basilius hom. in Martyres: Quæ sermo historiæ per auditum exhibet, ea pictura tacens per imitationem osten-

ostendit. Cyrill. Alexandr. lib. 6. in Julian. Hæc omnia (ait) nos recordari facit salutare lignum & suadet, ut cogitemus, quòd, sicut unus pro omnibus mortuus est, & resurrexit; ita viventes non sibi ipsis ultra vivant. Visne ut lignum, quod nos ad recordationem omnis virtutis inducit, abjiciamus, & potius Ganymedis picturam vel Danaës habeamus? Beda de templo Salomonis capite 9. Imaginum aspectus multum compunctionis solet præstare contuentibus, & eis qui literas ignorant, quasi vivam historiæ Dominicæ pandere lectionem. (β) παθητικῶς affectus movere: Gregorius Nyssenus sine lachrymis non potuit transire passionis figuram. Bogoris Bulgarorum dux, cùm novam domum ædificasset, Monachum Methodium Româ oriundum pingendique artificem historiis eam totam exornare jussit: divinoque instinctu factum est, ut non diceret nominatim, quæ animalia pingi vellet; sed Methodius jussus terribilem facere picturam, pinxit judicium extremum, in quo justi à dextris, impii à sinistris locandi sint. Hæc intuens Bogoris, edoceri cupiit uberius de hisce, & superstitionem ethnicam ejuravit, & Bulgarorum proceres populumque rebelles, crucis signo prolato, fudit, reque inopina territos ad fidem Christi quoque perduxit. Cedrenus in compendio historiar. Zvvingerus in Theatr. titul. Religionis discipuli. (γ) Προτρεπτικῶς: hortantur enim imagines ad studia pietatis & virtutis. Basilius Magnus in 40. Martyres: Quin etiam bellorum tropæa & historici scriptores sæpenumero & pictores pulcherrimè demonstrant; illi quidem oratione rem exponentes; hi verò in tabulis depingentes, amboque multos ad virtutem excitantes. Ibidem: in Ecclesia ad spectandum me alliciunt flores, contemplor fortitudinem Martyris, coronarum præmia considero, & tanquam igne incendor æmulandi cupiditate. Hæc Basilius M.

§.14 *Tertia classis ratione Ecclesiæ & membrorum ejus*, quæ semper liberè usa est, & utitur imaginibus.

I. *Ante legem, sub lege & post eam.* Lapidem erexit Jacob, Gen. 28, 18. Calvinus in cap. 35. v. 14. Gen. fatetur, Jacobum erexisse statuam in monumentum visionis à Deo factæ, quod fidem oraculi veteris renovaret, & in vers. 20. Jacobum titulum sepulchro fecisse Rachelis, qui monumentum fuerit, & duraverit usque ad reditum Israëlitarum ex Ægypto. Idem fatetur Pelican. c. 35. Genes. Josua 24, 20. Samuel, 1. Sam. 7, 12. Altare, Ruben, Gad, & Manasse, Jos. 22, 10. In tabernaculo & templo Salomonis imagines fuisse è dictis patet. Salomon leonum formas habuit, 2. Chron. 9, 18. 19. Hebræorum moneta figuram virgæ Aaronis & thuribuli, quinque anos aureos, h. e. figuras 5. murium fecerunt Philistæi, 2. Sam. 6, 5. 17. Pelican. in h. l.

§.15 II. *Sub Evangelio.* Christus tolerat imaginem Cæsaris, Matth. 22, 20. Paulus Castoris & Pollucis, Actorum 28, vers. 11. Ecclesia purior primitiva usurpavit in calicibus imaginem Pastoris humeris suis oviculam portantis, Tertull. teste lib. de pudic. cap. 7. Constantinus quoque signo crucis usus in vexillo, & in armis militum, ut refert Euseb. lib. de vita Constantin. Vid. D. Chemnit. part. 4. Exam. Concil. Trident. p. 47. Suam quoque idem Imperator imaginem aureis nummis insculpi jussit, Euseb. lib. 4. de vita Const. & imaginem Pastoris boni; & Danielis figuram cum leonibus æri incisam. Alexandrini crucis signum in parietibus pinxerunt, & thoraces Seraphis abraserunt, Ruffino teste.

§.16 *Quarta classis ratione adversariorum*, qui praxei sua docent, non omnes omnino imagines templis ejiciendas esse: nam Calviniani in illis quasdam tolerant imagines, nubem cui vox יהוה inscripta est: coram altari imaginibus ornato suam Gedani Eucharistiam celebrant: è suggestu sculptilibus ornato verba ad populum faciunt: in templis aureos & argenteos nummos expendunt imaginibus decoratos. 2. Fatentur, non absolutè prohibitas esse imagines; sed utiles esse (α) Ad ædificationem. Martyr. in L. Comm. fol. 169. Class. 2. c. 5. §. 11. doctrinæ causa fieri posse. Aretius probl. 74. vid. supra. (β) Ad ornatum & pædagogiam, Martyr d. l. (γ) Ad delectationem: ita Beza fatetur, se ad sanctas cogitationes impelli, quoties intuetur imagines clarissimorum virorum; his paria scribit Danæus libr. 2. Isagog. c. 14.

§.17 *Quinta classis à testimoniis Patrum*, qui imagines non absolutè repulerunt. Augustinus lib. 11. cap. 10. de consensu Evangel. meminit: Christum unà cum Petro & Paulo pictum fuisse. Tertullian. libr. de pudicit. narrat, imaginem pastoris olim calicibus Eucharisticis appictam fuisse, cap. 7. & 10. Idem cap. 16. Apologetic. crucis meminit: in quem locum subjicit F. Junius verba Minutii sequentia: Cruces etiam nec colimus, nec optamus; vos planè, qui ligneos Deos consecratis, cruces ligneas ut Deorum vestrorum partes forsitan adoratis. Hæc Minut. Origenes in caput 13. Matth. picturæ meminit non obscurè, eamque cum parabolis confert. Lactantius lib. 5. c. 3. statuarum & imaginum mentionem injicit, quibus nominis immortalitatem homines aucupentur. Athanasius & Basilius imaginis Principis & regis. Ambr. in Ps. 118.

§.18 *Non igitur absolutè destruendæ*, ut olim Iconoclastæ fecerunt: ut, Imperator Leo Isauricus, circa annum Christi 725. apud Diacon. libr. 1. Rer. Rom. Imperator Constantinus Copronymus An. Christi 753. Andreas Carolstadius An. Christi 1522. absente Luthero, & in pathmo suo latente, Wittebergæ tumultu concitato & commota plebe, imagines è templo ejecit, Sleidan. libr. 3. Hunc plurimis in locis Calviniani imitati sunt, imagines demoliti, quod passim docent historiæ diversarum reformationum ab iisdem institutarum: Sed publicæ hoc esse autoritatis, non promiscuè plebis, rectè docet Rivetus in Exod. 20. p. 73. col. a.

& cum hoc Montisbelgardenſes collocutores utriusque confeſſionis. Etſi ille quidem quodammodo excuſat etiam eos, qui privati idola deſtruunt, col. 6. d. l. §. hæc cum. Sanius equidem conſilium ſuppeditat Lutherus tom. 4. latin. p. 544. monens verbo Dei prius corda ſubigenda eſſe, quàm idola deſtruas.

§. 19 *Nec adorandæ* ſive cultu religioſo afficiendæ, (etſi iisdem non denegemus cultum civilem, ceremonialem ſive eccleſiaſticum. Vid. Dn. M. Johan. Schröder. Apod. 7. p. 432. ſeq. de imaginibus Pugillor. Aſceticor. Chemnit. in Exam. Concilii Trid. D. Hunnius in apoſtaſia Rom. Eccleſiæ) Polydor. Vergil. lib. 6. c. 13 de Invent. Cæterùm illud usque adeò deſiderari poſſet, ut ſacerdotes frequentius populum docerent, quonam pacto deberet venerari ejusmodi imagines, & apud eas ſua offerre donaria: quod quia illi tacent, & vulgo ex ſuo uſu tacere putantur; idcircò eò inſaniæ perventum eſt, ut hæc pietatis pars parum differat ab impietate: Sunt enim bene multi rudiores ſtupidioresque, qui ſaxeas, vel ligneas, marmoreas, æneas, ſeu in parietibus pictas variisque coloribus litas imagines colunt, non ut figuras, ſed perinde, quaſi ipſæ ſenſum aliquem habeant, & iis magis fidant, quàm Chriſto vel aliis Divis, quibus dicatæ ſunt. Hæc Polydor. Vergil. Deinde, quia talis adoratio nullo præcepto divino nititur. Suaretz in 3. Thom. 1. q. 25. art. 8. diſp. 54. ſect. 7. dicit: abſolutè & ſimpliciter non eſſe ullum præceptum naturale vel divinum utendi imaginibus, & conſequenter neque adorandi illas: quia neque in ſcriptura ſacra tale præceptum continetur, neque ex ſola traditione intelligi poteſt, eſſe aliquam legem divinam hunc uſum præcipientem. Ibidem addit: ex more & conſuetudine Eccleſiæ eſſe aliquo modo præceptum ſacrarum imaginum uſum. Corn. Agrippa c. 57. de Vanitate Scientiarum cultum imaginum non leviter perſtrinxit.

§. 20 *De modo adorationis* dubii ſunt Pontificii. Vaſquetz diſp. 106. c. 1. Confer lib. 2. diſput. 8. c. 3. & 8. de adorat. Azor. lib. 9. c. 6. §. Tota hæc &c. Inſtitut. moral. De modo & genere adorationis perdifficilem & perobſcuram quæſtionem inter Catholicos verſari, fatetur Suaretz: idem fatetur ad q. 25. art. 3 diſp. 54 ſect 4. & Vaſqueſium perſtringit: In eadem (ait) ſententia eſſe velint, nolint illos modernos, qui ſolam actionem externam, non autem intentionem adorandi dicunt circa imaginem verſari, &c. & eosdem D. Thomæ re ipſa contradicere. Vide etiam Greg. de Valent. tom. 3. diſput. 6 q. 11. punct. 6. col. 1898. Ambroſ. Catharin. lib. de imaginib. Bellarm. lib. 2. c. 20. de Imaginibus, harum de cultu tres ſententias diſcrepantes recitans. Eſtius in Pſal. 113, 4 & in 3. ſent. diſt. 9. fol. 32. a. An verè & propriè adorandæ ſunt? alii affirmant, alii negant Catholicorum, fatente Tannero tomo 3. Theolog. Schol. diſp. 5. q. 2. dub. 4. n. 132. 133. Quin etiam Bellarminus lib. 2. c. 24. de Reliq. Sanctorum, Pereſium perſtringit, qui negat, eundem eſſe motum adorantis in imaginem ipſam & eum, qui imagine repræſentatur. Vide noſtrum Schröder. Apod. 7. th. 58. ſeq. & th. 57. n. 2. Quantò felicior fides noſtra, cui de ſimplice & plana invocandi Deum ratione, atque via non è turbidis humanarum traditionum lacunis, ſed ex limpidiſſimis Iſraëlis fontibus, optimè & certiſſimè conſtat?

Inſtauratio imaginis Dei fit per verbum & Spiritum Sanctum. V. *Regeneratio.*

IMITATIO.

§. 1 Spectat hic titulus propriè ad Tit. Exempla: pauca ſolùm notabimus.

Quid? Imitatio Ethica eſt virtutis in alio moralis expreſſio in ſua perſona.

Quem? Epheſ. 5. v. 1. Eſtote imitatores Dei: nempe in miſericordia, Luc. 6, 36. mutua condonatione, Epheſ. 4, 32. puritate, 1. Joh 3, 3. Luc. 1. Johan. 1. v. 6. veritate, Joh. 8. Sanctitate, Levit. 19, 2. Placabilitate, Matth. 5, 44. Charitate, Joh. 13, 34. c. 15, 12. humilitate, Matth. 11. v. 29. Thomas Opuſc. 62. Quidam mores Dei imitandi; quidam inimitabiles, ſed admirandi. Imitatur Deum, 1. qui facit, quod ille facit. 2. qui facit ſtudio imitandi. 3. qui conformat quàm maximè opus ſuum ad opus Dei. Cauſæ impellentes multæ ſunt: *Dei mandatum* Geneſ. 17. ambula coram me: *Noſtra ſalus*, ne in devia præcipitemur: *A ſimili*, Deus eſt dux, lux, paſtor, veritas, charitas, præceptor, pater: illum nos errabundi, obtenebrati, oves, diſcipuli, filii imitemur. Plutarch. de educat. *Decet* (ait) *genitores nusquam titubando, ſed omnia ritè agendo illuſtre liberis ſemetipſos exemplum proponere, quo ad ipſorum vitam reſpicientes, tanquam ad ſpeculum à turpibus dictis & factis deterreantur.* A præcepto Dei. Hinc via præceptorum Dei, Pſal. 119, 32. 33. 35. ſemitæ, ibid. v. 15. 37. 59. 105.

§. 2 *Ab utili:* in devia non feretur, qui Deum imitabitur: maculæ abolebuntur; ſicut is, qui in ſpeculo ſe intuetur, maculas abjicit: ſic Deus eſt ſpeculum limpidiſſimum. *A genere* noſtro: Regium peculium Dei regiam ducat vitam; Filii ſumus, Patris exemplum imitemur.

Imagine noſtrâ, quâ dignè vivere debemus. *Ab honeſto*: Nihil dignius, quàm ut creatura imitetur creatorem. Clemens Alexandr. in fin. lib. 4. Stromat. de Deo imitando prolixè agit. *A ſanctificatione nominis Dei*, quæ fieri non poteſt.

§. 3 *Chriſtum iisdem* de cauſis, Matth. 11, 29. 1. Petr. 2. verſ. 21. A fine miſſionis Chriſti; hic enim ideò venit, ut perfectæ vitæ exemplar nobis relinqueret, 1. Petr. 2. quod imitari debemus, Philip. 2. Is ſit affectus in vobis. *A jugo* obedientiæ, quod eidem Chriſto debemus, Matth. 11. *A nomine Chriſtianorum*: dicimur enim Chriſtiani, ergo Chriſtum imitari debemus, vid. ſupra tit. Chriſtianus. Alexander M. juveni cuidam, Alexandro, virtutis parum ſtudioſo dixit: O juvenis, aut nomen muta aut mores: ſic & nobis Chriſtus dicit. *A ſufficientia* imitationis: Thom. à Kempis lib. 1. c. 1. de Imitat. Chriſti. Excellit doctrina Chriſti omnem omnium Sanctor. doctrinam. Chriſtum autem ſequi debemus in humilitate,

Matth.11,29.Philip.2,5. Patientiâ, 1. Petr.3. & crucis tolerantiâ, Matth 16. innocentiâ, 1. Petr. 3. charitate, Johan.13, 34. Diligentia & assiduitate, Actor.10. qua suo functus est officio in diebus carnis. Sic imitari debemus Apostolos, 1.Corinth.10. v. ult. Philip. 3. vers. 19. (συμμιμηταὶ autem sunt 1. qui se conjunctis studiis animisque invitant ad imitandum bonos: 2. maximè apostolum ipsum: 3. quem etiam alii imitabantur; non verò Pseudoapostolos) ut exemplaria in via & vita, Theodoret. in h. l. *Bonos quosvis*, Nazianz. orat. 20. in funere D. Basilii: non exiguam affert laudem viris probis summorum virorum vel parva imitatio.

§4 *Quatuor imitatores mirabiles.*

Juxta Chrysostomum. 1. Latro in cruce fit cœlicola. 2. Paulus persecutor fit Christi servus & gentium Doctor. 3. Petrus piscator Ecclesiæ Pastor. 4. Matthæus Evangelista ex publicano.

§5 *Tria ad imitationem Jesu requiruntur:*

I. Fides Jesu. 2. Vita Jesu. 3. Crucis tolerantia; vide igitur, ut fidei veritate, vitæ puritate & passione crucis nomen Jesu, à quo vis dici, exprimas.

Gradus ad imitationem Dei. I. Deum dilige super omnia, ut optimum, pulcherrimum: summum Bonum: summam charitatem.

II. Abnega Te ipsum. V. Abnegatio sui.
III. *Ora* diligenter.
IV. Exerce te constanter.
V. Considera Dei omnipræsentiam.
VI. Exemplorum Sanctorum evidentiam, 2. Thessalonic. 3. vers. 7. Hebr. 12. v.1.cap.6. v.12.13.

Imitatio

§.6 *Prava*: v. g. Lycaon ansam sumpsisse multis putatur sæviendi in filios (ab hoc ad Ægyptios & Phœnices: ab his ad Græcos: Hi verò ad Romanos transtulerunt:) ab Abrahami sacrificio, proprium filium mactaturi.

Imitatio mundi, Roman. 12. Diaboli, Job.8. carnis nostræ, viæ latæ, Matth.7.

IMMANUEL.

Hebræum notat Nobiscum Deus, Esa. 7. *vid. tit. Christus.* Confer August. lib. 8.c.14.de Gen. ad literam.

IMMOLO.*V. Sacrificium.*

IMMORTALITAS.

Absoluta immortalitas soli Deo competit, 1.Tim.6. Alexander M. offerens suis, ut quam rem vellent peterent, obtinerentque, jussus est à Philosophis dare ipsis immortalitatem, quam dare non potuit.

Nominis immortalitatem olim per statuas & imagines aucupati fuerunt plurimi. Lact. lib.5.c.3.

Immortalitas 1. Animæ, vid. tit. Anima. 2. In vita æterna, vid. tit. Vita æterna. 3. Angelorum, *vid. tit. Angelus.*

IMMUNDITIA. *Confer Mundus. Purus. Impuritas.*

I. Naturalis, insita, Job.15. Esa.64.

II. Contracta, Jacob. 1. vers. 21. ῥυπαρία omnis mundana & illicita lætitia & damnosa voluptas: quæ nihil, nisi sordes sunt animæ, si spectemus dona spiritualia à DEO concessa.

IMMUTATIO.

Immutatio in altera vita duplex erit. 1. è morte ad vitam; ita soli justi immutabuntur. 2. Alia è morte ad mortem: sic impii. Hinc Apostolus ait 1. Cor.15, 51: Non omnes immutabuntur, scilicet ad vitam sempiternam vel gloriam. Malè hinc quidam disputant & negant resurrectionem. Vide colloq. Franckenthal. pag. 584.585. Nata quoque ex hoc loco est disputatio Scholasticorum ejusque diversa lectione: vide commentatores in h. l.

IMMUTABILITAS.

1. Essentiæ in Deo, Jacob.1. non est vicissitudo lucis, &c. 2. Decretorum DEI: hæc enim non possunt mutari, cùm ea Deus decreverit, exequi per media ab ipso ordinata, cumque in præscientia sua non possit falli Deus.

IMMUNDITIES. *V. Impuritas.*
IMPEDIMENTA piæ vitæ. *V. Pietas.*
IMPERIA. *V. Regna.*
IMPERSUASIBILITAS. *V. Obedientia.*

IMPIETAS.

§.1 Oppositum pietati: de quo etiam infr. in oppositis pietatis. Variè vox hæc usurpata. 1. Pro quolibet peccatore, Genes. 18. vers. 23.25. 2. Rebelli, Numeror. 16. vers. 26. 3. Reo, Deuter.25, 1.&c.

Est autem impietas privatio & absentia pietatis in homine, conjuncta cum irreverentia & contemtu Dei, & præfracta consuetudine peccandi, cum quotidiana impœnitentia; quæ omnia vel singula vel sola impietatis nomine veniunt. Græcis ἀσέβεια Roman. 1. vers. 18. c. 11,26. 2. Tim. 2,16. Tit.2,12. Judæ Epist. vers. 15 18.

§.2 *Varia nomina & phrases.*

Dicuntur impii stulti, Psalm.14.v.1. perversi, Numer 32. Deut. 24,17. cap. 32, 5. 20. Job. 13. v.4. Proverb. 2,12. Eccles.1,15. Mich. 3. vers. 9. Luc. 9, 41. Esa.1, 16. Peccatores, Joh.9. Psalm.1. v.ult. ἀσεβεῖς, Rom.4, 5. cap. 5, 6. 1. Tim. 1, 9. 1.Petr.4,18. 2.Petr.2,5. obdurantes corda, Psal. 95,8. Hebr.3,7.

§.3 *Causa*

Efficiens impietatis, vid. tit. Peccatum: Diabolus: Consuetudo peccandi, &c.

§4 *Effecta impiorum.*

In genere sunt peccata & mala quævis opera; vid. suis titulis. In specie verò sunt Deum rejicere, 1.Sam.8,7. religionem veram: sic Nicanor, 1. Macc.7,34. ecclesiam veram, id est, à facie Domini recedere, Genes. 4,16. Spem in mundo & rebus mundanis figere, hoc est inhabitare terram Nodh, id est, fluxum & instabile hujus vitæ seculum, Psal.49. Peccare multum, Prov. 29,15. Gaudere quoque peccando, Sir.27,14. Impietatem ab iis prodire, 1.Sam.2, 14. Affligere justos, Psal.17.v.9. Odisse disciplinam,

plinam, Psalm.50.Gloriari de petulantia,Psal. 10,3. de suppliciis piorum, Ps.70,4. iis insultare, Psalm.69,27. Poculum furoris miscere, ut Zvvinger. fol.17.a.b. Theatri. Impiorum verba, quæ dicunt in corde, innumera sunt; hæc verò palmaria. 1.Non est Deus, Psalm. 14.non, quod non sit; sed quod nolit impius agnoscere, quod sit. 2.Non cadam, Psalm.10,6. (etsi aliquando idem dicant ex infirmitate pii,Psalm. 30.) 3. Deus non meminit, sed oblitus est,Psal. 10,11.13. Hæc verba caveamus, ne Christum tentemus, 1.Corinth. 10. Deum offendamus, stantes spe celeriùs cadamus, Dei majestatem cuncta scientis lædamus.

§.5 *Deus utitur impiis.*

1. Ut sint servi in executione judiciorum suorum, Jerem.25,9. contra judices, Job.9,24. omnesque impios, Esa.10,12. 2.Virgæ, quibus suos castigat Deus: hanc virgam tandem projicit Deus in ignem, & filiis nihilominus servat hæreditatem, Augustin. tom. 8. colum. 805. d. Job. 16. vers. 11. Esa. 10. vers. 5. 3. Signa potentiæ, justitiæ & iræ suæ; ita Pharaone usus est, postquam omnis emendandæ vitæ fructus in eo periisset, Exod. 9.vers.16.Psal.73, 17. 18.19. Jerem. 12, 2.3. 4. Aliquando & ad tempus evehit illos, Job.10,3. Psalm. 73,18 19. Psalm.37,35. ideoque superbiunt, Psalm. 10, 2. sunt securi, Psalm.14,1. sed felicitas eorum est momentanea, Psalm.1,4.5.6. & Psal. 37.vers.35. Prov.10,25.Job.20,5.

Audacia impiorum maximè in malis consiliis, Psalm. 64, 6. Matth. 22. Pharisæi ceperunt consilium.

§.6 *Impiorum tria genera:*

1. Remanentium obstinatorum, scilicet qui ad Deum venire nolunt, Matth.23,37.Es.65. vers. 2.Prov.1. volui & noluisti, &c. 2. Retrò redeuntium;sic Johan. 6. v. 66. multi discipuli à Christo recesserunt, de his Apostolus 1.Tim.1, 19. fidei naufragium fecerunt omnes. 3. Aberrantium à via & vita: hos odit vita nostra Christus,Aug.tom.9.col.936.b.

§.7 *Pœnæ.*

I. *Ratione Dei*: is odit impium,Exod.23,7. Psal.11,6.Ps.5,4.Sir.12,7.abominatur eum,Prov. 29, 27. recedit gratiosâ suâ ab impiis præsentia.Sicut imago tua in speculo reflexa mox evanescit, amoto speculo: sic impii remoto Dei justitiæ speculo (quod contemnunt & flocci pendunt) imaginem fictitiæ suæ gloriæ amittunt, & mortalitatis propriæ obliviscuntur, Psalm. 73,18.19.20. Ut calor recedit ab aqua remoto igne: sic Deus ignis ille charitatis ab impiis recedit, ut in charitate refrigescant suo vitio & supplicio. Ps.18. cum perverso perversus. Psalm. 73. Ut ramus resectus ab arbore non vegetatur, non crescit; sic nec impii crescunt à Deo resecti per peccata, Esa. 59. 2.Ut languor prolixior gravat medicum, & sæpius à medico sanatum sua tantùm negligentia recidivantem medicus deserit & fastidit; sic quoque Dei misericordia tandem impios deserit, terrâ expellit, Job 38, 13. eos extenuat & raros facit, Job.40,7. Pauperes facit, Proverb. 3,33. eorum insidias subvertit, Prov. 10, 3.non conservat, Job.36,6.

§.8 II. *Ratione impietatis ipsius*: hæc enim est via periculosa, Sir.21,7. lata enim via est, Matth. 7. v. 13. ducens ad interitum,ibid. in qua via corruent & non subsistent impii, Ps.1. v. ult. est via curva, Ps.125,5. Judic.5,6. in hac curva via impii suo malo & supplicio decurrunt, & tandem à Domino abiguntur.

§.9 III. *Ratione impiorum*: illi enim intereunt, Psal. 58. v. 2.3.7. 8.9.10. Hinc piorum gaudium v.11.12. d.l. Excœcantur à Satana, 2.Cor.4,1.2. ut nesciant, quò ambulent, quia in tenebris ambulant, Johan. 12, 35. orant contra seipsos: Adveniat regnum tuum.Aug.tom.9.col.641.c. Nomina eorum expunguntur; sic Romani Senatores olim Domitiani nomen deleverunt, utpotè Tyranni sævissimi: non aliter Deus impiorum nomina expunget, & de libro vitæ delebit, Psalm. 69, 30. ne cum justis scribantur. Terrentur nullo licet terrente, Proverb. 28, 1. Job. 15, 21. sic Cain, Gen.4. Levit.26, 36. Sap.3, 10. Oculi eorum deficiunt, Job. 11, 20. c.18,5. c.21,17.c.38,15. Prov. 24, 20. Posteri eorum maledicuntur, Sir.11,30.Sap 23,12. 13. Job.27,14. Psal.37,29.38. Morte tragicâ moriuntur,sic Pharao, Exod.14.Antiochus, 1.Macch 6,8.12. Sap. 3,19.Sir.11,28.29. c 40, 9. Proverb.11,6. Ad infernum detruduntur, Psal.49,15. Sir.21,11. Roman. 2,5. damnantur, Matth.25, 4. Impii in inferno pastorem habent Diabolum, qui in hac vita vitam spreverunt Christum,August.tom.2. col.455.c.d.

§.10 *Similia.*

Impii sunt sicut *ager*, spinas producens: annon enim peccatum spinæ sunt & tribuli? vid. tit. Peccatum. *Canes* sunt impuri, mordaces, sævi, Psal.22,17. volutant namque impii sese in variis peccatis, Tit.1,15. *Ceræ* instar liquescunt. *Domus* Satanæ, in qua ille habitat, Luc. 11, 24. & quam ille variò vitiorum supellectile exornat, quam D. Paulus explicat Roman. 1,20.21. seq. Eph.2,2. c. 4, 17. 18. 1. Petr.4,2. Jacob.3, 6. Judæ v. 11. 12. *Hospitium* Satanæ, nam impii cordibus suis Diabolum recipiunt: corda hæc exstruit Satan, & suos ædificat super paleas falsæ doctrinæ & vitæ impiæ, ex lapidibus mortuis, Eph.2,5. *Esau.* Ut enim Esau major fuit Jacobo apud homines; Jacob verò Esavo major apud Deum: sic impii fiunt magni mundo, pii vilescunt mundo, Psal.73,3.Sap.4,1. Inter Esavum & Jacobum lucta fuit magna: sic inter pios & impios in hoc mundo perpetua est lucta & collisio, vid.allegor.431. in Promtuar. *Fumo* similes, Psalm.67,3. *Genimina* viperarum, Matth.3,7.vid. tit.Vipera. *Herba* Ps.129 citò arescens. *Hirci* 1. ob perpetuum fœtorem: sic impiorum vita fœtet coram Deo & proximo ob malitiam; sibi ipsis fœtent in conscientia ob nequitiam. 2. Ut hirci pilos habent conversos à cauda ad caput: sic impiorum vita semper est virtuti & pietati contraria, ἀεὶ ἀνὰ ποταμῶν. 3. Assiduè à febri vexantur: sic cor impiorum nunquam quiescit, semper æstuat, Esa. 57, 20.

§.11 *Idola*: ut enim hæc aures habent,& non audiunt; sic im-

sic impii auribus non audiunt, Psl.58,4.5.6. Psal. 95,8. Johan.12,38. Augustin.tom. 8. col. 1559. a. *Laurus* marcida, Psal.73,18.19.Psalm.37,35.36. *Ligna distorta* sunt impii; nam licet illa in pavimento æquali ponantur, inæqualia tamen manent: sic quoque impii, Augustin.tom. 8.col. 102. *Montes* nivei & arenosi, qui ab igne divini furoris liquescunt & vento iræ Dei dissipantur. *Porci* impuri: olim hominem malum per porcum designabant Ægyptii, Orus pag. 606. *Radices* 1. Amaræ. 2. Venenatæ. 3. Putres. 4. Jamjam resecandæ. 5. Per mortem arescentes, Marc.4.v.6.Job.18. v.16. & exurendæ igni inextinguibili, Matth. 3,10. Ezech.17,9. Deuter.29,18.

§.12 *Officia nostra circa impios:*

Longè esse ab eorum consiliis, Job.21,16.17. Psalm.1,1. & Psalm.26,5. non conversari cum illis, Job.38.vers.8. non justificare illorum causas, Job.36.v.17. orare pro illis, ut Abraham pro Sodomæis.

Opposita sunt *pietas* & *probitas*, vide suis titulis.

IMPLERE.

(1) *Deus* dicitur implere Jer. 23. quia ubique est præsens, Enter, præsenter, potenter. (2) *Christus*, quatenus & Deus & homo omnibus præsens est secundum loci indistantiam, citra omnem molem, expansionem, diffusionem, uti nostri sese explicant: Brentius in c.13. Johan. pagin. 230. Idem pag. 9.b. de Cœna Domini p.18.a. b. Lutherus ipse aliquoties tomo 2. Witteberg. quod notandum contra calumnias plurimorum ex Reformatis, qui monstrosam nobis affingunt corporis CHRISTI omnipræsentiam. Adi Philippum Nicolai libro de Mysterio Omnipræsentiæ; sed hæc fusius in Collegio Christologico pertractata sunt. (3) *Spiritus S.* implet donis Saulum, Act. 9. Davidem, Amosum, Danielem, Petrum. (4) *Scriptura* dicitur impleri, cum eveniunt, quæ simpliciter erant prædicta: v. g. partus virginis, Esa.7. Matth.1.v.22. vel per rei veritatem typicè ante figuratam: v.g. Joh.19. non frangetis os; vel per similitudinem, collationem, continuationem: v.g. olim filium suum ex Ægypto vocavit, i.e. populum Israëliticum: idem vaticinium Christo accommodatur Matth. 2. v.16. Hieronymus de optimo genere interpretandi. (5) Impleri spiritu. *V. Plenus.*

IMPOENITENTIA. *V. Pœnitentia.*

IMPOSITIO Manuum

1. Orantium pro aliis, Gen.48,14. Matth. 19.v.15. Marc.10,16. Jac. 5,14. 2. Baptisantium pueros & neophytos Christianos, Actor.8,17. 3. Ordinantium ministros Ecclesiæ, 2.Timoth.1, 6. 1.Tim.4,14. Act.6,7. c.8,17. 4. Recipientium eos, qui ab Ecclesia desciverunt. Leo ep. 77. 5. Beneficia corporalia confirmantium, 2.Reg.5. Luc.4. Confer Ordo.

IMPOSSIBILE.

1. Quod planè fieri non potest. 2. Quod arduum & difficile est. 3. Quod contradictorium. 4. Quod non potest fieri ex virium defectu; v.g. puer non potest ambulare, arbor mala bonos fructus ferre. 5. Quod non est conveniens, Matth. 9, 15. 6. Quod quis non vult, Joh. 12, 30. 7. Quod creaturis impossibile, sed non Deo, v.g. camelum transire foramen acus. 8. Quod voluntati, & naturæ Dei repugnat. Impossibilia Deum non præcepisse, urgent Pontificii ex Hieronymo; Becan. Disp. de Justitia bon. oper. c.1. th. 26. Bellarmin. lib.4. c.13. de Justit. §. si præcepta. Vid. Miletum contra Heshus. p.72. 81.82. Verùm (1) docet idem legem non posse impleri, in c.2.3 5. ad Galat. & lib.2. adv. Pelagian. & in Psalm.67. (2) Taxat Pelagianos, quod dicant, posse hominem esse sine peccato Dialect. adv. Pelagian. & in epistol. 106. (3) Est hæc objectio Pelagianorum; non Hieronymi assertio.

IMPRECATIO. *V. Diræ.*

IMPROPERIA.

Opprobria sunt: I. Peccata nostra, 1. Petri 2.

II. Blasphemiæ in Christum & contumeliæ.

IMPRUDENTIA. *V. Prudentia.*

IMPUDICITIA. *V. Castitas. It. Pudor.*

IMPURITAS.

§.1 Est multiplex: I. *Idololatrica*, quando homines idola colunt, immundos se reddunt; ideò idololatria immundities vocatur 2.Reg. 17,12. c.21,11.21. c.23,24. Ezech. 14,3. cap.23. vers.7. Apocal. 17, 4. & pollutio, Ezech. 20,7. cap.22,4. Jerem.2,23. c.3, 2. cap.31, 34. & alibi sæpe.

II. *Diabolica*; passim enim Satan immundus spiritus vocatur. 1. Ob naturam Satanæ horribiliter depravatam & immundam factam. 2. Ob effecta & studia immunda, cùm erga Deum, tùm erga homines, Zach.13.vers.2. Matth.10,1. c.12,43. Marc.1,23. 26. 27. c.3, 11. 30. Luc.4,33. & alibi.

III. *Humana* sive hominis, qui immundus est & dicitur (1) Theologicè (α) Ob peccatum originis, Job. 4, 17. c. 9, 30. c. 14. v. 4. c.15,14. Psal.51,7. Esa.64, 6. c. 6. Ezech.16. Esa. 52,1. cujus culpâ cor immundum est, ex eo enim exeunt cogitationes malæ, &c. Matth. 15.v.19. conscientia immunda, Hebr.9,14.1.Joh.1,7. (β) ob peccata actualia, quæ & ipsa immundities appellantur, ut hypocrisis & fictitia sanctitas, Matth.23,25. vita flagitiosa quævis, in variis sceleribus occupata, Rom. 6,19. 2. Cor.12,21. sive ea sint venerea, quæ in feminis prolifici abusu, Cynicis & Simonianis hæreticis olim frequentato, (teste Hieronym. in c.5. ad Ephes.) consistit, Rom.1,24. Galat. 5,19. Ephes.4,19. c. 5, 3. Coloss.3,5.1. Thess. 2,3. c.4,7. Jacob.1,21.2.Pet. 2,10. Sive χρηματιστικά, ut avaritia, quæ & ipsa est impuritas, Ephes.5,4. Huc spectat quoque impuritas oculorum, vid. tit. *Castitas*: oris, vid. *Lingua*: manuum, vid. *cædes, furta*: pedum, si ii non ambulent in viis rectis: mentis & carnis conjunctæ, Rom.1,24. c.6,19. Ephes.2,1.2.c.4, 19.c.3. item Impuritas Levitica, Levit.28,31. quæ illam adumbrabat impuritatem, quæ est ex peccatis. (2) Physicè. Sexui muliebri singularis

gularis accidit immunditiës, Esa. 30, 22. c. 64, 6. Ezech. 22, 10. c. 36, 17. qua cum nostras justitias comparat Esaias c. 64. 6. Leviticè etiam ejusmodi mulier judicabatur immunda, ut peccati originalis labem nobis ob oculos poneret.

IV. *Animalium, ciborum*, aliarumque rerum, quæ & ipsa immunditie Levitica laborabant. De animalibus vid. Gen. 7. v. 2. 8. Lev. 11. per tot. Cibis, Deuter. 14, 12. Lev. 11. Vestibus, quibus etiam sua adhæsit immunditia, Levitica scilicet, Exod. 19, 10. Lev. 6, 11. 27. c. 11, 25. 28. 40. c. 13, 41. qua peccata nostra, quæ ceu vestem induimus, significare voluit Deus noster.

§. 2 *Non cessabit in hac vita.*

Numer. 19, 10. Immundus erit usque ad vesperam. Augustinus per vesperam finem vitæ intelligit tomo 4. colum. 248. c. ita ut semper etiam post remissionem peccatorum in nobis maneat impuritas.

§. 3 *Quæ nostra circa eam officia?*

1. Orare contra cordis impuritatem, Psal. 51. vers. 11. 2. Pœnitentia quotidiana se lavare, Esa. 1, 16. vid. tit. *Pœnitentia.* 3. In Christum credere, cujus sanguis nos ab omni peccato mundat, 1. Joh. 1, 7. Hebr. 9, 14. Apoc. 1, 5. 4. In humilitate versari: sic Propheta Esaias se humiliat, c. 6, 5. 5. Alios non temere judicare & damnare, cum ipsemet sis impurus. 6. Non confidere in propria justitia, quippe quæ impurissima, multisque imò infinitis vitiis contaminata, Esa. 64, 6. 7. Semper extirpare herbas malas impuritatis ex agro cordis, Jacob. 1, 21. 1. Cor. 6, 18.

IMPUTATIO. *V. Fides. It. Justificatio.*

Verè datur Imputatio. Nam 1. *Scriptura phrasin* ostendit Genes. 15, 6. Imputata ei justitia (credenti Abrahamo.) Rom. 5. v. 13. peccatum non imputatur, lege non existente: sic alias sæpè. Nam vel undecies hanc phrasin D. Paulus repetivit.

2. Ad *Justificationem applicat*: docet enim

(α) Deum non imputare peccata, 2. Cor. 5.

(β) Fidem (non qua est qualitas, sed qua organum est, Christum apprehendens) imputari ad justitiam.

(γ) Justitiam imputari, Rom. 4. vers. 6. 11. Genes. 15, 16.

(δ) Imputari non juxta debitum, sed gratiam, Rom. 4, 4.

(ε) Ostendit manifestè fundamentum duplicis actus imputationis. Prior est *negativus*, quo Deus non imputat nobis nostra peccata, 2. Corinth. 5. (Confer 2 Tim. 4. vers. 16. qua phrasin) idque propter Christum, qui pro illis solvit, satisfecit, Roman. 8. vers. 1. 2. Gal. 4. v. 4. 1. Corinth. 1. v. 30. Absolutè igitur non fit hæc *non imputatio*, sed in Christo, & per & propter eum.

Posterior actus est *positivus*, quo Christi meritum nobis Deus imputat, adscribit, & pro nostro reputat. (Confer ad Philemon. v. 10.) & Christi satisfactionem coram suo tribunali acceptat: estque hæc realissima imputatio. Christi namque meritum in rationes admittitur, tam verè, quam verus Deus est, acceptilans illud filii meritum: qua acceptilatione liberamur a Lege exigente, Justitia Dei exigente. Realis est hæc in se, ratione Dei & Christi: Gratuita respectu nostri. Illa opponitur cavillo Adversariorum, qui dicunt Imputationem esse ens rationis: Hæc opponitur meritis & operibus.

Augustinus in Enchiridio c. 41. Ipse (ait) peccatum, & nos Justitia, nec nostra, sed Dei: nec in nobis, sed in ipso; sicut ipse peccatum, non suum, sed nostrum: nec in se, sed in nobis.

3. *Patrum sinceriorum fides confirmat*, qui docent, sola fide nos justificari, hanc solam ad justitiam imputari. Ambros. in Rom. 3. Sedul. in 4. ad Roman. &c. alibi induct. Defens. Catechismi Dantiscan. p. 468.

4. *Confessio adversariorum roborat.* Docent enim nobiscum imputari verè nobis Christi justitiam & ob hanc nos justificari. Alb. Pigh. contr. 2. Antididag. Colon. Tit. de Justificat. Cassand. art. de Justific. Ruard. Tapper. Johan. Ferus, & alii, apud D. Gerhard. in Confess. Catholic.

INCANTATIO. *V. Magia.*
INCARNATIO. *V. Christus.*
INCENDIA. *V. Plaga.*
INCESTUS. *V. Castitas.*
INCIPIENTES. *V. Perseverantia.*
INCONTINENTIA. *V. Castitas.*
INCORRIGIBILIS. *V. Obstinatio.*

INCREDULITAS.

§. 1 Ἀπείθεια. Vox hæc accipitur 1. *generaliter*, pro omni peccato, originali, actuali omnium hominum, Luc. 1, 17. Rom. 1, 10. c. 2, 8. Eph. 2. v. 2. c. 5, 6. Col. 3, 6. 2. Tim. 3, 2. Hebr. 3, 17. 18 c. 4, 1. 11. 1. Petr. 3. v. 20. 2. *speciàliter* pro actuali repugnantia adversus Evangelium, Act. 14, 2. c. 17, 5. c. 19, 9. c. 26, 19 Rom. 10, 21. c. 11, 30. 31. c. 15, 31. Tit. 1, 16. c. 3, 3. Hebr. 11, 31. 1. Pet. 2, 7. 8. c. 3, 1. c 4, 17.

Incredulitas est absentia fidei, conjuncta qua notitiam, assensum & fiduciam: opposita fidei, quà omnes sui partes, primo præcepto contraria.

§. 2 *Causa efficiens*

Princeps 1. Satan, qui excœcat mentes, 2. Cor. 4. fidem è cordibus tollit, tollendo semen fidei, Luc. 8. similis corvo, qui oculum fidei nobis vult eruere. 2. Cordis humani pertinacia, Numeror. 14. Quousque non credent mihi, &c. Psalm. 106. non crediderunt verbo ipsius. Johan. 12. non crediderunt. 3. Rationis, sese fidei opponentis, petulantia, 2. Corinth. 10. 5.

§. 3 *Materia*

1. *In qua*, sive subjectum, est cor hominis, quo intellectum & voluntatem significamus: illum, quà caret notitia Dei hujusque loco tenebris obsitus est, Eph 4, 17. Hanc, quà Deo revelanti resistit. 2. *Ex qua*, sunt incredulitatis partes, ut, ignoratio veri Dei, reluctatio adversus veritatem, contradictio. Luc. 2, 34. Signum, cui

cui contradicitur. 3. *Circa quam*, sunt omnia, quæ nos credere Deus jussit; incredulitas verò repellit, Actor.13,46.

§.4 *Effectus.*

Spernere unicam medicinam & remedium salutis, quod est Christus, Actor.4,11. contemnere arborem vitæ: non acquiescere, Exod. 6. tentare Deum, ut Israëlitæ increduli in deserto: non recipere Christi testimonium, Johan. 1, 11. cap.5. ignorare Deum, 1.Thessal.4,6. non obedire Deo inspiranti interius: facit nos offendere, Luc. 2, 34. non obedire ministro Dei, in nomine Dei ad nos loquenti, Matth.21, 32. Esa.53,1. Matth.11,16. non sperare in salute Dei, Psal.78,22. detrahere Deo, Num.14. non appropinquare Deo, Zephan. 3. non velle ad Christum venire, Joh.5,40. contradicere verbo, Actor.13,45. persequi verbum, aliosque ad id faciendum incitare, Actorum 14, 2. calumniari veritatem, Actorum 19. vers. 9. 1. Macch. 1, 23. tardum cor efficere, Luc.24. & asperum, Jerem. 5.

§.5 *Pœnæ*

Multæ sequuntur incredulitatem: Dei irritatio; Christus ideo exprobrat discipulis suis incredulitatem, Marc 16. Christi negata inventio, Joh.7,33. Nostri excisio & defractio, Rom. 11. Irrequietatio & turbatio mentis perpetua: contrà fides tranquillum cor reddit. Matth. 11. Invenietis requiem animabus vestris. Vastatio, Matth. 23,37. Castigatio in corpore, ut Luc.1. Zacharias mutus: Israëlitæ occubuerunt in eremo, 1. Cor. 10. Dæmonis inhabitatio & quies in homine infideli. Expunctio è libro vitæ, Exod. 32.33. Pollutio mentis coram Deo; sicut menstruis tacta omnia polluta erant, Levit. 15,25. Privatio æternæ vitæ; ut Aaron & Moses terrâ promissionis sunt exclusi ob incredulitatem: sic increduli vitâ æternâ, Hebr. 3,19. Joh. 7,34. c.3,18. cap.12, 47.48. c.16,8.9. Matth.11,20. vitam non visuri, Joh.3.36. sed in peccatis morituri, Johan.8,24. Confer Marc.16.v.ult. Apocal.21,27. Luc.12,47. 2.Thess.2,10.11. Zach.11,9.

§.6 *Divisio.*

Multiplex est infidelitas: 1. Negativa, cum quis de doctrina Christi nihil audivit, adeoque est privatio omnis notitiæ de Deo, scilicet salutaris; est tamen verè peccatum, Dei irâ dignum, contra Thomam. Vide Gregor. de Valent. tom. 3. disput. 1. quæst. 10. punct. 1. contrà suos disputantem. Probatur α. è Luc.6,39. c. 12,48. Rom.2,12. 1. Cor.14,38. Rom. 1, 20. β. Ignorantia hæc est culpanda ob negligentiam, cujus culpa fit, ut non quærant Deum, quem quærere debebant; Actor.14. c. 17,27. vid. August. epist. 102. ad Honorat. c. 3. Esa.9,16. 2. Positiva, cum quis Dei verbo, quod novit, non credit: sic Judæi, Thomas Apostolus, Joh.20, 3. Manifesta, ut Achabi, Caini, Ahasiæ, 1. Regum 22, Esa.7,10. Genes.4.2. Reg.1. 4. Occulta, quæ latet in corde increduli. 5. Temporaria, qua quis ad tempus non credit, ut Petrus, Matth. 16. Thomas, Joh.20. 6. Universalis, cum quis nihil eorum credit, quæ Deus revelavit: Particularis, cum aliquis in quadam promissione labitur, ut Moses, Num.20.

§.7 *Similia.*

Incredulitas est *adulterium* spirituale, amans tenebras. *Arbor mala*, malos ergo fert fructus. *Cæcitas* mentis; ut animal circumit ad molendinum, cum tecti sunt oculi: sic peccator per incredulitatem excœcatur. *Duritia*, sicut materia aspera & distorta non apta est ad opus ex ea concinnum aliquod conficiendum. *Deformitas* summa animæ, Deo exosa. *Error*, in quem incidentes nullo modo Deo nostro placere possunt, qui solus est via quam sequi; veritas quam discere debebamus. *Fœtor* graveolentissimus coram Deo. Hebr.11. sine fide &c. *Mare mortuum*, in quo nihil vivit. *Poma Sodomitica*, intus nihil nisi cineres & putredines continentia. *Potus* non tollit sitim febricitantium: sic increduli omnia infidelitate consumunt, quicquid tandem boni ipsis proponitur vel inculcatur. *Pulvis pyrius*, discutiens totum fundamentum. Sub *Spinis* nullum animal nisi serpentes habitare possunt: sic apud incredulos Dæmon habitat. Autor operis imperfecti apud Chrysostom. hom. 19. *Terra arenosa* semper aret, nunquam est ferax bonorum frugum: sic cor infidele bonos fructus non fert. *Tenebræ*, quas diabolus immittit, Joh.3.

INCREPATIO. *V. Correctio.*

INCUBI,

Succubi. De his Augustin. lib. 8. de Civitate Dei, & commentatores in cap. 6. Geneseos.

INDEPENDENTES.

Autores omnis τῆς ἀναρχίας, qui dependentiam tollunt: *Ordinem, rerum animam, anticipant.* Cæterùm ordo requirit 1. plenam eorum collectionem, quæ constituunt totum aliquod; 2. collationem singulorum suo loco; 3. Devinctionem partium vinculis debitis factam, v.g. Truncus sustentat ramos; ille truncus sustentatur à radice, cohærent omnes partes majores & minores, hi dependent ac foventur à majoribus, folia à surculis, surculi à ramis, rami à trunco, truncus à radice. *Contra communem sensum pugnant*, qui docent, nec totum artificiale, nec morale v. g. & est societas collegialis sive œconomica, respubl. regnum, provincia. *Manifestæ Dei ordinationi repugnant*, instituit enim in rebus spiritualibus dependentiam: v. g. Mosen constituit legis à se promulgatæ interpretem, Exod. 20,1.22. Parentes, Deut.6,7.c.31,9. Malach. 2,7. Summum sacerdotem, Deut. 17,9. 2. Chron. 19, 8. Confusionis fontem æternum fabricant: Episcopalis ordinis necessitatem eliminant, quam tamen Apostoli inculcant Actor. 20, 28. 1.Tim. 3,1.2. Videatur Autor libri anonymi titulô: Independentia.

INDIGNATIO.

Furor Dei, Psalm. 69, 25 altera vox celerem iram, altera durabilem notat, Basil. in h. Ps. Vid. supr. tit. Deus.

INDOLES.

Frugi ingenium maturè se prodit, v. g. (ut taceamus alia) Thucydidis, quæ in lachrymas erupit, audita Herodoti historia in Olympiis. Hujus Patri Oloro hoc nomine gratulatus est Herodotus. Confer *Juventus*.

INDULGENTIA.

Indulgentia Dei, v. tit. Deus.

Indulgentiæ Pontificiæ, v. tit. Jubilæus, & Leonis X. Bullam decretalem, quæ suæ Ecclesiæ sententiam liquidò significavit. Has vero rejiciendas ostendunt nostri: D. Chemnit. in Exam. Conc. Trid. D. Gerhard. art. 16. c. 7. Confess. Cathol. qui testimonia veterum, indulgentiis contraria, recenset: D. Meisner. in opuscul. de Indulgentiis.

INDUO.

Induimus Jesum, Rom. 13. (1) Justitiam ejus vera fide apprehendendo: ita fiet tibi fasciculus myrrhæ contra putredinem peccati & morsus conscientiæ, Bernh. serm. 43. in Cant. Cantic. §. pro acervo meritorum &c. Vestis, qua algens induaris, Nazianzen. orat. in S. Pascha. Hieron. in c. 53. Esaiæ. Verus ille Josua pro nobis sordidis vestibus indutus, Zach. 3, 1. vide Ludov. à Ponte in c. 3. Cantic. Cantic. Hanc Christi vestem intuetur Pater, & ut intueatur, orandus cum Augustino cap. 6. Meditat. Hanc petram subimus securi, in hac exaltati, in hoc exultantes, Bernh. serm. 61. in Cantic. Cantic. Jacob vestibus Esavi indutus accipit benedictionem: sic nos induti Christi vestibus, Galat. 3. Hoc simile approbat Bellarm. libr. 1. c. 11. de Justif. respons. ad 2. argum. Agnus propterea Christus dicitur, quod ejus vellere vestiamur, Vega in c. 5. Apocalyps. (2) Eum ut exemplum vitæ intuendo. Chrysost. hom. 24. in Rom. 13. Appareat in nobis undique Christus! & quomodo apparebit? si, quæ illius sunt, feceris.

§. 1 INDURATIO. *Confer Obduratio.*

Gradus & adminicula indurationis:

1. Si homo cupiditatibus suis liberè obsequatur & dedatur, Psalm. 81, 13. 2. Bonis temporalibus abutatur, Ps. 17, 14. 3. Tribulationibus omnibus privetur, Ps. 73, 18. 4. Si Deus nolit preces fieri pro iis. Jerem. 6. noli orare. 5. Amoveat bonos consiliarios, Jer. 51, 19. Actor. 13, 45. 6. Famem verbi immittat, Amos. 8, 11. 7. In adulatores incidat; sic Rehabeam in consiliarios adulantes, 1. Reg. 12, 10. 8. Et in corruptores divini verbi, 2. Thess. 2, 12. 9. Si Diabolo habenæ laxentur, 1. Reg. 22, 19. 10. Si Deus auferat ab impiis bonos socios, Esa. 5. v. 8. Confer D. Bernhard. epist. 253.

§. 2 *Cur sustineat Deus induratos?*

1. Ut malum duritiei velut ob oculos statuat aliis hominibus: 2. Ut impios ad pœnitentiam ducat, Rom. 2, 4. 2. Petr. 3, 3. 3. Ut longanimitatem suam ostendat, Rom. 2. d. l. Sap. 12, 10. 4. Miram erga electos misericordiam magni faciat, Rom. 9, 22.

§. 3 *Pharaonis facta*

1. Permittendo eum suis desideriis. 2. Relinquendo. 3. Subtrahendo gratiam ob antegressa peccata, justo Dei judicio. 4. Abutendo opibus, quibus cor suum Pharao obfirmaverat, Cornel. à Lapid. fol. 389. in Exod.

§. 4 *Causa.*

Non est Deus. Est enim peccatum, cujus Deus non est autor, Psalm. 5.

Fulgent. libr. 1. ad Monim. Qui non adjuvantur à Deo, in ipsis causa est, non in Deo. Locus Esa. 63, 17. Indurasti cor nostrum, non est causaliter explicandus; sed hoc modo: Tu Deus non punisti nos; & sic nostra culpâ & abusu gratiæ tuæ factum est, ut induruerimus; sicut equus induresscit, si non patiatur calcem sessoris, puer si non castigatur, Orig. l. 3. cap. 1. περὶ ἀρχῶν.

Sed Diabolus, 2. Corinth. 4. vers. 4. Natura nostra corrupta; sicut culpa excœcationis non est in lumine solis, sed in oculorum lippitudine, Iræneus lib. 4. c. 48. Chrysost. hom. 69. in Joh. Nyssen. de vita Mosis. Neglectus Dei pertinax & hostilis. Rom. 1. dedit gentes in reprobum sensum, de quo cautè lege sis Hyperium part. 2. Opuscul. p. 736.

§. 5 *Effecta & consequentia induratorum.*

1. Nolle credere, nec velle verbum Dei ad cor sibi revocare. Confer Exod. 9, 21. 34. c. 10, 3. 7. 11. 16. 17. 28. 2. Oculos & aures claudere, Johan. 12, 40. 3. Lætari, cum malefecerunt; sunt enim phreneticis similes, malis gaudentes, Chrysostom. homil. 4. in Roman. 4. Contemnere Deum & homines; sic Pharao Deum & Mosen, Exod. 5. vers. 2. 5. Non capi pudore, sed impudentia peccandi. Jerem. 33. frons meretricis, &c. 6. Non corrigi, Prov. 1, 24. 7. Non tangi dolore suppliciorum Dei, Jerem. 5, 3. hoc est, non scindi compunctione, Bernhard. in floribus cap. 60. 8. Veterem peccandi consuetudinem sectari, Jerem. 13. v. 24. 9. Bernhardus lib. 1. de consid. ad Eugenium sex cordis duri proprietates recenset, nempe (α) compunctione non scinditur; (β) pietate non mollitur; (γ) non precibus; (δ) non minis; (ε) non flagellis induratur; (ζ) non est gratum pro beneficiis. 10. Carnem habet emortuam, in qua non vivit gratia Dei, sed mortua prorsus est peccato, Eph. 2. v. 5. 11. Non se sentire, per actum conscientiæ reflexum, ut cogitet induratus: quid facio?

§. 6 *Signa & adjuncta indurati hominis.*

Sunt (α) corde cœci & obscurati, menteque ebrii in tenebris palpantes, Job. 12. Deuter. 28. exemplo Sodomitarum, Gen. 19. Esa. 6. excœca cor populi hujus, LXX. illud sic reddunt: incrassatum est cor populi hujus. (β) Auribus clausi, ut nolint recipere verbum, quod in illis plantatur, Jacob. 1. Job. 21. Matth. 23. Noluisti, Prov. 1, 24. Psal. 81, 12. Act. 13, 46. c. 18, 6. (γ) Sermone superbi. Exod. 5. Quis est Dominus? Psal. 4. v. 7. Job. 24. Rebelles fuerunt lumini. c. 34. in industria recesserunt à Deo. (δ) In pravis factis tumidi. Proverb. 2. lætantur, cum malè fecerint, &c. c. 12. per risum stultus operatur scelus. (ε) Peccatorum luto magis magisq; immersi, Prov.

Proverb. 18. impius, cum in profundum peccatorum venit, contemnit. (ζ) In malis cogitationibus penitus defixi. Sap. 12. non poterat mutari cogitatio eorum. (η) Propudioſi. Jerem. 3. noluiſti erubeſcere. (θ) Senſu flagellorum Dei deſtituti. Jerem. 5. percusſiſti eos, &c. Proverb. 23. dormit in medio mari. (ι) Conſuetudine peccandi obdurati. Jerem. 13. ſi poteſt Æthiops, &c. 2. Timot. 2. ultim. (κ) Inſanabili vulnere confecti. Jerem. 17. Peccatum Judæ ſcriptum eſt ſtylo ferreo, &c. cap. 50. Inſanabilis fractura tua. Epheſ. 4. deſperantes, ἀπηλγηκότες. (λ) Seductores & mali. 2. Tim. 3. Semper in pejus proficientes. Apocal. 22. Qui nocet, noceat adhuc.

§. 7 *Supplicia.*

1. Abjiciuntur a Deo, Prov. 1, 25. 2. Accuſantur a conſcientia, Jerem. 17, 1. 3. Naufragium faciunt; nam illuni nocte, peregrina via & ignoto mari iter faciunt, Chryſoſtom. homil. 3. epiſtol. ad Roman. Sic indurati. 4. Dei auxilio privantur, ſicut milites relicti a duce in manus hoſtium incidunt, Chryſoſt. in Rom. 1. verba: tradidit eos in ſenſum reprobum. 5. Theſaurizant ſibi iram Dei, Rom. 2, 4. quæ tandem induratos abſorbet.

§. 8 *Similia.*

Fons quidam in Gothia eſt, qui omnia injecta lapidea reddit. Pomponatius de incantat. pag. 274. Sic cor indurati hominis omnia reddit lapidea, omnia verba in eo dureſcunt. Ideo monet David Pſal. 95, 8. Hodie, &c. Ut *Balſamum* in lapidem effuſum nihil eum juvat: ſic gratiæ Dei Balſamum nil juvat cor obſtinata malitia induratum. *Triticum* inter ſpinas ſatum ſuffocatur: ſic concio pœnitentiæ in cor ſpinoſum incidens, Luc. 8, 14. *Morbus* prolixior gravat Medicum & recidivans ægrotus ſua negligentia; ſic homo induratus cœleſtem medicum, ut dicat: miſerendo feſſus ſum. *Terra* negligenter culta tribulos profert & ſpinas, Heb. 6, 8. ſic cor hominis indurati. Orig. lib. 3. περὶ ἀρχῶν cap. 1. *Lutum* a ſole induratur: Sic corda impiorum ſunt lutea, quæ duriora fiunt, ſole juſtitiæ radios ſuos in illa immittente. Origen. d. l. Hieronym. quæſt. 10. ad Heditiam: *Lippi* a ſole excœcantur: ſic indurati. Cyrillus Catech. 6. *Corpora dura* non obſequuntur medicis: ſic nec corda indurata Deo, Chryſoſt. homil. 6. ad Hebr. *Saxa* ferro & chalybe tandem exſcinduntur; non vero ſic corda noſtra, Salvianus lib. 7. de Providentia. *Adamas* durisſimus lapidum hirci ſanguine dicitur molleſcere: non ſic cor hominis, ne quidem ipſo agni immaculati ſanguine. H. Pint. in 1. Ezech.

INDUSTRIA.

Induſtria & ſtudium in excolendis literis ſummum fuit in C. Julio Cæſare, inter belli ſtrepitus, inter ſpectacula. Hunc imitatus Auguſtus ex ſorore Julii Cæſaris nepos: Adrianus imperator Poeſeos & Arithmeticæ peritisſimus: Aurelius Alexander Severus, &c. Fulgoſus lib. 8. c. 7.

INEXCUSABILIS, *V. Gentes.*

INFANTES.

Olim 8. die circumciſi, vid. tit. *Circumciſio.* §. 1 Aquis ſuffocati ab Ægyptiis, Exod. 1, 22. Colliſio infantum in utero, Geneſ. 25, 21, ſignificat diſparem conditionem Jacobi & Eſavi, Rom. 9, 11. Sanctificatio in utero ſingularem ad officium deſtinationem, Jerem. 1, 5. Gal. 1, 5. vid. Hier. ep. 15. ad Marcel. prænuntiatio eximiam vocationem, Luc. 1, 11. cap. 2, 21. Interfecti ab Herode Matth. 2, 16. ſunt (α) Candidi Chriſti exercitus, Auguſt. tom. 9. col. 1123. d. Quomodo regnas Herodes, qui ſic vinceris? ait Auguſt. pater. (β) Gemmæ pruina corruptæ, idem tom. 10. col. 1185. d. (γ) Teſtes Chriſti innocentiæ. Aug. tom. 9. col. 1110. b & Herodis nequitiæ, ibid. col. 1134. a. (δ) Auferuntur complexibus matrum, & redduntur gremiis angelorum, Aug. tom. 10. col. 1184. c.

Infantes Apiculæ tenellæ. §. 2

Uti Simſon e cadavere leonis examen apum dulcisſimarum eduxit, Judic. 14, 7. 8. 9. Ita cœleſtis noſter Simſon e manibus Herodis, jampridem peccatis horrendis immortui, adeoque ſpiritualis cadaveris eripuit examen apum, i. e. infantum dulcisſimorum.

Fructus præcoces & immaturi, abrepti antequam ad maturitatem pervenerunt: ſicut flores tenelli a vento & tempeſtate dejiciuntur; ſic & hi infantes ab Herode occiduntur.

Lapides ſunt pretioſi & Sapphiri lucentes, cœlum ſpirantes (quod cæruleus color denotare poteſt) & aureis venulis lucentes, h. e. ſanguine rubentes. Allegorice huc nonnulli referunt illud Eſa. 54, 12. Ponam portas tuas ex lapidibus carbunculi. v. 11. fundabo te in ſapphiris.

Ligna minora. Accenſurus ignem ligna prius minora congerit, quibus deinde majora ſuper injicit: ſic Diabolus magnum ignem perſecutionis in Eccleſia Chriſti excitaturus, minora ligna, plantas tenellas, occidi fecit; mox perſecuturus majora ligna & ſolidas arbores, puta Apoſtolos, martyres, aliosque, qui in fidei ſoliditate jam maturuerunt.

Primitiæ olim ſacræ erant in V. T. In N. T. infantes innocentes, ſunt martyrum primitiæ, Deo ſacræ, quia ob Chriſtum immolati ſunt.

Victimæ oblatæ, cum arca in Bethlehem inferretur, 2. Sam. 6, 17. Ita cum arca ſalutis noſtræ, Jeſus Chriſtus, arca novi fœderis, Bethlehemi naſceretur, mox plurimæ Deo victimæ mactatæ ſunt.

Infantes recens nati varie olim tractati. §. 3

Natum recens infantem in terram ſternebant nudum, ac Opem Deam, quæ & ipſa terra eſt, implorabant. Teſtes ſunt Varro, Feſtus, Plinius lib. 7. in princip. Suetonius in Auguſto c. 5. in Nerone c. 6. Auguſt. lib. 4. c. 10. de Civ. Dei. Levanam Deam finxerunt, quæ infantibus levandis præeſſet. Aug. d. l. Statina Dea; ſive Statilinus juvabat infantes ſtantes. Vide Pinedam in c. 1. Jobi n. 2. Cujacius lib. 10. obſervat. cap. 50. Nos Chriſtiani unius veri Dei compendio omnem illam averruncamus Dearum pluralitatem. Illi uni committimus, Pſ. 71. in te projectus ſum ab utero.

§.4 *Conservati infantes.*

Exempla in Christo, Luc. 2. Samuele, 1. Sam. 2. Mose divinitus servato, Exod. 2. ut & Joa, 2. Reg. 11. in Semiramide tenera infante ad littus maris Syriæ exposita, ab avibus nutrita dicitur, inter pastores educata, tandem ad sceptra regia evecta est. Cyrum expositum nutricatu canum sustentatum esse, produnt historici.

§.5 *Habent Fidem.*

Vide de hoc supra tit. Fides, ubi de hac materia actum fuit.

§.6 *De statu post mortem.*

Eos non baptisatos perire, statuunt Augustinus, (durissima sententia V. Forbes. Instruct. Historic. Theol. f. 493. num. 6. 7.) Pontificii: Busæus p. 151. 157. 158. de statibus hominum: Bellarmin. lib. 6. de Auxil. Gr. c. 2. §. 1. Catech. Trident. c. de Baptism. Alii tamen *varie* disputant, & controvertuntur, an damnentur, & qua demum pœna afficiantur. Dissensiones illas recitat D. Gerhard. art. 12. c. 1. c. & notat L. Lessius q. 68. dub. 1. Cajetanum *dissentire hic* a suis, cujus quoque confutat argumenta d. l. Pro Catharino quoque pugnat contra Bellarmin. F. Amicus Tom. 3. disput. 25. sect. 5. numer. 146. curs. Theolog. Nos ceu fœderi inclusos infantes sine baptismo salvari statuimus, cum quibusdam Pontif. Dd. de quibus testatur ipse Suaretz tom. 3. Tanner tom. 4. & alii.

INFANTIA. *V. Ætas.*

INFERNUS & INFERI.

§.1 Inferorum nomen pro sepulchro accipit Augustin. tom. 10. columm. 247. b. Rumpuntur (ait) omnia vincula inferorum, omne quod periit, imo periisse putatur, restituetur. Hæc August. Inferi vero dicti sunt 1. Quod infra sint, Aug. tom. 3. col. 703. c. ideoque & 2. mortui inferi dicuntur, tom. 10. col. 955. a. b. & Spiritus S. ejusmodi phrasibus uti solet in describendo inferno, quia aliquam loci inferioris rationem videntur significare.

Dicitur etiam *orcus*, vel ab urgendo, quod omnes homines urgeat ad mortem: vel a græco ὅρκος, juramentum, quod Dii olim per infernum jurare fuerint soliti. *Tartarus* ἀπὸ τοῦ ταράττειν, quod omnia perturbet. *Gehenna*, vid. supra tit. Gehenna. Matt. 5, 22. 29. 30. c. 10, 28. c. 18, 9. & D. Petrus 2. ep. 2. 4. vocem ταρταρόω adhibet, quæ notat ad tartara mitto. Ἅδης, Matthæi 8, 12. c. 22, 15. c. 25, 30. ab α particula στερητικῇ & εἴδω video, quod nihil in inferno videatur. *Abyssus*, Luc. 8, 31. שאול a rad. שאל petiit, postulavit, quod inexplebilis sit inferni cupiditas ad perdendum & absumendum, Prov. 27, 20. *Ira ventura*, Matth. 3. v. 7. Rom. 5. v. 9. 1. Thess. 10. Ἀπώλεια, 2. Thess. 2, 3. quam deprecatus Manasses in orat.

§.2 *An sit?*

Vere dari infernum & τοῦ damnatis spiritibus & finaliter impœnitentibus destinatum, confirmat

I. *Scriptura*, quando mentionem facit variorum nominum, inferni naturam & pœnas adumbrantium: Ignis inextinguibilis: Gehennæ, Matt. 5, 22. Carceris, Matth. 5, 25. 26. Plato in Gorgia vocat τὸ τῆς τίσεως τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, carcerem pœnarum & vindictæ: Judicis, d. l. vers. 25. pœnæ & æterni exitii, 2. Thess. 1, 8. Tortoris, Matth. 5, 26. Tenebrarum, Matth. 22, 13. Vermis, Esa. 66, 24. Stagni ardentis sulphure, Apoc. 19, 20. Stridoris dentium & fletus, Matth. 24, 51. quem locum Basilius in Psal. 33. egregie exaggeravit.

§.3 II. Confessio Gentilium Philosophorum & Poetarum, quorum majores sine dubio eam ab Hebræis didicerunt; docent enim α. Præmia æterna justis proposita esse. Pythagoræ hos versus assignat Augustinus Steuchus lib. 9. c. 18. de perenni philosophia:

Optima mens, animi fac ut moderetur habenas,
(apertum,
Tum corpus linquens tranabis ad æthera
Immortalis eris Deus, amplius haud mortalis.

Socrat. ἐγὼ μὲν γὰρ πολλάκις ἐθέλω τεθνάναι, εἰ ταῦτα ἀληθῆ. Ego quidem enim sæpe volo mori, si hæc vera sunt. Confer Cicer. de Finib. bonor. & malor. & Steuchum d. l. cap. 19. cap. 20. β. Duas esse vias, alteram ad Deos, alteram vero ad seclusam a Concilio Deorum; sic docuit Socrates, sic Cicero, sic alii, quos Steuchus c. 20. adduxit. Plato in Phædone & Phædra. Lactantius quoque lib. 7. c. 18. 19. & seq. Inst. div. plurima adfert testimonia ex Sibyllis. γ. Plato ipse in Thæeteto meminit tenebrarum subterranearum, ad quas pervenire negat, qui semel iter cœleste capere cœpissent. Eos vero, quorum animæ pertusæ fuissent, nihilque pietatis & studii retinuissent, apud inferos esse in Tartaro: Idem Plato in Gorgia. Sed hæc & alia copiosissime Steuchus recensuit, quæ vere confirmant, infernum dari. Spectant huc Poetarum mythologiæ, ut, de Averno, qui est lacus in sinu Bajano, teterrimum fœtorem, ipsas aves confestim necantem, exhalans: de jecore incontinentis Titii, ab aquila depasto: de Sisypho, perpetuo lapidem volvente: de Belidibus fœminis, quæ aquam cribro adferre inferis dicuntur, fabula ex Italia olim profecta, & a Platone in Gorgia rejecta, qui indicat, has Belides impiorum animas esse, quas nullæ cupiditates tanquam pertusas implere potuerint, aut quæ obliviosæ nihil retinuerint. De Cerbero, cane infernali: de Rhadamanto judice: de lacu Stygio, in quo nigræ ranæ: de cymba Charontis, de Furiis, &c. Menedemus Lampsacenus Cynicus sub Furiæ larva circumivit, dictitans, se exploratorem ab inferis venisse, & mortalium peccata dæmonibus delaturum esse. Laërtius lib. 2. c. 18. de Vitis Philosoph. Ergo credibile est maxime hypothesin hanc olim notissimam quoque gentibus fuisse, dari infernum. Itaque infernus non est solùm conscientiæ horror, ut olim docuit Origenes teste Hieronym. epist. 65. ad Pammach. Detestanda quoque est Luciani in Menippo horrenda malitia, qui Philippum Macedoniæ regem inducit, in inferno veteres calceos resarcientem. Idem sentiunt multi Epicuræi, quos refutat Chrys. hom. 48. 49. 50. ad popul. Antiochen.

III. Ipsa

§.4 *III. Ipsa recta ratio*, quæ colligit (1) Deum omnino justum esse, qui debita omnia impiis præmia sit retributurus, 2. Thessal. 1, 7. 8. quem locum Apostoli urserunt. Irenæus lib. 4. c. 46. adv. hæreses. Cyprian. sermon. de stella & Magis. Augustin. lib. 3. capit. 23. de liber. arbitr. Atque hujus judicii nonnunquam etiam particularia DEUS exempla ostendit in repentinis impiorum suppliciis, quæ in Tyrannis aliquando videmus; de Herode vide Act. 12, 23. & Joseph. lib. 19. c. 7. antiq. & infra tit. Tyranni. (2) Cogitationes hominis sese mutuo accusant in interiori conscientiæ tribunali, Deum malorum vindicem aliquando fore, Rom. 2, 15. 16.

§.5 *Autor Inferni.*

Non absolute Deus est, sed ex suppositione prævisæ impietatis & inobedientiæ idem infernum paravit, Matth. 25, 41. huic blasphemos Marc. 3, 29. incredulos Joh. 3, 18. 36. & impios spiritus adjudicat, 2. Pet. 2, 4. 2. Cor. 5, 10. Judæ v. 6.

§.6 *Ubi sit infernus?*

In centro terræ eum locant Pontificii, Bellar. lib. de anim. Christi c. 11. & l. 4. de Christo c. 10. Greg. de Val. tom. 4. disp. 2. q. 4. punct. 2. Mart. Del-rio in Adagiis. Olim etiam Gentiles loca subterranea assignarunt inferno: Homerus: Hesiod. in Theogonia: Eustathius Scholiastes Homeri: Lucianus. Idem facit Danæus lib. 6. c. 13. Isagog. addit tamen: quid non sint, & ubi non sint (inferi scilicet) potius dixere, quam & quid sint, & ubi sint. Nos inferni certum πȣ agnoscimus: ubi vero illud sit, scriptura nuspiam definiit. Vocat eum τόπον βασάνȣ, locum supplicii: quo sensu loci quoque mentionem Patres aliquando fecerunt, Aug. ep. 57. ad Dardan. Chrysost. hom. 31. super ep. ad Rom. non ubi sit, (scilicet infernus) quæramus, sed quomodo illum effugiamus.

§.7 *Quis in inferno & judicio ignis?*

Materialem, corporeum & elementarem esse, statuunt Patres: Tertull. lib. de Anima c. 7. Aug. lib. 21. c. 10. de Civ. Dei: Greg. lib. 4. dial. c. 29. Hos sequitur Bellar. lib. 2. c. 11. de purgat. Greg. de Valent. t. 1. q. 15. punct. 3. Maldon. in 16. Luc. Laur. Justinianus de connubio animæ & verbi c. 16. Negant nostri; D. Brochman. tom. 2. Synt. c. 7043. negat Danæus cum Damasceno materialem esse, lib. 6. Isag. c. ult.

§.8 *Objectum cruciandum.*

(1) Est homo impius, isque totus. Sicut ille morbus corporis omnium gravissimus est, qui omnia corporis membra occupat: sic dolor ille inferni vastans animam & corpus, inenarrabilis longeque gravissimus est. (2) Angeli mali, Matt. 25, 41. qui etiam judicabuntur, 1. Cor. 6, 3. 2. Pet. 2, 4. Judæ epist. v. 6. (3) Omnes ante Christi adventum in inferno fuisse, multi statuunt ex Patribus: Hieron. in c. 4. ad Ephes. verb. *ad inferiores partes terræ*. Idem in c. 9. Zachar. Idem c. 3. Eccles. vide Pet. Galat. de A. C. V. lib. 6. c. 7. 8. 9. 10. Bellar. c. 11. lib. de anim. Christi. Stapleton. feria quinta Hebd. 2. quadrag. Adr. Flor. in 4. Sent. Nos tamen merito hanc sententiam rejicimus; argumentis adversariorum affatim satisfecit Chamier. tom. 3. Panstrat. lib. 25. c. 6. (4) Infantes quoque sine baptismo mortuos in peculiarem limbum deferri, docet Aug. in enchirid. ad Laurent. c. 93. & alii Veterum, quibus minime subscribimus.

§.9 *Quomodo in flammis corpora durare possunt?*

Respond. 1. Modum divinæ omnipotentiæ committimus, qui potest hoc, ut cætera nobis non audita & sueta facere, ait modeste Danæus l. 6. c. ult. Isagog. 2. Exempla in natura sunt: Salamandra in igne vivit: Byssus igni non consumitur, nec mons Æthna, perpetuis æstuans ignibus, nec rubus ille Exod. 3, 2. Conf. Aug. lib. 21. c. 2. de Civ. Dei, c. 3. 4. 10. Drexel. tract. 1. de ætern. consid. secunda.

§.10 *Adjuncta.*

Gradus pœnarum Apoc. 18, 7. erunt in inferno. Matth. 11, 22. Luc. 10, 15. c. 12, 47. 48. pro gradibus malitiæ Matth. 23, 15. duplo major gehennæ filius, quam alius. Aug. serm. 18. de verbis Apostoli: In igne æterno aliter ille, aliter ille torquebuntur: ubi erunt, tamen omnes ibi cruciabuntur, minus ille, plus ille. Non est regio, ubi eligas locum. Isidor. l. 1. c. 32. de summo bono: Sicut fasciculi lignorum ad combustionem de similibus colliguntur: ita in judicii die similes culpæ rei suis similibus jungentur, ut ex æquo pœna quasi constringat in fasciculum, quos actio similes fecit in malum. Hæc Isiod.

§.11 *Status inferni.*

Quis sit, egregie illustrat Aug. tom. 9. col. 810. a. b. c. ab oppositis illius mali & vitæ æternæ bonis. Scriptura meminit cruciatus Luc. 16, 23. 28. catenarum, 2. Pet. 2, 4. Psal. 18, 6. terroris, Ps. 18, 1. δίκης vindictæ ob peccata, separationis a conspectu Dei vel ejus facie, Matt. 25. vers. 41. Apoc. 6, 17.

§.12 *Pœnæ*

Ibi erunt 1. plurimæ, ut olim in Ægypto; recenseantur hæ plagæ & ad infernum applicentur: 2. acerbissimæ ob separationem a Deo & animæ dolorem: diversissimæ pro ratione subjectorum & graduum: 4. universalissimæ, erunt enim in toto homine, in anima, in corpore, in facultatibus omnibus: 5. terribilissimæ, ob societatem Dæmonum & damnatorum, ob locum terribilissimum, qui erit carcer, Matth. 5. & tenebræ exteriores, Matth. 8, 6. infinitæ duratione; illustrari potest simili a monte magno desumto, a quo si avis singulis centum annis arenulam auferret: 7. Frustratæ omni consolatione.

Anima est separata a DEO, 2. Thess. 1, 3. sapientia omnis aufertur: intellectus obtenebrascit: voluntas omnis a Deo aversa erit: odium Dei habebunt: nulla patientia ibi erit, nulla spes elabendi. Corpus erit immortale, deforme, grave, fame & siti laborans. Appetitus sensitivus plenus erit furore insensatissimo, phantasia proterva, invidia mordace, raucore amaro, tristitia opprimente, timore penetrante, dolore absorbente.

Tormenta inferni sunt: calor, frigus, morsus, turpitudo & horror vermium, Es.66. fœtor, Ap. 14. visio Dæmonum terribilissimorum, fames delicatorum, Luc. 6. Es. 66. Ps. 49. sitis, Es. 5. ligatio & vincula damnatorum, Proverb. 5. Matth. 22. c. 13. horrenda caligo, Job. 10. fœdissima loci dispositio, pœna damni vel carentia beatificæ visionis, mœror de bonis omissis, dolor de præsentibus pœnis, pavor de malis futuris nunquam desinentibus.

§. 13 Octo genera pœnarum olim erunt in foro soli: 1. Damnum; sic bonum summum perditur in inferno: 2. vincula, Matth. 22, 3. verbera; sic Prov. 19. mallei percutientes: 4. talio; sic Apoc. 18. tantum date illi tormentorum: 5. exilium, Matth. 25. clausa est janua: 6. mors, Apoc. 21. pars eorum: 7. servitus. 2. Pet. 2. iniqui sunt servi corruptionis: 8. ignominia, Prov. 16. turpitudinem & ignominiam.

§. 14 *Multa in eo sunt æterna.*

1. Carcer ipse, qui non effodi, non effringi potest. 2. corpora damnatorum sunt æterna. 3. ignis est æternus, Matth. 25, 41. Quemadmodum domus vendi potest ad censum perpetuos: sic impii venditi sunt ad æternum suppliciorum censum, quem nunquam exsolvent. 4. pœna æterna. Vid. Aug. c. 112. Enchir. ad Laurent. Sicut pinus excisa nunquam reflorescit; ita nec impii. Ut ranæ in calidissimo fonte non moriuntur, Zwing. fol. 3946. a. ita impii. 5. Ipsa mors est æterna; dicitur autem inferni status mors æterna 1. Discretive, ut differat a morte temporaria; quapropter & illi errant, qui olim docuerunt, inferos in hac vita explicari, quos refutat Aug. lib. 12. de Gen. ad lit. c. 33. 2. Spiritualiter, quia destituti sunt cùm vita spirituali gratiæ, tùm gloriæ, ideoque nunquam terminanda; mortem petent, & tamen non veniet, Apocal. 9, 6. Nam pœnæ æternæ erunt, Matth. 25, 41. cum ex inferno nulla sit redemtio, Ps. 49, 8. 9. Sap. 3, 13. Dan. 12. quia eam epulo non impetravit; & frustra narrat Damascenus, Trojanum a S. Gregorio precante liberatum fuisse ex inferno. Vid. Damascen. & Baron. t. 2. fol. 7. n. 45. 50. seq. Histor. Quidam olim petens Tiberium, ut carcere exiret, hoc responsum accepit: nondum mecum in gratiam rediisti. Idem dictum esto omnibus impiis. Erravit ergo Origenes, docens finem pœnarum infernalium. Hieron. ep. 65. ad Pammach. Denique via impiorum peribit, Ps. 1, 6. h. e. omnia studia & conatus interibunt, exspirabit omnis eorum felicitas & prosperitas.

§. 15 *Insatiabilis est.*

Proverb. 30, 16. multo magis quam mare, quam ignis. Acerrimus ibi cruciatus, hinc dicitur stagnum ignis Ap. 21, 8. Infinitus, quod sit sine fine & fundo, hinc abyssus, Luc. 8, 31. ὄλεθρος, 2. Thess. 1, 9. vivacissimus ob vermem, Es. 66, 24. Marc. 9, 44. terribilissimus, hinc tartarus, 2. Pet. 2, 4. hinc tenebræ. Non tamen consumentur impii; sicut quorundam corda non potuerunt exuri: v. g. Germanici Cæsaris, Johannæ virginis Franciæ, Huldrici Zwinglii. Thuanus lib. 1. histor.

§. 16 *De ignis infernalis & nostri culinaris differentiâ* vide Tertull. c. 45. in Apolog.

1. Noster ignis consolationem affert & jucundè aspicitur; ignis infernalis totus ad terrorem, tormentum ac pœnas institutus est. 2. Noster ignis pabulo indiget necessario, ex quo remissius vel ardentius urit; ignis infernalis sibi ipsi pabulum est, est enim inextinguibilis, juxta Es. 66, 24. α. causativè, quia ipse non extinguit malos & impios. β. passivè, quia ipse non extinguitur. Vid. Aug. serm. 81. de tempore. 3. Noster ignis illuminat; ille tenebricosus est & horror perpetuus. 4. Noster ignis injectum sibi pabulum consumit; infernalis sic urit, ut non consumat, tantò crudelior, quantò perseverantior. 5. Nostrum ignem multa refrigerant mitigantque, aquæ infusio, aër frigidus, pabuli subtractio; ignem infernalem nihil imminuit, refrigerat, carnifex perpetuus est, semper patiens, semper interficiens. Error Avicennæ: Non tamen ignis ille solùm est ex imaginatione apprehensivæ facultatis, ut olim docuit Avicenna 9. Metaph. teste Kornmanno p. 69. 70. Theat. naturæ.

§. 17 *Nomina parabolica inferni.*

Is dicitur 1. Ægyptus, Rupert. lib. 2. in Matth. *Caligo*, Matt. 22, 13. vid. Tenebræ infra. *Caminus* ignis, Matth. 13, 42. *Carcer* squalidus, Matt. 5, 25. Luc. 12, 58. est enim ibi societas Dæmonum, horrendus ipsorum aspectus, ardor ipsorum inextinguibilis, stridor dentium, palpabiles tenebræ, interiores lachrymæ, improperiorum vociferatio, intolerabilis sitis, sulphureus fœtor, conscientiæ vermis, carcer abyssi, evadendi desperatio, & interminabilis divinæ visionis carentia, quæ dolores supereminet universos, ait Laur. Just. l. de vita solitar. c. 10. f. 740. operum. *Fames* inexplebilis, qualis illa Tantali:

Quærit aquas in aquis & poma fugacia captat
Tantalus.

Vide Chrys. hom. 10. in 2. Cor. *Flamma* ignis, 1. Thess. 1, 7. de quo loco vide Tertull. l. 5. c. 16. ad Marcion. *Frigus* maximum, Matt. 22, 13. *Fumus*, Ap. 14, 1. *Hydra* triceps est in damnatis, cujus uno capite resecto mox nova suppullulant, habent enim damnati pœnam, pœnam sensus & vermem conscientiæ. *Ignis* & sulphur, Apoc. 21, 8. Matt. 13, 41. 2. Thess. 1, 8. Ps. 96, 3. Es. 66, 24. Joel. 2, 3. Dan. 7, 9. 1. Corint. 3, 13. *Lacus* ardens irâ Dei, Apoc. 14, 19. *Mons Vesuvius* olim jucundissimus fuit; verum circa ann. Chr. 512. idem ingentem hiatum dedit, inde ater & densus spiritus erumpens, solem tenebris involvit, strepitu loca vicina tremere fecit, cinere transmarinas provincias adobruit, in Campania pulvereos quasi amnes fluere fecit, & arenâ fervente arborum cacumina texit, omnia virescentia arescerit fecit; sic mundus hic est amœnissimus, mox vero infernus proruet, & teterrimo spiritu omnes impios absorbebit, & cuncta in mundo vastabit. Refert Zwing. f. 3942. ex Sigon. l. 16. Imp. Occident. Sicut irati faciem suam obfirmare solent contra inimicos; sic impios gratiosa Dei facies aversabitur, Lev. 17, 10. c. 20, 5. §. 18

Praci-

§. 19 *Præcipitium* periculosissimum, quo omnes terreri debent, cum omnes impii in æternas pœnas præcipitentur. *Plagæ* Ægyptiorum fuerunt in omnibus fere creaturis: omnibus bonis, pecore, liberis &c, omnibus sensibus: in visu tenebræ & spectra, in auditu tonitrua, in gustu per sitim & potum sanguinis, in odoratu per fœtorem ranarum, in tactu per dolorem ulcerum, in phantasia per continuos terrores. Vide Iren. l. 4. c. 50. Multo pejores inferni plagæ erunt. Conf. hic pœnam Andronici, de qua Drex. Tract. 1. p. 39. §. 3. Opusc. *Promethei* cor aquilam exedere monti Caucaso alligatum, Poetæ fabulantur, Zwing. f. 23. V. Philosoph. Sicuti *captivi* manibus pedibusque ligati projiciuntur in carcerem: sic quoque impii captivabuntur, §. 20 Matth. 22, 13. Ut ex *vino* inebriantur homines: sic de poculo iræ bibent impii, Apoc. 14, 10. 11. *Incensa domo* magnus oritur fumus: sic fumus tormentorum impiorum ascendet, Apoc. 14, 11. *Puteus* profundus est infernus, Apoc. 9, 1. 2. cap. 17, 8. clausus superius ob Deum irascentem; puteus inferius ob cupiditatem delitescentem, Aug. tom. 10. col. 450. b. *Scaphismo* adumbrati inferni cruciatus. Parysatis, mater Cyri minoris, invenit hoc supplicii genus: Scaphas duas sibi congruentes accipiebant, in alteram maleficum supinum locabant, inducunt alteram atque ita coaptant, ut caput, manus, pedes exerere posset supplicio mactandus, incluso utrique scaphæ, quod corporis reliquum est; præbetur homini cibus, hunc si renuat, oculos fodicant, potum præbent e confusis melle, lacte, faciem ad solem vertunt, ut perpetuo muscarũ & apum examine divexetur, vermes & tineæ ex excrementis natæ totum corpus rodunt, exspiret donec; sublata tunc superiori scapha totum corpus vermibus, visceribus adhærescentibus exesum cernitur: (Hoc supplicio periit Mithridates, qui Cyrum regis fratrem in prælio vulneraverat. Plutarch. in Artaxerxe.) Sic in inferno pœna animæ & corporis scapha erit gemina, vermis conscientiæ erodet impios, exedent eos interminabilibus morsibus maligni spiritus, & infernales miseriæ interminabilibus ictibus damnatos conficient. Vid. Zwing. in Theat. fol. §. 21 490. *Sitis:* sicuti laborans siti potum non inveniens tandem siti conficitur; sic impii in inferno perpetua siti torquentur, nunquam tamen conficientur, sed perpetuo sitient, Luc. 16. exemplo epulonis. Sitim sine extinctu vocat Au- §. 22 gustin. *Tenebræ Ægyptiacæ* Exod. 9, 21. sunt figuræ tenebrarum inferni. 1. Palpabiles. 2. Durabiles per dies & noctes. 3. Universales in toto Ægypto. 4. Constringentes quemvis suo in loco, Sap. 17, 16. 5. Terribiles ob spectra, Sap. 17, 6. 6. Conjunctæ cum mala conscientia, Sap. 17, 9. 7. Exteræ vero tenebræ vocatæ, non per locorum intervalla cogitandæ sunt, ut monet Aug. ep. 120. ad Honorat. *Torcular*, vid. Alleg. 1814. in Prompt. *Vermis*, Es. 66, 24. vid. Allegor. 1813. Vincula inferni ex igne, non ferro. His trahunt impios angeli mali, iracundi, implacabiles. Chrys. homil. 10. in 2. Cor. *Ventus* inferni impios pulveris instar dispellet. Hilar. in Psal. 1.

Officia nostra. §. 23

(1) *Credere* vere existere infernum; de quo supra h. tit. dictum. (2) *Considerare*, quod nulla in inferno detur pœnitentia, nec Dei misericordiæ ibi sit locus, Luc. 16, 26. vide Laur. Justin. de casto connubio verbi & animæ c. 16. f. 269. d. seq. Drex. Tract. 1. p. 23. a. opuscul. & p. 71. Impii non liberabuntur in inferno de corpore mortis hujus, Aug. tom. 10. col. 273. d. & quis uno die ignem ferre velit, accepto mille aureorum pretio? (3) *Fugere peccata*, ne ob ea in infernum præcipitemur; cum tortores terrenos timeamus, August. tom. 10. col. 560. a. b. quanto magis timendi erunt Diabolici tortores? Sic Polycarpus Præsidi ignem minitanti respondet: ignem mihi minaris ad tempus exardescentem, mox extinguendum; verum ignem judicii perpetuum omnino ignoras, Baron. tom. 2. anno 169. Leges & reges terreni nos tristitia afficiunt, si meditemur pœnas & iram: quanto magis ira Dei metuenda est? Chrys. in 2. Thess. 1. Mortuum si videas, terret te; quanto magis gehenna? Chrys. d. l. t. 4. f. 324. Lacon quidam voverat, velle se a promontorio Leucate præcipitare; conspecta vero profunditate, dixit: Non arbitrabar, votum hoc alio voto majori indiguisse. Plutarch. in Apophth. Lacon. Mundani multa vovent mundo; si inferni respicerent profunditatem, vere votum mutarent. (4) *Loqui* sæpe de inferno, ne in eum incidamus. (5) *Audire* loquentes de eodem: non simus ut Chrysostomi auditores qui abibant, Chrysostomo de Inferno loquente, teste eodem t. 4. f. 324. col. 4. oper. (6) *Optare*, ne quis in infernum abjiciatur. D. Gregorio Nazianzeno votum hoc fuit: Utinam nemo ex his pereat, qui audiunt! (7) *Pœnitentiam* assidue agere, Matth. 3, 8. 10. (8) *Meminisse* sæpe inferni. Chrysost. homil. 13. ad Rom. Utinam ubique de gehenna dissereretur! non enim sinet in gehennam incidisse, gehennæ meminisse.

Solatia terrori inferni opponenda. §. 24

(α) Caput serpentis a Christo contritum est, Genes. 3. ad hoc caput pertinet infernus, qui a Christo destructus est. Zach. 9. emisit vinctos e lacu. Os. 13. ero mors tua o mors! 1. Cor. 15. inferne? &c. (β) sanguine suo Christus extinxit ignem, ille enim mundat nos ab omni peccato, 1. Johan. 1, 7. Confer Joh. 3. qui credit, &c. (γ) Christus pro nobis passus est tormenta & dolores infernales in cruce, Psal. 22, 3. Esa. 53. v. 5. 10. (δ) Consideratio misericordiæ Dei summæ, Exod. 34, 6. 7. Ps. 103, 8. 9. seq. Joel. 2. v. 13. Ose. 11. (ε) Ex iis dictis, quæ docent, Deum nolle mortem peccatoris, Ezech. 18. nec recordari velle iniquitatum nostrarum, ibid. v. 23. seq. delectari vita, Psal. 30. cum nos diligere, 1. Johan. 4, 8. seq. (ζ) Christum nos liberare, Matth. 1, 21. & esse nostram justitiam, Jer. 23, 5. dedisse se pro nobis ἀντίλυτρον; esse medicum nostrum, Matth. 9, 12. 13. (η) Quod Deus serio omnia vitæ æternæ media obtulerit, & etiamnum offerat; huc spectant promissiones universales, meritum Christi universale. (θ) Ex iis dictis, quæ confirmant Satanam a Christo

victum esse, Luc. 11. Joh. 16. Coloss. 2. v. 14. 15. Heb. 2.

§. 25 *Errores fugiendi.*

Atheorum & Empæctarum, 2. Pet. 3. Sadducæorum, Epicuræorum & omnium eorum, qui animas negant esse immortales. Origenis, qui æternum felicitatis circulum finxit, refutatur ab Hieron. ep. ad Pammach. Aug. de hæres. c. 43. Anabaptistarum, de quibus Bulengerus lib. contra eos c. 15. Barradius lib. 10. tom. 3. f. 620. cap. 4. §. Nunquid. Prudentium quoque erroris arguit & alios. Lessius in Opuscul. fol. 694. Origenis delirium fusius perstringit.

INFIDELITAS. *V. Fides.*

Christum expellit, Matth. 15, 21.

INFIRMUS.

Infirmi 1. Corpore, 1. Corint. 11, 30. 2. Fide, Ezech. 34. Rom. 4, 19. c. 14, 1. 1. Sam. 21, 13. Luc. 22, 15. Joh. 20, 25. 3. Conscientia, Ps. 6. 4. Sexu, 1. Pet. 3. 5. Carne, Rom. 6, 1. 8. 26. Heb. 4, 15. 6. Infirmus vita & conversatione, Rom. 15. v. 1. circa cibos & festos dies, c. 14, 1. seq.

Carnis imbecillitas consistit (α) in intellectus imbecillitate, Rom. 3, 7. c. 6, 19. Gal. 3, 15. (β) voluntatis & affectus rebellione, Rom. 7. (γ) crucis importabilitate. 2. Cor. 12. ego infirmor. Exemplum hujus in confessoribus illis Romæ, Baron. tom. 2. fol. 515. n. 40. 45. in Petro.

Infirmitas spiritualis est peccatum, vid. Berchor. V. Infirmus. Infirmitates omnes sanat Deus, Ps. 103. est enim medicus, Exod. 15. Matth. 9. Luc. 6, 19. animæ & corporis. Sanat autem verbo, Deut. 32, 39. Malach. 4, 2. Ps. 30, 4. Sap. 16, 20. c. 7, 10. 11. Esa. 53, 5. Os. 14, 5. Act. 10, 38.

INGENIA.

Præcocia: in Othone III. Imperatore. Josias octennis populo bene præfuit. Raro ferunt fructus.

INGRATITUDO. *V. Gratitudo.*

INHABITATIO.

§. 1 I. *SS. Trinitatis* (1) in homine fideli, Joh. 14, 23. 2. Cor. 6, 16. Conf. Rom. 8, 9. 11. 1. Cor. 3, 16. Eph. 3, 17. 2. Timot. 1, 14. Hæc habitatio est gratiosa præsentia, qua etiam in Sion, hoc est, Ecclesia passim dicitur habitare, exprimiturque variis phrasibus, ut, habitare in medio, Exod. 25, 8. c. 29, 34. 2. Reg. 6, 13. Zach. 2, 10. c. 8, 3. cum aliquo, Deut. 2, 7. cap. 12, 5. inter aliquos, Num. 35, 34. cum hominibus, 2. Chron. 6, 18. nomen ibi, Deut. 16, 2. 6. 11. Nehem. 1, 9. Jer. 7, 12. in domo, 2. Sam. 7, 5. 6. 1. Chron. 6, 1. in nebula, 1. Reg. 9, 12. caligine, 2. Chronicor. 6, 1. in loco aliquo, 2. Chron. 6, 2. Jer. 7, 3. in Sion, Ps. 9, 2. Ps. 74, 2. Es. 8, 18. Joel, 3, 17. in monte, Ps. 68, 17. Jerusalem, Ps. 125, 1. & 132, 14. & 135, 21. inter laudes Israel, Psal. 22, 4. (2) In cœlo quæ est præsentia gloriosa, Ps. 2, 4. & 113, 5. & 123, 1. Es. 33, 3. c. 57, 15. Conf. tit. *Vita æterna.*

§. 2 II. *Christi* habitatio. (α) per incarnationis manifestationem, Joh. 1, 14. (β) gratiosam inhabitationem, de qua supra hoc tit. mox ab init. Estque hæc habitatio maximè necessaria, salutifera, solatifera; fit enim homo spirituale cœlum, in quo sol est intellectus vel zelus justitiæ, luna est fides, astra reliquæ virtutes, Bernhard. sermon. 27. in Cant. Cantic. Ambulat itaque Christus in homine ceu templo suo, ab anima, quam purificat, migrat in corpus, ejusq; membra arma justitiæ reddit, Romanor. 6. vers. 13. imo ambulare hominem secum facit. Anshelm. & Theophyl. in 2. Corint. 6. Signa hujus inhabitationis sunt fructus vitæ piæ, emigratio e mundi hujus Babylone, cogitatio cœlestium & superorum. Cyprian. tract. de orat. Domin. *A simili.* Ex apparatu facile noscitur, quis in aula habitet: sic e fructibus cordis tui apparebit, quis cordis tui basilicam occupaverit.

§. 3 III. *Inhabitatio Satanæ*, Lucæ 11, 24. Johan. 13, 27. Matth. 12, 45. Apocal. 2, 17. (α) damnosa & perniciosa est hæc inhabitatio; impellit enim Satan ad omnia peccata, 2. Timoth. 2. vers. ultim. (β) Tyrannica; instar enim tyranni inhabitat Satan. (γ) turpissima; nihil enim turpius est, quam a turpissimo spiritu inhabitari hominem, ad Dei imaginem factum.

IV. *Ecclesiæ* habitatio, sive militantis sive triumphantis, Ps. 15, 1. Ps. 84, 5. & 91, 1. Esa. 23, 19. Apoc. 12, 12. c. 13, 6.

V. *Peccati*, vid. titul. Peccatum. Roman. 7, 17. 18. 20.

INIMICUS & INIMICITIA.

§. 1 (1) Deus inimicus, Esa. 63, 10. Thren. 2, 5. cum nempe perversus est, Psalm. 18, 26. contra nos ambulat, Levit. 26, 28. Cor a nobis avertit, Ose. 13, 7. (2) Angeli inimici, Numeror. 22, 22. Psal. 35, 5. quos Sennacherib expertus, 2. Reg. 19. Herodes, Actorum 12. (3) Homines vel extra Ecclesiam vel intra ecclesiam, Genes. 22, 17. Exod. 15, 16. Levit. 26, 7. 1. Samuel. 4, 3. &c. (4) Homines omnes, Roman. 5, 10. propter peccatum Coloss. 1, 21. inimici. Inde peccatum inimicitia vocatur Ephes. 2, 16. (5) Inimicus minister falsis doctoribus, discipulis & doctrinæ falsæ. Roman. 11, 28. Apostolus Judæis inimicus ob spretum Messiam, qui venerat. d. l. vers. 27. ob contemtum testamentum gratiæ & Evangelium. (6) Inimicitia inter serpentem & mulieris semen, quæ non est naturalis illa ἀντιπάθεια, sed spiritualis, quam Satan exercet per hæreses, schismata, peccata, persecutiones, discordias, Genes. 3, 16. (7) Inimicitia adversus Deum est, sapere quæ carnis sunt, Rom. 8, 7. (8) Ceremoniæ legales inimicitiæ vocantur Ephes. 2, 16. quod his gentes pomœriis Ecclesiæ erant exclusæ.

§. 2 *Duplex inimicus.*

Alius spiritualis, alius corporalis. *Spirituales* inimici recensentur a Laurent. Justiniano folio 1079. oper. lib. de perfectione graduum cap. 4. (α) Diabolus tentans & nos ad peccatum alliciens, Johann. 13, 2. Jacob. 1, 14. blanditiis nos vincens, fictis rationibus nos superans, malum sub specie boni suadens: imò in morte maximè tentans, Granatensis Dominic. IX. post Trinit. pag. 250. 251. (β) Concupiscentia insita, quæ procellorum instar

ſtar cordis noſtri navigium variè percellit. (γ) Affectuum inconſtantia; alternatur (ait Laurentius) intentio, frigeſcit affectio, deliberatio nutat, interdum, quæ diſplicebant, placent, &c. Spectat huc peccati libido in membris humanis. (δ) Mundi nequitia, quæ ad peccandum variè nos invitat. (ε) Senſuum noſtrorum, in quibus omnibus & ſingulis vis peccandi ſeſe exerit: ut in viſu concupiſcentia mala: in guſtu delitiæ & comeſſationes: in auditu vanitas rerum fugacium, quâ aures noſtræ imbuuntur & ſcandalizantur: in tactu expedita ſe exerit malitia, ſemper famulitio ſuo præſto eſt homini, & ſemper ignem ſecum gerit & gladium, ait Juſtinianus f. 1881. lit. B.

§. 3 *Corporales* ſunt homines in mundo; interdum etiam Domeſtici: Sic Judas Dominum prodidit: Agar inimica Saræ fuit: Severianus hypocrita aſtutus & facundus, hoſpitem ſuum Chryſoſtomum Eudoxiæ prodidit, quæ illum in exilium miſit; qui Eudoxiam Herodiadi comparaverat ob repetitos ludos.

§. 4 *Horum varia effecta.*

1. Cor malevolum & odiis plenum, Pſal. 5, 9. Hinc fremitus, Pſalm. 2, 1. 2. & 99, 1. In corde livoris acuit novaculam linguæ, ait Opt. Milevitan. libro ſecundo adv. Parmenian. 2. Conſultationes & technæ, Sirac. 19, 23. ut captent animam, Pſalm. 63, 10. 3. Inſultationes, Pſalm. 3, 3. & 13, 3. 4. Inſidiæ variæ, Pſal. 7, 16. 17. & Pſalm. 10, 4. & 11, 2. & 17, 9. 5. Calumniæ, Pſalm. 7, 4. & Pſalm. 5, 10. & 4, 3. & 10, 7. 6. Oppreſſio & anguſtia, Pſalm. 9, 14. 7. Contemtus conſilii pauperis, Pſalm. 14, 6. 8. Subſannatio, ludificatio, Pſal. 22, 7. 9. Pſalm. 35, 21. 25. & 40, 16. 9. Gaudium in calamitatibus, Pſal. 22, 18. & 38, 17. 18. 10. Occaſiones incuſandi & perſequendi captant, Pſal. 35, 20. 11. Mala quæque bonis cupiunt contingere.

Inimica.

Mich. 7, 8. hoſtes dicuntur Iſraelis, quaſi ſit æmulatio inter duas mulieres; ſic inter filios Eccleſiæ & ejus hoſtes. Babylonii vel Edomitæ intelliguntur ſub typo protervæ mulieris introducti.

§. 5 *Capitalis inimicitia.*

Camerar. part. 1. cap. 91. hor. ſubciſiv. ritus & exempla recenſet, nempe olim Romanos amicitiis renunciaſſe, & præſentibus inimicitiam profeſſos fuiſſe, quæ inimicitiæ capitales dicebantur. Gentium mores non ſine turpitudine exprimunt hodie Chriſtiani, non minus quam illi verbis & geſtibus hoſtilem animum prodentes. O labem Chriſtiani nominis!

§. 6 *Mala & incommoda diſcordiæ*

Sunt plurima. Offenſio DEI, qui vult, ut nos invicem diligamus, Lev. 19, 17. Læſio proximi, cui quis fratrum inimicus eſt, fraterni debiti oblitus, 1. Joh. 4, 19. Impedimenta orationis; nec enim is orare poteſt, qui inimicitias fovet, 1. Tim. 2, 8. Diſſolutio humanæ ſocietatis, quæ fit inimicitiâ, ſicut charitas vinculum eſt, Col. 3, 14. Subverſio noſtri: Turci in quotidianis precibus à Deo petunt Chriſtianorum diſcordiam, eam eſſe ſui imperii ſalutem arbitrantes, Cotovicus lib. 4. Quidam interpres Turcicus in electione Maximiliani dixit: eſſe quidem maximam potentiam Germanorum, eſſe tamen inſtar beluæ multorum capitum, referente Camer. centur. 2. Ideò ad concordiam Lutherus hortatur tom. 2. Witteb. Germ. lib. Vom Krieg wieder den Türcken §. welcher alles und dergleichen.

§. 7 *Similia.*

Comparantur inimici (α) Leonibus, Pſ. 17, 12. & 7, 3. & 22, 14. (β) Canibus, ib. v. 17. ob ſævitiam, mordacitatem. (γ) Telis, quibus Deus ſcutum opponendus eſt, Pſal. 18, 3. 4. (δ) Aquis inundantibus, Pſalm. 18. verſ. 17. divino tamen arbitrio ſubjectis. (ε) Venatoribus nos inſectantibus, Pſalm. 11, 3. Pſalm. 91, 3. (ζ) Pulveri facilè diſpergendo, Pſalm. 18, 43. (η) Lignis & ſtipulis ardentibus, Pſalm. 22, 9. 10. (θ) Semini impio, Pſ. 21, 11. in vitia ſemper ſoboleſcenti. (ι) Unicornibus Pſ. 22, 22. animas noſtras impetentibus.

§. 8 *Metamorphoſis*

Inimicorum in amicos tempore publicæ calamitatis, Didac. Apolephtes part. 2. p. 49. hor. hiſtoric.

§. 9 *Supplicia inimicorum.*

1. Portarum obſeſſio, Geneſ. 22, 17. c. 24, 60. 2. Eorundem percuſſio, Exod. 15. v. 6. & caſus, Lev. 26, 8. diſſipatio, Numer. 10, 35. ſubverſio, Numer. 32, 21. deſtructio, Pſal. 8. v. 3. 3. Ultio, Joſ. 10, 13. Pſalm. 9, 20. 4. Confuſio & intricatio, Pſalm. 9, 16. 17. & 6. v. penult. & 35, 26. 5. Potentiæ impiorum fractio, Pſalm. 10, 15. 6. Fames & bella, quæ hoſtes Dei & piorum comitantur. 7. Conſiliorum turbatio, Pſalm. 21. verſ. 12. Job. 5. verſ. 12. Nahum 1, 11. 8. Ad infernum profligatio, Pſ. 9, 18.

§. 10 *Inimici crucis Chriſti qui?*

Philipp. 3, 19. Sunt I. *Pſeudoapoſtoli:* hi enim (α) juſtitiam cruce & morte Chriſti partam ſpernebant, è lege Moſis ſimul juſtitiam ſperabant; quod innuit Apoſtolus ibid. c. 3. ad Phil. verſ. 8. 9. intelligit verò Simonem magum, negantem Chriſtum verè crucifixum eſſe: Cerinthum, non verè paſſum eſſe: Baſilidem, pro Chriſto Simonem Cyrenum paſſum eſſe. Epiphan. hær. 24. 28. Iren. lib. 1. c. 25. (quanquam verius ſit, Baſilidem poſt Apoſtolorum tempora ſub Adriano vixiſſe.) (β) Crucem à Judæis intentatam omnibus, qui in ſolum Chriſtum credebant, metuebant, v. Gal. 6, 12. de hac cruce 1. Theſſal. 2, 14. 15. 16. (γ) In luxu & quiete vitam degere malebant, quàm inſudare Evangelio, Theoph. in h. l. nec enim Chriſti crucis amicus eſt, qui non vult ob crucifixi gloriam laborare. (δ) Lolia falſæ doctrinæ ſpargebant, non ſecus ac Satan inimicus ille, Matth. 13, 4. Spargentes ideo canes vocantur Phil. 3, 2. Julianus Apoſtata crucis oſor. Cyrill. Alex. lib. 6. contra Jul. Paulician. apud Enthymium p. 2. Panopl. Tit. 21.

II. His hodienum accensendi 1. *Turcæ*, qui expugnatâ Constantinopoli catum mortuum cruci suffixerunt & per lutum urbis trahi jusserunt, in crucifixi JESU dedecus, jurati Christi hostes. 2. *Judæi* quoque crucem contemnentes & crucifixum, 1.Cor.1,23. 3.*Christiani mali* (α) in vanum Christi crucem usurpantes: (β) & crucifixi regnum non promoventes viribus, queis poterant, omnibus: (γ) nec crucifixum Jesum ore intrepido & corde confitentes, vid. Cyrill. Hierosolymitan. Catech.13. (δ) Epicuræi, nihil nisi otium & crapulam in hac vita quærentes, quorum Deus venter est, & quorum voluptas esca & potus est. (ε) Nec carnem crucifigentes; hoc enim debes Christo crucifixo, Rom.6. Gal. 6. ut vivas ei, qui pro te mortuus est, 2. Cor. 5, 14, 15.

§.11 *Amici Christi crucis sunt.*

1. Confidentes in Christi cruce & morte sola, in hac sola morientes, Act.7,60. Philipp.1, 21. 2. Pugnantes Christi cruce, per fidem & spem, qui dicunt: Glorior in solo sanguine Christe tuo, Galat.6,14. Confer Tertull. libr. de corona milit. 3. Patientes Christi crucem, Matth.10, 37. cap.16,24. 4. Propugnantes eandem, per prædicationem, confessionem & institutionem. Rom.10. Corde creditur ad justitiam. 5. Et tandem in modo crucifixi morientes, Galat. 6, 14.

§.12 *Consolationes contra hostes.*

1. DEI parastasis, Ps.37,40. 2. Tim. 4. Esa. 41,10.c. 43,2.3. Ps.23. 2. Ejusdem ultio, Ps.54. v. ult. & 68,3. Prov.18,20. 3. Supplicia varia inimicorum, de quibus ante. 4. Hostes contra nos nil valere posse, Ps.66,3. 5. Confunduntur tandem, cum fides spiritualis citharæ extenduntur & tandem rumpuntur. Episcopi ad Cyprian. Epist. 78.

§.13 *Officia erga hostes.*

Pro iis precari, Psal. 64,1.2. sic Christus, Stephanus, sic in Litania: benefacere, 2. Chronic. 28, 15.16. Rom. 12,4. Sic Spiridion, Tripartit. lib.1. c. 10. iis non irasci, Camerar. part.2. horar. subcisiv. c.63. parcere, 1.Sam.26,24. *tolerare eos* in lenitate, Rom. 12. exemplo Dei, Rom. 2, 4. c. 9, 22. remittere noxas, Matth. 18. Ephes.4,32. Matth. 6,11. Bonum iis pro malo reddere, Roman.12. vid. tit. *Charitas.* Etiam mortuos plangere. Sic David Saulem. Alexander M. Julium Cæsarem. V. Zwing. fol.98.a.

Testimonia inimicorum quomodo rejiciantur. V. Testimonium.

INIQUITAS. *V. Peccatum.*

INITIUM. *V. Principium.*

INJURIA

§.1 Est omne id, quod justitiæ adversatur, quodque cum læsione innocentiæ conjunctum est, atque profectum ab animo injuriantis aut læsuri, sive alium commoturi. Cardinal. Thusc. lib. 1. concl. 150 Damhauder prax. crim. c. 137. §. 1. Vincent. de Portonariis in vocabulario hâc voce.

Quot modis fiat?

1. Re, cum manus alicui infers, Exod. 2,13. caus. 17. q.4. c. si quis suadente. 2. Verbis, cum dicis convitium, quod etiam fit collatione vocum tàm absenti, quàm præsenti, ut dicit Vincent. de Portonar. d.l. c. olim de injur. 3. Literis, cum quis ad infamiam alicujus libellum vel carmen famosum scribit, vel etiam spargit, vel malo dolo fieri permittit. 4. Proditione & venditione; cujus generis injuriam commiserunt fratres Josephi, Gen.50, 15. Pertinent huc omnia peccata atque vitia, quibus in Deum, inque proximum peccatur, suis locis pertractata.

§.3 *Exempla tolerantium injurias.*

Moses omnium mortalium mitissimus, Num. 12, 3. Marcus Cato in quodam balneo percussus, satisfacienti percussori dixit: non memini me abs te percussum esse. Aristides ad supplicia, cum plurimi ingemiscerent, ipsam justitiam puniri in Aristide; alius verò in faciem ejus spueret, Magistratui, qui Aristidem illum comitabatur, dixit: Mone hominem, ne imposterum tam impudenter oscitet. Pericles suum commilitonem, qui toto eum die læserat, sub vesperam cum lumine comitatus est. Basil. de leg. Gentil. script. Vid. tit. Charitas.

§.4 *Officia nostra circa injuriam.*

Ea committenda Deo, Esa. 37. v. 14. 15. is enim justitiam reddit patientibus injuriam, Ps. 103, 6. Psal. 146, 7. Ejus memoria non retinenda, Levitic. 19, 18. 2. Sam. 19, 19. propulsanda etiam à proximo, Actorum 7, 24. Sir. 4, 9. nonnunquam majoris mali avertendi ergo, Christiana concoquenda patientiâ, 1. Cor. 6, 7. condonanda, Matth. 6, 11. vid. tit. Mansuetudo. Ut debilis stomachi indicium est, non posse duriorem cibum concoquere; sic pusillanimi est, non posse verbum duriusculum sustinere, ait Aristotel. 4. Ethicor. c. 3.

De Julio Cæsare scribit Cicero orat. pro M. Marcello: Cæsar nihil obliviscitur, nisi injurias.

Injuriosè aliquem tractans tenetur ad restitutionem, ait Leonh. Lessius lib. 2. c. 29. de Justit. & Jure, dub. 18. num. 171. Fumus nu. 6. V. Injuria.

Vindicatio injuriæ zelo justitiæ & non livore vindictæ justa est, ut peccator emendetur, cohibeatur, ac paci aliorum consulatur, justitia, honor Dei conservetur, & ob alios bonos respectus, Thom. q. unic. de virtut. Fumus V. Injuria n. 4.

§.5 *Gradus injuriæ.*

Levis amico condonanda, juxta illud: Amici mores noveris, non oderis. Infirmitas naturæ humanæ exigit hanc humanitatem. Moles negotiorum persæpe hominem ad impatientiam concitat. Tranquillitas collegiorum eandem postulat mansuetudinem. Atrox injuria in 1. veritatem divinam, 2. ministerium, vocationem depellenda est, sic ut ex animo abjiciatur memoria offensionis, solaque in vindicando gloria Dei quæratur; sic Christus se contra injurias Judæorum defendit.

Affines

Affines tituli hujus ſunt, Manſuetudo, Vindicta, Ultio, Reconciliatio.

INJUSTITIA. *V. Juſtitia.*

§. 1 INNOCENTIA.

Cognati tituli ſunt: Conſcientia bona, Juſtitia, Pietas, &c.

Eſt abſentia culpæ, & integritas in actionibus planè inculpabilis.

Deo eſt grata. Onychem olim portari veſte ſacerdotis ſummi præcepit Dominus: ut doceret, candorem animi ſibi gratisſimum eſſe, ſicut in Onyche candor eſt purisſimus, limpidisſimusque.

Solatur. Agis rex ad mortem damnatus lictori comploranti ait: Omitte has lachrymas, nam injuſtè moriens melior ſum iis, qui me morti damnarunt. Phocion dicebat ſocio ploranti: Non tibi Evippe ſatis eſt cùm Phocione mori, h. e. innocentem cum innocente? Quantò igitur nobis ſolatio eſſe debet, qnod cum innocentisſimo Chriſto Roman. 8. v. 17. & Chriſtianis innocentibus patimur, 1. Petr. 4, 12. ſeq. Exemplum D. Apoſtoli 2. Corinth. 1, 12. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate cordis & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei converſati ſumus in hoc mundo.

§. 2 *In qua conſiſtat?*

Auguſtinus: Eam (ait alicubi) innocentiam Deus probat, quâ homo non metu pœnæ fit innocens; ſed amore juſtitiæ: nam quia timore non peccat, quamvis non noceat, cui vult nocere, & abſtineat ab iniquo opere, reus tamen fit ſolâ voluntate. Hæc Auguſtin. & Hieronym. in c. 18. Matth. verba: quicunque humiliaverit ſe ſicut, &c. Sicut (ait) parvulus non perſeverat in iracundia, non læſus meminit, non videns pulchram mulierem delectatur, non aliud cogitat & aliud loquitur; ſic & nos niſi talem habuerimus innocentiam & animi puritatem, regnum cœlorum non poterimus intrare. Iſta Hieronym. Gregor. libr. 2. moral. ſic vixi, ut accuſatorem exterius non timerem, utinam ſic vixiſſem, ut intra me ipſum accuſatorem conſcium non haberem.

§. 3 *Innocentia multiplex:*

1. Abſoluta & ſumma eſt ſolius CHRISTI, Hebr. 7, 26. firmata teſtimonio inimicorum, Judæ, uxoris Pilati, ipſius quoque Pilati, Herodis, Solis & creaturarum motarum in morte Chriſti. 2. Inchoata, quæ eſt piorum, Job. 4, 7. Pſalm. 15, 5. Jerem. 2, 4. Pſalm. 24, 4. 3. Libertas à pœna, Jer. 25, 29. 4. Immunitas à culpa, 2. Sam. 14, 9.

§. 4 *Adjuncta.*

Innocentes odio habentur impiis, Proverbiorum 1. verſ. 11. tribulationibus ſubjiciuntur: exprobrationes malorum patiuntur, Pſalm. 42.

§. 5 *Exempla innocentiæ.*

David, Pſalm. 18. Joſeph, Geneſ. 39. Achimelech, 1. Samuel. 22. v. 16. Pſalm. 24, 4. Pſalm. 73. verſ. 13. 1. Samuel. 24. verſ. 12. Suſanna. Chriſtus ipſe agnus innocentisſimus, Johan. 1. v. 29. 1. Petr. 1, 19.

§. 6 *Officia erga innocentes.*

1. Condolere illis patientibus. 2. Eripere eos ex impiorum manibus, Geneſ. 37, 22. ſequent. 1. Samuel. 14, 45. Dan. 6, 14. 3. Cauſam eorum tueri, 1. Samuel. 20, 31. cap. 19, 1. cap. 22, 13. 14. Jerem. 26, 16. Matth. 12, 2. 3. cap. 15. verſ. 3. cap. 21, 16. cap. 26. verſ. 10. Luc. 10, 41. cap. 23, 41. 4. Suam quoque tueri innocentiam, Joſ. 22. v. 22. 1. Sam. 1, 14. c. 12, 3. 1. Reg. 18, 18. Jer. 37, 14. Actor. 2, 14. c. 7, 1. ſeq. Gen. 40, 15. Num. 16, 15. Pſ. 7. 4.

INNOTESCERE.

Preces apud Deum dicuntur innoteſcere, Philip. 4, 5. non quod eas Deus ignoret; ſed quod coram hominibus noſtra deſideria innoteſcant, iique noſtro exemplo ad ſtudium orationis inflammentur: ſic Actor. 1, 19. cap. 7, 13. c. 9, 42. c. 19, 17.

INNOVARI. V. *Renovatio.*

INOBEDIENTIA. V. *Obedientia.*

INQUISITIO Hiſpanica.

Inquiſitio Hiſpanica olim inſtituta ob Saracenos & Judæos, ſimulantes ſe eſſe Chriſtianos, cum reverà non eſſent; à regibus Chriſtianis introducta, per Monachos Dominicanos adminiſtrata, contra Evangelicos exercita in Hiſpaniis maximè 1559. cum & D. Auguſtinus Cacalla inter alios (olim Carolo V. à concionibus) capitis damnaretur ob Lutheri ſententiam. Bucholzer. ad h. annum 1559.

INSERO. V. *Unio.*

INSIDIÆ. V. *Candor. It. Sinceritas.*

INSIPIENTIA. V. *Stultitia.*

INSOLENTIA. V. *Petulantia.*

INSPIRATIO.

I. Divina per Spiritum S. ex teſtimonio S. ſancti & verbi Miniſterio: ſive ea ſit canonicorum ſcriptorum, ſive aliorum piorum, à Deo doctorum.

II. Satanica: cum Satan cordi inſpirat aliquid, quod Deo adverſum eſt.

III. Mundana inſpiratio, per ſcandaloſa exempla, irritamenta.

IV. Anabaptiſtica inſpiratio, de quibus gloriati ſunt olim Anabaptiſtæ. V. Bulling. de Err. Anabaptiſt.

V. *Zwingliana.* Docuit enim Zwinglius, Gentes inſpirationibus ductas æternum ſalvatas eſſe: cujus patrocinium ſuſceperunt Bullinger. Lavather. Gualtherus, Tiguri in Reſponſ. ad Luther. Anno 1545. Embdenſes & alii.

VI. Pontificia, quam juxta multa tradita eſſe perhibent, ratione doctrinæ & cultus, de quibus alibi. Vide & applica, quæ habet F. Ribera in capit. 1. numer. 7. Sophon.

INSTABILIS.

1. Anima eſt, quæ non eſt firmatâ verâ Dei notitiâ ac pietate atque intelligentiâ S. Scripturæ, 2. Petr. 2. verſic. 14. Capit. 3. verſic. 16. 2. Status eſt eorum, qui incertis ſedibus

sedibus vagantur, 1. Corinth. 4, 11. vide *Exilium*. 3. Vita, Eccles. 9, 9.

INSTINCTUS.

Instinctus est inclinatio à natura ipsa insita, quâ homo dicitur ad bene & honestius agendum ob ingenitam temperaturam. Dicitur aliàs Φύσις: vide Senecam c. 6. de tranquillit. & præprimis Sap. 8, 19. 20. c. 3, 7. 12. c. 14, 6. Baruch. 3, 26. Sic Heroica indoles Senec. lib. 1. epistol. 95. Horat. Fortes creantur fortibus & bonis, &c.

INSTITUTIO parentum. *V. Parentes.*
Præceptorum, *vid. tit. Schola.*
Ministrorum, *vid. tit. Minister.*

INSULA.

Dicta quasi in salo sita, notat 1. Aliquando terram quamvis à Judæis paulo remotiorem, Sir. 47, 17. Psalm. 72, 10. Esai. 60, 9. 2. Terras, quas omni ex parte mare ambit. 3. In genere insula notat aliquando quemcunque populum & terræ tractum: sic Ægyptus, sic Æthiopia insula dicitur Esa. 20.

Notantes insulæ in India; de his Seneca lib. de quæst. naturalibus. Sunt specula divinæ omnipotentiæ, quâ mirabiliter conservantur; simulque imago conservatæ in his terris Ecclesiæ, inter medios mundi furentis fluctus. Zeilon insula celeberrima, ferax Elephantum, Smaragdorum, Rubinorum, Hyacinthorum. Sumatra fertilis auri, argenti, margaritarum. Glava, quam inhabitant Sarcophagi. Insulæ fortunatæ hodie Canariæ dictæ. In Archipelago orbis recens inventi inveniuntur 7448. insulæ, notante Münstero in Cosmographia. Huc Rhodus, Lesbus, Mitylenæ, Corsica, Candia, Cyprus, &c. *Mirum*: Insula emersit cum calidis aquis, spectantibus nautis ex profundo, Seneca lib. 6. c. 31. qu. nat. Confer de Insulis Meiger. p. 371. nucl.

§. 1 INTELLECTUS. *V. Mysteria. It. Ratio. It. Cæcitas.*

Intellectus excolendus, ne longi temporis incuriâ noxias opiniones progerminet, Clemens libr. 6. recognit. ut ceu ignis sopitus exardescat, Lactant. cap. 18. de opific. hominis. A tenebris præservandus; sicuti oculos corporis solicitè custodimus, Chrysostom. homil. 21. in Matth. est quoque intellectus arx in homine & dux.

§. 2 *Defectus intellectus.*

Cæcitas in non regenitis, Joh. 1. 1. Corinth. 2. v. 14. Ephes. 4, 22. obscuratum habentes intellectum. *Vid. tit. ratio captivanda.* Huc antrum Platonis referas lib. 6. de Republ. *Superbia*, quâ præsumit intellectus scrutari mysteria Dei, sed frustra.

§. 3 *Spiritualis intellectus.*

Est is, qui sequitur unicè Dei verbum. Lutherus egregiè Dominic. 24. post Trin. f. 442. b. 443. 444.

§. 1 INTENTIO.

Intentio bona opus bonum non efficit, sine mandato Dei Deuteronom. 4, 2. cap. 12, 8. 32. Matth. 15, 9. v. g. si tollas Petro pallium & des Paulo; fureris ut des pauperi, Drexel. libr. 1. c. 6. de bono oculo. Titi Manlii filius securi percussus est, quod sine consensu patris cum hoste, etsi victoriosè, pugnasset. Livius decad. 1. lib. 8. 1. Samuel. 15, 21. Saul victimam offerens præter Dei mandatum, repudiatur. Confer Gerson. p. 2. fol. 30. lit. L. M. Sic Tyranni cultum ex bona intentione Deo præstare volunt.

Partes intentionis bonæ. 1. quærere solius Dei gloriam. 2. sui ipsius oblivisci. 3. soli Deo verè placere, Drexel. tract. X.

Necessitas intentionis bonæ, Drexel. lib. 1. c. 3. de bono oculo. Nam ut corpus sine anima mortuum est; sic absque intentione opus bonum non est. Ut vita à corde procedit; sic à bonâ intentione bonum opus, sed intentionem bonam fides dirigit. Augustin. in Psalm. 31. Tom. 8. col. 187. c. Illustratur simili desumpto à navigio, non rectè ad portum directo.

§. 2 *Intentio mala* in Herode Ascalonita fuit, Matth. 2. similis est venenatæ Salmandræ, quæ solo contactu radices arboris lædit.

Scholasticorum plicas de intentione recenset Altenstaig V. Intentio & Scholastici in Lombardum.

INTERCEDERE.

Intercedere pro aliis est actus charitatis. Sic Gebhard. episc. Colonienſ. num. XX. im warhafftigen Bericht narrat, quomodo pro oppressis in Religione intercesserit.

INTERIM. V. *Confessio.*

INTERIORA.

Psalm. 103, 1. notant omnes affectus eosque ardentissimos, omnes facultates, totum cor. Opponitur his hypocrisis Esai. 29. v. 13. Matth. 5. v. 8.

INTERPRETATIO

Quid? Sermonis & dictorum plana & perspicua declaratio ad pleniorem capiendum sensum eorum, quæ dicta sunt.

Quotuplex? 1. Judicialis, qualem sibi Romanus Pontifex arrogat.

2. Ministerialis, quæ est Ecclesiæ, sequentis canonem Scripturæ, Gal. 6.

3. Publica, privata.

Materia verba *ambigua* in meliorem partem interpretanda. Vide Pesantium pulchre, q. 6. art. 4. disp. 5. fol. 627. col. 1.

INTERROGATIO.

1. Dei, cum nos tentat & vires nostras experitur & probat. Tentatio est Dei interrogatio de viribus nostris, tom. 8. Augustin. col. 541. d. 2. Hominis ad Deum. 3. Hominis ad hominem.

Varia *requisita* ejus vid. apud F. Riberam procem. in Mich. Zachariam, Sophoniam. In Joel. Polan. in syntagm. libr. 1. c. 44. Chamier Tom. 1. Panstrat. D. Danhaw. in Idea boni interpret.

§. 1 INVENTIO Rerum.

Est donum Dei, Gen. 4. vide Polyd. Vergilium, Textor. colum. 1076. officin. Sabellic. folio 52. Exemplor. & Meiger. pag. 1685. in Nucl.

in Nucl. & Salmuth. in Pancirol. Tiraq. in Alex. ab Alexandro. Conf. quoque *Quæro*, infra. Invenire, reperire, varias res. *V. Juis Titulis. Item: Tit. Oratio. Scriptura reperta: f. locis.*

INVIDIA.

§.1 Est tristitia super alieno bono; sive est odium alienæ felicitatis, Hugo lib. 2. de Sacram. Thom. 2. 2. q. 36. art. 1. Ab hac invidentiam ceu ipsum morbum & ægritudinem nonnulli discriminant. Vicina est æmulatio, quæ est affectus crucians hominem, ob dona & honores præ nobis aliis collatos.

§.2 *Causæ procreantes sunt*

(1) Diabolus, Sap. 2, 19. Basil. hom. 11. Bonus est Deus & bonorum iis, qui digni sunt, præbitor. Improbus Diabolus & omnimodæ improbitatis administrator, & ut bonum sequitur innocentia animique candor, sic Diabolum invidentia. Hæc Basil. (2) Amor nimius rerum terrenarum, quas cum homo justò plus diligit, proximi charitatem negligit, Basil. hom. de invidia. Galat. 5, 26. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi &c. (3) Neglectus Christianæ charitatis, quæ efficit animi malitiam & pravitatem, quæ sola invidiæ est procreatrix, Chrysost. hom. 36. in Joh. (4) Neglectus agnitionis sui ipsius; nam qui suam indignitatem non agnoscit, sed sibi ipsi dignitatem tribuit, is non potest non esse invidus. (5) Studium detrahendi proximo, quo quis ducitur: similis urso, qui iratus omnes, quos potest, ungulis ramos lacerat.

§.3 *Impulsivæ ad invidiam.*

1. Timor damni, cum ex aliorum bonis nobis timemus, estque hæc invidia timoris effectus. 2. Tædium absentis nobis boni, cum dolemus, quod nobis desit hoc bonum, quod alius habet. 3. Dolor de obsessis, ab indigno bonis quibusdam. 4. Dolor de excellentia personæ, cui aliqua obtigit felicitas.

§.4 *Materia.*

I. *In qua*, cor & affectus hominis, in his enim invidia residet: (difficulter tamen locum habet in generoso pectore, sicut & tinea non nascitur in cedro, arbore odorifera) estque hoc vitium omnibus commune fere, tam nobilibus, quam plebejis. Alexand. M. Perdiccam ob bellicositatem, Lysimachum ob belli peritiam, Seleucum ob magnanimitatem, Ptolomæum ob felicitatem odio habuit.

§.5 II. *Circa quam* sunt bona & felicitas proximi, quod inductione exemplorum infra patebit, itaque hoc objectum dicitur invidiosus, id est, qui patitur invidiam; sed qui invidet, dicitur invidus. Ambros. lib. 1. de Abraham cap. 7. Prosperitatem cito sequitur invidia: nemo invidet misero, ait Augustin. & repetit Hieron. ad Eustathium.

§.6 *Effecta invidiæ considerari possunt*

I. *Respectu Dei.* Huic invidus contrariatur: (α) nam Deus est bonus usque adeo, ut etiam e malis bona eliciat; invidi vero tam mali sunt, ut etiam de bonis mala velint. (β) Divina bonitas omnia sua bona nobis communicat; sed invidus non communicat bona sua, sed ea alteri invidet. (γ) Divinæ bonitati bona placent; invido vero displicent. (δ) Lege sua Deus bonitatem præcepit; huic legi adversatur invidus. (ε) Deus pro bonitate, justitia, sapientia distribuit sua dona; sed invidus huic bonitati, justitiæ, sapientiæ obmurmurat, & distributis donis invidet. (ζ) Idem præcepit gaudere cum gaudentibus, Roman. 12. sed invidus non gaudet, sed tristitia afficitur, aliis gaudentibus. Bene igitur Chrysostom. homil. 11. ad Coloss. Tu qui invides & ecclesiam oppugnas, Deo hostiliter adversaris, nam is prohibuit invidere, Levit. 19, 17. Psalm. 37, 7. Rom. 13, 3. Galat. 5, 20. 1. Corinth. 13, 4. Invidus expellit S. Sanctum, ut Saul. Excitat iram Domini, qui ait: Tolle, quod tuum est & abi, Matth. 20.

§.7 II. *Diaboli:* Hunc invidus imitatur, nam Diaboli invidia mors introivit in mundum, Sap. 2, 19. Primus ergo pater invidiæ Satan est, hunc filii sequuntur.

§.8 III. *Proximi:* hunc (α) odio invidus prosequitur, quem amare tenebatur, Matth. 22, 39. ideo invidus cum cane blandienti comparari assolet. Confer Chrysostom. homil. 53. tom. 5. fol. 188. B. C. D. qui plura docet, quomodo charitati invidia contrarietur. (β) Ejusdem famæ detrahit, inque hujus perniciem susurrat & iniqua fert judicia. (γ) In proximi malis invidus exultat, Prov. 17, 5. Proverb. 24, 18. (δ) Sed tamen proximo nil nocet, juxta illud: Deo dante nil valet invidia; quin potius eum clariorem facit: nam ob dona Dei odio habetur, quorum donorum respectu merito inclarescit. (ε) Omnis quoque rumpitur amicitia, quæ aliàs nobis fuit cum aliis, majori honore mactatis, Augustin. in 2. ad Corinth. homil. 26. (ζ) Quæ per se laude digna sunt, vituperantur, vid. 1. Sam. 17, 28. Gen. 37, 19. Lucæ 11, 15. c. 19, 7. Matth. 9, 11. (η) Et silentio involvuntur, Matth. 21, 15.

§.9 IV. *Denique sui ipsius* (invidi scilicet) nam hic (α) seipsum & torquet & macrefacit, juxta illud Horat. lib. 1. ep. 2. Invidus alterius macrescit rebus opimis. (β) sese excœcat; invidus enim vespertilioni & noctuæ similis est, cui lux est invisa: sic invidi lucem divinorum bonorum in proximo fastidiunt: ossa quoque exsiccat, Prov. 14, 30. (γ) Mentem suam impuram reddit, luto scilicet odii, quo in conspectu Dei nil tetrius est. (δ) Stultitia imbuit: vult enim sibi unum oculum erui, ut proximo etiam oculus eruatur, quo quidem voto quid stultius est? Confer 1. Sam. 23, 27. (ε) Carnalitatem suam ostendit, 1. Cor. 3, 3. (ζ) Omnia parva opera operatur, Jacob. 3, 16. Pulchri sunt versus Ovidii lib. 2. Metam. invidiam describentis:

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
Nusquam recta acies, livent rubigine dentes,
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno,
Risus abest, nisi quem visi fecere dolores,
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.
Sed videt ingratos, intabescitque videndo
Successus hominum, carpitq; & carpitur una,
Suppliciumque suum est.

Adjun-

§.10 *Adjuncta invidiæ.*

1. *Turpitudo summa*, quæ huic ineſt vitio; nihil enim turpius poteſt fieri, quàm hominem homini, proximum proximo invidere.

2. *Operatio indeſinens* hujus vitii : etenim alia vitia ceſſant peracto vitioſo aliquo opere, ut, homicidium, ſcortatio, rapina &c. ſed invidia nunquam quieſcit, perpetuis æſtuans ignibus. Cyprian. ſerm. de zelo & livore. Chryſoſt. hom. 41. in Matth.

3. *Induratio* : nam invidia durum eſt vitium, nullis frangitur officiis, obſequiis mulcetur nullis; ſed magis agreſte redditur.

§.11 *Remedia contra invidiam.*

(α) Dei prohibitio, & charitatis præceptio, Matth. 20. verſ. 25. Galat. 5, 26. (β) Dei punitio, Prov. 17, 5. cap. 24, 17. cap. 28, 22. Sapient. 6, 25. Geneſ. 28. Onan ſemen fratri ſuo invidens, repentina morte afficitur a Domino; ſuo ipſius gladio perimitur, ait Cyprian. ſermon. de zelo & livore. (γ) Invidiæ conſideratio : vid. infra ſimilia: & ſupra Effecta. (δ) Humilitas & noſtri agnitio, quæ invidiam excludit : locus enim invidiæ nullus eſt, ubi nemo eſt ſuperior, ait Didymus ad Alexandrum. (ε) Rerum humanarum contemtus. (ζ) Æternæ gloriæ & beatitudinis amor, qui ſi cor tuum occupavit, protinus exulabit invidiæ morbus. (η) Ceſſio, ſi nempe invido cedemus. Hieronym. in Epitaph. S. Paulæ hanc ſuadet inductus exemplis Jacobi Eſavo, Davidis Saulo cedentis.

§.12 *Exempla*

Cain invidet Abeli, Geneſ. 4. Laban Jacobo, Geneſ. 31, 41. Fratres Joſephi, Geneſ. 37. Rachel ſorori ſuæ, Geneſ. 30, 1. Philiſtæi Iſaaco, Gen. 26, 14. 15. Eſau Jacobo, Gen. 27, 41. Aaron & Mariam invidebant Moſi, Numer. 12. Eliab (1. Sam. 17, 28.) Davidi invidet: Haman Mardochæo, Eſther. 6, 12. Saul eidem David, 1. Sam. 18, 8. Saneballath Judæis urbem reædificantibus, Nehem. 6, 1. ſequentib. Demetrius epiſcopus Alexandrinus Origenis famæ longe clariſſimæ invidit; ideoque prodidit, Origenem ſibi genitalia abſcidiſſe, Euſeb. lib. 6. cap. 7. Tertullianus a Romano clero exagitatus, ad Montani ſectam defecit, & quædam contra Catholicos ſcripſit invidia excitus. Alexander invidit Perdiccæ bellicoſo, Lyſimacho militiæ perito, Seleuco magnanimo, Ptolomæo proſpero. Ælianus lib. 12. var. hiſtor. Cajus Caligula omnibus invidebat : Socrati accuſatores inviderunt. Vide plura apud Zwinger. fol. 105. Theat. Textor. officin. cap. 1173. 1174. Didac. Apolepht. p. 2. p. 475. hor. hiſtor. Inter Noribertum & Othonem Bambergenſem. Vide Pommeriſche Kirchen-Hiſtor. D. Crameri lib. 1. c. 29. Confer Meiger. p. 1064. in Nucl.

§.13 *Similia.*

Sicut *ærugo* ferrum conſumit: ſic invidia animum invidentis. *Arbor* eſt, cujus radix malevolentia, frondes iræ & odium, flores irriſio, contemtus, folia livor & pallor, fructus æmulatio & detrectatio. *Aſinus* iners & obeſus conjunctus equo generoſo, curſum ejus remoratur : Sic invidi inertes & ſuo ventri litantes, invident iis, qui alacriori curſu ad virtutem contendunt. *Canis* quidem primo blanditur, deinde mordet : invidi verbis blandiuntur, corde tamen mordent & odia conflant. *Cantharides* maximè lætioribus frumentis & roſis inhærentes. Confer Baſil. homil. peculiari. *Coluber* in via eſt quilibet invidus. *Ebrius* male ſuis rebus conſulit : ſic invidus ſuarum rerum non ſatagit, ebrius odio & invidia. *Filia* ſuperbiæ; ergo mater necanda, Auguſtin. ſermon. 53. de verbis Domini juxta Johann.

§.14 *Fontes* quidam ſunt, in quibus ſerpentes aluntur: ſic invidi odii & malorum affectuum ſerpentes in ſeſe fovent aluntque, Pallad. in hiſtor. de Stephano lapſo. *Fructus* mali non niſi a mala arbore proficiſcuntur : ſic invidia mali cordis peſſimus eſt fructus. Emblema Alciati cap. 7. l. de Invid. Pingitur *fœmina*, cui dolent oculi, quæ ſuum ipſius cor edit, macilenta, pallida, geſtans tela ſpinoſa manu. *Furioſus* in ſe ſuum convertere gladium aſſolet: ſic invidi ſibi ipſis maxime nocent. *Fumus* mox evaneſcens: ſic quoque invidia oritur ex igne virtutis, ſed mox evaneſcit. *Ignis* ſemper creſcit, quo plura apponis ligna; ſic invidiæ ignis indies creſcit & augeſcit. *Inſania*, cum aliquis aliena felicitate

§.15 torquetur, Chryſoſtom. homil. 26. in 2. ad Corinth. *Milvi* ſunt, ad cadavera volantes, hoc eſt, vitia hominum, relictis eorum virtutibus, inſectantes. *Muſcæ* tantùm inhærent putridis vulneribus; ſic invidi. Baſil. *Noctua* lucem non ferunt; ita nec invidi dona Dei ferre poſſunt, ſed eis detrahunt & donorum fontem deſpiciunt. *Ophthalmia* ſplendidis rebus offenditur; ſic invidi ſplendidis Dei donis offenduntur & excruciantur. *Procellæ* navim mari vectam nunquam non infeſtant; ſic invidia cor hominis ſemper inquietum reddit. Aug. ep. 3. ad Jul. Invidus vir ſimilis eſt *navi*, quæ jactatur in fluctibus; in perturbatione ſemper eſt. Ut *Phœnix*

§.16 ſeipſum comburit lignis a ſeipſo collectis; ſic quoque invidi. *Radix* eſt invidia omnium malorum. *Putredo* oſſa quoque corripere ſolet; animæ putredo invidia eſt, hac enim illa ſqualet veluti, & putreſcit. *Taxus* arbor umbra ſua vicinas arbores ſteriles reddit; ſic invidia multos bonorum operum operumque fructus impedit. *Telum* in dura corpora vibratum reſilire ſolet; ſic invidia in autorem redire ſæpe numero aſſolet, neminemque lædere. Ut *Tygrides* ad tympana; ſic invidi ad aliorum efferuntur laudes. *Stellio* ſerpens ſenio confectus exuvias abjectas devorat, ne homini prodeſſe poſſint ad depellendam epilepſiam; ſic invidi bona aliis ſubtrahunt, ne illis fruantur. *Vermes* in qui-

§.17 buſdam lignis minus generoſis naſci ſolent; ſic ignobiles mentes plerumque invidia occupat atque deturpat, imo eadem invidos depaſcit; inde Poetæ livorem edacem nuncupant. Chryſ. hom. 45. ad Pop. Antioch. *Viperæ* matrum ventres lacerare ſolent; ſic invidia dilacerat corda invidentium. Chryſoſt. hom. 41. in Acta: ***Melius eſt habere in corde viperam, quam invi-***

invidiam. Invidit Dæmon, sed hominibus: Tu verò cum homo sis invides hominibus; & quomodo veniam consequeris? *Ulcus* veritatis invidiam esse, Democritus dicere solebat. *Umbra* semper sequitur lumen, & eos qui in sole ambulant: sic virtutem semper invidia comitatur, & eos qui in sole gloriæ & virtutum semper ambulant. *Ursi* sunt invidi, tribus dentium ordinibus omnia lacerantes, ut Dan. 7.

§. 18 *Vaccæ* sunt macilentæ, volentes devorare pingues, Genes. 41. *Vulnera* quædam cœca & incurabilia sunt: sic invidia cœcum & incurabile vulnus. *Vultures* amœna loca relinquere solent, & ad putria cadavera properare: sic invidi, quæ bona & laude digna sunt in proximo, relinquunt, & ad invidiæ cadaver sese totos recipiunt.

Sed quàm latè pateat invidia, & circa quam multa objecta versetur, latius tractantem videat Leonhardum de Urino sermone 13. fer. secunda Domin. Quadrag. item epistolam Justini Martyris ad Zenam tomo tertio oper. Basilium sermon. de invidia. Petrum Ravennat. sermon. de Filio prodigo. Perer. in Genes. 37. n. 30. seq. prolixè.

INVOCATIO. *Vide Oratio.*

JOB.

§. 1 Significationem hujus nominis interpretari non placet J. Coccejo in c. 1. Job. comm. doctissimo. Arabicum esse, multis probat Bolducius. Cyprianus ait, significare charissimum Dei, lib. adv. Judæos, Hieronymus ejulantem, à rad. יבב quæ notat etiam ejulare. Alii divinitus sapientem ab אוב: Alii ab איב quod inimicus Satanæ fuerit.

§. 2 Virtutes in eo fuere Pietas c. 1. Castitas c. 31. Justitia, ibid. Ezech. 14, 14. Patientia, vid. Cyprian. de bono patientiæ. Jacob. 5, 10.

Tempus quo vixit, putant esse annum mundi 2469. juxta supputationem I. Bolducii in c. 1. Jobi. Ejus vita per modum Dramatis conscripta. Huc spectat Lutheri judicium in Postill. Eccles. ad Dom. 24. post Trinit. fol. 441. a. §. Das zeiget uns.

JOCI.

§. 1 Joci sunt sermones lepidi & laxiores ad delectationem honestæ conversationis, ut dupliciter auditorem & animi relaxatione & intelligentiæ festivitate delectent. Verba sunt Basil. c. 13. constit. Monast.

§. 2 *Quales esse debeant?*

1. *Non blasphemi*: cum scripturæ verbis homines jocosè abutuntur. Danda est opera, ut spirituali lepore referta sit oratio nostra, & evangelico sale condita, ut rectæ, quæ interius sit, sapientiæ gratum foràs odorem adspiret, ait Basil. c. 17. const. monast. 2. *Congrui* personis, loco, tempori; non enim ubivis omnia licent, nec omnia omnibus congruunt, ut, si quis in templo jocis vacet, vel verba scripturæ jocosè adhibeat. 3. *Ratione materiæ, honesti*, ne rectam (ut ait Basil. c. 13. de const. monast. tom. 2. oper.) rationem deserant. 4. *Moderati*, ne nimis multiplicentur, Aristoteles 4. Ethicorum. Stultiloquium & dicacitas pariunt risum, ait Theodoret. in cap. ad Ephes. 5. 5. *Non scurriles*, Eph. 5, 4. Sir. 21, 29. c. 19, 5. 2. Sam. 15, 5. Itaque scurrilitas omnis vitanda (α) ob Apostoli interdictum d. l. (β) Sanctorum exemplum, qui omnem scurrilitatem detestati sunt: (γ) Infirmorum scandalum: incidit sæpenumero, cum ejusmodi contagio proserpens, postremo ad verborum turpitudinem, & absurdam atque extremam obscœnitatem delabatur, ait Basilius d. l. (δ) Linguæ abusum; qui enim scurrilibus verbis Deum offendit, annon is Dei munere, linguâ scil. abuti censendus est? (ε) Vitiorum incendium: sunt enim scurriles joci velut scintillæ facilè illabentes animis hominum, ceu pyrio pulveri. (ζ) Diaboli pabulum: etenim illius aures pascuntur scurrilibus & scandalosis verbis, per quæ occultè peccata hominum mentibus insinuare solet. (η) Animæ exitium, Chrysostom. homil. 6. in 2. Corinth. 3. folio 173. E. F. Mysterium (ait) sanctæ cœnæ turpiloquus ad damnationem accipit & Deum ad iram provocat. De jocis honestis Cassianus collat. ult. c. 20. 21. §. 3

Singulare. Andreas Naugerus Poëta eximius, Patritius Venetus, quotannis certo die Poëmata Martialis Vulcano consecrare solitus est. Jovius in elogiis.

INUNDATIO. *V. Plaga.*

JOHANNES.

§. 1 I. *Evangelista*, natus matre Salome & patre Zebedæo, non fuit sponsus in nuptiis Canæ, Joh. 2. Epiphan. hæres. 51. ait, nuptiis abfuisse Johannem. Dein Simonem Cananæum fuisse sponsum, asserit Nicephorus lib. 8. c. 30. c. Veteres & Recentiores, Christum Johannem à conjugio revocasse statuentes. V. Barrad. Tomo 2. lib. 3. cap. 1. *Aquila* est: non enim contentus fuit in terra ambulare; ipsum cœlum petiit, August. tom. 9. col. 275. d. & col. 131. b. Bibit è pectore Christi, quod postea eructavit, August. tom. 9. col. 276. a. b. & in sinu Christi recubuit, ut ejus Evangelium commendaretur, Aug. tom. 10. col. 551. a. Fuit *Ignis* amore, quo erga Christum arsit: prædicationis fervore, quo inclaruit per Asiam, eumque ignem charitatis ex ore & pectore Christi acceptum & vivâ voce & scriptis propagavit: Penetrationis ardore: ut enim ignis penetrat corpora; sic quoque scriptio & prædicatio Evangelii à Johanne suscepta: Excellentiâ: ignis inter elementa excellentissimum est; sic quoque D. Johannes inter Evangelistas excellentissimus extitit.

§. 2 *Statua viva*, non bruta è nigro lapide facta; qualis erat statua Memnonis, quæ sic fabricata erat, ut sol oriens protinus radios suos in os statuæ ejacularetur, ac veluti plectrum aliquod ibidem sonum excitaret, & diem annunciaret, Pier. lib. 52. Hieroglyph. Sic D. Johannes radiis orientis solis Jesu Christi illustratus fuit: Idem ei plectrum linguæ movit, ut diem adventus Messiæ spiritualem adesse clamaverit, & ad parandam Domino viam homi-

nes adhortatus sit. *Mortuus* anno 90. ætatis, Ephesi, anno 2. Trajani Cæsaris. De sepulto Johanne mira narravit Augustinus tract. 124. in Johan. tom. 9. col. 569. 570. a. pulverem illius quasi vivere & moveri.

§. 3 II. *Baptista*; de hoc vide Chrysost. tom. 3. hom. peculiari. Sanctificatum esse in utero, negat Augustinus, quem refutat Toletus, annotat. 123. in cap. 1. Luc. Erat *Elias* & non erat. Augustin. tom 9. col. 32. d. c. 33. a. pulchrè ait: Quare (ergo) ille, non sum Elias; & Dominus, ipse est Elias? quia in eo Dominus Jesus Christus præfigurare voluit futurum adventum suum, &c. Et quod Johannes erat ad primum adventum suum, hoc erit Elias ad secundum adventum. Quomodo duo adventus judicis, sic duo præcones: judex quidem ipse; præcones autem duo, non duo judices. Hæc Augustinus. Plura vid. Allegor. 1468. in Promptuar.

§. 4 *Lucerna* 1. ardens August. tom. 8. col. 1534. c. non fumigans, sed ardens igne prædicationis & zeli, quo regnum Messiæ amplificare & tenebras Judaicas dispellere annitebatur. 2. Fulgens per uterum matris suæ & Christum ostendens, Augustinus tom. 10. colum. 1210. d. per radium prædicationis, ibid. col. 1209. qui sub velamine carnis & legis latebat adhuc, d. l. Augustin. 3. Præparans Soli Christo lippientes Judæorum oculos, idem tom. 10. col. 1213. c. 4. Accensa à lumine Spiritûs Sancti in nocte ignorantiæ Judaicæ, sub qua omnia sepulta jacebant, & vera de Messia doctrina corrupta erat, Matth. 4. vers. 16. Esa. 9. vers. 1. 5. Lucem præbens mundo, nempe *α.* docendo pœnitentiam & peccati tenebras detegendo, Matth. 3. vers. 8. Marc. 1, 4. *β.* Christum veram lucem ostendendo, Johann. 1. versic. 29.

§. 5 *Vox*: ut vox & verbum conjunctissima sunt; ita vox substantialis Johannes præcessit verbum substantiale filium Dei, & cum eo conjunctum fuit prædicando & baptisando. Vid. Euseb. Emyss. homilia die quarta advent. *Messiæ anteambulo*: sicut majoris sunt dignitatis, qui proximè regem antecedunt; sic quoque Baptista Johannes, dignitate omnes antecedit Prophetas, Matth. 11. vers. 9. 10. *Paranymphus* Christi fuit, Johan. 3, 19. vid. Augustinum tomo 9. colum. 118. d. qui Christo sponsam adduxit per pœnitentiæ prædicationem, qui etiam gavisus est sponso præsente, v. 29. 30. & nuptias spirituales proclamavit instare, Marc. 1. vers. 15.

§. 6 *Lucifer* solem antegrediens: Sol est Christus Jesus, Malach. 4. *Campana*, significans Messiam jam prope adesse. *Præco*, Augustinus tom 9. colum. 30. d. *α.* fortis, Matth. 3. v. 17. *β.* industrius, non enim operæ pepercit suæ: *γ.* sonorus, Esa. 40. v. 1. *Medicus* Judæorum spiritualis, qui his morbum peccatorum monstravit, ut eò impensius ad summum Medicum Jesum Christum currerent & properarent: morbum corripit dicens, facite fructus dignos; medicum ostendit dicens, ecce hic est agnus! *Satelles* cœlestis, qui judicavit regem adesse, instare epulas & convivia cœlestia, Esa. 25. vers. 7. 8. Theophyl. in cap. 1. Marc. *Murus æneus*; sicut de Jeremia dicitur, capite primo. Tentatus namque à Pharisæis, fortis tamen & constans mansit, neque in alterutram partem deflexit, pugnabant contra eundem, sed devicit hostes, Domino ipsum confortante. *Testis* de Christo 1. ut luce, Johann. 1. v. 7. 2. testis frequentissimus, sæpè enim de Christo testatus est Johann. 1. vers. 7. vers. 8. vers. 15 vers. 19. vers. 29. vers. 34. capite 3. vers. 26. 3. fortissimus & constantissimus usque ad mortem, Matth. 11. Johan. 5. 4. necessarius maximè, ut per hunc testem Israël erudiretur, Luc. 1. 5. ordine Christum antecedens, ut angelus Dominum, Malach. 3. 6. maximè salutaris: erat enim lux, Joh. 5. ad cujus dictum incedere debuissent Judæi. *Verus princeps Gersonitarum & Meraritarum*, hi enim sub lege tabernaculum præparabant, ut Kahathitæ arcam ei inferre possent, Num. 10, 21, 22. Sic D. Johannes Baptista corda Judæorum ceu spiritualia tabernacula Messiæ præparare voluit, ut rectà per Apostolos ad fidem Judæi perducerentur.

§. 7

§. 8 *Sex in Johanne Baptista mirabilia*: 1. Nativitatis angelica annunciatio, quæ ideò facta est, ut populus Johanni crederet, angelus Johanni autoritatem conciliaret, & famam nativitatis inclarescere faceret, Luc. 1. vers. 13. 2. Ejusdem Johannis in utero sanctificatio & præparatio, Luc. 1. vers. 16. 3. In eodem exultatio, Lucæ 1. versic. 44. 4. In nativitate exultatio, ibidem vers. 58. 5. In prædicatione novitas, Lucæ tert. 1. 2. Matth. 3. 6. In monstrando Christo dexteritas, Johan. 1. versic. 29. Addimus prædefinitionem & electionem Johannis ad hoc officium Luc. primo. (Ne sis de officio solicitus, si te Deus elegit) Et miracula, quibus Johannis nativitas nobilitata est, ob tribum nobilem Leviticam. Sic miraculum *α.* est, quod natus est ex parentibus provectæ ætatis & sterilibus. Sterilitas verò magna fuit crux ob promissionem Genes. 15. multiplicabo semen tuum. Cap. 22. Benedicam tibi. Psalm. 128. filii tui sicut rami. Inde magna tentatio. *β.* quod lingua Zachariæ reddita.

§. 9 *Desertum* ejus fuit locus inter Jericho & Engeddi situs, non locus plane desertus, nam etiam in illo oppida fuêre, Jos. 15. Ad Johannem tota Jerosolyma exiit, Matthæi 3. Oportuit igitur tot homines hospitio excipi, sicut Arabia deserta habuit quosdam incolas. Bethabara locus à multis frequentatus, qui Johannem audiverunt. Transiit deinde in Enon, Johan. 3.

Quo tempore venit in desertum? Luc. 3. anno decimoquinto Cæsaris Tiberii, præside Pontio Pilato in Judæa.

Mors ejus fuit tragica & lamentabilis, misera, injusta. Vide Petrum Chrysologum, cujus verba allegat D. Hafenreff pag. 136. Loc. Comm.

JONAS,

§.1

JONAS.

Non fuit filius viduæ Sareptanæ, 1.Reg.17, 9. Sed filius Amithai, ex oppido Gath-Epher, Jos.19 2.Reg.14,25. Vixit tempore Oseæ, Joëlis, Amosi, Jerobeami regis, posterioribus annis regnantis, paulò ante initia urbis Romæ, Sardanapalo regente in Assyria, cujus mores erant corruptissimi: prædicavit gentibus Assyriis. Post hunc Jonam eisdem Ninivitis missus est Nahum Propheta.

§.2 Fuit typus Christi, v. Promt. Allegor. Augustin. libr.4. de Symbolo c.6. lib. 8.c.30. de civit. Dei. Ambros. in Ps.43. & serm. 48. Chrys.hom. 24.in 1. ad Corinth. Justinus respons. 64. orthodox. Hieronym. in epist. ad Paulum. Conservatus in stomacho ceti singulari Dei potentia, ne ab illius calore absumeretur, Augustin. epist.49.q.ult. & Theophyl.

Docet, Dei clementiam majorem esse, quàm quæ in Jona fuit, qui si judex fuisset, perdidisset Ninivitas: non sic Deus, in cujus manus incidere tutius est, quàm hominum, 2. Samuel.24. Oseæ. 11. Deus sum, non homo. Rectè igitur Aristoteles dixit 3. Rhetor. 8. Sapiens est misericors, insipiens immisericors.

JORDAN.

A radice ירד defluxit: vel à duobus fontibus Jeor & Dan dictis, è quibus bini lacus sunt, Samothis, & mare Galilææ, sive mare Tyberiadis, tandem in mortuum mare se effundit. Baptismi typus, vid. Promt. Allegor. de Baptismo.

JOSEPH.

Nomen notat *addat vel addet*, scilicet auferre alterum probrum. Sic dictus (1) Filius Jacobi Genes 30.vers. 23. exemplar omnis pietatis, justitiæ, fortitudinis, patientiæ, divinæ liberationis. De eo prolixè Drexel. tractat. 24. Cornel. à Lapid. in cap. 39. Genes. è Patribus maxime Ambrosius tomo 4. libro de sancto Joseph. (2) Deiparæ virginis maritus, Matthæi 1.vers.19. faber, Matth. 13. vers. 55. pater Christi curæ, non naturæ. (3) Barsabas, unà cum Matthia Actorum 1,23. præsentatus ecclesiæ Apostolicæ. (4) Decem tribus vocantur nomine Josephi, quod Jerobeam fuit de semine Josephi. Vide Carthusian. in cap. 5. Amos.

JOSUA.

Filius Nun: impletur Spiritu S. Typus Jesu Christi, quatenus ille in terram promissam Israëlitas induxit. Docet ejus liber (1) Dei potentiam in bellis Judæorum gubernandis, & hostibus profligandis. (2) Pii ducis prudentiam, quæ in Josua elucet. (3) Dei veritatem, servatam Israëlitis, horum Patribus terram promissam polliciti.

§.1

IRA.

Est libido ulciscendi, (August. lib. 14. c. 15. de Civit. Dei) quæ temerè (εἰκῆ) suscipitur contra proximum.

Quotuplex.

§.2 1. Dei ira, quæ ἀνθρωποπαθῶς ipsi tribuitur V. suprà tit. *Deus*, it. *Plaga*. Ferenda omnino est, Mich. 7, 9. spectat ad peccati agnitionem: Non sic Cain, Gen.4. Nec enim in pœnis luctemur cum Deo rebelles. Bos jugum recipiat: Trahimur ad Dei tribunal. Erit memor misericordiæ in media ira.

2. Hominis, eaque multiplex (1) Ira officii & justi zeli non est in vitio. Vid. Greg. lib. 5. capit.31. Chrysostom. hom.11. in Matth. Sic Mosis, Exod.32,19. Phineæ, Num.25,7. Eliæ, 1.Reg. 18,40. Genes. 34, 7. Basil. homil. de ira sub finem. Est hæc ira aliquando heroica & extraordinaria. Ordinaria α. in doctoribus ecclesiæ, justo zelo errores & fidei & vitæ carpentibus. β. in Magistratu, justitiam vindicativam exercente, Exod. 22. vers.18. Deuteronom.19,13. γ. in regimine œconomico, Hebr.12,7.1.Sam. 3. Chrysost. hom.11. in cap. 5. Matth. Qui (ait) cum causa non irascitur, peccat: patientia enim irrationabilis vitia seminat, negligentia nutrit & non solùm malos, sed etiam bonos invitat ad malum. Thom. part.3.q.15. artic. 9. Ira alias est præveniens rationem, alia subsequens rationem; hæc est instrumentum virtutis, illa verò in vitio est, quod præscriptum rationis excedat. (2) Ira privati affectus est peccatum mortale. (3) Ira regis, vid. tit. Magistratus, Rom. 13. (4) Mulieris ira maxima, Sir.25,22. seq. (5) Impiorum propria est ira, Sir.27,33. irascuntur enim magistratui regenti, ministerio docenti, patri, matri, nutrienti. (6) Potentiorum, in his ira quoque potentior est, Sir.28.v.12.

Materia. §.3

I. *Ex qua.* Iræ tres velut gradus sunt: 1. θυμὸς, excandescentia animi. 2. ὀργὴ, quæ prorumpit in gestus, verba, facta. 3. μῆνις Groll/ odium inveteratum in corde, infensio.

II. *In qua*: ira est in corde radicaliter, in verbis & gestibus significativè. Damascenum vide lib.2.c.16.de O.F.

Effecta varia iræ. §.4

I. *Ex parte Dei*: 1. Ira non facit, quod coram Deo est justum, Jacob. 1,19. Proverb. 29.v. 22. adeoque hominem judicii divini reum facit, Matth. 5,22. 2. Gratiæ amittendæ periculum inducit, Matth. 5,23. Ephes. 4,25. 3. Vindictam Dei sibi accersit, Matth. 5,22. cap.18. v.35. adeoque Deo honorem rapit, Rom.12,19. 4. Charitatis & clementiæ Dei erga nos memoriam abjicit, Psalm. 103, 8. 5. Spiritum mansuetudinis à se repellit, eumque hospitio exturbat. 6. Dei mandatum transgreditur, qui vetat malum pro malo reddere, Romanor. 12. Job. 15. 7. Blasphemiam inducit: commovet enim ira hominem, ut juret per Deum vel Sanctos, se hanc vel illam injuriam vindicaturum esse. 8. Præmia Dei respuit; mitibus promittitur beatitudo, Matth 5,4. Sed hoc præmium iracundus homo negligit. 9. Inobedientiam suam erga Dei præcepta declarat: hic enim mansuetudinem toties in verbo præcepit, (vid. tit. Mansuetudo) irasci vetuit. 10. Dei territorium invadit. Rom.12. date locum iræ, scilicet Dei; qui verò irascitur, ut ulciscatur, Deo jus suum præripere nititur.

§.5 II. *Diaboli*, cui placet ira, quia per hanc homo velut ignem destruitur, cœcitate percutitur, oculis privatur, captivus à Satana ducitur, ut omnia patret, quæ Satan vult, odium, homicidia, jurgia.

§.6 III. *Proximi* ex parte multa damna ira efficit; nam α. concordiam rumpit, etiam inter amicissimos & fratres: β. veritatem obnubilat; iratus enim homo veritati parcit, modò suos defendat affectus: γ. Charitatem exterminat, nam ira impellit hominem, ut proximum suum aversetur, (congressum & colloquium ei denegando & conspectum ejus fugiendo) proximo contumeliam meditetur, h.e. habet voluntatem se vindicandi per exprobrationem malorum, sic Laban Genes. 31,26. sequent. proximo indignetur, h.e. velit se vindicare per signum molestiæ exhibitæ. δ. Proximo gravis est, Proverbior. 27. v. 4. grave est saxum & arena onerosa; sed ira stulti utroque est gravior: hic enim ira opprimitur, Job. 36,18. non te superet ira, ut aliquem opprimas. ε. Amicitiam tollit; est enim iracundus velut ignis, vinculum animorum comburens, spina pungens & vulnerans, ferrum candens urensque, 2. Sam. 23.

§.7 IV. Ex parte ipsius iracundi: hic enim sibi ipsi quoque nocet; nam (1) sibi ipsi insuavis est, & ne quidem seipso delectatur. Philagrius aliquando rogatus, cur pueris non delectaretur, respondit, quia nec me ipso delector; sentiens se nimis iracundum esse. Seipsum interficit, Job. 5,2. capite 18, 4. Oculos sibi ipsi excœcat. Vid. Augustin. sermon. 202. de tempore tomo decimo. Quomodo odium oculos cordis excœcet, Johannes Evangelista testatur. Qui, inquit, odit fratrem suum, in tenebris est &c. (2) Iracundi seipsos inhabiles reddunt ad gerendam rempublicam. Antiochus Sophista renuens ad gubernacula reipublicæ accedere, & eam ob rem formidolosus judicatus, dixit: Non vos metuo, sed me ipsum; judicans, ob bilem nimiam ineptum se esse ad tractandam rempublicam, Zvvingerus theatr. folio 90. a. (3) Deformes in anima, quæ odii flammis adobruitur, quæ tamen charitatis sedes esse debebat: in corde, quod affectibus præposteris oppletur: in gestibus, qui beluini fiunt, homine rationali indigni: in oculis, qui sævitiam leoninam referunt, animi truculenti indices. (4) in dentibus, qui lupos imitantur, & sævitiam referunt: in lingua, ut se præpediat, atque sermonem præcipitet. Vide Senecam libro 1. de ira cap. 16. Basilius homil. de ira, & homil. 21. ait: Considera parumper iratum: furit, debacchatur, immutantur oculi, turbidi, sanguineique fiunt, cor accenditur, sanguis commovetur; hunc videas ut aprum dentes acuentem, loqui incipientem sæpe, ac verba imperfecta relinquentem. Chrysostom. hom. 3 in Joh. his paria habet. (5) Insipientes: nam ira intellectui tenebras inducit. Eccl. 7,10. ira in sinu stulti requiescit. Cassian. in collat. Ut homo in peccata ruat, toto vitæ suæ tempore luenda. Deinde conservo suo irascitur, & Domini supremi iram & indignationem sibi accersit, Matth. 18. Adde, ut homo iracundus contra seipsum oret, hoc modo: Domine, tolle malum hunc; & respondet Dominus, ambo mali estis. (6) Rixosos & contentiosos: nam unde rixæ, unde contentiones? certè ex ira. Proverb. 15, 18. Vir iracundus provocat rixas. Effrenes linguæ, ora incustodita, contumeliæ, probra, verbera, & alia ejusmodi sunt iræ fructus, ait Basilius homil. 11. de ira. Sicuti lapis de monte projectus in obvia quæque cœco impetu fertur: sic quoque ira hominis nulli parcit, & jurgia miscet & invitos sæpe in pugnam trahit. (7) Microbios, h.e. breves vitæ, Sirach. 30. v. 26. ira namque hominis vitam abbreviat, varios morbos inducit, de quibus Hippocrates, Quercetan. in Diætetic. Galenus de causis morborum, & libro 1. de different. febrium. (8) Inanibus laboribus occupatos. Cyrus Gyndem fluvium, in quo equus ipsius, isque candidus, submersus erat, in 360. rivulos diduci jussit, ut illius nomen è rerum natura tolleret. Seneca libro 3. de Ira, cap. 21. & libro 3. capite 16. 17. Plutarchus libro de ira cohibenda. (9) Blasphemos. Papa Julius Tertius cum è prandio pavonem reservari jussisset assatum, isque à coquis absumtus esset, ira maxima commotus dixit: velle se habere pavonem despetto d'Iddio. Blasphemiam refert Johan. Wier. capite 4. p. 101. 102. Antidoti iræ. (10) Homicidas. Cæsar Commodus magistrum balnei in candentem igne fornacem præcipitari jussit, quod balneum paulò tepidius instruxisset. Cain fratrem ira commotus trucidavit, Genes. 4. v. 5. Simeon & Levi ira impulsi trucidarunt Sichemum, Genes. 34,25. cap. 49. v. 5. 6. 7. Ajax sibi mortem conscivit dolore injuriæ, qui ante totum rexerat exercitum. Sophocles in Ajace.

Similia.

§.8 Ira est sicut *aqua præceps* de monte vel rupe ruens & obvia omnia secum rapiens: sic iracundus homo nulli parcit, sed cœco affectuum impetu volvitur rapiturque: *Turbida*, per quam nil rectè videmus; nam ubi ira animum occupat, eundem affectuum tenebris involvit. *Bestia indomita*: sic iracundus nullis Dei præceptis, nullis honesti legibus constringitur; imo bestia deteriorem iracundum pronunciat. Chrysostomus tomo tertio homilia sexta in caput secund. Actorum folio 104. e.f. nam leo iram ponit prostratò obvii corpore. Ovidius: Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni. *Fera truculenta* mansuefacienda. Chrysostomus tomo 1. folio 6. in Genesin. *Festuca* est: Augustinus sermon. 202. de Tempor. tom. 10. Subita iracundia festuca est, iracundia diu in corde servata trabs est. Confer ibidem latius. *Fumus*, quo divina gratia abigitur, Jacob. 1, 20. Galat. 5,20. *Furor brevis*: Ira furor brevis est, animum rege, ait Poëta.

§.9 *Janua omnium vitiorum*, ſiquidem ira mentem de recto ſtatu deturbat, quo facto quis in omne vitium præceps ruit. *Ignis* cor inflammans, Deut. 29,6. micans per oculos, fulgure affectuum ſiniſtrorum: æſtuans & æſtuantem hominem reddens, Proverb. 27, 4. magnum ignem generans, Sirach. 11, 34.35. Poëtis etiam ira ignis; Valerius Flaccus irarum ignes dixit; Gregorius Nazianzen. χόλον πυρόεντα; Homerus καπνον. *Initium* inſaniæ, ſic iram vocavit Ennius: & repetit Cicero 4. Tuſculan. *Leo* eſt, Chryſoſtomus; hinc Ægyptii iram per leonem ſignificarunt. *Mare*, in quo hominis ſapientia mergitur. *Mater* eſt vitiorum plurimorum. *Navis* ſine gubernatore; hæc facile in ſcopulos aut latentia ſaxa torquetur: ſic quoque iracundus homo periculis alliditur, & vel animæ ipſius naufragium facit. *Serpens* in corde occultatus odii in proximum plenas cogitationes generans. Greg. Nazianz. in deplorat. calamitatum animæ ſuæ. *Speculum* pulvere obductum, in quo nihil rectè videtur: ſic iracundus nil recti videt, præoccupatis à furore affectibus: nil dextrè judicat, omnia in vindictæ occaſionem rapit atque interpretatur. *Tempeſtas* omnia diruens: ſic ira hominis mentem turbat, pacem diruit. *Tenebræ*, quæ intellectum obnubilant, Caſſianus in collation. *Tortor*, qui ab ipſo homine nutritur: quid enim? annon homo iracundus ſeipſum torquet? quid efficit iratus? ſibi dolorem parit. *Venenum* omnes virtutes extinguens, omnem patientiam & manſuetudinem & ſapientiam. *Urbs* ſine muris tuta non eſt, Proverb. 25,28. ita nec iracundus homo ſecurus eſſe poteſt. *Vipera* hominem lacerans & torquens.

§.10 *Exempla iracundorum.*

Cain Geneſ. 4,5. iraſcitur fratri. Balach, Num. 24,10. Eliab, 1. Sam. 17, 28. Abner, 2. Sam. 3, 8. Nebuchadnezar, Dan. 2, 12. c. 3, 13. 19. Haman, Eſther. 3,5. David, 1. Samuel 25, 13. 21. Demetrius, Actorum 19, 28. Cyrus, de quo ſupra. Liminæi fratres (referente Zvvingero folio 176. §. Liminæorum) cum per æſtatem ruri noctu poſt cœnam in atrio domus de diverſis rebus loquentes ſtarent, ſuſpicientes & contemplantes innumeras ſtellas, quas tunc fortè ſereno cœlo fulgere videbant, per jocum alterum velut ridendo dixiſſe, precari ſe, tot ſibi boves eſſe, quot ſtellas cœli; alterum verò dixiſſe, utinam mihi pratum eſſet, latitudine cœlum æquans, & ad fratrem converſum dixiſſe: ubi tuos paſceres boves? at illum, in tuo prato ſubintuliſſe: rurſum alterum, ſi vellem: te etiam invito, alterum reſpondiſſe: Tune me invito? ait: te etiam invito. Et ita altercando mutua correpti ira ad gladios quibus accincti deventum eſſe, donec mutuis vulneribus conciderint, animamque ambo fratres exhalarint.

§.11 *Excuſatio iræ vana.*

Objecto: ſum naturæ iracundæ! Reſpondet Juſtinus epiſt. ad Zenam: Non eſt credentis vivere juxta naturam. Confer Ludovic. de Utino, ſerm. 20. Hieronym. Iraſci (ait) hominis eſt, ſed compeſcere iram Chriſtiani. *Vanitas* ira malorum, Pſal. 138,7.

§.12 *Remedia iræ.*

Iram in nobis ſedare debent: 1. *Silentii obſervatio & linguæ frænatio.* Hinc Pythagoræ illud: πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν, ignem gladio non fodere, h. e. cum irato jurgia non exercere debes. Huc illud Jacobi c. 1, 19. 2. *Dominicæ patientiæ & crucis meditatio*: cogita namq; quanta erga nos utatur patientia Dominus, Rom. 2, 4. Exod. 34, 6. Pſal. 103, 8. 9. Matth. 18, 27. Imitare Dominum, ſi hujus eſſe velis ſervus, & iram cohibe.

Alphonſus Arragoniæ Rex calore iracundiæ percitus ſtricto gladio cuidam mortem intentans, cum ei vicinus eſſet, mox retracto gladio dixit: ô Domine Deus, ſi ita nobiſcum ageres? Mox ſedata ira ſervo veniam dedit, ultione abſtinuit. 3. *Præmii tolerantibus conſtituti penſiculatio*, juxta illud Matt. 5. Beati mites. 4. *Iræ cunctatio.* Athenodorus Cæſari Auguſto hoc conſilium dedit, ut iratus nil quidquam diceret, faceretve, niſi recitatis prius viginti quatuor literarum nominibus. Theodoſio Cæſari ſuaſit Ambroſius, ut reo 30. dies poſt latam ſententiam concederentur prius, quàm mactandus traderetur. Baſilius alicubi: Ira debet rationi & virtuti accubare, tanquam canis paſtori, quæ mordeat, increpet, allatretque vitium & vitioſos. 5. *Iracundorum vitatio*, horum enim converſatio eſt fugienda, Proverb. 22, 24. Malè eſt cum cane colligari, perpetuoque ejus latratu frui, ait Baſilius homil. 9. 6. *Divini mandati obſervatio*, Pſalm. 4. 5. Eph. 4, 31. Jacob. 1, 19. 7. *Iræ ſuffocatio*, Eph. 4, 26. vid. tit. Manſuetudo. Deut. 23, 10. Impurus ante ſolis occaſum non debebat in caſtra Iſraëlitarum regredi: ita, qui ab ira impuri ſunt, tantiſper abeſſe à Dei caſtris jubentur, donec aqua manſuetudinis loti ſint. Olim ſancti viri nunquam ſe quieti prius dederunt, quàm facta conciliatione eorum, quos offenderant de die. Cogita igitur, ſolem juſtitiæ Jeſum Chriſtum pro tuis peccatis occubuiſſe. 8. *Intermiſſa ſingularum rerum exploratio.* Seneca lib. 3. c. 15. de ira: Non expedit omnia videre, omnia audire, multæ nos injuriæ tranſeant, ex quib. pleraſq; non accipit, qui neſcit. Non vis eſſe iracundus? ne ſis curioſus. 9. *Animi præparatio.* Baſil. hom. XI. de ira: Talia (ait) tibi ſuccurrant, & mentis tuæ impetum compeſcant &c. Oportet itaque motus animi inſanos ac præcipites exemplo Sanctor. ac beatorum præceptorum memoriâ cohibere, quomodo magnus David & qua manſuetudine iniquitatem Simei tulerit: non enim iræ locum dedit, in Deum cauſam transferens. His ſimilia habet Chryſoſtomus homilia tert. de David. 10. *Ethnicorum exemplorum conſideratio.* Ariſtoteles Alexandro ad iram proclivi ſuaſit, ut omnia maledicta contemneret, omnibus ſe ſuperiorem æſtimans. Philippus rex Macedoniæ in expugnatione urbis Methonæ jactu ſagittæ dextrum oculum amiſit; ſed incolis pacem petentibus libentiſſimè

mè eandem indulsit. Justinus libr. 7. Plura vid. tit. Mansuetudo.

IRIS.

Arcus in nubibus, in signum Noæ datus, Genes. 9.

Adeoque I. *DEI* (1) index bonitatis & iræ suspensæ, d. l. Genes. (2) justitiæ punitivæ. (3) comminationis severissimæ, Ps. 7. (4) gloriæ & veritatis in scripturis Prophetarum lucescentis, ut vult Beda in Gen. 9. (5) misericordiæ & omnipotentiæ in Christo, Apoc. 10. & liberationis. Prompt. allegor. 1684. & judicii 1739. alleg. (6) Spiritus Sancti testificationis, allegor. 121. in Prompt.

II. *Diaboli*, qui est arcus insidiarum, in perniciem nostram intentus, sagittis pestiferis instructus, Psalm. 91.

III. *Hominis*, index 1. *Injustæ violentiæ*.

2. *Hypocriticæ pœnitentiæ* & defectionis à Deo, Ps. 78, 58. Conf. ibid. v. 10. 11. 38. 9.

3. *Hæreseos insidiatricis*: quæ intendit arcum, instructum telis Satanicæ Scripturarum perversionis, mendaciorum, calumniarum, sagittis blandiloquentiæ, oleô pacis (quasi!) delibutorum. Vide historiam Arianorum & confer faciem temporum modernorum.

IRRISIO. *V. Illusio.*

IRREPREHENSIBILIS.

1. *Absolutè* nemo est, Job. 14. c. 15. 1. Joh. 2, 1. 2. nisi solus Christus, Joh. 8. Hebr. 7. 2. *Imputativè* soli justificati ex fide, Rom. 8, 1. 3. *Inchoativè*, quatenus studet renatus vivere ex præscripto legis, 1. Cor. 1. Coloss. 1, 22. 1. Tim. 3, 1. c. 5, 7. c. 6, 14. Tit. 2, 8. Luc. 1, 6.

ISRAEL.

Nomen inditum Jacobo Genes. 32. quod Deum vicisset. In V. T. soli Judæi sic dicti; at in N. T. omnes fideles sunt Israëlitæ, Luther. præfat. in Ezech. & in Ps. 130. Tom. Jen. fol. 7. Confer ad Gal. v. ult. ad hos pertinet promissio, quod totus Israël reversurus sit, Ezech. 20, 21. Mich 2, 12. Etymologia vocis varia: Ex אל & ראה q. d. Vir videns Deum; sequitur fere hanc sententiam Justinus: Isidorus libr. 7. c. 7. Etymol. M. Flacius melius ex שרה & אל id est, vincens Dominum: ceu formativa nominum propriorum adsciscitur. Confirmatur è Gen. 32, 28. Ose. 12, 3.

Significat 1. Individualiter pro Jacobo: 2. *πατρωνυμικῶς* notat XII. tribus, Psalm. 114, 1. 3. *μετρικῶς* pro X. tribubus: 4. *συνεκδοχικῶς*, pro regno Juda cum adhærentibus Israëlitis, 2. Chron. 21, 2. cap. 29, 24. 5. Spiritualiter piis & fidelibus in Nov. & Vet. Test. tribuitur, ut dictum. 6. Carnaliter, pro impio populo, Roman. 9, 6.

JUBILÆUS.

1. Leviticus annus, Levit. 25.

2. Pontificius, non semel mutatus.

3. Verus ille & consummatus, vita æterna, allegor. 1214. in promt. Confer de Jubilæo Joh. Geil. Kaiserberg. in Peregrino suo ab init. Hospinian. de Festis.

JUDÆA & JUDÆI.

§. 1 Judæa mundi medium est, Hieronym. in Ps. 73. Gregor. lib. 37. c. 18. moral. terra fluens lacte & melle. Termini Judææ v. Luther. præfat. in Esaiam vernacul. dicta terra ad Jordan. Psalm. 42, 7.

§. 2 Judæi dicti à radicè ידה conjug. הודה confessus est: significat enim יהודי confessorem. Sed & nos Christiani, veri confessores leonis de tribu Juda, cui sit laus & benedictio!

§. 3 *Varia prædicata.*

Circumcisio Judæorum v. lit. C. hoc tit. Eorum decus & ornamenta, *& beneficia à Deo in illos collata.* Vide Ezech. 16. v. 6. 7. 8. 9. 10. Deut. 3. per tot. c. 4, 9. sequent. c. 32, 8. 9. Roman. 9. v. 2. 3. 4.

Vexati in Ægypto, Genes. 15, 13. Exod. 1, 13. 14. 1. ob idololatriam, cui in Ægypto assueverant. 2. Ob Ægypti aversationem, & ut ad terram Canaan eò ferventius adspirarent, Num. 11. v. 5. 3. ob divinam patrandorum miraculorum occasionem. 4. ob Israëlitarum ditationem; oppressi namque iniquè, postea vasa aurea & argentea remunerationis loco acceperunt. 5. ob eorundem probationem & illustrationem: inclaruit enim populus Dei ob pressuras illas Ægyptiacas, vid. Justin.

§. 4 *Peregrinati in deserto*: castra eorum ad decem milliaria sese extendebant, ut censet Corn. à Lapid. in Exod. fol. 441. a. c. significabat verò hæc peregrinatio statum hujus vitæ præsentis, quæ nihil est aliud, quàm exilium & calamitas, Psal. 39, 13. donec ad patriam & politeuma nostrum veniamus, Philip. 3, 20.

Instructi à Prophetis: per hos enim messem habuerunt, Augustin. tom. 8. col. 668. b. Spiritualem puta, variorum donorum & doctrinarum; si modò ad Prophetarum sermones vitam suam conformassent. Transgressi *mare* rubrum, per multas velut plateas: quo referas illud Psal. 136, 13. Adi fontem Hebræum. Et conf. Perer. in c. 14. Exod. & Ps. 78, 14.

Custodes Prophetarum, Augustin. tom. 8. col. 558 sub fin. & 559. a. & tom. 10. column. 758. d. & sacri codicis Biblici, quem non corruperunt, Johan. Isaac. peculiari cont. Episcop. Guilhel. Lindan. libello. Sed Justinus putat, locum Jeremiæ (Recordatus verò est Dominus Deus mortuorum suorum ex Israël &c.) olim Judæos è codice Biblico erasisse, vid. Justin. Dialog. cum Tryphon.

§. 5 *Cæci*; Monstrabant locum Christi nativitatis, Matth. 2, 6. Sicut lapides quidam rectam commonstrant viam; ipsi verò sunt immobiles: sic quoq; Judæi dicunt, Bethlehemi nasciturum esse Messiam, ipsi verò domi manent, parùm soliciti de Messia: Fontem salutis aliis ostendentes, ipsi verò sicci manentes, Augustin. tom. 10. col. 631 b. Duces itaque cœci fuerunt, aliis viam monstrantes, Augustin. tom. 10. col. 624. a. Hanc cœcitatem Judæorum significavit stella, quæ se subtraxit Magis, Matth. 2, 9. Augustin. tom. 10. col. 633. c. & duo pueri remanentes ad radices montis Morija, Genes. 22, 5. Augustin. tom. 10. col. 737. c. Et sicut, sacerdote

dote in interiora templi intrante, populus foris ſtabat, neſciens quid ageret ſacerdos: ſic hodie Judæi Chriſtum Salvatorem noſtrum cœlos ingreſſum neſciunt quid agat, & quomodo omnia potentiſſimè & pleniſſimè gubernet. Auguſt. tom. 8. col. 661. b. Erant inſuper lucernæ velut aſſidentes, & tamen lucem adſpiciebant minimè: ſic Judæi ad ſcripturæ lumen, Prophetarum ſcripta ſcilicet 2. Petr. 1, 19. ſedebant, ſed Chriſtum in lumine illo non videbant; ut meritò de iisdem dixeris: obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; quod de Gentibus olim Paulus dixit Rom. 1, 21. Sicuti cœcus non videt collyrium in manu Medici: ſic Judæi crucis ſalutem, ipſis & gentilibus partam, minimè habuerunt perſpectam, 1. Corinth. 2, 8. Geneſ. 27, 1. Oculi Iſaaci tandem caligabant: ſic Judæorum oculi non videbant bona in V. T. occultata, in N. patefacta. Auguſtinus tom. 10. column. 1491. d. Velum illud ſuper facie Moſis nihil aliud notat, niſi cœcitatem Judæorum, Exod. 34. 2. Corinth. 3. vid. tit. *Velamentum.*

§. 6 *Offendebantur in Chriſto*: Sicut Moſes in petra bis percuſſa offendit & lapſus eſt, Num. 20. v. 12. Sic Judæi in Chriſto, ceu petra ſcandali, ſua culpa lapſi ſunt. Auguſtinus tomo 9. column. 1023. a. Quia hærebant illi ſacrificio ſecundum ordinem Aaron, non tenuerunt ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedek, ait Auguſtinus tomo 8. in Pſalm. 33. column. 230. d.

Pertinaces; Miſerunt enim Judæi poſt mortem Chriſti legatos ad omnes ubivis gentium Synagogas ſuas, vetueruntque, ne Judæi colerent interfectum illum Chriſtum, teſte Juſtino in Dial. contr. Tryphon. & Oecumen. in præfat. Epiſtolæ ad Rom.

Ad Johannem mittunt, Joh. 1. ob. 1. famam Johannis, Luc. 3. 2. Temporis completi præſentiam, quo vox in deſerto juxta Eſaiam c. 40. audiebatur. 3. Invidiam Chriſti, cui honorem Meſſiæ deferre nolebant. 4. Tentationem Johannis. 5. Zeli religionis ſpeciem populo perſuadendam. 6. Exambiendum Johannis favorem, ut ad βδελύγματα Phariſæorum conniveret, tanti honoris vadimonio obſtrictus iisdem.

§. 7 *Chriſti converſationem carpunt*; Male tamen, nam cum id fecerunt Luc. 15. v. 2. ſimiles ſunt 1. ægrotis, qui medicum reſpuunt. 2. phreneticis, qui quò morti ſunt viciniores, eò quoque rabioſiores, Aug. tom. 8. col. 586. a.

Produnt Chriſtum, ſicut fratres Joſephi fratrem ſuum prodiderunt, Geneſ. 37. ſeipſos tamen læſerunt Judæi, Auguſtin. tomo 9. colum. 1133. d.

§. 8 *Petunt ut crucifigatur.* Sunt igitur catuli leonum è Pſal. 57, 5. Auguſtin. tom. 8. col. 559. linguæ eorum velut ſagittæ fuerunt, ibid. col. 561. a. Imò phrenetici fuerunt, Auguſtin. tom. 9. col. 1125. b. & tom. 8. col. 598. d. Et *ſtulti*, dicentes: non eſt Deus, Pſal. 53, 2. Auguſt. tom. 8. col. 510. b. & lingua ſua velut gladio evacuato Chriſtum occiderunt, Auguſt. tom. 8. col. 582. c. d. & 647. d. & ſuum regem eſſe noluerunt, ibid. d. l. occidentes eum lingua ceu machæra, tom. 9. col. 537. d.

Condemnant. Joh. 19, 15. Non habemus Regem niſi Cæſarem: Ergo defecit princeps de Juda, Auguſtin. tom. 8. col. 827. d. Ergo venit Meſſias.

§. 9 *Sanguinem Chriſti ſuper ſe* ſuosque eſſe clamitant: erant enim viri ſanguinum, Auguſtin. tom. 8. col. 684. d. Interim trepidat judex; non trepidant illi, qui judici tradiderunt: vult ille lavare manus, & illi inquinant linguas, ait Auguſtinus column. 648. d. & 650. a. Equidem Chriſtum in paſſione occidere renuentes, iniquitatem facinoris ſui in judicem hominem refundere volebant; ſed nunquid Deum judicem fallebant? rurſus ait Auguſtinus tomo 8. colum. 647. c. & benedictionem omnem reſpuebant, Pſalm. 109, 16. nolebant benedictionem, Aug. tom. 8. col. 1268. d.

§. 10 *Aceto Chriſtum potant*; ſignificantes, quantum à vino Patriarcharum defecerint, Auguſtinus tomo 9. colum. 551. d. Spongia ſignificat cor eorum ſpongioſum, imbibens mundi malitiam. Hyſſopus verò notat paſſionis fructum, nos à peccatis mundantis, column. 552. d. l.

Hodienum nomen ejus maledicunt. Etenim nomen ישו per initiales ſic efferunt: (Ignoſce optimè JESU!) ימח שמו וזכרנו. *Deleatur nomen ejus & memoria ejus*, Cornel. à Lapid. in Exod. 23, 13. Sic tribus vicibus ſingulis diebus diris devovent Chriſtum, vocantes eum ממזר & תלוי 𝔈. 3. a. Heſſus, & ſeqq. in Flagell. Judæorum.

§. 11 *Homicidæ.* Anno 1480. in Gallia infantem mactarunt Chriſtianum. 𝔄. 4. flagell. Jud. Heſſi: puniti ideò a Philippo Rege. Cujusmodi infanticidia exercuerunt Fuldæ ann. 1236. Hallæ Suevorum anno 1380. Ravesbergæ 1429. Plura habes in Fortalitio fidei conſideration. ſeptima. Fontes veneno in Galliis infecerunt 𝔄. v. Heſſ. vid. Robert. Ganguin. Furor & cædes eorum punita a Cæſare Trajano. Dio Caſſius in Trajan. Aurelius p 102. 103. epit. Baronii.

§. 12 *Mendaces*: abſurda fabula de Meſſia, Heſſ. Flagell. Judæorum 𝔄. v. b. de cauſis vaſtatæ urbis Jeruſalem 𝔇. 3. b. 𝔇. 4. a. Heſſ. de nomine Shemhamphoraſch. 𝔈. 3. b. 𝔈. 4. a. Libri fabulis pleni 𝔉. 1. b. de vita æterna, parte. 3. c. 8. Heſſ.

Negant aperta de gentibus vaticinia; ſic Pſalmum 117. Geneſ. 49. יקהת עמים congregatio populorum 𝔉. 4. a. b. Heſſ. negant Gen. 3, 16. de ſemine Hieroſolym. p. 12. Juden Bekehr. Geneſ. 49. Silo p. 13. b. Juden Bekehrung p. 16. b. ſeqq.

Ceremoniæ ſtultæ in circumciſione 𝔋. 4. a. Heſſ. Nuptiis 𝔍. 1. a. Noviennio c. 6. part. 2. flagelli: propitiationis feſto cap. 7. Weyhnachten cap. 9.

§. 13 *Genealogiæ eorum infinitæ*, 1. Tim. 1. Auguſt. lib. 2. cap. 1. contra Adverſ. Legis & Prophetarum.

rum. Tribus descriptas vide apud Cunon. Flinsbach. de migrationibus populorum. *Tribus* eorum aliquando *mixtæ*. Nam 1. Levitæ è tribu Juda ducebant uxores.

2. David duxit uxorem, quæ filia Sauli erat, de tribu Benjamin.

Rebelles & inobedientes Deut. 9,7.23. cùm Deo, tùm magistratui: Execratores Christianorum §.2.b. Hessus. Si orant contra Christianos ut hostes, part.3.cap.1. Hess. Fœneratores, part.3.c.5. Hess. Seditiosi, vid. Sozom. libr. 5. c. 21. Dio Cassius in vita Adriani, Ammian. Marcell. lib. 22. Socrat. libr. 7. c. 37. Robert. Gang. libr. 7. hist. Franc. Paulus Æmil. lib. 8.

§.14 *Supplicia & pœnæ eorundem.*

Rejecti sunt à facie Dei gloriosissima, sicut ficus illa Matth. 21,19. Augustin. tom. 10. col. 168.b. ceu leprosi lapides, Levit. 14,41.42.

Evulsi: sicut arbor radicitùs evellitur; sic Judæi plantati à Domino Psalm. 80. vers. 9. à Deo evulsi sunt, Augustin. tomo 9. column. 144.d.

Repudiati. Esa. 5, 6. mandabo nubibus: etenim Apostoli spinas invenerunt, ergo ad gentes conversi sunt, Act. 13,46. August. tom. 8. col. 268. a.b. & col. 203. Et sicut Isaac recepta Rebecca se consolatus est, Genes. 24. v. ultim. sic Christus mortua synagoga gentes recepit, August. tom. 10. col. 745. a. Abraham misit servum suum ad longinquam regionem, Gen. 24. ut sponsam filio adduceret: sic Christus Apostolos servos suos misit ad gentes, quæ longè erant à salute & alienati à vita, Ephes. 4,19. ut ex illis sibi Ecclesiam colligeret, Actorum 13, 46. Sicut Esau major inserviit minori fratri, Jacobo, Gen. 25,23. sic quoque major Judæorum populus & peculium illud Dei Exod. 19,6. tandem serviit Gentibus. Jerusalem serva est cum filiis suis, Gal. 4,25. August. tom. 8. col. 372. c. d. ibid. col. 1574. d.

§.15 *Ludibrio habiti ab Ethnicis.* Olim Judæi anno 18. Hadriani Imperatoris non audebant in agrum Hierosolymitanum egredi ob præsidia Bethlehemi à Romanis posita, atque ob suem constitutum in portis Jerusalem, quæ Bethlehemum respiciebat, Baron. ad ann. Christi 137. fol. 96. n. 25.30. Ipsa quoque urbs Jerusalem nomen suum amisit atque Ælia appellata est. Euseb. lib. 4. c. 6. hist. Eccles.

§.16 *Captivati decem vicibus.* Assyriaca captivitas, è qua sunt reversæ tribus decem. Ribera in Ose. 1. n. 93. Et notat ex Hebræis Sebastianus Lepusculus quatuor fuisse captivitates à Sanherib. Nam primo captivos abduxit Rubenitas, Gadditas, & dimidiatam tribum Manasse; abstulit quoq; vitulum aureum à Jerobeamo factũ, inq; Hala, Habur, ad fluvium Gozam & ad civitates Medorum duxit. Hæc captivitas fuit tempore Pekah filii Remaliæ. Secunda captivitas: Hoscha filius Ela occidit Pekam, & Hoscha factus est servus ipsi Sanherib septem annis. Et Sanherib secundò venit & transtulit tribus Aser, Isaschar & Naphtali, & non dimisit nisi unum ex octo: abstulit hic quoque alterum vitulum, qui fuit in Bethel. Tertia: anno 4. regni Hiskiæ Sanherib captâ Samariâ sexto anno regni ejus transtulit Israëlem, qui erat in Samaria, tribum Ephraim & Manasse. Quarta: Nebucadnezar 8. regni sui anno occupavit centum & quinquaginta urbes Judææ, in quibus erant duæ tribus Juda & Simeon, hasque abduxit in Hala & Habur, donec ei rebellavit Rex Æthiopiæ, qui est in posterioribus Ægypti; accepitque secum Simeonem & Judam, reposuitque eos in montibus tenebrosis. Quinta: relicta de Juda undecies millia & de Benjamin tredecim myriades in Jerusalem, super quibus regnavit Hiskia; contra hanc ascendit Sanherib de Æthiopia, & venerunt cum eo 11. myriades, percussæ ab angelo Domini: solus Sanherib & duo ejus filii superstites manserunt anno 14. Hiskiæ. Anno quarto Jehojakim primâ vice transtulit Nebucadnezar de Juda & Benjamin tria millia & viginti tres, & septem millia de reliquis tribubus fortiores quosque, vinctos catenis. Exactis 7 annis venit Nebucadnezar alterâ vice & captivos in Babel abduxit quatuor millia atque sexcentos de tribu Juda, &c. Anno 19. Regni Nebucadnezar rursus tertia vice in Jerusalem, vincto Zedekia, incendit templum, & omnia vasa misit in Babel: occidit quoq; de Israël nonaginta myriades & unam præter eos, qui interfecti sunt ob sanguinem Zachariæ. Stabant Levitæ in templo, cithara canentes. Hos quoq; transtulit, sexaginta myriades Levitarum, ad flumina Babel, & jusserunt eos cantare canticum Gentiles Psalm. 137. & reclusit eos Dominus posuitq; post Sambatiam. Præciderant verò sibi summitates digitorum Levitæ. Transtulit idem de Israël octingenta triginta duo millia ex Juda & Benjamin: & reliquit ex eis in Jerusalem sex millia, constituto super eos Gedalia: quo occiso in Ægyptum se contulerunt. Hæc est septima transmigratio. Octava captivitas anno 27. regni Nebucadnezar Judæos in Ægypto & Tyro submersit. Qui verò superstites in Ægypto manserunt, abierunt Alexandriam, aucti in multa millia, instituto ibidem cultu, ex quibus multa millia occidit Trogianus: sic & Alexander. Hæ sunt 8. captivitates. Nonò: Herodes occidit Dominos suos, præter unam puellam, quæ se de tecto dejecit, quod sola de domo Hasmonæi relicta esset; cumque Herodes cum posteris regnasset centum & tribus annis, venit Vespasianus & Israëlitas Romam transtulit. Decimò: Adrianus Cæsar transtulit Israëlem in Hispaniam. Et hæc est decima captivitas. Utilis sanè enumeratio, plurimum lucis afferens ad cognoscendam calamitatum Israëliticarum sub regibus gravitatem atque iram Dei adversus suum populum, ut Dominum nostrum ex animo timeamus & pœnitentiam agamus.

§.17 *Ipsa quoque urbs Jerusalem excisa*: sicut Ezechiel futuram Solymarum obsidionem in latere depinxit, in signum resipiscentiæ, Ezech. 4,1.2.3. Ita Salvator noster magnus ille propheta Deut. 18, 15. urbis sacræ excidium prædixit in signum pœnitentiæ: nobis quoque, quibus Deus non parcet, Rom. 11,21. in figura namque hæc omnia facta sunt, 1. Cor. 10,6.

Maledicti: induerunt enim maledictionem ut veſtem, quam ſemper ſecum ferunt, Pſ.109. verſ.18. tanquam liberi Judæ proditoris. Auguſtin.tom.8.colum.1266.a.b.c.d. 1269.c. Ut Simeon olim & Levi à Patre maledicti ſunt, Geneſ.49,5.

§.18 *Eos reſtituere tamen poteſt Dominus.* Ut Moſes manum extendens eandem leproſam efficiebat; cum verò illam in ſinu conderet, rurſus ſanabat, Exod. 4, 6. ſic Deus Judæos ſpiritualiter leproſos ſanare poteſt, cum voluerit, Rom.11,23. Aug. tom.8.col.807.b. Multi quoque ſunt converſi: manus mea ſuper te erit & videbis poſteriora mea, Exod.33 verſ.23. ſic poſt Chriſti tranſitum ad patrem multi Judæorum Chriſtum cognoverunt, Actor.2.verſ. 41. Confer Auguſtin. tom. 8. col. 1591. c. d. Anno 1412. ad recitationem libri Hieronymi de S. Fide, contra perfidiam Judæorum ſcripti ad mandatum Benedicti XIII. Pontific. in Hiſpania ultra quinque millia Judæorum converſa ſunt. Editus eſt liber Tiguri f.8. Anno 1553. Sed *converſio Judæorum* ſolennior & copioſiſſima *ante extremum diem* an expectanda? diſcrepant Dd. Quidam affirmant, omnes Judæos converſum iri: recitat Perer. diſp. 1. in c. 11. ad Rom. Chryſoſtom. Sotum, Cajetanum, Thomam. Quidam plurimos eſſe convertendos aſſerunt per Eliam rediturum, Pererius d.l. Et Gregor.M. Theodoret. in Rom. 11. Theophyl. Oecumenius. Vide D. Gerhard. §. III. de Extremo Judicio. Barrad. Tom.1. lib.2.c.10. concord. Evang. Alii verò negant, ut Lutherus (& multi cum eo ſuis ducti rationibus) Tomo 8. Jenenſ. fol.109. Germ.

§.19 *Dolenda verò Judæorum ruina.*

Rachel non admiſit conſolationem ob filios ſuos, quia non ſunt, Jerem. 31,15. Eccleſia Ethnicorum eſt Rachel, vel ovis illa, quam ad ovile ſuum reduxit bonus ille paſtor, Johan. 16. quæ non admittit conſolationem, hoc eſt, ſemper dolebit cum Paulo, Romanor.9.v.12. quod naturales filii eccleſiæ Rom 11. verſ. 21. facti ſint ſpurii, imò exciſi plane ab Herode infernali, patre incredulorum & mendacii, qui eorum oculos faſcinavit, 2. Corinth.15. capite 4. verſic. 4.

§.20 *Terra Judæorum.*

Sancta dicitur 1. Ob Patriarchas inhabitantes olim: 2. Ob eorundem ſemen & poſteros: 3. ob templum ſanctum: 4. ob vitam & mortem ſanctiſſimam Chriſti: 5. ob ſanctos, Mariam, Joſephum, Simeonem in eadem viventes.

Longa fuit 160. milliaria; Lata 46. Hieron. ad Dardan. Spatioſa dicitur Exod.3, 8. reſpectu Goſen.

§.21 *Eorum menſes.*

Niſan, qui noſtro reſpondet Martio: Jiar Aprili: Sivan Maio: Tammus Junio: Abh Julio: Elul Auguſto: Tiſri Septembri: Marcheſuam Octobri: Kisleu Novembri: Tevet Decembri: Schebeth Januario: Adar Februario.

Præſides Judææ fuerunt

§.22 1. Copponius poſt Archelaum ſub Jeſu pontifice & Auguſto Cæſare. 2. Marcus Ambivius, anno uno ſub eodem pontifice. 3 Annius Rufus, uno anno. 4. M. Valerius Gratus à Tiberio genero Auguſti inſtitutus an. Chriſti 16. Is inſtituit Caipham pontificem. 5. Pontius Pilatus anno Chriſti 26. à Tiberio mittitur, vid. Tit. Pontius Pilatus.

Similia & comparata.

§.23 Judæi ſunt *arbor*, Luc. 13, 6. cujus fructum expectavit Dominus, ſed fruſtra eo expectato tandem arborem illam radicitus evulſit Dominus, Auguſtin. tom. 9. col. 144. d. Sicut *Cain* cum ſigno manſit, Gen. 4,15. ſic Judæi manſerunt cum ſigno ſuo, id eſt, circumciſione, Auguſt.tom.8 col.383 c. & col. 372. c. & col. 594. b. Et ut Cain dicebat, ſe neſcire fratrem, ubi eſſet, v.9. ſic hodienum dicunt Judæi, ſe neſcire Chriſtum. Canes qui Chriſtum 1 allatrârunt variis conviciis, Matth 12. verſ.23. Johan. 8, 48. 2. Cinxerunt, Pſal.22,17. 3. Devorarunt crucifigendo, Auguſtin. Tom. 8. col. 592. b. *Catuli* leonum in Chriſtum ſævientes, Auguſt.tom.8. col.559.d.

§.24 *Eſavo* ſimiles: ſicut enim Eſau rejectus eſt, Gen.25,23. ſic Judæi, Deut.32.v.21. Roman.11,20. Oſe.1, 10. & 2, 25. *Ficui*, Matth. 21, 19. 1. ob radicis brevitatem, quæ eſt in ficu; ſic Judæi breves habuerunt vera charitatis radices. 2. ob foliorum latitudinem: hæc denotat hypocriſin & pompam, Matth 6,1, ſeq. Eſa. 1, 11. 3. ob fructuum amiſſionem ante tempus, Textor. col. 125. in officin. Sic Judæi fructus omnes amiſerunt; hinc Johannes, Matth 3.v.7. facite fructus. Vide Auguſtin. tom. 10. col. 168. b. Marc. 11, 13. Muſcul. in Matth. fol.484. col.a. *Filii regni* ejiciendi, Matth.8,12. Auguſt. tom.10.col.28.b.c. *Femur* Jacobi luxatum Gen. 32.v.31. ſignificat Judæorum lapſum, Auguſtin. tom.10.col.155.b.c. & tom.8. colum. 410. d. ſub fin. *Fratres* foris ſtantes ſunt Judæi, Matth.12. verſ.47. Auguſtin. tom. 8. col. 1493. d. & ibid. col.406.c. *Fratri illi* natu majori ſimiles, qui Gentibus inviderunt ob communionem Evangelii, Luc.15,28. Auguſtin. tom. 8. col. 436. c. *Lapides leproſi* tandem ejecti è templo ſacro Dei Levit.14,41.42. *Leones* ſæviſſimi, clamantes: crucifige, crucifige. Aug.tom. 8.col.371. a. & rugientes in cædem innocentiſſimi agni.

§.25 *Leproſa manus* illa Moſis, Exod. 4, 6 Auguſtin. tom.10.col.779.c. *Oleaſter*, Rom.11, 17. Auguſt.tomo 10. col. 751. c. vid. in Promt. Alleg. *Oves* erant, ad quas Chriſtus miſſus erat, Matth. 16,24. Auguſtin. tom. 10. colum.80. d. *Piſcina* illa, in quam Chriſtus magnus ille Angelus deſcendit, aquaſque commovit, Johan. 5,4. *Parietes* dealbati, Auguſt.tom.8. col. 1072. d. *Pueri* cœleſtem Eliſam ludificantes, tandem à beſtiis Romanis devorati ſunt, 2. Reg. 2. vid. Auguſtin. tom.10. col. 1043. d. 1044. a. b. c. *Rami* ex oliva Patriarcharum ſuâ culpâ exciſi, Auguſt.tom.8. colum. 1548. b.c. *Rubus* ille

Exod.

Exod. 3,3. qui non est consumtus per ignem Spiritus S. in eo ardentem. August.tom. 8. col. 510.b. *Tenebræ*, quæ Christum veram lucem minimè apprehenderunt, Joh.1,5. August.tom. 10. col. 865. b. c. *Vellus siccum* sunt Judæi: area tota humens sunt Gentiles, Aug.tom. 10.col.832. b. ex Jud. 6,39. *Vinea Domini*, Aug. tom.10.col. 219. a. sed quæ protulit labruscas, Esa.5,1. &c. *Viperæ*, Augustin. tom. 8. column. 432.b.

§.26 *Officia erga Judæos*:

1. Orare pro eis. 2. Salutem eorum quærere & lapsum deplorare; sic Christus Luc.19. flevit. An verò tolerandi in republica? C. Tolet. IV. interdicit Christianis omni cum Judæis conversatione can. 60. Conf. c. 28. quæst. 1. c. Sæpè. Christianus non potest habere Judæum sibi in domo servientem. Sunt mus in pera, serpens in gremio, ignis in sinu. C. Etsi Judæus: Tit. de Judæis & Saracenis. In hac tamen quæstione distinguendum. Vide D. Backmeist. disput. 6.th.23. Thumm. p. 279. in Decalog. Chrysost. hom. 3. adv. Judæos. Enecant lenta morte multas familias, nempe usuris & fœnoribus illas ad pauperiem redigentes.

JUDAS.

§.1 1. *Macchabæus* vid. suo loco lit. M. 2. Patriarcha, Genes. 38. 3. *Apostolus* frater Jacobi Minoris & Simonis Apostolorum, Jud. Epist. v.1. Matth.10,3.4. In hujus Epist. commentati plurimi: Perkins. Tom.2. oper. fol. 1381. noster Kernerus, & alii. Aliàs Lebbæus dictus & Thaddæus, Matth. 10,4. Marc.3,18. 4. *Hospes* D. Pauli in urbe Damasco, Act. 9,11. 5. *Barsabas*, mittitur à Concilio Hierosolymitano ad Ecclesias, Actor.15,22. 6. *Galilæus*, Actorum 5,37. qui ad arma commovit Judæos anno 11. post natum Christum. Vid. Joseph. lib. 18. c. 1. 2. antiq. 7. *Judas denique Ischariothes* filius Simeonis. Cur verò Ischariothes vocetur, disputant eruditi: vide Baron. tom. 1. annal. Quidam putant ab איש vir & כרת excisus: alii ab יששכר merces. Autor Onomastic. Theol. ex Hieronym. Baron. ad ann. Christi 32. n. 9. ab איש & Carioth, oppido in tribu Juda (cujus fit mentio Jos. 15,25. Jerem. 48,24. Amos 2, 2. Hebr. קר יות) circa fines Idumææ, posterioribus temporibus a Moabitis possesso, ut refert M. Marci in arca Noæ. Fuit Diabolus, Johan. 6, 70. Fur, Johan. 12, 6. Immisericors erga pauperes, ibid. Contulit ei Dominus marsupium, ut cupiditatem Judæ leniret Dominus. Vide Hieron. lib. 3. cont. Pelagian. Euthym. in Joh. 12. Chrysost. homil. 64. Origen. in Cant. Cantic. homil. 4.

§.2 *Allegoriæ*.

Est similis Judas Ischarioth *Absoloni*, & Christus Davidi, August. tom. 8. colum. 1651. b. Ille enim patrem prodidit, regno expulit, lachrymas gemitusque extorsit eidem, 2. Samuel. 15. Sic Judas Christum prodidit, & regno velut exuere voluit, & tot lachrymas eidem extorsit.

Doëgo, Augustin. tom. 8. column. 498. a. Hic enim Davidem & socios prodidit, 1. Sam. 22, 9. 10. eundem calumniis proscidit, Psalm. 52, 2. sic quoque Judas Christum cum discipulis prodidit in horto, & de pretio paciscens cum Pharisæis, calumniæ minimè pepercit. *Cain* suum fratrem occidit, Genes. 4. Judas & fratrem & Dominum suum prodidit. Pretium ipsum clamat, sanguis ipse clamat, Abel ille justus ab impio fratre occisus clamat. Augustin. tomo 9. sermon. uno de feria quarta col. 980. a. b. seq. *Arcui* dolosè intento, Psal. 78, 57. August. tomo 8. col. 648. c. imò inæqualiter ferienti. 1. Intendentes erant Judæi. 2. Attendebat pecuniæ Judas. 3. Dolosè vero & in occulto intendebant Judæi, ut sagittarent immaculatum. 4. Sed Deus aliò collimavit, & salutarem finem eliciut è Christi passione. *Incudi duræ*: cor Judæ à Satana occupatum factum est instar incudis. Gerson orat. ad Ecclesiast. *Judæ*, Genes. 37, 27. qui suasit fratribus ut Josephus venderetur, inque servitium dederetur: sic quoque Judas Christum triginta argenteis vendidit, & in manus Judæorum Deo permittente dedit. *Siphitis*, Psalm. 54, 2. Hi namque Davidem prodiderunt, & ubi esset Saulo indicarunt: sic quoque Judas Christum cœlestem Davidem prodidit, & hortum indicavit, in quo Christus commorari solitus fuerat. *Canali ligneo*: sicut enim per canalem ligneum optimus succus, vina & alia æquè ac per argenteum aureumve derivari possunt; sic canalis ligneus fuit Judas, qui Evangelium prædicavit, miracula fecit, Gregor. Nazianzen. oration. 4. de Theolog. *Lupo*, qui tectus veste ovillâ oves discipulos dispersit, Augustin. tom. 9. col. 531. b. vestis ovilla osculum erat, oves miserrimæ discipuli erant, proditô pastore & percusso dispersit oves lupus proditor. Dissimilis illi viro, qui noluit manus suas inferre Absoloni, pendenti crinibus à ramis quercus, 2. Samuel. 18. vers. 11. 12. 13.

§.3 *Gravitas hujus proditionis*

Colligitur (1) ex materia, sive objecto, nemo enim Deum & hominem immediatè prodidit ut Judas. (2) Formâ seu modo, nempe osculo prodidit. (3) Innocentiâ adjunctâ, Christum enim agnum immaculatum prodidit. (4) Pretio, triginta enim argenteis prodidit. (5) Crudelitate inflexibili; neque enim hæc Christi humilitate pedes lavantis, neque tot monitis flecti voluit.

§.4 *Pœna*.

Psalm. 109. vers. 6. seq. Deuteron. 24. vers. 7. Furatus animam morietur fur ille: Judas prodendo furatus velut Christi vitam, morte jure Tragicâ punitur: medius enim crepuit & viscera effudit; suspendisse verò se Judam à fico arbore, tradidit Juvencus his verbis:

Exorsusque suas laqueo sibi sumere pœnas
Informem rapuit ficûs de vertice mortem.

Occiso Christo & resurgente nos vivificati sumus: Diabolo autem & Judæ merces malæ voluntatis redditur, non nostræ salutis, ait Augustin.

gustin. in Ps.40. colum. 369. d. Judas vendidit, Judas emit; seipsos prodiderunt venditor & emtor, August. tom.10.col. 1166.b.

§.5 *Cur adhibitus Judas*

A Christo ad officium Oeconomi? 1. Ut confidentiam in Juda excitaret, cui omnia concrediderat Dominus: 2. Indulgentiam demonstraret: 3. Liberalitatem impenderet: 4. Honoribus augeret, adeoque sic aversum Judæ animum revocaret.

§.6 *Mentio Judæ detestanda in liturgia*

Græcorum, quæ sic: Ter sancte (πανάγιε) Christe! non accedo, ut te osculer eo modo, quo Judas proditor; neq; ut te negem, quomodo Sanctus Petrus, sed ut te confitear omni animi submissione, sicut latro ille pauper. Confer Nicolai Orani hom. triginta de Juda proditore.

JUDEX.

§.1

1. Deus summus judex. V. Judicium extremum. 2. Christus judex in die illo decretorio, Dan.7,14. Joh.5. Actor.1,11. c.17,30.31. 1.Thess. 4.&c. 3. Homo judex in Magistratu. 4. Temerarius judex. V. Judicium temerarium.

§.2 *Requisita Christiani Judicis.*

1. Autoritas judicandi homini legitime concessa. Proverb.8,16. per me regnant reges: ut sit quoque competens judex. 2. Scientia legum, quas juxta judicet. Esa.28, 7. ignoraverunt judicium. 3. Experientia humanorum contingentium. 4. Rectitudo voluntatis: si enim à justo deflectat judex, regula esse desinit. Confer Prompt. exempl. Sturmii part. 2. fol.482. b.& fol. 488.491.& fol.512. & fol.169. & Tit. Ratio credenda.

§.3 *Virtutes.*

I. *Prudentia*: debet enim *audire prius causam*, non ex rumore judicare, Luc.16,1. Hic diffamatus. Vid. tit. Rumor. Sic Genes. 3. Adamum priùs audiit Deus, quàm sententiam ferret. Idem jubet ille apud Joh. c.7,51. & requirit Paulus Actor.25,16. Olim accusatori sex horæ, sed reo novem concedebantur, ut se defenderet. Plin. libr 4. epist. 9. Baron. tomo 2. fol.423. annal. num.5. *Et rectè explorare negotii circumstantias*, Deut.17,6. (Actor.25,26.) 27. Hic peccavit ille Pontifex Johan.18,21.22. *in ore duorum* &c. c.19,15. non stabit unus &c. Sirach.15,13.14. non per media illegitima. Sic olim Kunigunda Augusta Henrici Primi conjux adulterii suspecta, quindecim passibus super candens ferrum nudis pedibus ambulavit. Naucler. Gener. 35. Kornmann. pagin. 56.57. in Theatr. natur. *Non festinanter proferre sententiam*, Job. cap.29. 16. causam, quam nesciebam, diligentissimè investigabam. Conf. Gregor. in h. l.

II. *Justitia*, ut huic studeat judex. Ut justa bilanx à vera bilance non corrigitur & a falsa non judicatur: sic justus judex neque a justis examinatur, nec ab injustis corrigitur. Epictet. Suntq; hujus actus: *Non flectere jus*, sed regere in virga ferrea, non flexibili; sic Psalm. 2, 9. Opponitur injustitia Luc.18,23. gravissimè à Cambyse punita, qui Sisamnum injustum judicem excoriari jussit & cutem in lora discindi, quibus tribunal devinciri mandavit, in quo Otanem filium ejus post sedere ac rectiùs judicare voluit. *Judicare juxta legem*, non propriam apprehensionem. *Non habere injustum pro justo* & vice versa, Jerem. 5, 28 neque innocentem occidere, Exod.23,7. ne filius pro patre moriatur, Deut.24,16. Esa.5,20. *Non opprimere in judicio*, Job.31, 21. Justitiam in absinthium non vertere, Amos 5, 8. Injustis causis non patrocinari, Sirach.20,25. c.11,9. *Personam non respicere*, vetuit enim Deus Exod.23,3. Levit.19, 15 Num.35,31. & iis maledixit, Prov. 24.v 24. c.28, 21. Deut.1,16. Sic Elias personam Achabi, Esaias Manassis, Nathan Davidis, Daniel Nebucadnezaris & Belsazaris, Michas Achabi, Johannes Pharisæorum non suscepit. Sic Papinianus maluit mori, quàm probare fratricidium Cæsaris Caracallæ, in Geta fratre commissum. Zaleucus adultero filio, qui adulter factus erat, unum, sibi alterum oculum eruit. Brutus Consul & M. Torquatus filios capite truncarunt, cum hostibus conspirantes. Sic Epaminondas filium, quod citra mandatum patris cum hoste pugnasset. *Aliud jus advenæ, aliud incolis administrare*: aliud diviti, aliud pauperi, Deuter. 1,16.c.16,14 Levit.19,33. Deut.24, 17. Ut sol unus lucet diviti & pauperi: sic una justitia sit pauperi & diviti. Cretenses (teste Plutarcho) aures & oculos Jovi deraserunt, significaturi, ut Deum, sic judicem personas non respicere debere. Justin. Phil. in Apologia ad Anton. Pium, tom. 1. Oper. fol. 108. multis ostendit, esse judicis audire reum & excusationes justas admittere, §. Verum ne quis &c.

§.4 Pœnæ injustitiæ: *Abominatio* est Domino, Prov.27.15. maledictio, Deuter 21, 23. c.27, 19. ira Dei, Esai.1,23. sequ. Amos 2,6. mala fama, 1. Samuel.8,3. Filii Samuelis perverterunt jura. *Gubernatio Satanica.* Justinus Martyr defens. ad Senat. Rom. tom.1. fol. 85. ait: Maligni, Dæmones atque infensi nobis atque hujusmodi Dæmones sub ditione sua habentes, sibique sub religionis nomine servientes, per eos ipsos tanquam Dæmoniis agitatos principes, occidi nos procurant. Hæc ille. *Privatio bonorum* & opum, Amos 5, 11.

§.5 *Citatio celerrima ad Dei tribunal.* Saul injustè persequens judicansq; Davidem, paulo post sinistro Marte pugnans proprio se gladio transverberavit. Joas & Proceres injustè judicantes Zachariam eumque necantes vix anno exacto gladiis Syrorum trucidati sunt, 2. Chron. 24,23. Antiochus Tyrannus miserè periit, septem fratres Macchabæos trucidans. 2. Tim. 4. v. 14. Paulus de Alexandro, ærario, conquerens, ait: *Reddat illi Dominus secundum opera sua.* Ferdinandus Rex Castellæ & Legionis trigesimo post die, quàm duos nobiles ex familia Carvajaliorum suspectos de proditione, sed non convictos, de rupe præcipitari jussisset (qui

(qui eundem regem ad trigesimum diem coram tribunali Christi citaverant) morte repentinâ percussus. Rudolphus Austriæ dux Equitem auratum sacco inclusum submergi curaverat, qui exclamans Ducem intra anni spatium ad Dei tribunal vocavit; quem dux irridens: Præstò (ait) ergo tum adero. Sed dicto tempore in febrim incidens, dixit: Tempus mortis meæ instat, ad judicium eundum. Et sic obiit. Franciscus Armoricæ dux fratrem in carcerem conjectum occidi jusserat, qui apparens Franciscano, eundem adjuravit, ut duci fratri nunciaret, fore, ut intra quadragesimum diem ad Dei tribunal se sisteret. Hoc nuncio accepto, malè cœpit Dux habere, & dicto tempore mortuus est. De Cæsare Borgiâ, vide P. Jovium libr. 4. Elogior. Leone Byzantino, Cuspinian. in hoc & Meiger. lib. 1. c. 7. Nuclei. Et Joseph. libr. 14. c. 17. Antiq. Judaicar. de Schammai seniore, Herodem de judicio Dei commonefacientem.

§.6 III. *Contentatio* sive αὐτάρκεια quoq; judicis virtus est, ut sua sorte contentus vivat, nec munera diligat sive dorophagus sit. 1. Ab injusto; ne judex accipiat munera & à justo recedat: quod faciet certò; nam donum acceptũ obligat accipientẽ erga eum qui dedit. Quoties pecuniæ causa veritatem deseritis, Jesum proditis, Isidorus Clarius orat. 39. Solon judici olim hanc legem tulit: Feram sententias juxta leges, nec accipiam munera judicii causa. 2. A natura munerum pretiosorum, quæ solent maximum lucrum reputari, quippe per quæ omnia fiunt; & erga quæ homines sua natura quasi optimè afficiuntur, Deuter. 16, 10. munera excæcant oculos sapientum, Exod. 23, 8. Germani dicunt: Geld das stumm ist / machet Recht das krumm ist. Vel: Mutnegra (argentum) & murva (aurum) faciunt rectissima curva. 3. A pœna, Deut. 27, 25. Esa. 5, 23. Exod. 23, 8. 1. Sam. 8, 4. 4. A turpi & inutili: nam avaritia leges sepeliuntur. Isidor. lib. 1. soliloq. perimit leges avaritia judicantium, præmia & dona legibus jura tollunt, ubique pecunia vincit, ubique venale judicium est. Plutarch. lib. de Iside refert: Thebis judicum imagines visi absque manibus, & summi judicis oculos connivere, eò, quod justitia nec muneribus capiatur, nec hominum vultu flectatur. Bionis quoque sententia est, non ditiorem sed clariorem discedere à Magistratu principem oportere. Curius legatis ad eum venientibus & munera offerentibus, rapas coquens: Auro (inquit) non indigebo, quam diu tali cibo vivere contentus. Fabii legati ad Ptolemæum regem munera ab eodem accepta privatim prius in ærarium contulerunt, quam, quid gestum esset, ad Senatum retulerunt.

§.7 IV. *Clementia* in judice quoque sit oportet, salva tamen justitia, (α) ut consideret in reis humanæ naturæ fragilitatem & imbecillitatem, exemplo Dei Genes. 6. v. 3. ignoscentis mundo & tempus pœnitentiæ concedentis. Christi, Joh. 8, 11. qui adulteram condemnare noluit. Pauli præcepto Galat. 6, 1. delinquentem in spiritu suscipite, &c. & Dei ipsius mandato Ezech. 34, 4. Quod infirmum est, non consolidastis, &c. (β) Ut Rei patientiam videns in sustinenda pœna ad mitiorem sententiam flectatur. (γ) Ut jus strictum solvat, si arbitrio judicis se reus subjecerit.

V. *Timor Dei*, 2. Chron. 19. qui est fundamentum omnis sapientiæ. Iniquus aliquando judex sibi fecit hoc Epitaphium:

Nuper eram judex: nunc judicis ante tribunal
Subsistens paveo: judicor ipse modò.

Judex non peccet in leges à se latas: §.8

Sic Israëlitæ populos Idololatricos ulti in eandem idololatriam postea inciderunt. L. Sylla dictans leges de moderandis funerum sumtibus, easdem in funere conjugis suæ transgressus est. Idem fecit Nero in condendis legibus de cavendis exquisitis cibis. Saul hariolos & magos primò interfecit, posteà magam ipse consuluit. Pericles Atheniensis civis Leges de jure civitatis adeundo ipse refixit. Vide exempla injusti in Christianos judicii apud Anton. Benbellon. cap. 15. suscitabul.

In portis olim

Judicia exercebantur, Deut. 21, 19. c. 22, 15. Job. 31, 21. Prov. 31, 23. Greg. lib. 19. c. 13. moral. Mos (ait) veterum fuit, ut seniores in porta consisterent, & causas introëuntium judicarent, quatenus tantò esset pacificus urbis populus, quantò ad hanc discordes ingredi non liceret.

Quatuor passiones animi §.9

Judicium subvertunt, ut 1. Timor superioris alicujus. 2. Cupiditas, cum præmio & munere judex corrumpitur. 3. Amor, quo amicis & propinquis placere contendimus. 4. Odium contra personam. 2. Chron. 19, 6. Non exercetis judicium hominis, sed Dei. Ergò tanquam coram Deo judex suum gerat officium.

Ad hoc judicium spectant porrò §.10

Denunciator sive delator, qui sibi caveat de sinistro affectu adversus eum, quem defert: sibique conscius sit, se omnia ex honore & amore justitiæ facere. *Inquisitio* judicis ex officio, sive ea sit generalis, sive specialis: Illa de facinorosis in genere, hæc de hoc vel illo subjecto facinoroso in specie, ex præsuppositis certis & justis præsumtionibus & indiciis. Utramque moderatur in judice pia & erudita prudentia. Vid. Deut. 13, 14. c. 17, 4. Job. 29, 16. Gen. 11, 5. Ubi Chrysost. consule, ne rumor falsus assumatur, Exod. 23, 1. Sir. 19, 5. *Testes* sint pii, amantes Dei, veraces. Tres sufficiebant olim Deuter. 17. scilicet legitimi & veri. Possunt enim multi falsi confluere, 1. Reg. 21, 13. Matth. 26, 60. Actor. 6. Sozom. lib. 2. histor. Ecclesiast. cap. 22. Ideò testium qualitas examinanda, cap. 4. q. 3. Sint obsequentes. Vocati dicant testimonium: etiam non vocati, si quid contra bonum publicum fiat, &c. Actor. 1. Careat odio

1. coram Deo causam agat. 2. sit mansuetus. 3. Pacificus, quærat omnia media paciscendi. 4. litem non protelet. 5. prudens sit, ne cuivis judici iniquo causam committat. 6. absit omnis a lite calumnia. *Reus* 1. det gloriam Deo, etsi confessio damnum ei adferat, 2. non defendat se per calumniam. 3. inique condemnatus patiens sit, suam Deo committens innocentiam.

JUDICIUM DEI. *V. Deus.*

Notat aliquando moderatum Dei Judicium, sive castigationem, Esa. 30, 18. Vide Luther. in margine. Aliàs Judicia Dei in genere 1. *Imperscrutabilia*, Psal. 36. Roman. 11, 36. 37. 2. *Horrenda*, Exod. 9, 20. 2. Sam. 6, 9. 1. Chron. 13, 12. Psal. 119, 20. Hagg. 1, 12. Heb. 11, 7. Confer num. 46. hoc Titulo.

§. 1 JUDICIUM EXTREMUM.

Quod sit omnino futurum, probat 1. *Sacra Scriptura*, cujus varii sunt loci, quos copiose in quæst. methodi subseq. adducimus. 2. Variæ rationes, quæ desumuntur a Dei *justitia* punitiva, 2. Thessal. 1. *à connexione resurrectionis & judicii*; ideo enim resurgent homines, ut judicentur, 1. Pet. 4. *à justitia remunerativa : à conditione* piorum, quos Deus in hac vita non remuneratur semper, 1. Cor. 15, 13. exemplo Lazari Luc. 16. *a justitia Dei retributiva*, quam agnoscunt pavidi homines in conscientia. Amasis Rex Ægyptiorum jussit singulis annis rationem a subditis exigi per præsides & præfectos, unde venissent, quibus parentibus nati essent, unde vitam sustentarent. Herodot. lib. 2. sub fin. Eandem legem Solon Atheniensibus dedit. In die illo ultimo accuratissima ratio instituetur de œconomia omnium hominum. 3. Confessio Gentilium. Plato ex Hebræis hoc judicium didicit, teste Euseb. lib. 11. c. 18. præparationis Evangelicæ. Vide Platonem in Axiocho, Gorgia, Minoë. Idem Plato docuit Jovem filios suos judices constituturum esse, ex Asia Minoën & Rhadamantum, ex Europa Æolum, qui in prato florido mortui mortuos judicarent; sic putat Cl. Espensæus in c. 4. poster. ad Timoth. & plura ante illum notavit Aug. Steuchus Eugubinus de perenni philosophia lib. 10. c. 19. 20. seq.

Multi negarunt judicium extremum: Sadducæi negantes carnis resurrectionem: Dositheani a Judæo quodam Dositheo ita dicti, teste Hegesippo & Hieronymo c. Luciferianos: Hymenæus & Philetus, negantes resurrectionem futuram, 2. Timoth. 2. Gnostici, Floriani, Symmachiani, Proclianitæ, Albanenses, Davidgeorgiani, Libertini.

§. 2 *Quid?*

Judicium extremum est ultimus actus judicis Jesu Christi, visibilis, quo omnes homines coram tribunali suo statos judicabit in justitia, Joh. 5, 25. seq. Dan. 7, 14. 15. Act. 17, 31. 1. Cor. 4, 5. 2. Cor. 5, 10.

§. 3 *Causa efficiens.*

Non Minos aut Rhadamantus, Just. in Apolog. ad Anton. Imperatorem; sed Christus, ille enim judex, Num. 16, 48. Stabat Aaron sacerdos inter vivos & mortuos, August. tom. 10. col. 808. b. c. sic Christus Jesus, verus pontifex Heb. 7. inter vivos mortuosque stabit & judicabit, Joh. 5, 22. 27. Act. 10, 42. c. 17, 31. Rom. 2, 16. 2. Tim. 4, 1. Dan. 7, 9. 13. Judicii extremi imago. Apoc. 14, 14, nubes candida. Esa. 2, 12. dies Jehovæ. Deut. 31. v. 10. Septimo judicii anno omnes coram Deo congregandi. In judicio extremo Deus surget, Luc. 13. v. 25. suos noscet Dominus, Mal. 3, 18. Stellas novit nomine, August. tom. 8. col. 1697. b. quanto magis noscet justos, Ps. 1, 6. Malach. 3, 17. 18. tanquam stellas fulgentes. Phil. 2, 16. non noscet (gratiose scil.) impios, Matt. 7, 23. Christi sermo exprobrantis omnia beneficia impiis frustra collocata in judicio audietur: Illum August. tom. 10. col. 728. c. d. 729. a. b. elegantissime expressit. Idem fecit tom. 9. col. 949. a. b. c. d. Erit gladius ille biceps Apoc. 19, 15. ex Christi ore progrediens: α. biceps, ad utrumque latus secabit: β biceps secabit animam & corpus; tanta inerit judicio illi severitas! quod significatum etiam in festo hebdomadum, Deuter. 16, 10. Sic Deus cum tubis veniet, cum tuba Archangeli, 1. Thess. 4, 16. Omnes in eo judicio creaturæ fumabunt igne ob Dominum descendentem, Exod. 19, 18. Ut olim in legisdatione & promulgatione: sic quoque in ultima legis divinæ executione. Judicii extremi figura, Luc. 20, 17. Christus 1. venit lapis scandalizans: 2. venit in Judicio omnia conquassans, August. tom. 9. col. 597. b. c. Duplex igitur Christi adventus: alter gratiæ ad Judæos, Joh. 1, 11. alter iræ & vindictæ ad omnes incredulos, 2. Thess. 1, 7. 8.

Causæ administræ §. 4

Angeli, Matth. 13, 41. 1. Thess. 4, 16. *Archangelus*, quis ille, ibidem non exprimitur; quidam Christum intelligunt, ut Ambrosius & alii; Atqui in textu Dominus ab archangelo distinguitur: itaque angelus magnæ potentiæ fore significatur, molem mundi eversurus. *Tuba* non aurea & argentea, majestatis tantùm Dei indicina; sic olim in Sinai tubæ, Exod. 19. Matth. 24, 31. 1. Corinth. 15, 52. canet tuba, ab usu militari sumta metaphora. *Vox & clamor.* Vocem sensibilem olim in judicio futuram Sotus in 4. statuit, sed refutatur idem a Ben. Justiniano in 1. Thess. 4. In græco vox κέλευσμα adhibetur, sumta a nautis & sociis gravem aliquam molem in sublime sublaturis.

Pii quoque & fideles judicabunt, Matth. 19. vers. 18. 1. Corinth. 6, 2. Judæ vers. 14. Apocal. 20. vers. 4. α. Apostoli & Prophetæ ex sua doctrina, quam prædicarunt: β. Sancti reliqui, ut membra Christi judicis, approbatione judicii, ut exemplo fidei & pœnitentiæ ab ipsis exaratæ, quam utramque impii spreverunt, Luc. 11, 31. ut pars ecclesiæ, coram qua sistet impios Deus, Joel [illegible] t accessoria dignitate a Christo honorat. Matth. 19, 18. Apoc. 3, 5. 6. & 21.

§. 5 *Materia Judicii extremi varia.*

Satanas. Matt.25. paratum Diabolo &c. Judæ epist. v.6, Apocal. 8, 8. mons ardens missus, Aug. tom. 9. col.669.d. Diabolus mons ille ardens fuit, hic tandem a Deo in infernum præcipitabitur, 2. Pet. 2.

Omnes homines, 2. Cor. 5, 10. Roman. 14, 12. Adam in Paradiso sub arboribus: Populus peccans ad templum Domini 1. Reg. 18, 46. se recipiebat. Verum, o peccator, in die judicii quo fugies? an ad arborem crucis? ea in justitiæ virgam versa erit: non ad arcam Noæ, nam hæc clausa erit: non ad templum, quod non patebit. Simei non effugit judicium Salomonis, licet id David procrastinaverat, 1. Regum 2, 36. seq. ita Deus omnes peccatores ipsum blasphemantes in die illo puniet. Confer Ludovicum de Utino sermon. 6. quadragesimali. Etiam infantes sine baptismo mortuos sistendos esse, qui non erunt in specu, tradit Jesuita Lessius fol. 198. in opusc.

§. 6 *Alia de eadem materia.*

Judicii extremi tria sunt objecta. 1. via Cain, quam ambulant sectarii & tyranni, quorum typus Cain. 2. Bileami, opulenti & divites, amavit enim divitias. 3. Core, ambitiosi, Judæ epist. vers. 11. & honoribus ejus mundi dediti, 1. Joh. 2, 15.

Tria hominum genera Ezech. 14, 14. Noa, Daniel, Job, non specie, sed statu & nominibus distincta. Noa significat salvandos homines in statu chori, fuit enim Noa præco justitiæ: Daniel in statu fori; regnum Dei promovit & verum Deum confessus est: Job in statu thori, Augustinus tomo 8. colum. 1537. c. Caveant igitur omnes status, cum ex omni statu futuri sint damnati. Id significans Christus per *agrum*, notans homines in choro, per *molam* in foro, per *lectum* in thoro (Augustinus tomo octavo column. 277. a. b. 276. d.) Lucæ 17, 34. 35. Confer Augustinum tomo 8. colum. 1118. b. Itaque non simus α. ficus illæ steriles Marc. 11. v. 13. quibus maledicet Christus: Ite in ignem. β. Homines irrita vota voventes & sero pœnitentes, Augustinus tom. 10 col. 450. a. γ. Vivi & mortui; videas, ne non sis e vivis spiritualiter, Augustinus tomo nono colum. 1137. a. b. Ut navis secundo vento navigans inopinato turbine subvertitur: ita securi judicio Dei ut turbine subvertentur. Lupus licet collum habeat inflexibile, tamen ad tonitru illud submittit: sic impii v. Job. 15, 24. 25. 26. 27. ad sonum tubæ humiliabuntur, & sicut colles liquefient, Psal. 95, 5. & stipulæ erunt, Sap. 3, 7.

Parabola Judicii Extremi. Moris erat Equitum Romæ, ut si legitimum tempus stipendiorum explevissent, equum in forum ad Censores reducerent, & de meritis quærerent, Zwingerus fol. 134. Sic impii in forum judicii extremi protrahentur ad supremum illum censorem, Deum, a quo debitum mortis stipendium Roman. 6, 23. 2. Thess. 1. v. 8. impetrabunt.

Justi, mali in 10. virginibus præfigurati, Matth. 25, 1. sequent. Augustinus tomo 10. col. 95. d. harum quinque prudentes, quinque fatuæ fuerunt: sic alii boni, Christum expectantes & lampada fidei præstolantes, Philipp. 3. vers. 20. alii vero mali, spirituali sapientia cassi, securi, Dominum non expectantes, Luc. 12, 45. 46.

§. 7 *Forma.*

Judicii & modus proponitur sub typo judicii, ad quod spectat 1. *Apparatus*, cui subservit α. gloriosa apparitio, Matth. 25, 31. 2. Thess. 1, 7. β. in nube sessio & throno majestatis, Matt. 26, 64. Actor. 1, 11. γ. omnium hominum collectio, Matth. 13, 41. Rom. 14, 11. 2. Cor. 5, 10. δ. Collectorum separatio, Matth. 25, 32. Joh. 5, 29. Dan. 12. Malach. 3, 18. Matth. 13. 2. *Sententiæ prolatio*, Matth. 25. c. 13, 30. α. erga electos; venite benedicti: β. erga reprobos; ite. 3. *Prolatæ sententiæ executio* in piorum exceptione, 1. Thess. 4. ult. & impiorum rejectione, Matth. 25. 2. Thess. 1, 7. Apoc. 14.

§. 8 *Finis.*

1. Justitiæ, misericordiæ, bonitatis Dei manifestatio; illa in justa retributione, 2. Thess. 1. v. 7. hæc in piorum glorificatione, Johan. 17. 2. Officii Christi consummatio, 1. Corinth. 15. 3. Hominum piorum liberatio, Roman. 8. 4. Creaturarum a vanitate vindicatio.

§. 9 *Status impiorum.*

Terror omni ex parte: a dextris erunt peccata accusantia, a sinistris dæmonia infinita, desuper iratus judex, subtus vorago inferni, foris mundus ardens, intus conscientia urens, Anshelmus in secund. Thessal. prim.

Gravis ira Dei, verbum Domini illis verum erit pondus, Jerem. 23. v. 26. in eos vere Deus gladium acuit, Psalm. 7. vers. 13. vid. Augustinus tomo 8. colum. 461. c. gladium bicipitem & æternum sæviturum per æterna inferni supplicia.

Allegor. Omnes mali *interficientur*, ut Elias omnes sacerdotes Baal occidit, 1. Reg. 18, 40. Augustin. tomo. 10. col. 1038. c. & Luc. 19, 27. Exod. 8. c. 23. cap. 11, 7. c. 14, 20. Ponet Deus redemptionem inter Israelitas & subditos. Sic æternis suppliciis mactabuntur omnes Baali infernali obsequentes. Erunt mali pisces, & a bonis *separabuntur*, Augustinus tomo 8. columm. 1601. d. Matth. 13, 47. 48. Ut pisces in littore separabantur, Joh. 21, 11. Sic impii in fine mundi, Augustinus tomo 9. colum. 193. d. 194. b. & 563. d. *Sopientur*, Jerem. 51, 57. dormient somnum sempiternum: sic quoque impii in inferno æterno mortis somno tradentur. *Mergentur* Jerem. 51. vers. 63. in abyssum inferni; pondera erunt peccata, eos impios deprimentia. *Judicabuntur*; nam mundi Judicium est instar judicii noctis de fure occiso, ubi interfector non vocabatur in jus; Sol oriens super furem est judicium extremum, Exod. vigesimo secund. vers. 3. etenim super impios & fures omnes sol justitiæ orietur, 1. Corinth. 4. vers. quinto. *Naufragium patientur*

1. ad

1. ad petram scandali Christum: 2. ad lapidem illum comminuentem omnia, Dan. 2,36. Matt. 21,44. 3. Bona omnia amittent impii, & spiritualia & corporalia. Hæc amisio describitur 2. Thess. 1,7. 8.

§. 10 *Status piorum.*

Agnoscet eos Christus in judicio. Omnibus olim militibus stigmata inusserant Romani, eos postea latitantes pro suis imperatores agnoscebant. Gail. observat. pract. 118. num. 4. Latent pii hoc in mundo, dissipata videntur ducis Christi vexilla; sed quos semel stigmate fidei & bonorum operum Galat. 6,17. sibi notavit, protrahet & latitantibus in sepulchris dicet: Exite milites, triumphate, qui bene militastis, pro stigmate crucis coronam gloriæ sempiternæ accipite, 2. Timoth. 4. v. 8. 2. Timoth. 1. vers. 12. *Liberabitque:* unus damnandus, alter liberandus, ut in cruce latronum alter. Augustinus tomo 9. colum. 256. b. Et velut Deus Noachum ex arca egredi jussit, incolumemque præstitit: sic quoque ex arca hujus mundi & ergastulo vitæ calamitosæ Deus pios liberabit, Roman. 8, 23. ne lædantur, Ezech. 9, 6. Vid. Promtuar. Allegor. 1696. erit enim dies illa dies regenerationis, Matth. 19. vers. 28. ob cœlum, terram, nova, Apoc. 21, 1. 2. Pet. 3, 13. Esa. 65, 17. cap. 66, 22. Roman. 8, 21. Philip. 3, 21. 2. Corint. 5, 1. Augustin. libro 3. contra duas epist. Pelagianor. c. 3. Greg. lib. 4. c. 23. Moral.

Emblema Judicii Extremi. Pingitur globus mundi inversus, ex hoc extractus homo ad sui mediam corporis partem manus supplices ad Deum extendit, & gratias agit pro liberatione: sic Luc. 21, 28. Psal. 142, 8.

§. 11 *Modus & processus Judicii.*

Judicium extremum Es. 30, 27. ἀλληγορεμένως. (1) Ecce nomen Domini de longe: impiis quasi de longe videtur esse nomen judicis. (2) Ignis ejus ardet iræ: ardebit sane ira Dei in judicio. (3) Erit gravis ira, Apoc. 6,16. (4) Lingua ejus sicut ignis devorans: nam lingua judiciaria Domini devorabit impios hac voce: Ite maledicti, Matth. 25. 41. (5) Afflatus ejus sicut eluvies, flatus notat iram Dei; hac ira tollentur impii. Psalm. 21. v. 10. Facies ejus fornax. Hæc ira non penitus suffocat impios, sed collotenus submergit, ut æternum torqueantur, Esa. 25, 10. Moab sunt omnes impii, qui triturabuntur sententia judicis summi, & instar luti conculcabuntur. Est dies visitationis, Ose. 9, 7. dies præmiationis. Ad literam loquitur Propheta de Israele perverso: non minus dies Judicii dies erit visitationis; in gratia, ratione electorum; in ira, ratione malorum, Roman. 2. v. 6. 7. Judex in extremo judicio habebit igneam legem, Deuteronom. 33, 2. Lex ignea est lex Mosis, quæ in manu Dei erit: lex ignea charitatis, quam negligentes, cum præstare potuissent, judicabuntur, Matth. 25. vers. 42 In eo non silebit Dominus, ut siluit coram Pilato, ex Psalmo 50. versic. 3. August. tom. 9. colum. 288. a. loquetur enim & Pilato sententiam & Judæis judicium & Gentibus justitiam.

§. 12 *Effectus & consequentia.*

Exprobratio peccatorum: nam peccata ad dorsum projecta in judicio extremo ante faciem impiis constituentur, ex Psal. 50, 17. Augustin. tom. 10. col. 414. c. d. Quæ impius projicit per securitatem, ea Deus retrahit per judicii severitatem. *Maledictio, benedictio:* Judicium enim extremum in festo Tabernaculorum significatum per benedictionis & maledictionis recitationem, Numer. 29, 35. In vero perpetuorum tabernaculorum festo maledictio & benedictio recitabitur: ite, venite, Matth. 25. Deut. 27, 12.

Quod sibi quisque serit præsentis tempore vitæ;
Hoc sibi quisque metet, cum dicitur:
Ite, venite.

Visitatio: judicium enim extremum est dies visitationis, Ose. 9, 7. venerunt dies retributionis &c. Vere hæc & commode ad diem Judicii transtuleris; in eo enim visitabit Dominus pios in gratia, impiis retribuet in ira, Roman. 2, 5. Ps. 11, 6. *Raptus in occursum Domino*, 1. Thess. 4, 17. Non habemus opus, ut jurejurando aliquem, quod gentes fecerunt, conducamus, qui juret nos ardentes e rogo, ut olim Cæsar, ascendisse. Jul. Capitolin. in Antonino Pio. Baron. tom. 2. fol. 107. numer. 45. seq. Etenim cum Christo ipso ascendemus e rogo hujus mundi, & vere cœlo inferemur, ut semper cum Domino simus, 1. Thess. 4. vers. ultimo. *Immutatio nostri;* erit enim malis hyems qua laborare non poterunt. Augustinus tom. 8. colum. 452. a. quanta igitur mutata erit impiorum conditio? Flos aruit, Esa. 40, 7. 8. Erit etiam alia immutatio de qua 1. Corinth. 15, 51. 52. quæ morti analoga erit; modum tamen ejus specifice non describit Spiritus Sanctus.

Subjectus locus judicii.

Montem Oliveti statuunt Pontificii DD. Negat vero Arias Montanus in Joel. 3. vers. 2. Lombard. in 4. dist. 43. Hos refutat Josephus a Costa lib. de 4. Noviss. teste J. Lorino in 1. Actor. fol. 32. c. d.

Objecta.

Vivi, mortui. Discrepant vero veteres, interque se dissident, fatente Lorino in c. 10. Actor. fol. 469.

§. 13 *Adjuncta.*

Tempus occultum, Matth. 24. versic. 36. Actor. 1. v. 7. 1. Thess. 5. v. 2. *Fiet post Ecclesiæ collectionem*, ut Genes. 7. vers. 20. aquæ diluvii, Noa cum suis ingresso, eruperunt: sic post ecclesiæ collectionem cataclysmus mundi ingruet.

Existimant falso quidam Dd. Pontificii post excisum Antichristum, mundum solum per 45. dies duraturum; hos refutat L. Lessius lib. 13. c. 19. de perfectionibus divinis, nec Hieronym. parcit in c. 12. Dan. Antichristum vero abolen-

abolendum hoc modo, quem statuunt Romani Professores, nostræ Ecclesiæ judicant esse ἀντίγραφον, e 2. Thess. 2. Delebitur namque filius ille iniquitatis in ipso Judicii die. Itaque fiet judicium

Ultimo tempore: Usque ad vesperam impurus erat tangens impurum; omnes nos tetigeramus impurum, Levit. 11, 24. & commaculati eramus; ad vesperam vero judicii plene a peccatis mundabimur, 1. Cor. 15, 51. seq. *Media nocte* Christus veniet. Chrys. Theoph. Lactant. lib. 7. c. 19. de div. Præm. Hieron. & alii hanc tuentur sententiam, eamque traditioni Judæorum acceptam ferunt.

Æquitas, Judicium extremum erit in æquitate erga malos, in veritate erga bonos. Augustin. tom. 8. col. 1079. a.

§. 14 *Celeritas*: hæc significata in Psal. 50, 3. Ignis ante illum. Vid. August. tom. 8. col. 468. a. b. Rapidissimus est ignis motus; sic celerrimus erit Domini adventus, Matth. 24, 27. Non simus ergo securi, nam Christi adventus tardus multos faciet securos, Matth. 24. vers. 48. Luc. 12. vers. 45. tardat venire Dominus meus. August. tom. 10. col. 1511. b. non dormiamus, sicut ii qui nocte dormiunt, 1. Thess. 5, 7. sed vigilemus, Matth. 26, 41. nescimus enim qua hora venturus Dominus.

Terribilitas: nam in Judicio extremo atrum erit tentorium. Sicut enim Tamerlanes veniens 1. albo tentorio usus est, pacem notante; 2. rubro, se flammis & gladio vastaturum omnia; 3. nigro, se omnia ad excidium parare:

§. 15 Sic Deus (α) pacem nunciat: (β) pœnas temporales infligit: (γ) in judicio atra erit flamma super impios. Deuter. 2, 25. Finita peregrinatione in deserto, ingressurisque terram Israelitis, omnes populi pavebant ob adventum Josuæ, Mosis & Israelitarum: sic absoluta hujus mundi peregrinatione & instante judicio ad conspectum Josuæ cœlestis & Mose, hoc est, legis, pavebunt omnes impii. Exod. 20. v. 18. Ut maximus terror fuit in legis promulgatione; multo major erit in ejusdem legis vindicatione: etenim a Judicis hujus conspectu Elementa liquescent, Augustin. tom. 9. colum. 948. c. quidni hominum corda? Maxime vero impiorum, qui sentient Deum judicem, qui quærunt, ubi sit Deus noster; Respondemus cum Photinino Martyre: si tu (loquitur ad Prætorem Tyrannum) es dignus, cognosces, 2. Thessal. 1, 5. Baron. tom. 2. fol. 233. n. 50. quia impiis judicii dies mala est, ut Amos. 5, 18. 19. Væ desiderantibus diem Domini! ut quid hoc vobis? Dies Domini hæc tenebræ, & non lux. Certe in tenebras exteriores projicientur, Matth. 8, 12. & c. 22, 13. Sed judicium extremum terribile est

§. 16 (1) *Propter judicis severitatem*, qui non ut misericors amplius peccata condonabit, Es. 13, 19. Ezech. 7, 2. 3. Psal. 9, 9. 20. Psal. 49, 8. Zophon. 1, 15. Rom. 2, 5. sed æternis pœnis mactabit. In primo adventu advenit Christus tanquam parvulus David ad Goliathum, inermis pugnavit, Diabolum infirmitate vicit. In secundo, qui est ad judicium, contra ingratum Nabal armatus David & eorum, qui illius erant, fidelis conservator in deserto, dicturus omnino: vere frustra servavi omnia quæ hujus erant in deserto; vere frustra tot humano generi beneficia contuli, & nulla quidem hic accurret prudens Abigail, quæ pro Nabal intercedat, 1. Sam. 25, 21. (2) *Propter pœnæ atrocitatem*, quæ æterna & ineffabilis. Vid. Meiffartum im Höllischen Sodoma & Tit. præc. de Inferno. (3) *Propter Examinis gravitatem*, quo minutissima exquiret, Matt. 12, 26. 1. Cor. 4, 5. Tunc dicetur, (inquit Chrysostomus) ecce homo & opera ejus! tunc singulis impœnitentibus fiet, quod Nathan Davidi dixit futurum, 2. Sam. 12, 12. Tu fecisti in abscondito. Simil. Quæ citri succo scribuntur, non nisi admota igni legi possunt: sic in igne Judicii manifestabuntur, quæ olim in occulto gesta sunt, Psal. 139, 3. Johan. 14, 17. Vid. plura in Promtuar. alleg. (4) *Propter ipsorum hominum impietatem*, Actorum 21. v. 25. Paulo prædicante de Extremo judicio exhorrescebat Felix, dicebatque: nunc quidem abi, &c. Hic sermo exhibet duo: (α) Judicii terrorem, qui impiis incutitur. (β) Impiorum morem, quod abhorreant a concionibus ejusmodi, & differant pœnitentiam, Rom. 2, 5. (5) *Propter accusationem omnium creaturarum*, quæ adversus peccatores insurgent, eosque extremæ ingratitudinis reos peragent, quod gratiam Dei, honorem & utilitatem ipsis præstitam a Deo per creaturas non agnoverint. Accusabit cœlum, ignis, aër, aqua, terra, quod vanitati hominum subjecta fuerint, &c. Roman. 8.

§. 17 *Gravissimum & illustrissimum est* 1. propter Judicis majestatem, qui erit Christus, Johan. 5, 27. 2. Cor. 1, 14. non exclusis Patre & Spiritu Sancto, Esa. 33, 22. c. 4, 4. Dan. 9, 10. Majestas autem illa elucescet (α) Ex attributis, omnipotentia, sapientia, justitia, veritate. (β) Ex throno, qui erit invisibilis Dei dextra, visibilis nubes, immensa & incomprehensibilis majestas & inenarrabilis gloria. 2. Propter judicandorum copiam & ubertatem, qui sunt omnes homines, Johan. 5, 29. Apoc. 20. v. 12. 2. Corinth. 5, 10.

§. 18 *Strictissimum*, propter causæ cognitionem, quæ fiet 1. ἀπροσωποληπτως. 2. Per omniscientiam, Eccles. 12, 14. 3. Propter librorum apertionem: (α) Vitæ liber aperietur, in quo non erunt scripti reprobi. (β) Conscientiæ, quæ extime revelabitur. (γ) Humanæ testificationis, quæ a Christo propalabitur, adductis bonis operibus Matth. 25. (δ) Diabolicæ accusationis. (ε) Divinæ justitiæ; illa enim plene revelabitur in ultimo judicio.

§. 19 *Justissimum* 1. Propter causæ cognitæ decisionem & sententiæ definitivæ promulgationem, quæ erit partim consolatoria & læta respectu piorum: partim terribilis respectu impiorum, Matth. 25. vers. 41. 2. Propter judicis justitiam inflexibilem, Psalm. septimo, vers. 12.

Cer-

Certiſſimum (α) *Ex vaticiniis*, Gen. 4, 7. Judæ, v. 14. 15. Gen. 18, 25. Deuter. 32, 36. Pſalm. 9, 16. & 98, 9. Eſa. 3, 13. Ezech. 34, 17. (β) *Ex judiciis particularibus* antecedentibus: ut Angelorum, Matth. 25, 41. Protoplaſtorum, Gen. 3. Antediluvianorum, Gen. 6. Sodomitarum, Iſraelitarum, 1. Corint. 10, 4. 5. 6. 7. (γ) *A parabolis, typis* & figuris 1. reſpectu Judicis in Aarone, Num. 16, 2. reſpectu throni in throno Salomonis, 1. Reg. 10, 3. reſpectu hominum judicandorum in fratribus Joſephi, quando coram fratre obmuteſcunt, ut male conſcii, Gen. 45, 3. & in Lotho, qui educitur ex incendio, Gen. 19. Ille impios, hic pios repræſentat. 4. reſpectu ignis in colore Iridis. In ſpecie parabolæ ſunt: ſemen bonum, a quo ſegregantur zizania, Matt. 24, 13. Rete, Matt. 13, 47. Rex conferens cum ſervis, Matt. 18. (δ) *A confeſſionibus publicis*, Symbolis, Apoſtolico, Nicæno, Athanaſiano. (ε) *A rationibus* deſumtis a juſtitia Dei, 2. Theſſ. 1, 6. a conſcientiis hominum, Rom. 2, 16. a conſuetudine vitæ, totus noſter Chriſtianiſmus eo reſpicit.

§. 20 *Incertum* vero ſuo modo, nempe *quoad horam*. Sicut avis aut fera nihil minus quam laqueum ſuſpicatur, & ideo libere vagatur per campos, Eccleſ. 9, 12. Ita hominum opera prorſus incognita in laqueos incidunt: & omnino hominibus malis, bonis tanquam prædæ inhiantibus, ſubito dies judicii inducitur. Conf. Matth. 25, 43. 2. Pet. 3, 10. Vid. M. Marulum lib. 6. cap. 3. p. 730. Sex millibus annorum completis mundi finem inſtare, tradit Lactantius libro 7. c. 25. Inſtit. div.

§. 21 Cauſæ autem incertitudinis ſunt: (1) *Ut vigilemus*. Contra fures extruuntur munitæ domus, clauduntur oſtia, ſeræ, peſſuli, vigiles canes adhibentur: Par debet eſſe cuſtodia animæ, ne dies Judicii præter ſpem, & cum jactura ſalutis nos obruat. Conf. Matth. 24, 42. Marc. 13, 25. Luc. 21, 34. Sicut caſta conjunx non intrepide tantum, ſed cupide exſpectat reditum mariti ſui, ſervusque Dominum: ita a nobis exſpectanda eſt dies noviſſima & adventus Chriſti. Si rex quisquam civitatem tibi dono daret ea conditione, ut intra horam donationis cautionem & diploma Regium conſcribi & apponi curares, maxima utereris diligentia ad id obtinendum; At hæc vita tanquam una hora tibi conceſſa eſt, ut hæreditatem cœleſtem acquiras in Evangelio promiſſam, cur non ergo vigilares? Marc. 13, 25. Luc. 21, 34. (2) *Ut peccata caveamus*. Porci conſpecta nece ſocii grunniunt & concurrunt omnes, eo autem mortuo redeunt ad volutabra: idem homines faciunt; dum aliquis notus moritur, concurrunt omnes & perturbantur, factis autem exequiis obliviſcuntur cito vitæ fugacitatem, redeunt ad ſordes voluptatum. At periculi plena eſt emendationis dilatio & peccatorum reiteratio. Navis etſi multa capere poteſt, tamen onerata nimium ſubmergitur: Qui tonitrua audit, fulmen metuit: Qui Chriſtum de extremo judicio concionantem audit, juſtitiæ divinæ fulmen metuat. Conferatur locus de Peccato. (3) *Ut ſemper timeamus*. Timor eſt frenum peccati; nam ſicut ſol omnes ſtellas ſuo fulgore obfuſcat: ita memoria extremi judicii & timor ſeveriſſimæ juſtitiæ omnes concupiſcentias animæ extinguit. Vid. Pſalm. decimo non. verſ. 10. & 118. Qui clavo confixus eſt, in neutrum latus ſe commode flectit: ita qui timore judicii extremi confixus eſt, peccatis abſtinet. Niſi timuiſſent Ninivitæ, ſubmerſi fuiſſent, Jonæ 3. & 4. Generi Loth absque timore fuerunt & interierunt cum Sodomitis, Geneſ. decimo nono. Noæ auditores idem in diluvio ſunt experti, Gen. 7. Quemadmodum qui gravem aliquam cauſam ſub judice habet, de qua diſceptatur, ſemper de illa cogitat, loquitur & ſollicitus eſt: ita nos ſalutis noſtræ cauſa propter judicem ſupremum ſollicitos eſſe oportet. Erraverunt igitur hactenus ii, qui certum tempus indicare voluerunt. Camerarius part. 1. horarum ſubciſivar. capite 41. nonnulla recitat exempla:

§. 22 v. g. Parochus quidam ex illis verbis: *Videbunt in quem pupugerunt*. Martinus Cruſius in Turco-Græcia refert: Quidam Monachus Hieroſolymis Conſtantinopolin veniens, dixit: inſtare ultimum diem, quod illud lapidi de cœlis delapſo fuiſſet inſcriptum; uſus literis credentialibus Patriarchæ Alexandrini. Sed fraus detecta fuit a Conſtantinopolitano, & hic ſociique monachi excommunicati ſunt. Dux eorum tamen in communionem pœnitens receptus fuit, quod indulgentias pecuniâ vendidiſſent ſimul. Sic Nicolaus Cuſanus certum diem determinavit, quem ideo reprehendit Claudius Eſpenſæus folio 375. oper. Vide etiam Epiſtolam 79. ad Heſychium de inquiſitione hujus temporis. Idem Hutitæ Anabaptiſtæ quidam, qui omnes opes ſuas prodegerunt, ut refert Bullinger. lib. 2. c. 6. de errorib. Anabapt. Lactantius poſt 6. millia annorum. Euſebius poſt ſeptem millia annorum.

§. 23 *Tardum*. Deus enim judicium extremum differt. Exod. vigeſimoquart. verſ. decimoſext. Moſes ſex diebus ſub nocte relictus: ſic nos ſub nube fidei & verbi relinquimur ſex diebus mundi, donec appareat Dominus de cœlo ad judicium. Judicium vero extremum dilatum gravius eſt omnibus impiis. A ſimili: Arcus diu extenſus tantò fortius poſtea ferit; ita & judicium extremum. Auguſtinus tomo octavo, columna 605. d. Cur fiat? 1. propter electorum numerum adimplendum: 2. ad impios inexcuſabiles reddendos: 3. ad fidem & patientiam piorum probandam, 2. Pet. 3, 3. ſeq.

§. 24 *Clamore plenum*. Clamor judicii extremi, Matthæi vigeſimo quinto, Auguſtinus tomo decimo, column. nonageſima ſext. d. Clamabunt Angeli tuba, 1. Corinth. 15, 51. Elementa flamma: tota creatura, Roman. octavo: omnia impiorum peccata, ut Sodomæorum.

Admirabile, 2. Theſſal. 1. v. 10. Ob divinorum judiciorum patefactionem, quæ hic latebant, Rom. 11, 33. Ob gloriæ manifeſtationem in Sanctis, Sapient. 5. verſic. 1. Ob admirabilem Chriſti coram toto mundo patefactionem: ob proceſſum admirabilem in judicando.

Majeſtaticum. Ante Perſarum reges olim ignis micabat, majeſtatis regiæ index. Iidem ſoles dici gaudebant. Marcell. lib. 7. hiſtoriæ recitat, Saporem in literis ad Conſtantium, ſe nominaſſe fratrem ſolis & lunæ: At Chriſtus vere rex in Sion & ſol eſt, venturus cum igne ad judicium, Pſalm. 50. verſ. 3. 2. Theſſal. 1. verſ. 7. Matth. 26.

§. 25 Securitas illorum temporum. Judicii extremi tempora mala plena impietatis, vide Schelhamm. in Fundgrube p. 308. Non ſecuri ſimus, non illuſores. Belſazar Rex convivium fecit, putans promiſſum Dei de laxanda poſt 70. annos Iſraelitarum captivitate irritum fore. Hieronym. in Daniel. 5. Eodem modo multi in extremis temporibus illuſores & Epicuræi erunt, qui putabunt, Deum non eſſe liberaturum ſuos ex hac mundi Babylone, Roman. 8. Luc. 21. 2. Pet. 3. Matth. 24, 44.

§. 26 *Signa Judicii extremi.*

Similia veſtibus lugubribus ob mortem patrisfamilias indutis: aut malorum impendentium. Creaturæ has veſtes induunt; polus, ſolum, ſalum, Luc. 21.

Varia ſunt (1) *Evangelii prædicatio*, Matth. 24. 14. (2) Securitas & impietas ſumma, Matt. 24, 37. 38. 2. Timoth. 3, 1. 2. 1. Theſſ. 5, 2. (3) Defectio a ſana doctrina, 1. Tim. 4, 1. Matt. 24. (4) Anti-Chriſti & pſeudo-doctorum revelatio, 1. Tim. 4, 1. 2. 2. Theſſ. 2, 3. 1. Joh. 3. v. 18. (5) Eccleſiæ Chriſti infeſtatio & oppugnatio, Matth. 24, 9. (6) Miraculorum oſtentatio, Luc. 21, 9. Matth. 24, 11. (7) Charitatis aſpernatio, Matth. 24, 11. (8) Poli mutatio, ut ſigna in ſole, luna, ſtellis. Dominicus Sotus in Concilio Tridentino concionem habuit de judicio extremo, dixitque: ſolem eſſe Papam, qui ab hæreticis Antichriſtum eum eſſe docentibus obſcuraretur, referente Innocent. Gent. p. 60. Exam. Conc. Trident. (9) Soli trepidatio & ſaliſluctuatio, Luc. 21. v. 25. (10) Omnium populorum lamentatio, Matth. 24. verſic. 30. (11) Judæorum ſolennior converſio. Vid. tit. Judæi.

§. 27 Signa olim prædicta malorum a Chriſtianis non tulit Marcus Aurelius: ſicut nec Chriſtianos de extremo Judicio vaticinantes gentiles ferre potuerunt, ſed inania terriculamenta vocarunt, l. ſi quis aliquid ff. de pœnis. Ulpianus lib. 7. de offic. Præconſ. & fragmentis Pithæi. Baron. tom. 2. Anno 178. Chriſti, folio 229. Annal. numer. 5. 10. 15. 20. Origenes contra Celſum libro 3. ſic Actorum 24. verſ. 25. Felix.

Ea nos commoveant: Qui ſignis extremi judicii non moventur, ſunt incurabiles. Medici ſeptimum diem faciunt Criticum, quo ſi ægrotus quædam ſanitatis prodiderit ſigna, bonam ſpem concipiunt; at ubi nulla apparent, ſpem abjiciunt: ita omnino deſperabundi ſunt illi, qui nullis ſignis judicii moti incurabili peccatorum morbo perſeverant.

Finis eorum: ne moriamur. Auceps jaculo transfixurus avem non monet; At Deus monet ſignis, antequam æternas pœnas jaculatur. Ut lætificemur: Quemadmodum Chriſtiani captivi detenti in urbe Turcica, ſi urbem obſideri animadverterent a principe Chriſtiano, gauderent ſpe futuræ liberationis; ita in hoc mundo captivi ſumus: gaudeamus ergo audientes Chriſti venturi ſigna & videntes.

§. 28 Signa vero Anti-Chriſti ante Judicia fallacia erunt, Matth. 24, 24. 2. Theſſ. 2, 9. Fuerunt vero multi Pſeudo-Chriſti. Pſeudo-Chriſtus erat Simon Magus, Actor. 8, 9. Pſeudo-Chriſti 1. Bar-chobab. 2. Moſes. 3. Judas, Actor. 5, 37. 4. Mahomet. 5. Omnes falſi Doctores, 2. Theſſal. 2, 3. 2. Tim. 3, 1. 2. Pet. 3, 3. Sed tamen non ſeducentur Electi: nam induci in errorem Matth. 24, 24. non poterunt Electi finaliter, Joh. 10, 28.

§. 29 *Simile.* Ut regis potentisſimi adventum comitantur venationes, ludi pyrici ſive pyrobolici: ſic Judicis adventum Chriſti plurima ſigna. Horrenda eſt, quæ ſub Tito Veſpaſiano contigit hiſtoria, deſcripta ab Aventino lib. 2. de Cæſaribus Romanis, & repetita a M. Saurio in Diario hiſtorico ad diem 24. Auguſti, vere continens imaginem ſignorum, quæ diem judicii præcedere debent.

Ut principis obitum lugubres veſtes teſtantur: ſic Judicii ſigna antecedanea mundi interitum.

§. 30 *Conſequentia Judicii.*

Glorificatio Dei: Glorificabitur enim Deus in Sanctis, quia omnia Sanctorum dona ſunt a Deo: coronabit enim ſua dona, non noſtra merita. Apoc. 5. v. 13. dignus eſt agnus: nam (1) agnoſcitur glorioſus, nam Sancti judicabunt mundum, 1. Corinth. 6. verſ. 2. Matth. 19. verſ. 28. (2) Sancti agnoſcentur glorioſi ob virtutes ſuas; ibi patebit Laurentii fortitudo, Babylæ vincula, Stephani ſpiritus magnus quo reſtitit Judæis, Apoſtolorum zelus, pœnitentia Mariæ Magdalenæ, 2. Theſſal. 1, 10. Pſalm. 67. verſ. 36. Pſalm. 4. verſ. 4. Pſalm. 15. verſic. 3. (3) Deus glorioſus in judicio apparebit, Sapient. 5. verſ. 18. ſequ. 1. Corinth. 2. v. 9. Pſalm. 88, 8.

§. 31 *Præciſio omnis liberationis.* In judicio nulla liberatio. Apoc. 6, 14. cœlum receſſit ſicut liber: nullus ibi liber legetur, ex quo melior ſententia legatur: tempus pœnitendi non erit, cœlum nunc nobis liber apertus eſt, utinam in eo veſtigia divinæ bonitatis & longanimitatis expreſſa ſerio ad pœnitentiam meditaremur! Stellæ occidentes monent de morte, ſol de juſtitiæ ſole Chriſto: tunc autem in die judicii recedet cœlum, involveturque, ſicut liber, ait divinus Vates. Judicii extremi tempore Chriſtus miſſurus eſt mundum in ignem: tempore gratioſi verbi ignem mittit in mundum. Augu-

gustinus tomo 8. col. 603. a. b. hic est Evangelii, ille est ignis judicii extremi, quo conflagrabunt omnia. 2. Petr. 3. ignis ille inextinguibilis.

Dei revelatio plenaria, qui erit omnia in omnibus, 1. Cor. 15, 28. manifestabitur Dominus Jesus de cœlo, 2. Thess. 1, 7. 1. Thess. 4. v. 16. Genes. 45, 1. 2. Joseph se tandem fratribus revelavit: sic quoque Christus tandem suis se revelabit dicens: vos me cibastis, vos me potastis, &c.

Hominum revelatio, quorum vitia retegentur; sicut in balneo vitia corporum, hactenus veste tecta, conspicimus. Basilius de vera virginit.

§. 32 *Officia nostra circa illud Judicium.*

I. *Meditari judicium*: Judex enim in judicio extremo flammeos habebit oculos, Apocal. 1, 14. Timeamus hunc judicem. A simili: Pictor imaginem in publicum dans vulgi judicium non timet, sed artificis & Apellis alicujus: Anima tua debet esse imago Dei, picta virtutibus, illa protrahetur in publico judicio, vide igitur atque prospice tibi sollicite: etenim non cum imperito tibi est negotium, sed cum Deo artifice picturæ animæ, Sap. 1, 6. Jerem. 17, 9. Confer Senec. epist. 83. Dan. 2, 22. Exod. 19. Estote parati in tertium diem &c. Tres nobis sunt dies: nativitatis introitus, vitæ status, mortis exitus; In hunc tertium diem omnes parati esse debemus, veniet enim Dominus, tonitrua audientur, 1. Thess. 4. Quæ de spectris Jesuitarum operâ repræsentatis, ut homines à malo abducant, refert Bogermannus p. 260. catechismi Jesuitarum, ea minora sunt, quàm ut huc referantur. Illa vero spectra & terriculamenta impiis verissime apparebunt. Sicut milites auditâ tubâ mox arma conquirunt, ubi lorica, ubi hasta posita sedulo inquirunt: sic & nos ad judicium omni cura ac cogitatione præparare debemus: qui non se præparat, omne frænum abjicit, seipsum fallit. De hac meditatione v. Thom. de Kempis libr. 1. c. 24. de Imit. Christi. Meditantib. verò hunc diem Judicii ex serio pœnitentiæ affectu, non dubium, adfuturam Spiritus Sancti flammam, ut vel lachrymis deploret mundi in perniciem ruentis cœcum impetum: quod olim Ambrosio accidisse, enarranti Psalm. 44. memorat Philippus Tomo 2. Declamation. pag. 282. 329. 330.

§. 33 II. *Inculcare*: nam sæpe auditoribus est proponendum judicium extremum (1) à dictis: Ezech. 3, 18. nisi dixeris: Esa. 58, 1. clama ne cesses. (2) a similib. Medici, qui amaras potiones præbet. Augustinus tomo 10. colum. 727. b. c. d. Theriaca præbetur, ne venenum prævaleat, colum. 728. a. Nauta providet navi suæ, & de scopulis syrtibusque suos monet, col. 729. c.

§. 34 III. *Agnoscere propinquitatem* ex variis signis. Inter reliqua signa quæ proxime finem mundi antecedent, etiam dilectionis veræ, quæ veræ fidei documentum esse debet, extinctio deprehenditur: & impietas contra omnia implet, Matth. 24, 12. quia abundabit injustitia, dilectio in multorum cordibus extinguetur. Injustitia hoc loco designat quævis delicta contra Decalogum, 1. Joh. 3, 4. Dilectio vero pietatis & omnium bonorum studia involvit: confer Matth. 22, 40. Rom. 13, 8. 1. Tim. 1, 15. Est itaque (1) Judicii signum dilectionis decrementum, de quo jam dictum. (2) Vitiorum incrementum. Ultima hujus mundi tempora erunt similia temporibus Noæ, Luc. 17, 26. 29. Ubi securitas & quævis atrocia scelera frequentabantur. Hinc manifestè verum evadet, quod Christus dicit Luc. 18, 8. putasne filium hominis adventantem fidem reperturum esse? Confer 2. Timot. 3, 1. 2. 2. Pet. 3, 3. Matth. 24, 23. Marc. 13, 20. 21. Luc. 17, 22. 2. Thess. 2, 10. 1. Tim. 4, 1. 2. Tim. 4, 3. 1. Joh. 2, 18. 2. Pet. 2, 1. 2. Apoc. 3, 8. 14. c. 14, 8. c. 16, 13. 15. c. 17, 2. c. 18, 3. c. 19, 2. De securitate in specie v. Matth. 24, 44. & 15, 5. Marc. 13, 33. Luc. 21, 35. 1. Thess. 5, 3. & Lutherum super Psal. 101. tom. 6. Jenens. fol. 156. & Gerhard. in præfat. libr. 1. schol. piet. Wolfium cent. 16. memorab. p. 78.

§. 35 Judicium ulterius circa hoc membrum fieri potest (α) ex vita dissoluta, quæ variis concupiscentiis abundat, 2. Pet. 3, 3. (β) ex contemtu Evangelii, cui vita non conformis, Philip. 1, 22. (γ) ex defectu bonorum operum, quæ fidem debebant declarare, Galat. 5, 6. Jac. 2, 18. (δ) ex pœnitentiæ neglectu: (ϵ) ex læsione proximi per usuram, 1. Thess. 4, 5. 1. Corinth. 13, 5. Alii ita de propinquitate judicii judicant: (1) ex articulorum fidei dispositione, in qua Christi ascensum ejusdem reditus statim excipit. (2) ex horum temporum denominatione, quando vocantur ultima tempora 1. Corinth. 10, 11. 1. Johan. 2, 18. 1. Petr. 4, 7. Luc. 14, 16. Jacob. 5, 18. (3) ex vaticiniorum impletione de quatuor Monarchiis, Dan. 2. & 7. de Antichristo revelando, 2. Thess. 2, 3. de luce Evangelii sub mundi vesperam denuo accendendâ, Zachar. 14, 7. (4) ex prodigiorum apparitione, in sole, luna, stellis.

§. 36 IV. *Levare capita*, unde Luc. 21, 28. levate capita vestra. Quemadmodum in regis potentis ingressu plurimæ lætitiæ signa publica extant, ludi, comœdiæ, &c. ita in Christi regis adventu lætabuntur justi, cometas & cætera signa sine perturbatione intuentes. Incedimus per hanc vitam curvi, atrati, tristes, Psalm. 38, 7. At die judicii erigere debemus capita, quia pondus illud gravans, peccatum scilicet, planè abolebitur, 1. Cor. 15, 53. 2. Timot. 1, 10. Atrati non erimus, quia candidâ veste induemur, Apoc. 3, 18. Tristes non erimus, quia gaudium perpetuum erit super capitibus nostris. Liberatus e carcere suspicit lætus, triumphat coronandus; in altera vita liberabimur, triumphabimus, coronabimur. Læti igitur suspiciamus ad triumphatorem, liberatorem, 1. Cor. 1, 10. coronatorem, 2. Tim. 4, 8. Caput suum ideo Christus demisit in cruce, ut nos haberemus causam propter ipsum exultandi, Joh. 12, 32. in æterna luce, Esa. 60, 20. Luc. 21, 28. suspicite ad patriam sc. & πολίτευμα, Phil. 3, 20. ubi thesaurus

noſter eſt, Matth 6,21. ubi pater noſter eſt, qui ſuſpexit quaſi evigilans ad noſtri redemtionem, Jerem. 31. v. 26. Spe bonum gaudens ſuſcipit lætus, Sir. 13, 32. nos ſpectamus, Rom. 5, 2. c. 8, 24. ſuſcipiamus læti. Chriſtus cibum accepturus in cœlum ſuſpexit, Matth. 14, 4. nos cœleſtem illum cibum Chriſtum accepturi ſuſpiciamus læti, grati. Abraham conſideraturus Dei omnipotentiam oculos ſuſtulit, Geneſ. 12. v. 15. idem nos faciamus viſuri mox totam Dei gloriam. Suſpicimus ſæpe ad lunæ & ſolis defectiones; ibi videbimus ſummas in Chriſto ſole, luna Eccleſia, ſtellis miniſtris, perfectiones.

§. 37 V. *Expectare.* Adventus ad judicium pie expectandus, Auguſtin. tom. 8. col. 1098. c. & colum. 1103. b. Sicut filii adventum Patris, ſponſa ſponſi, captivus liberatoris expectat. Itaque non credendum ſecurioribus, qui dicunt cum ſerpente, nequaquam morieris. Auguſtin. tomo 8. colum. 815. b. c. Ita ſecuri dicunt, edamus, bibamus, cras moriemur, 1. Corinth. 15. verſ. 32. Solicita vero ſit expectatio & concita, velut Ægyptii non ſinebant moras facere filiis Iſrael in Ægypto, Exod. 12, 33. ita mundus cogit nos velut in Ægypto, & facit nos deſiderare liberationem a vanitate ſervitutis, cui ſumus obnoxii, Rom. 8, 23. Phil. 1, 23. Judicii extremi tempus non negligendum; nam qui modo Advocatus noſter eſt, is noſter tunc judex erit. Aug. tom. 8. col. 505. a.

§. 38 VI. *Chriſtum in deſerto non quærere:* Contra fecit Ægyptius quidam, Joſeph. lib. 2. c. 12. de bello Judaico, qui triginta millia hominum congregavit in ſolitudine & Jeruſalem occupare voluit, ſed a Felice fuſus eſt, Actorum 21, 38. Fruſtra Judæi Meſſiam in deſerto quæſiverunt, qui jam venit, & certo ad judicium reverſurus eſt, Act. 1, 11.

VII. *Prudenter agere.* Eccleſ. 2, 4. oculos in capite habere jubemur, h. e. prudenter ambulare, non in tenebris peccatorum, ſed in armis lucis, Romanorum 13. verſ. 13. *Simile:* Qui habitant in confinibus inimicorum, in erectis ſpeculis vigiles conſtituunt, cavendarum ergo inſidiarum: Ita vigiles oculos Deus conſtituit in ſpecula capitis, ut caveas ab inſidiis.

VIII. *Non formidare* nimis, nec timere ſerviliter, ne contra nos oremus, veniat regnum tuum, Aug. tom. 9. col. 641. c.

IX. Rationes noſtras ſic componere, ne canamus: *Pœnitet.* Id enim nimis ſerum erit Canticum, Sapient. 5. ne titubemus aut fluctuemus coram hoc judice, ut olim Lyceſtas accuſatus & ex carcere triennali eductus, coram Alexandro. M. Curt. l. 7. c. 1. titubavit, memoria excidit. In Te Domine Jeſu, oculos figamus, pro nobis ſatisfacientem Patri tuo!

§. 39 *Solatia fidelium terrori judicii opponenda.*

1. Chriſtus eſt frater noſter, Pſ. 22. Heb. 2. Rom. 8. quis condemnabit? &c. 2. Liberator ab omni malo, 2. Timoth. quart. 3. Mediator Rom. 3, 23. 1. Tim. 2, 5. inter Dei iram & noſtra peccata. 4. Scriptor; ſcripſit nos in manibus ſuis, Eſa. 49. nec patietur nos evelli ex eis, Joh. 10. 5. Paſtor, oves noſcens ſuas, Johann. 10. ſuſcipiens, potans, cibans, Apoc. 7. 6. Dulcis juſſio, Luc. 21. attollite capita veſtra, quoniam redemtio veſtra appropinquat. 7. Cyrus ille cœleſtis, nos e Babylone mundi educturus eſt: cur timemus? 8. Ut Iſraelitis nil nocuere ſigna in Ægypto, non ignis, non plagæ aliæ: ſic nobis non nocebit ignis aut flamma, Eſai. 43. 9. In mediis ignibus ſervat hic nos Deus, Eſa. 43. quidni tunc ſervaret? 10. Mulier in partu ſuperat dolores, ſpe novellæ prolis: Dies judicii eſt dies partus & regenerationis, Matth. 19. non deſpondeamus animos. 11. Aurum purgandum poſcit ignem & flammas: ſic mundus comburendus, ſervandum Dei aurum, 2. Pet. 3. 12. Deleto chirographo non timet ſibi debitor: deletum eſt noſtrum chirographum, Coloſſ. 2. 13. Finis erit omnium calamitatum, Luc. 21, 18.

Similia & varia nomina Judicii. §. 40

Æſtas qua Sol orietur ſuper juſtis, Auguſt. tom. 8. col. 1737. c. d. V. alleg. 175. quam nobis præcedentia ſigna annunciant. *Bellum*, quo Deus inimicos ſuos proſequetur, oſtendet acutum gladium, Pſalm. 7. Sagittas ſuas implebit cruore, Deuteron. 32. claſſicum canent angeli, 1. Theſſ. 4. *Duo caniſtra ficuum* vidit Jeremias cap. 24. v. 1. plenas malarum & bonarum: ſic boni malique in judicio congregabuntur. *Dies iræ*, Soph. 1, 15. Rom. 2, 5. *Fulgur*; notatur 1. Celeritas adventus, Matth. 24, 27. 2. Claritas. 3. Penetrabilitas, quod regnum Chriſti non ſolùm in Judæa, ſed ubivis terrarum plantandum & ſpargendum eſſet, non ſolum Jeruſalem alligandum, quod exercitu corporali non debebat defendi. *Flamma* & ignis in judicio, 2. Theſſal. 1. v. 7. Hoc in loco olim expunxit Marcion verba, flammam & ignem, quod ei objicit Tertull. lib. 5. cap. 16. adv. Marcion. fol. 473. edit. F. Junii. Sed de igne illo ampla eſt apud Scholaſticos diſputatio in 4. ſent. & Commentatores in 2. Theſſ. 1.

§. 41 *Sol oriens ſuper furem*, Exod. 22, 3. Sic Chriſtus ſol juſtitiæ ſuper fures, h. e. omnes impios orietur & tenebras eorum reteget. *Ejectio filii Hagaræ* ex domo Abrahami veri, non hæreditaturi cum vero filio, Gen. 21, 10. Aug. tom. 8. col. 1418. d. ſub fin. *Eluvio mundi*, Nahum. 2, 8. mundus eſt fluvius, malitia inundaturus ſeipſum tandem. Iſta eluvies non appropinquabit ad pios, Pſ. 32, 6. *Piſcatio*. Johan. 21, 6. mitte rete ad dextram. Matth. 25, 34. a dextris dicet, venite. Auguſt. tom. 10. col. 1542. d. Magnum illud rete in ultimo judicio explicabitur, quod capiet pios ad gloriam, impios ad ignominiam, Dan. 12, 2. Joh. 5, 29. *Ignis* dicitur Chriſti adventus (1) Ob conſpicuitatem, omnibus enim apparebit. (2) Ob lucem, quam omnibus inferet rebus, 1. Cor. 4, 5. Cyprian. lib. de bono Patriæ, circa fin. & Theodor. in 66. Eſa. (3) Ob juſtitiæ divinæ ſeveritatem, Pſ. 78, 5. Soph. 3, 8. (4) Ob vim diſtinctivã & ſecretivam, quæ ignis eſt pro-

est propria, Orig. lib. contra Celsum: Ambros. in Psal. 118. (5) ob iræ divinæ gravitatem: etenim iræ divinæ ignis anteibit & consumet. August. tom. 9. col. 242. d. *Speculo* simile judicium erit, in quo quisque sua facta contemplabitur. *Amputatio arboris*: nam judicium Dei est adventus ille, quo venit & amputat arborem, Luc. 13, 8. August. tom. 10. col. 123. a. *Excisio arborum*: Matth. 3, 10. securis apposita, Augustin. tom. 9. col. 243. a. (1) arbores sunt homines: arbores bonæ boni, malæ mali homines, Matt. 7. v. 17. (2) Securis est sententia Domini: ite in ignem, Matth. 25.

§. 42 *Messis fasciculi*: quilibet peccatores ad judicium congregabuntur, fures cum furibus, latrones cum latronibus, Augustin. tom. 10. col. 1248. c. Largissima ibi messis: seges sunt homines; messores sunt angeli; falx Dei justitia; horreum dulce, cœlum; grave infernus. *Pomorum tempus putrescendorum*, Amos 8, 2. Impii & increduli sunt poma putria, abjicienda tandem in judicio. *Ventilatio areæ*. Matth. 3, 12. Purgabit Dominus aream ventilabro justitiæ. *Deductio populi* Christiani ex Ægypto mundi, Aug. tom. 8. col. 394. c. Mundus est Ægyptus. Vid. Prompt. Alleg. 400. Deducimur ex hoc mundo a Christo liberatore nostro: Luc. 21, 28. Redemtio nostra appropinquat.

§. 43 *Diluvium igneum*, quo omnia absumentur. 2. Pet. 3, 7. omnia rapientur & peribunt. *Enumeratio quædam* & ratio operum (Rechnung) Aug. tom. 8. col. 1439. b. (1) bonorum & malorum. (2) Arithmeticus ipse Deus erit, Luc. 16, 2. (3) Debitores omnes homines erunt. (4) Tabulæ propria cujusque hominis scientia. (5) Chirographum lex & Dei verbum. Reddet Deus Chirographum a quovis mortali, dicet: Ecce in Chirographo omnia tibi prædixi, nempe verbo Dei. August. tom. 8. col. 1675. a. Ideo judicabit Deus inter hircum & hircum, (August. tom. 9. col. 1075.) hoc est, impium & pium, agnum & hœdum.

§. 44 *Malis hyems*, qua laborare non poterunt, August. tom 8. col. 452. a. 1. Frigida, quia non calebit amplius ignis amoris Dei. 2. Molesta, quia laborare nemo, nemo serere poterit amplius. *Area* erit mundus tempore Judicii Extremi. Allegor. ex Jer. 51, 33. & 39. Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ ejus adhuc modicum, & veniet tempus messionis ejus. 1. Filia Babel mundus est, qui servivit Patri suo Satanæ, Joh. 8, 44. 2. Tritura & messio est Judicium extremum. *Iris*, August. tom. 9. col. 660. a. sive arcus cœlestis duplicem refert colorem, aquæ scilicet & ignis: per hunc notat Spiritus S. extremum Judicium; per illam judicium diluvii, extremi illius typum & figuram. *Clarus meridies*, qui exorietur, ex Ps. 37, 6. August. tom. 8. colum. 279. d. Vere enim in hoc mundi tenebricoso loco sumus, 2. Petr. 1, 19. In quo lucent pii, Phil. 2. v. 15. Sed orietur vera lux justis in judicio, Mal. 3. v. penult. Dies judicii per *vesperam & lampadem*, Gen. 15, 12. Aug. tom. 10. col. 699. c. hanc texit allegoriam: alii ad tentationes Abrahami, hujusque tribulationes referunt.

§. 45 *Tenebræ & fluctus* erant remigantibus discipulis, Matth. 14, 24. seq. August. tom. 9. col. 215. b. c. ad Judicium extremum ejusque tempora accommodat; sed benè se habet: Extendet Dominus manum suam, nosque ut Petrum è mundi fluctibus eripiet. *Theatrum* illustre, in quo omnium facta revelabuntur. *Tribunal*, quod in summa majestate & gloria eriget Dominus, vid. Chrysost. hom. 54. operis imperfecti: Basil. in Psal. 33 ad quod omnes sistemur, 2. Cor. 5. (1) accusamur omnes. (2) accusat Moses. (3) Actor & testis item Deus. Adi Drexel. Tract. 3. de Tribunali Christi.

Tribunal terribile, horribile, sapientissimum, metuendum: quia coram eo omnia nuda, Heb. 4. Confer Dionys. Carthus. art. 5. de quatuor noviss. *Libra* ad quam appendentur omnia opera. August. tom. 8. col. 796. c. Judicium ultimum erit universalis libra omnium hominum, quæ horum omnium opera pensabit & librabit. Dan. 5, 27. Levis inventus es. Est *mane*, quo gaudebimus, quotquot verâ in Christum obdormivimus fide, Psalm. 30, 6. *Mare*, Jerem. 51, 42. Ascendit super Babylonem mare, & multitudine fluctuum ejus operta est. Babylon est mundus: fluctus sunt Dei judicia, quibus adobruetur in Dei judicio. Libera nos pie Christe à tremendo hoc judicio, pretioso tuo, quem pro nobis effudisti, sanguine, & nos tibi vindica totos, æternos triumphos tibi agno immaculato decantaturi.

JUDICIA Dei particularia. §. 46

1. Multa sunt ratione piorum & impiorum. 2. Admirabilia, Psal. 119. Rom. 11. 3. Occulta sæpe, semper tamen justa. Ps. 36. judicia tua abyssus &c. 4. An animæ à corpore separatæ mox coram Christo sistantur in cœlo? Affirmat August. cap. 1. de vanitate seculi. Bernhard. in meditat. c. 2. Hugo de S. Victore lib. 1. c. 2. de anima. Chrysostom. hom. 14. in Matth. & 46. ad popul. Sed negat Lorinus in c. 10. Actor. v. 42. Nec Christum descendisse ad singulos, ut ferat sententiam, ut vult Ludolphus de Saxonia part. 3. c. 46. de vita Christi. Innocent. III. de contemtu mundi c. 43. Sed quod mox anima intelligat, se vel damnari vel salvari, ut vult Sotus in 4. dist. 45. quæst. 1. art. 3. Abulensis in Matth. 24. q. 239. Tom. 2. in 3. Thom. Suaretz. disp. 52. sect. 2.

JUDICIUM TEMERARIUM. §. 47

(1) Datur vero etiam *Evidens judicium*, quod prohibitum non est: v. g. cum aliquis videt nudum cum nuda, & solum cum sola, &c. quod evidentioris præsumtionis vicem supplet. Sic oves de Pastore omninò judicare possunt & debent: nam 1. brutæ oves non sunt; igitur ratione omnino uti debent. 2. tenentur etiam vocem summi Pastoris Christi audire, & eorum, qui ab eo constituti sunt, Ephes. 4, 11. Ipse dedit, &c. Joh. 10, 27. oves meæ vocem meam audiunt;

audiunt; non audire peregrinum, Johan.10. ergo judicent peregrinum necesse est. (2) Aliud est *judicium* discretionis privatum, quo oves non carent: & *publicum* definitionis, quod ad oves non nisi certo ordine pertinet. Sic Berrhoënses omnino judicabant Paulum pastorem, Actor. 17, 11. Paulus ipse 1. Cor.10. ait, judicate, &c. (3) Judicium authenticum & illimitatum Scripturæ. Gal. 1. si angelus de cœlo, &c. Es. 8. (4) *Limitatum* (restrictum ad Scripturam. 1. Corinth. 10. Judicate, quæ loquor) quod est Ecclesiæ, estque vel publicum in synodo & symbolis, vel privatum, videlicet Berrhoënsium, Actor. 17. v. 11.

§. 48 *Causa & fons judicii temerarii.*

(1) Inscitia, cum proximi de animo non constet. Vid. Cassianum libr. 5. c. 30. Sirac. 5, 13. 14. & c. 11, 7. 8. cumque homo seipsum ignorat, Luc. 6, 41. Rom. 14, 4. Hinc Christus Joh. 8. Quis vestrûm immunis est à peccato? Ambr. in Psalm. 118. Judicet ille de alterius errore, qui non habet, quod in seipso condemnet. (2) Mensuratio proximi & æstimatio e corde nostro, sive ignorante, sive malo. (3) Inscitia causarum & formæ agendi: ut, cum Magistratus non protinus delicta punit, cum facta media male interpretamur. (4) Odium Hieronym. tom. 3. fol. 103. Apol. Legant prius, postea despiciant, ne videantur non ex judicio, sed ex odii præsumptione ignorata judicare. Exemplum vide 1. Sam. 22, 15. in Saule. Allegor. Æqua pondera Deus præceperat Levit. 19, 35. Deuteronom. 25, 13. Sic pondere charitatis æquissimo proximum nostrum judicare debemus, non ex odii iniquo pondere. (5) Præcox censura: septem diebus claudebatur leprosus, antequam sacerdos de lepra judicaret, Levit. 13. v. 26. ita de lepra spirituali peccati non est temerè judicandum, sed Dei longanimitas expectanda. Thales: nihil (inquit) facilius est, quàm judicare alios. (6) Credulitas levis, quæ fidem habet vanis rumoribus, sine explorata veritate. Sic olim Christiani condemnabantur ob solum nomen Christianorum & rumorem, Athenag. in Apolog. pro Christian. & Baron. tom. 2. fol. 243. num. 25. anno Christi 179. (7) Ignorantia sui. Æsopus duos saccos homines habere dixit, posticum in quo sua; anteriorem in quo, quid alii homines facerent ponerent. Excute prius posticum saccum; & anterioris obliviscere. Vide Hugonem super c. 14. Luc. (8) Corruptio naturæ, judicare de bonis male, insitum est vulgo naturaliter, August. tom. 9. col. 956. c.

§. 49 *Materia.*

Possunt temere judicari I. *Personæ.* Ipse Christus, de quo mundus judicat temere Marc. 6. v. 3. nonne hic est fabri filius? Luc. 11. v. 15. Ejicit Dæmonia per Beelzebub. Eligebant Johannem Messiam & præ hoc temere Christum rejiciebant; sicut Samuel 1. Sam. 16, 6. in Eliabum Isai filium natu maximum oculos defixerat, spreto Davide: sic Judæi lapidem anguli spreverunt, Psalm. 108, 22. Matth. 21, 42. Similes erant Judæi noctuis, quæ lucescente sole nihil vident, noctu verò maximè: sic Judæi ad solem Christum cœcutiebant, Joh. 9. 39. & in nocte densissimarum tenebrarum versabantur.

II. *Scripta.* Julianus scripta Apollinaris pro doctrina Christiana legens, dixit: Legi, cognovi, damnavi. Nicephorus lib. 10. c. 25. fol. 496. Cui pulchrè respondet Basilius: legisti, sed non cognovisti; si enim cognovisses, non damnasses.

§. 50 III. *Sors & status impiorum.* A simili. Vellesne piratam & latronem, delitiis affluentem, felicem dicere, qui mox ad carnificem trahendus est? non aliter se habent impii, non æstimandi ex deliciis & divitiis; non ex his pii judicandi, Jerem. 12. &c. Ps. 37. & 73. Prov. 3, 11. Ambros. lib. 2. c. 25. officior.

§. 51 *Pœnæ temere judicantium.*

(α) Morbus: Mirjam temere judicans Aaronem lepra affligitur, Num. 12, 10. (β) Ira Dei. Nubes avertit se a tabernaculo, Numer. 12, 10. Sic nubes gratiæ Dei deserit judices temerarios, qui odio inflammati sinistrè judicant de proximo. Injusti judices duo Cardinales misere perierunt tempore Eugenii quarti, ob causam justam Antistitis Moguntini, Henrici. Vid. Naucler. in Chr. & Lipsium lib. 2. c. 11. monitorum Politic. (γ) Infelix status. Sir. 6, 2. Folia ejus defluent, fructus ejus arescent, sibi ipsis nocent. Filii Israël tribum Benjamin deleturi, prius cæsi fugatique sunt multa cum clade, Jud. 20, 21. Indicare voluit Dominus ut Israëlitæ prius se corrigerent, antequam alios emendarent. (δ) Sterilitas. 2. Sam. 6, 20. 23. Michal temere judicans Davidem sterilitate punitur. (ε) Clades bellica 2. Sam. 10. exemplo Ammonitarum. (ζ) Confusio: Pharisæi adulteram damnantes ipsimet confusi sunt his Christi verbis Johan. 8. v. 7. Qui sine peccato est vestrûm, primus in illam lapidem mittat; sed confusi Judæi manus suas à lapidibus abstinuerunt. (η) Diabolum imitantur, Jobum temere hypocriseως arguentem, Job. 1. & 2. mentiuntur, 1. Joh. 3, 18.

§. 52 *Actus diversi hujus judicii.*

1. In proximi mores inquirere sollicite, & omnia eos explorandi media adhibere. 2. Facta proximi (media & dubia Gloss. ord. in Luc. 6. Nolite judicare) in pejorem partem interpretari: sic Pharisæi Christi conversationem cum peccatoribus sinistre interpretabantur. 3. Suspicionibus temerariis de proximo duci, vid. Esa. 22, 10. seqq. 4. Externa solum facta considerare, & non attendere circumstantias, quæ actionum species variant. 5. In uno id damnare, quod in altero probas: sic Pharisæi Christum sabbato sanantem condemnabant, & ipsi tamen sabbatho circumcidebant, Joh. 7, 22. 23.

§. 53 *Exempla temerarii judicii.*

Eli, 1. Sam. 1, 14. Simei, 2. Sam. 16, 8. Rex Israël male judicans, 2. Reg. 5, 7. Judæi, Matth. 27, 47. c. 9, 4. 5. Johan. 7, 22. c. 11, 37. Israëlitæ Jos. 22, 10. sequ.

ſeq. Luc. 13, 1. Phariſæi, Joh. 8,8. c. 9,16. Actor. 28, 3. Rom. 2, 1. Rom. 14, 1. 4. 13. 1. Cor. 4, 5. 1. Tim. 5, 21. Jac. 4, 1.

Monachi temerè judicant de hominibus extra clauſtra viventibus, taxati a Bernhardo col. 591. oper. ſerm. 12. in Cantic. Cantic. *Inhumanè* (ait) *eorum redarguis opera*, quorum onera refugis. Temerariè redarguit virum de prælio revertentem, mulier manens in domo. Dico enim, ſi is qui de clauſtro eſt, eum, qui verſatur in populo, interdum minùs diſtrictè, minusve circumſpectè ſe agere deprehenderit, (verbi gratia: in cibo, in ſomno, in riſu, in ira, in judicio) non ad judicandum confeſtim proſiliat, ſed meminerit ſcriptum: melior eſt iniquitas viri, quam benefaciens mulier. Nam tu quidem in tui cuſtodia vigilas; benè facis; ſed qui juvat MULTOS, & MELIUS facit, & VIRILIUS Quod ſi implere non ſufficit abſque aliqua iniquitate, id eſt, abſque quadam inæqualitate vitæ & converſationis ſuæ, memento, quia charitas operit multitudinem peccatorum. *Hæc Bernhard.*

§. 54 *Effecta & adjuncta.*

Dei honorem rapit: ſolus enim Deus novit corda hominum: injurii igitur in Deum ſunt judices temerarii, 1. Cor. 4, 3. Hieronymus adverſus Luciferianos: Nemo (ait) poteſt ſibi Chriſti palmam aſſumere. *Injuſtitiam committit*, Joh. 7, 24. Rom. 2, 11. *Seipſum homo negligit*, nam in eo proximum judicat, cujus ipſe ſæpè criminis eſt affinis, Rom. 2, 1. 2. ſequent. *Charitatem deſtruit*, 1. Cor. 13, 5. vid. Bernhard. ſerm. 4. in Cantic. Cantic. *Incertum judicium fert*: aliquando namque bona videt facere hominem, ſed quo animo faciat, ignorat: deinde multa opera proximi nos latent, quæ ſi paterent, rectius de proximo judicaremus. *Deo leges præſcribit* patientiæ: Ita D. Paulum injuſtè quivis judicaſſet, ceu finaliter deſperaturum, 1. Timoth. 1. v. 13. qui tamen rediit ad meliorem frugem. *Superbiam arguit*, Jacob. 4, 12. mendacium, Job. 2, 13. cœcitatem, Matth. 15, 14. & ſtultitiam; ſua enim homo vitia negligit, & aliena inſpicit, Johann. 8. v. 6. Matth. 7. v. 3.

Officia noſtra.

§. 55 I. *Fugiendum* judicium temerarium (α) *ab interdicto* Matth. 7, 1. Luc. 6, 37, Rom. 2, 1. 2. 1. Cor. 4, 4. Jac. 3, 1. c. 4, 11. 12. Sir. 11, 7. 8. cap. 6, 2. (β) *a turpi*, Rom. 14, 4. 10. 11. Quid judicas ſervum alienum? cadit &c. turpe verò eſt alieni Domini jura invadere. Prodit quoque turpem animum juxta illud: Mala mens malus animus. Sic Nero impuriſſimus neminem a libidine purum eſſe judicabat, ex ſuo ingenio æſtimans omnes. Deinde turpe eſt judicare alios quoq; vel ea de cauſa, quia charitas negligitur. Auguſt. tractat. 30. in Johan. non judicat perſonaliter, qui diligit æqualiter. (γ) *à damno*: qui temerè judicat, ipſe judicatur, Matth. 7. verſ. 1. h. e. a Deo rejicitur; Quare? quia peccat conrra Dei jus, quod involat: contra charitatem, quam lingua deſerit: contra veritatem, quam lædit fruſtra proximum judicans: contra proximum, quem peccare facit, audientem temerarium judicium & judici huic aſſenſum præbentem. Iraſcebatur Jonathan iniquo judicio Patris ſui de Davide lato, 1. Samuel. 20. verſ. 34. Sic Chriſtus cœleſtis Jonathan indignatur pios temerè in hoc mundo judicari. (δ) *Ab intempeſtivo*. 1. Cor. 4. verſ. 5. omne intempeſtivum eſt vituperabile: omne enim tempore fieri juſtum eſt; atqui judicia hominum temeraria ſunt intempeſtiva: nolite judicare ante tempus, ait Apoſtolus d. l. (ε) *Ab injuſto*: præcipit enim D. Apoſtolus, alios aliorum onera portare debere, Gal. 6, 2. At qui alios judicant, onera proximi portare nolunt. (ζ) *à Dei jure* Jac. 4, 11. 12. quod temerarii judices violant. (η) *à periculo*: qui enim alios judicat & inſpicit, ſui obliviſcitur, & facilè in tentationes incidit. Galat. 6, 1. *conſidera teipſum, ne & tu tenteris*. Quibus domi nullum eſt negotium, cura nulla rerum agendarum, obambulando tempus terunt in foro: ſic qui aliorum vitas judicant, ſuas non inſpiciunt. Senex quidam Monachus interrogatus, quid cauſæ eſſet, cur aſſiduè judicaret fratres? Reſpondit: quia nec meipſum cognovi; nam qui ſeipſum cognoſcit, fratrum vitia non aſpicit.

§. 56 II. *Contemnendum* 1. *ab exemplo* omnium piorum, qui temerariis judiciis fuerunt obnoxii, Luc. 7. v. 33. Matth. 9, 6. 7. cap. 26, 9. Marc. 14. v. 18. Actor. 12, 13. Alexander M. regium eſſe dixit, ſi quis benè agens malè tamen audiat. Cum Diogeni diceretur: vituperant te multi, reſpondit hunc in modum: oportet ſapientem ab inſipientibus feriri. 2. *à natura mundi*. Simile: ſicut famulo tuo, in facto aliquo aut mendacio deprehenſo diffidere ſoles, imò nequidem juranti credere: ita judicium mundi ſpernere decet, qui tot falſa judicia de Chriſto & omnibus Sanctis tulit. 3. *à bonitate judicis*: Si in judicio primâ inſtantiâ caderes cauſâ tuâ coram judice iniquo & temerario, parvi duceres, ſi eandem cauſam apud judicem æquiorem agere poſſes: ſic mundus te condemnat primâ inſtantiâ, temerarius hic judex eſt; ſuppetit æquior judex Chriſtus Jeſus, hic cauſam tuam diſceptabit. Tertullianus in Apologet. Gratias agimus ſententiis veſtris, ut eſt æmulatio divinæ rei & humanæ; cum damnamur à vobis, à Deo abſolvimur. 5. *à præmio*. Matth. 5, 11. verſ. Beati, ſi dixerint, &c. Feramus ergo temeraria de nobis judicia, imitemur Dei longanimi veſtigia; ſunt enim huic manſuetudini ex gratia deſtinata præmia.

§. 57 III. *Non præcipitandum*: Levit. 13. ſeptem diebus leproſus includebatur, priuſquam ſacerdos lepram eſſe judicaret: ſic tu ſeptem diebus, h. e. ad multum tempus differ judicium de proximo, ne illud præcipites. Varia quoque ſunt Spiritus S. chariſmata, quæ pariunt varia conſilia & inſtituta in diverſis hominibus; ea verò chariſmata, easque intentiones temere judicare non præſumas. Adde, neminem noſtrum

ſtrum ſine vitio vivere: cogita igitur ſub hoc vitio poſſe alias virtutes latitare. Memmius cum contra Marcum Catonem declamaſſet, eique, quòd totâ ſe nocte ingurgitaret, exprobraſſet, eidem Memmio Cicero reſpondit: cur non addis, quod tota die aleis ludit; nam negotiis reipubl. diem tribuens ſolùm noctu ſe recreavit Cato. Sicut lignum parte ſui aliqua aquis immerſum parte aliquâ emergens fractum eſſe videtur, cum integrum ſit: ſic boni fracti eſſe judicantur & mali, ſed perperam omnino. Antonio, dum ſibi videretur ſanctiſſimus, coriarius Alexandriæ prælatus. V. vitam Antonii, apud Athanaſ.

§. 8 *Similia.*

Ut *muſca* putridas pomi partes, non ſanas occupat: ſic malevoli proximum carpunt & bona in eo relinquunt. Sicut & *cucurbitulæ* id, quod in carne deterrimum eſt, ſugunt: ſic impiorum animi deterrima quæque ſuſpicando & pervertendo ad ſe trahunt. *Sanguiſugæ* ſanguinem noxium exhauriunt: ſic judices temerarii: Sic *porci* in luto & fimo fodiunt. Aliena ſomnia quis curat quæſo? ſic judicia temeraria nihil quam *malorum ſomnia* ſunt. Gregor. Nazianz. alicubi. *Venti* hi maximè ſunt moleſti, qui pallia nobis refellunt: ſic judices temerarii quævis proximi ſecreta pandunt & propalant. *Lamia* domi cœca oculis in vaſculo repoſitis, foris verò oculata. *Qui impetigine laborant*, ſemper fricari deſiderant: ſic temere judicantium linguæ perpetuo laborant prurituj udicandi alios.

De hoc vitio lege ſis Chryſoſt. hom. II. in I. Cor. 4.

JUGULO. *V. Homicidium.*

JUGUM.

§. 1 I. *Geodeticum*, jugum montis dicitur cacumen ejus, apex.

II. *Oeconomicum* 1. inſtrumentum ligneum, quo boves junguntur, Num. 19, 2. Deut. 21. v. 3. 1. Sam. 6, 7. 2. par boum, 1. Reg. 19, 19. Job. 1, 3. cap. 42, 12. Luc. 14, 9.

III. Politicum (α) Dominium & imperium, Jer. 27, 8. (β) Servitus, Jer. 27, 7. 8. Tyrannicum punit Deus, Eſa. 47, 7.

IV. *Jugum ſupplicii*, Apoc. 2, 24. 25.

§. 2 V. *Jugum traditionum humanarum*, quod eſt intolerabile. c. Gratianum Diſtinct. 19. c. In memoriam, qui præcipit, tolerandum eſſe. J. Gerſon lectione 2. de vita ſpirituali: *Si tuo tempore hæc dicebas, ô ſapiens Auguſtine! quid noſtrâ tempeſtate dixiſſes? ubi pro varietate & motu capitum incredibilis eſt varietas & diſſona multiplicitas onerum ejuſmodi ſervilium & humanarum, ut loqueris, præſumtionum, quas velut inter laqueos animarum & ligantia retia vix quisquam ſecurus & indeprehenſus inceſſerit.* Hæc Gerſon, qui ad locum Auguſtini epiſt. 119. forſan alludit, ita ſcribentis: Multa quæ in divinis literis præcepta ſaluberrima ſunt, minus curantur, & tam multis præſumtionibus ſic plena ſunt omnia, ut graviùs corripiatur, qui per octavas ſuas terram nudo pede tetigerit, quàm qui mentem vino ſepelierit. Quòd ipſa Religio Chriſtiana ſervilibus oneribus premeretur, adeò, ut tolerabilior ſit conditio Judæorum, qui etiamſi tempus libertatis non agnoverint, legalibus tamen ſarcinis, non humanis præſumptionibus ſubjiciuntur; & hæc eccleſia Dei inter multam paleam multaque zizania conſtituta tolerat. Hæc ille. Eundem abuſum corripit Bernhard. epiſt. 91. & Gerſon d. l. pulcherrimè. Johannes Ferus in c. 15. Matthæi §. Chriſtus Phariſaicas traditiones ob id damnat, &c. Ut fruſtraneum meritò ſit decretum anathematis, vibrati in eos, qui ejuſmodi traditiones non acceptant. C. 25. q. 1. c. violatores. c. generali. c. ſi quis. c. omnia. c. Prima.

§. 3 VI. Theologicum eſt (1) *Fidei & doctrinæ Chriſti*: hæc enim in regno Chriſti eſt jugum illud ſpirituale & leve ob Chriſti ſpiritum, qui nos ſublevat, Matth. 11, 29. ubi lex non intelligitur, de lege enim ibi non agit. Vocatur hoc jugum χρηςὸν, i. e. benignum, facile, humanum, ut ad Epheſ. 4, 42. dicitur: eſtote alii in alios χρηςοὶ, faciles, benigni. (2) *Timoris*: ut enim jugum premit cervicem, ligat cornua & ſubmittit colla; ſic timor Dei domat ſuperbiam & frangit contumaciam, Proverb. 14, 2. (3) *Obedientiæ & charitatis*, ſive legis; (nam & lex dicitur jugum Sir. 51, 34. Jerem. 2, 25. Oſe. 7, 16. Et veteres Rabbini jugum cœli vocant legem, ob Moſen, datorem legis) & hæc charitas eſt jugum leve: (α) quia charitati omnia ſunt facilia, cui una Chriſti ſarcina levis eſt. Aug. de natura & gratia cap. 69. Sicut Geneſ. 29, 20. dies pauci videbantur Jacobo præ amoris magnitudine: (β) quia ſublevatur auxilio Domini. 2. Cor. 3, 5. ſufficientia noſtra eſt ex Domino. (γ) Spe futuri præmii, ejusque ex gratia dulcoratur, Phil. 3, 20. Heb. 11, 13. Hinc Bernhardus alicubi: O jugum ſancti (ait) amoris, quam glorioſè laqueas? quam ſuaviter premis? (δ) A Deo ipſo firmatur: ipſe enim adeſt nobis nos juvans & nobiſcum portat, velut Pſalm. 68, 20. Deus imponit onus, ſed ſublevat nos. Dicit Chriſtus nobis: tolle jugum. Dicit David, Deum ſublevare nos. (ε) Quia denique charitas jugum averſatur mundi fallacis, concupiſcentiæ mordacis, populi iniquitatis, 2. Cor. 6, 14. Jugum mundanæ perículoſitatis frangit charitas, Roman. 8. 35. Leves omnino reddit nobis jugum charitatis quasvis tribulationes, Rom. 5, 3. c. 12, 12. Tam arctè nos crux & charitas Deo jungunt, à jungendo enim jugum dictum eſt. (4) *Crucis & Tribulationis*, quod Chriſtus in ſuo corpore ſanctificavit, idem impoſuit Matth. 11, 29. quod nos domat, qui aliàs ſumus tauri petulci, ut modeſtè ambulemus & voluntatem ductoris ſequamur, & diligenter laboremus, & non laſciviamus, Sirac. 33, 27. Portare jugum ab adoleſcentia Thren. 3. eſt aſſueſcere cruci & tribulationi; non amare tranquillitatem vitæ ſolitariæ, quæ fugit vitæ humanæ calamitates, Pſalm. 73, 5. 6. (5) *Carnis peccatricis.* Hoc jugum innatum nobis, Rom. 5, 12. Eph. 2, 3. Premit nos undique,

Rom.

Roman. 7. vers. 18. Heb. 12, 1. aliquando hoc jugum est peccati de industria commissi, quando Christi jugum rejiciunt homines, Psalm. 2. vers. 3. Job. 39. vers. 8. Applica ad impios. (6) *Miseriæ*: huic jugo omnes subjecti sumus, Sirach. 40, 1. Partes ejus sunt fames, sitis, morbus, bellum, & quicquid calamitatis nomine venire potest. Hoc jugum ferendum est 1. libenter; placet enim Deo, nostra colla huic jugo submittere. 2. Patienter. Heb. 12. per patientiam. 3. Perseveranter. Matth. 10. qui perseverat, &c. 4. Exemplariter, ut aliis sis bono exemplo, hique condocefacti tua patientia jugum suum tolerent. Jac. 5. Jobi patientiam audivistis. (7) *Damnationis*. Sir. 28, 24. jugum illius jugum ferreum: vere ferreum jugum in inferno erit, nunquam fractum, terminandum nunquam. (8) Jugum *Traditionum humanarum* ferre non debemus. Errat Gratianus Dist. 19. c. In memoriam.

§. 3 Jugum *frangere*, Jer. 5, 5. id est, rebellare Deo & præceptis ejus non obedire. *Auferre*, Esa. 58, 9. i. e. quod proximum lædit eique inimicum est, c. 10, 27. *Aggravare*, i. e. servitute dura premere, 1. Reg. 12, 4. c. 14, 10. *collum inducere*, Jer. 17, 11. 12. i. e. servire: *conterere*, Jerem. 30, 8. Nahum. 1, 13. i. e. liberare a servitute: *recedere* jugum, Esa. 14, 15. id est, ad libertatem redire.

JUMENTUM. *V. Animal.*

David se *jumentum* dicit Psalm. 73. fateturque suam cœcitatem in causis impiorum & felicitate eorundem.

Jumenta excisa. V. Bellum n. 12.

JUNIOR. *V. Juventus.*

JUNIPERUS.

(1) Proprie, arbor non ignota, 1. Reg. 19, 5. (2) Calumniæ & maledicentiæ, Psalm. 120. v. 4. (3) Calamitatis, pauperiei, miseriæ, Job. 30. v. 4.

§. 1 JURAMENTUM.

Est religiosa confirmatio rerum dubiarum invocato Deo, teste veritatis & vindice mendacii. Aristot. in Rhetor. ad Alexand. definit, dictionem probationis expertem cum divina veneratione. Hebræis dicitur שבועת a verbo נבשע juravit, vel juramento adstrictus est. Græcis est ὅρκος ab εἵρκειν, quod notat constringere: est enim juramentum vinculum. Philo de special. leg. Juramentum nil aliud est, quam in re ambigua Dei testis citatio.

§. 2 *Efficiens.*

Ad hanc referimus eum, qui juramentum exigit, de quo multa prudenter monet Augustin. sermon. 30. de verbis Domini in monte: non temere & non nisi gravi de causa exigendum esse. Est & *Dei Juramentum*, nempe (1) aliud est *iræ*, Psalm. 95. ultim. contra incredulos & rebelles, contra injustos mercatores, Amos 8. v. 7. aliud gratiæ, Esa. 54. Ezech. cap. 16, 8. & cap. 18. vivo ego, &c. (2) item *Jumamentum*, *quo Deus* Christum constituit summum Pontificem, Psalm. 110. Hebr. 7. Jurat etiam Deus ut verax, Psalm. 89. versic. 36. Sanctus, ibid. Constans animo, vers. 50. d. l.

Cur vero Deus ipse jurat? Gen. 22, 16. c. 26, 26. Jer. 11, 5. Resp. Non quod indigeat veritatem suam confirmare; sed ut nobis magis magisque confirmet indubitatam promissionem suam, Heb. 6, 15. & ad nos descendat, Philo lib. de Cain & Abel, & immutabilitatem consilii sui indicet, Genes. d. l. Esa. 54, 9. 10. Luc. 1, 72. 73. Act. 2, 30. Rom. 4, 16. seq. Heb. 6, 13. seq.

Causa impellens sit res necessaria, gravis, urgens necessitas a Magistratu proposita. Quæ si desint, non jure juramentum exigitur.

§. 3 *Materia.*

Circa quam versetur juramentum (1) Sit res certa, (2) magni momenti, (3) honesta, (4) possibilis. Adi D. Balduin. folio 335. de Casibus Conscient. Sit res ad gloriam Dei & salutem proximi pertinens (5) adeoque legi divinæ non contraria, (6) de re, quæ tui non est juris, neque in tua potestate, jurare non potes: sic magistratus in jurejurando civitati obstrictus de tuenda avita religione non potest jurare, se contrariæ religioni velle patrocinari. Vide etiam Epistolam Gebhardi Episcopi Colon. ad Greg. XIII. p. 71. 72.

In deposito, quod hoc non abalienaris, Exod. 22, 8. In animali commodato & mortuo, Exod. 22, 10. si quod animal. Nemo igitur juret, se aliquid mali facere velle, ut David, 1. Samuel. 25.

§. 4 *Per quod*: nempe per Dei nomen, Deut. 6, 12. c. 10, 20. Non per corpus & sanguinem Domini, per quem olim suos jurare compellebat Novatianus, ut Cornelium Papam desererent, ipsique Novatiano adhærerent. Baron. t. 2. annal. folio 508. n. 20. Non per nomen Deorum exterorum, Exod. 23, 13. & gentilium: hujusmodi enim juramenta olim Christiani respuebant, Tertull. cap. 32. Apolog. Non per genium Cæsaris: Christiani læsæ Majestatis accusati sunt, quod per genium Cæsaris jurare nollent. Tertull. cap. 32. Apologet. Non per Herculem. Vid. Baron. tom. 2. annal. fol. 324. n. 40. Non per Janum, ut olim Romani: Non per Barbam, ut olim Otho I. jurasse per suam barbam commemoratur. Quando vero Christiani jurant per Evangelia aut Sanctos, id pie interpretandum esse, monet Cajetanus in Summula V. Juramentum. Vid. Thom. 2. 2. q. 89. art. 6. sed impie hoc fieri probare nititur D. Rivetus pag. 122. seq. in Exod. c. xx.

§. 5 *Quibus?* omni legitime juramentum exigenti justisque de causis etiam Ethnicis Magistratibus, Tertull. c. 32 Apologetic. teste, olim Christiani jurabant. Verba illius: *Sed & juramus, sicut non per genios Cæsarum; ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus geniis &c. Id pro magno juramento habemus.* Hæc Tertull.

Quos vero pejeraturos esse scimus, iis licentiam jurandi non debemus deferre, ne aliorum peccatis communicemus. Vid. Thom. 2, 2. q. 98.

§. 6 **Forma & modus**

Consistit 1. in veritatis asseveratione. 2. in omnipotentis præsentiæ & justitiæ Dei consideratione. 3. seria invocatione & imprecatione vindictæ. Balduin. folio 326. in Casibus Conscient. Huc spectant jurandi formulæ Pharisæis frequentatæ per cœlum, terram, Solymas, caput, in colloquiis, commerciis præter necessitatem jurantibus, quos Christus Matth. 5. reprehendit vers. 33. sequent. Olim per Donatistas jurabant eorum auditores. Optat. Milevit. lib. 2. p. 67. advers. Parmenian. Carthaginenses per Donatum, ibid. lib. 3. p. 87.

§. 7 *Finis*

Confirmatio veritatis, Heb. 6, 16. ergo fallere per juramentum non licet, C. Tolet. lib. 4. capit. 21. 22. Instruct. Sacerdot. Celebratio nominis divini: hinc ipse Deus jurat in suo nomine, Psal. 110, 4. Jerem. 44, 26. Amos 4, 2. Proximi salus, Genes. 24, 2. Judic. 15, 12. Genes. 21, 23.

§. 8 *Effectus.*

1. Est obligatio ejus qui jurat, quæ pro diversitate juramentorum varia, nec unius est generis: de qua fuse Gulielm. Perkins. in Anatomia casuum Conscient. fol. 1226. oper. Leonhard. Less. de justitia & jure, Dominicus Soto de eadem, aliique Casuistæ & Scholastici. Obligat juramentum, si sit de re licita, pia, honesta. Cessat vero obligatio 1. si is, cui jurasti, remittat obligationem. 2. si fiat de re impossibili, vel re illicita, v. g. 1. Samuel. 25. David: & Herodes ita peccavit, de quo Augustinus sermon. 2. de decollat. Johann. Beda homil. in festo D. Johann. Lombard. 3. sentent. It. Ambros. 3 officior. capit. 12. Concil. Toletan. 9. capit. 2. Soter Pontifex in epistol. ad Episcopos Italiæ. 3. Si id quod jurasti alicujus boni impedimentum fuit, ut, si jures, velle te permittere falsam religionem, qua veritas Evangelii impeditur. 4. si jures, sub aliena potestate positus, nec tui sis juris: sic Numer. 30. solvitur votum & juramentum filiæ, si parer vel mater contradicat.

2. Divini cultus declaratio: nam jurandi ritus ad cultum Dei spectat. Vid. Esa. 19. 18. capit. 43, 33. capit. 48, 1. Jerem. 5. vers. 7. Ose. 4, 15.

§. 9 *Locus*

Jurandi omnis est, quem legitime exigens juramentum constituit: in omni namque loco præsens est DEUS, qui in testem vocatur innocentiæ. Non ad reliquias. Eas ipse Rabanus epistol. ad Reg. apud Zwinger. pag. 145. b. §. Jurament. rejecit: vide tamen Gregorium libro quinto epistol. 33. Non per sepulchra (& ad ea) Martyrum, Zwinger. pag. 148. libro secundo volumin. 1. Theatr. Olim in loco sacro judices solebant præstare juramentum justitiæ, Muret. orat. 12.

§. 10 *Adjunctæ ceremoniæ juramentis.*

1. Manus elevatio, Deuteronom. 32, 40. Numer. 14, 30. Ezechiel. 36, 7. Apoc. 10, 5. Daniel. 12, 7. Ezechiel. 20. v. 43. 2. Elevatio duorum digitorum; quo ritu significatur, se in testem vocare DEUM, qui hos digitos creavit; vel medii digiti illatio, ut significemus, nos media veritatis via incedere velle. 3. Impositio manus facta imagini S. crucis vel Bibliorum; id ex superstitione factum esse tempore Justiniani, monet Hugo Donellus; sana tamen potest esse expositio; scilicet, nos tam vera dicere, quam per crucem Christi vel Evangelium salvari velimus. 4. Applicatio manus dextræ ad femur, Genes. 24. v. 2. Sic juravit Eleazar. 5. Mulieres apposita ad pectus dextra, digitis sinistræ parti pectoris appositis. 6. Olim in locis sacris judices jurabant, Muret. orat. 12. 7. Sic jurantes olim saxeis scamnis insederunt, teste Homero. Confer Domin. D. Balduin. in Casibus Conscient. fol. 338. b. c. Alexandr. ab Alexandr. libro decimo cap. 10. genial. dierum. 8. Aliquando etiam jurabant ad elevationem sceptri, Aristot. 3. Politic. cap. 10. 9. Aliquando jurantes altare tangebant, Virgilius 4. Æneid. sic Hannibal apud Zwinger. fol. 64. b. Theatr. 10. Vel candelam ardentem in manu tenebant, Plutarchus in vita Dion. 11. Vel strictum gladium suo collo applicabant. Alexandr. ab Alexandr. libr. 4. cap. 10. Dier. genial. 12. Judæi nudis olim pedibus pelli suillæ insistebant, & dextra sua Mosaicis libris incumbebant.

§. 11 *Affectiones in jurante.*

1. Sit pœnitens, Esdr. 10. exemplo Judæorum; huc illud Jerem. 4. v. 2. Jurabis in veritate, judicio, justitia, &c. 2. Prudens. Adhibeat consilium ministrorum verbi, 1. Reg. 8, 31. & diligenter perpendat verba juramenti. Sic Eleazar Genes. 24, 4. nec temere consentiat in juramentum. 3. Pius; oret Deum, ut is cor gubernet, 1. Chronicor. 15, 11. D. Gilbert. libell. Vom Eydschwur. Græci olim incensis facibus jurabant, Alexandr. ab Alexandr. libr. 4. cap. 10. dier. genial. quæ Deum cordium inspectorem denotabant. Aristoteles Deos ideo per aquas jurare docebat, ut sanctimoniam & antiquitatem juramenti subinnuerent. Georg. Sabin. in Metamorph. Ovidii. 4. *Justus*; ut juste juret justis de causis, non de rebus illicitis: sic juravit Nicanor 1. Maccab. 7, 34. Jephte, Judic. 11. vers. 31. Herodes, Matth. 14. Marc. 6. Vide Forster. decad. 1. in decal. quæstion. 6. thesi 94. & juramentis homines non fallat; sicut Lysander vivos homines juramentis deludendos esse dicebat Zwinger. fol. 147. Theat. b.

Huc spectat juramenti retractatio, facti de rebus malis, 1. Sam. 25, 21. sequent. Hippolytus juraverat novercæ, se omnia quæ peteret præstiturum; sed ea concubitum petente, jura-

juramentum refixit. Omnia hæc brevisſime complexus eſt Jerem. cap. 4, 2. Jurabis (ait) Domino in veritate, in judicio, in juſtitia: Veritas excludit mendacium; judicium includit accuratam & prudentem diſcretionem, an utile an neceſſarium ſit jurare? (Bene Hieron. in h. l. Jer. Veritas ſit in re, juſtitia in cauſa, judicium in modo jurandi.) Juſtitia infert cauſæ necesſitatem ſatis gravem, quæ juramentum inciperet. Itaque, ſi magiſtratus intelligat, aliquem pejeraturum eſſe, eidem juramentum imponi non debet. D. Thumm. p. 268. in Decalog.

§. 12 *Defectus Juramenti.*

1. Appetitus & conſuetudo jurisjurandi: Jacob. 5, 12. ante omnia fratres nolite peccare; ubi Apoſtolus arguit libidinem jurandi. Vid. Auguſtinum ſermon. 30. de Verbis Domini in monte. 2. Asſiduitas ipſa jurandi, quæ abuſu Domini nominis carere non poteſt; ſicut nonnulli in jurando ſunt levisſimi unicuilibet verbo juramentum addentes. Confer Drexel. tractat. 12. capit. 29. 3. Falſitas in materia juramenti, ad quam etiam dolus refertur, Levitic. 19. verſ. 11. Epheſ. 4. verſic. 15. & quævis æquivocandi ars, juxta illud Iſidori (libro tertio d. 39. Lomb.) Quacunque ergo arte verborum quis juret, DEUS tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui juratur, intelligit. 4. Defectus deliberationis: ſi quis incogitanter juret, rei qualitate non ſatis conſiderata. 5. Injuſtitia, cum quis juramento rem injuſtam condemnat jurando. 6. Idololatria, nempe ſi per creaturas jures, per falſos DEOS. Exod. 3. per nomen externorum Deorum non jurabitis.

§. 13 *Neceſſitas.*

Juramentum aliquando neceſſarium eſt: ſicut mare tranſire nunquam eſt ſecurum, aliquando tamen neceſſarium; ſic juramentum nunquam eſt ſecurum, & tamen quandoque eſt neceſſarium & ſine peccato.

§. 14 *Officia circa juramentum.*

I. Licet jurare omnino, per ſequentia argumenta ſuaſoria: *α.* a religioſiſſimo DEI mandato, Deuteronom. 6, 13. cap. 10, 20. Exod. 22, 10. 11. Eſa. 19, 18. cap. 65, 16. Ebr. 6, 13. & vaticiniis, Eſa. 45, 1. cap. 65, 1. 6. cap. 19, 18. Jerem. 12. verſ. 16. *β.* ab exemplis (1) ipſius DEI, Geneſ. 22, 16. 17. Deuteronom. 31, 20. Numer. 24, 21. Jerem. 51, 14. Amos 4, 2. capit. 6, 8. capit. 8, 1. (2) Chriſti, Joh. 5, 24. 25. cap. 8, 51. cap. 16, 23. Luc. 21, 32. (3) Angeli Domini, Apocal. 10, 6. (4) Patriarcharum, Abrahami, Gen. 14, 22. Iſaaci, Geneſ. 26, 31. Jacobi, Gen. 31, 54. Joſephi, Geneſ. 42, 15. 16. Jonathanis & Davidis, 1. Samuel. 20. & cap. 24. (5) Pauli, Roman. 1. verſ. 9. cap. 9. verſ. 1. 1. Corinth. 15. v. 31. 2. Corinth. 1, 23. cap. 11, 31. Galat. 1, 20. Philipp. 1, 8. 1. Theſſal. 2. verſ. 5. 10. 2. Theſſal. 2, 1. Cujus exemplum Athanaſius imitatus eſt in Apologet. ad Conſtant. Imperatorem §. Tuæ pietati magn. &c. (6) Exploratorum Joſuæ, Joſ. 2, 12. 13. Joſ. 6, 22. (7) Jonathan, 1. Samuel. 20. v. 17. (8) Davidis, 2. Samuel. 19, 23. (9) Benjamitarum, qui juramento ad pietatem & timorem DEI ſe adſtrinxerunt, 2. Paral. 15, 15. Errarunt igitur, qui plane jurandum eſſe negant: ut Eſſæi, Joſeph. libro ſecundo capit. 7. de bello Judaico, Chryſoſtomus (apud Sixtum Senenſ. libro ſexto annotat. 26.) Origenes, Athanaſius, Hilarius, Ambroſius, Chromatius, Theophyl. Oecumenius, Euthymius, Baſilius in Pſalm. 114. His adſtipulatur Eraſmus in c. 5. Matth. in 1. Corinth. 15. Vel qui exſtimant, ſolùm perjuria in lege prohibita fuiſſe. Porro de exemplis eorum qui jurarunt. Vid. part. 1. prompt. Exemplor. fol. 176. 177.

§. 15 *II. Memores ſimus juramenti* præſtiti: hinc Levitic. 5, 4. oblivio juramenti peculiari ſacrificio expiabatur. Et juramenta ſancta ſunt, 2. Chronicor. 6, 22. debent habere tres comites, veritatem, judicium, juſtitiam, Lombard. ex D. Hieronymo: ſintque ad primam & antiquisſimam veritatem reſtricta. Gebhard. Epiſcop. Colon. p. 70. ad Greg. XIII. in lib. cui titul. Außſchreiben.

III. Servemus: non juremus mendaciter, Oſe. 10, 4. Eſa. 48, 1. Numer. 30, 3. Sic Joſuæ 6. Rahabæ ſervatum eſt juramentum & Gibeonitis, ibid. c. 10. & Simei, 1. Reg. 2. Valerius Maximus de M. Attilio Regulo narrat, cum in pugna Carthaginenſium captivus factus eſſet & plures Romanorum, decreverunt Carthaginenſes M. Attilium libertate donare ea conditione, ut cum Romano ſenatu de Carthaginenſium libertate ageret; quod cum præſtare pollicitus eſſet, Diis ſe Carthaginem redituruṁ juravit. Romam ergo profectus egit cum Senatu de illa captivorum permutatione, quam cum Senatus non probaſſet, eò quod Attilius ſenex & Reip. inutilis, Carthaginenſium vero juvenes & militiæ idonei, Carthaginem ille, ut juramentum ſervaret, reverſus eſt, ubi quatuor equorum caudis alligatus diſcerptus eſt. Quanto magis Chriſtianos decet ſervare juramenta, niſi ſint impia juramenta, juxta illud Iſiod. *In malis promiſſis reſcinde fidem; in turpi voto muta decretum; quod incaute voviſti, ne facias; impia eſt promiſſio, quæ ſcelere impletur.* Hæc Iſiod. Sic David 1. Sam. 25. non ſervat juramentum de occidendo Nabale, 2. Sam. 19, 23. non moriturum jurat Simei; id retractavit 1. Reg. 2, 9. Erravit Herodes, putans ſe obligatum eſſe, Matth. 14, 7.

Alias perjurium committitur, ſi juramenta non ſerventur: ut Saul, 1. Sam. 19, 6. Zedekia, 2. Reg. 24, 20. c. 25, 7. Jojakim, 2. Reg. 24, 2. Antiochus, 1. Macc. 6, 62. Andronicus, 2. Macc. 4, 38. Alcimus, 1. Macc. 9, 55. Arius apud Nicephorum lib. 8. c. 52. f. 383.

§. 16 *IV. Non illuſionibus & ſophiſtica* uti debemus in juramentis, qua uſus olim Phaces Athenienſium dux contra fidem Hippiæ datam, Thucydid. lib. 3. Hatto Moguntiæ Epiſcopus apud Urſbergenſ. adverſus Adelbertum, Franciæ orientalis Palatinum.

§. 17 *Diſſuadetur perjurium*

Ob interdictum Exod. 20, 7. Lev. 19, 12. Deut. 5, 11.

5,11.Sir.23,10.11. Zach.5,3.4.seq. c. 8, 17. *Ob profanationem nominis Dei*, Lev. 19, 12. *Ob ultionem divinam*, 1.Reg.2,43. c.8,32. Ez. 16, 59. c. 17, 15.16.18. c.21,23. Sir. 23,12.14. Malach.3,5 6. Sap. 14,19.seq. 1.Tim. 1, 10. Esa. 48, 1. Vid. 2.Reg.25. in Zedekia, Saule, 2.Sam. 21. Tissapherna Persarum duce, Plutarch.in Lac.Indis contra Alex. M. Polemarchus ob perjurium singulis noctibus a mustela morsus est, donec sibi ipsi tædio hujus mali finem vitæ fecit. Goduinus, Comes Anglicus, jurans se regis fratrem non interemisse, quem tamen interemerat, buccella panis protinus (ut ante voverat) extinctus & suffocatus est. Fame punitus est Israel, ob non servatum juramentum Gibeonitis, 2.Sam. 21. Saul in reprobum sensum datus est, non servans juramentum præstitum de non occidendo Davide, 1. Sam. 19, 6. Marcus Crassus captus a Parthis, liquefacto auro eoque in guttur illius effuso periit, quod contra datam fidem templum Hierosolymitanum spoliasset, Joseph. lib. 14. c. 13. Dion. Lib. 40. Justinianus II. fracto cum Saracenis inito fœdere victus est, & Saraceni Armeniam, Asiam, universamq; Africam occuparunt. Valens Cæsar in vico quodam combustus interiit ob perjurium, Ruffin. lib. 2. c. 13. Narcissi delatorum unus incendio domus periit: alter morbo singulari a Deo percussus: tertius oculis privatus est ob assiduas lacrymas, quas commotus Dei suppliciis effudit; quolibet scilicet, quod quisque ante voverat fieri, si falso jurassent, supplicii genere intereunte, Eufeb.lib.6. c. 9. Niceph. lib. 5. c. 9. Uladislaus inductus a Juliano Cardinali, ut frangeret fidem Turcis datam, in acie ad Varnam occubuit. Idem accidit Ottocaro, regi Bohemiæ, Munst. lib. 3. Cosmogr. Perjurus Arius omnia viscera effudit, Ruffin.lib.1.c.13. Plura vid.apud M.Meyerum in Nucleo hist. Zvving. in Theat. Liberi perjurorum non florent; sic liberi Sennacheribi, Ezechiam obsidentis contra datam fidem, ab imperio deturbantur, translata ad Chaldæos Monarchia, 2.Reg. 25. Zedekiæ liberi occiduntur. Philippi Macedon. filius Alexander brevi imperio potitus est. Posteritas Saulis brevi extincta est. Vide Meiger. lib. 1. c. 21. & Sturmium in prompt. exemplorum p. 1. p. 230. & 178.

§. 18 *Divisio juramenti.*

(1) Publicum & privatum, ratione loci & solennitatis. (2) Assertorium, promissorium, ex parte materiæ & rerum juramentum sic distinguitur. (3) Licitum, vel illicitum non servandum, 1.Sam. 25. Joh. 13. Petrus Concil. Toletan. c. si publicis. Peccavit ergo Herodes, injuste promittens, Marc.6. Vide Prompt. exemplor. f. 180. (4) Temerarium ex levitate profectum: ita juravit Saul 1. Sam. 14, 44. David, 1. Sam.25, 32. Herodes, Marc. 6, 23. Dissuadetur, Matt.5,33.34.seq. Jac.5,12. (5) Idololatricum fit more Ethnicorum & Judæorum per creaturas, non-Deos, Jer. 5, 7. Melchom, Soph. 1. v. 5. Baal, Jer. 12, 12. Amos 8, 14. Confer 1. Reg.19,2. c. 20, 10. Dissuadetur α. ab Interdicto, Exod.23, 13. Matth. 5.34. Jos. 23,6.7. Amos 8,14. Jacob.5, 12. Jus Canonicum c. 22. q. 1. β. a creaturarum vanitate & negatis requisitis; non enim possunt scrutari corda. γ. a cultu, soli Deo conveniente, Deuteronom. 6, 13. cap. 10, 20. δ. a pœna, Sapient. 1. v. 4. (6) Est quoque juramentum simplex, cum quis Deum innocentiæ testem invocat: vel compositum & conjunctum cum execratione & allatione sui, vel suorum ad Dei vindictam. (7) Voluntarium & ultroneum 1. ex amore veritatis, in contractibus, pactis, sponsalibus. 2. Zelo, Roman. 1, 9. c. 9, 1. 3. levitate, cum quis temere sine necessitate jurat. Coactum est, quod in judiciis exigitur, vel a subditis, vel Theologiæ candidatis exigitur, aut victis imponitur, vel spoliatis a latrone.

Laxatio

Juramenti, cum Papa subditos absolvit a juramento fidelitatis, v.g. Gregor. VII. Vide Widdrigthon. p. 315. in discussione discussionis, &c.

Levitatem in juramentis S. 19

1. Punit Deus, Exod. 20. vers. 7. deturpat enim Dei nomen, Sir.23, 9. 12. plagas ideo Deus incutit, Sir. 23, 14. 2. Christus vetuit Matth. 5, 33. 3. Detestantur Ethnici: Olim apud Romanos nemini per Janum licebat jurare, nisi in gravibus causis & adstantibus sacerdotibus & senatu permittente. Tanta olim erat nominis Jani reverentia, quanto major esse debet divini nominis reverentia, ne illo temere abutamur, ne supplicia Domini in nos cumulemus ob sanctissimi nominis abusum. Principes seculares non ferunt, sua nomina in vanum sumi, nec vestes suas deturpari. Quanto magis Deus severe puniet abusum nominis sui in levibus Juramentis. De hoc vitio Chrysostom. tomo 5. oper. homil. 4. ad popul. Antiochen. folio 121. It. Athanas. de passione Domini. Hieronym. in capit. 5. Matth. Et pulchre Augustinus lib. de Mendac. capit. 15. Quantum in te est, non affectes, non ames, non quasi pro bono cum aliqua delectatione appetas jusjurandum. Confer Ludovic. de Utino sermon. 32. quadragesimali. Balduin. de Casibus conscientiæ. I. Drexel. Tract. 1230. de variis excusationibus jurantium. Ebert. D. Gilbert. Mengering. de Jurament. Cajetan. in Summ. D. Heidenreich in Jos. Conc. pag. 134. 135.

JURGIUM. *V. Concordia.*
JURISPRUDENTIA.

Est doctrina recitans leges naturæ, & alias leges necessario, vel ex probabili ratione, juxta principia practica extructas, autoritate Imperatoris sancitas, & a sapientissimis viris comprobatas.

Ejus vocabulis sæpe Spiritus S. utitur, ut sunt, arrha, testamentum, Matth. 26, 28. Galat. 4, 24. Heb. 8. Sponsor, Heb. 8, 7. Tutor, Gal. 4. Justificatio, Rom. 3, 24. 25. 1. Corinth. 1. v. ultim. Justitia, Roman. 8. λύτρον, ἀντίλυτρον, 1. Timoth. 2, 6. Paracletus, Johan. 15, 26. Advocatus, 1. Joh. 2.

Jurisprudentis domus est oraculum civita-

tatis, dixit Cicero. Isocrates optimos esse ICtos dicebat, qui dant operam, ut controversiæ quam paucisſimæ exstent: Et si quæ extiterint, quam primum transigantur. De laudibus ICtorum vide Lutherum tomo 2. Jen. folio 200. tomo 4. fol. 559. Fidelis ICtus est angelus in domo Cæsaris, ait Luther. tom. 5. fol. 177. a.

JUS.

§. 1 Variè accipitur. Nos hic accipimus vel pro Jure Canonico, vel pro civili.

Canonicum jus comprehenditur Decreto, Decretalibus, Sexto, Clementinis, Extravagantibus. *Decretum* compilavit Magister Gratianus, Monachus Benedictinus, anno 1120. sub Cæsare Henrico IV. ex variis Conciliis, Patribus, cui summam autoritatem adscribunt Pontificii. Vide D. Hunn. de autoritate Juris Canonici: Et Mart. Alphons. Vivaldum pag. 2. candelabri aurei. *Decretales* continent epistolas Paparum, quarum irrefragabilis sit autoritas, Vivald. d. l. *Sextus* Decretalium a Bonifacio VIII. congestus, cujus vitam Gregorius XIII. sustulit olim positam in principio illiusdem libri. His omnibus irrefragabilem autoritatem assignat Vivaldus p. 4. candelabr. col. 1. Hujus tamen Juris contradictiones notavit Joh. Jacobus Wissenbach disp. Groningæ habita 1636. form. 4.

§. 2 *Jus civile*. Ejus leges non rejiciendæ, contr. Socin. qui eas antiquari vult. V. Smalcius c. D. Franzium disp. de rebus civilib.

Jus primogenitorum. Vid. tit. *Primogeniti*.

Jus Patronatus. Vid. *Patronus*.

Jus Episcopale. Vid. tit. *Vocatio*.

Juris abusio: cum prætextus quæruntur, Joh. 18, 19. *V. Judex. Item Justitia*.

JUSTIFICATIO.

§. 1 Vox habet significationem forensem. Id agnoscit Estius in Rom. 6, v. 7. verb. justificatus est a peccato.

Doctrinæ hujus necessitas colligitur ex (1) solicita Apostolorum tractatione, maximè D. Pauli. (2) è nomine: est enim vera beatitudo in ea sita, Psalm. 32. est occulta sapientia, Ps. 51, 7. mysterium absconditum, Eph. 3, 10. (3) Ab effectu: tranquillam reddit animam. (4) Ab oppugnatione crebra Pontificiorum in Conciliis Ratisbonæ, Wormatiæ. (5) A propulsatione anathematis Tridentini in nos vibrati, sess. VI. can. XI. XII. (6) A simili; huic doctrinæ innititur vera Ecclesia. August. c. 64. Enchirid. Luth. in c. 3. ad Gal. hac stante stat, cadente cadit Ecclesia.

Luculenter à Luthero proposita: ejus gratia Philippus Melanchthon Lutherum Johanni Baptistæ comparare solitus est, gratiæ quippe Evangelicæ præconi.

Non discenda ex Ethicis Aristotelis, Estius in Roman. 3. vers. 20. §. Quare nec: aut ex Philosophia. Male igitur ad hanc provocat Bellarmin. libro secundo cap. 7. de Justific. Chemnitium nostrum perstringens. Colonienses in censuram c. Monhem. David. 2. p. 35. & dial. 5. p. 354.

Ejus natura passim explicatur in libellis symbolicis: nos ergo actum non agemus, sed duntaxat nonnulla τὰ ἀλληγωρούμενα annotabimus; & sicuti opus erit, Lectorem ad alia remittemus. Confer etiam nonnulla in Prompt. Allegor. tacta.

§. 2 *Causa promerens*

(Alii vocant materialem) ob quam justificamur, est solus Christus, cum universa justitia sua, totaliter & in solidum; nec attenduntur opera, ut minus principaliter spectata, sed sola Christi redemtio, Roman. 3, 24. solus Christi sanguis, 1. Petr. 1, 18. (rejicitur igitur justitia nostra inchoata) sola Christi obedientia, Roman. 5, 19. in quo solo est lex Spiritus vitæ, Roman. 8, 2. hic enim solus in gratia, Roman. 5. solus torcular calcavit, Esa, 63. solus omnem justitiam implevit, Matth. 3, 15. & legem, Matth. 5, 17. Rom. 8, 2. 3. cum omnes homines essent injusti, Psalm. 14, 1. Rom. 3, 23. & solus Christus lytrum persolvit, Gal, 1, 4. Coloss. 1, 14. peccata expiavit, Dan. 9, 24. eaque sustulit uno die, Zach. 3. ut reconciliaremur per ipsum, 2. Cor. 5, 18. Utraque obedientia Christi requiritur, activa & passiva, quod est contra Piscatorem, qui solam passivam admittit & refutatur a suis, Bucano q. 19. loco 31. & synodo in Gallia celebratâ. *Protoplasti* nudi vestibus pelliceis a DEO induuntur: sic (1) Omnes sumus nudi & miseri coram DEO, carentes gloria, Roman. 3, 13. Omnes defecimus, Psalm. 14,

§. 3 3. Omnes in peccatis concepti natique sumus, Psalm. 51, 7. (2) Coram DEO & ejus lege, quæ nos horum peccatorum convincit, Roman. 3, 18 19. 20. (3) Sed DEUS misertus nostri vestes pelliceas, i.e. Christi innocentiam nobis imputat, hoc est, vestibus salutis induit, Esa. 61, 10. Confer tit. Induo. *Jacob* delitescens sub habitu fratris, ejusque vestibus indutus spirantibus bonum odorem, jus primogenituræ accepit, Genes. 27. D. Ambros. libr. 2. de Jacob. & vita beata cap. 2. Ita & nos primogenituræ cœlestis jus accipimus (vid. infra dicta de primogenitura spirituali loquentia) delitescentes sub fratris nostri Christi primogeniti vestibus justitiæ fragrantissimæ cœlestis. Isaac odorem olfecit vestium: ita DEUS pater odorem illum in filii sui vestibus in nobis accipit, Ephes. 5, 2. *Israël* est

§. 4 primogenitus meus, dimitte eum, vox Domini ad Pharaonem, Exod. 4, 22. Sic Diabolus nos captivos habet ob peccatum, Hebr. 2, 15. at cum per fidem filii DEI simus, (Johan. 1, 12. dedit potestatem, Gal. 3. vers. penultim.) mox dicit Dominus Diabolo: dimitte meos filios, nihil tibi juris, nihil damnationis est in his, qui sunt in Christo Jesu, Roman. 8, 1. *Aaronis*

§. 5 *vestes* pulchræ & gloriosæ erant, Exod. 28, 2. ita summi sacerdotis nostri, non secundum Aaronis, sed Melchisedeci ordinem, Psal. 110. 4. vestes longè sunt pretiosissimæ, ut pretioso sanguine simus redemti, 1. Petr. 1, 19. & pulcherrimæ, ut possint fœdissimas tegere culpas nostras,

ſtras, & latisſimæ, ut omnia posſint tegere, etiam totius mundi, ſi modò totus mundus crederet, Joh. 1, 29. 1. Joh. 2, 1. 2. nos enim verè ſumus filii Aaronis cœleſtis illius veſtibus induti, Exod. 29, 8. Exod. 28, 36. facere jubetur Moſes laminam ex auro puro, & ſculpere in ea ſculptoris opere: Sanctitas ipſius Jehovæ, quam pones in filo hyacinthino, eritque ſuper Cidarim &c. Chriſti innocentia eſt lamina illa purisſima, nullo igni peccati exuſta; Et hæc innocentia eſt ipſa Sanctitas Chriſti, quam Pater jugiter intuetur, & nobis imputat, cum filius iniquitatem noſtram tulerit, verſ. 38. d. l. Exod. & Eſa 53, 4. Sicut tabernaculum fœderis cortinis involvebatur, Exod. 36. verſ. 8. ſic omnes fideles DEI ſunt templa & tabernacula, quæ cortinis juſtitiæ Chriſti cinguntur & ornantur. Numer. 21. Icti à ſerpentibus aſpectu ænei ſerpentis ſanabantur: ſic nos fide in Chriſtum JESUM. Vid. allegor. 1266. in prompt. & Auguſtinus tomo 9 colum. 111. b. Pſalm. 89, 17. in juſtitia tua exaltabunt ſe: Juſtitia Chriſti hæc eſt, qua exaltamur, aliàs depresſi ad tartara noſtrarum iniquitatum pondere. Ut diſcipuli Matth. 17. v. 9. ſolum Chriſtum videntes poſuerunt metum, animos ſumſerunt, perterrefacti Patris voce ante: ſic vox Patris in lege nos commovet, & terrorem animabus incutit; lex enim iram operatur, Roman. 4, 15. ubi verò ſolum Chriſtum ſolem juſtitiæ intuemur, Malach. 4, 2. omnis metus abit & fiducia filialis nos accedere ad thronum gratiæ accendit, Epheſ. 3, 12. Lotos diſcipulos Chriſtus ipſe linteo tergebat, Johann. 13, 4. 5. lavit & nos omnes Chriſtus ſuo ſanguine, Apocal. 1, 5. 1. Johan. 1, 7. & tergit inſuper imputatione gratuita meriti ſui, 2. Cotinth. 5, 19. Tergit vero in eccleſia, in qua ſonat vox fidei, quæ cum in cordibus accenditur à DEO, oſtium aperiri videtur, Actor. 14, 27. puta in ſpirituali penetrali DEI. Darium victum, profugum & nudum ſuis veſtibus Alexander induit, Curt. nos omnes à peccato victi & à DEO profugi & in peccatis mortui ſumus, Epheſ. 2, 5. Sed Chriſtus rex noſter profugos ad thronum gratiæ ſuſcipit, Ezechiel. 16, 8. Eſa. 61, 10. & ſuis veſtibus plenisſimæ juſtitiæ nos induit, Galat. 3. v. 27.

§. 6 Non igitur per vel ob opera juſtificamur, tanquam cauſam formalem noſtræ coram DEO juſtitiæ & ſalutis: ſiquidem opera excluduntur omnia, ceremonialia, moralia, in gratia quoque facta. Sic opera Abrahami, Roman. 4, 23. Romanorum converſorum, Roman. 3, 28. Galatarum, Galat. 2, 16. Epheſiorum, Eph. 2, 8. Philippenſium, Philipp. 3, 9. in gratia conſtitutorum excludit Apoſtolus 1. à ſolius fidei poſitione, Roman 3, 28. Gal. 2, 16. Epheſ. 2, 8. 2. Legis moralis denominatione (ad quam etiam ſpectant opera ex gratia facta) Rom 3, 20. c. 4, 15. c. 7, 7. Gal. 3, 10. 3. Hæreditatis ex fide acquiſitione, Rom. 4, 16. Gal. 3. 4. Gratiæ & operum oppoſitione, Epheſ. 2, 8. Rom. 11, 6. 5. Exemplorum inductione, Luc. 7, 41. 6. Ipſa praxei in agone & tentatione. 7. A perpetua peccatorum deploratione, quæ eſt in ſanctis, Pſal. 32, 1. Pſ. 143, 2. 1. Cor. 4, 4. 8. Ab ipſa operum in gratia factorum conſideratione, ſive juſtitiæ inhærentis trutinatione: ſunt enim bona opera (α) debita. (β) pauca in comparatione malorum operum, quibus plena eſt tota vita, Pſ. 19. (γ) impura & non ſemper ex toto corde & pia intentione obediendi ſoli Deo. (δ) inquinata peccato. (ε) periculoſa, Jacob. 2, 10. 9. Generali ſcripturæ enuntiatione, quod NULLUS ex lege (ergo nec ex operibus legis) juſtificetur, cum nullus permaneat in omnibus, Roman. 3. v. 10. nullus quoque legi ſatisfaciat, quod omnis legi obnoxius ſit, Roman. 3. cap. 7. 1. Joh. 1, 9. 10. A negata omnium operum bonorum & actionum pasſionumque ad vitam æternam proportione, Rom. 4, 18. 2. Corinth. 4, 12. 11. Ab adventus & officii Chriſti fine, qui ſolus ex ſola gratia & ſolo merito ſuo ſalvat, eſtque finis legis, Roman. 10. ceremoniarum & ſacrificiorum centrum, ſcopus, Galat. 2, 21.

Reliquæ cauſæ. §. 7

Impellens interna ſola DEI gratia & favor paternus, Joh. 3, 16. Rom. 3, 23. Num. 1, 11. Externa noſtra miſeria & ſtatus miſerabilis peccati, Ezech. 16. Eph. 2. Chriſti meritum & pasſio, ut *θεανθρώπε*.

Inſtrumentalis & organica *offerens* eſt doctrina Evangelii, Rom. 1, 16. non enim naturâ nota eſt doctrina juſtificationis, Act. 9. v. 20. in & per miniſterium annunciata, 2. Cor. 5, 18. per quod peccata remittuntur, Joh. 20. & vita nunciatur, Joh. 6. 1. Joh. 1, 1. 2. & juſtitia Chriſti applicatur annunciatione gratiæ DEI realisſima. Matt. 9. Confide fili, &c. *Recipiens* eſt fides, qua juſtificamur non formaliter, (quod fides nos juſtos efficiat, ut albedo parietem) ſed efficienter, quia per fidem attingimus ad juſtitiam, ait Contaren. fol. 592. oper. lit. E. F. G. Joh. 1. quotquot receperunt eum, &c. manus ſpiritualis Chriſtum prenſans: oculus ſpiritualis. Vid. tit. Fides. *Obſignans* interna Spiritus S. Eph. 1, 13. Rom. 8. Abba. 1. Cor. 6, 1. Eph. 4. 2. Cor. 1. externa verbum reconciliationis & ſacramenta, 2. Cor. 5, 18. Rom. 4, 11. 1. Cor. 11, 23. Tit. 3, 5. 1. Pet. 3. baptiſm. ſalvat.

§. 8 *Forma* vera juſtificationis conſiſtit in remisſione peccatorum & imputatione juſtitiæ Chriſti, quæ non eſt figmentum hæreticorum, ut cavillatur Pererius diſp. 17. in c. 5. ad Roman. Roman. 4, 6. 7. 8. Levit. 7, 18. imputationis hujuſce adumbratio extat. Confer Roman. 3, 25. 2. Corinth. 5, 19. Actor. 13, 38. 39. Luc. 18, 13. Posſunt Monachorum merita imputari, cur non magis Chriſti? Vid. infra tit. Monachus. Falſa forma, quod homo inhærente juſtitia juſtificetur, Bellarm. lib. 2. c. 2. §. 3. de Juſtific. Salmero tom. 15. p. 20. & cap. 7. ibid. Cur verò mordicùs hanc de infuſa juſtitia teneant doctrinam, in promtu cauſæ ſunt: 1. quia exiſtimant noſtram ſententiam de imputata Chriſti juſtitia

ſtitia eſſe hæreticam, falſam, impiam, execran-dam, judice Pererio diſp. 20. in Roman. 3. 2. quia non poſſunt obtinere doctrinam de juſtificat. ex meritis. 3. nec eam, quæ eſt de ſatisfactione pro peccatis. 4. quia ſanctificationem cum juſtificatione perpetuo confundunt. 5. quia falſo præſupponunt, juſtitiam noſtram poſſe eſſe perfectam, quæ vim habeat delendi peccata, Perer. d. l. numer. 107. & faciendi bona opera, quibus mereamur vitam æternam; quæ omnia principium petunt, nec ſcripturis probari poſſunt.

§.9 Sed tamen conſcientia Pontificiorum valde trepidans. Optima humilitas eſt, propria merita ignorare, inquit Bellarmin. ex Bernhardo lib. 5. c. 7. de juſtif. Solo Chriſti merito nos ſalvari, Eiſengrein. pecul. confeſſ. 1565. edita Ingolſtadii. Bellarm. tom. 6. col. 644. ſicut enim libra, &c. quantum una lanx deprimitur, tantum altera elevatur: ita, quanto minus ſibi homines tribuunt, tanto magis DEUM exaltant. Thomas in 1. Timoth. 1. lect. 3. In ſola fide ſpes juſtificationis. Bonavent. in 4. diſt. 15. qu. 1. In ſola fide paſſionis remittitur omnis culpa. Gloſſa ordin. in Jacob. 2. ſola fide Abram juſtificatus. Nicol. Cuſanus de pace fidei idem docet. Andr. Fricius lib. 4. cap. 11. & 12. de Eccleſia. Roffenſis artic. 1. adverſ. Luther. Fides (ait) abſque partu bonorum operum juſtificat. Johan. Hoffmeiſter in Auguſtan. Confeſſ. Johan. Ferus homil. 3. Domin. 4. a Feſto Paſchat. Conferatur etiam Leo epiſcop. Roman. epiſtol. 70. Bernhard. ſermon. 43. in Cantic. & ſerm. 61. Albertus Pighius Contr. 2. de Juſtific. Joh. Ferus in c. 14. & 18. Matth. Antididagma Colon. Contarenus tract. de Juſtific. Tapperus tom. 2. oper. vid. Dn. D. Gerhard. hoc art. de Juſtific. Confeſſ. Catholic.

Anabaptiſtæ hic etiam impingunt: *docent legis impletionem: fidei & bonorum operum ad ſalutem neceſſariorum conjunctionem*: ſanctificationis perfectionem. Item Sociniani; negant enim e V. T. libris diſcendam eſſe juſtificationem, Socinus lib. de juſtificat. Gratiam Dei abſolutam eſſe ſtatuunt: imputationem meriti Chriſti negant: fidem per obedientiam definiunt: cauſam meritoriam negant, &c.

§.10 *Materia* 1. Subjectum juſtificatum eſt omnis in Chriſtum credens, impius, Roman. 3, 22. c. 4, 5. cumque οἱ πρόσκαιροι veram habeant fidem, etiam hi juſtificantur vere quatenus credunt; Sua vero culpa (non ex DEI decreto abſoluto) juſtificationis gratia excidunt Judæi & Gentiles, Roman. 4, 9. 10. 11. 2. Partes juſtificationis alii conſtituunt 1. Remiſſionem peccatorum. 2. Juſtitiæ Chriſti imputationem. Alii materiam vocant totam Chriſti ſatisfactionem. At factores legis juſtificantur? Reſpondet Ambroſius: qui credunt *in Chriſtum*, h. l. His enim (addimus) juſtitia Chriſti imputatur, hi juſti in Chriſto conſtituuntur, hi fide placent, Rom. 8, 1.

§.11 *Effecta juſtificationis.*

Eſſe ſine crimine, 1. Cor. 1. h. e. non accuſari coram Deo. Rom. 8. quis accuſabit Electos? Eſſe tranquillo animo & pacem habere cum Deo, Roman. 5, 1. ac certum eſſe de Dei gratia præſente ac remiſſione peccatorum. Hæc doctrina confirmatur 1. Expreſſis dictis. Roman. 8. Certus ſum, &c. 2. Timoth. 1. Scio cui credidi. 2. a fidei natura; eſt enim ὑπόστασις, παῤῥησία, πεποίθησις. 3. A Dei fidelitate, veritate, promiſſionum conſtantia, Deuteronom. 32. 1. Corinth. 10, 3. Pſal. 33. 4. A ſacramentorum uſu & fine: ideo enim inſtituta ſunt a Chriſto, ut nos de gratia Dei certos reddant: eſt enim Baptiſmus interrogatio bonæ conſcientiæ, omnem dubitationem profligantis. 5. A juramento divino, omnibus propoſito, Ezech. 18. 6. Ab inanibus rationibus adverſariorum, quas refutarunt Chemnitius in Concil. Trident. Meiſner. in Anthropol. Hutter. Oſiand. in Form. Concord. Mylius in Roman. 8. 7. A teſtimoniis Patrum, Ambroſ. in Pſalm. 39. ſub fin. ex illo Apoſtoli: certus ſum, Tertullian. c. 51. de Reſurrect. carnis, Auguſtin. tom. 9. de ſymb. lib. 2. c. 7. Idem ſerm. 8. de verbis Apoſt. & ſerm. 28. de verbis Domini. Bernhard. ſerm. 5. in ded. Eccleſ. §. Quis poterit? Idem Auguſt. t. 3. lib. 13. c. 1. de S. Trinit. Quiſquis credit, fidem ſuam videt in corde ſuo.

§.12 *Finis Juſtificationis*

Summus: Gloria Dei miſericordiæ, bonitatis, juſtitiæ & voluntatis paternæ erga peccatores, Rom. 3, 25. 26. Epheſ. 1, 16. 18. 1. Pet. 2. v. 9. *Subordinatus* reſpectu noſtri (1) In gratiam acceptatio. Epheſ. 1. in dilecto dilexit nos. Heb. 11, 6. Sic Abel acceptus Deo per fidem. (2) Juſtitiæ Dei in nobis conſummatio. Roman. 8, 7. quod enim nobis deeſt, id habet Chriſtus, idque dat nobis. (3) Hæreditatis æternæ acquiſitio, Tit. 3. v. 7. (4) Noſtri vivificatio per ſpiritum Chriſti, Epheſ. 2. (5) Conſcientiæ tranquillatio, Rom. 5, 1. (6) Omnis accuſationis ſublatio. Roman. 8. quis accuſabit electos? (7) Liberatio a peccatis quoad culpam, reatum, pœnam. (8) Conſolatio noſtri in angoribus conſcientiæ, qua juſtificati fruuntur, Eſa. 61, 1. Matth. 11, 28. cap. 5.

§.13 *Qui operibus ſimul confidunt, ſunt ſimiles Ficui aridæ*, Matth. 21, 19. vid. Aug. tom. 8. col. 193. b. c. cum enim Chriſtus penitius ejuſmodi homines introſpexerit, nihil ſolidorum fructuum in eis inveniet, quin magis omnia imperfecta, omnia mutila, ſi noſtra opera ad divinæ legis perfectiſſimam regulam exigantur. Job ait cap. 9. v. 28. Verebar omnia opera mea. *Hagaræ & Iſmaeli*, qui promiſſionem a Deo datam ſpreverunt, & ludificati ſunt, ut apparet e Galat. 4. Geneſ. 21. Vid. Rungium pag. 614. *Judæis*, qui tectam Moſis faciem intuebantur, Exod. 34. verſ. 34. 2. Corinth. 3. v. 14. ſequent. Sic ii, qui ſimul operibus juſtificationem adſcribunt, Moſen non vident in rigore obedientiæ, quam exigit, quia velum operum intuentur; quod tamen nunquam divinæ juſtitiæ ſatisfaciet, nunquam conſcientiam purgabit, nunquam tranquillabit.

§.14 *Lignum* ſæpe videtur rectum, ſed ad normam applicatum curvum eſſe invenitur: ſic

sic multi sibi justi esse, videntur; verum ubi opera eorum ad regulam divinæ legis aptaveris, mox reperies, quantum a perfectione obedientiæ distent, in lege præceptæ. Sicut *hydropici* & aqua intercute laborantes sani sibi esse videntur: sic justitiarii sanitatem animarum fingunt, quæ tamen tot peccatorum vulneribus sauciatæ sunt, Psal. 6. vers. 5. *Paries* si glorietur, se parturire radium; quem tamen a sole per fenestram accipit: sic tu homo laudem gratiæ Dei tibi tribues, quam tamen a solo sole Jesu Christo accepisti? vid. Bernhardum sermon. 3. in Cantic. Canticor. Sic Pharisæus ille Luc. 18. per suam linguam velut fenestram omnes divitias suas effudit, ait Chrysostomus tomo 1. homil. 5. in Genes. folio 7. b. c. *Sepulchra dealbata* foris pulchra, intus fœdissimæ sunt: sic multi externa operum sanctitate splendent; sed DEUS novit cor, novit intentionem & cordium consilia. Vid. Drexelium tractat. de recta Intentione. Solent nonnunquam *dormientibus* in somno maximæ opes offerri; sed expergefacti pauperes sunt nihilominus ut ante: sic sancti illi altum somnum securitatis dormiunt, nec legis rigore expergiscuntur ad tempus; sed ubi examen conscientiæ & galli cantus spiritualis, h. e. legis & Dei tribunal expergefecerint illos, sentient communem illam justitiæ indigentiam & cum Paulo exclamare jubebuntur: scio quod in me, h. e. in carne mea, nil habitet boni, Romanor. 7. v. 18. *Acca* stulta mulier apud Græcos cum imagine sua in speculo objecta confabulari solita est, Erasmus in Adagiis voc. ἀκκίζειν: sic hypocritæ in adulterinæ sanctitatis speculo suas sanctitates contemplantur, cum ea confabulantur exemplo Pharisæi, Luc. 18, 11. *Hypatia* mulier formosa impurorum objectu pannorum juvenem ab amore retraxit, Zvvinger. folio 18. b. Theatr. Si tu amas propriam Justitiam, ut ea simul salveris, cogites omnem illam justitiam nihil esse nisi pannum menstruatum, Esa. 64. v. 6. *Cosingas* apud Thracios frustra sibi scalam in cœlos posuit: non secus faciunt Justitiarii; sed frangitur scala, in cœlum te non sublevat, nisi sola justitia in Evangelio revelata. Roman. 10. v. 6. Quis ascendet in cœlum &c.

§. 15

Justificati certi de salute. *V. Certitudo.*

JUSTITIA & JUSTUS.

In genere justitia est habitus suum cuique tribuens. Neminem lædens, Deuteronom. 2, 5. 9. Hanc descriptionem Lipsius eleganter illustrat epistol. 97. Centur. III. Miscellan. Justitia suum cuique tribuit, DEO cultum, Regibus obedientiam, Majoribus reverentiam, minoribus comitatem, oppressis tutelam, dubiis consilium, omnibus innocentiam.

Justum: idem aliquando, quod æquum, Matth. 20, 4. Philipp. 1. vers. 7. Coloss. 1, 4. 2. Pet. 1, 13.

Coram DEO, 2. Thess. 1. cujus, primo, justitia immutabilis. Secundo, Judex justissimus, Psalm. 7. & 62. Tertio, pereunt justi miserabiliter, Abel, Paulus, Johannes: igitur vitam æternam dari oportet iis, qui temporaria privati sunt, ut videat mundus, Deum non oblivisci piorum. Quarto, imputabit sibi Christus illa, quæ piis acciderunt. Justum igitur est, malis a Deo mala retribui.

Quotuplex. §. 2

(1) *Legalis*, quam lex imperat, nemo vero plene præstare potest; de qua Roman. 2, 26. cap. 10, 5. Philipp. 3, 16. Heb. 9, 10. Galat. 3. Roman. 1. v. 17. Vid. tit. Lex. Valet coram Deo, si præstetur, Roman. 2, 13. Est rectitudo omnium virium ad amandum Deum, Matth. 5, 15. 23. Dei justitia est vindicatrix in lege revelata. (2) *Evangelica*, quæ est ex fide, Genes. 15. v. 6. Rom. 3, 22. cap. 1, 17. cap. 4, 2. cap. 10, 6. Vid. tit. Evangelium, & præcedentem tit. quæ coram Deo, Roman. 3, 21. non quæ coram hominibus apparet, Luc. 1, 6. est hæc, in qua sibi sistit Ecclesiam Dominus, Ephes. 5, 17. Coloss. 1, 27. in Christo fundata, Jerem. 23. Dan. 9, 24. 1. Corinth. 1. 2. Corinth. 5. contestata a lege in promissionibus, Genes. 12. in exemplis Abrahami, Davidis, justificatorum, Romanor. 4. & a Prophetis, Actor. 10. ideoque petenda etiam ex libris Veteris Testamenti, contra Socin. tractat. de Justific. Differentia utriusque justitiæ est (α) in causa efficiente: legalem justitiam præstat homo justus, solus Christus, nullus præter eum illam plene præstare potest, Romanor. 8. impossibile legi: Evangelica est in homine, cui justitia Christi imputatur, solique Christo accepta fertur. (β) In fine & consequ. per Evangelicam justitiam Dei bonitas & Christi φιλανθρωπία elucescit, Johan. 3, 16. Tit. 2. cap. 3. Lucæ 1. viscera misericordiæ; Legalis vero justitia materiam daret gloriandi, si dari posset, Rom. 3, 26 27. c. 4, 2. Eph. 2, 6. (γ) Principio: justitia legis est ex lege & a lege determinata; Evangelica vero in solo Evangelio revelata. (3) *Hypocritica* Pharisæorum, Matth. 6, 1. & falsorum Christianorum. (4) *Communis* illa justitia, quæ omnem pietatem & probitatem complectitur, Psal. 85, 11. juxta illud: Justitia in sese virtutes continet omnes. (5) Justitia *facti certi*, de qua Ps. 7, 9. & 18, 21. personæ justitia nulla est, omnes enim peccatores sumus, Roman. 3, 23. (6) *Naturalis* justitia, quæ hominum mentibus insculpta est, Roman. 2, 15. (7) *Professio religionis* & fidei veræ, Matth. 5, 10. 1. Pet. 3. v. 14. ejusque cognitio, Dan. 12, 3. Mal. 3, 3. (8) *Justa DEI opera* & constantia servandorum promissorum, justitia sæpe dicuntur in Psalmis.

Objectum justitiæ. §. 3

In genere est omne id, in quo justitia occupatur & versatur, ut juste distribuat; hinc justitiæ aureos oculos veteres tribuebant, Pindarus apud Athenæum libro 12. *In specie* objectum est Proximi *Innocentia*; hinc tueri debemus pium in causa justa, Sir. 43, 2. innocentes

centes defendere, Proverb. 31. v. 7. 8. non tueri malas causas in judiciis, Sir. 4, 24. & fateri verum, ibid. *Vita:* eam defendere & proximum oppressum liberare, Proverb. 10, 2. Sirach. 4, 9. Sic Moses liberat Israelitam, Exod. 2, 12. Abiit ergo David, 1. Sam. 23, 5. Populus liberavit Jonathan, 1. Sam. 15, 45. Mulier nuncios Davidis, 2. Sam. 17. v. 19. Jonathan liberavit Davidem, 1. Sam. 19, 1. seq. Josabe furata est Joam, 2. Reg. 11, 2. Moses defensor puellarum, Exod. 2. v. 17. Filia Pharaonis liberat Mosen, ibid. vers. 5. sequent. Vim ferarum hosticam a proximo arcere, Exod. 21, 29. Dominus tauri petulci morietur. *Bona:* ea malis ad nos artibus non attrahere, Jerem. 22, 13. Sirach. 21, 9. Mich. 22, 2. *Animalia* ne capiant damnum prospicere, Exod. 21, 33. omnia enim proximi illæsa esse jubet. *Agri:* 1. ne termini transferantur, Deuteronom. 19, 14. 2. ne fructus agri rapiantur, Deuteronom. 23, 25. perdantur per ignem, Exod. 22. v. 6. per jumenta, ibid. v. 5. *Contractus* & Justitia commutativa: circa hos etiam versatur justitia, v. g. circa *depositum*, ut hoc ne abalienemus, Exod. 22, 11. Levit. 6, 2. Matt. 5, 42. Circa *Commodatum*, Exod. 22, 7. *Pignus*, quod reddendum, Exod. 22, 9. Levit. 6, 2. Deuteron. 24. v. 10. sequent. Ezechiel. 18, 7. *Restitutionem rei deperditæ*, Levit. 6, 4. *Fœdus*, illud servare. Vid. tit. Fœdus: circa *Debita*, ut solvantur, Psal. 37. vers. 4. *Emtionem*, Sirach. 20, 12. Genes. 23, 10. *Venditionem*, Sirach. 42, 5. cap. 27, 4. Levitic. 25, 14. Proverb. 11, 1. Os. 12, 8. Amos 8, 5. Mich. 6. vers. 11.

Et hæc justitia etiam circa hostes exercenda est. Vid. Plin. lib. 8. Epist. 2.

In justitiam commutativam multis modis peccatur *Venditione* mercium corruptarum: *vel in substantia*, v. g. ut Caupones: vel *in qualitate:* vel *quantitate*, per iniquas ulnas, libras, stateras, Lev. 19, 35. Mich. 2, 1.

Emptione fraudulenta, necessitate extorta. *Iniquis usuris & fœnore.*

§. 5 *Actus varii justitiæ & Affectiones.*

Hominem immunem præstat. Sicut fulmen solam laurum inter arbores non lædit: sic hominem justum nec adversa nec prospera immutant. *Prudentiam comitem habet:* Quemadmodum honesta matrona pretiosis gemmis & monilibus ornata, quanto est pretiosiori apparatu instructa, tanto magis sibi timet, ne quid ei pretiosorum monilium excidat, vel rapiatur: sic homo justus omnium virtutum comitatu stipatus prudenter se gerit, ne qua parte quid committat, quod virtuti adversum sit. Et *Fortitudinem:* Sicut arbor bona altas & fixas radices habet, nec ullo vento aut tempestate locomovetur; sic quoque vir justus immobilis est, Proverb. 18. vers. 17. Sophocles in Electra: in causa justa oportet esse ingenti animo. Horat. Justum & tenacem propositi virum Non civium ardor, &c. Ode 3. libro tertio Carmin. Atque hæc fortitudo consistit in quatuor. (1) in magnorum & difficilium operum executione, Psalm. 18, 35. (2) In superata tentatione, ut nullatenus a bono recedat, Proverb. 1. vers. 10. 11. sequent. (3) In forti luctatione, Genes. 32. ut Jacob. (4) In vinculorum omnium ruptione, h. e. affectuum propriorum suppressione, sicut Simson vincula rupit. *Lætitiam*, ut homo justus προθύμως & lætabundus justa faciat, Proverb. 21, 15. Ut enim sol gestit suam viam decurrere, Psalm. 19. v. 6. Sic vir justus decurrit alacriter in stadio vocationis suæ; & sic currit, ut comprehendat, 1. Corinth. 9, 24. Exemplo illustri sit David, is enim sic ait: Domine paratum est cor meum, &c. Psalm. 108, 1. *Omnia consistunt* per justitiam. Optime id expressit S. Scriptura, Psal. 85, 11. sequentibus, & in Proverb. passim. Idem etiam Gentiles agnoverunt. Demosthenes Olynthiaca. 2. Non (ait) fieri potest, Athenienses, ut per injuria, perjuria & mendacia stabilis potentia comparetur. Hæc Ethnicus. *Terret omnes malos.* Vide Plutarchum libro ad Princip. indoctum. *Ornat omnia*, forum, chorum, thorum. *Quærit non sua*, sed quæ proximi sunt & reipublicæ. *Tribuit suum cuique.* Justinianus 1. Institut. titul. 1. Lipsius Centur. III. epistol. 97. *Propitium Deum reddit*, Q. Minut. in Octav. circa fin.

Effectus alii justitiæ. §. 6

Promovere bonum & vitam, Proverb. 10. v. 19. 20. Lætum reddere hominem in conscientia, Proverb. 13, 9. Exaltare suos cultores, Proverb. 14, 34. Conservare omnia: justitia namque est civitatum nutricula, veterum dicto. Omnia inspicere: hinc Plato alicubi δίκην vocat ἐπίσκοπον inspectricem. Accurate omnia conservare. Ea non facere, quæ in alio reprehendis: sic nos justissime vivere posse, olim Thales Milesius interrogatus respondit. Aliena non concupiscere, responso Aristidis apud Stobæum sermon. 7. Personas non respicere: Ideo Cleon ad gubernacula reipubl. admotus, omnium amicitiis nuncium velut remisit, quod amicitia plerumque, ne justitia fieret, obstaret, apud Erasm. libr. 6. Apopht. Confidenter exequi ea, quæ justa sunt, hinc hominem fortem reddit. Vid. supra hoc tit. Non usurpare sibi quod alienum est & aliorum proprium. Ficin. in Dio. Areopag. de Divinis Nomin. Secundum leges agere, nec fraudem aliquam legibus innectere per versutiam, Francisc. Patrit. de Regno libro 8. cap. 5. Sed hæc admiranda justitiæ effecta eleganter Plato explicat dial. 4. de Rep. Mercur. Trismegist. Asclep. c. 10.

Adjuncta alia Justitiæ. §. 7

Figura ejus est quadrata, non claudicans, Clemens Alexandr. lib. 6. Stromat. Excellentia ejusdem præ omnibus donis: Præstantia ejus insignis. Vide Ciceron. l. de LL. Necessitas summa, sine qua nec latrones vivere possunt, Cicero libro secundo officior. Implantatio: est

est enim insita omnium mentibus, ut ad eam omnes erubescant, ait Demosthenes orat. de Megapolitis. Præmium sibi ipsi est justitia ipsa, non gloria, Seneca epist. 113.

§. 8 *Præmia Justitiæ.*

(1) Benedictio Dei, Proverb. 10, 6. qua virides simus, Proverb. 11, v. 30. (2) Copia bonorum, Proverb. 15, 6. (3) Compensatio, Proverb. 13, 21. (4) Dei protectio, Proverb. 2, 8. cap. 11, 5. (5) Famæ bonæ conservatio, cap. 10, 7. (6) Inhabitatio terræ, cap. 2, 21. Psalm. 37, 9. Matth. 5. vers. 4. (7) Securitas, ne tibi metuas injustitiam ab alio, Sirach. 7. v. 1. 2. 3. Proverb. 10, 9. etiam in morte, Proverb. 28, 1. (8) Vita, Prov. 12, 28. cap. 11, 31. (9) Est pulchra vestis, Sir. 27, 9.

§. 9 *Justitia distributiva.*

Cæterum justitiæ subjiciuntur distributiones quædam: est enim justitia distributiva, quæ occupatur in distributione (α) Officiorum. (β) præmiorum. (γ) Pœnarum, Rom. 13, 7. cui honorem, honorem. Vid. plura Zwinger. Vol. 18. Theat.

Actus ejus: Dare mercedem operario pauperi, Sirach. 34, 27. Genes. 30. Non opprimere laborantem, sicut Ægyptii Israelitas, Exod. 5. Non morari mercedem, Levitic. 19, 13. sed statim dare, Tob. 4, 15. Non negare, Deuteron. 24, 15. Jer. 22, 13. Matth. 3, 4. Jacob. 5, 4. qui secus facit, crudelis est & sanguinarius, Sirach. 34. vers. 27. Non mutare vel variare mercedem, Gen. 31, 7. 8. 41. non vim pauperi facere, Proverb. 14, 13. sic in bello: Sociis æquum se præbere, Genes. 14, 21. cætera tolle tibi: Unicuique locum honori convenientem præbere, sic Joseph Genes. 44, 33. Non impedire agriculturam, quo nomine laudatur Totilas Gothorum rex, quod eo numerosis cohortibus in Italia militante, nullus tamen militum agricolas infestare ausus sit. Procop.

Ad hanc justitiæ partem refertur quoque gratitudo, de qua suo loco. Item justitia remunerans, dans recte factis præmia. Sed huic opponitur Injustitia, ob quam fingunt Poëtæ Ixionem petrosæ rotæ alligatum esse, semperque circumvolvi: Atque hoc præprimis mortalibus dicere, ut benefactoribus suis compensationem faciant. Pindar. od. 2. Pythiorum.

§. 10 *Justitia punitiva.*

Quæ pœnas debitas æqualiter distribuit delinquenti. Sacerdotes Germanorum in bello puniebant sontes, ad instar lictorum. Tacit. lib. de morib. Germanor. Confer Althamm. in h. l. Huc spectat *Lex talionis* Exod. 21. v. 14. Levitic. 24, 20. Deuteronom. 19, 21. *Extmordinaria vindicta.* Exod. 32, 29. consecravistis manus vestras. Ordinaria magistratus, Roman. 13, 4. vid. tit. Magistratus. Ei tamen insit compassio. Sic viri Sanhedrim toto die nihil cibi gustabant, quo aliquis ipsorum Judicio occidendus erat. Galatin. libro quarto c. 5. de Arcan. Cathol. Veritat. In sepulchro Simandii Regis Ægypti ab una muri parte sculpti erant judices triginta absque manibus, (id est, judices munera non capiant) & in medio judicii princeps, e cujus collo suspensa pendebat veritas: (præses judiciorum veritatem solum & justitiam attendat; veritas & justitia sibi obvient, Psalm. 85, 11.) ipseque erat clausis oculis, (hi notant, non debere judices respicere personas) circumstante cumulo librorum, (libri requirunt Juris scientiam) Diodor. Sicul. libro primo capit. 4. Sic Jovis simulachrum in Creta fingebatur sine auribus, (aures Judicis apertæ sint ad audiendum res, non ad calumniandas causas) ut monerentur Judices, nullo se hominum respectu, solo legum rigore duci se fas esse. Bithynii e conspectu solis tribunal ponebant: nam omnia tribunalia coram DEO nuda & patefacta sunt, Heb. 4, 13. 2. Chronic. 19, 6. Sol justitiæ Christus ipse dicit: Ecce ego ad judicandos judices jamjam venio.

§. 11 *Justitia Commutativa.*

Quæ in commutatione rerum æqualitatem servat, nullo habito dignitatis, religionis aut meritorum respectu. Huc spectat *justum pondo*, Prov. 16, 11. falsa enim pondera sunt prohibita Lev. 19, 36. Deo abominabilia, Proverb. 11, 1. 26. probrosa, Prov. 16, 11. capit. 20, 10. 23. Sirac. 27, 2. cap. 42, 25. Esa. 23, 18. Mich. 6, 16. Matth. 7, 2. Luc. 14, 18. 1. Corinth. 7, 30. Ose. 12, 7. statera dolosa dicitur Mich. 6, 10. Deuteronom. 25, 15. cap. 15, 1. Prudentia adhibenda in *Emtione*, Sirac. 20, 12. Gen. 33. emit Jacob partem agri: cap. 42. fratres Josephi alimenta ex Ægypto: 1. Reg. 16. emit Amri montem Samariæ. Exempla ementium plura Genes. 17, 27. cap. 23, 16. capit. 47, 20. 2. Sam. 24, 24. 2. Chronicor. 1, 16. Jer. 32, 7. Matth. 27. vers. 7. Marc. 15, 46. cap. 16, 1. 2. *Venditio*, Lev. 25. de Jubilæo. Amos 8, 6. non vendere paleas pro frumento.

Et hæc justitia colenda ob communem fraternitatem, ob Dei ultionem, 1. Thess. 4. α. in corpore, 2. Reg. 5, 27. 2. Reg. 9, 36. 1. Reg. 22, 34. β. in bonis, Job. 20, 15. Deuteronom. 28, 15. γ. in conscientia, Matth. 27, 5. Opposit. Agere injuste in contractibus. Sirach. 27. Mercator difficulter, &c. defraudari proximum in societate.

Subjicitur huic Fidelitas in servandis promissis & pactis sine omni fraude. Item, in fidejussione, mutuatione. Sir. 29. Qui mutuat, &c. in commodato, deposito, pignore. Proverb. 6. fili mî, si pro alio spsponderis, &c. c. 11. Male affligitur, qui pro alio spsponderit, capit. 17. stultus est. capit. 22, 26. Sirach. 29, 19. Thales olim dixit: Sponde, noxa præsto est. Plinius lib. 7. cap. 32. refert, tria Chilonis dicta aureis literis Delphis inscripta. 1. Nosse seipsum. 2. Non nimium cupere. 3. Comitem alieni æris atque litis esse miseriam. Opposit. Fraude parare victum. Prov. 20. dulcis est homini panis; & c. 21. qui colligit thesauros, &c.

Finis

Finis servandæ hujus justitiæ. (α) ut Deo obtemperemus justo. (β) Societas hominum inter se conservetur, quæ subsistere nequit sine hac justitia. (γ) Charitas exerceatur erga proximum. (δ) Mercimoniæ conserventur. (ε) Dei bonitas, charitas & justitia quotidiè à nobis recolantur, & à nobis ceu Dei filiis imitatione exprimantur.

§. 12 *Justitia Oeconomica.*

Quâ quis domum suam administrat pietate & justitiâ. Vid. supra tit. Herus: item Marita: it. servus. Clementiâ vero temperanda est. Hinc Marcus Antoninus Pius & insecuti principes loris servos cædi, non occidi permiserunt. Hadrianus Umbriciam Matronam, quod duriùs ancillam tractasset, ad quinquennium relegasse scribitur, sed de his officiis suis tit.

§. 13 *Exempla justitiæ.*

Valerius M. libro sexto capit. 2. refert de Camillo, quod cum ille Faliscos obsedisset, magister ludi nobilissimos pueros in castra Romanorum deduxit, quibus intercaptis putavit fore, ut eorum parentes sese dederent; At Camillus spretâ perfidia jussit vinctum ludimagistrum virgis agendum una cum nobilissimis pueris in urbem reduci: moti hac fidelitate Falisci portas ultro Romanis aperuerunt. Timocrates Pyrrhum veneno necaturum se esse, pollicitus Romano fuit senatui; hic missis legatis monuit Pyrrhum suppresso nomine Timocratis. Idem narrat ferè Æmilius Florus de medico Pyrrhi, qui noctu ad Fabritium venit, quem vinctum Fabritius domum reduci jussit, regemque moneri. Zaleucus Locrensium legislator (Cicero libro secundo de legibus) data lege, ut adultero uterque oculus erueretur, sibi unum, filio alterum, adultero quippe, erui jussit. Alexander Severus non nisi XX. Jurisperitis consultis sententiam dixit, omnium vota audivit, scribi jussit. Lamprid. in ejus vita. Trajanus imperator strictum Urbis prætori ensem his verbis dedit: si bene imperâro, pro me; si malè, contra me utitor. Fridericus imperator noluit Hungariæ regem juniorem interimi; consultoribus dixit: Ergo me opulentum magis regem quàm justum pi-umque cupitis? Plura vid. libr. 4. cap. 4. ad Sabellicum de exemplis. Fulgos. lib. 6. c. 5. Didac. Apolepht. part. 2. horar. hist. p. 226.

§. 14 *Similia.*

Justus vir est similis *Hespero* & lucifero, Aristot. 5. Ethic. cap. 1. *Palmæ* florenti, Psalm. 92. *Columnæ* sustinenti ædificium: sic justitia sustinet chorum, forum, thorum. *Ostio* conservanti domum: non enim potest civitas conservari absque justitia. *Soli* illuminanti omnia: nam sine justitia omnia tenebris plena, Psalm. 107. v. 40. *Vento* recreanti: sic justitia omnia recreat, Psalm. 85. *Fulguri* illustranti & *nubi* irriganti: ubi enim deficit justitia, ibi odiis & rapinis omnia corripiuntur. *Imago DEI* est, ipsum repræsentans. Clemens Alexandr. lib. 7. Stromat. & exhort. advers. Gentes. *Corpori* sano, cujus venæ sunt æquitas, pietas. *Medicinæ*: hæc enim ut corpus; sic justitia Rempubl. conservat.

§. 15 *Officia nostra.*

Justitia amanda à nobis, & colenda. Hipparchus in triviis columnas erigi jussit, hisque inscribi: ϛοῖχε δίκαια φρονῶν, ut refert Plato in Lyside. Non vituperanda cum Carneade, de quô Lactantius lib. 5. cap. 15. & 17.

§. 16 *Injustitia*

Est Deo abominabilis, Psalm. 11, 5. Psalm. 5. vers. 5. tandemque propriâ malitiâ intereunt injusti, Proverb. 22, 8. metuunt pœnas injustitiæ septuplo, Sir. 7, 3. radices eorum putrescent, Job. 18, 15. 16. faciunt, ut imperia mutentur, Sapient. 6, 1. subitò intereunt, Job. 22, 15. sequent. Sir. 35, 23. in spe sua confunduntur, Proverb. 11. v. 8. piis sunt abominationi, Proverb. 29, 27. gladio Domini puniuntur, Ezech. 21, 4. & igne, Sapient. 16, 9. & creaturis Dei, ibid. vers. 24. & tenebris sapientiæ, cap. 17, 2. cap. 12, 23. turpi exitu vitam claudunt, Sapient. 3, 19. radices eorum in nuda petra fixæ, Sirach. 40. v. 16. Confer Roman. 2, 8. hæreditate cœlesti excluduntur, 1. Corinth. 6, 19. & æternæ pœnæ reservantur, 1. Pet. 2, 9. Porrò varia de Justitiâ & injustitiâ vide ap. Meiger. libr. 5. cap. 1. nucleî hist.

JUVARE. V. *Auxilium.*

JUVENTUS. ADOLESCENTIA.

§. 1 Educanda optimè. Vid. tit. *Educatio*; it. *Parentes.*

Bona indoles se mox in bonis prodit. Fulgos. lib. 3. c. 1. in Josepho, Samuele, Christo, Ambrosio, Cyro, Alexandro Magno.

§. 2 *Iuventutis Virtutes.*

Pietas, Psalm. 119, 9. in quo mundabit adolescens? &c. Ecclesiast. 12, 1. monentur de extremo judicio: & Psal. 148, 12. monentur ad celebrandum Dei nomen; & laudatur juvenis Christum interrogans de via beatitudinis, Matt. 19. vers. 16. 20. & Ecclesiast. 11. vers. 9. Monet juventutem Salomon, ut nunquam judicii divini memoriam abjiciat, hacque lætitias gaudiaque sua temperet, ne his plus justo efferatur: non edant impias voces illas Sapient. 2. vers. 6. Zachar. 9. v. 17. *Reverentia erga senes*, Levitic. 19, 32. Job. 32. v. 6. Sirach. 8, 9. juxta illud Poëtæ;

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si juvenis vetulo non assurrexerat.--

Causæ sunt plurimæ hujus reverentiæ. (α) Mandatum Dei. (β) Dignitas. (γ) Honestas. (δ) Utilitas, Job. 12. v. 22. (ε) Lex naturæ. (ζ) Exempla Spartanorum. Cui opponitur ludificatio senum, 2. Reg. 2, 24. *Obedientia*, Sir. 3, 8. cap. 32, 13. Coloss. 3, 20. 1. Pet. 5, 5. Sequantur liben-

libenter conſilia ſenum, eorum etiam defecti-bus ignoſcant, non ludificentur illos,ut Cham, Geneſ.9. pueri in Bethel, 2. Reg. 2. *Fidelitas erga Rempubl.* In hanc olim jurabant Ephebi his verbis: Dimicabo pro aris & focis & ſolus & cum multis; patriam non derelinquam in deteriori ſtatu, ſed ampliori melioriqùe quam acceperim; ſemper Magiſtratui præfecto prudenter obediam & legibus conſtitutis parebo, &c. apud Stob. ſermon. 41. de Rep. *Caſtitas*, ut Geneſ. 39, 15. Ambroſ. libro primo cap. 17. officior. Hieronym. in Tit. 2. & epiſtol. 9. *Verecundia & modeſtia*, Sirach. 32,8. hæc enim eſt gemma exornans, Bernhard. ſermon. 48. in Cant. Vid. ſuis titulis. *Temperantia*: huic juvenes ſtudeant, Plato dial. 3. de Republ. Plutarchus juvenes hortabatur, ut tria, in animo temperantiam, in lingua ſilentium, in ore pudorem haberent. *Prudentia*, ut etiam ſe fore ſenes cogitent. Μέμνησο νέος ὢν πῶς γέρων ἔσῃ πότε. Cogita exiſtens juvenis, quomodo ſenex eris aliquando. Menand. Confer Sapient. 8,19. *Diligentia in ſtudio ſapientiæ* addiſcendæ, Proverb. 1. v. 1. 2. 3. ſequentibus. Pythagoras juvenis patria abiens, Barbarorum fere cunctorum ſacra addidicit. Laërt. libro octavo de Vitis Philoſoph. Nerva filius anno ætatis 17. publice de Jure reſpondit. Confer Ambroſium libro primo cap. 117. officior. *Patientia*: Lacones pueros ſuos publice flagellabant, ut eos ad patientiam traducerent. *In ſtudio juſtitiæ induſtria.* Sic Perſæ ſuos pueros mature in ludis aſſuefaciunt, ut cauſas pueri agant, de furto, de rapina mutuo ſe accuſent, injuſte accuſantes & convicti puniuntur. Xenophon. libro primo pædagog. Cyri. Lycurgi legem juventuti præſcribebant, Cicero libro ſecundo Tuſcul. quæſtion. Confer quoque Senecam epiſtol. 31. *Fortitudo* Chriſtiana, 1. Johan. 2. Dan. 3. tres pueri fortes. *Converſatio cum bonis & ſenibus*, Sirach. 8,7. cap. 6,35. 1. Cor. 15, 33. Prov. 1, 10.

Juventutis inſignis & Heroicæ exempla ſunt David, 1. Sam. 17. Salomo, 1. Reg. 2. & 3. Daniel, in hiſtor. Suſann. Joſephus, Geneſ. 37. Chriſtus, Luc. 2. Africanus major, Antigonus Demetrii filius, Alexander Magnus. Vide Gellium, Plutarchum, Q. Curtium, Juſtinum.

Ornamentum juventutis eſt robur corporis, Proverb. 20,29. tale robur in Davide fuit. Gaudio ſunt ſenibus, ſicut ſagittæ in manu fortis, Pſalm. 127,4. aliquando ſunt dolori, cum ſervituti ſubjiciuntur, 1. Sam. 8,16. Pſal. 78,63. Jer. 21,9. Jerem. 51,3.

Non contemnenda juventus: nam ut ex ſurculo fit arbor; ſic è juvenibus fortes & magnanimi viri. 1. Tim. 4, 12. Nemo contemnat juventutem tuam, ait Apoſtolus.

§. 3 *Vitia juventutis.*

Voluptas. 2. Tim. 2,22. fuge voluptates. *Luxuria*: patet exemplo Acolaſti Luc. 15. qui omnia bona ſua abligurivit ad extremum usq; pauperiem. *Inobedientia*; hinc Horat. Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper. Sapient. 2, 10. Proverb. 10. cap. 4,14. *Concupiſcentia*, cujus motibus reciprocis quaſi fluctibus adoleſcentia jactitatur. *Ira.* Seneca in Octavia: regenda magis eſt fervida adoleſcentia. *Imprudentia*: facilius audiunt pejora, quam utilia. Seneca in Troade: Juvenile vitium eſt, non poſſe. Horatius de hac ætate: Utilium tardus proviſor, prodigus æris. Eadem conſpicitur è præcocibus juvenum conſiliis. Sic Rehabeam parens conſilio juniorum, 1. Regum 12. magnâ regni parte exutus eſt. *Ignavia & otium.* Juvenes otioſi & ignavi civitatis venenum ſunt, & a parentibus expulſi ſæpe plus proficiunt, ait F. Patricius de Republ. lib. 4. cap. 3. Otio juvenes deteriores eſſe Thebanus quidam Philoſophus dixit, interrogatus malitiæ juvenilis cauſam, apud Guevarram tomo 2. pag. 439. Felix reſpubl. eſt, in qua juvenes laborant, ſenes conſulunt. *Impudicitia*, Prov. 7, 6. in hanc juventus proniſſima; hinc Seneca in Octav. v. 186.

Juvenilis ardor impetu primo furit,
Langueſcit idem facilè, nec diu durat
In venere turpi, ceu levis flammæ vapor.

Baſilius in cap. 3. Eſaiæ: Eſt adoleſcentia *perquam levis & ad flagitia quævis* apprime mobilis, &c. Hieronym. epiſtol. 43. ad Chromat. Auguſtin. de verbis Domini ſermon. 43. *Gloriatio de vitiis*, quam tamen ſequitur pœnitentia. Pſalm. 25. ne memineris delictorum, &c. Timemus peccata juventutis: Cur non magis ſenectutis? quia aucta peccata.

Illecebroſa delitiis. Ambroſius: *Naufraga* in ſcopuloſo hujus mundi mari, Job. 13. verſ. 25.

Similia Juventutis: §. 4

Similis *Liquori primo* & ſupremo in amphora, qui ſinceriſſimus eſſe ſolet, graviſſimum vero & turbidum maxime ſubſidit; ſic in ætate noſtra quod primum eſt, optimum eſt, ait Seneca epiſtol. 109. *Bullæ*, citò deficienti, usque adeo, ut nemo pene juventutem intelligat diſcedere & præterire. *Pomis vi abreptis* ab arboribus; ſic juventus cito mortis violentia carpitur. *Flori* cito marceſcenti & ad tempus luxurianti. Vid. Baſil. Epiſtol. 42. *Roſæ*, vermibus arroſæ & defluenti. *Semini*, e quo ſpes dependet poſteritatis. *Scipioni*, quo ſe ſenectus oblectat & ſuſtentat, ſi frugi ſit juventus, Tob. 5, 23. *Terræ*, quæ ſi non colatur, ſpinas producit. Chryſoſt. homil. 48. in Matth. Immittamus ignes, (ait) comburamus concupiſcentias, uremus areas noſtras. *Veri*; hinc Pericles funebrem habens orationem, juventutem in bello interfectam, ſic e civitate ſublatam eſſe, ac ſi quis ver ex anno tolleret. Ariſtot. lib. 1. Rhet. c. 7.

In forma adoleſcentis §. 5

Cur Angelus apparuerit, Marc. 16,5. nempe, ut ſignificaret (1) Chriſti reſurrectione omnia velut nova facta eſſe, 2. Corinth. 5,17. novam gratiam de cœlo delapſam. (2) Reſurrectionis noſtræ utilitatem: nam in illa reno-

renovabimur, sicut aquilæ, Psalm.103,5. 1. Corinth.15,42. (3) Angelicæ perfectionis & roboris significationem. Sicuti major inest juvenibus perfectio, majusque corporis robur: ita in hac altera vita nemo senescet, omnes juvenes, omnes firmi erimus; non ibi senectus, &c. Apoc.21,4.

De variis Juventutis affectionibus v. Magir. in Polymnem. *V. Adolescentia.*

K.

KABULA.

Doctrina oretenus tradita, de qua multis Judæi. Vide Reuchlin. de hac, & D. Forsterum in Lexico V. קבל ubi docet, à Kabula deduci nomen Sibyllæ. Vid. Scalig. lib. 1. Poëtic.cap.1.

KARAIM.

Karaim olim dicti sunt Sadducæi, quod legis literæ adhærebant, & traditiones contemnebant. Martin.in Lexic. & Scaliger. Rivet. Isagog.c.26.n.4.

KEDAR.

(1) Filius Ismaëlis, Gen.25,13.Ezech.27.Psal. 120,5. (2) Arabia sic dicta est.

KIDRON.

Torrens, quem transivit David, 2. Sam.15, 23. & Christus, Joh.18.fluens in mare mortuum, absorbens omnes sacrificiorum sordes, notans crucem & calamitates, quæ tandem tamen finiuntur; sicut aquæ hujus torrentis persæpè exsiccatæ fuerunt: nomen habet à קדר atrum esse, ob colorem aquarum, sive obscuritatem vallis profundæ, per quam fluebat aqua, vide Hieron. in c. 31. Jerem. Dirimebat hic torrens Hierosolymam versus Orientem à monte Oliveti.

KYRIE ELEISON.

E Græco: Domine miserere. Has voces apud Græcos omnis cœtus exclamabat. Apud Latinos Clerici, populo respondente. Greg. M.Libr.7.epist. 63. Apud Ethnicos in summo discrimine usurpatas memorat ex Ariano Martin.ex Lindenbr.in Gloss.ad l.l.Anti.

L.

LABAN.

Socer Jacobi, filius Bethuelis, Genes. 28, 5. Imago iniqui, injusti & invidi.

LABES. *V. Macula.*

LABARUM. *V. Vexillum.*

LABIUM.

§.1 Significat (1) Idioma linguæ, quod unum olim erat, Genes.11,1.6.9. Esa.19,9 Ezech.3,5.(2) Loquendi facultatem. (3) Oram & extremum cujuslibet rei, Exod. 25, 24. & alias sæpè. (4) Ostium labiorum est os ipsum, Psal.141,3.& labium pro ore, Mal.2,7.(5) Ipse sermo, Prov.12, 19. Cutem dentium, Job.19,20.

Multiplex.

§.2 (α) Dei, Job.11,5.c.23,12. Psal.17,4.Es.30,27. verbum Dei vel ejus judicia, ut vult Greg. M. lib.10.Moral.c.4. (β) Messiæ, quæ gratiosa, Psalm.45,3.destillantia mel, Cantic.5,13. interficientia improbos, Esa.11,14.(14) Ecclesiæ, rosea, mellea, Cantic.4,3.11. Vid. S.Pagnin.Isag. ad mystic.sensus voc. Labium. (δ) Hominum in genere immunda, incircumcisa, Esa.6.v.7. Dan.10,6. Exod.6,12.30. In specie bonorum, orantium, 1.Sam.1,13. consolantium, Joh. 16, 5. voventium, Levit.5,4.Deut.23,23. non peccantium, Job.1,22.c.2,20. jubilantium, Job. 8, 21. Malorum, quæ (labia) compescit Dominus, 2.Reg.19,28. Esa.37,29. dolosa, Psal. 12, 3. & 17, 2. & 34, 14. venenata, Psal.14,3.gladiis armata, Psalm.59,8.

LABOR.

§.1 Est omne illud, circa quod homo occupatur. Sumitur metonymicè pro eô, quod laboribus acquisitum est, Psalm.78,46.Psal.105,44. Prov.5,10.

Quotuplex.

§.2 (1) Labor *animi & ingenii*: ut: Meditatio, Consideratio rerum sublimium, de qua multa meditatio est carnis afflictio. Item Prædicatio. 2 Tim.4. In omnibus labora.(2) *Corporis*, qualis est rusticorum, opificum manuarias artes exercentium: Genes.4,2. Abel erat pecuarius: sic & Jacob, Gen.29,20. Conf.c.30,26. c. 34,5. c.38,13. Cain agricola, Abraham hortulanus, Genes.21,32.Isaac agricola, Gen.26,12. Paulus tapifex, Actorum 18,3.c.20,34. 35. (3) *Christi* labor pro nostris peccatis, Esa. 43, 24. cap. 53. v.11. Esa. 49,4. (4) *Spiritualis* labor credentium pro æterna vita, de quo pulchrè Chrysostomus hom. 45. in Genes. monens imitari mercatorum prudentiam & diligentiam imperterritam, in investigando terra marique lucro, cujus finis tamen incertus sit. (5) *Ratione statuum* labor alius chori, fori, thori. *Chori* est labor Doctorum verorum aut falsorum, 2. Corinth. 8, 29. cap. 11, 13. 27. Galat. 4, 11. Philipp. 2, 16.25. c. 3, 2. c. 4,3.Matth.9,37.38. c.20.v.11. 1.Corinth. 3,8.9. c.15,10. Sive auditorum, 1.Corinth.15,58.c.16,16. 2.Corinth.1,10. 11. *Fori* Magistratus. *Thori* sudor Oeconomicus, Psalm.104,22.23. Prov.31.v.13. (6) *Ratione permanentiæ*: alius labor manet, alius verò transit; verbi gratia, labor citharœdorum, Musicorum. (7) *Fructuosus*, qui fructum fert: non fructuosus, Proverb.11,18. qui omni fructu caret. (8) *Humanæ mentis* labor, in comparandis mediis ad salutem acquirendam, sed frustraneus, Esa. 55, 2. sola enim media à Deo præscripta sunt utilia. Laborat quoq; mens in peccatis ad sui damnationem avaritia, sicut araneæ; invidia, sicut frustra stellæ erraticæ contra motum firmamenti nituntur: sic quoque invidi. Psalmo 10. sub lingua impii labor & dolor. Superbia, ambitione, luxuria. Vid. suis titulis. (9) *Labor in acquirenda sapientiâ*, Sirach.24,25. (10) *Præsentis vitæ* labor & calamitatum generalium, Psal.90, 10. quib. omnes homines involvuntur. (11) *Conscientiæ* labor, de quo Matth.11,28. Venite, qui laboratis &c.

Laborat verò qui α. peccatorum molem agnoſcit: β. ponderoſam ſentit: γ. infirmitatem fatetur, qua nihil proficere ſe poſſe videt: eſt enim κοπιᾶν intento labore aliquid agere & quærere, vel in paſſivo defatigari, laſſitudinem contrahere, ut Joh.4,6. etiam 2. Tim. 2,6. de agricultura accipitur. (12) *Oeconomicus* labor omnibus injunctus, Geneſ.3. Plinius de apibus tria refert, quod cellulas fabricent, ſobolem nutriant, mella conficiant: Caſtè non minus quam benè ad ſtatum œconomicum hæc ſpectant. Optimè hæc quoque miniſtris verbi congruunt, qui manſionem in cœlis affectandam eſſe ſedulò monent, filios ſpirituales procreant, 1. Cor.3. & verbo nutriunt, & mel divini verbi proponunt. (3) *Necesſitatis* & paupertatis labor, 1. Cor. 4. laborantes manibus. 2. Cor.11. in laboribus plurimis. (14) *Æternæ damnationis* labor, qui occupabit damnatos, mortem quærentes & non invenientes, Thren. 3. In tenebris poſuit me quaſi mortuos ſempiternos. (15) *Labor Impiorum* vanus.

§.3

Qui laborari debeant?

Omnes homines: omnibus enim labor propoſitus eſt Geneſ.3,19. in labore vultus tui. Exod.20. Non furaberis. 1. Theſſ.4, 11. Hinc Alphonſus Rex, quod laboraret manibus, reprehenſus dixit: Annon Deus & natura regibus manus dederunt? ſentiens, ideò ſe manus accepiſſe, ut laboraret. Panormitan. libro 1. de rebus geſtis Alphonſi regis. Lacones admota manu ad laborem fortunam invocandam eſſe monebant; ſcilicet cum precibus laborem jungendam eſſe cenſentes. Apelles ſingulis diebus ad minimum lineam unam trahebat, ne ulla eſſet ſine linea dies: ſic homo pius nullum ſine labore diem tranſigat. Severus Imperator Tribuno hoc ſymbolum dari juſſit: *Laboremus.* Cœleſtis noſter Imperator idem nobis injunxit: Laboremus in pietate, in probitate. Dorotheus Monachus Thebæus quotidiè lapides colligebat ad mare, & annuatim fabricabat hoſpitium pro ægrotis. Sozomenus libro octavo cap. 1. in tripartit. Etiam Monachi laborent: ideo de opere Monachorum librum ſcripſit Auguſtinus, cum illorum quidam errore Maſſilianorum faſcinati eſſent. Sixtus Senenſ. libro 6. annot.317. bibl. ſac. Exemplo ſunt omnes creaturæ, ſuis quæq; laboribus deſtinatæ: omnium ordinum ſtatus &c.

§.4

Quamdiu?

Omnibus diebus vitæ. Allegor. Sex diebus colligebatur Manna, Exod.16. v.5. ita ſex diebus vitæ noſtræ laborandum, donec illuceſcat requiei æternæ ſabbathum, Eſa. 66. *Usque ad ſenectam*: etenim metæ vicini non debemus (ut Diogenes ait apud Laërt. libro 6. de vitis Philoſoph.) curſum remittere. Hinc Veſpaſianus vitiatis inteſtinis laborans, tamen in lecto audiebat legationes, aſſerens: Imperatorem etiam ſtantem mori oportere. Sueton.

——— ——— *Ante ſenectam*
Dum vires annique ſinunt, tolerate labores.

Moderatè tamen laborandum, ne præmaturam nobis ſenectam inducamus: labore enim corpora exſucca redduntur.

§.5

Cur laborandum eſt maximè?

(1) Ob Dei mandatum, Epheſ.4,28. 1. Theſſ. 4,11. 2. Theſſ. 3, 10. 11. 12 Annonam gratuitam noluit comedi à militibus Probus Imperator: multò minus Deus vult nos veſci pane quotidiano otioſos. (2) Ob univerſalitatem laboris, quæ in omnium hominum ſtatu invenitur, in mercatura, in agricultura, certaminibus, navigationibus, bellis. (3) Ob ſecuritatem, quæ laborem ſemper ſequitur; otium verò ſequitur perpetuus timor paupertatis. Chryſoſt.hom. 1. in Acta. (4) Ob valetudinem conſervandam; hinc Dorotheus Monachus interrogatus, cur lapides ad mare colligeret? reſpondit: quia corpus me occidit, ideo illud reficio. (5) Ob otii turpitudinem. Vid. tit. *Otium.* (6) Ob liberalitatis exercitationem, Epheſ. 4,28. (7) Ob creationis finem: ſumus enim ad laborem creati, Geneſ. 2, 15. Poſitus homo in Eden, ut hortum coleret, Pſ. 104,23.26. Prov.12, 11.24. (8) Propter exempla. Nam laborant ſancti Angeli, Pſ.103. Sol, Sir.43. Stellæ curſu ſuo: terra, ferendo fructus, Pſalm. 104. animalia hominibus ſerviendo; araneæ texendo, aves volando, formicæ congregando, Prov.6.

Effectus laboris.

Hic excitat animum ut lux viſum, voluptati reſiſtit, ſanitatem conſervat, lucrum adfert, præmia impetrat. Commonefacit peccati, abigit malas cogitationes. Conducit ad ſuſtentationem, Pſalm.128. ditat nos, ut & aliis largiri aliquid poſſimus.

§.6

Affectiones laboris.

Necesſitas mandati, Geneſ. 3. verſ.19. *Ordinis*, labore enim omnia vendit Deus: hoc ordine dat panem & vitæ ſuſtentationem: Solus Deus facit omnia ſine labore, homo per laborem. Philo de ſacrificio Cain & Abel. *Debiti*: quisquis enim ſibi & proximo laborem debet.

Acerbitas laboris; illa verò tandem dulceſcit fructibus ſuis: radix amara, fructus melle dulcior.

Ordinatus ſit, Proverbiorum 24. verſ. 27. (α) ratione temporis, ut labor cibos præcedat, Clemens Alexandrinus libro 3 pædagog. capite 10. (β) ratione modi. Ut ferrum crebris immerſionibus conſumitur: ita corpus crebris permutationibus vitiatur, ſi modò nimiis intendatur laboribus, modò voluptatibus liqueſiat ac molliatur. Plutarchus in moralibus. Plantæ mediocri aqua aluntur, nimia ſuffocantur: ſic animus moderatis laboribus reficitur, immoderatis obruitur. Luſciniæ canendi ſtudio ardentes ſpiritum prius emittunt, quàm canendi auſum. Spectat huc apologus bovis & cameli; cum enim ille hunc rogaſſet, ut aliqua oneris ipſum levaret parte, noluit camelus, ſed mortuum bovem deinde (prout hic prædixerat) una cum ſuo onere portare compulſus eſt: ſic

ſic ubi feſſo corpori nullam quietem concedimus, tandem corpus concidit, & animus durante morbo malè habet. Plut. de ſanit. tuenda in fine.

Vanitas laboris: quia perit hominis poſt mortem, Eccleſ.2,22.c.3,9. nihil enim habet reſidui de labore vulgari homo.

Inceſſabilitas: labor enim laborem trudit, neque in hac vita finem invenit apud avaros, Eccleſ.4.8. Hinc illud Poëtæ;

Vita quid eſt? labor eſt & nil niſi vana cupido,
Triſtis ad extremum ſolicitudo diem.

Sicut fluctus fluctum excipit; ſic in mari hujus vitæ labor laborem: Et in omnibus ætatibus, infantia, pueritia, adoleſcentia, labor eſt -- *redit labor actus in orbem.* Ut Siſyphus lapidem apud inferos volvere atque revolvere dicitur: ſic in mundi hujus inferno perpetuum laboris ac moleſtiæ lapidem volvimus à mane ad veſperam, nec ipſa nox à curis & moleſtiis vacua eſt. Pſalm.6.v.7. laboravi nocte. Item non decet integram noctem dormire regentem.

§.7 *Fructus & Effectus laboris:*

Divinæ voluntatis adimpletio: is enim juſſit laborare. *Abundantia panis*, Proverb.12.v.11. juxta illud: Labor eſt parens opulentiæ & gaudii, Pſalm.128.v 2. Proverb.10,4.c.12,24. c.14, 23, cap.13,4.11.c.28.v.19. *Felicitas* & commoditas, Proverb.12 24, 27. *Valetudo* & morborum abactio, Sirac.31,26. Vid. Philon. de ſacrific. Abel & Cain. Procreat labor *honeſtatem*, ut cibus ſe habet ad vitam. *Cœlum ipſum petit.* Hercules olim cœlum ipſum laboribus petiiſſe dicitur, Boëth. metro 7. Herculem duri celebrant labores. *Per ſe tamen non efficit divites*, ſed Dei benedictio, Pſ.127,1. Hagg. 1, 11. Sir. 11. v. 11. Prov. 10, 22. quod docet Evangelium diſcipulorum, qui Chriſtum navigio excipientes benedictionem aſſecuti ſunt, omni antè labore fruſtrati ſunt.

§.8 *Honorum acquiſitio*, Virgil.

Quisquis enim duros caſus virtutis amore
Vicerit, ille ſibi laudemque decusque parabit.

Et *Famæ*. Ut globus ferreus extendatur, & ex ea fiat magna lamina aut bractea, in ignem mitti oportet, & malleorum ictibus extendi: ſic fama hominis longiùs propaganda, igne laboris conflatur neceſſe eſt, & moleſtiarum ictibus tundatur. *Præmia*: pii hæc expectant à laboribus; non ſic impii & otioſi. Maximin. ſermone 32. *Pinguedinis nimiæ impeditio*; qui enim diligenter laborat, vix pingueſcit. *Voluptatum abjectio*. Philo libro de vita Moſis: Labor &c. perpetuum cum voluptate bellum gerit. *Somni dulcoratio*, Eccleſ.5.v.12.

Exempla laborantium: Geneſ. 26. Iſaac, cap. 31,12. Jacob. Tob.2,19. Hanna. 1. Cor. 4, 11. 12. 1. Theſſ. 4,8.11. 2. Theſſ.3,8. 10. Luc. 5. *Duc in altum.*

§.9 *Similia.*

Labores ſunt ſimiles *telis aranearum* 1. ratione connexionis: ut enim telæ aranearum ſibi invicem implicitæ ſunt & connexæ; ſic in humanis negotiis labor laborem trudit, labor labori nectitur. 2. Inutilitatis. Inutiles ſunt arenearum telæ: ſic multi homines inutilibus laboribus occupantur. 3. Conſumtionis. Aranea ſeipſam conſumit in conficiendis telis: ſic homines ſuis laboribus conſumuntur tandem flacceſcentibus viribus. Qui nucem eſſe vult, nucem frangat oportet; qui uvas, oleum, ficos deſiderat, arbores, vites, oleas colat neceſſum eſt. Adi Philonem de vita Moſis. Labor eſt velut *animæ lux*, quo virtutis actionem attrahit, Philo de ſacrific. Caini & Abelis. Sicut in cibis *condimentum* requiritur: ſic labore nullum condimentum aptius eſt.

Teſtimonia Gentium, & aliorum. Heſiod. Dii omnia laboribus vendunt. *Socrates*: Negotium non eſt opprobrium. Otium vero eſt opprobrium.

Veſpaſian. Imperatorem etiam ſtantem mori oportet. *Alphonſus* ob laborem manuarium reprehenſus dixit: Etiam Regi natura manus dedit. *Dionyſius* Rex: Abſit à me otium, dixit.

LABRUSCA. *V. Vitis.*

LABYRINTHUS. *V. Mundus.*

LAC.

(1) Notat interdum prima doctrinæ rudimenta, 1. Corinth.3,2. Hebr.5.v.12. 1. Petr. 2. (2) Eſt lac dulciſſimæ conſolationis, quo labia Chriſti deſtillarunt & Apoſtolorum. Cantic. 5. Hoc lacte lavamur & candeſcimus. (3) Nutritionis. Eſa. ſexageſim. ſuges lac gentium. (4) Inſignis fertilitatis. Numer. decimo quarto, terra fluens lacte & melle. (5) Proſperitatis & voluptatis humanæ, Allegor. Judic 4. de Siſſera & Jahel. (6) Fraudulentiæ & deceptionis, quo lacte ſuos decipit aſſeclas mundus, 1. Corint.15. Prov.1. (7) Evangelii. Vid. tit. Evangelium. Et in Promtuar. Allegor. voc. Evangelium.

LACERO.

§.1 (1) Eſt Dei. V. Pœna. (2) Avium, Geneſ.40. v.19. (3) Calamitoſi, Job.13,14. (4) Regni, Dan. 11,4. (5) Legis, Habac. 1, 4. (6) Hoſtis, Habacuc.2,7.

LACHRYMÆ.

§.1 Vocantur metaphoricè guttæ, è corde ad oculos defluentes. Oculi ſunt cordis porta & ſpongia, qua ipſius affectus eliquantur, ait Gvevarra tom.1. epiſt. ad famil. pag. 426. Sunt amoris interpretes. Joh.11,36. Ecce quam dilexit, &c.

Lachrymas pro cibo habere, id eſt aſſiduè plorare, nunquam deſiſtere à ploratu. Panis lachrymarum, Pſalm. 80. verſ. 6 eſt vita miſeriis pleniſſima; huc pertinent phraſes: Aſſumere lamentum ſuper aliquo, Ezech. 19. v. 1. c.27,2. c.26,17. Lamentari lamentum, Mich. 2. verſ.4.

§.2

Quotuplices sunt lachrymæ?

I. *Gaudentium* in hac vita. Gen. 45. Josephus flet præ gaudio. Plutarchus refert in Fabio, Exercitum Romanum præ gaudio lachrymas effudisse, cum ex insidiis Hannibalis idem Exercitus liberatus esset. Seminatas lachrymas metemus, Psal.126,5.

II. *Pœnitentium*, quæ lachrymæ describuntur 1.Sam.7,2. v.g. Davidis, Psalm.6,5. Psalm. 42,4. Judith 8,16. Petri, Matth. 26. vers. ult. Mariæ Magdalenæ (ex vulgari sententia) Luc. 7. v. 37. Pambo olim deflebat suam in ornanda anima negligentiam, cum olim tantam in scorto & Thaide publica industriam ornandi sese animadvertisset, apud Socratem libro 4. c. 18. histor. Eccles. Sicut cervi à canibus capti lachrymas emittere dicuntur: sic peccator a peccatis captus, defleat se a peccato captum esse, Roman. 7. vers. 24. Miser homo quis me, &c.

§.3

III. *Dolentium* & condolentium: sic Christus lachrymatur ob Lazarum, Johann. 11, 35. ob Solymarum excidium, Luc. 19. Confer Esa. 16. vers. 9. Rom. 12. vers. 15. Eva sine dubio Abelum deflevit: Jacobus Josephum. Sir. 38. vers. 16. Fili &c. Thren. 1. ob mala urbi Jerusalem illata. Huc lachrymæ oppressorum, viduarum, quæ ipsos cœlos ascendunt, Sir. 35. vers. 17.

IV. *Diligentium*, verbi gratia Joseph flet, Gen. 43. Christus ob Lazarum flevit, Joh. 11,35. 1.Sam. 30,4. Refert huc lachrymas è charitate erga Deum promanantes, cum ejus inexhaustam charitatem consideramus, Joh. 3,16.

V. *Decipientium*, Sir. 12, 16. Sunt hæ Crocodili lachrymæ, de quibus D. Frantz. in histor. anim. p. 289. Greg. M. lib. IX. in c. 9. Jobi, c. 19. col. 318.

VI. *Damnatorum*, Matth. 22,13. Vid. tit. Infernus.

§.4

VII. *Piorum* lachrymæ duas habent causas: 1. peccata propria, videlicet lachrymæ pœnitentium. 2. peccata aliena, cum ob ea flemus & dolemus, Ezech. 9,8. Utiles hæ sunt lachrymæ: ut enim terra humida fructuosa est; sic anima lachrymas protuberans fructum pœnitentiæ serium profert. Lachrymæ peccatorum sunt vina angelorum: serenant eædem mentem; sicut post vehementes imbres aër mundus & purus efficitur: sic post lachrymarum pluvias serenitas mentis sequitur. Vid. Cassiodor. in Psalm. 42. Sicut periculosum est viatori ire per loca sicca & inaquosa, in his enim facilè siti extinguitur: sic per mundi iter periculosè quis vadit, sine lachrymis compunctionum. Gordianus Cæsar exutus imperio, nihil lachrymis impetrare potuit: nec vitam obtinere. Contra deflens peccata sua, vitam & omnia bona impetrat.

§.5

VIII. *Viduarum & oppressorum*: sicut oculus extrinsecus læsus lachrymas emittit; sic cor hominis externis casibus & infortuniis pressum lachrymatur velut, Sirac. 38, 16. Psalm. 80, vers. 6.

IX. *Punitorum* vel suppliciis mactatorum, Esa. 16,9.

X. *In hoc mundo* Lachrymæ. Apud Megarenses multum olim alii succrevit, cujus acrimonia lachrymas expressit. Suidas. Ita in hoc mundo multum est allii, quod nobis lachrymas exprimit. Psalm. 42. Lachrymæ meæ cibus, &c.

XI. *Lachrymæ Ecclesiæ*: hæc contra vim externam certat armis lachrymarum.

Lachrymæ

Nullæ eorum, qui in summis calamitatibus fuerunt constituti, v. Emanuelis Sepulvedæ naufragi ab Æthiopibus spoliati, in arenâ sterili derelicti, sepelientis conjugem & liberos in sabulo. Vide Camerar. part. 1. Hor. subcisiv. capite 29.

§.6

Finis lachrymarum.

Scilicet *terminationis*. Apoc. 7. v. 17. Absterget Deus omnem lachrymam. Jerem. 31,16. Quiescet vox tua à planctu &c. In promtu causa est: nam dolor omnis abest; in altera igitur vita Deus abstergit lachrymas. In hac etiam vita oculos à lachrymis liberat, Psal. 116, 8. Psalm. 39,14. non ad eas tacet. Lachrymas non edens fœmina media disrupta est: sic impœnitens.

Gaudii lachrymæ

Regis Philadelphi in Ægypto, qui exhibito sibi Codice Biblico lachrymas non continuit. Joseph. libr. 12. c. 2. Antiq. Judaic. Jacob conspecto Josepho, Joseph conspectis fratribus, Gen. 45.

Iræ & vindictæ.

Flevit Machomet Turcicus Imperator, audiens mortuum fuisse Johannem Corvinum Hungariæ Regem, à quo vindictam tot cladium sumere non posset.

Hypocriseos fictæ.

Sic olim præficæ lugebant in funeribus: Et Saulus Rex.

Indurationis Satanicæ.

Sic sagæ non lachrymari deprehensæ sunt, Bodinus libro quarto capite primo Dæmonomaniæ.

§.7

Lachrymarum vallis

Hæc vita est: 1. quia nondum montem sanctitatis & felicitatis ascendimus. 2. Nimbi miseriarum in hac valle sæpè nos adobruunt; hinc seminamus in lachrymis, Psalmo centesimo vigesimo sexto, versu quinto. 3. Ploramus in hac valle noctu, & lachrymæ sunt in maxillis nostris, Thren. 1. vers. 2. Psalm. 137. vers. 1.

§.8

Christi lachrymæ

Super Hierosolymis Lucæ decimo nono versu quadragesimo primo effusæ, docent: 1. veram CHRISTI humanitatem, hominis enim proprium est flere. 2. συμπάθειαν vel condolentiam, Hebr. secund. vers. 17. uti verus Pontifex: alias Heroicis ingeniis non indignam. 3. Innocentiam, Christum non velle hominum interitum & mortem, nec

necillis gaudere, ſed magis dolere. 4. Amorem ſummum: non enim ſolis oculis flevit Chriſtus, ſed quaſi membris omnibus fleviſſe videtur, ait Bernhard. ſerm. 3. de quinque diebus proceſſionis. 5. Humilitatem, Marc. 14,35. Luc.22,41. 6.Peccati magnitudinem, ob quam Chriſtus flevit.

Sunt etiam admirabiles: Deus flevit in carne, Dominus ob ſervos flevit, juſtus ob injuſtos, læſus ob hoſtes: obſervabiles ob Chriſti geſtus & ſermones lamentabiles. Singulares & incomparabiles: majores enim ſunt quam Jacobi, Gen.37. Davidis, 2.Sam.18. Eliſæ, 2. Regum 8. Nehemiæ, c. 2,3.

§.9 *Scatebræ harum*, Chriſti cor fraternum, erga fratres juxta carnem, paternum, maternum: puriſſimæ hæ ſcatebræ non crocodilinæ, non Sauliticæ, 1.Sam.24.

Officia noſtra circa lachrymas Chriſti, quod benè eas conſervemus. Dicunt amorem Chriſti, quem verbis ſatis explicare non poſſunt, ait D. Bernhard. Sic ſunt pretioſæ lachrymæ, ergo recondendæ.

Hugo lachrymas ita deſcribit & diſtinguit:
1.pro ſtultitia culpæ.
2.pro timore Gehennæ.
3.pro incolatu miſeriæ, quæ animam ſitientem potant.
4. pro miſeriis proximi.
5. pro deſiderio patriæ.

Addi poſſunt lachrymæ a perſecutorib. expreſſæ, Eccleſ.c. 4.

§.10 *Lachrymarum Effectus.*

Non eſt ſatisfactio pœnalis, contra Pontificios: inſulſum enim eſt, quod pro hac ſententia nonnulli adferunt. Fides in Chriſtum ſola placet Deo: lachrymæ ſine hac nullæ ſunt: quidquid n. eſt ſine fide, peccatum eſt, Rom. 14.v.ult. Chryſoſt. ô felix lachrymula! Tuum eſt regnum & potentia! Tu vincis invincibilem, & ligas omnipotentem! Patres bonum lachrymarum tantoperè extollentes *ἀυξητικῶς* loquuntur. Exaudiuntur tamen a Deo lachrymæ noſtræ; hinc apud Aug.tom.1.col.98.b. Lachrymæ Monicæ, matris, pro filio Auguſtino in caſſum non iverunt. Fieri non poteſt, ut filius tot lacrymarum pereat, d. l. *Ethnicorum* damnandus error, lachrymas damnantium. Multa extant Poëtarum in illas convitia.

LACTUCA. *V. Paſcha.*

LACUS. *V. Infernus.*

1. Varii lacus, aquarum collectiones, v. Geneſaret, circa quem aſſiduè Chriſtus verſatus eſt. Huc *Betheſda*, typus baptiſmi. Et alii lacus nobiliores apud Camer.part.1.c. 62. Jerem. 38. v.6. lacus eſt lutum, cœnum, cui Propheta immerſus.

LÆSIO. Activ. paſſiv.

1.Dei punientis, Exod.9,31.c.12,23.
2.Hominis ſeipſum perdentis, Prov.8,36.
3.Opprimentis, Exod. 22,23.
4.Miniſtrorum Dei, Apoc.11,5.
5.Nocentis, Exod. 22,5.
6.Mortis æternæ, Apoc.2, 11.
7.Offendentis, Eſth.1, 16.

LÆTIFICO. *V. Gaudium.*

LÆTITIA. *V. Gaudium.*

LAICUS.

§.1 Dictus ἀπὸ τῦ λαῦ ſeu populo: vid. Gloſſar. Græcolat. Meurſii. Eſtque Buſæo homo non ſacer, ſive profanus: allegatur locus 1.Sam. 21, 4. non habeo laicos panes ad manum; ſed in Hebr. eſt חל profanus, id eſt, non ſanctificatus in uſum ſacrum. Complectuntur hoc nomine ipſos Magiſtratus, principes, reges, Buſæus p.148. de ſtatib. homin.

Clericus à κλῆρ@ ſors, Actorum 1,17.c. cleros d.l.21.c. duo. 12. q. 1. 1 Petr. 5, 3. Rectè Cajetanus in h. l. Nec (ait) intelligo per Cleros eos, quos appellamus Clericos, ſed Chriſtianos omnes, ad divinam ſortem adſcitos. (Quæ Cajetani verba probe ſis notes contra Bellarmin.) Jacobus Faber ibidem ſortem refert tàm ad eos, qui ſubſunt, quàm ad eos, qui doctrina præſunt.) Igitur tota Eccleſia dicitur Clerus. Oecumenius: Clerum (ait) congregationem ſacram vocat, quæ in ſortem Domini ceſſit: ex interpret. Johann. Bernhard. Felic. edit. Ven. 1556. Tertullianus Exhortat. ad Caſtitat. cap. 7. Nonne & Laici ſacerdotes ſumus? ſcriptum eſt, regnum quoque nos & ſacerdotes Deo & Patri ſuo fecit. Et mox: ſed & ubi tres, ibi eccleſia, licet Laici.

Clerus eſt tota eccleſia, 1.Petr. 5,3. quæ alias dicitur Hæreditas: Hebræis נחלה Deuteron.32 v.9. Et non ſoli Levitæ, ſed tota Eccleſia eſt ſors: & fatetur Hieronym. de vita Clericor. ad Nepotian. Cyrill. libro 1. in Eſaiam orat. 3. Non dominantur Clero, h.e. populo, qui ſors Domini eſt. Tertull. in Exhortat. ad Caſtitat. Poſtea verò hoc nomen ad ordines in Eccleſia reſtrictum eſt; (qui ſunt, Oſtiarius, Pſalmiſta, Lector, Exorciſta, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Epiſcopus.) At nos duos ordines agnoſcimus Chriſtianorum, Paſtorum & gregis, c.12.q.1. C. Duo: horum eſt commune, ut ſinguli ſint Domini ſors, & Dominus ipſe ſors (*κλῆρ@*) ſingulis, Pſal.16. Clerici verò dicti ſunt, quod ſorte è populo eligebantur ad ſacrum officium. Vide Act.1, 17. & c. cleros diſt.31. ex Auguſt. in Pſal.67. & c. 12. quæſt. 1. Can. duo.

§.2 *Quo ſenſu improbetur Diſtinctio illa in Laicos & Clericos?*

Veterem eſſe diſtinctionem vix negabimus: extat enim apud Theophylactum in capite 4. Marci, apud Cyprianum, Ambroſium & Tertullianum in Monogam. quem librum Montaniſta factus ſcripſit: ex quo tamen patet, Eccleſiæ viros bonos ſe huic appellationi oppoſuiſſe. (1) *Cum Laici ignominioſa vocis notatione luduntur*, verbi grat. Vetus dict. Laos populus, quaſi laas, hoc eſt lapis; quod extraneus ſit ab omni ſcientia literarum. Id verò falſum eſt, multi enim Laici ſunt (ſenſu Pontificio dicti) literis exculti & vivi lapides in Chriſto ædificati, 1. Petr. 2. verſ. quinto.

 (2) *Ab*

§.3 (2) *Ab omni judicio fidei planè removentur*, cum tamen iidem Laici doceant aliquando & judicent Clericos, imò scripturas & lectitant & intelligunt, infra tit. Scriptura. Vide Jerem.26,16.17. Nota est sententia Gersonis part.1.oper. Consid.5.sect.17. Jungatur (ait) huic considerationi cum sua declaratione duplex veritas: Prima staret, quod aliquis simplex non autorisatus, esset tam excellenter in sacris literis eruditus, quod plus esset credendum in casu doctrinali suæ assertioni, quam Papæ declarationi: constat enim plus esse credendum Evangelio, quam Papæ, &c. Alexand.IV.ideò instituit, ne Laici de fide disputarent, cap. 2. in Sext.

§.4 (3) *A communione bonorum spiritualium arcentur:* v.g. cum Calix Laicis surripitur benedictus in Eucharistia, ac si is solis Clericis institutus esset: hinc Communio Laicorum introducta. (4) *Præ Clericis contemnuntur*: v.g. Laicidium non taxatur, Turon.5, Duc.1.Car. 4. Sed Clericidium, Turon. 6. Ducat. 2. ut è Taxa pœnitentiaria refert Musculus in Locis Comm. fol. 201. tit. Nundinat. Pontif. Hinc sibi solis quoque nomen Clericorum assignarunt, illi quasi soli spectent ad sortem illam: estque arrogatæ Dominationis signum, nomina imponere, quo jure nemo gaudet, nisi Dominus. Vide Gen.2,19.20.Psal.147,4.Esa.40,26. Deinde superbia est, nomen commune sibi soli rapere & aliis detrahere.

§.5 (5) *Juribus suis spoliantur:* nempe Laici prohibentur Conciliis interesse: ministros verbi eligere: pro persuadenda fide formaliter disputare, Sanchez libr.2.c.6. n.9.oper. moral. Conf. Busæum V.Laicus, de statibus homin. Onera grandia iisdem imponuntur, ita, ut status Laicorum maxime dissipetur & disturbetur, ut rectè Johannes Petrus Ferrariensis interquestus sit his penè verbis: (referente D. Rittershusio part. 1.c.6. Juris Justinian.p.80.§. 80.) Imperatores (ait) concesserunt privilegium, ut bona ingredientium monasteria applicarentur ipsis monasteriis: propter quod privilegia multiplicata sunt, & fundata monasteria infinita per universum orbem. Olim causa devotionis, licet hodiè causa rapinæ & avaritiæ, in tantum, quod hodie destruxerint mundum (in edit. Lugdun. anno 1562. apud hæred. Juntæ, ita habent: destruxerunt hodiè mundum Laicorum) & annihilaverunt statum imperii & omnium Laicorum: possunt ergo dici meritò loca illa facta vel fundaretia contexta ad capienda Laicorum bona. Hæc ille.

§.6 Item (6) *Vetantur accusare Clericum* Laici ob fornicationem, & si accusent, repelluntur: De habitat. Cleric.& mulier. Si autem: Abbas 2.quæst 7. Laici. Dist. 84. Maximian. in Gloss. ex his Ivellus pro Apol. Eccl. Angl. f. 293. Sic (7) *Sunt omnes Clerici*, qui a Spiritu S. vocati, regeniti, in unitate Spiritus vivunt, amant, moventur, super quos Spiritus S. effunditur, hique illo aguntur, stantes in uno Spiritu, Vide Rom. 1,7.Tit.3,5.Eph.4,4. Rom.8,12,14.

§.7 (7) *Olim nulli erant ordines Monachorum*, & tamen Deus suum habebat Clerum, communionem Sanctorum, populum suum, Gentes hæreditatem suam filio datam, Psalm. 2,8. 1.Petr.5. Sortis sanctorum in luce participem, Coloss.1. & hæreditatis, Actor. 26,18. Et hoc respectu omnem inter Christianos tollit differentiam Lutherus in Postill. Eccles. Dom. 1. post Epiphan. §. Ich habe aber. (8) Nec ille vocis significatus è scripturis probari potest, quem Dd. Pontificii intendunt, nam Ps. 67, 14. malè vertunt: inter Cleros; in Hebræo n. est, inter tripodes. Arias Mont. Alii duo Testamenta intelligunt, Bellarm. ipse: Euthymius gentes: Hugo Cardinalis de iis, qui Testamenta DEI non considerant. Genebrardus de periculis. Jerem.12,12. locus agit de Terra palæstina, ipso Maldonato judice in h.l.

LAGENA corporis. *Vid. martyr, numer. XV.*

LAMENTUM. *V. Lachrymæ.*

LAMIA. *V. Magus.*

LAMINA.

§.1 I. Num.16,38. Laminæ notant α. ex aliorum pœnis nobis exempla sumenda, 1.Cor. 10. Luc. 17. β. divinam justitiam agnoscendam: γ. Innocentiam Aaronis à Deo vocati ad id officium reverenter habendam.

§.2 II. Summi sacerdotis, notat 1. Christi officium sacerdotale, Exod.28,36.37. cui inscripta erant hæc verba קדש ליהוה Sanctitas Domini; sicut cruci inscripta verba: Jesus Nazarenus Rex Judæorum. 2. Placabatur populo Israël Dominus, d.l. v. 38. sic in Christo nobis Pater placatus est; Matth.17. v.5. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est. 3. Christianos lamina illa crucis aurea semper manet, 2.Timoth.4,8. Hac lamina gloriamur, Rom.5,3.Galat.6,14. Sicut ipse Christus crucis laminam non respuit, Hebr.12,2. 4. Alii hanc laminam ad Christi Deitatem referunt, Cyrill. Rupert. libr. 4. in Exod. & summam Christi gloriam, Phil.2,9. 5. Ad Evangelii gloriam, cujus gloria in prædicatione resplenduit, 2.Corinth.3 7.8.9.10. 6. Significabatur prætera, Messiam, cujus typum gerebat summus sacerdos, verum Jehovam esse, ut Jerem.23. 7. Admonebatur idem sacerdos de auro fidei in corde conservando, de integritate vitæ colendæ, qua suis auditoribus prælucere. 8. Docebat etiam hoc ipso Deus, omnia sacrificia impura esse, solam sanctitatis spem residere in Pontifice summo Christo Jesu, nobis à patre facto in justitiam, &c. 1 Cor.1,9. Eadem lamina vocatur sancta corona Exod.29.

LAMPAS.

Quæ apud Matth.25,1.seq.

§.1 (1) Bona & dona Spiritus S. nonnulli intelligunt; rectiùs fides intelligitur in corde Christum excipiens & præstolans in patientia, Roman.8. Phil. 3. (2) Alii bona opera: Westhemm. in Tropis S.Scripturæ, quæ sunt internæ fidei testes, olim producendi in die illa, Matth.

Matth.25. (3) Lampas iræ divinæ, Exod. 20,18. i.e. ignis longè latèque aërem & montem illuminans terribili specie, Hebr. Hallapadim, ut Gen.15,17. Lignum & facula ardens, Jud.15,4. (4) Lampades olim nuptiales à famulis præferebantur, Psalm.45,15. Matth. 25,1. seq. Et Hesiodus in Herculis sacro ejusdem moris mentionem injicit. Revertentibus à benedictione sponsis obviam ibant juvenes & puellæ apud Christianos: de benedictione vide Evaristum epist. ad Africanos: Ignatium ad Polycarpum: Tertullian. de pudicitia. (5) Lampas sine oleo est externum opus sine vera fide in Christum, vide Lutherum in festo S.Catharinæ §. durch die Lampen. (6) Jud. 7,16. faces illæ militum pugnantium, typi ministrorum Christi, face Evangelii pugnantium, 2.Cor.10. qua spirituales hostes fugantur. (7) Fractæ quoque lampades notare possunt preces nostras, quas fundimus coram DEO. (8) Ministri. V. suo loc. Pii sunt lampades contemtæ impiis, Job. 12,5. à quibus ceu igne perversus mundus abhorret, vid. Gregor. lib. 10.cap.30. Moralium. (9) Lampades Leviathan Job. 41, 10 notant iram ac furorem illius, quem spirat. (10) Lampades charitatis in sponsa Christi Cant. 8,6. erga Christum: in Hebræo, prunæ amoris & flamma fervens, quam Spiritus S. accendit. (11) Christi adventus ardenti lampadi comparatur Esa.62,1. lucens à longè, ut fax: tenebras cœcitatis idololatricæ discutiens, obmutescentibus omnibus oraculis: gaudium afferens expectantibus consolationem Israël, Luc.2. Annuncio vobis &c. (12) Spiritus S. operationis per sacrum ministerium legis terrentis & Evangelii illucescentis, Apocal. 4.v.5. 2.Cor.3.& 4. Hinc filii Zebedæi Jacobus & Johannes dicti sunt Boanerges, Marc.3,17. filii tonitrui, quale etiam accidit Act.2. per spiritum vehementem Evangelii vim significantem. Alii angelos malunt intelligere per illos lampades: nos priorem sententiam amplectimur.

§.2 *Tres virtutes lampadis Christianæ.*

1. Vitri puritas in lampade notat cordis sinceritatem, 1.Timoth.1.vers.5. Psal.44.v.22. Johann. 21. Domine tu nosti, quod diligam te. 2. Olei plenitudo, veram erga proximum charitatem, v. tit. Charitas, quæ pullulat ex fidei plenitudine. 3. Inflammatio ignis, fidem & dilectionem ad Deum: fides enim cor inflammat. Galat.2. vers.20. Non vivo ego, sed vivit Christus in me: ut charitatis ignis nequeat extingui, Cant.8.v.6. neque nos à charitate Christi separari, Rom. 8. v. 26.

§.3 *Mundus lampadi similis.*

1. Ratione fragilitatis: sicut vitrum fragile est; sic quoque gloria mundi. Esa.40,6. omnis caro fœnum. 2. Carnalitatis Oleum mundi carnale sunt voluptates σαρκικαὶ, 1.Petr.2.v.11. & vanitatum umbræ, quibus involutæ sunt. 3. Ardoris, ardor in mundi lampade est amor mundi. 1. Johan. 2,15. nolite diligere mundum &c. Salus Jerusalem ut lampas se accendit Esa.62,1. id est, dilatatur longè latèque radios spargens; de Christi adventu rectissimè interpretamur.

§.4 *Viri justi lampades:*

1. Ob oleum pietatis, quod in corde eorum ardet. 2. ob ignem charitatis, quo ardent erga Deum & proximum. 3. Splendorem boni exempli, Phil.2,15, Matth.5.v.16. Sunt & ministri Christi lampadophori, qui prædicationis oleo totum mundum illuminarunt, Actor.9. vers.15. 2.Corinth.4.vers.4. Matth.5.vers. 14. Christus quoque in cruce pendens lampas fuit & oleum effudit. Vid. Bernhard. serm. 15. in Cant. Canticor. Oleum (ait) vile & salubre, si vile non esset, non mihi effunderetur; si salubre non esset, non me lucraretur. (Loquitur de nomine Jesu, quod oleo comparat.)

LAMUEL.

Nomen proprium Proverb.31,1. 4. notans ipsum Salomonem, qui seipsum inducit loquentem sub persona Lamuelis; sicut Plato inducit veteres loquentes, in quibus tamen ipse loquitur. Osiander putat intelligi quendam Principem in populo Israël, à matre Prophetissa quadam institutum.

LANA.

Hæc vox in scriptura varia docet: 1. Christi innocentiam & justitiam, Apoc.1,13. Huic enim caput candidum attribuitur, sicut lana, Dan.7,9. 2. Dei providentiam & misericordiam: is enim dat lanam hominibus, ut ea vestiantur: dat lanam agris, h.e. nivem, ut ea foveantur, Ps.147,16. 3. Justificationem, cum à peccatis nos Deus absolvit. Esa.1.v.18. peccata nostra erunt sicut lana, subintellige alba. Heb. 9,19. lana coccinea. Charitatem: sicut lana corpus tegit, usibus hominum variis sese accommodat, & lucrosa res est: sic Charitas proximi peccata tegit, Proverbior. 10. vers. 12. Proximo se accommodat, 1. Petr. 4. vers. 8. 1. Corinth. 13. vers. 4. seq. & lucrum multum adfert iis, qui se charitati dedunt. 5. Hypocrisin: sicut lana corpus vestit extrinsecus; ita hypocritæ res suas extrinsecus pingunt. Matth. 23. versic. 27. sepulchra dealbata. 2. Timoth. 3. vers. 5. Habent speciem pietatis. Dein lana tineas excipit & lepram, Levit. 13. vers. 47. sic hominis conversatio facilè corrumpitur & lepra malorum morum inficitur, Deuter.22,11. Vestis ex lino & lana texta prohibetur; notari hypocrisin plurimi Veterum existimant. 6. Mundi divitias perituras, hæ sunt divitum lanæ, quas detondet modò mare naufragiis, ignis incendiis: modò mors, quæ omni la na exspoliatum hominem nudum conjicit in loculum, Job.1.vers.21. 1.Timoth.6. vers.7. 7. Diligentiam œconomicam, Prov. 31. vers. 12.

LANCEA. *V. Christus confossus.*

LANGUOR. *V. Morbus. It. Charitas. It. Acedia.*

LANGUEO. *V. Ibid.*

LANX.

§.1 Lanx dolosa, Prov.11,1. c.20,23. vid. Justitia com-

commutativa. Lanx divini judicii, Dan.5,27. omnipotentiæ, Esa.40,12. judicii humani, Job. 6,1.cap.31,6.

LAODICÆA.

Urbs Phrygiæ in Asia minore, vicina Colossæ, Coloss.4,16. Epistolam à Paulo scriptam ad illius loci Ecclesiam, afferunt quidam Pontificii; quibus autem alii contradicunt, & textus ipse Pauli malè versus. Laodicenses scripsisse ad Paulum, non hunc ad illos, docet textus: sed hæc alibi.

LAPIS.

§.1 I. *Mysticè.* Ipse Christus est lapis angularis, Esa.28,16.c.8,14. Ps.118,22. Dan.2.34.35.45. Matth.21.v.42. Marc.12.v.10. & alib. Conjungens utrumque parietem ecclesiæ Judaicæ & Gentilitiæ, Eph.2,14. (vid. alleg.1432 in Promtuar.) Firmus & immobilis: sustentans totum ecclesiæ ædificium, Matth.16. comminuens hostes, Matt.21.vers.44. vivus, 1.Pet.2,4. pretiosus, 1.Petr 2,7. quia in eum confidentes non pudefiunt, Esa.28.v.16.Rom.9,33 1.Petr.2,6. Putat Chr. Adrichomius, appellatione lapidis angularis, Christo attributâ, respici ad durissimum quoddam saxum montis Sion, cujus mentio fiat apud Esdram lib.2. (sive Nehem. cap. 3, 19.20.) quanquam ille locus ab aliis aliter vertatur: Ille verò lapis angularis Christus seipsum fundavit, locavit, non ille à nobis positus, non tractus; sicut olim Romanus populus, sacerdotes, equites vittis & funibus ligatum ingens saxum in fundamentum Capitolii posuere: non sic, inquam: Deus enim solus est, qui hunc lapidem posuit, Esa.28,16. Duplici verò respectu angularis lapis Christus: *α.* interna & infima ecclesiæ suæ fundatione; huic enim soli ecclesia innititur: *β.* externa & visibili (suo modô) apparentiâ ac coordinatione; sic enim subordinantur ei Apostoli Ephes. 2. ut ipse in omnibus promineat & præemineat, sicuti lapides angulares prominent ad normam excisi; atque ita prædicatus mundo 1.Timoth 3.vers.16. à mundi filiis & incredulis rejectus est, Esa.8,14. Psalm. 118. vers.22.

§.2 II. *Christiani sunt lapides*, 1.Petr.2,5. *Integri* lapides, ex quibus Ecclesia ædificatur. Allegor. 1.Reg.6,7. Templum Salomonis ædificatur ex integro lapide, Esa.54.v.11. 12. sic pii integri ratione fidei, quæ totum Christum apprehendit. *Solidi*, per charitatis & spiritualis conjunctionis gluten. *Sicci* ob negatum & spretum mundi amorem, 1.Johan. 2,15. *Duri* per patientiam & crucis tolerantiam, Ephes.3,13. & pœnitentiam. *Ponderosi* per morum gravitatem & prudentiam, Matth.10,16. & humilitatem; semper enim humiliant se sub potenti manu Dei, 1. Petr. 5, 8.

III. Lapis pro altari Idololatrico, Judic.9. vers.5.

§.3 *Lapis mundi angularis.*

Job.38,6. notat Jobus summam Dei sapientiam in fundando orbe terrarum, de qua etiam Proverb.8,21,22.seq. Chrysostom.in caten.ad hunc locum de admirabili DEI providentia exponit. Gregor. libr.28.c.6. Moral. ad Christum unicum illud Ecclesiæ fundamentum hæc Jobi applicat, 1.Cor.3.v.11. quamvis ibid. cap.7. Gregorius conferat Incarnationis mysterium, cujus respectu dimissus fuisse dicatur angularis lapis. Ubi verò aliàs scriptura lapidum injicit mentionem, ibi de variis nos rebus commonefacit, nempe *de DEI bonitate*, æs & lapides in usum hominum dantis, Deuter.8,9. *De hominum duritia*, quorum corda ideo lapidea dicuntur Ezech.11.v. 19. quæ tabulis lapideis Mosis simul significata est. Vid. Cor. *De Satanæ malitia* Job. 41,15. cujus cor instar lapidis esse dicitur, nempe ratione summi caloris, quo præditum est cor balænæ, quoque tot pisces, ipsas quoque naves concoquere potis est. Hunc imitantur impii, corde suo divitias divinæ bonitatis decoquentes. Roman. 2. An nescis quod DEI longanimitas &c. *De Gentilium natura*, ad quos Johannes respexisse putatur, asserens, Deum vel è lapidibus filios sibi excitare posse, Matth. 3. vers. 9. *De metu humano* & terrore Panico, qualis fuit in Nabale, 1. Sam. 25, 37. *De ecclesiæ immobilitate* Zach.12,3. Reddam Jerusalem lapidem onerosum. *De Justitia* ejusque studio, quando vetat Deus habere lapidem & lapidem, vid. supra Justitia. *De familiarum fonte & origine* Genes.49,24. lapides in Israël &c. Quidam ad duces, Josuam, Gedeonem & Prophetas excellentes in populo Dei hæc referunt. Rungius in h. l. Genes. p. 1445. alii referunt ad Jacobum ipsum, sicut Esa.51.vers.1.2. Abraham petra dicitur.

§.4 *Lapis super lapidem*

Non manebit, Luc.19. notatur extrema vastitas, urbi Jerusalem imminens. Confer Socrat. lib. 3. c. 20. de Cyrillo Hierosolymitano, qui cum hæc verba Salvatoris omnino verissima esse dixisset, noctu ingens terræ motus factus lapides templi Jerosolymitani, quod reædificare moliti fuerant Judæi tempore Juliani, disjecit, cœlestis ignis instrumenta artificum consumsit.

§.5 *Lapis admirabilis Phengites:*

Nam in eo, quæ à tergo fiunt, conspici, ac si coram fierent, possunt. De Maximiliano I. refert Camerarius part.1. c. 65. H. S. quod beneficio hujus lapidis in annulo Cæsaris aulicorum quidam furti accusatus & convictus fuerit. Et Suetonius refert, Domitianum Cæsarem ejusmodi lapidibus parietes stravisse, cum sibi Panicum structarum insidiarum metum ac terrorem finxisset. Tantum potest Deus in lapide efficere! quidni omnia oculis ipsius essent pervia? manifesta omnia, Heb.4. Lapis calce obductus, cui lex inscripta. Vid. Lex num. 18.

LAPIDATIO.

§.1 Supplicium *Judæis* usitatum contra suasores Apostasias, Deuter.13, 10. Sabbathi profanatores, Num.15,35. temerarios, Exod.19.v.13. blasphe-

phemos, Levit.24,23. idololatras, Levit.20,2. Deut.17,5. filios contumaces, Deut. 21, 21. divinatores, Levit.20,27. Sacrilegos, Jos.7.v.25. adulterii reas utriusque sexus personas, Deut.22. vers.21. *Ægyptiis*, Exod.8,26.cap.17,4. *Gentilibus*, Actor.14,5.

LARVÆ,

Quibus facies teguntur, illicitæ sunt, si ob peccatum perpetrandum iis quis utatur; aut ob mores lascivos, aut familiaritatem nimiam exercendam; aut scandalum aliis præbendum. In Clericis maximè culpantur à Summistis, Fumo, Cajetano, Vivaldo c.14.part. 13. candelab. Recreationis tamen honestæ in principibus viris excipitur. D. Balduin. lib.4.c.2. de casib. Conscient. Est ubi fœmina, cum personato viro concumbens, cacodæmonem peperisse dicitur, Camerar. part.1. p. 240. hor. subcisiv. citant. Bald. Licet verò larvis uti α. in proximi liberatione, ut 1.Sam.19. vers.13. Larvatæ personæ Lutherum liberarunt Wormatiâ reducem, illum in arcem Wartenburg ducentes. β. In tumulatione attritorum, vide Camerar. d. l. c. 96. γ. In honesta actuum historicorum repræsentatione, quæ fit in Comœdiis.

LAPSUS.

§.1 1. In calamitates vel malum supplicii, Prov. 24,16. Ps.37,24. 2. In malum vitii & peccati, v. tit. Peccatum: item, Adam. 3. In quotidianis infirmitatibus, Jac.3,2. 4. In apostasiam, Hebr.6,6. Exempla in Sanctis: Adam, Aaron, Mose, Petro, Paulo. 5. In mortalitatem, 2.Sam.14,14. omnes quasi aqua dilabimur. 6. In inscitiam. Sap.10. sapientiam prætermittentes &c. quam procreat Satan, obscurans & excœcans intellectum, 2.Cor.4. 4.

Ubi labimur & quando?

§.2 1. In via lubrica felicitatis & sortis humanæ, Psal.73.2. 2. Pulverulenta; sic avari in pulvere & terra occupati sunt. 3. Lapidea & scopulosa, sic indurati. 4. Tenebrosa, sic cœci ambulant & cadunt. 5. Ubi desunt vires ambulanti; 6. vel oculi obtenebrati. 7. in via inæquali hujus mundi.

Remedia contra lapsum.

§.3 1. Corroboratio nostri spiritualis in Domino, Ps.18,2. Eph.6,10. 2. Pedum directio in via pacis ac veritatis, Luc.1,79. 3. Lucis, ad quam ambulandum, observatio, Rom.3. 4. Negata à via declinatio, Esa. 30.21. 5. Spreta spectrorum mundi observatio. 6. Scandalorum transsultatio, Matth.18. 7. 2.Cor.6.3. 7. Indesinens properatio, 1.Cor.9.26. 8. Cœli anhelatio, Philipp. 3,20. Nostrum politeuma est in cœlis. 9. Deficientium virium refocillatio per gemitus, orationem, fœderis cum DEO initi commemorationem. 10. Præcursoris nostri CHRISTI jugis recordatio, Hebr. 12.2. 11. Spei nostræ confirmatio de auxilio DEI. Esa. 40.31. qui sperant in Domino &c. Psalm. 119.32. cum meum cor consolatus fueris, curro viam mandatorum tuorum.

LAQUEI. *V. Venator.*

LASCIVIA. *V. Castitas. In Opposit.*

LASSUS

1. Deus miserendo, Jer. 15,7. c.13,14. c.16,5.13. α. ob contemtum divinæ misericordiæ: β. ob finalem impœnitentiam & obstinatam malitiam. 2. Homo pœnitens, in Christum credens, Matth.11,28. ob peccati pondus, Psal. 38, 5. lachrymas fundens, gemensque, Psal.6.v.7. ad Deum suspirans, Psal. 69,4. cum Hiskia, Esa.38, 14. Hos vult Deus erigi, Esa.35,3. Hebr.12,12. hos confortat, Esa.40,29. ut sint fortes in Domino, Ephes.6,10. 1.Pet.5,10.

LATER.

Sacrificare super lateres exosum DEO, Esa. 65.vers.3.

LATIBULUM. *V. Deus.*

LATITUDO.

Latior mari dicitur DEUS Job. 11. Summa ejus majestas indicatur. Conf. Psal.139,8. quam nemo effugere potest. Ephes. 3. latitudo est Dei infinita bonitas super Ecclesiam sese extendentis. Latitudo cordis est eximia scientia, 2.Regum 4.

LATREIA. *V. Duleia.*

LATRO.

Hæretici sunt latrones 1. vastando DEI ecclesiam. 2. Christum spiritualiter occidendo in animabus hominum. 3. In perniciem hominum excubando. 4. Eos deprædando, Coloss.2.v. 8. 5. Hæreses exitiales inducendo, 2. Petr.2,1. Vid. Augustinus tractat. in Johannem.

Latro, vid. tit. Homicidium Latro crucifixus, vid. tit. Christus. Athanas. Tom. 1. fol. 849. O beatum latronem! Rapuisti in mundo latrocinando: rapuisti item regnum cœlorum istiusmodi confessione.

LAVO. Lavacrum.

1. *Deus* lavat ab iniquitate, Psal. 51,3. spargit aquas mundas, Esa. 44.v.3 vid. tit. Baptismus. *Christus* lavat baptismo & sanguine suo, Eph.5. purificans (Ecclesiam) lavacro aquæ in verbo. 2. *Lotio* Levitica multiplex, Hebr. 9. vers. 9. Lavabantur enim sacrificia, sacerdos summus, vestis, Levit.29,5. &c. qua præfigurabatur α. ingenita nostra immunditie, Esa. 64. *omnes impuri:* β. Sanguinis Christi virtus, 1.Johan.1,7. 3. *Homo* lavat cor pœnitendo & vitam emendando, Jerem. 4, 14. vid. Pœnitentia: Manus, justitiæ & innocentiæ studendo, Ps.62. vid. tit. Obedientia: it. Renovatio. *Miraculosa* 2. Reg. 5. Naamani. 4. Ethnica olim fiebat mari. Cicero pro Roscio. Pindar. *mare abluit omnia hominum mala. V. Lustratio.* 5. Lavamus vestes in sanguine agni, in hunc Joh. 1,29. credendo.

LAUS.

§.1 Est bona hominum existimatio de virtute alterius: unde laudem ἀπὸ τοῦ λαοῦ hoc est a populo dictam volunt Philologi, quod illa propriè sit vox populi. Ausonius Popma: Gloria est consentiens opinio & existima-

ſtimatio multitudinis, de dignitate cujusquam.

§.2 *Cauſa: Quis laudet?*

Nemo ſeipſum laudabit, ſed alios, Prov.27, 2. & v.11. Laudet tamen propria conſcientia, 1.Cor.4,3.4.5. Aliquando etiam licet ſe laudare, ſic Paulus 2.Cor. 11. & 12. Laudans alium prudens ſit in laudando, nempe, ut ante eum, quem laudat, audierit, Sir. 37, 8. ex recenſ. Luther. Olim commendatitiæ literæ pro viatico erant Chriſtianis, quod notat Lucianus in Peregrino; dicebantur eædem tractatoriæ. Improbus non laudet: ſit tibi tàm triſte laudari à turpibus, quàm ſi lauderis ob turpia. Lætior eſto, quoties diſplices malis, ait alicubi Seneca. Laudet Deus: ſolida enim laus eſt, quæ ab eo proficiſcitur, 2.Corinth. 10. verſ. 18. Laudent qui non verentur vituperare: hi enim cum judicio laudant, quales ſibi laudatores Ageſilaus optaſſe dicitur, Plutarchus in Lacon.

§.3 *Materiam ſeu Objectum: Quem laudabis?*

Deum. Deuter.10,21. ipſe eſt laus tua. (vid. tit. Gratitudo) Pſ.103. Pſ. 113,1.2. Pſ.115,17.18. Pſ. 34. verſ.4. Hæc laus omnium ſecuriſſima eſt, de qua nunquam erubeſcimus, ut alicubi ait Auguſtinus. Laudandus Deus in tranquillo ſ. Patientia, Pſ.65,2. Ita vero Deus laudandus α. agnoſcendo ipſius bonitatem: β. noſtram indignitatem, Gen.32. 2.Sam.7. γ. Gaudendo in Deo, Eſa.61,10. Philipp. 4. δ. Humiliando nos: ε. Sperando in Deo, qui ultra nobis benefacturus ſit, Pſ 90. ζ. Piè vivendo, ne laudabile DEI nomen vita impia deturpemus: alios ad laudandum Deum invitemus, Pſalm. 40, 4. *Non impium*, Prov.28,4. ſed pios, Sir.44. verſ.1. Prov.31,30.31. Vid. Cornel. a Lapid. in Sir. fol. 414. col.a. *Non divitias*, quia tuas ſarcinas laudas: *Non apparentia bona*, ſed honeſta, pia, laude digna, Philipp.2,1.2. Maximus ſerm. de laude, qualia ſunt pietas, fortitudo, officium cum laude geſtum, vide Sirac. cap. 44. Etiam ſpiritualia; hinc eccleſia ipſa in laudem futura dicitur, Eſa.62,67. Pſal. 148,14. *Non aliena* laudes: omnia verò in homine aliena ſunt præterquam animus & ratio, ait Seneca Epiſt.41. Unde Salomo quemvis laudari pro ſapientia ſua aſſerit Prov. 12,8. *Laude juſti accenduntur*: Quemadmodum grana tumidiora ſegetis quibuſdam ventis turgeſcunt; ita ſi laus aſpiret eis, qui virtutis ſtudio turgent, magis accenduntur iidem: atque (ut alicubi Cicero ait) rectè appetendi voluntas duplicatur. Hominum laus moderatè & rectè venanda. Antiſthenes a multis laudatus, dixit: Quid mali feci? Zvvingerus.

Modus laudandi: 1. Ore. 2. Scriptis literis. Huc ſpectant ſyſtaticæ, quarum finis α. ut virtuti & pietati ſuus conſtet honos. β. Illæ aliis per nos innoteſcant. γ. Præmiis afficiantur laude digni. δ. commoda illorum promoveantur qui peregrinantur. ε. charitatem demonſtremus. ζ. Piorum exempla imitemur, qui commendatitias ſcripſerunt. Vide Rom.16. verſ. 1. η. Et primitivæ Eccleſiæ. θ. Boni à malis diſcriminentur.

Subjectum:

§.4 *Quod laudem cupit*: Sapiens non vult laudari, ſed veritatem & juſtitiam magis diſſeminare. Non humilis, qui ſuam miſeriam probè cognoſcit: Eſt tamen (ut ait Gregorius libro 22. Moral.) appetitus humanæ laudis velut latrunculus in via, qui ſtricto nos gladio adoritur ad interficiendum.

Subjectum offerens Deo laudes, eſt omnis creatura, Pſalm.103,21.22. etiam inanimata offert occaſionem laudandi creatoris ſapientiam, bonitatem: cœli, Pſal.19,1.2. terra, Pſ.104. ſtellæ, Pſ.150. Rom. 1.

§.5 *Adjuncta.*

I. *Quando?* Non laudabis hominem ante finem, Sir. 11,30. quam ſententiam pulchrè explicat Ambroſ. in Natal. S. Euſebii, à ſimili: ſicut nautam pulchrè navigantem non niſi portu potitum laudamus. Ergò pulchrè Antagenes dixit: ſic vivendum eſſe hominibus, ut vivi laudabiles ſint, mortui autem beati judicentur, apud Anton. Meliſſ. part.1. ſerm. 51. In die judicii quoque ſua cuique laus obtinget, 1.Cor.4,5. 1.Pet.1,7.

II. *Prudenter*: Plato cum quendam commendaſſet, ſubſcripſit ad finem hæc verba: γέγραφα δέ σοι ταῦτα περὶ ἀνθρώπȣ ζώȣ φύσει εὐμεταβόλȣ: Hæc tibi ſcribo de homine animali natura facilè mutabili. Auguſtus filios ſuos populo commendavit, addita formula, ſi merebuntur.

III. *Non teipſum*, Proverb.27,2. 2. Cor. 5, 12. c.10. v. 12. Vid. Chryſoſt. hom.43. ad popul. ex illo Matth.6. Receperunt *mercedem ſuam*. Et ſerm.17. in epiſt. ad Rom.

Nec te collaudes, nec te culpaveris ipſe:
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.

Exempla: Jehu, 2.Reg.10,26. Matth.19. verſ.20. Luc. 18, 12. c.15, 29. 2. Cor. 10,12. Proverb.27,2. damnatur hæc laus. Aliquando tamen licet ſeipſum laudare. 1. ut omnia ad DEI gloriam referantur. 2. ut innocentia aſſeratur. 3. officii bene adminiſtrati dignitas, vid. Joſ. 14 v.7.8. 1.Sam.17,34.35. Pſ.131,1. 1.Reg.18,12. Eſdr.7,6. Actor.22,3. c.23,1. 2.Cor.15. Exempla vide Numer.16. v.15. 1.Sam. 12,3. Pſal.26,1. 1.Reg.18,12. 2.Reg.20,3. Job.12,2. Conf. Plutarch. in principio libri: qua quis ratione ſe citra invidiam laudare poſſit. Adde Chryſoſt. ſermon. in illud Apoſtoli: *Utinam toleraſſetis &c.* Itaque etiam etiamque ne te laudando detitules titulos, ut Martialis loquitur libro 1. Epigram. 65.

Nec de mutuis cum altero laudibus paciſcaris, quod apud Romanos olim Mutius & Gracchus fecerunt, de quibus Horat. Eraſm. in Adag.

§.6 *Media & modus laudis adipiſcendæ.*

1. Pietas, Prov.31,30. Pſ.111. v.ult. 1.Cor.11,2. 2. Serium ſtudium probitatis, ut talis ſis, qualis vis eſſe videri; monente Socrate apud Valer. Maxim. libro 7. c.2. qui hanc compendiariam viam eſſe dicebat.

§.7 *Officia circa laudem?*

(1) Non debemus eam nimis appetere. Vid. tit. *Ambitio*, item *Superbia*: Imò potius fastidire, si à malis proficiscatur, sic fecit Antisthenes apud Laërtium libr. 5. de vitis Philos. vid. Plutarch. in fine libri de vitioso pudore. (2) Nec valdè gaudere, quando laudamur, nec quando vituperamur contristari: non enim integra hominis pii conscientia pendere debet ab humano arbitratu. (3) Sed DEO nos submittere: sic Constantinus M. cuidam, quod ille dignus esset, cui rerum summa in his terris, gloriæ consortium in cœlis cum filio Dei vendicaretur, dixit: Noli hæc verba in vanum fundere: Deum potius orato, ut in hac & futura vita ejus famulatu dignus inveniar. Euseb. lib. 4. c. 48. de vita Constantini. (4) Si vera sit laus, Deo gratias agere; sin minus, ut idem Deus veram in nobis faciat laudem illam, orandus est: sic fecit Alphonsus & vovit, cum à Luca Medico disertissimo maximopere laudatus esset. Idem ferè de S. Gregorio, Pontifice M. refertur, qui cuidam Laudatori dixit: Deum ora, mi frater, ut dignus his efficiar, sicut & tu dignus es, cujus opinio non improbetur; tuis me laudibus inferiorem, tuæ charitati me debitorem agnosco. (5) Inflammari magis ad virtutem, si lauderis; sicut equus generosus voce inflammatur ad cursum, Cassiodor. lib. 2. var. epist. Plutarch. in Lysandro. Plin. lib. 4. epist. 17. (6) Rejicere immodicas laudes. Cum Herodotus Antigonum solis filium in poëmate vocasset, dixit rex: Diversum novit, qui mihi matulam fert. (7) Modicas verò laudes & factis vitaque exprimere, & subinde easdem bonis pietatis exercitiis cumulare ac superare.

§.8 *Eventus laudis.*

De quadam laude erubescimus, nempe humana: sæpè laudamus ea, quæ post vituperanda fuisse agnoscimus. De laude Dei nostri beneficentissimi nunquam erubescimus, nunquam enim in eo sperantes confundimur, Psal. 25. Sir. 2. Rom. 5. Vid. tit. *Confusio.* Nunquam de laude fidei, pietatis & spei; has ergo laudes sectemur, posthabitis mundi laboribus.

§.9 Laus hominum est velut umbra *evanescens*, Chrys. tom. 1. hom. 5. si nempe in pietate & veritate fundata non est; est enim illa non nisi inanis titillatio. *Nos non absolvens*, August. tom. 9. col. 767. b. c. 15. soliloq. Qui ab hominibus laudatur vituperante te, non defendetur ab hominibus judicante te, nec liberabitur condemnante te. *Hominis* miseriam occultans: cum enim homo laudatur, miseria occultatur, cui subjectus est, nævi & vitia occultantur, nec videtur, quod in tergo est. *Pios flagellans*, ut Ignatius in epistola quadam loquitur. *Superbos inflans*: ut lyra inspirato vento intumescit; sic humana laude elata pectora sibiq; placentia. Vid. tit. Amor sui. *Vanitatem ostendens geminam*: qui enim laudatur, vanus est, & qui laudat, mendax est. *Vigorem animi laxans*; dum enim quidam laudantur, in cursu suo subsistunt, & sua se provincia bellè defunctos esse opinantur.

§.10 *Laus Dei*

Deo grata, Ps. 50. v. ult. penult. Sacrificium acceptum, Ose. 14. tollite vobiscum verba, &c. id est, confessionis & laudis; illâ peccata deploramus, hâc misericordiam precamur: Hæc verba sunt vituli laborum. Huic insistendum semper, Psal. 34, 1. 2. si non actu externo, tamen affectu interno, Orat. Manass. v. 13. Confer Gloss. ordin. in h. l.

LAURUS. *V. Pietas in Oppos.*

LAXARE

Rete, est fiduciâ auxilii divini & benedictionis laborare in foro, choro, thoro.

LAZARUS.

§.1 Lazarus vel Eleazar notat DEI auxilium, cui Deus adjutor est; sic pauper ille Lucæ 16. vocatur, qui est (1) monitor divitum de opibus bene collocandis, 1. Tim. 6. (2) Exemplar miseriæ hominum. (3) lapis offensionis avaritiæ, in quem dives epulo impegit. (4) imago filiorum Dei, miserè viventium in his terris; (5) antidotum scandali adversus florentem impiorum statum, Ps. 37. v. 1. 2. Jerem. 12. v. 1. 2. (6) speculum solatii & gloriæ æternæ. (7) paradeigma spei & patientiæ nunquam confusæ: Non est res gesta Athanasio quæstion. 21. ad Antiochum, & aliis; sed magis literæ congruit, esse hic descriptam certam personam.

§.2 Lazarus ille Bethanicus est (α) memoriale mortalitatis: (β) exemplum omnipotentis Christi majestatis, h. l. Lazare veni foràs: (γ) præludium resurrectionis: ut Lazarus è monumento egressus: ita &c. (δ) commonitorium pœnitentiæ. Joh. 11. Solvite. (ε) Monumentum lætissimæ messis in die decretorio illo. Psalm. 126. Qui seminant in lachrymis &c. (ζ) Antidotum doloris ob amicorum obitum. (η) Remedium cœcitatis humanæ, quâ fit, ut mortem minus rectè intueatur, quæ tamen est gloriæ Salvatoris nostri revelatio, h. l. Johan. 11. videbis gloriam Dei.

§.3 Lazari novem cruciatus 1. Abjectio in pulvere. 2. Derelictio. 3. Adversa valetudo ex ulceribus. 4. Ad terram projectio. 5. Sensus intimus calamitatis suæ è conspectu divitis. 6. non verò conspectu similis calamitosi. Solus enim videbatur miseriæ emancipatus. 7. Videbat se infelicem; Impium florentem. 8. Ridebatur ab amicis. 9. Contemnebatur ab eisdem, & uxore propria.

LEA

§.1 Significat laboriosam. Filia τȣ Laban, natu major. 1. exemplum contemtarum, Genes. 29, 2. argumentum misericordiæ DEI erga illos, quos aliquo cum defectu corporis nasci permisit; etsi verò lippientibus esset oculis, DEO tamen grata fuit, d. l. v. 31. 3. Typus gentium, à Judæis contemtarum, Augustin. Gregor. Rupertus. 4. Solatium miserarum; fuit ei miseria quadruplex: à Rachel contemta: à marito non æquè ac Rahel amata: à domesticis irrisa: infami

lami sterilitate notata, Leniit miseriam Dominus quadruplici felicitate: α. exauditæ precationis: β. fœcundationis à Deo: γ. Glorificationis, ceu fœcundæ & prole beantis Jacobum: δ. Restitutionis famæ, qua laborare sterilis occeperat.

LECHYTHUS. *V. Lampas.*

§.1 LECTOR, LECTIO, LEGERE.

Lectio ἀνάγνωσις, q.d. recognitio, & ἀναγνώστης Lector, Recognitor. Minor ordo apud Pontificios, cujus Candidatis traditur liber Prophetarum vel Apostolorum.

§.2 *Causæ impellentes ad lectionem.*

(1.) Mentis nostræ oblivio, cui frequenti lectionis studio occurrendum est. (2) Ipsa lectionis jucunditas, quæ mentem mirè afficit, est enim lectio lux, vita, spiritus, Joh.6. verba, quæ ego loquor, sunt spiritus & vita. Et qui hæc legit, spiritum & vitam sentit. (3) Utilitas maxima, quæ ex similibus patet infra. Item, quod legens discat: & si non intelligit, oculos revelationis petat, Ephes.1 v.17. & corde suo ad Deum flectatur. 2. Chron. 34. Rex scidit vestimenta. Nec in alieno agro vagetur. Ruth. 2. ne vadas in alienum agrum &c. Allegor. alter ager est mundanæ sapientiæ. (4) Christi exemplum, qui Luc. 4. ipse legit in Synagog. Judaica, v. 17.

Qui legerint? Non solum viri *sacras literas*, sed & *fœminæ*: D. Cæcilia, Marcella, Sylvia, Ruffina, apud Sabellic. libr. 2. c. 7. Exemplor. Ethnicorum diligentia in legendo, ab eodem d. l. notata.

§.3 *Præparatio ad lectionem*

Fiat corde pio, oratione devota, depositione animalis hominis, 1.Corinth. 2. versic. 14. emancipatione mentis nostræ Dei spiritui: ut lux frustra oculos circumfulget, vel cœcos vel clausos; sic homo per se nihil assequitur. Nam causa dans lectori intelligentiam est solus DEUS. Luc. 24. aperuit CHRISTUS scripturas. Psalm.119. oculos aperi mihi. Actor. 16. Cor Lydiæ aperuit DEUS. Origenes homil. 29. super Josua, hic plus justo philosophatur.

§.4 *Materia.*

Libri præprimis sacri. Huc Dei præceptum de S. literis diligenter legendis. V. tit. Verbum Dei. Augustinus inter Sophistas Dialecticos versatus in Manichæismum incidit, sola Pauli lectione conversus. *Libri selecti*, sapientiæ præcepta continentes. Alcibiades scholam ingressus ab illius Præceptore Homeri Iliada petens, dicente, se non habere, eidem pugnum vel colaphum infregit, dicens: Imperitus es præceptor, & tibi similes discipulos facies, Ælian. lib. 13. Histor. Alexander M. Homerum in scrinio Darii pretiosissimo asservavit, Plutarch. in Alexandr.

§.5 *Lectorum diversa munia*

In Ecclesia Africana & Romana, Baron. tom. 2. fol. 469. n. 20. In illa namque Lectores conscendentes pulpitum, toto spectante & audiente populo, Evangelium altâ voce legebant; in hac vero soli hoc præstant Diaconi.

In Synagoga Judaica legis volumen assiduè lectitatum est, Act. 13, 15. 2. Cor. 3, 15. atque Pentateuchi scripturam in sectiones 53. pro numero septimanarum anni, quas Parschot appellant, quarum singulæ 136. versibus constant, dividunt. Elias L. in Thisbi.

§.6 *Quando?*

Ad mensam quoque lectio instituenda est. Ea olim à Conciliis decreta est: Mannetensi c. 11. 12. Rhemensi in Gall. c. 17. cap. 7. distin. 4. A Patribus præcepta: Basilius reg. 180. Cassian. lib. 4. de Instit. Monach. Exemplo Christianorum firmata: Tertullian. cap. 34. Apologet. & Augustin. Posidon. in vita Augustini.

§.7 *Lectoris requisita:*

(1) *Intelligentia*: Matth. 24, 15. qui legit, intelliget. Ut ii non sunt valentes, qui multa edunt, sed qui benè concoquunt digeruntque: sic qui lecta intelligit & prudenter applicat. Hæc est ruminatio illa spiritualis, de qua Philo lib. de agricultura. Actor. 8, 30. nunquid intelligis, quæ legis? (2) *Diligentia.* Alexander M. suum Homerum optimè, Alphonsus Arragoniæ rex quater & decies Biblicum Codicem cum Glossis & Commentariis perlegit. Panormit. libro 2. de Rebus & Dict. Alphonsi. Thomas Aquinas tam attentè legit, ut reliqui sensus officio suo deesse viderentur, neque interpellantium verba audiret, Sabell. libr. 2. c. 7. Sic Hilarion Abbas divinas literas attentissimè legit: Basilius M. rejecto panis & vini usu. Ad hanc spectat repetitio & ruminatio lectorum. Deut. 6. repetes illa. Coloss. 3. verbum DEI &c. Ut cibus mandendus primò, dein in stomachum mittitur: sic repetitio digerit, quæ legisti. (3) *Sinceritas animi*, ne quis præjudicio occupatus ad lectionem accedat, non studio reprehendendi & sugillandi. Theodor. dial. α. μὴ δεῖ προλήψει δουλεύειν. (4) *Propositum imitationis.* Christus Legisperito legenti legem dixit: Hoc fac & vives, Luc. 10, 28. (5) *Prudentia*: sicut hortulanus vel Botanicus salutares herbas à noxiis distinguit; sic in Philosophorum lectione. Quo pertinet, ne in lectione nimia plurimorum vagemur, ut nusquam simus. Vid. Senec. epist. 2. & epist. 45. Quintilian. lib. 10. c. 5. Plinius libro 6. epist. 29. Ager nimium stercoratus aduritur, non stercoratus alget: ita moderata lectione vegetandum est ingenium. Sicut Ulysses aures cera obturavit, elapsus hoc pacto Syrenum cantibus: sic quæ fœda & turpia nonnunquam occurrunt, prætervehi fas est.

Scientia legendi admirabilis in puero, qui conspectis literis protinus spiritu uno plures voces efferre potest. Testatur quoque de vi admirabili memoriæ & phantasiæ apprehendentis in ictu oculi tam varias notiones. Vide admirantem Polybium libro 10. histor.

Simi-

§. 8 *Similia.*

Sicut apes omnia libant in saltibus, & salutaria, noxiis spretis, seligunt: idem nobis quoque in lectione factitandum, sentes vitemus rosas legentes: sic noxia respuamus in lectione. Cibus semper corpori suggerendus est: sic animæ lectio. Alit lectio ingenium; est mater eruditionis. Confer Chrysostom. hom. 17. ex variis in Matth. qui scripturas comparat pratis & nemorosis locis, variis floribus vestitis: item Basil. de legendis Gentilium libris.

LECTUS.

1. Pro idololatria, Amos 3. v. 17. Est quoque lectus 2. *Dolorum*, Psalm. 41, 4. 3. *gemituum*, Psalm. 6, 7. 4. *suppliciorum*, Apocal. 2, 5. *Amoris & desideriorum.* Canticor. 3. In lecto quæsivi, &c. Atqui hic lectulus desiderii intra nos est. Luc. 17. Regnum Dei intra nos, &c. vid. Gregor. lib. 8. cap. 17. 6. *lectus mortis (Expiatoriæ* Christi fuit in monte Olivarum, Luc. 22, 44. In hoc requiesce, o fidelis anima! O tantum Christi amorem!) & tragici interitus, 2. Sam. 4, 6. 2. Chronicor. 24, 25. 7. *miraculosi actus*, 1. Reg. 17, 19. 8. *Hospitii* & beneficentiæ, 2. Reg. 4. v. 10. 9. *pœnitentiæ*, Psalm. 6, 7. Job. 7, 4. 10. *Morbi*, Genes. 47, 31. Matth. 8, 14. 11. *Doloris* & mœroris, 1. Reg. 21, 4. 12. *Mysticæ conjunctionis*, Canticor. 1, 16. 13. Incestuosæ *scortationis*, Gen. 49, 4. 13. *accubitûs* & refocillationis, 1. Sam. 28, 23. Esther. 1, 6. Veterum allegoricas lecti explicationes & discursus legis apud S. Pagninum V. Lectus in Isagog. ad mystic. Script. sensum. Lectorum superbiam & luxum Scriptura carpit. V. quoque G. Perald. Tom. 2. Summ. p. 216. 217. Lectum tollimus peccatorum 1. inchoative. 2. Consummative in resurrectione, cum domum Patris cœlestis ingressuri sumus. Matth. 25. Intra in gaudium.

LEGATI.

(1) *Spirituales*, 2. Corinth. 5. (2) *Politici*, injuriis affecti, 2. Sam. 10. Romanorum a Corinthiis lotio profusi: Hi a Lucio Nummio devicti, deleta urbs. Persici legati a Spartanis in puteos præcipitati, Herodot. lib. 7. Alexandri M. legati occisi Tyri, quæ urbs ideo ab Alexandro M. deleta est. Livius decad. 1. de Tatio, cujus cognati legatos occiderant. Sabellicus Ennead. 4. lib. 9. de Teuca, regina Illyricorum. De Legatis vide Summistas, ut Fumum & alios JCtos. De pœnis eorum, qui Legatos offenderunt, vide Meiger. p. 660. in Nucl.

LEGISLATOR.

(1) Summus, Es. 33, 22. Jacob. 4, 12. (2) Ministerialis Moses, Num. 21, 18. Deuteronom. 33, 21. tolerans quædam Matth. 19, 7. 8. Deo non probata: & alii proceres Reip. Judic. 5, 4. Non sit nimium rigidus. Draco leges suas sanguine scripsisse dicitur, a populo Atheniensi eam ob rem præfocatus. Gellius lib. 11. N. A. cap. 18. non nimis severe leges interpretetur. l. benignus 18. d. L. L. l. Non sine cap. de Bon. quæ lib.

LEGIS PERITUS.

(1) Ecclesiasticus, ut Esdras, Esdr. 7, 6. Græce νομικός, Matth. 22, 35. Luc. 7, 30. (2) Doctor, scriba, Jerem. 8, 8. Rom. 7, 1. Etsi nonnulli inter hunc & illum distinguant. Confer infra titul. *Scriba.*

LEGUMEN.

Cibi genus a Deo concessum, Dan. 1, 12. 16. Exemplum 1. frugalitatis a Spiritu S. sine dubio Danieli suggestæ, qui (2) nixus fuit illa promissione Deut. 8, 3. & (3) divina præscriptione, Lev. 11. Deuteron. 14. (4) & benedictione, 1. Corinth. 10, 25. 1. Tim. 4. (5) & prudentia sancta, ne quà fieret, ut cibis Ethnicorum immundis contaminaretur.

Diversa sunt legumina. Adi Textor. colum. 144. officin.

LEITURGIA. *V. Ministerium.*

LENITAS.

§. 1 Ἐπιεικὴς: ἐπιείκεια ab ἐπὶ καὶ εἰκὸς simile, par, æquum: quod valde commendat Aristoteles V. Ethic. c. 10. Vid. ibid. Camerar. Explicat.

§. 2 *Quotuplex?*

Alia in magistratu & judicibus. Vid. tit. *Magistratus*; it. *Judex*. Alia in Privato, qui se præbet æquum erga proximum tribus modis: 1. tolerando infirmitates. 2. tegendo easdem. Prov. 10, 12. charitas operit multitudinem delictorum: 3. sanando correctionibus gravioribus, Matth. 18, 15. Gal. 6, 2.

§. 3 *Quomodo innotescat omnibus?*

Philip. 4, 5 Lenitas (Beza: Moderatio) vestra nota sit omnibus hominibus, h. e. moderate nos erga omnes geramus. Notat Zanchius, velle Apostolum, ut in rebus nostris & ad hanc vitam pertinentibus καὶ ἀδιαφόροις summo jure non utamur, erga fidei domesticos non solùm, sed & infideles, ut videntes bonam conversationem nostram Deum glorificent, 1. Pet. 2, 12. c. 3, 16. Rom. 12, 17. 2. Cor. 8, 21.

§. 4 *Qui exercere debeant?*

Omnes homines in omnibus statibus: *In choro* Ministri verbi divini erga lapsos peccatores, ne fulmine clavis ligantis præcipitanter homines percutiant. Vid. tit. Minister. *In foro* Magistratus, Judices, in judicandis rerum causis, ratione circumstantiarum. Vid. tit. Magistratus.

§. 5 *Exempla.*

Matth. 18. rex ille dimisit debitum servo, quod jure petere potuisset. Johan. 8. Christus adulteram non condemnat. Genes. 13. Abraham erga Lothum ἐπιεικὴς de suo jure cedit. Magistratus pœnas moderans, aliàs peccatis stricto jure debitas. Gen. 9, 6. qui sanguinem hominis effuderit, ejus sanguis rursus effundetur: Hic ἐπιείκεια excipit moderamen inculpatæ tutelæ casus fortuitos. Jos. 20. Sex urbes datæ pro iis, qui non de industria homicidium commiserant. Depositum reddendum; sed ἐπιείκεια non reddit gladium ebrio vel furioso.

§.6 *Materia*

Vel subjectum inhæsionis *mens* sit & cor hominis, ut consideret, quid moderatum sit, quid conveniens & aptum, quidque sibi fieri vellet, per infirmitatem lapso, Gal. 6. *Facta & mores externi*, e quibus omnibus elucescere debet ἐπιείκεια, modestia, suavi gravitate temperata.

§.7 Materia circa quam sunt I. Res vitæ & bona, cum nostra, tum proximi. *In illis* exercetur hæc virtus multis modis: α. in bonis nostris defendendis. Vid. Jephtæ Exemplum Judic. 12. β. in injuriis tolerandis. Vid. titul. Mansuetudo: γ. in damnis sufferendis, ne publica, ne majora inde fiant nostris. *Circa proximum* occupatur eadem ἐπιείκεια quatuor modis potissimum: 1. vitia proximi naturalia tolerando: nemo sine crimine vivit: tolerandum id est, ut naturalis iracundia, tenacitas, morositas, avaritia, suspicio. 2. ambigue dicta in meliorem partem interpretando. 3. arcana delicta & infirmitates tegendo. 4. vitia eadem prudenter & moderate corrigendo. Vid. titul. Correctio.

II. Ceremonialia: nam in his suo modo & respectu (vid. supra tit. Ceremoniæ) ἐπιείκεια locum habere potest; quod utinam rigidi ceremoniarum suarum exactores observassent, minus sane litium haberet Ecclesia Dei tot malis afflicta. Sed causas fidei omnes hic excipimus: in his enim nulla potest ἐπιείκεια locum habere; quod eleganter Calvinus docet in Opuscul. Tractat. cont. versipellem VV. Muscul. in h. l. Quod (ait) causam fidei nostræ attinet, ibi non poscit a nobis Apostolus, ut erga eos, qui fidei nostræ adversantur, simus ἐπιεικεῖς, &c. Hoc non nisi cum summo dedecore & æterno exitio fieret.

§.8 *Finis.*

(1) DEI gloria, quæ amplificatur e studio hujus virtutis, Deum enim imitamur hac ἐπιεικείᾳ, Philip. 4, 5. Matth. 5, 17. Luc. 6, 36. (2) Conservatio concordiæ. (3) Infirmi proximi curatio. (4) Dignitas: τὸ ἐπιεικὲς ipso justo justius esse, docet Aristoteles Ethnicus 5. Ethicor. cap. 10. D. Jacob. c. 2. v. 13. Gloriatur misericordia adversus judicium. Cap. 3, 17. sapientia superna moderata est.

LENO.

Proscriptus a Deo, Deuteronom. 23. Veteribus Saxonibus omnis exosa scortatio. V. Baronium ad ann. Christi 745. n. 5. Et legibus civilibus interdicta. V. *Jus civile*. Titul. de Lenonibus.

§.1 LEO. Leunculus.

I. Proprie animal generosum, robore inclytum, animalium rex. Africani metuentes sibi ab incursionibus leonum, leones crucifixos portis suis appenderunt: Incurrit nos quoque Satan assidue, 1. Pet. 5, 8. Job. 1. &c. Leo noster de tribu Juda crucifixus est, ostendimus hunc in portis cordium nostrorum, & fugiet leo infernalis. Rugitus ejus vehemens est, a quo omnia animalia contremiscunt, sonorus & penetrans, accurrere faciens. Vide Plutarchum lib. de natura animalium §. Est leo socium animal. Cervis quoque tribuitur Job. 39. & catulis leonum Psalm. 104, 21. Judic. 14, 5. Esa. 5, 29. Onagro, Job. 6, 5. sono, Job. 37. versicul. 5.

Leones ægrotant, terriculamentis quibusdam suis perterrefiunt. Camer. part. 2. cap. 86. hor. subcis. Infestantur a culicibus, Camer. d. I. p. 1. c. 22. (Invidi, obtrectatores, egregiorum virorum culices.) Sævissimi sunt. Prophetam 1. Reg. 13. Ignatium dilacerarunt: capiuntur facile, Camerar. p. 2. 85. hor. subcis.

§.2 II. Deus ipse leoni rugienti comparatur, Esa. 31, 14. Jer. 25, 30. Joel. 3, 16. vel ob conceptam de hostibus iram, vel ob minas in lege propositas, vel ob contritionem cordis, Es. 38. vel ob Evangelii prædicationem, quæ instar rugitus leonis fuit, Os. 11, 10. α. sonorus per totum mundum, Coloss. 1, 5. 23. β. penetrans corda hominum, Luc. 24, 32. Actor. 2, 37. Heb. 4. versic. 12. γ. accurrere faciens undique gentes, Gen. 49. Es. 11. δ. Christus prædam hostium nobis divisit, quos ipse devicit, Apoc. 5, 5. Coloss. 2, 24. ε. Excitans rugitus fuit, quia in peccatis mortua corda rursus excitata sunt, Joh. 5. ζ. Timorem salutarem procreans. Christus leo de tribu Juda, Apoc. 5, 5. (1) robore Luc. 11. fortior. Apocal. 12. Michael ille. (2) Diaboli ejectione. Johan. 12. ejectus est. Col. 2. traduxit eos. (3) Evangelii rugitu penetrante. Psal. 19. in omnem terram, &c.

§.3 III. Satan. 1. Pet. 5, 8. leo rugiens, &c. 1. ambulat circum nos, ut vagabundus Cain, indignabundus Esau, plenus invidia; sic Job. 1. Lucæ 11. perambulat loca arentia. 2. Quærit: famelicus enim ille non nisi animarum interitu saginatur. Apoc. 12. væ habitantibus, &c. 3. Devorat: Ut leo senio confectus in homines sævit; ita Diabolus vetus serpens in eosdem. Vid. Prompt. Allegor.

IV. Homo rugire dicitur, qui de peccatis vere dolet, animique angitur, Psalm. 38. & manum Dei suppliciis gravem sentit, Esa. 59, 11. Qui adversus Christum insurrexit: v. g. Judæi, Caiphas, Psal. 22, 14. Qui Tyrannice ecclesiam prosequitur, Jer. 2, 15. Vid. tit. Tyrannus.

V. Clamant leunculi Ps. 104, 21. suo modo; sicut tempore famis in cœlum suspexisse animalia visa sunt, teste Euthymio in h. Ps.

§.1 LEPRA.

Morbus acutus & vehemens Levit. 13. tumor totius corporis inæqualis, lividi coloris: causa est atra bilis, acris, crassa; vel flava bilis nimium usta, vel pituita salsa. Natura ejus, quæ apud Israelitas fuit, non usque adeo obvia: pestifero contagio admodum similis fuisse censenda est.

Figura peccati. Vid. tit. Peccatum, Alleg. in Prompt. 258. 259. Ab hac lepra non sanguine puerorum, sed solius Christi purificamur. Vide Nicephor. de Constantino Magno leproso.

Vestes

Vestes laceræ leprosi quid notaverint? Resp. 1. summam miseriam. 2. pœnitentiam quotidianam. 3. tristitiam summam.

§. 2 Arguit 1. Dei iram, qua ob peccata homines visitat. 2. Hominis miseriam, subjecti tot morbis. 3. Dei providentiam, qui vult vestes perire leprosorum, non homines. 4. Dei curam sanctitatem nostram custodientis, ut possimus Deum colere, adorare, officia vocationis exequi. 5. commonefacit nos pœnitentiæ seriæ, ne nos morbis Deus affligat. 6. exhibet typum mundationis spiritualis a lepra peccati per Christi sanguinem. 7. ostendit, in morbis ad solum Deum confugiendum, eique sacrificia precum nostrarum offerenda esse. 8. Ut solus sacerdos de lepra accuratissime judicabat: sic Deus de peccatis nostris. Psalm. 19. a delictis occultis munda me. Psal. 90. peccatum nostrum absconditum. 9. Monet de peccato originis; pustulæ enim & varioli mox natos infantes sequuntur.

§. 3 *Pœna superborum*, Numer. 11. *avarorum*, 2. Reg. 5. *officia aliena invadentium*, 2. Reg. 15. peccatorum, Deut. 28.

Lucæ 17. *decem leprosi* ad sacerdotes missi 1. ob Messiæ demonstrationem, quippe solo verbo curantis leprosos, Es. 35. Matth. 11. 2. Sacrificii exactionem, a leprosis præstandi. 3. Levitici status honorem, quem abrogare Dominus noluit. 4. Ut nos commonefaceret de honore exhibendo Deo post recuperatam valetudinem. 5. Ingratos publice notaret, quippe non reversos ad Dominum Jesum.

Quinque notæ leprosorum, Levit. 13. 1. Vestis lacera & dissoluta. 2. Detectum caput & apertum. 3. Os velatum. 4. Habitaculum segregatum ab aliis hominibus. 5. Publica proclamatio leprosi, qua immundus & segrex proclamabatur.

De lepra & hujus differentia late agit Francisc. Valesius cap. 13. & 19. de sacr. Philosophia. Cornel. Celsus lib. 3. 25.

LEVITA.

Genus Levitarum elegit Dominus in Sacerdotium, hoc erepto Rubeni, cui alias competebat, Gen. 49.

Non habebant possessionem, Deut. 18, 2.

Dispersio inter omnes tribus. Ejus finis fuit 1. Sustentatio eorum commodior, quam a tribubus propinquis quique expectabant. 2. Judæorum propinquorum illis accuratior informatio.

Purgatio, cujus causæ 1. Christus. Malach. 3. Purgabit filios *Levi*. Levi per synecdochen partis pro toto, notat totum populum Judaicum.

2. Prophetæ.

3. Johannes. Joh. 1. Hoc est testimonium Johannis, &c.

4. Stephanus, Actor. 6, 5. cap. 7.

5. Barnabas, Actor. 4, 36.

Necessitas, quia per Levitas corruptus erat totus populus.

Universalitas. Nam sine personarum respectu Christus & Johannes Judaicum populum reformarunt.

LEVIS. Leve.

Dan. 5. levis inventus es. Sic omnes in libra Dei leves invenimur. Confitente quoque Greg. M. Papa scribente ad nobilem fœminam in aula Mauritii Imperatoris. Vide Drexel. Tract. 3. p. 291. a. b.

LEVO.

Levare aliquid super aliquem & imponere alicui aliquid ad portandum, Thren. 3, 29. Sic 2. Sam. 24, 12.

Faciem levare (Num. 6.) super aliquem, est benignum se alicui præbere.

LEVITAS. *V. Constantia. It. Perseverantia.*

LEX.

§. 1 Est justi & injusti norma: vel, est regula eorum, quæ Deus a nobis fieri vel non fieri vult. Dicitur vel a legendo, quod legendo proponatur lex; vel a ligando, quod homines ad obedientiam obliget; aliis ab eligendo, quod doceat bona eligere: Νόμος a tribuendo, (νέμω distribuo) quod suum cuique tribuat.

§. 2 *Vocis homonymia multiplex.*

(1) *Verbum* Dei in genere lex vocatur, Psal. 19, 8. & 119. omnis nempe doctrina divinitus patefacta, Hebr. תורה (2) *Lex Politica* quævis, cujus origo a Deo est, si bona sit; hinc legislatores olim suas se a Deo leges accepisse dictitabant, ut Zaleucus, Zoroastres, Lycurgus, Numa. (3) *Lex Evangelii* Esa. 2, 3. ex Sion. Lex Mosis ex Sinai Ex. 19. progrediens, inscripta in cordium tabulis carneis, Jerem. 31. v. 33. 2. Cor. 3, 3. non lapideis, ut illa Mosis Exod. 34, 1. vivificans nos: hinc lex spiritus vitæ, per Hebraismum, h. e. spiritus vivificantis, Rom. 8, 2. qui datur per Evangelium, Gal. 3, 3. (4) *Lex naturæ*, Roman. 2, 14. (5) *Politia Judaica* lex, Heb. 7, 12. c. 10, 1. ubi totam œconomiam significare videtur, cujus legibus populus Judæorum circumseptus erat, Gal. 3, 22. Matth. 11, 13. & ceremoniarum, Joh. 1, 17. (6) *Pro libris Mosis*, Rom. 3, 21. Luc. 24, 44. & passim alibi. (7) *Toto veteri Testamento* vel Psalmis, Joh. 10, 34. Ps. 82, 6. Joh. 15, 25. Ps. 35, 19. Rom. 3, 19. (8) *Impetu* & vi cujusvis rei, ut, lex peccati, lex in membris, Rom. 7, 23. c. 8, 2. (9) *Legis moralis coactione* & rigore. 1. Tim. 1, 9. sic justo lex posita non est: & subsequente maledictione, Gal. 3. Rom. 3, 28. (10) Lex opposita gratiæ notat iram & damnationem, Rom. 6, 14. Gal. 3, 18.

§. 3 *Lex Ceremonialis*

Quæ dicitur lex mandati carnalis, Hebr. 7, 16. ratione 1. *objecti*: nam versatur circa res carnales, victimas, pecudes, temporarias eas & suo tempore desituras. 2. *ratione ordinis carnalis*, qui in successione carnali sacerdotum occupabatur, Heb. 7, 8. 9. De variis ritibus & ceremoniis Christum præfigurantibus agit c. 9. ad Heb. v. 9. & cap. 10, 1.

Certi temporis fuit, ideo lapidibus non fuit inscripta. Aurum fuit, quod Christus purgavit & clarius fecit, Malach. 3, 3. Aug. tom. 8. col. 1211. a. durare debuit usque ad tempora correctio-

 nis,

nis, Heb. 9, 10. Coloff. 2, 10. Heb. 10, 1. *Gravis* fuit, significata in gravibus armis a Davide abjectis. Auguftin. tom. 8. col. 1653. a. (1) ob numerum præceptorum. (2) ob ftrictam obfervantiam. (3) ob facrificiorum fumtuofitatem. *Varia*, fignificata in velo acu picto, Exod. 36, 35. legibus enim ceremonialibus Chriftus ceu velo diverficolori involutus fuit. *Quietem animabus non reddit*, Act. 15, 19. verba hæc de hac quoque lege (non exclufa morali) acceptanda. *Vera bona non attulit*, Jof. 22. altare trans Jordanem memoriale faltem erat, non in eo facrificia offerebantur: ita vetus Teftamentum eft altare, quo non offerebatur ipfe Chriftus, fed folum ejus typos & umbras commemorabat. Hebr. 10. lex umbram habebat &c. Heb. 9, 9. non poterant baptifmata varia &c. in confcientia fanctificare cultorem. *Elementa mundi* cur dicta, vid. fupra tit. Elementa mundi.

§. 4 *Lex Moralis*

Eft regula ipfi hominis menti in prima creatione infcripta & in Decalogo repetita, de vita pie, jufte, cafte inftituenda ad perfectisfimam obedientiam, vel ftrictisfimam obligans pœnam.

§. 5 *Caufa efficiens*

Deus ipfe unicus ille νομοθέτης (1) ingenerando velut hanc regulam homini, quatenus communia principia naturæ adhuc implantat, Roman. 2, 14. (2) Repetendo in monte Sinai, Exod. 19, 20. Gal. 4. 24. ob languidam affenfionem, cordium obfcurationem, noftri informationem, juftitiæ divinæ folennem declarationem, judicii extremi præfigurationem. (3) Puniendo transgreffores, Exod. 20, 5. Angeli adminiftri fuerunt legis promulgandæ, & teftes, & majeftatis divinæ nuncii, & repræfentatores; hic enim actus indigitatur folum phrafi διάταγεὶς Galat. 3. v. 19. Minifterialis caufa Mofes, Johan. 1, 17. Deut. 5, 5. Exod. 32, 15. cap. 34, 29. Joh. 5.

§. 6 *Materia & Forma.*

Materia *ex qua* funt præcepta moralia, quæ nos a peccato arceant. Exod. 20, 20. ut terror Dei effet in vobis: omnia funt moralia, (excepta fabbathi circumftantia) id quod & Patres magno docent confenfu: Irenæus lib. 4. cap. 31. Auguft. lib. 19. cap. 18. contra Fauftum; idem epift. 119. c. 12. Clemens Alexandr. Orat. parænet. ad Gentes. Hæc vero moralia maxime & primo exigit, 1. Sam. 15, 22. Ofe. 6, 6. Prov. 21, 3. Pf. 50, 8. feq. Pf. 61, 6.

§. 7 Materia *circa quam* eft hominis obedientia non folum in externis factis, fed & in cogitationibus; (quas leges politicæ non judicant, juxta illud: lex comprimit manum, non animum) dicit enim lex: Diliges ex toto corde, Deut. 6, 5. Lev. 19, 18. Matth. 22, 27. Rom. 7, 14. Conf. Matt. 5. 28. c. 9, 5. c. 15, 19. Act. 8, 22. 1. Cor. 3. v. 20. minima igitur dilectio ad falutem non fufficit, contra autorem fermon. fenfatorum p. 161. qui hoc affeverat. Proponit infuper lex juftitiam Dei nudam (Evangelium vero juftitiam Dei mifericordia temperatam, 2. Cor. 5. v. penult.) præceptis illis expreffam. Mandatum de proximo diligendo, fimile eft mandato de Deo diligendo ratione 1. materiæ: Utrumque enim præcipit dilectionem. 2. Conjunctionis neutrum eft fine altero. 3. Obligationis. Utraque enim dilectio nos obligat. 4. Disfimile vero, quia fic Deum diligimus, ut in eo folo & ultimo acquiefcamus, Deoq; perfruamur ut fummo bono: Non fic proximum, quem ob Deum diligimus; hunc v. propter ipfummet Deum.

§. 8 Modus vero legis plane fpiritualis eft, exigens dilectionem ex toto corde, tota anima, Deut. 6, 5. Lev. 19, 18. Matth. 22, 27. Rom. 7, 14. vid. fupra tit. Charitas. Ad hanc formam fpectant hæ phrafes: timere Deum, Deut. 10, 12. complere Dei mandata, Jof. 22. v. 5. cuftodire toto corde, 2. Chron. 34, 31. Jof. 24, 14. Pfal. 119. fervire Domino in omni corde, 1. Sam. 12, 20. & confimiles.

§. 9 *Finis:*

Docere, quæ bona opera: fruftra enim bona opera fibi homo fingit, Matt. 15, 9. rejicit hic Dominus adinventationes hominum, & Coloff. 2. refpuit Paulus ἐνταλματα κ̀ ἐθελοθρησκείας, v. 21. 22. *Monere*, ut peccata vitemus, Ex. 20, 20. (Hinc expavefacti Ifraelitæ ad vocem Domini ibid. Exod. 19, 16. Deut. 18, 16. Heb. 12, 19. & v. 21. ipfe Mofes exterritus fuiffe legitur) hinc in omnibus præceptis imperativus virtualiter eft, non habebis, non affumes.

§. 10 *Peccatores terrere* & contritionem efficere, 2. Chron. 34, 18. 27. Gen. 3, 10. Protoplafti territi voce Dei, Ifraelitæ, Mofes, de quibus modo dictum Exod. 19, 21. non audebant accedere ad Deum, ne contererentur, immo a DEO recedebant, Exod. 20, 18. 19. & nubem obfcuram, cui fe divina Majeftas involverat, horrebant, Ex. 19, 9. Hinc dicebatur ignea lex Deut. 33, 2, ad dextram Dei, venit enim cum fumma majeftate legem promulgaturus, Exod. 19. & 20. Qui modus revelandi fortuitus non fuit, nec fruftraneus. Efa. 38, 13. quafi leo contrivit offa mea: quomodo? per legem, ex qua agnitio peccati, ex hac agnitione dolor in corde, dolor hic exficcat offa, Pfalm. 32, 3. & tandem inducit tabem & contritionem. Ofe. 6, 5. occidi eos per verba oris: lex eft litera occidens fine Chrifti gratia, Rom. 7, 10. 2. Cor. 3, 6.

§. 11 *Peccata revelare*, Auguft. tom. 8. col. 382. b. in Pfal. 41. docet duplicem effe abyffum, alteram judicii divini, alteram fupplicii, utramque innotefcere e divino præcepto & interminatione morieris, vid. ibid. latius, Gen. 3, 11. unde fciebas te effe nudum? fpeculum itaque lex eft, oculos nobis aperiens, noftras nobis infirmitates oftendens, e quo fcimus nuditatem fpiritualem, Apoc. 3, 17. c. 16, 15. Ez. 16, 6. feq. Alleg. Num. 12, 11. Aaron videns fororem Mirjam leprofam ad Mofen converfus dixit Domine &c. ita nos ex Mofe agnofcamus peccatum & converfi culpam intueamur noftram, Rom. 3, 20. Rom. 7, 7. hoc illud eft revivifcere, de quo Rom 7, 9. 2. Samuel. 12, 7. Tu es ille vir mortis: unde vero? ex lege, nam contra legem peccaverat, mœcha-

tus fuerat contra eam; jam vero stipendium, peccati mors est, Rom.6.v.ult. *Homines custodire*, Galat.3. Græca vox Emphatica: sub præsidio custodiebamur. Vide Ezech. 20,38. ubi vinculorum fœderis fit mentio. Vincula & custodia congruunt.

§.12 *Dei iram ostendere*, Rom.1,18. Gen.2,17. Rom. 4,14.15. *Servitutem prædicare* & coactionis timorem, Rom. 8,15. non accepistis spiritum timoris, Gal.4,25. Sinai ad servitutem generans, ad captivitatem, Rom.7,6. Ezech.20,38. Gal.3. custodiebamur. *Ad medicum ducere*, ductu videlicet obliquo: patefacit enim morbum spiritualem, & medicum quærere jubet, nempe ubi lex cum gratia in subjecto renato conjungitur, ut in Petro agnoscente peccatum, Matth. 26.vers. ultim. Davide, Psalm.51,2. seq. Sicut speculum monet de maculis faciei abstergendis, & vulnus periculosum de advocando Medico. *Bellum inducere*: buccinæ enim sonus Exod.19,13. significat per legem nobis & carni bellum indici de gravitate legis; sicut in bellis uti solemus buccinis, ad animandos milites, juxta illud Poetæ:

> Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.

§.13 *Exigere obedientiam*, Augustin. tom.8. col. 1210. b. sicut Cæsar a nobis nummum exigit: sic Deus a nobis mentis nostræ nummum. Vid. Augus. d. l. Conc. IV. Psal.103. *Non vivificat*, Aug.tom.10.col.303.b. & 2.Reg.4. Elisæi baculus, sed mortificat, Rom.7. 2.Cor.3.& mortem attrahit ob pœnas, quas exigit: est enim severissima lex. De legibus Draconis olim dicebatur, quod sanguine scriptæ essent. Vid. Gellium l. XI. c. 18. Noct. Atticar. Certè lex Domini sanguinis postulat reos; unde David Psal.51. libera me de sanguinibus Deus.

§.14 Per accidens legi tribuitur, *excitare peccatum*, non per se, sed vitio naturæ; Sicut medicus vinum interdicens ægroto per accidens accendit sitim vini, vitio nempe febricitantis. *Et irritare*, hinc peccati affectiones, Rom.7,5. παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν: Sicut sol per accidens fœtorem elicit ex sordibus; Et filius Dei lapis offensionis dicitur per accidens, Es.8,14. Luc.2, 34. 1.Petr.2,8.& Evangelium odor mortis ad mortem, 2.Corinth.2,16. *Augere peccatum*, non autem ἐνεργητικῶς effectivè; peccatum enim non augetur lege; quin potius minus in nobis debebat, sicut interdictum Magistratus non auget peccata urbis, sed prohibet; sed ἀποκαλυπτικῶς h. e. revelativè: revelat enim nobis magnitudinem peccati, sicut chirurgus vulneris profunditatem detegit. *Operari iram*, non effectivè, sed declarativè, denunciando iram Dei, Deut. 27,26. Gal. 3,12. Rom. 4,15. adeoque ad gratiam in Christo nos ducit, Gal. 3,24. vel in regenitis ob oculos ponendo fœditatem peccati.

§.15 *Subjectum in quo lex.*

1. Homo irregenitus, in quo accusat lex in ira, adeoque sic peccatum reviviscit, ut huic obtemperet homo semper. 2. Regenitus, in eo peccatum reviviscit quoad sensum, reatum, non quoad dominium. 3. Referimus huc legis tabulas (formaliter nempe consideratas) in quibus scripta lex fuit Deut. 4, 13. lapideas, cordis nostri duritiem notantes, Origen. super Roman. 3. Vel legem olim cessaturam esse, adeoque frangendam. Has dum Moses homo rescribendo repetivit, Christum præsignificavit, legem gratiæ cordibus nostris inscribentem. Confer Gregor. Nyssen. de vita Mosis sub fin. oper. editionis I. Lewenclavii.

§.16 *Adjuncta.*

I. Promulgatio: lex per septem terribilia data: 1. mons ardebat. 2. terra tremebat. 3: tonitru & fulmina erant. 4. caligo densissima. 5. pluvia & procella. 6. sonus buccinæ. 7. Angelorum chorus promulgationi decalogi magnificentissimè interfuit; hinc lex dicitur sermo per Angelos dictus, Hebr. 2,2. Actor. 7,53. Lex sub tonitrua lata, ut denotaret hominum ad frangendam legem malitiam, super qua infremuit Deus, velut vocem, tonitru, iræ indicem (1.Sam. 12, 18.) emittens suæ, & ut tempestatem illam videntes timerent Israëlitæ. Ignis verò in lege promulgata Deut.33, 2. significat (α) regium splendorem Dei & justitiam. (β) principatum, est enim ignis principale elementum. (γ) potentiam, quâ DEUS perdere vellet transgressores: v.g. sicut Jerusalem a Chaldæis & Romanis incensa fuit, funditusque deleta. (δ) legis naturam, quæ ut ignis peccata illustrat, probat & terret corda, & omnia consumit, si Deus ex rigore justitiæ nobiscum agere vellet.

§.17 *II. Scriptio.* Duæ tabulæ Mosis intus & foris scriptæ significant 1. Justitiam cordis coram DEO. 2. Civilem justitiam coram proximo. Tabulæ lapideæ, queis lex inscripta, significant (1) Cordis duritiem. Vid. August.tom.8. col. 1201. b. (2) legis firmitatem, sicut lapis corpus durum est & firmum. (3) legis in cordibus per DEI manum insculptionem; unde durum cor lapideum modificatè dicitur. (4) legis moralis & ceremonialis distinctionem, quarum illa solum tabulis insculpta fuit peculiariter. (5) Pondus & onus legis conscientiam prementis, Aug.tom.8.col.1349.b.c. Sed eadem lex DEI scripta digitis, ne eam homo deleret inobedientiâ.

§.18 *III. Promissio* cur addita? Legi addita promissio 1. ad inferendam nobis inexcusabilitatem. 2. nostram intelligentiam, quæ ex lege acuitur. 3. miseriæ cognitionem, quam lex proponit. 4. auxilii petitionem à DEO, conspectâ imbecillitate nostræ carnis. Quæ autem bona promissa? Promissio legis (α) de vita, Levitic. 18,5. Deuteronom. 5,33. Baruch. 4. ad vitam pervenient, Ezech. 20,11. capit. 33,15. Proverb. 19,16. (β) Felicitate, Proverb. 19,16. servans mandatum servat animam, Deuteronom.4,40. cap.5,13. cap.30,16. Esa.1,19. (γ) Hostium subactione, Deuteronom. 11, 23. (δ) Benedictione, Deuteron.28. cap. 11,26. (ε) Longævitate, 1.Reg.3,14. (ζ) DEI favore, Sir.15, 20. Zach. 3,7. Quod verò Bellarminus ait, legem

gem & Prophetas non nisi bona temporalia promisisse; spiritualia solum figurate (lib. 4. c. 3. de justificat.) id frivolum est. Melius Ambros. Catharin. p. 104, 105. Clavis contrarium diserte dicit ostenditque, pactum Dei in Christo cum Patribus initum secundum literam satis haberi; imo legem nos per mandata ad Christum duxisse, quod prolixe & erudite d. l. Catharinus explicat edit. Lugdun. 1543. Sunt tamen hæ promissiones omnes cum exceptione crucis & castigationis accipiendæ.

§. 19 IV. *Bonitas*, lex enim non est mala, Aug. tom. 10. col. 262. c. d. 1. Tim. 1, 8. Scimus quod lex bona sit, si quis ea legitime utatur; quæ verba opponit Judæis Apostolus, hunc spretæ legis accusantibus; vult ergo νομιμῶς nos νόμῳ uti, ita ut ad Christum ducat nos, ab eo unice, non à lege justitiam expectantes. Chrysost. in h. l. & Theophyl. Roman. 7. Mandatum sanctum & bonum.

§. 20 V. *Impotentia salvandi:* Moses enim introire non poterat terram promissionis, Deut. 32. August. tom. 8. col. 1107. d. Sic nemo per legem venit ad cœlum, Rom. 8, 1. 2. tantùm per Christum. Non potest nos ad Deum ducere: solus Moses ascendit, neminem secum duxit in montem, Exod. 24, 2. neminem in cœlum ducit Moses; Josua verus Christus est, qui nos cœlo beat, Hebr. 4, 8. c. 12, 2.

§. 21 VI. *Impletio.* Lex sine impletione est vas vacuum, plenitudo autem legis est dilectio; itaque sine plenitudine dilectionis illa, quam lex requirit, nulla est legis impletio. Pingitur libra, cujus parti lævæ imponitur δεκάλογος, dextræ Cor; ita ut legis tabulæ cor elevent, & illo multo graviores sint: sic corda nostra nimis levia inveniuntur, nimisque vacua deprehenduntur amoris Christiani; monstrat quidem bona, non vero suppeditat. Num. 27, 12. 13. Jussus Moses montem Abarim ascendere & contemplari terram, non ingredi: sic lex vitam monstrat, & jubet ascendere nos montem arduum dilectionis, sed ubi ad verticem ejus deventum fuerit, tum demum, quanto absimus a cœlo spatio, liquido cognoscimus. Hoc idem significatum est per fractionem tabularum, factam per Mosen, Exod. 32, 19. ut subinnueret frangi potius corda lege Dei, quàm sanari; omnis enim sanatio Evangelio reservata est: Itaque legis ne minimam partem in judicio Dei servamus, quia ne nullam quidem montis partem in judicio Dei tangere licebat, Exod. 19, 12. sic nulla pars legis est, quæ non spiret Dei iram, maxime cum observatio legis non in verbis, sed in factis: sic lex non in ore tradita, sed in factis: sic lex non ore tradita, sed ipsius Dei digitis. Optime Augustinus dixit: Dirigitur pius gratia Dei, alioqui legem habebit, non ubi gratuletur, sed ubi confundatur, si voluerit inspicere mandata, quæ non facit. Aug. tom. 8. colum. 1331. d. Sic confusi Israëlitæ in promulgatione legis Exod. 19. & David, Psal. 130, 3. Deut. 5, 23. non potuerunt audire legem.

Confirmant hanc imperfectionem impletionis (1) Dicta scripturæ, Rom. 8, 3. Rom. 7, 14. Actor. 15, 10. Rom. 3, 20. Gal. 3, 21. 2. Cor. 3, 6. (2) Accedit Confessio omnium Sanctorum, 1. Reg. 8, 46. Job. 14, 4. Ps. 14, 1. & 51, 7. Ps. 143, 2. Gen. 6, 5. c. 8, 22. (3) Status negatæ ex lege justificationis. Vid. tit. *Justificatio*. It. *Opera*. (4) Praxis Ecclesiæ Romanæ (α) in vita, quæ omnis generis defectibus & vitiis inquinata est, maxime in iis, qui in statu perfectionis vivere se existimant. Res in aprico est, nec indiget probatione. Videatur Cornel. *Schulting.* de disciplin. Eccles. *Alvarus Pelagius in planctu Ecclesiæ.* Onus Ecclesiæ; sexcenti alii. (β) In confessionibus, in quibus confitentur juxta omnia præcepta Decalogi sua peccata, Granat. tom. 3. Oper. in membr. pecc. (5) Confessiones adversariorum, quæ vide sis apud D. Gerhard. in Confess. Cathol. Barradius Tom. 1. f. 465. citat ex Cyrillo, quod nemo exuere possit perturbationes animi, utique cum peccato conjunctas. §. *Non est hujus seculi pax.* W. Nigrin. de impletione legis p. 135. (6) Adstipulationes Patrum Ecclesiæ puriorum, qui eandem impletionis legis imperfectionem agnoscunt nobiscum & tuentur Theodoret. in Col. 1, 27. *Perfectionem non lex, sed Evangelium tradit. Taulerus* ex Thoma, sermone in Pentecost. Homo plus se, quam Deum diligit, pag. 279. Observes attentè hanc Tauleri confessionem, contra perfectos sibi visos legis impletores! Præstita autem hæc impletio à Christo nativitate sanctissimâ, Luc. 1, 53. Hebr. 7, 27. vita justissimâ, Joh. 8, 46. doctrinâ verissima, Matth. 5, 6. meritô plenissimo, Esa. 53, 5. Gal. 3, 12. imputatione, Rom. 4, 5. cap. 8, 5. c. 10, 3. 4. inchoatione sanctitatis per Sp. Sanctum, Jer. 31, 33. Heb. 8, 10.

§. 22 VII. *Perfectio* legis: neque enim perfectior lex data est in N. Testamento ac in Veteri fuit, contra Anab. & Socinianos. Ad eorum argumenta alibi respondetur.

§. 23 VIII. *Difficultas legis in utraque tabula.* Aaron & Hur utrumque Mosis latus claudebant, Exod. 17, 12. sic quacunque velis parte legem intuearis, gravissimam esse deprehendes; id enim gravioribus Mosis manibus significatum est Exod. 17, 11. Lapis Christum significat, cui Moses cum lege imponendus est, ut requiem sub hoc jugo Actor. 15. animabus nostris conciliemus, Matth. 11.

§. 24 IX. *Repetitio legis:* memoria legis nobis sit jugis, Deut. 11, 18. Exod. 13, 9. Num. 15, 38. Deuter. 6, 6. Jos. 23, 6. Allegor. Christus digito in terram scribebat, & fructum legis repetitæ toties à Judæis quærebat, Joh. 8, 6. Augustin. tomo 9. colum. 263. c. ita non simus terra sterilis, sed fructuosa, ne in terra scribamur, Jer. 17. v. 1. Dei legem assiduè repetamus, Prov. 7, 2. quia brevis, & facile memoria potest teneri, tenetur enim duobus præceptis, August. tom. 8. c. 1168. c. Deinde maxime est necessaria (1) ob oblivionem depellendam. (2) Ob relectionem frequentandam, toties a Deo præceptam. (3) Ob directionem necessariam, nempe, ut sit norma judicandi, sicut Magistratus legem de vita honesta dat, quam tamen subditi non ignorant. (4) Ob societatis humanæ conservationem.

tionem. (5) ob legis naturalis ruminationem &c. Vid. Augustinum tomo 8. colum. 565. b. c. d.

§.25 *X. Legis internæ obedientia hominum oculis obvia non est.* Exod. 33,10. Israëlitæ Mosis tergum videbant in tabernaculum ingredientis; ita & nos splendorem legis ferre non possumus, tergum solum videmus, Roman.7, 14. 2. Corinth. 3,14. &c. in cortice plerique hæremus, lex enim spiritualis est, nos vero carnales, nec enim DEUM ita diligimus, ut par est;(α)non enim sic afficimur ergaDeum eâ cordis sinceritate, qua par erat: (β) non desideramus DEI præsentiam, ut ea jugiter perfruamur, Philipp. 1,23. (γ) nec perfecte in DEO gaudemus, Philipp. 4,4. Requirit lex opera spontanea, non metu extorta. Vid. D. Luther. in Epist. Domin. III. Advent. f. 51. a. §. Auß solchem.

§.26 *Ordo Præceptorum*

Qui in nostra catechesi proponitur, non improbandus; nam decem præcepta sic recitat D. Augustinus tomo 8. col. 209. b. in Psalm. 32. Idem epistol. 119. ad Januar. libro 2. ad Inquisit. Januarii capit. 11. & 12. contra Faustum Manich. lib. 15. cap. 4. & 7. de decem chordis cap. 5. 6. lib. 2. quæstion. in Exod. capit. 71. sermon. 95. 96. de tempore, & 148. libro tertio Confession. capit. 8. Clemens libr. 6. Stromat. Beda in Roman. Magister sentent. libro tertio distinct. 37. Thomas Ales, Burgensis, Hugo Cardinalis in cap. 20. Exod. Ut taceam rationes alibi a nostris adductas; imo Calvini libro secundo cap 8. §. 12. Institut. Ursini volum. 1. Tractat. Theologicor. Musculi in L. Comm. P. Martyr. class. 2. cap. 17. Loc. Comm. Hemming. in Enchirid. Class. 2. loco de lege; Idem in Catech. p. 26. Szegedin. in loc. p. 50. Confessiones de hujus distributionis libertate, quam frustra allatrant alii, Anhaldini in Verantwort. Marpurgenses in Abgenöthigt. Antw. Tilen. in syntagm. p. 199. Confer Hyper. p. 2. opusc. p. 657.

§.27 *Ordo legis & Evangelii.*

Lex præcedit, Evangelium sequitur; agricola prius terram flectit, aratro vertit, glebas frangit, spinas averruncat, postea semen committit; sic concionatores prius vitia evellant, dein Evangelii spargant semina. Tonitru Legis præcedit pluviam Evangelii, Psalm. 68, 8. 9. Vinum legis, præcedit oleum Evangelii, Luc. 10,34.

§.28 *Differentia Legis & Evangelii*

Est(1) *in notitia*: legis ex parte est naturalis, Deuteronom. 30,14. Sir. 17,6.7. Roman. 2,14. Evangelii notitia est revelata, Matth. 16, 17. abscondita, Eph. 3, 9. Rom. 16, 25. 2. Cor. 2, 14. 1. Cor. 1, 21. Joh. 1, 18. (2) *Autore*: lex per Mosen, Joh. 1,17. Evangelium per Jesum Christum. (3) *Pompâ*: lex inter tubarum strepitum, Exod. 19. cap. 20. non sic Evangelium, quod gratum, Esa. 52,7. Rom. 10,15. ideo pluviæ comparatum, Ps. 67,10. Vid. Prompt. Alleg. tit. Evangelium. (4) *Materiâ*: lex de faciendo, Luc. 10,28. Rom. 4,4. c. 3,27. Evangelium de credendo, Joh. 6,29. August. de Spiritu & litera cap. 13. (5) *Promissionibus*: lex promittit sub conditione obedientiæ propriæ & perfectæ; Evangelium vero sub conditione obedientiæ Christi, fide apprehensi, Rom. 4, 4. 5. (6) *Comminationibus*; minatur lex maledictionem, Evangelium offert veniam, Matth. 11,28. Johan. 3,16. (7) *Effectis*, lex iram Rom. 4,15. operatur, spiritum timoris generat, Rom. 8,15. Evangelium vero filiationis, Zach. 12,10. Rom. 8,18. 16. Gal. 4,6. 2. Corint. 3,8. Actor. 10, 43. & terret lex. Vid. Luther. in Psalm. 45. non sic Evangelium. Vide Matth. 9,13. Luc. 19,10. c. 22,61. cap. 23,43. cap. 7, 44. (8) *Objectis*; lex impœnitentibus, Evangelium pœnitentibus proponenda, Esa 61, 1. Joh. 3,16. Rom. 4,5. Gal. 3,13.

Similia. §.29

Lex est *adversarius* 1. cum quo nobis concordandum in via, ne accuset nos. Vid. August. tom. 10. col. 6. d. Matth. 5,25. 2. cui chirographum solvendum; lex enim ostendit hoc chirographum cordibus inscriptum esse: 3. cujus tribunal nunquam vitandum, semper enim accusat, semper instat hic adversarius. *Aqua in Mara*, Aug. tom. 10. col. 79. Exod. 15,23. quam (α) Israëlitæ bibere non poterant; sic legem nemo præstare potest, Rom. 8, 3. (β) Dulcoranda igitur est aqua injecto ligno satisfactionis Jesu Christi & dulcissimæ promissionis Evangelii. *Arbor scientiæ boni & mali*, Gen. 2,17. ejusmodi arbor lex est, ejus rami principales sunt decem præcepta; docet vero bonum facere & malum fugere, Psalm. 34,15. *Arma Davidi gravia* fuerunt, quæ ei imponebantur, 1. Sam. 17,39. Aug. tom. 8. col. 1656. a. col. 1653. a. sic lex gravissima est & jugum importabile, Actor. 15, 10. congredientibus nobis cum Satana nos tentante arma illa nimis gravia sunt, ergo levi jugo Christi nos subdamus, & pernicibus fidei alis superemus ignita Satanæ tela, Eph. 6, 16.

§.30 *Baculus Elisæi* (August. tomo 8. col. 764. d. tomo 10. colum. 1049. d. colum. 1150. a. b. 2. Reg. 4, 29.) non potuit resuscitare defunctum puerum; ejusmodi baculo lex similis, non vivificans, sed impellens, magis mortificans sine Christi gratia, qui per nos in peccatis mortui sumus, Ephes. 2. v. 5. Ipse ergo Elisa Christus Jesus accedat necesse est, qui ipsus vita est, Johan. 11, 25. & 10, 11. dat vitam ovibus. *Carcer*; nam legis typus est in Johanne mittente discipulos ex carcere, Matth. 11, 2. Augustin. tomo 10. col. 1209. c. sic V. T. cives in carcere fuerunt, Galat. 3, 23. ex hoc carcere mittendi, & Christus verus liberator e lacu Zach. 9, 11. quærendus est: sic Johannes fecit, idem cum eo faciamus. *Columna* lex, Evangelium nubes. Deuteronom. 4, 37. columnâ nubis & ignis Israëlitas DEUS texit in deserto: ignis legem notat & iram DEI, sive usum legis διδασκαλικόν; ut enim ignis lucet viatori in tenebris noctis: sic lex in mundi tenebris, Eph. 4. versic. 17. Nubes vero

eſt evangelii defenſio, quo tegimur ab æſtu divinæ juſtitiæ. *Corvus*; lex enim ſignificata per corvum, qui nihil certi de ſublatis aquis diluvii retulit, Geneſ. 8, 7. ita lex per ſe nihil prædicat de gratia nec fœdere gratiæ; quin potius iram operatur & oſtendit diluvium deſperationis & abyſſum iniquitatis, Pſalm. 130, 3.

§. 32 *Dolabra*, qua dolamur nos, ligna nempe 1. tumida perſuaſione ſapientiæ. 2. aſpera, affectuum noſtrorum intemperie. 3. rudia ob caliginem & cœcitatem. 4. nodoſa ob iniquitatem. 5. impura ob contagionem peccati. 6. tortuoſa ob vitia varia. 7. exeſa a vermibus malæ conſcientiæ, Oſe. 6, 5. *Epiſtola* ad nos directa, per legatos miſſa. Auguſt. lib. de ſalutaribus documentis. *Firmamentum cœli*, Auguſtin. tom. 8. colum. 1042. d. vocat vero Auguſtinus legem firmamentum, quod nos dirigat in doctrina & firmos reddat in cruce; ſubdit Auguſtin. illud Pſalmi 94. Beatus viri quem tu erudieris Domine, &c. Adde, legem fulgere ſicut firmamentum, quod radii divinæ juſtitiæ undiquaque ex lege emicent, Roman. 1, 18. *Fons ille* Johann. 5, 4. turbidæ aquæ, h. e. conſcientia trita, quam ſequitur ſanitas; illa prius turbanda eſt, quam hæc ſequatur. Angeli turbantes ſunt miniſtri verbi, qui docent juſtum & injuſtum, hoc fugiendum, illud faciendum. Hinc mens hominis legi DEI inimica turbatur & peccatorum convincitur; hinc David Pſalm. 6. anima mea turbata eſt valde. Vid. Eſa. 38. Exemplum Hiſkiæ turbati & aliorum pœnitentium. *Frænum*, quo recte uti debemus, ſicut equus fræno utitur pulchre. Chryſoſtom. hom. 2. in 1. ad Tim. Et fræno legis ducti pulchre incedimus. Hieronym. quæſt. 9. ad Algaſiam.

§. 34 *Gladius acutus*, Apoc. 1, 16. Auguſtin. tom. 9. colum. 657. d. ejus cos velut ira DEI eſt, Pſalm. 90, 7. Effectus legis in ſe eſt, nos a DEO reſecare ob peccata, Eſa. 59, 2. dividere inter æquum & iniquum & conſcientiam vulnerare, Pſalm. 38, 3. eamque penetrare fulmine maledictionis legis, Gal. 3, 10. *Humeri* inſtar fuit, in quo infirmi portantur: ita ſub lege infirmi fuimus. *Ignis* lucens nobis in tenebris & juſtitiam DEI oſtendens: verum a falſo diſcernens, bonum a malo: illuminans nos, ut ſciamus, quæ opera vere DEO placeant: urens conſcientias noſtras, juxta illud: miſit ignem in oſſa, Thren. 1, 13. *Jugum*, Galat. 5, 1. ſed importabile, difficile, ſervile, moleſtum carni.

§. 35 *Lapis*, in quem ne offendamus prohibet Chriſtus Matth. 22, 44. Auguſtin. tom. 8. col. 1016. a. offendimus vero omnes in eo lapide; nemo enim innocens eſt, omnes legis debitores ſumus. Item ille lapis, ſub quo cum Lazaro mortui decumbimus, Joh. 11, 39. Auguſt. tom. 9. col. 364. d. ſcil. in lapide ſcripta lex: premimur illo lapide, hinc lex jugum intolerabile dicitur Act. 15, 10. *Lumen faciei DEI*, Pſ. 90, 8. Sicut de lumine lumen accenditur: ita e lumine juſtitiæ DEI oritur lumen legis divinæ, in quo lumine peccata noſtra expanduntur, quæ occulta aliàs nobis videbantur. Sit hoc antidotum contra hypocriſin, ſecuritatem Epicuræam & nominis divini iræque contemtum mundanum, quo hoc ſeculo nihil frequentius eſt.

§. 36 *Mamma* fuit, à qua tandem adulti depellendi & ablactandi, Chryſoſtom. homil. 17. in Matth. *Medicina* Auguſtin. tom. 8. col. 1164. b. (1) Pathologica, oſtendit enim peccati affectum graviſſimum. (2) Prognoſtica, de futuris pœnis peccato infligendis, Deut. 28, 1. ſeq. (3) Diætetica, præſcribens modum vivendi juxta Dei voluntatem & ordinem, Pſal. 119, 9. (4) Oſtendens venena mortifera, Hieronym. quæſt. 9. ad Algaſiam. (5) Præcipiens modo, prohibens modo, Auguſt. lib. 22. c. 14. contr. Fauſtum. Theophyl. in Rom. 7. *Mel* per ſe dulce, ægrotis tamen amarum eſt: ſic lex per ſe bona & dulcis, at ægrotis inimica, Chryſoſt. hom. 8. de pœnit. *Moſes*, qui decem præceptis, ut decem plagis mundum, i. e. Ægyptum corripit. Auguſtin. tom. 10. col. 780. b. *Myrrha*, Pſal. 45, 9. Myrrha, aloë & Caſſia omnia veſtimenta tua. Lex vere myrrha eſt, arbor e quo guttæ fluunt amaræ; ſi ſponte ſua fluant, majori in pretio habituræ: ita ex lege fluunt guttæ pœnitentiæ; ſic Petrus flevit amarè, Matth. 26. v. ult. ſic David Pſalm. 6. lavi ſtratum meum lachrymis. Vid. plura titul. Pœnitentia.

§. 37 *Nuncius durus*, 1. Reg. 14, 6. erat Propheta Ahia, futuras calamitates uxori Jerobeami prædicens; non diſpar eſt legis nuncius, qui omnia mala delinquentibus indicat, Deut. 28. Gal. 3. vel ad perfectam obligat obedientiam, *Obex* compeſcens concupiſcentiam ceu fluvium, Aug. tom. 10. col. 264. d. ſicut enim fluvius impetu violento fertur; ſic cupiditatum Euripo mens præceps agitur; adeſt obex legis qui luxuriem carnis refrænet. *Onus* piis delectabile, etſi ponderoſum; ſicut torques aurea ponderoſa, delectabilis tamen ob pretium & ornatum. *Pædagogus* ad Chriſtum, Gal. 3, 24. ideo Lev. 15. de tot impuritatibus agit Deus. Videl. ut eas agnoſcentes ad Medicum & mundatorem recurramus, 1. Johan. 1, 7. Vide Epiphan. contra Manich. §. Quemadmodum ſi quis &c.

§. 38 *Petra* illa nolebat aquas dare, antequam percutiebatur a Moſe, Num. 20, 11. ita niſi petram cordis humani fulmine vel baculo legis percutis, non ſentit aquas ex petra Chriſto promanare: non ſentit Medicinam ejusque vim, niſi qui ſenſerit morbum, vulnus & plagam. *Procella*, 1. Reg. 19, 11. Luther. in c. 3. ad Gal. tom. 1. Wittenb. f. 174. a. quâ terremur; lex enim terrorem incutit, & Dei pœnas in nos velut glomerat denunciando. Procella nos abreptura, Eſa. 65, 6. *Pſalterium decem chordarum*. Auguſt. tom. 8. colum. 208. 209. Intenditur hoc Pſalterium decem præceptis diverſis gradibus: intenſiſſimus is eſt, qui exigit dilectionem ex toto corde, ex tota anima, &c.

§. 39 *Radix*, in qua omnes præceptorum rami contenti ſunt. Chryſoſt. homil. 18. op. Imperf. *Scopæ*, quibus domus cordis noſtri verritur, Lucæ 15, 8. lex verrit cor noſtrum; has ſcopas ſingulis

ſingulis diebus adhibeamus, & pro illis impuritatibus Deum precemur remittendis. Pſalm. 32. orabit ad te omnis juſtus. *Speculum* Dei, quod nobis ſuppeditat, ut maculas & nævos noſtros jugiter agnoſcamus. *Splendor* terrorem incutiens, 2. Corinth. 3, 13. Exod. 34, 33. vid. hic Ignis in ſimilibus. *Statera*, libra, norma operum noſtrorum. 1. a Deo præſcripta. 2. Sunt hic duo pondera, Dilectio Dei & proximi. 3. Hæc libra deprehendit Beliatzarum nimis levem eſſe, Daniel. 5. verſ. 27. ad hanc omnium hominum opera in judicio appendentur.

§. 40 תאוה Numer. 11. v. 34. locus dictus, in quo accenſus fuerat ignis Jehovæ in Iſraelitas: certe in lege Domini ignis divini furoris & juſtitiæ nobis propoſitus eſt, verbis Exod. 20. verſic. 5. Ego ſum Deus fortis, zelotes. *Talenta* x. Matth. 18, 24. Auguſtin. Tom. 10. col. 66. b. Confer Job. v. 9, 3. in lege nobis propoſita ſunt, quibus ſolvendis pares minime ſumus, Pſalm. 130, 3. & 143, 2. Matth. 18, 25. Pſal. 19, 13. Delicta quis intelligit? quis decem talenta ſatis ponderat? *Teſtis* noſtræ obedientiæ erga Deum, Deuteronom. 31, 26. Sit (liber legis) contra te in teſtem: teſtatur enim de jure Dei in nos, de debito noſtro erga Deum. *Velum acu pictum*, Exod. 36. verſic. 35. leges enim ceremoniales erant vela, quibus Chriſtus velatus fuit, variisque typis adumbratus. *Vinculum & compedes*, quibus ligantur homines, ut videant ſe captivos, vulneratos. Auguſtinus tomo 9. colum. 27. b. *Vmbra*, quæ ortum habet ab ipſo corpore, carnis tamen officium implere nequit: ſic lex, Macarius homil. 32. *Volumen illud volans*, cui nomen maledictionis inditum eſt, Zach. 5, 2.

§. 41 *Leges aliæ.*

Seneca alicubi: Scimus, legem juſti atque injuſti regulam eſſe.

Romanorum, Ægyptiorum, Lacedæmoniorum. Vid. Textor. colum. p. 623. ſeqq. earum autores, 621. Maſſilienſium. V. Camerarium part. 2. cap. 43. Confer quoque D. Meiſner. de Legibus. Sunt impuræ & excluſæ, v. gr. Platonis de licito mendacio, de non ſubveniendo valetudinariis, de occidendis infantibus, uxorum communitate. Lycurgus jubet hoſpites finibus pelli, pueros impune proſtitui, fœminas licenter exponi. Vid. Bellarm. tomo 6. colum. 703. c. Leges aliæ Magiſtratus, his obtemperandum, 1. Pet. 2. Rom. 13. obligant ſuo modo in conſcientia. V. Meiſner. d. l. Paræum in Rom. 13. col. 1455. non refigendæ. V. Judex. Saleucus alterum ſibi, filio alterum oculum erui juſſit, quod hic adulterium commiſiſſet, cui hanc conſtituerat pœnam.

LIBAMEN

Levit. 6, 14. non a libando dictum, ſed libis & panibus ex farre & ſimila confectis. v. 16. Similæ dictum eſt, quod libamen. Comedebantur vero libamina in loco ſacro.

Typi erant tritici cœleſtis Chriſti, pro nobis in cruce commoliti, ſine fermento peccati: Heb. 7. *Segregatus a peccatoribus.*

LIBELLATICI.

Qui olim? vide *tit. Confeſſio.*

LIBERALITAS.

§. 1 Eſt Virtus moderans amorem pecuniarum & ad easdem impendendas faciles nos reddens, pro rectæ rationis dictamine. Dicitur ἐλευθεριότης, Hebr. נדבה reſpectu mediocris pecuniæ liberalitas; ſed reſpectu maximæ pecuniæ & ſumtuum dicitur Magnificentia. Hinc Hebræis liberalis dicitur Dominus doni, μεγαλοπρέπεια. Vide Deuteronom. 15, 7. 11. Tob. 4, 7. cap. 12, 8. Prov. 13, 8. cap. 14, 21. cap. 15, 27. cap. 25, 21. c. 28, 27. Sir. 3, 33. c. 12, 1. c. 17, 18. Eſa. 58, 7. Dan. 4, 20. De Chriſtianorum Veterum liberalitate vide Tertull. cap. 39. Apol. Ambroſ. lib. 1. c. 11. officior. §. Tu num. Adde, ſi alia requiris, Textor. p. 1219. in officina.

§. 2 *Cauſa*

Efficiens principalis Spiritus Sanctus, movens cor ad beneficentiam, ut conſideret largam DEI benedictionem, qua ille omne animal benedictione implet, Pſal. 145, 16. Pſ. 104, 11. eamque imitetur. *Impellens* 1. DEI mandatum, Deuteron. 18, 8. Exod. 22, 25. Pſal. 37, 21. Sirac. 29, 27. Matth. 5, 42. Luc. 6, 34. Pſal. 112, 5. Proverb. 3, 9. cap. 19, 17. Heb. 13, 2. 2. Exempla: de his infra de objecto. 3. Conſideratio utilitatis, neceſſitatis, præmii dignitatis, ipſi n. DEO in membris exhibetur beneficentia, Sir. 35, 10. 11. 13. Matth. 10, 40. c. 25, 4.

Eſt etiam efficiens hujus virtutis homo liberalis, quem maximè decet liberalitas: unde etiam ἐλευθεριότης dicitur. Liberalis enim eſt, qui liber eſt ad collocandas pecunias, ſive ſit Magiſtratus, ſive alii divites, Exod. 35, 5. 22. Eſa. 32, 8. quicunque in re lauta conſtituti ſunt, 1. Timoth. 6. verſ. 18. 19. Alexander Severus ei, qui nihil ab eo petebat: Quid eſt (ait) quod nihil petis? an me vis fieri debitorem? pete, ne privatus a me queraris. Carolus IX. Francorum rex ideo Magiſtratum Oceano comparabat, ut eò pecuniæ diffluerent, quæ per populum quaſi in fiſcum devolutæ eſſent. Cyrus quoque theſaurum ſuum non dixit pecunias, ſed amicos, Xenoph. in pædagog. Cyri.

§. 3 *Materia.*

Subjectum, circa quod verſatur immediate hæc virtus, eſt pecuniæ cupiditas.

§. 4 *Objectum: Quibus benefaciendum?*

Sunt *Omnes homines*: omnis proximus, Lucæ 10, 37. qui indiget noſtro auxilio. Inprimis vero *Cultus DEI*, in quem opes noſtras impendere debemus, ut conſervetur Miniſterium. Vid. titul. Bona Eccleſiaſtica. *Pauperes*: his enim benefaciendum α. a præcepto DEI, Proverb. 28, 8. Sirac. 4, 1. 2. 3. 4. cap. 14, 13. Levit. 19, 9. & verſ. 10. cap. 23, 22. Deuteronom. 24. verſ. 19. β. Exemplo Gentil. Lycurgus per

per visitatores annuos eos magnis pœnis afficiebat, qui panem muribus arrodendum, & vestem tineis corrumpendum cessissent; siquidem illa in pauperes erogare debuissent. Gregorius Papa XIII. vicies centena millia aureorum in egenos distribuit, Baron. tomo 2. folio 208. numer. 30. γ. Etiam cum damno, Sir. 29, 13. Deuteronom. 15, 9. δ. A præmiis, Sir, 14, 15. 16.

§. 5 *Probi & boni*, Sir. 12, 1. Veteres tria objecta liberalitatis statuerunt: 1. Dignos. 2. Non dignos, qui licet sint immeriti, tamen demerita, h. e. peccata non habent in eum, qui benefacit. 3. Indignos, qui nec merita habent, & habent peccata, quibus benefactorem læserunt. Confer sis Senecam de beneficent. cap. 3. Non autem dandum improbis, Sirac. 12, 4. 6. nam duo mala committis, dum eis das: α. malos roboras: β. beneficium perdis; aliquando tamen, non qua mali sunt, sed aliis respectibus: 1. ob bonos, Senec. lib. 4. de benefic. cap. 28. §. Satius est. 2. ob declinandam suspicionem vindictæ. 1. Samuel. 24. David benefacit Sauli. 3. ob expugnandam malitiam, David d. l. Roman. 12, 20. prunas ardentes congerens in caput inimici. 4. ob exemplum DEI, qui & ipse malis benefacit, Matth. 5, 45. 5. ob commiserationem contestandam. Aristoteles dans Eleemosynam homini malo, reprehensus dixit: non mores, sed hominem commiseratus sum.

§. 6 *Dei ministri*, Prov. 3, 9. a præmio. Abdias centum prophetas aluit liberaliter. Ludov. Vives in Augustin. lib. 18. de Civit. DEI. *Literati*, Camerar. part. 1. horar. subcisivar. cap. 4. & part. 2. cap. 55. plurima hujus liberalitatis exempla recenset. Constantinus M. Scholasticos præprimis impenso amore prosequutus est, Eusebius libro quarto de vita Constantini. Idem Zonaras libro tertio annal. narrat de Barda imperatore Constantinensi, qui Scholas struxerit. Aristippus naufragus apud Rhodum ob eruditionem invenit, qui eum paverit, vestieritque. Vid. Sirach. 38, 25. 26. Confer Meiger. lib. 1. capit. 25. Nuclei.

§. 7 *Peregrini & Exteri*; & his benefaciendum, Levit. 23, 22. Levitis, peregrinis, viduis, pupillis. Christus peregrinum leprosum sanavit, Cassiodor. lib. 5. ep. 9. Chrys. sermone de jejuniis & lectione Genes. DEUM vocat patrem communem & magistrum nostrum, cujus domus (tanquam ad hæc derelicta) peregrinis & advenis patet. Omnes sibi hanc hospitam domum inveniunt, hanc ministram, & ita in omnibus famulantem, ut nesciam, utrum hujus, an peregrinorum magis dicenda sit domus, imo vero propterea magis hujus, quia peregrinorum est; nam & omne, quod nostrum est, tunc magis nostrum erit, si sit commune cum fratribus. Piastus Crusvicensis agricola peregrinos duos hospitio excipiens, regnum Poloniæ sibi conciliavit, Cromer. lib. 2. vid. quoque Zvvinger. vol. x. lib. 1. fol. 2360. Sebastian Lepusculus de captivit.

§. 8 *Ingrati*: & his benefaciendum, exemplo Dei ipsius, Matt. 5, 45. Christi, qui novem leprosos sanavit, Luc. 17, 17. Josephi, fratribus pessimis benefacientis, Gen. 45. Stephani, orantis pro ingratissimis Judæis, Act. 7, 40. Samuelis pro Israelitis orantis, 1. Sam. 12, 23. Cogitemus, quam nos quotidie in Deum nostrum existamus ingrati pro inenumerabilibus ipsius in nos beneficiis.

§. 9 *Pauperes*: his quoque benefaciendum præcepto Dei, Deut. 15, 7. c. 24, 19. seq. Exemplis, Tobiæ c. 1, 22. sepelientis pauperes: Abigaëlis 1. Sam. 25. erga pauperem David. Vid. tit. Beneficentia: it. tit. Pauperes. Clodovæi II. templi a patre ornati opes pauperibus largientis, Platina in Lucio. Cypriani, omnes opes pauperibus largientis. Paulæ Romanæ, Hieronym. in Epitaph. Lucinii Hispani e Bæthica, & Eubuli, qui omnia sua bona pauperibus dedit. Confer Hyper. p. 1. opuscul. p. 870.

§. 10 *Orphani & ægri*. Ruth. 2, 15. projicite de manipulis: vid. tit. Pupillus: it. Tutor. Petrus & Johannes claudo benefecerunt, Actorum 3, 6. eumque curarunt, vid. tit. *Pestis*, tit. *Morbus*. 1. Sam. 30, 11. David servo derelicto & ægro.

Naufragi, qui excipiendi. Act. 28. sic Paulus exceptus. Phasiani populi naufragis dant viaticum, & abnavigantibus tres minas, Heraclid. in Polit. Vide etiam Paulum Jovium in Consalvo, qui insigni humanitate Gallos sibi devinxit, naufragio dissipatos & humanissime ab eodem Consalvo tractatos.

Inimici: DEUS ipse suis hostibus plurima bona confert, Matt. 5, 45. benefacite &c. Luc. 6, 27. Rom. 12, 20. Prov. 25, 21. David Sauli benefacit, 1. Sam. 24. jubemur cibare & potare hostem, Prov. 25, 21. Rom. 12, 20. vid. tit. Charitas erga inimicos. Vespasianus imperator filiam Vitellii hostis sui infensissimi splendide dotatam elocavit, Sueton. Mithridates rex Ponti in hostis sui sepulturam ingentem pecuniæ vim impendit. 2. Reg. 6. Rex Israel posuit aquam & panem hostibus. 2. Chron. 28. superatos bello Israelitæ cibarunt & refecerunt. Christus ipse inimicorum pedes lavavit, Joh. 3. eosque dilexit, Rom. 5, 10.

§. 11 *Derelicti & afflicti*. 1. Sam. 30, 26. David dona mittit afflictis Siglag. Job. 29, 15. Tob. 1. impertiebatur captivis bona. Job. 42, 11. afflicto Jobo amici dabant munera. Paulinus Nolanæ urbis episcopus, capta urbe sub Justino seniore imperatore. Carolus M. multum pecuniæ misit pressis sub Saracenis vel Turcis Christianis & transmarinorum Regum amicitias ambiit, ut Christiani sub illorum ditionibus aliquid inde levamen sentirent, Crantz. lib. 2. Sax. cap. 8. Berta Henrici IV. imperatoris uxor, cum ex vico Montagnano tenuissimum filum Patavium adductum vendere non potuisset rustica, hæc illud Bertæ dono donavit, tanto gratitudinis fructu, ut præfectus Bertæ tantum agri publici rusticæ dare juberetur, quantum extentum filum posset metiri.

§. 12 *Mortui*. Ruth. 2, 20. eandem gratiam vivis præbuit & mortuis. Tob. 2, 7. noctu sepelivit mortuos

mortuos. 1. Sam, 31, 12. cives Jabes inGilead. *Exules*. Genef. 50,20. Ego pafcam vos & parvulos veftros. Xerxes liberaliter aluit Themiftoclem, Plutarch. in vita ipfius. Vid titul, Exul. Cæretes populi Hetruriæ facra Romanorum a Gallis devictorum accuratè confervarunt, Livius lib. 5.

§.13 *Materia ex qua*

Sunt varii actus & effectus, nempe *Misereri*, Pfalm. 41, 1. & 112. Job. 31, 18. Vid. tit. Mifericordia. *Manum & cor non claudere*, Sirac. 4, 4. 1. Johan. 3, 17. *Inducere in domum*, Efa. 58, 7. *Memorem esse amici sui*, Sirac. 37, 6. *Cibare, potare*, Matth. 25, 35. Efa. 58, 7. tempore famis, Gen. 41. aperuit Jofeph horrea & frumentaria: *Dare* mutuò, Deuter. 15, 9. Exod. 22, 25. Sirach. 29, 1. *Munera mittere*: Jacob Efavo munera mittit, Gen. 32. Jacob Jofepho, Genef. 42. Regina Sabæ Salomoni, 1. Reg. 10. Jonathan Davidi, 1. Samuel. 18. Tobias angelo, cap. 12. David fenioribus Ifraël, 1. Sam. 30, 26. *Non omnia ruri demetere aut demere*, Levit, 19, 10. Deuteron. 24, 19. Sed projicere etiam de manipulis, Ruth. 2. v. 15. *separare pecuniam* in Eleemofynam erogandam, Sirach. 29, 15. 16. a præmio, ibid. *Velle perdere pecuniam ob proximum*, Sirac. 29, 13. Satius perdere pecuniam quam charitatem. *Vendere frumentum*, Proverb. 11. v. 27. *Moram in solutione expectare*, Sirac. 29, 11. fuperadde Eleemofynam, ut diem illi des. Matth. 18, 32. punitur fervus nequam, quod patientiam habere noluit. *Et pecuniam plane amittere*, fi ferat necesfitas, Sirach. 29. verf. 13. Lucæ 6. verf. 35.

Ad hanc materiam referuntur quoque bona, è quibus benefacis: Sint verò tua, non aliena; non rapta injufta vi belli; nec per fas nefasque corrafa, Prov. 11, 16. Dona quæ damus, ea profint amicis, non obfint, Senec. lib. 2. c. 1. de beneficiis.

§.14 *Forma & modus*

Beneficentiæ confiftit in eo, ut demus tantum, quantum noftræ facultates ferunt, 2. Corinth. 8, 30. Ut Dominii jus in bonis noftris nobis fartum tectumque permaneat. Proverb. 5, 16. 17. fontes tui deriventur foras; tu tamen Dominus eorum maneto. (quanquam de cafta & prolifera uxore quidam illa verba Salomonis explicent) Item: tribuere in fimplicitate, Rom. 12, 8.

§.15 *Finis*

Commodati honesta proximo præftita, ejusdemque fublevatio in caufa indigentiæ & paupertatis. *Non ostentatio*, Matth. 6, 1. 17. oftentatio enim eft filia fuperbiæ; hac inflatus ille Pharifæus Lucæ 18, 12. hæc eft peftis, cui tria exercitia religionis fubjici, orationis, jejunii, eleemofynæ, tradit Laurentius de Aponte in h. l. Matth. hæc vulpes eft, ait Carthufianus. *Non retributio sperata* & majorum beneficiorum impetratio, Matth. 6, 18. Sir. 20, 14. 15. 16. *Non favoris humani conciliatio*, aut popularis auræ captatio.

§.16 *Adjuncta.*

Liberalitas fit *prompta* & fpontanea, Proverb. 21, 26. Genef. 28, 22. Sirac. 35, 10. 11. 13. *non gnava*, Sirac. 7, 11. Senec. libro fecundo cap. 5. de beneficent. Item: Omnis benignitas properat: Græc. ὠκεῖαι χάριτες γλυκύτεραι, veloces gratiæ funt dulciores; quin etiam ex promtitudine animi beneficium æftimatur, Luc. 21. v. 4. Ariftot. 4. Ethicor. cap. 2. Hinc phrafes illæ: cor invenire alicujus, Efa. 58. verf. 10. fequentib. Oppof. Cor claudere. *Provida*, ut videas, cui des, Sirach. 12, 2. quando des? nempe cum eft utile, cum eft neceffarium: ubi? nempe ut des clam, Matth. 6, 1. 17. vel aliquando publicè ob exemplum, quod Virtus præmiis afficiatur. *Præstans*. Actor. 20. v. 35. melius eft dare, quam accipere. Omne bonum fui eft communicativum. Non nobis folum nati fumus, fed & proximo. Cicer. 2. officior. ex Platone. Bion: optabilius eft, fuam meffem alteri largiri, quam alienam decerpere. *Utilis*, confervat hominum focietatem, hominem Deo fimilem reddit, charitatem exercet, hominum favorem conciliat, verum bonum comparat.

§.16 *Gradus*

Major eft liberalitas erga notos, quam ignotos; bonos quam malos, Pfalm. 15. v. 4. Confanguineos quàm alios, 2. Samuel. 5, 1. fidei domefticos quàm fidei adverfos, Galat. 6, 10. Actorum 4. verf. 32. Huc illud Efther. 9. v. 22. 19.

§.18 *Præmia*

Erunt cùm in hac, Sirac. 12, 2. c. 29, 14. Luc. 6, 23. Deuteronom. 26, 13. fequent. tum in altera vita. Matth. 25. Ego efurivi, &c. Auguft. tom. 10. colum. 443. a. *Honor Domini*, Prov. 14, 30. liberali enim competit federe inter principes, Proverb. 18, 17. benedictio & fatietas, 2. Chronic. 31, 10. 11. *Exauditio DEI*, beneficos enim rurfus Deus exaudit, Prov. 21, 13. & juftitia ejus manet in feculum feculi, Pfalm. 112. v. 9. *Iræ placatio*; fic Abigail iram Davidis placat, 1. Sam. 25, 23. fequent. *Refocillatio in morbo*, Pfal. 41, 1. *Benedictio*, Sirac. 7, 35. Proverb. 22, 9. Vid. Joh. 6. ubi decem cophinos impleverunt. Confer Cyrill. lib. 1. cap. 18. in Johann. 1. Corinth. 9, 7. Deus dat femen feminanti, multiplicabit femen. 1. Reg. 17, 16. hydria non defecit. *Commemoratio* apud Deum, Sir. 17, 18. & compenfatio, Sir. 16, 14. *Ditatio*, Prov. 11, 25. 26. cap. 28, 26. *Bona fama*, Sir. 32, 28. Virum beneficum & hofpitalem laudant homines, &c. Huc illud Salomonis Proverb. 18, 16. Donum hominis dilatat viam ejus, h. e. amplum & nobile reddit. *Receptio in tabernacula*, Luc. 16, 19. nam & Salomon ait: Divitiæ addunt amicos, Prov. 19, 4. *Gratiæ hominum impetratio*, Sir. 7, 35. *Corruptionis aversio*: ficut corporibus multo fanguine turgentibus prodeft venæ fectio; fic divitibus liberalitas: hæc enim efficit perfæpe, (fi in fide vera fiat) ut reliquæ opes a tabe & corruptione liberentur. Thomas Opufc. de erudit. Principis. *Conservatio facultatum propriarum*. Chry-

Chrysostom. homil. 78. in Johan. Tunc ea bona haberes, si aliis dares; si tibi servas, minimè habes: incertus enim est thesaurus in domo propria; certus autem est thesaurus pauperum manus. *Autoramenta servitutum*, nam liberales alios sibi devinciunt ad ministrandum; hinc Demostheni illud adscribitur: Dona principum sunt autoramenta servitutum.

§. 19 *Eventus.*

Modo benè cedit beneficium, modo male, Sirach. 20,10. si benè cedit, cum usura redit beneficium, largoque cum proventu; sicut terra proventu multiplici agricolam beat. Chrysost. hom. 55. in Genes.

§. 20 *Constantia in benefaciendo.*

Galat. 6, 6. sic nec Deus benefaciendo segnescit, Matth. 5, 45. nam etsi agricola incertus sit de seminis proventu, tamen spargit semen: sic quoque non cesses benefacere, etsi de gratitudine incertissimus sis. Pulchrè Seneca: Quid si nescis, utrum gratus sit an ingratus? sic serimus, sic navigamus: quis enim pollicetur serenti proventum? quis naviganti portum?

§. 21 *Exempla.*

Spectant huc donationes ad pias causas Veterum. Vide Chytr. in Metæop. & supra titul. *Bona Ecclesiastica.* Vespasianus imperator constituit annua centena Græcis & Latinis Rhetoribus, h. e. bis mille & quingentos Philippicos, Sueton. Antoninus Pius egregia eisdem salaria constituit: Alexander Severus Medicis & Mathematicis: Alexander M. Aristoteli historiam scripturo quinquaginta talenta: Augustus Horatio totos fundos & supellectilem dedit. Conf. Theod. Zwing. vol. 10. libr. 1. seq. Camerar. p. 2. hor. subcis. c. 55. Meiger p. 1178. Nucl. Prompt. Exemplorum M. Sturmii pag. 2. fol. 417.

§. 22 *Similia.*

Beneficentia similis est *annulo obsignatorio*, quem bene custodimus: sic quoque DEUS beneficia præstita conservat, Sirach. 17, 12. *Apes* egregium beneficentiæ specimen tradunt; suis enim favis prosunt hominibus, Proverb. 6, 9. Ideo plus mellis conficiunt, quam ipsis necesse est ad cibum. *Aqua* pauperem refrigeranti: hanc cum epulo negasset Lazaro, aquam non reperit, qua negantem linguam refrigeraret, Luc. 16. *Balsamum* pauperum, quo deliniuntur: hoc Balsamum Lazaro denegavit epulo, Luc. 16. eodem balsamo hostes molliuntur. Vid. hîc Oleum. *Cibus* corporis membris distribuitur, non ab uno membro digeritur; sic divitiæ in multos digerendæ: oculus non pro se solo accipit lucem, sed pro toto corpore: soli pedes ambulant, sed pro toto corpore: artifices sibi socias operas præstant: agricola domi defodiens frumenta famem inducit. *Fax*, quæ errabundis navibus portum monstrat: sic beneficentia miseris & pauperie errantibus viam elabendi commonstrat. *Fœnus*, quod Domino elocamus, Prov. 19, 17. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, Chrysost. hom. 33. ad Pop. Antiochen. *Fons* salutaris ad alios derivandus, Prov. 5, 6. *Frumentum*, quod in terram projectum læto proventu agricolam beat: sic beneficentiæ plurimi sunt proventus.

§. 23 *Hortus* benedictus, Sir. 40, 17. in quo omnis generis flosculi delibandi, odor beneficentiæ, flosculi variarum virtutum sunt in hoc horto. *Mensura* qua quisque hominum sibi rependit, Luc. 6, 38. si tibi larga est mensura liberalitatis, larga quoque erit mensura benedictionis, quam recipies. *Medicamentum* afflictorum: sicut enim oleum vulnera sanat, sic liberalitas pauperiem. *Monile*, quo ut Filiis Dei nunquam non superbire decet; sicut nobilium filii sua ostentant monilia: sic nos beneficentiam, Chrysost. hom. 1. ad Philip. *Oleum* calcem extinguere dicitur: sic beneficentia hominum odia, nam carbones in eorum capita colligimus, Rom. 12. pen. vid. 1. Sam. 24, 18. ubi Saul Davidi ait: justior es tu quam ego. c. 26, 25. benedictus tu fili mi, &c. *Samson* vincula disrupit, Jud. 16, 9. Divitiæ sunt *vincula*, quæ rumpit liberalis. Chrys. hom. 13. in 1. ad Cor. Vincula (ait) gravia his, qui eis uti nesciunt. Ergo qui rectè utitur divitiis, is Samsone fortior censendus est. *Sol* ultrò sine precibus illabitur nostris; sic quoque beneficentia προθύμως se offert. Epictetus, Seneca lib. 4. c. 13. de benefic. *Vestis*, quam induere debemus, Coloss. 3, 12. quia tegimus aliorum miserias, vestimus nudos, Matth. 25. Vicini & proximi Deo. Jacob. 1. qui dat omnia bona.

§. 24 *Opposita sunt.*

Illiberalitas, cujus causæ 1. quod homines non credant promissis Dei, de compensandis ab eo beneficiis. 2. putent omnia perire, quæ damus pauperibus. 3. non considerent, & se homines esse, communibus miseriæ telis objectos. 4. non attendant, se Christo dare, quod dant egenis. Matth. 25. mihi fecistis. 5. non credant, esse melius dare, quam accipere, Act. 20. *Recusatio doni*, Prov. 3, 27. *Dilatio*, ibid. *Pecuniæ sub lapide defossio*, Sir. 29, 13. *Tenacitas & avaritia* 1. Erga proximum. Vid. Judic. 8. v. 6. Viri Sochot panes dare noluerunt, sic Nabal, 1. Sam. 25, 11. Laban, Genes. 31, 7. Epulo, Luc. 16, 21. & divites, qui spoliant pauperes, Sirac. 13, 23. Esa. 32, 6. Avertere faciem a proximo consanguineo, Sirac. 42. super ea pauperes queruntur, Luc. 16. Indignatur Dominus Amos 3. *Audite vos.* Lazarus contemtus a divite de ejus queritur immisericordia. Tenacium preces non exaudit Deus, Sir. 4, 4 6. Tragico exitu vitam claudunt. 1. Sam. 25. Nabal a Deo percussus. Luc. 16. Epulo cruciatus. 2. Erga seipsum & proprium corpus, Sir. 14, 4. 5. 6. Coloss. 2. v. ult. Eccl. 6, 1. 2. c. 4, 8. Prov. 13, 17. *Usura*, de qua suo loco tit. Usura. *Immisericordia*. Vid. tit. Misericordia. *Hypocritica Eleemosyna.* Vid. Hypocrisis. *Prodigalitas* Prov. 13, 11. dicitur ἀσωτία: pœna ejus est paupertas, Prov. 21, 17. Vid. suo loco.

LIBERATOR. *V. Libero. It. Christus. It. Deus.*

LIBERI.

Sunt Dei donum, fructus conjugii, pignora amoris, spes posteritatis, Ps. 127, 4. Ps. 128.

Quotuplices?

§. 2 (1) Sunt liberi ex gratia omnes fideles, Joh. 1, 11. Gal. 3, 26. Rom. 8, 15. geniti ex Deo. V. *Regeneratio.* (2) Natura liberi, qui conſueto naturæ ordine procreantur ſive in conjugii ordine, ſive extra eum. (3) Adoptione liberi, Roman. 8, 15. ſic omnes pii. Vid. tit. *Adoptio.* (4) Mundani liberi, qui mundo vivunt: eſt enim princeps mundi Satan, qui ſuos educat filios mundum diligentes, 1. Johan. 2, 15. 1. Corint. 7. verſ. 31. (5) Diaboli filii, Johan. 8, 44. (6) Boni vel mali: Exempla bonorum liberorum Abel, Sem, Iſaac, Jacob, Joſeph, Tobias: Mali, Eſau, Cham, Abſolom. Filia pia, quæ Romæ patrem, qui damnatus erat ad famem perpetuam, ſuis uberibus ſuſtentavit. Solinus. In memoriam tantæ pietatis eſt extructum pietatis templum. Valerius Maximus libro 4. capit. 4. de Cornelia matre Gracchorum. Adi Didac. Apolepht. part. 2. horar. recreatit. pag. 82. 83.

§. 3 *Unde?*

Deus dat liberos, Gen. 30, 1. c. 33, 4. c. 48, 8. 1. Sam. 2, 21. Ruth. 4, 12. Ezech. 16, 20. 21. c. 23, 37. Pſ. 113, 9. & 127, 3. & 128, 1. 3.

Poſſunt etiam a malis parentibus procreari liberi bonæ frugis, 2. Reg. 18. Hiskias, Joſias, 2. Reg. 22. Ezech. 18, 14. Diſtinct. 56. ex Aug. Undecunque homines naſcantur, ſi parentum vitia non ſectentur, honeſti & ſalvi erunt.

§. 4 *Liberorum actus virtuoſi & virtutes.*

His ſtudeant filii, ne ſint carcinomata & vomicæ parentum, ut Auguſtus quosdam filios ſuos vocitabat. Zvving. Theat. f. 66. a. (Confer D. Silberſchlag part. 1. Poſtillar. p. 125.)

Pietas, Sir. 3, 8. Prov. 23. v. 23. Ejus effectus eſt orare pro parentibus. Ut contra parentes etiam in cauſa religionis ſtemus, Deut. 13. v. 6. Zach. 13, 3. in malis eorum viis non ambulandum, 1. Reg. 15, 3. 34. Cyrillus & ſynodus Epheſina epiſt. 10. Ubi fides læditur, valeat tanquam inanis & periculoſa, quæ erga parentes eſt, reverentia. Et epiſt. 16. Bellum nobis adverſus parentes etiam irreprehenſibile & inculpatum eſſe, imo omni laude plenum. Vide Chryſ. hom. 36. in Matt. Hieron. epiſt. ad Heliodor. Ambroſ. lib. 7. c. 12. in Luc. Sabellicum lib. 3. c. 6. exemplorum. Fulgoſum lib. 5. c. 4. Hinc Petrus, Andreas, Jacobus, Johannes parentes ſuos dereliquerunt, Matth. 4, 22. Matth. 10. Qui amat, &c.

§. 5 *Sapientia*, Prov. 19, 13. c. 23, 15. c. 17, 21. 25. c. 29, 3. Stultus filius matri eſt dedecori, Prov. 15, 20.

Reverentia & timor, quæ ex eo oritur, cum liberi de parentibus ſuis præclare ſentiunt, tanquam organis vitæ, & propria carne ſua. Deinde ſi agnoſcant, parentes longe ſuperiores ſeſe eſſe. Præcipitur Levit. 19, 3. Sirac. 3. verſ. 8. Numer. 12. v. 14. Fit verbis, facto, patientia, Sir. 3, 9. ex toto corde, Sir. 7, 29. geſtu, ut aſſurgamus parentibus, 1. Regum 2, 19. Salomon matri.

Honor quem naturali obligatione liberi ſive ingenui, ſive ſpurii parentibus (etſi infamia vel aliis vitiis laborent) exhibere tenentur. Sic Iſaac Abrahamum, parendo, Geneſ. 22. Jacob Iſaacum, Joſeph Jacobum, Gen. 49, 25. Confer Ezech. 44, 25. Deut. 27. 26. Pone maledictionem in Idololatras vibratam ponitur non fruſtra maledictio filii immorigeri, Jonathan honoravit patrem Saulum, Lev. 19, 3. Exod. 20, 12. Matt. 1, 5. c. 3, 3. Epheſ. 6, 1. Actus: collocare parentes ad locum honoratiorem, 1. Reg. 2, 19. Deut. 5, 16. Tobiæ 4, 3. Matth. 15, 6. Epheſ. 6, 2. Luc. 18, 20. Geſtibus, 1. Regum 2, 19. Surrexit rex in occurſum. Servitio, Sir. 3, 8. ſic honoravit Joſeph patrem ſuum, Geneſ. 46, 28. Patientia, Sir. 3. v. 9. Alphonſus Rex Arragoniæ, obvius patri, in lectica portato, equo deſcendit, pedes comitatus eſt. Panormitanus de dictis & factis Alphonſi, libro 2.

Cauſæ, Tob. 4. v. 4. Sir. 3, 10. cap. 7. v. 30. Exempla, Geneſ. 9, 26. cap. 46, 29. 1. Regum 2, 19. Confer Zwinger. folio 3252. Cæl. Rhodigin. libro 11. cap. 17. Valerium Maximum libro 5. cap. 4. Promptuar. exemplor. part. 2. folio 15. & 107. Meiger. p. 730. Nuclei. Præmia eorum qui honorant parentes, Sir. 3, 4. 5. 6. 7. ibid. v. 12. 13.

§. 6 *Supplicium* eorum, qui non honorant parentes. *Maledictio*, Deuteronom. 27, 16. Periclis filius Xantippus Patrem accuſans peſte extinctus eſt. Plutarchus in vita Periclis. Optime, parentes honorandos eſſe, perſpexit pater Lutherus. Vide eum fol. 309. b. in c. 48. Gen.

§. 7 *Contemtus opponitur honori*: Illius eſt actus, temnere parentes ob defectus, Sirac. 3. verſ. undecimo, ob repueraſcentiam, Sirac. 3. v. 11. ſic Cham Geneſ. 9. v. 22. deriſit Noam. *Maledicere & vituperare*, ſic pueri in Bethel, ſecundo Regum 2. verſ. 23. Abnegare parentes, cum liberos pudet parentum, vel ob paupertatem, vel ob ignobilitatem. Eos perſequi: ſic fecit Adolphus dux Geldriæ, ſenem namque patrem perſecutus eſt. Philippus Cominæus. Solyman Bajazetem patrem armis adortus ad ſe dignitatem Cæſaream traxit. Paulus Jovius. Q. Vibius Seronus effecit apud Tiberium, ut pater in vincula conjiceretur; is coram judicio concutiens catenas velut in filium jactas, dixit: Dii ultores! Tacit. lib. 4. annal.

§. 8 *Amor*: volunt enim, dici filios quaſi Φιλίους ἀπὸ τῆς φιλίας. Non ſunt humor ſolùm aſcendens, ut in plantis & herbis: ſed etiam humor deſcendens in radices, hoc eſt parentes. Debent hunc amorem ob plurima beneficia, Tobiæ 4. verſ. quarto, Sirac. ſeptimo verſ. 29. 30. Exempla Geneſ. 46. verſ. vigeſimo nono, capite 48. verſ. 12. 1. Regum 19. verſ. 20. Atys filius Crœſi patrem e præſenti vitæ periculo eripuit, Herodotus libro primo; ante mutus, tunc vero voce prorumpens exclamavit: o homo, ne occidas Crœſum; miles enim ſtricto acinace interfecturus erat regem. Æneas patrem e mediis Trojæ flammis liberavit. Metellus junior pro patre ſeniore Metello mori voluit. Sabellicus. Cimon pro patre Miltiade ſeſe carceri emancipavit, ut pater liberaretur.

Vespasianus sic amavit Tertulliam aviam, ut e poculo ejusdem argenteo festis diebus potaret, gratæ memoriæ ergo, Zwinger fol. 59. Theatr. Erat enim ab avia educatus. Carolus junior Ludovici Germanorum regis filius, Zwinger. fol. 133. Theatr. *Effectus*: Exhilarare parentes, Sir.13.v.14. Proverb. 10,1. humanissime eosdem verbis affari: salutare humanissime: sepelire etiam mortuos. Epaminondas Thebanus jucundissimum sibi esse ostendit, quod vivis adhuc parentibus Leuctricam lauream reportasset. *Zwinger.* theatr. folio 70. a.

§. 9 *Odium* amori opponitur, cum liberi parentes fastidiunt, & odio prosequuntur eosdem. Tullia non erubuit funus patris occisi a marito suo Tarquinio Superbo pedibus equorum conculcandum jubere. (Is erat Servius Tullius sextus Romanorum rex.) Ejus odii causæ sunt Satan, omnia odia inflammans: horrenda ἀστοργία: oblivio turpissima tot vitiorum, ex hoc odio pullulantium; itemque beneficiorum, quibus liberi a parentibus mactati sunt. Effectus ejus: Diras parentibus imprecari, Proverbior. 20. v. 20. quo facto nihil magis horrendum fieri potest: dolore eos afficere, Proverbior. 17. vers. 21. Ejicere parentes e bonis; sic Absolon fecit, 2. Sam. 15. percutere, Exod. 21, 15. Pœna additur ibidem: Fallere, eosque in luctum conjicere, vel conjugiô, ut Esau, Genes. 28, 8, 9. Falsô nuncio, ut fratres Josephi, Genes. 37. vers. 32. Fratricidio, ut Cain, Genes. 4. vers. 8. Homicidio, ut Simeon & Levi, Gen. 34. v. 25. Stupro, sic Ammon, 2. Samuel. 13, 11. sequent. Dilapidatione bonorum, Lucæ 15, 11. 12. Expellere, Proverbior. 19. vers. 26. a pœna maledictioins, ibidem. Retegere eorum vitia, sic Cham, Genes. 9. vers. 22. Occidere parentes: Orestes matrem Clytemnestram: sic Alcmæon itidem matrem suam: Siroche filius natu major patrem Cosroëm interfecit: sic quoque Evander Ptolomæus filius Epiphanis, & Nero matres suas sustulerunt. Medullina Arnutium patrem occidit, quod hic illam ebrius violasset. P. Malleolus matrem occidit; primus insutus culeo & in mare præcipitatus est. Heraclius Imperator Phocam patrem suum interfecit. Volaterran.

§. 10 Pœnæ contumacium liberorum sunt: (α) Interdictum Dei, Prov. 23, 22. c. 30, 17. (β) Maledictio, Gen. 9, 25. c. 49, 3. 4. sequent. Deuter. 27, 16. Sir. 3, 18. (γ) Mors temporalis, Levit. 20. 9. 1. Sam. 2, 3. 4. Eli filii, 2. Sam. 14, 17. Ammon occisus, c. 19, 23. Absalon. (δ) infortunia, Prov. 20, 20. Cain vagabundus fuit, Gen 4, 14. Cham servus servorum, Gen. 9, 25. Otho filius Friderici Barbarossæ militans contra patrem vincitur capiturque.

§. 11 *Obedientia*, Prov. 23, 21. 22. c. 1, 8. 9. c. 6, 20. Sir. 3, 7. Eph. 6, 1. Exempla: Isaac, Gen. 22, 6. Jacob, Gen. 28, 1. Joseph, Gen 37, 13. Filia Jephthæ, Jud. 11, 36. 37. Samuel, 1. Sam. 1, 24. (1) in mandatis parentum exequendis, Sir. 3, 7. Col. 3, 20. sic Jacob, Gen. 28, 1. Joseph, c. 37, 13. Rechabitæ, Jer. 36. Christus ipse, Luc. 2, 51. (2) In admittendis admonitionibus, idque, quod α. vox parentum vox sit Dei. β. ipsi parentes optime velint liberis, γ. parentibus subsint, & δ. Infirmo judicio præditi sint. (3) In contrahendis nuptiis, quia in omnibus obedire debent liberi parentibus, Eph. 6, 1. Coloss. 3, 20. Ergo & in matrimonio. Votum liberorum, insciis parentibus factum, irritum habebat Deus, Numer. 30, 6. Esau peccavit in hanc obedientiam, Genes. 26, 34. 35. Scriptura jus collocandi liberos in matrimonio ipsis parentibus vindicat, Deuter. 7, 3. Jerem. 29, 6. 1. Corint. 7, 37. 38. Sic Abraham, Gen. 24, 3. 4. Liberi quoque non sunt sui juris, sed in potestate parentum, Instit. tit. Sic non desunt exempla, qui obedientiam hanc magni fecerunt, Isaac, Gen. 28, 1. 2. Sichem, Gen. 34, 4. Ismaël, Gen. 21, 31. Clandestina ergo sponsalia liberorum non sunt rata, contra Pontific. (4) In ablegatione, Gen. 37, 13. 1. Samuel. 9, 3. sequent. 1. Sam. 17. v. 17. sequent. (5) In doctrinæ custoditione, Sirac. 23, 18. 19. Richter. axiom. 59. Oeconom. Termini & gradus hujus obedientiæ: Deo magis parendum quam parentibus, Deuter. 33. v. 9. Matth. 10, 37. c. 23, 9. Luc. 9, 59. 60. Matth. 8, 21. Exempla: Asa, 1. Regum 15, 13. 2. Chron. 15, 16. Luc. 8, 48. 49. Joh. 2, 4. Apostoli suos parentes deseruerunt, Matth. 4, 22. Confer Augustinum epist. 29. Basil. in Ascetic. cap. 8. *Præmia* obedientiæ: Bonorum temporalium cumulatio: Benedictio, Sir. 3, 9. 10. preces exaudiet Deus: gratiam inveniet, Sir. 32, 18. longævus erit. Exod. 20, 12. familiam stabilem habebit: (filii Eli protinus excisi à Deo, 1. Samuel. 2. vers. 34. 35.) Viperæ matrem necant; sic immorigeri filii suos parentes: fuit hoc Ægyptiorum hieroglyphicum, Orig. pag. 27. a. Similes sunt serpenti, quem in sinu fovit rusticus; hunc vero ille postea momordit; sic Absolon, sic Esau.

§. 12 Opponitur *Inobedientia*, Rom. 1, 30. cujus multi sunt actus: Nolle obsequi imperatis parentum; sic filii Eli, 1. Sam. 2, 25. Detrectare disciplinam: dissuadetur, quia hoc pacto pœnas sibi attrahunt liberi, Prov. 15, 5. 31. c. 19, 20. c. 23, 12. Sir. 6, 18. 19. Criminari disciplinam patris; prohibetur Prov. 15, 5. c. 13, 1. Sir. 22, 2. Irridere parentes, Gen. 9, 22. *Supplicium*: inobedientes olim lapidabantur, Deut. 21, 18. Exod. 21, 15. Levit. 20, 9. maledicti erant, Deut. 27, 17. Sir. 3, 11. tragico vitæ exitu puniti, Prov. 30, 17. exhæredati, Justin. 3. Instit.

§. 13 *Patientia*: Ejus actus sunt, tegere infirmitates parentum, Prov. 23, 21. Sir. 3, 15. Sem & Japhet sunt exemplo, Gen. 9, 25. Quomodo vero? (1) Affectu doloris, ne approbent vitia enormia parentum. (2) reverentiâ admonitionis, ut reverenter moneant de vitiis suos parentes; sic Jonathan fecit, 1. Sam. 19. (3) Cultu pietatis, orando Deum, partim ut parentib. meliorem mentem instillet, partim ne eorum peccata liberis imputet. (4) Judicio prudenti, ut cogitemus, neminem sine crimine vivere.

Dili-

§. 14 *Diligentia:* custodiant doctrinam Patris, Sir. 23. v.18.19. ut crescant ceu rosæ, Sir. 39. v. 17.18.19.

Beneficentia vel ἀντιπελαργία, 1. Tim. 5, 4. Sir. 3,16.17. ibid. c.7,30. 1.Sam.22,3. fovere eos in senectute, exemplo Ciconiarum, Val. Max. lib.5.c.4. sic Joseph fecit, Genes.45, 24. ægrotos visitare, Gen.48. Joseph Jacobum patrem invisit. Conf. Ambros. in c.18. Luc. §. Est honor &c. Pasce patrem tuum, pasce matrem tuam &c. Aristot. libro de mundo tom. 2. p. 1221. §. Quô tempore, qui &c. Exempla: Joseph aluit patrem & fratres, Gen. 45,9.10.11.cap.47, 12. Hinc Hanna filium suum vocat baculum senectutis suæ, Tob.10,4. Æneas patrem Anchisen humeris suis extulit urbe Troja flammis exustâ. Origenes docuit alios Grammaticam, ut alere matrem potuerit pauperculam, in vita Origen. Ambros. lib. 8. in c. 18. Lucæ: Pasce patrem tuum, pasce matrem tuam, & si paveris matrem, nondum reddidisti adhuc dolores &c. Confer Richter. axiom.45. ergo non occidant parentes, axiom. quinquagesimo secund. ibid.

§. 15 *Justitia*, ut liberi parentes liberent, defendant, tueanturque. Juste reprehendere aliquando licet; sic Jonathan Patrem 1. Samuel. 20. v.32. ob machinationes tyrannicas. Non spoliare parentes bonis suis, Proverb. 28. v.24. defendere eorum famam apud alios, eosque excusare: accusare fratrum & domesticorum nequitias, Genes. 37, 2. sic Joseph: Mortuos lugere, vide Mortui. Zwingerus fol. 98. a. b. 3319. Non devorare, quod olim Pontici homines faciebant, existimantes, non posse dari meliora patrum sepulchra, quam corpora filiorum, Tertull. lib. 1. adv. Marcion.

Concordia: eam inter se debent servare: monuit id suos liberos Scilurus apud Zwinger. fol. 3253. b.

§. 16 *Cur ad has virtutes impelli debeant liberi?*

1. Obedientia, quam Dei præceptis debemus. 2. Spes præmiorum & benedictionis Dei, si honoramus parentes. Exod.20. vers. 12. *ut bene sit tibi*: hæc promissio verax est, non fallax, exemplo Semi, Japheti, Gen. 9. Josephi, Davidis. Adi Promptuar. exemplor. part. 2. folio 118. 3. Fuga suppliciorum horrendorum, quibus implicantur inobedientes, nempe iræ Dei, maledictionis & variarum cupiditatum. 4. Cultus ipsius Dei, qui colitur, cum ejus præcepta observantur. 5. Custodia externæ famæ, 1. Samuel 8. vs. 3. filii Samuelis eam amiserunt; & conscientiæ internæ. 6. Aversatio maledictionis alias expectandæ immorigeris: sic Cham maledictus Genes. 9,25. 7. Et talionis; qui enim suis parentibus inobediens est, similes sibi expectet olim liberos: vid. titul. Talio. Vide Promptuar. Exemplor. parte secunda folio 110. Suntque immorigeri liberi morte digni, Exod. 21. v. 11. Levitic. 20. vers. 9. Deuteron. 31, 18. sed non privatim morti tradendi, Vide Brentium in Mosen. Parentum sepulchra qui non ornabant, hi ad nullos honores olim ab Atheniensibus vocabantur, D. Frantz. programm. in funus Taubmanni.

§. 17 *Degenerant aliquando:*

Ut filii Samuelis, 1. Sam. 8, 3. Hiskiæ filius, 2. Regum 21, 3. 4. Josiæ, 2. Regum 23, 32. 33. Josaphati, 2. Chron. 21, 4.6.7. 2. Chron. 33. v. 3. destruunt aliquando, quæ pii majores ædificarant. C. Caligula filius Germanici, Patris optimi degener filius, omnibus se dedidit vitiis. Marci Antonini filius degener Commodus fuit. Henrici secundi Imperatoris Henricus tertius.

Nec gloriandi occasionem habent, Matth. 3, 9. Joh. 8, 39. seq. Huc referendus Chrysost. homil. 20. in Johann. in verba: Beati, qui audiunt.

§. 18 *Benedictio.*

Liberi ob parentum pietatem benedicuntur, ut filii Josephi accipiunt jus primogeniturae; at Rubenis posteritas privata est eo, Deuteronom. 33. populus exiguus, Richter. in axiom. Oeconom. pag. 125. Psalm. 112. Generatio justorum benedicetur. Deuteronom. 28. benedictus fructus ventris tui. Exod. 20. facio misericordiam in mille generationes his qui diligunt me.

§. 19 *Puniuntur quoque temporaliter*

Ob parentum delicta, Exod. 20, 3. Genes. 3. vers. 16. cap. 7. v. 23. Deut. 38. v. 15. 1. Sam. 31. v. 2. 2. Sam. 12, 18. 1. Reg. 11, 30. c. 12, 28. c. 14, 10. & 20, 42. 2. Reg. 5, 27. Esth. 9, 14. Jerem. 16. v. 3. 4. Deuter. 28. maledictum semen. Sapient. 3. filii adulteræ. Genes. 7. multi infantes aquis periere: Jonathan cæditur cum patre Saulo: Esther. 9, 14. Psal. 109. vers. 10. 14. Thren. 4. v. 2. cap. 1. vers. 16. cap. 2. vers. 12. 19 Luc. 19. vers. 44. Psalm. 137. vers. 9. Exod. 10. cæsi primogeniti Ægyptiorum. Non tamen ab hominibus ob delicta parentum puniendi; sic Classicianus ob patris delictum injuste anathemate est percussus, August. tom. 2. col. 341. b. c. Esa. 14, 21. 22. Vide Brent. in h. l.

Raptus liberorum

Per alios: Jutha Cæsaris Othonis filia rapta fuit à duce Bohemiæ Bolislao, Münsterus libro 3. Cosmograph. Juditha filia Caroli Calvi, Cuspinianus in vita hujus, vide Didacum Apoleph. part. 1. horarum recreativ. part. 1.

LIBERO. *V. Redimo.*

§. 1 Verbi plura Synonyma fere, verbi gratia, vincula rumpere, Psalmo 107. vers. 14. & 116. extrahere pedem e fovea: rumpere retia hostium: asserere ab hostibus: confundere hostes &c.

§. 2 *Causa summa DEUS,* Exod. 15, 1. Psalm. 130. ult. Dan. 3, 17. Jon. 2, 13. non homo, Psal. 60, 12. Psal. 44. v. 7. Christus præcipue nostri vindex, Job. 19. vers. 21. à peccato & inferno liberans, Ose. 13. Matth. 1.

§.3 *Miniſterialis*, angeli boni, Pſalm.34. Homo aliquando, ſive ſint multi, ſive pauci; unus Jonathan cædit hoſtes, 1.Sam.14. unus Joſeph liberat totam Ægyptum. Impellens Deum ad liberandum Dei bonitas: externè impellens noſtra miſeria.

§.4 Offerens liberationem eſt verbum promisſionis. Pſ.91. ero tecum: Sacramenta confirmant; ſic David circumciſione fretus 1. Sam. 17.

§.5 *Subjectum à quo* multiplex eſt: malum culpæ, ab hoc liberat Deus, Matth. 1. Pſ.39,9. Condonando; deinde, nos regenerando, Rom. 6, 7. ſatisfaciendo. Eſa. 44. ſervire me feciſti &c. Malum pœnæ, morbi, Matth.9, 22. c. 14,36. fames, Pſ. 33. inimicitia, Luc.12, 58. miſeria, 2. Timot.4. penuria, Jacob. de Valent. in Pſal. 103. tentatio, Jac. 1. maledictio legis, Gal.3.

§.6 *Finis* 1. DEI gloria, Exod. 15. 1. Rom. 9. ut oſtendam potentiam meam. 2. Hominis ſalus.

§.7 *Effecta* liberationis: ex parte piorum confirmatur illorum ſpes, quæ non confuſa, fides non fruſtrata, creſcit charitas excitata, os in gaudia & cantica proripit. Impiorum confuſio, ſtupor, invidia, ſtultitiæ deploratio. *Qui* liberentur? impii interdum ob bonos, Eſa. 23, 15. Actor. 28. Pii gementes, invocantes, Pſ.7,11. Job. 8,5. Pſ. 50. Invoca me.

§.8 *Adjuncta*: Tempus, non mox liberat Deus, clamat Iſraël, Exod. 2. David, uſquequò? Pſ.13. deficit prius auxilium, creſcit hoſtium ſupercilium, Deut. 32, 36.

§.9 Multiplex liberatio: 1. Univerſalis in die judicii, Rom. 8, 23. Actor. 3. Particularis, hominum. 2. Corporalis, ſpiritualis. 3. Hujus vitæ, alterius vitæ. 4. Alia cita, alia tarda. 5. Alia corporis, alia animæ. 6. Alia durans, alia non durans.

§.10 Officia noſtra circa liberationem: Adſcribere eam ſoli Deo: Amare illum ut ſolum liberatorem, Geneſ. 48. Pſ. 18, 1. 2. Petere liberationem a ſolo Deo: Gratum eſſe pro illa, Pſal. 103, 1. 2. Pſ. 146, 1. Nec illius oblíviſci, Deut. 32. ſolicitum eſſe, ut libereris a Deo: expectare in ſpe & ſilentio illam: optare maximè, ut ab æternæ mortis malo liberemur.

§.11 Exempla liberatorum: Noë, Joſeph, Loth, Iſraëlitæ in Ægypto, Jacob de manu Eſavi, Lutherus, Simon Grynæus Spiræ mirabiliter ſervatus, Joach. Camerar. fol. 114. de vita Philippi Melanchthonis. D. Mylius Auguſtæ. Vide D. Hütteri orat. parental. in Mylium.

LIBERTAS.

§.1 1. *Civilis* de qua ICti, & quam ambire non improbat Apoſtolus 1.Corint. 7, 21. 2. *Moralis*, quæ excludit ſervitutem vitiorum; ſic liber ab avaritia eſt, quicunque opes maſculè ſpernit. Inſigne eſt exemplum Orniandi Epiſcopi apud Zonaram tomo tertio Annal. qui oblatas ab Anaſtaſio opes fortiter reſpuit.

3. *Religionis*. Vide tit. Religio. Hanc olim pecuniâ redemerunt Chriſtiani. Aurel. pag. 155. Epit. Baronii. 4. *Spiritualis* 1. Corint. 12, v. 13. quæ excludit timorem, Roman. 8, 15. Per hanc libertatem omnes unum ſumus, 1. Corint. 12. verſ. 13. Galat. 3. v. 26.28. Col.3.v.11. Epheſ.6. v. 8. & rigorem illum Moſaicum, non verò ſervitutem civilem, 1. Corint. 7. verſ. 22. Libertas omnis & vera eſt in ſapientia, omnis ſervitus in inſipientia, Ambroſius tomo tertio libro 2. epiſtol. 1. 5. *Contradictionis* libertas dicitur Scholaſticis, quando voluntas ex ſeipſa aliquid vult, idem nolle, poſſe, & contra: Contrarietatis, quando aliud aliquid vult.

§.2 6. *Libertas à peccato*, quæ ſit ſine peccati ſenſu, nulla eſſe poteſt in hac vita, Roman. 7. verſ. 14. ſequent. Hebr. 12. verſ. 1. 2. Eſt tamen aliqua, quæ nos ſervos juſtitiæ facit, Roman. 6. verſ. 18. Atque hinc eſt α. *Libertas à Juſtitia*, quæ nihil aliud eſt, quam carentia veræ juſtitiæ, Roman. 6. verſ. 20. Vide tit. Peccatum. Ejus conſequens, unde fit, ut quia homo corruptus eſt, nunquam à peccato ſit liber, dummodo mala interne cogitet; quod docet Gregorius libro 25. capite 3. Moral. 5. Unde plerumque contingit, ut nec dum procedat in opere motus mentis, & tamen perfecta jam culpa ſit ex ipſo reatu cogitationis: Hæc Gregor. quæ quam validè refutent fictam legis impletionem, nulli poteſt eſſe obſcurum. β. *Libertas à Lege*, puta reſpectu maledictionis & rigoris atque exactionis, ſumus liberi ab ea ob ſpiritum libertatis, qui eſt in regenitis, Roman. 8. verſ. 2. ob Evangelium, quod liberos nos facit, Jacobi 1, 18. Johann. 8, 36. cui fidem adjungimus. γ. *Libertas à miſeria*, Rom. 8. v. 21. quæ obtingit demum in altera vita, 2. Timot. 4, 18.

§.3 *Libertatem ſpiritualem tueri debemus.*

Galat. 5, 13. ſtate in libertate. Libertas igitur ſpirituale eſt præſidium, quod tuendum modis omnibus: Huic inſidiantur falſi fratres, Gal. 2, 4. Lacon quidam interrogatus quid artis ſciret, reſpondit, Liber eſſe, Zwinger fol. 42. b. in Theat.

Sic tamen, ut omnium ſervi fiamus, ſi eos posſis lucrari, 1.Corint. 9, 10. nec abutamur illa libertate ad carnis deſideria explenda. 1. Pet. 2, 16. non ſit velamen malitiæ.

Libertatis ſpiritualis partes quatuor vulgo recenſentur. 1. Immunitas a juſtificatione legis moralis. 2. ab ejusdem maledictione, Galat. 3, 13. 3. a rigoroſa exactione. 4. a legibus ceremonialibus.

LIBERTINI.

§.1 Actorum 6. verſ. 9. 1. Juxta Chryſoſtom. erant ii, qui libertate a Romanis erant donati. 2. Beda filios libertorum, qui libertate donati & manumisſi ſunt, intelligit. 3. Alii putant, vocem hic Libertinorum poſitam eſſe pro Lybicorum, quod ex Lybia orti illi fuerint; ſed textus conſtantia repugnat. Philo eleganter 4. hoc explicat legatione ad Cajum: Non (ait) paſſus fuiſſet Auguſtus trans Tyberim bonam orbis partem teneri a Judæis, quorum plerique erant libertini, quippe qui

belli jure in potestatem redacti, ab heris suis manumissi fuerant, permissi ritu majorum vivere; hos sciebat suos habere proseuchas, in quibus cœtus facerent, præsertim Sabbathis; hæc Philo.

§. 2 Libertini alii hæretici nostro tempore: 1. Scripturam S. pro nuda & occidente litera habent. 2. Solo spiritus interno dictamine duci volunt. 3. Omnem conscientiam abjiciunt. 4. DEO peccatorum causas blasphemè tribuunt. Vide Bullinger. de erroribus Anabaptistarum.

LIBERUM ARBITRIUM.

§. 1 (1) Notat libertatem in statu integritatis, quo sensu 3. Hypognost. apud Augustinum dicit Autor: Adamo dictum est illud Eccles. 15. vers. 15. si volueris mandata servare. (2) Ipsam mentem intelligentem & voluntatem, de qua Cyrillus Catechef. 4. Hieronymus lib. 2. in Jovin. Augustinus libro de perfectione Justitiæ contra Cœlestinum : Autor libro de Vocat. Gent. 1. c. 3. Nec quia &c. Quæ omnia fusius persequitur G. Perkinsius in Demonstrat. Problem. de Catholicis. Ementito. Et noster Chemnit. Exam. Concil. Tridentini, & in L. Comm.

Intellectus obscuritas. Vid. *Ratio*. V. Mysteria. Voluntatis rebellio. Vid. tit. *Peccatum:* item Cupiditas.

Servum vocat Augustinus tract. 53. in Joh. lib. de corrupt. & grat. c. 13.

§. 2 *Quadruplex est:*

Liberum (α) In statu integritatis. Genes. 1. vers. 26. Homo ad DEI imaginem creatus. Ephes. 4. v. 24. in Justitia. Deus ab initio creavit hominem rectum, Sapient. 2. v. 23. Liberatum (β) in statu gratiæ, Johann. 8. vers. 36. 1. Corint. 6. v. 19. unus est cum Domino: ibid. ubi spiritus Domini, ibi libertas. Captivum (γ) in statu peccati. Psal. 14. v. 4. omnes declinaverunt. 2. Timot. 2. ult. Captivi tenentur, serviunt immunditiæ, Roman. 6. v. 19. 1. Cor. 2. vers. 14. non percipit ea, &c. Johan. 8. v. 34. qui facit peccatum, servus est peccati. Eph. 4. v. 18. obscuratum intellectum habentes. Liberrimum (δ) in statu gloriæ. Confer. Bernh. libr. de gratia & lib. arbitr.

Alia libertas a coactione: sic voluntas cogi non potest, aliàs non esset voluntas. Alia a miseria: ab hac non simus nisi per mortem liberi, 2. Tim. 4, 18. Math. 6, 12.

§. 3 *In rebus externis & politicis.*

Vide Maxentium libro de Fide c. 32. In his aures sunt velut bilances, quibus oneratis eam in partem trutinæ ad instar mens flectitur, quo suasionis pondus incumbit. Basilius in Psal. 61. f. 78 b hoc pulchre insinuat: Tibi (ait) namque datur propria libra, quæ sufficiens discrimen boni & mali monstrat; corporea namque pondera in libra lancibus libramus; quæ vero ad instituendam vitam eligenda veniunt, per liberum arbitrium discernimus. Hæc Basil.

In spiritualibus plane ante conversionem mortuum, ut docetur in controvers. uberius.

LIBO. *V. Sacrificium.*

LIBRA.

DEI longè alia quam hominum; hac appensus Belsazar, Daniel. 5. Gregorius Magnus Papa ad nobil. Virg. Vide Drexelium tract. 3. pag. 291. a. b. spectat vero hic titul. ad titul. de DEO.

LIBIDO.

Vid. tit. *Castitas*. Imperandi libido, vid. tit.

LIBRI.

§. 1 *Liber DEI est*

(1) Providentiæ, Psal. 139. vers. 16. (2) Vitæ est Jesus Christus, vid. in Promtuar. Allegor. tit. de Prædestinat. (3) Sententiæ: in judicio legentur hi libri, Daniel. 7. v. 10. Apoc. 20, 12. (non intelligitur evangelii doctrina contra quosdam) conscientias hominum intelligit Theodoretus: alii, objectiones accusantium, & responsiones Patronorum, qui reos defendunt, ita ut velut libri accusantium & disceptantium aperti esse dicantur; tandem, discussis omnibus, sententiam prolatam esse: At nos simplicissimam, quæ ante posita est, de Judiciis sententiam amplectimur. Hieronymus putat esse & librum Mortis: at de hoc in scripturis nuspiam legitur.

S. Scripturæ, liber assiduè legendus. Vid. tit. Verbum Dei. Liber monimenti Malach. 3, 16. notat divinam omniscientiam, a forensi usu desumta phrasis Esther. 6. v. 1. Librum, in quo Væ scriptum, aperuit Christus flens, Luc. 19. Confer Ezech. 2. v. 9. 10. 11. Comestus ab Ezechiele liber, c. 2, 3.

Veterum erant aliquando lintei, Flav. Vopiscus in vita Aureliani; Elephantini, idem in vita Taciti.

Qui multos libros habuerunt? Epaphroditus Chæronæus 30. millia: (vixit tempore Neronis) Pamphilus Martyr 32. millia: Eunemus Attali filius supra CC. millia in hœdinis pellibus descriptorum, Pontan. in bell. Atticis p. 705.

§. 2 *Legendi*

Etsi *hæreticorum* sunt, vid. Euseb. lib. 7. c. 6. histor. Eccles. de Dionysio Alex. hæreticorum tractatus legente. Irenæus libr. 4. in præfat. monet, Adversariorum sententias non posse nisi ex libris cognosci eorundem. Itaque hæreticorum libri absolute non sunt abolendi, sed & legendi. Vid. Claud. Espens. folio 618. pecul. tract. operum.

Gentilium libri legendi 1. explorative, ut exploremus, quantum & quid de DEO cognoverint: 2. Testificative, ut, quomodo veritatem confirment, observemus. Vid. Basilius oratione pecul. de legendis Gentilium libris. Claud. Espensæus f. 986. oper. Adi quoque Arnobium adversus Gentes, qui in scriptis illarum fuit versatissimus. Theodor. libr. de cur. Græc. affectionibus.

Mathematicorum: de his comburendis vide decretum Honorii Imperat. l. Mathemat. C. de Episcop. audient. Act. 19, 19. Exempl.

Lutheranorum; Horum libri etiam a Calvinianis Theologis prohibiti sunt. Succensuit Calvinus olim ministris Francofurtanis, quod Joachimi Westphali librum de cœna excudi permisissent. Zanchius tom. oper. 7. epistol. ad Landgraf. Magistratus officium esse abolere Lutheranorum scripta contra Calvinianos edita. Vid. Hutterum folio 4. contra Paræi Irenic.

§. 3 *Comburendi qui?*

Non ἁπλῶς, ut vult Bellarminus lib. 3. c. 20. de Laicis; sed relate, nempe si libri sint 1. manifeste impii, blasphemi. 2. Magici, famosi; aliàs Polemici libri, qui aliqua sui parte errores continent, non mox eliminandi sunt, sed probandi, 1. Thessal. 5. vers. 21. omnia probate ad normam scripturæ, Galat. 6. versic. 15. Phil. 3. vers. 16.

§. 4 *Sacri à Pontificiis sæpè combusti.*

Verbi gratiâ: Biblia S. in Styria & Carinthia, institutâ superioribus annis reformatione, teste Polycarp. Lyser. in præfat. pass Dom. Hasenmüller. c. 9. instit. Jesuit. In Galliis non uno in loco: vid. Martyrol. Compend. e Gallic. in German. ling. translat. Bruxellis 1541. Justus Jusberg. Pellio, unà cum N. Testamento combustus: in Anglia Jacob Mortonus, & Thomas Bernhardus, referente Wilhelmo Nigrino arg. 1. pro Papist. script. contemtu pagin. 53. sequ. Etiam seditiosi Jesuitarum libri exusti, videlicet Bellarmini contra Barclaium, F. Suaretz. & aliorum. Adi D. Chamier. Panstrat. Tom. 2. libr. 15. c. 14. Balduin. Præfat. de Casib. Conscient.

§. 5 *Arianorum libri*

Meritò à Patribus in Conc. Nicæno damnati: erant enim in iis (1) quæstiones curiosæ, (2) res sacris literis contrariæ, (3) consilia latrociniorum, (4) calumniæ in probos viros, (5) Fovebant partes aliorum hæreticorum, (6) Seditiones continebant, (7) Novas revelationes jactitabant, (8) Similes Porphyrii libris, blasphemias continentibus, Socrates libro 1. cap. 6. histor. (9) Spargebantur in vulgus, Socrat. d. l. Baron. tomo 3. fol. 258. annal. 10. cancer secandus in corpore, multo magis a blasphemis libris cavendum.

§. 6 *Libri scribendi*

Ob hæreticos: sic Athanasius ob Arianos scripsit, tom. 1 oper. f. 115. Disput. contra Arianos: Idem d. l. fol. 330. lit. D. §. Tu autem: nam libri schismaticorum indigne pulsant Ecclesiam Dei, Opt. Milevit. lib. 1. p. 5. cont. Parmenian. Hæretici Priscillianistæ scriptis convincendi, non simulatione quadam aut mendacio, Aug. Tom. 4. colum. 36. c. d. *Ob alias causas*: Clemens Alexandr. libr. 1. Stromat. part. 1. (1) ob usum librorum. (2) si turpia scribunt Epicuræi, licebit nobis honesta scribere. (3) Relinquamus posteris ingenii fœtus. (4) Talentum non defodiendum in terram. (5) A fine, non ob gloriam, sed ob commodum legentium scribere debemus.

Plurimos libros scripserunt Manichæi teste August. tom. 1. col. 84. a. Vide etiam Augustin. de Pelagian. libro de hæres. ad Quod vult Deum.

LIGA

1. Pia ad recuperandam terram sanctam anno Christi 1066. instituta. 2. Impia est, quæ contra Evangelium.

LIGNUM

1. Pro quavis arbore, Psalm. 1. 2. Cruce: maledictus qui pendet in ligno, Gal. 3. 3. Humidum lignum Christus, Luc. 23, 32. Fructiferum, amnis undas protuberans; contra odio plenissima Judæorum corda exsucca & sicca. 4. Siccum, impœnitentium manipulus. Confer 1. Petr. 4. v. 17. 5. Vivum & vitæ est Christus (α) corde vivifico, (β) manu vivificâ, Joh. 6. (γ) ore vivifico, Joh. 6. (δ) Opere vivifico, Johan. 5. 6. Scientiæ boni & mali, Gen. 2, 17. sic dicitur à discretione inter bonum & malum: ab eventu sic dicta arbor, & adjuncto mandato, ex quo judicare potuit Adam, bonum esse, si ab ea abstineret; malum vero, si ejusdem fructus decerperet. Vide Luther. in 2. Genes. 7. Vitæ lignum, quod instar pharmaci fuit, hominem servantis in perpetua juventa. Veterum varias de utroque ligno sententias lege sis apud S. Pagninum in Isagoge *V. Lignum dulce*, Exod. 15. (1. Christi typus fuit. 2. Consolationis Theologicæ è verbo Dei haustæ) ac Bernhardum: Item Strabonem in glossa. 8. Reliquum lignorum in Paradiso erat ad nutrimentum ac sustentationem hominum & in cibum. 9. Lignum supplicii, Jerem. 5. v. 15. 10. Idololatriæ ligna colligi à pueris, &c. Jer. 7. v. 18. notat, omnes in idololatria exercenda occupatos esse.

LILIUM.

Lilium castitatis. V. tit. *Castitas*: & D. Bernhard. de passione Domini c. 18. Christus vere lilium est (de quo Philip. Nicolai in Cantic. Mein Hertz heist dich ein Lilium) (1) mira pulchritudine, Psalm. 45. (2) candore suæ innocentiæ: (3) rubore fluxus sanguinei: (4) odore bonæ fragrantiæ, Ephes. 5. (5) fulgore bonitatis & misericordiæ suæ, pro nobis enim animam posuit. Vid. fol. 218. c. 1. Corn. à Lapid. in Ose. 14.

LIMEN templi. *V. templum.*

LINGUA.

§. 1 Sumitur 1. pro divisione aquæ alicujus, quam nos vernacule brachium (ein Arm) vocamus, Jos. 15, 2. 3. לשון 2. pro populis lingua utentibus suâ, Dan. 7, 14. Esa. 66, 18. 3. Gloria dicitur etiam lingua, sive quod DEI gloriam celebret, sive quod sibi ipsi gloriam pariat, si sermonem prudenter & accurate moderetur, Gen. 49, 5. Psal. 30, 13. & 57, 9. & 16, 9. & 108, 2. 4. Studia linguarum linguæ vocantur, Act. 2, 4. 11. 1. Cor. 13, 1. c. 12, 28. 30. Sunt vero hæc studia diligenter excolenda (α) ob earum necessitatem in societate humana: variæ enim nationes linguarum commerciis sibi invicem devinciuntur. Claudius Cæsar Græcæ Provinciæ

vinciæ principem, Latinæ linguæ ignarum, officio removit, & peregrinatum misit, Sueton. Romani devictis populis necessitatem latinæ linguæ in jure dicendo adhibendæ imposuerunt. (β) Ob exempla eorum, qui variis linguis operam impenderunt, ut Mithridates. Vid. C. Gesn. in lib. cui tit. Mithridates. (γ) Ob necessitatem linguarum, quam multis depinxit verbis D. Luther. tom. 2. Jen. Germ. f. 464. Scripto ad omnes Consules & Senator. Augustinus lib. 2. c. 11. de Doctrin. Christian. Linguarum donum pretiosum neglectum sub Papatu, C. Espensæus folio 400. in 2. ad Timoth. Græce tum nosse suspectum, Hebraice prope Hæreticum D. 2. 5. Lingua pro instrumento loquelæ.

Linguæ igneæ Discipulorum Actorum 2. quid significarint, vide sis in Promptuar. Allegor.

Primam esse omnium Hebræam docti viri existimant.

§. 2 *In primitiva Ecclesia*

Donum linguarum valde erat necessarium 1. ob fidei Christianæ confirmationem, quæ fiebat effuso hoc dono visibiliter, Actorum 2. cap. 10. 2. Ob communicationem variam: debebant enim Apostoli divinum sermonem in universo orbe prædicare, Matt. 28, 19. Marc. 16. vers. 15. opus ergo erat, eosdem esse πολυγλώττους. 3. Ob mysticam applicationem: sicut olim DEUS Manna dabat omnis generis saporem cuilibet referentem; sic quoque Manna Evangelii daturus DEUS variis eam linguis condire voluit. Carthus. in 2. Actor. Et sicut homines linguis dispersi olim sunt, Genes. 11. sic linguarum varietate Spiritus S. in unitatem fidei redigere voluit. 4. Ob omnium populorum vocationem: ideo enim in omnibus linguis Evangelium prædicatum est, ut omnes vocarentur. 5. Ob præsentiæ Spiritûs S. dantis linguas testificationem.

§. 3 *Confusionis linguarum*

Prima causa fuit arrogantia & superbia, Genes. 11. Augustinus lib. 18. c. 4 de Civitat. DEI: Epiphanius: Hieronym. Prosper. Deinde migrationes populorum & novæ subinde coloniæ accesserunt. Tertio bella Romanorum & aliarum Gentium; ac illi quidem linguam maximè propagatum iverunt, ut est apud Valer. Maxim. lib. 2. c. 2.

§. 4 *Effectus bonæ linguæ:*

Seipsum homo ad honores evehit, Sirac. 20. vers. 29. sic Joseph, Genes. 41. Daniel, cap. 4. Vitam conservat & eripit homines ex periculis, Proverbior. 13. vers. 3. cap. 12. 2. Sam. 1. vers. 16. Deum laudat, Psalm. 71. vers. 24. & 119, 172. fruitur fructibus suis, Proverbior. 13. versic. 2. loquitur opportune cum afflictis, Esa. 50, 4. multa habet effecta, Proverbior. 12. v. 4. animam suam servat ab anxietate, Prov. 21. v. 33. mollit iram, Proverb. 25. vers. 15. docet homines salutifera, Proverbior. 10. versic. 32. bona, Prov. 16. vers. 21. amabilia, cap. 15, 2. 4. & quid? plurimos homines, cap. 10, 21. ut reperiant sapientiam, cap. 10, 13. quam lingua bona adfert, Prov. 10. vers. 31. ut illius fons, c. 18, 4. Bona lingua quoque in muliere esse potest, Prov. 31, 26. Mala in adulteris, Proverb. 6, 24. in improbis mulieribus, Sir. 26, 7. & 29. in hostibus filiorum Dei, Psal. 109, 3. 20.

Effecta malæ linguæ: §. 5

Perdere civitatem, Proverb. 11. vers. 12. spumare mala & magis illa loqui, Proverb. 15, 28. Psal. 52. vers. 2. 3. 4. 5. imprudenter evomere & instar gladii pungere, cap. 12. vers. 18. cap. 29, 11. totum spiritum suum effundit stultus, Sir. 20. vers. 5. arcana revelare, Proverb. 20. v. 19. attollere sese, Jacob. 3. v. 5. Deum blasphemare, Jac. 3. vers. 9. Esa. 3. vers. 8. falsa loqui, Ps. 109. vers. 1. 2. venenata verba loqui, ibid. v. 3. prodere suam stultitiam, Proverb. 19. v. 1. & falsam in corde inimicitiam, Proverb. 26, 23. Sir. 27. vers. 7. 8. fallacias & fraudes architectari, Psal. 50. vers. 19. odisse veraces homines, Prov. 26. vers. 28. Proximum dolose decipit, Proverb. 12. vers. 22. Psal. 52. v. 4. adulando corrumpit, Proverb. 11, 10. innocentem supprimit, Sir. 28. vers. 26. pervertit omnia & sinistre interpretatur, Prov. 4. v. 24. Sir. 28, 21. crudelia facit mentiendo, Proverb. 15. v. 4. molestiam creat, Sirac. 27. vers. 14. Prov. 10. vers. 32. Curiose loquitur de proximo, Bernhardus serm. 40. in Cantic. Principes quoque in rixas inducit, Prov. 16. v. 20. sanguinis effusionem, Prov. 12, 6. ossium comminutionem, Sir. 28, 21.

Eventus & supplicia malæ linguæ. §. 6

I. Ex parte Dei: huic os perversum est inimicum, Prov. 10, 13. cap. 6, 17. qui eradicat linguas, Ps. 12, 5. Prov. 10, 31. calamitatibus premit, Prov. 17, 20. Ose. 7, 16. Zach. 14, 12. c. 5, 17. Sir. 22. v. 31. & tandem confundit, Psal. 64, 9. & 55, 10. occidit mendaces, Psal. 5, 7. abominatio ipsi est lingua fallax, Prov. 12, 22.

II. Ex parte abutentium lingua: inducunt sibi terrorem, Prov. 13, 3. infamiam, Prov. 13. vers. 5. nam os ejusmodi obstruitur, Psal. 63. vers. 12. Odium, Prov. 8, 13. seipsum capit, c. 12, 13. & constringit, c. 18, 7. frustratur in pio homine, Sir. 28, 26. trudit se in maxima pericula, Prov. 16, 26. & infortunium, v. 27. non inveniet bonum, c. 17, 20. præmia sua accipit, c. 18, 20. 21. vapulat tandem, cap. 10, 8. 10. obruitur a violentia, v. 6. 11. & damnis cumulatur. Ps. 50, 19. 20. 21. & 52. v. 1. sequent. non diu consistit, Prov. 12, 19. Psal. 140, 12. sed perit, Prov. 10, 13. & extirpatur, ibidem v. 31. Psal. 52. Doegi exemplo. Vide Didac. Apolepht. part. 2. hor. recreat. p. 509. sequent.

Gravitas malarum linguarum. §. 7

Plaga ejus acerbior est morte, Sir. 28, 23. 24. 25. d. l. Hinc optime Euripides: Ἀκόλαστος γλῶσσα αἰσχίστη νόσος, id est, petulans lingua est morbus turpissimus, vide Richter. Axiomat. Eccles. 226. Lingua namque Deum contumelia afficit & proximum lædit. Timagenes historicus Augustum una cum universa familia maledicis verbis denigravit; satis vero habuit benignus Imperator, ei domo suæ interdicere. Daphitas Grammaticus crucifixus est, quod reges maledicis carminibus incesseret.

§. 8 *Linguæ affectio.*

Non posse ea loqui, vid. tit. Mutus: Exsecari, 2. Macch. 7, 4. seq. c. 15, 33. Cruciari, Luc. 16, 14. Morderi, Apoc. 16, 20.

§. 9 *Aromata tria linguæ:*

1. Moderata increpatio. 2. Copiosa Exhortatio. 3. Efficax persuasio, Bernhard. serm. 2. de Resurrect. col. 172. 1.

§. 10 *Officia nostra*

Circa malas linguas: Iis non *parere*, Prov. 17. vers. 4. nec attendere, credere, Proverbior. 26. vers. 24. decipitur enim & in errores labitur, fallacibus credens linguis. Orare contra falsas linguas, Psalm. 64. versic. 4. & 55. versic. 10. & 73. vers. 9. Ps. 109. vers. 2. Odisse bilingues, 1. Timoth. 3. vers. 8. Plura apud Drexel. tract. 12. p. 1653.

§. 11 *Circa nostras: Eas custodire:* domare linguam, Proverbior. 18. vers. 21. 1. Pet. 3. vers. 10. Psalm. 34. vers. 14. & Psal. 39. vers. 2. ne cultus noster sit inanis, Jac. 1. v. 26. Prov. 18. vers. 21. cap. 21. vers. 23. A minori: si agrum sæpe munis; multo magis linguam: si aurum appendis &c. Sirac. 28. vers. 28. 29. 30. Ab adjuncto: hoc arguit virum sapientem, Proverb. 10, 19. A damno, ne noceant linguæ, Sirac. 25. vers. 11. Ab utili: conservabis animam, Proverbior. 21. vers. 23. Sapientia est, quæ os custodit, Proverb. 14, 3.

§. 12 *Frænare*, Gregor. lib. 7. c. 26. Moral. Lingua sub magni moderaminis liberatione frænanda est, non insolubiliter obliganda, ne aut laxata in vitium defluat, aut restricta etiam ab utilitate torpescat. D. Bernhard. serm. de triplici custodia oris: Levis quidem res sermo, quia leviter volat, sed graviter vulnerat: leviter transit, sed graviter urit: leviter penetrat animum, sed non leviter exit: profertur leviter, sed non leviter revocatur: facile volat, atque ideo facile violat charitatem: tenerum membrum lingua, attamen vix teneri potest: substantia quidem infirmum atque exiguum, sed usu magnum & validum invenitur: modicum membrum est, sed nisi caves, magnum malum, Jac. 3. vers. 8. 9. seq. A simili: Ut vas repletum unguento odorem emittit; sic bona lingua recte temperata, Sir. 28. vers. 22. Prov. 18. vers. 21. Matth. 12, 37. Chrysostomus tomo 1. homil. 4. in Gen. vocat, Canones ponere linguæ. Vide Drexelium tract. 12. c. 58. 59. 60. 61. cap. 57.

§. 13 *Prudenter loqui*, puniti namque gravissime sunt, lingua faciles. Meiger. p. 1313 Nucl. Ergo sis tardus ad loquendum, Jacob. 1. ratione α. Materiæ, non omnia promiscue evomere, Sir. 20, 21. non de rebus ignotis loqui, Sir. 5, 14. ob periculum, lapsum, & ignominiam, ibid. non de sublimibus, Prov. 17, 3. β. Qualitatis: non loqui superbe, non tyrannice, Proverb. 14, 3. non acuere novaculam linguæ in corde livoris, Optat. Milevitan. lib. 2. p. 71. contr. Parmen. γ Temporis: Ut opportuno tempore loquaris, Proverb. 25. 11. Sir. 20, 22. nec instar gladii prorumpas, Prov. 12 18. nec nimium celer sis, Prov. 29. v. 30. nec tempore miseriæ proximum irrideas, Obad. 1, 12. 13. δ. Quantitatis, ne nimium multa loquaris; nam in multiloquio est peccatum, Prov. 10, 19. Sir. 7, 5. Ideoque sermonem nostrum temperare debemus, Proverb. 17, 27. Cæterum de variis linguæ vitiis e veterum meditationibus prolixe agit Hieremias Drexelius tract. XII. operum, recensitis ad numerum Alphabethi fere omnibus linguæ vitiis.

§. 14 *Laudare Deum nostra notaque lingua.* Refert Æneas Sylvius c. 13. hist. Bohemic. cum Cyrillus Romano Pontifici supplicasset, utque sibi lingua Slavonica sacrum Missæ peragere liceret, petivisset, vocem (multis ante contradicentibus) de cœlo auditam fuisse: Omnis spiritus laudet Dominum! Quo audito, Cyrillus, quod petiverat, impetravit. Cultum in latina lingua fieri, primus sanxit Vitalianus Papa, teste Platina in ejus vita. Olim fiebant sacra in primitiva Ecclesia, lingua in vulgus nota, teste Beleth in summa de divinis officiis §. In primitiva ecclesia. Amulario lib. 3. c. 9. & Cassandro in Liturg. p. 86. 87.

Difficultas frænandæ linguæ.

§. 15 Pambo vir rudis literarum accedens ad fratrem quendam, ut Psalmum disceret, audivit Psal. 39. v. 1. seq. & dixit: sine me; nam si intra 6. menses hunc versum re & opere didicero, sat erit, Socrates libr. 4. cap. 18. Edit. Grynæi. Nos addimus: non sex menses, sed omni vitæ tempore in hoc studio nobis laborandum esse.

Tarditas ad loquendum, Jacob. 1, 19. nempe α. modestiam loquendo exercere in cœtu ecclesiæ, 1. Cor. 14. v. 29. β. considerare prius ea, quæ loqui volueris, Sir. 28, 29. Confer Senec. Epist. 40.

Exempla

§. 16 Eorum, qui lingua abusi sunt: Doëg. Patacion bonis viris calumnias struebat, ac hoc pacto rem familiarem augebat; unde Prov. Patacione calumniosior, huc refertur Eurymnus calumniator.

Similia bonæ linguæ.

§. 17 Arbor vitæ, Prov. 15, 4. Argentum electum, c. 10, 20. Auro præstat, c. 26. v. 15. Calamus bonus, qui in hominum corda virtute Spiritus Sancti scribit verba vitæ, Basil. in Psalm. 44. Equus frænandus pietate & modestia. Fons vitæ, Proverb. 10. vers. 11. Gladius hominem, si bene lingua utaris, defendens, Chrysostomus homil. 4. ad baptisand. hunc Deus duplici velut muro labiorum dentiumque munivit. Margarita, Proverbior. 26. vers. 15. Thesaurus optimus.

Similia malæ linguæ.

§. 18 Arcus, Jerem. 9, 3. Culter, Jerem. 9. v. 8. quo homo occiditur, Jer. 18, 18. Gladius acutus, Ps. 57, 5. & 64, 4. Ignis juniperi, Ps. 120, 4. Jac. 3, 5. ex modica scintilla late se spargens. Malum plenum veneno, Jac. 3, 8. Novacula, Psal. 52. 4. acuta, Hilar. in h. l. Cos est odium, vulnerat cum proximum ferit. Sagitta, Ps. 120, 3. Serpens, Ps. 140, 4. Sepulchrum putens & fœtidum, Ps. 5. Ut fœtor e sepulchris: sic e malo corde per linguam pessima verba Matth. 15. prodeunt.

Vel notatur inexplebilis sævitia in pios, ut sepulchra nunquam satiantur. Testa spuma argenti dealbata, Prov. 26, 22. Venenum.

LINUM Fumigans. *V. Fides.*
LIQUEFACTIO. *V. Desiderium.*
LIPPITUDO. *V. Oculi.*

§. 1 LIS.

Synonyma sunt, Litigia, Discordia, Rixæ, Contentio.

Causæ Efficientes.

§. 2 1. Satan, omnis mali Autor: sic quoque litium & rixarum. 2. Corrupta hominis natura, in qua viget odium, superbia, ebrietas, Proverb. 23. vers. 29. 30. cap. 28. vers. 25. Galat. 5. vers. 20. 3. Conversatio cum iniquis hominibus instituta, ex qua lites etiam oriri necessum est. 4. Avaritia & injustitia; litem enim a limitibus dictam volunt, quod de iis primò omnium lites ortæ sunt. 5. Invidia: refer huc ea, quæ de ramis lauri cujusdam scribit Plinius lib. 16. c. 44. natur. historiæ, rixas excitantibus in navigio: sic ubi sunt invidiæ rami, ibi perpetua contentio. 6. Legum multiplicatio. Plato: ubi plurimæ leges, ibi etiam lites. 7. Susurratio & seminatio litium, Proverb. 6. Fugienda vero, quia α. pugnat cum charitate, quam debes proximo, cujus pacem modis tueri omnibus tenemur. β. abominabilis est Deo, Deo pacis, Proverb. 6. & contra exemplum Christi, qui semper pacem quæsivit, lites sopivit. γ. Nocet corpori Christi, quod est Ecclesia, quæ in unitate charitatis vivere debet, Johann. 17. δ. Ethnicum est vitium, Roman. 1. imò Diabolicum plane, Diabolus enim litibus delectatur. ε. Maledictum: si enim beati sunt pacifici, Matt. 5. ergo maledicti sunt, qui lites serunt. ζ. Vulnerat animas hominum; non sic gladius corpus, quam semina litium animos sauciant. η. Crudele: Milites tunicæ Christi inconsutili pepercerunt; at mali Christiani non parcunt corpori Christi, quod serendis litibus dilacerant. θ. Exosum piis, Psal. 120. vers. 5. ι. Argumentum ingenii perversi, Proverb. 16. versic. 28. & stulti, Prov. 20, 3.

Effectus Odii:

§. 3 Efficit vitam miseram, Sir. 40, 7. Exacerbat animas hominum: Offendiculum præbet: Conversationem hominum dissolvit: Impedit pietatem, 1. Timoth. 2. vers. 8. qui enim litibus sunt impliciti, perpetuis fervent odiis; Odia vero fidem & charitatem extinguunt. Homicidia causat; sic fratres Liminæi olim Patavii litibus vacantes, tandem mutuis sese vulneribus confecerunt. Vid. tit. Homicidium. Attrahit pœnas Dei.

Causæ dehortantes a litigiis.

§. 4 (1) DEI amor, quo pacem omnem complectitur & pacis sectatores, Matth. 5, 9. Hinc Christus pacem precatur discipulis, Johan. 16, 33. c. 14, 27. pacem Angeli apprecantur, Luc. 2, 14. hinc toties monet Deus per Apostolos, ut litigia vitemus, Philip. 2, 3. 14. 1. Tim. 2. v. 20. 2. Tim. 2, 14. Tit. 3, 9. Jac. 3, 14. Genes. 45, 24. ne rixemini in via, dicebat Josephus, quia c. 42, 22. Ruben objecerat fratribus, quod ipsius consilium sprevissent: sic quoque Deus vult, ne in via irascamur & rixemur cum proximo, Ambros. lib. de Joseph. (2) Diabolus litium autor; hujus filii sunt litigiosi; sicuti pacifici Dei filii nuncupantur. Autor odii Satan, sed ex odio litigia. (3) Per se inhonestæ sunt & turpes; non enim decent Christianos, quia vinculo pacis semper colligati sunt. (4) Effecta jurgiorum & consequentia, quæ sunt odium, homicidium, Sirac. 27. vers. 16. cap. 28, 13. bella, incendia, animorum exacerbatio, majus incendium, Sirac. 28. pacis violatio, Proverb. 3. vers. 30. Sirac. 21. vers. 10. Sicut ante ignem camini vapor. Isidor. in Synodo: Contentio faces odiorum accendit, pacem cordis contentio extinguit, concordiam contentio rumpit. (5) Dubius litium eventus, Proverb. 25. vers. 8. & confusio. (6) Odium proximi; qui enim ex privatis affectibus litem concitat, sine dubio proximi odio inflammatus hoc facit, Proverb. 18. vers. 19. (7) Superbia, Prov. 30. vers. 10. nam ex hac lites efflorescunt. (8) Delatio & perversio, Proverb. 16. v. 28. c. 26, 20. hæ enim sunt odiorum fontes, cum quis delatoribus & perversoribus credit. (9) Corrupta hominis natura, Proverb. 26. v. 20. sicut carbones & ligna incendium faciunt. Osor pacis, qui iram provocat & irritat, Proverbior. 30. versic. 33. (10) Honoris proprii conservatio, Proverb. 20. vers. 3. ob hunc enim odia & lites oriuntur; sic pastores Lothi & Abrahami Genes. 13. versic. 7. & Sodomitæ cap. 19. versic. 9. (11) Peccatorum vitatio: amantur enim peccata, si lites amentur, Proverb. 17. v. 9. Sir. 28. vers. 10. nam e lite proximi sequitur calumniatio, Proverb. 25. vers. 8. (12) Gentilium detestatio. Chilonis tria hæc præcepta aureis literis Delphis consecrata sunt, nempe: 1. Nosce teipsum: 2. Ne nimium cupias: 3. Æris alieni atque litis miseriam effugias.

Subjecta.

§. 5 In quibus rixæ sunt. 1. Osores pacis, Proverb. 30. vers. 33. qui enim pacem odit, is facile rixis habenas laxat. 2. Calumniatores: hi enim sunt instar lignorum in incendio, Prov. 26. vers. 19. Ut enim ligna magis magisque materiam præbent incendio: sic calumnia litibus. 3. Iracundi, Sirac. 28. vers. 13. Prov. 15. vers. 18. cap. 29. vers. 22. hi enim maxime in rixas proni sunt. 4. Stulti, Prov. 18. vers. 6. qui sapientiam susque deque ferunt, facile rixis capiuntur. 5. Superbi. Genes. 13. vers. 7. pastores Lothi. Prov. 28. vers. 25. unde enim omnes contentiones? nisi ex elato & superbo animo, Galat. 6, 2.

Locus.

§. 6 Non in loco sacro litigandum. Mulieres curru vectæ ad Sacra Eleusinia mutuo sese conviciabantur: sic hodie multæ mulieres sua sacra conviciis mutuis dehonestant.

Adjuncta.

§. 7 1. Turpitudo: est peccatum Diabolicum, non decens servos Dei, 2. Tim. 2, 7. 1. Cor. 11, 16.

Ideoque

Ideoque declinandum prudenter, ne alienis te litibus immisceas, Prov. 26. vers. 17. 2. Ignobilissimum, Prov. 20. vers. 3. Hinc honor est homini, qui se separat a contentione. 3. Signum superbiæ & perversitatis malitiosissimæ, Prov. 18. v. 6. 4. Muliebre peccatum, quod mulièbri sexui valde familiare est.

§. 8 *Componendæ igitur sunt lites*

Placabilitate 1. ob Dei mandatum, qui præcipit hanc mansuetudinem, Sir. 28. vers. 2. 6. 7. Deut. 32. 35. Matt. 5, 25. Coloss. 3, 13. Eph. 4, 32. 2. ob exemplum DEI patris, Mich. 7. vers. 18. v. tit. Mansuetudo: II. Reconciliatio. Confer Ambros. epist. 24.

Lites non protrahendæ in longum, ut olim Bunas judex ille Athenis fecit. Iis occasio omnis est amputanda.

§. 9 *Objecta cum quibus non rixandum?*

1. Non cum illusore, Proverb. 22. v. 10. 2. Garrulo, Sir. 8. vers. 4. à majore periculo. 3. Iracundo, Sirac. 8. vers. 19. 4. Potentiore, ibid. vers. 1. 2. 5. Stulto, Sir. 22. vers. 4. 6. Divite. Sir. 8. vers. 2. non contendas cum homine locuplete: hic enim suis divitiis innixus pauperem spernit, se cunctis præfert instar lauri, Psal. 73. vers. 7. & 37, 35. Horum igitur hominum consortia sunt vitanda, qui lites vitare velit.

§. 10 *Divisio.*

1. Lites quædam justæ: v. gr. Jacobi cum Labano, Genes. 31. vers. 36. Nehem. 5. vers. 7. Injustæ, 1. Samuel. 17. vers. 28. Exod. 17. vers. 7. cap. 2. vers. 13. Judic. 6. vers. 30. cap. 8. vers. 1. 1. Samuel. 20. vers. 30. Jerem. 15. v. 10. 2. Quædam cum DEO, Esa. 41. vers. 12. Johan. 9. v. 24. quædam cum hominibus. 3. Quædam de honoribus, Luc. 22. vers. 24. de opibus, Genes. 13. v. 7. de idolis, Jud. 18, 24. de religione, Act. 11. v. 2. cap. 15. v. 2. 1. Cor. 3, 3. de ritibus, 1. Cor. 11, 16.

§. 11 *Exempla rixantium.*

Cain, Genes. 4. vers. 8. Pastores Abrahami, Genes. 13. vers. 7. Isaaci in Gerar, Gen. 26, 20. Sodomitæ cum Lotho, Gen. 19. vers. 9. Judæ epist. v. 9. rixæ de corpore Mosis. Guelfi & Gibellini; illi erant, qui partes Pontificis sequebantur in Italia; hi vero qui Cæsaris, Platina in vit. Pontific. Naucler. Generat. XXXVIII. circa ann. Christi 1239. In utrosque graviter invehitur Ant. de Rampelogis in Figur. Biblicis tit. de Guelfis & Gibellinis. Bechtoldus Carinthiæ dux omnem pecuniam signatam & vasa aurea & argentea in unam massam conflari jussit, ut hæredibus esset materia litis. In Ecclesia ipsa Corinthiaca, in qua auditæ illæ voces sunt: Ego sum Pauli, ego Cephæ, 1. Cor. 1. Paulus Petrum reprehendit, Gal. 2. Barnabas a Paulo simultatis ergo recessit, Act. 15. Confer f. 612. A. 1. Lorin. in c. 15. Actor. Apost. Origenes de Christianis in multas sectas divisis conqueritur adeo, ut nomen solum Christianorum commune manserit. Socrates refert, dissensionum ergo olim in Theatris a populo publice derisos esse Christianos. Theophilus & Epiphanius & Augustinus & Chrysostomus & Ruffinus & Hieronymus, omnes Catholici, acerbissimis inter se conflictati sunt injuriis. Oriens & Occidens de fermentato & de Pascha altercabantur. Nec desunt litium exempla in ipsa Pontificiorum ecclesia: Irenæus cum Papa Victore: Theodoretus cum Cyrillo Alexandrino: Constantinopoleos Episcopus Eutychius cum Gregor. Magno: Cyprianus cum Cornelio Papa contentionis funem traxit, non diffitente J. Lorino in c. 15. v. 36. Actor. Apost. Abraham & Loth Gen. 13. quam dissensionem plurima commoda sunt insecuta, de quibus Pererius in h. l.

§. 12 *Similia.*

Rixæ similes sunt *Aquæ*, alveum excedenti: ita rixæ & inimicitiæ excedunt limites charitatis, & scandalis homines velut impetu quodam inundant; Hoc prævidens Abraham dixit Genes. 13, 8. ne sit contentio inter nos &c. Confer Prov. 17, 14. *Feræ* omnia dissipant; hinc Salomon satius esse censet solum habitare in tecto, quam cum rixosa muliere in domo, Proverb. 21, 9. c. 25, 24. *Fœtori* graveolentissimo: fœtent enim lites coram Deo pacifico, angelorum choro, piorum hominum consortio. *Homini* aggerem perfodienti, Proverb. 17, 14. aquis omnia inundantibus: sic ubi litibus semel data porta est, rixarum velut flumine omnia inundantur. *Igni* semper accendenti, Sir. 28, 11. seq. Sic lites ferunt novas lites subinde, & tandem in convitia & in forenses processus, marsupia demum evacuantes. *Januæ* patenti, è cujus adverso janua ventum trahit vehementem: Tu claude januam oris, cum aperuerit januam oris sui proximus, & cessabit contentionis ventus. *Mari* æstuanti, sordes projicienti: sic litigiosi homines nunquam non ira, odiis æstuant, & sordes injuriarum spumant. Sic Simei ille 2. Samuel. 16. versic. 7. probra in Davidem immerentem evomens. *Scintillæ* magnum incendium excitanti, levi tamen sputo extinguitur. Sirac. 28. versic. 14. sic lites facile resecantur, si initiis obstiteris animumque compescueris, ne primis motibus accendatur.

§. 13 *Solatium*

Eorum, qui contentionibus aliorum innocenter vexantur: 1. Bona conscientia de sua innocentia 2. Dei præsidium, Psal. 35, 1. 3. Exempla piorum, Abelis, Genes. 4. Jacobi, Genes. 31. 4. Exercitium patientiæ, 1. Pet. 2. 5. Declaratio tuæ justitiæ, Psal. 37. Mich. 7. 6. Huc spectant Theologi cordati, sinceritatem veritatis cœlestis defendentes, qui etsi vocentur litigiosi, non tamen ideo Jure vocantur: etenim α. definitio litis temerariæ illis non competit: E. nec sunt litigiosi. β. Absurdum! essent enim omnes Prophetæ, CHRISTUS & Apostoli & Martyres litigiosi dicendi, cœlestem DEI notitiam defendentes, contra Idololatras, Pseudo-prophetas. γ. Imo omnes Ecclesiæ Patres; sed falso! Augustin. lib. 1. c. 8. contra Cresconium: si contentiosus habetur a vobis paratorq; rixarum, quisquis cuiquam sermonis alterca-

certationem vel inferre vel referre curaverit, videte, quid de ipso Domino Jesu Christo ejusque servis Prophetis & Apostolis sentiatis. Ibid. cap. 6. Multi, quid respondeant, non invenientes, nec tamen veritati acquiescentes, moleste ferunt eos, qui ab eorum convincendo errore non dissimulant, litigiosos & contentiosos vocant.

LITANIA. *V. Oratio.*

LITERA

Opposita spiritui notat legis observantiam extra gratiam Christi, Rom. 2, 26. 29. cap. 7, 6. 2. Cor. 3. cui innixi Judæi, a Pseudo-Apostolis seducti.

LITERÆ. *V. Epistola.*

LITURA.

Litura mala parietis est falsa doctrina, Ezech. 13, 10. 14. 15. Conf. tit. Ministerium.

LITURGIÆ

Apostolorum nominibus venditæ incertissimæ sunt. Vide D. Gerhardum libro primo parte 2. capite 8. Confess. Catholic. pag. 416. sequent.

LIVOR. *V. Invidia.*

LOCUS.

§. 1 Notat hæc vox 1. cujuslibet locati spatium. Genes. 1. vers. 9. aquæ in locum suum. 2. Cœlum, sed additur habitationis DEI, pro nostra infirmitate, 1. Regum 8. v. 30. 39. 2. Chron. 6. vers. 27. Esa. 26. vers. 21. Mich. 1. v. 3. additur etiam *Sanctus*, Ps. 68. vers. 7. 3. Partem corporis humani, Levit. 1. vers. 15. 2. Regum 5. vers. 1. 4. Scripturæ testimonium, Luc. 4. v. 17. Hebr. 2. vers. 6. cap. 4. vers. 4. Luc. 5. vers. 6. 5. Functionem, Actorum 1. vers. 25. Sic loca Cantici seu officia Canticorum, 1. Chron. 6. vers. 31. 6. Peculiarem cultus Dei sedem, Esa. 59. vers. 13. 7. Beatitudinem a Christo partam, Johan. 14. Philip. 3. vers. 10. (α) carnem nostram cœlo inferendo. (β) In hac coram Deo apparendo. (γ) Paratus ante fuit Dei decreto, ergo meritis non comparatur nostris. Jam paravit CHRISTUS locum, & tu non amas illum locum? mundum amas, qui tibi locus non est? Heb. 13. non habes hic mansionem.

§. 2 *In loco non confidendum.*

Quamvis sacro & firmo, ut Judæi, Jerem. 7. vers. 4. Actor. 6. v. 13. Pharisæi, Matth. 23, 29. Nam rejicit Deus loca sancta, Psal. 78, 60. projecit Dominus Silo & Gibeam; Paradisum, Genes. 3. Hierosolymas, Matth. 23. v. 38. Luc. 19. vers. 44. Loca tot, in quibus Apostoli prædicarunt: Bethlehem profanatum ab Adriano Cæsare, Baron. tom. 2. folio 97. Paulinus epist. 40. Gregor. M. homil. 9. in Ezechiel. docet, loca mentem non munire: item c. Non loca. dist. 40. ex eod. Gregor. C. Multi e Chrysost. C. Illud autem: Ex Ambros. c. Qualibet ex Gregor.

§. 3 *Loca conspurcantur*

Etiam peccatis hominum, ob vitia denique homines exspuuntur, Levit. 18. vers. 28. & sedibus suis pelluntur. E Romana Cathedra prodiit Marcellinus in templo Isidis & Vestæ idolis sacrificans: Ex Antiochena D. Petri sede Paulus Samosatenus: Ex Alexandria Marci Evangelistæ, & D. Petri discipuli ipse Arius: Et quot quæso Romani Pontifices horrendissimis peccatis & flagitiis sedem Romanæ Ecclesiæ conspurcaverunt? Anastasius 2. Aracianus a Clero Romano excommunicatus est. Sylvester II. ipso Platina teste Dæmonem ipsum consuluit. Israelitæ quoque non semel carpuntur a Domino, quod locum sanctum profanaverint & contaminaverint.

§. 4 *Loca fatalia.*

Vid. tit. talio: item tit. spectra: item Angeli mali. G. Richterus Axiom. histor. 287. quædam exempla refert ex Thuano. Nos locum Paradisi allegamus merito, post lapsum fatalem factum & gladio angeli munitum, Gen. 3. vers. ult. Jerichuntis, Jos. 6. vers. 26. 2. Reg. 16. vers. 34. Jesabelis sanguis eo in loco, in quo Nabothi cruore terram sparserat, largissime effusus est, 2. Reg. 9, 36. Josephus lib. 13. c. 19. Antiquitat. narrat, Aristobulum fratris sui sanguinem effudisse, ut solus rerum potiretur. Re peracta pœnitere eum cœpit fratricidii, ideo in mœrorem & dolorem conjectus, tandem spuit sanguinem, quem exportaturus minister lapsus est, eodem in loco fratricidæ sanguine effuso, quo ille hunc effundendum ante curaverat. In quo quis peccat loco, in eo & punitur persæpe, Jerem. 7. vers. 32. seq. cap. 8. vers. 2. 3. sequent. Mathan sacrificulus in eodem mactatur templo, in quo idola coluerat, 2. Regum 11. vers. 18. Ossa sacrificulorum in altari Bethel combusta sunt, pristina idololatrias officina, 2. Regum 23. vers. 16. Lacedæmonii ad sepulchra filiarum Scedasi cladem Leuctricam acceperunt, quas paulo ante nobiles Spartani violaverant & in puteos abjecerant.

§. 5 Ob peccata hominum pœnis quoque divinis loca subjecta; sic terra maledicta ob hominum peccata, Genes. 3. vers. 17. Civitates, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim igni cœlesti exustæ sunt ob incolarum impietatem, Genes. 19. vers. 24. Ose. 11. vers. 8. 1. Pet. 2. v. 6. Jerem. 26. vers. 6. Luc. 19. vers. 44. Jerusalem non relinquetur lapis super lapidem ob contemtum divinæ visitationis. Commodissime quoque huc referimus Satanæ ludibria, terriculamenta & infestationes, de quibus jamjam dixi.

§. 6 *Locus non facit per se sanctum.*

Vide Jer. 23, 16. nec successio in loco. Ose. 9, 13. Gilgal olim locus sacer, postmodum in eo horrendam idolomaniam exercuerunt Israelitæ. Non sunt filii Sanctorum, qui tenent loca Sanctorum, ait Hieronymus. Jus Canonic. distinct. 40. c. Multi. Pharisæi successerant in locum Prophetarum, & tamen pessimi fuerunt, Matth. 23. Judæi, Jer. 7, 4. suum illud *Templum Domini, Templum Domini*, sed frustra ingeminabant, Tabernacula Silo rejecit Dominus, Ps. 78, 60 61. sic frustra in loco urbis Jerusalem confidebant Judæi Actor. 6. v. 13. contra Stephanum. Genes. 28. Bethel (Lus) locus olim sacer, postea Bethaven locus iniquitatis, rapinæ & ca-

& calamitatis esse judicatur, Ose. 4. Gregor. homil. 9. in Ezech. Si desit spiritus, non adjuvat locus: Loth in Sodomis extitit, in monte peccavit, &c. Si locus salvare potuisset, Satan de cœlo non cecidisset. Idem ad Anastasium Presbyter. Non loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt, sed nos aut merita bona ei conjungunt, aut mala disjungunt: allegatur C. Non loca. Chrysostomus: Locus non sanctificat hominem, sed homo locum. C. Multi dist. 40. Item: C. illud a. Quin etiam Bellarminus, lib. 4. c. 8. de notis Ecclesiæ §. dico secundo, fatetur, loci successionem non semper necessariam esse. Adde ejusmodi successiones locorum aliis quoque, puta Hæreticis & Gentilibus communes esse. Notæ igitur nunquam esse poterunt.

De loco, occasione controversiæ de corpore Christi, complura a nostris disputata v. D. Gravvero contra Keckerm. Jacobo Martini, Höchero in Sylloge p. 70. 71. Vietore in præscriptionib. Topic. & aliis.

LOCUSTÆ

Notant vastatores terræ, Amos 7, 1. hostiliter irrepentes, Joel. 1, 6. De locustis pluribus M. Delrio, part. 2. Adag. fol. 339.

LOLIUM. *V. Zizania. Item Concupiscentia. Item Ager.*

LONGANIMITAS. *V. Patientia.*

LONGÆVITAS. *V. Vita.*

LONGITUDO. *V. Deus.*

LOQUACITAS. *V. Lingua.*

LOQUELA & LOQUOR.

§. 1 Duo requiruntur ad loquelam, ut sit undique completa: 1. ut ad alterum conceptus dirigatur. 2. sic dirigatur conceptus, ut per illam directionem, alter in notitiam conceptûs veniat loquentis, sive quis ita loquatur, ut alter audiat, & rem, de qua agitur, intelligat. Bonfrer. Jesuita Prolog. in S. Scriptur. folio 1. co lum. 1.

§. 2 DEI loquela duplex: (1) Iræ. Ps. 2. loquar ad eos in ira. (2) Gratiæ. Esa. 7. Deus locutus est ad Achaz. Ps. 85. Utinam audiam, quod Dominus loquatur!

Homo proprie loquitur, cui lingua data: Angelorum loquela est ex dispensatione formæ assumtæ, proprie enim linguas non habent; vanæ Scholasticorum de his speculationes ad 1. Cor. 13.

Veritatem, pacem, bonum &c. semper loquamur. Vid. tit. *Lingua.*

Imagines & simulachra apud Ethnicos, aliosque locuta, Augustin. lib. 4. c. 19. de Civit. Dei, non diffitente Cornel. a Lapid. in c. 65. Esaiæ, fol. 534. A. 2.

LORICA.

(1) Militantis, 1. Sam. 17, 5. 38. 2. Chron. 6, 14. Nehem. 4, 16. cap. 46, 4. Ezech. 23, 24. cap. 38, 4. (2) DEI, Esa. 59, 17. (3) Filiorum DEI, Eph. 6, 14. 1. Thess. 5, 8. (4) Mystica satellitum Antichristi, Apoc. 9, 9. 17. (5) Thorax pectus ipsum dicitur, quod protegat divinam partem hominis. J. Camerar. col. 334. in Comment. utriusque linguæ.

LOT.

1. Typus Ecclesiæ a malis hominibus Philip. 2. obsessæ. 2. Exemplum conservationis Ecclesiæ in medio malignantium. 3. Infirmitatis humanæ, Genes. 19. 4. Liberationis plenariæ nostri, quæ fiet in altera die e Sodoma hujus mundi, & in hora mortis, qua ab omni malo pii liberantur, 2. Timot. 4.

LUCAS.

Lucas Evangelista Syriæ metropoli Antiochia oriundus, pictor medicusque, conversus a Paulo, (Tertullianus libro 4. cont. Marcion. & alii) Comes ejusdem Pauli in Achaja versantis, Coloss. 4, 14. Anno tertio Neronis vel vigesimo tertio a morte Christi scripsit Evangelium. Macedoniam, Græciam, Lybiam, Dalmatiam Evangelisans peragravit. Scripsit ex inspiratione Spiritus Sancti, quod Didac. Stella fatetur in præfat. Lucæ. Vid. Disputation. 2. de Autoritat. Scripturæ, stylo elegantissimo Evangelium & Acta Apostolorum usque ad primam Pauli incarcerationem. Apud Patras, urbem Achajæ, suspensus ex olea arbore, Niceph. lib. 2. cap. 43. anno ætatis suæ 84. anno a Christi morte vigesimo nono.

LUCERNA.

§. 1 Olim repertæ ex vivo oleo ardentes, mox tamen admisso aëre extinctæ, (sicut & Naptha) Plinius libro 2. cap. 105. Xiphilin. apud Dionem lib. 35. Erant in sepulchris reconditæ. Dicamus, in sepulchris in fide CHRISTI demortuorum habitare misericordiam Dei, superque his ardere, Psalm. 23. bonitas & misericordia.

§. 2 *Levitica* notat ministerium verbi a Christo accensum per Apostolos, Matth. 5. Lux mundi, in verbo, Psal. 119. Lucerna pedibus meis: 2. Petr. 1. Divina gratia & præsentia, 1. Regum 11. vers. 36. Hinc lucere dicitur facies DEI Psalm. 31. vers. 17. & 80, 4. 8. 20. Psalm. 67. vers. 2. (alii de successione in regno lucernam explicant 1. Regum 15. vers. 4. 2. Reg. 8. vers. 19. 1. Chronic. 21. vers. 7.) Job. 29. vers. 3. Justitia, Sophon. 1. vers. 12. & Omniscientia. *Politica* Magistratus, 2. Samuel. 21. versic. 17. Prosperitas, gloria, salus, Psalm. 18. vers. 29. Humana gloria, Ecclesi. 8. vers. 1. & splendor gentis, 2. Sam. 21. vers. 17. Numer. 21, 30. Psal. 18. vers. 19. Felicitas umbratilis, Job. 21. v. 17. Prov. 20. v. 20. *Physica* oculus, Matth. 6, 22. Luc. 11, 34.

LUCIFER.

(1) Aurora, Job. 11, 17. (2) Astrum matutinum, Job. 38, 32. vel antarcticum, ibidem v. 12. (3) Illustris DEI cognitio, 2. Pet. 1. (4) Rex Babylonis ob splendorem & sublimitatem Esa. 14, 12. sic dictus. Veteres de lapsu Angelorum exponunt.

LUCRUM. *V. Quæstus.*

LUCTA. *V. Concupiscentia. It. Tentatio.*

§. 1 LUCTUS.

Super mortuos, vid. tit. Mortui lugendi;it. tit. Lachrymæ.

§. 2 *Objectum lugubre.*

Infantes Græci non lugebant, quod ad sedem & sortem divorum pervenissent, Plutarch. in consol. ad uxorem. Zwinger. theat. f. 103. b. Occisos, mortuos etiam inimicos lugeamus; sic David, Alexander M. C. Julius Cæsar. Zwinger. Theat. f. 97.b. Id non est muliebre. Vid. Valer. Maxim. lib.2. c.1.Sponsæ ob sponsum Joël. 1. ob cladem publicam: L. Fulvius ob coronam rosaceam gestatam tempore cladis Cannensis in carcerem conjectus fuit ad finem illius belli, Plinius lib.21.3.vid. Jerem. 9, 17. 18. Bruta animalia lugere soliti Ethnici, f. 99. a. b. Zwinger. Antinoum puerum muliebriter luxit Hadrianus Cæsar p.III. Aurel. epit. Baronii.

§. 3 *Non sit nimius.*

Proverb.22. Sir.25, 12. Proverb. 25, 20. Sir.38, 19. cap. 22, 11. Sapient.3, 1. Luc. 16, 22. Apoc. 7, 16. 1. Corinth. 2, 9. Johan. 16, 20. Hieronym. in cap.1. Joelis, Cyprian. sermon 4. de morte. Senec. epist. 61. Ægyptii, Syri, Lydi in foveas se abdiderunt, nec solis lumen aspicere voluerunt. Plutarch. in consol. ad Apollon. Paula Romana vidua in luctu clamabat: Miser homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Hieron. in Epitaph. Paulæ. In luctu Persæ radebant capita & barbas, Herodot. in Colliope. Prohibetur Levitic. 21. Judæi lacertos sibi incidebant, Hieron. in 16. Jerem. vers. 6.

Lugebant 30. diebus Judæi, 9. diebus Ethnici. Cœlius Rhodiginus lib. 17. cap. 21. A. L. Lacedæmonii 11. diebus. Vide Zwinger.fol. 99.b. §. Temporis. Modus varius lugendi ibid.f. 99. b. 100. a.

§. 4 *Duplex:*

Malus: hujus causæ sunt (1) cupiditas mala. (2) deceptio virorum: sic Dalila Simsonem in luctum conjecit, Judic. 14, 15. (3) Inordinata dilectio: ob opes sæpe lugent homines & alia bona. (4) Damnatio æterna, Apoc. 6, 16. luctus æternus, vid. tit. Infernus.

Bonus: hujus causæ (α) contritio ob peccata, vid. tit. pœnitentia. (β) compassio, vid. suo loco. (γ) Devotio, vid. tit. Pietas. (δ) Abjectio, vid. tit. Cognitio sui: it. Humilitas.

§. 5 *Opponitur*

Luctui nullus mœror ob mortuos. sic Thraces, qui natis hominibus flebant, mortuis ridebant, Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. Lybici (vide Zwing. f. 103. a, b.) cantant hymnos in funere eorum, qui gloriose sunt mortui.

Beati lugentes, Matt.3. (1) ob peccata sua, de illis Deo questi, ut David, Ps. 102, 1. (2) ob calamitatem & crucem: (3) hi Deo præbent occasionem miserendi: (4) pollicetur Christus solatium, non ut præmium pro merito, sed ut remedium malo opponendum.

Consolatio lugentium, *vid. tit. Consolatio.*

§. 1 LUCUS.

Sylva densis arboribus opaca, Hebræis אשרה Deut. 16, 21. 2. Reg. 21, 3. 7. Judic. 6, 28. 2. Reg. 17, 10. 1. Reg. 14, 15. sic dicta, quod parum luceat. LXX. vertunt ἄλσος. Luci ejusmodi olim cultui & idololatriæ destinati erant. Atque huc videtur respicere Hebræa vox, quæ beatitudinem & sanctitatem aliquam illis locis ex sensu & opinione idololatrarum significare videtur, quasi dicas sylvam beatam & sanctam.

§. 2 *Judicia hominum de lucis.*

Apud Romanos lucus Martius celebris fuit, in quo Mars virginem Vestalem Iliam constuprasse dicitur. Justin. Plutarch. Credebant iidem, manes seu Heroum spiritus in lucis habitare. Solebant insuper arbores frondosas Dianæ consecrare, vid. Servium in illud Virgilii: Nulli certa domus, lucis habitamus opacis. Germani eosdem olim Lucos pro templis habuerunt. Cilices ipsum montem Amanum pro DEO coluerunt.

Cur abrogari jussi? Deut. 12, 2. Ne (1) Israëlitæ ad consimilem Gentilium superstitionem inducerentur: (2) suas ceremonias eidem conformarent: (3) Hostias in loco alio quam a Deo solo præcepto offerrent: (4) Divinum cultum non ἁπλῶς certo loco alligarent.

§. 1 LUDUS.

Ludus Scenicus, vid. tit. Spectacula.

Ludus aleæ & tesseræ ut licitus? (1) Si non fiat lucri aut aucupii gratiâ: (2) si fiat recreationis animi ergo: (3) Ut moderatus sit, nec in excessu tempus consumatur ejusmodi ludis: (4) Ut loco conveniente fiat, pro ratione personæ, sive subjective sive objective consideratæ: ut cogitemus, quæ σεμνά, quæ εὔφημα a nobis fieri possint: (5) pro ratione status & conditionis; hoc respectu Clericis ludi vetiti sunt, Authent. c. Interdicimus. C. Clericis & Sacer. de excessu Prælat. c. Inter Dilectos. Distinct. 35. cap. 1. Quod mali speciem habere viderentur: Confer ff. de Aleatoribus ubi Prætor. Si aleator a socio suo injuria affectus fuerit, non dabo illi judicium. Sin alter alteri rapinam aut vim intulerit, reddam quidem jus, quamvis sint indigni. Et mox: Si quis alterum coëgerit ad ludum, sumetur de illo supplicium, ut vel in latumias vel in publicos carceres conjiciatur. Confer d. Balduin. p. 1007. de Casib. conscientiæ.

Probibitus olim militibus: quod post consumptum patrimonium Deum deinde blasphemarent. C. de Religiosis funerum sumptibus.

Clericis concessus. Vid. Summistas & Vivaldum p. 159. candelabri Aurei.

Honestus, discorum, hastarum, cursuum, jaculationum, Aristot. in Rhetoric. hac tamen lege, ut vitæ parcatur eorum, qui ludunt. De variis ludorum Veterum generibus fuse agit Cœlius Rhodiginus lib. 13. c. 30. lection. Antiquarum. Et ex hoc Paræus in 1. Cor. 9.

Theatrici. *Vid. Spectacula.*

Cruenti ludi,(pugnant contra quintum præceptum) v. g. Venationes institutæ inter tygres, leones, ursos & gladiatores, donec alterutra pars succumberet, maximo vitæ discrimine: ut meminit Alexand. lib. 2. dier.Genial. 2. Sam.2.v.14. ejusmodi ludi fit mentio: Surgant pueri & ludant, scilicet spectaculi ergo.

Gladiatorii olim instituti erant ad adsuefaciendam armis juventutem, ne congressus hostiles expavescerent &c.otia vitarent. De diversis ludorum generibus vide Textor. in officin. p. 906. Vide *Spectacula.*

Funebres ludi. De his *Sabellicus* f.96.exempl.

Cæterum de variis Ethnicorum ludis vide Aretium Commentar. in Pindar. & Eusthath. in θ Odyss. & in ψ Iliad.

LUMBI.

§.1 *Egredi è Lumbis*, hoc est, *procreari*, Gen.35, 11. Lumbi etiam innuunt *Potentiam* Job. 40,11. Aliquando concupiscentiam. Proprie partem illam corporis: Sic aqua pertingens ad lumbos, Ez. 47,4. Nonnunquam onus subditis impositum, 1.Chron.10,10. Accingere lumbos, 2. Reg. 4, 29. Prov. 31, 17. i.e. aggredi opus & vocationem cum confidentia, Jer. 1,17.

Præcinctum esse lumbis,hoc est,fortem esse, Eph. 6,14. paratum,expeditum strenuumque, Dan.10, 5. Tertull.lib.4. adversus Marcionem succingere debemus lumbos, id est, expediti esse ab impedimentis lasciviosæ vitæ, 1. Pet. 1,3. Succincti lumbos mentis vestræ, Jerem.1,17. 2. Reg. 4,29. c.9,1. Job. 38,3. c. 40,2. Prov. 31, 17.

§. 2 Nutantes facere lumbos 1. enervare vires alicujus. 2. Alii, inconstantiam rerum agendarum notari, existimant. 3. alii de tristi servitute Judæorum Ps. 69, 24. explicant.

Eis manus impingere est signum doloris, Jerem. 30,6. acui lumbos, id est acri dolore compungi, Ps. 73, 21. nutare, Ps.69, 24.

Esse in lumbis, h.e. nondum procreatum esse, nondum traxisse originem, Heb. 7,10.

Solvere est exarmare, Esa. 45, 1. & imbelles reddere, sive destitui viribus, Dan. 5,6.

Saccum de lumbis abjicere est remittere dolorem & tristitiam, vestire lumbos saccis, Jer. 45, 37.

Lumbi mentis pro ipsa mente, Eph. 6, 14. 1. Pet.1,13. affectuum Euripo aliàs varie jactanda: cui fides resistit, & obedientia præstanda in bello spirituali.

LUMEN. LUX.

§.1 *Christus Lux*. Vide Arnd. in Ps.27, 1.

Primo DEUS est Lux. I. Ratione essentiæ gloriosissimæ. Ut unus Deus, sic & lux una, 1. Joh.4, 7. Deus Lux est, Jacob. 1. Pater luminum, v. 17.

II. Ratione Personæ. Pater lux est, spargens de se modo ἀῤῥήτῳ lucem Filium suum, Hebr. 1, 1. ἀπαύγασμα.

III. Ratione Idiomatum. Est. n. lux Deus (α) Sua bonitate, clementia & solatio in tenebris. Sap. 18. v.1. nocte in luce stellarum. Ps. 112, 4. justis lux oritur. Ps. 27,1. dominus lux mea.

(β) Justitia sua, quæ lumen nostrum educit. Ps. 37, 6. producet justitiam suam sicut lumen.

(γ) Sapientiâ qua lucet in rebus dubiis, & mentes nostras immobiles reddit per verbum suum. Vide sis plura in prompt. Alleg. 87. 232.

(δ) Ope & auxilio. Nam (1) parat felicem exitum cruci nostræ, 1.Cor.10,13.(2)cor erigit in tenebris. Ps.23. Etiamsi ambulavero .(3) paravit plenissimam liberationem in altera vita, Joh. 14. 1.Cor.2. (4) Solatii lumen accendit per Spiritum. S.(5)per verbum, Ps. 119.

§.2 *Secundò:* DEI imago lux fuit in protoplastis, vid. in Promptuar. Alleg. Tit. de imagine DEI.

Tertiò: Lumen aliud.

Naturæ: vel Physicum, sic lumen Solis, siderum, Genes. 1. 1.Cor. 5. de lucis laudibus vid. Dionys. c.15 de Cœl. Hierarch. Sunt etiam permagnæ lucis hujus naturalis utilitates. Nam 1. Mundum insigniter ornat.

2. Ejus pulchritudinem ostendit; sine luce namque mundum minimè contemplaremur.

3. Efficit dierum noctiumque vices.

4. Cœlestium corporum vim in inferiora hæc diffundit.

5. Operationes exercet celerrimas, Ambros. lib. 1. c. 9. Hexaëmeri. *V. Luna. V. Sol.*

§.3 Lumen 1. *Rationis*, est intellectus humanus: hic enim instar lucis est. Obtenebratus est tamen intellectus noster post lapsum.

2. *Gratiæ*, est illuminatio Spiritus Sancti, 2. Cor. 3. v. 7. Eph. 5, 8. Es. 60.

3. *Sapientiæ*, quæ est in pio homine. Ps. 111. v. 10. initium sapientiæ timor Domini.

4. *Gloria*, quod erit in altera vita.

5. *Prosperitatis* mundanæ: Hoc lumen (1) sese tandem consumit, (2) deficit. Esa. 40. v. 6. omnis caro fœnum &c. (3) fallit eos, qui huic prosperitati nimium tribuunt. Marc. 4. v. 19. divitiæ fallaces. Job. 38, 15. Lux ab impiis auferetur.

§.4 6. *Alii Lumen macrocosmi* hunc mundum vocant, in quo DEI potentia cernitur, Ps. 104. 107. Sap. 18. & *Microcosmi*, in quo intellectus lucet in anima, & visus in corpore.

Lumen Ministerii vid. Alleg. 1434. in Prompt. Minister vero sit lumen 1. ratione doctrinæ veræ. 2. vitæ & honestatis sinceræ. 3. Sapientiæ & discretionis. Ps. 119, 105. Lucerna pedibus meis &c. 4. gratiæ in corde & conscientia.

§.5 *LUMEN VERBI. V. Verbum DEI.*

Item, Sacra Scriptura.

Ea vere est instar gemmæ Pyropi. Refert Ludovicus Vartomannus, Regem Segæ (quæ est Indiæ pars & Provincia) tantæ magnitudinis Pyropum habere, ut si quis eum in tenebris noctis conspicetur, non aliter eum contempletur, quam si radiis solaribus illustraretur. Sic DEI verbum est pyropus ejusmodi lucens in nocte hujus vitæ & Christi claritatem nobis ostendens, 2. Cor. 3. v. 8.

Lumen porrò Triplex est:

§.6 I. Naturæ, in cœlo & astris, inque oculis nostris, ut videamus magnum Dei donum, Deuter. 34.

II. Gratiæ, quod Christus per Spiritum S. in cordibus nostris accendit, 2. Cor. 3.

III. Gloriæ, quod in æternâ vitâ apparebit,

rebit. Vide D. Amesium Tract. de lumine naturæ & gratiæ.

Pii quoque sunt lumina,

1. Lucentes bonis operibus. Matth. 5, 16. Sic luceat lux vestra.

2. Inter hujus mundi tenebras. Philipp. 2, 15. luceatis. 1. Thess. 5, 5. Ambuletis ut filii lucis.

3. Ventis tribulationum concusfi & excitati. Esai. 26. v. 16. c. 28. v. 19. Vexatio dat intellectum.

4. Tenebris hujus mundi non commaculati. 2. Tim. 2, 22. Si quis se emundaverit ab his, &c.

Lumen vitæ æternæ

§. 7 1. Jucundissimum. Ps. 16. v. 11. jucunditates dextræ.

2. Fugans omnes tenebras inscitiæ, miseriæ, Esa. 35. v. 10.

3. Affectatum ab aliis fidelibus. Philipp. 1. v. 23. Cupio dissolvi. Cap. 3. v. 20. Politeuma nostrum in cœlis est.

2. Contemptum ab impiis, qui sunt instar noctuarum lucem fastidientium: Sic hujus mundi curis impliciti non vident lucem, Ps. 49, 20. & in tenebris ambulant, quo vadant nescientes, Joh. 12, 35.

§. 8 *Christus Verum Lumen.* Est enim sol, Joh. 1. lux Mundi pellens tenebras, pacem conscientiis inducens, notitia nos imbuens, Esa. 49. gentes illuminans, Mich. 7 lux magna contra Satanam, qui cupit extinguere lumen Evangelii. Es. 60, 1. Surge & illuminare, quia venit lumen tuum, &c.

I. Ratione essentiæ divinæ: est enim ipsa lux. 1. Joh. 1, 7. Deus lux est.

II. Personæ respectu, est lumen de lumine, Symb. Nicæn.

III. Officii & effectorum. Nam Christus ejusmodi lumen est, quod

(1) Tenebras & somnum spiritualem fugat. Rom. 13, 12. dies approp. &c. Ephes. 5, 14. Surge qui dormis. 1. Thess. 5. non dormiamus.

(2) Torporem dispellit: Sicut lumen matutinum nocturnum torporem dissipat: Sic Christus sua gratia tanquam lux vera Joh. 1, 9. omnem torporem excutit, toties monens ut vigilemus.

(3) Viam monstrat mox a nativitate nostra in baptismo. 1. Pet. 3. fœdus bonæ conscientiæ: monstrat viam nobis per vitam. Joh. 12, 46. Ego sum lux mundi, qui me sequitur, non ambulat in tenebris per mortem, quia mortem vicit per tribulationes. Luc. 24, 20. nonne oportuit sic Christum pati? Monstrat viam ad Cœlum. Joh. 17, 24. Pater volo, ut ubi ego sum, illi quoque sint, quos dedisti. Joh. 20, 17. Ascendo ad Deum meum & ad Deum vestrum.

(4) Ad opera excitat, puta, pietatis & Charitatis, Ps. 104, 23.

(5) Splendore delectat. Ps. 36, 10. In tuo lumine &c. Esa. 60, 3. in splendore lucis tuæ gentes ambulabunt.

(6) Illuminat. Joh. 1, 9. illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, sicut lumen illuminat aërem.

(7) Ægrotos solatur: Sic Christus Matt. 11, 29. venite ad me omnes, qui laboratis, &c.

(8) Omnibus se communicat lux: Sic Christus non ducitur personarum respectu. Rom. 2, 11. Act. 10, 34. omnes ad se vocat.

(9) Vitam Animalium causat: Sic æterna lux Christus vitam dat, quia ipse vita est, Joh. 1, 4. & vitam atque immortalitatem restituit, 2. Tim. 1. v. 9.

IV. Respectu Objecti, cui splendet hoc lumen Christus. Notanda sunt *Officia nostra erga hoc lumen*, quæ sunt §. 9

(1) Surgere, Esa. 60, 1. Ephes. 5, 14.

(2) Lumini non repugnare & oculos claudere, Es. 6, 9.

(3) Tenebras non amare. Joh. 3, 5. dilexerunt homines tenebras magis quam lucem.

(4) In luce ambulare. Joh. 12, 35. Ambulate in luce &c.

V. Ratione aliorum Prædicat. Est enim Christus lux §. 10

(1) Duratione nobilissima. Etenim æterna est lux. Virtute suâ nunquam minuitur; essentia sua nunquam variatur; nec tempore mutatur, Ps. 102, 26. Anni tui non deficient, Heb. 1, 11.

(2) Purissima; non n. sordidatur ab impiis, etsi in hos lumine suæ gratiæ cadat. Joh. 1, 5. dilexerunt tenebras magis quam lucem.

(3) Diffusissima; etenim lux gratiæ Christus diffundit se bonitate & clementia ab oriente in occidentem. Ps. 103, 12. quantum distat oriens ab occidente, &c. *Sapientia* sua per omnes creaturas; hæ n. in sapientia & potentia τȣ λόγȣ consistunt, Coloss. 1, 16. *Potentia* penetrat omnia: omnia n. sibi subjicere potest. Philip. 3. v. ult. & sicut lux in terra gemmas generare dicitur: Sic Christus in terra, h. e. utero matris sæpe generat filium generosum & lapidem pretiosum, non unum, sed plures, cum excitat viros eximios: sic Jeremiam, Jer. 1, 5. Sic Paulum, Gal. 1, 15. Johannem Baptistam, Matth. 11, 11.

(4) Maximè varia. Nam in Christo luce nostra est (α) ortus temporalis ex illibata Virgine, Luc. 1, 35. (β) progressus in nativitate, educatione, conversatione, augmento gratiæ & sapientiæ Luc. 2. v. ult. (γ) obscuratio aliquatenus facta in morte. (δ) Reflexio vero lucis hujus facta est in gloriosa resurrectione.

Lucem cur omnes non recipiant?

1. Quia eam reverenter minimè tractant, id fit per securitatem carnalem, & fidei fovendæ neglectum, torporemque in fundendis pro lucis spiritualis incremento precibus.

2. Quia homines tenebræ sunt & has magis quam lucem amant, Joh. 1, 5.

3. *Sunt indurati.* Sicut enim lapis non accipit lucem in se: sic nec homo induratus lucem spiritualem, quia sunt spiritualiter Cœci: Sicut n. cœci lumen non capiunt ob privationem dispositionis receptivæ; Sic multi intellectu cœci habent obscuratam mentem per insitam inscitiam, Eph. 4. v. 17. 18. seq. & Johan. 12, 37. Judæi nolebant credere.

4. *Lucem* ipsam fugiunt, in tenebris perseverant, & illam odio habent: Sicut lucifugæ noctuæ. Joh. 3, 26. opera eorum non ad lucem. Omnibus oritur lux, non vero omnes illuminantur, & ortus hujus effectus non sequitur, quia

quia (1) magis tenebras amant, quam lucem, Joh.3. (2) Nolunt ambulare in luce, Johan. 12. nec surgere, Eph.5. (3) Viam monstratam nolunt calcare. Via Christus est monstratus in verbo. (4) Via arcta est, huic præfertur mundi lata via. (5) Radii solis non videntur a pulverulentis oculis, non humidis, non ab iis, qui radios excludunt obductis velis. Joh. 1. illuminat omnem hominem. (6) Sol lutum indurat, ceram liquefacit: sic gratia Dei non capit in omnibus. (7) Culpa spretæ illuminationis punitur a Deo: E. ipsius culpa non est, sed hominis. (8) vult congregare, Matth. 23. nolunt Judæi, renuunt, Luc.7,30. Primas. in 1. Timot.2. Deus nemini infert vim, ut pereat, sed qui perit, suo vitio perit. Conf. D. Dieteric. fol.468. in l. Sap.

§.12 *Illuminatio.*

1. Angelica qua angeli illuminantur.

2. Physica, qua dies lucem recipit a sole, &c. Gen.1,15. extraord. Exod.14, 20. Ps. 78,14.

3. Spiritualis, quæ a solo Deo proficiscitur per Sp.S. 2. Sam. 21,29. Ps.14,4. & 18,29. Sic illuminat per verbum, Ps. 19, 9. & 119,130. audit preces, Ps.34,6. Christus, Luc. 1,79. Ephes.3,5. 2. Tim. 1, 10. per gratiosam præsentiam, Ps. 67,2. Ps.119, 135. & gubernationem paternam, in cruce & reb. dubiis, Ps. 146,8. & conversionem, Eph. 1, 17. cujus subjectum recipiens est Ecclesia, Es. 60. illuminare Jerusalem, Ps. 147, 12.

4. Illuminatio coram Deo ineffabilis, Psal. 139, 12.

5. Corporalis oculorum, 1. Sam. 14, 17.

6. Judicialis, 1. Cor. 4.5.

7. Gloriosa, Apoc. 21, 23. c. 22, 5.

§.13 *Pii quoque sunt Lux & Lucerna.* Eph. 5, 8. Eratis quondam tenebræ; nunc verò lux in Domino. Phil. 2. Filii lucis. Matth.5. luceat lux.

1. Ob lumen verbi, quo gaudent, Ps.119,107.
2. Ob lumen Fidei & notitiæ, Eph.1,17.
3. Ob Pietatem, qua lucent, Phil.2. Matth,5.
4. Ob lucem Sp. S. Ps.43. mitte lucem tuam.
5. Ob viam lucidam & rectam, in qua ambulant. Joh. 12. lucem Christum sequuntur. Es. 9. vident lucem magnam, &c.

§. 14 *Cognitio Dei:*

Est lumen in corde nostro, 2. Cor. 4. Medicina intellectus: oppos. tenebræ ignorantiæ Dei. Efficiens ejus est spiritus, qui est spiritus intellectus & sapientiæ. 1. Joh. 2. Unctio (ungens ille spiritus) omnia docet. Christus Jesus lux, Esa. 49. Joh. 1. Vide Granat. in duce Peccator. lib. 1. p. 2. c. 15.

LUNA.

§. 1 I. *Physicè* considerata est lumen minus, Gen. 1,16. nocti a Deo destinatum, Ps.136,9. è quo nomine arguunt, lunæ propriam inesse lucem.

II. *Tropicè.*

(1) Luna est V. testamentum. Vid. Alleg. 36. in Promptuar.

(2) Ecclesia est Luna, Alleg. 1538.

(3) Vitæ humanæ fragilitas luna quoque adumbratur. Nam ut Luna accrescit, decrescit: Sic vita hominis modo accrescit per juventutem, decrescit per senectutem.

(4) Mundi prosperitas instar Lunæ modò accrescit, modo decrescit. Vid. latius Ambros. libr. 4. c. 8. Hexaëm.

(5) Justi viri conditio, qui omnem splendorem suum a Sole Christo JESU mutuatur. Mutat mores prudentia Christiana, eosque attemperat locis, personis, prout proximum se lucrifacere posse arbitratur. 1. Cor. 9, 22. omnia omnibus factus sum, ut omnes lucrifacerem. Matth. 10, 16. prudentes sicut serpentes, &c.

(6) *Fidi ministri officium*: Sicut enim luna humores auget; sic fidelis minister precibus a DEO ardentissimis impetret gratiam & benedictionem. 1. Cor. 3, 6. Ego plantavi, Apollo rigavit, DEUS vero dedit incrementum. Ps. 68, 29. Confirma hoc Domine, quod in nobis operatus es.

(7) *Peccatorum symbolum.* Sir. 27, 12. Stultus mutatur ut Luna. 1. Ut enim Luna semper mutatur: Sic impii & stulti plane sunt instabiles. V. pluribus Ambros. in Ps. 88. Aug. in Ps. 36. *Verba: Os justi meditabitur.* 2. Ut facile & cito luna minuitur; sic hominum carnalium cito dilabuntur gaudia. 3. In specie & per distributionem ut Luna stultus mutatur. Nam fit cornutus per superbiam, rotundus & mobilis per securitatem & insolentiam, obscurus per ignorantiam, Ephes. 4. v. 17.

(8) *Et Adami.* Vide Alleg. 232. in prompt. Et bonorum temporalium: Hinc Romani in calceis suis olim lunam gestabant, ut seipsos commonefacerent, quam instabilis fortuna, quam caducus rerum humanarum flos, quamque cito marcidus fiat. Plutarch. q. Rom. 76.

§. 2 *USUS & FINIS LUNÆ.*

1. Distinguit tempora: Conficit enim cursum suum 30. diebus, &c. Ps. 104, 19. & 136, 9. distinctius eadem tempora indicat, Sir. 43, 6.

2. Festa olim Judæis indicabat, Sir. 43, 7.

3. Cœlum ornat, idque insigniter pingit, instarque purpuræ decorat.

4. Noctem illuminat. Hinc oculus noctis dicitur.

5. Maleficia detegit: ne noctu ea ubivis committi possint.

6. Rorem fundit & humectat.

7. Solatium præbet iter facientibus.

8. Tempestatem præsagit.

9. Celerem maris reciprocationem efficere dicitur juxta Peripatet. Adde Fromond. Libert. p.259. 272. Meteorol.

10 Pituitam auget juxta Hippocr. lib. de indiciis infirmit. & Gal. de diebus criticis, &c. magnam habet potentiam ciendi humores. Vid. Plin. lib. 2. cap. 19. Natur. histor. & lib. 18. c. 29. D. Balduin. lib. 3. c. 6. p. 782. de casib. conscientiæ.

11. Piæ considerationis materiam nobis suggerit. Vide M. Fabr. Medit. 6. German. pag. 490. 491. & p. 336. usque 386.

§. 3 *Cultus Lunæ.*

Olim eam amatores colebant & venerabantur Idololatriæ suffitu, 2. Reg. 23, 5. Luneburgi adoratam atque inde dictam putant Lu-

neburgum nonnulli. Id non placet Eliæ Scheidio de Diis Germanorum. Gentilibus olim bellorum præses habita. Livius lib. 45. de Æmilio Paulo agens.

Obscuratio magnatum calamitatum congeriem significare solet, Esai. 13, 10. Ezech. 32, 7. Joel. 2, 10. Actor. 2, 20. Matth. 24, 29. Conversio in sanguinem (Act. 2, 20. Apoc. 6, 12.) notat mortem & supplicia impiorum, vel admirabilia Dei facta, ad quæ homines sacra veneratione cohorrescunt.

Gloriatio Mahhometis se partem Lunæ cœlo reddidisse quæ olim deciderat.

Habitatio in Luna. Xenophanes olim apud Ciceron. lib. 4. Academ. Quæstion. perhibuit homines in luna habitare.

Errores Manichæorum & aliorum de Luna.

1. Lunam adorabant, Teste Augustino lib. 2. c. 8. de morib. Manichæorum.

2. Lunam esse Vas Triangulum, Aug. Ep. 19. ad Januar.

3. Habitatores Charris (urbis Mesopotamiæ, quæ in scripturis Haram dicitur) simulachrum lunæ erexerunt, ut narrat Spartianus in Caracalla.

4. Lunam ab Ethnicis & Idololatris cultam olim fuisse patet ex Deut. 4, 19. c. 17, 3. Jer. 4, 4. Eam reginam cœli nuncupatam esse non pauci existimant interpretes, v. 17. 19. 25.

Lunaticus: morbo comitiali laborans, interlunio nati hoc morbo affligantur. Nicol. Perott. Bucer. in 4. Matth.

LUPI.

§. 1 1. Satan lupus. V. Prompt. Alleg. 210.

2. Hæretici. Ibid. Alleg. 1568. in Prompt.

Affectiones luporum, Voracitas, Gen. 49, 27. Velocitas, Habac. 1, 8.

Sævitia, Jer. 5, 6. Soph. 3, 3. Dissipans oves, Johan. 10, 12.

Rapacitas. Ez. 22, 27. Matt. 15. Socrates lib. 1. c. 3. & 4. scindunt n. populum, in duas partes diremptum, sic quoque Constantinus Cæsar in sua ad Arrium Epistola.

Et ut scindant, in angelos lucis se transformant. Vincent. Lyrinens. c. 36. 37. adv. hæreses.

3. Lupi sunt etiam homines nondum conversi, Es. 11, 6. c. 65, 25.

4. Feroces & sævi, Charitatis proximi immemores. Hinc natum illud veriverbium:

Homo Homini Lupus.

§. 2 *Antipatheia* luporum & equorum descripta a Camerario p. 1. c. 23. hor. subcisivar. *Divinatio* a lupis partim auspicata, partim minus felix, Camer. p. 2. c. 99. d. l. Possintne homines in lupos verti, disputatur varie. V. Cam. H. S. p. 1. c. 72.

Nos negamus. 1. Formæ enim non mutantur, id soli Deo possibile est. 2. Quæ adferuntur Circumstantiæ, fallacias Diaboli redolent hominibus vafre imponentis. Vide Wierum lib. 3. c. 10. de præstigiis Dæmonum.

Cur in Anglia lupi non sint? Vide Camer. p. 1. c. 28. horar. subcisivarum.

LUPANAR. *V. Scortatio.*

Non ferendum, D. Balduinus pag. 1193. Confer Tiraq. in lib. 4. Capit. 18. Alexand. ab Alexand.

LUSCI

Exod. 21, 26. non faciendi oculi servi & ancillæ. Etiam spiritualiter lusci in cœlum intrabunt, Marc. 9, 47. Corporaliter lusci a sacris arcendi lege ceremoniali, Levitic. 21, 20. non morali. Sic enim jure obtineretur in N. T. etiam. At non obtinetur. Vid. Titul. Corporis defectus.

LUXURIA.

§. 1 Affines tituli sunt: ἀσωτία & ἄσωτοι, quod non possint tales salvari. Cicer. 2. de finib. Aristotel. 5. Ethicor. Alii dictos putant a *populis*, qui orientem vel occidentem solem non videre. Plato. *Vid. Gula, Convivia, Voluptas, Commessatio, Temperantia, in Oppositis.*

Confer Joh. Ravis. Textor. col. 1020. officinæ. Ludov. de Utin. serm. 43.

§. 2 *Vocis Ambiguitas.*

1. Accipitur pro concupiscentia stricte sic dicta, nempe venerea, qua quis titillatur & incenditur. Estque hoc capitale vitium, Thom. 2. 2. q. 153. art. 4. B. Fumus in Armill. Vide *Luxuria.*

2. Generaliter accipitur pro concupiscentia quavis immoderata, circa voluptates, sive eæ ex cibo vel potu, sive rebus quibusvis aliis delectabilibus oriantur. Germani vocant Uppigkeit/ Quaß/ Fraß/ Prassen/ Pracht.

Adjacentia ejus.

§. 3 1. *Glutinosa* est atque tenax: inhæret enim animo hominis tenacissime.

2. *Insidiosa.* Sicut serpens ille luto involutus crocodilum ingreditur, eumque enecat: Sic Luxuria voluptatis luto implicita animam hominis ingreditur, eamque occidit.

Divisio.

§. 4 Luxuria est vel *Bibacitas*, de qua Es. 5, 11. væ qui! Rom. 13, 13. Non in commessationibus. Eph. 5, 18. Vid. Tit. Convivia, Commessatio.

Vel *Voracitas.* Vitium, quo intemperanter cibis utimur. Utriusque exemplum est epulo, Luc. 16.

Vel *Luxus in Vestitu.* V. Vestis.

Vel *Quævis Luxurians Cogitatio circa res Venereas*, in quibus parvitas materiæ non excusat a peccato, ut recte disputat contra suos Martin. Bonacin. Tom. 1. & Joh. de la Vall. in compendio hac *voce.*

Filiæ Luxuriæ.

§. 5 1. Cœcitas mentis.

2. Inconsideratio: hac laborat Herodes, Marc. 6.

3. Præcipitatio: idem Herodes, Marc. 6.

4. Inconstantia.

5. Amor sui. Roman. 16, 18. ventri suo serviunt.

6. Odium DEI: amat enim voluptates præ DEO.

7. Amor præsentis seculi, Coloss. 3, 1.

8. Desperatio futuri, 1. Cor. 15, 32. Cras moriemur.

9. Stultitia denique plusquam bruta, Sapient. 3, 11.

§. 6 *Occasiones Luxuriæ.*

1. Otium, Ezech. 16.

2. Nimia quies. Rom. 13. non in cubilibus.

3. Ventris ingluvies, Rom. 13. v. ult.

4. Vinum immoderate sumptum. Ephes. 5. ne inebriemini vino.

5. Societas cum mulieribus. Eccl. 13. Noli in medio mulierum.

6. Curiositas sensus in aspectu, auditu.

7. Superbia. Oseæ 5. Spiritus fornicationis.

§. 7 *Gradus Septem Luxuriæ recenset Antonin. p. 2. Tit. 5. v. g.*

1. Sensualis complacentiæ toleratio.

2. Morosa delectatio.

3. In actum turpem consensio.

4. Aspectus libidinosus.

5. Confabulatio turpis.

6. Contrectatio libidinosa.

7. Operis consummatio.

Effecta & consequentia Luxuriæ.

§. 8 *Odium DEI efficit*, qui punit luxuriam, Es. 3, 25. Exemplo sunt Sodomitæ, Ezech. 16, 49. David 2. Sam. 12, 10. Gladius non recedet de domo tua. Amos. 6, 4. peccat omnino mortaliter, si ebrius peccet in fornicando: negat id tamen Samuel de Lublino. V. Luxuria n. 15.

Ejus Dona pessundat. Prov. 27, 7. fame laborans anima acerba habet pro dulcibus: Nec DEI curat opus, Esa. 5. v. 12. Oblivionem summam Dei inducit, ut homo luxuriosus vix cogitet, a quo & in quem finem hæc dona a Deo acceperit, Os. 2, 8. Hinc etiam luxuria hominis animum obruit, ne verum cernat: Non sic avaritia, non sic Ambitio: Sola luxuria animam hominis humi figit atque deprimit, ut nec DEI opus consideret, nec, quid se dignum sit, respiciat.

Amorem mundi inducit. Sic Israelitæ amore Ægypti semel capti. Sed hic mundi amor DEI amorem expellit, Jac. 1, 4.

Homines a Deo & amore ejus separat, ut siliquis voluptatum terrenarum inhæreant.

Animam oppugnat. 1. Petr. 2, 11. abstinete a carnalibus concupiscentiis, quæ militant adversus animam.

Proximum scandalizat. Maxime in egestate constitutum, qui videt ea dilapidari, quibus illius egestas poterat sublevari: vel alios etiam ad consimile vitæ luxuriosæ genus traducit, Sapient. 2, 6.

Immisericordiam inducit. Luxuriosi n. pauperum memoriam abjiciunt. Sic Nabal Davidis, 1. Sam. 25. Epulo Lazari, Luc. 16.

§. 9 *Homicidia gignit.* Sive ea fiant armis. Sic luxuriosus Alexander Clitum interfecit. Sive luxu & compotationibus, quibus sæpe homines enecantur. Optime Poeta:

Et gula plus noxæ, quam celer Ensis habet.

Et innocentes condemnantur. Sic Joh. Baptista luxurie Herodis vitam amisit, Marc. 6.

Paupertatem causat. Luxuriâ enim bona & patrimonia dilapidantur, in meretrices, lenones, cupedias profunduntur.

Sibi ipsi nocet. Nam corpus dum nimium curas, carcerem animæ paras. Ut olim Diogenes dixit: Corpus enim voluptatibus deditum animæ carcer est: Hujus namque vinculis illa constringitur & oppugnatur.

Morbos accersit. Nam morborum mater est luxuria.

§. 10 *Captivitatem & ignominiam parit.* Luxuria victus *Holofernes*, Judith. 13. victa Babylon Rege *Balthasare* heluante, Dan. 5. Herod. lib. 1. *Romani* luxuriæ dediti a Numantinis non semel fusi prostratique turpem fugam capesserunt. *Hannibal* delitiis Campaniæ victus omnino emarcuit; fusus a Fabio Maxim. *Lysimachus* Rex Thraciæ, sitis sedandæ ergo, se suumque exercitum hostibus dedidit; Facti ductus pœnitentia exclamavit: O dii, quam brevis voluptatis gratia me ex Rege servum feci! Plutarch. lib. de iis, qui sera nimis vindicta puniuntur. *M. Antonius* magis in adamatæ sibi corpore vivebat, quam in proprio: ut de ipso scribit Plutarch. *Samson* quoque pristinæ fortitudinis splendorem amore luxurioso Delilæ obscuravit, Jud. 16. *Salomon* Regum sapientissimus, illecebris luxuriæ muliebris captus, tantum famæ celebritatique nominis sui detraxit, quantum antea rerum sapientissime gestarum gloria addiderat, 1. Reg. 11. Luxuria *Sardanapali* quoque notissima proverbio communi locum fecit. Denique fama nominis clarissima celebratus *Hercules* Omphalæ suæ penitus se dedidit, & ante exuviis leonis superbiens, ancillæ habitu & veste eandem mutasse dicitur.

§. 11 *Ethnici quantopere Luxuriam abominati sint.*

I. *Publica Censura:* Spartani Ephori hominem plus solito obesiorem theatro publico excedere jusserunt, quod Republica & legibus indignum suis esse censerent, tale monstrum publice conspici.

II. *Conviviorum moderatione.* Hinc olim Græcorum convivia Scholæ sobrietatis & abstinentiæ vocabantur. Plato modicum cibum apponebat: pro bellariis erant sententiæ Philosophicæ, narrationes historicæ, & informationes morum.

III. *Cupediarum & Luxûs rejectione.* Cum *Agesilao* Regi Spartanorum Thasii placentas, bellaria, cibos potusque sumptuosos misissent, solam farinam accepit, bellaria renuit; causam sciscitantibus dixit: delitias & bellaria servorum esse & mancipiorum; Fortes viros cibis tenuibus contentos esse. *Alexander* M. devicti Darii tentorium ingressus, viso tot delitiarum & voluptatum apparatu, dixit: Quid? num hoc est regnare?

IV. *Rigorosa in Castris militaribus Temperantiæ* præceptione & frequentatione. *Julius Cæsar* milites suos sic condocefecerat, ut herbis & radicibus in agris victitare possent. *Scipio Africanus* omnes coquos & pistores dulciarios exercitu suo expulit.

Affe-

§.12 *Affectiones.*

I. *Est malum irrequietum.* Ambros. lib. 1. c. 5. de Cain & Abel: sævus, ait, criminum stimulus est libido, quæ nunquam manere quietum patitur affectum: nocte fervet, die anhelat, de somno excitat, a negotio abducit, a ratione revocat, aufert consilium.

II. *Necessarium* (ex Hypothesi) quoniam jucunda quadam necessitate (ut ille loquitur) voluntatem nostram ducit. Hinc Cassaneus vocat pugnam inviscceratam, collat. 4. c. 7. Jac. 1, 14. tentatur à concupiscentia &c.

§.13 III. *Diabolicum vitium:* quod Dæmoniacos homines efficit.

1. Efficit enim, ut nudi spiritualiter ambulent.

2. Non lapidibus, sed sceleribus sibi ipsis plagas incutiant.

3. In sepulchris fœdissimorum flagitiorum habitent, quæ omnia è luxuria profluunt: videlicet scortatio, homicidia, rixæ, verba obscœna, omnia hæc spirituali fœtore plenissima sordidissimaque sunt coram divino conspectu.

4. Nullis admonitionum vinculis ligentur atque constringantur: ita epulo Mosen & Prophetas non audiebat.

IV. *Turpissimum:* quia nos voluptati tanquam vilissimo Domino subjicit.

§.14 *Remedia contra Luxuriam.*

Occasionis omnis vitatio: Adde & *Conversationis.* Sirac. 13, 21. qui picem tangit &c. Job. 31, 1. Fœdus pepigi cum oculis. Sirac. 26, 9. quasi qui tangit. 1. Corinth. 6, 18. Fugite fornicationem.

Laborum perpetua occupatio. Ne otio teras tempus.

Quæritur Ægysthus quomodo sit factus adulter?

In promptu causa est: desidiosus erat.

Vid. OTIUM. Labore igitur extinguitur luxuria, sicut ignis aquâ. Hieronym. Semper aliquid boni facito, ut semper te diabolus inveniat occupatum. Res age, tutus eris.

Jejunii frequentatio & corporis Castigatio, Roman. 12, vers. ultim. Marc. 9, 29. non nisi jejunio & precatione hic dæmon luxuriæ ejicitur.

Tentationis suggerentis oppugnatio. Jacob. 1, 14. concupiscentia parit peccatum. 1. Pet. 2, 11. abstinete a carnalibus concupiscentiis. 1. Corinth. 9, 27. subigo carnem.

Oratio. Ut precemur: Domine in auxilium meum intende, Vid. Hieron. Epist. ad Eustach. Sap. 8, 21.

Crucis Christi meditatio. Aug. lib. 3. c. 23. de anima. In qua innocentissimus Jesus mille pro nobis dolores sustinuit.

Extremorum & mortis nostræ meditatio. Et extremi judicii cogitatio, quo ratio reddenda est de omnibus. Adi quoque, si vis, Granatensem f. 556. 557. ad 570. ducis peccatorum.

§.15 *SIMILIA Luxuriæ & voluptatum.*

Luxuria est *bellua centiceps.* Undique n. sibi materiam conquirit.

Circææ Herbæ, quibus homines dementantur, Claud.

Membraque Circæis effœminat acrius herbis.

Gladius biceps: & animam & corpus vulnerans.

Hamus: voluptate homines capiuntur ut hamo pisces.

Hostis perpetuo *excubans* in insidiis, si qua ratione possit castra mentis nostræ irrepere & ea occupare. Hostis nos captivans. Eccles. 7, 27. vincula manus ejus, & sagena cor ejus.

Ignis, duobus modis extinguendus: 1. Ligna, id est, carnis incentiva subtrahendo. 2. Aquam, id est, perpetuæ pœnitentiæ lacrymas aspergendo meditatione peccati.

Indicium ægræ Civitatis. Seneca lib. 5. Ep. 114.

Laqueus quo plurimi homines capiuntur, 1. Tim. 6, 9. incidunt in laqueos.

Mel, quod præbet quidem dulcedinem: Sed ceram, hoc est, ignis pœnam (ut cera ardet) secum trahit.

Naufragium animæ.

Saccharum venenatum, quo plurimi inficiuntur.

Sagena hominem capiens, 1. Tim. 6, 9. Sitis inexplebilis.

Scopulus, ad quem anima naufragium facit.

Serpens nos sub specie boni, non secus ac Evam seducens.

Telum a Satana immissum, quo plurimos homines vulnerat, imo extinguit. Sic Nabalem, 1. Sam. 25. Sic epulonem, Luc. 16. Sic plurimos alios, Jac. 5. v. 1. seq.

§.16 *Exempla Luxuriæ.*

Campani, de quibus Cicero Agrar. 2.

Sybaritæ, & inter hos Smynderides, de quo Ælianus, Plutarchus; Muleasses Rex Tunetorum, de quo *Jovius* scribit.

Alexius Comnenus Græcorum imperator. V. Nicetam sub fine Annalium.

Antigonus Rex Macedoniæ apud Justinum. Vide porrò J. Baptist. Fulgos. l. 9. c. 1. Exemplorum. Didac. Apolepht. P. 1. p. 644. hor. recreatiarum & p. 595. Ib. de luxu in cibo & voluptate.

§.1 LUXUS vestium. *V. Vestis.*

LUTHERUS.

Vitam descripsit Joh. Matthesius.

Non natus e Diabolo: Commentum quorundam ipse Wierus refutavit.

Mirabiliter a DEO fuit excitatus.

Purificavit filios Levi suo tempore. V. Joh. Matthes. p. 199. de vita ejus.

Autoritas apud nos non est Canonica. V. D. Gerhard. disp. 1. Phosphor. §. ult.

Doctrinam suam de Cœna non revocavit. Vide p. 17. 18, 19. Recitation. Selnec.

Ab ejus Ministerio Lutherani dicimur: Falsa ergo est accusatio Lugdunensium disputat. 43. qui thesi 28. de Sacrament. scribere non sunt veriti, nos a Luthero potius, quam a Christo nomen nostrum deducere.

Tempora ante Lutherum fuerunt admodum impia, Bellarm. teste Tom. 6. oper.

DEUS per Lutherum socordiam Pontificiam castigavit, fatente Petro a Soto defens. Vocatio Lutheri legitima est. Vide D. Hunn. im Beweiß.

Non rejecit librum Ecclesiastæ Salomonis. V. D. Dieteric. in c. 1. d.l. ibidem de colloquiis mensalibus.

Falso imputata Luthero diluerunt nostri, Dn. D Müller. Laurent. Lælius, alii.

Mors Lutheri placida, pia. Prompt. exempl. p. 388. 392.

LUTUM.

Homo est in manu DEI, Jer. 18. Figulus (1) facile frangit vas, ex eo aliud faciens: Sic nos DEUS frangit, si non agamus pœnitentiam. (2) Si agamus, non franget: Eritis vasa in honorem. Theodoret. in h. l. (3) Lutum non habet mentem, at habet homo: hac ne DEO reluctetur homo, videat. (4) Discat homo humilitatem, dediscat superbiam. E luto enim factus est, fecit eum Deus: Ergo obediat Deo suo, DEI potestati se reddat, discat gratitudinem: quicquid enim est, a DEO est: Sit ei conformis, qui per se erat deformis. (5) Conculcari ut lutum, id est, Tragico & luctuoso exitu puniri a Deo. Vide Esai. 10, 6. c. 41, 25. Zachar 10, 5. (6) Sit homo sua sorte contentus: non aspiret lutum ad honores gemmæ: non quærat: Cur non, o Deus, fecisti nos nobiles? divites? felices? (7) Sit mortalitatis memor. Genes. 3. Pulvis es, & in pulverem reverteris.

M.

MAACHERUNTHA. *V. Macherus.*

Arx & civitas Herodis Antipæ descripta a Josepho de bello Judaico lib. 7. cap. 21. 25. & lib. 2 c. 36. Antiq. libr. 14. c. 10. H. Bunting. f. 11. 12. Itinerarii.

MACCHABÆI

Nomine isto 1. solus Judas filius Mathathiæ appellatus est. 2. Græci hac voce insigniunt septem Adolescentes Antiochi tormento excruciatos 3. Omnes ὑπὲρ τῆς θρησκείας διωκόμενοι h. e. ob cultum persecutionem passi, postea Machabæ dicti sunt.

§. 2 *Origo.*

(1) Exod. 15, 11. e literis initialibus hoc nomen collectum est hoc modo מי כמו באלים יהוה? — בישראל יהוה מי כמו Quis sicut Deus in Israël? A i er Reuchlinus lib. 3. artis Cabal. מי כמכה באלים יהוה Quis sicut tu in fortibus Jehovah? q. d. Milites & confessores veri Dei in Israël patefacti, qui hoc velut insigne usurparunt, e c. 15. Exodi v. 11. Mercer. in abbreviatur. Hebraic. Sixtus Sen. lib. 1. Bibliothec. Estque hæc crasis initialium literarum valde familiaris Hebræis, quanquam paulo aliter sentire videatur Scalig lib. 3. Can. Chronol. cujus verba fusè refert M. Martin. in Lexico. (2) Alii dicunt Judam Macchabæum dictum esse ob fortitudinem מכה בי plaga per me: (pro fortitudine plagæ effectrice) Sed adhuc plures originationes adfert Nicol. Fuller. lib. 2. c. 13. Miscellan. Sacrorum.

§. 3 *Libri Macchabæorum.*

Hieronymus putat a Josepho hos esse scriptos, contra Pelag. tom. III. Posterior liber Macchabæorum Scaligero lib. 5. de emendandis temporibus videtur esse breviarium historiæ à Jasone Cyrenæo compositæ de bellis Judæorum cum Regibus Syriæ. Prior liber vero ab Hebræo quodam.

Historiam eorum contexuit Paulus Eberus copiosè & Salian. in annalibus. Loci præcipui in libris eorum sunt, de historia Ecclesiæ & Politiæ, Ecclesia conservata & collecta, Politia divinitus asserta, discrimine promissionum, temporalium & spiritualium de Messia, consolatione piorum in tanta confusione, imagine & typo ultimorum, quæ videmus, temporum, excitatis Heroibus Macchabæis, bellis legitimis, lumine octavi & undecimi capitum Danielis, historia & serie Macchabæorum, apud D. Chytræum in Malach.

MACHOMET. *V. Turca.*

MACTATIO. *V. Bellum.*

MACULA.

§. 1 Sumitur (1) *Pro immunditia* Levitica quavis fere. Deuteronom. 17, 1. non immolabis bovem &c. in quo macula est. (2) *Pro colore velleris* & lanæ in animalibus, Genes. 30, 39. Jerem. 10, 21. (3) *Pro peccato*, quod maculat non solum conscientiam, sed & conversationem & fidei professionem. Roman. 2, 24. propter vos blasphematur nomen Domini. De maculæ ratione ambiguè disputant Scholastici. V. Francisc. Amicum Tom. 3. disput. 24. Legat hunc, qui volet; conferat & alios. Peccatores igitur præfracti suibus similes, qui se in quovis peccatorum luto volutant. In specie *Luxuria* est macula in carne. Gen. 49, 4. Ruben maculavit stratum Patris sui. *Avaritia* est lepra maculans vestem. Sir. 31, 8. beatus dives qui inventus est sine macula. *Garrulitas* macula oris, Jacob. 3, 6. *Ingluvies* & commessatio 2. Pet. 2, 13. maculæ deliciis affluentes. *Invidiæ* macula est in oculo: In manu macula est *Injustitia*: In corde est *hypocrisis*, quæ est macula in abscondito. Macula in oculo, Levitic. 19, 20. V. Corporis defectus.

DEUS abominatur maculata & corrupta, Lev. 22, 19. odio igitur maculata carnis tunica habenda est, Epistol. Judæ v. 23.

Ecclesia ut sine macula?

§. 2 Ephes. 5, 27. nempe (1) *Imputative*, nam Christi justitia omnes peccatorum maculæ teguntur, Psalm. 32, 1. Roman. 3, 20. 25. (2) *Affective*: hoc enim affectu præditi sunt renati, ut nihil ipsis sit prius, quam in lege Domini ambulare, Roman. 7. vers. 22. Condelector lege DEI. (3) *Consummative* in altera vita, in qua plane erimus sine macula & peccato: Quantisper hic vivimus, semper ingeminanda est oratio: Domine dimitte nobis peccata.

MAGIA & MAGUS. *V. LAMIA, STRIX.*

§. 1 *Synonyma.*

Incantatio: Præstigiæ: Sortilegium: Lamiæ: Sagæ: Striges, ab infelici ave nocturna: Fascinum

Fascinum a fascino (alii a fari, Sextus Pompejus) de quo Sap. 4, 12. Neh. 3, 11. c. 10, 25. Es. 3, 3. c. 20, 16. Jer. 8, 17.

§. 2 *Vocis ambiguitas.*

(1) Magus, Magia, vocabula media sunt, modo in bonam, modo in malam partem accepta. Cœl. Rhodig. lib. 9. c. 23. (2) Pro studio Theologiæ, Astrologiæ, Medicinæ, apud Plin. lib. 30. c. 1. (3) Pro Sacerdotio Persarum. Apul. lib. 1.

§. 3 *Origo:*

Græcane vox sit an Persica, in utramque partem disputatur; hoc sentit Eustathius, autor Etymol. alii deducunt a Radice הגה in Hiphil מהגה Mage, adde termin. Græcam ος & fit μάγος, cujus plurale extat Esa. 8, 19.

§. 4 *Qui fuerint Christum quærentes?*

(1) Quidam maleficos fuisse sentiunt. Aug. ser. 2. de Epiphania. Hieron. in Esa. 19. Justin. Martyr Dialog. cum Tryphon. Theophyl. in 2. Matth. Origen. lib. 1. contra Celsum. Ambros. in Lucam. Thom. part. 3. q. 36. art. 3. ad secund. Quo sensu Hebræus Matthæi Paraphrastes adhibet vocem מכשפים præstigiatores, quæ in pejorem sensum fere ubique in sacris literis accipitur: Eadem tamen notari astrorum peritos fuse docet Aben Ezra in 2. Dan. & Schindl. in Lex. V. כשף & Syrus in c. 2. Matth. (2) Alii hoc negant: Autor oper. imperf. in Matt. Cypr. in serm. de Magis: Niceph. lib. 1. c. 13. hist. Eccl. Leo serm. 4. de Epiphan. (3) Alii sacerdotes fuisse volunt, hist. Tripart. lib. 3. c. 4. Confer Barrad. Tom. 1. f. 445. a. Ed. Mogunt.

§. 5 Quot fuerint? Duodecim fuisse, Autor oper. Imperf. Quatuordecim fuisse e veteribus tradit Hospinian. de Festis. Tres fuisse est communis sententia Pontificiorum.

Nomina plane sunt incerta, nec ab ullo historico prodita, quidquid hic fingant Zachar. Chrysopolitanus, Petr. Comestor, Petrus de Natalibus, & alii.

Reges fuisse affirmat Salmero tom. 3. cujus rationes laborant (α) inscitia typographica; (β) perversa vaticiniorum interpretatione; (γ) traditionis & picturæ incertitudine, vid. D. Pelarg. in c. 2. Matt.

Ossa eorum memorat Franciscus Hazæus lib. de vita Sanctor. e Perside vel Arabia felice studio Helenæ Constantinopolin translata, inde ab Eustorgio Episcopo Mediolanensi in Mediolan. translata, sed a Friderico I. capto Mediolano, eadem ossa Colon. Agrippinam transtulisse Reinhold. Archiepiscopum 1164. Verum quomodo fidem faciet narrationi huic? Quis historicorum hæc refert? Cur de his altum est silentium apud Baronium?

§. 6 Locus, unde venerint? Matt. 2. ab Oriente. Varie hic sentiunt: 1. E Perside venisse statuit Chrys. Euthymius, Theophyl. in hunc locum Matt. Nicephor. lib. 1. cap. 13. Basil. de gener. Christi. Isiodor. de nativit. & Pass. Domini. 2. Ex Arabia, Justinus Martyr Dial. cum Tryphone, Cyprian. serm. de Magis. 3. E Chaldæa alii; Chrysolog. Theodor. Ancyran. 4. Hilarius de extrema Æthiopiæ parte. 5. Regnum Calecutii putat Hieronymus, Osorius &c.

§. 7 *Divisio:*

I. Magia naturalis est sapientia rerum Physicarum & Mathematicarum & Astrologicarum.

II. Deuteronom. 18, 10. Novem (juxta alios octo) ordines Magorum nominantur: (α) Lustratores liberorum suorum per ignes, Deuteronom. 18, 19. Jer. 7, 30. 31. cap. 19, 5. 6. 7. Ps. 106, 38. (β) Divinatores, arioli, vid. tit. Divinatio. (γ) Augures qui ex avium volatu & garritu futura prædicabant. Roma cum conderetur, visi sunt 12. vultures, augures hinc prædicabant, duraturam urbem annis 120. Mathematici. Deuteronom. 18, 16. Meon enim a nubibus ita dicti; Menache solum dicti, qui serpentibus quasi organo quodam utuntur in divinatione. (δ) Calculatores, qui dies numerant, vel sortibus aut numeris incumbunt. (ε) Præstigiatores, מכשפים oculos hominum fascinantes; item Malefici, qui ad malefaciendum herbis, verbis, characteribus, carminibus & aliis rebus abutuntur, Deuteron. 18, 17. Vid. col. 1103. Gul. Perkins. in Operibus. (ζ) Sortiarii, qui sortibus fortunam tentant. (η) Pythonici, Diabolum invocantes & consulentes: Tertullianus ventriloquos vocat; hoc spiritu Saul deceptus est, 1. Samuel. 28. & Crœsus ludificatus: Crœsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim. Narrat alicubi Cœlius Rhodiginus, vidisse se mulierem, e cujus pudendis vocem sciscitantibus emiserit responsoriam Satan: Græci ejusmodi vocant ἐγγαστριμύθους. Huc spectant oracula, de quibus suo loco. (θ) Scioli, qui Diaboli sapientia occulta produnt. (ι) Necromantici, qui mortuos consulunt, atque ab his responsa sciscitantur, vel eosdem etiam excitant apparenter, Es. 8. Vide latius Chytræum in c. 18. Deut. & c. 13. ejusd.

III. Aliis magia est duplex: 1. Divinatio. 2. Superstitio. IV. Dividitur etiam in φαρμακείαν, quæ veneficia parat ad nocendum hominibus vel pecudibus: Et in γοητείαν, quæ est operatio Satanæ mirabilia præstans, sive in re, sive apparenter. Plures divisiones habes in Βασκανολογία Gul. Perkinsii; Szegedin. f. 406. in Tabul. L. Comm.

§. 8 *Causa Efficiens*

1. Satan homines effascinans & a DEO abducens, ejusque ordinem in creaturis constitutum pervertens, qui loco DEI vult honorari ab hominibus per res sacras & verba sacra. 2. Homo præstans & exercens magiam: maxime vero sexus muliebris, qui huic peccato maxime litat, & ut plurim. Sic Saga Magos in Samariam, Medea in Thessaliam introduxit: hinc Exod. 22, 18. præstigiatricem vivere non sinas; id confirmat Plinius libro decimoquinto capit. 11. alii. Primus autem inventor Magiæ Zoroastres fuisse dicitur, quanquam alii hanc ad Chamum referant, qui hanc artem filium Mesraim docuit. Hic ipsus est Zoroaster, Plinius lib. 30. capit. 1. Augustinus lib. 21. cap. 14. de Civit. Dei.

§. 9 Causæ vel occasiones hujus mali, quod mulie-

mulieres præprimis deditæ ſint magiæ, referendæ ſunt partim ad Diaboli aſtutiam, imbecilliorem ſexum tentantis, partim ad hujus cupiditatem & fatuitatem, qua utraque Satan juſto Dei judicio & permisſione abutitur. Spectant huc etiam fallaces Satanæ promisſiones, quibus homines inducit ad remittendum Deo nuncium: v. g. Promisſio divitiarum, immunitatis & liberationis e ſuppliciis Magiſtratus, ſi quo pacto manifeſtetur illud pactum. Perſuaſio phantaſtica jucunditatum, neſcio quarum, quas ſagæ perſentiſcere ſeſe gloriantur: quorum omnium falſitatem infelix ſagarum commonſtrat exitus & obitus tragicus.

Huc referimus modos nocendi, quos Magi vel ſagæ exercent, nempe quia lædere creduntur (1) viſu, ut placet Aretio loco 112. problemat. (2) tactu, quod manus imbuere veneno, imbutis contrectare corpora posſint; ſicut & Satan ipſe corpus lædere corpore indutus poteſt; adi Wierum. (3) verbis; ſive id fiat imprecationibus, ſive laudibus, ſi Aretio credimus d. l.

§. 10 Mediæ cauſæ. (α) Lædebant magi ſolo aſpectu. Plin. lib. 7. c. 2. exempla adducit: Sicut Baſiliſcus ſolo aſpectu lædit, & menſtrua mulier ſpeculum obfuſcat. (β) Excœcabant præſtigiis oculos, ne verum cernerent. (γ) Huc ſpectant herbæ, characteres, &c.

§. 11 *Materia*

1. Ex qua ſunt omnes illi actus ad Magiam pertinentes. 2. Circa quam, creaturæ quibus veneficæ utuntur, vel quibus damna inferuntur. 3. In qua, vel ſubjectum, in quo Magia hæret, quod eſt homo Sagus, Magus vel Maga, cujus Phantaſiam & intellectum Satan miris modis ludificatur.

§. 12 *Forma ſeu Modi Magiæ:*

(1) Characterum formatio, qui ad Dæmones referuntur, ejusmodi characteres intelligentes, ut vult Cajetan. in Summul. (2) Certarum vocum inſcriptio, ut, Abra cadabra, Q. Serenus lib. de Medicina cap. 11. (3) Creaturarum abuſio, cum homines iis aliter, quam Deus ordinavit, utuntur, ſcientes volentesque, ſive ad inferendum aliis malum, ſive ad propulſandum idem a nobis. (4) Diaboli invocatio, ſive ea fiat occulte, implicite, ſive manifeſte. (5) Temporum, locorum aut aliarum circumſtantiarum ſeparatio circa Dei ordinem: v. g. ſi certa S. Scripturæ verba hac vel illa hora, illi vel illi pelli inſcribuntur; ſic ubi ignota nomina adhibentur, de quibus non conſtat, ad quid pertineant. (6) Modus vero pacti ipſius immundi cum Diabolo conſiſtit in abrenuntiatione Deo facta, quam dari fuſe probat D. Balduin. lib. 3. cap. 5. Caſ. VI.

§. 13 *Effecta:*

Si conſpicantur opera, virtutem naturaliter agentium excedentia: v. g. noſſe ſecreta cordium, derepente ſanitatem conciliare alicui, ſine naturalibus aut mediis Medicorum. Sed dari effectus veros faſcini, negare videtur Hieronym. in cap. 3. ad Galat. verba: *Quis faſcinavit* vos? &c. Sed rectius tenetur contrarium ex Nehem. 3, 11. c. 10, 25. Eſa. 3, 3. c. 20, 16. Jerem. 8, 17. Sap. 4, 12. Et experientia; infantes enim, vaccæ, lac a ſagis læduntur. Varii vero ſunt hi effectus: (1) In aere, ciere tempeſtates, ventos, &c. Dei juſta permisſione, vid. D. Balduin. Caſ. IX. lib. 3. c. 5. (2) *In homine*, morbos ab eo pellere vel inferre, veneno homines necare. V. Prompt. Exemplor. part. 1. p. 246. Bodinum lib. 4. c. 3. Dæmonomaniæ, eosdem in beſtias convertere φαινομένως: globos plumbeos & omnis generis tela avertere. Ovid.

Carmine læſa Ceres ſterilem vaneſcit in herbam,
Deficiunt læſi carmine fontis aquæ:
Ilicibus glandes, cantataque vitibus uva
Decidit, & nullo poma movente cadunt.

Huc pertinent variæ præſtigiæ apud Wier. de præſtigiis Dæmon. & P. Camerar. part. 1. c. 70. hor. ſubciſ.

Abuſus hoſtiæ Euchariſticæ contra tela & globos plumbeos.

Vide Samſonis Hexen-Predigten G. IIII. Mutatio virgarum in Ægypto. Vide Martyr. col. 41. loc. comm.

§. 14 *Exempla*

Incantationum & Magorum vide Plin. lib. 28. cap. 2. & Textor. in Officin. c. 767. Zwing. in Theatro vitæ humanæ: Philoſtratum in vita Apollonii Thyanæi: Dardanus olim ſceleratisſimus Magus: Zoroaſtres in Perſide Magiæ inventor, Hippocus Arabs, Zarmocenida Asſyrius, Pythagoras, Empedocles, Druydæ Philoſophi apud Gallos, Apollonius Thyanæus diſparuit a Domitiano Cæſare puniendus, teſte Lactantio. Apud Saxones olim Craca fœmina, Thor, Ochinus, Magi, Gobrias Magus præceptor Socratis de pœnis animarum: Pet. Crinitus lib. 5. c. 11. de H. D. Arnuphis Ægyptius in aëra ſe ſublimavit.

§. 15 *Quomodo magis reſiſtendum?*

(1) Non utendo conſilio vel medicina Magorum. Vid. Chryſoſtom. homil. 8. in Epiſtol. ad Coloſſ. Sed (2) Vera fide in Deum recumbendo. (3) Diligenter orando. (4) Verbum Dei, quod eſt gladius ſpiritus, meditando. (5) Nomen Jeſu recolendo, quod eſt turris fortisſima, ad quam juſtus confugit & ſalvatur, Prov. 18, 10. (6) Puſillanimitatem abjiciendo, quod ſortes noſtræ ſint in manu Domini, Pſal. 31, 16. (7) Fœderis cum Deo per Baptiſmum initi recordatio.

§. 16 *Adjuncta:*

1. *Fallacia* Magiæ: nam ſi alius, qui non iniit pactum cum Satana, media magica adhibeat, nihil proficiet: quod experimento ſe didiciſſe ſcribit Cajetanus in Summ. Cum enim verba quædam Pſalmi (proteſtatus ante ſe ſummo Deo hæc proferre) protuliſſet, annulus ſe non movit, quem alias motum fuiſſe a Magis præſciverat Cajetanus. 2. *Turpitudo* converti a Deo ad Diabolum, cui ſerviens ab eodem nil niſi infernum referes.

Notæ:

Notæ. (α) Mendacia. (β) Abusus creaturarum, circa Dei ordinem. (γ) Superstitio fixa in loco, tempore, modo, citra Dei jussum.

§17 *Magia illicita.*

Licitam affirmant Cornel. Agrippa lib. de occulta Philosoph. Theophrastus Paracelsus, quem refutat Dn. D. Sennert. de dissensu Chymicor. & Galenicor. cap. 13. & D. Libav. contr. Crol. Nos vero negamus. (1) A Dei prohibitione & interdicto, Exod. 22, 18. Levitic. 19, 31. cap. 20, 6. Num. 23. Deuteron. 18. v. 10. (2) A causis invenientibus & procreantibus; duxit enim originem a Chamo, Ecclesiæ Noachicæ apostata: deinde oritur Magia ex diffidentia erga Deum, hujusque contemtu & abusu nominis sanctissimi. (3) A natura magiæ; hæc est opus carnis, promerens damnationem, Gal. 5, 20. (4) Ab effectis magiæ & incommodis: nam animum a Deo summo bono abducit, vitam æternam tollit, proximo mala plurima infert. (5) Ab abjuncta turpitudine & fœditate magiæ, a qua nominis Christiani sanctimonia penitus abhorret, quod Christo obsequium & intemeratam servitutem pacti simus a Baptismo. (6) A consequentibus, & tragico exitu omnium Magiæ deditorum, de quibus locuples experientia est testis. (7) A communi omnium saniorum etiam Gentilium judicio, omnem magiam damnantium; nam Plato lib. 2. de legibus capitalem Magis inflixit pœnam, l. Senatus consf. lege Cornel. de Sicariis, l. ultim. de Malefic. 6. morte digni. Livius lib. 39. narrat, vaticinos libros Romæ conquisitos combustos esse. Augustus Cæsar 2000. librorum Magicorum combussit, Sueton. cap. 31. in Aug. Persæ altæ petræ capita magorum alia petra feriebant, faciem & caput plane comminuebant. Plutarch. in Artaxerx.

§.18 *Autores:*

Joh. Wier. de præstigiis Dæmon. Theatr. Veneficar. Malleus venefic. Martini del Rio disquisit. Magicæ, caute tamen & non curiose legendæ. Gulielmi Perkinsi βασκανολογία. D. Balduini de Cas. Consc. Bodin. de Dæmonomania. Vairi Beneventani libr. de fascinis, Parisiis 1583. edit. D. Johan. Sperlingii Physici acutissimi Institut. Physicæ. Laus Magiæ apud Veteres, vid. Plinium lib. 30. capit. 1. nat. historiæ.

MAGISTER.

§.1 Nonnulli derivant a voce Persica μάγος, Sapiens: alii ab antiquo verbo Magistrare, quod est regere, gubernare, unde & Magistratus dictus est.

§.2 *Ambiguitas:*

Hæc vox notat (1) Christum, summum Magistrum, veracem, Matth. 22, 16. unum, cap. 23, 10. a Deo missum, Joh. 3. Ergo agnovit Nicodemus, suæ animæ in doctrina Pharisaica nihil quietis & tranquillitatis fuisse, & alibi sæpe in historia Evangelica, magistrum ad salvandum, Esa. 63, 1. (2) Doctorem quemvis alios erudientem, Esa. 50, 4. sive verum, 2. Timot. 4. v. 11. in choro, 1. Chronicor, 19, 11. sive falsum & heterodoxum, 2. Timoth. 4, 3. 4. 2. Pet. 2, 1. & reprobum, Jacob. 3, 1. Romanor. 2. vers. 20. (3) Præfectum quemvis sive aulicum, Genes. 40. v. 16. & Magistratum, Deuteronom. 16, 18. Jos. 24, 1. polemicum, Jerem. 39. v. 9. 10. cap. 40, 1. Genes. 37. v. 36. 1. Samuel. 1, 20. Oeconomicum, Genes. 47. vers. 6. (4) Scholasticum Magistrum sive Præceptorem & informatorem; hinc præcipui Doctores Academiæ Parisiensis vocantur *Magistri nostri*, & P. Lombardus Magister sententiarum.

§.3 *Requisita boni Præceptoris sunt*

Pietas, ut se suosque labores Deo unice commendet, sciens solum Deum dare incrementum, 1. Chronicor. 3, 7. *Eruditio*, ut possit docere viam veritatis. Matth. 22, 16. viam Dei recte doces. Johan. 3. v. 10. Et tu Magister in Israel, & hoc ignoras? *Eloquentia*, ut animi sensa explicare possit, δύναμιν ἑρμηνευτικήν. *Subtilitas* & dexteritas interpretandi, qua sine nemo officio doctoris fungetur. *Diligentia*, Genes. 47, 6. si quos novisti viros industrios. *Patientia*, Matth. 10. v. 25. Si Magistrum vocaverunt Baalzebub, &c. Hæc & alia convitia Salvator noster concoxit patientia, hujus nobis relinquens exemplar. *Severitas* in corrigendo, hinc Luc. 19, 39 Magister increpa discipulos tuos.

§.4 *Vitia & defectus Præceptoris.*

Impietas, item *malitia* in docendo, ut cum docet Magister noxia sive contra fidem, sive contra bonos mores; & hi mortaliter omnino peccant. *Justitia*, Jerem. 8, 8. *Invidia*, cum non docent eximia & pulchra, quorum solis sibi reservant scientiam. *Avaritia*, cum pretium mercedis spectatur, non profectus discipuli. *Neglectus disciplinæ*, ex quo multa mala, juxta illud istud Terentii: Licentia omnes sumus deteriores.

MAGISTRATUS.

§.1 Ejus nomina varia vid. infra.

§.2 *Quid?*

Est potestas a Deo ordinata, ut ei subsit omnis anima, ad Dei gloriam & hominum tranquillitatem, Roman. 13, 1. seq. 1. Timoth. 2. vers. 3.

§.3 *Causa efficiens*

Magistratus Deus est, Sir. 10, 4. c. 17, 14. (1) Ordinem hunc præcipiens, approbans, ordinans, instituens & donis necessariis ornans, Numer. 16. Judic. 3, 10. 1. Samuel. 10, 6. Nolens hunc statum contemni, 1. Samuel. 8, 7. Roman. 13, 2. Magistratum providet, Num. 27, 16. 17. Regem eligit, Deuteronom. 17, 15. 1. Chronicor. 28, 4. Judices suscitat, Judic. 2, 16. 18. cap. 3, 15. 2 Reg. 9, 2. & Spiritum Magistratus, 2. Chronicor. 36, 22. Respicit ad Magistratum, Judic. 6. vers. 14. 15. Mittit, 1. Samuel. 9, 15. 16. Confirmat, 2. Samuel. 5. v. 12. Regnare facit, 1. Reg. 3. vers. 7. Ponit super thronum, 1. Regum 10, 9. Dat Salvatorem, 2. Regum 13, v. 6. & gloriam, Daniel. 2. vers. 37. Nemo igitur seipsum eligat, ne de eo dici possit, quod olim dixit

(Asinius

(Aſinius Senator voluntarius lectus ipſe a ſe) Philipp. 13. Cicero. (2) Exempla piorum, qui magiſtratum geſſerunt; ſic Joſeph Gen. 41, 43. c. 45, 8. Joſua cap. 1, 5. Judic. 2, 16. 1. Sam. 10, 24. Oſe. 13, 11. 1. Chron. 29, 5. Pſ. 113, 7. Dicitur quidem κτίσις ἀνθρωπίνη, ſed reſpectu objecti, 1. Pet. 2, 13. Optime Oecumen. ὑπὸ ἀνθρώπων ἐτάχθησαν, &c. Ordinationis Dei, qui magiſtratum non ordinavit ἀνθρωποσώπως, ſicut reliquos ſtatus & ordines. Ideoque ab eo Magiſtratus potentiam accipit, Rom. 13, 1. ſeq. Prov. 8, 15. 22. Sap. 6, 1. Joh. 19, 11. Deuteronom. 1, 17. Tob. 12, 18. Deuteronom. 16, 18. Exod. 18, 21. Sic Moſes, Joſeph, Joſua ab ipſo Deo conſtituti ſunt. Quod Dd. Pontificii quidam garriunt, Carolum M. a Leone III. imperium accepiſſe, vanum eſt: fuit enim ſolum declaratio poteſtatis jam ante datæ ſolennior; deinde cœca adhuc tempora plus juſto indulſerunt Romanis Patriarchis. Huc refertur vocatio, cui opponitur injuſta regni invaſio, ut Abſalomi, 2. Sam. 15. Adoniæ, 1. Reg. 2. Idem Deus miraculoſe conſervat magiſtratus, ut Joſephum in Ægypto, Joſuam in bello, Jonathanem in prælio, Davidem in duello & cum urſis & leonibus bello, Aſſam contra Æthiopes, 2. Chronic. 14. Joſaphatum contra Ammonitas & Moabitas, 2. Chron. 20. Hiskiam contra Sennacheribum, Eſa. 38. Danielem in Babylone, Dan. 6. Judam Macchabæum, 1. Macchab. cap. 3. v. 19. Cyrum contra Aſtyagem. Juſtin. lib. 1. Conſtantinum contra Maxentium & Licinium, Theodoſium contra Arbogaſtum, & Honorium Arcadium contra Gainam, Ruffinum, Gildonem. Naucler. lib. 2. Gen. 14.

§. 4 *Subjectum.*

Quod gerere Magiſtratum poteſt, eſt *Chriſtianus*; contra Anabapt. Veteres Chriſtiani honores magiſtratus geſſerunt, l. 3. ff. de decurionibus. Alciat diſp. lib. 3. c. 8. Eligendi ſunt in Magiſtratum *probæ famæ viri*, Exod. 18. Alexander imperator nomina eorum, quos facere volebat Provinciarum rectores, coram populo & publice proponebat, ut, ſi populus aliquid criminis ſciret, ederet, ne eligerentur. Baron. tom. 2. f. 364. n. 15. Chriſtianos imitatus in eligendis epiſcopis Lactant. lib. 5. c. XI. Inſt. *&* *Pii*, Num 27, 21. Deut. 1, 16. Antequam tamen eligantur, easdem Magiſtratus perſonas recte exploret, f. 161. b. Zvving. Alexander Severus, de quo jam dictum eſt ex Baron. & Lampridio in vita Alexand. Severi. *Sit maturæ ætatis;* ſi ſecus, ſimilis eſt iis, qui primum fidibus canere diſcentes complures fides lacerant. Xenophon.

§. 5 *Objectum,*

Circa quod verſatur Magiſtratus. *I. Circa Religionem*, adeoque *controverſias exortas componere:* Exemplo Conſtantini Magni, Sozom. lib. 1. c. 17. Huc refertur Conciliorum poteſtas: Marcianus Chalcedonenſe concilium convocavit, l. 4. C. de Summa Trinit. Theodoſius Senior litem hanc compoſuit: an filius Dei haberet τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως? *Religionem curare*, ita, ut ad Magiſtratum ſubditi ſe referant, cum religio periclitatur. Vide tom. 1. Athanaſ. fol. 676. Epiſt. Synodal. ad Auguſtum Conſtantium. 2. Samuel. 5, 8. cœcos & claudos odio habuit anima Davidis, juxta tranſlat. Vernacul. *Diſcat* etiam, quæ ſit vera fides exemplo Joviniani, quem ideo commendat Athanaſius tom. 1. f. 398. oper. *Confiteatur* doctrinam una cum Miniſtris; ſic fecit Johannes Elector Saxoniæ, ſibique *explicari petiit* illud Matth. 10. Qui me confeſſus fuerit, &c. Roſinus in vita Johannis Elector. Saxoniæ. *Inculcet* eam, ut Salomon, Joſias, Joſ. 24. 2. Regum 23. Steno Bielcke in Diſſ. Gemin. 1620. Tub. in 4. form. edit. Eſt quoque Magiſtratus officium, ſubditos a falſa Religione abducere; ſic Aſſa 1. Reg. 15. Gideon Jud. 6. Joas 2. Reg. 11. M. Julius Philippus Arabs, Ericus Rex Daniæ, Saxo Grammatic. lib. 9. circa finem. Haraldus ejusdem Daniæ Rex, Saxo Grammatic. lib. 10. Jagello Dux Lithuaniæ, Munſter. lib. 4. Coſmograph. Tanguſta Rex Tartarorum, felix & victorioſus, teſte Paulo Veneto. Carolus Magnus Saxones. V. Fundationem Epiſcopatus Hamburgenſis. I. Manlius in collectan. L. de ſtudiis. Clodovæi, Regis Francorum, Conjux Clothildis. Andreas Rex Hungariæ, apud Naucler. Gebhard. Epiſcopum warhafftiger Bericht. Adeoque *Idololatriam abolere*, 1. Reg. 15, 12. 2. Chron. 17, 3. 2. Reg. 22, 2. & cap. 23, 21. 2. Chron. 30, 1. *Ritus curare*, Steno Bielcke, uti ſupra, p. 47. 1. Reg. 2, 16. cap. 8, 62. ut omnia fiant ordine ac decenter. *Pſeudodoctorum nomina abolere:* Theodoſius ſculpi ſtatuit imaginem Arii humi deſidentis, item Macedonii, Sabellii, Eunomii, ut a prætereuntibus luto & ſtercore conſpergerentur, Georg. Ced. in Selectis Chronici Conſtantinopolitan. *Concilia & Synodos indicere:* Sic David in Chron. 13, 12. c. 23, 1. Salomon, 1. Reg. 8. Ezechias, 2. Chron. 29, 4. Joſias, 2. Reg. 23, 1. 2. Conſtantinus, Ruffin. lib. 10. c. 1. Euſeb. lib. 3. c. 6. de vita Conſtantini. Sozom. l. 1. c. 19. Theodoſius, Evagrius lib. 1. cap. 2. 3. Martianus l. 4. Nemo, C. de ſumm. Trinit. Conſtant. & Agatho, vid. ſeſſ. 12. Conſtantinopolitani VI. Concilii. Juſtinian. Novel. 123. c. 10. Carol. M. in Galliis quinque concilia indixit. Sigismundus Cæſar. V. ſeſſ. 14. Conc. Conſtantienſ. Socrates in procemio l. quinti.

§. 6 *Ædificia ſacra curare* & reſtaurare, 1. Reg. 5, 4. 2. Reg. 22, 4. 5. 2. Chronic. 36, 22. non diruere ſepulchra, quod olim fecit Heliogabalus ad agitandas Elephantorum quadrigas. Corrigenti Miniſtro morem gerere: Contra fecit Mauritius Cæſar, ideo punitus a DEO. V. Aymonem de reb. geſtis Francor. quod Gregorio Pontifici non obtemperaſſent. *Non tamen cogat ad religionem* (1) a negato Chriſti mandato. (2) ab inutili, quia voluntas hominis cogi non poteſt ab homine. (3) a tyrannide turpi, ſi quis conſcientiis velit dominari. (4) ab interdicto, Luc. 9, 55. (5) a teſtimonio (α) Auguſtini c. 11. contra Epiſt. Fundam. lib. 1. c. 5. Retract. Ep. 68. 150, 158. 159. lib. 3. c. 50. c. Creſcon. (β) Hilarii lib. ad Conſtantin. Auguſt. (γ) Concilii Toletan. IV. anno 681. can. 55. (δ) Juris Canonici d. 45. c. 1. & 3. (ε) Bernhardi, ſerm. 66. in Cantic.

Cantic. Canticor. *Fides suadendo non imperanda.* (6) Ab exemplo Theodorici regis Gothorum. Lansius p. 53. dissert. de Cura Relig. Steno Bielck. d. l. Interim ad falsam religionem amplectendam subditos non inducat, 2. Chron. 33, 9. potest tamen vagam docendi libertatem & protervitatem certis cancellis includere, imò debet, ne pars sincera trahatur: adeoque dissentientes in religione tolerare, à quibus ne Judæos quidem excipimus. Vid. tit. *Judæi.*

§ 7 *Ordinem constituere inter Episcopos*, & in eorum vitam inquirere, bonosque episcopos constituere. D. Eckhard. p. 206. de ordine Ecclesiastico. Theodoretus libro 1. cap. 19. Constantinus Augustus ad Nicomedienses ita scripsit: si quis Episcopus inconsultè tumultuatus sit, ministri Dei, hoc est, mea executione illius audacia coërcebitur; hinc quoque Chrysostom. in Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; etiamsi Apostolus sit; etiamsi Evangelista; etiamsi Propheta, sive quisquis tandem fueris &c. neque enim pietatem subvertit ista subjectio. Constantius Liberio Felici: Otho primus Johanni decimo tertio: Justinianus Augustus Sylverio & Vigilio: Henricus rex tribus Papis Papatum abstulit. *Omnia scandala & mala tollere.* Proverbior. 20. vers. 8. Rex qui sedet in solio suo, dissipat omne malum intuitu suo. *Ministros alere.* Numer. 7. vers. 2. principes offerebant erecto Tabernaculo: Erexit & inter nos Deus Ecclesiam suam: offerant Magistratus sacrificium benevolentiæ & fidelis alimoniæ ministrorum DEI.

§ 8 II. *Circa honestatem: Comœdias non curare*, easque nec admittere. A simili: sunt enim cibi veneno confecti. Vid. tit. Spectacula. *Cavere, ne peregrinis assuescant moribus* subditi. Apud Indos triduo tantum licebat divertere hospiti, ne subditi peregrinos mores addiscerent. Zvvinger. 59. b. Apud Indos: & Lycurgus vetuit peregrinari suos: sic & Lacones ibidem.

§ 9 III. *Circa justitiam commutativam.* Curam habere *rerum venalium*, ut Theophilus Imperator, Zvving. fol. 160. b. Theophilus Imperator, singulis hebdomadibus per forum equitans, rerum venalium pretia sciscitatus est. Quæ si magno venirent prætoris culpa, continuò is magistratu vel abdicabatur, vel objurgatus, quid agendum esset, admonebatur. *Subditos curare*: In veste summi sacerdotis erat rationale, cui nomina filiorum Israëlis inscripta, Exod. 28. vers. 9. Idem significat moraliter Christi spinea corona: ita Magistratum semper corona spinea debet pungere, hoc est, solicitudo curandi res non suas, sed subditorum: *Sanabiles subditos virgis, non sanabiles securibus corrigere.* Hinc olim Romæ illæ & hæ Magistratui præferebantur. *Injusta tributa non erigere.* Tiberius Cæsar dixit: Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere. Alius princeps dixit: Satius est, habere divites subditos, quam ditia æraria. Idem dixit Fridericus II. Rex Daniæ: Cyrus respondens Crœso, ipsum dehortanti à liberalitate erga subditos. *Non expilare subditos*, ut fecit Decius Syllanus. Valerius Maximus libro 6. capite 8. Maximinus apud Herodianum, Nicephorus Cæsar apud Cuspinian.

Non studere avaritiæ, non amando proprium commodum. Lucius Maximinus, triumphator Corinthi, non reliquit tantum bonorum, ex quo filiæ dotem relinqueret. Plinius libro 34. cap. 7. De officio Magistratus vid. Luth. in Psal. 82.

Adjuncta Magistratus:

§ 10 *Alacritas*: debet enim Magistratus gaudere perferendis suorum oneribus. Lucæ 15. vers. 5. gaudens imposuit humeris: sic Magistratus pastor subditorum onera occupationum ferat sine molestia, dummodo oves reducantur ad caulam publicæ tranquillitatis, (ut sic loqui liceat) 1. Regum 2. vers. 2. sequent. *Prudentia*, ut nempe Magistratus consilia sint occulta. Proverb 25. v. 3. Corda regum inscrutabilia sunt. Tob. 12, 7. *Decus ejus* multos regere populos, Proverb. 14. vers. 28. dummodò etiam justè regat, nec ullum est isto diademate augustius. *Dignitas* ejus, nam gerit Dei gloriam (1) nomine, Psalmo 82. vers. sexto. (2) opere, divina beneficia & opera præstando. (3) allegoria: Numer. 27. vers. 29. Moses gloriam suam Josuæ imponere jubetur; quod de manuum impositione vel baculi traditione factum fuisse putat Doctor Lutherus in Glossa Marginali: Ita Magistratui DEI gloria imponitur, donis DEI coronatur, DEI imagine fulget, ut rectè dixerit Comicus Græcus: Magistratus est εἰκὼν, imago viva DEI.

§ 11 *Felicitas*, cujus autor est Deus, Sirac. 10. vers. 4. quæ solam pietatem sequitur:

Nullius est felix conatus & utilis unquam,
Consilium si non detque juvetque Deus.

Opposit. Infelicitas, quæ Magistratui contingere potest; ut Narcisso, qui ab Agrippinis in vincula conjectus, in eis occisus. Sejano, qui vice Tiberii Cæsaris Romam gubernavit per duodecim annos, tandem affectans imperium à Tiberio in carcerem conjectus miserrimè cum universa familia trucidatus est. Tacitus. Confer Didac. Apolepht. pag. 252. part. 1. hor. recreat.

Fortitudo: non timeat Magistratus, Nehem. sexto, vers. undecimo.

Fiducia erga subditos: verbi gratia, Numæ Pompilii, Vespasiani, Ducis Würtembergensis. Zvvinger. folio octuagesimo secundo a. §. *Insidiarum.*

§ 12 *Gubernatio*: ea est à solo Deo, Prov. 21, 1. Ideò Salomon spiritu sapientiæ præprimis gubernari exoptat 1. Regum 3. Huc illud lib. Sapient. cap. 9. v. 10. Emitte Domine sapientiam de sede magnitudinis tuæ, &c. *Onerositas* officii, Antisthenes ad Rempublic. homines sicut ad ignem venire volebat. Magistratus portat onera Esa. 9. vers. sexto super humerum prin-

principatus moraliter. Moses sedebat, sed populus tota die circumsistebat: Sessio significat honorem & majestatem; at populi illa jugis circumstatio officii difficultatem, Exod. 18. vers. 19. Magistratus multa onera sustinet, famam ab amicis & inimicis, id fassus est gratulando Arrius Antoninus Nervæ gratulans in Senatu Romano. Cuspinian. Zvving. 197. b. Theat. Sustinet odia, & is qui nimium timet regnare nescit. Senec. in Trag.

§. 13 *Odium*, quo impii Magistratum prosequuntur: lippientes oculi solem fastidiunt verbi gratia. Athenienses decennali exilio benè meritos mulctarunt. Idem ferè accidit Catoni Minori, Paulo Æmilio, Furio, Camillo, Scipioni Africano. Apud Cominæum hanc in rem illustris extat locus. Sunt Magistratus ministri multitudinis, Agamemnon apud Homerum. Perpetuis curis solicitati, sicut pater sedulò curat pro filio suo: Cavillis populi obnoxii. Vid. Didacus Apolepht. part. 3. p. 163. histor. recreat. Inde Demosthenes urbe pulsus dicebat: si quis mihi duas vias monstraret, alteram ad infernum, alteram ad tribunal, eligerem eam, quæ ad infernum ducit. Ælianus libro nono variarum historiar. Zvvinger. Theatr. fol. 1920. sub fin. col. 2. & fol. 1921.

Præmia Magistratuum.

§. 14 (1) Memoriæ eorum consecratio, Sir. 44, 10. 15. (2) Throni ipsius constabilitio, Proverb. 25. (3) Honor, qui exhibetur impositione ornamentorum regiorum, ut Diadematis, 2. Samuel. 1, 10. c. 12, 30. 2. Regum 11. vers. 12. fausta apprecatione, & cæt. (4) Laus subsequa; sic bona fama perpes sequitur Josias, Josaphatos, Constantinos, &c. (5) Æterna gloria, quæ est gratuitum donum vel χάρισμα, cujus particeps erit Magistratus, si rectè & piè gubernarit, Psalmo septuagesimo septimo, vers. ultimo. Neque tamen honor Magistratus læditur, si hujus peccata redarguantur debita moderatione; nam (α) omnes peccatores indifferenter argui debent, 1. Timoth. 2. vers. 20. (β) Ministerium est officium Spir. Sancti, Matth. 10. v. 20. hoc Magistratus destituere non debet. (γ) Ita sunt Dii Magistratus, ut tamen in medio eorum stet Dominus, Psalm. 82, 1. nempe verbo & ministerio suo, velut unica pii regiminis norma ac cynosura, Jos. 1, 8. (δ) Nec desunt exempla: Nathan liberè corripuit Davidem, 2. Samuel. 12. Luther. tomo 6. Jen. folio 384. Das Predigampt ist kein Hoffdiener / oder Bauren-Knecht / es ist GOttes Diener und Knecht / und geht über Herrn und Knecht. Hæc ille. *Onera & molestiæ Magistratûs*, Num. 11. vers. 11. 12. *Æschines* lætari se scribit, quod à rabioso cane liberatus esset: Intellexit vero Rempublicam. Demosthenes viam mortis se velle eligere potius dixit, quam Magistratum. Adrianus 7. annis in prædio vivens, sepulchro suo inscribi curavit, quod septem annis, Reipublicæ curarum vacuus, solùm vixisset. Antigonus Rex dixit: si plures cognoscerent molestias & onera Magistratus, nunquam humi projectum diadema humo tollerent, multò minus sibi illud imponi paterentur. Antiochus Magnus ampla ditionum parte exutus à Romanis, his, quod magna regiminis molestia levassent ipsum, gratias egit. Alphonsus Arragoniæ Rex asinorum sortem, quibus vescendi daretur tempus, meliorem esse dixit, quàm Regum, quib. etiam vescentibus innumeræ interpellationes obtruderentur. Ducis Lunæburgici Symbolum ad ardentem candelam pictum hoc erat: Aliis servio, ipse consumor. Xenophon in Hierone gravibus asserit argumentis, vitam privatam publicæ anteire. Huc Damoclæ strictus Ensis -- *cui super impia cervice pendet.*

Solatia Magistratus.

§. 15 (1) Vocatio, 2. Sam. 7, 8. (2). Cohabitatio, v. 7. d. l. (3) Hostium eradicatio, ibid. (4) Famæ celebratio, d. l. (5) Corroboratio à Domino, Psal. 20, 7. & 28, 8. (6) Cohabitatio sapientiæ divinæ, Prov. 8, 15. 16. (7) Conservatio in periculis, Ps. 20, 1. 2. 3. sic Joseph in Ægypto, Daniel in Chaldæa, David non in una acie, Ps. 18, 36. & 74. 12. & 144, 1. 2. 3. Hiskias in obsidione, 2. Reg. 19. Theodosius in conspiratione Gaini: Arcadius & Honorius contra Ruffinum & socios rebellionis: Claudianus lib. 1. *s.*
Abstulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum,
Absolvitque Deus --- &c.
(8) Fama & nomen bonum post fata, ne post obitum vacuam sellam nigro velo obductam (sicut Phalerius Dux Venetorum ob conjurationem meritus est, Camer. hor. subcis. part. 1. p. 32.) mereatur publici odii testem.

Virtutes & officia Magistratus:

§. 16 *I. Conjuncta: Justitia & Misericordia*, hæ enim sunt virtutes duæ capitales Magistratus, Exod. vigesimo nono. Sacerdos primo oleo inungebatur, postea conspergebatur sangvine. Oleum misericordiam, sangvis justitiam notat: Utraque virtute præditus esse debet Magistratus. *Acer & Dulcis* sit 1. Ut Malogranatum habet acre & dulce. 2. Ad Exemplum CHRISTI, justi & Salvatoris, Zachar. 9. vers. 9. *Justitiam cum æquitate* temperare debet. Ægyptii olim Regale sceptrum ita pingebant: in parte superiori caput ciconiæ pietatis indicium, in parte inferiori hippopotami vel equi marini speciem pingebant, ad significationem severitatis; hanc geminam imaginem in uno sceptro conjungebant. Romanis Consulibus fasces præferebantur, hoc est virgæ cum securibus: virgæ significabant paternam benevolentiam, securis meritam iram in abscindendis Reipubl. membris putribus. Sabinus in Metamorph.

§. 17 *Potentia & Prudentia*: duæ magistratus virtutes: (α) sceptrum potentiæ: (β) oculi prudentiæ, Orus p. 102. b. Hieroglyph. Prudentia maximè adhibenda in investigatione scelerum. Sic enim olim obducto velo inquirebat in scelera magistratus, sententiam differebat Judex cum assessorib. V. Clem. Rom. l. 2.

c.52. constit. Apost. epist. 79. Basilius. Vide Verum s. l.

§.18 II. *Distinctæ: Pietas*, Psalm. 2, 7. 2. Chron. 30, 20 21. E scripturæ intellectu Sir. 44. v. 2. 4. illa primum haurienda, summumque est ornamentum & decus. In religione vera populum contineat, Jos. 13, 31. Religiones contrarias non misceat, ut Achas, 2. Reg. 16. vid. tit. *Religio*: idololatriam tollat, 2. Chron. 19. 2. Reg. 13 Jos. 22. A falsa religione populum abducat; sic Assa rex Judæ, 1. Regum 15. vers. 12 13. Gideon, Judic. 6. Jehu, 2. Reg. 10, 1. seq. Daniel, Dan. 6. Judic. 5, 14. de Zebulon venerunt trahentes in virga scribæ: Virga hæc vel calamus pietatis denotat exercitium, quod Magistratui commendatissimum esse debet, Josuæ 1. v. 8. Mosis vota & preces magis contra Amalekitas pugnaverunt, quàm Josuæ arma, Exod. 17. vers. 12. Quocirca pietati, capiti fidei, tàm salutares effectus attribuuntur eorum, qui magistratum gesserunt, Hebr. 11, 1. 23. 32. sequent. Itaque semper consilia ineat à pietate: sic Augustus lege sanxit, ut prius quam considerent Senatores Romani, illi Deo, in cujus templo convenerant, rem sacram facerent, Sueton. in August. Gell. lib. 14. c. 7. Verè pii magistratus prohibeant exercitium ararum Idololatricarum; sic suasit Valentiniano Cæsari Ambrosius epist. 30. defendant divini verbi testimonium; hoc enim olim traditione testimonii regi coronando committebatur, ut Joæ factum est 2. Chron. 23. v. 10. 11. Res ecclesiæ curent, nec admittant hæreticos, qui orthodoxos templis volunt expellere, Athanas. tomo 1. folio 131. a. b. de Constantino Cæsare. Et fidem promoveat, Esræ 6. v. 8. 9. c. 7, 15. seq. c. 8, 37. Consulant castitati, 2. Regum 23, 7. demoliendo meretricias domos. Ad pietatem spectat, explorare suorum in fide constantiam; sic olim fecit Pater Constantini Magni apud Euseb. libro 1. cap. 11. de vita Constantini Magni. Malos non tolerare, Psal. 101, 3. 4. 5. Ambrosius scribit in concione funebri de Theodosio, quod morti vicinus magis de Ecclesiæ rebus, quam suis fuerit sollicitus. Johann. Fridericus Elector quotidie Deo supplex factus est, ut omnia dicta factaque ejus ad divinam voluntatem conformaret, Johann. Rosin. de vita ejus. M. Julius Philippus Cæsar, Arabs genere, Martyr occisus a militibus unà cum filio. Jovinianus Cæsar non nisi suis persuaso Christianismo sceptra imperii capessere voluit. Jagello princeps Lithuaniæ ab Ethnicismo suos Lithuanos traduxit ad fidem CHRISTI, Vilnæ episcopatu instituto, Munster. 4. Cosmograph. Carol. Magn. bello pertinaci Saxones CHRISTO initiavit, Cuspin. Crantz. Chytr. in Metropol. Saxon. Andreas rex Ungariæ hanc ad Christum convertit, Naucl Generat. 35. Sic exemplo sunt Christianis Ethnici quidam, populus Romanus, Claudius Nero, Vespasianus, Titus Vespasianus, Aurelius Alexander Severus, M. Cælius Balbinus & cæt. apud Joh. Baptist. Fulgosum libro 1. Factorum & dictor. memorabil. Hinc effloréscit summa laus Magistratûs, Deut. 13, 2. vide Augustin. epist. 50. ad Bonifac. tomo 2. operum. Cæterum Magistratum falsa religione imbutum audire in fide non possumus, Ambros. orat. in Auxentium, non vult judicari ab Imperatore Valentiniano Catechumeno, baptismi experte, matre Ariana, cum provocaretur ab Auxentio Ariano, Scytha, vid. Ambros. epistol. 32. Impii Magistratus exempla sunt: Nimrod, Genes. 10, 9. Pharao, Ninius (filius Nini & Semiramidis) piger, voluptuosus, Herodot. libr. 2. Sardanapalus, Busiris, Rex Ægypti, Cambyses, Cyri filius, Herodot. libr. 3. Hippias Pisistrati filius, Xenophon lib. 2. & 3. Artaxerxes Ochus, Ptolomæus Philopator, Ptolomæus Lathurus, Johannes Maria Dux Mediolani, anno 1487. Sic Claudius Tiberius, Caligula, Nero, Aulus Vitellius, &c.

§.18 E pietate fluit *Cultus Dei*. Scipio Africanus antelucanis horis in Capitolium ascendit in templo Jovis &c. Zvvinger. 24. b. Ptolomæi regis studium in vertendis Bibliis huc quoque non incommodè refertur, Chrysost. tom. 1. f. 5. hom. 4. c. Et *Oratio*, quam commendatam habere debet Magistratus, exemplo Scipionis Africani, ut modò diximus, (Gellius lib. 7. cap. 1.) qui in precibus assiduus fuit. Eadem religio maximoperè in Carolo V. laudatissimæ memoriæ Imperatore celebratur, quod nunquam non assiduus fuerit in colloquio precum cum Deo instituendo.

§.19 Oppositum Pietatis *est Impietas*. 1. Samuel. 15. abjecisti sermonem Domini; cum autem Magistratus impius est, tunc & subditi impii sunt. Saul in proprium gladium recumbens vitam miserabili exitu clausit, eodem etiam satelles, 1 Sam. 31, 5. Magistratus impius Saul ille est, quo peccante peccat & subditus. Claud. Poët.

----- Non sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

Sic impius Magistratus Abimelech, Judic. 9. Absolon, 2. Samuel. 15. Antiochus Epiphanes, Dan. 11. Fit Deo abominatio & infelicitas. Vid. Exemplum Trajani fol. 60. tom. 2. Baron. num. 5, 10. *Supplicium* impietatis est defectio subditorum, 2. Chron. 21. pestis, 2. Samuel. 24. vastatio, occisio filiorum, 2. Chron 22, 1. vid. titul. Plagæ Dei. Subditorum flagellatio oritur etiam interdum ob peccata impii Magistratûs. Ob Sichemum tota civitas gladio percussa est à Simeone & Levi, Genes. 34. vide Lutherum in h. l. Troja, toto decennio ob raptam à Paride Helenam obsessa, tandem expugnatur. Davidis peccatum, numerantis populum, luebat populus, 2. Samuel. 24. Judæi vexati sunt ab Idumæis, Palæstinis aliisque hostibus ob peccatum Ahas. Apud Sophoclem in Antigone Pallas rogata causam, cur una cum Ajace Græcos perdere vellet, respondit: Ideò volo perdere eos, quia non prohibuerunt scelus, neque puniverunt in Ajace.

Cura justitiæ Punitivæ. Hadrianus Cæsar, visitans provincias, eos puniit, qui venalem habuere justitiam, & subditos locupletavit. Testis nummus est hujus inscriptionis: *Locupletatori orbis.* Ælius Spartianus in Hadriano.

Probitas: Eâ præluceat suis subditis. Levit. 4,22. si peccaverit princeps. Confer Sap. 6,7. Prov. 20,28. ut cives suo exemplo ædificet, Sir. 10,3. Ut à sole & stellis omnis lux in inferiora: sic ab Exemplis Regentum magna vis vitæ informandæ pendet.

§.21 *Probitati subjiciuntur*

Sapientia, hanc petat à Deo, 1.Reg.3,9. Magistratus enim non sit spermologus, sed sapiens, Sir.9,25. ne multa mala contingant, Proverb.28,16. Ut omnia bene ordinet, Sir. 10,1.2. Sapientia sit in magistratu, Proverb.10,15.16. Exemplo Salomonis, cui studium sapientiæ maximè curæ cordiq; fuit, 1.Reg.3. *Effectus* hujus sapientiæ est felicitas terræ, Eccles.10. Vitatio adulatorum, cui studio incumbat Magistratus 1. ne ab adulatoribus in pericula & discrimina adducatur. 2. quia adulatores corrumpunt Magistratum, teste Domitiano, Galbâ, Commodo, Bassiano.

§.22 *Vigilantia*, hinc Magistratum Ægyptii per Draconem significabant: Et Æsculapii imagini addebant Draconem veteres. Ejusmodi vigilans Magistratus fuit Mardochæus, Esth. 8. Joseph etiam futura providens & sedulâ anticipans cura, Genes.41. sic Esai.38,1. Hiskias. *Fidelitas*, Psal.78,73.

§.23 *Prudentia* (α) *in muniendis urbibus* aliisque ædificiis, 1.Reg.9,29. 2.Chron.4,9.c.17,12.26, 9.c.14,6. 1.Reg.7,1. Quædam tamen hic cavenda vitia, ut Superbia, Genes.11,3.8. Chrysost. serm.10. in epist. ad Philipp. Injustitia, Jerem. 22,13.seq. Mich.3,10. Luxus, Amos 6,4. Securitas, Luc.17,28. Luc.12,7. (β) In recipiendis literis. Vid. Zvvinger. fol. 14. a. de Q. Metello. (γ) In consiliis capiendis, Sir. 44.v.2. Esther.1,13. Vide 1 part. p.127. Didac. Apolepht. Magistratus debet bono consilio præesse, Prov. 11,14. Idem in nutrice adumbratum, Num.11. v.11.12. vid. Præfationem in Commentarium Molleri in Esaiam scriptum. A præmio: Laus eum comitabitur, Sir.9,24. ne populus perdatur, Sir.10, vers.3. sed civitas ædificetur. (δ) In explorandis rebus, quæ foris aguntur, vide Richt. Axiom. Oecon.82. (ε) In conservandis bonis: magistratus enim non acquirat tantùm, sed & acquisita conservet, Camerar. oper. subcis. part.2.c.2.p.42. (ζ) In prospiciendis Reipubl. Medicis. Hoc nomine Ulmensem Magistratum laudat egregiè Jacob. Heerbrand. præfat. compend. Theologici §. Cum verò morbi ingruunt. (η) In provisione annonæ & sublevatione famis, Idem D. Heerbrand. d.l. Andreas Fricius libro 1.c.14. de moribus reip. Chr. Sic Joseph Ægypto prospexit, Genes. 42. sic fecit Rex Philippus ann. 1557. Belgium fame vexante, Laur. Surius. Imperator Græcorum Romanus Argyrus anno 1032. multam auri & argenti vim inter pauperes distribuens. Herodes (apud Josephum libro 15. antiq.) tempore famis peregrinis dedit 10000. coros tritici; incolis verò dedit octoginta mille coros. Sic Christiani Ethnicos sublevarunt, Euseb. lib.9.c.8. Pompejus vitam flocci pependit, inter pericula maris jactatus, dummodo properè emta frumenta in Africa, Sardinia & Sicilia Romam inferret, fame extrema laborantem, Erasm. l.4. Apophtheg. ex Plutarch. Conferantur l. Julia de annona: l. Cornelia de falsis Codic. lib.11. à tit. 22. ad 27.

§.24 *Fortitudo & Patientia.* Pythagoras apud Stobæum sermon. 19. magnam peritiam existimato, qua ferre potes aliorum imperitiam; sic Tiberius Cæsar apud Tacitum l.4. cum in hujus honorem quidam templum extruere conarentur, vetuit illud exstrui, petiit, ut merita sua, fortitudo, imperterritus in periculis animus &c. ceu templa cordibus subditorum infixa perpetuo hærerent. (Est quoque exemplum humilitatis & modestiæ.) Cui opponitur Impatientia, Psalm.106,33.

Eruditio: Docti magistratus fuere & literis dediti: v. Cosroës, Rex Persarum, Claudius Cæsar apud Volaterran, lib.23. Alexander Magnus, Carol. IV. Alphonsus Arragoniæ Rex, Mithridates Rex Ponti & Bithyniæ viginti duas calluit linguas.

§.25 *Justitia.* Hâc enim solium firmatur, Proverb.16,12. c.29,14. regio fovetur, cap.29,4. cognoscat ergo causas pauperum, cap. 29,7. moderatè utens potestate sua, Sir. 20,8. Reges Persarum ignis antecedere solebat, Sanct. in c.7. Actorum n.92. è Tertullian. in Apolog. cap.16. Sic justitia magistratus perpes sit anteambulo. Judicavit Samuel populum simulque aram extruxit, 1.Sam.7,17. sic Magistratus justitiam cum pietate conjungat. Exod. 28. Liecht und Recht in pectorali summi sacerdotis erat: sic justitia in corde Magistratus. Olim pingebatur imago habens stateram in manu, caput supra urbes, oculos ad cœlum solùm respicientes; sic in sceptro Osiris oculus erat pictus ex quercu, quercus autem arbor inflexibilis est, semper crescit in cœlum: sic justitiæ rigor nullis donis flecti debet. Avarus igitur Magistratus non sit, non quærat lucra: vide Prompt. exempl. fol.461. M. Sturmii. Virgis de more olim lictores percutiebant ostia Magistratus, Zvving.94.b. à fascibus: Justitiæ cura in Magistratu notata fuit hoc ritu; hinc Magistratus nuperus jurabat in justitiam, p.144.a. Zvving.

§.26 *Justitia vindicativa*, Prov.20,26. Rom.13, 4. moderata tamen, Sir.10,6. salvare à manibus vastatorum, Judic.2,16. Sint muri, qui nos cingant, Ambros. tom.3. orat. funebri de obitu Valentiniani; arma capessant contra Turcas. V. Viperam de Christiani Magistratûs principatu in Mahumetanos Rom. 1520. excus. ut tollantur mala. Maximil. loca patibuli & alia præteriens, dixit: Salve justitia! v. Ps.101. Justis tamen mediis & suppliciis; magistratus n. officium est, non probare sagas per aquam, 2 quæst. 5.c. nam rejectû est, Joh. Bodin. l.4.c.4. de Rep. Defendit id Kornman. p. 110. Theatr. Naturæ,

sed

ſed negat L. Conrad. ab Anten peculiari tractatu edit. Lubec. 1590. Pœna ſuſpendii, Deut. 21,23. Joh. 8,28. homicidii. Exod. 21. avelles ab altari. Deut. 19. non miſereberis. 1. Regum 2. Joab: Juſto quoque modo: Magiſtratus enim rectè exploret omnia, antequam puniat, Deut. 21. Conſtantinus Imperator uſurpaſſe dicitur ſententiam Ovidii:

----- *Immedicabile vulnus*

Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Actus quoque juſtitiæ eſt, ut Magiſtratus defenſet ſubditos: hinc recens electus Magiſtratus in ſcutum imponebatur, & populo oſtendebatur. pag 317. Bell. Attic. Pontan. ut indicarent veteres, Magiſtratum eſſe ſubditorum ſcutum. Audiat apologias eorum, qui falſò delati ſunt: ſic Conſtantinus audiit Athanaſium. Vid. Athanaſ. tom. 1. f. 525. lit. a. b. Eripiat oppreſſos è manu opprimentium, Jerem. 21. v. 12. c. 22. v. 3.

§.27 Juſtitiæ opponitur (I.) *Tyrannis*, (*vide Tyrannus, ſuo loco*) quæ facit populum gemere, Prov. 29,2. qui laceratur, Ezech. 19,3.4.5. Probos ſeſe occultare, Proverb. 28. v. 28. Querelas ſubditorum moveri, Exod. 3. v. 7. Irrequietos eosdem reddi, Prov. 30,21.22.23. Super populum pauperem non impunè regnet, Proverb. 28,15. Itaque Magiſtratus Tyrannicus cum Draconibus Pſalm. 44. v. 20. comparatur 1. ob ſibilum contagioſum; hic poteſt eſſe imago mandatorum tyrannicorum. 2. ob morſum venenatum: ita tyranni mordent animas, opes arrodunt ſubditorum. 3. ob vigilias: raro dormit Draco; ita Tyranni vigilant, ut malum faciant. 4. ob caudam, in qua maximam vim habet; ita Tyranni in principio blandiuntur, poſtea virus tyrannicum exerunt. 5. ob viſum acutiſſimum; ita tyranni in prædam ſemper intenti. 6. ob infectionem: Draco aërem inficere poteſt; tyrannus veneno impietatis ſubditos inficit. 7. ob inſidias, quas elephanto ſtruit excœcando eum; ita etiam Tyranni inſidiantes bonis, eos excœcare ſtudent. 8. ob locum, in quo habitat: Draco amat loca deſerta; ita Tyrannis nihil gratius eſt, quàm deſertum, incultum, & a virtute remotum longiſſimè vivendi genus. Magiſtratum malum Ægyptii per anguem ſignificabant: Bonum itidem per anguem ſignificabant, cui inſiſteret cuſtos baculo armatus. (II.) Huic juſtitiæ oppoſita

§.28 *Acceptio perſonarum*: hæc enim bona non eſt, Proverb. 18,5. Non parcat divitibus, c. 13,8. cum homines ſint inſtar ſepulchrorum ſæpè dealbatorum, Matth. 23,27. Joh. 7,24. & homo ſolùm ea, quæ foris ſunt, contempletur. Alexand. ab Alexand. lib. 3. c. 5. Athenienſes intra cortinas ſe continebant, cum contra reum capitis ſententiam pronunciarent, ne cum vel reum, vel Advocatum intuerentur, flexi fuiſſe viderentur: alii dicunt, quod noctu condemnarint. Lacedæmones ex ſcriptis cognoſcebant cauſas, ne flentium lachrymis commoverentur: ita Magiſtratus exemplum Chriſti imitetur, Eſ. 11. & Dei ἀπροσωποληψίαν, vide Deut. 10,17. c. 16,18.19. Levit. 19,15. Sir. 4,26. c. 7,6. Proverb. 18,5. Pſ. 82,7. 2. Chron. 19,7. (III) *Avaritia*: Ficus avaritiæ ſymbolum eſt, nam ficus vicinum humorem ex plantis, calce, cinere, lapidibus, ſuccos ad ſe pertrahit, & radices ſuas avaras cupidasque ſucci longiſſimè potentiſſimèque projicit, Arias Montanus ad illud Judic. 9. n. 10. Exod. 18. Caſſianus libro. 7. cap. 6. collation. Avaritiam omnium malorum receptaculum ac radicem ac morbum eſſe dicit, qui non facilè pellatur. Cap. 7. prætextus recenſet eorum, qui avaritiæ morbo ſunt correpti: ſic quoque in Magiſtratu avaritia tenax morbus eſt, ſuisque coloribus & prætextibus nixus. Fabricius Dux Romanus oblatas ſibi à Pyrrho provincias & immenſam auri vim contemſit, fidei patriæ ac juſtitiæ tenaciſſimus, Bodinus libro quinto de Republica, capite quinto. (IV) *Acceptio donorum* adverſatur juſtitiæ; etenim (α) excœcant, & inſtar fræni compeſcunt Magiſtratum, ne puniat, Sirac. 20. verſ. 31. (β) Regio corrumpitur, Proverb. 29. (γ) Sibi ipſi Magiſtratus vitam abbreviat, Proverb. 28. verſ. 16. (δ) Tandem pereunt illi δωροφάγοι, Sirac. 41. verſ. 14. & opes eorum dilabuntur, ibidem d. l. (ε) Intereunt, ſed veritas manet, Sirac. 40. verſ. 12. (ζ) Innocentia læditur, egregia verò laus eſt, dona averſatum eſſe. 1. Samuel. 12,3.4.5. ſic Samuel; contra filii, 1. Samuel. 8. v. 2.3. Thebani in foribus ſuis judicialibus coram altari Deorum pingebant judices ſine manibus, & præſides ſine oculis, Alciat. in Emblemat. & Alex. ab Alexand. Pro homicidio non accipiendum pretium, Num. 35. Stratocles & Diomedes Reip. tractationem olim auri meſſem vocabant. (V.) *Servitus affectuum*, qui à juſto Magiſtratu abeſſe debent; hinc Alphonſus Arragoniæ rex dicebat, velle ſe templum conſtruere, in quo prius, quàm conſultandum veniant conſiliarii, affectus ſuos deponant. Sic Ægyptii juſtitiam ſine capite pinxerunt, caput autem inter ſidera occultatum, ut indicarent, judici aliquando rationem reddendam eſſe coram Deo, ut hunc metueret, nec oculis, nec affectibus litaret ſuis, Pſ. 82,7.

§.29 *Juſtitia juridica vel diſtributiva*, Prov. 16, 10. c. 29,14. Ut vim non exerceat, Sir. 20,4. ſic Joſ. 14. ſorte terra judicata eſt. *Juſtè judicare.* Judic. 4,1.5. Debora ſub palma judicium exercebat: ita & Magiſtratus ſub juſtitiæ palma, ut juſti inſtar palmarum floreant, Pſal. 92. v. 13. ipſi Domino adminiſtrent judicium, 2. Chronic. 19,6. Juſtitiam ſicut veſtem induant, Job. 19. v. 14. ut præfecti Regum Dei, Sapient. 6,8. ne Deus à populo offendatur, 2. Chron. 19,9. 10. *Non damnare innocentes*; ſic olim ſolebant Romani ex tabulis publicis legere hunc in modum: Talis, quia Chriſtianus, damnatur. Non addebatur, quod fur eſſet vel latro (ad Matth. 22. date Cæſari &c.) *Eruere oppreſſos*, Jerem. 21. verſ. 12. cap. 22,3. *Amare juſtos*, eorumque gaudere ſocietate, Pſalm. 101,2.3.4. ſequent. *Non violare leges* aut eas perrumpere inſtar telarum araneæ, ſed conſervare:

 Magi-

Magiſtratus enim legum cuſtos ſit accuratiſſimus. Solon jurejurando adegit cives, ut Athenis ejus leges ad reditum ipſiusdem obſervarentur; Is ergo exul obiens in Inſula Salamine cineres ſpargi ſuos juſſit, ne reportatus cives liberos redderet à juramento, apud Zvvinger.72. *Judicia bene conſtituere*, Amos 5. Levit. 19. Jerem. 22. ſic Jethro, Exod. 18. Julius Cæſar ſeverus in judiciis: Auguſtus Cæſar ipſus judicio præfuit; ſic & Claudius, Domitianus, Sergius Galba, Trajanus, Adrianus, ambo Antonini, Carolus Magnus: Ludovicus Pius Galliarum rex triduum ſingulis ſeptimanis impendit judiciis: Philippus Auguſtus Galliarum rex.

§.30 *Clementia & miſericordia* (Prov. 16, 15. Sic Titus, Trajanus, Antoninus, Conſtantinus, Theodoſius, Artaxerxes Longimanus) erga *oppreſſos ab aliis, ob veram religionem*, ut hi 1. recreentur. 2. fidei exercitio non penitus priventur. 3. Eccleſiæ noſtræ non diminuantur. 4. Vires noſtræ non atterantur. 5. Honeſtum quoq; eſt, opem ferre fratribus, quoad ejus licet. 6. Sequitur hanc charitatem nominis & famæ immortalitas, & oppreſſorum devinctio. 7. Inveniant itaque ſapientiſſimi Principum & Magiſtratuum Conſiliarii honeſta & Juribus conſona media juvandi rem eccleſiaſticam oppreſſam, ſine ulla tertii læſione; quorſum ſpectant literæ interceſſoriæ pro oppreſſis, obſecratoriæ, conjungendæ à fidei ſociis. Diluantur calumniæ, quibus innocentia partis oppreſſæ lancinatur. Legatorum miſſio: Munera; præprimis ardens oratio ad Deum pro ſociis fidei, corda Regum pro ſuo nutu flectentem. *Delinquentes*, 1. Reg. 20, 31. Alexandro Severo Imperatori clementiſſimo objicientes mater & uxor, quod dignitatem imperii contemtibilem feciſſet, hoc reſponſi acceperunt: ſed ſecuriorem & diuturniorem. Rudolphus Auſtriacus Imperator, cum priorem ſeveritatem manſuetudine commutaſſet, dixit: Severum & immitem aliquando me fuiſſe, pœnituit; levem & placabilem, nunquam. Alphonſus Arragoniæ rex monitus, ut ſeveriùs imperaret, dixit: Vultis ergo urſos & leones regnare? malo multos mea clementia ſervare, quàm paucos mea ſeveritate perdere. Idem acie militari adverſus Venetos procedens, monitus à ſuis, ut Venetis aliquid extorqueret, reſpondit: nullum aliud pacis præmium expecto, quam hoſtibus ad genua mea advolutis pacem dare. Nero ſubſcribere juſſus ſententiam condemnatorum dixit: Utinam literas neſcirem!

Non ſit vindictæ cupidus, ut Saul: non nimis durus: Quæſtor Cæſaris Heraclii, dato Arabibus duro reſponſo, illos à Cæſaris imperio deſciſcere fecit. D. Hunn. in cap. 7. Danielis. *Non durus*: Eſt enim pœna Dei, Eſa. 19, 4. *Conf. Tyrannus.*

§.31 *Temperantia*, ut ne juris obliviſcatur, Prov. 31, 5. Ea virtus maximè decet Magiſtratum: etenim Ebrietas omnium in Republ. incommodorum fons eſt, de quo Exempla innumera teſtantur.

§.32 *Diligentia*, Pſalm. 78. v. 73. ne aliis Rempubl. committat: nam Magiſtratus ſe non mancipet voluptatibus, & Rempublic. ſubdelegatis non committat; ſic olim fecit Commodus cum 300. concubinis debacchans, & perenni Præfecto omnia committens. Lamprid. in Commod. Baron. tom. 2. f. 265. n. 35. Magiſtratus vigilans ſit, ut Agamemnon, Zvving. 24. b. ex Hom. & Philopœn. Carol. M. Zvvinger. 136. Perſarum rex olim ſic monebatur: ſurge rex, & ea cura, quæ te curare vult Meſoroſmados. David omni ſtudio ac fidelitate populum Iſraël pavit, Pſal. 78, 73.

§.33 *Liberalitas*: magiſtratus enim beneficus ſit in ſubditos; olim coronati Imperatores dona miſſilia in populum ſpargebant. Alexander M. trajecturus in Aſiam, omnia vectigalia amicis dedit; interrogatus, quid ipſiupereſſet? reſpondit: Spes noſtra. Richter. axiom. Oecon. Barſillai liberalis vir 2. Sam. 19, 32. egregiè commendatur. Miſſilia Magiſtratus, Codimus in offic. Palatii &c. Gulielmus Cantherus libro 5. cap. 21. Baſilius Macedo folio 166. a. b. Zvving.

Prudentia, cujus nomine laudatur Ludovicus Rex Francorum, à Johann. Gerſone part. 2. oper. Sequatur bona conſilia, Sir. 37. v. 38. 39. Sic Darius tandem ſecutus eſt conſilium Gobriæ viri prudentiſſimi, apud Herodotum, Mileſii Thaletis, Diog. Laërt. Alexander decimusſextus conſiliarios à matre Mammæa præfectos. Hieron Rex Siciliæ Simonidæ.

Imprudentia. Non attendere bonis conſiliis. Sic Xerxes ſprevit Artemiſiæ bonum conſilium de non laceſſendis de novo Græcis navali prælio &c. Vide Zvvinger. Meiger. p. 476. Nuclei.

§.34 *Manſuetudo & Humanitas*: Magiſtratus ſit humanus, ut in officio populus retineatur. Rex apum caret aculeo: ita Magiſtratus ſit manſuetus, reliquæ apes omnes aculeum habent. Antoninus Pius noluit à cædibus auſpicari regnum Romæ fol. 105. Baron. tomo 2. annal. Theodoſius junior omnibus pepercit, optavitque, poſſe ſe mortuos in vitam revocare. Scipio Africanus Polybii præceptum ſervans, nunquam a foro ſeceſſit prius, quam ſibi unum aliquem amicum vel familiarem reddidiſſet. Salomon humanus erga Hieramum, 1. Reg. 5. Sic Auguſtus Cæſar Cinnam, qui in necem ipſius conſpiraverat, ad ſe vocavit, beneficia collata exprobravit, quod in caſtris hoſtium repertum ſervaſſet, patrimonium omne conceſſiſſet, ſacerdotio ornaſſet: Jam rurſus ſe omni vita donare, prius hoſti, nunc parricidæ conſulatum offerre, amicitiam petere, ut ea ſecum contendat: Hic Cinna perpetuus fuit amicus Auguſti, & hunc hæredem inſtituit. 1. Sam. 24, 8. Exemplum Davidis, hoſti parcentis. Huic opponitur *Superbia*. Domitianus Cæſar hac arrogantia dictabat epiſtolas: Dominus & Deus noſter ſic fieri jubet, teſte Suetonio c. 13. in Domitiano.

Cha-

§.35 *Charitas* erga *Doctos*: magistratus amet doctos; non sit Cajus Caligula. Zvving. 12. col. a.

Subditos, quorum clades lugeat. Carthaginenses imminente urbi calamitate, nigris pannis mœnia tegebant. Diodorus Siculus libro 10.

Contentatio: Magistratus non deglubat subditos, Prov. 17, 26. non sit auri cupidus. Bion dixit: Principem non ditiorem, sed clariorem discedere oportere. Marcus Curius, cum ei ad forum sedenti Samnites ingens auri pondus offerri curassent, dixit: non est præclarum aurum habere, sed his, qui aurum possident, imperare. Plutarch. in Apopht. Fabii legati ad Ptolomæum munera privatim data prius in ærarium contulerunt, quàm referrent legationem. Avaritia verò magistratui odium parit, Richter axiomat. Oecon. 79.

§.36 *Vigilantia*. V. Justinian. in Authentic. §. 1. ut Judices. Alex. Magnus pilam argenteam dormiens tenebat. Agamemnon plerunq; noctu consultans introducitur ab Homero.

Sinceritas. Ea virtus fuit in Tiberio. Vide Suetonium in Tiberio. Richter in Axiom. Polit. 96. & 235.

Veracitas: Principis non est mentiri, Prov. 17, 7. Sir. 42. 20. Exod. 28, 21. requiritur hæc virtus à Magistratu. Ægyptii (Ælianus variar. histor. lib. 14. c. 34.) suo sacerdoti & judici imaginem dederant circa collum gestandam, confectam ex sapphiro, quam veritatem vocabant. Diodor. Sicul. lib. 2. Antiquit. c. 5. Judex pingebatur, è cujus collo suspensa veritas pendebat, oculis clausis, librorum circumstante magna copia: E collo pendet veritas cum est in corde, ut factorum fundamentum in opere.

§.37 *Potentia* vel potestas 1. est à Deo, Rom. 13, 2. limitata est (α) pietate. (β) honestate & justitia. 3. Inde Hotomannus lib. 2. c. 2. observationum docet, Cæsarem olim sine ullo Papæ mentione leges ecclesiæ præscripsisse, Novell. 6. 11. 123. 3. 5. 6. 132. 58. 7. Consule Chamier. tomo 2. panstrat. c. 13. fol. 307.

§.38 Ex harum virtutum corona tandem efflorescet sua sponte *Amicitia* inter Magistratum & subditos: non enim sit diffidentia inter Magistratum & subditos, Zvvinger. 82. a. Insidiar. Laudatur Vespasianus, Marcus Antoninus & Alexander Severus, quod salutarentur patente cubiculo remotis admissionalibus. Alexand. ab Alexand. lib. 5. c. 24. Non elevet cor supra fratres suos, Deut. 17, 20. Narratur Dux Würtembergicus olim gloriatus esse, posse se tutò caput in sinum cujuslibet subditi reclinare: tantam sibi se polliceri a suis securitatem!

§.39 *Honor* debetur ei, Rom. 13, 1. 1. Petr. 2, 17. Sir. 10, 24. etiamsi malus sit. 1. Sam. 24. Saulus a Davide honoratur, Nero a Paulo, Actor. 25, 11. Num. 11. Mirjam, quæ illum negarat, punitur. August in Ps. 124. vid. tit. Subditi. Valerianus & Gallienus Cæsares Sancti a Dionysio dicuntur, eo sensu, quo Felix Actor. 24. dicitur optimus: & Poëtæ a Cicerone Sancti dicuntur, orat. pro Archia.

Peccata Magistratus. §.40

Desciscere à virtutibus & degeneres fieri: Sic David, Assa, Joas, Amazias, Ozias, Pausanias, Themistocles, Philippus Rex Macedoniæ, Mauritius Cæsar, Vespasianus, Valentinianus. Vid. Meiger. p. 526. seq. Jerem. 5. ibo ad optimates. Exempla eorum varia extant: Salomonis idololatria: Jonathanis nimia credulitas: Micerini incestus cum filia propria, Herodotus libro secundo: Candaulis Lydorum in ostentanda nudæ conjugis pulchritudine stultitia: Ebrietas Alexandri, qua egregia Persepolis incendio conflagravit, petente Thaide.

Nomina & similia varia. §.41

Magistratus est *Annulus signatorius*, Hagg. 2. v. 24. vocatur ita Serubabel 1. Quo Deus obsignabat Israëlitis, fore, ut Respubl. Judæorum funditus eversa in integrum restitueretur, jactis ejus rei tàm feliciter sub Zorobabele fundamentis. 2. Quo Deus charitatem suam erga conversos filios probabat, sicut Luc. 15. vers. 22. pater filio perdito annulum dedit. 3. Sicut annulus custoditur impensa cura: sic Deus Zorobabelem custodiit. 4. Annulus est ornamento: sic Magistratus est Dei ornamentum, quo ipse omnes status condecorat. 5. Ut annulus charus est & conjunctus: sic Magistratus DEO sunt chari & accepti, &c.

§.42 *Arbor*. Daniel. 4, 17. arbor magna, procera erat, altitudo ejus cœlum contingebat, rami ejus pulchri erant, fructibus copiosissimi, quique omnibus cibum præbebant, v. 20. 21. Imago Magistratus, cujus potentia magna, Rom. 13. v. 4. altitudo originem cœlestem designat, Roman. 13, 1. Sap. 6, 4. Tit. 3, 1. 1. Petr. 2. v. 13. Rami notant potentiam & protectionem. Fructus utilitatem & emolumentum publicum, Psal. 85, 10. 1. Tim. 2, 2.

§.43 *Armus*. 1. Sam. 9, 24. Armum ante Saulum reposuit, mox regem designandum, ut significaret (1) onerum portationem; humero onera portamus, Gen. 19, 23. c. 21, 14. c. 49, 15. ita Magistratus onera publici commodi portat, curarum, consiliorum; hinc principatus Messiæ super humeros ejus positus esse dicitur, Esa. 9, 6. (2) Servitutem: servi in humeris portant onera; ita magistratus est subditorum servus. (3) Manus dependentiam; hæc enim ab humero dependet, ὄργανον ὀργάνων: ita à Magistratu omnes dependent manus, salutares in omnibus statibus operationes. (4) Integrationem; humerus enim duobus ossibus integratur: ita Magistratum duo sunt ossa firmantia, præmia bonorum, & castigatio severa malorum.

§.44 *Caput* 1. Ob situationem: in supremo locum habet; ita Magistratui honos deferendus, supremo in honoris loco collocandus. 2. Sensuum sedem: ita in Magistratu debent esse sensus (α) Visus, ut crimina subditorum animadvertant. (β) Auditus, ut querelas utriusque partis audiant, (γ) Gustus, ut justitiæ examen administrent. (δ) Tactus, ut enormia flagitia puniant, publi-

publicum malum avertant. (ε) Olfactus, ut ſagaci rerum exploratione operam navent. (ζ) memoria, phantaſia, ſenſus communis, ut omnes virtutes intellectuales comprehendant. 3. Cerebri incluſionem, quod eſt intellectus ſedes: ita penes magiſtratum prudens eſſe debet rerum politicarum intelligentia. 4. Humorum receptionem: eſt enim caput corporis caminus, fumorum culinæ (ſtomachi) receptaculum: hi ſunt ſolicitudines, anxietates, moleſtiæ, ἀγρυπνίαι. 5. Læſionem: læſo capite reliqua membra ſentiunt dolorem; ita afflicto magiſtratu reliquorum ſtatuum membra affligi neceſſum eſt.

§.45 *Cedrus*. Ezech. 31, 3. Eſſe Aſſur quaſi cedrus: 1. altitudine. 2. boni odoris fragrantia. 3. pulchritudine. 4. nominis immortalitate, ſicut Cedrus putredini obnoxia arbor non eſt. *Cherubim* ſunt magiſtratus; etenim arca eſt Reſpublica, operculum eſt Dei præſidium, Ezech. 28. v. 14. Hi Cherubim levent alas precationis ad Deum pro felici gubernatione; tegant facies ſuas, ne perſonas reſpiciant, ſuos ſubditos obumbrent, tegant quoque pedes ſuos, & meminerint, quæ ſit domus eorum, 2. Sam. 7. v. 18. Navis tenens Jonam piacularem fluctuabat, ita Reſpubl. tolerans malos, Pſalm. 107. v. 23. Navi huic præſident Magiſtratus, eamque, duce Deo, moderentur, & præcaveant, ne in vada aut ſcopulos vel ſaxa latentia torqueatur aut illidatur. Cingulum Reipubl. eſt Magiſtratus, Eſa. 25, 10. (1) Aureum pietate. (2) Ferreum patientia.

§.46 *Clavis*. Eliakim in paxillum datus fixusque eſt Eſa. 22. v. 23. in loco fideli: Magiſtratus eſt imago, in quo velut paxillo omnis decor & ornatus ſubditorum ſuſpenditur; ſicut in domo è paxillo cujusvis generis ſuſpendimus, clypeos, arma, vaſa; ſic Magiſtratus eſt ſubditorum clypeus, Rom. 13, 4. ſeq. & velut paxillis in terram defixis tabernacula extendebantur, Exod. 27, 29. Ita ope magiſtratus eccleſiæ tabernaculum munitur, Eſa. 49, 23. clavus compingendi uſum præſtat: ita Magiſtratus publicam κοινοπραξίαν quærens omnia ad unum Reip. compingendum corpus confert. Locus fidelis Dei ordinationem notat, Rom. 13, 3.

§ 47 *Clypeus* 1. Summus Deus eſt clypeus noſter, Pſ. 3, 4. Pſ. 18, 3. Pſ. 7, 11. Scutum meum eſt apud Deum, ſervantem rectos corde. 2. Subordinatus eſt Magiſtratus, ſub cujus præſidio vivimus vitam tranquillam, 1. Timoth. 2, 2. Eſt verò clypeus (α) Fortiſſimus. (β) Contra quævis injuriarum & incurſionum tela defenſionem præſtat Magiſtratus. (γ) Invictiſſimus: ſiquidem Deus nullo non tempore ſervabit Magiſtratus ordinem. (δ) Fulgentiſſimus, ob divinitatis radios, quos ſpargit è divinæ inſtitutionis jubare.

§ 48 *Cor*, quod omnibus partibus calorem præbet, ſicut omnis calor in humano corpore è corde ceu fonte: ſic omnis poſt Deum proſperitas à magiſtratu. *Corona*: Corona decidit de capite noſtro, Thren. 5, 6. Magiſtratus eſt ejusmodi aurea corona, qua ornatur populus: illa ſublata, populus peſſundatur. Columnæ rectè fundandæ cum Stylobate: Sic parandi benè viri magiſtratus, Exod. 18.

Columnæ. Romæ olim *erecta* columna erat index belli, Cœlius Rhodig. fol. 658. ſit Magiſtratus vindex injuriæ, terrens juſtitiæ fulmine: Erigens ſe & ſuos orationis ad Deum (ingruentibus malis) devotione, non fatiſcant puſillanimitate.

A Columna pendent Leges; ſic Magiſtratus conſervat Leges. Fulcit domum columna; Magiſtratus Rempublicam, Jud. 16, 25. 1. Reg. 7, 2. Pindarus Hectorem vocat Τροίας ἀστραβῆ κίονα, firmam & immotam columnam.

Creatura humana; Seu ordinatio, conſtitutio 1. Ob cauſas medias. Nam per homines exequitur Deus hoc divinum officium. 2. Propter objectum. Verſatur namque Magiſtratus potiſſimum circa conſtitutiones humanas. 3. Ob finem, cui deſtinatus eſt Magiſtratus, qui finis eſt, humanæ ſocietatis conſervatio. *Cynoſura*: in mari navigantes ſemper navem flectunt ad maris ſtellam cynoſuram, ne in ſcopulos impingant; ita Magiſtratus, ne ad ſcopulos injuſtitiæ, malæ conſcientiæ. Confer Pſalm. 8, 1. Deut. 1, 10. 16.

Dii & filii excelſi, Pſ. 82, 7. Tacit. libr. 8. annal. Principes quidem inſtar Deorum eſſe (1) Ob divinum officium, quo funguntur. (2) Ob ſanctam fidem & juſtitiam, qua Deum imitari debet Magiſtratus. (3) Ob divinam originem; non enim eſt poteſtas, niſi à Deo, Rom. 13. (4) Ob autoritatem divinam, qua fulgeat Magiſtratus, ut Dei ac Domini ſui miniſter, Rom. 13. (5) Ob reverentiam, quam ipſi præſtare debent ſubditi. (6) Ob virtutis ſtudium; quò enim magiſtratus Deo propinquior eſt, eò magis ſtudeat divinis virtutibus. Niceph. libr. 18. narrat, ſummum Turciæ principem vocari Taiſan, quod ſignificat filium Dei.

§.49 *Gubernator*: navis ſine gubernatore periculis ſubjicitur; ſic reſpublica privata rectoribus (α) multis periculis ſubjicitur, nempe ſubmerſionis, alliſionis, fractionis, ſic quoque Reſpubl. (β) Rectum curſum non tenet, ſed ludibrium ventis & aquis debet: ſic quoque Reſpublica fit præda diſſolutiſſimis hominibus.

§.50 *Lapides*, Gen. 49, 24. 1. Ob compactionem: ita Magiſtratus membra compacta eſſe debent ſtudio. 2. Duritiem, quæ notat patientiam in adverſis. 3. Compactionem, quæ ſignificat multarum rerum experientiam. *Laterna*, ne (α) lux verbi extinguatur: (β) omnis honeſtas aboleatur, ea enim ſub pacato Magiſtratu conſervatur: (γ) Omnis tranquillitas tollatur. *Leones* 1. Defendendo ſunt Magiſtratus. 2. Fortitudine à Deo armati & poteſtate, Rom. 13, 1. ſeq.

Lilium 1. Fertilitate. 2. Odore. V. Gerſon. part. 2. fol. 18. lit. O.

§. 51 *Lux*. 2. Sam. 21, 17. non egredieris nobiſcum, ne lucernam extinguas in Iſraël. Lux vel lucerna Magiſtratus eſt (1) Ob lucis creationem; ut enim lux eſt creata à Deo, ita ab eodem Magi-

Magiſtratus, Rom.13,1. 1.Pet.2,13. Sap.6,4. (2) bonitatem, Gen. 1,4. Ita Magiſtratus eſt lux optima, ſine qua tenebræ ſunt denſiſſimæ, & horribiles generis humani confuſiones. (3) Lucis nutritionem; neceſſum enim eſt, lucem nutriri oleo, lignis, ſi noctu ſplendere debet: ita Magiſtratus quoque nutritur oleo precum a ſubditis affuſo, conſervatur quoque ſubditorum munificentia, tributis, tanquam rerum gerendarum nervis. (4) lucis & juſtitiæ conjunctionem: in pectorali pontificis hæ duæ conjungebantur; ita in pectore Magiſtratus ſemper conjunctæ eſſe debent lux & juſtitia, Eſa.1,17. Exod.27,7, Prov.17, 26. (5) Tenebrarum pulſionem: iniquitas & flagitia ſunt tenebræ, hæ pelluntur opera Magiſtratus; oppreſſio innocentum viduarumque tenebræ ſunt, has quoque Magiſtratus pellere debet. (6) Lætificationem: ita Magiſtratus ſubditorum lætitia & corona eſt. (7) Securitatis procreationem: de die non timemus vigente luce, nocte paveſcimus; ita ſubditi non timent, ubi bonus imperat Magiſtratus, 1.Tim.2.v.1.

§.51 *Medicus* eſt Magiſtratus 1. expurgans noxios Reip. humores, maleficos, magos, latrones. 2. προφυλακτικὰ vitiorum in legibus proponens. 3. Diætam honeſtè vivendi præſcribens.

Mons, Jerem.51, 25. Zach.4, 7. Magiſtratus ita dicitur (α) ob ſpeculationem; huic apti ſunt montes, ita Magiſtratus in vitam ſubditorum inquirere debet, ſemper in ſpecula prudentiæ morari. (β) altitudinem: ita Magiſtratus ſemper divina quærat, ejus honorem, qui in altis habitat. (γ) defenſionem: ita Magiſtratus ſubditos defendere debet. (δ) Paſtum: in montibus paſcua bona & fœcunda; ita magiſtratus ſubditos paſcere debet. (ε) Imbres: è montibus imbres in valles derivantur; ita Magiſtratus valles imbre pluviæ cœleſtis irrigare debet. (ζ) Refugium: montes profugorum aſyla, Pſ.11,1. ita Magiſtratus ſubditorum ſit refugium, aſylum. (η) Soliditatem & robur; ita Magiſtratus Dei ordinatio ejus præſidio tuta eſt, ut Pſ.30,8. Pſ.36, 7. Pſ.67,7. (θ) Fœcundationem ſupernam, Pſ.104,13. Pſal.147,8. Ita Magiſtratus a Deo fœcundatur fructibus juſtitiæ, donis ſapientiæ, ſpiritu conſilii.

§.52 *Nutrix* 1. amore erga ſubditos, ſicut amat nutrix infantem. 2. fideli cuſtodia: ſic Magiſtratus ſubditos cuſtodit. 3. perpetuis vigiliis; ſic & de Magiſtratu dicitur: Non decet integram noctem dormire regentem. 4. Plurimis moleſtiis: ſic magiſtratui plurima obveniunt pleniſſima moleſtiis & ſudoriferis laboribus.

§.53 *Paſtor* 1. ob cuſtodiam, Jerem.31,10. ita Magiſtratus ſubditos cuſtodit: viſitat paſtor gregem ſuum; ita Magiſtratus ſubditos. 2. Ob paſtionem; ita Magiſtratus ſubditos paſcere debet, maximè paſcuam verbi divini cuſtodiendo, Num.27,18. Joſ.3,5. 2.Sam.6,20. 2.Reg.23, v.2. 2.Chron.36,22. 3. Ob gubernationem, quæ fit baculo, vel pedo, ut innuitur Levit. 27,32. ſub paſtoris virga; hoc erit pedum juſtitiæ, pacis, clementiæ, Vide ſupra hoc tit. 4. Adæquationem: p[illegible]r oves paſtas potum agit; idem facit Magiſtratus, viduas, oppreſſos ſublevans, quod toties præceptum, Eſa. 1,17. alibi. Vid. tit. Viduæ: item Orphani. 5. Defenſionem: paſtor defendit oves à lupo; ita Magiſtratus ſubditos ab incurſionibus hoſtilibus: ſic Abraham, ut Princeps Dei, Lothum defendit, eripuit, Gen.14,8. Jud.3,28. c.4,14. c.7,21. 6. Excubias, vigilias agit pro grege paſtor; ita Magiſtratus evigilat pro ſalute ſubditorum: dormitans Magiſtratus increpatur Nah. 3,15. 7. Ob miſeram ſubditorum conditionem, ſi paſtore careant velut oves cunctis prædis expoſitæ, Num.27,17. 8. Ob tonſionem: paſtorum eſt tondere pecus, non deglubere; ita Magiſtratus eſt exigere tributum, non exhaurire ſubditos, Rom. 13,7. Et ob hanc cauſam regentes audiunt populorum paſtores ποιμένες λαῶν apud Homerum: Rectius David celebratur, quod paverit Jacobum ſervum Domini, &c. in perfectione cordis ſui & in intellectib. manuum ſuarum deduxerit illum. Patres patriæ; l. ult. ff. de Interdict. parentes publici, Symmach, libro 10. epiſt. 22. parentes generis humani, Idem epiſt. 256.

§.54 *Petra & rupes* 1. Ob fortitudinem magiſtratus, petrarum duritie notatam. Eſa.31,9. Petra ejus à tergo tranſibit. 2. Ob immobilitatem & conſtantiam: ſicut enim petræ immobiles ſunt; ſic magiſtratus ſtatus erit DEO vindice immobilis. Pſalmo 20. verſ. 9. Stabimus nos & exaltabimur. 3. Ob perfugium miſerorum in petris latentium: ſic miſeris omne perfugium ſitum eſt in magiſtratu; ſunt hi præſidium & dulce decus gregis, ut Ethnicum Poëtam ſenſu Chriſtiano ſanctoque imitemur.

§.55 *Scipio:* Principes Iſraelitici Scipiones dicuntur, Num.21,17. D. Luth. in gloſſ. marg. (1) ad indicandum magiſtratus officium; Scipione enim vel pedo utuntur paſtores, 1. Sam. 17,40. Paſtor ergo Magiſtratus eſt, Mich.7.v. 14. paſce populum in virga tua. (2) Scipione utuntur ambulatores, quo ſe ſuſtentent, injurias propulſent: ita magiſtratus eſt ſubditorum Scipio injurias propulſans. (3) Scipio ſuſtentans miſeros, oppreſſos injuriis, Eſa.1. v.17. (4) Scipio à Deo datus. Homerus βασιλικὴν ῥαβδὸν (virgam regiam) à Jove regibus traditam memorat: melius D. Apoſtolus Rom.13. non eſt poteſtas niſi a Deo.

§.56 *Sol*, Eſa.54,1. Cornel. a Lapid. in h. l. 1. Rex Perſarum ſol vocabatur, unde apud A. Marcellin. Sapor Perſarum rex (lib. 7.) ſe participem ſiderum & fratrem ſolis & lunæ vocavit, ſcribens ad Conſtantinum Imperatorem. 2. Hinc Coronæ radiatæ regum, & principum, vid. Sanct. in c.7. Actor. n. 91. 3. Sol medium locum occupat inter Planetas, quibus omnibus lucem communicat, neque ad dextram neque ad ſiniſtram declinat; ſic & magiſtratus juſtitiæ lumen omnibus præbet, medium juſtitiæ viam tenens. 4. Sol radians lumine juſtitiæ, quod a magiſtratu exigit David, Pſalmo 58. verſic. 2. 5. Sol exhilarans mœſtos, defen-

defendendo eos & vindicando miseros, Psalm. 20.v.20.

§.57 *Trutina* fidelis pensitans aurum, argentum, quod præstat Magistratus justitiam exercendo, & suum cuique tribuendo; impia trutina ad lancemDei expenditur & increpatur Daniel.5, 22.23 25.sq. Ps.107, 40. Effusus est contemtus super principes, lux populi extinguitur, sol obscuratur, trutina justitiæ sublata; summa imis, quadrata rotundis mutantur.

Tutores status publici, Senec. libr. 1.c.4. de clement.

Vas pretiosum, vide Jerem. 23. v.35. *Vinea* plantata, Ezech 17,7 8.

§.58 *Depressio Magistratus sub Papatu*

Per Papas quosdam: Hildebrandus (Gregorius Septimus) insidias per sicarios vitæ Henrici Cæsaris struxit; hujus legatos carceri inclusit, ac frigore fameque penè confici voluit. Vide etiam Aventinum pag 602.603. de inobedientia Hildebrandi erga Cæsarem: Paschalis II. filium armavit contra patrem: Innocentius III. centum nobiles in Alsatia cremavit: Innocentius IV. venenum instillavit Friderico Imperatori: Clemens IV. Regem Siciliæ Conradinum unà cum aliis contra jus & fas decollavit: Clemens V. Regem Cypri & ducem Venetorum catenis vinctos in cœnaculo circumreptare voluit: Childericum Galliarum regem imperio exuit Papa Zacharias, & in ejus locum Pipinum surrogavit: Bonifacius VIII. Regnum Galliæ Alberto regi Romanorum adjudicavit: Clemens VII. effecit, ut Sabaudia & à Francisco Galliarum Rege & Carolo V. miserè discerperetur: De Othone IV. Imperatore pedibus conculcato vide Crantzium libr.7.cap.37. Saxoniæ. De Leone Isauro, quem totâ Italiâ exuit Papa, adi Usserium de Gubernat. Eccles.pag.49.Ivellum c. 6. pro Apologia Ecclesiæ Anglicanæ. Alexander III. P.P. depictam Friderici Barbarossæ imaginem ad Sultanum misit, hortatus eundem, ut Cæsarem caperet, si suæ quieti consulere vellet. Johan.Adelphus in vita Friderici Barbarossæ. Princeps seculi abstineat à judicio in sacerdotes, & non nisi in subsidium immisceat se Ecclesiasticis tractatibus. Campegius de potest. Papæ p. 110. b. seq. ad p 123. b. pag.129. a. supra magistratum Papam efferunt.

§.59 *Per Monachos*: Sceleratus Monachus hostiam venenatam Henrico Septimo dedit, eumque è vivis sustulit. Jacobus Clemens Monachus Parisiensis Regem Galliarum Henricum III. sicâ peremit. Idem Henricus IV. fatum passus. Stanislaus Orichovius in Chimæra fol.97.(ex allegat.Joh.Ivelli tom.2. oper. f.315.) Tantum sacerdos præstat Regi, quantum homo præstat bestiæ; quantum Deus præstat sacerdoti, tantum sacerdos præstat regi; qui regem anteponit sacerdoti, is antepo- nit creaturam creatori.

Judas Galilæus neminem nisi Deum Dominum vocandum esse docuit. Eleazar, obsessa Hierosolymâ, decrevit nunquam Romanis servire, sed soli Deo: fuit ille trium regum illius urbis obsessæ Tyrannorum seditiosissimus. Joseph. Antiquit. lib. 18. c.2. de bello Judaic.lib.7.c.28.

Henricus II. Rex Angliæ virgis se cædi passus est à suis Clericis: Matthæus Paris in Henric. II. jussu Pontificis Alexand. III. Hadrianus IV. Regem Fridericum Cæsaremque fecit equi- stratorem, Baron anno 1155. n. 8. Cœlestinus III. Papa coronam Henrico VI. Cæsari imposuit, mox altero pede eandem decussit. Rogerius Hovedenus in Richardo I. Franciscum Dandalum Legatum Venetorum Clemens V. mensæ suæ subjecit, ligatum collo catena, ut Papam placaret Cœlestinum, nempe III. d. præfat. Gerhard. in lib. 2.conf. Catholic.Confer D.Meisn. præfat. in partem tertiam Philosoph. sobriæ, *Per Anabaptistas*, qui Magistratus honorem conculcant. Vide Gastium libr.1. de Erroribus illorum.

MAGNANIMITAS.

Terminus scripturæ semel forsan notus, Jud.5,15.16. Magnanimorum reperta est contentio; sed Hebræus aliter גדולים חקרי לב magni cogitationibus cordis. S. Pagnin. in Lexico.

Acceptio vocis duplex: 1. significat animi elationem, qua quis magnis honoribus se dignum putat æstimatque: Atque hoc quidem sensu indicat Guiliel. Perkins libr. 3. c. 1. de Casib. Conscientiæ sub fin. col. 1579. magnanimitatem non virtutem, sed vitium potius esse, de quo viderint Ethici. 2. Notat fortitudinem animi circa rerum magnarum difficultatem occupatam 4. Ethic. Thom. 2. 2. q.129. art. 2. ut citat Altenstaig in Lexic. *V. Magnanimitas.* Magnitudo animi hostes sæpè nobis conciliat, vid. Axiom.88 Oecon. Richteri.

Oppositum est pusillanimitas μικροψυχία. V. tit. Pusillanimitas; item, Tristitia in excessu, insolentia, superbia, Præsumtio, Ambitio, Gloria inanis. Vide Thomam quæst. 130. sequent.

MAGNIFICATIO. *V. Gratitudo erga Deum.*

MAGNUS

Magnus Deus, Opera, Homo. *Vid. sub titulis.*

MAGOG.

Gog, Magog, filius Japhet, Genes. 10, 2. 1. Chron.1.v.5. pater Scytharum, olim illi dicti Magogæ, Josephus. Ezech. 38. 2. c.39,6. Per hos multi Turcam intelligunt. Judæi & Turcæ X. tribus Israël ab Alexandro M. intra Taurum & Caspios montes conclusas, erupturas sub finem mundi, à Rege Messia (Judæa fabula) vincendas. P.Galatin. lib.5.c.12. de arcanis cath. veritatis. Alii Hunnos, Gothos, Wandalos. Id certum est, hostes Ecclesiæ significari: præcipuè Saracenos, Turcas, qui Ecclesiam finitis mille annis exercuerunt, an. 1300. multas strages ediderunt, Christianorum res summopere afflixerunt. V. D. Winckelm. in Apoc. 20.

MA-

MAGOSES.

Dux Perficus, olim obfedit Jerufalem. V. Jofephum lib.11.c.7. Antiquit. Confer *Hierufalem* fupra.

MAHUMETANISMUS. *V. Turcifmus.*

MALACHIAS.

Propheta. (Aliis nuncius Domini) fignificat *nuncium meum*, ex Hebræo. Vixit poft folut. captiv. Babylonicam, circa tempora Artaxerxis Ochi Regis Perfarum antepenultimi Regum Perficæ Monarchiæ (vide Philippum Prologo in Malach.) admodum luctuofa. Vide Jofephum A. Jud. lib.11.c.7. feq. Sigillum dicitur Prophetarum ab Hebræis, quem titulum fuo Mahometo impiè attribuunt Turcæ. Conf. fup. Artaxerxes. Non fuit Esdras, ut falsò putat Chaldæus paraphraftes.

MALEDICTA.

Maledicta maledictis non rependenda, 1.Petr.2,23.1. Ob interdictum Dei. 2. Exemplum Chrifti, d.l.1.Petr.2. 3. Ab inutili, nihil profunt maledicta, obfunt magè, fcandala pariunt, ignem magis accendunt. Seneca lib. de Rem. ad fortun. *Malè de te loquuntur homines? fed mali. Moverer, fi de me M. Cato, fi Lælius fapiens, fi alter Cato, fi duo Scipiones ifta loquerentur; nunc malis difplicere, laudari eft: non poteft ullam habere autoritatem fententia, ubi, qui damnandus eft, damnat.* Et mox: Malè de te loquuntur? moverer, fi judicio hoc facerent, nunc *morbò* hoc faciunt. Mali de te loquuntur? bene nefciunt loqui, faciunt non quod mereor, fed quod folent: quibusdam enim canibus fic innatum eft, ut non pro feritate, fed pro confuetudine latrent. Antifthenes laudatus a malis, feipfum difcuffit, dicens: quid enim mali feci? Auguftin. lib. 3. c. 1. contra Petilianum: fi & ego tibi vellem pro maledictis maledicta rependere, quid aliud quam duo maledici effemus? ut ii, qui nos legerent, alii deteftatos abjicerent fana gravitate: alii fuaviter haurirent malevola voluntate, &c. usque falubrior. Ifidorus Pelufiota lib. 3. epift. 231. Et fi ipfe (Zofymus adverfarius) talis eft, at linguam tuam, quæ veritatis organum eft, hujusmodi fermonibus contaminari non convenit. Hieronym. in epift. ad Tit. Merebatur maledictum Diabolus, fed per angeli os blafphemia exire non debuit. Beda in Proverb. Gloriofius eft, injuriam tacendo tolerare, quam refpondendo vindicare. Chryfoftom. homil. 3. de Saul & David metaphoram adhibet, de igne fuffocando, non exfufflando. Confer Auguftin. lib. 1. c. 1. contra Julian.

MALEDICTIO.

§.1 1. Significat detractionem, qua quis proximi famam denigrat. Vid. tit. Detractio. 2. Diras, quibus cum defiderio vindictæ mala proximo quis imprecatur.

Multiplex.

§.2 I. *Generalis*, quæ omnes omnino homines premit ob peccatum, Deut.27.v.6. (interpretes addiderunt hic πᾶς, omnis, etfi in Hebræo non fit, melioris intelligentiæ ergo.) Gal. 3.v.10. maximè eos, qui ex operibus falutem fperant. Hanc maledictionem Chriftus fuftulit Galat. 3.v.13. Involvit hæc maledictio (α) iram Dei & odium contra peccatum. (β) perpes fupplicium: utrumque fuftulit Chriftus.

II. *Particularis*, quæ certæ genti obtingit ob peccata, Daniel.9,11.Jer.32,5.

III. *Dei* maledictio eft, qua ipfe aufert fpretam benedictionem & maledictionem infligit, Pfalm.109.v.19. Suntque plurimi (proh dolor!) huic obnoxii.

§.3 (1) *In genere* omnes homines, fub peccato conclufi, ut paulo ante diximus. Iidem, quotquot in peccatis perfeverant & impii funt, Proverb.3,33. Efa. 65,20. Deut. 28,15. Jefum non diligentes, 1.Cor.16,22. falfa & doctrinas erroneas fpargentes, Jer.29,22. Gal.1,8. 2. Petr.2, 14. à fide deficientes, Hebr.6,8. indurati & pertinaces in plagis Dei: nomen Domini non honorantes, Mal.2.v.2. Nomina eorum plurima, nam vocantur ἐπικατάρατοι Gal.3. & κατηραμένοι, ἀνάθεμα, 1.Cor.12 κάθαρμα, 1. Cor. 4. ab αἴρω tollo, expurgo: περίψημα 1. Cor.4. à ψάω rado: βδέλυγμα Luc. 16. à βδέω pedo: μιαρὸς feu μίασμα à μιαίνω contamino: ἀλάστωρ ab α & λάζω tango: ἐξάγιστος, quafi dicas, minimè ἅγιος, ἀποτρόπαιος, cujus mors tollit publicas pœnas à civitate vel populo, &c.

§.4 (2) *In fpecie* funt objectum divinæ maledictionis α. fuperbi. Sir 10,15. Initium omnis peccati fuperbia, qui tenuerit eam, replebitur maledictionibus. Pfal.119,21. Maledicti, qui declinant à mandatis tuis. β. Avari, qui pauperibus nihil dederunt. Matth. 25,41. ego pauper, &c. Ite Maledicti! vel facrificia Domini defraudant, Mal.1,14.c.3,9. γ. iracundi, Genef. 49. v.7. Maledictus furor. δ. Invidi, ut Cain, Genef. 4. verf. 11. Maledictus eris fuper terram, &c. ε. Infructuofi, ficut ficus illa Matth.21,19. Jerem.48,10. maledictus, qui opus Domini facit fraudulenter. ζ. Luxuriofi. Deuteronom.27. verf. 20. Maledictus, qui dormit cum uxore patris fui. η. Gulofi; fic Adam maledictus ob gulam, terra maledicta ob eundem, Gen.3,19. Hebr.6. fæpe venientem &c. θ. Immifericordes, Sir.4.v.5.6. ι. Falfi homines, ut Judas & Doëg, Pfal. 109,19.

§.5 Maledictio DEI feria, non fallax. DEUS quando maledicit, meritum ejus defignat, cui maledicitur, & fententiam promit, utpote quem non fallit neque qualitas peccati, neque peccantis affectio, utraque Deo exploratiffima. Terram devorat, Efa.24,6. omnem felicitatem & fructum depafcit, Deut. 28,16. in cibis, fructibus, negotiis: Induunt eam homines, ceu veftem, quam quis femper geftat: penetrat inftar olei Pfal. 109,18. in interiora.

V. *Ecclefiaftica* maledictio eft Excommunicatio, de qua fuo loco. Finis eft non ultio, fed zelus juftitiæ, c.24.q.3. ex Gregor. comperimus &c.

V. *Privata* ordinaria prohibita eft 1. ex parte

modi, ne per nomen Domini execremur, Levit.24,11. 2. ex parte objecti, ne maledicamus populo DEI, Num.22,23. Psal.59,13. non magistratui aut regi, 2.Sam. 16,5. Ecclesiast. 10,20. non ministris verbi, Jerem.15,10. non liberis, Jud.17,1.2. Prov.20.v.20.c.30,11. Sirac.2,7. non hosti, quia Christus prohibuit Luc.6,28. & in maledicentem revertitur, c.11.q.3. August. vid. Job.31,30. tibi ipsi benedices. Chrysost. hom.6. super epist. ad Timoth.

VI. *Extraordinaria*, qualis maledictio in Prophetis & David sæpiculè reperitur; sic David, 1.Sam.26,29. Elisa, 2.Reg.2,24. Nehem.cap.13, 25. Refertur huc etiam Jobi maledictio, Job. 3,1. & Jerem.20,14. itemque loci illa maledictio, 2.Samuel.1,21. De Maledictione vid. Antonin. part.2.Tit.7.c.5.

§.6 *Officia nostra circa maledictiones.*

1. Eas indicare, non involvere silentio, Levit.5,1. 2. DEI maledictionem metuere, Gen. 27,12. metuit Jacob maledictionem terreni patris, quantò magis DEI nobis metuenda maledictio. 3. Spe divinæ benedictionis nos solari, quod Deus, maledicentibus licet nobis hominibus, nobis tamen benedicat, Psal.109, 28. Nehem.13,2. Prov. 26,2. Genes.12. 4. Benedicere maledicentibus nobis, Matth.5,44. Rom.12,14.

MALEFICI

Ad publicum ducti supplicium 1. præbent exemplum iræ Dei, quam Magistratus, Rom.13. minister ad iram, exequitur; 2. speculum corruptæ hominis naturæ; 3. sævitiæ Satanicæ, 2.Tim. 2,26. Erigendi triplici solatio & remedio: 1. cogitent, quis sit ille, quem offenderunt. 2. agnoscant se promeritos fuisse pœnas. 3. Ponderent sequentes articulos: α. Dei promissionem & voluntatem Ezech.18. nolo mortem peccatoris: β. Dei præceptum, convertimini ad me, & salvi eritis omnes fines terræ, Esa.45,22. Venite ad me omnes, Matth.11. γ. Christi passionem, pro ipsius peccatis præstitam, Esa.53. δ. Impiorum receptionem; sic Adam, David, Manasses, Matthæus, Petrus, Paulus, latro in cruce ipsa pendens, recepti: recepta peccatrix, Luc. 7. Christi crucifixores, Actorum 2. ε. Baptismi regressum, qui datur cuilibet pœnitenti & veniam oranti. ζ. Inferni perpetuitatem, à qua sibi caveat, & eam ob rem quoque temporale supplicium patienter ferat: η. Soletur se horrendis salvatoris sui cruciatib. quos pro ipso tulit patientissimè: θ. Portet iram Domini, quia peccavit ei, Mich.7. &c. donec olim in judicio coram mundo innocentem declaret, qui hic moritur ob peccata, ibi ob Christi meritum non judicandus.

MALEFICIUM. *V. Incantatio: Item Magia.*

MALEVOLENTIA. *V. Gaudium.*

MALITIA. *V. Nequitia. Item Peccatum.*

Κακία, innata perversitas & privatio boni, à nobis deponenda, ut vitium Ethnicum, Rom. 1,29. 1.Corinth.5,8. c.14,20. Ephes.4,31. Col. 3,8. Tit.3,3. Jacob.1,21. 2.Petr.2,1.16. Vid. titul. Malum.

MALLEUS.

Malleus belli vid. tit. Bellum: universæ terræ vid. tit. Babylon.

MALUM.

§.1 Est privatio boni; sicut tenebræ sunt privatio luminis, si malum abstractè consideretur.

§.2 *Homonymia.*

Gen.40,7. vultus mali s. tristes: malè s. sæve, Matth.15,22. malè à Dæmonio vexatur: & malitia s. afflictio, Matth.6,34. hoc sensu Amos 3, 6. malum in civitate, i.e. afflictio, est à Domino: & creare Dominus malum dicitur, scilicet supplicii, non vitii. Pro peccato sumitur Rom. 2,9. anima perpetrans malum; hujus mali autor Deus non est, vid. Basilium tom. 1. hom. peculiari, Quod Deus non sit causa mali. Pro re displicente. Num.23,21. malum in oculis tuis. Mala media Scholasticis dicuntur occasiones peccatorum.

§.3 *Quotuplex?*

(1) Gerson part. 2. de 7. petitionib. orationis Dominicæ quadruplex statuit: 1. originale: 2. actuale, quod 3. est vel veniale vel mortale: 4. pœna peccatum consequens. (2) Alii 1. malum innatum v. peccatum Originis; 2. additum est peccatum quodvis; 3. inflictum sive pœna vel malum pœnæ. Alii α. malum est naturæ: β. culpæ: γ. pœnæ. (3) Malum est 1. principalius, ut peccatum; 2. principale, ut pœna, Richard. lib.2. distinct.37. sentent. (4) Malum naturæ est defectus & monstrositas in ente, cui deest bonitas, v.g. cœcitas, claudicatio: Culpæ est peccatum: Pœnæ malum est triplex; 1. desertio; 2. afflictio, quatenus ab irato judice profecta; 3. destructio. (5) Malum aliud est temporarium aliud, æternum.

§.4 I. *Temporarium* hujus vitæ est vel internum vel externum. (α) *Internum* vel est in hominis anima, vel in corpore.

In anima 1. *ratione intellectus*: primum malum est ignoratio rerum etiam maximè scitu necessariarum: Secundum, difficultas judicandi & discernendi inter bonum & malum, & consulendi de fine & mediis: Tertium curiositas, qua fit, curiosis ut homo minusque necessariis rebus aciem ingenii obtundat magis, quam frugiferis & salutaribus, ut tandem vanescat in suis, teste Apostolo ad Rom. 1,21. διαλογισμοῖς.

§.5 2. *Ratione voluntatis*: primum malum est servitus peccati, vid. tit. Peccatum: Secundum inconstantia & levitas voluntatis, quovis Euripo mutabilior, quovis folio levior. Atque hinc sortis nostræ nausea & tædium, quo perpetuis fluctibus cordis nostræ navicula hinc inde disjicitur, nunquam quieturi, nisi se ad centrum & portum referat, qui Deus est, unica quies cordis & salus nostra unica; hinc Matth.11,29.

Sal-

Salvator: Requiem invenietis animabus vestris. Cicero: Ego tentatis rebus omnibus nihil inveni, in quo mea mens requiescere potuit.

3. *Ratione affectuum* (qui aliàs τὸ θυμικὸν dicuntur) malum est summa perturbatio eorundem, officina cyclopica & turpis fœdissimarum cogitationum cloaca. Hinc ira, invidia, odium, avaritia, libido, &c. de quibus suis locis. Malum animæ fuit; sequuntur

§.6 *Corporis mala.* Primo loco ponimus defectus naturales, cœcitatem, surditatem, (si extra gratiæ statum spectes hominem.) Secundò, morbos varios multiplicesque, vid. titul. Morbus. Tertio, remedia morborum, sectiones, ustulationes, medicamenta, tormenta. Quarto, famem, teterrimam bestiam, quæ etiam tenerrimarum matrum στοργὴν & prolem suffocans jugulavit, Deut. 28, 57. 2. Reg. 6, 29. Thren. 2, 20. c. 4, 10. Quinto, labor perpetuus & molestia, Genes. 3, 19. Job. 5, 7. Sexto denique mors agmen horum malorum claudit, & vitæ nostræ fugacitas.

§.7 (β) *Externa mala*, quæ homines circumstant, sunt vel à creatore vel à creaturis. A *Creatore* est illud, quod filii iræ ob peccatum nascimur, Ephes. 2, 3. infensoque DEO utimur. *A creaturis*, iisque vel rationalibus, vel irrationalibus, vel etiam inanimatis. 1. *Rationales* sunt angeli, homo. *Ab Angelis* 1. bonis, qui hominibus in peccati statu non remissi constitutis adversi non minus sunt, quam DEUS ipse. 2. malis, qui & ipsi homini adversantur. 1. Petr. 5, 8. sicut leo. *Ab homine*: Homo homini lupus est; huc bellorum ferocia spectat Jac. 4, 1. Vid. tit. Bellum. 2. *Irrationalibus*, videlicet bestiis, quæ solent aliquando in ipsos homines insurgere, & DEI vindictam exercere, 1. Reg. 13, 24. 3. *Inanimatis*, ceu sunt: fulmina, ignes, aquarum eluvio, maris fluctus, ventorum flatus, terræ hiatus & innumerabiles alii casus: sunt omnes creaturæ ad vindictam aptatæ, Sap. 5, 18. Hactenus temporarium malum fuit.

§.8 II. *Æternum* malum est infernus & abjectio perpetua à facie gratiæ. Augustin. epistol. 49. ad DEO gratias: voluntas punitur, quia æternam voluit habere peccati fruitionem, & ideò æternam inveniet vindictæ severitatem.

Tria malorum genera:

§.9 (1) Quidam à bono abeunt recedendo, Psalm. 1. vers. 1. (2) Quidam stant in malitia se delectando, Esa. 3, 9. (3) Quidam sedent perseverando, Ps. 58. Jer. 4, 22. cap. 7, 24. Adde (4) quidam sunt, qui peccando alios inducunt ad peccandum, a quibus recedendum, Sirac. 7, 2. quia mali socii sunt scorpii, qui lac pravæ conversationis infundunt, Plin. lib. 11. cap. 25.

Proscribendi mali ex Ecclesia. Levitic. 14, 40. lapides leprosi evellendi erant è pariete: sic improbi, qui non sunt lapides vivi, 1. Petr. 2, 3. eveliendi sunt ex pariete Ecclesiæ, ne totam inficiant, 1. Corinth 5, 7. Roman. 1, 32. igitur expurgandum etiam modicum fermentū, Gal. 5, 9.

Malignitas græcè κακοήθεια, Rom. 1, 29. (α) pro malitia affectuum, gaudii, tristitiæ, timoris, spei. Erasm. Roterod. (β) pro suspicione, alii. Syrus habet בישותא in malitia. Oppositum est justitiæ, candori & veritati vitium.

Πονηρία & κακία: hæc est simplex, pravus ille & numeris omnibus absolutus habitus malitiæ, Ps. 14, 2. Rom. 3, 9. 10. Illa verò notat astutiam & versutiam simul tentandi & inducendi homines ad malum; sic Matth. 22, 18. cognita malitia. Luc. 11, 13. Si vos cum sitis πονηροὶ, &c. Et simul industriam & conatum & excellentiam perpetrandi mala: Hoc sensu Satan ὁ πονηρὸς dicitur Origen. in Ps. 36. & in cap. 16 Matth.

Mali per alios faciunt, ipsi quod facere per se nolunt: Matth. 22. Pharisæi per discipulos suos Christum tentant. Malitia est fermentum, omnia inficiens: aqua stygis, omnia vasa perrodens & exedens.

Duo mala pessima Persis erant: 1. debere. 2. mentiri, apud Herodot.

Cur DEUS mala permittat?

§.10 Pulchrè Augustinus Enchirid. ad Laurent. c. 185. b.

Nec (inquit) dubitandum est, DEUM facere bene, etiam sinendo fieri, quæcunque fiunt malè. Non enim hoc nisi justo judicio sinit. Et profectò bonum est omne quod justum est. Quamvis ergo ea, quæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona; tamen, ut non solum bona, sed etiam sint & mala, bonum est. Nam nisi esset hoc bonum, ut essent & mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotente Bono. Cui procul dubio quàm facile est quod vult facere, tàm facile est quod non vult esse, non sinere. Hoc nisi credamus, periclitatur ipsum fidei nostræ Confessionis initium, qua nos in Deum Patrem omnipotentem credere confitemur. Neque enim veraciter ob aliud vocatur omnipotens, nisi quia quicquid vult potest; nec voluntate cujuspiam creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus.

§.11 Mala tamen bonis temperat & edulcorat; 1. Ab exemplis omnium Sanctorum, quorum vitam DEUS exhilaravit prosperis & adversis exercuit rebus: vid. Chrysost. hom. 8. in Matth. §. Misericors DEUS mœstis rebus jucunda quædam promiscuit, &c. Bernh. serm. 2. in Ramis Palmar. Propterea non simus stulti, ut occidat nos prosperitas nostra, sed in die bonorum non immemores simus malorum; & è converso: istis enim mixtum est præsens seculum, &c. (2) Ab utili, ut ne rebus prosperis nimium extollamur. Facilius (ait Bernhard. lib. 2. de Considerat.) inveneris, qui sapientiam retinuerint, contraria sibi fortuna, quam qui propitia non perdiderunt.

Sed virtutem exerceamus, patientiam, fidem, charitatem. Publica virtutis per mala facta via est, ait Poëta Ethnicus.

Causa procreans mali pœnæ

§.12 Est homo: sicut musca circumvolitans candelam sua sponte tandem in flammam decidit; sic ho-

sic homines suo igni uruntur, h. e. cupiditate, cui ne per consensum accedant, caveant. Ose. 13, 9. perditio tua ex te est Israël. Prov. 1, 24. quoniam clamavi & vos noluistis. Huc spectat illud Timonis apud Stobæum serm. 8. de Injustitia: Omnium malorum duo esse Elementa, avaritiam & ambitionem; quia, ut ex Elementis omnia corpora, sic ex his duobus vitiis omnia alia nascuntur.

Si publica sint mala, DEO confidendum: vid. tit. Spes, §. Quando pœnitentia agenda. Sic Ninivitæ. Leo X. publicas litanias nudis pedibus frequentandas instituit contra Turcarum Imperatoris potentiam Selymi, Zvvinger. 93. b. in Theatr. Carthaginenses soliti sunt nigris pannis mœnia cingere in publico infortunio, Zvvinger. 97. b. §. Civium. *Si privata*, ferenda, Zvvinger. folio 154. b. in Theatr. §. Spartana.

§. 13 *Orandum, ut liberemur à malo.*

Chrysostomus & Theophylactus de ipso Cacodæmone exponunt, Matth. 6, 12. (1) mundo, mundus enim in malo jacet, 1. Joh. 5, 19. (2) Satana, ut malorum principe, Joh. 8, 44. (3) Luxuria, quæ omnis mali mater. V. tit. Luxuria. (4) Avaritia, quæ radix malorum est, 1. Timoth. 6, 10. (5) Invidia & vitiis omnibus. (6) Tentationibus malis.

§. 14 *Quomodo vero?*

1. Facta mala nobis placere debent, ut immissa toleremus; sed futura mala deprecemur, juxta Domini voluntatem & nostram utilitatem. 2. Ut mala immissa ad salutarem finem dirigat. 3. Ut ne iisdem succumbere faciat nos, 1. Cor. 10, 13. 4. Ut malis nos ad pietatem ædificet, Esa. 28, 19. & in sui amorem pertrahat. 5. Ut impatientiam à nobis tollat, quæ in Jobo & Jeremia conspicitur, Job. 3. Jer. 20. 6. Ut piorum exempla imitemur, qui à malis se liberari petiverunt, Ps. 34, 7. Prov. 30, 8. Salomon deprecatur malum paupertatis: peccati fœditatem Paulus Rom. 7, 24. idem 2. Tim. 4, 18. Vitæ brevitatem David, Ps. 102, 25.

§. 15 *Mala non facienda, ut eveniant bona.*

Rom. 3, 8. Novatus noluit recipi lapsos, ne & alii deficerent. Malum, arcere Christianos à Bibliis, privare eos communione calicis, fingere purgatorium, ut homines terreantur: lupanaria concedere, ne agnæ violentur. Ergo distinguimus inter Mala Ethica & Physica: hæc aliquando facienda:

---- ---- immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

Dist. etiam inter mala culpæ & pœnæ; hæc licita, illa non item: non est mentiendum, ut glorificetur DEUS. Augustinus contra Consentium Grammaticum: Bona igitur bene quoque bono medio facienda: utrumque præscribit lex Domini.

§. 16 *Cur mala hujus vitæ communia*

Bonis & malis sint? 1. Ut ostendat DEUS à terrenis hisce bonis, quæ etiam malis nonnunquam dat, minimè nobis pendendum esse. 2 Cœlum desiderandum, in quo πολίτευμα nostrum est, Philip. 3, 20. (3) Piis mala omnia sunt salutaria & utilia, Roman. 8, 28. omnia in bonum iis, qui Deum diligunt. Omne malum, in Christo si patiare, bonum est. Hæc quæstio *Sanctos* viros exercuit, Asaphum, Ps. 73. Jer. 12. Judæos ib. c. 44. Mal. 3, 14. Eccles. 7, 8. *Ecclesiasticos*, vide Chrysost. hom. 6. de providentia. Justinum q. 124. 126. Tertullian. in apolog. Cyprian. contra Demetrian. Lactant. libr. 5. c. 23. Instit. August. lib. de Civitate DEI: Quin. Min. Arnob. contra gentes: Salvian. Massil. l. de provid. Ambr. l. 1. c. 15. officior. Confer Cl. Espens. fol. 392. n. 16. in 2. ad Tim. *Et Profanos*, Senecam tract. de bon. fort. Aristoteles ideò res fortuitas divinæ gubernationi subesse negavit.

§. 17 *A malis cur Deus non statim liberet?*

(1) Ut in nobis perficiat suam virtutem. 2. Cor. 12, 9. sufficit tibi gratia mea. (2) Sapientiam, ut tandem nos sapienter liberet. (3) Ut in via crucis nos erudiat, quod per multas tribulationes nos oporteat cœlum ingredi, Actor. 14, 22. (4) Ut Christi Exemplo conformemur, Luc. 24, 22. (5) Ut humilitas in nobis conservetur, Ps. 18, 36. (6) Ut patientia, Rom. 5, 3. Vide, si placet, tractat. Vernaculum meum, cui titul. Gebets-Ancker.

Malum pro malo non *reddendum*, vid. tit. Ultio; it. Vindicta. *Odisse* malum, v. *Odium*. Malitia hominum angit nos, ut velimus habitare in deserto, Jerem. 9, 2. 3. 4. Punitur ob bonos, Esa. 48, 14.

MAMMÆA.

Mater Heliogabali, pia, Origenem ad se vocavit, ut principia fidei Christianæ disceret. Aurelius p. 170. Epit. Baronii.

MAMMILLA.

1. Apocal. 1. v. 13 notat Christi amorem, gratiam, cujus fons est cor Domini, fons omnis gratiæ, ex quo sugimus ore fidei, virtute Spiritus Sancti. 2. Cinctæ notant compressionem mammillarum, ut uberius ad nos fluant. 3. Evangelium mamma spiritualis, è qua lac solatii sugimus.

MAMMON.

Vox Syra, notans divitias, opes. Injusta dicitur 1. Ob acquisitionem. 2. Conservationem & possessionem. 3. seductionem, 1. Timoth. 6. Punicè divitias dici Mammon, tradit Augustin. lib. 2. c. 22. de sermone Domini in monte.

MANASSES.

1. Filius Josephi. 2. Rex ille, pœnitentia clarus. 3. Summus Sacerdos, qui struxit templum in monte Garizim opera soceri Sanebal-lathi, concedente Alexandro M. Pulsus ob uxorem alienigenam Sacerdotiô Judaico, Joseph. lib. 11. c. 8.

MANDATUM. *V. Lex: It. Verbum Dei: It. Obedientia: It. Præcepta Hominum.*

MANE.

§. 1 Dei attributum notat curam & providentiam Dei assiduam sine intermissione, Jer. 7, 25. cap.

25.c.23,3.c.25,5.c.29,19.c.32,33.c.14,15.c.44,4. 2. Chron.36,15.

§.2 Mane cogitandum nobis est 1.de nostra è somno peccati excitatione, Rom.13. Ephes.5. 2.Christo, qui ut sol corpora nostra clarificaturus est, Philipp.3. 3.Dei misericordia, in qua sperasti, Ps.130. 4.Insidiis Diaboli, quas evitasti, Psal.91. 1.Petr.5,8. 5.Gallo cantante, de lapsu Petri. 6.DEI præsentia, sciente quando surgas, & quid agas, Ps.139,2.3. 7.Angelorum potentia, qui te custodiunt. 8. De peccato & statu miseriæ, cum vestes induis. 9. De misericordia, omnibus manè nova, Thren.3,23. Insuper Manè offeras (α) Te DEO in sacrificium obedientiæ, Roman.12,2.3. (β) In spei hostiam, ut speres in DEUM, cum tibi dies nox fiet. (γ) In puram lotam hostiam. Psalm.51. lava me ab iniquitate mea. (δ) Indue te fide, veste gratâ DEO. (ε) Offer laudes DEO, Ps.50. (ζ) memora peccata noctis & offensas vitæ, quas non corrigis. Confer tit. Vespera. Manè quoq; est assiduitatis & diligentiæ, Ps.92,3. Jer. 25,3.c.26,5.c.29,19.c.22,33.c.35,14.15.c.44,4.2. Chron.36,15. Esa.5,11. Prov.13,24. Amos 4,4. Manè & vesperi breve tempus dicitur, Es.38.c.17,14. sic alibi.

MANEO. V. *Deus.*

MANIFESTATIO. *V. Revelatio.*

MANIPULUS.

(1) Propriè dictus, spicarum fasciculus. (2) Pauperi relinquendus, cujus Judæos olim ceperat oblivio, Deut.24,19. (3) Non implens manum agricolæ, Psal.129. est figura impiorum, Zach.4,6. (4) Fructus laborum & messis, cum lætitia conjunctus, quo alludit Ps.126,6. In Hebræo: portans tractum seminis. Sensus est: sicut agricolæ non sine duro labore ac egestate semen terræ committunt, tandem fructum in messe recepturi copiosum; sic pii in hac vita seminant, in æterna illa ac beata cum gaudio ineffabili messuri uberrimos fructus gloriæ & laudis & quietis, juxta Bernh.serm. de S. Benedicto. Interim inter tentationes (ut rectè Lutherus explicat) hoc, quicquid est, traducitur ævi. (5) Manipuli Josephi futuræ exaltationis prænuncii, Gen.37,7. quam adorando fratres post admirati in Ægypto, Theodor.h.l. Ad Christum à suis reducem è sepulchro in Galilæa adoratum, applicat hunc typum Ambrosius lib. de Joseph. cap.2. In Promt.alleg.863.

MANNA.

(1) Propriè dictus cibus ille præter naturæ seriem à DEO datus, Psalm.78,24. Exod.16,14. non naturali defluxu, ut Manna Arabica, Græca, Calabrica, &c. sed ut dictum supra naturali, quem probat partim copia pro tot myriadibus, partim defluxio illius longa, partim admiratio populi super hac Manna. Legendus Aug. de mirabilib. scripturæ tom.3.col. 725.d.728.a. Philosophatus. (2) Christus manna cœlestis, immortalitatem donans, Ambros. ep.62. (3) Evangelium est Manna, allegor. 1055. in Promtuar. (4) Vitæ æternæ. Apocal. 2,17. occultum dicitur, quia rationi occultum, omni sensui ignotum. 1.Cor.2. Oculus non vidit. Est verò ipse Christus cibus vitæ, Joh.6. in æterna vita consummativè dandus, nobis in æterna dulcedine inebriandis.

MANSIO.

Mansiones 1. *Israëlitarum* plurimæ fuerunt, Num.33. typi humanæ vitæ instabilis, vagæ. 2. DEI. Joh.14. Mansionem *apud eum faciemus.* Signa hujus divinæ mansionis quæ sint, docet Bernhard. serm. in Cantic. Cantic. column. 793.B.C.D.

MANSUETUDO. §.1

Est virtus moralis, iræ & vindictæ & omnium affectuum à temperie deviantium moderatrix. Dicitur aliàs Clementia, vid. suo loco; & spectat huc tit. *Ultio, Vindicta.* Anshelm. Mansuetum dici putat, quasi manu assuetum tractabilem.

Causa. §.2

Efficiens Spiritus S. Galat.5,22. fructus spiritus mansuetudo. *Procreans* humilitas, ut quis sit pauper spiritu, abjectus erga se, nihil sibi tribuens, proximum amans, 1.Cor.13,5. *Impellens.* (1) DEI præceptum, Matth.18.v.33. cum gravi exprobratione, Levit.19,18. Prov.26,4. Sir.6,5.c.22,14. Matth.5,24. Luc.17,3. Col.3,12. Eph.4,2. Philipp.4,5. 1.Tim.6,1.2. Timoth.2,25. Tit.3,2. 1.Petr.3,9. Gal.5,23.c.6,7. (2) Christi Exemplum, Matth.11,29. 1.Pet.2,21. Matth.26,63. Marc.14,58. imò ipsius Patris, Jerem.31,20. Ose.11,8.9. Thren.3,23. Luc.6,36. (3) Sanctorum, de quo infra. (4) Communis fragilitas hominum. Galat.6,1. vide, ne & tu tenteris. Facile tentatur homo à carne & affectibus, quos non nisi cum carne exuimus; talis ergò sis erga proximum, qualem hunc erga te esse optares! sic alii aliorum onera portabimus. (5) Præmia mansuetudinis, Matth.5,5. beati mites. Sir.3,19. Super gloriam hominum diligeris, juxta vulg. Interpr. quod Ambrosius lib.2. officior.c.7. §. Primum placiditate &c. eleganter declarat: honorem tibi conciliabis, Sir.10,31.

De mansuetudine Jesu pulchrè D. Bernhardus serm.22. in Cant.Cantic. Omnino (inquit) propter mansuetudinem, quæ in te prædicatur, currimus post te, Domine Jesu, audientes, quod non spernas pauperem, peccatorem non horreas. Non horruisti confitentem latronem, non lacrymantem peccatricem, non Chananæam supplicantem, non deprehensam in adulterio, non sedentem in telonio, non supplicantem publicanum, non negantem discipulorum, non ipsos crucifixores tuos: in odore horum currimus. Hæc ille.

Objectum. §.3

Vel materia circa quam sunt *Defectus proximi*, quos homo mansuetus tolerat. Vide Luther. in ep. Dom.2. Advent. f.22. §. Nu ist die Liebe. §. So ist sie nu. Non ad vivum resecat. Sicut lamiæ oculos domi reconditos habent, egressuræ reponunt, domi cœcutiunt: sic multi seipsos nesciunt, proximi verò defectus oculatissimi perspiciunt. Itaque irasci non debet mansuetus, nisi iis qui ex destinata malitia peccant. In rebus fidei & doctrinæ non probanda est ἐπιείκεια: nec in casu, si quis spoliare nos velit libertate nostrâ, Gal.2. Muscul. in Philip.

2. Philippum, ſed fruſtra, excuſat. *Affectus proprii*; ſunt mites (ait Clemens Alexand.l.4. Stromat.) qui inſidam, quæ eſt in anima, pugnam ſedaverunt, iræ & cupiditatis & eorum, quæ ſub eas cadunt. Confer Baſil. in Pſalm. 33. quos nullus ſtimulus diſſenſionis exagitat. Ambroſ. in Pſalm. 33. qui liberatus eſt à paſſionibus affectuum. Vide Chryſoſtom. homil.19. in Rom. Quin etiam bruta animalia, vide Camer.part.1.c.21.Hor. ſubciſiv.

§.4

Subjectum

Manſuetudinis eſt homo regenitus, conſiderans (α) Dei mandatum, præcipientis manſuetudinem, præmia pollicitantis; obtemperans ductui Spiritus S. qui eſt ſpiritus manſuetudinis, Gal. 5,17. (β) Secum perpendens proprios defectus, quorum intuitu miſeretur imbecillitatis proximi. Confer Bernhard. ſerm. in Pſal.91. & Chryſ. hom.59. in Joh.§.Hoc pacto erimus Chriſti diſcipuli &c. (γ) Omnem rixandi & altercandi occaſionem amputans: Licet odio habeamur, non tamen odio habeamus, ait Chryſoſtom. ex Pſal.7.§.non enim eſt hoc ſpectandum.

§.5

Gradus tres τῆς ἐπιεικείας.

1. Tolerantia hominum moroſorum, avidorum ad rem & communibus vitiis laborantium; ſic David tulit æmulationem in fratribus; ſic collegæ collegas. 2. Ambigua facta non calumnioſè traducere, arcana tegere, errata leviora non amplificare &c. 3. Severiter admonere ante contumaciam, ut in viam reducas; ſic Paulus Petrum, Flac. in Philipp.4.c. D. Bernhard. ſermon. 2. in converſ.S.Pauli tria indicat manſuetudinis objecta: Triplici (ait) velut ariete manſuetudo pulſatur: verborum injuriis, damnis rerum, corporis læſione: in his tribus omnis exhibitio patientiæ, omnis exercitatio manſuetudinis. Probata eſt illa virtus, quam nihil horum videtur concutere potuiſſe.

§.6

Effecta & conſequentia ſalutaria.

Datur Manſuetis (1) gratuita remiſſionis peccatorum promiſſio, Sir. 28, 2. Matth. 6,14. Marc.11,25.Eph.4,32.(2) Iræ mitigatio, Prov.15, 1. ſic Eſau, Gen.33,18. Ephraimitæ, Jud.8,2. David, 1. Sam.25,33. Saul, c.26,21. placati. (3) Hominis inſtauratio, Gal.6,1. aſſumtio, Rom.14,1. & directio in via Domini. (4) Chriſti aſſimilatio, ut imagini ejus manſuetiſſimæ conformemur. (5) Hominum in ſui amorem pertractio. (6) Proximi ſanatio, qui per infirmitatem lapſus eſt, Proverb. 17,9. (7) Sui exaltatio; dum enim manſuetus ſe humiliat, DEUS illum exaltat & filium ſuum facit. (8) Vitæ tranquillatio, Prov.14,30. quæ ſine manſuetudine nulla eſſe poteſt: tolle hanc, & omnia plena turbis erunt. (9) Odii & inimicitiarum averruncatio, Sir. 28,7. cujus ſola procreatrix manſuetudo. (10) Inimicorum conciliatio: ſic Joſeph fratres ſibi conciliavit: Ageſilaus hoſtes ſuos duces fecit, & accuſatos defendit. Zvving.f.172.a. Theat.§. Ageſilaus. (11) Triumphatio de hoſtium & inimicorum maledictis & calumniis, 1. Samuel. 10,27. 2. Samuel.16,14. Johan.8,48. Matth.26, 63. Lucæ.23,9. Eſa.53,7. (12) Convitiorum ceſſatio, 1.Petr.2,23. & redditionis mali pro malo, Prov.17,13. Roman.12,17. Confer Chryſoſtom. in epiſt. ad Philemon. Gregor.lib.10.cap.18.l.in Jobum. Cyprian.in expoſit. orat. Dominicæ: Auguſtin. lib. de perfecta juſtitia: & Chryſoſt. lib. 1. de compunctione cordis. Egregiè præprimis τῆς ἐπιεικείας effecta & naturam depingit Lutherus in Poſtill. Eccleſ. in Dom. 4. Advent. in verba Philipp. 4. Modeſtia veſtra &c. f.68.a.b.69.a.

Prudentia

§. 7

In manſuetudine neceſſaria: (α) ne iraſcamur ob leves cauſas: (β) non nimis citò, non tardè nimis: (γ) ne quid contra honeſtatem & utilitatem iræ impetus committat: (δ) non nimis graviter, nec leviter: (ε) ſit propenſio ad ignoſcendum & noluntas ad lædendum.

Exempla.

§.8

I. *Sacra*: Abraham, Gen.13. Moſes, Num. 12,13. Sir.45,4. Jacob, Gen. 31,31. Vid. Chryſoſt. in Geneſ. homil.58. de Jacobo: Gideon, Jud. 8, 2. David, 2.Sam.19,23. 1.Samuel.24,11.c. 25,1.2. Sam.14,10. Joſeph, Geneſ.50,19. Luc.15, 20. Jeremias agnus, Jer.11,19. Paulus, 2.Cor.10, 1.1.Theſſ.2,7. Confer Joſ. 7,19. Prov.15,1. Matth. 5,4. Summa DEI noſtri manſuetudo, Matth. 5. & Chriſti, Matth.11. Eſa.42,3.4. Matth.12,19. Zach.9,9. Joh.12,15. c.13,5. *II. Profana*: Octavianus Auguſtus, de quo Seneca lib. 1. de Clementia c.9. Piſiſtratus, vid. Senec. libr.3.c.11. de Ira. Cato per imprudentiam in balneo percuſſus, dolenti percuſſori dixit: Non memini, me percuſſum eſſe; maluit ſcilicet non agnoſcere, quam ignoſcere. Pericles calumniatorem ſuum toto die pertulit, & deinde lumine comitari juſſit. Quidam Euclidi mortem inferre juraverat, cui Euclides viciſſim juravit, ſe hoc patienter laturum ac interfectori ſuo veniam daturum eſſe, Baſilio teſte orat. de legendis Gentilium libris. Ariſtides ad ſupplicium Athenis eductus, ſputo inſuper à quodam facie deturpatus, comitanti ſe Magiſtratui dixit: Admone ipſum, ne poſthac tàm improbè oſcitet. Sigismundus I. Poloniæ Rex, cum ob nimiam clementiam à Viro Senatorio reprehenderetur, reſpondit: ſi ſeveritati plus quàm clementiæ ſit tribuendum, qui ſcis à quo exordiar? docens, nec illum Senatorem eſſe innocentem. Sic quoque de DEO, quem in vindictam vocant irreconciliabiles, ſentiant.

Oppoſita manſuetudini

§.9

1. *In exceſſu* ſunt potiſſimum (α) iracundia ſubitanea, Prov.12,16. vid.4.Ethicor. 5.Ariſtotel. (β) Crudelitas & aſperitas erga proximum: (γ) Rancor, veteris injuriæ memoriam conſervans, Levit.19,18. (δ) Vindictæ à Deo poſtulatio in eum, qui inimicus eſt.

2. *In defectu* nimia manſuetudo, quæ ſcelera relinquit impunita: (α) in Magiſtratu, Numer.25,24. Judic.20,13. (β) in parentibus, 1. Samuel.3,10. Vel, ſi cedas Adverſariis in Adiaphoris, noſtram libertatem tentantibus, Luther.d.l. in Poſtill. Eccleſ.

Similia

§.10 ## *Similia.*

Manſuetudo *aqua*, quæ ferrum ignitum iræ extinguit, Chryſoſtom. homil. 29. ad pop. Antiochen. Vides ſpirare iram proximum, affer aquam manſuetudinis! *Balſamum* ungens proximi vulnus excandeſcentiæ, penetrans etiam iracunda pectora: fragrantem odorem ſpargens, cum alii alios in manſuetudine toleramus. *Compedes*, furenti beſtiæ iræ injiciendæ. *Lilium* molle, ſuave, unctuoſum, quo furor iræ diſpellitur; hoc lilium in ſolo eſt in valle, & pedibus conculcatur, verùm à Deo in polo exaltatur. Matth. 5. beati mites. *Mare*, hominis malitiam extinguens. *Medicina* animi irati, Chryſoſtom. homil. 29. ad pop. Antiochen, Tollens iram ceu leonem ſæviturum in noſmetipſos, extinguens vermem iræ, conſcientiam vaſtantem, Spiritui Sancto reluctantem. Vid. Chryſoſtom. homil. 23. ad Pop. Antioch. *Oleum*, quo vulnera lapſi, qui aliò reſpexerat, curantur & mitigantur. *Nota Chriſtianorum*: nam & publicanorum eſt, ferre, perferre, tolerare, obdurare. *Roſa* una ex iis, quas inter Chriſtus ambulat, Cantic. Canticor. 2. Bernhard. alicubi: *Solitudo* immunis à turbis & tumultibus ſeculi, omnia ibi pura fluunt. Chryſoſtom. d.l. homil. 29. ad pop. Antioch. *Unguentum*, quo luxata membra reſtituuntur. *Vexillum* verorum filiorum DEI. *Via* ſpiritualis & diverſa à via mundi: hîc iraſcitur; at verò per illam viam incedunt Chriſtiani. Chryſoſtom. hom. 58. in Geneſ.

MANUS

§.1 *DEI*: imperium, Jerem. 15, 17. Poteſtas, Deuteronom. 32, 39. Potens DEI manus ad beneficium, præmium, ſupplicium. Potentia, 1. Reg. 8, 15. 24. 2. Chronic. 6, 4. Omnipotentia, Numer. 11, 23. Eſa. 50, 2. cap. 59. Veritas DEI, Exod. 6, 8. Num. 14, 30. Nehem. 9, 15. Clementia, Luc. 1, 66. Juſtitia vindicans, Exod. 3, 19. 20. & aliàs ſæpe. Ira, Exod. 24, 11. Operatio gratioſa, Act. 11, 21. Gloria DEI, Sap. 3, 1. In vocatione & illuminatione miniſtrorum, 2. Reg. 3, 15. Eſa. 8, 11. Ezech. 1, 3. Protegens in adverſitate, præcavens ne cadamus, vid. Hugon. in Pſalm. 143. Paterna, quæ ſuſtentat nos. Pſalm. 37. ſi ceciderit &c. extenta ad largiendum. Pſal. 145. aperis manum: clauſa ad auxilium differendum, Pſal. 77. vibrata ad puniendum, Pſalm. 7. Jerem. 18. ut lutum in manibus: protectiva piorum: deſtructiva impiorum. Pſal. 44. manus tua gentes, &c.

§.2 *Chriſti* manus omnipotentiæ, Pſ. 89, 26. Joh. 33, 35. c. 10, 28. cap. 13, 3. Gratiæ eccleſiam conſervantis, Ezech. 40, 3. 5. Ordinationis ad officium, Act. 7, 35. Liberationis & juſtitiæ, Apoc. 5. Mediationis inter nos & DEUM, Apoc. 8, 4. Revelationis, Apoc. 10, 2. 10.

§.3 *Diaboli* nocentiſſima, vulnerat. Pſ. 22. A framea, ſæviſſima, affligens. Job. 1. ne mittas manum. Tenaciſſima, non enim niſi per DEUM è manibus Satanæ liberari potuimus, Eſa. 49. ſpolium. Unca & tortuoſa ob varias inſidias: blanda, ſed inſidioſa: adulatrix. Matth. 4. dabo tibi omnia. Furans bona cœleſtia. Luc. 8. tollit verbum: ſpolians nos. Allegor. Thren. 1. hoſtis manum miſit ad omnia deſiderabilia.

§.4 *Hominis* pigra, Proverb. 26. piger. Supplex, devota, ad Deum elevata, Pſal. 77. Crudelis. Eſ. 58. Verberans proximum: arida & ſterilis: caſſa bonorum operum. Luc. 6. homo manu arida. Hypocritica & piloſa: diſſoluta & infirma, Hebr. 12. Ezech. 7. Deo data, 1. Chron. 30, 8.

§.5 *Impoſitæ* ab (1) orantibus pro aliis, Gen. 48, 14. Matth. 19, 15. Marc. 10, 16. Jac. 5, 14. (2) baptiſantibus pueros, Act. 8, 17. & Neophytos Chriſtianos. (3) Alios ordinantibus, 2. Tim. 1, 16. 1. Tim. 4, 14. Actor. 6, 7. c. 8, 17. innuitur enim hoc ritu (α) ſegregatum eſſe hunc hominem ad officium arduum. (β) mundatum eſſe. (γ) manibus piis ſubactum hunc teneri, in omnibus ſe ſubjicere, & vitam piam ducere in obedientia. (δ) ſe ut victimam mundo & impiis deſtinari, ad crucem trahi, Chytræus præfat. in Levit. (Sic & olim manuum impoſitione gloria Magiſtratui conferebatur, Num. 27, 20.) (4) Sacrificantibus, Exod. 19. Lev. 1, 4. Num. 18. (5) Recipientibus apoſtatas reſipiſcentes, Leo epiſt. 77. (6) Teſtantibus eis, qui capitis damnati, Dan. 13. (7) Miraculoſa beneficia conferentibus, Matth. 9. Luc. 4. Marc. ult. 2. Reg. 5. (8) Dolentibus, Thamar, 2 Sam. 13.

§.6 *Protenſæ* olim in baptiſmo, Cyrill. Jeroſol. catech. 1. Extenſæ in oratione, Amphilochius in vita Baſilii. Admotæ aris in juramentis, vid. tom. 6. Biblioth. S. lib. Formularum. Cancellatæ in benedictionibus ſacerdotum Hebræorum, ut refert Al. Novarinus lib. 5. c. 12. ſchediaſm. ſacror. *Ablutæ* in pronunciatione nominis Dei, oratione, Evangelii tactione, innocentiæ intenta conteſtatione; ſic Pilatus. Spiritualiter lavantur pœnitentia. *Levatæ* 1. Tim. 2. pro recepto more omnium populorum, manus ad ſidera tendentium.

§.7 Manus læva ſub capite, Cant. 2, 6. c. 8, 3. variè expoſitum veteribus: vide S. Pagnin. in Iſagog. Simplex ſenſus eſt: Sponſum Chriſtum ſublevare eccleſiam velut ſponſam ægrotantem, eique ſupponere manum auxilii & ſolatii ex intima dilectione ac vigilantia. Bernhard. & Ambroſ. alicubi: Læva quidem levat (Chriſtus), ſed dextera ſuſcipit: læva medetur & juſtificat; dextera amplectitur & beatificat: in læva ejus merita; in dextera præmia continentur: Hæc illi. Confer Prov. 3, 16. Longitudo dierum in dextera ejus, & in ſiniſtra divitiæ & gloria.

MARCUS.

1. Evangeliſta, abbreviator Matthæi, rogatus ſcripſit Evangelium, Euſeb. lib. 6. c. 15. Ac ſpiritualis Petri Filius, 1. Pet. 5, 13. 2. Filius Mariæ, eodem nomine dictus. Conſobrinus Barnabes, Coloſſ. 4. 2. Timoth. 4. in domum hujus Mariæ divertit Petrus, vinculis ſolutus & qui-

dem divinitus, Actor.12,12. De priori loco Petri scribit Justinianus Jesuita, non satis constare, quem Petrus intelligat. Confer Esthium in h. l. Petri.

MARE.

§.1 1. Immensa aquarum collectio, non tamen absorbet terram, summo miraculo, quippe DEI sigillo munita, limitibus inclusa. Confer M. Zachar. Fabrum p. 140. 141. Exercitii pietatis.

Angustiæ. Zachar.10. Gentes intelligit affligendas ob infidelitatem, Vatablus in h. l. Hieronymus de Judæis ex Gentibus liberatis è Phosphoro & septentrionali plaga, juxta sensum Judæorum. Alii de liberatione è mari hujus mundi, in quod Apostoli descenderunt, & piscatores hominum facti sunt. Quidam de nostris de mari passionis, in quod Christus descendit, explicant: vid. Osiandr. in Bibliis. *Vitiorum*: vid. Cornel. à Lapid. in Threnos Jer. f.852.853.a. *Mundi*: vid. tit. Mundus.

§.2 *Orientale* in Judæa est mare mortuum, salsum, solitudinis, lacus Asphaltites, Ezech. 47, 8. ventis non agitatus, non alens pisces, dicitur quoque mare salsum salis Genes. 14,3. deserti, campestrium, Deuteronom. 3,17. *Occidentale* est mediterraneum: *Rubrum* mare, quod Israëlitæ transgressi; Erythræum vocant Græci, ingenti æstu fluctuans, vid. Scaliger. Exercitat. 52. §. In mari Erythræo; & Adrichomium: magno miraculo superatum, unda pro muro stante, Dominus illam in partes divisit, Psalm. 135. Mare *Suph*, Exod. 10,19. *Syriacum*, Numer. 34,6. *Philistæum*, Exod.23,31. *Sinus Arabicus*, aliàs dictum Cosmographis *Joppes*, Esdr. 3, 7. quod hanc alluat. *Adriaticum* Actor. 27,27. Ciliciæ & Tharsis. Maris mirabilia lege sis apud Camerar. cent. 1. cap. 26. Alsted. in Theolog. Natur. pag.327. Mare *Galilææ*, vid. tit. Genesareth.

MARGARITA. *V. Verbum DEI.*

Matth. 13. notat pretiosam Christi doctrinam vel Evangelium, quod (1) Cor confortat. (2) oculos clarificat & illuminat. (3) è rore Spiritus S. concipitur hæc doctrina Evangelii: estque (4) solida, ob æternam durationem, Esa. 40. limpida ob verissimam claritatem, 2. Cor.3. pulchra ob nostri exornationem. Verbum Dei Margaritam vocat Clem. Alexandr. libr. 2. c. 12. pædag. cordibus nostris ceu duro includendam lapidi. Ambros. serm.6.tom.3.

Christus quoque Margarita est spiritualis 1. concepta de rore Spiritus S. 2. conclusa inter conchas mortalitatis, inter saxea Judæorum corda, Augustin. in c. 13. Matthæi. 3. medens morbo spirituali.

Indicium lachrymarum olim habita in somno visa margarita, Suid. *Artemidor.* At Evangelium non lachrymarum sed gaudii index. Psalm.51. audire me facias gaudium & lætitiam.

MARIA.

§.1 מרים 1. quasi gutta maris: 2. vel amarum mare, amaris crucis fluctibus intumescens: 3. vel doctrix populi à ירה & עם ut nonnullis placet: 4. Illuminata ab אור juxta quosdam: 5. Hieronymus vult serm. Syro Dominam hac voce significari: Hieronymo subscribit Corn. à Lapide in c.15.v.20. Exod. asserens מורה Syriacè Dominam significari; sed viderint hac de re Gramm. & Philologi. Historiam B. Virginis conscripsit Christophorus Castrius.

Quot?

§.2 In Evangelio quatuor celebres: (1) Maria mater Salvatoris, nata Eli, (aliàs Jojakim dictus) cujus mater Anna, Epiphan. Damascen. (2) Maria Cleophæ vel Jacobi, Marc.16,1. soror Mariæ virginis, Joh.19. Mater Jacobi Minoris & Josis Matth.28,1. vocatur altera Maria. (3) Maria Magdalena, à vico vel oppido Magdalo, ad ripam maris Galilæi in tribu Naphthalim sito, sic dicta: cujus crebra fit mentio Luc. 7, 8. Matth.27,28. Marc.16. & 15. Luc.24 Johann. 19. (4) Maria soror Marthæ & Lazari, Lucæ 10. Johan.11.

Varia prædicata.

§.3 *Partus.* Utero aperto verè peperisse multi veterum sentiunt: Origenes super Luc. Tertull. de carne Christi: Ambr. lib. 2. c.6. in Luc. Chrysostom. non tamen ideo virginitatem Mariæ labefactant illi, nec qui hodiè idem sentiunt contra Bellarmin. c.9. lib.4. de notis Ecclesiæ. Vide Cornel. Jansen. in c. 2. Lucæ, & Maldonat. in eundem. Alii contra sentiunt, non vulgari modo peperisse. Meruit de condigno maternitatem, si credere fas est Besson. in Cantic. Cantic. fol. 447. Sic Suaretz, Vasquetz, Lugo ibidem citati. Fuit servilis *casa*, Christi tentorium, quod per ostium fidei ingressus est Christus, Aug. tom.10. col.605.b. Virga Aaronis florens, idem tom. 10. col.569. b.c. templum Dei, ib. col.606.c. porta clausa, Ezech. 44. ib. col.572.b. August. virga, Esa. 11. cujus flos est Christus, August. tom.9. col. 1123.a. mulier sole amicta, Apoc. 12. August. tom.8. col. 1643. b.

§.4 *Conceptio*: omninò concepta in peccatis Maria 1. cum scriptura eam non excipiat: 2. omnes omninò homines peccato involvat, Roman. 5,12. c.3,10. Johan.3,6. 3. nec ratio firma contrariæ sententiæ dari possit: vide pluribus Hartman. Springl. p. 2. libr. 2. de hodiernis Hæreticis, colum. 214. 215. sequent. 4. Dantur etiam peccata actualia in Maria, ut, pueri Jesu amissio, Luc.2. ambitio, Joh.2. Christi concionantis interpellatio, Marc.3,31. 5. Ipsa quoque Maria Christum agnoscit σωτῆρα, Lucæ 1, 47. Confer Matth.1,21. 6. Habuit quoque afflictiones, peccati certas indicinas, Luc.2, 49. Rom. 5,12. 1. Cor.15,21. 7. Nova est sententia, non esse in peccato conceptam Mariam. Primus enim hanc protulit Richardus Victorinus; Testis est Joh. Major Scotus lib.3. c. 12. de Reb. gestis Scotorum. 8. Multa contradicunt eidem opinioni Dominicani. Guido Perpinian. fol. 18. in c.1. Lucæ & alii: apud D. Gerhard. in Confess. Cathol.

§.5 *Annunciatio* Mariæ facta; ejus festum olim in honorem Christi celebratum fuit, vide Athanas.

thanaſ. ſermon. de S. Deipara tomo 1. fol. 810. ſequent. Durand. libr. 7. cap. 2. numer. 2. nunc in Mariæ a Pontificiis, vid. Bellarmin. tom. 6. column. 616. Reſpondit Angelo, ancillam ſe vocans, atque ſubinnuens, Chriſtum ſervum Dei fore, ſimulque humiliandum eſſe, Auguſt. tom. 8. col. 1131.

§. 6 *Deſponſatio* facta, Matth. 1. (α) Ob conjugii honorem. (β) Evæ expiationem. (γ) Tutelam ac patrocinium matris ac infantis a Joſepho præſtitam.

Præſentaſſe Mariam in templo parentes Joachimum & Annam, tradit Damaſcenus lib. 4. cap. 15. ex hoc Breviar. Rom. ad diem 21. Novemb. Evodius apud Niceph. libr. 2. c. 3. Baron. Apparat. numer. 47. Sed incerta res eſt luculentis teſtimoniis minimè probata; certior eſt Domini noſtri Jeſu Chriſti præſentatio, Luc. 22. verſ. 2.

§. 7 *Purificata* Maria 1. non ob vitioſam conceptionem Meſſiæ, Luc. 1, 35. ſed 2. ob ceremoniarum Moſaicarum commendationem. 3. Legis impletionem. 4. Significationem noſtræ immunditiei. 5. Commonefactionem iræ Dei adverſus omnes immunditias. 6. Noſtram mundationem ſanguine agni Chriſti inſtituendam. 7. Operis creati & in lucem producti hominis conſiderationem. 8. Gratiarum actionem. 9. Educationis commendationem, quæ parentibus incumbit. 10. Reſurrectionis inculcationem: ſeptem diebus immunda erat mulier, quæ partum ediderat; ſic vita noſtra ſemper eſt immunda: octavo die, i. e. ultimo rectè circumcidemur, & poſt immaculati (ut olim placatæ puerperæ) coram Domino ſiſtemur, Epheſ. 5. De precibus ſuper cereis à Deo ſanctificandis effuſis die purificat. Mariæ vid. Proceſſionale Ordinis Præmonſtratenſis p. 14.

§. 8 *Virginem perpetuò manſiſſe*, non eſt creditu neceſſarium, ſi Martyri credimus in Roman. 4. Calvinus in c. 1. Luc. v. 31. idem ſentit. Eandem virginitatis perpetuitatem negavit Julianus Apoſtata, Pauliciani, Lollardi apud Trithem. in Chron. Hirſchavienſi ad ann. 1315. Confer M. Bucer. in 2. Luc. His contradicunt Patres: Origen. homil. 1. in diverſ. Ignatius epiſtol. ad Hieronym. Cyrill. Hieroſolymitan. Catech. 12. Ambroſ. c. 53. de Inſtitut. Virginit. Hieron. libr. 1. contra Jovian. c. 18. lib. 2. c. 2. adverſ. Pelagian. cap. 2. & in c. 44. Ezech. Auguſt. lib. 4. cap. 4. de Symbol.

§. 9 *Verè nata è familia David*, cum & filius ejus paſſim filius Davidis vocetur: Eliſabetha v. vocatur cognata Mariæ (etſi illa eſſet è tribu Levi) Luc. 1, 36. (α) ut vocabulum hoc *cognata* latè ſumatur, ut Roman. 9, 3. & Marc. 6, 4. pro iis qui ad eandem nationem pertinent. (β) Probabile, avum vel patrem Eliſabethæ duxiſſe uxorem è tribu Juda regia; id enim licebat Sacerdotibus & Levitis Vet. Teſtamenti, (qui lege illa Numer. 36, 7. 8. non tenebantur; ratio, quia Levitæ non habebant hæreditates, quæ confundi poſſent: ſic uxor Jojadæ Pontificis Joſabeth fuit ſoror Regis Ochoziæ in Juda.) Nicephorus lib. 3. c. 3. ex Hippolyto docet, Mariam & Eliſabetham duarum ſororum filias fuiſſe, adeoque conſobrinas.

§. 10 *Gladius tranſiit* Mariæ animam, Luc. 2. ita nempe Simeon prædixit; en poſt læta nuncia! triſtis fama & prædictio non eſt diuturna; pax piorum, fluctus invocat fluctum: monetur Maria, ut ſe ad crucem præparet, animum non deſpondeat. Non eſt dubitatio tempore paſſionis Chriſti, ut Origen. Auguſtin. ſtatuunt, quos rectè carpit Janſen. cap. X. Concord.

§. 11 *Cultus Mariæ B. Virginis.*

Origo, Petrus Eremita, homo Gallus, civis Ambianenſis circa an. Chriſti 1110. Pſalterium D. Mariæ Virginis introduxit, teſte Polydoro Vergilio, libr. 5. cap. 9. de Invent. rer. ad Calculos; quos inſtrumenta fucoſæ bonitatis hypocritis eſſe, ibidem conqueritur Polydorus. Bernhardus nimiis Mariæ laudibus multis occaſio labendi fuit, Luther. tom. 6. Jen. fol. 517. Germ. *Incrementum* ſumſit intra annos 450. Urbanus II. anno Chriſti 1069. horas Beatæ Mariæ inſtituit in Concilio apud Claremontan. Officium v. B. Mariæ cantandum primus inſtituit idem Urbanus II. anno 1077. Durand. libr. 5. c. 1. numer. 9. & lib. 6. cap. 2. Georgius IX. circa ann. 1240. juſſit quotidiè cani: Salve regina. Johannes XXII. ſanxit, ſingulis diebus mane & veſperi ad ternam campanæ pulſationem Ave Maria ter recitari. Feſtum ejus Conceptionis celebratur 8. die Decembris: confirmatum à Sixto IV. Ext. de Reliq. & Venerat. Sanctor. lib. 5.

Cultum ei tribuimus 1. dum dona Mariæ commemoramus, pietatem, humilitatem, modeſtiam, ſanctitatem. 2. Ad imitandum eam proponimus, in jam commemoratis, fide, pietate, &c. 3. Ipſi de beatitudine congratulamur, & cum Auguſtino decimus tom. 10. column. 897. b. Mariam inter omnes mulieres principatum tenere, & Dei ipſius matrem eſſe, Luther. tom. 7. Jen. fol. 265. ſummis laudibus eam digniſſimam, vid. eund. in Cantic. Magnificat. Nimium cultum Mariæ detrahunt Chryſoſtom. homil. 6. ad popul. Antiochenum. Cajetan. Opuſcul. 1. de Maria. Bernhard. Epiſtol. 174. Virgo Regia falſo non eget honore.

§. 12. *Non eſt adoranda.*

1. Quia ſolus Deus & adorandus & invocandus, Matth. 4. verſic. 19. 2. Quia ipſa Maria renuit imperium, hoc ſoli filio reſignans. Johan. 2, 5. Quodcunque dixerit vobis, hoc facite. 3. Quia abſurdum eſt, ſanctos occupari laboribus viventium, cum his quieſcant, Apoc. 14, 13. 4. Quia blaſphemum, Mariam filio facere ſuperiorem; ſic enim orant: *Roga patrem, jube natum, jure matris impera.* Bernhardin. de Buſtis libro ſexto tit. 3. *Maria eſt regina cœleſtis Regni, ubi plenariam habet poteſtatem, quicquid voluerit imperandi:*

Ideò poteſt verè cum filio dicere: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et in Mariali lib.1.cap.3. (citante Hartman. Springlio col. 53. part.2. libr. 1. de hodiernis hæreticis.) Fuit Dominus cum Maria & ipſa cum Domino, in eodem labore, in eodem opere REDEMTIONIS; mater enim miſericordiæ adjuvit patrem miſericordiarum.

Mariæ acceptam omnem ſcientiam referendam eſſe Doctoribus, ſcribit Sherlogus Anteloq. duodecim. n. 57.

Eſſe conciliatricem numinis, Baron. tom. 1. Annal. ſub finem. Conf. n. 18. infra.

§. 13 *Salutatio Angelica.*

Non eſt oratio: 1. Quia eſt ſalutatio; at hæc non eſt adoratio. 2. Forma ejus divina non eſt, cum Eccleſia Romana de ſuo addiderit: Sancta Maria mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtræ. 3. Quia præter Angeli intentionem accommodatur hæc ſalutatio. 4. Innititur lubricis fundamentis: Caniſius citat Athanaſium in Evangel. de Sancta Deipara; At is ſermo non eſt Athanaſii, teſte Bellarmin. libr. de Scriptoribus Eccleſiaſtic. ab anno 300.400. Baron. ad Ann. Chriſti 48. Suaretz. 3. part. Summ. tom. 2. quæſt. 37. art. 4. diſput. 21. ſect. 1.

Mollitio Bellarmini lib. 1. cap. 17. de Beatitud. Sanctor. Caſſandri in explicat. hymnor. (Formular. Maria miſerere mei, ſana me, &c.) fruſtranea eſt. 1. Ob verborum evidentiam, quæ non de interceſſione ſola agunt, ſed & ipſo liberationis opere, vide Pſalterium & Bellarmin. ipſum libr. 1. cap. 17. de Beatitud. Sanctor. 2. Ob operum & auxiliorum vigorem, quem aſſerit Concilium Trident. ſeſſ. 9.3. Ob adverſariorum confeſſionem, Joh. Ludov. Vivis in lib. 8. cap. 27. Auguſtini, Caſſand. art. 21. Conſult. Viſitat Eliſabetham dans exemplum 1. Charitatis. 2. Officioſitatis. 3. humilitatis. 4. Pudoris.

§. 14 *Omnes homines æquè ſanctos eſſe*

Ac Maria, dicit Lutherus 1. non abſolutè, ſed 2. reſpectu nativitatis; æquè enim in peccatis ac nos omnes nata eſt: quod & Chryſoſtomus ſtatuit, quem caſtigat Thomas 3. Juſtitiæ imputatæ, quæ una eſt omnium, Luther. lect. in die Nativit. Mariæ. 4. Unionis in corpore myſtico eccleſiæ. Vid. Luther. in Dominic. 1. poſt Epiphan. *Benedicta dicitur.* Id hunc in modum explicat Bernhard. homil. 3. *Non quia tu benedicta*, ideò benedictus fructus ventris tui; ſed quia ille te prævenit in *benedictionibus dulcedinis, ideò tu benedicta.* Verè enim, &c.

§. 15 *Aſcenſio.* Liber de Tranſitu Mariæ inter Apocrypha relatus eſt à Gelaſio & Sophronio ſermon. de Aſſumtione Virginis Mariæ; & Beda in Retractationibus Actorum Apoſtolic. 1. In cœlos aſcendiſſe anno 24. ab aſcenſione Filii refert Jacobus Archiepiſcopus Genuæ; ſed Auguſtinus ſermon. 35. de Sanctis rejicit hanc hiſtoriam, §. Virgo Maria, quo ordine, &c. & in libr. de aſſumtione Mariæ: Ado in Martyrologio dicit, Eccleſiam celebrare dormitionem Mariæ, non aſſumtionem. 2. Neſcire ſe, idque Deo committendum eſſe ſtatuit Sixtus Senenſis lib. 2. Biblioth. V. Mariæ Tranſitus, contra Bromiardum tom. 2. c. 3. §. 23. ſeq. ſumm. prædicat. Durand. lib. 7. c. 24. n. 1. aſſerit, incertum eſſe, utrum Maria in cœlum aſſumta ſit; ſic Epiph. hæreſ. 79.

§. 16 *Obitus* ejus annus incertus, Euſeb. in Chron. anno Chriſti 48. vide Baron. ann. 48. (alii ann. Chriſti 57.) & Severin. Binium tom. 1. p. 1. Concil. f. 3. lit. C.

Stetit ſub cruce Eclipſin patiens, Joh. de S. Gemin. p. 58. c. d. Canticum ejus excluſit planctum Evæ, Auguſtin. tom. 10. col. 607. a. Beata eſt, ut Judith, c. 13, 1. benedicta, ut hæc à Chriſto fluxerit benedictio, Bernh. ſerm. 3. ſuper Miſſus eſt. Humilitas perperam de zelotypia exponitur Joſephi, à Ferdin. Quirin. de Salazar in Prov. Salomonis. Apparitio Mariæ approbantis ordinem Jeſuitarum, Ribadeneira in vita Ignatii.

Feſto annunciationis Mariæ fratres ſodalitii Mariæ ſive Roſarii congregantur & orant pro defunctis fratribus & ſororibus. Feſtum Viſitationis ab Urbano VI. inſtitutum, ut meritis Mariæ ſchiſma funeſtiſſimum inter hunc Urbanum & Clementem VII. tolleretur, Wern. Rollfinck in Faſcicul. Tempor. in Urb. VI. poſtea in Concil. Baſileenſ. confirmat. ſeſſ. 43.

§. 17 *Laudis formulæ (Ave Maria) Pontificiorum.*

1. Hæc ſalutatio à Dæmonis offenſis & diſcriminibus liberat. 2. Ipſos dæmones à nobis procul expellit. 3. Miracula circa mortuos efficit, Bromiardus tomo 2. ſumm. prædicator. cap. 3. §. 11. 12. Fiat mihi: verba Mariæ ita exaggerat Salazar in cap. 8. Prov. num. 274. Deus ad hominem condendum haud ſatis eſſe duxit ſuum ipſius fiat, ſed opus omnium maximum, ſcilicet Incarnationem Chriſti, per *fiat* Mariæ abſolvit, ita ut quemadmodum ſuum ipſius *fiat* Mariæ *fiat* poſtpoſuerit. Hæc Salazar ſatis erroneè, ne dicam blaſphemè.

§. 18 *Laudes & Encomia immodica Mariæ.*

Advocata, Bromiard. tom. 2. ſumm. c. 3. §. Occurrit quidem hoc nomen apud Irenæum l. 4. cap. 19. ſed (1) loquitur de Maria vivente in terris, non de regnante in cœlis. (2) Advocata ſignificat conſolatricem: ratione ergo conſolationis, non intermiſſionis dicitur advocata, παράκλητος, quam vocem è Græco ſic vertit; ſicut apud Tertullian. hæc vox ita uſurpatur, citantem locum Lucæ 6, 24. & alibi. *Complementum S. Trinitatis* à Ferdinando Quirino de Salazar in cap. 9. Proverb. Salomon. num. 302. 303. *Domina*, in qua ſperandum; Pſalterium Mariæ paſſim: & ad quam alii quoque Sancti nobis parent viam, ut docet Sua-

Suaretz.tom.2. Comm. disputat. 23. quæst. 37. sect. 3. Angelicam (ait) salutationem sanctis recitamus, ut eam pro nobis Virgini repræsentent: Hæc Suaretz. Nos cum Apostolo & jussu Christi Christum rectà accedimus, Hebr.4,15.16. Matth 11, 28. Domina peccati, Geminian. part. 58. Summæ. *Eva alia*, quæ non protulit poculum mortis, August. tom 9. column. 1124. b. *Fenestra cœli*, quia per eam novum lumen effundit, Augustin.tom.10.column. 593. d. *Janua vitæ* (Bellarmin. tom. 6. column. 580. a.) cœlestis, si per eam homines ascenderint, credendo nempe, ut ibid. apud Aug. Hinc patet, perperam dici Mariam reginam cœli, januam misericordiæ & vitæ, nisi in solum & unicum ejus filium Christum respicias, in quo solo vita & misericordia. *Illuminatrix* clara, Bromiard. *Imperatrix*, quæ omnibus in cœlo, in terra & subtus terram Dæmonibus imperat, jubet, mandat, Bromiard. §.26. Jure matris impera Redemtori, Vetus Missale est Parisiense.

§.19 *Intercedere* pro nobis: adeò ut dicat Salmero disput. 8. Sacramentarii nostro seculo ausi sunt dicere: agnus Dei, qui tollis peccata mundi, ora pro me, &c. & ora pro nobis sancte Dei genite; qua in re isti nebulones impudenter Christo tribuunt, quod Ecclesia tot retro seculis B. Deiparæ tribuit: Hæc Salmero. *Lucerna*, in qua per triduum mortis Christi lumen fidei totius Ecclesiæ duntaxat permansit, Bromiard. d.l. §. 22. *Mater* & nutrix omnium peccatorum anima omnibus est facta, Berchorius libr.11. reduct. moral. cap.1. *Mediatrix* misericordiæ & miserorum, Bromiard. c. 3. §. 2. *Medicina*, ad quam fugiendum ab irato patre & filio judice, Holcottus lect. 36. super libr. Sapient. contra Augustin. sermon. 119. de tempore. Confiteamur (ait) Salvatorem, ne timeamus judicem, &c. *Pians scelera* nostra: Vetus Missale Parisiense. *Refugium* Christicolis, Bromiard. d. l. *Regina* cœli, Bellarm. tom. 6. col. 580. a. *Stella maris*, Bromiard. d.l. in mundo ceu mari navigantibus. Confer D. Eustat. Findansam part. 18. autorit. Sanctar. lib. 1. & Ferd. Quir. de Salazar in Proverb. Salom. in laudes Mariæ prolixissimè se diffundentem. Johan. de S. Gemin. l. 1. cap.48. Mariam habere omnium Sanctorum gratiam & gloriam, quasi in unum acervum congestam, Barradius lib. 6. c. 10. Harmoniæ: Alii contrà moderatiùs sentiunt & loquuntur, ut Tostatus quæst. 19. in prolog. Evangel. Suaretz. tom.2. quæst. 37. disputat.18. sect. 4. in 3. Thom. & Vasquetz. Omnia posse in cœlo & terra, Molan. histor. Imagin. lib. 3. cap. 23. Coster. in hymn. Ave maris stella, pag. 208. 209. Imò sacrificasse, Salazar in cap.9. num. 88. Proverb. (quod omnino est falsum) Ad eam, ut ad gratiæ thesaurum in omnibus necessitatibus accedendum esse, Bellarmin. tom. 6. col.627. b.c. In Concionibus in ea confidendum, tom. 7. colum. 1714. b.c. Thesauri Christi in manibus Mariæ repositi, Sherlogus Anteloquio 8. num. 8. fol. 389. numer. 2. in Cantic. Canticor. Anteloq. 8. num. 9. Filius per sanguinem, mater per lac reconciliat, ibid. numer 10. & allegatur Suaretz tom. 2. in 3. Thom. disput. 23. sect. 1 & Drexel. tractat. 3. part. 316. a. commemorat, quod D. Maria Carolum S. Brigittæ è Suecia filium in suum patrocinium susceperit, & contra accusationes Satanæ immunem præstiterit (id quod solius est Christi, suo λύτρῳ solo pro nobis intercedentis, 1. Timoth. 2, 5.) §. Allda sahe Brigitta.

§.20 Maria Magdalena: aliæ Mariæ, de quibus multas movit quæstiones I. Maldonat. colum. 535 536. in c. 26. Matth.

MARITUS & MARITA. §.1

Tria fulcra amicitiæ conjugalis:

1. Honor mutuus inter conjuges, 1. Petr. 3. vers. 6. 2. Veritas mutua, candor, sinceritas, animi affectio intemerata. 3. Amor solidus, constans, tenax, ut ille: Felices ter & amplius quos irrupta tenet copula. Hæc eadem politiarum fulcra esse perhibent, ut honoretur Magistratus, excolatur veritas, accumuletur mutuus amor civium & membrorum Reipubl.

Virtutes illius. §.2

Pietas, Psal. 128, 1. sic pius Isaac Genes. 26, 13. à Deo locupletatur: conjungant suas preces conjuges, 1. Cor. 7, 35. ut sponsam virtute præditam a Deo impetret, Sir. 26, 3. 4. Isaac pro Rebecca orat, Gen. 25. v. 10.

Castitas à Deo præcepta, 1. Thessalonic. 4. vers. 13. Proverb. 31, 3. ut caveas blanditias mulierum insidiosarum, Sirac. 43, 14. Præscripta legibus civilibus, l. miles §. judex ff. ad L. Juliam de Adulter. quæ in impudicos viros armata est ab Antonino Pio. (Baronius ad annum Christi 161. ex August libro secundo capit. 8. de adulter. conjug.) qui lege sanxit, ne posset vir accusare conjugem adulterii, si ipse impudicè vixisset. Cyrus Pantheam, ne hujus amore inflammaretur, aspicere noluit, Zvinger. fol. 66. a. Theatr. nempe ne per oculos mala irreperet cupiditas. David à vitiatis abstinuit concubinis, 2. Samuel. 20. versic. 3. magno castitatis & incestus vitandi exemplo; tristissimo verò tanti mali monimento.

§.3 *Charitas*, Proverb. 5, 19 Ephes. 5. versic. 28. 29. Matth. 19. v. 5. Jacob amat Rachelem, Genes. 29, 18. Sit tibi uxor sicut cerva; Attamen *non sit supra Deum.* Sic Adam, Salomon, Achab uxores dilexerunt plus justò, Genes. 3, v. 16. 1. Reg. 11, 1. 1. Reg. 21, 8. Pericles nunquam domo egressus, quin Aspasiam uxorem dissuaviaretur.

Effectus ejus est, gaudere sua conjuge & ejus amore satiari, Proverbior. 5. versic. 18. 19. aliam non concupiscere, Sirach. 42. vers. 24. nec super inducere. Genes. 31. vers. 50 Si introduxeris, &c. Conjugi suæ de necessariis prospi-

prospicere. Genes. 3. Tempus (ait Jacob) *est, ut prospiciam domui meæ*. Esa, 38. Ruth. 3. v. 9. *Honorare* eandem ceu propriam costam, non afficere injuria. Et fidelem esse maritæ: Sic Ulysses Circen & Calypson Deas sprevit præ amore mortalis Penelopes. Hector Andromachen flevit, excisâ Troja, præ reliquis, Johan. Ludov. Vives pag. 349. de offic. fœmin. Christ. libr. 2. *Liberare*, 1. Samuel. 30. vers. 17. *Consolari*, 2. Samuel. 12, 24. Tob. 5, 26. 27. *Corripere, moderatè*. Job. 2, 10. opponitur huic Charitati Zelotypia. Richt. axiom. Oecon. 64. V. infra Tit. Zelus.

Clementia & Patientia, ut ferat infirmitates costæ & carnis suæ, 1. Petr. 3. vers. 7. Coloss. 3. vers. 19. mariti non amari. Cotys Rex Thraciæ mediam uxorem conscidit, Zvvinger. d. l. 66. Confer Johann. L. Vivis pag. 314. de officio Christianæ fœminæ, de Justina fœmina.

Ne tamen nimis indulgeat conversationi cum aliis maritis. Richter. axiom. Oeconom.

Humanitas. Ne sit leo in domo, Sirac. 4. v. 35. Talis olim Nabal fuit, 1. Samuel. 25. leo clamando, sæviendo, rixando, omnia mordendo, ex libidine sola dominando, non ex ratione.

Diligentia, qua domum sibi condat & ædificet propriam, Sir. 36, 28. ei benè præsit, Genes. 30, 30. 1. Timoth. 3, 4. cap. 5, 8.

Contentatio, ut fugiat avaritiam, Sir. 4. v. 36. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta, 1. Tim. 6. v. 6. magnum lucrum, &c. V. Αὐτάρκεια.

Veritas. Proverb. 29, 12. Princeps, qui (libenter) audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.

Prudentia in conservanda autoritate, &c. ne sequatur consilia fœminæ in cultu, 1. Reg. 11. versic. 2.

Justitia. Patiatur uxorem simul dominari, corrigat peccantem. Vide supra, numero II.

Defendat læsam. Sponsa apud Romanos introducta in ædes olim dicebat: ubi tu Cajus, ibi ego Caja, h. e. Domina. Plutarch. in quæst. Rom. non plus justò æmulari, Sir. 9, 1. V. Zelotypia.

Sterilem consolari. 1. Samuel. 1. dixit Elcana, v. 8.

§. 4 *Prudentia*, ne mulieri in omnibus relinquat voluntatem, Sir. 25, 4. c. 9, 23. A. Simili. Ut aquæ agger objicitur: Sic prudentia viri stultitiæ muliebri. Ne delatori fidem adhibeat. Deuteronom. 22, 14. Sirac. 7, 28. Stolida mulieris consilia non admittat, sed prudentia. Exempla, Adam, Salomon, Abraham, Genes. 21. vers. 10. David non spernens consilium mulieris Thecuitidis, 2. Samuel. 14. & 1. Reg. 1, 17. 18. Esther. 8, 14. Matth. 27, 19. rem tueatur adversus sumptuosam, Sir. 43. v. 7. 8.

Felicitas. Si sagacem conjugem habeat, si probam, Sir. 23, 11. c. 36, 25.

Luctus super obitu uxoris. Vide titul. numer. 11. §. *Charitas*. Exempla apud Zvvinger. folio 45. a. Theatr. Darius mortem uxoris suæ per tota Castra planxit. Zvvinger. Theatr. fol. 49. b. 50. a.

Affectiones Mariti.

Majestas, & *Dominium* mariti. Genes. 3, 16. voluntas tua marito sit subjecta, &c. Esther. 1. versic. 22. Ipse tibi dominabitur, 1. Corinth. 11. vers. 3. Ephes. 5, 22. vide Hieronym. ad Cælantiam.

Potestas mariti. Quam peculiari lege sanxit Ahasverus, Esther. 1, 19.

Maritæ officia. §. 5

Charitas erga Sobolem. Non accersat sibi sterilitatem, ut olim fecit Clementia Burgunda. Zvving. f. 66. a. Theatr.

Erga maritum, ut eum exhilaret, Proverb. 5. versic. 18. cap. 31. vers. 12. Uxor Phocionis (apud Plutarch.) maritum suum opes suas, thesaurum & mundum suum vocabat. Evadne Uxor Capanei, Thebani civis, in rogum mariti simul comburendam sese conjecit. Zvvinger. fol. 48. a. Senecæ Uxor unà cum marito mori voluit, fol. 49. a. §. Cum Cæcinna Tygranis Armeniæ Regis uxor capta à Cyro unà cum maritò fuit, sed liberatis ambobus, Tygranes interrogavit, quid sentiret de Cyri pulchritudine? abs te (dixit) ô Marite! nunquam oculos deflexi: itaque formam Cyri ignoro. Xenophon.

Patientia in adversis, ut ea forti animo perferat una cum marito, cui inviolabili fœdere conjuncta est. Fannia maritum exulem semper secuta est. Zvvinger. f. 49. a. Fannia. P. Camerarius part. 2. pag. 229. hor. subcisiv. de Smirnæa fidelissima.

Mariti defectus ferat. Zvvinger. fol. 276. Sic Abigail 1. Sam. 25. nævos tegat. Huc quadrat illud Apostoli Galat. 6. alii aliorum onera portate.

Diligentia. Uxor diligens est corona viri, Proverb. 12, 4. Instituat liberos diligenter. Aristotel. in Oeconom. non sit uxor Andromache. Zvvinger. f. 44. b. Equorum illa potiorem cibandorum curam habuit, quam Hectoris mariti. Turpe! nunquam cesset ab opere. Arist. in Oeconom. digiti non sint ociosi a colo, Prov. 31. v. 13. & 19.

Adjutorium sit viro. Gen. 2. v. 18. Faciamus ei adjutorium.

1. Ad prolis procurationem. Gen. 1. crescite & multiplicamini.
2. Familiæ gubernationem: Est enim lampas in domo, Sir. 26, 22.
3. Curarum levationem: quarum jugum ex æquo ducat cum marito.
4. Ad omnes necessitates sufferendas unà cum marito.

Humilitas: præcipuum maritæ ornamentum. 1. Petr. 3. versic. 6. quæ viro obediat. Ephes. 5. v. 22. Coloss. 3, 16. Agnovit id Aristoteles

ſtoteles libr. 1. c. 4. Oecon. libr. 2. cap. 1,2,3. ſeqq..

Huic opponitur *Superbia*, quæ in Vaſthi Eſther. 1. & aliorſum, Eſa. 3. verſ. 16. ſeqq. deſcribitur.

Parſimonia, magnum rei familiaris vectigal, inprimis curæ ſit maritæ, Proverbiorum 13. verſ. 17. Colligite fragmenta, dicebat Salvator Johan. 6. verſ. 12. Huic opponitur *Sumptuoſitas*, de hac Baſil. Homil. Contra divitem. Cui vitio indulſit Oeconomia Epulonis illius Luc. 16.

Taciturnitas. Non pandat ſecreta domus, Ariſtot. in Oecon. Richter. axiomat. 63. Oecon. de marito.

§.6 *Caſtitas & modeſtia*, Ruth. 3. verſ. 3. Sponſa olim non tranſibat limen futuri mariti, ſed transferebatur, ne ſponte videretur in ædes ingreſſa, in quibus amittenda Virginitas. Zvvinger. fol. 14. b. Caſta. Huic opponitur *Fucus.* Chryſoſt. hom. 31. in 9. Matth. 2. Reg. 9. Jeſabel fuco uſa, verſic. 30.

Habitus peregrini. Deuteronom. 22. verſ. 5. non induetur, &c. Hinc Demacheo rectè dixit, *pudorem eſſe arcem pulchritudinis*; quæ verò mulieres eo carent, facilè pulchritudinem proſtituunt. De cultu fœminarum vide Tertulliani librum. Cyprianum libr. de diſciplina & habitu virginum. Chryſoſtomum in 1. Timoth. 2,9. Hieronym. in Epitaph. Paulæ.

Caſtitatis effectus eſt, non permittere cantiones amatorias, aut verba impudica. Ariſtoteles in Oeconom. Hinc Monica mater Auguſtini ſobriè & pudicè ſe educatam eſſe ſcribit, Auguſtin. libro nono capit. 9. Confeſſion.

Candor. Ut candidè cum marito agat. Nihil per fraudem, ſubdolè nihil. Apertè & ſincerè omnia. Zvvinger. fol. 48. b. Learchus interemptus ab Eryxona.

Fidelitas, ne maritum prodat, ut fecit Dalila. Eduardi Regis Angliæ Conjux vulnera ſuxit lethalia & venenata mariti, ut ſanaretur. Carthaginenſium fœminæ noluerunt ſeparari a maritis, ſed eandem belli aleam tentare, eademque cum ipſis experiri pericula. Diodorus Siculus lib. 13.

Non nimis lugeat maritum defunctum. Artemiſia Cariæ Regina viri defuncti cineres paulatim ebibit præ amore. Zvvinger. Theatr. fol. 42. b.

Non conſciſcat ſibi mortem. Cetei Ducis uxores duæ contendunt comburi, miro amoris exemplo. Zvving. f. 48. a.

Phila Regis Poliorcetis conjux audiens maritum occubuiſſe in prælio, præ luctu nimio veneno ſe extinxit. Zvvinger. 48. b. Ibidem de Clyte, Panthea. Polyxena ad Achillis tumulum gladio ſe confodit, f. 51. b. Zvvinger.

Honore afficiat. Cleopatra Antonii tumulo oſcula & coronas intulit. Zvvinger. f. 99. a.

§.7 *Humanitas.* Tanta illa fuit in Monica matre D. Auguſtini, quæ tradita viro ſervivit uti Domino, ut ait Auguſtin. libr. 9. cap. 9. Confeſſ.

Concordia. Eam diligat uxor, ne iram inter maritos etiam ſibi proximos acceleret atque ſuccendat.

Uxor bona & maritus caſtus cervis ſimiles.

I. *Ratione amoris*, qui eſt
(α) Singulariſſimus.
(β) Jucundiſſimus.
(γ) Nullo felle mixtus.

Dicuntur enim cervi & cervæ felle carere: Sic pii conjuges felle careant amaritudinis. Et ſolebant Ethnici Junoni pronubæ ſacrificantes fel exemptum abjicere.

II. *Caſtitatis*, quia ſecretò cervus cum cerva dicitur congredi, & poſt coitum in ſcrobem ſe abdere, ac ſi eum coitus puderet, donec pluvia ablutus ad paſcua redeat.

III. *Auxilii mutui.* Velociſſimè enim ad opitulandum accurrunt mutuò. Vide Bedam in Prov. 5. v. 19.

§.8 *Lucerna ſplendens* Uxor bona, Sir. 26,22.

1. Illuminans familiam doctrina.
2. Facem bonorum Exemplorum eidem præferens.
3. Noctu tribulationum maritum exhilarans.
4. Maritum in quibusvis calamitatibus ſequens. Hinc olim in nuptiis faces adhibebantur, quæ hoc ſignificarunt: dictæ *tædæ jugales*, geniales, Matth. 25,1.

Columnæ Aureæ, Sir. 26,23.

1. Quibus innititur familia tota.
2. Quibus innititur maritus.
3. In quibus eſt conſtans animus: Hæc enim virtus quoque per Metaphoram Columnarum innuitur.

§.9 *Speculum*: Huic comparat Plutarchus uxorem caſtam. Nam non refert, an ſpeculum gemmis auroque ornatum, modò pellucidum ſit, purum, terſum, nihil habens depreſſi vel prominentis: Sic non divitias ſpectes in conjuge, dummodo caſta ſit, modeſta, obſequii plena & obſervantiæ.

§.10 *Sol.* Sir. 26,21. Sicut ſol oriens mundo in altiſſimis Dei: Sic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ejus. Ut enim Sol

1. *Illuminat mundum* nova gratia & luce oriens; Sic caſta uxor illuſtrat domum, exhilarat domeſticos & maritum.
2. *Pellit tenebras*: Sic animæ dolores marito depellit.
3. Latè ſpargit radios: Sic caſta etiam uxor extra domum latè pietatis radios ſpargit.
4. *Viam monſtrat*: Sic caſta uxor viro ſæpe eſt à conſiliis. Sine Semiramide inconſulta Menon maritus nihil fecit. Diodor. Sicul. libr. 3. c. 2. Aſpaſia Cyro pro domeſtico oraculo fuit. Livia Auguſtum rexit. Pompejæ Plotinæ conſilia Trajanus Imperator ſecutus eſt.

Plura de maritarum officiis leges apud Joh. Ludov. Vivem Valentin. de officiis Chriſtianæ mulieris.

MARSUPIUM. *V. Judas Iscarioth supra.*

MARTYRIUM.

§.1 *Notatio.*

Quasi dicas Testimonium, à Græca voce Μάρτυς testis, quod excellentissimum, sanguinis sigillo aliquid obsignare. Tribuitur verò hoc nomen ipsi Christo ob passionem, 1. Timoth. 2. vers. 6. laxè verò voce Martyris utuntur Veteres, pro quolibet actu servitii religiosi. Hieronym. in vita S. Paulæ: *Non* (ait) *solùm effusio sanguinis in Confessione Martyrium reputatur: Sed devotæ quoque mentis servitus quotidianum Martyrium est.* Sic Gregor. in Registr. Isidor. in Etymolog. Chrysostom. in sermonibus. Bernhardus in sermonibus. Auctor libr. de duplici martyrio apud Cyprianum. Ambros. in Psal. 118. V. 157.

Synonymia.

Significatur Phrasi illâ: *Calicem Domini bibere*, Matth. 20, 22. Martyres olim Biothanati dicebantur, h.e. violenta morte digni, vel perimendi, folio 100. Tom. 12. Ann. Baron. numer. 40. 45. 2. Corinth. 4. vers. 11. morti nos destinavit. Dicitur etiam Martyrium Carnis, quævis passio & afflictio, ap. Gregor. Homil. 3. in Evangel.

Homonymia.

I. Apostoli martyres, testes, Actorum 18, 22. cap. 22, 15. II. Stephanus, Actor. 22, 20. Antipas, Apoc. 2, 13. cap. 6, 9. cap. 12. III. Abel initians martyria, Cyprianus libro quarto Epistol. 6. IV. In carcere mortui. In fuga occisi, Cyprianus d. l. V. morte frustrati, à Tyrannis licet intenta. Videlicet Sadrach, &c. Solus, Athan. orat. 3. contra Arianos. VI. Catechumeni absque Baptismo coronati. Vide Ambrosium sermone funebri in obitum Valentiniani Junioris Augusti. VII. Qui ex charitate pro salute proximi morti se devoverunt, ut Diaconi, &c. Presbyteri Alexandriæ, tempore gravissimæ pestis, pro fratribus occumbentes. Vide ad d. 28. Februarii Martyrolog. Roman. Fulgos. libro septimo cap. 16. 17. histor. VIII. Ærumnosi & afflicti animam. Sic Maria, Johannes & tentati plurimi.

§.2 *Quid Martyrium propriè dictum?*

Confessio *nominis intrepida divini*, quam morte nostra ceu veram obsignamus. Duo ergò sunt in Martyrio: Actus ille quo confitemur & recipimus mortem ultrò; & ipsa *Mors* ceu sigillum, cujus requisita sunt:

1. *Realitas*, ut fiat realis separatio animæ à corpore.

2. *Patientia* voluntaria in eo qui patitur mortem.

3. *Directa intentio fidei obsignandæ.* Hoc sensu milites non sunt martyres, etsi pro fide succumbant.

4. *Causalitas*, ut fiat ob fidem defendendam.

5. *Absentia peccati mortalis.* In hoc enim aliquis existens, Martyr esse non potest, 1. Corinth. 13. v. 3. Si charitas desit, si Schismaticus quis sit: Is enim Martyr non est, ut rectè docet Augustinus libro primo cont. Epistol. Parmeniani cap. 7. & epist. 50. Martyres objustitiam fieri docet. Matth. 5. Beati, &c.

Conscientiæ Martyrium.

Id est, non abnegare fidem, non prodere veritatem, neque in idolorum aris sacrificare aut thus adolere, Martyrem ostendit. Athanasius tomo 1. fol. 132. liter. A.B. Sic Abraham fide Martyr factus est. Ibidem.

An subeunda?

Valentiniani martyria negabant (folio 115. Baron. 2. Tom. numer. 10.) Deo esse accepta. Ibidem Tertullian. in scorpiaco cap. 1. Idem docuit Basilides apud Tertullian. de præscript. non procul à fine. Esse subeundum multis rationibus suadet Clemens Alexandr. libr. 4. Stromat.

§.3 *Causa conservans* eos, Deus est. Is enim militat in nobis & pro nobis in omni martyrio. 1. Corinth. 15. v. 10. Gratiâ Dei id sum, quod sum. Errat, qui martyrii causam etiam D. Mariæ assignat, Cornel. à Lapid. in cap. septimo Actorum versic. 57. *Impellens:* amor erga Christum. Apocal. 12. *non dilexerunt*, &c. Huc refer Martyrum requisita. Infra numer. VIII.

Subjectum est homo fidelis (hic verò si spiritu confirmatus non sit, fugit licitè, Matth. 10. v. 23) paratus ad hanc Confessionem, 2. Corinth. 12, 15.

Modi Martyrii. Martyres bestiis objecti; ab his attracti; illi Cathedræ igneæ impositi sunt. Sic Viennæ factum Baron. 1. Tom. 2. fol. 234. numer. 40. 45. Canibus objicitur, 237. numero decimo. S. Diacono laminæ aureæ candentes affixæ sunt, & quidem corpori ipsius, ut Christianismum abnegaret; sed non fecit. Baron. Tom. 2. fol. 232. numer. 40. anno Christi 179. Quatuor præcipuè Martyribus proposita: Nega Deum, incende Testamentum, Thus pone, Basilicas dirue. Opt. Milevitanus, lib. 3. p. 76.

§.4 *Forma* boni Martyrii non consistit in pœna, sed in causa. Tertullianus: *Martyres non faciunt Evangelium, sed per Evangelium fiunt.*

Tria itaque concurrunt. 1. Pœna. 2. Causa. 3. Fides. Confer Gregor. M. libro secundo Epistol. capit. 36. ad Episcopos per Hibern. §. Scripta vestra. Augustinus in Psalm. 34. Conc. 2. libro secundo contr. Epistol. Petiliani, cap. 98. Epistol. 50. ad Bonifacium Comitem. Epistol. 61. libro quarto de Baptism. cap. 22. Bernhardum Epistol. 77. ad Hugon. Nec in eo protinus est Martyrium, qui se temerariè objicit, aliisque occa-

occasionem male agendi præbet, ut recte docent Scholastici. Sola igitur pertinacia in perferendis passionibus Martyrium non constituit. Vide de patientia Indorum *Zwinger*. fol. 199. a. §. in India.

Finis 1. *Ob Christi gloriam pati Martyrium*: 2. *Ob animarum bonum*. Phil. 2, 17. si immoler super sacrificio & hostia fidei vestræ, gaudeo, & congratulor vobis omnibus. 3. *Ob Confirmationem Sacræ Scripturæ & doctrinæ Christianæ*. 4. *Non ob pœnarum expiationem*, ut olim docuit Basilides. Clemens Alexandr. libro 4. Stromat.

§. 5 *Effecta*: *Bene uti malis*. Mors malum; hoc bene utuntur martyres ad confirmandam fidem: ex Augustini doctrina Tomo 2. 2. *Perdere* gratiam & misericordiam humanam, ut coronam lucrentur divinam. Augustinus Tomo octavo colum. 1580. *Naturam virtutis* prodere, quæ sic crevit. *Virtutem probare*. *Laudes Deo cumulare*, juxtimque Martyribus. *Confirmare* religionem Christianam. Hoc agnovit Antoninus Pius in rescripto, quo vetuit persequi Christianos. Anno Christi 154. Eusebius libro 4. cap. 12. Baron. ad h. ann. *Extinguere* suo sanguine Anti-Christum, Tertullian. libro de anima, cap. 50. *Crucifigere* carnem, quod martyres in sublimiori gradu præstant. *Glorificare* Deum, Johann. 21, 19. qua morte Deum, Augustin. Tom. 9. colum. 378. 6. *Gloriari* in tribulationibus. Chrysostom. in Roman. 5. *Confiteri Christum*. *Gentes convertere*. Tertullian. Per Martyrium ille cogitur credere, qui te voluit occidere. *Commutare feliciter*: compedes in coronas vertere. Augustinus Tom. 8. colum. 1142. c. Martyrum vulnera sunt ora, quibus Dei laudes prædicaverunt. His verbis usus est Romanus Martyr. quidam erga Galerium Imperatorem, cum ei latera scinderentur: *Ex Equuleis sibi scalas ad cœlum facere*. Salvianus libro 3. de gubernatione mundi. Pulchre (ut solet) P. Chrysol. sermon. 174. de Johann. Baptist. & Herode: Ecce tu jaces in morte: Johannes vivit occisus. Tu purpuram perdidisti; ille non perdidit gloriæ purpuram. Tui convivæ participes sunt pœnarum: Johannes cum toto choro cœlestium lætatur. Audit cœlestem Symphoniam: Tu inferni gemitum. Johannes fruitur regno: Tu perpetuo premeris servitio. *Non merentur aliquid Passionibus suis*: quorsum tamen locus Galat. 1. Adimpleo ea, quæ desunt &c. Vide Cl. Espensæum folio 345. A. 2. oper. *Nec redimimur illorum passionibus*. Testantur Thomas part. 3. q. 48. artic. 5. ad 3. & Patres plurimi. C. Espens. folio 344. 345. in 2. Timoth 2.

§. 6 *Virgines Martyres*. Eusebia, Basilla, ap. Baron. Tom. 2. fol 630. n. 25. 30. Annal.

Vota ultima. S. Cyprianus audiens sententiam judiciariam (Cyprianus morte morietur) dixit: Amen, ita fiat. Polycarpus, occideris (ait) me, beaveris me. Laurentius ludificatur Tyrannum assatorem. De Symphoriano vid. histor. Eccles. De Adriano, anno Christi 306. Sub Diocletiano Cæsare vixit. De Basilio, cum deliberandi spatium daretur, atque sententiam mutandi: cras (ait) idem ero. Illa sane fortitudo animæ evidenter, Christum, qui eam in cordibus Electorum effecit, verum esse Deum, confirmat.

An Martyrium vicem Baptismi suppleat, disputant Scholastici in 4. sentent. distinct. 4. Quod vero iidem Martyrio ablutionem peccatorum attribuunt, id minus convenit scripturæ: Insuper & merito Christi detrahit, cujus solius est abluere peccata, 1. Johan. 1. v. 7. Confer Augustinum quæstione 49. in lib. Judicum. Idque secum reputantes Martyres in ipso carcere a sociis baptisati, vel ut baptisarentur, priusquam ad Martyrium raperentur, occultare sese voluerunt, ut refert Martyrologium Usuardi ad XI. Cal. Septembr.

An ex opere operato valeat? Affirmat Estius in 4. distinct. 4. §. 21. sub fin. Bellarmin. libro 1. capite 6. de Baptism. G. de Valent. in 2. 2. disputat. 8. quæstion. 2. p. 2. Busæus v. Martyr. Alii tamen dubitant, apud Valent. d. l. Quod vero martyrium promereatur beatitudinem ipsam essentialem, ut docet Valent. Tomo 3. disputat. 8. quæstion. 2. punct. 2. nuspiam scriptum est. Martyrium ex singulari Dei privilegio omnia peccata expiat, omnesque pœnas eis debitas abolet, ait Cornelius a Lapid. in cap. 1. Jacobi col. 16. lit. C. I. solius Christi sanguinis est, abolere omnes pœnas, Esa. 53. vers. 5. 6. vere Augustinus tractat. 84. in Johann. hoc negat. *In fraternorum (ait) peccatorum remissionem nullius sanguis Martyris effunditur, quod fecit ille* (Dominus) *pro nobis*. Idem docet Leo I. Papa Roman. Epist. 83. ad Palæstin. Episc. c. 4. & epist. 97. c. 2. ad Leonem Augustum.

Adjuncta. §. 7

Quantitas maxima sub Diocletiano. Singulis mensibus 17. millia Christianorum cæsa sunt, totis decem annis. Hinc vicies centena millia, h. e. duo milliones martyrum interfecta sunt. Thomas Bozius lib. 12. de signis Ecclesiæ, capite 27. In sola Roma plusquam 30. millia martyrum extitisse.

Ignominia. Ducebantur enim ad petram, quæ scelerata dicebatur, quod pro sceleratis haberentur. Testantur hoc Acta S. Hippolyti & sociorum. Eusebius, quod quolibet anno &c.

Maximianus Cæsar Christi Confessores dextro oculo privavit, & sinistrum poplitem eis excidit.

Vestes lavare, h. e. mundare dicuntur Martyres, Apocal. 7, 14. 1. Johann. 1. v. 7. sanguine Christi, instar sapone efficacissimo, h. e. gloriam & beatitudinem habere a Christo ejusque merito. *Albæ vero stolæ* iisdem attribuuntur, 1. ob fidem candidam, pro qua mortui. 4. Ob victoriam & pacem, Apocalyps. tertio, v. quinto. 3. Ob gloriam & immortalitatem. Vide Bernhardum sermone primo de die Paschæ.

Consequent:a Martyrii.

Martyrum corpora ſub dio jacuerunt. Combuſtorum cineres in fluvium abjecti, Baron. Tom. 2. fol. 237. n. 30. Sic Lugduni Gallorum factum. Idem teſtatur Auguſt. c. 6. lib. de cura pro mortuis.

§. 8 *Eorum dies cur annotati?* 1. ut hiſtoriæ martyrum recitarentur toti Eccleſiæ certis temporibus. Vide Martyrol. Roman. 2. Deo gratiæ agerentur pro conſtantia eorundem. 3. Alii ad ejusmodi virtutes invitarentur. Ad erudiendum (ait Auguſtinus) populum Dei nullorum eſt utilior forma, quam martyrum: Validiora ſunt exempla, quam verba; & plus eſt opere docere, quam voce.

Martyrum requiſita.

1. Firma doctrinæ veræ notitia & demonſtratio. 2. Viva in Chriſtum fiducia. 3. Conſtantia in profesſione. 4. Fortitudo in ferenda cruce. 5. Obedientia & patientia ſub cruce. 6. Spes in præmii certitudine. 7. Invocatio Dei, cum ſoli Deo preces cauſamque omnem committimus.

Veteres contractius. 1. Charitas Chriſti imperat martyrium. 2. Fortitudo metum vincit. 3. Fides animum confirmat. 4. Patientia ſuſtinet.

§. 9 *Non adorandi.* Solus enim Deus invocandus, Matth. 4, 10. Pſalm. 121, 2. Pſalm. 50, 15. Johan. 16, 23. Adſtipulantur Veteres: Origenes in c. 1. ad Romanos. Hieronymus epiſt. 53. ad Ripar. Chryſoſtomus orat. in S. Acacium: Honora (inquit) illum, *quem martyr confeſſus eſt.* Cyrillus libro 8. cap. 11. Theſauri. Auguſtinus libro 10. cap. 19. de civit. DEI, & libro de vera religione cap. 55. *Honorandi ſunt propter imitationem, non adorandi propter religionem.* Idem libro 20. contra Fauſtum: *Honorandi ſunt charitate, non ſervitute.* Epiphan. in Antidicomarian. *ultra quam oportet*, ſancti *non colendi* ſunt; ſed *colendus ipſorum Dominus.* Epiſtol. Smyrnenſ. apud Euſeb. libro 4. cap. 15. hiſtor. §. Jeſum Chriſtum.

Sepulti olim ſub Altari, teſte Auguſtin. ſermone 11. de Sanctis.

1. Ut indicarent veteres, martyres ſeſe Deo ſacrificaſſe.

2. Memoriam conſtantiæ Martyrum conſervarent. Atque hinc nomen Martyrii de Templis ipſis (quæ ſuper ejusmodi altaribus extruebantur) uſurpari cœptum eſt: ut in Conc. Chalcedonenſi, Cyrill. Catech. 14. Eccleſia dicitur Martyrium S. Euphemiæ. Hinc in jure Canonico ſancitum eſt, ut nonniſi illatis Martyrum ſanctorum reliquiis ara extruatur. Martyria ſua jactitabant Montaniſtæ, Marcioniſtæ, Baron. Tom. 2. Ann. Chriſti 173. f. 195. n. 25. 30. 35.

§. 10 *Cavillatio in Martyres.* Martyrum conſtantia olim fuit dicta obſtinatio a Gentilibus. Marcus Aurelius in vita ſua Gal. lib. 3.

Æſtimatio: oſſa eorum reputata ſunt inferno proxima. Auguſtinus in Pſalm. 140. col. 1627. d.

Confidentia, qualis in martyrio debeat eſſe. Troſt ab Exemplis contra Tyrannos. Vide Chryſoſtom. Tomo 5. fol. 286. in epiſt. ad Cyriacum Epiſcopum exulem. Singulare: Victor Uticenſis refert in perſecutione Vandalica, Martyres Deum laudaſſe, etſi ipſis linguæ exſectæ fuerint.

Fortitudo Martyrum & fœminarum: vid. Baſil. homil. in Julittam, folio 94. 95. Tomo 1. Valeat vita, valeat hæreditas, dixit Julitta.

Charitas fuit in eis ipſi vel morti prævalens, Cantic. 8. Vid. Auguſtinum Tomo 2. colum. 442. a. b.

§. 11 *Cogitationes & meditationes eorum.* (1) Perpenderunt illud Rom. 8, 18. non ſunt condignæ pasſiones. Auguſtinus Tom. 10. col. 1654. d. Pſalm. 116. v. 13. Acceperunt calicem Domini, nomen invocaverunt, Auguſtin. Tomo 8. col. 1153. b. c. (2) Advenas ſe eſſe intellexerunt: Sic Baſilius ad Tyrannum dixit. Vid. Tertull. libro de Martyribus. (3) Duo in illis luxerunt: α. Spes. β. Pasſio, Auguſtin. Tom. 8. col. 645. c. (4) E mundi exilio & carcere ſoluti ſunt. (5) Chriſtum ut caput intuiti ſunt, Ambr. in Pſal. 34. (6) Mortem lucrum putarunt, Phil. 1, 21. 2. Macc. 7. (7) Exempla hujus conſtantiæ ſunt ap. Euſeb. lib. 7. c. 14. Baſilius Magnus: Cras (ait) Tyranno deliberandi ſpatium danti fidem do. Marinus d. l. Euſeb. & lib. 2. c. 32.

Officia.

§. 12 *Gaudere Martyrio.* Alexander Severus ſibi gratulatus eſt, cum ex Thraſybulo Mathematico percepiſſet, ſe obiturum eſſe gladio barbari, quod ita Cicero, Pompejus, Cæſar occubuiſſent: Nos ex Rom. 8, 37. gaudeamus cum Paulo mortem ſpernere, cum Chriſto mori, cum tot Martyribus mori, Johanne, Paulo, Petro, Jacobo. Zwingerus f. 72. §. mortis &c. Polycarpus agit Deo gratias, quod eum inter Martyres retuliſſet, & celebritatem diei iſtius (quo cremari debebat) tribuiſſet. Baron. tom. 2. fol. 175. n. 5. 10.

Sceleſta martyria vitare, videlicet Circumcellionum. V. ſupra Circumcellio. Anabaptiſtarum. V. infra n. 22. hoc loc.

Non ſe ultro offerre ad ſubeundum Martyrium. V. Cyprian. Epiſt. 83. §. Vos autem fratres. Idem ſerm. de mortalitate. Hieronym. lib. 2. c. 14. in Matthæum producit exemplum fugientis Chriſti, occiſo Johanne Baptiſta.

Nec ſe ipſum occidere. Auguſt. lib. 1. c. 17. ſeq. de Civit. DEI.

Gloriari de falſis Martyriis non debemus. Symphronianus Novatianus jactitavit martyria, extra matrem & concordiam. V. Pavian. Epiſt. 2. de Catholic. nomine. *Multo minus eadem ſpernere* fas eſt. Id olim faciebant Gnoſtici, a qua culpa ſumus alienisſimi nos Evangelici. Contra accuſationem Fewardentii in lib. 3. c. 20. Irenæi Not. X.

Recordari martyrum, noſtri eſt officii.

1. Ob virtutum imitationem.

2. Ob gratitudinem Deo præſtandam pro iſtis gratiæ vaſis.

Exempla Martyrum: Abel, Prophetæ multi, Matth. 23. Zacharias, d. l. Innocentes pueri, Matt. 2. Stephanus, Act. 7. mater Machabæorum, Julitta, apud Baſilium, & alii: Maximus Epiſcopus Hieroſolymitanus, qui dextro oculo privatus fuit, & inciſum habuit dextrum brachium, Theodor. V. Tyrannis.

§. 13 *Similia.*

Sicut *Agricola* perdens grana, ſibi illa reſervat in agro maximo cum fœnore: ita martyres ſunt Dei frumentum. Ut Agricola primo perdit frumentum, deinde cum fœnore recipit: ſic martyres vitam perdiderunt & corpus, quæ cum fœnore recipient. 1. Cor. 15, 42. ſeq. ſeminatur corpus. Roman. 8, 18. non ſunt condignæ, &c. *Altaria* tota ſanguine operta. Exod. 24. Fudit ſuper altare &c. *Animalia fidelia* Chriſti jugum geſtantia liberrime. Matth. 11, 29. Tollite jugum meum, ait Chriſtus: certe Martyres jugum ſuſtulerunt (1) laborum variorum, 2. Cor. 11. (2) Periculorum variorum, d. l. (3) jugum mortis pro Chriſti doctrina & Eccleſia. Apoc. 12, 11. non dilexerunt animas. *Animæ* interfectorum ſunt animæ Martyrum, Apoc. 6. Auguſtin. Tom. 9. col. 666. c. *Apes* Dei: ſicut enim illæ ad alvearia ducuntur, ut melle paſcantur; ſic Martyres ad cœlos, tanquam Dei alvearia ducti ſunt, ut æterno gaudiorum melle paſcantur. *Athletæ* fuerunt in palæſtra Dei exercitati. *Botri* vino ſuaviſſimo Chriſti pleni, ſub torculari crucis expreſſi ſunt, Greg. ad c. 8. Cant. Cantic. *Color coccineus in tapetibus:* is erat in tapetibus tabernaculi Levitici, Exod. 26, 1. ſignificat color ſanguinem Martyrum pro veritate & eccleſia effuſum. *Columnæ* Eccleſiæ, Chryſoſtom. ſerm. in Juvent. & Maxim. Euſeb. l. 5. c. 1. Attatidno martyrem vocat columnam. *Conſperſi:* Chriſti ſanguis in cruce, notat ſanguine quoque ſuos conſperſum iri miniſtros. Aug. Tom. 8. col. 1617. b. *Davidi ſimiles:* ſic & illi vincunt Goliathos, Ethnicos incredulos. Auguſt. Tom. 10. col. 1608. c. *Ebrii* ſpiritualiter dulcedine Dei, Pſ. 36, 9. Aug. Tom. 9. col. 774. & qui amicos propinquosque ſuos minime noverunt. *Felices naufragi:* dum enim navem corporis frangi ſinunt, verum aurum Job. 22, 24. Deum inveniunt. *Heroes*, lagenas corporum ſuorum frangentes, ut Jud. 6. 7. v. 19. *Incus* nulla vi frangibilis, quæ nullo mallei ictu disjici potuit. *Lagenæ fractæ*, ut hoſtes vincerentur, ut Judic. 7. *Lunæ* ſimiles fuerunt, quæ cum maxime vicina eſt ſoli, Ecclipſin patitur: ſic martyres Deo proximi tandem vitæ Ecclipſin paſſi ſunt. *Milites* Chriſti fuerunt 1. vulnera patientes. 2. vulnera ſua coram Rege oſtentantes. 3. Triumphantes & multa ſpolia ab hoſte (Satana, mundo) referentes. Apocal. 12, 11. vicerunt ſanguine agni. Cyprianus de laude Martyrii: *Oleum* fuerunt, quo ignis verbi divini magis accenſus eſt. Theodoret. ſermon. 9. de curand. Græc. affectionib. *Palmigeri*, palmas gerentes victoriæ. Tertull. 49. Apol. vincimus, cum occidimur. Palmata veſtis, habitus noſter.

§. 14 *Plantæ* ſolent rigari, ut eo felicius creſcant: ita Martyres rigati ſuo ſanguine magis creverunt in fide & amore ad cœlum usque. *Peccatores felices*, qui ſe omnibus mortibus expoſuerunt. Auguſt. Tom. 10. col. 1698. c. *Robuſti illi*, quorum facies, quaſi facies leonum, 1. Chron. 12. Applica: Martyres robuſti fuerunt. Eph. 6. fortes in Domino: non timuerunt leonem rugientem, 1. Pet. 5. non rubentem draconem, Apoc. 12. *Semina* fuerunt in terram projecta, Joh. 12, 24. Sicut & ipſe Chriſtus in terram fuit projectus ut ſemen, multos fructus tulit ἱλαστικῶς: Sic Martyres μαρτυρικῶς καὶ παραδειγματικῶς. Confer Tertull. c, ult. Apolog. *Scopuli* qui ſpreverunt 1. Fluctus & inſultus rabioſi maris in hoc mundo. 2. immobiles ſteterunt, Rom. 8, 35. nihil eos ſeparavit a Chriſti dilectione, Chryſoſt. hom. in Juventin. & Maxim. *Turres* Eccleſiam munientes. Cant. 4, 4. Turres David. *Tauri prompti* ad portandum Chriſti jugum. Chryſoſt. ſerm. in Juventin. & Maxim.

§. 15 *Vites* ſpirituales fuerunt, ex quibus ferro ſectis poſtea uberiores fructus naſcuntur. Sic Martyrior. plurimæ utilitates extiterunt: Fidei propagatio, credentium confirmatio, facta per exempla incredibilis conſtantiæ, mundi admiratio. Pulchre Cypr. de laude Martyr. Martyrii fructus eſt, qui morte vitam condemnat, ut morte vitam cuſtodiat. *Veſtiti ſtolis* ſanguine Chriſti tinctis. Aug. Tom. 10. col. 1196. a. *Uncti* ſancto balſamo ante mortem, ut Stephan. Act. 7. Aug. Tom. 8. col. 1539. d. *Triumphatores* vincentes per fidem, 1. Joh. 5, 4. (1) Seipſos carnemque ſuam ne ſuccumberent. (2) Impios, mundum Joh. 16, 19. perſequentes & trucidantes. (3) Satanam Apoc. 12, 11. debacchantem ſusq; deq; habentes. *Turres Dei*, Chryſoſt. ſerm. in Juvent. & Maxim. *Sanguis* Martyrum eſt ſemen Eccleſiæ, Auguſt. Tom. 8. col. 384. d. Cypr. de laud. martyrii. *Lotio* ſtolarum: lavant ſtolas ſuas in ſanguine agni 1. fide. 2. paſſionis Chriſti imitatione, Aug. Tom. 10. col. 1190. a. *Milites Gideonis*. Jud. 7. Trecentos viros a Gideone miſſos hydrias fictiles ſumpſiſſe, iisque faculas incluſiſſe, quib. repente confractis lumina copioſa hoſtium multitudinem terruerunt: Adumbratos hic Chriſti Martyres volunt, qui Evangelici luminis theſaurum in vaſis fictilibus, 2. Cor. 4, 7. corpore videl. fragili habuerunt, quo in martyrii paſſione confracto, major eorum gloria reſplenduit, quæ impios veritatis hoſtes inopinata prædicationis claritate ſuperavit. Beitz. p. 5.

§. 16 *Quomodo non ſenſerunt dolorem in tormentis?*

Sic loquitur Auguſtinus tract. 27. in Johann. & ſermon. 30. de ſanctis. Ambroſ. ſerm. 71. de Laurent. Bernhard. ſerm. 61. in Cantic. Cantic. Sed diſtinguendum inter doloris ſenſum & ſenſus illius efficaciam, qua moveri homines ſolent: Hoc poſteriori ſenſu non ſolum de Martyribus, ſed & de ipſo Chriſto, ac ſi omnis doloris fuiſſet expers, locutus nonnullis videtur Hilarius libro decimo de Trinitate.

§.17 *In mediis Tormentis exultarunt.*

Theodorus Martyr cum toto corpore laceraretur, canebat: Benedicam Domino omni tempore. S. Laurentius dixit: Gratias ago tibi Domine Jesu, quia januas tuas ingredi merui. Tres pueri in fornace Babylonico cecinerunt: Benedicite omnia opera Domini, Domino &c.

§.18 *Tempus Martyrii.*

Deo cognitum & prævisum, non id quod sibi fingunt Tyranni, Joh. 10, 39. Act. 9, 30. 1. Reg. 18, 23. Act. 20, 22.

§.19 *Commemoratio Martyrum*

Olim in Liturgiis & Eucharistiæ distributione adhibita, ut illi pro vivis intercederent: Hi enim ex generali hypothesi (sanctos orare in genere pro vivis) de sese subsumebant. Cyrill. catech. 5. Augustin. tractat. 48. in Joh. Illæ vero preces nil nisi vota fuerunt, ut recte explicat Cassander.

§.20 *Scientia Martyrum.*

Sanctos Martyres in verbo & essentia divina preces nostras cognoscere negat Durand. 4. distinct 49. q. 3. Sotus ibid. q. 3. art. 3. concl. 8. Cajetan. in 3. Tom. quæst. 10. art. 2. sed tantùm in proprio genere per singulares revelationes.

§.21 *Divisio Martyrii.*

Martyrum tria sunt genera: 1. Opere & voluntate, ut Stephanus. 2. non opere, sed voluntate, ut Johannes Evangelista. 3. Opere & non voluntate, ut infantes occisi ab Herode. Bernhard. serm. unico in natal. Innoc. col. 66. a.

§.22 *Falsa Martyria.*

Pseudo-martyres plures habuerunt Marcionitæ, Messaliani. Euseb. Epiphan. hæres. 80. Baron. Tom. 2. folio 124. num. 25. 30. Clemens Alexand. lib. 4. Stromat. Multi etiam simplicium Christianorum sub Arianis martyres facti & occisi, Socrates libro 4. cap. 34. de Gothis. Recte igitur Augustinus conc. 2. in Ps. 34. *Sceleratus potest habere similem pœnam martyris, sed tamen dissimilem causam.* Tres erant in Cruce: Unus Salvator; alter salvandus; alius damnandus. Omnium par pœna, sed impar causa. *Milites* cæsos in prælio in numerum martyrum referre voluit Phocas, Zwingerus 47. a. militi. *Mutius* Scævola dextram combussit sibi manum, suæ fortitudinis præconio. *Peregrinus* in certamine Olympico se vivum in ignem præcipitavit, Lucianus in Peregrino. *Circumcelliones* Donatistarum. *Anabaptistæ.* Vide Æneam Sylv. capite quadragesimo primo historiar. Bohemic. Lucretia apud Livium. Conjunx Hasdrubalis se in ignem, Empedocles in foramen Ætnæ montis se præcipitavit.

§.23 *Falsi Martyres.*

Circumcelliones olim præcipitabant se de montium cacuminibus, imo conducebant eos, qui ipsos occiderent. Optatus Milevitanus libro tertio pag. 106. 107. adv. Parmenian. Confer Theodoretum libro 4. hæretic. fabular. Et adde Meiger. libro 1. cap. 23. Nuclei histor. *Ethnici quoque suos habebant Martyres,* quos refutat Chrysostom. Gregor. de Val. tomo 3. col. 85. d. *Messaliani quendam suorum* interfectum, ut martyrem coluerunt. Inde Martyriani dicti. D. Pappus pag. 448. Epit. histor. Ecclesiast. *Martyres Diaboli in Reformatorum a Calvino Ecclesiis,* qui blasphemias in filium Dei & Sacramenta mordicus tenuerunt, atque pro his mortem oppetivere. Ita suam mentem atque hanc appellationem Nostri semper explicuerunt. M. Joachimus Westphalus in Apologia Confessionis de cœna capite 43. Ursellis anno 1558. edita §. sinceros in tota. D. Osiander in Antwort auff M. Jacob. Feuchtenbuch anno 1573. Tubingæ. Selneccerus in Wiederlegung der Sacrament. Aufflegung D. Heilbrun. in Synops. doctrin. Calvin. tertia quæstione de Fraternitate Doctoris Pappi, defension. 3. contra Sturmium.

De falsis Martyribus confer Euseb. libro sexto capite 33. Cyprianum libro de Lapsis: Bernhardum sermone 66. in Cantic. Canticorum: Tertullianum libro de fuga: Epiphanium hæres. 80.

Anabaptistarum martyria. Aeneam Sylvium c. 41. Histor. Bohemic.

MASCARADA. V. *Larvæ.*

MATER.

§.1 Nomen hoc (1) *Metropoli* quoque tribuitur, Jerem. 15, 8. cap. 50, 12. Ezech. 16. vers. 44. Reipublicæ, Ezech. 23. vers. 2. Ose. 4. vers. 2. (2) Terræ, Job. 1. v. 21. Sirac. 40. v. 1. (3) Fideli homini, Matth. 12. vers. 49. Marc. 3, 34. Luc. 8. vers. 21. Filii enim Dei non sunt ex sanguinibus, sed ex Deo. (4) Mariæ, Johann. 19. v. 27. capite 2. v. 1. 3. respectu Christi humanitatis; respectu solicitudinis Johannis mater dicitur, Johan. 19, 27. (5) Ecclesiæ, Galat. 4, 26. Cant. 1, 6. cap. 3, 4. cap. 6, 9. cap. 8, 1. Esa. 54, 13. cap. 66. v. 10. Apoc. 12, 2. non solum Romanæ, sed & Cæsariensi Ecclesiæ, apud Basilium Epist. 30. & 37. Edit. Paris. (6) Seniori fœminæ, 1. Timoth. 5, 2. (7) Babyloni, Apoc. 17, 5. (8) Evæ, quæ mater viventium, Genes. 2. v. 20. (9) Æmulæ malitiæ, Ezech. 16, 3. (10) Solicitudini pastorali, Gal. 4, 19. (11) Ecclesiæ Romanæ, sed non soli, sed & Cæsariensi hoc nomen tribuitur, Basilius epist. 30. & 37. (12) Aviæ, amitæ magnæ & materteræ magnæ, 2. Reg. 15. Levit. 18.

Ejus nomen cur in 4. præcepto peculiariter nominetur? ut & Prov. 10. c. 15, 20. c. 17, 25. c. 23, 22. In promtu causa est (1) ne sexus muliebris imbecillior aliàs despicatui duceretur, 1. Cor. 11, 3. (2) Par honor præciperetur, unusque utrique parenti exhiberetur.

§. 2

Officia:

Liberorum educatio, 1. Tim. 5,10. Informatio; Cant. 8,2. Prov. 31,1. 2. Tim. 1,5. c. 3,15.16. per ipſas matres, non per corruptas anus & ſervos, vid. Dialogum Quintiliani, Prov. 31,1. 2. Tim. 1,5. Lactatio, Exod. 2,9. Confer Joſephum Gen. 21,7. 1. Sam. 1,23. Pſ. 22,10. 1. Reg. 3,21. Cant. 8,1. Cura de alendis eiſdem, vid. tit. Parentes, & infra hoc tit. Conſolari liberos, Eſa. 66,13. pro illis orare, Prov. 31,2. Valetudinem eorum curare, prudenter tamen & caute, ne medicæ profeſſionis limites invadant, vid. Joh. Lud. Vivem lib. 2. de Chriſtiana fœmina.

§. 3

Summum gaudium

Ex liberorum *flore*. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 4. Campana peregrina, utentes hoſpitio Corliæ matris Gracchorum, huic monilia ſua & gemmas pretioſas oſtendit: Cornelia mox liberos e ſchola redeuntes ordine collocatos ſtatuit coram Campana, eique dixit: Ecce ſoror Campana, hæc mea ſunt ornamenta. *Honore*. Matth. 20. mater filiorum Zebedæi expetebat, illum ſuis liberis decerni. Mater Neronis: Occidat (ait) modo imperet. *Nuptiis*; hinc putant nonnulli, Salomoni coronam ejuſmodi floribus odoriferis contextam fuiſſe a matre Bathſabe, ipſoque nuptiarum die impoſitam, Delrio in cap. 3. Cantic. Canticor. Nos rectius de Chriſto accipimus, qui triplicem geſtat coronam: (1) donorum Deitatis, quibus ille ditatus eſt, Pſ. 45,6.7.8. Heb. 1,9. Hæc Corona fulſit maxime in Chriſti aſcenſione, & ejus ad dexteram Dei ſeſſione, Pſ. 110,2. (2) Spinea corona, Matth. 27,29. (3) Miniſterii & celebrationis Chriſti in Eccleſia, vid. Gregor. Nyſſen. hom. 7. Sed hæc obiter.

§. 4

Charitas in ſobolem.

2. Sam. 21,10. 1. Regum 3,26. Eſa. 49,15. cap. 66,13. Matth. 20. v. 20. Zebedæa orat pro filiis ſuis, Luc. 7. Mater Auguſtini filium ſuum terra marique ſecuta eſt, Auguſt. tom. 1. col. 110. c. Miſericordia earum, 2. Sam. 21,10. 1. Regum 3,26.27. Thren. 4,10. Matth. 15. v. 20. oppoſ. Immiſericordia, 2. Reg. 6,28.29. Thren. 2,20. c. 4,10. Amor, Eſ. 46,3. cap. 49,15. cap. 66,12.13. Ei optima precari ſolent a Deo: Mater Cleobis & Bithonis ambobus filiis (qui matrem in templum traxerant inſtar equorum) Deos precata eſt, ut hi illis optimum darent, qui protinus mortui ſunt. Herodotus libro primo folio 6.

§. 5

Summa triſtitia

In liberorum malis. Luc. 7. vidua deflet defunctum filium. Luc. 2. Maria filium amiſſum quærit impenſiſſime; cum dolore quæſivimus te, ait B. Virgo. *Obliviſcuntur* filiorum aliquando Eſ. 49,15. tempore famis, vid. tit. Fames. Caveant, ne in pericula incidant filii: ſic fecit Rebecca, monens Jacobum, Geneſ. 27, vſ. 43. Manſuetudo & patientia. Ejuſmodi in Hanna fuit erga Peninnam & Sacerdotem Eli, 1. Sam. 1.

§. 6

Spes major in filiis

Matrum eſſe ſolet, quam in filiabus: ſic Eva Geneſ. 4. poſſedi virum a Domino. Matth. 20. Mater filiorum Zebedæi vult filios ſuos exaltari, v. 20. 1. Reg. 1. Bathſabe Salomonem.

§. 7

Liberos ſuos nutriant.

1. Ne hi ab aliis nutriti, mores nutricum referant peſſimos; utplurimum Remum & Romulum latrociniis addictos ferunt, quod lacte lupæ nutriti eſſe credantur. Hagis rex Curetum filius antiqui Regis Gargundis expoſitus, & a cerva nutritus, puer fuit perniciſſimæ velocitatis; hinc Virgil. 4. Æneid. referens verba Didonis in Æneam:

Non tibi diva parens generis, nec Dardanus autor,
Perfide; ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanæque admorunt ubera Tygres.

2. Ne damnum Reipublicæ inferatur, Petr. Gregor. Tholoſan. libro 14. cap. 4. de Republica. 3. A. turpi: videntur enim ejuſmodi matres tantum dimidiatæ eſſe, parientes fœtum, non nutrientes. 4. Naturam fallunt, quæ ideo mammarum tubera dedit, ut in iis alimonia pro infantibus conſervaretur. 5. Eandem occidunt: ſunt enim nonnullæ matres, quæ lactis fontem iſtum venenis arefaciunt. 6. Amorem turpem quærunt, ut magis venuſtæ eſſe videantur, ideo mammas alere nolunt, ut amatoribus gratiores fiant. 7. Ipſis animalibus brutis deteriores ſunt, quæ nutrire ſolent etiam expoſitos partus hominum; ut exempla Cyri, Remi Romulique oſtendunt. 8. Delitias ſanctas ſpernunt, quales ſunt, ſi infans ab uberibus matris dependeat, ridendo grates ſolvat, ludendo manibus teſtetur gratitudinem, blæsa locutione aures matris demulceat; hinc Julius Cæſar divites quoſdam peregrinos, catulos ac ſimias magna cum delectatione in gremio gerentes, rogavit: nunquid eorum conjuges liberos parerent? oſtenſurus, omnem delitiarum ſummam repoſitam eſſe in filiis tenellulis. Confer Richter. axiom. Oeconom. p. 46.

Mater felix prole fuit Regina, quæ ex vice Comite principe Mediolani genuit quatuor mares, duodecim fœminas, omnes illuſtribus viris nuptas, Petrus Schalichius p. 49.50. Genealogiæ.

MATRIMONIUM. V. *Conjugium.*

MATRONÆ

Honorandæ, 1. Timot. 5,2. quod monitum egregie explanat Athenagoras Apologia pro Chriſtian. circa finem.

MATTHÆUS.

§. 1

Significat donum Dei: מתתי alii vertunt explanatorem: מתן donum a נתן dedit. Prov. 18,16. Vir dati, h. e. vir qui donat. Dictus eſt quoque Levi, quod (juxta Iſidor. in vita Matthæi) e tribu Levi eſſet: Abulenſis exiſtimat, fuiſſe nomen proprium Levi. Pater ejus fuit

Alphæus Galilæus (est & alius Alphæus pater Jacobi minoris, Matth. 10. v. 3. אלפי tribunus, qui præest mille viris) Marc. 2. Gentilem fuisse putat Tertullian. lib. de pudicitia; quem Hieronymus epist. 146. ad Damasum jure admiratur. Vocatus a Christo, Matth. 9, 9. Marc. 2, 14. Luc. 5, 27. excipit illum convivio, Matth. 9. vers. 10.

§. 2 Prædicavit Hebræis Evangelium a Christi resurrectione; negat tamen Erasmus in c. 8. & 19. Matth. In Asia, Ponto, Æthiopia. Edidit Evangelion, anno octavo post ascensionem CHRISTI, Hebræo stylo, si credimus Eusebio libr. 3. c. 24. 39. l. 5. c. 10. Hieronymo in catal. Illustr. scriptor. Autori operis imperf. apud Chrysostom. Athanasio in synopsei; alii Syriaca lingua scripsisse perhibent, ut Widmanstadius, Guido Fabricius. Rectius Græca lingua: Latine vero scriptum esse hoc Evangelium, tradit Baronius ad ann. CHRISTI 45. nu. 41. ex ore Petri, Euseb. libr. 2. c. 15. libr. 6. c. 11. & ab eodem Petro in linguam Græcam conversum esse; huic vero contradicit Hieronymus epist. 123. August. lib. 1. c. 2. de consens. Evangelistar.

Humilis fuit, sua vitia describens, Matth. 9. In Ægypto rexit Ecclesiam Alexandrinam; hinc Dorotheus in synopsei vocat eum primum Episcopum Alexandriæ: rexit 20. annis Ecclesias in Æthiopia: convertit regem Egyppum, reginam Euphrosynen, filiam Iphigeniam; Euphronem filium regis mortuum in vitam revocavit.

Mors: obtruncatus ad aram ab Hirtaco quodam, eo quod disuasisset matrimonium filiæ regis Æthiopiæ jam mortui Iphigeniæ conversæ cum Hirtaco illo ineundum, anno Christi 76. At Dorotheus in synopsei, Matthæum ab idololatris igni combustum commemorat, ac Alexandriæ sepultum esse.

MATTHIAS

Q. d. donum DEI. Sorte electus in locum Judæ, Actor. 1, 23. 26. Argumentum præbet 1. *Vocationis* divinæ. 2. *Bonitatis DEI* erga immeritum.

MAXILLA.

Hanc percutere, est contumeliose aliquem tractare, 1. Reg. 22, 24. Job. 16, 10. Thren. 3, 30. Mich. 5, 1.

MAXIMUS.

Matth. 18, 5. in regno cœlorum, magnus: (minimus, Matth. 5, 16. pro nullus) loquitur Christus ex hypothesei: Putabant discipuli, Christum in regno suo, quod fingebant terrestre, quosdam summo loco collocaturum esse, Matth. 20, 20. Act. 1, 6. Luc. 22, 24. 25. Humiles igitur exaltatum iri innuit Dominus.

MEDIATOR.

§. 1 Dicitur Mediator, qui medius inter duos est, Gal. 3, 20. Varie accipitur 1. pro internuncio inter Deum & homines: sic Moses Galat. 3, 19. cum Exod. 19, 3. seq. c. 20, 19. 2. Conservatore, ut volunt Reformati quidam Dd. quæ acceptio tamen in scripturis non est, Tilen. in synt. disp. de officio th. 30. & P. Ravanell. hac voce. 3. Reconciliatore, redemtore, advocato, intercessore vi propriæ redemptionis. 4. Habebant olim Gentiles Platonicos mediatores apud Cl. Espen. f. 294. oper.

§. 2 Quis? Christus mediator juxta utramque naturam, 1. Tim. 1, 5. ubi nomen concretivum personæ; non angelus, non homo.

§. 3 *Causa ordinans* est S. Trinitas, pater constituens filium, Ps. 2, 7. & 110, 4. Es. 42, 1. cap. 49. v. 1. Rom. 3, 25. 1. Cor. 1, 30. Hebr. 5, 5. & solenniter commendatum, Matth. 3, 17. in orbem introducens, Hebr. 1. Filius dans se nobis, Joh. 10. cap. 2. huc simile de corona florum a tribus texta, uni vero textorum imposita. Spiritus Sanctus ungens Messiam, Esa. 61. vers. 1. Johann. 3. Esa. 11.

§. 4 *Impellens interna* DEI indebita gratia pro nobis excubantis, in summa miseria constitutis, Ezechiel. 16. Ephes. 2. *externa*, nostra miseria.

§. 5 *Materia* vel *subjectum in quo* totus Christus, Deus & Homo, qui est unus ille Mediator, in triplici officio, prophetiæ, sacerdotii, actiones mediatorias exercens in genere, vid. Matth. 1. vers. 23. Actor. 20. v. 28. Ephes. 3, 12. Hebr. 7. vers. 24. 25. 26.

§. 6 *Ex qua*: in specie huc spectat obedientia Christi activa & passiva, status exinanitionis & exaltationis, varii effectus & partes, per quas officium mediatoris exercuit.

§. 7 Huc faciunt actus Mediatorii, ut 1. Causæ cognitio & disceptatio inter homines & Deum: 2. Propositio & expositio fœderis & hujus confirmatio, in concionibus Evangelicis a Christo habitis, Joh. 8, 46. c. 3, 16. seq. 3. Interventio & intercessio ut Advocati, pro nobis interpellantis, Rom. 8, 34. Heb. 7, 25. c. 9, 24. 1. Joh. 2, 1. Joh. 14, 16. 4. Satisfactio parti læsæ loco & vice partis lædentis & accusatæ præstita, a patiente juxta carnem Christo, & Deitate sua pondus addente, quæ in carne illa, Col. 2, 9. Es. 43, 25. c. 44, 11. Ps. 51. 4. Pro omnibus hominibus, quia omnium est mediator, 1. Timot. 2, 5. pro omnib. mortem gustavit, Heb. 2. mortuus, 2. Cor. 5, etiam pereuntibus, Rom. 14. abnegatoribus, 2. Petr. 2. & quia omnes credere jubentur, Christum pro omnibus passum esse, patet. Sustulit debitum legis & hujus maledictionem, Matth. 5, 17. Rom. 5, 6. 8. 1. Pet. 3, 18. Esa. 9, 4. Rom. 8, 4. Gal. 3, 13. 1. Cor. 5, 21. 5. Partis infirmæ gubernatio, sustentatio, protectio, inque clientelam receptio; eaque omnia præstat bona in regno gratiæ inchoative: in regno gloriæ consummative.

§. 8 *Materia circa quam* est objectum, nempe (α) Deus & homo; ille læsus & placatus, hic lædens, reus & in gratiam repositus a mediatore, Rom. 5. (β) Duo testamenta, V. & N. & bonorum utriusque: in utroque enim fuit Mediator Christus; in V. T. latebat, in N. patebat; illic obscurius sub umbra; hic clarius in luce. Heb. 10. lex habebat umbram &c. Huc spectant

ctant dona testamenti, circa quæ mediator occupatur, promissiones, signa & confirmatio testamenti; venit enim hic mediator signis 1. Paucis, 1. Joan. 5. aqua & sanguine. 2. Perspicuis. Vid. tit. Testamentum.

§. 9 *Forma* mediationis consistit in iis partibus, in quibus consistit hæc mediatio, & per quas distinguitur ab aliis omnibus actibus mediatoriis, nullo respectu huic mediationi æquiparandis, soli filio Dei propriæ, non angelis, non sanctis tribuendæ.

§. 10 *Finis summus* Dei gloria, cujus inde justitia & misericordia uno temperamento elucescit: adde & sapientia, Eph. 3, 10. Roman. 16. *Subordinatus* nostra salus, quæ consistit in remissione peccatorum, Luc. 1. adoptione in Christo, justificatione, Roman. 5, 9. 10. vivificatione; omnes enim eramus mortui in peccatis, sed per mediatorem Christum vivificati sumus, Ephes. 2.

§. 11 *Effecta* hujus mediatoris sunt omnes illi actus, profluentes a mediatore nostro.

§. 12 *Attributa* quædam. 1. *Unicus* est mediator, Jesus Christus, 1. Timoth. 2. vide Cajetan. in h. l. qui pro unico & solo mediatore Christo egregie differit, non quod saltim sit internuntius, ut Socinus vult; sed quod & pro nobis obtulerit pretium redemtionis pro peccatis, unde & sponsor vocatur Hebr. 7. vers. 22. & ἀντίλυτρον dederit, 1 Timot. 2, 5. 6. nos purgaverit, 1. Joan. 1, 7. Hebr. 1, 3. cap. 2, 7. cap. 7, 27. & ab ira Dei liberaverit, Rom. 1, 18. c. 5, 9. Ephes. 2. v. 2. *Perpetuus* V. & N. nam & in V. T. populum duxit Israel, Exod. 23. 1. Corint. 10. juvit, Esa. 64. v. 9. quorsum nonnulli referunt locum Gal. 3, 19.

§. 13 *Errores:*

1. Platonicorum, qui Angelos mediatores statuunt; hinc cultus Angelorum a Platonisantibus demum in Ecclesiam reductus est. 2. Ebionitarum veterum & recentiorum, qui Christi Deitatem negant, adeoque pondus mediationis actui surripiunt. 3. Judæorum aberrantium ab hoc Mediatore. 4. Manichæorum, qui redemtionem animarum, non corporum, Christo attribuebant. 4. Paternianorum, qui superiores corporis humani partes, non inferiores redemisse nugabantur. 5. Nestorii, Eutychis, Stancari soli humanitati adscribentium hanc mediationem (quo cum reapse faciunt Dd. Pontificii) nihil Deitati. 6. Socinianorum, Christi satisfactionem negantes; quos errores vero rejicimus & execramur. 7. Calumnia Chiavasii de Not. Eccles. & Profess. §. 28. pag. 154. ac si nobis non liceat orare pro nostris invicem, ne mediatoris munus CHRISTO eripiamus: Plus concludit homo, quam in nostris est præmissis.

MEDICINA & MEDICUS.

§. 1 *Licita* omnino illa & necessaria est medicina. Quod docte ostendit Joh. Filesacus Theol. Parisiens. Medicum a medio dictum putat Isidorus, quod hominem ad medium temperamentum valetudinis reducat, lib. 3. Origin.

Duplex medicina. 1. Animæ, qua hæc curatur. 2. Corporis, qua hujus sanitas conservatur vel restituitur.

§. 2 *Causa*

Efficiens medicinæ Deus est, Sir. 38, 5. 6. 7. 8. 12. a quo originem trahit medicina. Id vero contra Fanaticos facit, qui usum medicinæ improbant improbe e loco 2. Chronic. 6 vers. 12. de Asa Deum non quærente. Idem Deus pretium medico persolvi jussit, Exod. 21. vers. 19. Sapientiam medicinæ Salomoni instillavit, 1. Reg. 4. vers. 35. *Procreantes* & invenientes causæ. 1. Adam, cui scientiam hanc Deus indidit: nam ille potestates herbarum edoctus ad unguem. 2. Ægyptii eam sibi vendicant. 3. Arabus Babylonis & Apollinis filius. 4. Experimenta varia; vide Ambrosium in præfatione Psalm. 37. unde medicina? nisi de vulnere sumsit exordium.

§. 3 *Modi curandi.* 1. Per similia aliquando similia curantur. 2. Aliquando contraria contrariis pelluntur. 3. Ut homo edendo & bibendo peccat: sic edendis & bibendis potionibus & pharmacis sanandus.

§. 4 *Effectus medicinæ:* Sirac. 38, 2. 3. consequi gloriam, & medici caput attollere: causas morborum nosse, easque extrahere; hinc Seneca in epist. medicorum consilia devita, qui parum docti & satis seduli officiosissime multos occidunt. Olim etiam Medici corpora mortuorum ungebant, Gen. 50. vers. 2. 3. maximè vero apud Ægyptios, de quibus Herodot. libr. 3. histor. Diodor. Siculus lib. 1. Hinc ex Ægypto ad nos Caromomia devehuntur, pharmacis inservientia (German. Mumie.)

§. 5 *Officia & requisita Medici.*

Oratio ad Deum & pietas, ut vim medicamentis largiatur: ne impia medicamenta, characteres aut alia adhibeat; ut ægrotum pro re nata de medico spirituali adhibendo moneat. *Charitas*, ut ægrotum moneat de vitiis, quorum culpa morbos sibi homines contrahunt, Senec. epist. 99. multos morbos multa fercula faciunt. Idem: Multa non alunt, sed coinquinant. Basil. Magn. epist. 80. Studium amoris erga homines omnibus est, qui artem medicam tractatis. Ad hanc spectat, ne medicus morbos suorum ludicris verbis traducat. *Justitia*, 1. ne venenis occidant; sic Pyrrhi medicus suum Dominum veneno interfecturum esse, stipulatus est, fidemque dedit Fabritio; hic vero illum vinctum Pyrrho remisit. 2. Ne in pauperibus vim medicamenti experiatur. *Humilitas:* cui opponitur ambitio, si curet morbum, quem nescit, ne videatur indoctior. Imperiti est medici uno collyrio omnium oculos velle curare, Hieron. in Ep. ad Ephes. *Prudentia* in extrahendis morborum causis, ac considerandis circumstantiis loci, regionis, ætatis, personæ, temporis, Greg. Nazianz. Apologetic. primo: ut cito & mature morbo occurrat. Huic opponitur temeritas, quæ est duplex: *a.* vel ante morbum cognitum, si medicus temere curet,

ret, si temere tentet: β. post morbum cognitum temeritatem committit, non studendo, non visitando, non consulendo, non perspiciendo fidelitatem medicinarum. *Exercitatio*; sine hac ne medicus quidem dignum laude aliquid consequi potest. Cic. 2. officior. ne imputetur ei, quod per imperitiam commisit, l. 6. §. 7. ff. de offic. præsid. *Consolatio* ægroti, lenibus verbis facta, Ambros. libro 7. epist. 44. ad Constantium. *Corporis purgatio* prius instituta, quam antidotum aliquod exhibeatur, Basil. orat. 7. de virtute & vitio. *Constantia* in adhibendis pharmacis, ægroto licet reluctante, Ambros. in Ps. 118.

§. 6

Alia prædicata.

Laus & dignitas Medici: est servus Dei, ad conservandam vitam naturæ minister, cui medicus obstetricatur, Galenus de opt. docendi genere cap. 4. Choragus & princeps sanitatis, Basil. epist. 80. ad Eustat. Contra Plinii, Catonis & aliorum opprobria in medicinam conjecta, vide Fr. Vallesium c. 74. Sac. Philosoph. Hadrianus Imperator moriens dixit: Turba Medicorum Cæsarem perdidit: Diogenes Cynicus medicos vocabat communes carnifices, Plutarch. in Laconic.

Honor. Sir. 38, 1. Honora medicum propter necessitatem, tribus modis; 1. reverentia; 2. obedientia, ut medici præceptis pareas, non parvi illa pendas, non illis circumforaneos præferas impostores. Hinc prisci Gallum Æsculapio sacrificabant, Marsil. Ficin. in Phæd. Platonis, qui refert ultimam Socratis vocem fuisse: O Crito! Æsculapio gallum debemus, quem reddite, neque negligatis. Antonius Musa medicus jus annuli ob curatum feliciter Augustum impetravit, Dion. lib. 53. & statuam æream, Sueton. in Octav. Centum talentis donatus Erasistratus a rege Ptolomæo filio, quod Patrem Antiochum curasset. 3. Gentiles tanti fecerunt medicinam, ut ejus primos inventores Deos esse crediderint, nempe Apollinem. Æsculapius in Deorum numerum relatus est. Ipse quoque Esaias Medicum egit, Esa. 38. vers. 23. Raphael angelus medicus fuit, Tob. 6. vers. 8. Imo Christus ipse, Matth. 4, 23. c. 9, 35. Actor. 10. Luc. 10, 30. Marc. 6, 13. Jacob. 5, 14.

§. 7 *Necessitas*: 1. sicut necessariæ sunt artes manuariæ, sartoria, sutoria: sic ad conservationem valetudinis medicina; quod contra Anabaptistas facit & Turcas, respuentes usum medicinæ, quod Deus de vita cujuslibet decreverit. 2. Infirmi indigent medico, Matth. 9, 12. Luc. 5, 33. 3. Major tamen est pietatis necessitas; vide Basilium in Regul. fusius disputatis q. 55. 4. Necessitatem hanc videtur negasse Bernhardus, prohibens monachos uti medicina, quem excusat Busæus in Panario. V. Impatientia. Ægros primi in via deponebant publica; singuli qui eodem morbo laborarant, remedia adferebant, atque ita similitudo morborum remediorum simul corrigens memoriam paulatim in artem redegit id totum, Max. Tyrius diss. 40. In medico plane confidendum non est, vid. tit. Ægrotus.

§. 8 *Eventus*: aliquando non efficit medicina, ut 2. Chron. 16, 12. Luc. 8, 43. Marc. 5, 26. Causæ α. Dei subtractio, quando is medicamentis vim subtrahit, vel quod vitæ terminus instet, vel quod preces majores extorqueat. β. Morbi constitutio, cujus vis sæpe exsuperat pharmaca. γ. Impœnitentia, quando non prius Deum toto corde quærimus, & pœnitentiam agimus; sic Asa 2. Chron. 16, 12. δ. Majoris gloriæ Dei manifestatio; sic Hæmorrhousa sanata non fuit, ut filii Dei gloria illustraretur. ε. Ut doceat Deus, se non pendere a pharmacis, sed hæc, si velit, eludere posse. Vellejus Blæsus vir consularis hunc in modum medicos alloquebatur: Quousque miserum cruciatis? quousque bonam mortem invidetis, cui dare vitam non potestis? Plinius libro 2. epist. 20. *Præstantia* in curando. Asclepiades dicit, Medici esse, ut tutò, ut celeriter, ut jucunde curet, Celsus lib. 3.

§. 9 *Adulatio*. Cyprian. serm. 5. de lapsis: Imperitus medicus est, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & in altis recessibus viscerum virus inclusum, dum servat, exaggerat. Aperiundum vulnus est & secandum & putredinibus amputatis medela fortiore curandum: vociferetur & clamet licet, & conqueratur æger, impœnitens per dolorem, gratias aget postmodum cum senserit sanitatem.

Diligentia, ut minimam sanitatis, quæ superest, scintillulam, diligenter foveant, & accendant, Philo de sacrific. Abel.

Abusus medicinæ: Selymus parentem Bajazethem per medicum occidi jubet, medico vero loco præmii caput præscidi, anno 1512.

Contentatio: Hippocrates lucrum oblatum ab Abderitis respuit, vid. ep. 6. & epist. ad Hystanem Hellespo nti præsidem.

Error eorum, qui negant medicinam esse licitam, ut quorundam Anabaptistarum: refutatur 1. ex scripturis, quæ laudes medicorum extollunt. 2. a necessitate & utilitate. 3. testimonio saniorum Gentilium. 4. S. Patrum. V. Basilium in Ascetic. c. 5. 5. ab exemplis Patrum, qui usi sunt medicina, Genes. 50. 2. Reg. 20, 6. Ipse Deus se medico comparat, Exod. 15. & sanare dicitur, Ps. 103.

Similia:

§. 10 Cervus sagitta transfixus dictamno herba sibi medetur, Tertull. lib. de pœnit. in fin. Canis lingua medetur morsui, Tertull. d. l. Hirundo cœcos pullos chelidonio oculat, Tertull. ibid. Palumbes lauro sibi medentur. Ciconiæ origano stomachi nauseam pellunt, vide Pierium Hieroglyph. 17. & 22.

§. 11 *Spiritualis Medicina:*

(1) Christus est spiritualis medicus, cœlestis & verus Raphael: melior medico Elia, Esa. 38. Sanat namque omnia vulnera: sapientior Salomone, qui herbarum potestates ad unguem

guem novit. Philippus quidam medicus, immortalitatem promittens, a Galeno irrisus est, verùm Salvator noster Jesus Christus dat immortalitatem. Johan.8. Amen, amen, &c. Joh. 10. do eis vitam æternam. Joh. 14. ego sum via &c. Joh. 11. ego sum resurrectio. Datus nobis à Deo, adversus peccata & quævis mala. 1. morbus noster erat lethalis, incurabilis omni creaturæ, damnabilis. 2. Peccata nostra a Satana profecta, omnes nervos intendente, ut nos in mortem æternam præcipitaret, Sap. 2, 9. Huic contra restitit sapientia æterna Dei, mortem vita sua abolens, maculas sanguine suo diluens. Confer Joh. Arnd. l. 2. c. 1. Christianismi. Curavit nos Christus (α) per jejunii diætam, Matth. 4. (β) Per sudorem in horto, Matth. 26. (γ) Per incisionem clavorum & lanceæ in cruce. (δ) Per potationem fellis & aceti. (ε) Per sputi emplastrum, quo cœcos curavit, Joan. 9. (ζ) Per Eucharistiæ Electuarium, quod suis dedit discipulis. Confer D. Theodor. in Evangel. die Festo S. Matth.

§. 12 (2) Subjectum est totus homo, anima & corpore, quia Christo sanatur. Vid. Chrysostom. in 8. Matth. (3) Effectus; inducere amaritudinem, quæ post fructuum suavitate pensatur. (4) Simile: Christus ligno vitæ comparatur, quod fructus adfert duodecim, Apoc. 22, 2. (5) Præstantia hujus medicinæ præ aliis medicamentis. Jerem. 46. v. 11. frustra multiplicabis medicamenta: Hæc Christi medicina sola nostra curat vulnera, alias non obligata, Esa. 1. vers. 6. (6) Objectum hujus medici sunt morbi nostri, Esa. 1. v. 6. & 53. v. 4. ab his dicimur infirmi Matth. 9. v. 12. imo totus hic mundus nihil est nisi το νοσοκομεῖον. (7) Curationis instrumenta & media sunt verbum Dei & Sacramenta. Plura vid. alleg. 980. & 911. in Promt. His instrumentis crux rectè adjungitur, hac enim urit DEUS nos & secat. Vid. Bernhard. in sentent. vel Florib. c. 245.

Ministri divini verbi medici

§. 13 Dant 1. fomenta doctrinæ, ut Christus Matth. 11, 29. discite a me. 2. Unguenta adhortationum, 2. Timot. 4, 1. 3. Malagmata orationis, 1. Timot. 2, 2. 4. Potus & cibos medicabiles S. Scripturæ, Joh. 6, 54. 5. Exurunt per clavem ligantem, Joan. 20, 23. 6. Virga legis incidunt, Ose. 6, 5. 7. Concionibus pœnitentiæ expurgant, Matth. 3, 12. 8. Myrrham passionis Christi propinant, 2. Tim. 2, 8. 9. Pigmenta suavitatis sunt duo Sacramenta. 10. Unctiones sanitatis sunt dona Spiritus S.

Medelæ singulares:

§. 14 Pyrrhus rex Epirotarum dextro pede pressos splenneticos, Plutarchus in vit. Vespasianus cœcos, Tacit. 4. histor. c. 81. Galliarum reges strumosos: Carolus Bonus Flandriæ comes mortuus Rogerium adolescentem contractum (Jacob. Meyer lib. 4. annal. Flandr.) pristinæ sanitati restituerunt.

MEDIOCRITAS & MODUS.

Mediocritas in omnibus rebus optima.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultrà citraque nequit consistere rectum.

Hinc illud Græcorum: μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον, nihil supra modum.

Arguit viros sapientes, qui modum in omnibus observant, in rebus Physicis, in Ethicis, in Politicis. Horat.

Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret invidendâ
Sobrius aulâ.

Prov. Græcor. μηδὲν ἄγαν, Nihil nimis. Necessaria est mediocritas in rebus omnib. Grata Deo, qui temperatos amat. Tutissima est; medio tutissimus ibis. Declinat a vitio, quod semper in extremis est: Felicitatem auget: Animam tranquillat: Invidiam omnem averruncat: omnem laudem conciliat: neminem lædit: optima est actionum regula: omnium virtutum summa; hinc sol & anima virtutum Lipsio vocatur, Polit. lib. 11. Difficilis tamen est, & à solis sapientibus invenitur; sicut non est cuivis tangere centrum. Veterum de mediocritate & modo sententias habes apud Stobæum, Eborens. & alios.

MEDITATIO.

§. 1 Est cogitatio frequens cum consilio, quod causam, modum utilitatemque rei investigat.

Divini verbi: vid. tit. Auditor: it. Scriptura: it. Verbum Dei. Hæc verbi cœlestis meditatio depingitur variis scripturæ phrasibus: ut, morari in sapientia, Sirach. 14. cogitare circumspectionem, ibid. Ligare legem in corde, Prov. 2. legem meditari, Ps. 119.

§. 2 *Accendenda* est igne & devotione pietatis, sicut ignis lignis alitur & conservatur, & jugis orationis exercitatione, e Ps. 119.

Causa efficiens meditationis est Spiritus Sanctus, mentem flectens & inebrians. Lucæ 24. vers. 32. nonne ardebat cor nostrum? Præcepit hanc meditationem Deus Deuteronom. 4. ne obliviscaris verborum: recordaberis cuncti itineris. Deuter. 6. erunt verba hæc in corde tuo.

Materia.

§. 3 Meditandum *de verbo Dei & pietate*, Coloss. 3, 16. Deut. 6. hæc verba &c. c. 11, 18. 19. Dei justitiam, Ps. 35, 28. sapientiam, Ps. 37, 20. & 71, 21. Justificationes Domini, Psal. 119, 6. ejus opera, Psal. 77, 13. obedientiam, Prov. 15, 29. 1. Tim. 4, 15. Hæc meditare; vid. Psalm. 119, 24. 77. 92. 97. 99. 143. 147. sic ut verbum in corde nostro conservemus, Luc. 2. exemplo Mariæ. *De beatitudine & cœlo* vid. tit. Conversatio nostra: it. tit. Desiderium. *De probitate:* Pyrrho Eliensis secum sæpe loquens solus, cur id faceret, interrogatus, respondit: meditor ut bonus sim, Laërt. lib. 9. Sic omnium Christianorum meditatio sit circa pietatem. *De studiis*, ut Archimedes, Josephus Scaliger, vid. orat. Daniel. Heinsii de eo. *De gloria*, Themistocles. *De malis consiliis*

filiis improbi, Pſ. 2,3. de dolo, Pſ. 38,3. Act. 4,25. rapinis Prov. 24, 2. meditantur. *De calamitatibus* (Eſa. 38, 14. meditatio quoque inſtituenda eſt; verſatur vero hæc

I. *Circa exempla* (α) eorum, qui mali ſunt & mala patiuntur. Sap. 5,7. laſſati ſumus in via iniquitatis, ergo boni mala ſuſtineant pro vita æterna. (β) Eorum qui pro bonis tranſitoriis tot mala patiuntur, Jacob. 5. v. 7. at noſtra tribulatio pondus gloriæ operatur, 2. Corint. 4. (γ) Piorum, qui malis ſubinde in hac vita premuntur.

II. *Circa noſtra demerita*, quibus Dei flagella attraximus, Geneſ. 42, 21. merito hæc patimur.

III. *Circa cauſas* malorum noſtrorum: hæ ſunt mali homines, qui non poſſunt non vexare.

IV. *Circa tribulationes ipſas.* Hic nota 1. Cauſam, a qua crux? a Deo ſumme bono. 2. Chriſtum, in quo ſumme bono crux fuit ſumma. 3. Terminum, qui ducit ad ſummum bonum, Act. 14. v. 21. per multas tribulationes. 4. Conſequentem fructum, qui eſt nucleus dulcisſimus, etſi putamen ſit amarum. Dulcedo hæc patet (α) e ſupplicii æterni effugio, 1. Corint. 11, 32. (β) a præmio, Roman. 8. v. 18. (γ) a paſſionis Chriſti exemplo, 2. Tim. 2, 12. *De precibus*: hæc enim ſunt cordis meditationes.

§. 4 *Effectus:*

Alterat immutatque mentem: Chriſtus orans in monte immutatus eſt, Matt. 17. *Devotum reddit*: ſicut calor ſolis aquam frigidam calefacit, ſic & ignis; ita mens hominis incaleſcit meditatione. *Odorem ſpargit:* ſicut thus non olet, niſi accenſum; ita nec Dei nomen olet ſine meditatione, Cantic. 4. verſic. 1. Pſalm. 141. v. 2. oratio mea ſit ſicut accenſum. *Sapientiam auget*, unit cum Deo, ita, ut unus cum eo ſpiritus fiamus, phraſei Apoſtoli 1. Corint. 6. v. 17. *Vincit* difficilia meditatio eaque planiora reddit: *Præparat animum*; hinc Pericles a populo vocatus ad dicendum, non obtemperavit, quando minime præmeditatus eſſet. *Sepelit* homines vivos. Valer. Maxim. libr. 8. c. 7. refert, Archimedem circulis ſuis intentum proprii nominis oblivione obtruncatum artis ſuæ lineamenta proprio ſanguine notaſſe. In Dei & noſtri cognitionem nos magis magisque deducit; ſicut is, qui ſpeculum intuetur, magis magisque maculas faciei agnoſcit.

§. 5 *Ad meditationem concurrunt*

1. Amor. 2. Labor. 3. Cura. 4. Vigilia. In labore agimus, in amore perficimus, in cura providemus, in vigilia attendimus. Cura efficit, ne in loculum mentis pertuſum divinas merces reponas ſpirituali damno: (Hagg. 1. de corporali agitur.) Accedit prudentia, qua operemur, dum tempus eſt & lucem habemus, quæ per meditationem accenditur. Joh. 12. operamini dum lucem, &c.

§. 6 *Exempla meditantium:*

Gen. 24, 63. Iſaac in agro meditatur: Pſ. 1. Vir juſtus meditatur legem Domini die ac nocte: Moſes asſiduâ meditatione DEI oves paſcens, divinorum colloquiorum factus eſt particeps: Daniel meditatione vacans atque orationi, ſpiritum propheticum hauſit: Omnes Martyres divinas promisſiones meditati, hisque confiſi: Archimedes: Scaliger: de his ſupra.

§. 7 *Similia.*

Meditatio eſt *aqua*, quæ oculos noſtros clarificat; *alæ*, quibus ad Deum volamus; *armatura* ſpiritualis ad patientiam, vid. Ambroſium ſerm. 12. in Pſ. 118. Ut cultura bonum agrum reddit; ſic meditatio cordis agrum. *Pabulum* animæ; paſcitur enim illis rebus, quas meditamur. *Stimulus*, qui mentem excitat & impellit. *Solſequium*, quod animas noſtras ad ſolem Chriſtum trahit. *Turris* alta videtur parva iter facientibus; ſed cum propius accedunt, magna fit: ſic myſteria Dei initio parva videntur, maxima tamen fiunt, ſi contemplando propius acceſſerimus. *Unctio* ſpiritualis lacertorum noſtrorum in pugna.

MEDULLA

Apud Eſaiam c. 25, 6. notat Dei conſolationem in Evangelio patefactam, quæ (1) penetrat intima animæ, Hebr. 4. (2) Oſſa conturbata conſolidat, Pſ. 51. (3) Calefacit, ſicut medulla oſſa nutrit.

MEL.

1. Naturale. 2. E petra, Pſ. 81. v. ult. nam in Judæa apes in petris & rupibus montium mellificare dicuntur. Deut. 32, 13. Conſtituet eum ſuper &c. Alii hyperbolem ſtatuunt hoc ſenſu: potius mel fluxiſſet e petris, quàm non ſaturaſſem te. Allegoria hîc eſt dulcisſima: Chriſtus petra eſt, 1. Pet. 2. dans mel, e quo non minus nos ſpiritualiter reficimur, quam Jonathan, 1. Sam. 14, 3. Mel Evangelii, vid. Evangelium in Promtuar. Alleg. Ambroſ. lib. 2. c. 9. de Salomone. Exhilarat mel oculos, 1. Sam. 14, 29. 30. nempe 1. mel eloquentiæ profanæ arcendum a Theologia. 2. Voluptatum carnalium. 3. Abominabile ideo Deo, quod olim mel idolis oblatum libaretur. 4. hypocriſeos mel Deo maximè inviſum. Nimium mellis non comedendum, Prov. 25. mel eſt verbum Dei, cujus ſi quis cancellos tranſiliat, rationi plus juſto tribuat, nimium mellis edit, quod in bilem incredulitatis tandem degenerat. Vid. tit. Ratio captivanda.

MELANCHOLIA. *V. Triſtitia.*

MELCHISEDECK.

De eo oratio Athanaſii tomo 2. fol. 8. vide Gen. 15. Heb. 7. Chriſti typus, vid. Promt. Allegor. 1074. 1428.

MEMBRA.

§. 1 1. Corporalia, ſumma Dei ſapientia creata, Pſalm 139, 14. Job. 10, 8. 9. 10. vid. Galen. de uſu par-

partium. 2. Spiritualia (α) non sunt merita, ut essent aut fierent Dei membra, sed ex gratia facta sunt. (β) non æmulantur se invicem; unius corporis ecclesiæ membra, quæ in uno spiritu stare fas est. (γ) Sibi invicem operas præstant, Luther. Dominic. 2. post Epiphan. egregie. (δ) Non sunt danda peccato, Roman. 6, 12. 19. 20. non emancipanda libidini, 1. Cor. 6. v. 15. 3. Membra quoque Zodiaci signis tribuuntur, Joan. Ravis. officin. col. 364.

§. 2 *Causa efficiens* Deus, 2. Macc. 7, 11. 22. non mater, ibid. Job. 10. Hominis membra 1. quædam πρὸς τὸ ζῆν ad vivendum, 2. quædam, sine quibus homo non viveret. 3. Alia ad bene vivendum. Gregor. Nyssen. de Opific. hominis.

Miseria, si quis non possit uti membris corporis sui: in hac ad Dominum accurre, is illuminat cœcos, erigit lapsos, Psalm. 146. non temnit cœcos, Joh. 9. non respuit claudos, Esa. 35.

§. 3 *Officia nostra:*

(α) Ob Dei nomen membra nostra amittere, 2. Maccab. 7, 11. (β) Agnoscere Dei sapientiam & bonitatem creatoris ex iisdem, 2. Maccab. 11, 22. & motoris, qui ordinem, Rom. 12, 4. 5. motus in membris nostris conservat, Act. 17. (γ) Non abuti illis ad peccandum, Rom. 6, 13. sed legi in membris nostris repugnare, Roman. 7, 24. ad serviendum Deo, Rom. 6. v. 19. c. 7, 15. huc pertinet Christi monitum Matth. 5, 29. 30. (δ) Dignitatem æstimare nostrorum corporum, quod Christi sint membra, 1. Cor. 16. v. 15. (ε) Deo pro creatione membrorum recta gratias agere. (ζ) patienter ferre, si secus faciat Deus, & uno alterove membro vel privet plane, vel distortum reddat. Vid. tit. cœcus: it. Corporis defectus.

Confer tit. Homo: item communio cum Christo: it. Peccatum.

MEMINI: de DEO. V. Recordor.

MEMORIA.

§. 1 I. Dei, sit jugis & perpetua: 1. quia omni tempore & momento a Deo accipimus beneficia. 2. Quia omni tempore diligere Deum debemus. 3. Quia est fructuosissima simul & dulcissima. Vid. Bernhard. in florib. tit. Memoria. Quocunque loco fuero, (canit idem in Jubilo) Jesum meum desidero. Dei memoria gratiosa, quia nostri vel rerum nostrarum recordatur, Levit. 26, 42. Nehem. 5, 19. Sacrificii & cultus nostri, Psal. 20, 4. testamenti sui, Psal. 106, 45. & 105, 8. nostrorum improperiorum, Psalm. 74, 22. suique verbi & promissionis, Psal. 119, 49. nostræ calamitatis, Ps. 132, 1. Pietatis, Act. 10, 4. Esa. 38, 3. beatitudinis dandæ, Luc. 23, 42. Memoria quoque ejus est vindicativa: sic Deus filiorum Edom memor fuit, Psal. 137, 6. 7. Psal. 109, 14. Apocal. 26, 9. Exod. 17, 4. Esa. 26, 14.

§. 2 II. *Beneficiorum Dei:* horum nos crebra subeat memoria, Exod. 13, 3. Deut. 18, 3. Psal. 105, 5. Esa. 44, 24. Christi sermonis, Joh. 15, 20. & passionis, 2. Tim. 2, 8.

III. *Status nostri*, Deut. 15, 15. Huc illud spectat: nosce te ipsum. Apocal. 2, 5. memento unde excideris.

IV. *Hominis:* non sit memor injuriæ, Genes. 50, 15. Levit. 19. vers. 18. Hæc est memoria illicita. Licita & præcepta memoria est (α) Dei ipsius, de qua ab initio. (β) Præceptorum, Numer. 15, 40. Psal. 102, 18. nominis Dei, Psal. 45, 18. & 63, 7. & 77, 4. 12. Exod. 20. vers. 14. Hæc memoria fit 1. considerando diligenter præcepta Dei. 2. Maximi ea, prout sunt Dei præcepta, æstimando. 3. Studiose eadem observare; quæ est memoria realis, non consistens in speculatione, sed actione, exemplo filii morigeri. (γ) Utilium exemplorum, Luc. 17, 32. Judith. 4. vers. 13. (δ) Spiritualium præceptorum, 1. Corint. 11, 2. Col. 4, 18. (ε) Mortis nostræ, Sir. 14, 12. vid. titul. Mors.

V. *Impiorum* memoria perit, Ps. 9, 8. & 34, 17. & 109, 15. piorum floret, Prov. 10, 8. Marc. 14. v. 9.

VI. *Physice* accepta memoria pro facultate illa, insigne Dei donum est, mentis famula, Aug. tom. 1. colum. 474. b. animi venter, cibus, lætitia & tristitia, tom. 1. colum. 168. c. summaque ejus vis est, columnn. 165. b. c. d. ita ut comprehendi non possit, col. 170. a. b. d. l. apud Augustin. D. Bernhard. vocat stomachum animæ. Plato dixit, methodum esse matrem memoriæ. Confer Joh. Ravis. Textor. col. 733. officin. Sabellic. f. 95. Exemplor. optima memoria prædi[t]i, eadem exuti. V. Meiger. p. 1669.

VII. Memoriæ Martyrum erant olim illorum recordationes, Heb. 13, 7. Augus[t]. de vera Religion. c. 51.

Varia prædicata.

§. 3 Memoria aliquando *se obruit:* sicut in undis stantibus cernimus, quoties calculus ejicitur, centrum oritur aliud, & circulus circulum absorbet; sic dum aliquid in mentem venit, aliud elabitur, atque ideo circa electionem laboro, cum assidue id, quod in memoria erat, præoccupet illud, quod denuo affluat, Gregor. Nazianzenus oratione in funere Patris.

Impeditur ab humore frigido, cerebrum occupante, orto ex intemperantia; vide sis discursum Lessii de vera ratione valetudinis conservandæ.

Renovanda est: nam aliàs evanescit; sicut libri cohærescunt, nisi crebro eas evolvas, Seneca. *Labilis* est: sicut rete majora continet, minora transmittit; sic memoria minutioribus servandis minime est intenta.

§. 4 *Mortis memoria* valde utilis 1. ratione nostri (α) Ad peccati vitationem, quæ fit, si mors ob oculos versetur: (β) nostri contemtum & aspernationem, dum cogitat homo, se in cineres olim resolutum iri, Gen. 18, 27. (γ) nostri gubernationem & pietatem; sic nautæ in fine navis sedent ad gubernandam eam, sic consideremus mortem ceu vitæ finem. 2. Ratione mundi (α) ad hunc contemnendum Eccles. 11, 8. meminisse debet tenebrosi temporis, omnia in morte pereunt, quæ mundi sunt: concupiscentia oculo-

oculorum, quia nudus homo in terram revertitur: concupiscentia carnis, quia caro datur vermibus: superbia vitæ, quia ditissimi & superbissimi sub terra absconduntur, 1. Joh. 2, 16. (β) Ad moderandum rerum lætarum usum, ne luxuriemus cum illo Luc. 12, 19. Anima mea multa habes, &c. Daniel. 5. cum Belsazare.

§. 5 *Memoria laudabilis I. Dei*, ut consideremus 1. bonitatem & creationem, Eccl. 12, 1. Ps. 103, 2. redemtionem, Luc. 22, 19. liberationem, Exod. 13, 9. 3. obedientiam, ut mandata Dei revolvamus memoria, Deut. 6, 2. Num. 15, 39. Jos. 1, 6. 4. justitiam & misericordiam, Sir. 51, 11. 5. summam Christi misericordiam pro nobis passi.

II. *Satanæ* tentantis, ne cum Adamo, Salomone decipiaris, 1. Theff. 3, 5.

III. *Hominis* (1) tui ipsius & status tui, in quo es, vel a quo defecisti, Esa. 51, 1. vel peccati, quo offendis Deum, Esa. 38, 10. Augustin. tom. 1. col. 75. a. Recordari debemus transactæ in pecatis vitæ, ut Dei dulcescat miseratio. Vid. Bernhard. de consid. ad Eugenium. (2) Alius, qui fidelis fuit tibi in adversitatibus, Gen. 40, 14. (3) Parentum & Præceptorum tuorum. (4) Infirmorum, quos tolerare meminerimus nostrarum nobis conscii imperfectionum, Gregor. in moralib.

§. 6 *Exempla insignis memoriæ:* Mithridates duas & viginti linguas calluit, totidem vero gentes iisdem compellabat. Cyrus omnibus militibus sua quibusvis nomina reddidit. Idem L. Scipio fecit. Cæsar Dictator scribere, legere, audire & epistolas magni ponderis exarare solebat. Vid part. 3. horar. recreat. Apolepht. p. 805.

§. 7 *Jactura memoriæ* : Ictus quidam lapide omnes literas oblitus: Alius tecto præcipitatus oblitus est matris & propinquorum: Messalæ Corvino graviter ægroto servorum & sui ipsius nomen excidit. De iis qui memoria plane exciderunt Textor col. 734. seq. officinæ uberius.

MENDACIUM

§. 1 Est significatio falsi cum fallendi intentione, August. lib de Mendac. Mentiri vero est, quasi ire contra mentem.

Quotuplex?

§. 2 1. *Officiosum: cum mentiris, ut proximo prosis, Augustin. in Psalm. 5. in verba: occides omnes: v. g. si neges te scire, ubi sit proximus, quem volebat aliquis occidere.* 2. *Jocosum*, quo nemo fallitur; scit enim is joco dici, cui dicitur. 3. *Pernitiosum* c. 22. q. 2. can. ne quis. Gerson. part. 2. in exposit. 8. præcepti. Hoc est pyxis & latebra mali, ait quidam ex Scholasticis. Etsi Plat. lib. de Repub. & cum eo Origen. Clemens Alexandr. Cassianus Beda statuant, mendacio esse aliquando utendum, sicut veneno in Theriaca: vide Cornel. a Lapid. in c. 7. v. 14. Sirac. & in Exod. 1, 19. *Severior certè Augustinus, qui docet, non mentiendum esse ægroto, etiamsi nostro mendacio eum in vita reservare possimus, tomo 4. col. 52. c. d. 53. a. Idem in Psalm. 5. docet, nec leve mendacium propter alienam salutem, aut ullum alium finem licitum esse.*

Causæ.

§. 3 Efficiens prima summaque is, qui dixit Gen. 3, 4. *nequaquam moriemini*: Ergo omnis mendacii *Satan* primus fons; hinc Joh. 8, 44. dicitur pater mendacii. 1. Johan. 2, 21. mendacium non est ex veritate. Athanas. Apolog. ad Constantin. Mendacia patrem Diabolum habent; itaque qui mentiuntur, alieni sunt ab eo, qui dicit: Ego sum veritas. Hinc mendacia sunt Diabolorum cibi & sacrificia, quibus delectantur & pascuntur, Cyprian. lib. 4. epist. 2. Hoc est opus Diaboli, ut servos Domini mendaciis laceret. Hermannus Sturmianus velitar. contra Luc. Osiandr. p. 3. omne falsum a spiritu falso, non Deo proficiscitur. Ambros. alicubi: omnes mendaces filii sunt Diaboli; filiis autem juridicè debetur hæreditas paterna; ergo hæreditas paterna, infernus, debetur mendacibus. *Hominum malitia*. August. pulchre serm. 202. de tempore, multis agit de hominum cœcitate, alios proscindentium injuriis & mendaciis: Quid (ait) festuca, quid trabes sit, videamus &c. *Avaritia*; hinc lucri causa homines mentiuntur; quod mendacium probat Cassianus collat. 17. ad 25. Errorem hunc e Platonis schola haustum esse, docet Cornelius a Lapid. in Gen. fol. 343. c. 2.

Materia.

§. 4 Est verò mendacium 1. in verbis; 2. in scriptis; 3. in nutib. & signis quibusvis ad significandum assumtis; 4. in simulatis operibus. Aliquando homines mendacia ex se ipsis sumunt, sicut ex seipsis araneæ telas nexunt, cum nihil subsit veri, Plutarchus in moralibus.

Objectum

§. 5 In quod tendit mendacium, est vel Deus, vel homo. Ananias in ipsum Deum mentitus est, Actorum 5, 5. hypocrisei scilicet: sic Israëlitæ. Vide Ps. 78, 38. Fit vero 1. in ea, quæ Dei sunt, falso jactando: ita Pseudoprophetæ Deo mentiuntur Ezech. 13. passim. 2. Sibi ipsi homo mentitur in mundanis plus justo confidendo, Proverb. 21, 28. 3. Proximo fallaciter loquendo, Ose. 4, 1. 4. In rebus vanis spem locando, Esa. 59, 4.

Effecta mendaciorum:

§. 6 *Alienare se à veritate*, Ignatius epistola prima ἀληθείας ἀλλότριον τὸ ψεῦδος, omne mendacium alienum est a veritate: *parere cordolium*, Prov. 15, 4. *odium Dei* impetrare, Ps. 5, 6. *damna multa* adferre: nam mendacium est omnium peccatorum & injuriarum causa, apud Plutarch. in Laconic. *commovere ad perjurium* facile hominem. Cicer. pro Roscio Comœdo: Qui mentiri solet, pejerare consuevit: quem

quem ego, ut mentiatur, inducere possum, ut pejeret, facile exorare possum. *Ad impietatem incitare*, Proverb. 29, 12. *Dedecore afficere* hominem, Sirac. 20, 24. 26. *Excitare odia* hominum, Psal. 101, 7.

§. 7 *Supplicia mendacium*

Provocant iram DEI & odium ejus in sese, Psalm. 5, 6. Proverb. 6, 19. *Fidem amittunt*, Isidorus Pelusiota lib. 4. epist. 20. Qui evidenter circa id, quod evidens atque apud homines in confesso est, hallucinantur, non sunt fide digni, ut de rebus dubiis & controversis pronuncient, citante Pelargo p. 168. 169. ad notas non-Candidi. *Patefiunt* tandem, Cyprian. lib. 1. epist. 3. mendacia non diu fallunt. *Diabolum sequuntur* mendaces; qui veritatem sequuntur, DEUM sequuntur, c. quisquis 11. quæst. 3. *Vanitatem aucupantur.* Psalm. 4, 3. diligitis vanum &c. *Non diu cohærent* mendacia. Lactant. libro quinto cap. 3. de justitia: Quemadmodum qui putres & ruinam minantes parietes albo tectorio linunt, non tamen eos possunt dirigere; ita & mendaces malas causas linunt, non justas faciunt. Chrysostom. hom. 67. in Joh. *Silentii pœna sunt dignissimi*: Persarum & Indorum legibus cavetur, ut, qui clientem decepisset, quique mendacio ter abusus fuisset, illi per omnem vitam silentium indiceretur, nulloque magistratu & honore dignus haberetur. *Pereunt* tandem, Prov. 19, 9. c. 21, 28. Plato lib. 11. de legib. Testis ter mendax moriatur: sic Ananias Act. 5, 6. & quidem æternum, Apoc. 21, 8. 27. c. 22, 15. Confer Drexel. Tract. 12. p. 1752.

§. 8 *Exempla mendaciorum.*

(1) In Satana & malis angelis, Genes. 3, 4. 5. qui quinque mendaciis usus, scil. non moriemini: aperientur oculi: eritis sicut Dii: scietis bonum & malum: scit DEUS hæc omnia, me non mentiri. (2) *In hominibus*, Gen. 12, 13. c. 20, 2. c. 18, 15. c. 26, 7. c. 34, 17. Exod. 1, 19. Jos. 2, 11. c. 9, 3. 1. Sam. 21, 2. 8. 2. Sam. 15, 3. c. 16, 3. c. 17, 20. 1. Reg. 13, 18. c. 22, 19. 2. Reg. 5, 22. 25. c. 6, 19. c. 8, 20. cap. 10, 18. Esth. 4, 2. Confer Prompt. Exemplor. p. 2. fol. 497. (3) In Lampadio, detexit D. Johan. Theodoricus peculiari libro. (4) In Pontificiis, de Luthero sparsis. Vide Prompt. Exemplor. p. 1. f. 392.

§. 9 *Vituperabile est.*

(1) Ob maximam, quæ est in peccato, iniquitatem; nam ob hanc Pharao toties DEO mentitus, decem plagis a DEO punitus est, Exod. 8. & 10. (2) Ob mortis causationem, causat enim mendacium mortem, Gen. 3. 1. Reg. 13. (3) Ob hominum deceptionem, qua nihil est turpius; sic Gabaonitæ, Jos. 9. (4) Ob summam DEI detestationem, Prov. 6, 16.

Alia, quæ faciunt ad detestationem mendacii, c. si quis c. super eo de Usur. Est id intrinsece malum, c. 22. quæst. 2. c. is autem. Sotus lib. 5. de justit. & jure, quæst. 6. art. 1. conclus. 3. §. Rejicitur. Reginald. lib. 24. sect. 3. numer. 7. folio 298. citat Panormitan. ad hanc rem. Cassianus quoque perstringitur a Reginaldo, qui docuit, mendacium ob majus commodum & malum non vitandum esse, fol. 298. d. l. est enim mendacium jure naturali illicitum, d. l. Reginald. Aug. tom. 4. col. 11. d. col. 12. a. b. ne pudicitiæ quidem servandæ causa mentiendum esse. Ipsis etiam Ethnicis detestabile. Persæ ter mentitos, perpetui silentii damnarunt. Artaxerxes linguas mentitorum trisulco clavo affigi jussit. Demosthenes dixit, benefaciendo & vera loquendo homines DEO quam proxime accedere. Aristot. 4. Ethicor. cap. 7. mendacium per se malum dixit. Homerus: Odi illos, ceu claustra erebi.

Non est nimis extimescendum. §. 10

Vide Wolff. Capitonem L. III. de dissensu Carolstadii & Lutheri, Hier. in Gal. 4. verba: Inimicus factus sum. *Est vilitas*, Arab. Cent. 1. n. 72. 73. Veritas magnifica est; mendacium vilitas: veritas sanitas est; mendacium infirmitas. Servorum proprium. Arist. in Ethic. Mendacium servorum esse vitium dixit. Est diaboli fœtus, Basil. epist. 7c. Illusio animæ; sicut imagines illudunt animabus facilibus per oculos, Philo lib. de Gigantib. Non suscipiendum, Exod. 23, 1.

Qui seducuntur mendaciis? §. 11

(1) Animo qui sunt leves: (2) veritati qui aures occluserunt, 2. Thessal. 2, 11. (3) Qui sunt de schola diaboli, Joh. 8, 44. (4) Qui DEI inimici. 1. Reg. 22. Achab a mendace spiritu deceptus ob peccata.

Fugiendum: §. 12

In genere, ab omnibus hominibus: A DEI præcepto, Levit. 19, 11. Eph. 4, 25. Coloss. 3, 9. Jacob. 3, 14. & interdicto, Exod. 20, 16. c. 23, 1. Ephes. 4, 25. Ergo mendacium est onus turpe, pondus premens conscientiam, vestis homine Christiano indigna. Ab honesto & æquitate, utraque monet fugere mendacium. A perniciosa consuetudine, Sir. 7, 14. A nota filiorum DEI, Ps. 5, 4. Sir. 7, 11. 12. c. 34, 8. c. 41, 21. Ab exemplo sanctorum, mendacia fugientium, Rom. 1, 9. Gal. 1, 20. A contrario effectu: sicut veritas nos Deo proximos facit juxta Pythagoram; sic mendacium a DEO divellit. Ab injuria, quæ DEO infertur, 1. quia ipse veritas est, 1. Joh. 4, 7. & tu contra eum spiras mendacia? 2. ipse te ad suam imaginem creavit, cujus pars est veritas; & tu hanc imaginem conspurcas? 3. ipsius præceptum est, ut veritatem diligamus, Zach. 8, 19. Ab incommodo: nam valet sæpe mendacium, quando is, qui calumniatur, τὸ ἀξιόπιςον ἔχει, inquit non nemo Veterum. A turpitudine originis: est enim a Diabolo, Joh. 8, 44. oritur e discordia oris & mentis, qua nil turpius. Ab impedimento omnium honorum, Sir. 20, 26. seq. A periculis summis, quæ creantur proximo per mendacia; sic Daniel mendaciis gravatus in foveam leonum projicitur, Dan. c. 6. Ab odio omnium justorum, Prov. 13, 15. A scandalo: herus enim cum mendax est, mendaces quoque solent esse servi, Prov. 29, 12. A damno multiplici mendacii, Drexel. tr. 12. c. 37. A turpi exitu: fur & mendax tandem patibulo affiguntur, Sir. 20, 27. A judicio omnium hominum, qui mendacium

dacium abominantur. Perſæ olim duo mala eſſe dicebant, debere & mentiri. Æneas Sylvius epiſt. 86. puſillanimorum & vitioſorum eſſe docet, veritatem ſupprimere.

§. 13 *In ſpecie Magiſtratibus* Prov. 17, 7. fugiendum mendacium, ne hoc loquantur, neve etiam mendacibus & adulatoribus credant: id enim ſi fiat, peſſime Rempubl. male informati regent. Plato lib. 2. de legib. Turpisſimum eſt Magiſtratum & principem eo ipſo ore mentiri, quo DEUM invocat: vid. Baſil. Imperatoris præſcription. cap. 16. filio Leoni mendacium diſſuad. *Doctoribus Eccleſiæ :* vid. Ambroſ. in Pſalm. 1. ſerm. 1. Chryſoſtom. hom. 10. in Acta ; ne fiduciam ponant in mendaciis, Jer. 7, 4. 8.

§. 1 MENDICITAS. *V. Paupertas.*

I. *Monaſtica :* mendicantium ordo 1. non fundatur in ſcripturis, Joh. Wiclef. lib. 4. 29. vocat hos monachos in ſcripturis infundabiles. Locus Matth. 5, 3. (apud Bellarm. cap. 20. lib. de Monach.) nihil facit pro mendicis religioſis, quos commendat Cornel. a Lapid. in c. 40. Sir. v. 29. Franciſc. in regul. c. 8. nam agit de paupertate ſpiritus. Leo ſerm. de eo: videns Jeſus. 2. Aërio ortum debet, is enim vetuit posſidere aliquid proprii. 3. Exemplo Chriſti eſt contraria, hic enim loculos habuit, Joh. 12, 6. c. 13, 29. vide Cajetanum in poſtremum locum. 4. Contraria Patriarchis & piis regibus, Abrahamo, Iſaaco, Salomoni, Hiskiæ, Davidi; & tamen Abraham dicitur fuiſſe perfectus, Geneſ. 17, 2. 5. Subruens ſtatus hominum, qui ſubſiſtere non poſſunt, confer 2. Cor. 8, 13. 14. ſi locum inveniat mendicantium colluvies. 6. Apoſtolo adverſa, qui jubet ex bonis partis dare, 2. Cor. 13, 14. & DEI præcepto, Gen. 3, 19. 1. Theſſ. 4, 6. 7. Scripturis non innixa : nam loca quæ objiciunt agunt vel (α) de paupertate ſpirituali: (β) vel de deſertione in ſtatu neceſſitatis, Matth. 19, 27. (γ) vel de exploratione ſingulari animi alicujus, Matt. 19, 21. (δ) vel de libera primitivæ eccleſiæ collatione ad alendos pauperes, Act. 2, 44. c. 4, 34. ſeq. Patrum teſtimonia (a) hyperbolica: (b) agunt de divitiis, animæ ſaluti obſtantib. Ambroſ. in Pſ. 118. ſerm. 8. (c) de voto deſerendi omnia tempore perſecutionis, Aug. lib. 17. c. 4. de Civit. DEI & in Pſ. 25. Chriſtus vero etſi pauper fuerit, nunquam tamen mendicavit. Vid. Gerſon. tract. de Mendicitate ad Lucæ 18. c. Extat vero parte tertia operum lit. L. M. N. fol. LXXV.

II. *Chriſtiana* eſt, qua ſumus omnes Dei mendici, gratiæ micas expectantes cum Bartimæo, Marc. 10, 46. Luc. 18, 35.

III. *Temporalis* aliquando pœna, aliquando exercitium eſt fidei, Pſ. 109, 10. Luc. 16. Lazar. 1. Sam. 25. David. Pſ. 37, 25.

§. 2 *Turpitudo mendicitatis.*

Sir. 40, 28. 31. miſeria ſumma in pauperie: infamia olim erat apud Judæos: oneroſitas, quæ ſibi ipſi & aliis creatur: impudentia, Sir. 40, 30. 31. c. 29, 70. Plutarchus refert in Laconic. quod Lacedæmonii paupertatem probroſam duxerint. Lacon rogatus a mendico, ut ipſi Eleemoſynam daret, reſpondit: Si quid dedero, magis es futurus mendicus, atque probroſæ tuæ vitæ auctor fuit, qui tibi primus dedit, teque inertem fecit.

Mendici vagantes, validi: Errones Nubiani, de quibus Camerar. p. 2. c. 57. horar. ſubciſiv. Cingari proditores Germaniæ, Camerar. part. 1. c. 16. ibid. & D. Schönborn. in Politic. Mendici ſpoliandi ſunt liberis, hique ad diſcenda opificia adhibendi: ſic præcipiunt conſtitutiones imperii.

Contra mendicos Conſtitutio *Caroli Magni :* Mendicis per regiones non debere permitti, ut vagentur (apud Camer. p. 2. c. 74.) Juſtiniani Novell. 8. de quæſt. Tit. 9. c. 5. Item l. quidem ignaviæ c. de decurionib. l. X. Conf. D. Mengering. part. 540. 541. in Dominic. 1. poſt Trinit.

MENI.

Eſa. 65, 11. a מנה numeravit ; dicitur eſſe Mercurius, cui olim felicitatem in negotiando adſcribebant, eidem libantes. Forſter. in Lexic.

MENS.

Mentis quies vid. in ſequentibus tit. *Quies. V. Anima. V. Tranquillitas.*

MENSA.

In ſacris literis (1) gratiæ, Pſ. 23. (2) idololatriæ: (3) luxuriæ, vid. tit. luxuria: (4) pietatis Chriſtianæ; menſam non pollutam, ſed mundam olim apponebant Chriſtiani. Juſtinus Martyr epiſt. ad Diognetem §. Nos caveamus: (5) *menſa notat omnia*, quæ in proſperitatem & commoditatem vitæ contingere poterant; hæc omnia in exitium verſum iri Judæis prædixit David Pſ. 69, 23. quod & ſequentia verba indicant: pacifica (eorum) in rete. Luther. h. l. ipſam ſcripturam & doctrinam accipit, quæ Judæis per accidens in laqueum verſa eſt, illis non credentibus DEI verbo. Menſa aurea Levit. 23. typus ſancti miniſterii, Chytræus in h. l. Menſas olim ſacras faciebant appoſitis ſalinis & ſimulachris Deorum, Macrob. Val. Max. de C. Fabrit. Nos precibus, 1. Tim. 4. 6. Menſa Solis apud Ægyptios epulis inſtructa optimis, ad quam cuique patebat aditus. Herodotus lib. 3. Longe melior, imo uberrima Jeſu Chriſti menſa, Joh. 6. 1. Cor. 10. c. 11. Epulis corporis & potu ſanguinis, & delitiis cœleſtium promisſionum inſtructisſima.

MENSIS. §. 1

Menſes dicti, quod temporum ſpatia metiantur. Prob. Gramm. Varii apud varias gentes. Romulus ab exordio urbis decem ſolùm menſes conſtituiſſe memoratur, Textor. col. 255. officin. Hebræi duodecim recenſent, vide Sebaſt. Munſter. p. 44. de anno & menſibus Hebræor. & in Calend. Hebraic. p. 171. Seth. Calviſ. in Chronol.

§. 2 Januarius a Jano bifronte dictus, Latii olim rege; pictus bifrons, initium & finem anni reſpiciens: Longinus Casſius vetus Grammaticus dictum putat quaſi αἰωνοάριον, h. e. ævi parentem. Februarius a februando; id eſt expur-

gando

gando populo, per 12. dies continuos celebrando festa pro defunctorum manibus, Ovidio purgamina dictos. Martius Marti sacer, v. Isid. Hispal. Aprilis ab aperiendo, aperitur enim terra & viscera recludit, ad effundendas opes suas. Majus a majoribus dictus, quos summo loco habuit Romulus; alii a Maja Mercurii matre; alii quasi madidum imbribus. Junius juvenum honori datus; alii a jungendo, quo Romani & Sabini, positis simultatibus, in unam gentem coaluerunt; alii a Junone derivant, ut & Junonius dictus sit quibusdam populis. Julius ob natalem Julii Cæsaris. Augustus olim Sextilis, hoc nomine ab Augusto donatus, quod eo ipse consulatum adeptus sit. September ab ordine, Græci impetuosum vocant, ob aërem turbulentiorem. October ab ordine & imbribus; Germanis vindemialis; alii quoque hyperboreum dictum putant. November Chaldæis kisleu, Belgis Schlachtmans, a jugulatione pecudum. December ab ordine similiter nomen accepit, dicitur quoque Genialis, Germanis mensis luporum.

§.3 Mensis lunaris triplex. I. Peragrationis: Estque 27. dierum & horarum octo. II. Illuminationis: Est viginti octo dierum. III. Conjunctionis: Est 29. dierum & duodecim horarum. Confer huc verba Plinii lib. 2. Nat. histor. cap. 9.

MENSTRUA.

Muliebris ille sanguinis fluxus singulis mensibus. Causam iracundiæ in mulieribus esse docet L. Lemnius lib. 4. c. 13. de occultis naturæ miraculis. Hebræis dicitur דוה infirmitas Esa. 30, 22. disperges ea, sicut menstruum, & נדה immunditia, Lev. 20, 21. Ez. 18, 6. De causis & consequentibus physicis menstruorum videatur Aristot. lib. 7. c. 5. histor. animal. Lib. de somno c. 2. narrat, menstruatas mulieres si nitidum speculum inspiciant, inficere superficiem speculi; quæ omnia faciunt ad exaggerationem nostræ impuritatis, Esa 64. metaphorâ vestis menstruatæ indicatæ.

MENSURA.

§.1 1. DEI (α) divinæ ordinationis, Sap. 11, 22. (β) justæ retributionis, Matth. 7, 2. Marc. 4, 24. Luc. 6, 38. (γ) gratiæ donationis, qua utitur in donis distribuendis, Johan. 3, 16. Rom. 12, 3. Ephes. 4, 7. (δ) Nostri in Christianismo ædificationis, Ephes. 4, 11. 12. (ε) Paternæ castigationis, hujus enim certa est mensura apud DEUM, Jerem. 10, 24. c. 30, 1. c. 46, 28. c. 13, 24. 25. 2. *Humanæ justitiæ*, Lev. 19, 35. 36. in eos verò, qui mensuras adulterant, lex Cornelia de falsis lata est, & deportationis in insulam pœna sive alia, decreta. Valentinianus imperator modium cupreum Constantinopoli fecit, ac ei, qui illum minueret, manus præscidi curavit, præcisas palo fori affigi. 3. *Iniquitatis*, Matth. 23, 32. Jer. 51, 13. 4. *Egestatis*, Ezech. 4, 11. 16. & maledictionis, Hagg. 2, 15. 16. 5. *Humanæ præsumtionis*, de qua Leo serm. 4. de jejunio: Dominus (ait) novit omnium vires, & scit inspector, de qua mensura quisque quid tribuat.

§.2 Luc. 6, 38. Qua mensura &c. notat 1. DEUM punire illos, qui malum malo rependunt, nec remittunt proximo offensas: 2. pœnam talionis exercere, vid. tit. Talio: 3 punire eos, qui proximo mala architectantur, ipsique incidunt in foveam, quam aliis paraverant, Prov. 26. v. 26.

MENTUM.

Mentum tenere vel apprehendere olim reverentiæ signum erat, 2. Sam. 20, 9. vel tangere genam vel maxillam. Euripides in Hecuba: Tetigisti supplex (de Ulysse loquens) hanc anilem genam (de Hecuba) Plin. lib. 11. c. 45. de eod. more.

MERCES & MERCATURA.

Scholasticis etiam dicta Mercantia.

An licita? §.1

Affirmatur 1. a negata scripturæ prohibitione; nuspiam enim prohibet mercari. 2. a justo: justum mercaturæ lucrum est laboris præmium & stipendium. 3. ab approbatione Johannis Baptistæ, Lucæ. 3, 13. 4. a necessitate: mercimoniis enim carere vita hominis non potest. 5. ab exemplorum inductione, Gen. 37. 2. Chron. 1. Mercatores regis. Errant Japonii Indi, qui mercaturam contemnunt, omnem nobilitatem in otio & armis ponunt. Locus Juris Canonici d. 88. c. Ejiciens, damnet vitiosam mercaturam, quæ multis fit modis, ut mox declarabimus: & locum Zachariæ 14, 21. de hominibus impiis & gentilibus, quique idolis dediti sunt, interpretetur dexterius.

Vitiosa fit §.2

Sex potissimum de causis: 1. ratione causæ efficientis, si sit Clericus vel Religiosus, qui mercetur. 2. ratione impellentis: si lucri solius incredibili ardeat cupiditate, non studio juvandi necessitates proximi. 3. materiæ, si vel res & merces sint vitiosæ; vel si carius peregrino vendas quam civi, Extr. de Emt. vendit. c. placuit. 4. modi & formæ, si mendaciis & perjuriis & fraudibus mercimoniæ exerceantur: vid. titul. Justitia distributiva. 5. Loci subjecti, si in locis sacris mercaturam exerceas, ut illi Matth. 21. jus Canonic. d. 88. c. Ejiciens. 6. Temporis adjuncti, si die festo merceris, quod violat sabbathi sanctificationem, Exod. 20. Extr. de feriis c. 1. Confer sis Fricium lib. 1. de moribus Reip. Christ. fol. 52. 53.

Virtutes mercatoris. §.3

Pietas, ut ante omnia margaritam cœlestem mercari in animo habeat, Matth. 13, 46. *Justitia*, 1. Thess. 4, 6.

Vitia injustorum. §.4

Injustitia ipsos tandem mercatores accusat, Zwinger. fol. 29. a. Peccatum. Lycus fœnerator Genuensis quoties hominem decipiebat, toties calculum nigrum in arca reponebat, ut numerus delictorum alienis precibus expiaretur; numerum igitur editurus peccatorum, domumque reversus in arca unum solum calculum reperiens. Tui (dixit ei sacerdos) cau-

sa unicus relictus est calculus, qui deceptus es à Diabolo, teque ipsum animamque tuam decepisti.

§.5 *Pœna eorum.*

Sir. 27, 4. destruetur domus ejus. Mich. 6, 14. comedes & non saturaberis. Job. 20, 15. divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas DEUS. Proverb. 16, 8. Melius est parum cum justitia, quam multi fructus cum iniquitate. Augustin. in Psalm. 123. Lucrum fecisti, sed ut lucrum faceres, Deum offendisti. Antiphanes dicere solebat: Usuras quæstumque breves habere delitias: longam autem calamitatem.

§.6 *Affectio:*

Facilitas labendi in peccata, Sir. 27, 2. Et huc spectant modi injustæ mercaturæ, quæ fit I. *in ipsa mercium substantia*, si pro vino aquam vendas, pro siligine paleas. II. *in quantitate*, per injusta pondera & mensuras, Mich. 6, 11. mensura minor. ff. de Extraordinariis Criminibus. Levitic. 19, 35. Deuteronom. 25, 10. Proverb. 20, 10, Injusta vero pondera sunt (α) cum quis habet diversa pondera: unum, quo vendit, minus; alterum, quo emit, majus. (β) cum quis quantitatem subdole implet: v. g. caupo spumam pro cerevisia vendens. (γ) Cum quis rei vendendæ quantitatem majorem conciliat, ut is, qui lanam madefacit. Itaque hæc & consimilis ftaus vitanda (1) ob DEI justitiam & abominationem, Mich. 6, 11. Proverb. 11, 1. cap. 20, 10. Ezeh. 28, 18. 1. Thessal. 4, 6. (2) ob finis frustrationem: ideo enim inventa sunt pondera, ut essent instrumenta justitiæ; sed hic finis in injustitiam convertitur, DEO nostro abominabilem. (3) ob divini dominii violationem: Dominus enim terræ DEUS est, qui in ea justa pondera observari præcepit Levitic. 19, 35. Deuteronom. 25, 10. (4) ob simulationis turpitudinem; aliud enim hac ratione ostenditur, aliud venditur. (5) ob lucis abusionem: solent enim in locis aliquando tenebrosis merces divendere, ne fraus appareat, ut, si in loco tenebroso viles pannos pro egregiis exponas venum &c. scilicet male dum agunt, fastidiunt lucem, juxta illud Johann. 3, 20. quod huic operi tenebrarum non male applicaveris. Huc phrasis Apostoli 2. Corinth. 2, 17. καπηλεύειν, & Esa. 1, 22. III. *In qualitate*, si vitiosæ merces pro bonis obtrudantur. IV. *In actione*; si per rapinam velut sub prætextu mercaturæ aliorum bona ad te transferas; si caritatem annonæ procures, l. annonam. Huic deportationem in Insulam pœnæ loco constituit Adrianus; sed quæ eos, qui flagellant annonam, pœna manebit apud DEUM, qui tot pauperum gemitus provocant, charitatis Christianæ plane obliti?

§.7 *Effecta Mercaturæ.*

Quatuor mercatura per accidens in homine efficit: 1. Inexplebilem cupiditatem habendi: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. 2. Insatiabilem rapacitatem, per fas & nefas proximum defraudandi, 1. Thessal. 4. v. 6. 3. Vanitatis studium; omnes enim opes sunt instar undæ labentis: vid. titul. Divitiæ; item Avaritia. 4. pietatis contemtum & omnem luxum in commessationibus, splendidis conviviis, vestibus &c. Ezech. 27, 6. 7. 8. Esai. 23, 8. 9.

Plurima vitia & accidentia §.8

Insunt mercaturæ: (1) impietas & confidentia in opibus, Psalm. 51, 8. & 37, 20. 21. & 73, 12. contra Psalm. 62, 11. 1. Timoth. 6, 17. (2) Astutia & calliditas, Luc. 16, 8. In Monopoliis, de quibus ff. de monopol. l. 4. C. de Monopol. l. jubemus. Proverb. 12, 22. (3) Cura & sollicitudo amittendarum opum. Matth. 19, 22. abiit juvenis tristis; inde contemnitur omnis justitia in mercimoniis, ubi homines varias excusationes injustitiæ comminiscentes seipsos fallunt. (4) Servitus curarum, Matth. 6, 24. plus enim temporis sæpe revidendis rationibus, quam frequentandis concionibus impenditur. (5) Invidia insatiabilis, & summus charitatis, erga proximum exercendæ, neglectus. (6) Perpetua molestia & vigiliæ; urget enim plerumque sitis mercium distrahendarum insatiabilis, (Apocal. 18, 11.) qua fit, ut mens sevocetur à cura salutis, Psalm. 49, 12. (7) Periculum salutis; facile enim divitiis impliciti in animæ ruinam dilabuntur & a bonis cœlestibus ad terrestria retrahuntur, parum memores margaritæ cœlestis Matth. 13, 45. 46. (8) Dubius divitiarum eventus, mercatura quæsitarum: sicut triticum in cribro sæpe jactatum, per singula grana tandem decidit, & nihil in cribro remanet; sic divitiæ inter venditionem & emtionem minuuntur, & in novissimo nihil nisi peccatum remanet. Chrysostom. homil. 38. oper. imperfecti. (9) Mendacia aliquando locum maximum in mercatura inveniunt: sicut is, qui inter duos inimicos versatur, ambobus placere & non sine multiloquio studet; sic qui emit & vendit, sine perjurio & mendacio esse non potest, Chrysostom. homil. 38. oper. imperfect. Huc illud Ecclesiastici 27, 2.

Et perjuria, quorum beneficio lucra aucupantur: vide Sir. 23, 11.

MERCENARIUS & MERCES. §.1

Merces reddenda, *vid. tit. Justitia.* Vita æterna merces, *vid. tit. vita æterna.*

Mercenarius quis? non qui mercedem accipit, Lucæ 10, 7. 1. Corinth. 9, 10. 14. Galat. 6, 6. sed 1. qui turpem quæstum quærit, ut olim Pharisæi, Matth. 23, 25. & ii, quos Petrus perstringit 1. epistol. 5, 2. 2. ventrem suum curat, quæ sua sunt quærit, Philipp. 2, 4. solis temporalibus contentus est: 3. Salutem ovium non curat, seipsum vero maxime respiciens: 4. Derelicta non custodit, dispersa non quærit, Zachar. 11, 5. 16. 17. Ezechiel. 34, 3. super contritione Josephi non dolet, Amos 6, 6.

5. Frau-

5. Fraudes in eccleſia committit, Rom. 16. v. 18. Philipp. 3, 18. 2. Corinth. 11, 13. 6. Fugit periculum, Johan. 10, 12. Auguſtin. tractat. 46. in Johann. Fugiſti, quia tacuiſti. 7. Oves non ſunt propriæ illi; non enim eo affectu præditus eſt, quo mater erga filios, Galat. 4, 19. brachio eos non ſuſtentat nec in ſinu fovet, quod eſt veri paſtoris, Eſai. 40, 11. 8. metuit, ne corporalia bona amittat, Eſai. 56, 10. 9. verbum exhortationis ſubtrahit, Ezechiel. 13, 5. 10. Vitia non corripit, Ezechiel. 13, 18. Gloriam venatur & favorem populi, Gregor. Mag. homil. 14. in Evangel. Fugit mercenarius non mutando locum, ſed ſubtrahendo ſolatium; fugit, quia injuſtitiam vidit & tacuit; Fugit, quia ſe ſub ſilentio abſcondit. Contra verus paſtor (α) animam pro ovibus ponit in teſtimonium, Coloſſ. 1, 24. Actor. 20, 24. (β) illas novit, Johann. 10. (γ) auget numerum ovium, 1. Corinth. 9, 20. 21. (δ) illas diligit, Philipp. 1, 7. (ε) lupo occurrit, Actor. 28, 28. ſeq.

MERETRIX. *V. Scortatio.*

MERITUM & MEREO.

§. 1 Vox mereo, meriti, multas peperit lites in doctrina de bonis operibus: non enim perpetuo notat modum acquiſitionis ex juſtitia inter merentem & eum qui retribuit, ſed in genere notat *conſequi, impetrare,* quocunque demum modo id fiat. Ex Auguſtino quædam adhuc adferemus, is tomo 9. col. 1157. d. ita hanc vocem mereri uſurpat: Pauperes vetuſtisſima recipere merentur: col. 26. a. DEUS dedit fidem, qua eum promeruiſti: non enim de tuo promeruiſti, ut tibi aliquid deberetur: col. 254. c. illi veniam meruerunt, qui Chriſtum occiderunt: tomo 9. colum. 213. a. c. d. 832. c. 734. d. 735. b. 795. a. 40. d. tom 8. col. 1609. c. & colum. 1516. b. promereri pro conſequi. Tomo 8. col. 1083. b. tomo 2. col. 65. a. b. tomo 10. col. 567. a. Quare pauper non mereatur panem tuum, qui tecum meruit accipere baptiſmum ſacramentum: colum. 605. Iſaac meruit apprehendi, meruit vinciri, lit. d. Confer ibid. tom. 10. col. 251. c. & colum. 1120. d. & D. Chamier tomo 3. lib. 14. cap. 2. §. 10. & Vegam lib. 8. cap. 8. de juſtificat. & Joan. Duns Scot. in ſent. d. 17. folio. 94. qui docet, meritum gratuitò tantùm acceptari: & Bann. in 1. ſentent. Idem eſt judicium de voce meriti, admodum proficuum huic de meritis diſceptationi. Merita appendi debere in ſtatera, probare nititur Cornel. a Lapid. in cap. 5. Daniel. in verba: ſtatera appenſus, &c. ex hiſtoriis incertis, obſcuris viſionibus.

Non dari merita:

§. 2 1. *Confirmat Scriptura.* Luc. 17, 10. ſervi inutiles: excludit omnia coram DEO, ut cauſas meritorias, opera, Rom. 3, 28. Vid. tit. juſtificatio: item tit. Opera. Ipſa quoque merces in ſcriptura gratia appellatur, Caſſander fol. 1127. oper. 2. *Conſenſus Patrum:* Auguſtinus tomo 8. columm. 1540. d. quod ex damnato Adamo ſimus, & multa peccata indies addamus. Quî ergo proprie mereri diceremur? Gregor. M. in Pſ. 130. ſi ſeveritatem oſtenderet DEUS, nemo ſervaretur: omnes enim peccaverunt. Quod merita nos damnent, Aug. in Pſ. 43. Si qua ſint, DEI dona ſunt, Auguſtin. lib. 9. c. 19. Confeſſ. Quod perfectum jam videtur, DEI perfectioni adhuc imperfectum eſt, Auguſtin. in Pſalm. 98. (probat id ab exemplo Moſis, Aaronis, &c. imperfectorum e Numer. 20. Deuteronom. 34. &c.) quod omnes faciamus peccata, quia omnis homo in ortu ſuo habet peccatum, Auguſt. libr. 5. c. 15. contra Julian. Omne virtutis noſtræ meritum eſt vitium, ait Gregor. lib. 9. cap. 1. Moral. Confidendum in nobis non eſſe, ſed in juſtitia illa, quæ eſt in creatore ipſo, Polygran. Dom. 10. poſt. Trinit. §. Etſi Phariſæus egerit gratias &c. & in miſericordia Dei, quod excedit vota & merita, Bellarmin. in Pſalm. 51. v. 2. columm. 369. d. gratis juſtificante, non merita, non opera, ſed cor contritum flagitare DEUM, Polygranus p. 317. in Dom. 10. poſt Trinit. Ignoranda eſſe merita, Job. 9. etiamſi ſimplex fuero; hoc anima mea, Polygr. in Dom. 10. poſt Trinit. p. 315. 316. Pro nihilo habenda, Tauler. cap. 1. inſtit. p. 674.

§. 4 3. *Adverſariorum,* qui docent (α) *longe aliam eſſe Dei libram,* quam quæ eſt hominum (Appende igitur ad lancem judicii humani tua merita, & invenies te levem eſſe, ſenties in agone te miſerum eſſe & pauperem.) Confer Drexelium tractat. 3. Vernacul. p. 291. a. b. & Marc. Anton. Flamin. p. 3. epiſtol. in Pſalt. dedicat. §. Docet hic libellus, omnia peccata condonari, in morte perfectos non ſubſiſtere. Ghisler in cap. 8, 20. Jerem. §. Contingit plerumque æternæ hæreditatis. (β) *Solum oculos in divinæ bonitatis* & miſericordiæ theſauros eſſe conjiciendos, non merita noſtra, non indignitatem noſtram, intuenda, Salmero tom. 10. p. 20. oper. Gerſon. part. 3. tract. de remediis contra puſillanimitatem: Domine (inquit) non in juſtificationibus meis proſterno preces meas ante faciem tuam; quia NULLÆ ſunt, & ſcio, quod ſi millies confiterer, & diſtricte volueris me diſcutere, non ero mundus in conſpectu tuo, SOLA namque, Deus, miſericordia tua mundabit me: ideoque in miſericordiæ tuæ multitudine introibo ad altare Sanctum tuum; lit. E. Gerſon. Sic Gerſon pie, vere: nos ſic quoque, mi Gerſon, docemus: Appellandum eſſe ad curiam gratiæ. Idem Gerſon part. 1. ſermon. in die circumciſionis Domini: Quid ageret? quo ſe verteret homo in juſtitiæ curia, ſi nemini datus eſſet locus appellandi ad curiam gratiæ, ſi non ſuperaret miſericordiæ judicium? Hæc Gerſon. Eadem fere ſunt apud Michaelem Ghislerum in cap. 48. numer. 16. v. 10 tomo 2. in Jerem. folio 834. &c. Ante terribilis &c. (γ) *Maculata eſſe* opera bona noſtra, Salmero Jeſuita d. l. tom. 10. non proportionata ad gloriam æternam, Leſſius numer. 79. fol. 121. Opuſcul. (δ) *Omnes homines facere peccata,* quia omnis homo in ortu ſuo habeat peccatum, fatente ex Auguſtino Jeſui-

ta Benedicto Justiniano in 1. Pet. 2. v. 22. num. 11. (ε) Nullius hominis innocentiam immunem esse a Diaboli insidiis (Drexelius tractat. 22. p. 733. de causis clamoris agens) in morte: Ergo merita non tranquillant conscientiam. (ζ) Bellarminus tom. 6. conc. 44. column. 531. c. O quam (exclamat ille) multa nunc cæcæ nostræ prudentiæ bona & sancta videntur, quæ coram illis lucernis (judicii divini, puta, de his enim ibi loquitur) iniqua & mala esse, omnes videbunt! Hæc Bellarmin. Itaque nos nobis a talibus metuimus malis, soli misericordiæ DEI in Christo fide vera apprehensæ innixi, nihil damnationis metuamus. (η) Requisita meriti: debet esse indebitum; at omnia debemus Deo, Luc. 17. Proportionatum ad præmium; at merita non sunt proportionata: Nostrum, non alienum; at merita nostra sunt DEI, non nostra: Dona DEI, quæ ille vasis fictilibus infundit, Polygran. Dom. 10. post Trinitat. p. 309. 310. Bernhardus nullis *meritis* confisus, ait Drexel. Tract. XI. p. 1440.

§. 5 4. *Innituntur dubiis & verbo DEI contrariis revelationibus:* v. g. Mechtildi revelatum esse (sic scribit Cornel. a Lapid. in c. 3. Thren. v. 13) nos esse felices, qui degamus vitam in his terris, in quibus multa promerere possimus, & nostrum meritum ex DEI gratia augere: Hæc ille. At scriptura testatur: miser homo, quis me &c. Roman. 7. quod nihil illo sensu mereamur: quid enim merentur inutiles servi, etiam omnia facientes? Luc. 17. etiam impuri? Esa. 64. ex impiis nati? Job. 15.

§. 6 5. Denique *oblivisci* decet eorum: Tutus meritorum penus est oblivio meritorum, inquit Chrysostom. homil. 28. ad Pop. Antiochen. Cum aliàs merita exposita sint similia vestibus auro intextis, quæ multos in foro pariunt insidiatores: propterea non datur vita æterna, Cassandr. folio 263. Oper. qui ibidem particulam propter explicat, quod non causam sed consecutionem notet. *Ignorare:* Optima humilitas est propria merita ignorare, Bernhard. & ex eo Bellarminus: optima (ait ille) humilitas est propria merita ignorare. *Considerare* merita ad DEI oculos & æstimium; adeoque ita vilescere, sicut stannum comparatum argento vilescit; argentum auro comparatum vilescit; aurum vero gemmarum comparatione minus æstimatur, Cassian. coll. 23. c. 2. Fiunt tandem aqua, sicut mons nivis, Stella in c. 21. Lucæ. Magnitudinem & gravitatem peccati ignoramus, Bellarmin. tom. 2. c. 571. a. b. c. *In Domini misericordia quærere:* Miseratio Domini meritum est meum, D. Bernh. in Cantic. serm. 61. Georgius dux Saxoniæ, spretis de Missa suffragiis, Monachorum sermonibus moriturus dixit: Moriar in meritum Christi.

MESECH.

1. Filius Japheti, Genes. 10, 2. Hinc, juxta nonnullos, Moschi orti esse perhibentur. 2. Hostes ecclesiæ & persecutores, Ps. 120, 5.

MESSIAS. *V. Christus.*

Oculos cæcorum aperturus: quod fatetur Midras in Psalm. 146. & Esa. 35. & cap. 42. vers. 7.

MESSIS.

1. Proprie tempus illud, quo metimus. 2. Ecclesiæ, Joh. 4, 38. Matt. 9, 38. Luc. 10, 2. semen est verbum DEI, Lucæ 8, 11. spicæ & segetes sunt credentes; ager est cor, in quod spargitur semen; messores sunt ministri, Matth. d. l. 3. Judicii, respectu impiorum (α) inchoativa in morte, qua impii demetuntur, Matth. 13, 40. (β) consummativa in ignis camino, Matth. 13. d. l. 4. Consumtio messis est pœna, Jerem. 5, 17. & deprædatio hostilis per Babylonios effecta.

METRETA.

Johan. 2. Sex hydriæ capiebant quindecim metretas, quæ conficiunt unum dolium, sive bottam vini, & insuper tredecim boccalia, ut supputat Pererius.

METALLA.

§. 1 Dura materia, e terræ sinu. Effodiuntur opes irritamenta malorum: (1) Divitiarum DEI indicia, quia metallis sinum terræ replet Deus, uterum fœcundat fructibus, superficiem floribus, Psalm. 104. (2) Patientiæ Christianorum exercitia. Olim ad metalla damnati Christiani, Cyprianus lib. 3. epistol. 25. §. Qui triumphus in pectore &c. Paphnutius a Maximino Cæsare ad metalla damnatus: Eusebius testis, ex hoc Baronius Tom. 2. n. 35. 36.

§. 2 Utilitates metallorum sunt 1. Corporibus, qua medicinam, prodesse, beneficio Chymiæ. 2. Contractus humanæ societatis conservare. 3. Præstare usum architectonicum, in firmandis ædificiis, tegendis, ornandis, in construendis munimentis. 4. Suggerere materiam ornatus; sic Salomo auro ornavit templum. 5. Testari de summa bonitate Dei erga nos, quorum bono commodoque metalla creavit summa sapientia, quæ in creandis ex vaporibus terreis atque aqueis in gremio terræ, metallis, elucet, Deut. 8, 9. Job. 28. 6. Monere nos de officio nostro, vitanda avaritia, quæ in effodiendis metallis plus justo sæpe occupatur, a Dæmonibus subterraneis nonnunquam terretur: sectandis veris divitiis in DEO ipso, Job. 22, 23. amandis DEI præceptis, Ps. 119. auro & argento contemnendis, quæ nos a die iræ minime præstabunt immunes, Sophon. 1.

METUS. *V. Timor. It. Bellum.*

MICHAEL

Apocal. 12, 7. ipse Christus est, ob multas rationes: (Nec facimus cum Raphaele Eglino hoc negante in c. 12. Apoc.) quia 1. huic soli convenit hoc nomen: Quis sicut DEUS? 2. collatio loci Dan. 12. idem suadet: 3. Idem evincunt prædicata de hoc Michaele, quæ angelo creato competere nequeunt: is enim ibi intelligitur, sub quo militant omnes sancti; is vero CHRISTUS est, in cujus sanguine vicerunt, Apoc. d. l. 4. CHRISTO soli competit pro tota ecclesia contra Satanæ vim pugnare.

MICHEAS

Propheta vixit sub Usia, Jotham, Ahas, Hiskia, cum Esaia Mich. 1, 1. consonat eidem; Est secundus hujus nominis, nam alius fuit sub Achabo, 1. Reg. 22.

MILITIA.

§. 1

Quotuplex?

I. *Temporalis & Politica*, dummodo justa sit, DEO non improbata, vid. tit. Bellum. Sub Trajano imperatore undecim millia Christianorum militasse, deprehensa sunt. Baron. ad ann. Chr. 108. fol. 29. num. 1. Confer cap. militare 23. quæst. 1. De militia videndi Vegetius, Robertus, Vulturius, Henricus, alii. Honorandi milites & præmiis afficiendi, *Zwing.* f. 3378. b. Theat.

§. 2

Peccata militum.

Sunt 1. Pauperum concussio, qua milites nonnunquam vel vi & metu bona pauperibus extorquent, vel eosdem in persona lædunt, Lucæ 3. vers. 14. 2. Calumnia, cum falsa crimina commenti eadem imputant divitibus, ut eos pecuniis emungere possint, v. crimen factionis, rebellionis, hostilitatis, conspirationis. 3. Negata contentatio, cum non vivunt contenti stipendiis, sed rapinis; pro hospitiis nil solvunt, 1. Corint. 9. vers. 7. 4. Luxuria, cui ut plurimum dediti sunt milites, qua vigente Respublica fit hostibus præda, Marcell. lib. 22. vide late Camerar. part. 1. cap. 79. horar. subcisivarum. 5. Blasphemia, vitium isti hominum generi valde commune & familiare. 6. Irrisio & subsannatio miserorum, Lucæ 23, 36. 7. Injustitia & sævitia Tyrannica, Joh. 19. v. 2. Matth. 28, 12. qua omnia depascunt. Vid. Jerem. 51, 28. Alexander Severus milites e via in agros excedentes his verbis increpabat: *Vellesne tu hoc fieri in tuo agro, quod facis in alieno?* Clamare, quotiescunque castigaverat militem, jubebat: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

§. 3

Virtutes militum.

1. Pietas, Actor. 10, 1. 7. 2. Castitas; ergo non sint adulteri & scortatores. Richter Axiom. Oecon. 32. 3. Justitia & propositum pugnandi pro aris & focis. 4. Contentatio, Luc. 3, 14. 5. Veracitas, ibid.

Miseria militum summa. (α) servitus laboriosissima. (β) præsentia vitæ discrimina. (γ) Vigiliæ perpetuæ, cum tamen animalia noctu quiescant. (δ) Fames, sitis, penuria rerum omnium. (ε) Vitamque sub dio agit & trepidis in rebus, Horat.

II. *Spiritualis* (1) quæ est in Christiano fideli, 2. Timot. 2, 3. Job. 7, 1. 1. Tim. 1. v. 18. cum in fide, spe & patientia militat. 1. Johan. 5, 4. fides nostra vincit mundum. 2. Corinth. 10, 4. arma militiæ. 2. Timoth. 2, 3. bonus miles Christi. (2) Cum ipse Deus contra nos militat terroribus & tentationibus, Job. 6, 4. c. 10, 17. vel cum peccata militant in nobis, Jac. 4, 2. 1. Petr. 2, 11. contra quæ fortiter dimicandum, Galat. 5, 17. (3) quando militamus cum Satana, Ephes. 6, 12. vide D. Spangenb. tract. vom Christenthum. Alii: Hominis militia (α) cum Deo, Genes. 32, 24. Ose. 12, 4. Job. 3. (β) Satana, Matth. 4. Ephes. 6. (γ) Mundo, 1. Joh. 2. (δ) Carne, Roman. 7. Gal. 5. (ε) Cruce & tribulatione, Job. 7, 1. Græci vertunt ἐπειρατήριον. Huc spectat militia calamitatum Job. 7, 1. sumus enim extra patriam adhuc, 2. Corint. 5. sumus in mundo, ut aliena terra, quia conversatio nostra est in cœlis, Philip. 3. hostes sunt tribulationes exteriores, tentationes interiores, pericula, irrequies, labor & terror undique nos cingunt. Exitum pugnæ bene consideremus, ut dicere possimus: Bonum certamen certavi, 2. Timoth. 4. Laudem victoriæ. Rom. 8. vincimus. Reditum in patriam nunquam non meditemur. Esa. 35, 10. Redemti Domini, &c.

III. *Cœlestis & terrestris*, ita omnes creaturæ, Job. 25, 3. angeli, Luc. 2, 3. stellæ, Deut. 17. v. 3. 2. Reg. 17, 16.

§. 4

Causa

Vocans nos ad hanc militiam Christus est, (α) ipse est dux summus ecclesiæ, Dan. 12. Jos. 5. Ipse dat scutum fidei & salutis, in eo confidamus & contra hostes pugnemus, 2. Sam. 21, 15. 16. cap. 22, 32. sequentib. (β) Pugnavit fortiter cum Diabolo, Matth. 4. (γ) Monet pugnare Matth. 26. versic. 41. vigilantia & precibus (δ) Juvat pugnare, non fugam capessit, ut Xerxes videns suorum ignaviam & militum Græcorum fortitudinem. Comes militiæ ipse Deus est: Christiani sunt milites: Philistæi sunt Dæmones: duo scopuli sunt ad dexteram, sinistram, 1. Sam. 14. v. 4. sequentib. Sic Christus defensor militum suorum, 1. Sam. 27. versic. 1. nos ad Christum fugiamus, qui nos semper defendit nec ullo tempore destituit.

§. 5

Instrumenta bonæ militiæ.

Preces & oratio, Eph. 6, 18. ut harum interventu destruamus cogitationes adversus fidem Christi, Chrysostom. homil. 5. de Milit. tom. 5. 2. Chronicor. 32, 20. Oravit Hiskia & Esaias ad Dominum contra Sennacheribum: nos contra hostem infernalem Satanam orabimus inque cœlum vociferabimur, mittetque nobis præsidio Angelos. Clamor militum terret hostes, Camer. P. 1. c. 17. Judic. 7. sic oratio justorum profligat inimicos. Verbum Domini gladius Spiritus, Eph. 6, 17. id est, gladius spiritualis 1. Acutus. 2. Penetrans. 3. Compactus optime & solidus. Julius Cæsar insignibus ita voluit subscribi: Ex utroque Cæsar, (h. e. libro & gladio) sic nos hæc insignia geramus, librum & gladium, librum scripturæ & gladium fidei, qui secat omnes dubitationes & malorum nodos, Hebr. 4. v. 12.

Baltheus 1. Pugilis est; sic nos pugnemus contra hostes. 2. Baltheus stringens est charitas. 3. Retinens vestes est temperantia & castitas. 4. Ornans baltheus est omnis morum nostrorum ad Christianæ doctrinæ exornationem compositio. Tit 2. doctrinam JESU Christi ornent in omnibus. *Galea*, Ephes. 6, 17. 1. Thessal. 5. v. 8. Spes, quæ sustentat nos, sicut

galea caput tegit, adversus insultus Satanæ nos immunes præstat. Esa.59. vers.17. DEO tribuitur, ut sit convenientia inter arma ducis & militum.

§.6 *Arma Christiana*

1. Fulgida, ut oculi Satanæ perstringantur. 2. Dura, ut adamas, Chrysostom. hom. 4. in Genes. 3. Spiritualia, non corporalia, 2. Cor. 10. 4. Carnalia non sunt; sunt vero arma (α) Justitiæ, 2. Corinth. 6. v. 7. (β) Munditiæ vel lucis, Rom. 13. v. 13. (γ) Pœnitentiæ; & hæc arma sunt malleus contritionis, liber peccatorum cognitionis, manus meriti Christi apprehensionis. (δ) Sapientiæ, Matth. 10, 16. 1. Corint. 14, 37. (ε) ἐυθανασίας beatæ; certare enim oportet usque ad finem mortis, non cedente constantia mentis, armata terroribus inimici & doloribus corporis: quia nisi legitime certes, non coronaberis, 2. Tim. 2, 5.

Hæc arma non projicienda, sicut projecerunt quidam 1. Maccab. 8. sed indutos nos armis esse semper oportet. Genes. 27. sume arma tua, pharetram & arcum.

Tota Ecclesia militat, similis civitati ab hoste obsessæ: vide D. Bernhard. col. 420. sermone de pugna spirituali. Confer quoque serm. 2.

§.7 *Materia*

Ex qua, est abnegatio Satanæ, mundi & carnis propriæ. Abnegatio Satanæ est, qua Diabolo resistimus, Jac. 4, 6. 1. Sam. 18. gravia sunt arma Diaboli, in quibus nec incedere, nec pugnare possumus, (hinc jubemur abjicere Roman. 13, 13. & ambulare in armis lucis) quia gravia sunt, ad infernum nos abducunt. *Circa quam*, seu, cum quibus pugnandum? (α) cum Satana, Ephes. 6, 12. quo cum pugnandum, eidem resistendum, Jacob. 4, 6. hic enim pugnare non desinit, vid. Chrysost. hom. 5. tom. 5. de militia spirituali. (β) Cum carne, Roman. 7, 24. Galat. 5, 24. abnegandi etiam nostri, Luc. 14, 33. omnibus vitiis renunciandum, 1. Pet. 2. v. 11. Coloss. 3. vers. 5. (γ) Cum mundo, is non amandus, 1. Joh. 2. v. 15. ne Dei inimicus fias, Jacob. 4, 4. Apoc. 18, 5. emigrandum e mundi Babylone, mendaciis mundi contranitendum, Joh. 8. versic. 44. contra tyrannos orandum, Psal. 44. via mundi lubrica declinanda, Matth. 7. vers. 13. arma mundi fallacia prospicienda: scandala mundi sepelienda, Matth. 18. v. 6. opera mundi mala avertenda, 1. Johan. 2. v. 15. 16. omnis altitudo destruenda, 2. Corinth. 10. v. 4 omnis tyrannis contemnenda, Chrys. hom. 5. de milit. tom. 5.

Huc spectat officium militis Christiani, quod est: resistere Diabolo, Jacob 4, 7. Quomodo vero resistere debeamus, docet Jobus sua patientia, Job. 1. Christus fortitudine & prudentiâ, Matth. 4. Paulus sua panoplia, Eph. 6. Non credamus Satanæ, ut olim Adam, Genes. 3. non nobis blandiamur de unica Satanæ victoria, Lucæ 10. solet enim iterum iterumque ad nos tentandum reverti: non præsumamus ne nostris viribus, nam sine Christo nil facere possumus: metuamus pruritum carnis nostræ, Roman. 7. video aliam legem, &c. & insultum Satanæ. 2. Corint. 12. ter Dominum rogavi.

§.8 *Requisita.*

1. *Promtitudo* ad discurrendum & proficiscendum: est enim tota vita cursus & militia.

2. *Alacritas & fortitudo* ad feriendum & ad hostem persequendum; (qualis fuit in Davide alacritas, 1. Samuel. 30 vers. 4. sequentib.) Fortitudo est in Domino, Ephes. 6. Psalm. 108. v. 10. sequent. Deus (solus) deducit nos ad civitatem munitam, &c. dat nobis auxilium de angustia, &c. Omnia ad hoc bellum necessaria nobis præparavit, velut Usias ille 2. Chronic. 26. v. 14. 15. D. Bernhard. in floribus, cap. MILES: non dicamus cum militibus David: Timemus, 1. Samuel. 23, 3. Confidenter vero pugnare debemus (α) Ob Christi præsentiam, Matth. 28, 20. (β) Ob diabolum contritum, ut Judith. 14, 4. 5. (γ) Ob armorum præstantiam, contra quæ nil potest Satan. 2. Corinth. 6, 7. sunt a dextris & sinistris. Vid. August. tom. 8. column. 339. (δ) ob commilitonum turbam, & exempla eorum, qui fortiter præliati sunt. (ε) Ob Musicam suavissimam. Cyrus solebat curare, ut hymnus ante prælium in honorem Castoris & Pollucis caneretur ad animandos milites: Sic nos canamus: Eine feste Burg/ &c. Ignis scintillas olim pugnans de se sparsit Alexander M. sic nos ignem fortitudinis spargamus eoque accendamur. (ζ) Ob victoriam lætissimam, confer per allegoriam Jerem. 49, 28. 29. sic & nos tabernacula hostium dissipabimus. Dicamus ergo è Ps. 108, 13. In Deo faciemus fortitudinem, &c.

§.9 3. *Vigilantia*, 2. Maccab. 12, 26. sequentib. & solicitudo. Deuteronom. 23. v. 9. Quando egressus fueris ad hostem tuum, custodies te ab omni re mala. Allegor. Ut ii, qui Jerusalem reædificabant, una manu gestabant arma, altera ædificabant, Nehem. 4, 16. sic Christianorum duo sunt officia: nempe teipsum ædificare, spirituales animæ tuæ Solymas; proximum quoque bono exemplo, doctrina, quæ sit sana & supra fundamentum Prophetarum & Apostolorum ædificata, Ephes. 2. versic. 20. Deinde pugnare contra hostes spirituales, conantes tuum diruere ædificium. Hostes hi sunt (α) caro, ad peccata incitans, Romanor. 7. versic. 21. (β) Mundus per scandala suadens, Matth. 18. v. 6. & viam latam ostendens, Matth. 7, 13. (γ) Satanas perterrefaciens, Lucæ 22. v. 31. Si non vigilemus, hostis nos occidit. Iphicrates militem dormientem transfixit; increpantibus hoc factum, respondit: qualem inveni, talem reliqui. Est enim somnus mortis imago.

§.10 4. *Spes*, 2 Maccab. 13. vers. 15. symbolum Macchabæorum erat: DEUS dat victoriam: sic & nos in Domino. Allegor. 1. Samuel 28. versic. 5. Sic videmus hostes nostros: meritò timemus: non despondeamus animum, quia respondet DEUS non per somnia, sed per legis lumen & pro-

Prophetam Paulum. Saul consulit magam: nos Apostolum audiamus Ephes. 6. estote fortes in Domino. Simus igitur bono animo, ut 2. Chron. 20, 15. sequentibus. 5. *Amor laureæ Christi*, & odium mundanæ laureæ; sicut miles quidam a Severo imperatore noluit laueam donativam accipere: Amor brabei, quod Cyprianus epistol. 9. palmam vocat. 6. *Temperantia*, ut vitiosas animi cupiditates refrænet, 1. Corinth. 9. vers. penultim. nec plus justo mundum amet, sed cœlum desideret. Vid. Chrysostom. Tomo 5. homil. 5. folio 98. lit. M.

§. 11 7. *Charitas erga ducem*, ut miles se ei reddat gratiosum: ejusmodi miles erat Paulus Galat. 2. vers. 20. non ego jam vivo, sed Christus vivit in me: nempe fidelissimus ille dux Christus in fideli milite. Othonis imperatoris depositūri imperium gregarius miles, eidem dixit sublato ense: scito Cæsar, omnes sic pro te animatos esse; & mox se confecit gladio. Nos non diligamus animas nostras usque ad mortem, Apocalyps. 12 vers. 11. Erga nostrum proximum, ut conjunctis viribus militemus, Numer. 32. vers. 6. 7. conjungant se fratres, qui unum habent patrem, unam matrem: confortent fratres, qui unum habent hostem.

§. 12 8. *Attentio*, ut pugnam hanc unice meditemur: non implicet se negotiis & curis secularibus, 2. Timoth. 2. v. 4. his enim a studio militiæ spiritualis abstrahimur, 2. Timot. 4. v. 10. Luc. 21. vers. 34. 1. Corint. 9. v. penultim. Vid. Chrysostom. l. d. tom. 5. homil. 5. C. Crassus militem sine gladio currentem videns dixit: Uterisne, o commilito! pugno pro gladio?

9. *Obedientia*, ut leges examinet & observet, 2. Timot. 2 vers. 4. ut animo ad subita imperia paratus sit, ut cogitet, non debere non pugnare eum, qui Christianus est (α) ob pactum baptismi, quod spospondisti. (β) Ob conditionem, sub qua fœdus cum Christo accessisti, 1. Pet. 3, 2. nempe quod renunciaveris Diabolo ejusque studiis. (γ) Ob militiam, cui nomen dedisti cum omnibus aliis fidelibus & Christianis. Vid. Chrysost. homil. de Martyribus tom. 3.

§. 13 10. *Diligentia* & sedulitas, ut fugientem hostem persequatur & nunquam non excubet 1. Ob humanam fragilitatem. 2. Ob hostis calliditatem. Si Diabolus imparatum invenerit militem Christi, si rudem, si non toto corde vigilantem, circumvenit nescium, fallit incautum, opprimit imparatum, Cyprianus in exhort. ad Martyr. Allegor. 1. Samuel. 30. v. 4. sequentib. si Diabolus nos spoliat, eum persequi debemus, & in Domino fortes esse, Eph. 6. ut David, d. l. Huic opponitur ignavia, quam in suis plangit dux noster Christus. Scipio minor animadvertens suos milites luxuriæ & commessationi deditos esse, omnes lenones ejecit, vasa delitiarum abstulit, solam ollam, poculum fictile & veru reliquit, jussit stantes prandere obsonium non coctum: vesperi vero cœnare discumbendo, pane & pulte vesci; ipse vero sago indutus circumambulabat castra, dicens: Lugeo exercitus dedecora, Plutarch. in Apophthegmat. Roman. Sic Christiani exercitus defectus spirituales videt Christus, ambulans in medio candelabrorum, Apocal. 1. nostraque increpat lugetque dedecora. Excutienda autem omnino ignavia ob tres acies, quas contra nos Satan instituit. 1. Acies ductorem habet Satanam, in quo fraudulentia, potentia, solertia, sævitia, 1. Pet. 5. vers. 8. audacia; audet Jobum accusare, Job. 1. Cur non & nos? Equus rufus, Apocalyps. 6. princeps mundi, Joan. 12. armatus, Luc. 11. potens, Job. 41. 2. Acies rectorem habet peccatum, quod iram Dei accendit, Deuteronom. 32. faciem Dei abscondit, dolose nos decipit, omnibus bonis privat, cum spiritualibus, tum corporalibus. 3. Acies mortis, cujus magna potestas, summa crudelitas, deformitas & terribilitas.

§. 14 11. *Prudentia* (α) ad nosmetipsos conservandos. Actorum 20, 28. attendite vobis ipsis: sic quilibet Christianus sibi debet attendere, ut animam suam muniat in sacra hac militia, Jerem. 37. v. 9. sic nec nos animas nostras defraudemus, neque enim infernales Chaldæi a nobis recedent. (β) Ut hostes nostros cognoscamus & sagittas eorum prævideamus; hostis armatus Satan est, idemque potens, Luc. 11. ne eum in cor nostrum ingredi spiritualiter patiamur, ut olim Massilienses nullum ingredi urbem suam armatum permiserunt. Val. Max. l. 2. c. 6. (γ) In præparandis armis; hoc significatum est cingulo Exod. 28, 29. Ut cervi abjectis cornibus delitescunt, sed cornibus instructi hostem aggrediuntur: ita & nos cornu salutis erectum in domo Davidis apprehendamus, Luc. 1, 69. & eo instructi pugnemus contra Diabolum hostem: Præparat hæc arma, scuta D. Paulus Eph. 6. Illustretur allegorice 2. Chron. 32, 6. 7. (δ) In dividendis copiis spiritualibus adversus duos hostes, carnem & sanguinem: sic quondam Joab fecit, 2. Sam. 10, 9. 10. 11. (ε) Ut armis instructi simus undiquaque, ne partes vitales lædantur, ne cædamur: sicut Goliath fronte inermis cæsus est, 1. Sam. 17. solidi ergo muri simus sine ullo foramine, Cantic. 6. v. 3. Eph. 4, 26. animæ oculum in hostem quoque habeat intentum: corpus curat, ut sit validum; animæ potius hæc cura impendenda est: arma curare, ut sint acuta; migrant hæc arma nobiscum in mortem, & abstergenda sunt quotidie oratione & pœnitentia. Chrysost. homil. 4. in Genes. A simili: sicut omnia animalia sua habent arma, quibus se a periculis muniunt, etiam limaces, conchæ, ostreæ; sic homo Christianus suis armis sit instructus. (ζ) Arma plurima conferamus. *A simili:* Cor nostrum sit instar turris David, a qua mille clypei dependebant, Canticor. 4, 4. His clypeis virtutum instructi vitia depellamus. Telum superbiæ, humilitate; luxuriæ, castitate; securitatis, timore filiali; avaritiæ, contentatione; sævitiæ, placabilitate & clementia. (η) In finem intendamus & novissima consideremus, mortem,

judi-

judicium, infernum: imo fidelis militiæ præmia nunquam non animo nostro obversentur. Si (ait Chrys. tom. 5. hom. 5. de milit.) bellanti mors accedat, gloriosa est, vincentem vero honores & dona regia sequuntur, f. 99. lit. A. & D. pulchre & E. (θ) Juramentum nostrum Christo præstitum consideremus. Ut olim, qui petebat jus civitatis Atticæ, ita jurare jubebatur: Pugnabo pro sacris solus & cum aliis: Sic nos multo magis orare tenemur pro salute æterna.

§. 15 *Alia prædicata.*

Milites spirituales ad prælium animantur sanguine Christi; sicut elephantes succo vini rubro tinguntur, mox ad prælium admittendi, ut pugnas exerceant, vid. Chrysost. hom. 3. ad Thessal.

Ad solum DEUM currunt & soli DEO se committunt, 2. Sam. 16, 10. seq. Diabolus est Absolon, David est Christus, pii sunt, qui Christum sequuntur fideli corde, 1. Samuel. 4, 1. 2. Sic nos a Satana percussi Jesum Christum veram arcam quæramus, v. 6. Metuerunt arcam Philistæi, sic quoque metuit Satan, v. 7. 8.

DEUS milites fideles nutrit, est agnothetes non invidus, Hieronym. epistol. 28. Paulus Æmilius militibus res non necessarias curantibus dixit: acuite vos enses, cætera mihi curæ erunt: sic Christus Matth. 6, 33. Cætera adjicientur vobis. Psalm. 37, 25. Non vidi justum derelictum.

Amanda militia spiritualis: non enim accipimus lauream mundi, sicut miles ille noluit accipere lauream donativam a Severo imperatore, Tertullian. l. 1. de corona militis c. 1. sic & nos lauream mundi nihili pendentes æternam prensemus.

Locus & stadium pugnæ mundus est, Clemens Alexandr. lib. 7. Stromat.

Adjuncta miseria militiæ est, de qua Cyprian. lib. 4. epist. 6. §. Neque sic nomen militiæ ipse pateretur.

Fructus pugnæ inter Satanam & pios ut 1. manifestentur: ubi enim nullus est adversarius, ibi fideles regis milites non manifestantur. 2. Ut Diabolus cognoscatur, Athanas. q. 11. ad Antioch. 3. Ut fideles conformentur imagini Filii DEI, Roman. 8. qui olim etiam cum Diabolo pugnavit, Matth. 4.

De militia spirituali vid. plura tom. 5. Chrysost. hom. 5. & 6. fol. 98. 99. Edit. Paris. Stultitiæ in militia plures vide Gulielm. Peraldum tom. 1. pag. 159. b.

§. 16 Est quoque *militia monastica* a Papis introducta: vid. 6. Decretal. de election. cap. Indemnitatib. §. Supra dicta: & Clemens V. in concilio Viennensi de statu monachor. Huc pertinent varii ordines: ut, ordo D. Johannis: ordo S. Jacobi de Spada: ordo Calatranensium in regione Toletana: ordo Montesiæ in regno Valentiæ &c. quos integro libro complexus est Hieronymus Megiserus. Videatur quoque Volaterranus lib. 21. Sleidanus l. 5. circa finem. Franciscus Tarapha Barcinonensis, de origine ac rebus gestis regum Hispaniæ. Hospinian. de monach. Thom. 2. 2. q. 186. art. 4.

MILLE.

(1) Notat in scripturis quamvis plenitudinem & copiam: Gen. 24, 60. crescas in mille. Ezech. 16, 7. Psalm. 105. Ben. Justin. p. 394. c. a. b. in 1. Thess. 4. (2) Totum populum Israel, Num. 10, 36. Jos. 22, 21. Mich. 5, 2. (3) Apoc. 20. vers. 7. mille anni notant regni gloriæ perpetuitatem, qua pii cum Christo fruentur, juxta nonnullorum interpretum mentem. Veteres de mille annis intelligunt, quibus denuo in terris Christus regnaturus esset, Lactant. lib. 7. c. 24. instit. Justinus Martyr in Dial. cum Tryphone. Alii dicunt, notari tempora N. T. usque ad tempora Anti-Christi. Simplicior sensus est, inchoandos esse hos mille annos ab imperio Constantini M. sub quo pax Ecclesiæ reviruit, immanis illa gentium in Ecclesiam tyrannis expiravit, (vid. nostrum D. Winckelm. in h. l.) donec anno 1300. Turcica rabies incrementa sumsit. Confer Augus̃t. lib. 20. c. 9. de civitat. Dei.

MINÆ.

(1) Luc. 19, 13. Dedit ei decem minas, quæ Matth. 25, 16. vocantur τάλαντα, suntque Dei dona nobis commissa, ut iis ad gloriam Dei & salutem proximi utamur. 1. Cor. 10. omnia ad Dei gloriam. (2) Verba insultatoria, vindictam interminantia proximo, ab irato corde profecta vel correctionis ergo prolata. (3) Divinæ minationes in lege propositæ, Levit. 26. Exod. 20. Deuteronom. 28. Psal. 84. 13. & 55, 24. & 62, 13.

Qui minentur? Impii, Psal. 37. vers. 12. 13. Tyranni, Esa. 39. 2. Reg. 19. Iracundi, Genes. 27, 41.

Non minari piorum est, quos 1. Docet Christus hanc modestiam, 1. Pet. 2, 23. sed potius ignoscere: Sic Stephanus Actorum 7, 60. Sic Christus Luc. 24. 2. Ab ordine Christianis præcepto: prius enim monere oportet, quam minari, mederi quam vulnerare. 3. A damno, Sir. 22, 30. 4. A signo: minans enim proximo stultitiam prodit suam. Proverb. 14. qui impatiens est, exaltat stultitiam suam. 5. Orandum contra hostium minas, 2. Chronic. 32. v. 20. Id genus minarum prohibitum quoque est Dominis Eph. 6, 9. vitatum Alphonso Arragoniæ regi, qui stricto gladio minitans servo necem, eum retraxit, abdito in vaginam gladio: Quid si (dixit) parili jure Deus vobiscum processerit?

Solatium: Psalm. 37. v. 5. fiducia in Deum. Turpis exitus minantium, exemplo Sennacherib, 2. Reg. 19. Spernendæ minæ, Psalm. 35, 10. Conf. Ps. 40, 15.

MINISTERIUM.

§. 1 Est sacra functio in prædicatione divini verbi & sacramentorum administratione consistens. Dicitur legatio pro Deo, 2. Cor. 5. vers. penult. Varia ejus sunt nomina; vid. infra hoc tit. Similia.

§. 2 *Causa*

Princeps DEUS est, qui mittit operarios in messem, & exornat eos variis donis, Matth.

Matth.9.v.38. Ephes.4. in utero matris eosdem segregat, Jerem.1,5. Galat.1,15. per Spiritum S. roborat, Matth. 10,20. Joh. 20,23.

Minus princeps est Ecclesia, vocans ministros verbi; totius enim Ecclesiæ est vocare pastores: Immediatam enim vocationem hodie non agnoscimus, quamvis eam nonnulli olim jactitarint, apud Euseb. libr. 6. c.37. Ut Monachus apud Sozomenum, qui instructionem Regularum Ordinis sui Angelo cœlesti acceptam ferebat. Et huc pertinet Carolstadius, Nicolaus Storck, Marcus Hubner, Martin Heller, Münzer & alii, qui vocationem immediatam jactabant.

§.4 *Quid vocatio?*

Est actus Ecclesiæ, quo illa personam idoneam officio sacro vocat, ordinat & investit ad functionem illam obeundam.

Requisita bonæ vocationis sunt. 1. Locus vacans, vid. D. Thumm. in Decal. p.246. & Jus Can. c.7.q.1. & necessitas ecclesiæ postulantis operam ministri. 2. Dei nutus, qui patet è consentiente Patronorum & Ecclesiæ membrorum suffragio. 3. Expectata, non mediis politicis acquisita vocatio, sive hoc fiat donis (auro vel argento, ut Cæcilianus apud Optatum Milevitan. lib.1. p. 21. adv. Parmenian.) vel emendicatis intercessionibus. 4. Observantia ordinis Ecclesiastici, ne quis se officio ingerens aliis de Ecclesia melius meritis molestiam & honoris decrementum creet. Confer D. Theodoric. in festo D. Andreæ.

Necessaria igitur est: vide Luther. in c. 1. ad Galat. Est enim fons limpidus solatii, si ritè & legitime sis vocatus: (α) a dictis, Rom.10, 15. Jerem.23,21. cap. 27,24. Hebr. 5,4. (β) a rationibus; omnia in Ecclesia ordine fieri debent, 1.Corint.14,40.Ergo etiam ministri vocatio: non possunt legitime audiri, Luther.in tractat. wider die Schleicher; nec suam conscientiam tranquillare, aut sibi applicare promissiones de donis, tutela & beneficiis Dei, 1. Timoth. 4,14. 2. Timot. 1,6. 2. Corint. 5.v.5. Hinc David se Dei unctum sæpius vocat: Nec honorem tueri coram auditoribus, qui legitime vocatos solùm serio audiunt, certique esse possunt de ministerii efficacia. Allegor. Ad altare nemo accedere debuit nisi sanctificatus, Exod. 29,39. ejusmodi sanctificatio fit vocatione legitima. Ad hanc vocationem provocat Apostolus Roman. 1. v. 5. Galat. 1, 1. 2. seq.

§.5 *Totius Ecclesiæ est vocare*

Ministros. (1) Quia hoc jus sponsæ datum est; tota vero ecclesia, non solus magistratus, non solus populus, non soli Clerici, sed tota Ecclesia sponsa est: hinc ministri Ecclesiæ dicuntur 1. Corint. 3,5. (2) Quia idem docet praxis Ecclesiæ Apostolicæ, vid. Actor.1,15. 23. cap. 6,3. cap.14,22. c.15,22. (3) Idem docet Jus Canon. d.15.c. Sancta Roman. d. 62. 63. (4) Imperatores olim Romani Pontificem eligebant d.63. C. Hadrianus. (5) Exempla: Ambrosius à populo Mediolanensi electus, & a Cæsare approbatus est. Athanasius Petrum successorem non nisi consentiente plebe nominavit. (6) Confitetur Pamelius notis in Cyprian. hanc consuetudinem durasse usque ad tempora Caroli M. & Ludovici Pii Imperatoris, in Hispaniis, Romæ, Galliis, imo ubique.

Varias de ministrorum vocatione quæstiones vid. apud M. Portam in Pastoral. Lutheri p. 24. seq. Dn. D. Tarnov. tract. de Ministerio.

Vocationem sequitur Ordinatio, vid. suo loco.

Vocationi repugnat invasio & arrogatio sacerdotii: Num. 16. Core: 2. Chronic. 26. Osia. Huc pertinet substitutio. Substitutus in locum Pastoris a Magistratu Pontificio ejecti debet tolerari, si doceat recta, vid. D. Thumm. p. 245. in Decalog. Ejusd. Disp. de vocatione.

Justa ætas in vocando, quæ gerendo officio tam arduo par sit. Johannes Baptista trigesimo ætatis anno prædicare incepit, Luc.3. sic ipse Christus: Et Josephus officium suum aggressus, Genes.41. David, 2. Samuel. 5. Putant eodem ætatis tempore Ezechieli visiones oblatas esse, Hieronym. præfat. in Ezechielem.

Ne igitur poma immatura, ne pictores solùm admittantur: illa enim non dant odorem quem debebant; hi vero solum aures delectant, cor non juvant solidis cibis. Prudentia & praxis requiruntur, ut possit fieri omnia omnibus, 1. Corint. 9. Hanc prudentiam vocat Chrysostomus lib. de sacerdotio, sexcentos oculos, ut humani animi ambitum circumspicere possit. Sapientia requiritur, ut confracta solidet, ægra curet, Ezechiel. 34. Non tamen rejicitur ætas juvenilis his donis instructa.

Olim etiam vivi adhuc successores tamen designabant de consensu Ecclesiæ. Sic Troctenus Anatolium, Alexander Athanasium, Nicephor. lib. 8. c. 44. Sozom. lib. 2. c.17. Athanasius Petrum Theodor. lib.4. c.20. Niceph. lib. 11. c.26. Alexander Constantinopolit. Paulum, Socrat. lib. 2. c. 26. Sozom. l.3. c.3. Niceph. l.9. c. 4. Latius ista persequitur Cl. Espensæus l. 3. Digress. c. 21.

§.6 *Subjectum.*

Ministerii ordinarium ratione sexus mas est, non fœmina: mulier enim taceat in Ecclesia, Theodoric. p.39.40.43. in Festo D. Andreæ, l. 2. Digest. de Regul. Juris. Non infames, etsi sint pauperes & abjecti, his tamen Deus utitur ad destruendum Satanæ regnum, &c. Subigitur spiritualis Benhadad per Christi ministros, 2.Cor.10.

Sint vero ministri *Scientiâ præditi*: Ut in se habeat pastor Mosen & Aaronem, h. e. legem & Evangelium. Allegor. Num. 1. v. 50. Levitæ tabernaculum portabant & omnem supellectilem: sic etiam ministri omnis supellectilis notitia imbuti sint necesse est.

Oleum

Oleum unctionis nemo facere poterat, quam ſacerdos, Exod. 30. ita miniſter oleo divini ſermonis inſtructus ſit ad ungendas animas. Jerem. 2. Non dixerunt ſacerdotes, &c. legem neſcierunt, prævaricati ſunt. *Curâ & ſollicitudine inſtructi*, vid. Ezechiel. 3, 17. cap. 12, 18. Eſa. 21, 11. cap. 32, 8. c. 56, 10. Mich. 7, 4. Rom. 12, 11. 2. Corint. 7, 12. Jerem. 6. v. 17. Fegvernek fol. 505. Spectat huc quoque oratio pro auditoribus, Levit. 9. deprecari pro populo, eique benedicere, Exod. 39. 1. Samuel. 2. Eli benedixit τῷ Helcanæ. 2. Chronicorum 30. legationes pro ſalute Eccleſiæ ſuſcipere exemplo Pinehas, Joſ. 22. Allegor. In pectorali ſummi ſacerdotis nomina filiorum Iſraël ſcripta erant, Exod. 28. verſ. 30. ut moneantur miniſtri, debere ſe curam gerere gregis commiſſi. Num. 1, 50. Levitæ circa tabernaculum caſtra ſua metabantur: circa Eccleſiæ caſtra vigilet Concionator. Exod. 25, 37. Lucernæ ſeptem diebus lucebant: ſic noſtra lux ſeptem diebus vitæ noſtræ, Matth. 5, 16. non occultanda, Luc. 11. v. 37. Simil. ſi oculus obtenebretur, totum corpus in periculo eſt: ita ſi miniſter verbi non ſit vigilans & ſolicitus, periculum toti gregi creatur, Auguſtin. tom. 9. colum. 823. Sicut leo parciſſimi eſt ſomni, & caput leonis mox nati viſu præditum eſt: grues item & galli, imo ipſi Angeli vigiles dicuntur, Malach. 2. verſic. 7. ſic miniſter non dormiat, ſed vigilet, Actorum 20. verſ. 28. canis pro grege mutus non ſit. Exempl. Johannes curat pro diſcipulis, eos ad Chriſtum mittendo, Matth. 11, 2. non miſit ad Herodem, ut ipſe liberaretur. Eliſæus mittit diſcipulos, 2. Reg. 4, 43. Paulus in vinculis curam habuit Eccleſiæ: ſcripſit enim e carcere Romano plures epiſtolas, ad Philipp. Epheſ. Philemon. ſolicitus eſt pro grege Judæorum, Roman. 9, v. 1.

§. 7 *Officia miniſtrorum in genere.*

Natalis Comes lib. 4. Mythologiæ: Sacerdotem Junonis ita olim pingebant. 1. Totus æneus erat. 2. Capite vitta quadam cinctus. 3. Compedibus conſtrictus ambulabat. 4. Pomum manu gerebat: Ita æneus ſit miniſter (α) ob prædicationis ſanctitatem. (β) Ob conſtantiam in defendendo honore. Vitta circa caput notat jugem meditationem: Vinctus pedibus, ne diſcurſitet per plateas, ſed omnia gravitate agat: Pomum in manu ſignificabat illum quærere ſemper fructum ædificationis, prælucere exemplo imitationis & virtutis. Johann. 15. verſ. 8. ego poſui, ut fructum feratis. Chriſtus maledixit ficui, Matth. 21. v. 19.

§. 8 Miniſtrorum duo officia (Liecht und Recht) Deuteronom. 33. v. 8. Miniſtrorum officia ſignificata in duplici Spiritus S. forma: 1. Columbæ. 2. Ignis; ergo (α) Evangelium, (β) legem denotat.

Miniſtrorum eſt, *recte ſecare ſermonem*, 2. Timoth. 2, 15. Vide Philippi orationem in tomis Declamationum. Signatum per arietis eccleſiaſtici diſſectionem accuratam, Exod. 29, 16. eum ſemper ſequi & ex ore Dei accipere. 1. Reg. 22. quodcunque Dominus dixerit, &c. 1. Sam. 15. indicabo tibi, quæ locutus mihi eſt Dominus. 2. Chron. 11. factus eſt ſermo Domini ad me. 2. Sam. 24. Gad venit juſſu Dei. Jerem. 1. Quæ mandavero tibi, loqueris. Jer. 17. quod egreſſum. Ezech. 2. Audi. c. 3. annunc. ex me. *Habere fortitudinem*, non timere malos, debet eſſe Adamas, Ezech. 6. v. ultim. Pſal. 84, 7. docere, diſſeminare verbum, libros legis cuſtodire, Deuter. 17. 2. Reg. 22. *Ceremonias adornare*. 2. Chronic. 29. David, Gad, Nathan. 2. Chronic. 23. earumque originem explanare. Exod. 12. cum dixerint tibi. C. 3. cum interrogaverit te. *Lugere avaritiam*, Zach. 11, 17. Eph. 5, 5. Ezech. 34, 2. 1. Pet. 3, 2. *Habere curam* pœnitentium, ac obſervare, quos faciunt pœnitentiæ fructus; Obedientiam fidei erigere, Rom. 1. verſ. 5.

§. 9 *Officium Elenchticum adminiſtrare*; ita etiam, ut Magiſtratui, ſi vetet illud frequentare, minime parendum ſit. D. Backmeiſt. Diſput. 6. θ. 34. in Decalog. Agricola purgat agrum a ſylveſtri materia, deinde ſemina ſpargit; ſic divini verbi miniſter a zizaniis falſæ doctrinæ agrum Eccleſiæ purget. Aſperioribus pro rei exigentia nonnunquam verbis in hoc docendi genere uti licet; ſic Prophetæ, Eſa. 1. c. 56, 10. Ezech. 34, 4. Chriſtus, Matth. 23, 27. Luc. 24, 25. Joh. 8, 44. Mat. 13, 3. Apoſtoli, Act. 13, 10. Galat. 3, 1. 2 c. 4. Patres, ut Hilarius contra Auxentium, Athanaſius in Arianos. Huc ſpectant ſequentia: Jer. 23. Nolite audire verba Prophetarum. His verbis falſi Dd. perſtringuntur. Exod. 32. Moſes Aaronem nomine adulterati cultus accuſat. Joſ. 22. Joſua idem monet. Quo minus culpanda eſt in Elencho Lutheri aſperitas, a nonnullis provocata, nec vitio ducenda. Sint candelabrum, ambulent recte in viis Domini, & oſtendant viam auditoribus, quam ambulare debeant in veritate, in qua miniſter ſuos ducit; at miniſter cacodoxus populum a Deo abducit, & in errores ſubducit, Jerem. 28. verſ. 16. Digitus major dextri pedis tingendus ſanguine arietis, Exod. 29. verſ. 20. Ita mens miniſtri Chriſti ſanguine tincta ſit, ut nihil ſciat niſi Chriſti ſanguinem, nihil præter Chriſtum doceat, omnia ſpernat dogmata, quæ Chriſtum non docent. Sint expediti: hoc denotat cingulus Exod. 28, 39. ita miniſtri expediti ſint ad pugnandum pro veritate, non fugiant viſo lupo, Auguſtinus tomo 9. col. 342. a. Sint caſti, caſtitate conjugali: denotat hoc baltheus Exod. 28, 39. Verbi prædicatio eſt toga ſonora ſacerdotis; item femoralia, quibus pudenda tegebantur, verſic. 42. d. l.

Sint docti. Paſtoris pectus ut rationale Exod. 28. verſic. 30. plenum eſſe debet veritate, ſcientia & doctrina; unde præprimis diligentia requiritur in miniſtro: vide 2. Chronicor. 29, 11.

§. 10 *Non debet negotiari* minister de hominibus, 2. Pet. 2, 3. quod fecit Curia Romana 1. omnia sacra vendendo. Baptista Mantuanus §. *nulla hic arcana revelo.* Item:

-- -- -- *Cœlum est venale Deusque,*
Templa, Sacerdotes, Altaria, Sacra, Camœnæ.

2. Indulgentias varias divendendo, Tezel, Lutherus tomo primo. 3. Peccatorum veniam maxime nefandorum vendendo pro auro. Vid. Taxam pœnitentiariam. 4. officia sacra vendendo, vid. Cancellariam Romani Pontificis, Taxam pœnitentiariam. 5. Sibi casus reservando. 6. Annatas fingendo. Ex solo Galliæ regno millies mille coronati cesserunt Pontifici Romano. *Sed Christum prædicare* ex utroque Testamento. Numer. 13, 14. duo viri portabant uvam cum palmite in vecte, ut populus de terræ promissæ fœcunditate certior redderetur: sic ministrorum vectis est doctrina, Christus est uva, auditores sunt Israelitæ spirituales, Rom. 9, 4. cœlum olim capturi, Heb. 4, 10.

§. 11 *Officia in allegoriis adumbrata.*

1. Baltheo sacerdotes præcingi Jehova jusserat, Exod. 28. vers. 4. quo innuitur (α) carnis refrænatio, ne alii prædicent, ipsi reprobi fiant, 1. Cor. 9. vers. ultimo. (β) perpetua præparatio: miles enim baltheo cinctus paratus est ad pugnam, 2 Regum 3, 21. ita minister verbi gladium gestet contra hostes. (γ) in vestitu moderatio: ut zona vestium superfluitas constringitur; ita, &c. 2. In ordine tertio Rationalis positus erat Amethystus, faciens sobrios, modestos, vigiles, solertes: ita ministri etiam sint sobrii, solertes, vigiles, modesti.

3. Vectes arcæ erant auro tecti, Exod. 25. vers. 13. Hi sunt ministri verbi, qui Christum veram arcam fœderis portant, quique auri virtutes exprimere debent, quantum, per infirmitatem humanam licet. Ministri ergo aurum imitentur (α) virtutum splendore, 1. Timoth. 3. (β) Pietatis pondere: (γ) Constantiæ robore, sicut aurum igne non consumitur, sed purificatur: (δ) cultûs puritate: (ε) confortativa facultate: aurum cor corroborat; ita ministri suorum auditorum corda, Ephes. 6. v. 12. (ζ) amica conversatione: aurum omnium metallorum ductilissimum; ita ministri debent esse ductiles s. omnibus omnia fieri, ut animas lucrentur, 1. Corint. 9. vers. 22. 4. Vestis hyacinthina summi sacerdotis erat, Exod. 28. vers. 16. Hac significare voluit Deus sacerdotem & verbi ministrum omnis generis virtutibus undiquaque ornatissimum esse debere, & inculpatæ vitæ paradigmate auditoribus prælucere, 1. Timot. 4. vers. 4. 12. Tit. 2, 7.

5. Gen. 24. commendatur Eleazarus pro nubus Isaaci a fidelitate & pietate: hæc elucet ex oratione illa, ex juramenti observatione, cujus vigore ita officium suum administrat 1. sponsæ conditionem & familiam explorando: 2. Isaacum herum commendando; 3. sponsam pro eodem ambiendo: 4. dona, uti jussus erat, distribuendo: 5. impetratam sponsam adducendo. Hujus invitatores sunt ministri verbi, (α) in pietate orantes pro salute ecclesiæ, Ephes. 3. vers. 14. sic ipse Christus oravit Johann. 17. Ambrosius præsentem & futurum ecclesiæ suæ statum solicitis Deo precibus commendavit, Philippus in oration. de vita Ambrosii. (β) In fidelitate: explorantes, ut sponsam Christo adducant immaculatam, piam, Ephes. 5, 27. Christum commendantes: Serio sponsam ambientes: Dona sponsi, verbum & Sacramenta, absolutionem, &c. distribuentes. Eam ad solum Christum rectâ ducentes. 6. Apoc. 19, 11. Eques albo insedit equo flammeis oculis præditus: ita minister verbi præditus sit albedine innocentiæ & zelo flammeo.

§. 12 *Officia erga oves & erga seipsos.*

Solari & corrigere: solatium enim & zelus sit in eis: ut sal in se habet ignis & aquæ elementa; sic ministri habeant aquam solatii & ignem zeli Christiani. Hilar. in Matt. Canon. 4. Sint severi & placidi. Exod. 19. vers. 21. oleo & sanguine sacerdotes aspergebantur: sanguis rigorem legis, oleum Evangelii suavitatem significat; utroque ministro opus. Prædicare verbum devotè. Allegor. Levitic. 2, 16. 23. non colere idola, ut ille Judic. 18. non prophetare in Baal, Jerem. 23. v. 27. *Ob oculos ponant hostes* spirituales: Ezechiel obsidionem Hierosolymitanam in latere depinxit capit. 4. Ita ministri sæpius hosticam vim depingere debent auditoribus, ut spiritualibus armis se muniant adversus hostes, Ephes. 6. *Contra eosdem arma parent:* Theodor. Rhætens. pag. 4. Miles Christi minister non debet omnem operam & curam armorum abjicere, tempore pacis, ne securus opprimatur. *Auditores defendant:* Turris David clypeis munita erat, Cantic. 4. vers. 4. ita ministri sunt Christi turris, clypeo verbi debent suos auditores defendere.

§. 13 *Bonam conscientiam custodire* debent, Levit. 7. vers. 31. pectora victimarum Aaroni debebantur, ut commonefaceret Dominus sacerdotes de cultu divino ex toto pectore & summa devotione administrando, & bona conscientia, cujus in pectore sedes erat. *Non sint muti,* qui Deo sunt abominabiles. Deuteronom. 23, 18. Canis pretium Domino abominabile erat, significare voluit Deus, abominabiles esse canes mutos, aut sanctum Dei contemnentes, ideoque extra cœlestem sunt Hierusalem, Apoc. 22, 15.

Corrigant ex scripturis peccatores: Testes adhibendi erant correcturo fratrem, testes isti sunt Moses & prophetæ, qui peccata quorumcunque arguunt, & per quos Deus quotidie nos contestatur, vid. 2. Tim. 4. 2. Ps. 50. & 51. Etiam in individuo, ut Gen. 3. Adam: c. 4 Cain: cap. 18. Sara ridens: Exod. 32. Populus & Aaron corriguntur. Maxime caveant societatem adulterorum spiritualium, a Domini præcepto, Jer. 15, 19. ab exemplo Pauli, 2. Cor. 11. Eliæ Acha-

bum, 1. Reg. 18, 18. Baptistæ Herodem corrigentis, Matt. 14, 3. *Doceant* populum, Levit. 10, 11. non polluant sanctum, Soph. 3. nec falsa dogmata linant, Ezech. 13, 13. Bene prospiciant, ne falsæ doctrinæ irrepant, Num. 18, 1. Phil. 3. iterum iterumque monet de pseudo-doctoribus fugiendis.

§. 14 *Doctrina & vita placeant*, Matt. 5, 19. Rom. 2, 21. ne illud dicatur Ose. 4. sicut populus, sic & sacerdos. Ab exemplo Gentilium sacerdotum, qui candidis vestibus utebantur, ad significandum omnia candida & munda Deo placere, ut refert Plutarch. lib. de Iside: *Orent pro grege*, daß kein Zorn über die Gemeine komme/ Numer. 1, 53. ut Daniel, Moses. *Non decipiant* falsis libris populum, sicut Semaja fecit, Jerem. 29, 25.

§. 15 *Loquantur verbum Dei*, non prophetent somnia, Jerem. 14, 13. c. 25, 15. cap. 27, 14. Deum sciant, Jer. 2, 8. sacri cibi erant movendi coram Domino in sanctificatione sacerdotum, Exod. 29, 24. non falsa, Deut. 18. propheta arrogantia depravatus, &c. 1. Reg. 13. falsus Propheta seduxit, &c. Ose. 4. quia tu abjecisti verbum, &c. Confer Jerem. 28, 15. 16. c. 29, 31. 32. ne auditores decipiant, Jerem. 23. visionem capite 27. mendacium capit. 29. sed ex ore Domini loquantur, Jerem. 23. v. 17. *Et quidem alacriter*, ad contestandam τὴν παῤῥησίαν, 2. Corinth. 3, 12. Clamandum igitur, Esa. 58. v. 1. instandum, 2. Timot. 4, 1. sicut tunica Aaronis tinniens erat, Exod. 28, 34. & pueri tibiis canere solent, Matth. 11, 16. Luc. 7, 32. Christus excitaturus Lazarum fortiter clamavit, Johan. 11, 43. sic & ministri excitaturi peccatorem a morte peccati. *Ex lege & Evangelio.* Exod. 29, 21. Oleo & sanguine sacerdotes aspergebantur; sanguis rigorem legis, oleum Evangelii subinnuit.

Artifices typi ministrorum Ecclesiæ, Exod. 35. Ministrorum efficacia a Deo: Moses ferit petram coram Deo stante in petra, Exod. 17, 6. Vocationem ministri sequuntur dona, Exod. 31, 2. Ministerium est piscatio, Musculus f. 59. in Matth. Ministerii imago, 1. Pet. 1, 2. per aspersionem sanguinis significata in postibus, Ministri claris & perspicuis verbis loquantur; non sint sicut Orpheus, qui singularibus notis doctrinam suam involvebat; sic & Heraclitus fecit, teste Laertio.

§. 16 *Examinare discipulos* suos, Deut. 6, 7. Luc. 2, 46. Christus in templo: Paulus, Gal. 6, 6. Heb. 6, 1. Monica mater Augustini sæpe cum eo de vita æterna locuta est. Ab effectu: Stabilitur cor (Heb 13, 9.) ejusmodi examinibus. *Accommodare se captui* auditorum, h. e. ascendere & descendere, Augustin. tom. 8. colum. 411. sequent. sic crebris parabolis usus est salvator, ut se captui populi conformaret. Ut viator celer se accommodat ad infirmitatem tardioris, Augustinus tomo 8. column. 1008. a. b. *Stylo simplice uti:* sic D. Paulus 1. Corinth. 2. v. 1. seq. c. 3, 2. 14. 15. Gal. 1, 10. 1. Timoth. 6. vers. 3. ut utatur verbis biblicis, mundis, notis & usitatis, Rom. 7, 1. In conventu quodam Theologorum; interque hos Lutherus, simplici concionandi genere usus (aliis eruditissime disserentibus) serio edixit, se suum sermonem captui rudiorum, ancillarum & servorum, attemperavisse. *Repetere* diligenter, quæ docuit Augustinus tomo 8. colum. 1008. a. b. Philip. 3, 1. Deuter. 6, 7. *Hortari* ad studium bonorum operum, Phil. 2, 1. 2. 2. Thess. 2. & ad pœnitentiam, exemplo Prophetarum: Ose. 14. convertere Israel: capit. 5. tribus Israel fideliter commonui: cap. 6. venite, revertamur: Jerem. 35. misi ad vos servos meos: Ezechiel. 3. impii monentur.

§. 17 *Christum proponere.* Num. 13, 14. duo viri portabant palmitem cum uva in vecte, ut populus de terræ promissæ fœcunditate certior redderetur: duo illi viri ministerium duorum Testamentorum significare possunt, quæ palmitem Christum cum uva portarunt in vecte. Christus est vera vitis, in qua palmites fructum ferentes, Johan. 15. vers. 2. vectis ille vel baculus, quo portata fuit vitis Christus, baculus verbi est, in quo Christus proponitur, Psal. 23, 4. tanquam uva distillans vinum lætificans cor, Psal. 4, 8. Psalm. 37, 28. ad hoc faciendum Christus ipse nos invitat Cant. 5. vers. 1. in vineam ecclesiæ suæ, Matth. 20. *Res terrenas abjicere.* Onyx lapis est duplicis coloris, intus terreæ, in circumferentia vero cœlestis: sic sacerdotes exuant sibi & auditoribus terreum colorem, & cœlesti animos illorum imbuant.

Elenchus. §. 18

Refutare libros falsos: ita Cyrillus Nestorii libros, tomo 4. de duodecim Anathematism. colum. 132. d. & pseudo prophetas, Tit. 1, 9. 2. Timot. 2. v. 25. Ezech. 44, 23. Sicut agricola purgat agrum, deinde semina inspergit: sic quoque ager Ecclesiæ a loliis falsarum doctrinarum purgandus est, Exod. 25, 38. lucernæ emungendæ erant: sic lucerna verbi emungenda est, ut impuritas hæreticarum doctrinarum tollatur. Hæreticis blasphemis templa denegare, exemplo Ambrosii, vide epistolam ejus ad Marcellin. & Chrysostomi, qui nullum Duci Ariano dare voluit.

§. 19 Requisita elenchi sunt, ut fiat (α) candide atque utiliter, nempe ut homines ex perversa disjunctione eripiamus & hostium ora obturemus, ut loquitur Theodorus Rhætensis p. 5. de hypost. Unione. (β) Modeste: non tamen excluduntur verba duriora. Hieron. in c. 60. Esaiæ, eos, qui hoc caput de Judæis explicant, semi-judæos appellat. Confer Fewardent. in Iren. f. 29. 30. a. b. Sic Paulus Rom. 2, 18. Christus Matt. 7. & 23. Johannes Matt. 3. acerbioribus verbis usi. (γ) Caute, ut separet pretiosum a vili, Jer. 15. (δ) Fortiter, cum sub ipsius Dei oculis militemus, Augustin. tom. 10. column. 844. a. & damna ecclesiæ avertere teneamur, & tantum redarguere adversarios veritatis, quantum ædificamus altera parte, vide Lutherum tomo secundo Jenensi Latino pag. 339. Amphilochium apud Sozomenum libro

7. c. 6.

7. c. 6. Theodoret. lib. 4. c. 14. Aug. lib. 4. c. 2. contra duas epistolas Petiliani col. 935. Ubicunque isti.

§. 20 *Correctio.*

Corripere suorum vitia, Heb. 13, 17. per Chrysost. de dignitate sacerdotii capit. 4. adaperire iniquitatem, Thren. 2, 14. A præcepto Dei, Esa. 58, 1. Jerem. 15, 2. 1. Timot. 5, 20. 2. Tim. 4, 2. Ab exemplis Nathanis, 2. Sam. 12. Eliæ, 1. Reg. 18, 18. Esaiæ, 2. Regum 20, 16. Christi, Matth. 23, 13. Johannis, Matth. 14, 4. Marci 6, 18. Pauli, Galat. 31. Vide Ambrosium epist. 28. de Theodosio Imperatore libere correpto ab eodem Ambrosio. Dan. 5, 5. sint digiti Dei scribentes in pariete cordis verba, mene, mene, tekel. Sint linguæ igneæ, quales in Apostolis visæ, Actorum 2, 3. ut exurant verbo correctionis stipulas peccatorum, Augustinus tomo 9. column. 51. a.

§. 21 *Peccatores convertere*, & quidem tempestive, peccator adversa fortuna utens facillime convertitur. Agricolæ inutilis esset labor, si triticum Julii aut Augusti mense seminaret, cum omnia æstivis laboribus ardent; autumni autem tempus, cum decidunt imbres, sementi opportunum est: ita & peccator, cum sano & robusto est corpore, divitiis abundat, voluptatibus affluit, & honore superbit, tempus hoc minime opportunum videtur, ut cum eo de morte & judicio agatur: omnia, quæ dicuntur, contemnunt, dicentes: pepigimus fœdus cum morte, Esa. 28. vers. 15. At vero cum infortunia morbi, damna ignominiæ, & hujusmodi adversitates plures incidunt, tunc terra animæ ad divini verbi semen recipiendum magis idonea, ut Psalm. 82. vers. sexto. Huc pertinet Exhortatio 1. Corinth. 14. vers. 3. sedulo frequentata Apostolis, Coloss. 1. vers. ult. est necessaria, 2. Cor. 6, 1. c. 13, 10. Eph. 4, 25. Philip. 4, 1. requisita in ministro, Tit. 1, 9. c. 2, 1. Heb. 3, 12. ab ipso Deo usurpata, Gen. 4, 6. 7. & aliis piis, Lotho, Gen. 19, 7. &c.

Corda dura nisi conterantur, verbum Dei non recipiunt. Sicut terra vomere agri confracta semen recipit & nutrit, & per pluvias emollita quandam in se pinguedinem colligit, quam receptam & in se decoctam radicitus ad productionem seminis fundit: sic corda dura nulli fructui sunt apta; quæ autem vomere legis confracta, & aqua pœnitentiæ perfusa sunt, ea fructifera & apta fiunt ad bonorum operum fructus perducendos, Gemm. pag. 52.

§. 22 *Minister non corripiens* vitia suorum, est inutilis: similis illi Prophetæ, 1. Reg. 13, 18. Serpenti, Genes. 3, 1. qui dicebat: nequaquam moriemini. Confer Ezech. 13. v. 18. Est inimicus & proditor; si quis ambulat in tenebris, & tu scires ibi esse foveam aut puteum, habereris inimicus, nisi indicares periculum, Augustinus tomo 8. column. 479. b. idem, sunt proditores, non monentes cavere insidias. Sic & minister sibi nocet, si taceat. Ministri medicis dissimiles: Medicus si nocivam medicinam infirmo applicuerit, ipse tamen nullum damnum sentit, sed morbo imputatur: contra medicus spiritualis, si nocuerit tacendo, ipse suæ animæ nocet, Ezech. 33. vers. 8. Imo alienis peccatis communicat. Duobus modis peccatis aliorum communicamus: 1. consentiendo. 2. non redarguendo. Vide Augustinum tomo decimo column. 85. a. column. 1039. d.

§. 23 *Quando & quomodo corrigendum?* Corrigat (α) justo tempore, Sir. 22, 6. (β) frequenter: Jos. 6. Sacerdotes non una vice Jerichunta circumibant & buccinabant, sed septies: ita non sufficit semel correxisse peccata, buccina legis sæpius inflanda, Es. 58, 1. (γ) Tecte, Luc. 13, 32. 2. Sam. 12, 2. seq. (δ) modeste, 1. Timot. 5, 1. sicut columbæ felle carent, solo rostro pugnant: sic modeste Dei verbo. (ε) Discrete, cum personarum distinctione, 1. Timoth. 5, 1. tamen principibus etiam indicent peccata: canes lingua vulnera curant lambendo, sed si capiti inflictum fuerit vulnus, hoc lambere non possunt, ideoque incurabile; sic ministri ecclesiæ membra lingua sua lambunt, corrigunt, capita & principes vix curare queunt. (ζ) Devote, cum obtestatione, nos a sanguine auditorum immunes esse, Actorum 20. v. 26. Matth. 10. v. 14. Luc. 5, 34. (η) Severe, Tit. 1. vers. 13. & cum quadam indignatione, 1. Cor. 4, 21. Esa. 1, 4. 10. Tit. 1, 14. cap. 2, 16. Corrigenda etiam peccata parva; sicut parvæ vulpeculæ etiam vineam vastare possunt, Cantic. 2, 15. sic etiam parva peccata animam destruunt. (θ) Libere, ne ob dona & bona temporalia officio desit. Cerberus latrare cessat propter offam medicatam a Sibylla objectam, Virgil. sext. Æneid. Ita multi ministri ob dona temporalia & favores hominum peccata arguere renuunt. Vid. Augustinum tomo 8. colum. 1184. c. Leprosi curatio fiebat imposito aviculæ sanguine & illito oleo, Levit. 14, 1. sequent. Ita illi quandoque molli oleo verborum, interdum sanguine peccata corrigant; sed hæ curationes sunt ingratæ, Esa. 30. v. 20. Marc. 6, 18. Sapient. 2, 12. Judæi non poterant ferre Christi reprehensiones, Jerem. 51, 9. homines sunt illa Babylon, Jerem. 15. v. 20. 1. Regum 20. v. 43. (ι) Legem proponant; ideo in forma ignis apparuit Spiritus Sanctus, Actorum 2. v. 3. ignis vero repurgat: vinum infundant, vibrent baculum væ, Zachar. 11. vers. 7. Lex Dei est sagitta illa aurea, Psalm. 44. v. 6. Clamores sacerdotum significati per tintinnabula, Exod. 28. vers. 34. ita semper lege tinniat minister. Deut. 23, 18. canis pretium Deo abominabile fuit, ut doceret, canes mutos ipsi displicere. (κ) Ad bona opera hortentur; sic Deus ipsum Cainum hortatus est, Genes. 4. Deuter. 17. Sacerdotes dent regi exemplar, ut ad hanc vitam suam conformet. 2. Chron. 15. Asarias. Moneant de mutationibus imperiorum, ita Samuel 1. Sam. 15. de regno tollendo a Saulo: securitatem non promittant, Jerem. 14. non gladium, non famem fore: capite 28. Hananias, & Ezechiel. 13. falsi Prophetæ docebant.

(λ) Pœnas simul denuncient, & justitiam sui Domini extollant, ut Deuter. 33, 21. de Elia (juxta Lutheri glossam) prædictum fuit; hanc denunciationem præcipit Deus Ezech. 3. v. 18. 19. 1. Samuel. 2. Vir Dei prænunciat τῷ Eli pœnas. cap. 3. ibidem Samuel facit. 2. Samuel. 12. Nathan. 2. Sam. 24. Gad propheta. 1. Reg. 14. Ahias. 1. Reg. 16. Jehu. 1. Reg. 17. Elias, cap. 20. Michæas. 2. Regum 1. Ahasiæ pœnæ nunciatæ sunt: sic Ose. 5. effundam super eos. Ezech. 22. civitas effundens sanguinem. (μ) Diligentes sint, conciones non abrogent, non suspendant, adeoque negligentes non sint pastores, ne Dæmonibus pejores æstimentur. Augustin. tom. 1. col. 1371. c.

§. 24 *Fructus correctionis.* Sicut vespæ oleo conspersæ moriuntur, aceto vero reviviscunt: ita peccatores moriuntur, si minister verbi iis aduletur; At si corrigat & aceto legis eosdem conspergat, e peccatis per pœnitentiam reviviscunt. Sicut hirundines strepitu alarum pullos suos de instante admonent periculo: ita strepitus legis & concio pœnitentiæ peccatores expergefacit a somno securitatis, Matt. 3. vers. 7. progenies viperarum, ait Johannes &c. Ezech. cap. 4, 1. obsidionem urbis Jerusalem in latere depinxit: ita ministri peccatoribus præfractis semper ob oculos ponere debent iram Dei, supplicia gravia impœnitentibus destinata & obsidionem spiritualem a Satana aliquando, nî resipiscant, expectandam.

§. 25 *Consolatio.*

Et hæc magna pars est officii Ecclesiastici; itaque ministri consolentur 1. Peccatores, Genes. 43. vers. 23. ita & ministri. 2. Afflictos ἐντιμωρίαις, ita ut comparent afflictionem cum delictis, & hæc longè majora esse, quam afflictiones ipsæ ostendantur. Item, quod finis afflictionum salutaris sit. Psalm. 116. vers. 13. vocatur calix salutis. 1. Corinth. 11, 32. ne cum mundo condemnemur. Adde Dei misericordiam in ipsis tamen afflictionibus elucere. 3. In cruce vel τῇ δοκιμασίᾳ; atque hic exempla inculcanda piorum omnium, Jacob. 1, 10. 11. Ps. 22, 5. Sirac. 1, 13. 19. eventus crucis gloriosus, 1. Pet. 1, 6. Et divina moderatio itidem celebranda, 1. Cor. 10, 13. 2. Pet. 2, 9. Esa. 41, 10. c. 43, 2. Huc spectat illud Jerem. 23. 4. Exempla: sacerdos Eli Hannam, 1. Sam. 1. Samuel populum, 1. Sam. 12. Hulda, 2. Reg. 22. Esa. 40, 1. Osa. 11. solati sunt. Rom. 1, 11. Paulus Romanos corroboravit. Esræ 5, 1. seq. c. 6, 14.

§. 26 *Clavis solvens.*

Absolvere debent a peccatis. Alleg. Mundos pronunciabant sacerdotes leprosos, Lev. 13, 44. remittant peccata. Johann. 11, 44. Adstantes Christus Lazarum solvere jussit; ita ministros: quæcunque solveritis, soluta sunt, Matth. 18, 18. Johan. 20, 23. Aqua aspersionis in V. T. Psalm. 51, 8. eandem præfigurabat absolutionem. Matth. 21, 6. Discipuli solventes asinam tandem Christo adducebant. Institutio hujus clavis & promissio, Matth. 16, 20. Johan. 20, 23. Confer Augustin. tom. 10. col. 170. c. Qualitas: Absolutio sit informatoria & consolatoria; non Simoniaca, neque enim turpem quæstum facere debet Episcopus, Tit. 1, 7. 1. Tim. 3, 3. Ejusmodi Simoniam Simon magus tentavit, Actor. 8, 18.

Virtutes ministrorum. §. 27

I. *Pietas* in præparatione & oratione: orare enim debent diligenter, Coloss. 3, 17. sic David oravit, Psalm. 119. & precibus neglectis a Deo negligimur. Jac. 1, 5. si quis indiguerit sapientia, &c. Psal. 127, 1. sancta cogitent: magnalia Dei narrent, Exod. 10. labia ejus legem Dei custodiant, Malach. 2. nihil a verbo Dei tollant, Prov. 30. omnis tractatus in ecclesia a nomine Dei incipitur & ejusdem Dei nomine terminatur, p. 202. lib. 7. Opt. Milevit. non nisi verbum Dei prædicent, 1. Pet. 4, 11. Jonæ 3, 2. Rom. 1, 9. (α) Propter Deum, qui ipsos sanctificat, Jerem. 12, 3. & non nisi pios pro suis agnoscit. Allegor. Emunctoria & vasa templi ex purissimo auro fieri Deus jussit, Exod. 25. vers. 18. Exod. 28. Sacerdos in lamina frontis suæ inscriptum nomen Jehovæ portet: lamina hæc pietas est, qua tempestive caput cingat, ut luceat inde Dei gloria, isque dignus habeatur, qui sit sacerdos. Qui vult legatus esse regis, is caveat, ne quid indignum committat autoritate legantis: ita minister &c. Malach. 2. Qui sine pietate est, ille indignus est ministerio; Deo enim peregrinum ignem offert, sicut Nadab & Abihu, qui ideo percussi, Levitic. decimo vers. primo. (β) Propter seipsum, ut cum tranquillitate conscientiæ doceat, male enim docet, qui male vixit: ministri enim officium qui affectat, angelicum officium affectat; ut igitur angelicos mores habeat, necesse est. Levitici 7. vers. trigesimo primo, pectus erit Aaronis: monet illud cultum divinum ex toto pectore & devotione summa, cumque illæsa conscientia, quæ in pectore sedem habet, administrandum esse; ubi autem salva conscientia, si semel pietati nuncium remiseris? Et benedictionem a Deo expectet, Augustinus tomo octavo column. 1478. c. (γ) Propter futuros auditores: quomodo enim his prælucebit pietatis studio, si ipse ei olim non assuefactus. (δ) Propter exteros, 1. Timoth. 3. vers. 7.

II. *Cordis mundities*, quæ vestibus lineis significatur pro more quarundam Ecclesiarum, vid. Sir. 10. vers. 6. Galat. 6. v. 1. se primum suaque jugulet vitia & se hostiam mundam præbeat. Origenes in capit. decim. sext. ad Romanos. Ministri sint pii, sancti, Cornel. a Lapid. in 1. Pet. 4. f. 317. b. c. Fiducia in Deo solo, non in solidum in solo Magistratu, Ambros. epist. 78. agens de Flaviano. Opposit. ponere spem in aulis, Amos 7, 13. Orent pro auditorib. Levitic 9, 7. c. 16, 6. 17. 18. Numer. 1, 53. Levitæ pro se & populo orabant: sic ministri pro se & auditoribus orent, etiam pro contemtoribus, Ps. 69, 14. Augustin. tom. 8. col. 729. b. Exempla Aaronis, Numer. 16, 46. Sap. 18, 21. Eli, 1. Sam. §. 28

1.Sam.2,20. Pauli, Rom.1,8.Philip.4,7.Daniel. cap. 6.v. 10. Colonus oret pro ficu, Luc.13, 8. Sic minister pro auditoribus oret, tanquam Paradisi plantis, Augustin. tom.10. col. 56. c. Precibus defendere debent Ecclesiam, Allegor. Num. 1, 53.

§. 29 III. *Charitas*, qua auditores complectantur, omnesque superent molestias, August. tom.8. col. 1715.a.509.a. Hinc Paulus 1.Cor.13, 1. si linguis angelorum, &c. Confer August. tom. 10. col.1507.b.In gradu intensiori dicitur zelus 2. Corint. 11, 2. Recordetur ex hujus charitatis impulsu semper ecclesiæ, Rom.1,9. Charitatis effectus & consequens in ministris est gregi suo semper præesse, non abesse a cœtu vel ecclesiis suis. Vid. Claud. Espensæum lib.3. Digress. in 1. ad Timoth. fol. 261. §. Sed cuinam non, &c. citatur ibidem Estius fol. 262. lit. B. Ob leves offensas ab officio non desistere. Ambros. lib.4. epist. 17. tom. 3 oper.

§. 30 IV. *Devotio:* Ministri reverenter intersint cultui. Aaronici sacerdotes nudis pedibus sacra administrabant, Exod. 30, 9. Moses jubetur exuere calceos, Exod. 3,4. Procopius in h. l. idem testatur de Sacerdotibus Græcorum: idem faciunt Chauri & Saraceni: sic ministri omnem plane devotionis remoram abjiciant atque averruncent. Admonere & corrigere Auditores. Allegor. Levit. 15. vers. 30, 31. Docebitis filios Israël, ut caveant immunditias & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter vos. Legere Biblia assidue, Johan. 5, 39. Luc. 16. vers. 29. 2. Petr. 1, 19. Assidue inculcare divinum sermonem, Philipp 3. vers. 1. ob nostram oblivionem & Diaboli verbum rapientis perversitatem. Non docere humana adinventa, Sirac. 14. vers. 21. sed Dei verba, Esa. 1, 2. 1. Pet. 4, 11. Esa. 8, 2. Jerem. 7, 7. Allegor. Exod 25. vers. 30. singulis sabbathis recentes panes apponebantur: sic quoque panis divini verbi jugiter & recenter apponendus est. Eaque accurate pervolvere & considerare.

Margaritæ non objiciendæ porcis. Ezechias secreta & preciosa domus suæ Chaldæis ostendens, gravissimam Dei reprehensionem incurrit, 2. Reg. 20, 17. Tales sunt ministri verbi, qui cum pretiosa domus Dei κειμήλια impiis & profanis ostendunt communicantque, malorum dispensatorum munere funguntur, Matth. 7, 6. Et ut iidem Chaldæi postea thesauros Ezechiæ abstulerunt & conculcarunt: ita & porci & canes sanctum pedibus proculcant.

§. 31 Minister verbi terrenis se non implicet. Numer. 18, 21. decimas accipiebant Levitæ, ne colere terram opus esset. Ezech. 44, 18. non in sudore se sacerdos cingat: sic minister abjiciat sudorem corporalium curarum, Levit. 21. vers. 20. Gibbosus ex tribu Levi non poterat sacrum panem offerre: sic gibbo avaritiæ præditi non sunt ministerio digni, Psalm. 144, 12. Philip. 3, 20. Coloss. 3, 2. Philip. 3, 13. Sint vero opes retro ratione contemtus & oblivionis, Marc. 8. v. 33. Luc. 9, 72. 1. Tim. 5, 15. Sicut aves Paradisiacæ terram non attingunt: sic ministri terrena non sapiant, sed cœlestia quærant, ne fiant idola, Zachar. 11. vers. 17. Itaque avari non sint ut Bileam, Numer. 22. nec captent mercedem injustam, Ezech. 13. v. 19. Esa. 56. vers. 11. Ezech. 34, 2. cap. 13, 19. Jerem. 5, 31. cap. 6. vers. 13.

§. 32 Conjugium sit honestum, pium. Vid. supra tit. Conjugium. Contrahitur aliquando cum vidua vel filia defuncti antecessoris sine crimine. Vid. Thumm. in Decalog. p. 247. D. Tarnovium de ministerio.

§. 33 Divini verbi ministri luceant omnibus. Apophthegma: Pythagoras, contra solem nemo loquatur, quia est sidus lucidissimum: ita ministri tali vita luceant, ut sint vera lux, ne quis eos mala vita aut operibus tenebrarum obscuros esse dicere posit. Vivant inculpatè, Levit. 4, 3, 4. Vestis hyacinthina summi sacerdotis erat, Exod. 28, 6. Hæc significat sacerdotem omni genere virtutum ornatum esse debere, 1. Timoth. 4, 12. Tit. 2, 7. Vivant innocenter. Exod. 30 Lotio significabat innocentiam: contrarium exemplum habet Pinehas, 1. Samuel. 2, 17. Ministri fulgeant fide pura, & vita inculpata: Ut Flavianus innocens Episcopus Romæ accusatus subjecit se pœnæ, si vere accusatus esset; promte quoque deponere voluit in gratiam invidorum episcopalem dignitatem, Theodoretus in historia eccles. Clemens Alexandrin. libro quinto Stromat. refert de Ægyptiis sacerdotibus, qui ingressuri templum in una manu horologium, altera palmam dactylorum viridium portabant: Horologium significabat vitam ordinatam, qua omnes auditorum mores regulari debent; dactyli virgæ fidem virentem & incorruptam significabant. Sinceritate servitii. Roman. prim. vers. octavo: toto corde serviit Apostolus.

§. 34 Ministri sint immaculatæ vitæ, ab Exemplo: (α) gentilium sacerdotum, qui candidis vestibus utebantur, ad significandum, omnia candida & munda Deo placere, ut refert Plutarch. lib. de Iside. (β) Christi, qui quæ docuit, ipsa vita expressit, Actor. 1. v. 1. quæ fecit & docuit, Matth. 11, 29. Discite a me, &c. Matth. 11, 4. renunciate Johanni, quæ vidistis & audivistis; verbo igitur & factis Christus docuit. (γ) Pauli: 1. Cor. 11 v. ult. Imitatores mei estote: Philip. 3, 17. suam igitur vitam in Exemplum proponit: Phil. 4, 9. Quæ vidistis & audistis in me, hoc agite. Idem Paulus Petrum reprehendit, quod aliter doceret, aliter viveret, Galat. 2, 11. sequent. (δ) Discipuli Pythagoræi non ingrediebantur eandem cum populo viam: nos ministros communem vitiorum viam fugere condecet, neque huic mundo conformari, Roman. 12. Ambrosius epist. 6. tom. 3. Senex quidam in ludis Olympiacis diu inter Græcos ambulans, nullibi locum sibi relinqui vidit: igitur transiit ad Lacedæmonios, quorum pariter juvenes & viri ipsi cesserunt locum. Hoc factum cum approbarent Græci, exclamavit senex: Heu miseriam! omnes Græci norunt quid sit honestum, sed eo soli utuntur

Lacedæmonii: Ita miniſtri verbi non tantum ſciant quid pium & Chriſtianum ſit, ſed & faciant.

§. 35 Verbi divini miniſter bono exemplo prælucere debet: ſint lampades ſemper ardentes, 2. Chron. 4. v. 20. fulgeant puro vitæ innocentis auro, ibid. v. 19. Navita cum tempeſtate maris luctatur, & ipſe gubernacula arripit, ut aliis animum addat: ita decet miniſtrum verbi in mari mundi non nauſeare, ſed rectæ vitæ & pii exempli arripere gubernacula. Vid. Senec. lib. de vita beata c. 16. Sicut Aaron peccata ſuper populum induxit, Exod. 32, 21. ſic impie vivendo aliòs ad peccatum inducunt impii miniſtri; hinc illud Malach. 2, 8. ſcandalizare feciſtis in lege.

§. 36 Sint forma legis: a ſimili Cantoris, qui vocem elevat, ut & concentores intendant: ſic divini verbi miniſter ipſe pius vivat, ſi alios ad pietatem inducere velit. Qui numiſmate ad nihil aliud utitur, quam ad numerandum, is numiſmate abutitur: ſic multi ſacerdotes tantum ſcripturam numerant, capita & ſententias recitant, ſed vitam inde non corrigunt. (Idem Anacharſis olim de Græcis Philoſophis dixit.) Miniſtri vita & doctrina luceant, ſicut candelabra aurea, Exod. 25. Lampades ſpectabant verſus candelabrum verſæ, Num. 8, 2. Ita miniſter luce vitæ & doctrinæ ad Chriſtum candelabrum reſpiciat ante ſe, non videat poſt tergum. Philipp. 3, relinquo ea, quæ a tergo ſunt. In pectore ſummi ſacerdotis erat Urim & Thumim, hoc vitæ innocentiam, illud doctrinæ lucem ſignificat. Allegor. Levit. 23, 3. Sacerdotes immundi abſtinere jubebantur a rebus ſacris: ſic impii miniſtri ſe jugiter mundent, ut res ſacras rite tractent. Exod. 29, 9. 10. ut audiant mandata Dei: peccans ſacerdos offerre jubebatur vitulum immaculatum pro peccato.

§. 37 Doctrina & vita notatur per malagranata ob fragrantiam, 1. Tim. 4, 12. Tit. 2, 7. Miniſter eſt ſal, hoc enim ſi infatuetur, quo ſalietur? Matth. 5, 13. Sal per doctrinam ſit miniſter; lux per vitam. Eſt oculus: oculus vero cœcus quomodo vita tua? Veſtis ſacerdotalis hyacinthina erat, hoc eſt, coloris cœrulei, ut doceret Deus, vitam cœleſtem eſſe debere. Aaronis virga floruit, Num. 17, 8. ita virga ſacerdotalis vita & doctrina florere debet, in hujus mundi nocte & faciat fructus in vitæ ſinceritate. Ex auro puriſſima fiebant emunctoria, Exod. 25, 18. ita præſtantiſſima inſtrumenta in domo Dei, ſcilicet miniſtri, fulgebunt ut aurum. In lamina frontis Pontifex inſcriptum nomen Jovæ portabat, Exod. 28. ita miniſter nomen Dei per vitam innocuam non in corde tantum, ſed & opere & fronte circumgeſtet. Idem erit ſacrificium Sacerdotis, &c. Judicaturus ſcilicet peccatum Sacerdotis cum peccato totius populi ejuſdem gravitatis eſſe; hinc exempla domeſtica Sacerdotum adeo infamia, Levit. 21, 2. Ratio, quia exempla Sacerdotum in populum mox dimanant, Oſe. 4, 4. Qui vero impie vivunt, occidunt oves, ait Auguſtinus tom. 9. col. 1057. a. b. eas in foveam inducunt; cœci cœcos docentes, Rom. 2, 19. Auguſtinus tomo 9. col. 1082. a. Dicunt mea (ait Dominus) ſed ſua faciunt, apud eund. Auguſt. tom. 8. col. 1063. b. Auditoribus ſcandala præbent; ſicut olim Sacerdotes Hieroſolymitani, Malach. 2, 8. Levit. 19, 14. Scandalum cœco ponere prohibet Dominus.

§. 38 V. *Gaudium.* Actor. 11. v. 23. lætantur Apoſtoli ob converſionem Samaritanorum. Pſal. 97, 8. Zion gaudet: ſic Eccleſia. Confer Auguſt. tomo 8. colum. 1089. b. item tom. 10. col. 74. b. A ſimili: Sicut agricola gaudet de agro, arbore, fructibus: ſic verbi miniſter.

VI. *Patientia*, cum miniſtri ſimiles ſint arieti, inter vepres hærenti, Geneſ. 22. Selneccerus in h. l. Exod. 29. Pectus & armum dextrum accipiebat Sacerdos, ut fortitudini ſtudendum eſſe commoneretur. Greg. M. part. 2. c. 3. Paſtor.

VII. *Compaſſio*, Jerem. 9, 1. Auguſtin. tom. 9. col. 119. b. Sir. 7, 39. Roman. 12, 13. ſequent. Ezech. 6, 11. Philip. 3. flens dico: Exemplum Johan. 11, 34.

VIII. *Zelus*, verbi divini miniſtri ſemper ardeant amore Dei gloriæ. Levit. 10, 1. Nadab & Abihu alienum ignem obtulerunt; alienus ignis eſt cura corporis, Phil. 3, 19. quorum Deus venter eſt.

§. 39 IX. *Prudentia* (α) in corripiendo: ſit ſpeculator & probator, Jerem. 6. Ezech. 3. Miniſter verbi divini corripiat (1) prudenter, ne, dum rupta reſarcit, majorem faciat rupturam, Chryſoſt. de dignit. ſacerd. c. 4. (2) paterne, Baſil. q. 99. Explicat. compoſ. quæſt. prudenter, ut reſpiciat ad effectum peccantis, qu. 18. Baſil. d. l. (3) tempeſtive, ut præmittat gradus admonitionum, Matth. 18, 15. & ultroneam emendationem expectet. Simile: Fruſtra agricola triticum menſe Julio & Auguſto, (magno ſolis æſtu calentibus) opportune menſe ſequent. autumnali ſeminat, cum imbres decidunt: ita minus opportune redarguitur impius, cum adhuc fervet ira, tumet ſuperbia, & gloriatur, ſe cum inferno fœdus pepigiſſe, Eſa. 28. Rectius ſeminatur correctio, cum impius calamitatibus affligatur. (4) Etiam gravioribus verbis increpet. Cyprianus de lapſis: Imperitus medicus eſt, qui tumentes vulnerum ſinus manu parcenti contrectat. Baſilius Olympio cuidam ſcribit, putaſſe ſe Apollinariſtas patientia & lenitate manſuefieri poſſe, ſed pejores redditos eſſe. Idem genus increpandi probat Toſſanus d. 182. præfat. in Epiſt. ad Galat. (β) In vigilando: Miniſtri verbi divini vigilent. Num. 1, 15. hoc ſignificabatur in pectorali, cui nomina filiorum Iſrael erant inſcripta Luc. 2. verſ. 8. Paſtores vigilantes pro grege. Jerem. 10. v. 21. §. 40 ſtulte egerunt Paſtores. (γ) In converſando, non ſocietur malis. Levit. 21. v. 1. non tangebat mortuos, ſancte converſari debebat. Num. 8, 24. Levitarum veſtes ſanctificandæ erant & movendæ: non deponat memoriam auditorum, Exod. 28, 30. Eorum vocatio neceſſaria. Num. 18, 24. ſolum Levitæ cincti & vocati ſtare poterant

terant coram Deo ; ſi alii quidam appropinquaſſent Deo, plaga quadam in eos ſæviiſſet Dominus. (δ) In rebus liberis, ſic moderandis, ne frater offendatur, 1. Cor. 8, 13. ne cœco offendiculum ponatur, Levit. 19, 14. Aliàs tria concurrunt in ceremoniis: conſtitutio, obſervatio, abrogatio ; In his actibus duæ virtutes dominentur, ut, libertas excludens neceſſitatem: & ſanctitas, excludens impietatem, ſuperſtitionem, ſcandalum. Vid. Roman. 14, 15. 1. Cor. 7, 23. c. 8, 9. c. 9, 18. Gal. 5, 1. c. 2, 5. 1. Theſſ. 5, 22. 1. Pet. 2, 16. Gal. 5, 1. (ε) In ſacris offerendis: canis arcebatur ab ara Athenienſium, ubi Minervæ ſacrificabatur, & ubi Dianæ templum fuit, quia animal impurum erat. Zwing. f. 66. b. ab ara multò magis ſpirituales canes arcendi, Matth. 7, 6. pellant a ſacris manifeſtos peccatores, fol. 133. Zwing. Ezechias ſecreta & pretioſa domus DEI κειμήλια impiis & profanis oſtendens, graviſſimam DEI reprehenſionem incurrit, 2. Reg. 20, 17. Tales ſunt miniſtri verbi, qui infidelibus DEI κειμήλια communicant. Levit. 14. verſ. 40. Lapides leproſi ex pariete evellebantur: ita infideles, cum non ſint lapides vivi 1. Pet. 2. v. 3. evellendi ſunt ex pariete Eccleſiæ, ne totum inficiant; parum enim fermenti totam maſſam ſapore afficit, 1. Corinth. 5, 6.

§. 41 X. *Intelligentia :* verbi divini miniſtri ſemper inſtructi ſint verbo & ſupellectile ſpirituali. Numer. 1, 50. Tabernaculum portabant & omnem ejus ſupellectilem ; quo ſignificatum eſt, pure Dei verbum tractandum & prædicandum eſſe, Jer. 23, 28. 29.

XI. Ἀπροσωποληψία: Miniſter non capiat munera. 1. Reg. 13, 7. Propheta Elias ſpernit munera ; ſic Eliſæus, 2. Reg. 5, 16. Miniſter non reſpiciat perſonas in docendo, refutando, dehortando. Ab Exemplo Chriſti, Matth. 22, 16. Eliæ, 1. Reg. 18, 19. Nathanis, 2. Sam. 12, 7. Johannis, Matt. 14, 4. Athanaſii adverſus Conſtantinum Imperatorem Arian. Euſebii adverſus Conſtantium eund. Theodor. lib. 2. c. 31. Ambroſii adverſus Imperatorem Theodoſ. Ambroſ. epiſt. 29. & 32. Chryſoſt. adverſ. Arcad. Imperat.

§. 42 XII. *Fortitudo & Fidelitas :* Miniſter non ſit in pace leo, & in prælio cervus, ut Tertullianus loquitur c. 1. de corona militis: non moveatur hominum laudibus aut vitiis, Chryſoſtom. l. 5 c. 6. de dignitate ſacerdot. ſ. Qui ſuſcipit: nam Deo committat, ſi nolunt auditores eum audire, Jerem. 25. v. 3. Non fiat ob paucitatem bonorum tepidus, Chryſoſt. hom. 1. de Lazaro: Exemplo fontium, qui ſemper fluunt, etſi nemo hauriat. A mandato Jeremiæ dato c. 20. v. 7. exemplo Chriſti Judæ prædicantis. Ab utili, ut boni fiant meliores, & mali quoq; ſuo tempore convertantur, 2. Tim. 2. v. ult. 1. Sam. 16, 2. audiet Saul & interficiet me, dicebat Sámuel; ſed Deus eundem ire jubet & imperata exequi: ſic & nos metu abjecto munia noſtra exequamur. Ezech. 13, 5. ſtet in adverſo. (α) In tuenda fide: Miniſtri ſint turres quædam immotæ, fidei ambitum conſervare obligatæ, Theodoret. l. 4 c. 19. hiſtor. alleg. præfat. operum Baſilii M. edit. Pariſienſ. columnæ æreæ, ſtabiles in calamitate & confeſſione, ut 1. Regum 7, 15. vigiles, ſicut paſtores, Luc. 2, 8. clavum Eccleſiæ teneant, ne ſeculi procellæ turbent, Ambroſ. epiſt. 44 (β) In tolerandis calamitatibus & perſecutionibus; huc pertinet Jerem. 1, 17. Miniſtri ſint ænei, duratione in fornace tribulationis: ſeveritate in verberibus: in prædicatione, ut nihil niſi æneum ſerpentem i. e. Chriſtum prædicent, Gal. 6, 14. debet eſſe adamas, Ezech. 2. v. ult. Matth. 11, 7. non arundo. Exempla: omnes pene prophetæ enecati, Bellarmin. tom. 6. c. 5. 27. c. Concord. 44. & 528 (γ) In annunciandis peccatis: Miniſtri non

§. 43 annunciantes peccata ſimiles prophetæ Eli, 1. Sam. 3, 13. Serpenti, Gen. 3. nequaquam moriemini, & 400. Baaliticis ſacerdotibus, 1. Reg 22. Ezech. 13, 2. 18. 19 Jer. 23, 15. Pulvillos conſuunt Pſeudo-prophetiſſæ ſub utraque axilla & cervicalia, Ezech. 13. v. 18. Tales ſunt multi miniſtri, qui ſecuritatis pulvillum conſuunt, in quo dum peccatores in utramvis obdormiſcunt aurem, capiuntur animæ & laqueis peccati, & ſomno perditionis æternæ. Itaque miniſter non timeat verba vel facies malorum, Ezech. 1. 6. c. 2, 9. non corroboret manus impiorum, Ez. 13, 22. ne impii captivi fiant ob ſua peccata, Thren. 2, 14. ac ſecuri reddantur homines, Jer. 8, 10. 11. in quo correctionis genere tamen maxime moderatione ſermonis pleni benevoli affectus uti debemus, exemplo Apoſtoli Rom 9, 1. 2. (δ) In viſitatione ægrotorum, Sir. 7, 39. Ut hæc ſit grata & frugifera, fiat 1. συμπαθείας erga ægrotum conteſtatio. 2. cauſæ morbi, quæ eſt peccatum, demonſtratio. 3. agnita hac cauſa conſolatio per dicta & exempla: Prov. 31. Sicera danda mœrentibus ; ſicera ſpiritualis eſt Dei verbum, quo eriguntur afflicti, 1. Theſſ. 4 v. ult. Quodq; nobis ſolatium eſt, Pſ. 94, 12. Pſ. 119, 50. Miniſtri habeant in manu ventilabrum doctrinæ, de notis filiorum Dei; ſic D. Paulus Rom. 8, 14. quotquot a Spiritu Dei ducuntur: En ventilabrum! Matt. 3, 12. ſic & in manu miniſtrorum. (ε) In corrigendo Magiſtratu. Miniſtri quoque corrigant vitia Magiſtratus: ſic Luther. tom 5. Jenenſi Germ. f. 289. Sleid. lib. 21. & multi ſcripſerunt contra Interim: Ambroſ. lib. 5 epiſt 29. Male igitur audiunt ii apud Jer. 23, 14. Ezech. 13, 18. ſic Johannes Herodem, Moſes Pharaonem, Nathan Davidem e proprio judicio, 2. Sam. 12.

§. 44 XIII. *Temperantia :* Vino interdictum olim fuit ſacerdotibus Levit. 10, 8. 9. triplici reſpectu: 1. ne moriantur, ut Nadabh & Abihu: 2. ne impudens fiat, aut vinum corrumpat judicium diſcretionis inter ſanctum & profanum: 3. ut homines doceant ſua vita temperanter vivere, Ezech. 44, 21.

§. 45 XIV. *Caſtitas:* Caſte vero vivant (α) ut Deo placeant: ſi enim in carne (h. e. carnaliter) vivant, Deo placere non poſſunt, Rom. 8, 8. (β) Filium Dei imitentur, qui præcinctus ad mammillas zona aurea dicitur Apoc. 1, 13. quæ cinctura caſtitatem notat. (γ) & angelos, qui ſpi-

ritus caſti ſunt. (δ) Miniſterium ſuum, quod caſtum eſt, ornent, Levit. 21, 6. (ε) Opprobrium vitent, ne quod in aliis reprehendunt, in ipſiſmet reprehendatur vitium. Inepte vero hæc & alia argumenta contra caſtitatem conjugii adferuntur & urgentur, quo videtur alludere Peraldus tom. 1. ſummæ, tractatu de Temperant. c. 13.

§. 46 XV. *Obſervantia* erga Magiſtratum: in oratione pro magiſtratu: in petenda dimisſione (ſic fecit Gregor. Nazianzenus apud C. Eſpenſ. fol. 256. col. a. b. Oper.) ab officio: in petenda Concilii ſolutione, ne Eccleſia epiſcopis careat, nec Magiſtratus precibus privetur, Athan. tom. 1. fol. 716. 717. ab init. Quæ tamen correctione aſpera non tollitur, 1. ſi ſint peccata notoria. 2. ſubditorum gemitibus conteſtata. 3. ſi monitus Magiſtratus privatim non reſipiſcat. 4. ſi libertas & religio periclitentur. 5. ſi peccata creſcant. Ambroſ. ſerm. 6. Malui peccatum veſtrum incuſando acriter increpare, quam leniter diſſimulando nutrire. Samuel non pepercit publice Saulo regi, 1. Sam. 15. nec Elias Achabo, nec Johannes Herodi. Chryſoſt. lib. 3. adv. vituperatores vitæ Monaſt. Leonis reprehenſio, quando acrior neceſſaria eſt, quaſi nulla reprehenſio eſt.

§. 47 XVI. *Modeſtia* ſingularis: Pythagoræi olim vetabant diſcipulos via publica incedere. Ambroſ. lib. 1. Epiſt. 6. Sic miniſtri divini verbi nihil plebejum ſapiant, nihil cum moribus vulgi commune habeant: ſingularibus rebus ſe non immiſceant; de ejusmodi miniſtris conqueritur Gregor. Magn. lib. 1. epiſt. 5. nec de ſuppliciis & carceribus leges ferant, Caſſander epiſt. 6.

§. 48 XVII. *Humilitas* (α) in ſermone: ſermo miniſtri ſit ſimplex. Cyprian. epiſt. l. 2. ad Donat. 9. Irenæus lib. 3. c. 3. β. Non autem. In judiciis, in concione, &c. Baron. allegat. tom. 2. fol. 441. n. 25. (β) In ſtatus recognitione; ſunt enim æque peccatores, ut reliqui homines: hinc pro ſe & pro populo offerre jubentur. Vid. Auguſt. tom. 10. col. 535. a. Chryſoſtom. hom. 10. cum Presbyter deſignatus eſſet, de metu ſuo multa præfatus eſt, quo futurum exiſtimavit, ut ei multa, de quibus ante meditatus fuerat, præ metu illo exciderent atque memoria effluerent. (γ) In veſtitu: 2. Reg. 1. Eliæ piloſa veſtis; Matt. 3. cingulum coriaceum Johannis. (δ) In ſacrorum officiorum, etiam viliſſimorum, expeditione: Levit. 10. ſacrificiorum cineres collegit & abſtulit ſummus ſacerdos; ut doceret Deus, etiam minima quævis officia ſubeunda eſſe miniſtro, dummodo ad ipſius Dei cultum unice referantur. Sufficit in magno palatio regis etiam viliſſima quæque obire munia.

§. 49 XVIII. *Taciturnitas*: miniſtro non licet violare ſigillum confesſionis in ullo caſu, Suarius de pœnitent. diſputat. 33. ſection. 1. numer. 2. Videatur Lanſius de cura Relig. & Legibus diſſertat. de qua Steno Bielke reſpondit pag. 34. 35. D. Backmeiſter diſput. 10. th. 37. in Decalog.

XIX. *Diligentia*: ſemper moneant Auditores, jugiter inſtruant, Levit. 6. v. 12. ſomnum otiumque non ament, Eſa. 56, 10. Num. 4. Levita quisque pro ſe onus ſuum portabat: ſic fidelis Dei ſervus portet onus vocationis ſuæ ſine murmure, cogitetque, ſe id portare ob Deum, Eccleſiam, propriam ſalutem, 1. Tim. 4. v. ult. Miniſtri cura etiam erga unam ovem perditam: ſic Chriſtus Thomam quæſivit, Cyprian. l. 1. epiſt. 3. l. 4. epiſt. 2. Aliis laboribus vacare non poſſunt, quam literis, Sirac. 38. verſ. 5. non profano operi, ibid. Verbum diligenter tractent: Exod. 25, 30. Singulis ſabbathis recentes panes apponebantur; ita apponant panem verbi divini. Non laſſentur, etſi nolunt audire auditores, Jerem. 25, 3. Diligenter clamare debent, Eſa. 58. v. 1. Chriſtus Lazarum excitaturus forti voce clamat Johan. 11. v. 43. Lazare, veni foras! ſic quoque peccator excitandus. Miniſter non ſit polypragmon, non implicet ſe ſecularibus, 2. Timoth. 2, 4. Conc. Chalcedon. can. 7. Act. 15.

§. 50 XX. *Contentatio*: Miniſter (Clericus) non quærat lucra in Chriſtiano cultu: de hujusmodi Clericis queritur D. Bernhard. ſermon. de converſ. S. Pauli. Suis ſit contentus donis: vide tit. *Invidia*.

XXI. *Concordia*: Miniſtrorum virtus φιλαδελφία; hinc duos fratres vocat Chriſtus Matth. 4, 18. Rom. 12, 16. cap. 15, 6. Epheſ. 4, 3. Pſalm. 133. Euſeb. libro 1. cap. 11. de vita Conſtan. Inteſtina enim bella plurimum nocent: non ament ſeditiones ut Abjathar, 1. Regum 2. verſ. 26.

XXII. *Veracitas* & urbanitas: Miniſter verbi ſit verax, 2. Cor. 4, 2. c. 13, 8. doceat viam Dei in veritate, 1. Tim. 3, 2. 2. Tim. 2, 15. 2. Cor. 6, 4. Tit. 1, 9 Jer. 17, 16 Coloſſ. 4, 6. Ægyptii ſacerdotes ſummi collo appenſam e ſapphiro imaginem geſtabant, cui inſcripta veritas erat: ſic miniſtri veritatem in corde habeant, e Sapphiro ſcripturæ ſculptam.

§. 51 XXIII. *Defenſio*: Turris David clypeis munita erat, Cant. 4 v. 4. ita miniſtri verbi, qui Chriſti turris ſunt, clypeo verbi debent ſuos auditores defendere contra mundum & Satanam; hinc dicuntur terriculamenta avium rapacium, ne illæ tollant ſemen. Moſes & Aaron ſteterunt contra Pharaonem pro liberando populo, Exod. 5, 20. Satanas eſt ille Pharao, qui ex ſuo ſervitio auditores non facile dimittit; ſtent igitur contra ipſum miniſtri urgentes gratiam vocationis, redemtionis, ſanctificationis: in gratia enim Dei ſtamus, Rom. 5, 1. fide, Rom. 11, 20. in Evangelio, 1. Cor. 15, 1. ſuccincti lumbis, Eph. 6, 14.

Alia prædicata.

§. 52 *Suſtentatio*: Decimæ a Deo ordinatæ in uſum Scholarum & Eccleſiæ: A lege Dei; A Lege naturæ, 1. Cor. 9, 7. Joſ. 21. Levitis dantur 38. civitates peculiares. Miniſtris benefaciendum. Luc 7, 38. mulier capillis terſit pedes; pedes CHRISTI ſunt miniſtri, conferatur

Num.

Numer. 7. Esa. 49. reges nutritii tui: capite 60. suges lac gentium: sunt enim omnia regna (de jure loquimur) Ecclesiæ hospitia.

§. 53 *Duratio* ministerii: sex calami in candelabro notant sex mundi dies, quibus durat ministeirum. 1. Corinth. 11. vers. 26. annunciare jubet Apostolus mortem Domini, donec veniat.

§. 54 *Autoritas divina*: magnum DEI donum Ministerium, Num. 18. vers. 6. Num. 3. v. 12. 13. Matth. 10. non vos estis, qui loquimini, &c. sic Jos. 24, 27. saxum dicitur audivisse Dei verba, quæ tamen Josua prolocutus fuerat.

Variæ calamitates ministerii: (1) Subsannatio, 2. Chron. 36, 16. (2) Mactatio, vid. Jerem. 11. v. 19. Rom. 8. oves occisionis. (3) Criminatio, ministri ceu blasphemi & seditiosi: sic olim Elias culpatus: Tu perturbas Israel. Luther. tom. 3. Lat. Jen. in cap. 40. Esaiæ dicit: Prædicare est nihil aliud, quam in se derivare furorem totius inferni & Satanæ. (4) Convitia, 2. Reg. 2, 23. Jer. 15, 10. (5) Accusatio, Ose. 4. v. 4. Confer Jerem. 20. v. 8. 9 10. 18. Amos 7. v. 10. (6) Insidiæ, 1. Reg. 19. v. 2. quod vitæ Eliæ insidiati sint hostes. (7) Fames: 1. Reg. 17. vers. 6. Elias à corvis pascitur: c. 18. v. 13. centum Prophetæ abditi ab Abadia. (8) Verbera: 1. Reg. 22, 24. Michææ alapa impingitur: Jer. 20, 2. Passur verberat Jerem. Paulus 2. Cor. 11, 24 (9) Proditio. Semaja prodit Jeremiam, Jer. 29, 24. seq. Amasia sacerdos Bethel Amosum Jerobeamo, Amos. 7, 10. (10) Carcer, 1. Reg. 22. Michæas, Jeremias c. 37. c. 38. Hanani ab Asa in vincula missus, 2. Chron. 16, 10. Philippus rex Macedonum decem oratores ceu turbatæ pacis causas Athenis pelli voluit: Satan ministros, cum potest, ab ovili CHRISTI arcet, ut in oves illius libere grassari possit. Ut Ægyptii detestantur pastores, quia edant oves, quas pro Diis colunt Ægyptii, Exod. 10, 26. sic quia res mundi, quas pro Diis habent impii, arguunt ministri, mundo sunt exosi, 1. Cor. 4, 9. Jer. 11, 19. seq. Ministerii gravitas & molestia significatæ in similitudine agricolæ, 1. Cor. 3, 6. legatorum, 2. Cor. 5. vers. 20. laboratorum in vinea, Matth. 20. v. 1. pugnatorum, 1. Tim. 1, 18. portant enim ministri sarcinas suas, Augustin. tomo 10. col. 474. a. b. c. quin etiam ad Galat. 6. v. 17. fatetur Apostolus, se Christi stigmata gerere. Idem onus intelligitur e metaphora parturientis. Galat. 4. filioli mei, quos iterum parturio: Ergo ministerium perpetua est parturitio, vid. etiam Jer. 38, 35. Nihil apud Deum miserius, tristius & damnabilius episcopi, presbyteri aut Diaconi officio, si res perfunctorie agatur, Augustinus epist. 148. Ignatius epist. 1. Episcopum non tam sui esse, quam aliorum. Ambrosius eligendus fugam meditatus est. Ammonius aurem sibi amputat, Nicephor. lib. 11. Basilius Magnus sese occultat. Cura & solicitudo, cum vident ministri, non proferri fructus ab Auditoribus. Chrysostomus tom. 1. in Genes. Annon (inquit) quis miseros nos dixerit, quod tam mortuis concionamur?

§. 55 *Præmia ministri fidi*: Honor, admiratio, gloria, fama, Sir. 39, 12. seq. Mundi præmium; contumelia, mors, persecutio, vid. D. Theodor. p. 304. 305. Domin. XX. post Trinit. 1. Tim. 5. vers. 17. ii qui præsunt, duplici honore digni; honor ille notat simul æstimationem dignam ministrorum & tam sancti officii, subsidium necessarium, omne pium officium, reverentiam. Dignitas ministerii patet (α) e nominibus ministrorum: vocantur enim salvatores, 1. Timot. 4. vers. 16. Numer 3. versic. 12. 13. (β) Allegoriis: Est enim ministerium mensa aurea, Exod. 25. vers. 23. cui panis propositionis, h. e. Christus proponitur. Candelabrum aureum, Exod. 25. Arca fœderis & urceus aureus, in quo Manna, Hebr 9. vers. 4. Columna nubis & ignis, Psalm. 99. vers. 7. Propitiatorium, cui Christus insidet: hic enim prædicatur in verbo, Cherubim notant legem & Evangelium. Os Dei in prædicando; os ecclesiæ in orando. Primogeniti Deo sacri sunt ministri, Num. 3, 45.

§. 56 *Ordo* Ministerii, vid. infra tit. Ordo. Non est consultus pastor, qui morbidas & contaminatas oves gregi admiscet.

Consolationes ministrorum: (1) quod sint servi Dei, 1. Cor. 4. legati, 2. Cor. 5. (2) Dei pro ipsis solicitudo, Esa. 51, 12. in hunc rejiciant suas curas, Jer. 20. v. 11. 12. (3) Præsentia ejusdem in tribulatione, Jerem. 1, 18. (4) Fructus, qui suo tempore conspicui fiunt: sic Johan. 3. Magister, scimus quod verax &c. ecce fructus conspicui fiunt in Nicodemo, qui alias ante erant occulti. Esa. 55. sicut pluvia &c.

Similia.

§. 57 Ministri sunt *Æs & Campana* in tabernaculo ecclesiæ, Hieronym. epist. 56, 128. Alius argentum eloquii, alius vocem æris exhibet, Jerem. 1, 17. Sint ænei ratione (1) durationis, in fornace tribulationis. (2) sinceritatis, in verberibus & persecutione. (3) prædicationis, ut nihil nisi Christum æneum prædicent, 1. Corint 2. vers. 1. 2. Johan. 3, 15. per serpenten illum adumbratum Num. 21. *Adjuvantes*, adjutores, 1. Cor. 3, 9. 2. Cor. 6, 1. quod Deus in iis operetur, Marc. 16. v. ult. Joh. 15. Gal. 3, 9. 1. Cor. 15. 2. Cor. 12. Esa. 59. v. ult. 1. Pet. 1, 12. 2. Pet. 1, 19. 20. *Angeli*, August. tom. 9. col. 660. Ob annunciationem vitæ æternæ: Angeli ascendentes (August. tom. 9. col. 27. a) sublimia docentes: Descendentes, humilia proponentes, b. c. Cur Angeli dicantur NB. Foxus in Apocalypsin p. 32. ex Thoma pluribus deducit. *Apes* sunt, mel sugentes & suis distribuentes: sugunt e Petra Christo, 1. Cor. 10. Ecclesia est apiarium. *Architecti* templi spiritualis, 1. Cor. 3, 10. quod ædificant juxta canonem scripturæ, Gal. 6, 16. Phil. 3, 16. Eph. 2. v. penult.

§. 58 *Aurum*: Hastile candelabri ex auro, Exod. 25, 31. & Numer. 8, 4. sic ministri habeant aurum charitatis: 1. non sint terreni; emunctoria sunt disputationes, explicationes, quibus lux redditur: 2. humiles, cogitent (α) se servos Domini esse, 2. Tim. 2, 24. & legatos, 2. Corint. 5. v. 20. (β) non loqui de suo, sed spiritum loqui per ipsos, Matth. 10, 20. Jerem. 1, 7. c. 23, 28. Jon. 3, 2. 3. Non præsumtuosi: nam ministri non sunt,

qui loquuntur, Matth. 10, 20. quid si ergo Spiritus S. vim subtrahat suam? ideo nec quærat se in frequentissimo cœtu audiri, si nolit Dominus: nam Lucas ad solum Theophilum scribit Luc. 1, 1. Act. 1, 1. cum sola muliere Christus loquitur Joh. 4, 8. itaque omnia Deo tribuamus: Manus leprosa Mosis reddita est, Exod. 4, 6. significavit Dominus, Mosen non suæ ipsius manui, sed DEI omnia tribuere debere, Rom. 12, 3. Colossl. 2, 19.

Baculus verbi, Psal. 23. v. 4. in manus est sumendus, non baculus ille, de quo Vincentius l. 24. cap. 77. & ex Cœlestin. Postill. Evangel. Dominical. tentans, sed gladius spiritus, Ephes. 6. vers. 17. *Bezaleeles* spirituales in omni auro & argento fidei, Psalm. 12. 1. Cor. 3. laborantes. Exod. 35, 30. ut vasa spiritualia parent. 2. Tim. 2. officina est Ecclesia.

§. 59 *Canales* lapidei, per quos divina in nos fluenta derivantur, Augustin. tom. 7 [illegible] lum. 46. c. *Candelabrum* lucens olim in tab[er]naculo notat ministros doctrina fulgentes, errorum tenebras fugantes, 2. Pet. 1, 19. 20. Proverb. 6, 6. Psal. 119, 105.

§. 60 *Canes* 1. ob Dominorum suorum amorem: ita ministri omnia perferant amore Domini, 2. Tim. 1, 11. 12. 2. domus custodiam: ita Ecclesiæ domum ministri custodire debent, ne lupi introëant; suam quoque conscientiæ domum non debent negligere. 3. Vitæ profusionem: ita ministri pro Deo vitam profundere debent, vid. tit. Martyr. 4. Studium in venatione: similiter ministri esse debent in spirituali prædicationis venatione. 5. Loci sui agnitionem: canis locum suum agnoscit; ita minister humilis esse debet. 6. Societatis humanæ dilectionem: ita Minister non debet fugere conventicula piorum. 7. Latrationem: ita minister non debet esse mutus canis, Es. 50, 11. 8. Utilitatem: cane quid utilius? ministro nihil a mundo habetur inutilius. 9. Pastionem: de micis comedit Domini canis; ita pii ministri sæpe vix micas habent, ex quibus vitam tolerent. *Cherubim* intuentes Christum, Exod. 25, 19. ita ministri Christum semper intueantur, hunc doceant, hunc auditoribus inculcent. *Chirurgi*, vulnera peccatorum vino legis purificando; oleo misericordiæ, quod est Evangelium & meritum Christi, mitigando; promissionibus divinis, ceu linteo tegendo; comminationibus pœnæ ceu filis constringendo & ligando, Esa. 1, 5. 6.

§. 61 *Civitas* munita & *columna* ferrea, Jer. 1, 18. non tam ad offendendum, quam ad resistendum, confer Proverbior. 1, 9. Galat. 2. vers. 9. Apoc. 3, 12. ita ministri sunt instar munitæ civitatis, fortes clypeo fidei, vigiles in officio. *Cœli* August. tom. 8. c. 1077. auditores sunt terra, quæ recipit lucem a sole; ministri ut cœli fulgeant, sole JESU Christo, stellis virtutum: currant velociter 1. Corint. 9. v. 24. in stadio pietatis. *Coronæ* in capite mulieris, Apoc. 12. vers. 1. Augustinus tomo 9. column. 676. a. *Crystallus*, huic Paulus comparatur apud August. tom. 8. col. 1725. b. c. Luceant vita & doctrina instar crystalli DEI ministri. *Currus Israel*, ut Elias 2. Reg. 2, 12. militando pro Israele precibus, doctrina, miraculis, Sir. 48, 2. portando mala & onus populi in officio, Gregor. homil. 22. in Ezech.

§. 62 *Dispensatores*. Josephus in Ægypto ad gubernacula imperii sedens, dispensatoris est usus opera, Genes. 43, 16. ut in domum duceret fratres adventantes, mactaret, instrueretque convivium; ita Christus cœlestis Joseph regnans in toto mundo suos habet dispensatores, 1. Cor. 4, 1. Tit. 1, 7. qui in Ecclesiæ domum 1. Tit. 3. v. 15. fame spirituali laborantes introducunt, spirituale verbi & sacramentorum epulum apparant: consolantur mœstos, ut œconomus Josephi, d. l. v. 23. Es. 40, 1. c. 51, 3. 2. Corint. 1, 6. sine pecunia gratis saccos eorum implent spirituali verbi frumento, clamantque, Esa. 55, 1. lege eos terrent, ut dispensator Josephi, c. 44, 4. ut ad Christum revertantur, Zach. 1, 3. Domini reditum solicite expectant, auditores suos monent idem facere, Luc. 12, 42. sequent. Domini bona fideliter dispensant, ne diffamentur coram illo, ut Luc. 16, 1. ita Paulus de fidelitate sua, 1. Cor. 4, 1. 2. Cor. 11. & 12 cap. & Moses epist. ad Heb. c. 3, 2. Apostoli & ministri comparantur *Ebud*, Jud. 3, 21. qui Tyrannum interfecit: ita ministri divini verbi gladio spirituali Satanam interficiunt. *Equi*, Hab. 4, 15. α. hi sunt sustentandi, Deut. 18, 1. β. trahunt grave onus officii. γ. ambulant per sordes odii & ingratitudinis mundanæ. *Esaiæ*, i. e. salus DEI salvatorem prædicando & beneficia ejus dispensando, vide Forst. ad c. Esa. 1, 1. verè DEI salus est ibi, ubi viget ministerium, & pura verbi prædicatio. Actor. 10. Petrus Cornelio ejusque domui salus DEI fuit: hanc salutem Paulus Corinthiis prædicavit, 1. Cor. 1, 24.

§. 63 *Feciales* DEI, qui annunciant DEI pœnas, ni resipiscamus, Ps. 7, 13. *Fulgura* & voces, quæ de throno exeunt, Apoc. 4, 5. August. tomo 9. col. 664. a. 1. fulgur legis Deuter. 27. maledictus; 2. vox Evangelii, Matth. 11, 29. 3. de throno gratiæ JESU CHRISTI hæc exeunt, quia Christi gratia in nobis ministris efficax, 1. Corinth. 15.

Galli cantu peccati memoriam Petro reficiunt: ita ministri peccata auditoribus ob oculos ponunt, Es. 58, 1. Gallus tempora noctis discernit: ita ministrorum est, quæ cuilibet congruunt tempori hujus vitæ noctis, accurate discernere. Vocem moderatur, cum dies prope est: Alas suas excutit, se percutit primo: ita ministrorum est, primo se ipsos excutere, antequam aliorum cum fructu corrigant vitia; huc pertinet illud Celichii: Herodes der Fuchs hat dem kriechenden Hanen Johanni den Kopff abgebissen. *Gubernator* navis: navita cum tempestate maris luctatur, ipse gubernacula arripit, ut aliis animum addat; ita decet ministrum verbi in mari mundi non nauseare, sed rectæ vitæ & pii Exempli arripere gubernacula. Vid. Senecam libro de vita beat. capite 16. *Grues* in alto volitantes, Orus in Hieroglyph. pag. 91. a. vigilantiam ministrorum & diligentiam

tiam in perſcrutandis ſcripturis ſignificare poſſunt.

§. 64 *Horologium* ſunt miniſtri, quod indicat horas vitæ, pœnitentiæ, mortis. Ægyptii ſignificabant ſacerdotem per figuram animalis, cui nomen Cynocephalus, quod eſt inſtar horologii, Polydor. Vergil. l. 7. cap. 5. voluerunt ergo ſignificare vitam ſacerdotum debere eſſe horologium hominibus, cujus cauſa regulariter & ordinate vivant. *Ignis* accendens auditores, Auguſtinus tomo 8. column. 1186. b. ob charitatem erga auditores, tomo 8. column. 113. c. d. Spiritus & ignis, Pſalm. 104. verſ. 4. Auguſtinus tomo 8. c. 1182. b. talis ignis Stephanus erat.

§. 65 *Lapides* in Sion, Auguſtin. tom. 8. c. 1139. ex quibus ſuccreſcit templum DEI, Eph. 2. v. ult. Lapides pretioſi, tomo 10. col. 1566. d. *Legati*, 2. Cor. 5, 20. 1. ob mittentem, qui Deus, Pſ. 68, 12. Matth. 9, 38. Eph. 4, 11. 2. ob nunciationem remisſionis peccatorum, magni gaudii, Luc. 2, 10. Act. 20. v. 20. 1. Cor. 2, 1. 1. Johan. 3, 11. 3. Ob myſticam ſignificationem, Num. 13. α. Exploratores terram promiſſam peragrabant, uvam oſtendebant: ita miniſtri verbi, myſteria DEI penitius introſpicientes, uvam veram CHRISTUM auditoribus oſtendunt. β. Nunciis magna expectanda pericula, præbuit tamen hoſpitium Rahab, Joſ. 2. & 6. verſ. 17. ita miniſtrorum eadem in hoc mundo ſors eſt. Confer 2. Cor. 11, 33. Epheſ. 6, 20. 1. Chron. 36, 16. ita mundus Dei miniſtros ludificatur. γ. Nuncii Jobi calamitates denunciabant: ita miniſtri ex Tobiæ 12, 13. Actor. 14, 22. 2. Tim. 3, 12. δ. Nuncios Davidis Abigail inſecuta eſt, 1. Sam. 25, 42. ita pii auditores dicto miniſtri audientes ſunt. Nabal vel mundus ſtultus audacter ſpernit eos, v. 15. d. l. *Lumen* & lux ſunt miniſtri; 1. in cœca hujus mundi nocte. 2. Autor lucis eſt Chriſtus, lux vera, Joh. 1, 9. 3. Lumen hoc in fragili corporis noſtri cornu gerimus. 4. Lumen hoc monſtret viam recte credendi & ſincere vivendi.

§. 66 *Medici* taxando & orando ſanantes auditores: Pater ignoſce, Auguſt. tom. 10. col. 472. d. e. ita miniſtri medicas animabus afferant manus. *Menſa aurea.* Miniſterium eſt ſignificatum per menſam auream, Exod. 25, 23. Panis in ea proponitur CHRISTUS, panis vitæ, Johan. 6. verſ. 48. azymus, quia ſine peccato, Johann. 8. v. 46, Eſa. 53. v. 9. & tritico triturato in pasſione, nato in reſurrectione; panis propoſitus, quia ſemper apparet in facie Dei, quam nos ſemper intueri debemus fide. *Meſſores Chriſti*, Matth. 9, 38. mesſis copioſa. Joh. 4, 35. demetiunt ſpicas. *Milites* Chriſti, Auguſtin. tom. 10. col. 90. a. quorum ſtipendium eſt Chriſtus α. pugnantes pro grege Chriſti, armis juſtitiæ, 2. Cor. 6 verſ. 7. 2. Stantes in excubiis, Eph. 6. verſ. 14. 3. Panopliam DEI ſubinde reſtaurantes.

§. 67 *Mulieres parturientes*, formando auditores, Gal. 4, 19. Auguſt. tom. 10. col. 1505. a. ſic miniſtri indies formant ad fidem & pietatem hominum animas. Necesſitas armaturæ miniſtrorum; corpus armamus ob latronem: milites ſe armant, ut perimant; quanto magis ſpiritualibus armis exarmanda eſt anima, caret hæc militia induciis. Eraſmus in inſtructione militis Chriſtiani.

§. 68 *Negotiator* DEI eſt prædicator, emens ſine pretio, Eſa. 55. v. 2. acquirens ſibi margaritam, Matth. 13, 46. *Nethinim* ſeu toti dediti DEO, 1. Paralip. 10, 2. ſic miniſtri Deo toti ſint dediti. *Noa*, gubernando arcam Eccleſiæ, Auguſtin. tom. 9. column. 1172. d. ſic eccleſia eſt navis in turbulento hujus mundi mari; ad hujus gubernacula ſedet ipſe Chriſtus; remiges & hyperetæ ejus ſunt miniſtri verbi. *Nubes fulgurantes* 1. propter æſtimationem; initio contemnuntur, quando autem fulgurant, æſtimantur, Auguſtin. tom. 8. col. 1701. d. a 2. ob pluviæ ſpiritualis effuſionem, quæ eſt verbum Dei, Auguſtin. tom. 8. col. 268. a. b. 3. ob miraculorum coruſcationem, conf. Auguſt. tom. 8. col. 564. tomo 10. col. 393. a. Miniſtri corrigentes ſunt nubes fulgurantes, exhalationes pravorum peccatorum eos implent. Lux mundi ſunt, per legis monſtrationem tenebris peccatorum factam. Sunt Medici purgantes; agricolæ, parentes, paſtores delectantur fructibus, grege, filiis: ita Miniſtri. *Nutritii* ſunt ſpirituales; 1. infantes ſunt auditores; 2. mammæ ſunt Sacræ literæ; lac eſt ipſum Dei verbum, 1. Cor. 3. v. 2.

§. 69 *Oculi*, per quos Deus ducit nos in valle tenebrarum hujus vitæ; horſum Pſalm. 32. v. 8. Oculi lumen in ſe habent: ita miniſtri gratiæ lumen, 2. Cor. 2, 3. ſeq. Oculorum magna cura eſt, ne lædantur: ita miniſtri & pii omnes Deo curæ ſunt, Zachar. 2, 8. Nolite tangere ſanctos meos, Pſalm. 105. v. 15. *Oleum* miniſtri ſunt; 1. illuminantes doctrina; 2. paſcentes exemplô; 3. foventes temporali beneficio vigentes. *Os DEI*; ita miniſtri dicuntur Exod. 15. ita miniſtri mittuntur in Ægyptum mundi, ut ex eo homines educant: Sunt autem os Dei 1. ob nutrimenti ſuſceptionem: ita per miniſtros membra corporis Eccleſiæ nutrimentum accipiunt ſpirituale. 2. Aëris attractionem: ita miniſter ſpiritualem gratiæ aërem orando ſibi ſuisque auditoribus attrahere debet. 3 Vocis formationem: ita Prædicator doctrinam Dei recte formare debet in ore ſuo, ad doctrinam, elenchum, conſolationem &c.

§. 70 *Paſtor*; ſicut enim paſtor oves paſcit, potum agit, amat, nutrit &c. ita miniſtri verbi. *Patres* Eccleſiæ, Auguſtinus tom. 8. col. 417. a. *Piſcatores*, Muſcul. in Matth. f. 59. Matth. 4, 19. faciam vos hominum piſcatores. 1. Mare eſt mundus. 2. rete eſt verbum Dei. 3. Piſces ſunt homines. 4. orandum hic eſt & láborandum, ut Petrus fecit Luc. 9. *Plantatores*, 1. Cor. 3, 6. horti & Paradiſus Dei, Jer. 1, 10. *Portitores* menſæ ſacræ, Numer. 4, 7. menſa ſacra verbum Dei eſt, quod explicare perpetuò debent Prædicatores. *Pronubi* Chriſti, Geneſ. 24. ſicut Eleazarus Rebeccam adduxit Iſaaco: ſic miniſtri ſponſam Eccleſiam Eph. 5, 25 Chriſto ſponſo. Miniſterium eſt *Propitiatorium*, cui inſidet Chriſtus

gratia; cum eo miniſtri gratiæ: Duo Cherubim, lex & evangelium, duraturum ad auroram vitæ alterius, in qua ceſſabit, ut Iſraëlitarum manna non inveniebatur die Sabbathi. *Remiges*, ὑπηρέται, magna emphaſis in voce eſt: eſt enim Eccleſia navis, in qua ſedent hi ſub uno nauclero CHRISTO, 1. Cor. 4. v. 1.

§. 71 *Sagittarii* Dei, qui ſagittam verbi ejaculantur. Auguſtin. tom. 9. col. 665. d. ſagittæ in manu fortis. Auguſtin. tom. 8. col. 1485. b. c. ita miniſtri vulnerant impios, Pſalm. 45, 6. prædicatione verbi. *Sal terræ*, Matth. 5. v. 13. Marc. 9. verſ. 50. quo putria corda ſaliuntur. Vide de hac Metaphora ſalis late Claud. Eſpenſæum fol. 918. ſeq. ſerm. 1. Synodal. *Scala* Jacobi. Johann. 1. verſ. 51. per miniſtros enim nos ſalvat Deus. 1. Tim. 4. v. 16. ſalvum facies teipſum & alios. *Scaphi* vacui in candelabro notant miniſtros per ſe vacuos eſſe; ſitiant ergo ad Deum, ut impleantur oleo lætitiæ & ſcientiæ ſpiritualis.

§. 72 *Seminatores* 1. ob loci rationem; ſeminator agri habet rationem: ita & prædicator auditores diſcernere debet. 2. Temporis conditionem; non ſemper ſeminat prædicator, quandoque evellit lolium fidei falſæ & vitæ impiæ. 3. Semen, h. e. verbum DEI, ſemen illud incorruptibile, 1. Pet. 1, 23. 4. Fructificationem: ita Iſaac ſementem faciens multum metebat, Geneſ. 26, 12. ſic miniſtri producunt (miniſterialiter) multos fructus in Eccleſia, Domino benedicente, 1. Cor. 3, 7. 8. 5. Sortem: agricola ſæpè ſerit, hoſtes metunt; ſic Jud. 6, 3. ita miniſtri ſæpe ſeminant: Diabolus rapit ſemen de cordibus, Lucæ 3. 6. Agricola multum laboris inſumit in colendo agro, nonnunquam cum lachrymis: ita quoque miniſtri ſeminant quandoque cum lachrymis, Phil. 3, 18. 7. Diligentiam, quæ in agricola requiritur, Eccleſ. 11, 6. ita miniſtri operæ non parcunt ſuæ. 8. Objecti agri varietatem, cui ſemen committit agricola, tandem pii miniſtri experiuntur, Matth. 13, 19. ſeq. 9. Lætitiam in meſſe: ita lætantur pii miniſtri ob copioſam Evangelii meſſem, Johann. 4. v. 36. hi ſunt ſeminatores illi ſpirituales.

§. 73 *Servi*, ſic Rom. 1, 1. nempe Dei, Chriſti, Eccleſiæ, verbi, cujus ſunt diſpenſatores, 1. Cor. 4. verſ. 1. ſeq. Ergo non Domini Eccleſiæ. *Signiferi*: hoc nomine (ſignifer) vocatus eſt Cyprianus a Judice, mox ad mortem ducendus. Vid. tit. Martyr; item tit. Militia. *Speculatores*, Ezech. 3, 17. virga vigilans, Jer. 1, 11. *Spiritus* & ignis, Pſalm. 104, 4. Auguſt. tom. 8. col. 1182. b. talis ignis Stephanus erat. *Stellæ* ſunt Doctores Eccleſiæ, cingentes eccleſiæ lunam, & ſequentes Chriſti ſolem. Miniſtri ſunt ſtellæ illuminantes noctem tribulationis, Auguſtin. tomo 8. col. 1697. b. Stellæ Hyades, quibus dies fit longior, & ſol ferventior, Gemin. fol. 31. c. *Tubæ*, Eſa. 58, 1. ut ſonent, Auguſt. tom. 9. col. 669. b. 58.

§. 74 *Vaſa* fragilia & lutea, 2. Cor. 4, 7. Aſchtöpffe/ Schauffeln/ Becken/ Sprengwaſſer/ Exod. 27. Vaſa inania ad DEI fontem admota, Auguſtin. tomo 10. colum. 223. d. ſub fin. Vaſcula Dei, in quibus ille nobis panem vitæ proponit, Auguſtinus tomo 9. column. 497. a. tomo 8. column. 546. a. *Venti*, qui ſpirando ſe produnt. Auguſtinus tomo 8. colum. 1554. a. *Vectes* auro obtecti erant, quibus arca fœderis portabatur: Vectes miniſtri verbi, qui Chriſtum veram fœderis arcam portant, quique virtutes auri exprimere debent, quantum per infirmitatem humanam licuerit, quod indicavit Deus, cum auro ſaltem obtegi voluit vectes, non ex ſolido auro fieri. Miniſtri ergo aurum imitentur 1. virtutum ſplendore, 1. Timoth. 3, 2. Pietatis pondere. 3. conſtantiæ robore; ſicut aurum non conſumitur igne. 4. cultus puritate. 5. confortativa facultate: ſicut aurum corroborat cor; ita miniſtri ſuorum auditorum animos ſemper confortent, Epheſ. 6. v. 12. 6. Amica converſatione: aurum omnium metallorum ductilisſimum; ita miniſtri debent eſſe ductiles: omnia omnibus fieri, ut animas lucrentur, 1. Cor. 9, 22.

§. 75 *Veſtes Chriſti*, ſpirantes odorem Casſiæ, i. e. Evangelii, Auguſtinus tomo 8. column. 412. c. Hunc odorem ſpargunt miniſtri. 2. Corinth. 2. verſ. 14. Chriſti bonus odor ſumus. *Videntes* Seher: Hoc nomine olim Prophetæ & viri Dei appellabantur 1. ad Chriſtum, tanquam ſcopum doctrinæ & fundamentum, 2. ad auditores, qui ad Chriſtum ducendi. *Vigiles*, Ezech. 3. verſ. 11. cap. 33. verſ. 6. 1. ob officii rationem. Speculatorum eſt, imminentes hoſtium incurſiones ſignificare: ita miniſtri indicant, hoſtes infernales interitum noſtrum expetere, eos ad expugnandam cordis arcem adproperare, ut Luc. 11. verſ. 25 26. indicant, Diabolum ejusque complices fuſos eſſe, 1. Corinth. 15. verſ. 45. 2. Divinam bendictionem; niſi enim Dominus civitatem cuſtodierit, fruſtra excubat vigil, Pſal. 127, 1. ita quoque fruſtra laborat miniſter, niſi Deus laboribus benedixerit, 1. Corinth. 15. v. ult. 1. Corinth. 3. verſ. 7. 3. Ob clamorem: inſtantibus calamitatibus vigiles clamant, excitant homines, Eſa. 52. v. 8. ita miniſtri ad pœnitentiam hortantur homines. 4. Ob loci rationem: vigiles in turribus & muris conſtituuntur; ita in muris & turri Eccleſiæ ſpirituales vigiles conſtituti ſunt. 5. Ob vigilias: ita miniſtri vigilant pro animabus noſtris, Heb. 13, 17. Felix quem Dominus vigilantem invenerit, Luc. 12. v. 37. vigiles eundo ad compita, Matth. 22, 9. 1. Tim. 3, 15. c. 4, 5. 2. Cor. 11, 27. Act. 20, 28. 2. Tim. 2, 16. Confer Greg. l. 2. in Ezech. homil. 2. *Uva* in vite, Auguſtinus tomo 10.

§. 76 *Mali miniſtri*

Sunt vel ut uva in ſepe: comparantur latronibus, Oſe. 6, 8. Speculatoribus cœcis & canibus mutis, Eſa. 56, 10. vaneſcere nos facientibus, Jer. 23, 16. videntibus ſomnia, Jer. 23, 32. aucupibus, Jer. 5, 26. demolitoribus vineæ, Jerem. 12, 10. ovium negligentibus, Ezech 34, 2. ſeq. Speculatori negligenti, Ezech. 33. verſ. 6. Litoribus & vulpibus, Ezech. 13. v. 4. habentibus enſes pro dentibus, Prov. 30, 14.

§.77 *Ministrorum falsorum finis.*

Perditio, Philipp. 3, 19. ſicut finis contemtorum medicinæ mors eſt; nec mirum, quia Chriſti crucem ut medicinam adverſantur, Joh. 3, 16. ſicut ſerpens exaltatus ſpretus.

De hoc titul. confer Hugon. de prato florido in Dominic. 3. advent. ſuper epiſt. 1. Corint. 4. Stapleton. Dominic. 3. Advent. p. 66. Dec. 2. pag. 19.

MIRABILIS.

§.1 Mirabiles Sancti ſunt. Pſalm. 4. Cognoſcite, quia Dominus mirificavit ſibi ſanctos. 1. ob varias virtutes, conſtantiam, pietatem, fortitudinem. 2. Ob variam hujus vitæ ſortem. Philip. 4. mirificat ſanctum. 3. ob gloriam admirabilem, 2. Theſſal. 1. v. 7. 8. 4. ob pœnitentiam mirabilem, qua ſunt ad Deum converſi. 5. ob mirabilem ſanctorum gloriam, 2. Theſſ. 1.

§.2 Mirabilia Naturæ plura recenſet Auguſtinus lib. XX. cap. 4. 5. 7. de Civitat. Dei. Levin. Lemnius, de occultis naturæ miraculis.

Arguunt vero Dei 1. Omnipotentiam. 2. Sapientiam. 3. Libertatem, qui creaturis utitur eo modo quo vult. 4. Intellectus noſtri cæcitatem. Johann. 3. Si terrena vobis, &c.

Plaga & Pœna, Deuteron. 28, 59. *Blaſphemiæ*, Dan. 11, 36.

Myſteria Dei, Job. 5, 9. c. 9, 10. Pſalm. 139, 6. & 119, 129. opera & beneficia Dei in nos, Pſalm. 9, 2. & 118, 25. Matth. 21, 42.

MIRACULA.

§.1 *Quid?*

Sunt opera, vires naturæ omnes excedentia, a Deo vero, & Dei viris ad Dei gloriam & veræ fidei confirmationem facta. Auguſtinus de utilit. credend. cap. 16. Miraculum potens Dei factum. Aliquando vocatur χάρισμα, ἐξουσία, σημεῖον, σημεῖα, ἐνεργήματα, 1. Corinth. 12, 6. Johann. 2, 11. Notat vox eadem falſa miracula, Jer. 23, 32. Heb. in levitate ſua, Exod. 7, 11. Sunt tamen aliud. 1. portenta. 2. prodigia. 3. oſtenta; de his ſuis locis. 4. monſtra Heb. 2, 4. τέρατα vocantur.

§.2 *Cauſa efficiens.*

1. Deus, qui facit mirabilia ſolus, Pſalm. 72. & ſolus facere poteſt ſupra id, quam intelligimus, Epheſ. 3. Solus Deus ſigilla miraculorum rebus creatis imprimit, Johann. 3. Nemo poteſt ſigna facere, &c. Thomas part. 1. q. 107. *Miraculum eſt præter ſpem naturæ, ſed non præter ſpem gratiæ.*

Quæſtiones Scholaſticorum diſcrepantes de humanitate Chriſti, miracula operante, alibi vidimus. Contrad. Pontific. cap. 17. diſtinct. 14. ſeq. Chriſtus ipſe autor miraculorum, ejus potentia.

2. *Angeli*, tum boni, tum mali, diverſo tamen reſpectu. Sunt vero non cauſæ principes, ſed ex Dei vi & permiſſione, vid. Scot. in 4. diſt. 1. q. 1. de malis angelis. Recte Theophyl. in cap. 9. Luc. *Multi ſæpe miracula fecere per Dæmones: at illorum prædicatio ſana non fuit: quare nec eorum miracula ex Deo fuerunt.* Hæc Theoph. Imitatur igitur Satan vera miracula. 1. quia optime perſpectam habet rerum naturam, activas rerum naturalium potentias paſſivis applicat, mira producit, modum productionis, dum mens humana ignorat, putat falſo miracula eſſe. 2. Homines præſtigiis fallit, vel veloci corporum motione, vel oculorum fruſtratione, &c.

3. *Homines*, prophetæ, Apoſtoli, Diaconi fide miraculorum præditi. Sic Stephanus Actor. 6. Sacerdotes fingentes miracula hic caveas. Lyra in Gloſſ. ad c. 14. Danielis. Aliquando (ait) fit in Eccleſia maxima deceptio populi in miraculis fictis a Sacerdotibus vel eis adhærentibus propter lucrum temporale: & talia ſunt extirpanda. Par extat apud Cajetanum in 2. p. 2. querela. Antichriſtus vi diaboli quoque miracula faciet. Thom. part. 3. q. 114. art. 1. Hæretici vera miracula edere non poſſunt. Fewardent. in lib. 2. cap. 56. Irenæi, nota 3. ex patribus.

Inſtrumenta aliquando ſunt res quædam adhibitæ ad eadem efficienda, Eſa. 38. Joh. 9. vel geſtus, videl. manuum impoſitio, Act. 28, 8. vel actiones, olei unctio, Marc. 16, 13. Jacob. 5, 14. Tactus: Virga Moſis, qua mare ſecuit in ſectiones, Exod. 12. Pſal. 135.

§.3 *Cauſa impellens*

Sit Dei gloria: ut ad hanc fiant unice miracula, non ambitio & honor mundi: non ſuperſtitio: non Dei tentatio, Aug. c. 84. de dignit. Eccleſiaſt.

§.4 *Materia ſeu ſubjectum in quo miracula.*

Non *omnibus Eccleſiæ membris* dedit miracula Deus, Aug. Tom. 10. col. 505. Nam *Adam*, *Seth*, *Sem*, *Enos* nulla miracula fecerunt. Permulti etiam Martyres & ſancti in primitiva Eccleſia ſine *miraculis* Canoniſati ſunt, fatente Corn. a Lapid. in Sir. 44, 1. *Paulus* Eremita primus nullum fecit miraculum, teſte Gerſone p. 2. lit. A. f. 39. lit. B. fecerunt multi ſigna in vita, nec tamen ob hoc ſanctiores, ſed pejores & damnabiliores: multi dicent mihi, ait Chriſtus: nonne in nomine tuo, &c. Gerſon d. l. *Maria* nullum fecit miraculum, ibid. Gerſon. *Fulgentius* Africanus ad Ruſpam Epiſcopus miraculorum vim nunquam ſibi optavit. *Thomas de Aquino* nullum fecit miraculum. Quod cum objectum fuiſſet olim, reſpondit Papa: Tot fecit miracula, quot quæſtiones determinavit, teſte eodem Gerſone, d. l. miracula etſi non ſint, tamen poſſunt eſſe ſancti, quia unum genus probationis ſufficit, cap. 1. Extr. de probat. Gerſon. part. 2. lit. a. f. 39.

Etiam impii fecerunt miracula: Matth. 7, 28. Numer. 24, 2. 1. Reg. 10. Judas, Matth. 10, 8. & 70. diſcipuli, e quibus tamen multi defecerunt, Joh. 6, 64.

§.5 *Objectum circa quod miracula fiunt.*

In ſolo & Creaturis. In polo: Joſ. 10. verſ. 12. Tenebræ tempore paſſi Chriſti Salvatoris noſtri. Solis retrogreſſus tempore Hiskiæ,

Esa. 38, 8. In Salo, cujus rabiem unico verbo Christus sedavit, Matth. 8. In Microcosmo, hoc est homine vivo, Actorum 5, 5. visu, Actor. 13, 9. morbis, mortuo, 2. Reg. 13, 20. 2. Reg. 4, 36. Actorum 20, 30. In dæmone ipso, Actorum 19, 12. Jacob. 5, 17. ad objectum eos referimus, ob quos miracula fiunt. Sunt hi infideles, Matth. 12, 38. 1. Corint. 14, 22. Chrysost. homil. 34. in cap. 4. Johann. Isiodor. libro primo capit. 27. de summo bono. Neque tamen semper infideles per miracula convertuntur: Pharao, Judæi non sunt conversi, Johann. 12. Exod. 7. seq.

§. 6 *F I N I S*

1. DEI gloria, Luc. 8, 38. Matth. 9. vers. 33. Actorum 3. v. 12. 2. Corint. 11, 14. 2. Thessal. 2, 9. 1. Reg. 18. Ipse qui exaudierit per ignem, Deus esto.

2. Fidei confirmatio, Marc. 16. cap. 1, 27. Matth. 9. vers. 6. Johann. 4. vers. 29. 45. 47. Actorum 13. vers. 12. & S. Scripturarum. Harum enim miracula sunt sigilla, fatente quoque Bellarmin. tom. 6. Concord. 36. col. 415. b. c. d.

3. Piorum ædificatio. 1. Regum 17. Cognovi quod vir DEI tu es. Itaque non fiant miracula, DEI tentandi ergo, non turpis lucri causa, Matth. 10. vers. 8. Actor. 9. vers. 12. cap. 16. vers. 16.

Propria miraculorum.

§. 7 1. Infallibilia sint, non ex fascinatione, Exod. 8. vers. 18. 2. Sub sensus, puta non effascinatos, cadant. 3. Immutabilia sint & vera. 4. Conducibilia & necessaria.

Antecedentia.

§. 8 Miracula antecedant oportet 1. Veræ doctrinæ propositio: hanc enim doctrinam ut præcedant miracula, fas est. Hinc Augustin. lib. 12. c. 21. Confess. notat, miracula esse introitum quendam ad fidem.

2. Oratio ad DEUM. Sic Christus Johann. 11. Apostolici viri Jac. 5. orarunt.

3. Utilitas & ædificatio Ecclesiæ. Ad hanc cuncta spectent, 1. Cor. 14.

4. Imo veræ Ecclesiæ existentia, fatente Bellarmino lib. 4. de notis Ecclesiæ cap. 14. §. Est autem. *Ante Approbationem* (ait) *Ecclesiæ non est evidens, aut certum certitudine fidei de ullo miraculo, quod sit verum miraculum, quia non constat nobis certitudinaliter, cui non potest subesse falsum illam non esse illusionem dæmonis)* Hæc Bellarmin. Hinc Andreas Tricius Modrevius miracula non esse magnifacienda docet, quia non ex miraculis Ecclesia, sed ex vera potius Ecclesia vera miracula cognoscantur.

Non mox Sanctitatem veram notant miracula.

Id fatetur Laurentius de Aponte in cap. 7. Matt. 1. n. 9. fol. 148. & f. 162. citat Cajet. 2. 2. ita scribentem: Pernitiosissimus est error æstimantium in miraculosis operibus majora esse DEI dona, quam in operibus justitiæ, & hoc contra vulgares & communem humani generis errorem, putantium homines miracula facientes sanctos & quodammodo D E O S, &c. necessaria absolute non sunt. Johannes nullum fecit signum. Bene igitur Beyerlinck in Theatr. V. miracul. folio 518. *quando tamen aliunde constat de sanctitate prædicatoris, & non alia dicuntur, quam quæ receptæ doctrinæ & receptis libris sunt conformia, non opus est miraculis)* hæc ille. Facilis est ad Lutherum applicatio. Testantur idem Patres: Augustin. lib. 22. c. 8. de Civit. DEI. Idem de unitate Eccl. c. 16. & lib. 12. c. 21. Confess. Chrysost. homil. 47. in Matt. Adde quod in Ecclesia Christi *hodienum per verbum & sacramenta fiant miracula*, ut recte scribit August. lib. 22. c. 8. de Civit. DEI. Quod si illa hodie Christi miracula fierent, mira non essent, idem docet Augustinus Pater lib. de util. credendi cap. 16. *Signaque hæc non sint necessaria.* Signis (ait Chrysost. hom. 19. in acta) non habet opus, qui Prophetis attendit, vide eundem in c. 5. Joh. hom. 34. Operis imperf. autor in Matt. homil. 49. *A stultis requisita.* Aug. lib. 22. c. 8. de Civit. DEI, quisquis adhuc prodigia inquirit, ut credat, magnum ipse prodigium est, cum toto mundo credente, ipse non credat.

Divisio. §. 9

Duplicia sunt I. Cum res subito producuntur, vel earum formæ, vel propria independentia mutantur. v. panum multiplicatio. 2. Cum natura est inhibita, vel intensa D E I potentia. v. Sara sterilis peperit. Ignis non urit. Ferrum natat, 2. Reg. 6.

II. Miracula in corporibus hominum, χαρίσματα ἰαμάτων, 1. Corint. 12. v. 28. 30. Marc. 16, 17.

III. Quædam communia. V. Nativitas hominis. Fertilitas terræ. Quædam specialia.

IV. Quædam vera, quædam falsa. Illa sunt, quæ a DEO fiunt, & vero fine. Hæc quæ a dæmone vel magis fiunt, Exod. 7, 11.

Miracula DEI §. 10

In igne. Exod. 3. In medio rubi ardentis. Exod. 13. Columba nubis & ignis. 2. Regum 2. Currus igneus Eliæ. Dan. 3. Caminus Babylonicus. Actor. 2. linguæ igneæ. In aqua: sectio maris rubri. In Cœlo: statio solis, Jos. 10. ejusdemque regressio tempore Hiskiæ. Quatuor singularia miracula in populo Israel: 1. nullus erat æger in populo egrediente Ægypto, Psal. 104. 2. vestes & calcei cum pueris creverunt, Deut. 8, 1. c. 29, 5. 3. Pluvia mannæ. 4. Columna nubis & ignis.

Esaiæ duo miracula.

§. 11 1. Angelum impetravit, cædentem una nocte 185. millia Assyriorum, 2. Reg. 19. 2. Hiskiam sanavit, 2. Reg. 20.

In pueris Dan. 3, 50. miracula octo recenset Pererius: 1. ignis lucens eos non ussit. 2. Chaldæos remote adstantes læsit. 3. vincula juvenum solvit, non vestes. 4. Loqui & respirare permisit. 5. Angelus cum pueris ambulavit. 6. Hi canticum composuerunt & simul concinuerunt. 7. Ventus roridus vim ignis temperavit. 8. Quod Rex vidit Angelum ambulantem aliis non visum. Confer Esa. 43, 2. Decem prodigia in domo sanctuarii: 1. nulla mulier ob odorem sacrificiorum abortiit. 2. Caro holocausti nunquam

quam malum odorem efflavit. 3. Musca non est visa in loco mactationis. 4. In die expiationis nihil pollutionis accidit Sacerdoti magno. 5. Ignem altaris nulla imbris copia extinxit. 6. Nec fumum recta tendentem ventus dissipavit. 7. Nihil defectus notatum in Homer (mensura) quam secundo die paschæ Sacerdos implebat, sicut nec in panibus facierum. 8. Judæi in adoratione non compressi sunt. 9. Nullus scorpius eos momordit. 10. Nemo dixit: Arctor a Circumstantibus.

§. 12 *De Christi miraculis.*

Septem sunt in ipsius incarnatione: 1. Virginitatis illæsa conservatio. 2. Spiritus S. adumbratio. 3. Cum λόγῳ humanitatis in puncto temporis Copulatio. 4. Τοῦ λόγου incarnatio. 5. Omnis sapientiæ in infante abundatio. 6. Immaculata infantis conceptio. 7. Beatissima Dei visio & oblatio hujus infantis pro salute generis humani.

Sunt opera & verba Christi miracula. Verba ob significationem. Augustinus Tom. 9. column. 342. b. habent velut linguam, h. e. loquuntur nobis. Augustin. Tom. 9 col. 210. b. *Opera* vero quatenus evidenter in suis objectis cognoscuntur. Sic viso sanato aliquo a Christo, opus visum Dei fuit. Matth. 11. dicite Johanni, quæ auditis & videtis. Significant enim aliquid æterni, Augustinus Tom. 9. column. 210. *Præfigurata* in gemmis, Exod. 39, 10. & Cymbalis summi Pontificis, Exod. 28. Sunt *fulgura divinæ gloriæ*, Augustinus Tomo. 8. col. 1085. a. quæ in Christo emicuit. Johan. 1. vidimus gloriam ejus, &c. *Prædicta a Prophetis.* Esa. 35. tunc aperientur oculi, &c. Confessa a *Rabbinis.* Rabbi Hadarsan ex R. Natronai didicisse se ait in Psalm. 74. Christum cum maximis miraculis venturum esse, citante Mornæo cap. 30. de V. R. Christ. pag. 539. a *Pilato*, qui fatetur cœcos a Christo illuminatos, claudos sanatos. *Late patentia.* Cantic. 4. Fons aquarum Christus: ut fons obvia quæque irrigat in hortum deductus; sic Deus pater hortulanus, Ecclesia hortus, herbæ obviæ arescentes ægroti, hos irrigavit Christus aqua sua θαυματουργικῇ. Actorum 10. pertransiit benefaciens. Sic Johann. 9. Cæcum. Lucæ 18. Cæcum. *Fecit vero miracula in mari*, de his Psalm. 89. vers. 26. in piscibus maris. Johan. 6. trajectione maris, siccis pedibus facta. *In homine* (1) *ægroto.* Hæmorrhousa tangens Christum. Huic similis est Esther regem accedens. Tangit veri Aaronis tunicam. Rutha tangens paludamentum Boozi. *Famelico* Johann. 6. Vid. Augustinum Tom. 9. colum. 210. b. (2) *mortuo*: Eum resuscitando, videlicet Lazarum, Johann. 11. viduæ filium in Nain, Lucæ 7. Vid. Augustin. Tom. 8. colum. 247. b. Jairi filiam, Matth. 9. *Arguunt Christi Deitatem.* Ut Protogenes ex una sola linea cognovit Apellem, quod certo sciret, neminem præter Apellem tanta arte pingendi excellere: ita unum Christi miraculum, quippe propria potentia factum, Christi Deitatem ostendit. Es. 35. Deus vester, &c.

Non ex magia facta, ut impie blasphemarunt Julianus & alii. Vid. Mornæum lib. de verit. Rel. Christ. c. 30. p. 535. 536. Non per nomen יהוה sive Schem Hamphorates. V. Mornæum c. 30. p. 537. de verit. Rel. Christ. *Christi miracula vera* fuisse testatur ipse Josephus lib. 18. c. 4. Antiquitat. Judaic. Thalmud quoque.

§. 13 *Miracula plurima*, in Christi nativitate. Mirabiliter Virga Aaronis floruit: Mirabilius Christum virgo peperit. Mirabiliter serpens in palo sanavit: Christus in cruce, Johan. 3. sicut Moses. Mirabiliter Elias filium viduæ excitavit: Mirabilius Christus seipsum, Joh. 10. Samson moriendo vicit, Jud. 15. Mirabilius Christus, 2. Timot. 1. vers. 9. Jonas e ventre ceti: Christus e sepulchro. Elias in cœlum ascendit: Christus in cœlum. Pallium demisit Elias: Christus dona, Ephes. 4. Psal. 68. Mirabilis sapientia Salomonis, 1. Reg. 10. Mirabilior Christi sapientia, Coloss. 2. in eo latent omnes thesauri. *Differunt a Prophetarum miraculis*: Propria n. vi ac insita Christus fecit miracula: fine longe augustiori, ut suam nempe personam commendaret: Effectu; Prophetarum enim miracula aliquando noxia fuerunt, videlicet Mosis, Eliæ. Non sic Christi.

§. 14 *Post Christi mortem*: sunt *arma* velut, quæ creaturæ sumere voluerunt, Augustinus tomo 10. column. 863. a. *Conversio gentium* & mundi summum miraculum. Vide Mornæum c. 30. p. 534. 536. de Verit. Rel. Christ. Constantia Martyrum, quorum tot millia conversa sunt ad Christum, inque hoc beate vita functi.

De miraculis Antichristi & ejus Præcursoribus.

§. 15 Stapleton. Domin. 24. post Pentecost. §. 4. p. 627. his vera miracula attribuit. Ambrosius (vel quisquis est autor illorum commentariorum) in 2. Thessal. 2. miracula vocat Antichristi signa. Confer Matth. 24, 24. & Augustinus Tractat. 13. in Johann. Imparia judicat divinis Orig. lib. 1. cont. Celsum. Illustrat: Sicut Ægyptiorum potentia non erat similis mirificæ Mosis gratiæ, sed meræ præstigiæ fuerunt; Sic Antichristi, &c. Suspecta: Sicut miracula maleficiorum in Ægypto, Exod. 7. & 8. Conf. caus. prim. quæst. prim. c. 56.

De miraculis gentilium.

§. 16 Plurimis vide Joh. Ludovic. Vivem Valent. in lib. 10. c. 16. August. de Civit. DEI. Strabon. lib. 8. Geograph. Natal. Mytholog. lib. 4. c. 11. vid. lib. 2. c. 11. pag. 129. D. Paulum ab Eizen in Ethic. Æsculapius in somno apparuit hominibus, eos a morbis liberans. Euseb. lib. 3. c. 54. de vita Constant. Fulgosus libr. 1. factor. & dictor. memorabilium c. 4. narrat, Junonis imaginem lacrymas & sanguinem effudisse. Castor & Pollux bello Latino equorum sudorem abluere visi sunt, Valerius Maxim. libro octavo. Idem bello Macedonico albis equis insidentes, Publio Vatinio Romam venienti nunciaverunt, Regem Macedonum eo die superatum fuisse. Vespasianus cœco visum, claudo gradiendi vim reddidit, Sueton. in Vespasian. Simile de cæco narrat Baron.

ad ann. Christi 139. numer. 4. Simulacrum Fortunæ & Junonis statua, non semel locuta fuisse perhibentur. Serapim (Plutonem) apud Ægyptios Symbola dedisse, quibus dæmones expellerentur, narrat Zwinger. Theatr. fol. 367. a. Porphyrius e balneo dæmonem, Cansathan nominatum, ejecit, fol. 1524. Zwing.

§. 17 *Fanaticorum*

Duorum fallacia miracula recenset Corn. Jans. cap. 123. Concord. quibus etiam Electos in errorem inducere potuissent.

§. 18 *Judicium de his gentilium miraculis.*

1. Vel ficta sunt. 2. Vel Dæmonum artificio perfecta. 3. Dubia & in angulo facta. 4. non sunt supra naturæ vires. At Christianorum vires naturæ superant. Vid. Euseb. lib. 4. & 5. Histor. Tertullian. cap. 22. 23. Apolog. sic apud Platonem lib. 6. de Republ. Harus ex inferis rediisse dicitur: Fabula est, Justino teste in Parænes. ad Gentes. Scribit Tertullian. dæmonem prius lædere, mox remedia suggerere. Vid. Tertull. cap. 22. Apol. Minut. Felic. in Octav. Augustin. lib. 18. c. 18. de Civit. Dei lib. 21. c. 6.

§. 19 *De miraculis Apostolorum & Sanctorum.*

Johan. 14, 12. Majora Christi miraculis. (1) ratione pœnæ & vindictæ, Actorum 5. quam in his Apostoli exercuere: Non sic Christus, vid. Luc. 9. (2) Numero. Plura namque numero miracula fecerunt, quam Christus, tot Sancti & Apostoli Dei. (3) Reputatione hominum. Sic umbra Petri sanavit ægrotos: Sudarium Pauli restituit infirmos. Sunt coruscationes velut (Augustin. Tom. 8. colum. 268. b.) ortæ a sole justitiæ, Christo, Malach. 4. vers. 2. Stellæ erant Apostoli, his miraculis coruscantes per infidelitatis tenebras in hoc mundo. Lethalis potus non nocuit Apostolis & fidelibus, Marc. 16 R. Johanan testatur in Thalmud, nepotem ex sorore R. Josuæ filii Levi, cum venenum hausisset, adjuratum in nomine Jesu continuo sanatum fuisse, Mornæo referente cap. 30. lib. de Verit. Christ. Relig. Johannes non edidit miracula, Johan. 10, 41. id & fatetur Salmeron Tom. 4. histor. Evang. part. 2. Tract. 2. Chrysostom. homil. 47. in Matth. quamvis idem Johannes novam Pharisæis doctrinam adferre videretur, teste Hieronymo in. 3. Matth. circa nasciturum tamen quædam extiterunt præsagia.

§. 20 *Sanctorum miracula aliquando falso conscripta sunt.*

Melch. Canus Episcopus Canarcensis, lib. 11. Loc. Comm. cap. 6. p. 540. (Negare non possumus, viros aliquando gravissimos in divorum præsertim prodigiis describendis, sparsos rumores & excepisse & scriptis etiam ad posteros retulisse. Qua in re ut mihi quidem videtur aut nimium illi sibi, aut fidelium certe vulgo indulserunt, quod Vulgus sentiebat non tantum ea facile miracula credere, sed impense etiam flagitare, &c. Nec ego hic illius libri autorem excuso, qui speculum Exemplorum describitur, nec historiæ etiam ejus, quæ legenda aurea nominatur. In illo enim miraculorum monstra sæpius, quam vera miracula legis: hanc homo scripsit ferrei oris, plumbei cordis, animi certe parum severi & prudentis) Hæc Canus, subdens Bedæ historiam Anglicanam, & Gregorii Dialogos quibusdam incertis miraculis refertos esse. De miraculis per S. Stephani reliquias factis, legendus Augustin. Tom. 10. col. 1179. c. d. Chemnit. in Examin. Concil. Trident.

§. 21 *Christianorum miracula.*

Tempore Irenæi (vid. eum lib. 22. cap. 56.) viguit donum Prophetiæ, notante etiam Baronio, Tom. 2. fol. 251. num. 5. 10. 15. 20. & donum sanandi arreptitios, vel dæmoniacos sine pretio. Tertull. c. 37. Apol. Justinus suo tempore (in dial. cum Tryph.) testatur, donum miraculorum floruisse adhuc.

§. 22 *Miracula Hæreticorum & malorum.*

Hinc Cornel. a Lapid. in Sirac. 44, 1. fatetur, quod miracula non faciant sanctum, cum etiam ab impiis fieri possint, Matth. 7. vers. 21. Confer Maldonat. in h. l. Matt. qui concedit hæc miracula vera fuisse, & quam falsa sint hæreticorum miracula, ostendit Bened. Justinian. disput. 1. de Apostolatu, fol. 37. & Justin. in Respons. ad Orthodox. Respons. ad quæst. quintam. Gregorius lib. XX. Mor. cap. 8. Philumenæ miraculum, panem vitro angustissimi oris inserentis, Augustinus cap. 24. de Hæres. Montanus & socii multa miracula fecerunt, Euseb. lib. 5. cap. 3. Baron. Tom. 2. fol. 240. num. 5. 10. 15. 20. 25. ad annum Christi 173. numer. 35. fol. 188. Donatistæ mirabiliarii dicti ob miracula frequentia, Augustin. Tract. 13. in Johann. Donatistarum miracula vel conficta fuerunt, vel dæmonis virtutem non excesserunt, ait L. Beyerling. in Theatr. fol. 518. lit. d. Gentiles quoque falsa miracula ediderunt, tempore Antonini Pii & Hadriani, ut refert Baron. Tom. 2. fol. 102. 103. 104. Arnob. lib. 7. adv. gentiles, de Æsculapio. Euseb. l. 9. c. 2. de Theotren. Antiocheno miracula fingente. Falsa miracula Mariæ de la Cruce, quibus etiam decepti sunt Papæ, ut refert Zwinger. Theatr. fol. 1334. b. ex Cassiodor. Renio & Bodino.

§. 23 *Quomodo vera a Falsis discernenda?*

(1) Falsa sunt impotentia: virga Mosis virgas magorum devoravit: Ranas auferre non poterant Magi. Cyniphes poterant non producere. (2) Vera potentia: Moses pustulis afflixit Pharaonem & magos, Exod. 9, 11. (3) Vera fiunt Spiritu Dei: Falsa ex commercio Diaboli. (4) Verorum auctores ut plurimum sunt fideles, probi, sancti: Falsorum improbi. (5) Vera sunt utilia. (6) non fiunt ludificationibus, verbis superstitiosis. (7) Falsa fiunt ob lucrum, ostentationem: Sic magi in Ægypto. Cornel. a Lapid. f. 393. in Exod. Conf. Johan. Malder. Tract. de fide q. 1. art. 5. sect. 3.

§. 24 *Schismaticorum quoque sunt miracula.*

Hinc illud c. prima quæst. cap. 56. Teneamus fratres mei unitatem. Præter unitatem & qui facit miracula nihil est. In unitate enim erat populus Israel & non faciebat miracula: Præter unitatem erant Magi Pharaonis & faciebant similia Moysi. Populus Israel, ut dixi, non faciebat miracula, &c. Petrus Apostolus resuscitavit mortuum: Simon Magus fecit multa. Erant ibi multi Christiani, qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon. Sed unde gaudebant? quia nomina eorum erant scripta in cœlo, ex Augustin. Tract. 13. ad 3. cap. Johannis.

§. 25 *Magorum.*

Ægyptiorum. De his Exod. 7, 12. 22. jus Can. c. 1. quæst. 1. ex Augustin. Erasm. in Ecclesiaste pag. 338. Actius Nænius cotem novacula discidit, Vives in L. X. c. 16. Augustin. de Civit. Dei. Claudia Vestalis immobilem navem loco movit, Vives ibidem. De Simon. Magi præstigiis Egesippus libr. 3. cap. 2. Clemens lib. 2. Recognit. potuit volare per aëra, statuas movere, igne misceri, lapides animare. Abdias libro primo histor. Apost. Fewardentius folio 55. num. 1. in Irenæum. Quæ dæmon effecit, teste Salmeron. Tom. 4. pag. 260. Espensæus in 2. Timoth. Epistol. Jesuit. Japon. 2. p. 105. 125. Joseph. a Costa lib. 2. cap. 18. de procur. Indor. salute. Antichristi, teste Stapleton. Domin. 24. post Pentec. loc. 4. videri, Antichristum vera miracula effecturum, e Matthæo, Paulo, Johanne & Clemente Romano (lib. Recognit.) ait Justin. Disput. 1. cap. 8. de Apostolat. Non Sanctorum. Gloss. in V. Miracul. C. Audivimus. Extr. de reliq. & Venerat. Sanctor. Pseudo-prophetarum, Stapleton. Dominic. 24. Pentec. loc. 4. Turcarum religiosos, vivos mortuosque plurima facere miracula, refert Septem Castrensis, lib. de moribus Turcar. cap. 44. Reproborum. Carolus M. lib. 3. de imaginibus cap. 25. ex Gregorio: nolite fratres mei amare signa, quæ possunt haberi cum reprobis communia.

§. 26 *Infidelium.*

Maldonat. in cap. 9, 38. Marci fatetur, potuisse eum, qui nec corpore, nec anima Christum secutus erat, in nomine Christi dæmonia ejicere. Apud Ethnicos flamma e pectore Junonis simulachri orta est, Herodotus p. 158.

Tentata ab Hæreticis miracula, non consummata (aliquando tamen facta esse, testatur Irenæus libro primo cap. 8. Clemens libr. 2. Recognit. Justin. Martyr quæst. 5. Augustin. Tractat. 14. in Johann. Ignatius Epistol. ad Herenn. 1. fatetur etiam Feward. in lib. 1. cap. 8. not. 5. Iren.)

Manichæus curans ægrotum, eundem occidit. Epiph. hæres. 66. Cyriolus Armenorum Episcopus simulantem quendam se cœcum esse, visu privavit. Gregor. Thuron. lib. 2. c. 3. histor. Francor. Eunomianus hæreticus mortuum excitaturus, præsente Macario, non potuit, fuga sibi consuluit. Cassianus collat. 15. c. 3.

MIRACULA NATURÆ. *V. Naturæ.* MUNDI. *V. Mundus.*

§. 27 Cur hodie cessent miracula? nec expetenda sint?

1. Ob Doctrinæ Christianæ sufficientissimam confirmationem. Stella in c. 11. Luc. fol. 64. a. Miracula nunc potius damnum nobis afferrent, quam commodum. Et mox: ea fuisse nascentis Ecclesiæ propria, jam adultam esse. 2. ob hominum ingratitudinem: quos miraculis Dominus dignari amplius non vult. 3. Ob incredulitatis mundi Exclusionem. Ambros. Cathar. pag. 208. Clavis: non oportet semper Deum cogere ad miracula. 4. Ob miraculorum dignitatem: ne ipsa assiduitate vilescerent, Aug. c. 16. de utilit. credendi. 5. Ob cavendam piorum tentationem: ne plus miraculis, quam ipsi doctrinæ fidei inhiarent, & visibilia quærerent, cum invisibilia quærere debeamus, 2. Cor. 4. Bene Lotichius p. 102. a. instit. Catholic. Chrysostomus dicit, tantam suis temporibus Vulgi levitatem fuisse, ut miracula cessarint. Quis ergo credat vera hodie fieri miracula in hoc perditissimo seculo? & mox: quod miracula hominem a vera Religione abstrahant, spem & fiduciam obliterent. 6. ob Testimonia Patrum & ipsorum Pontificiorum. Vid. Num. IV hoc titul. Salmero Tom. sexto tract. nono p. 58. b. docet, Indos occidentales ad fidem sine signis perductos esse: nos signis non indigere, non esse, etiamsi signa faceremus, credendum, fol. 59. a. 60. sub fin. fere. Abrahamum sine signis credidisse; quod dum Evangelici faciunt, sine dubio filii Abrahami esse, liquido internoscitur.

§. 28 *Expectatio miraculorum in vitio*

Damnata in Herode, Luc. 23, 8. Marc. 8. Lucæ 11, 29. Matth. 12, 39.

Non sunt omnibus Piis communia.

Gregor. hom. 4. in Evang. f. 301. col. 1. multi pii non habent signa virtutum.

Nec Sanctitatis Signa.

Dionysius Carthusianus in c. 3. Johann. fol. 490. *esse argumenta non sufficientia fidei, communia probis & reprobis.*

Delectant.

§. 29 Sicuti lac sua suavitate manducantem afficit: Sic mirabilia delectant videntes. Chrysostom. hom. 38. Operis imperfecti. *Non confirmant.* Ibid. Chrysostom. *hæreticos non confirmant.* Sicut sol oriens super malos eosdem in malitia non confirmat: Ita nec miracula malos & hæreticos. Justinus in Respons. ad Orthodox. quæstion. 5. Abusio miraculorum ad suam gloriam. Ejusmodi homines etiam tempore D. Bernhardi fuerunt. Vid. illum col. 749. oper.

Miracula Naturæ a multis descripta esse constat, Levino Lemnio, Jonstono, Kornmanno, Fabricio, Fromondo Liberto, qui de miraculis in aquis erudite tractat pag. 229. de Meteoris.

§.1 MISERIA.

Est copia tribulationis, & inopia consolationis, ait alicubi Augustinus in manuali capit. 8. Vita laboriosa, vita corruptibilis. Descriptio ejus est ap. Siracid. cap. 4. vers. 11. Illustrata a simili: ut omnia flumina in mare recurrunt, &c. Sic & homines omnes in gremium terræ: a magnitudine miseriæ: a qualitate: a subjectorum quantitate: Est enim hominum omnium. A communitate, v. 1. 2. 3. 4. a perpetuatione, v. 5. 6. 7. 8. Hinc Bernhard. de grat. & libero arbitrio: omne quod præsentis est vitæ occupat miseriam.

Miserorum quidam 1. Spiritualiter sunt miseri, qui laborant peccato & cæcitate: eos non debemus condemnare cum Pharisæis, Matth. 9. Sed erigere, Galat. 6. misereri, Matth. 18. Ezechiel. 16. Succurrere precibus, ut omnium hominum misereatur Deus. 2. Corporaliter miseri pauperes, opibus & morbis exhausti. His quoque misericordia est exhibenda.

§.2 *Miseria deflenda.*

Gilimer Vandalorum Rex Carthagine amissa, prælioque fusus a Phara, duce Bellisarii, in monte Papua obsessus misit ad Pharam, & petiit tria. 1. Panem, quem a capta Carthagine non vidisset. 2. Spongiam ad abstergendas lacrimas. 3. Citharam ad decantandas suas miserias. Sic in mundo hoc a Satana obsidemur, panem lachrymarum comedimus, spongia indies utimur, & lessum miseriarum nullo non tempore ingeminamus. Heraclitus quoties hominem obvium habuit, toties flevit. Zwinger. fol. 115.

§.3 *Miseriæ humanæ capita aliquot.*

1. Hominis in sordibus generatio, Job. 14. vers. 1. Ejusdem in peccatis conceptio. Egregie D. Bernhard. libr. de anima cap. 2. Peccatores (ait) peccatorem in peccato genuerunt, & de peccato nutriverunt. Miseri miserum in hanc lucis miseriam induxerunt. Nihil ex eis habeo, nisi miseriam & peccatum, & corruptibile hoc, quod gesto corpus, &c. Egregie profecto! 2. In tenebris uteri materni conservatio. Psalm. 139. formatus in inferioribus terræ. 3. in doloribus extenditur in hanc lucem. Sapient. cum lacrymis, cum doloribus, cum nuditate extruditur in hanc vitam. 4. ante exitum nativitatis matrem onerat. 5. In exitu matrem lacerat, more viperarum. 6. Primo omnium plorat, quia vallem lachrymarum ingreditur. 7. multis miseriis impletur toto vitæ tempore. Confer Innocent. de vilitate humanæ conditionis. 8. Amicis & misericordibus destituitur, Psalm 96, 22. 9. miseria corporis in nuditate & vestitu. 10. Miseria sensuum, qui variis calamitatibus obnoxii sunt. 11. Miseria tegminis institutionis: Siquidem & a brutis animalibus discere jubetur homo, Psalm. 32. Esai. 1. Jerem. 8. V. Didacus Apolepht. part. 3. horar. recreationum.

Miseria Hominis. §.4

1. In anima: cæcitas intellectus, voluntatis rebellio.

2. In corpore: morbi, nævi, defectus, perpetua circa illius conservationem cura, &c. Corporis & cordis nostri tribulationes multiplicatæ sunt, ait Bernhard. sermon. 5. in Natal. Domini. 3. In Statu & conditione. 4. in Exodo & vitæ hujus fine: nihil nisi miseria est.

Multiplex est. §.5

Quæ non modo magnam misericordiam, sed & multitudinem quærit miserationum, ait D. Bernhard. sermon. 5. in Natal. Domini fol. 65. a. Peccati miseria, a qua separari non possumus. Bernhard. de grat. & lib. arbitrio, columm. 913. E. ad damnationem scilicet. Roman. 8. nihil est condemnationis. Miseria reciproca, qua homo suimet ipsius non miseretur, nec suam flet mortem. Augustinus libr. 1. Confession. Miseria socordiæ, qua ad Deum non appropinquamus, August. de lib. Arbitrio. Malitiæ: non qui patitur, sed qui facit miseriam, miser est. Pronitatis ad seducendum: Facile enim seducimur. Debilitatis ad bene operandum. Fragilitatis ad resistendum Diabolo, mundo, carni & cupiditatibus.

Solatia opponenda miseriæ. §.6

1. Gratia Dei, sub cujus umbone credentes vivunt, Psalm. 73, 1. Recordatio nostri est apud Deum, cum in miseriis constituti sumus, Psalm. 78, 39. 40. Psalm. 103. Ad gratiam Dei si non convertamur, miseri erimus, Thom. de Kemp. lib. 1. c. 22.

2. Finis miseriarum, ut ad cœleste πολίτευμα adspiremus, Philipp. 3. Iram Dei cognoscamus, Psalm. 90. vitæ brevitatem consideremus, Psalm. 93. vid. Tribulatio.

3. Exempla omnium creaturarum, miseriæ subjectarum. Roman. 8. vanitati subjecta Creatura.

4. Terminus in morte omnis miseriæ. 2. Timoth. 4. ab omni malo. 5. Spes vitæ æternæ, 1. Cor. 15. Roman. 8. non sunt condignæ tribulationes, &c.

Decem miseriæ ob peccatum Originale. §.7

1. Ignorantia in mente. 2. malitia in voluntate. 3. concupiscentia. 4. labor, calamitas, dolor in corpore. 5. mors. 6. Ira Dei. 7. captivitas sub Diabolo. 8. lites, rixæ, seditiones, bella. 9. Inimicitia & vis belluarum. 10. omnia mala a cœlo, terra, mari (grave hoc est jugum super filios Adam, Sirac. 40.) Confer Bernhard. sermon. 2. in septuagesim. Vid. Luther. in Ecclesiasten & Dionys. Carthusianum artic. 15. D. Silberschlag. Dom. 24. post Trinit.

§.8 *Similia & Attributa miseriæ.*

Est hæc ruinosa *domus*, fragilitatis nostræ *conspicillum*, mortis *memoriale*.

§.1 MISERICORDIA.

1. Pro charitate: Hoc sensu dixit Ambrosius (vel quisquis est illarum commentationum auctor) omnis Christianorum summa est in misericordia & pietate, super 1. Timoth. 4.

Virtus est non vitium, contra Stoicos, qui omnes propemodum affectus in vitio ponebant.

§.2 (*DEI misericordia est duplex.* Confer T. DEUS)

1. Condonata, estque peccatorum remissio, Psalm. 32. 2. Corint. 5. condonans mundo peccata.

2. Donata, qua dat nobis Christi justitiam & meritum. 2. Corinth. 5. DEUS fecit illum &c.

§.3 *Assignantur ei septem effecta.*

1. Dare reis veniam & dimittendo peccati reatum, Psalm. 103. 2. Largiri justis gratiam, qua ad DEUM convertantur. Psal. 103. coronat te in misericordia. 3. Conferre eisdem gloriam; in spe hîc, olim in re. 4. Pœnitentiam peccatorum expectare, benigne revocare, ultionem dissimulare, a multis periculis liberare, gratiam donare, donatam augere, auctam perennare. 5. Peccatores hilariter suscipere, cor mollire, non meminisse injuriæ post remissionem. 6. Peccata purgare per adversa, ad se trahere per prospera, dare Sacramenta, quibus confirmemur, præcepta quibus ducemur, præmia quibus ditemur. 7. errantes ad se reducere, euntes ad se trahere, cadentes erigere, stantes consolidare &c.

Objectum divinæ misericordiæ; circa quos versetur.

§.4 1. Boni, mali, justi, injusti: omnes ex æquo, sicut sol irradiat omnes, fontes irrigant, imbres irrorant, Matth. 5.

2. Non compensantes. Nam sine ullo suo emolumento aut spe retributionis DEUS miseretur. Luc. 14. invitat non retribuentes DEUS. Luc. 14. Cum facis prandium.

3. Circa inimicos, Roman. 5, 4. Peccatores, Psalm. 103. & persecutores, 1. Tim. 1, 5. Electos, Esa. 49. v. 13. liberos, Psal. 103. Zionem derelictam, Esa. 49, 14.

Dimensiones tres.

§.5 Longa, quia a terra ad cœlum pertingit, imo supra cœlos elevata est, Psalm. 103. Lata, quia ab oriente in occidentem tendit, a meridie in septentrionem. Alta, quia supra cœlos. Profunda, quia ex inferno & lacu, in quo aqua non erat, nos liberavit. Vid. Bernhard. sermon. 36. in Cantic. Cant.

Est in omnibus DEI operibus,

§.6 Magistra & doctrix, misericordia DEI, qua plena est omnis terra: Nos expectat, Esa. 30. vers. 18. Suspensio Misericordiæ DEI quadantenus facta, Jerem. 15. vers. 7. capit. 13. vers. 14. cap. 16, 5. & 13. Consolatur, Exod. 23. vers. 19. Præcipit DEUS misericordiam exhiberi peregrinis, eo, quod Israelitæ scirent cor peregrinorum: Quanto magis Deus novit corda nostra, & nostri miseretur. Iram suam grassari non sinit, Psalm. 78. versic. 39. ibid. vers. 51.

§.7 *Gradus divinæ Misericordiæ.*

DEUS orat, ut sibi liceat justitiam exercere. Exod. 32. dimitte me, ait Mosi: ut indicet, se magis ad miserendum propendere. Exod. 20. in 3. & 4. generationem ira, in mille misericordia.

§.8 *Gradus septem divinæ Misericordiæ.*

1. Præservatio nostri a peccatis variis. 2. Longanimitas in dissimulandis peccatis. 3. pœnitentiæ operatio, ut peccata detestemur. 4. Receptio in gratiam, Lucæ 15. 5. Spiritus renovationis donatio, ne recidivam patiamur. 6. Possessionis cœli assignatio. 7. Obsignatio horum omnium Roman. 8. per Spirit. S. Bernhard. sermon. 2. de septem panib.

§.9 *Notissima est.*

Ideo Cherubim caput & pedes tegebant, Esai. 6. non cor, ut indicarent DEI sapientiam absconditam esse, misericordiam apertam.

§.10 *Similia.*

Alexipharmacum omnium malorum. Balsamum contritorum: Hi enim sola DEI misericordia sustentantur. Oleum, quo vulnera nostra oblinuntur. Cantic. 1. vers. 3. Radix dulcissima afflictis conscientiis, contra amarorem peccatorum.

Recurrere debemus cum Mose ad DEI misericordiam. Exod. 33. Domine miserator &c. Mich. 7. ubi est DEUS sicut tu &c. Exemplo Josiæ, 2. Chron. 34, 21. Acolasti Luc. 15. ad patrem reversi.

§.11 *Magna est.*

1. Ob vitæ nostræ brevitatem, Psalm. 103. Cui tamen semper obstetricatur DEUS. 2. Ob miseriæ Universalitatem, cui DEUS subvenit. Sirac. 40. eam sublevat, temperat, & moderatur, 1. Cor. 10. v. 13. 3. Ob Comparationem boni præceptoris & pastoris, qui DEUS est, Sir. 18. Johan. 10. Ego sum pastor bonus. Magnus amor utriusque, maximus DEI est erga nos. Jerem. 31. Nunquid Ephraim? Ose. 11. Quid faciam ex te Ephraim? Opponitur Dei misericordiæ durities, Esa. 63. versic. 15. cap. 64, 12.

MISERICORDIA HOMINIS.

V. Beneficentia. Item Eleemosyna.

§.12 *Quid?*

Est alienæ miseriæ in corde nostro compassio, Augustin. lib. 9. cap. 5. de Civit. DEI.

§.13 *Tria ad eam inducunt.*

1. Propinquitas, puta amicitiæ & sanguinis. 2. Necessitas & miseriæ extremitas.

3. Simplicitas. Primi Exemplum est in filio prodigo. Secundi in vulnerato homine, Lucæ 10. Tertii, in ove deperdita, Lucæ 15. Adde 4. Si ipse sis expertus miserias, misereri aliorum potes. Sic Moses in fiscella scirpea expositus fuit, ut Sympatriotarum post misereri posset quam rectissime.

§. 14 *Opera misericordiæ*

Duplicia sunt: 1. Septem corporalia: a. Visitatio infirmorum. b. Potatio sitientium. c. Cibatio esurientium. d. Redemptio captivorum. e. Vestitio nudorum. f. Collectio peregrinorum. g. Sepultura mortuorum.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

2. Septem Spiritualia: h. Delinquenti ignoscere. i. Peccantem corrigere. k. Ignorantem docere. l. Titubanti consulere. m. Mœstum consolari. n. Pro salute proximi orare. o. Injurias sustinere. *Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.* Thom. 2. 2. q. 32. artic. 2. Confer Theophyl. in c. 25. Matth.

§. 15 *Objectum misericordiæ*

Sunt etiam bruta, Matth. 12. v. 11. Psalm. 36. vers. 8. Job. 39. vers. 3. Proverbior. 12. vers. 10. Viduæ. Luc. 7. Christus miseretur viduæ. De viduis Psalm. 94. vers. 6. 7. Exod. 22. vers. 22. Inimici. Judic. 21. Patria, Luc. 19. Flet super urbem. Miseri homines. Matth. 8. miseretur populi. Exules. Sic Ludovicus XII. Exulum Genuensium misertus est. Zwinger. fol. 116. a. b. Theatr. Pauperes: Sic enim ipsi DEO commodamus, Proverbior. 19. vers. 17. Vid. Beneficentia. Chrysostom. homil. 35. Debitores: in toleranda solutionis mora. Sir. 29. vers. 11. Claudi, egeni, sic Matth. 9. Bajuli illi. Captivi. De Perseo Rege Macedonum Diodorum Siculum & Zwingerum folio 117. b. Ægroti, Tob. 2. vers. 19. Job. 2. vers. 11. Genes. 48. vers. 1. a communi vinculo societatis humanæ, a præmio amplissimo, Oseæ 6. vers. 6. Matth. 25, 34. Damnati injuste. Sic uxor Pilati, Matth. 27. Marc. 16. Mulieres piæ, Lucæ 23. Seneca noluit spectare cædes a Nerone institutas. Vives in 6. de Civit. DEI c. 11. ex Suetonio. A Minori: Si canum famelicorum miseremur. Ab imputatione Christi Matth. 25. Ubi magna erit pompa misericordiæ. Leo Papa, sermon. de collectis. Animalibus: puta pullis avium. Deuter. 12. Si ambulans per viam. Cognatis. Levit. 25. Si invaluerit apud vos. Peccatores, nam & horum misereri debemus Chrysost. serm. de habenda cura proximorum.

§. 16 *Effectus misericordiæ.*

Compati. V. Compassio, hoc est, jungere suum pectus cum singulis. Cyprianus sermon. de lapsis. Job. 30. Compatiebatur anima mea. Ibid. Gregor. III. Moralium capit. 10. Roman. 12. Flete cum flentibus. Levit. 10. vers. 6. Exemplum. Commodare. V. Commodatio. Moram solutionis tolerare, non urgere. Ægros visitare. Matth. 25. Nudos vestire. Matth. 25. Peregrinos hospitio excipere. Utilitates multas præstare: Nobis enim & proximo utilis est. Psalm. 112. dispersit & dedit pauperibus, & justitiæ ejus in seculum seculi. Id agnovisse videntur Peripatetici, Cic. 4. Tuscul. Non opprimere usuris. Reddere pignus. Non accipere molam inferiorem & superiorem, Exod. 22. Deuter. 24. Non negare proximo pauperi. Job. 31. Reddere vestimentum. Exod. 22. vers. 26. Intercedere pro aliis. Sic Moses pro Israelitis, Exod. 32. Christus pro interfectoribus. Stephanus pro lapidatoribus suis intercessit. Proverb. 24. vers. 11. Eruere eos, qui injuste ad mortem rapiuntur. Vid. Augustin. Epistol. 54. monentem, quomodo apud Judicem intercedere possimus pro eo, qui deliquit.

§. 17 *Præmia.*

Misericors DEUM honorat, Proverb. 14. vers. 31. DEUS compensat misericordiam, Proverb. 19. vers. 17. auxiliatur, Sir. 41. v. 24. vita, honore, Proverbior. 22. v. 21. DEUM sibi debitorem facit, Chrysostomus homil. 36. ad popul. Antiochen. Beatum reddit, Matth. 5. vers. 7. Proverbior. 14. vers. 21. Psal. 112. vers. 1. sequent. Benedictionem cumulat, Marc. 7. Septem sportas fragmentorum. Commendat animam Christianam, Ambros. lib. 1. c. 11. offic.

§. 18 *Præstantia.*

Præstat misericordia miraculis, Chrysost. homil. 36. ad popul. Antiochen. omnibus virtutibus superior est, Euseb. Emyssen. Dom. 3. post Pentecosten.

§. 19 *Ei semper studendum.*

Oleum non deficiat. Salomo ex ligno oleagino januas sancti Sanctorum fecit, ut indicaret, misericordiam rem esse præstantissimam. Abraham hospitio excepit duos Angelos cum ipso DEI filio, Genes. 18. Sic misericordia Christum ipsum recipimus. Matth. 25. quicquid uni horum fecistis, mihi fecistis. Elephanti solent ægros & vulneratos in prælio in medium agmen recipere & circumdare, Textor. in officin. col. 163. Sic & nos egenos & pauperes circumdabimus ope & auxilio nostro. Vultur nutriens pullos 100. diebus non evolat, ac deficiente esca, venam sibi aperit, & pullis sugendum sanguinem præbet: ita pro fratre etiam ad sanguinem usque pugnandum, & opera misericordiæ eidem præstanda sunt.

§. 20 *Excusationes eorum, qui nolunt misereri.*

1. Quis sit, nescio? Respondet Chrysostomus: quid si tu hic esses, quid cuperes fieri tibi? 2. Non laborat. Resp. Ex Hæreditate paterna, non ex labore tuo habes. Vid. Chrysostomum homil. 11. in Epist. ad Hebr. uberius, si vis.

§. 21 I. *Sacra Exempla misericordiæ.*

Mosis, Exod. 32. vers. 31. Numer. 12. vers. 13. Job. 29. vers. 11. Luc. 10. vers. 33. Rom. 9. v. 2, 3. Gal. 4. v. 19. Hebr. 10, 33.

II. *Naturalia*

(1) In iis, quæ supra nos, cœlum, Sol, Luna,

Luna, sidera, præstant miseriæ nostræ misericordiam, lucem, bonitatem: Lumen ostendunt, tenebras expellunt. Omnia elementa, animalia nostris succurrunt miseriis.

(2) Intra nos, inter membra omnia mutua viget misericordia: oculi prospiciunt membris reliquis, ne cadant; manus pro corpore laborant; pedes ambulant, Roman. 12. 1. Cor. 12.

(3) Juxta nos: DEUS sic omnia ordinavit, ut mutua velut miseratione tangantur.

Oleum

§. 22 Curans lepras peccatorum, non ἱλαστικῶς: ita enim solus Christus ejusque sanguis peccata curat, 1. Johann. 1. vers. 7. Sed σημαντικῶς, quatenus misericordia indicat, vera & viva fide nos esse præditos. Oleum superinnatat omnibus liquoribus: Sic misericordia reliquis præstat virtutibus. Oleum corpora roborat: Misericordia animam stabilit. Chrysostom. homil. 53. Pluvia, suo tempore veniens, Syrac. 22. v. 26. 35. Vestis Electorum. Coloss. 3. Induite vos, sicut dilecti &c. Viscera miserationum.

Oppositum misericordiæ est κακεργία, cujus actus est, non juvare pauperem, Jerem. 5. v. 28. Immisericordia, Sævitia & Ferocia animi, item misericordia injusta: v. g. Si quis misereatur latronis: Saulus Agagi, Ambrosius lib. 1. officior. Ideo misericordia non debet esse contra judicium, Augustin. quæst. 87. tomo 4. in Exod.

Exempla Immisericordiæ.

§. 23 Judic. 9. Abimelech, 1. Regum 21. Jesabel, Athalia, Herodes, Matt. 2. Tomyris, Herodot. libro 1. Ochus filius Artaxerxis. Perillus æneum bovem invenit. M. Antonius adversus Ciceronem, Plutarchus. Hatto, Munsterus libro tertio Cosmographiæ. Valerius Maxim. lib. 9. c. 2.

Effectus ejus.

§. 24 Oculos avertere a Proximo, Sirac. 14. v. 8. Pauperes afficere injuriis, Proverb. 22. Sirac. 35. Viduæ vestimenta tollere, Deuteronom. 24. Eas lædere, Sirac. 35. vers. 21. 22. Tollere misericordiam ab amico, Job. 6. Obdurare Cor. Contrahere manum. Cogitare modos circumveniendi. Nolle commodare. Non aperire manum, sed hanc cum corde claudere, 1. Johann. 3. Servos, suosque vi opprimere, Levit. 25.

Pœna.

§. 25 Non exaudietur, si clamet, Proverb. 21, 23. Sirac. 35, 22. Punitur: Sic Ægyptii, Exod. 3. cap. 12. Impiorum est propria, Proverb. 12, 10. peccata eorum non delentur, Psalm. 109. vers. 14. 15. 16. Confer Esa. 47, 7. Servus immisericors a DEO remissi debiti denuo postulatur, Matt. 18. Epulo immisericors in inferno cruciatur, Luc. 16. Immisericordem judicem experietur, Jacob. 2, 3. Maledictione repletur, Psal. 109. v. 14. 15. 16.

Subjectum §. 26

In quo, est cor, non timens Deum, Deuter. 25, 17. 18.

Exempla §. 2

Epulo, Lucæ 16. Nabal, 1. Samuel. 25, 10. Viri Suchot, Judic. 8. vers. 6. Sacerdos & Levita, Lucæ 10. vers. 31. Laban immisericors, Genes. 31.

MISSA. *Vid. Sacramenta.*

MODERATIO

Animi. Vid. Mansuetudo. Item: Reconciliatio. Item: Modestia. Confer quoque Fulgosum lib. 4. c. 1.

MODESTIA. §. 1

Affines tituli sunt:

Civilitas, gravitas, verecundia, pudor, humilitas, Choreæ, Ebrietas, Exemplum malum, Vestium Luxus, voluptas. Dicitur etiam modestia ea virtus, quæ studium & appetitum honoris moderatur. Confer titul. Honor, Ambitio. Modestiam vero a modo dictam vult Ambrosius libro 1. cap. 18. offic. Augustinus libr. de vita beata, non longe a fine.

Definitio.

Modestia est externa quædam morum compositio, ex virtutibus animo inhærentibus procreata, & ad proximi ædificationem directa. §. 2

Causæ. §. 3

1. Spiritus S. efficiens modestiam & matrem ejus humilitatem in cordibus nostris. 2. Exemplum Christi. 2. Corint. 10. v. 1. obsecro vos per modestiam Christi. V. Hieronym. in capit. 9. Matth. de summa Christi modestia, in facie ejus relucente. Idem in c. 21. Matth. Gregor. libr. 23. cap. 7. Moral. Mariæ, de qua Ambros. lib. 1. c. 18. officior. Luc. 1. Ecce Ancilla Domini. 3. Testimonia divina, Philip. 4. v. 5. Coloss. 4. vers. 5. cap. 3. v. 12. 1. Petr. 3, 15. Tit. 3, 2. Jac. 3, 17.

Materia, circa quam fit modestia. §. 4

1. In moribus, ne quid, quod alteri displiceat, dicamus vel agamus. Vid. Senecam Epist. 5. 2. In dictis, Sir. 32, 10. vix loqnere. Gregor. Nazianz. orat. de moderand. disputationibus. Ambros. lib. 1. c. 18. offic. 3. In gestibus, Esa. 3, 16. ne gestus sint superbi. De risu vid. Basil. in Regul. fus. disp. q. 17. Siracid. 21, 23. Fatuus in risu exaltat vocem, Proverb. 17, 24. annuit oculis, c. 19, 2. Ambros. 1. officior. c. 18. arguit malum virum, Sir. 19, 26. 4. In vestitu & habitu, 1. Cor. 11, 4. 1. Pet. 3, 3. Conf. Basil. q. 22. in Regulis fusius disputatis. Idem Epist. 3. ad Gregor. Theolog. Deuter. 22. probetur vestium sexui cuilibet convenientium permutatio. 5. In affectu, quem coërcet modestia, Thomas 2. 2. q. 161. in princ. Vid. Valent. in h. l. 6. Ut omnia suis locis & temporibus agamus, Cic. 1. officior. 7. ut personarum habeamus rationem, Ambros. 1. officior. cap. 18. 8. Ut officii ratio habeatur, Ambros.

Ambrof. 1. officior. cap. 22. 9. In acceffu & congreffu, ne quis domum proximi irruat, Sir. 21. verf. 24. 25. In inceffu, ut modeftia undiquaque appareat. Vid. Ambrof. libro primo officior. cap. 18. 10. In Conviviis: non funt turbandi Mufici, Sir. 32. verf. 6. Confer Sir. 32. verf. 1. 2. 3. ne brachio pani innitamur, Sir. 42. verf. 24. 11. In capiendis cibis, Sirac. 31, verf. 22. Noli primus cibum arripere, & verf. 16. ibidem. 12. In vifu, tactu, olfactu: non disjicere oculos, Proverb. 17. verf. 24. 13. In honore proprio: Ut de nobis ipfis honefte & modefte fentiamus. Chriftus rogatus de re fumma, fummaque dignitate: An effet Mesfias? Ad opera fe refert & juxta hæc ex doctrina vult judicari. Non fic modeftus Nebucadnezar, Daniel. 4. Nonne (dicebat) hæc eft magna illa Babylon. &c. Plena modeftiæ eft vox illa Hugonis, quam ei adfcribit Staplet. Dominic. 2. Advent. Loc. 3. (Mala mea pure mala funt & mea funt: Bona autem mea nec pure bona funt, nec mea funt.) Notetur & hæc fententia contra juftitiarios. Cæterum, de modeftis actibus plura habet lib. de Sanct. virtutibus & vitiis c. de temperantia & continentia Bernhard. Epift. 113

§. 5 Subjectum inhæfionis funt omnes homines de jure, quippe qui modeftiæ ftudere debent. Solet effe in animis generofis. Richter. axiomat. 95. p. 228. præcipue vero funt (1) Pauperes, Proverbior. 18. verf. 23. (2) Juvenes, Sirach. 32. verf. 11. 12. 13. 14. De immodeftia juvenis adhuc, Juliani Apoftatæ, fufe fcribit Gregor. Nazianzen. orat. 2. de Juliano. (3) Clerici & Religiofi, Bafil. fermon. de Afcefi. Auguftinus in Reg. capit. 18. verf. 19. 20. Benedict. Regul. 13. Francifc. c. 3 Regular.

Omnibus cur notam velit Apoftolus? Philipp. 4. Duæ funt caufæ. (1) Ne calumnia in nobis locum inveniat, cum videat modefte nos ambulare. (2) ut noftra innocentia teftimonium perhibeat de fide, in qua ftamus, contra malitiam: fic Matth. 9. contra tibicines oftendit fuam modeftiam. Matth. 5. luceat lux veftra.

§. 6 *Media modeftiam in nobis procreantia funt*

I. Meditatio jugis præfentiæ DEI & Angelorum, in quorum confpectu verfamur. II. Interna animi ad omnem tranquillitatem compofitio: qua maxime præftitit Gorgonia Soror Gregorii Nazianzeni, vid. hunc orat. 2. III. Examinatio actionum fuarum, an bene cum modeftia & manfuetudine Chrifti confpirent. IV. Converfatio cum modeftis. Converfare cum Scipionibus & Catonibus, ait Seneca alibi.

Melius Sirac. 13. verf. 1. Qui contrectat picem, inquinabitur, & qui communicat cum fuperbo, fimilis ei efficietur. cap. 6. v. 36. Si tu videris intelligentem, mane propera ad eum.

§. 7 *Effecta modeftiæ.*

1. Humilitas. 2. Abolitio amoris fui. 3. Nulli acerbus eft modeftus. Vid. Plutarch. in Politic. 4. Omnibus fuavis & familiaris eft.

Adjuncta.

§. 8 *Accidit huic modeftiæ*

Prudentia, quæ cautiones certas adhibet in expetendis honoribus. 1. Ut honor fit conveniens. 2. Ut ab honoratis perfonis, non à vulgo expectetur. 3. Ut honore nos ad alia præclara excitemus. 4. Ut ex jufta Caufa quæramus. 5. Ut loci & temporis rationem habeamus. 6. Ut denegatum tamen æquo animo feramus.

§. 9 *Oppofita modeftiæ.*

Incivilitas in defectu, cum quis quocunque modo fe immodefte & indecore gerit. Hypercompfia in Exceffu, verfatur circa nimiam elegantiam, culturam & compturam. Superbia & geftus omnes a laude modeftiæ recedentes.

MODICUM. Joh. 16.

Chriftus difcipulis prædicens hora XI. noctis, qua Chriftus proditus fuit, (ut nonnulli fupputant) fore ut modicum ipfum vifuri non effent, indicat 1. Modicum Pasfionis & captivitatis. 2. Sepulturæ & in fepulchro moræ. 3. Quadragefimalis converfationis. 4. Hujus vitæ brevitatis. Eft enim hæc vita modicum, *ratione æternitatis.* Jacob. 1. Pfalm. 90. Apocal. 6. fuftine tempus modicum. Johann. 12. modicum lumen in vobis eft. Eft etiam *modicum temperantiæ*, 1. Timoth. 5. modico vino utere. *Vanitatis hujus vitæ.* Sirac. 51. modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem. *Posfesfionis divinorum donorum.* Matth. 25. In modico fidelis fuifti. *Fidei noftræ,* Matth. 14. Modicæ fidei, quare dubitafti? *Virtutis.* Apocal. 3. Modicam habes virtutem. *Tribulationis,* Efai. 54. verf. 8. Romanor. 8. verfic. 18. 2. Corinth. 4 verf. 7. 1. Pet. 1. verf. 6. Bernhard. fermon. 74. in Cantic. Canticor. O modicum & modicum! O modicum longum, pie Domine! modicum dicis, quod non videmus te? Salvum fit verbum Domini mei, longum eft & multum nimis, &c.

MODUS.

§. 1 *In quibus rebus potisfimum adhibendus?*

1. In fcientia. Roman. 12. non decet plus fapere. Sicut natura oculis palpebras appofuit, ne vifus difpergeretur: Sic moderatio quædam in intelligendo fit oportet, & inquirendo. Vid. Myfteria: ne Senfus & intellectus diftrahatur in infinita, fed in objectum legitime feratur.

2. In affectu lætitiæ, ut meminerimus poffe accidere derepente infortunium, juxta illud: Extrema gaudii luctus occupat.

3. In gaudio divitiarum, ne illud fit nimium. Luc. 12. Stulte, hac nocte repetent animam &c.

4. In juftitia, ejusque moderatione, ne in puniendo modum excedamus. V. Juftitia. Confer Mediocritas.

MOLA

Afinaria, Matth. 18. quam afinus circumagit. Gravis ſane, quam allegat Servator, ut innuat ſupplicium maximum & profundum, ſcandaliſanti præſtolandum: quod ſimul innuit maris profunditas.

Salſa, id eſt, far toſtum, ſale conſperſum, olim Diis oblatum: non habemus Deos, ſed nobis unus eſt DEUS, 1. Corint. 8. Huic uni DEO *molam ſalſam* pœnitentis cordis offerimus. Pſal. 51. Cor mundum contritum & humiliatum DEUS non deſpicies: *molam ſalſam* cordis liberalis, Luc. 21.

MOLOCH.

Idolum Solis (Sanct. in Act. p. 174. b.) alii Saturnum accipiunt. Chriſt. Caſt. in 7. Jerem. fol. 79.

Molochi cultus effuſione ſanguinis liberorum, Pſal. 106. verſ. 37. 38. Jer. 7. v. 30. cap. 19. v. 5. Deuter. 12. verſ. 31. capit. 18. v. 9. Ezech. 20. v. 31. Levit. 18, 21.

MOLLITIES. Vid. Voluptas. Caſtitas in Oppoſit.

MONACHUS. MONIALIS. MONASTERIUM. RELIGIO.

Notatio.

§. 1 Dicitur a μονὰς, quæ notat ſolitariam ſingularitatem. Hinc Monachus dictus quod ſit ſingularis. Iſiodor. lib. 17. cap. 13. Etymolog. p. 334. F. Lamb. de regul. mon. de Sanct. Roman. Eccleſ. column. 347. Perch. oper. de Monach. Rectius ἀπὸ τοῦ μονάζειν, quod notat, ſolitarium agere. Alii a μόνος, ſolus, & ἄχος, dolor. Hieronymus ad Kiparium: Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium, qui vel ſe, vel mundum lugeat, & domini pavidus præſtoletur adventum. Citatur cap. 16. quæſt. 1. Can. Monachus &c. Si cupis. 16. q. 1. Johann. Wallenſ. de Regimine vitæ human. part. 1. S. Dietarii capit. 3.

Origo.

§. 2 Paulus Thebæus, & Antonius circa annum Domini 256. primo vitam ſolitariam amplexi ſunt. Hieronym. Prologo in vitam Pauli Eremitæ. Otho Friſingenſ. libro quarto capit. 5. Auguſtinus libro primo de morib. Eccleſ. cap. 31. Chryſoſtomus hom. 8. in Matth. Hieron. Epiſt. ad Euſtoch. Pallad. in vita Abbatis Pauli Macarii. Vid. Hoſpinian. de Monachis.

Typos ſtatuunt

§. 3 I. Rechabitas: Sed falſo. V. Tit. Rechab. II. Duos latrones in cruce. Lyra in verba Lucæ c. 23. *unus autem* de his.

Cauſa impellens.

§. 4 Perſecutio & Neceſſitas. Sozom. lib. 1. c. 13. Otho Friſingenſ. lib. 4. c. 3. qua Chriſtiani urgebantur idola colere, diiſque gentilibus ſacrificare.

Adjuvans.

§. 5 Otii Cupiditas & deſidia multorum, qui ad onera civilia detrectanda, moleſtiaſque vitæ humanæ vitandas, ſeſe Monachis aggregarunt. Tripart. libro primo cap. 12. libr. 7. cap. 37. 38. Monachatu tolli obſtacula, quibus aliàs homo involvitur, docet Sotus de juſtitia & jure fol. 242. a. eſſeque ea vota, minime illa præcepta. Ibid. b. Atque hinc factum eſt deinceps, ut Auguſtisſimi, Valentinianus & Valens, ab hoc vitæ genere homines revocaverint, & a ſolitudine ad civitates traduxerint. l. quidam ignaviâ 26. c. de decor. quamquam ſub hac ſpecie Valens Cæſar Ariana Secta infectus, nonnunquam probos & pios truculentisſime perſecutus ſit.

Panegyricæ Patrum declamationes in laudes virginitatis: quarum nomine Auguſtinus lib. 4. c. 31. de doctrina Chriſtiana, Cyprianum & Ambroſium excuſat.

Baronius inſtituto Eſſæorum Monachatum quodammodo acceptum refert, Tom. 2. annal. folio 45. numer. 50. ad ann. Chriſti 109. Polydor. Vergil. libr. 7. cap. 1. de invent. rerum.

Pythagoræos olim Philoſophos ſolitudinem maxime expetiviſſe, docet Zwing. f. 24. a. Theatr. Idem tradit de Arabibus Nabathæis f. 41. a. Nabath. d. l. Theatr.

In conjugio, non monaſtica vita DEO quis placet. Clemens Alexandr. lib. 7. Stromat. folio 152.

Certe Apoſtolorum tempore: Neque (inquit Chryſoſtom.) veſtigium Monachi tunc erat, ſed omnia ad ſeculares loquebatur Paulus tunc, Homil. 25. in Epiſt. ad Hebr. donec demum Antonius in Ægypto, Baſilius in Græcia, Hilarius in Syria, Benedictus in Italia, ad ann. Chriſti 527. vitæ cælibis ob ingruentes perſecutiones, fundamina jeciſſent. Apoſtolici quoque (ab Auguſtino in hæreticorum cenſum relati libr. de hæreſ. c. 40.) conjugium rejiciebant, certas regulas præſcribebant, bona abjicere jubebant.

Diſſenſiones variæ Monachorum. Ordo Carthuſienſium improbatus olim a quibuſdam, ceu irrationabilis, Gerſon part. 2. oper.

Laudes vitæ Monaſticæ immodicæ ejuſque meritorum.

§. 6 Hac nos mundo exire, ſeculo renunciare, Origen. homil. 3. in Exod. Eſſe Ordinem Angelicæ dignitatis, Baſil. de juſtit. Monachi, ſermon. 1. Genus vitæ ſecundum Philoſophiam, ibid. ſermon. 2. Monachum Rege præſtantiorem eſſe, Chryſoſtom. Tom. 5. de comparatione Regis & Monachi. Monachatu aboleri peccata, Anshelm. cap. 77. de ſimilitudin. Monachos ſe ipſos DEO offerre, quod non faciant ſeculares, Anshelm. cap. 48. ſimilitudin. (Falſum e Rom. 12. offeratis voſmet DEO hoſtiam &c.) Bellarmin. lib.

libro secundo capit. 2, 6. 7. hos adscribit Monachis effectus. 1. Legis satisfactionem. 2. Salutis æternæ meritoriam *comparationem.* 3. operum supererogationis procreationem. 4. pro aliis satisfactionem. Thomas in summa, & Antoninus part. 3. titul. 16. c. 4. §. 3. vers. 10

Bernhardinus in Rosario, serm. 27. part. 2. *Religiosus* (ait) *qualibet minimâ operatione suâ etiam dormiendo, edendo & quiescendo magis meretur, quam secularis, etiam in maximis Bonis operibus.* Optimum esse statum monachorum statuit L. Lessius fol. 861. Opusculor. Castitatem evehit fol. 877. ibid.

§. 7 *Non liberat à solicitudine hujus vitæ.*

Pulchre hoc ostendit Basilius Epistol. 1. qui fatetur, se solitudine illa monastica minus sublevatum fuisse: *Domesticas* (ait) perturbationes quoquo circumferentes gentium, ubique Locorum perinde versamur in tumultu, quare non magnopere adjuti sumus. *Pœnitentiam requirit.* Securis namque ponenda est ad radicem concupiscentiæ nostræ, ut docet Thom. à Kempis, lib. 1. c. 11. §. 4. 5.

§. 8 *Solitudo illa non mox efficit pios.*

Dicebant quidam tempore Chrysostomi, pietatem & virtutem servari non posse, ab eo, qui in urbibus viveret. Respondet Chrysostom. homil. 43. in Genes. ubi sunt, qui dicunt, quod non sit possibile, in media civitate versantem servare virtutem, sed opus esse secessu, & montana quadam conversatione?

Videant justum illum Loth cum muliere & pueris & famulis, & in Civitate degentem, & inter tam malos & impios versantem &c. sicut igitur negligenti aut supino, nihil prodest solitudo, neque enim locus virtute nos facit præditos, sed mens & mores: ita & prudens atque vigil non offenditur etiam in media civitate vivens. Idem lib 2. de Sacerdotio docet, Monachos solitudinem habere velamen vitiorum, quæ tamen, ubi illi in publicum prodeant, nuda exhibere cogantur.

§. 9 *Veteres Monachi*

1. Vitam solitariam amplexi sunt ob persecutionem & necessitatem, ut supra diximus: Non sic moderni. 2. Non habebant votum perpetuum; hodierni habent. Nicephor. lib. 9. cap. 14. Augustinus cap. 33. libr. de moribus Ecclesiæ. Sozomen. lib. 3. cap. 15. Cabillon. Synod. cap. 7. Cyprianus libro primo Epistol. 11. 3. Non habebant certam regulam: Hodierni habent. 4. Veterum domicilia erant Scholæ publicæ docentium & discentium: Hodiernorum monasteria non item. 5. Veteres in locis solitariis vivebant. capit. 16. Si cupis, quæstion. 1. C. placuit. 2. Ibidem. Hodie in urbibus & locis fœcundissimis. 6. Veteres carnem non edebant. C. carnem de Consec. d. 5. c. denique §. ultim. distinct. 4. 7. Veteres propria bona possidebant. August. cap. 40. lib. de hæresibus. Hieronym. Epistol. ad Hel. Cassian. de justit. Monach. libro quarto cap. 4. Hodierni non possident. 8. Veteres è labore manuum suarum victitabant. Sozom. libro sexto cap. 28. Augustinus de Monach. opere. Non sic hodierni. 9. Veteres non erant tonsi, nec peculiaribus vestibus insigniti. Syn. Gangr. c. 7.

Johannes Mauburnus Abbas Liuriacensis in Roset. 1. cap. 3. & Cornel. a Lapid. in cap. 2. Oseæ folio 87. fatentur, Monachos a prisco splendore multum descivisse, nempe Cluniacenses ob otium, Cistertienses ob opera nimia ruralia, Præmonstratenses ob nimia Chori & missarum onera, Mendicantes ob nimiam cum Secularibus conversationem, Benedictinos ob nimias opes. Confer Medicum Religios. Carol. Scribani. Thom. a Kemp. lib. 1. cap. 18. & 19. de imitat.

§. 10 *Regulæ monachorum.*

1. Novæ, noviterque (non enim inde ab Apostolis fuerunt) introductæ. Adi Johann. Frobos. libro quarto c. 21. §. 14. ex quo hæc sequent. Anno Christi 1084. cœpit ordo Carthusianus, Æmylius libro quinto. Belli sacri tempore Cistertiensium & Præmonstratensium & Humiliatorum, Sabellic. Ennead. 9. libro quinto. Carmelitarum Anno 1160. juxta Calvisium, & Dominicanorum sive Prædicatorum, & Franciscanorum sive Minorum, Sabellic. Ennead. 9. initio libri 6. &c. Vid. Polydorum Vergilium libro septimo cap. 4. Anton. in summ. historial. Spondan. Calvisium & alios Hist.

2. Præcepta hominum, quibus DEUS frustra colitur, Matth. 15, 9.

3. Paulo apostolo contrariæ. 1. Timot. 4. vers. 2. 3. qui redarguit prohibentes cibos & conjugium. Coloss. 2, 20. corpus macerantes.

4. Divino mandato adversæ: Nam jussit, in sudore vultus tui vescaris pane tuo: non jussit indulgere speculationibus perpetuis. Tum illa speculatio veritatis, cum charitate tamen erga proximum, conjuncta esse debet, 1. Cor. 13. v. 2.

5. Supervacaneæ: Sal enim regularum est (Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde &c. & proximum, sicut te ipsum) quod repetiit Apostolus Roman. 13. præscripsit maximus Confessionis nostræ Apostolus Matth. 22. & a quo Lex & Prophetæ pendent, ibid. Confer de regulis Monach. Lazenam 1630. edit. Colon. Agrippin.

§. 11 *Opera inutilia.*

Simeon Stylites stetit in columna per octoginta annos, vix comedens, dormiensque, referente Cornel. a Lapid. in c. XIII. Exodi f. 440. B. 2. Ex Obedientia omnia opera præstare debent, non ex voluntate propria. Bernhard. sermon. 71. in Cantic. Cant. & serm. 19. Cassianus collat. 19. cap. 8. videatur Busæus in Panar. Tit. volunt. propria. Remed. V. IV. & de Statibus hominum part. 256. Fidanus p. 90. de Autoritatib.

§. 12 *Officia & Requisita monachorum.*

1. Olim non docebant, sed lugebant. Hieron. hoc tit. supr. Numer. 1. Bernhard. sermon.

64. in Cantic. Cant. Scimus monachi officium esse, non docere, sed lugere.

2. Latebant olim: Bernhard. Epist. 42. sub fin. Labor & latebræ & voluntaria paupertas, hæc sunt monachorum insignia. Sozomen. libro 1. c. 13. histor. narrat de S. Antonio, quod dixerit: Sicut pisces extra aquam vitam perdunt: Sic monachos urbem adeuntes monasticam gravitatem amittere. Anshelmus monachos comparat bubonibus, quibus bene est, cum in caverna latent, cap. 90. de similitudinibus: vide etiam Bernhard. Serm. 1. de S. Andrea.

3. Denudabant se omnibus vestibus, hoc est exui omni hujus vitæ rerum materia. Basil. serm. 2. de just. monach. Erantque ἀμέριμνοι τȣ̃ κόσμȣ, Theodosius Imperator apud Cedrenum.

Non intentum esse rebus secularibus: ne sit statua, quæ solam monachi figuram referat. Basil. d. l. non possidere multa. Cæsarius Arelatens. homil. 28. Ubique morum sanctimoniæ, non in monasterio solum, studere. Sicut nauta optimus etiam in mari turbulento navem gubernat, & fluctibus eripit: sic & in monasterio, & alibi semper sanctis moribus studeat. Chrysostom. lib. 6 de Sacerdot. Non vagari per vicos, oppida. C. juxta quæst. 1. & prædicare, dict. l.

§. 13 *Labor Monachorum.*

Chrysostom. homil. 57. ad popul. Antioch. vult monachorum mensas e propriis eorundem splendere laboribus. Augustinus cap. 17. libr. de Opere monachor. reprehendit monachos otiosos, quod non laborent. C. Nunquam de Consecr. distinct. 5. Monachus humum sarrire debet, hortos colere, &c. Ægyptii quoque sub Seraphione monachi assiduis laboribus incubuere: Erant vero eorum decem millia. Tripart. lib. 8. cap. 1. Conf. c. Clericus. d. 91. *Tempus* non recte collocant. Luther. 2. post Epiph. Epist. Roman. 12. fol. 241. a. *Charitatem* proximo debitam negligunt.

§. 14 *Nuptiæ post votum.*

C. Quidam. distinct. 27. quidam nubentes post votum, asserunt adulteros esse. Ego autem dico vobis, quod graviter peccent, qui tales dividunt.

§. 15 *Ordinum fœtura,*

Anno Christi 1273. tempore Gregorii X. Papæ prohibita Concilio Lugdunens. quod & ante sub Innocentio Tertio, anno 1215. in Concilio Lateranens. fuerat factum. Cornel. a Lapide in capite 9. Esaiæ, folio 141. a. 1. b. 2. sequent. multus in eo est, ut multitudinem ordinum improbet, ex qua vitia efflorescere necessum sit.

§. 16 *Quies,*

Quam Nilus præscribit, de justit. monachor. Basilius Tom. 2. in Asciter. ut quiete vivant: Minime itaque etiam lacessiti turbas dent in publico.

§. 17 *Vestes.*

In his sanctimonia quærenda non est, distinct. 30. capite 30. Si quis virorum putaverit sancto proposito, id est, continentiæ convenire, ut pallio utatur, tanquam ex eo justitiam habiturus, & reprehendat vel judicet alium, qui cum reverentia utitur vel alia veste communi, quæ in usu est, anathema esto! Est vero vestitus monachorum excogitatus ab Eustathio Sebastiensi, teste Nicephoro libro nono capite 16. & 45. Socrate libro secundo pag. 4. capite 45. Taxatus a Patribus. Vide Pelarg. pagina 49. a. in Matthæum.

In his sepulti. Franciscus II. Marchio Mantuæ, testamento cavit, ut veste Seraphici sepeliatur. Idem fecit Lutetiæ Albertus Pius, Carporum princeps. Christophorus Longolius Belga Patavii. Robertus Rex Siciliæ (apud Antonin. titul. 24. capite 9. §. 16.) Sleidanus libro 22. de Carol. V. Cæsare idem refert.

§. 18 *Etiam hæretici monachi.*

Audæus monachus fuit, teste Epiphan. hæres. 70. Sozomen. libro 8. capite 11. Eutychianus Parens monachorum Olympum incolentium hæresin Novati amplexus est. Eustathius cum Macedonio sensit. Idem alii monachi fecerunt: Ruffinus libro 1. cap. 25. histor. Alii Judæorum dementiæ se dediderunt: Theodoret. libr. 1. c. 9. Evagrius monachus Manichæis & Pelagianis favit. Ptolomæus Ægypti Monachus providentiam negavit: Pallad. c. 33 histor. Sergius Monachus Alcorani Concinnator extitit.

§. 19 *Locus Monachorum, Monasteria.*

Monasteria olim scholæ docentium & discentium fuerunt. V. Chytr. in Saxoniæ Metropol. Morton. c. 86 Apologiæ. Pelarg. in c. 11. Matt. Beza vol. 2. fol. 259. tractat. Theologic. De fundatione Monasteriorum lege Zwinger. fol. 2405. Theatr. Quomodo corrumpant aliquando statum monachorum, V. Tit. Laicus, a Petro Ferrariensi. In iis rarissime corriguntur homines, Augustin. Epist. 137. sub fin. Ex quo (ait Augustinus) Deo servire cœpi, quomodo difficile expertus sum meliores, quam qui in monasteriis ceciderunt: ita non sum expertus pejores, quam qui in monasteriis profecerunt. Locus non pellit Satanam, Gregor. M. lib. 8. Epist. 45. Thom. a Kemp. lib. 1. cap. 13. §. 2. de imit. Christi. Habitus & tonsura parum conferunt, Thomas a Kemp lib. 1. cap. 17. de imitatione Christi. Card. Cusan. f. 548. 549. oper. hypocriseos tegumenta.

§. 20 *Cantus eorum.*

Taxatus ab Erasmo p. 20. 26. Instruct. militis Christiani. Hieronymo in c. 29. Esaiæ. Oleastro in eund. loc.

§. 21 *Multitudo.*

Refert Tellison. p. 712. Exam. 13. e Sabellico Ennead. 9. lib. 6. Dominicanos numerasse 4143. monasteria sui ordinis. Generalis magister Ordinis D. Francisci, Pio Pontifici Maximo triginta millia monachorum obtulit, qui contra Turcam militarent, sine metu inter-

intermissionis cultus in choro præstandi. F. Lambertus 49. sectas recensuit B. 3. de Regulis Minoritarum. D. Daniel Cramerus p. 74. de perfect. Bibliorum.

§. 22 *Judicia de Monachorum Ordinibus.*

Ivo Carnotensis Epist. 258. (citante Herm. Springl part. 1. de hodiern. hæreticis f. 556.) vita solitaria communi inferior est, quia importunis cogitationibus plena, quæ tanquam muscæ minutissimæ de limo surgentes, volant in oculos cordis, & interrumpunt Sabbathum mentis. Chrysost. hom. 8. in c. 2. Matth. quid tu ergo nos facere jubes? abire in montes remotos & monachos fieri? & quid ego aliud ingemisco, quam quod illis putatis vos solis honestam ornatamque vitam congruere. Monachi per varias sectas Christum dividunt, F. Lambertus B. 3. de Reg. Minorit. diluvium hypocriseos inducunt, Luth. præfat. in lib. Lamberti F. de regulis Monachorum. *Religiosi* (ait Catharina Senensis & onus Ecclesiæ c. 22.) *collocati sunt in Religione velut Angeli, sed quam plurimi Dæmonibus sunt deteriores* (citante Springlio d. l. p. 566.) Ubertinus (ibid. apud Springl.) *Illi mendicantes perversi designantur per locustas, de puteo abyssi exeuntes, quia ipsi sunt scurriles, leves, volatiles, carnales, rodentes sacras literas virides, Paganicæ Philosophiæ sequaces.* Petrus Cluniacens. lib. 4. Epist. 2. ad Archiepiscop. Lugd. *Monasteria Provinciæ Lugdunensis esse Synagogam Satanæ.* Honorius Augustodunensis dial. de præd. & libero Arbitrio. *Contemplare* (ait) *& Monachorum conciliabula, & videbis in eis bestiæ tabernacula. Per fictam professionem Deum irridentes ad iram ejus provocant, normam regularem vita & morib. calcant, per habitum seculum fallunt, multos deceptos decepti ipsi decipiunt, secularibus negotiis impliciti sunt, in Dei negotio desides existunt, plerique illorum gulæ & illecebris dediti sunt, multi in immunditiæ sorde putrescunt.* Sese mutuo judicant & temere, Granatensis p. 735. Duc. peccator. §. Hinc oriuntur, ob diversa genera colendi Deum. E catalogo testium Veritatis. Cornel. Agrippa de Vanit. scient. c. 62. *Sunt adhuc* diversarum sectarum populi, monachi & fratres Anachoretæ, quibus vetus Lex omnino caruit; caruit etiam Ecclesia eo tempore, quo optima fuit, nec tot ceremoniarum ritibus implicita. Nicolaus Clemang. Monachos vocat lupos rapaces in vestimentis ovium, Satanas in angelos lucis transformatos, scribas, Pharisæos, hypocritas, sepulchra dealbata, monachorumque ministeria nihil aliud esse, quam Veneris execranda prostibula. De plurimis mendicantium ordinibus *Petrus de Alvaco* Tractatu de Reformation. apud Orthorinum Grathium in fasciculo rerum expetendarum. Albertus Cranzius, quem allegat Johan. Wolfius præfat. in Tom. II. lection. memor. Prohibita quoque hæc ordinum multitudo & multiplicatio anno 1215. sub Innocentio III. & Anno 1272. sub Gregorio X. ut & supra dictum est.

Hodiernos monachos a Veteribus plurimum differre, fassus est D. Bernhard. Epist. ad Guliel. Abbat. *O quantum* (ait) *distamus ab his, qui Antonii diebus extitere, Monachis! Nobis convenientibus nihil de scripturis, nihil de salute agitur animarum, sed nugæ & risus & vana proferuntur in ventum.* Alvarus Pelagius libro 2. artic. 24. de planctu Ecclesiæ fol. 130. colum. 4. sub finem articuli. Quanquam (ait) monachi figuram teneant Apostolorum: longe tamen hodie remoti sunt a vita eorum. Plangat ergo eos Ecclesia & dicat: ubi sunt antiqui monachi, qui post Apostolos Ecclesiam fundaverunt? & vitam sanctam primitivæ Ecclesiæ retinuerunt? &c. Vid. porro Isidorum lib. 2. c. 15. de offic. Ecclesi.

Merita monachorum. §. 23

Pro pecunia imputari docet Bellarminus libro 1. capite 14. de indulgent. §. vera igitur. libro de monach. capite 6. §. Dicim. Gregorius de Valentia libro de Indulgent. capite 5. Gretserus libro tertio cap. 10. de disciplina, Flagellationem, ut opus meritorium applicari posse. Idem lib. 2. c. 11.

Vitia. §. 24

Vitiosi monachi sunt *statuæ*, quæ solam monachi figuram circumferunt. Basilius in constit. monachor.

Avaritia: Hinc monachi proprietarii. *Ignavia* vid. Labor. Numer. quart. *Pharisæi* sunt. Petrus Cluniacensis libro sext. Epist. 17. Johann. Ferus in cap. 23 Matth. *Hypocrisis.* De ea Augustinus capite 28. de opere monachor. callidissimus hostis tam multos hypocritas sub habitu monachorum dispersit. In Psalm. 132. conqueritur de falsis monachis. *Sanguinolentia.* Olim in necem Benedicti Abbatis sui conspirarunt. Hospinianus de monachatu, folio 131. Ludovicus Granatensis Dominic. post Ascensionem, Conc. 1. pagina 382. prope Bilfeldiam monasterium in monte Jodoci situm ob latrocinia funditus sublatum est, si fama refert vera. *Superbia & Litigia:* nutritorum cum conversis de sanctitate. Vide Anshelmum capite 78. de similitudinibus. *Affectatio rerum secularium:* Hæc damnata in Synod. Chalced. ad ann. 454.

Plurimorum vitiorum segetem in vitæ monasticæ addictos alibi congessimus. Demonstrat: Quod Ecclesia Romano-Pontificia non sit sancta, pag. 115. 116. sequent. in Indice Vid. Monachi. *Deus utrinque deleat vitiorum maculas, illis facilitatem nos damnandi adimat, nobis rectius vivendi gratiam propitius indulgeat.* De votis y. infra votum.

MONIALIS. §. 1

Origo.

Ante 200. a nato Christo an. nullæ leguntur fuisse moniales, sed virgines solo voto & velo

velo notæ (voto tamen libero, non perpetuo, domi patriæ vivebant, tempore Hieronymi, deinde, eodem Hieronymo teste in Epitaphio Marcellæ) eo tempore sacræ virgines ab Helena Constantini matre lectæ sunt, & publico stipendio nutritæ. Naucler. Generat. 11. ad an. Christ.

§. 2 *Pudicitia Virginum.*

In Monasterio Thebaidis sorores virgines minus pudica somnia habentes Abbatissæ confitebantur, & cinere stratis inspersо pœnitentiam agebant. Zwingerus 21. b. Turbata.

§. 3 *Vitia.*

Abortus procuratio. Immunditia. Vid. Hieronymum ad Eustach. de custod. Virgin. §. piget dicere, quot quotidie virgines ruant. Cyprianus libro primo Epist. 11. Chrysostomus sermone, quod Clerici cohabitent mulieribus.

§. 4 *Tempus Voti.*

Ante quadragesimum ætatis suæ annum ad votum castitatis non admittebantur. C. Sanctimoniales 20. quæstion. 1. sæpe etiam à parentibus filiæ in Monasteria intruduntur, atque inducuntur blanditiis, ita, ut lupanaria fiant Monasteria, ut e Concilio Aquisgranensi recte scribit Laurentius de Aponte, in caput 9. Matth. numer. 33. Rectissime Augustinus de bono conjugiali: Felicior mihi videtur nupta mulier, quam nuptura virgo.

§. 5 *Tonsura.*

C. quæcunque d. 30. videtur omnis rasura fœminarum prohibita esse. Verba hæc sunt è Concilio Gangrensi: Quæcunque mulier, religioni judicans convenire, comam sibi amputaverit, quam Deus ad velamen ejus & ad memoriam subjectionis illi dedit, tanquam resolvens jus subjectionis, anathema sit! Justus Lansbergius libello cui titul. Demonstratio, &c. de Monasteriis.

Monarchia. V. Regnum.

MONSTRA

Humana, sive monstrosi partus. Parentes, quibus hi nascuntur, debent se solari 1. DEI voluntate, sine qua ne passer quidem in terram cadit. 2. Fidei probatione a Deo intenta. 3. Paterna castigatione. 4. Sperata exhilaratione. 5. Aliorum exemplorum consideratione. 6. Peccatorum humili agnitione.

Prænuntiant res magnas, Florus lib. 1. c. 2. de Carthagin. mutation.

De monstris scripsit Martinus Weinrichius. Confer Camerar. part. 2. c. 61. horar. subcisivar.

Monstrorum domitores vide apud Ravisium col. 442.

MONS.

§. 1 Vox varie accipitur: pro montosis locis, Num. 13, 29. Jud. 1, 9. Jos. 13, 6. regnis violentis, Ps. 76, 5. Jer. 51, 26. 27. regia dignitate, Ps. 30, 8. Principibus inclytis, Hab. 3, 6. Sanctis, juxta August. in Ps. 121. Superbis, Esa. 40. &c. Proprie autem Mons est excelsior ac prominentior terræ pars. Efficiens est Deus ipse, qui montes æque ac terram creavit, Ps. 90, 2. & 104, 6. 8. Gen. 7, 19. 20. Non ergo ex diluvio, terræ partes quasdam excavante, orti sunt. Fiunt vero etiamnum montes terræ motu, & vi ventorum. Vid. Plinium lib. 2. c. 84. Nat. hist.

§. 2 *Finis & utilitas montium.*

I. *Respectu Dei:* Laudis ipsius amplificatio, Psalm. 148. v. 9. is enim montes transferre potest, Job. 9, 5. Fumigant ad illius tactum, Psalm. 104, 32. Tremunt, Psal. 97, 5. Liquescunt: sunt præterea montes Dei gazophylacia, furni destillatorii Dei, e quibus metalla effodiuntur, vid. tit. Metalla: scaturigines aquarum eliciuntur, Psalm. 104 vers. 10.

§. 3 II. *Respectu hominum* 1. aquarum & fluminum cohibitio, ut illa terminis inclusa suis maneant; adde & ventorum. 2. nationum & populorum distinctio, vid. Florum libro 2. capit. 6. & l. 4. cap. 12. sic Alpes Italos a Gallis & Germanis, Armenii & Gortynii Turcos & Parthos a Syris & Asianis distinguunt: montes Carpathii Hungaros & Silesios distermінant. 3. Major montium fructificatio: in his enim quædam multo felicius quam in planitie, ut, ligna, abietes, cedri, plantæ, lapidum supellex largissima, herbæ, Psalm. 104. vers. 13. Hippocrates e montibus herbas medicas collegisse memoratur. 4. Vallium confectio; montes enim efficiunt valles, in quibus lætus pascuorum proventus, umbræ fessis gratissimæ, frumenti copia, Psalm. 65. v. 13. 14. 5. securitatis præstatio; illa gavisus David non semel, 1. Sam. 23, 14. c. 26, 1. Psalm. 11, 1. 2. huc Ps. 104, 18. 6. Siderum contemplatio in montibus, accommoda scrutatoribus siderum.

§. 4 III. *Respectu terræ*, ejus exornatio, montes enim ornant terram, varietatis delectationem præstant.

§. 5 *Varii montes in scripturis commemorati.*

(1) Ararat, Gen. 8, 4. 5. locus subsidentis arcæ Noachi: Sinai, alias Horeb, habet n. mons ille duo columina & cornua, quorum alterum Sinai dicitur, alterum Horeb, Exod. 3, 1. cap. 4, 27. c. 18, 5. c. 24, 13. 1. Reg. 19, 8. Exod. 19, 20. c. 24, 18. c. 31, 18. Grisim, Deut. 11, 29. c. 27, 12. Jos. 8, 34. Ebal, Jos. 8, 30. Gilboa, 1. Sam. 31, 1. Thabor, Judic. 4. vers. 9. Morija, Genes. 22, 2. 9. 10. 2. Chron. 3, 1. Vid. Reusnerum in descript. Jerusalem, Gilead, Genes. 31, 22. Abarim, Num. 27, 12. Hebron, Jos. 14. 12. Seir, Jos. 24, 4. Libanus, 1. Regum 5, 15. Olivarum 1. Reg. 11, 17. ad orientem Hierosolymæ situs, torrente Cedron interfluente, Hieron. de loc. Actorum Apost. In eo ultima vestigia Domini humi impressa monstrantur, Hieron. d. l. Ephraim, 1. Reg. 12, 25. Carmel, 1. Reg. 18, 17. 2. Regum 4, 25. Nebo, Deut. 34, 1. Samaria, 1. Reg. 16, 24. Johann. 4, 21. Ipsa insuper terra promissa mons hæreditatis Domini dicitur Exod. 15, 17. eo quod

tota ipsa terra maxime montosa fuerit. Montes seculi, Habac.3.v.5. i.e. reges & principes. Mons Samariæ pro regno Samariæ. Cæterum de montibus præcipui nominis, flammiferis, vitiferis, diversis olim Deastris sacratis, deque urbis Romæ montibus (de quibus Apoc.17,10.) vid. Ravis. Textor. colum. 117.118. officin.

§.6 (2) Mons regni Christi, Esa.2,2. Psal. 68, 17. Mons Domini (α) excelsus, Christi regnum instar montis ob gloriam & majestatem regis, Psalm.2,7. (ϐ) fructiferus, ob arbores justitiæ, Esa. 60,21. plantas patris cœlestis, Matth. 15,13. undas divinæ gratiæ, Esa. 44. (γ) Immobilis per Christi potentiam. Matth 16. portæ inferorum, &c. Psalm. 46. Dominus in ea.Reliqui montes regnorum mundi moventur; solus hic mons immobilis. (δ) Implens totum mundum, Dan.2. Augustinus tractat. 4. in Johan. Evangelii prædicatione, Col.1,23. Roman.10, 19. Psalm.19,35.

(3) Mons Satanas 1. magnus potentia Eph. 6,12. in mundo; 2. turgidus ventis superbiæ. Matth. 4. Hæc omnia tibi dabo. 1. Joh. 2,15.16. Vide Chrysost.hom.39.in c.21. Matth. 3. missus in stagnum ignis, Ap.20,10.14.

§.7 (4) Mons legis Sinai: (α) fulminans ira Dei, Exod.19 (β) Sanctus, ad quem nemo accedere potest: (γ) intercipiens nobis aspectum solis justitiæ: lex enim iram operatur, Rom.4. 14. sicut vasti montes solis conspectum impedire solent. Vid. tit. de Lege in Prompt. allegor.

(5) Mons Ecclesiæ 1. sicut in monte templum & propitiatorium sita fuerunt: sic Ecclesia in mundo, in hac nos Deus audit, Psalm. 3,5. Hebr. 12. accesfistis ad montem Sion; 2. mons solidus & immobilis: sic Ecclesia Matth. 16. 3. mons refugium miserorum: Ecclesia peccatorum: in symbol. Credo remissionem peccatorum.

§.8 (6) Justitiæ propriæ confidentes sunt montium instar, nam (α) inflati sunt superbiâ propriæ justitiæ, ut ille Pharisæus Luc.18. (β) arenosi; ventus enim iræ Dei pellit arenas operum, quibus confidebant, inque his aliquam saltem fiduciam collocabant. Væ illis coram tremendo judice! (γ) Nivei; sed niveos montes liquefacit sol justitiæ in die judicii: hic nivea & candida apparent hominum opera, sed judicabit justitias Dominus, Psalm. 75.vers.3. & turpia esse ostendet: (δ) Caliginosi: non enim in meritis hominum constans solatii lux est: quis enim e toto corde & omni tempore Deum diligit? quis debita intentione semper bona opera facit? Quis non labeculam gloriæ aspersam fatebitur? Et quantis quæso laborat imperfectionibus id, quod sanctissimum sæpe videbatur. Joh. 9. verebar omnia opera mea: consule hic Gregorium Mag. in exposit. moral.

§.9 (7) Montes superbi sunt 1. Tumidi arrogantia. Luc. 18. confidebant in sese. 2. Elati & in altum se tollentes lingua. Exod. 3. Quis est Dominus? 3. Terreni & rebus terrenis atque curis compacti; Philipp. 3. Terrena sapiunt. 4. Generant nubes mille vanitatum, quibus se superbi implicant, Eccles. 1, 2. Sirac. 10. v. 9. 5. Hi montes humiliandi sunt, ut cogitent, ipsa se vanitate vaniores esse. Psalm. 103. homo sicut flos, &c.

(8) Tyrannis non minus nomen montium competit: Sunt namque (α) Elati per superbiam: (β) turgidi verborum ampullis: Dan. 4. Hæc est Babylon. Montes ejusmodi Sodomitæ, Genes. 19. Pharao, Exod. 2,5. Nebucadnezar, d. l. Danielis: Sennacherib, 2. Reg. 18. Herodes, Actor. 12. (γ) Hi sunt montes prædæ, Ps. 76,5. h. e. prædas rapientes, ecclesiam spoliantes. (δ) Hi sunt montes caliginosi, quod suas vanitates non noscant, in peccatis ambulent, Johan. 12. nec sciant, quo vadant, & eos, qui sperant in hos montes, in caligine desperationis & frustrati auxilii relinquant. Psalm. 146. nolite confidere, &c. Jerem. 15. ne offendant pedes vestri in monte caliginoso.

§.10 (9) Ambulant pii in valle tenebrarum, Ps. 23. & lachrymarum, Psalm. 84. Eosdem Deus aliquando cum Abrahamo ducit in montem crucis, montem Morija, ut discant suscipere crucem, Matth.16,24. c.10,38. & se totos suosque Deo dedere & sacrificare, Genes. 22. sic dejicit nos Deus de monte persuasæ felicitatis, de quo David Psalm. 30, 8.

(10) Est & mons devotionis, in quem crebro ascendere debemus cum Christo: est mons idololatriæ, quem fugere debemus, ne eum perdamus, qui montes fecit, Jer. 3,6.

§.11 (11) Sunt & Sancti montes 1. virtutum altitudine. 2. fidei fulgore, Hebr. 11, 3. patientiæ duritie & stabilitate; nec tamen invocandi vel adorandi. Luculentum hac de re est Augustini judicium in Psalm. 120. (ut numerat Augustinus) Montes, inquit, possunt intelligi homines magni, homines clari: & quis major est Johanne baptista? qualis ille mons erat, de quo Dominus dicit: In natis mulierum nemo exsurrexit major Johanne baptista. Vides certe istum magnum lucentem: audi confitentem: quid confitentem? nos omnes, inquit, de plenitudine ejus accepimus; de cujus ergo plenitudine acceperunt montes, ab illo est tibi auxilium; *Non a Montibus*, in quos tamen nisi levaveris oculos per scripturas, non admoveberis, ut ab eo illumineris. Hæc Augustinus. 4. Illuminati a Christo sole justitiæ, Luc. 1. Augustinus huc illud applicat Psal. 36. in lumine tuo videbimus lumen. 5. Fructificantes in toto orbe: in eo enim prædicarunt, Col.1,23. & Evangelium disseminarunt.

§.12 *Ecquid? in montes fugere?*

Matth. 24. Fugiant in montes, qui in Judæa sunt, ait Christus. 1. Suadet fugam & securitatis studium captandæ omni modo; solebant enim Judæi in montanis quærere latibula, ut supra diximus. 2. Moraliter fugimus in montem Sinai, peccata nostra agnoscendo, & dolendo propter eadem. In montem Sion vero fugimus, in Christum credendo, & omnem salutis spem in ejus vulneribus quæ-

quærendo, & exspectando Salvatorem de cœlis, Philipp. 3. Luc. 21. Vestra redemtio appropinquat.

Montes 4. in Jerusalem.

§. 13 Joseph. lib. 6. c. 6. de bello Judaico. 1. Sion, altissimus mons, in quo arx & civitas David, Tacit. libro 1. Annal. 2. Acra, in quo pars inferior urbis sita fuit, aliàs filia Zion nuncupatus, in quo arcem exstruxit Antiochus. 3. Morija, in hoc templum exstructum, Joseph. lib. 14. c. 15. Antiquitat. hoc in loco Isaacum immolavit Abraham, Genes. 22. 4. Besetha: in hoc suburbium & palatia regis Herodis. Golgatha vero fuit pars excelsi montis Gihon, versus occidentem sita, locus suppliciis maleficorum destinatus, Hieronym. super Matt. Vox Syriaca est a גלגלתא Pagnin. in Lexic. Matth. 27. v. 33. Marc. 15. vers. 22. Joh. 19, 17. In hoc loco Josua noster cœlestis verum nostrum opprobrium abstulit & chirographum delevit, Col. 2. Jos. 5. se circumcidi flagellis, se occidi vulneribus voluit, ut nos viveremus. Gratia sit tibi Domine Jesu! vita mea, lux mea!

Oliveti mons: in quo tria mirabilia, si credimus vulgatæ notationi.

1. Vestigia pedum Christi huic monti impressa sunt, Sulpit. Sever. Paulin. Hieronymus.

2. Locus ille Christi adscendentis pavimento non potuit insterni.

3. Tectum non potuit concamerari in æde ibidem ædificata.

4. Typus dulcis Ecclesiæ. Ille enim mons Oliveti gavisus lumine solari interdiu, vesperi luminaribus templi illuminatus, oleum dedit materiam luminis. Sic Ecclesia gaudet luce Christo Sole, Lumine verbi, dat oleum consolationis.

Mons Libanus in Syria, distans Solymis 26. miliaribus, ab albedine nivium ita dictus; ad frontem urbis Sidon vocatur Antilibanus, qua vero Damascum attingit, Libanus vocatur: vid. Bunting. itinerar. Mons olivarum extra Jerusalem, Actor. 1. vers. 12. vid. tit. Oleum. Mons Ebal, in qua maledictiones DEI promulgatæ sunt, Deut. 27, 13. Jos. 8. v. 32. ad legem Mosis, abstracte & in se consideratam, comparari potest; nam & legis summa est: Maledictus, qui non permanet in omnibus, quæ scripta sunt in verbis legis hujus, Gal. 3. Interpretes LXX. emphatice: *Maledictus OMNIS:* ne quis se eximeret sanctulus, nisi demonstret, se mansisse in omnibus. Mons Grisim, Deuter. 27. v. 12. Jos. 8, 33. Evangelium, quod benedictionem complectitur & in Christo ostendit, Gal. 3, 13. Mons Æneus, Zach. 6, 1. intelligit hîc Oecolamp. Piscator, F. Junius, & Tremel. quas juxta varias calamitates Judæi perpessuri erant sub Babyloniis, Medis, Persis, Alexandro, Romanis; nos ecclesiæ stabilitatem ac defensionem cœlestem: vid. nostrum Osiandr. hic.

In montibus mortui

§. 14 Tres præcipue viri: 1. Aaron in monte Hor, Num. 33. 2. Moses in cacumine montis Pisga, Deut. 34, 5. 3. JESUS CHRISTUS pro peccatis nostris in monte Golgata vel Calvaria, Matth. 27, 34.

MORBUS.

§. 1 Quid? definire proprium est medicorum: Morbus est defectus vel excessus in corporibus compositis. Morbum, quod ad mortem ducat, dictum putat Peroltus. Scalig. exercit. 307. n. 32. Morbus est via ad mortem, est namque μοῖρα τȣ̃ βίȣ fatum vitæ. Cæterum, morbi sunt flagella DEI, Marc. 5. v. 29. quibus suos castigat, ac de peccato monet: plagæ vers. 34. μάστιξ vero est flagellum, scutica, qua indomitos equos verberamus: sic Deus morbis nos ut equos indomitos Psal. 32, 10. castigat. Nolumus tamen hic ita accipi, ac si morbi forent pœnæ semper ab irato DEO immissæ; sunt enim aliquando etiam castigationes, non pœnæ proprie dictæ: sunt paternæ visitationes, sunt commonitoria Dei, quibus monet, ex hoc corporis carcere animæ emigrandum vel tandem esse: corpus est carcer, captiva est anima, morbi sunt claves, quibus machina corporis reseratur, & animæ exitus præparatur.

Morbidorum tria genera.

§. 2 1. Quidam in fide infirmi sunt & in conscientia, ut Christiani idolothytis offensi, Act. 15, 29. 1. Cor. 8, 7. Apoc. 2, 20. 2. Quidam in operibus & conversatione, ut iracundi velociter, quibus facile ira obrepit, eosque supplantat invitos. 3. Quidam in corpore, iique mirabiles: varios namque homines patiuntur morbos, quales sunt morbi chronici & alii inusitati, ut morbus Anglicus, qui ad ann. Chr. 1529. Germaniam primùm invasit. Sleidan. lib. 6. Vide de morbis diversis Joh. Ravis. col. 487. 488. officior.

Causa

§. 3 I. *Procreans* morborum est peccatum: Originale, ex quo omnis culpa, pœna omnis: Actuale, Sir. 31, 27. & 22. c. 38, 15. Joh. 5, 15. sic Mirjam, Num. 12. Osias, Gehasi lepra a Deo percussi, Exod. 15, 16, si obedieris &c. contra si non audiamus vocem Domini, morbos idem immittit, Lev. 26, 16. & 14. Deut. 7, 12. 15. c. 28, 27. conf. 2. Chron. 21, 18 15. vide Basil. interrog. 55. in Regul. brevioribus. Chrysost. hom. 37. in Joh. Hadrianus rex sub mortem dixit: Turba medicorum interfecit regem, Baron. ad An. Chr. 140. f. 104. n. 50. Nos dicamus: Peccatum nos interficit, non medicus. Etiam Gentiles morbos olim iræ Deorum acceptos ferebant, nec curare norant morbos, si Celso credimus in proœmio libri 1. apud Laurent. Joubertum libro de Gymnas. Antiquor. Physicæ causæ multæ: 1. Diætæ intemperantia. Diogenes corpora, quæ multum cibi habebant, multos quoque morbos habere dixit. 2. Aër venenatus & impurus, a nobis attractus. 3. Excessus caloris & siccitatis. 4. Elementorum excessus. 5. Vitia adolescentiæ, quæ morbis virilis & senilis ætatis materiam collegerunt: Natta de sepulchro libro quinto. 6. Asclepiades manantia corpora, eaque per invisibilia foramina subsistentia iter claudere, & efficere morbos docuit, vid. Franciscum Picum

 Mirandul.

Mirandul. in Examin. Vanitatis doctrinæ Gentium. Platon. in Timæo de causis morborum.

II. *Removens* Deus, qui est Medicus noster, Exod. 15, 26. cap. 23, 26. Deut. 7, 15. Sir. 38, 15. Prudentia humana avertendorum morborum & pestis, Zwing. Theat. 27. b. §. Vestit. Magia ad tempus tollere potest, sed non constanter; sic Hadriano usu venit, Baron. tom. 2. folio 101. num. 45.

§. 4 1. Molestias secum trahunt, vigilias, solicitudinem, fastidium cibi & potus, Psalm. 107, 18. 2. Animam affligunt; sunt enim instar hospitis alieni, qui negocium & molestiam efficit in diversorio. Egregie Seneca Epist. 78. Tria (inquit) hæc in omni morbo gravia sunt: metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum &c. 3. Ad CHRISTUM ire compellunt: Bellicius morbo castigatus credendo venit ad CHRISTUM, Ambros. Epistol. 9. tom. 3. 4. Humilitatem docent: monent enim nos homines esse; sic Antigonus convalescens, Bene, inquit, nobiscum actum est. 5. Corpus perturbant: sic interrogatus Socrates, quid morbus esset? dixit: Corporis perturbatio. Crisis morborum non cœlo, sed materiæ imputari debet, Pic. Mirandula l. 3. c. 16. Astrolog.

§. 5 *Utilitas morborum.*

(α) Gloriæ DEI illustratio, Johann. 9. v. 3. quæ elucet in liberatione: (β) Fidei nostræ probatio; morbi sunt ignis terrefaciens nos, ut simus instar lucernæ papyro circumdatæ, Basil. Magn. Epistol. 8. (γ) Peccati refricatio, Johann. 5. noli peccare amplius &c. vid. Job. Hiskiam, Esa. 38. Tobiam. (δ) Cognitionis DEI ampliatio, cum DEI virtutem ex morbo curato cognoscimus: (ε) Virtutum plurimarum excitatio & exercitatio: (ζ) Felicitatis humanæ & vanitatis ostensio: (η) Æternitatis meditatio.

§. 6 *Adjuncta.*

Molestiarum copia: metus mortis: dolor corporis: mentis tentatio: rejectio & privatio omnis delectationis: solicitudo noctis. Tempus diuturnum, Matth. 8. Luc. 13. vers. 11. Johann. 5. vers. 5. Actorum 9. vers. 33. capit. 14. vers. 8. vide Lydwinæ & Coletæ virginum exempla, si vis, diuturnis morbis afflictarum, apud Drexel. Tractat. 2. §. 49. Claram 28. annis ægrotam fuisse, idem memorat §. 47. dict. l.

§. 7 *Consequentia:*

(1) Querulari de molestiis morbi, diuturnitate, obliviis Dei: (2) disputare & objicere, vid. Drex. tract. 2. p. 147. (3) Curis variis exagitari: (4) cogitationibus turbulentis distrahi, vid. Esa. 38. exemplum Hiskiæ: (5) impatientia flagellari; hæc tanta fuit in Hadriano Cæsare, ut lecto affixus manus sibi violentas inferre tentaverit, Aurelius in Epitom. Baronii pag. 114.

§. 8 *Divisio morbi.*

I. *Spiritualis* in anima: Est triplex (α) debilitas ad operandum: (β) facilitas ad seducendum; facile enim seducimur ut oves errantes, Esa. 53. v. 3. (γ) Fragilitas ad resistendum, Bernhard. sermon. 8. super Cantic. vide Orig. in cap. 14. Matt. de morbis animi. Huc spectat cœcitas spiritualis: claudicatio spiritualis &c. Matt. 11. morbi spirituales in Ecclesia Christi per Spiritum Sanctum & ministerium indies curandi.

II. *Corporalis*, qui corpus ejusque membra varie affligit, vel ejusdem temperamentum turbat; suntque hi morbi varii a Medicis recensiti. Vulgares sunt: Odontalgia, Cardialgia, Otalgia, Febris: vid. J. Langii Polyanth. voce Febris. Dysenteria: Hydropicus morbus: Colica passio, vid. Paræum lib. 16. c. 59. Chirurgiæ.

III. *Per successionem* quoque nonnulli morbi ingenerantur, de quibus Plinius libro 1. Epist. 12. Richter Axiom. Oecon. 14. Melancholia: exempla mira apud Zwing. in Theat. fol. 18. a. Parens per melancholiam filios occidit, Zwinger. Theat. fol. 19. column. a. Curata per fluxum sanguinis, Zwinger. fol. 19. b. §. Novi.

Officia in morbis. §. 9

(1) Fides vera in Deum, ejusque auxilium, Sir. 38, 9. Ose. 5, 15. c. 6, 1. 2. Esa. 38. Fiducia in eo, non in Medicis, 2. Chron. 16, 12. non in Dæmone, non in veneficis, non in idolis: nam peccant, qui ad Diabolum aut alios confugiunt, ut 2. Reg. 1. Ahasias: aut vivum hominem in aquam projiciunt, his verbis: sis pro nobis redemtio, quod de Ethnicis memorat Suidas. Romani olim, peste sæviente, Hermaphroditum in Tyberim vivum conjiciebant, illius tollendæ ergo. Vanitas! mendacium! Pulchre docet de hoc officio Chrysost. hom. 3. in Epist. ad Thessal. Eunod. libro 8. Epist. 22. Exemplo Hiskiæ, Esa. 38. v. 5. Leprosi, Matth. 8. mulieris, Marc. 5. Ecclesiæ primitivæ, Jac. 5. Fides vincit mundum, 1. Johann. 5. vers. 1. sic morbum: Matth. 7. petite & accipietis: Jer. 33. mundabo eos ab iniquitate, scilicet credentes. Hanc fidem DEUS exigit, hæc fides auxilium impetrat, hanc laudat Christus, omni tempore gratam ratamque habuit. §. 10 (2) Patientia in morbis, sacrum illud ægrotorum armarium & spirituale solsequium; ut cogites, te peccatis tuis multo graviora supplicia promeritum esse: DEO te subdas, ejusque voluntati, nec medicum timeas. Vid. tit. Patientia. Gregor. Nazianzen. Epist. 58. de Philagrio: Salvianus Epist. ad Catturam Sororem. (3) Constantia in adversis, Job. 1. & divini sermonis, passionisque Christi in horto meditatio: optima sane remedia! Theagus dicere solebat, se morbo ita adstringi, ut Philosophiam deserere non potuerit, Æneas Gar. f. 16. 17. Nos in morbis Deum non deseramus.

§. 11 (4) Charitas, ne ægrotus quempiam de industria morbo contagioso inficiat. Levit. 13. lex de leprosis lata. Num. 12. Mirjam leprosa castris est jussa exesse. 2. Chron. 26. Usias templo. Luc. 17. decem leprosi steterunt a longe.

(5) Pœ-

(5) Pœnitentia de peccatis & correctio vitæ. Theodoricus episcopus Coloniens. interrogatus a Sigismundo Cæsare, quo pacto felicitatem consequi posset? respondit: Frustra inter mortales quæris, in cœlo est Cæsar: quomodo illuc veniendum? respondit episcopus: recta vita: quæ (dixit Cæsar) recta vita? respondit episcopus: si ita vixeris, prout promisisti vexatus a calculo vel alia ægritudine.

§. 12 (6) Gratiarum actio. Senior quidam filium accedens ægrotantem reperit, dixitque: Fili, ne propter corporis infirmitatem angaris, pro qua Christianum decet Deo gratias agere, Simon. Goubert. e vit. Patr. Sic Cyprian. gratias egit morti vicinus. Confer Drexel. tract. 2. §. 47. (7) Consolatio: vid. August. tom. 9. libr. duobus de visit. infirmorum (quanquam Augustini esse, meritò ambigat Erasmus) in quib. nonnulla ad hunc faciunt scopum: sub finem tituli nonnulla hic consarcinabimus.

§. 13 (8) Desiderium recuperandæ valetudinis, & animæ & corporis. Ludovic. XI. Galliæ Rex, monachis pro ipso eodem ægroto orantibus dixit: De sanitate corporis in præsens rogasse sufficit, de animo aliàs, ne divis nimium diu molesti simus, Zwing. in Theat. fol. 177. a. b. (9) Humiliatio. Matth. 8. leprosus coram Christo procidit. Centurio ibid. Domine, non sum dignus. 1. Pet. 5. humiliemus nos sub potenti manu Dei. Gen. 18. Domine, sum cinis & pulvis: cineris memoriam morbi nobis refricant. Psalm. 6. ægrotus David, anima & corpore, clamat: Domine ne arguas me in furore. Mich. 7. Iram Domini portabo. Jer. 10. corripe me Domine, &c. Matth. 26. non mea, sed tua fiat voluntas. Alexander M. sagitta ictus, dixit: Sanguis est mortalis, homo sum, non Jovis filius. Cogites tu iracunde, te bilem esse: Tu superbe, te cinerem esse: tu voluptuose, te lutum esse, quoties tibi morbos immittit Dominus.

§. 14 (10) Honor Medicorum & medicinæ usus, Sirac. 38, 4. 10. 11. vid. Medicus & Medicina. (11) Promptitudo ad mortem, si eum imperet Dominus. Luc. 2. Domine, nunc demittis servum tuum in pace. De Cyro refert Xenophon lib. 8. de pædia Cyri, illum visum fuisse virum omni humana specie augustiorem, qui ita dixerit: Vasa colligito, o Cyre, statim enim ad Deos migrabis. Nos multò rectius dixerimus, & tutissime abierimus ad Deum nostrum, dicentes: sive vivimus, sive morimur, Domini sumus, Rom. 14, 8.

§. 15 *Officia erga ægrotos:*

(1) Consolari eos. (2) Invisere, Gen. 48, 1. 2. Reg. 8, 29. c. 13, 14. Job. 2, 11. Psal. 41, 4. Sir. 7, 3. Matt. 25, 37. 40. Joh. 11, 3. (3) omnibus eos modis juvare.

Unctio quî olim adhibita? Jac. 5. v. 14. 15. Marc. 6, 13. Oleum fuit symbolicum & ad tempus saltem assumtum medium restituendæ sanitatis, non Sacramentale Symbolum. 2. Certe Heracleonitas mortuos olim oleo, balsamo, aqua unxisse, testis est Epiphanius, hæres. 36. Augustinus c. 16. de hæresib. Irenæus libro primo capite 18. & hac ratione ab æterna eos morte redimi putabant. Idem & fecisse & docuisse commemorantur Valentiniani. 3. Olim ab Apostolis fiebat unctio illa in confirmationem doctrinæ Evangelicæ, vide Georgium Cassandrum folio 288. §. Nos aliud oleum &c. Hac unctione non opus est hodie, firmata satis fide omnium fidelium consensu.

Fontes consolationum in morbis. §. 16

Quinque sunt: 1. ex parte DEI. 2. Christi Salvatoris nostri. 3. Nostri. 4. Aliorum. 5. Morborum ipsorum.

I. *Ex parte DEI*, fit solatio 1. Deum morbos immittere: vid. supra tit. Causa Efficiens. 2. His nos castigare. 3. Probare fidem, spem & patientiam, exemplo Jobi. 4. Misereri nostrî in morbis & gratiam suppeditare singulis mane. 5. Moderari eosdem, ad proportionem virium nostrarum, 1. Cor. 10, 13. suam gloriam, v. 11. & nostram salutem. 6. Et medicamina e terra producere, Sir. 38. v. 3. 7. Liberare tandem, Sirac. 38. vers. 9. allevare, Jacob. 5. v. 14. Psal. 41.

II. *Christi*, qui (α) majores morbos, imo nostros omnes pertulit, Esa. 53. (β) nobis condolet, Heb. 4. v. 15. (γ) suæ nos imagini conformat, Rom. 8, 29.

§. 17 III. *Nostri*: cogitare namque debemus 1. Peccatorum nostrorum gravitatem, quæ multo plures pœnas sunt promerita, 2. Chron. 21. v. 15. Morbus Joramo ob peccata immissus est. Johan. 5, 14. noli amplius peccare. 1. Cor. 11. corripimur a Domino. 2. Vitæ nostræ calamitatem: per hanc enim ingredi nos oportet in cœlum, Luc. 24. 2. Timot. 3. 3. Vitæ æternæ, quam exspectamus, compensationem: Rom. 8. non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam; atqui & morbi sunt passiones.

IV. *Aliorum*; consideremus igitur (α) Exempla eorum, qui multo plura sunt passi, quam nos, ut David, Job: quidam enim per 18. annos æger fuit, ut mulier illa Luc. 8. per totam vitam pauper fuit Lazarus, ulcerosus, Luc. 16. claudus ille ab utero, Actorum 3. cap. 14. octo annis paralyticus fuit Æneas, Actorum 9. vers. 33. vid. Cyprian. lib. de patientia: (β) sic infirmi Corinthii: (γ) solentur quoque aliorum preces & condolentia, & morborum communitas.

§. 18 V. *Morborum*: hi enim sunt (1) Medicina animæ; corpori etsi non sunt grata pharmaca, sunt tamen utilia: sic morbi sunt animarum pharmaca. (2) Monent nos (sunt commonitoria) (α) de peccatis nostris, Ps. 38. (β) de pœnitentia agenda, Es. 38. (γ) de crucifigenda carne, quam per morbos Deus crucifigit, si tu non vis crucifigere. (δ) de τῇ συμπαθείᾳ erga proximum exercenda, (ε) de spirituali acedia & negligentia; si nos ipsos judicaremus, non judicaremur a Domino. (ζ) de corporis nostri fragili structura, 2 Cor. 5. videmur nobis belle valere, sed Domino,

2. Cor. 5. abscondente faciem, mox concidit, floris instar, optima corporis habitudo, Psal. 39. ita Hieronymus in epitaphio S. Paulæ de hac narrat, quod in morbis dixerit: Habemus thesaurum nostrum in vasis fictilibus.

§. 19 (3) Multa commoda præstant: docent enim morbi 1. dolorum infernalium meditationem; si enim peccata ejusmodi visitat flagellis, quid fiet in inferno? 2. Patientiæ instillationem, ut morbi nos ad multa alia indurent perferenda mala, & callum nobis obducant, Cyprian. serm. 3. Ad varia carnis incommoda patientia necessaria, Job. 2. si bona suscepimus de manu &c. 3. Ingratitudinem, qua fit, ut non agnoscamus, quantum sit bonum sanitas: 4. Tribulationis brevitatem; ut enim vita ipsa brevis est: sic quoque morborum duratio brevis est; patere hic potius temporaliter, ne patiaris æternum. 5. Nostram charitatem, ut ea in passionibus morborum quoque elucescat. 6. Nostri a rebus mundanis, honoribus, divitiis abstractionem; ut piscator hamo pisces in ripam extrahit: sic DEUS nobis injicit hamum morborum, ut e limo peccatorum nos extractos ad se rapiat; quæ omnia firmitate animi vincimus. Cyprian. Epist. ad Demetrian. Frigidum sane solatium Senecæ, ægroto cuidam propositum: Non (ait) potest illud toto seculo fieri: aut ego febrim relinquam, aut ipsa me; semper una esse non possumus: aut vincetur, aut vincet. Ita Seneca. At mens Christiana ita: Non (affatur se) potest illud diu durare, levis morbus, momentaneus dolor ad pondus futuræ gloriæ, dolor parvus ad infinita gaudia. Vincetur fide morbus, non me vincet, beata mors de morbo triumphabit, semper ego cum Christo meo ero, sive vivam, sive moriar. Suggere hoc nobis, pie Christe, solatium, sive valeamus, sive ægrotemus, ut in te & per te semper valeamus, æternum vivamus.

§. 20 Depelluntur morbi 1. Oratione, Sir. 38. 2. Vitæ correctione & pœnitentia, Sirac. 38. 3. Accedat quoque nova obedientia, ut membra nostra arma justitiæ præbeamus. Vid. Romanor. 6.

Genera varia morborum sunt, eaque multiplicia: vid. Textorem p. 647. offic.

MORES.

Mores varii populorum, de his consulendus Didac. Apolepht. part. 1. p. 448. hor. historic. Nosque in his collectaneis varia passim annotavimus.

MOSES.

§. 1 Nomen Hebræum a משה extrahere, quod aquis extractus sit, Exod. 2, 10. Quanquam statuat Philo, Mosen dici a Mos, qua voce Ægyptii aquam appellent: cui subscribere videtur Aben Esra. Non fuit filius Josephi, contra Justinum Historicum.

§. 2 Accipitur 1. pro duce illo populi, a DEO electo, qui natus est Anno Mundi 2374. ante CHRISTUM natum 1576. ante initium Olympiadum 802. ante Romam conditam 825. Cornel. a Lapid. in c. 2. Exod. Omnium certe antiquissimus, vid. Mornæum c. 24. de veritate relig. Christianæ p. 405. seq. 2. Pro libris a Mose scriptis, Matt. 8, 4. Marc. 12, 19. 26. Luc. 2, 22. Actor. 15, 21. Fuit etiam Moses alius Cretensis Judæorum seductor, de quo Socrates lib. 7. c. 36. histor. Jud.

Pavit oves Ioceri, Exod. 18. quod ei futuri imperii Deuteron. 33. vers. 5. præludium fuit: pietatem 40. annos & patientiam exercuit, Philo.

§. 3 *Officium* duplex: 1. Principale, legem docere & urgere; id enim proprium est Mosis ministerium. 2. Accessorium (juxta nonnullos) docere Evangelium, de Christo scribere, Johan. 5. Moses scripsit de me. Idem præstolatus Deum in rupe, Exod. 33. vers. 22. in Novo Testamento venit Deus, Esa. 35. apparuit Salvator; expectamus eundem rediturum in nubibus, Actor. 1, 11.

In Mose baptisari, 1. Cor. 10. locus varie expositus. 1. Quidam ministerio Mosis acceptum referunt hoc baptisma, & ductui, D. Myl. in h. l. 2. Alii in Mosen, id est, cum Mose, una cum eo Israelitæ baptisati sunt, sic D. Heins. Exerc. sacris in h. l. *Ministerium* Mosis dicitur condemnationis; quo sensu explicatur Tit. de lege.

§. 4 *Facies resplendens*, 2. Cor. 3, 7. quam dum non ferrent Israelitæ, velamen Mosis faciei impositum est, Exod. 34. v. 34. 35. Quo sensu Tertullianus hanc gloriam incontemplabilem dixit, cap. 55. lib. de Resurr. carnis. Multis modis comparari potest cum CHRISTO: vid. Cornel. a Lapid. f. 21. in Pentateuch. Claritas illa orta est e diuturna cum æterna luce conversatione. Finis α. ut demonstraret summam DEI claritatem: β. ut suam legem confirmaret: γ. suam autoritatem corroboraret. Ea claritate abusi sunt Apostoli, quibus respondet Apostolus 2. Cor. 3. demonstrans Evangelio inesse majorem claritatem, atque hoc a Satana obscurari. Notatam fuisse 1. Judæorum cœcitatem & perfidiam, putat Theodoretus, Theophyl. 2. Summus divinæ justitiæ rigor & illa lux indigitata esse videtur, quam nemo sustinere potest, Roman. 8. Id quod impossibile erat legi &c. 3. Alii, non potuisse Judæos intueri finem legis, qui est Christus. Rom. 10. Finis legis est CHRISTUS ad justitiam omni credenti: atque horsum collimat Augustinus libro 2. cap. 7. cont. Adversf. legis & Prophet.

§. 5 *Nescius suæ claritatis* Moses, Exod. 34. vers. 29. docet α. summos viros, ut sint modesti, excellentibus licet donis a DEO instructi, non animis elati, Rom. 12, 5. 6. 1. Cor. 15, 9. β. in vita puri, non scandalosi: Matth. 5. luceat lux vestra: 1. Tim. 3.

§. 6 *Manus ejus graves*, Exod. 17. varie explicant Dd. 1. manus pii viri inconcussas, immobiles esse debere in bonis operibus, Philo. 2. legem nos nō posse salvare; fulciendam esse a Christo, Ambros.

Ambr. in Pſ. 43. §. Infirmum adhuc &c. 3. Tardas eſſe mentes noſtras, graves ad orandum aſsidue manus; inde toties expergeſimus ad inſtanter orandum, 1. Theſſ. 5. Luc. 18. Vid. Luth. noſtrum tom I. in hoc c. 17. Exod.

§. 7 *Quomodo accuſet?* 1. ratione aſſeſsionis: aſsidebit enim juſto judici. Johann. 5. Eſt, qui vos accuſet, Moſes. 2. trutinationis & exaggerationis: exigit enim a nobis illa ex toto corde, tota anima &c. 3. comparationis judicio: Moſes una cum reliquis ſanctis improbos judicabit, 1. Corint. 6, 1. 4. Judicio verò approbationis ſeipſum & reliquos ſanctos judicabit, in ſolo Chriſto expectantes juſtitiam, Actorum 13. v. 38.

Οἱ σύγχρονοι *Moſi:* Atlas Aſtrologus Moſi fuit coætaneus, Tremell. in Annalibus. Hic Atlas fuit avus Mercurii ſenioris, cujus nepos fuit Mercurius Triſmegiſtus, Euſeb. in Chronic. Auguſt. lib. 18. c. 8. de Civit. Dei. Cyrill. libr. 1. cont. Julian. Anno ſeptimo Moſis ajunt natum Prometheum & Epimetheum. Hæc Cyrill. plura ibid.

§. 8 *Velum* Moſis 2. Corint. 3. notat cœcitatem cordis Judæorum, de ea Cyrillus l. 3. cap. 34. in Johannem. Latet enim, ut Paulus ait, in corde eorum velum & cœcitas ex parte: ſed poſtquam mane factum eſt, oriente jam ſole vero, Evangelica doctrina fulgente, cum etiam ros, id eſt, rudis & pruinoſa mandatorum legis obſervatio jaceat atque deſinat, (finis enim legis & prophetarum CHRISTUS) tunc verum de cœlo deſcendit manna, tunc Evangelica doctrina rutilavit, non in Hebræorum congregatione atque ſynagoga, ſed per circuitum caſtrorum, in facie deſerti ac ſolitudinis, in omnibus videlicet gentibus, in eccleſia gentium: vid. luculent. tractat. D. Waltheri de velo Moſis. *In fiſcella ſcirpea* figura Chriſti fuit Moſes: Chriſtus natus in præſepio, Lucæ 2. ille furori Pharaonis; hic Herodis expoſitus. Ille fugit: & Chriſtus fugit.

§. 9 *Excellentiæ & dignitates* quædam Moſis: 1. ſingularis ejus conſervatio in fiſcella ſcirpea. 2. regia educatio: fuit enim a filia Pharaonis educatus, & inter Ægyptiorum theſauros verſatus. 3. Miraculorum in tota Ægypto patratio, ut & in deſerto, Act. 7. v. 22. 30. 4. Prudentisſima ſimul ac patientisſima totius populi gubernatio. Numer. 13. verſ. 14. exploratores mittit: inter tribus honorem diſtribuit. 5. Miraculoſa ſub nube peregrinatio, 1. Corint. 10. verſ. 6. Humilitatis & manſuetudinis ſectatio, Numer. 11. verſ. 8. 7. Virtutum aliarum æmulatio, Sir. 45. 8. Sepulturæ cohoneſtatio; ſiquidem a Deo ipſo ſepultus, nulli quod hominum contigit, Deuter. 34. verſ. 6. 9. Fidei in Moſe ſumma fructificatio, Heb. 11, 24. Act. 7. v. 22. 10. Omnis ſapientiæ divinæ & humanæ in Moſe abundantia, vid. Juſtin. Martyr. exhort. ad Gentes, ubi docet, omnem ſapientiam a Moſe. Cyrill. l. 1. contra Julian. qui Moſen priſcis, quos Gentes commemorant, heroibus antiquiorem eſſe oſtendit. Auguſtinus lib. 22. cap. 69. contra Fauſtum. Baſil. homil. 1. in Hexaëmer. Conſtantin. Magn. capit. 17. in orat. ſua apud Euſeb. 11. Intima cum DEO converſatio, Numer. 12, 7. Virtutes ejus egregie deſcribit Philo l. 1. de vita Moſis: Et pulchre inquit Nyſſenus de vita Moſis: Maluiſſe eum inglorium apud ſuos degere, quam fictam illam matrem profiteri. Utinam nos omnes pro ficta matre mundum habeamus, ei crucifixi, Galat. 6. v. 14. contemni cum Chriſto, eligamus eum, ut ab eo ſuo tempore exaltemur, 1. Pet. 5, 8.

§. 10 *Opponitur Chriſto*; 1. ratione legis, Johan. 1. v. 17. 2. condemnationis & accuſationis, Johan. 5. 3. miraculoſæ cibationis, Johan. 6. 4. Negatæ populi DEI in terram promiſſam introductionis, quam nec ipſe ingreſſus eſt, ſed in monte Nebo mortuus, Deuteron. 34. Chriſtus vero nos in terram veram introduxit, Hebr. 4. & e lacu eduxit, in quo aqua non erat, Zach. 9.

§. 11 *Defectus* 1. Erat minime eloquens; 2. deformis colore; 3. tardiloquus; 4. vox gracilis, tenuis; 5. balbus & blæſus. *Colloquium* Moſis Matth. 17. Vid. Alleg. 1. Promtuar. *Apparitio*, eam corporalem fuiſſe, pluribus rationibus confirmat D. Pelarg. in c. 17. Matth. numer. 4. quidquid in contrarium Gloſſa ordinaria ſenſerit ſuper c. 9. Lucæ. Eſt quoque alterius vitæ teſtis locupletisſimus Moſes, de quo D. Luther. tom. 4. Jenenſ. p. 369. prolixe agit.

§. 12 *Propheta*: Deut. 18, 15. 18. Eſt vaticinium de Chriſto, qui 1. vere eſt propheta & prophetarum omnium caput, e quo ſpiritus prophetiæ fluxit. 1. Pet. 1. v. 2. de gente Iſraël eſt Chriſtus. Rom. 9, 3. de fratribus. Matth. 12. Judæi Chriſti fratres. 4. ſuſcitabit: notatur inopinata Meſſiæ apparitio. Eſa. 11. prodibit e ſurculo Jeſſe. 5. Tibi, h. e. Judaico populo: huic enim primo datus erat Meſſias, Actor. 13, 46. Rom. 15. miniſter circumciſionis. 6. Similem tui: in quibusdam, non in omnibus. In quibusdam vero Moſes Chriſto ſimilis fuit: α. Ille legem tulit, Exod. 19, 20. cap. 24. hic explicuit & curavit: β. ille idola Hebræis abſtulit: hic in univerſo mundo idola & oracula abolevit: γ. ille legem: hic Evangelium miraculis confirmavit: δ. ille ſuis libertatem corporalem: hic ſpiritualem contulit. Johan. 8. ſi vos filius liberavit &c. ε. Iſte terram lacte & melle fluentem ſuis: hic vitam ſpiritualem & æternam ſuis dedit. ζ. Moſes eruditus in omni ſapientia: Chriſtus puer duodecennis diſputavit in æde ſumma. η. Ille quadraginta diebus jejunavit, Exod. 34. Hic totidem, Matth. 4. θ. Duodecim ille exploratores: hic duodecim Apoſtolos elegit. ι. Manna dedit Moſes, Johan. 6. Chriſtus populos cibavit in deſerto. κ. Arabici ſinus aquas Moſes: Chriſtus Galilæi maris undas calcavit, &c. Vide Euſebium libr. 3. demonſtr. Evangelicæ.

Moſis ſcripta accepit legitque Plato, teſte Juſtino orat. ad Græcos, Euſebio lib. Demonſtrat. Evang. Theodor. de curandis Græc. affectionibus. *Aſcenſio* Moſis: liber de ea Apocryphus eſt; teſte Athanaſ. in Synopſ.

§. 13 *Mortuus* vero non translatus, contra Hilar. can. 20. in Matth. Catharin. in Genes. 3. Hieronym. in Amos 9. Gregorius Nyssenus de vita Mos. sub. fin. Ambros. libro 1. cap. 2. de Cain & Abel. Allegorice vero loqui hos, censet Cornel. a Lapid. in cap. 34. Numer. *Sepultus* ab angelis, juxta sentent. Cornelii a Lapid. Encom. sacr. script. sect. 3. in monte Abarim. Idem repetit. in cap. 34. lit. A. Deuteron. Huc refert locum ex epistol. Judæ de altercatione Michaëlis, quem illustrat Oecumenius ibid. Sepulchrum Mosis occultum, ne corpus Mosis, ceu ducis præstantissimi, divinis honoribus afficeretur ab Israëlitis vel aliis, Theodoret. Procop. in Deuteron. Chrysostomus homil. 1. in Matth. neve corporis reliquias venerarentur homines; absconditas igitur DEUS voluit, prostare noluit. Huic affine est, quod Athanas. refert de S. Antonio, qui sepulchro minus noto, ne reliquiæ ipsius honorarentur, abscondi voluit. Quid ergo illi faciunt, qui sanctorum reliquias contra sanctorum, imo sanctissimi DEI voluntatem adorantes honorant? Mosen vero in sepulchro retinuisse splendorem & decorem vultus sui (ut Bellarminus lib. 2. cap. 4. de Reliquiis sanct. putat) facile dicitur, difficile probatur; cum universalis sit sententia Domini: Pulvis es & in pulverem reverteris, a qua ne se quidem excipit Moses, Psalm. 90.

MORS.

§. 1 Vere esse mortem, confirmant tot 1. Scripturæ dicta. 2. mortuorum Exempla. 3. Quotidiana mortalitatis vestigia. 4. Historiæ. Alexander Magnus divino afficiebatur cultu a Ducibus; ille vero vulneratus: videtisne, inquit, an hæc immortalitatis signa sunt, sanguis est? Ita cum homines quotidie moriantur, tamen se morituros esse vix sibi persuadent. Nos non amplius mori, docuit Fr. Puccius apud Calvin. in opusc. folio 637. num. 50.

Mors prima est naturalis solutio animæ & corporis, Apocal. 20. v. 14. *Peccati*, quoad (1) Vim ejus, & dicitur mortificatio, Rom. 6. v. 2. 8. (2) quod Legem Roman. 7, 4. Galat. 2, 16. 19. cum conscientia pacata est. Vid. Chrysostom. homil. 5. in Epist. ad Galat. *mundi*, qua hic nobis est moriendum. Active, cum pii despiciunt mundum; passive, dum pii a mundo despiciuntur. Et homo sibi debet mori. Vid. Mortificatio.

Mors à DEO præfigurata.

Deus Protoplastis vestes fecit ex pellibus, ut mortis indicium ob oculos poneret. Genes. 3. E mortuis enim ovibus vestimenta dedit pelles. Altare de terra sibi Deus fieri voluit, in quo holocausta offerrentur, Exod. 20, 14. Naëman terræ Israël aliquot onera in Syriam adduxit, ne imposterum idola adoraret, sed Deo serviret. Qui Deo servire vult nec idola mundi adorare, is mortis cineres præ se semper ferat. Huc spectant ossium collisio, spectra, aves mortuæ decidentes.

Signa impendentis mortis.

Mortis naturalis tria signa. I. Carentia operationum, potentiis in homine exstinctis.

II. Carentia sensus: mortuus namque non sentit, cum pulsatur, concutitur.

III. Rigor: non enim flectitur post excessum animæ. Hæc ad mortuos spiritualiter applica: Bonum non operantur. Monitis non moventur. Corda indurantur. Inflexibiles sunt, aures obturantes, stupidi, rigidi &c.

Multiplex significatio vocis mortis.

1. *Spiritualis est: animæ in peccato.* Ephes. 2. mortui in peccatis. 2. *Spiritualis est peccato:* in casu tertio, cum morimur peccato, illudque in nobis regnare non permittimus, Rom. 6, 12. sed appetitum ejus frenamus, Genes. 4. vers. 8. 3. *Naturalis*, Rom. 5. per unum hominem peccatum intravit in mundum. Apocal. 20. v. 14. 4. *Pœnalis:* quæ est æterna damnatio & mors secunda, Apocal. 20, 14. Esa. 65, 20. Job. 8, 20. in qua summus dolor. V. Infernus. Rom. 6, 11. Huc Christi *mors*, qua pro peccatis nostris satisfecit, Roman. 6, 11. Sola satisfactoria, meritoria. 5. *Omnis generis supplicia.* Exod. 10, 17. tolle a me mortem hanc. 6. *Res mortifera.* 2. Regum 4, 40. mors in olla. 7. *Mors Analogica eorum*, qui subito in cœlum sunt translati: v. g. Enoch, Elias, & quos dies extremus apprehendet vivos, 1. Corint. 15. v. 51. 2. Cor. 8, 3. 4. 1. Thess. 4, 15. 16. 8. *Supplicium mortis.* Act. 13, 28. nullam causam mortis invenerunt. cap. 23, 29. nihil dignum morte. 9. *Condemnatio ex ira Dei.* 1. Johan. 3, 15. Manet in morte. Rom. 1. v. 32. digni sunt morte.

Mortis nomina varia. §. 2

Dicitur *via* omnis terræ, h. e. hominum in terra viventium, 1. Regum 2, 2. (1) Calcata, calcanda ab omnibus, Psalm. 89, 49. (2) Latissima. (3) extra fidem in Christum tristissima, 1. Thessal. 4. vers. 13. *Finis omnium* hominum, Eccles. 7. vers. 2. *Rex terrorum.* Job. 18. v. 14. omnes terrens. Omnium conatuum, laborum, dolorum, curarum *Stipendium*, Rom. 6. v. 6. Prompt. alleg. titul. de morte. *Hostis*, 1. Corint. 15. vers. 26. 1. *Ultimus* ordine, impetu, qui Christi morte frangitur. 2. Insidians omnibus, Roman. 5. v. 12. Infantibus, juvenibus, senibus. 3. ubique insidians: terra, mari, domi, foris. 4. Propinquus & instans hostis, ut olim de Saule dixit David 1. Sam. 20, v. 3. Sic nos de morte: inter hanc & nos vix est passus unius spatium.

Analysis & dissolutio. Philipp. 1, 23. ἀναλῦσαι: sive a navigantibus sumpta sit metaphora, sive ab hospitantibus, ex hospitio tandem recedentibus: Chrysostom. μεθίστασθαι transferri: sive de solutione animi a corpore, cui illa alligata est. Quo vinculo soluto, anima ad CHRISTUM demum migrat. Congruum hoc Paulo est, qui hoc desiderium suum alibi ita explicat, 2. Corint. 5. vers. 4. Huc illud Cypriani, jamjam

jam morituri: *Gratias* (dicentis) tibi Domine, quod me liberabis de vinculis corporis hujus: certe per mortem solvuntur vincula. 1. Peccati venialis, mortalis. 2. Miseriæ ærumnarum, morborum. 3. Tentationum mundi, carnis, Satanæ.

Mors quid?

Privatio vitæ, orta ex dissolutione animæ & corporis.

§. 3 *Causa mortis.*

DEI justitia vindicans peccatum. Genes. 2. quocunque die comederis. Num. 27, 3. mortuus in suo peccato. Psal. 90. posuisti iniquitates: quia sumus ad mortem ut carcerem damnati, Deuter. 2, 14. 15. applica ad communem hominum statum. A *Simili* Regis, qui prævaricatores ad carcerem damnasset. Gen. 2. *morieris.* Sapient. 2. v. 19. *invidia* Diaboli mors. Genes. 3. *Nequaquam moriemini*, ait serpens. Rom. 5. per unum hominem. c. 6. stipendium peccati mors est. Conf. Sapient. 1, 13. 16. c. 2, 24. 1. Reg. 16, 18. Simri se combussit ob peccata Jerobeam & sua: sic ob nostra peccata & Adami delicta morti subjecti sumus, Sir. 11, 14. 1. Cor. 15. *per hominem mors*, i. e. Adamum. Rom. 5, 21. regnavit peccatum in *morte*. 1. Cor. 15. Aculeus mortis peccatum. Vid. in Prompt. Allegor. tit. *Mors.* Ezech. 18. *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* Ps. 39. cum castigas hominem ob peccata. Ob eadem morimur homines præmatura morte: v. g. Aaron & Moses, Num. 27. Deut. 34. Saul, 1. Chron. 30. Filius Davidis, 2. Sam. 12. Homo vero mortem sibi non consciscat ut. 1. Regum 16, 18. 1. Sam. 31. 2. Sam. 4, 6. Matth. 27.

Destruens est Jesus Christus Dei Filius. Hic enim solus mortem abolet, Esa. 25, 8. Ose. 13, 14. 1. Corint. 15, 26. Apocal. 21, 14. & vitam reducit, 2. Tim. 1, 9. In ipso vita est, Johan. 5. imo ipsius vita est, quantus quantus est. 1. Joh. 3. In hoc apparuit Filius Dei, ut destruat opera diaboli: quæ vero opera illa? *Homicidium & mendacium*, Joh. 8. Non tollit mortem aqua stillatitia, vel essentia quinta *Cardani*: nec fons Bonicæ Insulæ, qui senes ad juventutem revocare scribitur. Fromond. Libert. pagin. 298 Meteorolog. Unicus vitæ fons JESUS e morte in vitam revocat, Johan. 5. cap. 11. ut dictum. De cætero: Mortem non fecit Deus, Sapient. 1. sed hominem primum ad vitam creavit, Gen. 1. v. 2. Sapient. 2. nec homini est connaturalis, *spectato in statu innocentiæ.* Contra Socinianos, quorum argutiis a Nostris responsum solidissime. Confer Paræum in 2. Genes. *Verba:* morte morieris. Imperium mortis habuit Diabolus, Hebr. 2. v. 14. non ut Dominus, sed ut minister & vindex divinæ justitiæ; in Græco τὸ κράτος ἔχοντα, qui potentiam mortis habebat; qui urgebat ad mortem (qui primus mortem invexerat) vi legis violatæ & jure divinæ justitiæ, ut diximus; qui tortor erat, Matth. 5, 25. c. 18, 34.

Subjectum mortis.

§. 4 Omnis homo. Johan. 3, 6. Juvenes mortem habent a tergo; Senes ante oculos, Rom. 5. vers. 12. In Ægypti omnibus ædibus mors erat: Sic in mundo visitatio communis. Numer. 16 vers. 29. Omnis homo, sive senex, sive dives, sive pauper. Vasa fictilia sive vetera, sive nova æqualiter periculo fractionis obnoxia: Ita & homines. Si ex figulo quæreres, quodnam vasorum prius frangendum esset, responderet, quod prius in terram cecidert: Sic etiam homines, non qua antiqui, sed qua mortis periodus eos in terram traxerit, moriuntur. Periodus a Deo statuta Job 14. v. 5. Psal. 139, 16. Sunt velut flores & umbræ: Flores ob fugacitatem; umbræ ob voluptatum vanitatem, remorandi illas difficultatem & impossibilitatem.

Mors Nain quoque ingreditur, hoc est 1. Omnes *Status*, qui sunt spiritualis Nain Dei, (Nain significat pulchrum, jucundum.) 2. *Mundum*, qui est Dei Nain, Roman. 5, 12. Pulchra Dei civitas, deformata a morte. 3. *Hortos*, in quos fugiunt manus Domini homines. Amos. 9. etiam in Carmel, &c. & omnibus contra vim mortis non est medicamen in hortis. 4. *Palatia.* Jer. 9, 21. mors per fenestras: divitum ædes palatia, mortis æque ac pauperum tabernæ hospitia. Maximinus Imperator credere noluit se mortalem esse: O ineptam persuasionem! Zwingerus folio 29. b. Theatri. O stultum divitum votum! Psalm. 49. v. 12. 13. *Etiam pii & credentes* in Christum morti sunt subjecti.

I. *Ob reliquias peccati.* Rom. 5. omnes peccavimus. Roman. 7. miser homo, quis me liberabit? Huc illud Apostoli Heb. 7. & 10. ubi docet, omnes Vet. Test. Sacerdotes tandem ob peccata sua mortuos esse: At N. T. Sacerdos est mortuus non propter sua, sed nostra peccata.

II. *Ob depravationem naturæ nostræ.* Caro & sanguis non hæreditabit regnum Dei, 1. Corint. 15. Exuatur prius oportet, 2. Cor. 5.

III. *Ob nostram cum Christo conformitatem.* 2. Timot. 2. v. 11. si commortui fuerimus, etiam conregnabimus.

IV. *Ob hujus futuræ vitæ distinctionem*, quæ morte fit quæ absorbetur in victoriam, 1. Corint. 15. 54.

V. *Ob iram Dei agnoscendam*, Psalm. 90. 8.

VI. *Ob peccati fœditatem.*

VII. *Ob veritatem Dei*, quæ in resurrectione mortuorum nascitur.

In loco impuro mori est pœna, Amos. 7, 17. in loco omni est mors, Senec. Ep. 26. post med.

Consequentia mortem.

Carcere mundi egredimur, Liberamur, non ad tempus, sed perpetuo. Jon. 4, 6. cucurbita Jonam ad tempus liberabat: verum post mortem perpetuo liberati sumus. Esa. 35. *Ponimur* ad Horizontem mundi futuri. Gerson in testamento Peregrini. *Renascimur* ad perpetuam lætitiam: qui hac in vita nati eramus ad miseriam, Job. 14. v. 1. Hinc Ecclesiast. 7. v. 2. Melior dies mortis esse dicitur, quam nativitatis. Epaminondas diem mortis suæ, vitæ melioris initium esse, perhibebat.

Mori-

§. 5 *Morituri officium.*

Teſtamentum pium condere, ut Tob. 4, 2. 3. 4. *Pia vota concipere pro ſuis.* Sic fecit Jacob, Moſes, David & alii. Antoninus Philoſophus interrogatus, cui Filium commendaret? dixit: vobis ſi dignus fuerit, & diis immortalibus. Fulgentius morti vicinus clamabat: *Domine da mihi modo patientiam & poſtea indulgentiam.* *Chriſtum* lapidem ſuo capiti *ſupponere*, Gen. 28. v. 11. Chriſtum *intueri*, ſi eos terror mortis afficiat, Apoc. 1. *Orare Deum*, ne ſinat nos ſpectris terreri. V. Richter. p. 12. Axiom. Oecon. Chriſtus in ore habet gladium verbi, durante præſente vita; altera orta, in manu gerit gladium vindicem juſtitiæ: ideoque oris gladius non aſpernandus eſt, ſed in hac vita Chriſtus audiendus, in eo moriendum. Alex. M. ad auctorationem facis, deditionem poſcebat urbis: ita Deus facem mortis mittit, colonos migrare jubet. *Obedientiam meditari*, quam olim præſtitit Iſaac Geneſ. 22. te totum dedas Deo tuo. Lectus ſit tibi pro ara. Ignis tentatio. Gladius imminens Satanæ machinatio: ſed non feriet te gladius iſte, agni ſanguine tinctus, Apoc. 12. *Orare cum illis.* Sic Chriſtus, Joh. 17. Stephanus, Act. 7. Jacob, Gen. 49, 18. *Conſolari eoſdem* fide in Chriſtum, ſpe reſurrectionis. V. Solatia morti opponenda, Drexel. 2. Tract. §. 29. & §. 3. *Aliorum pro nobis preces implorare.* Sic Matt. 9. Jac. 5. *Ad Chriſtum confugere* unicam ſalutis anchoram. Humiliare nos & agnoſcere divinam juſtitiam. Gerſon part. 2. oper. f. 37. lit. m. *Compareo coram curia miſericordiæ tuæ, cui me ſubmitto: dicit Teſtamentum Peregrini. Gratias agere* DEO pro omnibus beneficiis, ut & benefactoribus quibusvis. Pœnitere & non tardare. Sic latro in cruce, Luc. 23. Vid. Drexel. tract. 2. §. 48. & 78. *Meditari* 1. mortis fœditatem. 2. rerum humanarum vanitatem. 3. æternitatem, quæ a puncto mortis (conſecutive) pendet. 4. corporis tui labilitatem & fœditatem in morte. Vid. Hippocratem de prænotionibus. *Nos præparare ad eam* 1. conſiderando communem mortalitatem. 2. judicii univerſalitatem. 3. Verbi divini pretioſitatem. 4. reconciliationis cum proximo, & pœnitentiæ ſtudium. *Contemplari mortem ipſam.* Adi, ſis, Gerſonem part. 2. Tripart. fol. 32. *Non timere mortem.* Cauſæ ſunt 1. Dei voluntas. 2. Mors Chriſti. 3. Gratia Dei. 4. Societas Sanctorum, quibus aggregabimur. 5. Heroica martyrum ad moriendum fortitudo. 6. Finis mors eſt omnium tormentorum: diu enim timere mortem, nihil eſt, niſi diu torqueri & animi ſe angere. 7. Liberatio a cunctis malis, 2. Timot. 4. 8. e carcere corporis ſqualidi migratio. 9. Animæ a vinculis ſolutio. 10. Porta æternæ vitæ credentibus mors eſt. Vid. noſtrum Luth. in c. 22. Gen. Tom. XI. German. Witteb. docentem, quod in morte 1. fit anima, & forma veluti, nempe terror. 2. Corpus, cum nempe jam mortis horror fide pulſus & triumphatus eſt. Hilarius mortem non metuit a latronib. intentatam. Julitta fidei poſtulata dixit vicina martyrio; valeat vita, pereat pecunia, ſum Chriſti famula. *Semper diſcere*, ut recte moriamur. Hæc eſt 1. ars artium. 2. ſumme neceſſaria. 3. Stultis odioſa. 4. ſapientibus grata. 5. Piis omnibus frequentata, Pſ. 39. & 90. Semper meditari mortem, Pſalm. 39. v. 6. & 90, 5. Job. 14, 1. c. 7, 7. cauſæ ſunt. 1. quia ſemper morimur. 2. cæci ſumus, futurorum (male!) improvidi. 3. nos difficulter paramus ad exitum, mundi amori impliciti. 4. Parum nos corrigimus in vita: ut vero corrigamus nos, mortis utilis erit meditatio. 5. cogita communem tibi viam mortis eſſe. V. Thom. de Kemp. lib. 1. c. 23. 6. contemnes mundum, ſi memineris tibi moriendum eſſe. 7. vitabis peccata, & horum fontem, ſecuritatem. *Mortis memoriam renovare* Plato ob hanc cauſam juſſit, ne diſcipuli pedes tegerent ſuos, ut terræ & mortis eſſent memores. In Ægypto juvenes & ſenes ſecum portant oſcilla ex ebore & ligno facta, ut mortis mutua erga ſe invicem commonſtrata memorialia. Illuſtriſ. Nicol. Radzivil. Epiſt. 2. Itin. in Palæſtin. Calapha Rex Tartarorum die feſto populo ſe oſtentans in parte mitræ ſuperiori, atram vittam geſtat, mortis indicinam. Finit mors omnem mundi gloriam, & hæc illi ſubſternitur. V. Baronium Tom. 7. annal. ad ann. Chriſti 965. de Cæſare Juſtiniano, cui defuncto tapetem acu pictam, & devictas urbes populosque repræſentantem, ſubſtraverunt. Martinus V. P. P. picturâ rogi ardentis, cui Papalis & Cæſarea corona, Epiſcopi infula, Pileus Principis, &c. impoſita, adſcriptis his verbis: ſic omnis gloria mundi. Vivimus in hac vita, ſicut illa quondam in atrato Cæſaris Domitiani convivio, quæ deſcribit Xiphilinus in Domitiano. Applicatio legenti eſt facilis. *Non oblivisci mortis*: ut vero oblivisſcamur, 1. efficit diabolus, qui mortem & a nobis remotam pingit & fingit. 2. cæca ratio & caro ſecura. 3. non cogitamus eſſe ſolum nobis relictam moram malefici, & viam ad patibulum. *In meritis, non confidere*, ſed in ſolo Chriſti merito. Cardinal. Hoſius in ſuo Teſtamento in ſolis ſolius Chriſti meritis, non ſuis, omnem fiduciæ anchoram fixit. Huc ſpectant quæſtiones aliæ morituris propoſitæ. Et oratio apud Bloſium recitata à Drexel. tract. 2. §. 34. p. 195. 196. multorum meritorum mentionem faciens. Bernh. ſerm. 9. in Pſal. qui habitat. Tu Domine es ſpes mea. Hæc una mihi omnium promisſionum cauſa, hæc tota ratio expectationis meæ. Prætendat alter meritum, ſuſtinere ſe jactet pondus diei & æſtus, jejunare bis in Sabbatho dicat, poſtremo non eſſe ſicut cæteros homines glorietur: mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino ſpem meam. Drexel. tract. 2. §. 40. loco primo ponit, ne moriturus ſpem ponat in meritis ſuis, ſed ſe & omnia ſua peccata in Dei inexhauſtam miſericordiam effundat & rejiciat. *Lætis mortem amplexibus ſuſcipere.* Ambroſius: Non timeo mortem, quia bonum habemus Dominum. Johan. Chryſ. moriturus dixit: Gloria tibi Domine pro omnibus. Cypr. Gratias tibi Domine, qui me de vinculis mei corporis

corporis liberabis. Sic Simeon Luc. 2. Domine nunc dimittis, &c. Phil. 1. cupio dissolvi. Etsi non exulet omnis timor, fide tamen & spe triumphatur. Flet Esa. 38. Hiskias. Timet David, Ps. 102. Expallescit Carol. V. arma induens, imposita galea nihil timuit. Guil. Zen. l. 5. vitæ Carol. V. *Nosque roborare contra eam* fide, spe & charitate in Deum. Job. 19. scio quod redemptor meus vivit. Aaron, Moses. Exempla Gentilium recitat Zwinger. vol. 8. lib. 5. f. 2164. §. mortis tolerantia. *Desiderare mortem.* Sumus enim hospites, peregrini, convivæ, qui aliis locum cedere debent: exacto tempore vitæ cedat uti conviva satur, ait Horatius lib. 3. cap. 26. Incola temporarius domus adspiret ad æternum habitaculum. Aug. in Ps. 148. Bernhard. de inter. dom. c. 35. Erubesco vivere, quia parum me corrigo, i. e. vitam non refero in melius. *Non queri*: Ut Titus Imperator, nolens mori, pœnitens unius facti. Suetonius in vita. Agag, 1. Sam. 15, 32. Est enim omnibus moriendum. V. Drexel. Tract. 2. c. 2. 3. 5. morsque ipsa est exitus animæ e corpore, finis exilii, laboris consummatio, ad portum applicatio, peregrinationis finitio, oneris gravissimi depositio, de equo furioso descensio, de domo ruinosa liberatio, omnium ægritudinum terminatio, omnium periculorum evasio, omnium malorum consummatio, omnium vinculorum diruptio, debiti naturæ solutio, reditus in patriam & ingressus in gloriam. *Optare mortem placidam*, Num. 23, 10. Sic Augustus Cæsar. *Candelam veram Jesum Christum prensare.* Johan. 1. erat vera lux. Lux in via, lux in patria, non timeas tenebras, Psalm. 23. non erras secutus hanc lucem. Luc. 2. oculi viderunt. *Eam verâ fide vincere*, ut Job c. 19. David Ps. 118. non moriar, sed vivam. Vide Luth. in c. 21. Genes. Cum morimur, fit, quod petimus: Fiat, Domine, voluntas tua. *Dominus est*, qui vocat servos ad conspectum sui Domini, ad mercedem gratuitam. Deo non perit, nec sibi, qui Deum diligit, ait August. Mors *occidit* internum hostem, qui est concupiscentia. *Frangit* januam carceris nostri. *Solvit* nos onere gravantis corporis, Sap. 9, 13. *Finit* peregrinationem, Psalm. 39. & omnia pericula. *Suggerit* omnem consolationem e Christi resurrectione, animarum immortalitate. *Trajicit* nos per mare rubrum, ut Manna non in deserto, sed in cœlo cœleste comedamus. *Non refugere sermones de morte.* Id n. est 1. brutum. 2. stultum. 3. impium. 4. incredulitatis signum. 5. Diaboli venenum. 6. ejusdem aucupium. 7. somnus lethalis. 8. Via, ad infernum.

§. 6 *Apophthegmata morituroram.*

Ambrosius moriturus ait: *Non sic vixi, ut pudeat me inter vos vivere, sed nec mori timeo, quia bonum habemus Dominum. Augustinus*: *Non est mirum quod cadunt ligna & lapides, & mortales moriuntur.* Antisthenes in Agone exlamavit: *Quis me doloribus exsolvet?* Diogeni autem sicam demonstranti non paruit, sentiens boni viri esse, non sibi ipsi manus inferre violentas. Anna Regina Angliæ jussu mariti Regis decollata suo Regi & marito longam vitam precata est, nec quicquam de injustæ condemnationis causa sua verborum facere voluit. An. 1536. die 19. Maji. Bernhardus tria discipulis suis imitanda proposuit. 1. Minus sensui meo, quam alterius credidi. 2. a lædente me vindictam non expetivi. 3. Nemini scandalum facere volui, & si quando incidit, sedavi. Babylas Martyr dixit: *Ambulabo coram Jehovâ in terra viventium*, Psal. 116, 2. 8. 9. Cæcilia Martyr in agone, *Miseria*, dixit, *moritur, non homo.* Carolus Rex Siciliæ moriens dixit: *O vanas hominum cogitationes! quid mihi jam regnum prodest? quam præstaret jam pauperem esse, non Regem.* Chrysostomus moriturus dixit: *Gloria tibi Domine de rebus omnibus.* Cypriani dictum: *Exul non est, qui Deum, cujus terra est, habet in mente. Salus mea & virtus mea est Dominus Christus, cui sine fine servire desidero.* Audiens idem Cyprianus mortis sententiam sibi afferri, dixit: *Gratias tibi ago Deus, qui me à vinculis corporis dignatus absolvere.* Cyri morituri, qui dicit Filio: Mi fili, scire te velim, non aureum sceptrum esse, quod regnum tibi conservet, sed amici fideles regibus sceptri loco sunt. Hi comparandi non vi, sed εὐεργεσίᾳ, beneficentia. Idem jussit se non in auro, argento, sed terra condi, quod omnia præclara & bona proferret, & nutriret. Solon omnibus amicis dixit: *Salvete.* Davidis 2. Sam. 22. & 23. 1. Reg. 2. ultima verba recensentur, quæ egregio commentario Noster Megalander illustravit. Diogenes Sinopensis interrogatus ab amicis, & a Medico ut haberet; Recte (inquit) quia frater fratrem, id est somnus mortem amplectitur. Erasmi Roterodami ultima vox: *O Jesu! Misericordia, Domine libera me; Domine fac finem; Domine misereri mei.* Beat. Rhen. in vita ejus. Greg. M. *peto pro me oretis, quatenus ex hoc carcere cito educar. S.* Hilarion: *Egredere, quid times anima mea? quid dubitas? Septuaginta propè annis Christo servisti, & mortem times.* Jacobi: *Domine expecto salutare tuum.* Jesu Christi: *Pater dimitte illis; Item: Hodie mecum eris in Paradiso*, Luc. 23, 43. Josuæ lib. Jos. c. 24. Johanna Graja ducis Suffolcensis filia à Maria Angliæ Regina decollari jussa ob aspiratos Regni honores, dixit: Fiduciam omnem in solo Christi sanguine colloco, non in alia re; recitato Psalm. 51. tandem dixit: Domine, in manus tuas commendo spiritum meum. Josephi Genes. 5, 24. 25. *Visitabit vos Deus: ascendere hinc, facite ossa mea.* Lutheri: *Non possum à quoquam e Dei manibus evelli.* S. Martinus oculis intentis & manibus continuo cœlum aspexit: Monitus in latus decumbere; *Sinite*, dixit, *me cœlum potius respicere, quam terram, ut suo jam itinere iturus spiritus ad Dominum dirigatur.* Viso diabolo, qui adstabat ipsi, dixit: *Quid hic adstas cruenta bestia? Nihil in me, funeste, reperies! Abrahæ sinus me excipiet.* Mathathias 1. Macc. 2, 63. *Hodie extollitur, qui non cras comparebit.* Huc spectant verba ultima Mosis ad Israelitas Deut. 31. c. 32. Mauritii Imperatoris verba a Phoca Tyranno interfecti an.

Chriſti 602. *juſtus es Domine, & juſta judicia tua.* Joh. Picus Mirandulanus, Comes moriturus; *Non* (dixit) *hac ratione pacari animum, quod mors finem poneret peccati, ſed quod etiam Deum peccatis non eſſet amplius offenſurus.* Petri Apoſtoli morituri: *O conjunx memento Domini!* Euſeb. lib. 4. c. 15.

Phocion injuſte damnatus atque rogatus, quid filio nunciari vellet, reſpondit: *Non memor ſit injuriæ, qua pater ab Athenienſibus affectus eſt.* Polycarpus Dei veritatem laudavit ſub finem vitæ, Euſeb. lib. 4. cap. 15. Simeon; *Domine nunc dimittis ſervum tuum in pace.* Severi imperatoris, qui dixit: *omnia fui, ſed nihil mihi prodeſt.* Sanderus (Laurentius) trabem, cui alligandus erat, ulnis amplexam deoſculatus eſt, dicens: ſalve Crux Chriſti, ſalve æterna ſalus! ann. Chriſti 1555. 4. Febr. Socrates: Scio interfectores quoque mihi teſtimonio futuros, quod nullum unquam læſerim, ſed potius operam dederim, ut diſcipulos meos reddiderim meliores. Idem dixit amicis: Non diu veſtra converſatione ſum uſurus. Stephani tria ſunt Apophthegmata: 1. video cœlum, &c. 2. ſuſcipe Domine ſpiritum. 3. Ne ſtatuas Domine ſupplicium! Theophraſti Lesbii: Major eſt vitæ hujus vanitas, quam utilitas.

Theodoſius moriturus utrumque filium Arcadium & Honorium ad pacem & pietatem cohortatus eſt. Confer Drexel. Tract. 2. §. 26. de ejuſmodi ritu, & dictis moriturorum.

Officia noſtra erga morituros.

§.7 Morituris amicis *adeſſe debemus*, & oculos eis claudere, Gen. 50, 1. Mortuos non calumniis proſcindere. Solon prohibuit, in mortuos maledicta dicere, nec eorum monumenta, ſive buſta involare. Vid. egreg. Exemplum Ludovici XI. Galliarum Regis, apud Robert. Gaguin. libr. 11. cap. 12. de rebus geſtis Francor. Mortuorum corpora non debemus *ſervare in vitro*, Plin. lib. 26. cap. 26. ut illa aliis ſpectanda proponerent. Simon Majolus Part. 1. Collat. 19. dier. genial. Nec per ea *jurare*. Alexand. ab Alex. lib. 5. cap. 18. Olim vero corpora mortuorum ungebantur, Gen. 50, 2. 26. Matth. 26, 10. Luc. 24, 1. Contra Caſpii mortuorum cadavera exurebant, cinerem in vaſe collectum, & vino admiſtum ebibebant, ut vivorum inteſtina mortuorum fierent ſepulchra. Hircani mortuorum cadavera vino abluta oleo perungebant, idque oleum deinde cibis, & vinum potui affundebant; coronabantur, & ſic coronati efferebantur. Ludov. de La Cerda in Virgil. fol. 486. Plinius lib. XXI. cap. 3. *Mortuos lugere moderate*, Sir. 22, 10. c. 38, 16. ſeqq. c. 38, 24. A ſimili. Cognatum in Palatio magni Regis agentem nemo lacrymis proſequeretur. Aug. tom. 10. col. 1667. d. Sic beate mortui ſunt in magno cœli palatio, (*θεοπρεπῶς* intellige) agunt cum Deo, 1. Theſſ. 4. v. ult. in domo Patris ſunt, Joh. 14. Nemo igitur ob tantã quiritabitur felicitatem. Si objicias: corpus tamen in terrâ eſt? Reſp. Si potes hanc calamitatem cum Maria & Martha flere, crede quoque cum iiſdem, Chriſtum vitam & reſurrectionem eſſe, Joh. 14. redemptorem tuum vivere, Job. 19. teque ſuperindui ſtola immortalitatis glorioſæ, 2. Cor. 5. Mortuis olim rogo imponendis *oculos aperiebant* Romani, ut cœlum aſpectare viderentur, Plinius libr. 11. cap. 37. Ludov. de La Cerda folio 415. b. in Virg. Temperanter licet mortuos lugere (etiam propinquos. Vid. Ambroſ. lib. 22. Epiſtol. 8.) ut olim nænias canebant ad ſepulchra, Aug. Tom. 9. col. 977. d. *Non ſuperſtitiosè.* Gontal. Ferdinand. hiſt. Indiæ Orientalis refert: Indos vinum & cibos ad ſepulchra ſua deferre, & ſemina, quæ in altera vita ſererent, & dicere: *Surge tu, comede, bibe, & lætare. Nos ſemen lachrymamur.* Sic apud Epiphan. in Ancorato ejuſmodi quoque *ſuperſtitio* deſcribitur. Ægyptii *lætantes* ob raptos a Crocodilo liberos, quod Deo illi (pro eo n. Crocodiſum colunt) eſcam genuerint. Et tu non lætaberis, quod Deo genueris liberos, quos per mortem abſtulerit, dicas cum Jobo: Dominus dedit, &c. Ter cadavera aqua viva *aſpergebant* Romani, ſalve, vale ultimum dicentes, Zwinger. f. 100. b. Nos reviſuri mortuos ſumus noſtros: non plane ultimum vale dicturi! Tædas ardentes funeribus adhibebant Ethnici, Zwing. f. 46. a. Caligula. Evanida certe ſolatia Ethnicorum in tantis tenebris, 1. Theſſ. 4. Luctus tempus Zwing. 96. b. apud Ethnicos, Judæos. In maximo luctu mulierum etiam capita radebantur. Zwing. f. 46. a. ab initio ritu & more Ethnico, quem prohibuit Deus Lev. 19. v. 28. Deut. 14, 1. Carnem quoque ſuam Syri incidebant, 3. Reg. 18, 28. Teſtatur Aug. lib. 2. c. 27. & lib. 7. c. 26. de civ. Dei, Romanum Sacerdotem, eumque ſummum virilia ſibi exſecuiſſe in honorem matris Deorum. Scythæ in funere Regum ſuorum, aurem ſibi decidebant, crines circumtondebant, brachia circumcidentes, ſiniſtram manum ſagittis trajiciebant. Herod. lib. 4. Syri omnes compungentes: alii in vola manus, alii in cervice, (Lucianus lib. de Dea Syra) alii comas dilaniant, genas vulnerant: Idem lib. de luctu. Servius in 3. Æneid. Mulieres olim in luctu ora laceraſſe, ut ſanguine Diis inferis ſatisfacerent, crines ſolviſſe & pandiſſe, Ovid. 6. Metamorph. fab. 7. de Philomela. Contra Solon prohibuit omnem luctum. Maſſilienſes riſerunt ſepelientes, Lybii cantica læta cecinerunt. Non ſic Chriſtiani, Syr. 38, 16. ſeq. *Lugere* non plane eſt mulierum, ut putavit Ethnicus ille Legislator. Zwing. f. 96. a. ob mortem. In luctu albæ veſtes notant defuncti ſinceritatem & puritatem. Zwing. f. 100. b. apud Rom. Etiam *impii* lugendi, 2. Sam. 1, 11. 12. 17. 18. 2. Sam. 2, 5. c. 3. v. 32. cadunt ſuo domino, Rom. 1, 4. a peccato jam abſorpti, accepto ſtipendio peccati, quod mors eſt, Roman. 6. tanto magis deplorandi. Sic 2. Chron. 35, 25. *Mortuos lugentes* comas deponebant & abſcindebant. Sic Oreſtes, Natal. Comes lib. 9. Mythol. c. 2. Mortui plane ſunt non deplorati. Zwing. f. 103. a. memorat Thraces natalem hominis fletibus, mortem vero hilaritate excipere. Eſſedones populi parentum funera cantibus proſequuntur. Conjuges ſe mutuo lugeant poſt mortem, Zwing. f. 99. a.

Mortuos

Mortuos amicire, Sir. 38, 16. 17. 18. *Sepelire.* Sepulchrum mortuorum. Sepultura varia apud varias gentes. Gentiles olim ad sepulchra faces accendebant, Suetonius in Tiber. cap. 98. *Salaminii terga* humandorum Agaronis hostibus capitalibus obvertebant, ut vel in morte testarentur inimicitiam. *Comitari mortuos debemus:* Ut Luc. 7. Meminisse nostræ mortalitatis. Luctus sit finis, 2. Samuel. 13. vers. ultim. & modus, 1. Thessal. 4. Massagetæ e defunctorum sanguine proximorum corporibus antequam frigescerent, sanguinem extrahunt, eoque epoto cadaver sepeliunt. Contra Bactriani cadavera fumo indurata & sale condita in ollis coquunt & vorant. Quidam eadem Molossis objiciebant dilanianda & devoranda. Scythæ defunctis maxime e magnatibus comitem adjunctum simul sepeliebant: Quod si talis non adesset, mancipium aliquod emptum defodiebant. Ossa Josephus absportari jussit, Gen. 50, 25. cap. 47, 29. 30. (1) ob desiderium sepeliendi cum patribus. His cum requiescere ossa voluerunt. (2) Ob Idololatrias periculum, ne ossa ab Israelitis colerentur.

§. 8 *Jam moriturorum status.*

De Peccatis accusantur suis, a conscientia, Lege, Satana, ingratitudine erga Deum. Sonthom. p. 1. capit. 8. Ut qui in carcere detenti sunt, semper lugent; maxime v. cum ad supplicium educendi sunt: Sic quoque animi per malam conscientiam in hora mortis maxime cruciantur. Chrysostom. serm. 2. de Lazaro.

A Dæmonibus tentantur, Lud. Granatens. Dom. IX. post Trinitat. pag. 250. 251. Dionys. Carthusianus artic. 36. de Judic. animar. de 4. novissim. Nec obstat tentationi Satanæ ullus locus. Vid. Gregor. M. libro octavo Epistol. 45. *Terrentur:* Dionys. Carthus. p. 31. de quat. novissim. *Queruntur de honoribus, quibus in hac vita sunt defuncti:* Sic fecit Papa Pius V. teste Cornel. a Lapid. folio 57. in cap. 3. Apocal. qui dixit: Ego bene speravi de salute mea, quamdiu vixi in religione: factus Cardinalis timere cœpi: Jam creatus Pontifex penè de me despero. Sic quoque Cardinalis Alexandrinus d. l. à Lapid. jam moriturus dixit: quam in hac hora optarem, totam vitam in Religione mea (fuerat vero ordinis Dominici) transegisse. Sane jam mallem, me servisse Coll. Monasterii mei, quam Cardinalem egisse. Paulus III. mallem (dixit moriturus) me subjecisse coco familiæ Capuccinorum, quam hanc Deo proximam, sex & decem annorum curriculo, dignitatem sustinuisse, P. Jovius in vita hujus Pauli III. *Animas particulariter judicari* in morte, statuunt multi Veter. & Recent. Pontific. Dionys. Carthus. pag. 397. de 4. novissim. Veteres, Augustinus de vanitate seculi cap. 4. Bernhard. libro secundo meditat. Hugo de S. Victore libro 1. cap. 2. de anima. Chrysostom. homil. 14. in Matt. & 46. ad populum.

Ad eas Christum descendere, sententiam tulerunt: Innocent. III. libro secundo cap. 43. de contemptu mundi. Ludolph. de Saxonia p. 3. c. 46. de vita Christi. Quos omnes refutat Lorinus in Act. X. v. 42.

Mors piorum Virorum significare calamitates solet. Stilico Dux de Ambrosio sæpe dixit, Italiam extincto Ambrosio perituram esse: Et vere dixit; Statim enim illo mortuo Gothi & Vandali Italiam ubique vastarunt. *Non tamen expiat peccata.* Leo sermon. 12. de passione Domini: quamvis multorum sanctorum in conspectu Dei pretiosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio propitiatio mundi fuit.

Ritus. §. 9

Hominum pie defunctorum nomina *in tabula scripta olim prælegebantur*, ut reliqui illos imitarentur, ad vitam æternam excitarentur: Dionysius in Theoria. Nostra nomina cum morimur, in Christi manu scripta sunt, Cassand. f. 15. operum. Mors magno triumpho & accensis olim facibus declarata, Baron. Tomo 1. fol. 611. n. 45. Agnus de morte Cypriani. Vid. Tit. *Sepultura.*

Notabilia in morte cujuslibet. §. 10

Quando aliquis moritur, tunc tria consideremus: (1) Finem, omnium hominum, Ecclesiast. 7, 3. (2) Causam mortis, videlicet peccatum, Rom. 8, 12. (3) Resurrectionem: Sicut enim triticum ideo in terram spargitur, ut proximo vere lætius germinet; ita etiam cadavera hominum, Cram. ad capit. 23. Genes. versicul. 29. Job. 12, 14. 1. Corint. 15, 43.

Tria requisita.

Propter mortis certitudinem, incertitudinem vero horæ mortis, simus (1) Pii, Eccles. 9, 11. Sir. 7, 40. Job. 34, 10. (2) Humiles, Sir. 10, 6. (3) Parati simus quovis momento; nescimus enim, qua hora Dominus venturus est, Matt. 24.

Effecta mortis varia. §. 11

Omnia prosternit. Dan. 8. Aries duobus cornibus instructus per quatuor mundi plagas cursitabat, omnibus animantibus insultans: ita mors suis cornibus omnibus impune insultat. *Æquat omnes homines.* Diogenes cum inter busta obambularet, ab Alexandro M. obvio interrogatus, quid vivus inter mortuos ageret? respondit: Philippi patris tui ossa quæro, qui toti Græciæ fuit terror, sed nequeo illa a reliquis discernere. Crœsus ditissimus fuit; contra Diogenes pauperrimus, qui & in vase domicilium fixerat. Mortui autem ambo sunt, & hic quidem Crœsum cum in inferno deprehenderet, cachinno illum excepisse dicitur: Euge, inquiens, bone Crœse! de tantis opibus numne quicquam attulisti tecum? *Nos nigros pingit:* Sicut pictor primo lineas nigras pingit & ducit, quibus adumbret picturam, mox eleganter futuram: Sic mors atra nos carbone notat, sed brevi Deus corpora nostra cœlestibus dotibus ornabit, 1. Cor. 15.

A vita amara liberat: Doloribus enim plena est vita. Vid. Gregor. Nazianz. Tract. de vitæ itinerib. sub fin. operum.

Ceu fœnum demetit. Esa. 40. Omnis Caro fœnum, &c.

Homines duobus modis aggreditur. 1. ut nuncius mors venit ad hos, qui se recte præpara-

runt. 2. Ut prædo iis, qui se non accinxerunt. *Omnes obsidet mortales.* Ut fera retib. cincta, spe elabendi frustratur: ita omnes homines morte circumsessi sunt, ne elabi possint unquam, semper autem timere possint. Hinc Lutherus: Mitten wir im Leben sind mit dem Todt umfangen / &c.

A malis omnibus solvit. Æneas Gazæus memorat hanc Platonis sententiam: Deus hominum misericordia tactus, hæc eorum vincula mortalia fecit: in Theophrast.

Incautos opprimit. Sicut Amyclæ silentio se suamque urbem perdiderunt, quando lege lata caverant, ne quis hostium adventum nunciaret: Sic improbi & securi, dum non credunt mortem sibi in propinquo esse, se suamque perdunt felicitatem, & hostis mors eos absumit, Sir. 38, 23.

Nos purgat Deus. Usque ad vesperam impuri erant Levitæ, Levit. 15. Ita ad vitæ vesperam impuri sumus. 2. Pii servantur ut Israëlitæ in mari rubro, & non in aquis diluvii ut Pharao, & antediluviani interibunt.

Nos consumit & peccatum tollit. Sicut vermis natus ex ligno, lignum consumit: ita mors ex peccato nata peccatum consumit. *Omnia dulcia reddit*, Sir. 43, 3. malum granatum acre in dulce convertitur, si pini pars infra truncum ipsius ponatur: Ita mors est pinus dulcem reddens omnem vitæ amaritudinem. Confer 3. Reg. 19, 4. Job. 3, 20.

Regnat ubique. Constantinus Imperator Persicum Legatum per Romam duxit, ostenditque omnem urbis splendorem, cui Legatus: video (dixit) homines æque hic mori atque in Persia.

Nos excludit ad alteram vitam. A simili: Pullus non prodit nisi testa fracta.

Angit cor. Titus Imperator dimotis lecticæ plagulis conquestus est ægrotans: Sibi immerenti vitam eripi, neque enim exstare ullum factum pœnitendum, præter unum.

Terret: Sicut illud magis nocet & terret, quod a tergo ferit præter opinionem: ita mors iis, qui eam non præmeditati sunt, (juvenibus & Epicureis potissimum) magis est terribilis. E *Servis liberos facit.* Pompejus in scalmum e triremi a Ptolomæo missum descendens, ad Corneliam conjugem, liberosque conversus dixit è Sophocle:

Quisquis Tyranni ad tecta demigraverit,
Fit servus illi, liber etsi venerit.

Nos mortui in Tyranni mortis domum concedimus servi peccatorum & infinitorum malorum: liberi vero egrediemur e domo mortis.

§. 12

Adjuncta mortis.

Æthiopes sanxerunt, ut per lictores mortis signa adferantur. Zwing. f. 199. a. Mors est *ingrata* (1) Homini naturaliter, Joh. 21. quo non vis, Roman. 7. Philipp. 1, 22. Luc. 22, 42. 43. Basilius Epistol. 67. (2) Divitibus, Sir. 42, 1.

Amara, quia est (1) destructio vitæ. Appetit vero natura conservationem sui. (2) Horror mortis in Christo ipso, Matth. 26. Marc. 14. (3) Cæcitas nostra, quæ impedit, ne bona, mortem beatam consequentia, intueamur. Mors est *grata* miseris & afflictis, Sirac. 42, 3. 4. Elias, tolle animam meam. David, educ e carcere. *Status post mortem beatus*, Clemens libr. 3. Strom. refert de Platone, quod dixerit: Philosopho ideo necessario moriendum esse, ut deposito corpore, anima eo liberius philosopharetur. Longe aliter Christiani, qui corporum etiam resurrectionem expectant, Esa. 57. v. 2. Genes. 5, 24. Numer. 23, 10. 1. Samuel. 25, 29. 2. Reg. 22, 20. 2. Chron. 34, 28. Esa. 26, 20. Sap. 4, 14. Apoc. 14, 13.

Certa est, Psalm. 49, 10. 11. Psal. 89, 49. Sir. 14, 18. Ebr. 9, 27.

Exempla sunt: Mortuus Salomon sapientissimus, Simson fortissimus, Absolon formosissimus, Job sanctissimus, Joseph castissimus. *Incerta*. Apocal. 5. Liber septem signaculis munitus a nemine potuit aperiri: Liber ille est omniscientiæ divinæ, in quo articulus de hora mortis revelatus est, nullique nisi ipsi Deo patet. Hora mortis *incerta* est, Sirac. 14, 12. Isaac inquit Genes. 27, 2. Nescio, quando moriendum mihi. Augustinus lib. de Spiritu & anima cap. 51. *certum est, quia morieris, sed incertum quomodo, vel quando, vel ubi? Quoniam mors ubique te exspectat; & tu, si sapiens fueris, eam expectabis.* Potens, 2. Timot. 1, 10. *Necessaria est* ob *decretum Dei* Genes. 2. morte morieris. Nemo hominum per integram diem vixit: Nam coram Deo nemo mille annis vixit: Ergo nec per unum diem vixit, notantibus Justino Dial. cum Tryphon. & Irenæo libro quinto adv. hæres. *Ob inscriptum cordibus hoc testimonium*: omnibus moriendum esse. Ob *quotidianum experimentum*. Ob *Philosophorum Consensum*.

§. 13

Usus Practicus in morte Consolatorius.

1. Quia, qui moriuntur, non *amittuntur*, sed *præmittuntur*. Non obeunt, sed abeunt, Genes. 15, 15. 2. Sam. 12, 30. Non in morte intereunt, sed vitam inveniunt, Johan. 11, 25. Hinc in morte ipsi etiam gaudeamus, ut Simeon, Lucæ 2, 29. Paulus, 2. Tim. 4, 7. non exhorrescamus, ut epulo, Luc. 16.

2. Scimus statutum esse omnibus semel mori, Heb. 9.

3. Sciunt, quo gradiantur. Non ajunt, ut de Hadriano scribit Ælius Spartianus, eum hos versus fecisse & composuisse:

Animula, vagula, blandula,
Hospes comesque corporis;
Quæ nunc abibis in loca
Pallidula, rigida, nudula?
Nec, ut soles, dabis jocos.

Morituris hæc sententia (sic Deus dilexit mundum) inculcanda est, ut eam habeant in corde (non, ut olim Ethnici morituris naulum in os dabant trientem, quem Charonti, qui feralem Cymbam vehit, persolverent.)

§. 14

Officia nostra circa mortem ratione intellectus.

Finem meditari debemus. Diogenes aliquando in foro Atheniensi sapientiam in auctionem duxit; Rex eo præfectum quendam ærarii misit,

ut emeret pretio, cui Diogenes: *in omnibus respice finem*, Sir.7,40. A *Simili*: Qui primus Basiliscum videt, hunc ille in fugam conjicit: ita si & nos mortem primo videamus, fugiet à nobis, & somnus fiet nobis. Ab *Exemplo*: Philippus Macedonum Rex singulis mane sibi acclamari jussit: Philippe memento te hominem esse. Ægyptii in conviviis suis caput demortui hominis circumferebant, ut suæ mortalitatis recordarentur, Herodotus libro primo. Veteres pinxerunt Calvariam cum inscriptione hac: *Vilescunt omnia coGitanti*. Symphoriano jamjam occidendo mater pientissima acclamavit: *vita nobis mutatur in melius*, apud Baron. Tom.2. *Abripiuntur justi*, ne videant mala, 2. Chronicor. 34. vers. 28. Estque pretiosa Mors sanctorum, Psalm. 116, 15. Psalm. 9, 13. Psalm. 79, 10. Apoc. 6, 10. 11.

§.15 *Allegoria.*

Altare de terra sibi Deus fieri voluit, in quo holocausta offerrentur, Exod.20,24. Naëman terræ Israël aliquot onera in Syriam duxit, ne idola imposterum adoraret, sed DEO serviret. Qui DEO servire, nec idola mundi adorare vult, is cineres mortis semper præ se ferat.

Phœnix mortem præsentire dicitur, ideoque sibi nidum præparat: Ita omnes pii nidum sibi præparare debent, in quo moribundi conquiescant. Phœnix ex aromatibus & casia construit nidum: ita nos nobis nidum ex spiritualibus aromatibus constituamus: *Myrrhæ*, Cantic.3,6. hoc est aroma passionis Domini, *Aloës*, Cantic. 4, 14. Casiæ, Psalm. 45, 9.

Cibaria ad transitum Jordanis præparanda erant, Jos. 1, 11. Jordanis transitus in morte fit, per quam in terram promissam introëundum. Hic cibaria apparare oportet, ne fame infernali anima deficiat, si spirituali careat cibo Christo.

In Sabbatho pondera non erant portanda, quæ denotant peccata, Jerem. 17, 21.

Viperæ morsus viperæ cinere curatur. Mors est vipera, mordet hæc, morsus curatur cinere, h. e. mortis meditatione. Mortis meditatio est velut filum Ariadnes, ducens nos in mundi Labyrintho, ne à Minotauro Satana devoremur. Si Basiliscus prior viderit animal, illud occidit, at prius visus ipse occiditur: ita quoque mors prævisa desinit esse mors oculis, nempe fidei, incautos vero si deprehenderit, mors vivet in illo mortuo. Ambros. in Ps. 118.

Mortis meditatio suadetur insuper

§.16 1. Dictis. Eccles. 7. c. 14. Memor, quoniam mors non tardat.

2. Exemplis. Philippus Rex Macedoniæ per puerum sibi fecit semper acclamari: Philippe es homo! Ægyptiorum mos fuit in convivio σκελετὸν circumferre, & cranium mensæ apponere, ne inter delitias mortis obliviscerentur. Democritus sæpius visitabat sepulchra mortuorum, ut sibi mortis memoriam refricaret.

3. Similibus & Allegoriis mortis memoriam Deus refricat cum interne in anima, tum externe in corpore per pulsum arteriarum. Idem in cœlo, ortu & occasu stellarum, Dan. 12, vers. 31. in luna pallescente & coitu cum sole. In terra, pulvere, in cibo nostro, qui sunt cadavera piscium & animantium. In arboribus, quæ exscinduntur & reviviscunt. In Serpentibus, Sir. 10. In campanis, aëre, fulminibus, 2. Reg. 14, 14. Vapore, Nubibus, Eccles. 2, 14. Proverb. 17, 24. Adam post peccatum statim pellibus animalium mortuorum induitur, ut mortis sententiam, quam nunc acceperat, ob oculos mentis poneret.

Eam vero Mortis memoriam Satan impedit.

Hinc mortem per annos & partes dividit, & persuadet juvenibus: Non morieris in flore. Tu senex non morieris.

Sicut Medicus bolum amarum per frusta propinat, donec totum absumpserit æger: sic bolum securitatis propinat Satan per partes. Sicut aqua restinguit ignem; & sparsi cineres terræ fructus enecant: Sic mortis assidua meditatio appetitus carnales, & vitiorum germina succrescere non sinit. Vipera exuta, inque cinerem redacta, & potata vino ejusdem bestiæ morsum sanat: (teste Lactantio lib. de ira, capit. 13.) Sic unumquodque peccatum sanatur, si, quale id in morte futurum sit, cogitetur.

Sicut gallus timens Aquilam &, accipitres, & alias aves rapaces, ita unum oculum inferius ad victum dirigit, ut alterum sursum elevet, atque vocis strepitu supervolitantes has aves gallinis & pullis indicet: Sic vir justus & timens Deum rebus in mundo necessariis ita vacabit, ut venturæ desuper mortis indicium observet, adeoque memor vivat illius Ecclesiastic. 7. *memora novissima, & non peccabis.* Cinis ignem conservat: ita recordatio cineris, in quem vertendus est post mortem homo, gratiam & divini amoris ignem in pectore tuo conservabit, cum nec tempus, nec locum, nec genus nimio opere æstimet, qui moriturum se cogitat.

Qualis esse debeat Meditatio mortis. §.17

1. *Sit continua* (1) ob inopinatum mortis adventum: ut, Jonæ dormienti in nave, Jesabeli fuco illitæ, Belsazari convivanti, Holoferni dormienti, Diviti securo contigit. Vid. Esa. 21, 6. Dan. 5. 2. Reg. 13, 22. Jon. 1. Judith. 13, 10. Luc. 12. 2. Reg. 20, 9. Simsoni in sinu Delilæ. (2) Ob neglectionis incommodum. Daniel vix evigilaverat, cum somnium effugisset Nabuchodonosori, quod ideo difficilius in memoriam revocabatur. Tales sunt viri, qui ad ortum spectabant, non ad occasum, Ezech. 8. v. 16.

2. *Non meticulosa*: Nam in mortis tenebris etiam lux Dei est & lucet. Embl. Caput demortui in terra subjectis sibi ossibus stat, huic capiti imposita candela, quam Deus è

cœlo manu sua accendit. A simili : Qui pharmacum acceptum non retinet, ei nihil prodest : Sic mortis memoria abjecta, nihil habet utilitatis. Navis etiam in portu naufragium patitur. Quanta igitur cura, quantis vigiliis opus est, ut ne in ipsa morte fidei naufragium faciamus.

Mortis memoria sit illa cera, qua aures oblinere debemus, ut mundi illa lethalia discrimina sicca aure transeamus. Sicut Ulysses aures sociorum cera obturasse scribitur, Ambros. serm. 55. de cruce Tom. 3.

Mors conjuncta cum meditatione mortis Christi. Hæc velut lapis est, quem morituri capitibus supponunt, sicut Jacob, Genes. 28. vers. 11.

Qui Pharmacum non retinet, ei receptum nil prodest : ita mors Christi nostri causa facta, non prodest tibi quicquam, nisi ad mortem usque memoria & animo conservetur, ut fide custodiatur, 1. Pet. 1. Mors Christi est paternæ Charitatis reflexio. Sicut enim sol cum in occidente occumbit, resplendentes radios emittit: ita Christus, occumbens in occidente mortis, resplendere facit suum & Patris amorem, qui ubique mortis nostræ remedium est.

Summa namque totius nostri solatii est a Christo diligi, & a patre ejus diligi.

§. 18 *Præparatio ad mortem suadetur.*

1. *Dictis.* Esa. 38. *dispone domum tuam*, Psal. 39, 6. 90, 13. Matth. 24, 42. 43. Confer & applica ad mortem.

2. *Exemplis.* Annibal nunquam se quieti tradidit, nisi armatus, ut etiam insperato insultui hostium resistere posset; ita & nos faciamus.

Alexander M. militem aliquando deprehendens, qui cum jam pugnandum esset, arma prius poliebat, e castris jussit expelli : idem nobis obtinget, si nos tum demum præparaturi sumus ad mortem, cum jam in limine hæret.

Aristoteles, ne nimium somno indulgeret, lapidem manu tenuit super pelvim, qui quando in pelvim delapsus est, somnum expulit: ita magis solliciti simus, ne somnus securitatis nos obruat, aut etiam peccati, quo minus futuræ mortis habeatur ratio.

3. *Similibus & Allegoriis.* Phœnix mortem præsentit, ideo nidum construit. Sic homines oportet sibi præparare nidum, in quo moribundi conquiescant.

Phœnix ex aromatibus & cassia nidum construit.

Homines ex aromatibus spiritualibus Myrrha & Aloë Passionis Christi nidum sibi constituant. Confer Canticor. 3. v. 6. cap. 4. v. 14. Psalm. 45, 9.

In Sabbatho pondera non erant portanda. Mors Sabbathum nostrum est, ad quod peccata deponamus, Jer. 17, 21.

Cibaria ad transitum Jordanis præparanda erant, Jos. 1, 11. Jordanis transitus in morte fit, per quem in terram promissam introëundum est. Hîc studendum ne spirituali cibo careamus. V. supra.

Altare de terra sibi DEUS fieri voluit, in quo holocausta offerrentur, Exod. 20. v. 24. Unde Naëman terræ Israël aliquot onera in Syriam adduxit, ne imposterum idola adoraret, sed Deo serviret. Sic qui Deo servire, nec idola mundi adorare vult, is mortis cineres præ se ferat.

Si Rex carcerem longe munitissimum extrueret, cui mortis rei includerentur, ad mortem tamen non omnes simul, sed alios post alios variis temporum intervallis pro suo beneplacito educeret, an quispiam illorum sibi in carcere longam moram polliceri posset, ut, quia primus non fuit, postremum se fore confidat? Minime : sic nos, qui in mundi carcere hæremus, omnes destinati morti, luxum & securitatem longius removeamus, parati ad quodvis momentum, ubi executio futura sit, atque vita nostra auferenda.

Fur qui ad patibulum deducitur, quo duæ viæ deducunt, quando utramque ignorat, ne mortem quidem longiorem aut breviorem vitam sibi polliceri potest, certus interim sibi moriendum esse, propter quod se præparat; ita nos omnes de morte certi sumus, per quam viam autem (num flexuosam, an vero compendiosam, id est, an in senectute demum, an in juventute vero) ignoramus. Simus itaque quovis tempore parati. Hora juvenibus incognita est, ut Luc. 7. exemplum docet Juvenis in Nain.

4. *Rationibus.* 1. A mortis propinquitate. Pictoris artificium est, ita rem quandam exprimere, ut etiamsi propior sit, longius tamen videatur remota esse. Ita Diabolus mortem sæpenumero tanquam picturam nobis opponit, longiusque remotam, cum vel in ipso limine hæreat.

Exempla. Nobilis quidam Romanus pilo, quem bibendo lac in asperam arteriam attraxerat, suffocatus est. Papa V. Adrianus, musca adhærente eidem materiæ, interiit.

§. 19 *Memoria mortis sæpe repetenda.*

Sir. 14, 12. *Memor esto, quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum quia demonstratum est tibi: testamentum enim hujus mundi morte morietur.*

Hieroglyph. Cervus adhuc vivens dentes in terra defodit. Sic quoque dum vivis, moriare, ut moriendo vivas.

Memoria mortuorum recolenda est. Democritus Abderita cadavera mortuorum melle asservanda esse statuit. Mel enim prohibet putredinem. Romani non integras glebas mortuo injiciebant, sed duntaxat pulverem, ne illæ ponderi essent vita functis. Solemniter viri & fœminæ laudabantur olim Romæ defuncti, teste Livio post bellum Gallicum, ut & superstites mortis commonefacerent.

Vestes refricent memoriam mortis. Adam post peccatum mox vestibus indutus est ovium mortuarum.

Alle-

Allegor. Levit. 1. Plumæ avium sunt gloria & vita hujus mundi, has semper in locum cinerum conjici oportet.

Mortis memoria omnia peccata restringit. Ut vipera exusta & epota medetur morsui viperæ vivæ: ita memoria mortis. Lactant. lib. de ira cap. 13.

Prudenter cursum instruit. Ut nauta puppis gubernaculo; piscis caudâ se dirigens. Sir. 7, 40. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.

Oblivio mortis noxia est hominibus. Hi namque similes iis, qui terribilia in somno viderunt, mox ea oblivioni tradunt.

Plurima exempla eorum, qui mortis memoriam recoluerunt:

Ægyptii in suis conviviis mortis simulachrum circumferebant, ut illius memores essent inter potandum hospites.

Constantinopoli Imperatori recens electo offerebat cæmentarius omnis generis lapides, ut ex his unum in tumulum sibi eligeret fabricandum. Saladinus Ægypti Syriæque Sultanus, omni funeris pompa abdicata, jussit tantum in lancea præferri lacerum pannum. Bocatius lib. 1. illustr. viror.

A præcepto Christi vigilantiam toties suadentis, Matth. 24. versic. 42. Tit. 2. versic. 13. Dormientes. Suadenti qui non obtemperat, damnum patitur cum stultis virginibus, Matth. 25.

Circa mortem homines securi esse non debent.

Simile. Duæ naves occurrunt sibi invicem in mari. Utraque sibi videtur stare, cum currat utraque. Ita cum alii homines moriuntur, nobis stare videmur, cum & nos moriamur, quia paulatim morimur. Ut gutta extrema non evacuat vas, sed eæ quæ antea effluxerunt: ita quotidie vita tua effluit, non primum, cum moreris, effluxit. 2. Samuel. 14. versl. 14. Quasi aqua in terram delabimur. Ut in itinere sermo nos decipit, ut præter spem ad metam contingamus: Ita vita instar sermonis effluit Psalm. 90. v. 6. inter curas hujus mundi.

Quia sues imitantur, qui mortis non recordantur. Nam porco mactato, statim sues redeunt ad cibum & vorant: Ita securi homines ad suas redeunt sordes.

§.20 *Securitatis causa.*

Satan. Similis pictori, qui coloribus præsentia ita pingit, ut tamen videantur longè dissita esse. Sic Diabolus nobis pingit mortem longe dissitam esse: cum morte pactum &c. Quæ tamen præsentissima est.

Hominum malitia: dum nihil mortem ad se pertinere putant; videlicet, sicut in concione nemo putat ad se spectare correctiones, quia incerta est hora mortis, Matth. 25.

Quia sunt ad mortem ut carcerem damnati. A simili Regis, qui prævaricatores ad carcerem damnasset.

Quia memoria hominis facile excidit mors. Dan. 2. Vix evigilaverat, cum somnium effugisset Nabuchodonosori: Ita apud multos mortis meditatio evanescit. Instar somni est, multi illam negligunt. Ezech 8, 16. viri ad ortum spectabant.

Mortem prudenter tractare & considerare. Caute moriendum est. Lamachus centurio militi aberranti in bello dixit: in bello non licet bis peccare; multo minus in morte.

Mors cum gaudio subeunda. Sogdiani juvenes lætabunde moriebantur. Cælius Rhodigin. libr. 18. 33. Antiq. lectionum, folio 717. Qui Alexandro nunciari jusserunt: Lætamur, quia mors nobis est in votis: ut fortes mori decet. His vitam & libertatem Alexander reddidit. Ille temporalem & momentaneam: At Christus sempiternam vitam & libertatem Johan. 10. Roman. 8. dabit, ut æternum eum eo vivamus. Johan. 14. vivo ego & vos vivetis.

Desideranda sitne mors, & quo respectu? §.21

Debemus mortem desiderare tanquam

1. E mari hujus mundi propositum portum.
2. Liberationem ex mundi Ægypto.
3. Exilii solutionem. Cupio dissolvi, Philip. 1.
4. Carceris cessationem, Psalm. 142. vs. ultim.
5. Finem miseriæ & omnis irrequiei.
6. Terminum omnis Vanitatis.

A Calamitosis solet optari, Jer. 8. v. 3. Job. 3, 20. Jerem. 20. v. 17.

Mortis centrum est peccatum, 1. Corinth. 15. versl. 56. Vide Mathesium Homil. in 1. Cor. 15. caput.

Mors cognatorum non desideranda, Prov. 20, 21.

Ob mortem non tristari plus justo.

Mortis consideratio tristis fuit gentibus, 1. Thess. 4, 13. 1. ob Cupressum piceam arborem (1) non florentem, (2) umbram nocivam habentem, teste Textor. officin. p. 133. & 2. Taxum arborem venenatam. C. 8. Textor. Confer Busæi Panormitani p. 308. 309. tit. Mortis immodicus metus.

Ex cupresso fecerunt faces funebres 1. quia semel recisa non regerminat. 2. amara est. 3. odore malo. 4. umbra odiosa. 5. picem fundit. Omnia hæc ad mortem applicari possunt.

Illam non timere aut aversari.

Aristippus interrogatus, cur non extimesceret in naufragio & tempestate? Respondit: vobis de scelerata vita periculum est, mihi non nisi de beatitudine.

Mortem quomodo homines aversentur & quantopere, Zwing. f. 37. 38. a. b.

Mors naturæ ingrata. Joh. 21. quo non vis. Roman. 7. Philipp. 1, 22. Luc. 22, 42. 43 Basil. Epist. 67.

Mortis amaritudinem pellere: (1) medi-

tando, quod anima non relinquatur, Psal. 16, 10. sed ad Deum revertatur, Eccles. 12. (2) Quod mors sit somnus, Johan. 11. Luc. 2, 3. (3) Quod quies, Ambros. cap. 8 in Lucam. Ubi resurrectionis fides est, non mortis species, sed quies est, Apocal. 14. (4) Quod anima portetur ab angelis, Luc. 16. (5) Christus supra mortem regnet, Roman. 14. (6) Inevitabilis sit mortis necessitas, & Christi veritas, vitam æternam donantis, Joh. 10.

§. 22 *Similia & Epitheta mortis.*

Similis est mors cæsori lignorum. I. Geiler. Keiserb. fol. 3. sermonum.

Sagittario & fœnisecæ, ibid. Dominatori inter homines, Rom. 5.

Mors est instar cancellorum, in quibus fluctus hominis desinunt, Job. 38. Homines sunt instar maris, hi fluctus suos in ripa mortis deponunt. Exemplo est Julius Cæsar.

Dux fortis. Sicut olim duo Duces Baëna & Rechob ad fores Isboseth 2. Sam. 4. excubabant, ut dormientem interficerent: ita peccatum & mors perpetuò excubant, ut in peccatis dormientibus vitam eripiant.

Echo vitæ. Si alicubi fuerit Echo, respondebit bonum, si bonum dixeris: Sic in morte respondebit mors bonum, si in vita bonum egeris.

Finis miseriæ. Augustus Cæsar, appetente morte, jussit post obitum suos ridere & plangere.

Et caducæ gloriæ. Magister ceremoniarum recens electo Papæ suspensam in canna stupam accendens acclamat ei: Pater sancte! Sic transit gloria mundi.

Hostis: quia pax non est constituta cum morte. Quamdiu hostis interimit, tamdiu pax non est constituta. Ita quoque cum morte nulla pax est constituta, quotidie enim homines interimit. Hostis ex abrupto invadens hominem.

Latro comitans, sed tandem interficiens.

Semper nobis incumbens. Mors quotidie nobis incumbit. Seneca Epist. 59. Quotidie demitur aliqua pars &c.

Latro, vestes solas rapiens, non ipsum corpus. Corpus animæ vestis, rapit hanc rapax mors, non animam.

Taurus petulcus est, irruens in nos, pro ipso corpore, quod petit, vestem; corpus non impetit, resurget enim corpus idem; vestis solùm detracta est, corruptibilitas, 1. Corint. 15. Hinc consolatio in morte amicorum.

Littus, in quo desinunt fluctus tumultuosi maris mundi hominum, Job. 38. v. 8. ubi fluctus Alexandri, Xerxis, Pompeji, Julii? In littore mortis desierunt.

§. 23 Mare. Ut enim in mare omnes fluvii rursus delabuntur; Sic mors omnes homines in sepulchrum, tanquam ad mare descendere facit. Pii servantur per mortem, ut Israëlitæ in mari, & non intereunt, sicut Pharao & antediluviani.

Est crux, affigens nos lecto & membra distendens.

Nox. Mors inopinata obruit homines: Quemadmodum viatores de solis occasu minime cogitantes nocte opprimuntur; ita multi morte.

Nycticorax pullos noctu aggreditur; mors ex improviso homines obruit, incautos opprimit.

Pandora. Poëtæ quondam Pandoram finxerunt, quæ miseriis januam aperuisset, & omnis generis morbos introduxisset. Mors sane illa Pandora est.

Mors somnus. Ideo voce sua Christus nos excitat ut Lazarum: Et morte in somnum immergimur.

Pictura. Veteres pinxerunt calvariam cum inscriptione hac: *Vilescunt omnia cogitanti.*

Pingitur in mensâ σκελέτον capitis emortui, cor, candela.

Pingitur aliquis sedens in carcere, compedibus constrictus, mors eum in sepulchrum trudit. Sed quid?

Vita hæc est carcer, pœna est sententia mortis,
Imò penu, & funus, fœnus, & horror homo.

Cor accedit mors, infra ejus latet serpens, cor vero duabus alis armatum, cœlum petit, utrinque amplectitur solem, cui inscriptum nomen Christus.

Mors non metuenda, quia in mortis tenebris etiam lux Dei lucet.

Caput emortui in terra subjectis sibi ossibus stat, capiti imposita candela, quam Deus porrecta e cœlis manu accendit.

Mors finis medicinæ. Ægrotus jacet in lecto, circumstant medici, mors sola adstat, quæ locum quietis molliorem lecto spondet, Sirac. 14. v. 18.

§. 24 Finis est malorum. Dixit S. Cæcilia: in homine nihil moritur nisi ærumna & calamitas.

Finis consiliorum quæ a malis proficiscuntur, Ps. 58. v. 10. 11.

Gaudium bonorum:

Mors est velut linearum nigrarum pictio, quæ postea delentur, & imago politior facta suis coloribus corpus distinguitur: ita in morte atris terræ carbonibus corpus nostrum depingitur, imo in nudam corporis & cinerum tabulam convertitur; sed Christus eandem gloriæ lineamentis ineffabilibus distinguit, 1. Cor. 15. Vid. Senec. Epist. 103.

Portus, vel ad tranquillandam navim, vel eam majoribus procellis infestandam, & submergendam, & collidendam.

Rhamnusia Dea. Mors est similis Deæ Rhamnusiæ, quæ olim cineres spargere picta est, Pomponius Lætus. Sic mors est 1. Dea vindictæ, ob peccatum ingressa. 2. Cineres spargit, quia undique cadavera & cineres multiplicat.

Securis arborem incidens, Dan. 4, 7. Instar armorum & longe & prope sitorum, Ps. 7.

Serpens

Serpens igneus nobis immissus ob peccatum.

Stipendium peccati; & hoc quia per omnes homines pertransiit, omnes quoque morimur, Romanor. 5. v. 32. & 6, 23. Psalm. 90, 11. & 13. 1. Cor. 15, 22. Sir. 10, 1. cap. 14. v. 18. c. 40. v. 3. Sapient. 7, 6. Esa. 9, 14. Joh. 3, 19. cap. 10, 22. Esa. 6, 6.

Semita omnibus hominibus calcanda. Sicut viator vel peregrinator, ubi vix ad quietem se in lecto, cujus supellectilem hinc inde conquisiverat, composuit, iter rursus facere cogitur: Sic multis divitibus aliisque mors non exspectata venit, fores pulsat, & ambulare monet communem semitam.

Somnus & dormitio, Johann. 11, 11. Hinc locus, in quo mortui sepeliuntur, vocatur Cœmiterium, hoc est dormitorium. Apud Athenæum lib. 4. cap. 5 locus, in quo hospites dormire solebant, cœmiterium appellatur. Hieronym. Epist. 29. ad Theodor. In Christianis non est mors; sed dormitio & somnus appellatur. Sic fere Chrysostomus homil. 22. ad populum Antiochenum. Vide porro de somno mortis infra. V. Drexelius Tractat. 2. pag. 179.

Rex & Tyrannus, Rom. 5. v. 14. 18.

Tempestas: Naves cum procellas jam superarunt, in ipso sæpe portu naufragium patiuntur. Arbores, quæ hyemis gelu sustinuerunt, in ipso veris initio exarescunt. Ita plures in ipso mortis terrore naufragium salutis faciunt.

Mortis memoriam refricet inopinatus ejus adventus, Jonæ dormienti in navi, Jesabeli fuco illitæ, Belsazari convivanti, Dan. 5. Esa. 21, 5. 2. Reg. 13, 22. Job. 1. Jud. 13, 10. Dormienti, Jud. 4, 19. securo, Luc. 12. 2. Reg. 20, 9. Vid. Job. 21, 11. Itaque mors non secure contemnenda, ut Simson in sinu Delilæ se continebat, periculo proximus fuit.

Tributum universale, quod omnibus solvendum.

Venator. Cingit omnes mortales, ut feras retibus suis. Hinc Lutherus: Mitten wir im Leben sind mit dem Todt umbfangen.

Vesper. Sicut iter facientibus inopinato vesper adest, ita nobis mors.

§. 25 *Divisio.*

1. Mors impiorum. 2. piorum. Hæc est solutio animæ & corporis ad æternam requiem. Philip. 1. cupio dissolvi & esse cum Christo. Apocal. 14. Beati mortui in Domino &c. Non est damnosa & noxia. *Simile:* Invadit taurus aliquem, qui pallium objicit cornibus, excæcatumque tandem facile effugit, in locum tutum se recipiens: Ita pro re exuviæ saltem morti relinquuntur, in ipsos pios nihil habet juris, quorum animæ sunt in manu Domini, nec plaga ipsis continget, Sap. 3. v. 1. Estque pretiosa: quia solet eam plagis ulcisci Dominus. Ita Antiochiam ingenti terræmotu quassavit DEUS, ob mortem Ignatii Romæ trucidati. Baron. ad Ann. Chr. 111. fol. 53. 54.

Pretiosa 1. ob finem laborum. 2. ob vitæ januam. 3. victoriæ consummationem. 4. Perfectam securitatis professionem, Bernhard. Es. 35. in domibus pacis. Cap. 31. gaudium perpetuum. Psalm. 116, 15. Mors pretiosa, solatii plena. Lutherus sub mortem suam dixit: Is curet animam meam, qui pro ea suum sanguinem effudit.

Est otium. Epaminondas audiens in clade Leuctrica bonum virum occubuisse, ait: o Hercules, quod otium vir hic nactus est! Plutarch. Est lucrum, Phil. 1.

I. παράδοξον ob fœtorem & putredinem §. 26 corporum. Vid. August. de se, Romæ visente cadaver Cæsaris cujusdam. Septem Philosophi conquesti de morte Alexandri in conclavi: 1. Mors (dixit) tibi imperat. 2. sufficit locus aliquot pedum latus. 3. sine comitibus es in sepulchro. 4. ne infans quidem te timet. 5. Hodie mutus es. 6. Deformis es. 7. Es esca vermium.

III. Singulare est respectu piorum hominum. Equidem mors non lucrum in se, in nativa facie: Attamen

III. Consecutive est lucrum, ob gloriam æternam consequentem, 1. Cor. 15. Joh. 17. quia Christus factus est mors morti. Hujus Victoriæ fiunt participes electi per mortem.

IV. Antecedenter; Si respicias calamitates hujus vitæ, quæ finiuntur omnes; si peccata consideres quæ desinunt; si labores, qui cessant, Apoc. 14, 13.

Est porta gloriæ, janua vitæ, migratio ad Deum, ad meliora, ad propinquos præmissos, ad angelos, ad ipsum angelorum Dominum, ad consortium beatorum.

Est placida. Euseb. lib. 4. cap. 16. de Babyla martyre exemplum.

Est somnus, quia mori dicitur dormire, Deuter. 31. vers. 16. 1. Regum 2, 10. cap. 11, 43. 2. Reg. 12, 29. ob analogiam somni & mortis, Theodoric. Dominic. 24. post Trinit. p. 442. seqq.

Est æternæ vitæ janua. Anima defertur ab angelis in sinum Abrahæ.

Olim cum Imperatores suos in Deorum numerum referrent, & corpora eorum in campo Martio comburerent, animam putabant per aquilam deferri in cœlum, quæ incenso rogo dimittebatur. Herodian. l. 4. Baron. Tom. 2. fol. 342.

Est abitus ad patrem cœlestem. Moriendo namque in Christo DEI filio, ipsa vita, ad patrem imus & veram vitam.

Exitus ex hac vita. August. Tom. 8. col. 917. c. d. Luc. 9. Christi exitus.

Est Liberatio & cursus ad coronas. Chrysostom. hom. 18. Tom. 5. f. 145. lit. C.

Est gloriæ mundanæ terminus.

Omnia Cæsar erat, sed gloria Cæsaris esse
Desiit, & tumulus vix erat octo pedum.

Est migratio de labore in requiem, expe- §. 27 ctatione in præmium, agone ad brabéum, morte ad vitam, peregrinatione ad patriam,

noverca (mundo) ad matrem in cœlis triumphantem.

Est lucrum. Pingitur aliquis sedens in carcere compedibus constrictus, mors in sepulchrum tradit. Sed quid? Vita hæc est carcer, pœna est sententia mortis, imo penu & funus, fœnus & horror homo.

Nux cassa. Luther. in Colloq. Convival. Der Todt wird eine taube Nuß an uns fressen und sauffen.

Portus naufragii expers. Chrysostomus Tomo 3. homil. de beato Philogonio, folio 211. c. d.

Portus maris mundi.

Somnus, Aug. Tom. 8. col. 1509. a. Deut. 31, 16. 1. Reg. 2, 10. c. 11, 14. Psal. 4, 19. Esa. 29, 20. Dan. 12, 25. Joh. 11, 11. Act. 7, 60. 1. Cor. 15, 6. 1. Theff. 4, 13. Matth. 9, 24.

Similitudo vero consistit in sequentibus.

1. Ut bona concoctio parit bonos spiritus, unde quietus somnus: ita fides ex verbo DEI hausta, mortem reddit dulcem, Lucæ 2. vers. 29.

2. Ut suaviter dormituri curas omnes abjiciunt, ita & bene morituri, Coloss. 3. vers. 2. Philip. 3, 13.

3. Ut somnus liberat ab omnibus laboribus, & defatigatos reficit: Ita & mors, Esa. 26. v. 20. Job. 7. v. 2. 1. Corinth. 15. v. 44. Apoc. 14. vers. 13.

4. Ut somnus omnes promiscue invadit, ita & mors, Sir. 8, 8. Job. 2, 23.

5. Ut corpore dormiente anima vigilat: Ita corpore licet mortuo, anima tamen vigilat apud Deum, Sapient. 3. vers. 1. Luc. 16. vers. 25. Apoc. 14, 13.

6. Ut somnus non advertentibus hominibus irrepit; ita & mors, Eccles. 9, 12. Job. 34, 20. Luc. 12, 40. 46. 1. Theff. 5, 3.

7. Ut dormientes non semper dormiunt somnum Epimenideum, sed mane excitantur & surgunt; Ita & mortui a Christo resuscitati resurgent, Job. 19, 26. Joh. 5, 28.

8. Ut homo dormiens nihil curat, nec metuit mali quidquam: ita & mortuus, Es. 26. vers. 20. Tholdius folio 1075. in Analys. Evangeliorum.

Taurus petulcus irruens in nos, pro ipso corpore, quod petit, vestem impetens; resurgit enim corpus idem, vestis autem detracta est corruptibilitas, 1. Cor. 15.

§. 28 Est translatio ad cœlestem panegyrin. Chrysost. lit. E. d. NB. de Philogonio:

Mors non nimis fugienda aut metuenda fidelibus. Philip. 1. non metuit Paulus: cupio (ait) dissolvi.

Sic quoque Gordius martyr hortabatur carnifices ad Martyrium cito consummandum, Basil. Concion. in Gordium martyrem. Cum Cypriano sententia mortis ex tabella his verbis recitaretur: Statim Cyprianus gladio feriatur; respondit Cyprianus: Amen. Pont. Diacon. in passione Cypriani. Polycarpus Tyranno occisuro: occideris (dixit) me, beaveris me, Theodoret. l. 4. c. 19. histor.

Innocens sit. Ethnicus Socrates gloriosum sibi duxit mori hac morte. Ideo flenti uxori dixit: Quid ergo putas? satius esse me insontem & maleficum mori? Valerius Maximus lib. 7. cap. 2.

Thomæ Mori.

Mors subitanea & inopina non arguit mox hominem fuisse impium. Vid. Athanas. quæst. 70. ad Antioch. Et Drexel. Tractat. 2. pag. 114. Confer Bellum supra num. 13. Drexel. Tractat. 2. p. 96. Exempla mortis subitæ Textor c. 509. officin.

Juvenum & senum. §. 29

Mors juvenum periculosior est, quia est a tergo: senibus est præ oculis.

Parvulorum & juniorum mors æquo animo ferenda: I. Si DEUM consideres, qui illos tollendo e vivis agit 1. juste: Omni enim peccatori mors debetur, Romanor. 5. vers. 12. 2. Paterne: diligit enim justos, Sapient. 4, 10. mature eos ad se vocat. 3. libere: Dat enim liberos, & cum vult, eosdem recipit, Job. 1. Dominus dedit. II. Si parentes, 1. Hi gaudere debent, suos translatos esse e captivitate ad libertatem, e miseria ad felicitatem, e morte ad vitam, e vexatione malorum ad quietem & consortium angelorum, e peccatis ad innocentiam, e societate malorum ad societatem angelorum, e labore ad quietem, e laqueis ad securitatem. 2. Cogitare, qua lege nati sint illis liberi, non ut perpetuo vivant. 3. quod juvenis præcocis mortis, damnet vitam impiorum, Sap. 3. 4. quod nativitas filiorum sordida, cruenta fuerit, mors illustris, Basil. Seleuc. orat. 126. 5. Quod a malorum vexationibus liberati sunt. Augustin. de vita Christ. capit. 5. 6. Quod ingentibus curis tam parentes ipsi, quam filii nostri sint liberati, quibus utrosque alias seculi hujus miseria involvisset. 7. Quod eos de peccatis commonefaciat DEUS. 2. Samuel. 12. Davidis filius moritur. III. Si liberos ipsos & juvenes, 1. DEO placent, ideo e vivis sublati. 2. Ne intellectus eorum mundi erroribus excæcetur. 3. Ne scandalizentur exemplis, Sap. 4. 4. Ne capiantur voluptatum laqueis. 5. Ne a mundo immundo contaminentur. Sap. 4. Exempla non corrumpant. 6. Ne tragicis pœnis involvantur, 3. Reg. 14, 13. 7. Mature ut veterani a DEO declarantur. Dolendum quod primæva obierit ætate, gratulandum autem quod virtutum stipendiis veteranus decesserit, ait Ambrosius orat. de obitu Valentiniani.

§. 30 Mors duplex: Carnis mortem timet omnis homo: mortem animæ pauci. August. Tom. 9. col. 356. b. ad Tit. peccatum vitandum.

Mors *spiritualis in malo.* Moriamur nobis, & vivamus Deo, ut Sara sibi mortua est, postea fertilis facta: Sic Christiani sibi moriantur. Gen. 18. Abraham accepit promissionem, postquam e terra sua exiit. Sic quamdiu mundo adhæres, non dantur tibi promissiones.

Mortuo Herode venit Christus, ita & in te moriatur

moriatur vulpes Satan cum concupiscentiis. Col. 3. mortui estis.

Mors animæ fit per peccatum, Vid. pecul. Tract. f. 807. Laurent. Justinian. (1) promerendo mortem, (2) vitam animæ spiritualem extinguendo.

Mors *spiritualis in bono*. Mortificatio affectuum. Col. 3, 5. *Mortificate membra vestra*. Est discrimen Christiani, quo differt ab infideli Christiano. Chrysost. T.1.f. 6.lit.B. hom.4.in Genesin 6, 5.

Naturalis & *Communis*.

Violenta, ut Abelis, Gen.4. vel Agagi, 1. Samuel.15. Absolomi, 2. Sam. 18.

Huc pertinent bellum, fames, pestis, gladius.

Placida. Cujus varia extant exempla. Johannis Electoris Saxoniæ, fortissimi Christi confessoris. Vide Luther. in concione funebr. Anno 1532. habita. Non tamen semper obtingit. Vide Zwinger. folio 555. 3038. 3062.

Non placida sequi solet vitam impiam. Sic Antediluviani, Pharao, Herodes, Herodias, Jesabel, Athalia, Pilatus. V. Zwinger. f. 500. Theatr.

Epicuræa. Dux Georgius Clarent. in vino malvatico suffocari voluit, proposita ipsi optione mortis a fratre Eduardo, Rege Angliæ.

Extraordinaria, ut Enochi, qui vivus translatus est ad Deum, Gen. 5.

Mosis, qui singulari modo mortuus est, Deuter. 34. Eliæ, 2. Reg. 2. Justorum. Num. 23. Moriatur anima mea morte justorum. Estque hæc mors gaudium. Vide. L. Granat. p. 357. 363. in duce peccatorum. Estque hæc mors e carcere eductio, & liberatio in domum, e captivitate hujus mundi, in libertatem cœli & filiorum Dei, Rom. 8.

Impiorum est exitus e domo mundi in perpetum carcerem inferni.

Præmatura, vel a DEO peculiariter inflicta ob peccatum ; Sic mors Mosis & Aaronis Numer. 21. Deuteronom. 24. Saul, 1. Chronicor. 10.

Filii Davidis, 2. Samuel. 12. & Jerobeami, 2 Reg. 14. Nabalis, 1. Samuel. 25. Usæ, 2. Sam. 6. Ahasiæ, 2. Reg. 1. Simri, 1. Reg. 16.

§. 31 Variæ mortis species. Hinc quam variis modis homines moriantur, vide Didac. Apolepht. p. 858. horar. historic.

Morte naturali. Etiam *stando* mortui. Drexel. Tract. 2. p. 165.

Pectine quo caput læserat Ruffinus, Erysipelatis malum sibi attraxit, quod finem vitæ ei attulit. *Aquis suffocati*, v. Homines in Diluvio, Ægyptii, Exod. 14, 15. *Peste*, vide *Pestis* infra. *Acu* periit Lucia, cui infantis pugnus illam in pectus matris suæ adegerat, Guevarra lib. 3. Horol. Principum c. 37. *Gaudio*. Zwinger. fol. 492. Morbis variis. Morte *repentina*. V. Didac. Apolepht. part. 3. p. 884. horarum recreatitiarum. *Veneno*. Nero fratrem suum Britannicum veneno sustulit. C. Tacitus lib. 12. &. 13. commentar. opera cujusdam Magæ usus, cui nomen erat Locustæ. Athenienses Socratem, Plutarch. *Venenum* sibi ipsi Demosthenes propinavit, liberiori lingua erga Regem Macedoniæ usus. Idem fecit Hannibal, victus a Scipione in Africa, ne triumphatus Romæ sisteretur. Cæsar Arnulphus & Carolus Calvus veneno sublati. Sic & Henricus VII. de quo Abbas Urspergens. Uladislaus Rex Ungariæ & Bohemiæ a Concubina sua: Philippus Cominæus testis. Alexander VI. PP. per incuriam ministri, venenato vino sibi mortem, quam aliis machinatus erat, conciliavit.

De variis generibus mortis vide Camerar. part. 1 cap. 96. Johann. Baptist. Fulgos. libr. 9. cap. 12.

Consolationes aliæ morti opponendæ, ut hujus acerbitatem superemus, 1. Sam. 15, 33. desumuntur vel ex parte nostri, vel aliorum.

(Vanæ v. sunt Ethnicorum contra mortem consolationes omnes.)

Ex parte nostri, Mors. §. 32

Est janua vitæ. Requies. Psalm. 16. Caro requiescet. Sinus, Luc. 16. Esa. 26, 26. Imus enim ad eum, qui mori non potest.

Finis peccandi : Mortuus enim non peccat magis, Rom. 6.

A baptismo nostro, 1. Cor. 15.

A fine miseriarum. Joh. 16. In mundo habetis afflictionem. Esa. 57. v. 2.

Cæcilia dixisse fertur : Cum moritur homo, nonnisi miseria moritur.

A principio veræ vitæ, quia vivent pii, non morientur, Matth. 22. Esa. 6. 2. Cor. 4. Semper in mortem tradimur. Sap. 3. Tormentum non tanget eos.

A fonte omnis felicitatis, qui per mortem aperitur.

A consequenti resurrectione corporis, Daniel. 12. Tob. 2, 18.

A DEI misericordia, Es. 54. v. 7. Psalm. 42, 6. Matth. 18, 14. Joh. 3, 16.

A somno, cui mors similis est, Joh. 11. Ps. 3. Dormivi & resurrexi, Psal. 4 v. ult.

A Christi intercessione, 1. Joh. 2, 1.

Non vident mortem, Joh. 8. Sed spe resurrectionis oculi eorum in vitam æternam penetrabunt.

Ab exportatione nostri: Corpus in terra reconditur, anima in cœlos translata.

Exportamur omnes cum juvene Lucæ 7. Amemus Dominum, a quo non separamur; qui nos non deserit.

A spe salutis: spe salvi facti sumus. Christo per baptismum insiti sumus, Roman. 6. Ergo mors nos non divellet.

A judicii sublatione, Joh. 5, 14. Johan. 6, 37. 47. Rom. 8, 1.

Ex parte Christi

§. 33 Manum ille nobis porriget, ut Petro labanti, Matth. 14. Hoc solatio se erexit Thomas Morus.

1. Christus nobis mortem devicit, 2. Tim. 1. v. 9. Ebr. 2. Ose 13. Sal est quo salimur, Brentius in Levit. fol. 756.

2. Pec-

2. Peccatum abstulit. 1. Cor. 15. Secundus Adam de cœlo.

3. Dux vitæ. Actor. 3. arbor vitæ in medio Paradisi. Contrivit caput serpentis, Gen. 3, 15. a morte nos excitat verbo. Joh 5. non gustabit mortem. Johann. 11. transibit a morte ad vitam, Joh. 8. non videbit mortem. Esa. 55. Vivet anima, lux nostra, 2. Sam. 22, 29.

Sic cum Davide quilibet fidelis dicat: Dominus est lux mea, illuminans tenebras meas. Columba emissa a Noacho, non nisi in arca (omnibus locis adhuc immersis) requiem invenit, Gen. 8. Sic in diluvio mortalitatis nulla nisi in Christo requies est, in ejus vulneribus tuti quiescimus.

Christus ut serpens exaltatus intuendus est, Joh. 3. qui nos vivificabit. Joh. 5. Vivo ego & vos vivetis.

A baptismo nostro. Vide Leonh. Culman. E. 4. b. cap. 6. lib. 2. consolat.

A prædefinitione DEI, qui nobis moriendi tempus præscripsit, Psal. 139. Job. 14.

A commendatione Spiritus nostri, quod DEUS eum servet. Luc. 23. Pater in manus tuas. Act. 7. Stephanus. Psal. 31. David. Sap. 3. Heb. 4. in requiem introierunt. Plato narrat in Apologia pro Socrate, hunc sub vitæ finem dixisse: Ego ad mortem eo: vos in vita manetis: Utrum melius sit, DEUS novit: Neminem enim hominum hoc scire puto. At nos Christiani scimus, nos ad DEUM ire, optime nobis esse corpore solutis.

A fine peregrinationis, 1. Chron. 3. Psal. 39. militiæ, Job. 7. Miseriæ, Job. 14. Psal. 90. Psal. 102. Dies & umbra, Psal. 145. Vapor, Jacob. 4. fœnum, 1. Pet. 1.

Eccles. 7. melior est dies mortis, quam hora nativitatis.

Hæ consolationes & officia mortuorum allegorice ita proponi possunt, ut moriturus consideret

1. Lectum suum. Cor tuum in fide JESU quiescat, Rom. 5, 1.

2. Pulvinar sit lapis Jacobi, qui Christum figurabat, Gen. 28. Es. 28.

3. Poculum & potum: Is sit verbum promissionis. Ps. 91. Tecum ero.

4. Sudarium Christi passionis, sanguine hujus conspersum.

5. Visitatores sint Minister verbi, pii cognati, Oratores assidui.

6. Nocturnum tempus fallere meditationibus divinorum beneficiorum, Psal. 77. & sanctorum, qui eadem passionum vestigia frequentarunt.

7. Balsamum odoriferum confortans sit meditatio redemptionis per Jesum Christum factæ, Rom. 3, 24. 25.

Tentationes agonizantium.

§. 34 1. Omnium derelictio. Job. 7. v. 10. Non revertitur in domum suam (mortuus.) Respons. Omnia accipis post mortem, dummodo vera fide Christum suscipis. Luc. 2. Dimittis in pace.

2. Ab amicis separatio. Job 7. v. 8. oculus non me videbit. Respons. At tu Deum videbis amicissimum, dummodo sis filius Abrahami, DEI amici, Jacob. 2.

3. Iræ DEI contemplatio. Job. d. l. v. 8. Oculi tui me respiciunt &c.

Resp. At cessabit ira, veniet gratiæ pluvia.

4. Nostri oblivio. d. l. v. ultim. Confer Psalm. 88.

Resp. Non obliviscetur tui Dominus, Esa. 49.

5. Ad sepulchrum nostri ordinatio. d. l. v. 7. 8. Psalm. 6. In morte quis memor tui? Respons. Corpus ad sepulchrum; Anima ad sinum!

Quid trepidas fili ad sinum Patris dulcissimi?

6. Dolorum multiplicatio & anxietatum. Vide Tertullian. lib. de anim. cap. 53. Quisquis (ait) ille est exitus corporis, sine dubio aut materiarum, aut regionum, aut viarum vitalium eversio est: materiarum, ut fellis, ut sanguinis: regionum, ut cordis, ut jecoris: viarum, ut venarum & arteriarum. Item: Ruinæ vis, semel omnia vitalia elidens, ait ibid. Tertullianus & cætera omnia egregie. Fac nos in Te superare omnia, o pie Christe!

Officia circa mortem.

1. Sæpe cogitare de morte. V. Memoria. §. 35 Id enim est utile & necessarium, ut peccatum vitemus, vitam præsentem spernamus & cœlum meditemur. Vide complura exempla principum & aliorum, qui peculiaribus signis se commonefecerunt mortis, apud Camer. p. 1. c. 12. & p. 2. c. 53. horar. subcisiv. Drexel. Tract. 2. §. 37.

2. Promptum & alacrem esse ad mortem.

3. Præparare se ad mortem.

MORTIFICATIO.

§. 1 Confer: Crucifixio, Abnegatio. Item: concupiscentia domanda.

Est vero mortificatio desideriorum carnalium extinctio, in appetitu non solum sensitivo, sed etiam rationali, hoc est, toto homine corrupto, Joh. 3, 5. Gal 5. nempe carne prona ad has vel illas cupiditates.

Causa efficiens spiritus sanctus. Rom. 8. v. 13. per spiritum, nempe sanctum, in quo v. 14. dicitur.

§. 2 Materia I. ex qua, (ut docendi causa ita loquar) sunt duæ: 1. ipsa mortificatio veteris hominis, & 2. vivificatio sive renovatio novi hominis. Per illam definit homo a malo, Ps. 34, 15. Esa. 1, 6. & incipit per hanc facere bonum & in novitate vitæ ambulare, Rom. 6. v. 4. Huc illuminatio. V. suo loco. Mentis, voluntatis innovatio. V. Renovatio, Regeneratio.

II. In qua & circa quam est totus homo, corruptus, qua animam, qua appetitum rationalem, sensitivum & omnes ejus facultates.

Huc

§.3 Huc spectant illa quæ scriptura tradit de veteri homine, Roman. 8, 6. interiori, 2. Cor. 5. Rom. 7, 22. 1. Pet. 4, 10. Carne, Joh. 3, 5. Gal. 5. v. ult. Mortuis in peccato, Eph. 2. Morte peccati, Rom. 6, 2. Col. 3, 3. Corpore peccati, Rom. 6, 6. Concupiscentiis, 1. Joh. 2, 15. Rom. c. 6. Membris super terram, Col. 3, 6. Desideriis, Gal. 5. figmento cordis humani, Gen. 6. Corpore peccati, Roman. 6, 6. Coloss. 2, 11. Regno peccati, Rom. 6. Crucifixione, Rom. 6, 6. Sepultura, Rom. 4. Coloss. 2, 12. Appetitu ejus, Gen. 4. Voluntate ad malum, Rom. 7. Cesset voluntas propria, & infernus non erit, ait Bernhardus serm. 2. de resurrectione Domini. Hæc est Eva nos decipiens, vena peccatorum, nos seducens. V. infra *Voluntas*. De vivificatione, suscitatione nostri Rom. 6, 4. Coloss. 2, 12. Joh. 5, 11.

Huc pertinent Res illicitæ, & quæ lege sive divina sive humana prohibitæ. Licitæ, si ab iis ultro abstineas, videl. a voluptatibus licitis, venatione, &c. vid. Ambros. de obitu Valentiniani Imperatoris.

§.4 Causa efficiens principalis hujus mortificationis Deus est, vivificans nos, Ephes. 2. Cor mundum dans, Ezechiel. 11. Psalm. 51. cor novum.

Huc multiplex Dei gratia 1. præveniens, 2. præparans, 3. operans, 4. cooperans, 5. subsequens & perficiens.

Ministra, electi Dei ministri, & homines pii, doctrina, monitis, exemplo nos ædificantes, ad studium mortificationis. Matth. 5. Luceat lux vestra. 1. Pet. 2, 12. & perpetuo cohortantes.

§.5 Causæ procreantes & adjuvantes mortificationem sunt (1) Verbum Dei a nobis diligenter consideratum, quo a peccatis absterreamur. Huc legis comminationes, exempla eorum qui vel mortificarunt carnem, vel non. Promissa iis data, qui mortificant carnem & crucifigunt illam. (2) Baptismus in quo Christo implantati sumus in mortem, Rom. 6. (3) S. Eucharistia, qua unimur Christo, qui vires dat ad superandam carnem. (4) Fuga occasionis peccandi. (5) Temperantia. (6) Oratio ardens. (7) Repugnantia nostra adversus pravæ voluntatis insultum, Sir. 18, 30. (8) Beneficiorum item & pœnarum Dei consideratio, Rom. 2, 4. Itemque judicii extremi, Act. 17, 39.

§.6 Effectus mortificatorum: 1. Resistere cupiditatibus pravis. 2. Mundum vincere. 3. Militare adversus concupiscentias. 4. De industria non peccare aut peccatum facere, Joh. 8.

Adjuncta ejus sunt: quod mortificatio est difficilis.

§.7 Sicut dens non facile evellitur, sagitta non facile corpore extrahitur; ita nec cupiditas mala ex anima.

Caro multa objicit obstacula piis, pericula, dolores, ignominiam, paupertatem. Sic Matth. 16. Petrus Christo dissuadet passionem.

Dolorosa. Nam sicut crucifixio dolorem infert homini crucifixo; ita mortificatio, quæ similis est crucifixioni. Galat. 5. Crucifigant carnem cum concupiscentiis & desideriis.

Laboriosa. Nam amputata quoque repullulant: Labore assiduo opus est, ut mox revellatur concupiscentia. Bernhard. sermon. 58. Intra fines tuos habitat Jebusæus; subjugari potest, exterminari non potest.

Imperfecta manet, & cum lucta conjuncta perpetua, Roman. 7, 24. Utilis: Primo enim inchoat DEI imaginem in nobis restituere. 2. Preces non turbat. 3. Tentationes avertit.

Exempla.

§.8 David aquam bibere noluit, quæ e lacu Bethlemitico hausta fuerat, 2. Sam. 23.

Christus edere suum esse dixit facere voluntatem Patris, Joh. 4, 33. Sic summæ nobis curæ sit, crucifixio. Joseph renuit assentiri carnis libidini heræ suæ, Gen. 39. Caro peccatrix assidue nos infestat, Galat. 5. resistamus blandienti.

Cato minor aquæ pauxillum bibere noluit, sed in terram abjecit; magno exemplo militibus, quibuscum sitire maluit, quam bibere. Fulgos. lib. 4. 6. Voluptas mundi aqua est maledicta, non bibas maledictam ob Christum benedictum, tibique in æternum benedictu-rum.

Senex quidam monachus jussit discipulum evellere parvam cupressum; evulsit: alteram similiter, tertiam binis manibus, quartam majorem cupressum non potuit: Igitur senex: primo evelle cupiditates suppullulascentes; si adoleverint, non evelles.

Paulus 1. Cor. 9. Castigo corpus meum. Galat. 6. Crucifixus sum mundo.

Præmia.

§.9 1. Vivemus, si mortificaverimus facta carnis, Rom. 8, 15.

2. Virtutes induemus, Col. 3, 5. 6.

3. Deo placebimus, Rom. 12, 23.

4. Recte ambulabimus; ne eamus post concupiscentias, Sir. 18, 30. sed spiritu ambulemus, Gal. 5, 16.

5. Regum peccati vitabimus, Rom. 6, 12.

6. Carnem compescemus, Rom. 13. v. ult. Gal. 5, 24.

7. Hostem repellemus, 1. Pet. 2, 11. militant enim adversus animam nostram: Hos repellemus milites, si carnem, hospitium horum militum, domuerimus.

8. Professionem ornabimus. Digni enim Christo non sunt, nisi qui sublata cruce Christum sequuntur, Luc. 14, 16. cap. 9, 23. Matth. 10, 38.

9. Dedecus reprobationis vitabimus. 1. Cor. 9. ne reprobus efficiar: & infamiam, nos devictos a cupiditate fuisse, ut Alex. Magnus. Vid. Senec. Epist. 113. ad Lucilium.

10. De hostibus triumphabimus. Cypr. de bono pudicit. deque nobis ipsis Ambros. 1. officior. c. 7.

11. Libertatem procreabimus nobis. Cyprian. d. l. & quietem mentis.

12. Mentem tranquillabimus, Greg. Nazianz. orat. de pace 3. Hieron. lib. 2. in Pelagian. de perturbationibus animi.

13. Finem creationis implebimus: Is est non imperitare bestiis, sed cupiditatibus propriis. Basil. hom. 11. in Gen. c. 1.

14. Æruginem & maculas ab anima nostra arcebimus: Sunt enim cupiditates ærugo & maculæ animæ. Ephræm in sermon. Ascetic. Ollas Ægyptias vitabimus.

15. Cœlo propinquiores reddemur: Quo magis enim quis membra supra terram mortificat, eo propius vitæ, quæ est Christus Jesus, appropinquat.

16. Flammas æstuantis fornacis per cupiditates reprimit.

17. A semetipso deficit, & ad Deum accedit.

18. Vivit Christo, dum anima moritur mundo.

19. Vinculum corporis rumpit, quo circumdatus est, & libertati suæ, ne sit corporis mancipium, redditur. Dicamus cum Senec. in Epistol. Major sum, quam ut mancipium sim corporis mei.

§. 10 *Partes & modus mortificationis.*

1. Considerare, quid sit mortificatio.
2. Quæ dicta scripturæ illam postulent, meditari.
3. Quæ exempla inculcent eandem, rimari.
4. Testimonia veterum Doctorum ponderare.
5. Occurrere suggestioni & delectationi concupiscentiæ.
6. In eo continuare & jugem operam occupare.
7. Bonis concupiscentiis litare: Psal. 42. Quando veniam illuc, ut, &c. Inde a juventute: Psal. 119. Quomodo mundabit adolescens viam suam? &c.
8. Conscientiæ suæ tribunal quotidie subire, & sese examinare.
9. Ponderare utilitatem & necessitatem mortificationis.

§. 11 *Obligatio ad hanc mortificationem.*

1. Sumus debitores Dei, Rom. 8. V. Debitum
2. Servi sumus Dei, huic serviamus, Luc. 1. vers. 74.
3. Redempti sumus. 2. Cor. 5, 15. Ipsi vivere debemus qui pro nobis mortuus.
4. Status nostræ filiationis. Tit. 2. Erudit nos.
5. Damnum & periculum mortis, Rom. 8, 12.
6. Commodum: vivetis.
7. Status servitutis, in quo ornare debemus doctrinam Jesu, Tit. 2, 10.
8. Status reparationis, Eph. 2, 4. 5. 9. 10. Rom. 6, 11. qui hos fructus a nobis exigit: & Christus vires suggerit per spiritum suum, certo certius nostræ infirmitati obstetricaturum. Gal. 5. non perficietis desideria carnis.

MORTUI.

§. 1

1. Corporaliter dicuntur *separati* a manu Dei, Psal. 88, 6. (1) non quod ita absolute senserit David, sed (2) δοξαστικῶς, quod ita hominibus videatur. (3) πειραστικῶς, in tentationibus sic cogitamus. (4) ita Job, Jeremias sensu dolorum sæpe exagitati, multa dixerunt indulgendo plus justo tristitiæ.

Non *consulendi*, Deuteronom. 18, 11. Esa. 8, 19. 20.

At consulunt, qui mortuos adorant, sepulchra venerantur, apparitiones mortuorum repetunt, impetrantes tandem confidunt, sanctos demortuos canonisatos religiose invocant.

Novum hoc esse institutum testis est I. Eccius Enchirid. cap. 15. de veneratione sanctorum: Culpatum a Lud. Vive ad lib. 8. cap. 27. de Civitate Dei, in comment.

§. 2

Non est *sæviendum in illos*: Ut olim fecit Stephanus VII. Papa, horrendum in modum sæviens in corpus demortui prædecessoris Formosi, Bisciola ad annum Christi 897. lit. D. Qui tamen Formosus tantæ fuit sanctitatis, (e Luitprando narrat Jesuita) ut eum mortuum imagines venerabiliter salutaverint.

Sunt æterni, nam mortuorum status sine vespera, sine mane, sine tempore: Ideo æterni dicuntur Ezech. 26, 20. Lutherus in glossa. Et tamen populus dicuntur, quod resurgere olim debeant.

Felices, non miseri. Apoc. 14. Beati mortui in Domino.

In Domino moritur, qui vera in Christum fide, vita defungitur corporali; æterna nunquam defuncturus.

MULIER.

§. 1

Mulier dicta est quasi mollior, scilicet viro, Isidor. libr. 11. c. 2. Lactant. lib. de opific. Dei. Alii a μόχθος (labor) quod molestiis & laboribus sit subjecta: Alii ex aliis linguis originem trahunt. Fœmina dicitur a fœtu; germanice dicitur Fraw a Frewen / quasi sit mariti gaudium; græce dicitur γυνὴ quasi γονὴ, pariens. Hebræis נקבה a נקב, quod significat, excavavit, ad notandam uteri cavitatem, e qua proles nascitur, Psal. 139, 15. (α) Proprie nupta uxor Ulpian. l. alioqui ff. contrahend. Empt. (β) Pro virgine, Gal. 4, 4. Conf. Esa. 7, 14. Ulpian. ff. de ædil. edictis de muliere arcta, i. e. virgine: Legata quoque mulieribus virginibus legata esse intelliguntur l. servis 81. ff. de leg. 3. Estque nomen sexus commune, Luc. 1, 28. Joh. 2, 4. c. 19, 26. Jerem. 31. Mulier circumdabit virum. Genes. 2, 22. Eva dicitur mulier, nondum (si Augustino credimus) passa virum, vide Hieronym. in cap. 4, 4. ad Galat. Tertull. lib. de veland. virginibus. Ad ætatem refert Origenes homil. 8. in Levitic. (γ) Pro Ecclesia, Esai. 54, 6. Apocal. 12, 1. Mulier amicta sole; Christus est sol justitiæ, Mal. 4, 2. Certe Eva typum gerit Ecclesiæ, Eph. 5, 25. (δ) Pro homine molli & desperato, Esai. 19. v. 16. Ægyptus quasi

quaſi mulieres, Jerem. 48, 41. Nahum 3, 13. (ε) Pro civitatibus, gentibus, populis. Mich. 4, 6. vici civitatum filiæ dicuntur; ſicut & Latini urbes nymphas appellant. Eſa. 32. o mulieres opulentæ! Zachar. 5. mulier una ſedens in amphora.

§. 2 *Status integritatis & lapſus.*

Creata eſt ad Dei imaginem (voce hac principaliori ſignificatu ſumta.) Unde non obſtat 1. Corinth. 11, 7. locus, qui agit de parte imaginis divinæ minus principali, nempe dominio & ſuperiori autoritate, ſoli viro reſervata; nam expreſſe Moſes cap. 1. verſ. 27. 28. hoc affirmat, eſſe fœminam ad imaginem Dei creatam. Ex latere Adami Eva, magno unionis Chriſti cum Eccleſia myſterio, Epheſ. 5, 25. nam & hæc ex illius latere formatur, quod aqua & ſanguine ſtillavit, Johann. 19, 35. Auguſtin. lib. 9. de Geneſ. ad lit. cap. 19. Fuſe tractat. 9. in Joh. Bernhard. ſerm. 2. in Septuageſim. Vidiſſe Adamum ſoporatum DEI eſſentiam, ſtatuit Richard. in 2. ſentent. d. 23. art. 2. ſed refutatur a ſuis Cornel. a Lapid. in 2. Corinth. 12, 4.

§. 3 Cauſæ formationis Evæ ex coſta Viri multæ traduntur: 1. Charitatis mutua inflammatio; nam maritus fœminam e coſta formatam diligat & honoret, ut ex coſta formatam, non e pedibus fictam; Marita diligat & honoret maritum, qui ipſi materiam creandæ & præparandæ dedit. 2. Dignitatis hominis ſignificatio: ut enim Deus eſt principium univerſi; ſic homo Adam hominis debuit eſſe principium. 3. Multiplex comparatio. (α) ut Eva fœmina ex marito; ſic eccleſia a Chriſto omne ducit principium. Eſa. 54. v. 4. factores tui; (in numer. plur. ad denotandam perſonarum pluralitatem) (β) Latus & corpus ſocialiter & intime ſunt conjuncta, ſic maritus & uxor, Matth. 19, 6. erunt duo in carne una, Geneſ. 2, 24. capit. 1, 27. (γ) Latus ſubjectum capiti; fœmina ſit viro ſubdita, 1. Corinth. 11, 8. ut ſurculus arbori, Geneſ. 3, 16. 4. Myſtica ſignificatio: ut ex latere Adami Eva formata; ſic e Chriſti latere Eccleſia, ejuſque ſacrata ædificata, Johan. 19. de quo paulo ante.

§. 4 *Primum lapſa* mulier, Geneſ. 3. 1. Timot. 2, 14. ratione initii peccati, quod ab Eva, Geneſ. 3. nec tamen excluditur Adam. Roman. 5, 12. Per unum hominem; loquitur de ſeductionis ordine, Sirac. 25, 33. A muliere initium peccati, & ob eam omnes morimur; vel de ſeductionis principio, non enim Adam a Diabolo deceptus fuit, ſed Eva, Hieronym. Ambroſ. Primaſ. Chryſoſtom. vel exaggerative accipe Apoſtolum, qui dicit, Mulierem technis quidem Diaboli circumventam fuiſſe; non ſic Adamus, ſed blanditiis uxoris illectum, non ſecus ac Salomon, Aug. de Gen. ad liter. c. 42.

§. 5 *Supplicio mactata*; duplex eſt, 1. δυστοκία & omnis generis labores & moleſtiæ in hac vita. Geneſ. 3. cum dolore paries. Huc ſpectat pudor, dolor, immunditia, ſanguinis menſtrui retentio, faſtidia, ſpaſmi, pericula, Ariſtotel. libr. 7. cap. 4. de animal. dolor in partu. 2. ὑποζυγία, h. e. ſubjectio ad virum, cui velut capiti ſubjungitur Geneſ. 3, 16. Epheſ. 5, 22. Coloſſ. 3, 18. vide Rupert. lib. 3. cap. 21. de operibus Trinitat. Maxime vero Megalandrum noſtrum Luther. in Geneſ. 3. verba: Ad mulierem autem dixit, &c. Finis hujus pœnæ inflictæ fuit, ut humiliaretur homo. Addi poteſt peculiaris concio de cruce, ſcripta a Stephano Herrenwurſt. Hæc ſingularis pœna fuit; communis autem pœna marito eſt (α) Amiſſio originalis juſtitiæ, & imaginis humanæ peccatricis propagatio, Geneſ. 5, 3. (β) Senſus nuditatis, Geneſ. 3, 7. (γ) Terror conſcientiæ, Geneſ. 3, 8. 9. 11. (δ) Cumulus variarum calamitatum, Geneſ. 3, 16. 17. (ε) Ejectio ex paradiſo, Geneſ. 3, 23. (ζ) Moriendi & peccandi (ob naturam peccato corruptam) neceſſitas, Sirac. 25, 33. Roman. 5, 12. Sapient. 2, 19. Rupertus hæc ita explicat; ait, Evam triplex peccatum commiſiſſe: 1. credidit ſerpenti; huic contra; multiplicabo ærumnas: 2. guloſe comedit, contra; in dolore paries: 3. virum ſeduxit, contra; ſub viri poteſtate eris. Sed hæc omnia nemo inter veteres & recentiores tam accurate & ſolide enarravit, quam Lutherus ingenti ſpiritu iſta omnia perſequens.

§. 6 *Status gratiæ mulierum.*

1. *In foro poli*; Præſuppoſita earum fide (ſine qua nemo Deo placet, Hebr. 11.) ſunt in gratia; ſexus enim & hic DEO acceptus eſt, nam (α) e muliere Galat. 4, 4. DEUS naſci voluit, (β) mulieribus apparuit & prædicavit, Joh. 4, 7. Joh. 21. (γ) Apoſtolus hunc non diſcriminavit Gal. 3. non eſt mas neque fœmina; (δ) Eundem Petrus cœlo aſſociavit, 1. Pet. 3, 7. Per generationem ſalvandum, 1. Timot. 2, 15. non ut per principium gratiæ, quod ſolus DEUS eſt. Per (ait Thomas) non notare cauſam, ſed hunc eſſe ſenſum; Mulier ſalvabitur, etſi liberis gignendis operam impenderit: Adjungit quoque Paulus fidem, ſi permanſerint in fide. Si hoc loco meritum eſſet, nullum haberent ſteriles & virgines meritum. (ε) Chriſtus non minus fœminis quam viris medicas manus attulit, Matth. 15. Marc. 5. (ζ) Mulieres etiam res maximas geſſerunt, Judic. 4, 17. 4. 2. Sam. 20, 16. ſeq. 2. Reg. 22, 14. Proverb. 18, 22. Matth. 15, 28. 1. Samuel. 25, 15. Confer Oth. Brunsfelt. de electis fœminis, ſub fin. Pandect. ſacr.

2. *In foro Chori*; Docere non debet in Eccleſia publice & ordinarie, 1. Cor. 14, 34. 1. Tim. 2, 12. Contra Tatianos; Tit. 2, 3. privatim tamen docere poſſunt & debent, 1. Corint. 7, 16. Sancta Cæcilia ſponſum ſuum Valerianum fecit Chriſtianum; S. Nathalia Adrianum; S. Monica Patricium; Clothildis Clodovæum, vid. Chryſoſtom. hom. 60. in Joh. Increpandæ, 1. Timot. 4, 2. quomodo ſi grandævæ ſint. Scripturas ſacras tractare debent & tractarunt; vid. tit. Scriptura.

§.7 *Affectiones Physicæ:*

Mulieres ſunt (1) *Vas infirmum*, 1.Pet.3. verſ. 7. (α) ſexu & complexione: (β) judicio: (γ) arte & induſtria ad res gerendas. Cohabitatio ergo fiat in honore, lenitate, caſtitate, venia & longanimitate. Claudius Imperator Meſſalinam, licet impuram, Dominam tamen vocavit. Neſtor apud Homer. conjugem vocat Dominam, Chryſoſtom. hom. 26. in 1. Epiſtol. ad Corint. (2) *Morbis ſubjectæ ſunt plurimis*: 1. doloribus partus, Geneſ. 3. cum dolore paries: de hoc alias ſcriptura, Pſalm. 48. verſ. 7. Eſa. 26. verſ. 21. Johann. 16. verſ. 21. 1. Theſſal. 5. verſ. 3. 2. Regum 19. v. 3. Eſai. 13. verſ. 8. cap. 21. verſ. 3. cap. 24. verſ. 14. Jerem. 4. verſ. 31. cap. 6. verſ. 24. Oſe 13. verſ. 13. Doloribus his connexa ſunt immundities, fœtor, appetitus incontinentia, pondus prolis per novem menſes, ſpaſmi, pericula plurima, de quibus Ariſtoteles libro 7. capit. 4. de hiſtor. animalium. Galen. de uſu partium corporis humani. 2. Menſtruo fluxui, Geneſ. 10. verſ. 11. ordinario ceu morbo Ariſtot. 1. de natur. anim. cap. 17. 18. 19. 20. qui ſingulis menſibus recurrit. Notat vero (α) peccati turpitudinem in humano genere: (β) reatum ejuſdem, qui alias voce ſanguinis Pſalm. 51. & alibi indigitatur. (γ) Separationem ob peccatum (niſi fiat remiſſio ob Chriſtum) ſicut menſtruata mulier ſeparabatur a communi converſatione, Levit. 15. verſ. 19. (δ) Peccati multa damna: ſicut menſtruus ſanguis (Plinius libro 7. cap. 15.) alia corpora corrumpit. (ε) Contaminationem: menſtruatam tangens pollutus erat, Levitic. 15. verſ. 19. 20. ſic qui peccato ſe inquinat, immundus eſt coram DEO. Eſai. 1. Lavate &c. (ζ) Patres modo ad idololatriam, modo ad rerum terrenarum concupiſcentiam tropologice menſtrua referunt. (η) Extraordinario, Matth. 9. v. 7. Lucæ 13. Mulier ſpiritu infirmitatis laborabat octodecim annis.

(3) *Sterilitate laborant* quædam: Illata tollitur aliquando, aliquando non: ſublata fuit a Sara, Geneſ. 16. verſ. 1. cap. 21. Rebecca, cap. 15, 21. Rachel, cap. 30, 1. 22. 23. uxore Manohe, Judic. 13, 2. 24. Anna, 1. Samuel. 1, 5. Eliſabeth, Luc. 1, 7.

(4) *Ad generationem concurrunt.* Levitic. 12, 2. Mulier ſi ſeminaverit &c. Pſal. 51. ecce in peccatis concepit me mater mea: nec poſſet ſubſiſtere denominatio filii a matre, niſi mater principium filii eſſet effectum unà cum Patre: vide Scholaſtic. in 2. ſentent. diſtinct. 22. Confer Eſtium dict. l. §. 9. ubi libere diſcedit a ſententia Thomæ, Ariſtotelem hic ſecuti. Videri quoque poteſt Lorinus in Pſal. 51. verba: Ecce in iniquitatibus.

(5) *Mutabiles affectibus*; hinc Proverb. Aut amat aut odit mulier: Varium & mutabile ſemper fœmina. Juxta Senecam duplices habere lachrymas dicuntur: 1. veri doloris: 2. inſidiarum: magnos habent affectuum impetus.

Quid levius fumo? flamen: quid flamine? ventus:
Quid vento? mulier: quid muliere? nihil.

Chryſoſtom. alicubi non obſcure docet, ſexum muliebrem incautum & mollem eſſe. Confer Hieronym. in Eſai. 64. & Jerem. cap. 29.

De virtutibus mulierum

§.8 Vide D. Herlicium in ſpeculo de virtutibus & vitiis mulierum: Ludov. Viv. de officio fœminæ Chriſtianæ.

In genere *Bona mulier* omni laude digniſſima eſt, Proverb. 11, 16. cap. 12, 4. cap. 14, 1. c. 18, 22. cap. 31, 10. 30. Præſtat margaritis, ibid. v. 9. rarus probarum numerus Eccleſiaſtic. 7. v. 29. Præſtant multa commoda: Dominica uxor Valentis imperatoris Gothos placavit, & ab everſione Conſtantinopoleos retraxit. Pompeja Plautina Julianum Cæſarem ab avaritia fiſci colligendi retraxit. Juguldis maritum ſuum ad Chriſtianam fidem convertit: Clothildis Clodovæum, Childerici filium. Opponitur huic bonitati mala concupiſcentia, cujus fructus late ſe per omnia vitia diffundit. Malitia: mala mulier eſt ſcorpio, Sirac. 26, 10. nam 1. Scorpius anguſtiſſimum & propemodum nullum habet caput; ſic mala mulier virum pro capite non agnoſcit, nullum cupit habere caput. 2. Ictu caudæ ſcorpius lædit; ictu oris fœmina mala. 3. Caudam per terram trahit; non niſi terram & terrenas voluptates ſpectat peſſima mulier. 4. Capite abblanditur, ut cauda mordeat felicius; ſic mala mulier prima fronte adblanditur, ut poſtea feriat maritum. 5. Percuſſis varia Symptomata infert; ſic mala mulier varios cruciatus optimo viro adfert. De mulierum malitia Johannes Chryſoſtomus homil. de collatione Johannis Baptiſtæ. Anton. Meliſſ. part 2. ſermon. 54. Textor. colum. 411. 412. ſequ.

§.9 *Pia*, quæ DEUM timet & reveretur, ut cum Sara benefaciat, 1. Pet. 3, 6. felicitatem in ſolo Chriſto poſitam agnoſcat, Luc. 11, 27. a Chriſto diſcat, Johan. 4, 19. Deo gratias agat, Exod. 15. verſ. 20. Jud. 4, 4. in cœtu Eccleſiæ modeſte ſe gerat, 1. Tim. 2, 9. 11. oret velata, 1. Cor. 11, 5. Cananæa mulier pietatis laude inſignis; ejus ſpes & oratio commode per Pſalmum 13. deſcribitur. Certa perſuaſio ejuſdem, exemplo Davidis, Pſalm. 10, 17. Hanc pietatem indicat Petrus 1. Epiſt. 3, 4. vide hominem cordis interiorem. Cæterum mulieres excubantes Exod. 38, 10. in tabernaculo (juxta Rabbi Abraham) fœminæ erant, pietati ſerio addictæ, quæ conſecratis æneis ſpeculis totas ſe in ſervitium & miniſterium addixerant. Harum fit mentio 1. Sam 2, 22. (Luc. 2, 37.) & Paulus, vid. infra tit. Vidua Huc Paula Euſtochia apud Hieronym. Sixtus Senenſis lib. 4. Sanctæ Bibliothecæ commendat Probam Falconiam, illuſtrem fœminam, divinarum literarum amantiſſimam, p. 368. c. 2. Placida Honorii uxor idem Autholpho Gothorum regi ſuaſit, ne Romam vaſtaret. Oppoſit. Idolo-

Idololatria, cujus actus (1) *Plangere Adon*, Ezechiel. 8, 14. (2) *Superſtitioni indulgere*: refert Chryſoſtom. homil. 73. in Matth. multas olim fœminas ſibi appendiſſe collo Evangelium D. Johannis, ut præcepta Evangelica ſibi in memoriam revocarent. Repetit Sixtus Senenſ. lib. 2. Biblioth. Sacræ. V. Phylacteria. (3) *Maritum ſeducere* ad peccata, 1. Reg. 21, 25. 26. Job. 29. & falſam fidem propagare. Narrat Hieronymus, Simonem Magum, Helenæ meretricis opera, in propaganda hæreſi adjutum fuiſſe: Nicolaum Antiochenum fœminarum choros duxiſſe: Marcionem præmiſiſſe Romam quandam mulierem, quæ animos hominum præoccuparet: Apellem Philomene uſum. Valentinus quoque fœminæ operam adhibuiſſe commemoratur, Iren. l. 1. cap. 9. Montanum uſum eſſe Priſca & Maximilla: Arium ſorore principis, hiſtor. Tripart. libro primo capit. 13. Donatum Luciliæ opibus, Auguſtinus libro ſecundo cont. epiſtol. Parmen. capit. 1. & 9. Huc Pauli monitum ſpectat 2. Timoth. 3. Ex his ſunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas. In V. T. non minus per mulierculas omnis generis idololatriam fuiſſe invectam, eſt in propatulo, perſuaſis ſcilicet maritis. Jeſabel Baalis cultum regno Iſraelitico intulit. Conſtantia quoque Licinii vidua, ſoror Conſtantini M. perſuaſit imperatori Conſtantino fratri, ut Arium ab exilio revocaret. Paulus Samoſatenus mulierculas ſubornavit, qui non ſolum concionantem audirent, ſed & de ipſo pſallerent, Euſebius libro ſeptimo capit. 24. Juſtina mater Valentini imperatoris Arianis templum Mediolani tradi petiit. Juſtinianus ab uxore perſuaſus in Eutychæiſmum denuo relabitur. (4) *Correptionem ſpernere*: Lucilla factioſa fœmina apud Donatiſtas, correptionem Archidiaconi Cæciliani non ferens, Optat. Milevitan. libro primo pag. 19. contr. Parmenian. & pag. 21. quæ non (ait Optatus) potuit ferre diſciplinam, cum omnibus ſuis potens & factioſa fœmina. (5) *Caſtimoniam negligere*: Fœminæ ebriæ, lotæ, veſtibus ſe nudabant, in gratiam ſpectatorum, Clemens Alexandrin. libro tertio capit. 5. Pædagogi. (6) *Veneficia exercere*. Exod. 22. Veneficas (ſic in Hebræo) non ſines vivere. Narrat Valerius Maximus libro ſecundo centum & 80. matronas, ob veneficium maritis illatum, capitali ſupplicio affectas fuiſſe. Huc Pythoniſſa 1. Sam. 20. Priſca, Maximilla Hieronym. in cap. 13. Ezech. & illa Actorum 16. (7) *Porrigere aures* falſis Doctoribus: Olim Ariani apud mulieres de partu loquebantur, ut generationem filii Dei negarent, Athanaſ. orat. 2. cont. Arianos tom. 1. oper. (8) *Falſas prophetias proferre*, Ezechiel. 13, 7. avertere ſe a Dei verbo, Geneſ. 3, 6. (9) *Spargere hæreſes*, quæ non levia mulieribus obſtetricantibus incrementa ſumſerunt. Hieronym. epiſtol. ad Cteſiphontem, Tertullian. c. 41. de præſcript. Tripartita lib. 1. c. 14. ex Theodoreto lib. 1. c. 4. Nicephor. lib. 8. c. 7. referunt Arianos olim ſub nomine pacis mulierculas ſeduxiſſe; Paulum Samoſatenum Euſeb. lib. 7. c. 30. Niceph. lib. 6. c. 30. (10) *Mala plurima producere*: Rodericus florentes Hiſpanias ob concubitum Cavæ Juliani comitis filiæ perdidit, & Mauris conculcandas reliquit. Catilina filium proprium interemit, ut in vacuam domum Oreſtillam duceret. Confer Meſſalinam, Claudii imperatoris uxorem, quæ Romæ Cajo Silio nupſit, publice media luce, Hoſtiæ, ad decimum ſextum lapidem ab urbe.

§. 10 *Humilitas*: Exemplo Saræ, maritum Dominum vocare ſolitæ. *Oppoſ.* Affectare primatum 1. Tim. 2, 12. ſuper virum: Suadere rebellionem adverſus Deum Job. 1. hoc conſilium humilitati ex aſſe repugnat. Luxui rei veſtiariæ indulgere; Is committitur in ornatu laſcivo, immoderato, nimio, 1. Pet. 3, 4. 5. Diſſuadetur (1) *ab interdicto Dei*, Eſa. 3, 16. (2) *A piis Exemplis*: Saræ 1. Pet. 3. Trajani Cæſaris uxor modeſtisſima fuit in cultu, Plinius in Panegyri. (3) *Ab effectis*: oculi ſcandalizant Chriſtianos, facies Ægyptiaco candore idola mentiuntur, Hieronym. Epiſtol. 12. ad Gaudent. Veſtitus juvenes allicit, Proverb. 7 Sirach. 9. Incitat ad peccatum; ſic Geneſ. 38. decipit, Judith. 16. (4) *A ſupplicio*. Eſa. 3. auferet Dominus, &c. 2. Reg. Jeſabel detruſa. Luc. 16. dives indutus purpura & byſſo luxum luit in inferno. (5) *A ſimili*: Ut in arca Noæ extruenda 120. annis laboratum eſt; in veſtitu muliebri plus quam 120. dies addiſcendo ſingulis pene annis ſartor terit. Ut navis nunquam ſatis ornatur; ſic mulier: utraque pericula mortis ſemper habet obvia. (6) *Ab oppoſitis*; alius debet eſſe cultus 1. Petr. 3 1. Timot. 2. mulierum, nempe internus, animæ, animi, cordis, quod Deus a nobis poſtulat. (7) *A turpi*; obliviſcuntur ſexus ſui periculorum, ſubjectionis, Apocal. 17. v. 4. hanc meretricem imitantur, qui luxum eundem imitantur. (8) *A ſtultitia*: optime Poëta Propertius lib. 1. Eleg. 1.

> *Quid juvat ornato procedere vitta capillo?*
> *Teque peregrinis vendere muneribus?*
> *Naturæque decus mercato pendere cultu?*
> *Nec ſinere in propriis membra nitere bonis?*

Stultum, teſtimonia peccati (quæ ſunt veſtes) vertere in ornamenta peccaminoſi corporis. De nimio ornatu mulierum (& virorum) videantur Gregor. Nazianz. contra mulieres, Ambroſ. Exhortat. ad virgines, Hieronym. ad Marcell. Hieronym. ad Lætam de inſtit. filiæ, Baſilius in c. 3. Eſaiæ, Clemens Alex. lib. 2. c. 12. pædagog. Chryſ. hom. 21. ad popul. Tiraq. in connub. l. 3.

§. 11 *Prudens ſapiensque*: Ejusmodi fuit Sara Gen. 21, 9. 10. Rahab Joſ. 2, 9. 10. 11. Debora Judic. 4. Ruth cap. 2, 1. Anna 1. Samuel. 1, 15. Abigail cap. 25, 18. Thecuitis 2. Samuel. 14, 19. & aliæ quædam cap. 20, 16. Regina Sabæ 1. Reg. 10. Uxor Pilati Matth. 27. Martha Johann. 11. verſ. 32. Hinc mulieres ſæpe in conſiliis in-

veniendis prudentisſimæ extiterunt: Rahel maritum a præſenti Labanis periculo liberat, Gen. 29. Michal Davidem, Joſeph. lib. 6. cap. 14. J. Antiq. *Oppoſ. Fatuitas*, Prov. 11, 22. cap. 14, 1. (α) moleſta viro: (β) probroſa: (γ) damnoſa: (δ) tædioſa; ſapiens ergo mulier donum Dei ſummum.

§. 12 *Caſtitas* 1. Tim. 2, 9. cap. 3, 11. Prov. 11, 23. cap. 20, 16. Hac nihil eſt amabilius, pretioſius, Sir. 26, 20. non induat veſtem viri, Deuteronom. 2, 5. Spartanis virginibus aperta facie licebat, donec viros impetraſſent, in publicum procedere; at nuptæ, non niſi velatæ faciebus, non ut viros quærerent, ſed inventis caſtitatem ſervarent, Patrit, lib. 4. Titul. 5. de Republ. Nec plus juſto ſe ornet, Eccleſ. 9. v. 8. Eſa. 3, 16. ſeq. 1. Tim. 2, 9. c. 3, 1. 2. 3. Col. 3, 18. 1. Pet. 3, 3. ut Thamar, Gen. 38, 14. Jeſabel, 2. Reg. 9, 30. hinc eſt ſpes viri, ne per vagas aberret libidines. Oppoſit. 1, Adulterium, Joh. 8, 3. vid. ſuo loco. 2. vultus impudicus & ingurgitatio ſexus maſculei, Gen. 19, 31. Helena Trojam evertit. Lacedæmoniorum imperium ab Epaminonda concuſſum. 3. Nimius ornatus: qui venena miſcent, ſuppliciis ſubjecta ſunt publicis; quanto mage mulier, fucis & ornatu miſcens venena adoleſcentibus. Vide Tholoſan. lib. 4. c. 11. de Republ. 4. Laſcivia conjuncta cum inſidiis, ſtructis in eum, qui rem cum laſciviente habere noluit, ſic uxor Potipharis. Confer Zwinger. fol. 204. a. b. Theatr. Minois uxor Paſiphaë Tauri amore capta eſſe dicitur, quem Taurum Servini ſcribam, Plutarchus vero quendam fuiſſe ſcribit præfectum, Georg. Sabin. in lib. 8. Metamorph. vere ejusmodi mulieribus illud Cypriani de ſingul. Clericor. dixeris: Mulier fundit concupiſcentiæ peſtilentiam. Gr. Nazianzen. adverſ. mulieres fol. 992. ita ſcribit: Etiam atque etiam vide, ne tu (mulier) varia illa Pandora exiſtas; Pandoræ quippe filiæ ſunt omnes procaces mulierculæ, perfrictæque frontis, &c. Confer de Pandora Heſiodum libr. qui inſcribitur Opera & dies. Huc ſpectat modeſtia, commendata 1. Corinth. 11. v. 16. exemplo Rebeccæ declarata Gen. 24. cui opponuntur geſtus immodeſti, de quibus Hugo in libello ad ſocium nubere volentem: Mulier cum veſte deponit verecundiam, quod ſine veſte egerit, quaſi non fecerit obliviſcitur. Si quis tamen teſtis adfuerit, ipſa tamen artificio linguæ negat non vidiſſe, quod viderat; & quod verbis incuſare non velit, hoc lachrymis excuſat, blanditur oculis, ſeducit oculis, inſtat amplexibus. Hæc Hugo. Cæterum amoris, qui caſtitati opponitur, meretricii quatuor ſunt gradus: 1. Impotentia animi in crapula, ſe continere non valentis: 2. Amentia, cum excutitur Dei amor, pudor, honeſtas: 3. Commisſio, & aſſenſus turpis concupiſcentiæ: 4. Furor, ſi re potiri non posſis, atque ideo eundem modis tollere omnibus allabores: ſic uxor Potipharis Gen. 40. Faxis ergo vites ejusmodi, ne appropinques foribus domus illius, Proverb. 5, 8. Huic etiam opponitur ſtultiloquium, exempl. Job. 2, 9. Gen. 3, 6. Sara Gen. 16, 2. Delila Jud. 14, 17. capit. 16, 18. Michal 2. Samuel. 6, 12. Uxor Hamanis, Eſth. 5, 17. Tob, 2. Anna.

§. 13 *Fortitudo*. Exempla, Debora Judic. 4, 9. Michal 1. Sam. 19, 12. Sara filia Raguelis, Tob. 5, 7. Eſther ob populi ſui ſalutem vitæ ſe objiciens diſcrimini cap. 5, 1. ſeq. Judith. cap. 13, 8. 9. mater ſeptem filiorum, 2. Macc. 7, 1. Deipara virgo & ejus comites, Johan. 19, 25. Maria Magdalena, Johann. 20, 11. Puellæ, Agnes, Agatha & his conſimiles invicti animi magnitudine & robore martyrii coronam ſubierunt. Uxor Babylæ epiſcopi Antiocheni filios & maritum ad conſtantiam inflammabat. Monica mater Auguſtini conſtantibus precibus ſalutem ipſius DEO commendavit; tandem viſa eſt videre ſibi & loqui juvenem adſtantem in ſomno ac dicentem: mulier quid ploras? illa: perditionem (dixit) filii mei; at ille contra: ubi tu, ibi & ille. Luther. in Gen. 27. De Amazonum rebus geſtis I. Textor Raviſius colum. 409. in officin.

§. 14 *Manſuetudo*: Exempla, Abigail placans Davidem, 2. Sam. 25. Proverb. 21, 19. Ejus filia, concordia cum aliis mulieribus, ne ignominia eos afficiat, Sir. 26, 9. ne accendat altercationes inter maritos. *Oppoſit.* Rixæ, jurgia, Proverb. 19, 13. cap. 21, 9. cap. 28, 14. cap. 27, 14. Violenta, & impudica viri attrectatio, Deuteronom. 25, 11. 12. Mulieri exprobrare aliquid ſine ipſius merito, Geneſ. 16, 1. Contentioſitatis cauſa, allatæ ad maritum divitiæ ſunt, Sir. 25, 30. ſimile eſt perpetuum ſtillicidium, Prov. 19, 3. c. 27, 15. 16. Solitudo præferenda eſt conjugio ejusmodi, Prov. 21, 9. 29.

§. 15 *Temperantia*, Sir. 26, v. 11. mater caſtitatis, corona ſexus fœminei. Olim Romani vetuerunt bibere mulieres vinum, ne in dedecus prolaberentur, Val. Maxim. l. 2. c. 1. Egnatius ebriam uxorem interficiens capitis abſolutus eſt & ſupplicii: Plinius.

§. 16 *Candor, fidelitas*. Exempl. Obſtetrices in Ægypto, Exod. 1, 17. Rahab Joſ. 2. Oppoſ. Fallacia, Exempl. Filiæ Lothi, Gen. 19, 32. Rebecca c. 17, 16. Rachel cap. 31, 35. Potipharis uxor c. 39. verſ. 13. ſeq. quæ ſcelus in Joſephum reflexit. Filiæ Moabitarum, Numer. 25, 2. Rachab Joſ. 2. v. 4. Jael Judic. 4, 18. Uxor Samſonis cap. 14, 16. Thecuitis, 2. Sam. 14, 2. Meretrix 1. Reg. 3, 20. Mulieres Salomonis; Uxor Jerobeam, 1. Reg. 13. Jeſabel c. 27. Judith cap. 10, 13. Sapphira, Act. 5. Fallacia in malo eſt, Prov. 5, 3. 4. mollit ſermones ſuos.

§. 17 *Taciturnitas*: eſt donum mulieris, auro non comparandum aut redimendum, Sir. 26, 17. vide Mattheſ. in cap. 5. Siracid. Veteres ideo pinxerunt Harpocratem & virgunculam ore ſera clauſo. Eva loquax a ſerpente decepta eſt, Gen. 3. 1. Corint. 11. Non ſit garrula, Sir. 28, 27. a ſimili; Eſt ſicut via arenoſa ſeni peragranda, mulier loquax & garrula. Converſatio itaque mulierum malarum vitanda, v. Societas mulierum.

§. 18

Virtutes & officia œconomica.

I. Circa maritum (1) Charitas. Eph. 5. nemo propriam carnem odio habuit: Mariti caro

ma-

maritæ caro est. Actus sunt præcipui sequentes; Exhilarare maritum, Sirac. 26, 1. 16. Proverb. 18, 22. Cor ejus reficere, Sir. 26, 16. cap. 25, 32. Solari virum, c. 36, 26. vitam ejus prolongare, capit. 26, 1. columnam viri esse, Proverb. 21. adjuvare virum, Sir. 36, 26. mariti honorem custodire, Proverb. 11, 17. eumque colere, Vives p. 355. a. l. revereri maritum, Syr. 35, 30. Eum liberare a periculis; Mulieres Weinsbergenses vicinæ expugnationi petiverunt, ut sibi discedere liceret, rebus charissimis ablatis; impetrarunt hoc a Victore; illæ itaque singulos maritos, in humeros sublatos, asportarunt. Memorabili exemplo Victoris clementiam & liberalitatem convivio exceptæ provocarunt, Philipp. in Chron. libr. 4. (2) Humanitas; sit itaque mulier instar cervæ, Proverb. 5. vers. 18. 19. Sirac. 36. vers. 24. 25. ne cor mariti tristitia afficiat, Sir. 25. vers. 31. non tamen sit nimis blanda, Basil. lib. de virginit. Cyprian. tractat. de habitu virginum. (3) Opitulatio; est enim mulier viro in adjutorium data (α) ad prolis procreationem; (β) ad procreatæ educationem; (γ) ad familiæ gubernationem; (δ) ad curarum & dolorum levamen; (ε) ad cæteras vitæ necessitates sublevandas. Oppos. Fœmina turpis nebulæ similis est: ut enim hæc oculos corporis; sic illa mentis oculos perturbat, Chrysostom. tom. 5. homil. 54. ad popul. fol. 190. d. fœmina odio habens maritum similis viperæ, post coitum maris sævienti, Hieroglyph. Ægyptior. apud Orum p. 7. b. de sac. Ægyptiorum. Bonus vir & mala mulier si conjungantur, habent se instar boum disparum, Sirac. 26. v. 10. si bonus cum bona, vivunt, ut ovicula in sinu Domini sui, 2. Sam. 12, 1. 4. Uxor Uriæ ovi comparatur 1. ob virtutum ovilium imitationem, de quibus alias; 2. mariti dilectionem: 1. habet unicam in campo oviculam; ita Maritus unicam amore prosequi debet, non vagis libidinibus indulgere: 2. Emit hanc; indicatur bonam uxorem ut rem pretiosam sollicite quærendam, comparandam, Proverb. 18. vers. 12. 3. Nutrivit eam: ita maritus uxorem ut propriam carnem nutrire debet, Ephes. 5. 4. Eadem buccella vescebatur eodemque potu; quo indicatur omnium bonorum & corporis & fortunæ communio. 5. In sinu ipsius dormivit, ad indicandum dilectionis ardorem. 6. Ut filiam tractavit: ita maritus uxorem non ut pedissequam, sed filiam paterno affectu prosequi debet. (4) Castitas: mulier sit jucunda possessio castitatis, non desertum exilium libidinis illuc relegatæ, Chrysostomus homil. 21. tom. 2. folio 257. Ut c. neque potest mulier inconsulto marito continentiæ votum vovere, vid. Johan. Ludov. Vivem pag. 336. 338. de officio fœm. Chr. Excludit etiam castitas omnia adulteria. Viv. d. l. pag. 336. 339.

II. *Liberos*: eos amare, non occidere præ fame, 2. Regum 6. v. 28. 29. lactare & pascere lacte proprio, si id suppetat; sollicitam esse pro liberis, eorum minime oblivisci, Esa. 49.

III. *Domum & rem familiarem*: Diligentia: Domi se contineat, non divagetur, ut Dina, Genes. 34. olim Romæ sponsam ædibus egressam paternis colus comta cum fuso & stamine sequebatur, Plutarchus. Plin. Brisson. de ritu nuptiar. Rem familiarem acquirat, Proverbior. 31. vers. 10. 11. 12. Ostreum piscis perpetuo domi adhæret suæ: sic quoque in exilio eum comitari; Vives p. 353. de offic. fœminæ Christianæ p. 342. 348.

Politicæ considerationes. §. 19

Fœmineum principatum Aristoteles pro monstro habet. Portius Cato apud Livium p. 44. vocat sexum fœmineum impotentem naturam & indomitum animal, vid. Gregor. Tholos. lib. 7. c. 17. Politic. Huc refer Athaliam, Jesabelem, Hecubam, Parysatim, Cleopatram.

Quarundem tamen etiam imperia felicia fuerunt. In armis tamen sæpe fortes se præbuerunt, ut Judith, Debora, Amazones, vid. Richter. axiom. œconom. 24. A castris militum remotæ fuerunt olim, Severus Cecinna apud Tacit. lib. 3. Hinc castra dicta sunt quasi casta, si Isiodoro credimus. Ab officio testandi vel standi in foro alienæ, l. qui Testam. §. Mul. de Testam.

Sapientia regendi domum, Proverbior. 31. ea vero utilis, necessaria, reipubl. quoque proficua.

Parsimonia, Sirac. 37. v. 27. ea enim custodit domum, Tit. 2, 5. Proverbior. 31, 13. Judith. 8, 5. Tob. 2, 19. 1. Sam. 1, 21. Johann. 4, 53. Sirac. 36, 26. parca & diligens est, Proverb. 12. v. 4. si non est, sicut pus est in ossibus, Proverb. 12, 4. contra parca parit gaudium, Sir. 26. vers. 1. domum suam ædificat, Proverb. 14, 3. Prodigalitas, si in ea sit, non sunt opes ei committendæ, Sirac. 33. v. 20. 21. seq.

Non instiget maritum adversus servos, Cato lib. 1.

Nil temere uxori de servis crede querenti:
Sæpe etenim mulier, quem conjux diligit, odit.

Potiphar hac ratione deceptus ab uxore, in peccatum delapsus est, vinculis & carceri tradendo Josephum innocentem.

Similia mulieris.

Apicula; ut enim 1. apis est prudentissimum animal: sic fœminæ præcipua laus est prudentiæ. 2. Civitatem suam curat apis: sic mulier domum suam. 3. Regem colit; sic fœmina maritum, qui ut apum rex pulchritudine virtutum omnes antecellere debet; 4. Columna argentea domus, Sir. 26, 23. 24. ut enim columnæ domus; sic fœminæ œconomia innititur. Corona domus, quæ ornat domum; lapides in hac corona sunt pietas, castitas, humanitas. 5. Sine rege non exit: Sine mariti nutu & jussu non divagetur mulier, vid. Basil. Magn. de apibus philosophantem. 6. Diligenter conquirit inter suos alveolos; sic marita parsimoniæ studeat, profusa sui non sit,

Ornamentum domus, ſicut ſol exoriens eſt cœli decus, Sir. 26, 21. ſol lucem, lætitiam mortalibus affert; mulier proba & bona marito confert lucem cordis & lætitiam mentis, radiis humanitatis ſuæ quoque nubila diſpellit. *Lampas* clara in candelabro, Sirac. 26, 22. oleo pietatis ardens, omnibus lucem præbens. *Vitis* Pſalm. 128. Plura deſiderantem ad Johannis Ludovici Vivis librum de fœmina Chriſtiana remittimus.

§. 21 *Ethnicorum convitia*

In ſexum muliebrem; vid. Eraſmus in adagiis titul. fœminæ folio 251. 252. ſeq. Claud. Eſpenſæus Append. ad libr. de continentia cap. 6. Stobæus ſermon. 71. qui Euripidis Poetæ ſannos & convitia in ſexum muliebrem congesſit §. Si quis mulieribus ex antiquis maledixit, aut nunc id facit, aut facturus eſt olim; Illorum ego omnium maledicta breviter comprehendam: nam neque pontus neque terra alit, hujusmodi quod novit, qui id ſemper experitur: Muliebre genus unum, excepta parente, odi: quisquis maledicere mulieri deſinit, infelix profecto eſt, & non ſapiens vocabitur, &c. Nefanda Ethnici verba ſequuntur! quæ Plautus in ſuo *milite* repetit: Et Lucianus in Amoribus & Menander apud eundem Stobæum, Homerus, Antiphanes, Heſiodus, Phocylides, Simonides, Democritus, Xyſtus Philoſophus apud Ciceron. Terentius in Hecyra, Actu 2. ſcen. 1. Et (quod miretur Chriſtianum pectus) quidam Doctorum Eccleſiæ veterum eadem Ethnicorum imitati ſunt maledicta in eundem ſexum: Tertullian. de habitu muliebri, ubi fœminam appellat arboris in paradiſo reſignatricem, primam legis divinæ deſertricem, Diaboli januam, mundi corruptionem. Autor (ſub nomine Chryſoſtomi) in Matthæum homil. 21. verbis ſane Chriſtiano ore indignisſimis &c. quorum hyperbolas utut moderari ac benignius interpretari velit Eſpenſæus, id tamen in aprico eſt, plus juſto, vero plus, progreſſos, ac primi contagii culpam ſoli mulieri imputare auſos imprudentisſime, juximque iniquisſime; ex Auguſtino libro contra Fauſtum 26. cap. 7. & l. 29. de vera relig. cap. 41. & ſcripturis ſanctis rectisſime & honorificentisſime (Gal. 3. omnes filii DEI &c.) demonſtrat Cl. Eſpenſ. l. d. Hæc ipſa vero dicteria priſcorum fundamenta ſtruxerunt inſecuto poſtea conjugii interdicto, quod ad Clericos ſpectat.

§. 22 Cauſæ & fontes horum convitiorum in ſexum muliebrem fuerunt Ethnicis 1. ignorantia ſancti ordinis a Deo. Gen. 2. Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum. 2. Ethnicorum ἀταξία, conjugio invecta: bigamiam Athenienſes concedebant, hinc jurgia, altercationes fœminarum in ſe, uni nuptarum viro; vid. Gellium lib. 15. cap. 20. Noct. Atticar. Cœlium Rhodigin. A. L. lib. 24. cap. 10. 3. Stulta ſapientiæ Ethnicæ imaginatio. Romanor. 1. ſtulti facti ſunt. 4. Ignorantia crucis humano generi, ad ſalutem tamen, impoſitæ. 5. Farrago moleſtiarum, quas in ſtatu conjugii ſibi confinxerunt. Vid. Ciceron. Epiſt. lib. 14. ad Atticum.

MULTILOQUIUM. *V. Lingua.*

MULTITUDO. §. 1

Multitudo in Eccleſia ſpectanda non eſt, Ludovic. de Aponte fol. 382. num. 15. in cap. 11. Matth. ſeq. Non ſtat (ait) DEI Eccleſia in multitudine, ſed ſucceſſione &c. Ibid. plus valuit Liberius ſummus Pontifex, Athanaſius & Oſius, quam omnis illa Arianorum principum & Epiſcoporum turba.

Eam ad malum non debemus ſequi, Exod. 23, 2. 1. Reg. 19. unius Elias, multi Baalitæ: cap. 21. unus Michæas, multi ſycophantæ: In concilio Epheſino ſecundo 300. Epiſcopi damnarunt & occiderunt innocentem Flavianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum. Leo in Epiſt. Tres olim reſtiterunt idolo Babel, Dan. 3. ſolus Michæas, 400. falſi Prophetæ, 1. Reg. 22. Unus Paphnutius in Concilio Nicæno reſtitit Epiſcopis, ſacerdotum conjugium abolituris, Tripartit. lib. 2. capit. 14. Diſt. 31. olim in ſola Maria Eccleſia, Johann. de Turrecremata lib. 1. cap 30. l. 3. cap. 61. de Eccleſia: Alenſis part. 3. quæſt. ultim. art. 2. Tota cohors cleri populiq; Judæi Chriſtum condemnavit, ſolus Elias videbatur relictus, Lombard. in cap. 11. ad Rom. Nummi adulterini etſi magno numero coacervantur, tamen omnes & ſinguli manent & ſunt adulterini.

§. 2 Non probamus Pontificios, qui multitudinem & amplitudinem notam Eccleſiæ ſtatuerunt, Bellar. l. 4. cap. 7. §. 1. de notis Eccleſiæ. Staplet. in Procem. de Princ. fid. lib. 4. Liberius Epiſcopus Romanus recte reſpondit Conſtantino multitudinem objicienti: Non diminuitur ſolitudine mea verbum Domini. Amplisſimus olim Arianiſmus fuit, Eraſm. Præfat. in Hilar. Judaiſmus; Chriſtianiſmus 120. hominibus conſtans, Actor. 1. vid. ibi Salmeronem. Luc. 12. puſillus grex numero, ait Sa in h. l. Bellarm. tom. 6. conc. 14. Quamplurimi fidei Catholicæ adverſantur, ait Æneas Sylvius lib. 1. fol. 9. de geſtis concilii Baſileenſis. Eccleſia olim in cavernis montis Auſenæ conſervata apud Hiſpanos, Didac. Savedra ſymbolo Politic. 24. fol. 183. Melchior Canus lib. 5. c. 5. Loc. comm. Nego, cum de fide agitur, plurimorum judicium nos ſequi oportere &c. Egregie Nicol. 1. in Epiſtol. ad Michael. Imperat. tom. 3. Decret. §. Numerus puſillus non obeſt.

MULUS. §. 1

Notatur (1) Stupiditas & indocilitas hominum; unde etiam apud Catullum: Mule nihil ſentis: & Pſalm. 32. capiſtri & fræni fit mentio, & quod mulis intellectus non ſit; Sed in DEI regno gratiæ DEUS neminem rapit violenter, ſed doctrinam proponit, ut recte Moller. in Pſal. 32. v. 9. obſervat. Id quomodo cum irreſiſtibili gratia, quam ſynodus Dordrechtana docet, quis quæſo conciliaverit? non video. (2) Epicuræorum furor & impœ-

impœnitens cor; ficut beſtiæ plurimi homines vivunt, ſine ſenſu iræ & judicii Domini. (3) Frænum & camus (Græce κημὸς ἀπὸ τȣ̃ κημȣ̃ν frænare) quibus DEUS impœnitentes coërceat, ſunt tragicæ calamitates, mala & tandem tragici exitus vitæ atque æternæ pœnæ.

(4) Significatur quoque obſcurus malorum intellectus & depravatus; ex quo fit, ut DEUM non agnoſcant, 2. Theſſal. 1, 8.9. ſequ. neque ex lege (cum peccatores agnitionem ſuſque deque habeant) neque ex Evangelio, cum in Chriſtum non credant, ſed pro DEO ventrem colant, Philipp. 3. v. 18. 19. (5) Avarorum ſtatus: ut enim muli pretioſos portant theſauros principum; at veſperi in ſtabulum deducuntur, & theſauri aliis cuſtodiendi traduntur; ſic ſub vitæ veſperam opes & divitias avari deponunt, hæredibus participandas, Pſalm. 39.

(6) Status virorum piorum in Eccleſia DEI, ſi Hieronymo credimus in c. 66. Eſaiæ; illam enim auctam ſatagunt, onera varia portant cum Paulo, 2. Corint. 11. v. 24. ſequ. vilibus in his terris afficiuntur præmiis, ut eorum merces copioſior ſit in cœlis, Matth. 5. (Levit. 19. v. 19. prohibetur commixtio jumenti cum alterius ſpeciei animante, muli vero naſcuntur ex aſino & equa commiſtis, mulos ergo quos Judæi habuerunt, 2. Reg. 13, 29. 1. Eſdr. 2, 66. a gentibus accepiſſe, vel caſu nactos fuiſſe credibile eſt, minime vero ejuſmodi commixtionem procuraſſe) (7) Mulus eſt imago ingrati hominis: ut enim ille lacte ſaturatus materno, matrem calcibus petit; ſic multi beneficiis affecti ſuos benefactores lædunt.

MUNDUS.

§.1 1. Pro ſyſtemate cœli & terræ, Hebr. 11. verſ. 3. Johann. 1. verſ. 10. 2. Hoſtibus, Chriſti regno ſpirituali adverſantibus, Johan. 14. v. 17. cap. 15, 19. cap. 16, 20. cap. 17, 9. Gal 6, 14. & impiis in mundo, quorum effecta vid. tit. Pietas, in oppoſitis. 3. Conditione & ſtatu vitæ hujus, 1. Corint. 7, 33. maxime piorum; his mundus eſt deſertus, in quo (α) lapides, in quos facile impingimus, Pſalm. 91, 12. (β) montes tenebricoſi, Jerem. 15. (γ) leones, Pſalm. 91. verſ. 13. (δ) baſiliſci, Ezech. 3. 4. Omnibus hominibus, Johann. 3, 16. 2. Corint. 5, 19. 1. Joh. 2. verſ. 2. non pro ſolis fidelibus contra Calvinianos. D. Ludov. Crocius pag. 963. Syſt. Theolog. l. 4. capit. 1. Nec (inquit) tamen Chriſtus hic per mundum intelligit electos tantum, prout jam a mundo ſeparati ſunt, ſed totum genus humanum universè ſumtum, prout natura in peccato jacet, & prout communiter per Evangelium ad pœnitentiam & fidem in Chriſtum vocatur &c. Hæc Crocius; quæ contra Fequernekini & aliorum gloſſas obſervanda ſunt. 5. Pro Judæis & gentibus, 1. Timot. 3, v. 16. Romanor. 11. verſ. 12. 6. Pro copia ſumma. Jacob. 3. v. 6. mundus malorum lingua. 7. Pro cœlo apud claſſicos autores.

Mundus pro ſyſtemate cœli. §. 2

Eſt 1. liber Dei ſcriptus a Deo, hoc eſt creatus, eſt cœlum; reliquiæ ſunt literæ: Legendus hic liber eſt aſſidue, ut DEUM cognoſcamus, Roman. 1. Baſil. homil. 11. hexaëm. Univerſa hæc mundi moles perinde eſt ac liber literis exaratus, palam conteſtans ac deprædicans gratiam DEI. S. Antonius cuidam interroganti, quomodo ſine libris in eremo vivere poſſet, dixit: Meus, o philoſophe, liber eſt naturæ, rerum a DEO conditarum; Socrat. lib. 4. cap. 18. 2. (α) DEI omnipotentiæ, (β) juſtitiæ; omnia enim DEUS juſte gubernat in hoc mundo, vide D. Bernhard. ſermon. 3. de Pentecoſt. §. Tria in magno. 3. Eſt urbs, chorus, civitas, exercitus, Ariſtotel. (vel quiſquis autor eſt) libr. de mundo. 4. Domus Dei, quam ille habuit in arte, produxit in opere. Auguſtin. tomo 9. column. 286. d. ædificium Dei inclytum Auguſtin. tomo 9. column. 857. a. in quo ipſius ſapientia, æternitas perſpicitur, Roman. 1, 17. 18. eſt tamen etiam plenum hoc ædificium imaginibus idolorum reptilium, Ezechiel. 8. verſ. 10. 5. καλὸν ποίκιλμα τȣ̃ σοφȣ̃ τέκτονος, Euripid. ſunt enim omnia in mundo pulchra & utilia (α) ob rerum ordinem & diſpoſitionem, ſive reſpicias angelos, Col. 1. ſive homines, ſive quævis corpora; (β) Univerſitatem & plenitudinem; (γ) Proportionem cum toto mundi ſyſtemate, qualis etiam eſt proportio membrorum in corpore humano; (δ) rerum antipathiam & ſympathiam; (ε) malorum ad bonum finem ordinationem; (ζ) utilitatem; omnes enim res homini utiles ſunt vel ad vitæ neceſſitatem, vel oblectationem, vel medicinam, vel virtutem, ſic animalium virtutes; vel veſtitum, ut pellis animalium. 6. Stabulum peſſimorum hominum, Lutherus. 7. Schola Satanæ, in qua ſuos exercet. 8. Tabula in qua ſe graphice DEUS depinxit; lineæ & literæ ſunt omnes creaturæ; colores ſunt pulchritudo creaturarum.

Varia prædicata. §. 3

Cauſa efficiens Deus, qui mundum creavit, Geneſ. 1, 1. 2. ſequent. non eſt factus ex atomorum concurſu fortuito, ut quondam Democritus garriit. Ortus ergo vere eſt, Auguſtin. libr. 11. cap. 21. de civit. Dei. Non angeli fabricarunt mundum, contra Simonis Magi ſomnium. Impie eandem creationem Epicurus negavit, quod de inſtrumentis tanti operis rationem & modum invenire non potuerit, ut refert Cicero. Itaque ſumma rerum exordia ab orbe condito petenda eſſe, tradit rectiſſime Lucretius libr. 5. & Euſebius libro 9. cap. 4. l. 10. cap. 3. de præpar. Evangelic.

Tempus creationis. Alii autumnum eſſe ſtatuunt; alii ver, atque 25. diem Martii in eo. Beda de æquinoctio verno; Patres Concilii Palæſtini ibidem a Beda citati.

Tempus

§. 4 *Tempus durationis*: vetus est traditio e domo Eliæ profecta, sex millibus annorum mundum duraturum esse, Genebrard. in Chronic. Subscribit Justinus Martyr, Irenæus, Lactant. Hilarius. Negant Ambrosius libr. 7. in Lucam. Beda in lib. de ratione temporum cap. 85. nos a curiosa hujus durationis quæstione Christi monito jure abstinemus. Difficilem esse quæstionem, an juxta substantiam vel accidentia interiturus sit mundus, fatetur Augustinus tomo 8. column. 1149. Origenes libr. 1. cap. 6. de princip. posteriorem sententiam amplectitur. Interitum hunc agnoscit Seneca libr. tert. nat. quæstion. Lucan. libro septimo de bello civili §. Nihil agis, hæc ira tabesve &c. Alii tamen negarunt, mundum interiturum esse, Plato, Orpheus, Hesiod.

§. 5 *Septem miracula mundi*: Pyramides Nili: Turris Pharia: Muri Babylonici: Templum Dianæ Ephesinæ: Simulachrum Mausoli: Colossus solis apud Rhodios: Simulachrum Jovis Olympici. His addunt alii domum Cyri regis, vide Joh. Ravis. Textor. col. 951. officin.

§. 6 *Rectores mundi* sunt spiritus maligni, Augustin. tomo 8. column. 525. c. d. Ephes. 6. Nobis (ait Augustinus Pater) colluctatio est adversus principes, potestates & rectores mundi, tenebrarum harum: ne forte cum dixisset mundi, intelligeres Dæmones esse rectores cœli & terræ. Mundi dixit, tenebrarum harum: mundi dixit, amatorum mundi: mundi dixit, impiorum & iniquorum, mundi dixit, de quo Evangelista: Et mundus eum non cognovit; si enim mundus non cognovit lucem, quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderint, & ipsæ tenebræ, quæ non comprehenderunt lucem, præsentis mundi nomine appellantur, harum tenebrarum sunt illi rectores. Hæc Augustinus: idem plura serm 8. de verbis Domini: idem tom. 8. column. 149. a. Pauli locum de rectoribus mundi explicat.

Affectiones:

§. 7 1. Mundus *malus* est (α) ob principem malum in eo regnantem: (β) ob mala opera: (γ) ob mala scandala: (δ) ob malum exitum mundi. 2. *Variabilis* in fortuna: omnia in mundo incerta sunt, August. tomo 8. column. 34. b. Euripo mutabilior, fluctibus maris instabilior; arundine levior; cylindro volubilior. Nam brevi nos recipit & expellit, attrahit & repudiat, exhilarat & contristat, extollit & dejicit, castigat & permulcet, philtris suis fascinat; piscator est, capiens ambitiosum honoribus, avarum divitiis, gulosum epulis, libidinosum fœminis, desidiosum otio, captos in nassam trahit, Guevarr. tom. 3. differt.

3. *Miserabilis* in statu, Sirac. 40. plenus enim est calamitatibus, molestiis, turbis, tristis in ingressu, tristior in progressu, lamentabilis in exitu, hinc tot tragici casus tamque funesti.

4. *Vanitas*: incipit a magnis, desinit in parvis; alta conceperant structores Babel, Nebucadnezar ab arbore incipit, in radicibus desiit. Christus initio rex salutatur, sed in fine crucifigitur.

5. *Securitas* mundi summa, Matth. 24. Lucæ 21. 2. Timot. 3, 1. sequent. Eam repentino judicio Dominus obruet, ut Jonathan & Simon, 1. Macch. 9, 40. hostes suos (α) ex insidiis adorti: (β) eosdem trucidarunt: (γ) fugarunt: (δ) & spolia diripuerunt: sic Christus ex improviso mundum securum invadet, 1. Thess. 5 morte eum æterna mactabit, & lætissimo de eo triumpho acto, victor evadet, 1. Cor. 15, 55.

6. *Odium* mundi, vid. tit. Odium; favor ejus inconstans: Moses, ante reginæ filius, in exilium pellitur: Belisarius dux summus, ante delitum populi Romani habitus, mendicus factus dixit: date Belisario nummum, quem virtus evexit, invidia depressit.

7. *Otium* mundi, Matth. 20. v. 6. stabant in foro otiosi, nam (α) in cursu pietatis nihil proficiunt: (β) itaque retrograediuntur: nam stare in via Domini est retrogredi.

8. *Sapientia* mundi, Vid. tit. Sapientia. *Gaudium* mundi, Vid. tit. Gaudium.

9. *Suos amatores surdastros reddit*: Accolæ Nili (qui fluvius magno impetu de montibus labitur) surdastri redduntur: sic mundi proci, ne verbum Dei audiant.

10. *Seipsos lædunt* mundani homines, cum nocent piis: Ut apis alterum lædens, sibi ipsi mortem adsciscit: ut qui pupillam alicui lædere vult, non impune fert: pii sunt pupilla oculi, hos qui lædit, non impunis erit, Zach. 2. Ut puer arculo virum petens vestem tangit, non elicit sanguinem; ita impii (pueri, non annis, sed sapientia) pios non lædunt.

11. *Hominis fallunt*, Drexel. tract. 5. p. 507. *sua diligunt*, Joh. 15. & *doctrinam DEI odio habent*, Johan. 18, 19. 20. 1. Reg. 22, 24. Jerem. 20, 2. Amos 7, 10. Act. 23, 2. c. 26, 11. In finibus Argyræ urbis Achajæ fluvius Selemnus est, in quo si quis laverit, amorum omnium obliviscitur, Zwing. 52. b. in finibus: talis aqua oblivionem DEI & proximi inducens est mundus.

Similia, quibus mundi natura & conditio illustratur:

§. 8 *Ægyptus* in qua vexamur. Joh. 16. in mundo afflictio; servimus vanitati, Rom. 8. tenebris involvimur. *Ager*, lappis & tribulis consitus. *Arca* Noæ 1. animalium fœtore repleta; sic multi impii in mundo, quorum peccata fœtent, Ps. 38. 2. una est in hac arca janua, fidei nimirum, Ephes. 4. vers. 4. 3. in hac arca conclusi sumus omnes, donec emigrare jubeat Dominus. 4. malorum stercoribus immersi. *Babylon* ob confusionem, Perer. in cap. 42. Genes. vivere nostrum est ad Babylonem sedere, Augustin. tomo 8. col. 1565. c. d. col. 1469. c. vide Promptuar. Allegor. Interibit hæc mundi Babylon lapide molari angeli oppressa, Apoc. 18. August. tomo 9. col. 688. a. tom. 4. col. 363. a.

Hæc

Hæc Babylon plena est confusione, tomo 10. c. 1318. d. 1319. non amanda, quia in ea captivati sumus, Augustin. tom. 8. col. 657. c. *Baculus* arundineus 1. nihil humoris retinens; infunde aquam superius, deficiet inferius: crede te mundo & falleris: 2. nos non sustinens ob imbecillitatem: 3. lædens nos, 2. Reg. 18, 12.

§. 9 *Canna* palustris & arundo, mobilis vento quovis: extus virens, intus vacua. *Captivitas* nostra, (1) captivi sumus vanitatis: (2) mortis: (3) peccatorum: (4) miseriarum, Roman. 8. c. 6. c. 7. vid. Aug. tom. 8. col. 1709. d. *Carcer* noster, e quo animal liberari petit, Augult. tom. 9. colum. 693. b. tomo 8. col. 1640. in hoc ligati sumus, ut Simson septem funibus. *Cathedra* pestilentiæ 1. errores docendo: 2. ad vitia impellendo. *Clibanus* ferreus, Deuteron. 4. v. 15. *Cæcus* homo 1. percutiendo: 2. incautos lædendo: 3. in foveam detrudendo. *Cubile leonum*, Canticor. 4, 8. leo Diabolus est, 1. Pet. 5. v. 8. mali leones nos persequuntur, Psalm. 9. & 10. *Diluvium*, in quo arca Ecclesiæ natat, August. in Psalm. 28. *Demetrius* perfidus, cui credere non debemus, quia non semel nos fefellit, 1. Macc. 10, 47. 48. Applic. allegorice. *Domus* malorum Aug. tom. 8. col. 1640.

§. 10 *Eremus* Deuteron. 5. v. 15. significata per profectionem Israelitarum per desertum, 1. Corinth. 10. Augustin. tom. 9. column. 242. b. in hac Eremo fuit mulier, Apoc. 12. August. tom. 9. col. 676. c. in hac via nostra est Christus, consolatio verbum, aqua Spiritus S. ibid. tom. 9. col. 625. tom. 8. col. 1564. *Exilium* nostrum: exulamus enim in hoc mundo & a patria absumus, 2. Corint. 5. Philip. 3. Heb. 11. vid. August. tom. 10. col. 1266. a. *Flos* marcescens facile, August. tom. 8. col. 103. b. *Flumen* lachrymarum. *Fluvius* labens, Aug. tom. 8. col. 1566. b. c. *Forum* nequitiæ, stultitiæ, vanitatis. *Fœnum* & stipula, quam ignis tribulationis absumit, Aug. tom. 8. col. 195. c. *Fons Jobi* in Idumæa pulverulentum, sanguineum, viridem & limpidum colorem distinctis anni mensibus referre scribitur: pulvis notat opes, sanguis tyrannidem mundi &c. *Fornax*, in qua ignis paleam & aurum probans: ignis est tribulatio: aurum sunt fideles: paleæ impii August. tom. 10. col. 1159. b. & col. 204. a. Fornax ferrea, Deut. 4, 20. *Fumus* cœlum obscurans. Confer Augustin. tom. 10. col. 138. a.

§. 11 *Gath* Philistæorum Augustin. tomo 8. col. 542. d. ut enim David instar mutæ columbæ apud Gathæos fuit: ita quoque pii in hoc mundo muti sunt, Psalm. 9. & 38. *Gorgonis caput* ad se respicientes vertit in lapides, ut est in fabulis: sic mundus omnes, qui ad ipsum respiciunt retro, Genes. 19. in lapides vertit & corda durissima reddit. *Gymnasium* impudicitiæ, Ose. 4. vers. 1. *Hara* porcorum voluptuosorum. *Hospitium*; si non hospitium, mane: si non manes, transi. Augustinus tomo 10. column. 126. *Hypocrita* foris splendens: intus plenus corruptis moribus, fraudibus & insidiis.

§. 12 *Jael*; astu illa circumvenit Sisseram, eumque obtruncavit, Jud. 4. sic mundus fallax, interitum, ni caveas, tibi machinatur. *Ignis* 1. cito ascendens in stupa: 2. mox extinguendus. *Idolum* mutum, quod juvare nos non potest, 1. Reg. 19. *Judas* Dominum prodidit, vili pretio inductus; haud secus mundus te prodet perdetque, nisi ab eo tibi caveris prudentissime. Matth. 10. Estote prudentes. *Laban*, male compensans laborem, Genes. 33. *Locus* ἄνυδρος, Esa. 41, 17. apud Christum est aqua refrigerii & solatii, Matth. 11. *Lothi filiæ*, nos inebriantes cupiditatibus mundi: ut enim illæ patrem inebriarunt inque horrenda peccata conjecerunt; non aliter mundus agit cum piis, Genes. 19. Romanor. 12. ne conformemini huic seculo. *Lacus* serpentum. *Laqueus* 1. quo homines capiuntur, sicut Israelitis terra in laqueum erat, Deuter. 7. vers. 16. 2. insidiosus laqueus, ubique positus ad capiendum; 3. injectus omnibus pene sensibus. *Lotos* arbor, omnium rerum oblivionem inducens, Textor p. 130. officin. *Ludus* & jocus; ludus scachorum. Confer si vis Johann. Bromiard. in summ. p. 91. col. 2. n. 8.

§. 13 *Mare* vid. Alsted. p. 333. Theolog. naturalis, Berchor. V. Mare. 1. ob varias tempestates & vicissitudines, quæ sunt in mundo; 2. ob fœtorem, quem mare exhalat, Aug. tom. 10. col. 1424. a. in hoc mari exultat Satan, ille Leviathan; 3. ob tumorem: ut enim mare tumidum est propter aquarum copiam; sic mundus tumidus est ob copiam vitiorum, 1. Joh. 2. mundus in maligno positus est; 4. ob instabilitatem, Esa. 57. vers. ultim. sic mundus maxime est instabilis, in favore suo, fortuna & statu; 5. ob salsedinem: in mundo salsa est crux & tribulatio piis. 6. ob pisces invicem se devorantes; sic homo homini lupus, piscis, Habac. 1. vid. Aug. tom. 8. col. 614. b. mixti hic sunt boni malique pisces; hos & illos extrahit per rete Evangelii, mors, judicium, Matth. 13. ob littus, quod est finis seculi, Joh. 21. Aug. tom. 10. col. 1543. b. c. Hoc mare jacet inter Patriam cœlum; nobis ambulandum, tom. 9. col. 15. b. Augustinus. Christus in mari ambulans docet, viam esse solum in mari hujus mundi, ut ipsum solum sequamur, August. tom. 9. colum. 16. c. *Molendinum* ob mobilitatem & mutabilitatem Augustin. tom. 8. columm. 1536. d. *Mulier* turpissima & immundissima, quam tamen tot proci ambiunt, 1. Johann. 2, 15. vid. Zwinger. fol. 20. b, a. de Hypathia. Similis est mulieri illi, quæ spiritu infirmitatis laboravit, ad terram depressa, Lucæ 13. sic prava mundi concupiscentia proprium illud mundi bonum nos ad terrena trahit. Illam Christus curavit, hanc spiritu suo indies curat & nos ab amore mundi dulcissimis charitatis suæ mammis abstrahit. Rom. 8. neque mors &c.

§. 14 *Nebula*, lucem impediens, in foveas inducens, viatores seducens, periculum creans his, qui thesauros portant; cave igitur tibi a scandaloso mundo. August. tom. 9. col. 947. b. *Officina* nequitiæ & malorum hominum. *Pardus*

odore

odore ad ſe trahit animalia, quæ ab illo devorantur, Textor in officin. p. 198. ſic mundus in maligno poſitus 1. Johan. 2. odore voluptatum nos ad ſe vocat, vocatos devorat.

Pavo 1. qui ſibi videtur ornatisſimus, ſed poſtea ſe eſſe ſentit nudisſimum: 2. gaudens aſcititiis coloribus: quid? annon mundi hujus colores aſcititii ſunt? colores tres ſunt: honores, opes, voluptas; omnes aſcititii, non ſolidi: perit honos, pereunt opes, & voluptas perit. 1. Cor. 7. præterit figura hujus ſeculi. Eſ. 40. omnis gloria ut fœnum. 1. Joh. 2. mundus perit. *Piſtrinum* Samſonis. *Pomum Sodomæ*, ſpecie quidem pulchrum, intus vero fuligine & putredine ſcatens; ſic omnis mundi gloria ſpecioſa apparet, ſed fœnum & fumus eſt, Eſ. 40. facile putreſcens, Amos 8,2. *Pondus*, premens nos undique, trahens ad terram nos, nos in mortem deprimens. *Pulvis* a vento facile diſpergendus. Pſal. 1. ſicut pulvis, ſic impii, ſic gloria mundi pulvis. Ubi gloria Salomonis? Alexandri Magni? ubi divitiæ Crœſi? ubi ſuperbia Nabuchodonoſoris? ubi epulæ epulonis? vid. Auguſtinum tom. 8. colum. 560. b. in Pſalm. 1. Ubi Abſolonis pulchritudo? Simſonis fortitudo?

§. 15 *Raptor* in via, ut Hophni & Pinehas. *Rota*, ſemper mobilis, quieſcere volentes de ſtatu ſuo dejicit: qui ſunt in parte ſuperiori, eos dejicit; qui in inferiori, exaltat. Invitos etiam ſecum in vanitatis gyrum torquet & ad mundi curas ducit. *Sepulchrum* 1. fœtens, DEO enim mundus non placet, quia in maligno poſitus eſt: 2. repletum osſibus mortuorum; eſt enim mundus nihil, niſi DEI osſiarium: 3 Locus, in quo mundi vanitas ſepelitur. *Rubus* eſt, qui plures devorat quam gladius, 2. Samuel. 18. *Schola* vanitatis, miſeriarum, injuſtitiæ. *Senex* homo 1. viribus paulatim deficiens: 2. moribus. *Serpens* ſemetipſum comedens; hoc Hieroglyphico olim mundum Ægyptii adumbrabant: quid enim mundani homines? ſeipſos conſumunt, ſibi ipſis æternum attrahunt exitium. 1. Timot. 6. in laqueos incidunt. *Stabulum* hominum pesſimorum (1) Satan in mundo, DEUS mundi, 2. Corinth. 4. (2) Satanæ ſatellites impii: (3) fœnum eſt, quicquid eſt bonorum fugacium in hoc mundo; his veſcuntur impii, lucem non vident, Pſalm. 49. (4) Itinerantium ſtabulum, non habitatio commorantium, tomo 8 col. 1448. b. Auguſtin. *Statua* Nebuchadnezaris: ſtatua fuit, non res ipſa: conterenda olim a lapide Jeſu Chriſto, Dan. 2. Matth. 21. adorata a mundi cultoribus. 1. Joh. 2. Quicquid eſt in mundo &c.

§. 16 *Templum* idololatricum, in quo ſunt variæ religiones. *Terra*, quæ nobis in laqueum Deuter. 7. verſ. 16. mundus ſane plurimos habet laqueos, ſola humilitate vitando; quod B. Antonio in viſione mundi, quod plenus laqueis eſſet, oſtenſum. Terra paupertatis, Geneſ. 41. verſ. 52. ita & nos bonis quantumlibet omnibus affluentes in hoc mundo, tamen dicamus mundum terram paupertatis noſtræ. nuſpiam enim niſi in cœlo divites ſumus. Numer. 13. terra devorat inhabitatores ſuos: mundus ſane abſorbet cultores ſuos iisque repentinum adducit exitium. *Triremis* Satanæ, in qua invidioſus honos & opes & fœda voluptas. *Tryphonii* antrum, in quod ſemel ingresſi homines agelaſti reddebantur, Eraſmus in Adag. Hinc Salvator: plorabitis & flebitis, mundus gaudebit. *Vallis* bituminoſa, in qua quinque reges victi ſunt, Gen. 14,20. Bitumen mundi eſt peccatum, ambitio, honor, voluptas; hoc bitumine infecti plurimi vincuntur atque in exitium protrahuntur. Vallis Numer. 14. in qua habitant Amalek & Cananæus. 1. Chronic. 24. Philiſtini &c. Eſ. 28. in valle. *Venator* utens reticulo gemino 1. blandæ tentationis per ſcandala & voluptates, 1. Joh. 2, 15. Matth. 18. 2. duræ perſecutionis. *Ventus*, volens nos ſubmergere, ut Petrum, Aug. tom. 10. col. 61. *Via* 1. ad quam projectum ſemen verbi conculcatur, Chryſoſt. homil. 31. in c. 13. Matt. Luc. 8. 2. Via lata malorum. 3. calcata per veſtigia vanitatis. *Umbra* fugacisſima, tranſiens cito, nihil juvans ad capeſſendam immortalitatem; veſpertina Aug. tom. 9. col. 947. b.

Officia circa mundum.

§. 17 (1) *Ejus calliditatem vitare* & fallaciam: fuga ſecuritatis, ne ſis ſecurus, incautos enim mundus opprimit. Studio humilitatis: Studio pietatis: Ardore DEI dilectionis. 1. Johann. 5. fides vincit mundum. Contemtu mundi: Vitæ æternæ deſiderio: Vitæ miſeræ hujus contemplatione. (2) *Conſiderare fugacitatem.* 1. Cor. 7, 21. Converte oculos cum Abrahamo ad Sodomam hujus mundi, videbis nihil niſi fumum eſſe, e camino aſcendentem. Confer Pſalm. 37. verſ. 20. Eſa. 65. verſ. 5. (3) *Non de mundo eſſe* debemus, Joh. 15, 19. (α) animo & affectu cœleſtia ſapiamus, Philip. 3. verſ. 19. (ϐ) ſtudiis & conatu, non terrena quæramus, Coloſſ. 3. verſ. 1. (γ) mundi obliviſcamur, Philip. 3, 14.

§. 18 (4) *Non conformari ei.* Rom. 12, 2. non aſſumamus ſchema mundi, quod eſt propriæ gloriæ, opum, honorum, labile, 1. Corinth. 7, 31. Jerem. 42, 12. 13. 19. 20. Iſraelitæ prohibentur in Ægyptum fugere; mundus eſt illa Ægyptus, ad quam confugere nefas eſt. (5) *Abnegare*, Tit. 2, 11. & vitia calcare in mundo, quæ ſunt concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, 1. Johann. 2. v. 15. (6) *Immaculatum ſe a mundo ſervare*, Jac. 1. v. ult. quod fit (α) mundo exeundo. Apoc. 18. fugite ex Babylone. 2. Cor. 6. (β) actibus mundi ſe non immiſcendo. Sir. 13. qui picem tangit &c. (γ) peccata mundi non amando, 1. Joh. 2, 15. 16. (δ) ſe non conformando ei, Roman. 12. (ε) non abutendo, 1. Cor. 7. (ζ) cor ad Deum elevando, Pſal. 42. cordis figura parte ſui tenui terram reſpicit, orificio cœlum: ſic terræ hujus mundi non adhærebimus.

§. 19 (7) *Mundum non amare.* Iſraelitæ non poterant in Canaan introduci, niſi Ægypto exirent,

exirent,

exirent, atque ab ea recederent: ita cœlum promissam terram & politeuma nostrum ingredi non possumus, nisi exeamus Ægyto: exito popule mi Apoc. 18. Vid. August. tom. 8. colum. 1301. a. Ignis alienus in thuribulo positus combussit offerentes, Levitic. 11. Amor mundi est ignis alienus, non accensus de igni altaris; sed de terra, deque rebus terrenis: hic ignis suos cultores devorat; ignis charitatis DEI à Christo ipso accensus est; Luc. 12. ignem veni mittere &c. Esau in agris vivebat, Jacob domi: sic impii in agris & delitiis mundi, Luc. 14. pii in domo ecclesiæ 1. Tim. 3, 15. jugiter versantur, Psal. 23. Jacob post luctam cum ãgelo adepto Israëlis nomine, uno pede claudicavit, Genes. 12. Ita quisquis cum DEO, vero amore, luctatur, tandem DEUM & mundum vincit, 1. Johann. 5. non claudicat in utrumque latus, quod est hypocritarum. Ut Christo omnes res mundanæ pedibus subjectæ sunt, Psalm. 8. sic Christiani terrena omnia pedibus nostris conculcare debemus; sint omnia sub manibus, ut concupiscentiam domemus: sub pedibus, ut omnia pro vili habeamus. (8) *Deserere* mundi valles: In mõtibus opera gloriosa DEUS exercuit, in monte legem dedit, Exod. 20. in monte docuit, Matt. 5. & transfiguratus est Christus, Matt. 17. Ut moneat nos Dominus, vallem tenebricosam illam relinquendam, & oculos nostros ad cœli montem Ps. 121. unicè dirigendos esse.

§. 20. (9) *Contemnere*, sicut Moses Ægyptum contemsit, Hebr. 11, 24. ad cœlum aspiravit. Cantic. 5, 3. Tunicam exui, vox est sponsæ cœlestis, mundi, carnis, terrena sapientis, Philip. 3, 19. propriæ voluntatis tunica exuenda est per carnis mortificationem & sui abnegationem; nec pedes nostri in luto mundi polluendi, Ps. 1. non ambulandum in via peccatorum. Moses ingressus caliginem, cum DEO sermones sociavit, Exod. 19. Gavisurum DEI consortio & colloquio, caliginem introire oportet, nec in peritura hujus mundi luce morari, sed eam relinquere: videtur enim ire in caliginem, qui fallax mundi lumen susque deque habet. Mosi in Ægypto degenti non apparuit DEUS, sed egresso; non apparet tibi gratia DEI, nisi abneges mundi delitias Tit. 2. & tenebras relinquas, Johann. 1. (α) quia mundana nos impediunt. Genera hominum quatuor ad militiam inepta: 1. Ædificantes (hi sunt superbi in mundo, ad Christi scholam inepti Matth. 11.) 2. Vinicolæ (hi sunt avari, 1. Timoth. 6. laqueis Satanæ impliciti: 3. Ducentes uxores; hi sunt voluptuarii in mundo. 4. Corde pavidi Deuteronom. 20. hi sunt molles animo atque segnes; omnia hæc vitia mundi sunt, mundo ergo se abdicet, qui DEI se addicat servitio. (β) DEUM expellunt: Noluit Dominus arcam fœderis in templo Dagonis commorari, 1. Samuel. 5. Hoc templum est mundus, in quo Dagoni, hoc est, DEO frugum litant homines; Cor piorum est arca & templum Domini spirituale, 1. Cor. 6. in corde tuo si habeas Dagonem, DEUM ejusq; spiritum expellis malitiâ tuâ. In deserto sibi sacrificari voluit Dominus, Exod. 3. vers. 11. in deserto rorem dabat & manna; sic anima pii in deserto esse debet, in qvo Domino sacrificet, veluti extra mundum positus, Philipp. 3. Col. 3. sic compos fiet mannæ & roris cœlestis.

(10.) *Crucifixum esse* Galat. 6, 14. ita verò crucifigimur mundo & mundanis rebus, si illa (1) contemtui habeamus, sicut olim homo crucifixus summo erat opprobrio, ceu maledictus, Galat. 3. (2) si membra mundi, h. e. peccata, vitia, crucifigàmus. Coloss. 3. mortificate membra vestra super terram. (3) omnia peccandi media averruncemus, occasiones amputemus. (4) Bonis mundi non abutamur, 1. Corinth. 7, 29. 30. (5) Mundi, exempla nõ imitemur, Matth. 18, 7. 1. Petr. 4, 4. Pulchre Ambrosius in cap. 6. ad Galat. (si modo est autor commentariorum) Invicem, inquit, sibi mortui sunt, & mundus Apostolo, & Apostolus mundo, dum nihil Apostolus concupiscit mundi, & dum mundus nihil habet sui, quod agnoscat in Apostolo. Confer Gregor. libro quinto moral. capit. 2 vel. 3. Bernhard. Sermon. 7. quadragesim. Non solum mortuus mundo, sed & crucifixus mundo, quod est ignominiosum genus mortis; ego illi pariter & ipse mihi; omnia quæ mundus amat, crux mihi sunt, delectatio carnis, honores, divitiæ, vanæ hominum laudes; quæ verò mundus reputat crucem, illis affixus sum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu. Hæc Bernhard. §. 21.

MUNDITIA.

§. 1. 1. *Levitica*: Ad hanc spectant animantia munda, Genes. 7. oblatio munda, Malach. 1. notat sacrificium fidei, pretium &c. Purificatio Levitica à lepra, Levitic. 13. notat remitti nobis peccata; vestes verò, Cidaris munda, Zachar. 3. Incorrupti Christi regnum: Locus Levitic. 10. Numer 19. sanctitati studendum quovis loco; aqua munda baptismum præsignificavit; altare Ezechiel. 43. cor tuum sine fide immunda ara. Thymiamata Exod. 30. preces nostræ in fide fiant omni pœnitentia. Cibus Levitic. 12. Christum significat, panem vitæ, sine labe. Oleum Exod. 27. misericordia tua sit pura & hilaris.

Adscribitur 2. *Homini* quoque, ut, cordi, Psalm. 73. Matth. 5. ab hac omnis venit pulchritudo, sicut omnis pulchritudo æris est à sole, arboris à radice: Manibus, Gen. 20. 2. Timoth. 2. Corpori; non enim potest corpus immundum fieri, si non consentiat cor: sanguini Joel. 3. Operibus; verè enim operibus sumus mundi, si habeamus munda opera, verba, sensus. Vir mundus Num. 29. gentes notat Christi sanguine mundatas, & Christi passi memoriam gratissimis animis recolentes. 3. *Rebus physicis*, ut, auro Levitic. 12. significat Christi animam omni labe puram, Es. 53. Joh. 8. Heb. 7.

Dan. 7. notat incorruptum & fine ulla doli labe judicium DEI.

§. 2. 4. *Spiritualis* mundatio Ecclesiæ (quæ mundatio plenè in altera vita cōsummabitur, August.tom.7.lib.de nupt. & concupisc.c.33. 34.) nihil est aliud, quàm peccatorum remissio & absolutio. Psalm. 51. ab iniquitatibus munda me. Esa. 1. ipse DEUS mundat Jerusalem. 1. Johan. 1,7. Præfigurata in mundatione leprosorum Levitic.13. profluvii sanguinis, Levit. 12. seminifluì, Levit. 15. mulieris à partu, Lev. 12. Levitarum aspersione, 2.Chron. 30, 17. Vel sanctificatio ad novam obedientiam & gratiæ augmentum. Esa. 6. angelus mundans labia Christus est, ardens nostri amore, nostras abstergens impuritates, & suam nobis adferens gratiam, Johan. 15. vers. 2. Timoth. 2. si quis se mundaverit, innocenti vitæ operam dederit, malos vitarit, ibid. vas mundum. Vel officium Christi sacerdotale, quod docendo gessit in diebus carnis suæ Mal. 3. Pharisæorum corruptelas refutans Matth. 5. c. 15. c. 23. Vel ministerium, per quod aquæ mundæ sparguntur, Ezech.32. per baptismum, Eph.5, 25. vel tribulationem & crucem: Hac enim mundantur homines. Nū.31, 48. Victores è prælio olim mundabantur: Sic nos in mundo diu præliati, *igne Crucis* purgamur & mundamur. Spolia igne & aqua lustrabantur: Sic nos per crucem lustramur, prædatoris infernalis Esa. 49. manibus extorti. Luc. 11. Esa. 40. mundabo eos non ut aurum.

§. 3. 5. Mundatio *Calicum*: hypocrisis notatur, interius fœdissima, exteriùs sese mundans. Mat 23,24 26. à qua utinam & hodiè plurimi Christianorum titulo gaudentes, abessent quàm longissimè.

6. *Manuum*, innocentiam notat. Genes. 20,5. 2. Samuel. 22, 21. 25. Job. 22, 30. 1. Timoth. 2, 8.

7. *Cordis*, Ezechiel. 24, 13. Jacobi 4, 8.

8. *Conversationis* communis. Philipp. 48.

9. *Repurgatæ doctrinæ*, 2. Chronicor. 34, 3. 5.

Immundi Cœli.

§. 4. (Cajetanus de cœlis animatis suam aspersit sententiam hîc, correptus à Pineda comment. Sing. loci) Job. 15, 15. Confer Job. 14, 18. cap. 25, 3. Stellæ immundæ: docet Spiritus S. ne sanctissimos quidem in DEI conspectu atque judicio districto consistere posse. Egregiè Augustinus, (quamvis non placeat Pinedæ in h. l.) Bernhard. & Gregor. lib. XII. Cap 17. Moral. *cœli non sunt mundi in conspectu ejus, quia per semetipsos ante districtum DEI judicium nec ipsi esse mundi ad perfectum possunt quia munditiæ prædicatores fiunt, Johanne attestante, qui ait: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Si igitur in Sanctis illius nemo immutabilis est, & cœli in conspectu ejus non sunt mundi, quis apud se de justitia opere præsumat?*) Hæc Gregor. Dicta hæc volumus iis, qui ex operibus sperant, sibique pollicentur salutem & justificationem.

Peccati Contagium.

Si immundus mundum tangeret, protinus & hic immundus fiebat, Num. 19, 11. ita conversatio immundos nos reddit, 2. Corinth. 6, 14. 15. sequentib. Qui picem tangit, coinquinatur ab ea, ait Siracides. Noli ergò jugum trahere cum peccatoribus, Esa. 5. vers. 20. 18. non sis in consilio illusorum, Psalm. 1, 1. Sed exi ab immunda mundi hujus Babylone, 2. Cor. 6, 17. 18.

Cordis templum.

§. 5. Immundum jugi pœnitentiâ & precibus mundemus, 2. Corinth. 7. 12. ab omni inquinamento carnis & spiritus nos mundemus. Ut Judas Maccabæus Templum repurgavit, 1. Maccab. 4. Sic tu cordis tui templum assiduè purga.

Lustrationes & mundationes Gentilium.

Quæ docent, hominum animos, non nisi placato DEO, sedari posse. Hinc ipsi Ethnici tot media expiandorum scelerum atque vias placandi numinis commenti sunt.

Per animalia Bruta.

Ægyptii bovis capiti omnia peccata imputabant sua, idque caput amputatum in præterfluentem Nilum abjiciebant: Herodot. Videntur hæc hausisse è ritu & sacrificio Judæorum Levitic. 16. descripto, quo capro emissario omnia populi peccata imputabantur, inque Eremum deportanda credebantur. Græculus quidam nomine Demetrius Spartanus, Romæ grassantem pestem immolato tauro arcere & propulsare conatus est, Zwing. in Theatr. p. 370. a.

Per Homines.

Rhodii hominem Saturno sacrificabant, Phœnices in bello & pestilentiâ eidem amicissimos homines immolabant. In Laodicea Virgo immolabatur Palladi. Arabes puerum singulis annis sub ara sepeliebant. Græci humanas victimas, antequam in bellum prodirent, Scythæ advenas omnes Dianæ immolant.

Athenienses bello victi à Minoë Rege Cretæ, singulis annis septem mares totidemque fœminas in Cretam mactandos mittere jubebantur. Tempore Lactantii Latialis Jupiter sanguine humano colebatur, Lactant. libr. 1. de falsâ Relig. cap. 12. Carthaginenses ab Agathocle victi, ad placandum Saturnum (quem sibi infensum opinabantur) ducentos nobiles juvenes eidem immolaverunt. Lactant. Saturno infantes immolatos fuisse, idem d. l. tradit. Atque his sacrificiis reconciliari Deos existimabant. Herodot. libr. memorat Phrygem Adrastum homicidio pollutum indiguisse καθαρσίῳ sacrificio expiatorio. Plato 2. de Republ. ponit λύσεις καὶ καθαρμοὺς ἀδικημάτων.

μάτων. Plutarchus in Roman. καθάρσια vocat ἀποτρόπαια, averrunca, quod hujusmodi sacrificia iram DEI averruncent. Seneca in Tradit. meminit lustralis Sacri, quo expiabantur rates. Plura de his vide apud Q. Minut. Felicem. Tertullianum in Apolog. Hugon. Grot. defens. fidei Catholic. cap. x. In Theatr. Zwinger. Plinium & alios. Atque hic mos placandi DEOS per sacrificia duravit usque ad Adriani tempora, ut testatur Porphyrius.

Per Aquam.

§. 5. Omnia per aquam apud Gentiles expiabantur, Ludov. de La Cerda in Eclog. octav. Virgilii. pagin, 167. Tertullian. de Baptism. cap. 5. Lylius Gyrald. Syntagm. Institut. Deor. 17. Polydor. Vergilius lib. 6. de invent. rerum cap. 5. Zwing. Theatr. p. 370. Durand. lib. 1. c. 21. b. de Ritib. Eccles. Meticulosa somnia *averruncabant* ablutione Veteres. Aristophanes in Batrach. θεῖον ὄνειρον ἀπολύσω divinum somnium abluam. Aquam marinam adhibebant, sulphur, asphaltum. Cœl. Rhodig. lib. 6. cap. 12.

§. 6. *Per Herbas.*

Nigro Elleboro per domos olim suffiebant, eas purgabant, se aspergebant & pecora. Erasm. in Adagiis. Confer Macrob. Forum Roman. vid. *Lustro.*

Atque his & consimilibus purgandi modis olim usi sunt Ethnici, vani facti sunt sibi sapientes visi: Nobis fide Christi tinctis unica est in verbo DEI, sanguine Jesu Christi verâ fide applicati, mundicies sola coram DEO valens. Noscitur quoque ex his conscientiæ, etiam in Gentilibus, terror & vis, quæ hominibus, tot media lustrationum, commentandi suggessit. Discimus quoque, aliis Ethnicis sapientioribus ista media displicuisse. Vid. Porphyrium libro secundo de Sacrificiis & dæmonibus: Pythagoras, qui mentis puritate DEUM colendum esse tradiderunt. Eorum verba recitat Cœl. Rhodiginus libr. xi. cap. 23. Lect. Antiquar. Discant hæc illi Christiani, qui Ceremoniis plurimis DEUM colendum esse, sentiunt minus Christianè! Quos hi Ethnici die illo decretorio judicatum venient.

§. 1. MUNUS. *V. Magistratus.*

Pro qualibet functione & officio. *V. Officium.*

Tres sunt acceptiones munerum, ad quas cum fraude festinatur. Munus namque *à Corde, est* captata gratia à cogitatione. Munus *ab ore, est* gloria per favorem. Munus *ex manu, est* pretium per dationem. Sed justus quisque ab omni munere manum excutit, quia in eo, quod rectè agit, nec ab humano *corde* inanem gloriam, nec *ab ore* laudem, nec *à manu* recipere donationem quærit. Gregor. libr. ix. Moral. cap. 26.

§. 2. *Non Accipienda.*

1. A DEI interdicto: Exod, 23. Deut. 16, 19. Non respicies personam, nec munera, quia munera excœcant oculos sapientum, & mutant verba justorum. Numer. 35, 31. Non accipies munus ab eo, qui reus est sanguinis.

2. Ab effectu malo. Excœcant enim sapientes, Exod. 23. v. 8. Exemplô sunt Gehasi & alii. Pervertunt verba justorum, Deuteron. 16, 19. Pervertunt judicium, 1. Samuel. 8, 3. Semitas ejus corrumpunt, Proverb. 17, 23. & homines, ne veritatem loquantur. Matth. 28, 12. 15. Sir. 10. Xenia & dona inclinant homines, Job. 36, 28. Senatus Romanus, auro corruptus à Jugurthâ, optimam huic partem regni Numidiæ, per legatos itidem auro corruptos attribuit, viliori relictâ parte Adherbali, legitimè nato. Demosthenes auro corruptus pro iniquo viro Harpate Ex quæstore Alexandri M. verba ad populum Athieniensem fecit.

3. A Conf. Famæ Læsione. Ne dicas ego Abrah. ditavi, Gen. 14, 23. qui verò munera nô accipit, liberè confidit Innocentiæ, 1. Samuel. 12, 3. Sicut mulier munera accipiens castitatis nomine suspecta fit; Sic & judex Injustitiæ, & *Conscientiæ*. Perdit enim judicium conscientiæ suæ, ut Augustinus enarrat. 2. in Ps. 25.

4. A Maledictione DEI. Deuter. 27, 26. sunt maledicti: ignis exurit tabernacula eorum, Job. 15. 34. Domum suam conturbat, Proverb. 5, 27. Calamitates sibi accersunt, Mich. 3, 11. Es. 5. væ, qui justificatis malum pro muneribus. Gehasi 2. Reg. 5. Leprâ affectus fuit.

5. A Turpitudine. Muneribus corrupta Delila amasium prodit: Turpe! Jud. 16, 5. sunt socii furum. Esa. 1, 23. Turpius! Exspectant & à Miseris dona. Actorum 24, 27. turpissimum est post aurum abire. Sir. 31. beat' Vir &c. qui post aurum non abit. Sunt idololatræ, qui munera accipiunt, Basilius in cap. 1. Esaiæ. Sanguinolenti sunt, Psalm. 26, 9.

6. A Præmio. Psal. 15. manebit in Domini tabernaculo. Esa. 33. v. 15. In Excelsis habitabit, qui excutit man' suas ab omni munere Prov. 15. qui odit munera, vivet. Côscientiâ bona fruetur, 1. Sam. 12, 3. & mundano fauori plus justô minimè implicabitur. Vid. Dan. 5. v. 16.

7. A Stultitia, id est, Nemo eum hospitio exciperet, qui cœcitatem ei inferre velle minitaretur? & tamen homines munera suscipiunt, Cœlestia dona abjiciunt, & terrestria captant. Stultissimum est animam venalem habere, & judicem vivorum & mortuorum fallere velle.

8. Ab incommodo. Magistratus autoritas diminuitur, si accipiat munera. Jugurtha Rex Numidarum Româ egressus: O urbem (dixit) venalem, citò perituram, si invenerit emptorem!

9. A Testimonio & Exemplis Ethnicorum. Cicero in offic. Caput est in omni procuratione negotii & muneris publici, ut avaritiæ pellatur etiam minuta suspicio. Phocion noluit ingens donum accipere ab Alexandro M. suo contentus agro, quem & suis

liberis, si probitati operam darent, satis esse dicebat.

§.3. *Similia.*

Munera sunt conspicillum coloratum, quod rebus visis colorem imprimit: Sic munera causas malas in bonas convertunt. Canes famelici mox inhiant ossibus; Sic dorophagi muneribus. Hydra serpens multa habet capita; Sic dorophagi pro varietate donorum, modò huic, modò alteri parti sunt addicti. Lapis trahens judicem ad injustitiam. Lupis crudeliores: Lupa Romulum nutrivit; Dorophagi liberos orphanos devorant, non nutriunt. Magnes ferrum; munus judicem delinit. Pondus rotas horologii detrahit; Munera sunt pondera judicem ad Tartarum trahentia. Porcis similes, qui inhiant grunnitu in escam, uno porco vocato, omnes mox accurrunt: Sic Avaris dorophagis semper pendet hamus.

4. *Neque Danda.*

Qui enim dat munera, peccat volens, 1. *Recipientis mentem muneribus excæcando*, adeoque peccandi occasionem suggerit. 2. *Eundem in injustitiam inducendo*, ut contra conscientiam peccet, se abneget, officium prodat, & Dominum ipsum vendat: Proverb. 22, 9. Animam auffert accipientium. 3. *Seipsum quoque & conscientiam lædendo*, qui causam injustam muneribus justificat. 4. *Illicita bona & honores minimè meritos sibi cumulando.* 5. Et suam & Dorophagi *famam extremè lædendo.* 6. Pro buccella panis *veritatem deseri faciendo*, Proverb. 22, 21. 7. Exemplo Sybillæ (medicatam offam Cerbero objicientis, Æneid. 6. qui statim obmutuisse creditur.) *offam veneno injustitiæ infectam objiciendo.*

§.5. Munera Paulus non accepit, 2. Corinth. 11, 9. Actorum 20, 30. (1) Ob dicti Christi memoriam: Actorum 20, 35. Beatius est dare &c. (2) ob offendiculi cautionem, 1. Cor. 9, 12. 19. 23. (3) ob multorum lucrifactionem. d. l. (4) ob Evangelii participationem, d. l. (5) Pseudoapostolorū confusionem, 2. Corinth. 13. (6) benevolentiæ apud auditores captationem, 2. Thessal. 2, 9. cap. 3, 8. Ergò quod illi faciunt, si conciones, confessiones &c. venum exponant? nundinentur? candidè & liberè ejusmodi homines Busæus perstringit. Tit. Muner. Corrupt. Remed. IV. sub fin.

MUNITIO. *V. Murus.*

Munimentum Nahum. 1, 7. malè reddidit *confortans.* Vid. Forster. V. עוז.

MURMUR. *V. Patientia. Oppos. Impatientia.*

§.1. MURUS *à muniendo dictus*, Varro lib. 4. de L. Latin.

1. Ob protectionem ipse DEUS dicitur Esa. 26. Ponetur in ea (civitate) Murus igneus. Zach. 2, 5. Ignis terrens hostem. Muri alii superari possunt: Nunquam hic murus igneus; quis enim in ardentem ignem se conjecerit impunè? Alexander M. igne castra cinxit contra serpentes. At DEUS longè tutius munit Ecclesiam adversus Satanæ satellites. Conf. Esa. 26, 2.

2. *Duces & Imperatores.*

3. *Pericula & difficultates.* Ps. 18. cum DEO meo transiliam muros.

4. *Propriè dictus murus* arcens incursiones hostium. Igne combustus, Jerem. 49, 26. Boni Autores Coronam urbis hunc etiam vocant, Quod murus sit instar coronæ.

§. 2. *In munitionibus non est confidendum*, Jerem. 48, 7. nam DEO permittente facilè disjiciuntur, Ps. 89, 41. Es. 23, 11. Jer. 48, 18. 41. Thren. 2, 2. & 5. Dan. 11, 7.

Exstruere muros notat munire civitatem. *Ædificare*, Psalm. 51. ut excolatur Ecclesia, & pietas exerceatur.

Paulus non peccat per muros Damasci demissus.

Actor. 9, 25. 2. Cor. 11, 32. Cum nec latro nec proditor D. Paulus fuerit, contra quos lex XII. tabular. & ff. de R. divis. Confer Jos. 2, 15.

Muri Ecclesiæ, in quibus constituti Vigiles, Esa. 62, 6. Ps. 51, Muri Jerusalem.

Muri sunt Viri pii, pro avertendis suppliciis DEUM invocantes. Talis erat Moses, Psalm. 106, Exod. 32. non extitisse verò ejusmodi deprecatorem apud Israëlitas, Dominus queritur Ezech. 22, 30. Quæsivi ex eis virum sapientem &c. Ezech. 13, 5.

Magistratus Fortis. Sic mortuo Scipione Metellus in forum cucurrit, clamans: Concurrite Cives, mœnia Romæ ceciderunt.

Subditi Fortes. Agesilaus Spartæ urbis muros, Spartanos cives esse dixit. Sic ille, qui arcem Comitum ab Habsburg ædificavit, subditos fideles ejusdem arcis muros esse dixit.

Ministri Fideles. Sic Aaron, Num. 16, 48. Habac. c. 4. Daniel, c. 9. Jeremias, cap. 7, 15. Abraham, Gen. 18. Paulus, Philip. 1.

§. 1. MUS, MURES.

Animal immundum, Esa. 66, 17. Lev. 11, 29. Deut. 14, 7.

Instrumenta DEI vindicantis peccata, 1. Sam. 6, 4. Anno 830. Popelus II. Rex Poloniæ Patri succedens viginti patruos suos venenato poculo per conjugem sustulit, corpora in Lacum Goplo Reginæ jussu projecit: Ex his cadaveribus mira muriū copia prognata, quam neque armis, neque igne, neque aquis arcere potuit. Popelus ab iisdem muribus tandem unà cum conjuge & liberis in arce, quæ sita est in Lacu Goplo, corrosus exspiravit. Alexandr. Gagnejus. Camerarius part. 2. p. 46. hor. subcisiv. Anno 868. Hatto II. Abbas Fuldensis, combusta pauperum multitudine in horreo inclusorum, à muribus consumptus. Abderitas solo patrio à muribus pulsos, memorat Justinus libro 15. & Senacheribum cingentem Pelusium obsidione, Joseph. libro decimo cap. 1. ex He-

ex Herodoto. Wilderadus Argentoratensis Episcopus, exusta æde Sanct. Stephani, ejectis Vestalibus. Isengrin. Georgius Fabric. libro secundo de Origin. Saxon. Idem refert de milite quodam Camerar. part. 2 cap. 12. Horar. subcisiv. Ex Gyaro, Cycladum insula, homines a muribus expulsi sunt, Plinius libro octavo, cap. 29. Ibid. Civitatem quandam in Thessalia a talpis fuisse suffossam. Vide eundem lib. 10. cap. 65. de infinita murium copia apud Troadem urbem. Anno 1629. ejusmodi murium copia visa est.

§. 2 Philistæorum mures imagines 1. Samuel. 6, 5. fuerunt piacula plagæ, quam per mures acceperunt Philistæi &c. Hinc id suaserunt Sacerdotes Ethnici, quod scirent, sua numina solere reddere sanitatem: (sunt vero Satanæ idola.) Multa refert exempla Valer. Maxim. libro primo cap. 1. idem confirmat Ovidius libro primo de Ponto Eleg. 1. vidi ego linigeræ &c. Quare inepta est collectio, si quis ad statuas & idola, per quas tamen Satan omni tempore humanam cæcitatem ludificatus est, confugiat.

MUSCA.

§. 1 1. Insecta nota: perdunt unguenta Ecclesiast. 10, 1. 2. Hostes infestissimi, velocissimi, Esa. 7, 18. omnia (α) occupantes, (β) corrumpentes, (γ) vexantes. 3. Hæretici. Augustinus lib. contra Fulg. Donatist. artic. 14. Muscæ morituræ Donatistæ. Epiphan. de Archonticis. 4. Pravi socii, qui omnia corrumpunt. V. *Societas.* 5. Suspiciosi fœdant. V. *Suspicio.* 6. Proditores, omnia explorantes. V. *Proditor.*

7. Avari, omnia, muscarum instar, perreptantes, odoris boni, hoc est, turpis, lucri, cupidissimi. 8. Bestiæ quævis noxiæ, Exod. 8, 17. Sapient. 16. Conferatur quoque Abulensis in Exod. Esa. 7, 18. Perer. disput 16. in Exod.

Mirum.

§. 2 In domo Sanctuarii nunquam visam esse muscam, tradunt Capitula Patrum.

Impium.

Deaster quidam (Baal-Zebub) invocatus olim contra impetum molestum muscarum. Plinius libro decimo capit. 28. *Invocant* (ait) Elei *Myagron DEUM, muscarum multitudine pestem adferente.* Idem pro salute vitæ invocatus 2. Reg. 1, 2.

§. 1 MUSICA. *Confer Cano. Canticum.*

Quid?

Harmonicus sonorum concentus: sive Harmonia sonorum, suis proportionibus interstincta, & vocum varietate ornata.

A DEO Data.

Hic 1. Aures dedit ad percipiendum hunc harmonicum concentum, & judicium indidit hominibus. 2. Excitat singulares viros, qui huic studio incumbant, illudque excolant: Hi fuerunt Assaph, Heman, Jedithun & alii in populo DEI. 3. Harmoniam ejusmodi in creaturis ostendit. 4. Eandem Natura ipsa in animalibus ostendit. Confer de his Plutarch. de superstit. & Platonem.

Propagata.

§. 2 In Ecclesia 1. inventa, Genes. 4. vers. 21. a filio Lamechi, qui est dictus Jobal, unde Latini suum jubilum & jubilare derivasse existimandi sunt: Ne ergo ad Pythagoram inventionem referamus, (v. Maxim. Tyr. dissert. XXI.) sive etiam ad Orphea, (quem putant vixisse ante Mosen 150. annis) vel Linum. Vid. Polydor. Vergilium libro primo cap. 14. de invent. rer.

2. Sub Levitismo musices studium frequentatum esse, nemo diffitebitur. Exod. 15. Mirjam cantico suo liberationis ex Ægypto beneficium deprædicavit.

3. Sub Regibus: Davide, Salomone, Ezechia, Josaphat, Josia, 2. Samuel. 6, 5. 1. Chronicor. 15, 16. 2. Paral. 20, 28. cap. 29, 25. 26. 30. Nehem. 12, 46.

4. In Ecclesia Christiana. Vide supra Cantic.

Musica Figuralis a Dunstaplo Anglo quodam inventa, una cum arte Typographica excoli cœpit. Post a Gallis Dufay & Binchojo magis exculta. De Instrument. vid. supr. Cant.

De Organis Pneumaticis frustra litem movet Tilenus in Syntagmat. Theolog. Nam (1) libere utimur hoc instrumento. (2) utuntur & Ecclesiæ Reformatæ Calvinianæ Gedani & alibi locorum. (3) Nitimur Ecclesiæ Israeliticæ Exemplo, quæ in omni ligno fabrefacto Deum laudavit, 2. Samuel. 6, 5. Quidni eadem liceret libertate uti? (4) abusum omnem organorum, ad saltum magis, quam ad devotionem compositum & nos abominamur.

Referimus huc illud Erasmi: Sine cognitione Elementorum Euclidis, neminem perfectum Musicum posse fieri.

Huc spectat hominum industria in inveniendis instrumentis Musicis. Camerar. horar. subcisivarum p. 1. c. 18.

§. 3 Objectum circa quod (vel Materia circa quam) versetur Musica, Deus est præcipue, ejusque Bonitas Veritasque, Psalm. 33, 1. 23. & 98, 4. Psalm. 150, 4. Ephes. 1, 19. Col. 3, 16. 1. Corinth. 14. 17. Psalm. 71, 24. Coram Domino, 2. Sam. 6, 5. 1 Chronicor. 3, 8. Plutarchus: Primum (ait) & pulcherrimum Musicæ munus est, Deum conditorem, larga manu omnia nobis beneficia tribuentem, grata voce celebrare. Alterum, animi motus & puros & concinnos & inter se consonantes efficere. Et hinc quoque Veteres de Operibus Dei, creatione, factis Heroicis cecinerunt, Orpheus, Linus, Pindarus, Simonides.

Modus fit 1. in laudando, Psalm. 149, 3. & 150, 3.

2. Præcinendo, Psalm. 147, 3.

3. Psallendo, Ephes. 5, 19.

4. Confitendo, Psal. 33, 2.

5. Omni virtute, 1. Chron. 3, 8.

6. Prophetando in citharis, 1. Chron. 25. vers. 1.

Materia ex qua, debet esse gravis, sancta, ad morum faciens informationem. Sic Platonis Lex est: μήτινα τολμᾶν ἀδόκιμον μῦσαν. Timotheus Milesius, addens citharæ unam chordam, e Laconica ejectus est, quod modestam & gravem Musicam in mollius Chromaticum genus invertisset.

Veterum in templis tarda, gravis non ultra 5. aut 6. levata. Sic ab Athanasio mos servatus. Augustin. libr. 10. cap. 33 Confess. lib. 9. cap. 7. de Basilio in oriente, quem imitatus Ambrosius.

§. 4 *Effecta.*

1. *Pellere tristitiam*, Psalm. 43, 5. 1. Reg. 3, 15. 1. Samuel. 16, 14. 23. 25. cap. 18, 10. cap. 19, 9. & morbos. Arion Jones & Lesbios a gravissimis morbis beneficio Musicæ liberavit. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Musica difficiles abigit de pectore curas.

Dicitur hinc Medicina dolorum. Vid. Tom. 3. intimat. Witteb. p. 138.

2. *Mulcere aures hominum & animalium brutorum.* De illis res ipsa testatur: De his cervæ fistulis venatorum inescari traduntur, ut in laqueos sponte ruant. Clem. Alexand. lib. 2. Strom. Mulos valde delectari tinnitu nolarum, experientia testatur. Equi in bello clangore tubarum cientur. Hinc avium cantus, & lusciniarum modulatio. Pleniori verborum ambitu ista prosequuntur a Polyd. Vergil. lib. 1. cap. 14. de Invent. rerum. Delphinos Musica delectari impensissime. Vid. Petrarcham Dial. 23. de dulced. Music. Empedocles illum, hospitem ipsius qui gladio stricto adortus occidere moliebatur, (quod Patrem suum damnatione accusasset) canendo inflexit, & a cæde abstraxit. Plato 3. de Republic.

3. *Instigare homines ad fortia & egregia facta.* In bellis Musicam adhibendam, docuit Lycurgus. Sic Alexandr. Magn. Musica tibiæ mox ad prælium etiam cum proximis suscipiendum excitatus est.

4. *Flectere animos.* Augustinus in libris Confess. fatetur, se inter canendum sæpe ad lachrymandum fuisse impulsum.

Saulus ad musicam Davidis respiravit, 1. Sam. 16. v. ultim. Sir. 40, 20. Musica lætificat cor hominis. Aristoteles Musicæ attribuit, quod animum bene afficiat consuetudine honestæ voluptatis, lib. 8. cap. 4. de Republ.

5. *Eosque delectare*: Videlicet homo statim natus, cum in cunis vagire incipit, continuo nutriculæ cantitantis voce sopitus dormitat.

6. *Fessos & laborantes reficere*: videl. remiges, aratores, aurigas, muliones.

7. *Morbos pellere.* Sic Asclepiades phrenesin, Isidor lib. 5. cap. 13. Pythagoras morbum lymphaticum. Empedocles iram. Arion apud Lesbios morbos varios. Ictum Tarantulæ serpens. Matthiol. in Dioscorid. Camerar. part. 2. cap. 81. horar. subcisivar. Johan. Bustamantin. libro primo cap. 5. de Reptilib. num. 111.

§. 5 *Musicæ Finis.*

Instillare homini rectam vivendi viam, Basilius. Vid. Psalmos Davidis & sanctorum reliquorum. Psalmorum laudes apud Basilium.

Locus, ubi exercenda Musica.

1. *In DEI Domo*, 2. Chronicor. 32, 28. 29. ad hunc celebrandum, Psalm. 33, 2. Exod. 15, 20. Apud Romanos tibicines Sacrificiis præcinebant, Plutarchus quæstion. 55. Roman. Quanto magis in exhibendis sacrificiis spiritualibus Musica præcinere nobis debet, nostrosque animos accendere, Ephes. 5.

2. *In honestis conviviis & recreationibus*, quo sensu Homerus alibi cantum refert inter ornamenta conviviorum. Rejicitur usus Musicæ in crapula, Esa. 5, 12. Amos. 6, 5. securitate, Job. 21, 12. Idololatria, Dan. 3, 5. 7. Arnob. lib. 2. contra gentes.

3. *In funeribus & Luctu*, 2. Chronic. 35, 25. Aliquando tamen abstinemus Musica, Psalm. 137, 3. 4. Levitas sibi Babylone captos pollices præscidisse, ne fides tangere possent, tradit e veterum Chron. Sebastian. Lepuscul. in excisione urbium. Epoc. 18, 22.

4. *In rebus lætis ac secundis*, Job. 21, 12. Victoria: Sic Exod. 15. 1. Sam. 17. devicto Goliatho.

Musices Antiquitas summa est, ut docet Timogenes apud Quintilianum.

Requisita.

§. 6 Sit 1. *Prompta & alacris*, Ps. 57, 11. Diluculo surgam.

2. *Modesta*: ut sapiat pietatem, spiret honestatem, promoveat eandem, non accendat libidinem.

3. *Non dolosa*, quæ adhibetur ad seducendos hominum animos. Sic Orpheus & Methymnæus dulcedine Musices suæ homines ad idololatriam pellexerunt, Clem. Alexandr. in protrept. Socinistæ plerosque Lutheri Psalmos corruperunt, & Claudiopoli cantandos, in suo cœtu curarunt. Veteres scilicet Arianos imitati, qui suavissimis interpolationibus venenum hæreseωs suæ tegebant & propagabant. Socrates lib. 8. cap. 8. Nicephor. lib. 6. c. 30. & lib. 9. c. 16.

4. *Non effœminata*, qualis erat Musica Paridis, cantilenis vacans amatoriis. Illam oblatam sprevit Alexander, Adellis sibi optans lyram, fortia virorum facta canentem.

Ægyptii Musicam, ut virorum effœminatricem, olim prohibebant. Diod. Siculus. Polyb.

5. *Seria & devota*, juxta versum:

Non vox, sed votũ; non Musica Chordula, sed Cor:
Non clamans, sed amans cantat in aure DEI.

Hoc est cantare in corde suo DEO, Eph. 5. cogitando DEI beneficia.

6. *Dulcis*

6. *Dulcis.* Hinc Lusciniæ Hieroglyphico significata est. Perer. lib. 23. Hieroglyphicor.

Honor debetur Musicis. Alexander Magn. Anaxarchum, Musicum impense coluit, interque amicos habuit primarios.

Proxima Theologiæ censetur, quod, sicut hæc, tranquillum præstet animum: ut alicubi *Lutherus* dixisse perhibetur.

§.7 *Neglectus Musicæ.*

1. Scytharum Rex Athias hinnitum equi elegantissimæ Musicæ præferebat Ismeniæ tibicinis peritissimi. Plutarch. Orat. 2. de Fort. Alexand. Magni.

2. Ariani olim cantum (ne Christi laudes noscerentur) eliminasse Ecclesia commemorantur ab Augustino libro undecimo, cap. 11. Retract. Huc facit Ambrosius orat. contra Auxent. de Tradendis Basilicis. Basilius quoque Epistol. 63. arguit Hæreticos, ab Ecclesia ob cantum excedentes; nosque ad Ecclesias Ægypti, Libyæ, Palæstinæ, Arabiæ, Phœniciæ, Syriæ remittit. Confer Concil. Toletan. 4. Can. 12. Baron. Tom. 1. Annal. ad ann. Christ. 60. & nostrum D. Chemnitium in Postillis Luc. 2 De Angelis Christi nativitatem annuntiantibus.

§.8 *Similia Musicæ.*

Est Lac animæ: Lenimentum laboris: Solatium solicitudinis: Sensus abalienatos revocat. Lyræ addiscendæ operam dedit Senex Socrates: In bellis olim adhibita. Exercetur mox a pueris, infantium clamor ad cantum nutricis sedatur. Vid. Chassanæum in Catal. gloriæ mundi part. 10. Camerar. part. 2. cap. 18. horar. subcisiv. Robert. Vultur. de Re militari lib. 2. c. 4.

MUSTUM. *Vid. Vinum.*

MUTUS.

§.1 Is est, qui loquendi facultate destituitur. Immittitur a Deo, Exod. 4, 11. ejusque permissu a Spiritu muto, Marc. 9, 17.

Aliquando obmutescere jussit Spiritum Salvator, sed impurum illum, Marc. 1, 25. In V. T. ut notat Salmeron, nuspiam legitur, quempiam a Dæmone liberatum fuisse; hinc turbæ admiratæ sunt, Matth. 9. Luc. 11, 14. & completum Vaticinium Esa. 35, 6.

Obmutescunt quoque Ministri Dei ad tempus, Ezech. 24, 26. cap. 33, 23. terrore perculsi, ut Daniel, cap. 10, 15. Homo ille veste carens nuptiali Matth. 20. notat, nihil nobis superesse excusationis, si in judicium nos vocet Dominus. Psalm. 143. ne intres in judicium cum servo tuo. Job. 9, 3.

Tyrus obmutescens in medio maris, Ezech. 27, 32. mundi in extremis temporibus ferocientis est imago; cum enim sibi videbitur securissime vivere, obmutescet, & perditio eum apprehendet, 1. Thess. 5, 3.

Mare obmutescit Marc. 4, 39. ad Christi verbum maris Dominum.

Judices, Psalm. 58, 2. cum pro justitia non loquuntur.

Pœna est: videlicet Zacharias fit mutus, ob ὀλιγοπιστίαν, Luc. 1, 22. (pœna, laxo sensu dicta) Fuit Typus incredulorum Judæorum. Gloss. ordinar. in c. 1. Luc.

§.2 *Medicus hujus defectus.*

Hoc vitium Jesus Christus sanavit, Matth. 9, 32. cap. 12, 22. cap. 15, 30. & instantis periculi metus averruncavit. Herodot. libro prim. De Ate, filio Crœsi, qui mutus fuerat natus; sed cum parenti Crœso stricto gladio ictum miles intentaret, filiali amore inflammatus, in hæc verba prorupit: O homo, non occide Crœsum.

§.3 *Mutus Spiritualiter.*

1. Qui Deum non confitetur, Matth. 10. Christus ideo mutum curavit, ut nostrum os aperiret ad confitendum Deum, Lucæ 11. versic. 13. 14.

2. Qui Deo gratias non agit, sed magis mutus est, quam piscis. Deum non laudans, non invocans.

3. Qui justitiam & veritatem non loquitur, Psalm. 18, 2.

4. Qui non corripit vitia auditorum, Es. 58, 1. 2.

5. Qui hostibus suis resistere non potest, Psalm. 30. versic. 13. 14. adeoque innocentem causam non protegit: at pro his omnino mutis loquendum est, Proverbior. 31. vers. 8. 9. Sic Moses non fuit pro fratre Israëlita oppresso mutus, Exod. 22.

6. Qui patienter calamitates ferunt & passiones, ut Dominus & Salvator noster, Es. 53. vers. 7.

7. Mutus est, qui non aperit os ad bona verba, Hilarius Can. 12. super Matt.

8. Qui lingua sua proximum non ædificant.

9. Qui peregrinantes fratres non quærit, non instruit, mutus est.

10. Hypocritæ, muta animalia.

Analogice muta idola dicuntur Habac. 1. vers. 18. 1. Corint. 12, 2. Muti lapides, Habacuc. 2, 19. Illa notant hæreticorum errores veritatem non loquentium. Gloss. Ordin. in Habac. 2.

Muti ad Christum.

Adducendi ut sanentur, Esa. 35. Fit hoc 1. educatione pia. 2. Precibus ad Deum fusis. 3. Omni auxilio & ope. Exod. 23. bovem reduci Deus voluit: Quantò magis hominem. 4. Ministerio docendi.

MUTUO. MUTUUM.

Vid. Liberalitas.

§.1 *Quid?*

Quod datur, ut reddatur.

Mutuare, commodare proximo, præcepta Charitas a Deo, Deuteronom. 15. versic. 8. Matth. 5. vers. 42. Luc 6. vers. 34. Exod. 22. versic. 14.

Cui?

Amicis, Vicinis, Exod. 3, 22. cap. 11, 2. cap. 12, 35. Luc. 11, 5. miserendo quoque, Proverb. 19, 17.

Materia

In Pondere, numero, mensura & aliis rebus ad vitæ usus necessariis.

Divisio.

Mutuum 1. Eleemosynarum. 2. Gratuitum. 3. Usurarium. V. *usura.* 4. Compensatorium. V. *Reditus, Census.*

Officia

Accipientis mutuo, Psalm. 37, 21. Sirac. 29. v. 2. 3. 4. 5. reddere. Dantis misericordiam exercere, charitatem personis, circumstantiis attemperare.

MYRICA.

Vide Psalm. 102, 18. ubi afflictos & humiliatos notat metaphorice.

Proprie notat Jerem. 17, 9. I. *genus humilis virgulti* in desertis & locis aquatilibus, fructum dans esui minus aptum. Hieron. in h. l. significat insuper loca deserta, Jerem. 48, 6. II. *Terrenos homines*, cœlestia non sapientes amant desertum mundi, & aquas voluptatis atque peccati bibunt. III. *mortuos in bonis operibus*, nec fructum justitiæ parientes. Ps. 1. Impii ut pulvis. Sicut & hæc vox terram arenosam & sitientem significare scribitur. Mercer. apud Pagnin. in Lex. V. ערער. IV. *Simulatores, & favoris humani aucupes.* Crescunt Myricæ in terra, aqua: sic impii cuivis loco se attemperant, ut uberrimo quæstu suo omnia assequantur. V. Et *quid de Syncretistis* dicemus? Myricæ sunt, hominum ingeniis & spiritui hujus mundi se accommodantes.

MYRRHA.

§. 1

I. *Proprie* notat arborem in Arabia, quæ fructum habet, succidum scilicet, ex incisione illius promanantem.

§. 2

II. *Analogicè & per Metaphoram*, est myrrha (1) *Nominis Jesu.* Vid. Promt. Allegor. 555 (2) *Immortalitatis carnis Jesu Christi.* Origen. homil. 1. & 3. in Cant. Canticor. (3) *Salutiferæ passionis Christi Jesu:* Hæc enim est myrrha nostræ immortalitatis: ex illa nobis indubia spes est, fore, ut corpora nostra resurgant, hæc caro, Job. 19. ut conformia reddantur corpori glorioso Jesu Christi, Philip. 3. Vid. Alleg. 893. in promptuar. Confer Bernhard. homil. 43. super Cant. Canticor. (4) *Pœnitentiæ:* ut enim ex arbore secta succus ille defluit; Ita cor nostrum cultro legis secandum, ut guttæ doloris & compunctionis effluant. Joel. 2. *Scindite corda.* Sic cor Davidis scissum protulerat istud Psalm. 51. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Peccatrix illa Luc. 7. deflet peccata sua, contritione vulnerata. Petrus lapsum suum deplorat Matth. 26. vers. ultim. Ac velut Myrrha *consumit, dissolvit, confortat*, putredinem *arcet:* Ita pœnitentia consumit & dissolvit veteres iniquitates, & novæ Obedientiæ studet, & ad omne opus bonum nos confortat. Johan. 5. *Noli peccare amplius*, &c. Et putredinem malæ vitæ a nobis pellit. Matt. 3. Facite fructus dignos pœnitentia. Coloss. 3. Mortificate membra vestra, &c.

(5) *Mortalitatis nostræ considerationis.* Myrrha enim mortuis adhiberi olim solebat: Omnes nos morti sumus obnoxii, Roman. 5. vers. 12. Vera igitur immortalitatis Myrrha animas nostras & corpora nostra condiamus. Job. 19. Scio quod Redemptor meus vivit. Roman. 1. v. 14. *Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus.*

(6) *Continentiæ & vitæ innovationis.* Ut enim Myrrha munit corpora à putredine: Sic studium sanctificationis nos abstrahat a peccatis. Levitic. 19. Estote Sancti. Luc. 1. Serviamus ei in justitia, Tit. 2. Populum studiosum. 1. Petr. 2. Abstinete a carnalibus concupiscentiis.

(7) *Crucis & tribulationis.* Vere enim Crux Myrrha est (Vid. Allegor. 115. numer. 4. in Prompt.) (1) Arcens putredinem, quem in mundo aliàs contraheremus. 1. Corint. 11. corripimur a Domino, ne cum pravo mundo condemnemur. (2) Confirmans nos (ut Myrrha confortat) in gaudio & patientia: Romanorum 5. gloriamur in afflictionibus.

§. 3

Poculum Christo morituro myrrhatum quod exhibuerunt Judæi, non ingrati saporis fuisse, sed potius jucundi, multis rationibus nititur probare Baron. Tom. 1. Annal. ad ann. Christi 34. numer. 94. 95. Edit. Mogunt. & Tomo 2. fol. 633. num. 5. 10. Edit. Antwerp. Id an omnibus placeat, ambigimus fere.

MYSTERIA.

§. 1

Quid & Unde dicantur?

Ἀπὸ τοῦ μύειν, claudere, quod clausa sint & abstrusa, oculis & auribus minus obvia. Varin. in Lexic. μυστήρια θεωρία πνευματικὴ τὴν τῶν πολλῶν κατάληψιν διαφωνοῦσα. Alii ἀπὸ τοῦ μύσους ab Execratione. Syrus vocat Ansa. Vid. Clement. Alexandr. adhort. ad Gent. Hebræi רז Secretum. Eusebius lib. 2. cap. 6. de præparat. Evangel. Sacra arcana erant, quæ Latini vocant seclusa, non nisi initiatis.

Hinc Theodoretus in 1. Corint. 15. Mysterium dicitur, quod non omnibus declaratur, sed solis amicis creditur: Nobis igitur hominibus hunc honorem exhibuit, ut Angeli quoque nobiscum hæc Mysteria acciperent, (Eph. 3. ut innotescat, &c.) ait Chrysostom. Tom. 7. in 1. ad Corint. Clemens Alexandr. libr. 5. Stromat. occulta sacra interpretatur. Alibi Chrysostomus Mysterium vocat τὸ ἀπόῤῥητον καὶ θαυμαστὸν καὶ ἀγνοούμενον.

Ambiguitas Vocis.

Mysterium (1) Res externa, significans rem spiri-

Spiritualem: v. g. Conjugium Christi unionem cum Ecclesia, Ephes. 5. v. 32. (2) Obsignans Sacramenta. [3] Solâ fide apprehensibile aliquid, 1. Timot. 3, 16. (4) Quadantenus cognoscibile. Sic mysterium Evangelii, vocationis gentium, Roman. 16, 25. Ephes. 3, 4. & c. 5. (5) Anti-Christiana impietas, 2. Thessal. 2. vers. 7.

§. 2. *Divisio. Quotuplex?*

I. Christianorum, quæ in Sacris literis revelata sunt. *Matt.* 11. revelasti ea parvulis. cap. 16. Pater revelavit. Quoad modum tamen & causas Formales ignoramus eadem. v. g. *Mysterium* Dei in *carne patefacti*, 1. Timot. 3, 16. *Unionis* cum Christo, Ephes. 5. *Resurrectionis* & *judicii* 1. Corint. 15. Sic & concedunt C. Laurentius p. 57. de conjunctione signor. Sacram. & Genuenses in indic. Error. Gregor. de Valentia; *Mysteria non esse ex causis formalibus metienda.* D. Hornejus th. 8. de Doc. Trinit. omnem fidem perire, nisi crediderimus, quædam esse ἀνεξιχνίαστα, imperverstigabilia. Confer Suaret. disput. 30. Sect. 17. n. 29. *Metaph.* Est v. Mysterium, *Gentium vocatio*, Roman. 11, 25. cap. 16. Ephes. 3, v. 5. Theodoret. in cap. I. ad Coloss. *Resurrectionis* mortuorum, 1. Corint. 15. *Evangelii*, 1. Corint. 2. Ephes. 3, 19. *Ambros.* in h. l. quia quod incarnatum est, occultum erat à seculis apud Deum, Deus verbum. *Incarnationis*, 1. Tim. 3. v. 16. Unionis Christi cum Ecclesia, Ephes. 5, 25.

§. 3. II. Gentilium. Duo erant apud Eleusinem terræ *Atticæ*. *Magna*, quæ Cereri sacra erant; Parva quæ Proserpinæ: In his actitata summo silentio Sacerdotes tegebant. Scholiast. *Aristophan.* Steph. *Iniquitatis* 2. Thess. 2. *Apocal.* 17. vers. 5. Mysterium Babel. Accipientibus quibusdam de Nerone, Impietatis omnis artifice: Theodoretus tamen accipit de hæresibus exortis, quæ diabolus ad præparandam perditionem occupavit. Theodoret. in h. l.

Voluntatis Dei: Ephes. 1. verè enim Dei voluntas nemini, nisi ex verbo patet. Ethnicorum mysteria. Vid. infra.

Christianis mysteriorum

§. 4. Causa revelans Deus est Matt. 11. v. 27. cap. 16. v. 17. Filius è sinu patris nobis revelavit. Spiritus revelationis, Eph. 1, 17. Causæ Administræ sunt Prophetæ, Apostoli, Mysteriorum horum interpretes, miraculis mysteria confirmantibus clarissimi.

Materia

Sapientia DEI est (1. Cor. 2, 7. loquimur sapientiam DEI in mysterio absconditam) in mysteriis significata, Ephes. 3, 10. DEI voluntas, Ephes. 1, 9. Gloria Col. 1, 26. 27. & applicatio admiranda beneficiorum, quæ fit in sacræ mentis consideratione.

Formale

Mysteriorum à nobis à priori non cognoscitur. Genuenses id fatentur in indice Error. Greg. de Valent. Nu. XXIV. Repugnat (ajunt) esse Mysterium, & posse causam formalem sive formam cognosci: Si Mysterium est; Ergo absconditum est. Hæc illi.

Subjectum cui?

Prophetis, Apostolis, Rom. 16, 2. Simplicibus & abjectis, Matt. 11, 21. 25. Luc. 10, Stultis in hoc mundo, 1. Cor. 1, 27. Confer Cyprian. orat. de Nativitat. Angelis quoque, Ephes. 3, 10. 11. Luc. 8. Vobis datum est. 1. Non absoluto decreto. (hujus enim nulla est mentio.) 2. sed proprio vitio, quod non interrogarent Dominum de his parabolis, nec discendi cupidi essent.

§. 5. *Affectio mysteriorum.*

Mysterium appellatur, quoniam non id, quod credimus, intuemur, sed quod alia videmus, alia credimus: nam hujusmodi est mysteriorum nostrorum Natura. Aliter igitur Ego, & aliter incredulus erga illa afficitur. Chrysostom. homil. 7. in 1. Corinth *Subdit verò rationem: Alii nam* (inquit Chrysost.) *sunt animales, & non intelligunt; alii autem velum habent in cordibus eorum & non vident. Ergo Mysterium hoc maximè est, quod ubiq; prædicatur; Non autem cognoscitur apud eos, qui non rectam habent sententiam.* Hæc Chrysost.

Sunt impiis ludibrio, 1. Corinth. 1. Julianus simplicitatem Christianorum credentium irridebat. Sic quoque Græci d. l. 1. ad Cor.

Magna sunt. In specie Mysterium incarnationis & manifestationis Dei in carne. 1. Timoth. 3, 16. (1) *ratione divinæ sapientiæ*, quæ omnem superat intellectum. Ephes. 3. Po: est superabundanter facere. (2) *ratione materiæ*, quæ in Mysteriis occurrit: maxima est omnino ea: maximum enim est, DEUM in carne manifestari, invisibilem in carne visibili apparere. Sic etiam de cæteris. (3) *ratione modi*, qui maximus est, omnique rationi imperverstigabilis. (4) *ratione maximæ majestatis & gloriæ DEI*, quæ resultat è Mysteriis Christianorum.

Ad Regnum DEI pertinentia. Hinc vocantur Mysteria Regni Cœlorum Matth. 13, 11. Marc. 4, 11. Luc. 8, 10. Sunt igitur (1) *Spiritualia*; Sicut ipsum DEI Regnum spirituale est. Roman. 14. Regnum DEI non est cibus & potus, &c. (2) *non mundana*: nam Regnum DEI (cujus pars vel modus est regnum gratiæ) non est de hoc mundo, Joh. 19.

Revelata; Rom. 16, 25. Ephes. 3, 5. nempè (1) à DEO. (2) ministris suis, Prophetis, &c. ut paulò ante diximus 1. Corinth. 2, 7. (3) Igitur naturâ nota nonsunt. (4) neqve ratione humana oppugnanda: cum ea, quæ DEUS revelavit, rationi humanæ minimè subjecta sint.

Occulta aliàs, 1. Corinth. 2, 5. Coloss. 1, 26. Rom. 16, 25. Ephes. 3, 5.

§. 6. Q. Cur Christus gravisus sit *Matth.* 11. ob *Mysteriorum* DEI absconsionem? 1. Chrysost. putat, non ob hanc; sed simplicium conversionem Christum lætari. 2. Alii, quod de justa Judæorũ vindicta Domino sit gavisus, Evangelium

gelium aſpernantium, & pedibus illud calcantium. Abſcondit verò Deus myſteria à ſapientibus hujus mundi, non *poſitivè* inſtillando cæcitatem, ſed negativè, juſto ſuo judicio ob peccata præfracta gratiam negando. Gregor. M. lib. 25. cap. 9. Moral. inducere noctem Dominus dicitur, non quod tenebras inferat, ſed quod obſcura corda peccantium miſericorditer *Non* illuſtret. Hæc Gregor.

§. 7. *Non rimanda rationis ſcrutinio, ſed credenda.*

I. A Scripturæ unico & ſolido fundamento, cui ſoli, non rationi noſtræ inniti fas eſt. Eſa. 8. v. 20. Luc. 16, 28. Joh. 5, 39. 2. Petr. 1, 19. Matt. 22. erratis neſcientes ſcripturas; Hæ ſunt Lux noſtra, Pſalm. 119, 106. Hæ nos ſapientes reddunt, Pſalm. 19. & rationis judicium repudiant. Scriptura quoque & ratio inter ſe pugnant, cum hæc ſit Deo inimica, Zanch. libr. 5. cap. 2. de Natur. Dei. Neque enim (ſcribit Zanchius) multò minus in hoc argumento audienda eſt humana prudentia, quæ eſt inimicitia adverſus Deum, ſed ſoli Dei verbo inſiſtendum eſt. Ita nihil hac doctrina fuerit clarius, nihil certius: illis enim obſcura videtur & difficilis, qui unam aurem verbo Dei, alteram humanæ prudentiæ præbent. Hæc cum inter ſe ſemper pugnent, maximè verò in hac de prædeſtinatione doctrinâ, factum eſt, ut fœdiſſimè erratum fuerit. Hæc omnia Zanchius: quorum utinam memoriam nõ abjeciſſet in controverſiis Euchariſticis & Chriſtologicis.

§. 8. II. A Conſideratione Dei. Qui eſt 1. *imperveſtigabilis.* Antiſthenes (Philoſophus Cynicus, Socratis auditor) ſic de DEO: DEUS (ait) ab imagine & ſimulachro non cognoſcitur, oculis non videtur; nihil rei ſimilis eſt, eoque fit, ut ex effigie eum nemo poſſit cognoſcere. Solâ itaque fide eum niti oportet, qui velit intueri ea, quę intellectu percipiuntur. Sic quoque Xenophon ait; Fide opus eſt iis, qui occultum (Deum) noſſe deſiderant. Hæc ille, allegatus à Theodoreto lib. 1. de curand. Græcor. affectionibus.

2. *Omnipotens.* Ergò omnia poteſt præſtare, quantumvis rationi videantur eſſe adverſa. Luc. 1. Apud Deum non eſt impoſſibile, &c. plus poteſt præſtare, quàm nos intelligimus, Epheſ. 3. Facit quod vult, Pſalm. 115. verſ. 3. Sit tibi pro luce rationis potentia magni Conditoris, Euſebius Emyſſ. homil. de quadrageſ. Ejus virtus eſt inexplicabilis & magna, Pſalm. 147, 5. Jerem. 32, 27. Ecce ego Dominus univerſæ carnis: nunquid mihi erit difficile omne verbum?

3. *Omniſapiens.* Novit ſolus mille modos, quibus promiſſa expleat Dominus: Exclamat ideò Apoſtolus Romanor. 11, 36. Demus Deum aliquid poſſe, quod nos inveſtigare nõ poſſumus, ait alicubi Auguſtinus. Hos modos, cum ſtulta ratio ignoret, protinus exiſtimat, Deo id impoſſibile eſſe. Euſebius Emyſſ. homil. de quadrageſim. Divina opera non ſunt diſcutienda, ſed credenda. Non de confundat, nec trepidum faciat rerum novitas; ſed ſufficiat tibi omnipotentis autoritas, ſit pro luce rationis, magni potentia conditoris. Hæc ille. Damaſcen. libro quarto c. 28. de Orthodox. Fid. σύνδρομον ἔχει (ὁ Θεὸς) τῇ βȣλήσει τὴν δύναμιν. Epiphanius in Ancor. Nos hîc ſine curioſitate & malitia Deo credimus in omnibus veraci, cui ſubeſt omne quod vult poſſe, qui quicquid vult poteſt, & quantum vult, tantum poteſt.

4. *Verax in promiſſis*; in efficiendis enim illi nulla de eſt facultas, etſi contra hanc ratio diſputet, Pſalm. 33, 4. Num. 10, 29. Jer. 23, 17.

5. *Mirabilis in factis*: nam myſteria ſua non credidit doctis, & multarum rerum peritis, ſed ſimplicibus hominibus, ut ad eandem ſimplicitatis viam nos inſtigaret Matt. 11. Gratias ago tibi &c. docuit, ſe ſimplicibus cõcedere ſui cognitionem. Hinc ſimpliciſſimos homines ad Miniſterium docendi adhibuit, rudes, piſcatores. Ambroſius libro 1. cap. 5. de fide ad Gramm. non creditur Philoſophis; creditur Piſcatoribus: Non creditur Dialecticis; creditur Publicanis. Increpavit eos, qui rationi indulgent, videl. Saram, Geneſ. 18. Nicodemum, Joan. 3. Iſraëlitas, Jerem. 31. verſ. 27. Zachar. 8. Proverbiorum 25. Scrutator Majeſtatis opprimitur à gloria. Et ſuppliciis mactavit Rationaliſtas. Nam permittit intellectum eorum excæcari, Eſai. 29. verſic. 14. Confundi, 1. Corint. 1. v. 1. 27. Stultitiam fieri, d. l. Facto ipſo oſtendit, Geneſ. 23. Dominus non exponit nomen ſuum. Confer Exod. 33. Eſai. 55. cogitationes meæ (ait Dominus) non ſunt ſicut cogitationes veſtræ. Sapientiam humanam repercutit. (Tert. l. 5. c. 5. in Marcionem,) Sic ut de errore in errorem prolabantur. Egregiè de hoc Leo, ſermone 5. de Nativit. Et incredulitatem incurrant: exemplo ſunt Græci, qui ſapientiam quærebant, 1. Corint. 1. Et myſteria Dei ludificentur. Act. 23, 8. ut Sadducæi & alii & hæretici fiant. Hinc Philoſophos hæreticorum Patriarchas vocat Tertullian. libr. 5. adv. Marcionem & libr. de præſcriptionibus. In laqueos tentationis diabolicæ incidunt. Sic Adam & Eva, relicto Dei verbo, tentantur, tentati ſuperantur, Geneſ. 3. Hanc incredulitatem fontem vocat omnis tentationis Lutherus tom. 6. Witteb. Latin. fol. 37. & alibi. In varia denique peccata incidunt, in dubitationem, ut Zacharias, Lucæ 1.

§. 9. III. A Conditione Hominis. Huic Dei myſteria ſunt ſtultitia 1, Corint. 2. v. 14. Videtur ei impoſſibile, quod impoſſibile non eſt in oculis Dei, Zachar. 8, 6. Naaman non credens verbis Prophetæ, 2. Reg. 5. præbet exemplum fragilitatis humanæ circa fidem. Naamanum imitatus Nicodemus, Joan. 3. intellectus ejus hebeſcit ad lucem cœleſtis Philoſophiæ, ait Pet. Viretus lib. 9. c. 12. de Miniſtris verbi. Eſt obtenebratus, Eph. 4. Humana natura penitus

penitus cœca eſt in his, quæ Chriſto præter communem hominum ſortem donata ſunt. Viret. lib. 9. cap. 12. de miniſt. verbi. Etiam in rebus Phyſicis plurima neſcit homo, quod Philoſophi perſpicuè fatentur. Ariſtoteles. Ut Nycticoracum oculi ad lumen ſolis cæcutiunt: Sic quoque humana mens. In Metaphyſicis idem repetit Scaliger Exercitat. 1. ſect. 1. Ad rerum intellectionem mentis noſtræ acies tàm imbecilla eſt, quàm Nycticoracis oculus ad intuendum ſolem. Hinc quoque balbutit lingua humana. Idem Exercit. 359. ſect. 5. Exercit. 307. ſect. 21. In rebus naturalibus & ante nos conſtitutis ſæpe adeò cæcutimus, ut vitreum vas duntaxat cum vulpecula à ciconia illuſa lambamus, pultem & interiora haud attingamus. Idem ſect. 1. Exercit. 131. Quid aliud niſi unum verum, nos in luce rerum tenui caligare, in mediocri cœcutire, in majore cœcos eſſe, in maxima inſanire. Socrates, ſe unum hoc ſcire, quod nihil ſciret, dixit, referente Auguſtino libro primo capit. 7. de Conſenſ. Evangeliſt. Lucretius libro ſecundo de Natur. rer. *O miſeras hominum mentes! O pectora cæca! Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periclis Degitur hoc ævi, quodcunque eſt!* Baſilius egregiè contra Eunom. Dicat itaque formicarum nobis naturam, qui eorum, quæ in natura ſunt, ſcientiam cum faſtu ſeprædicat aſſequutum eſſe, atque ita demum de potentia illa omnem intellectum ſuperante diſputet. Si verò ſcientiá nondum minutiſſimæ formicæ naturam es aſſequutus; quomodo incomprehenſibilem DEI potentiam imaginatione tu comprehenſam eſſe glorieris. Hæc Baſilius. Thom. de Aquin. part. 2. quæſtion. 1. articul. 4. Ratio humana in rebus divinis eſt multum deficiens, cujus ſignum eſt, quia Philoſophi de reb. humanis naturali ratione perſcrutantes, in *Multis* erraverunt, & ſibi ipſis contraria ſenſerunt. Ut ergo certa & indubitata cognitio apud homines de DEO haberetur, oportuit, ut divina eis per modum fidei traderentur, quaſi à DEO prolata, qui mentiri Non poteſt. Hæc Thomas Phil. Morn. præfat. libr. de Veritat. Religion. Chriſtian. *Itaque tantum* (ait) *abeſt, ut humana ratio fidei ſit menſura, quæ ſupra naturam altiſſimè collocata eſt, ut ne Naturæ quidem eſſe poſſit, imò & infirmarum creaturarum quidem, quæ infra hominem longè ſubſident, quia humani generis eſt tùm ignorantia, tùm pravitas.*

§. 10. IV. Ab officio hominis Chriſtiani. *Debemus eſſe ſcripturæ, non rationis diſcipuli.* Id ſæpiculè monet Calvinus in inſtitut. Hinc ſcripturas à puero noſſe debemus: ut ex his veram cognitionem petamus. *A ſimplicitate fidei non recedere.* 2. Cor. 11. Eſt, v. ſimplicitas fidei, cum id firmo ſenſu apprehendimus quod in verbo DEUS revelavit. Theodoret. lib. 2. de curand. Græc. affectionibus. Sicut oculis corporis indigemus: ita & indigemus fide ad rerum divinarum aſpectum. Subjicit idem fidem eſſe intellectus lucem. *Fides ſe ſubſternit DEO humiliter.* Baſil. in Pſalmo 115. Sic ſimus diſcipuli naturæ, ut credamus Prophetiæ, Tertullian. Ethnicus Heraclitus dixit: Ni ſperatis, quod ſperare non eſt, nequaquam invenietis, quod inſcrutabile inacceſſumque eſt. Theodoret. libro primo l. allegat. de curand. Græc. affect. *Non circumagi vento doctrinæ hominum.* Epheſ. 4. eos verò circumagi neceſſum eſt, qui rationi confidunt.

Obſtupefieri debemus. Chryſoſtom. homil. 2. in c. 1. Matth. agens de myſterio incarnationis. §. Cum de myſterio. &c.

Captivare rationem ſub obedientiam fidei, 2. Corinth. 10, 5. & Chriſto Jeſu obedire. Sic verò obedis Chriſto, ſi credas, Rom. 1, 5.

Scrutari ſcripturas, Johan. 5, 39. non rationem noſtram, vel intellectum noſtrum.

Spiritualiter judicare, 1. Corinth. 2. at ex ratione judicare eſt carnaliter judicare. *Credere* (non ſcire) nec rationi obtemperare. Sic Abraham credidit, non ſcivit, rationi ſuæ non obtemperavit, Rom. 4.

Submittere ſe obedientiæ fidei, Roman. 1. fidei v. non obedit, qui rationem conſulit. *Non confidere* ſapientiæ humanæ; nec in ea gloriari. Jerem. 9. Sapiens non glorietur in ſapientia ſua. V. tit. *Sapientia*. Cyprian. Orat. de Nativitat. *Sublimitas intellectus hujus mundi repellitur: Nam Deo ſubjici non poteſt, dum ſecundum carnem & ſanguinem INVISIBILIA DEI ſuis regulis inveſtigat.* Sed *credere DEO, ſicut pueri credunt primo informatori*, qui dicit, primam literam eſſe Alpha, ſecundam Bita, &c. Theodoret. libr. 1. de curand. Græc. affectionibus. Ille ſolus lumen [illegible]rbi ſubminiſtrat, ſine quo loqui fas n[illegible] eſt. Olim Pythagoras dixiſſe memoratur: *De rebus divinis abſque lumine ne loquitor.* Id omnium optimè quadrat in Chriſtianos.

§. 11. V. *A praxi Eccleſiæ perpetuâ*, quæ ſimpliciter DEO credidit præter & ſupra rationem: Sic Abraham Roman. 4. credidit in ſpem, contra ſpem; Sara tandem rationi nuncium remittens, DEO credidit, Geneſ. 18. Arianum diſputatorem cum Philoſophorum cohorte Chriſti Deitatem & generationem impugnaturum, ſimplex Epiſcopi fides & obteſtatio dejecit, ut teſtantur acta Tom. 1. Conc. Nicæn. Baſilius Eunomium rejecit, qui Chryſippi Syllogiſmis Trinitatem oppugnabat. Athanaſius Arianos, qui humanis ratiocinationibus Sacr. Scripturæ teſtimonia excipiebant, Tomo. 1. folio 830. b. Iidem Ariani de partu apud fœminas loquebantur, ut generationem Filii DEI negarent. Athanaſ. Tomo. 1. folio 157. a. Orat. 2. contra Arianos. Chryſoſtom. hom. 5. in Epiſtola ad Hebræos, ſcio quidem, quod verbum caro factum ſit: Quomodo verò hoc ſit factum, ego neſcio: miraris neſcientem. Nulla hoc ſcit creatura. Hæc Chryſoſtom. Impias argumentationes, ſi ratio refutare non poteſt, fides irridere debet, ait alicubi Auguſtinus. Juſtinus Martyr. manifeſtum

(ait)

(ait) est incredulitatis argumentum de Deo. Quomodo? dicere. Basilius in Psalm. 115. scripturæ attribuit demonstrationem, sed non Aristotelicam: concedit demonstrationem Apostolicam; sc. quam docet Apostolus. Arminianos Calviniani, quod velint omnes fidei articulos rationi convenire. D. Vedelius de Arcan. Arminianismi lib. 1. cap. 4. Basilius ad spinosas hæreticorum consequentias contra S. Trinitatis Mysterium exclamavit: πιςεύω, ȣ̓ πολυπραγμονέω.

§. 12. VI. *A Natura Fidei.* Nemo fidelis in solidum pendet à DEI verbo. Vid. Calv. in 1. Corinth *2*, 15. apprehendit DEUM in promissione. Roman. 4. Credidit Abraham, propriam rationem repulit. Calv. lib. *3*. c. 2. §. 41. Institut. Est quoque fides lumen gratiæ, non naturæ. At ratio est lumen Naturæ. Ne igitur diversa lumina confundamus. Intellectui fides aditum aperit, sed infidelitas claudit, ait Augustin. Epist. 7. nec abs re: Habet enim & Fides spirituales oculos, qui à Deo illuminantur lumine verbi; de quibus Apostol. Ephes. 1. v. 17. Materia fidei, sive Articuli sic quoque comparati sunt, ut ratione capi non possint: videlicet Ministerium regni Dei sola fides capit, Evangelii, Trinitatis, Unionis personalis, unionis gratiosæ cum fidelibus. Vid. Calvin. in Ephes. V. hoc postremum ingenuè fatentem. Caro & sanguis nobis non possunt mysteria revelare, Matt. 16. vid. Athanas. loco mox allegando. Certe Evangelium est mysterium, quod è sinu æterni Patris Filius protulit & revelavit: nunquam id facturus, si ratione hoc cognovisset homo.

§. 13. VII. *A praxi infidelium & Apostatarum.* Ebion, Cerinthus è ratione Christi Deitatem oppugnabant. Sic Arius, qui Philosophos secum duxit in Concil. Nicænum, Tom. *1*. Concil. ut contra eandem Deitatem pugnarent. Eunomius exterâ & inani sapientiâ Trinitatem oppugnavit. Basil. lib. 1. in Eunom. Sabellius ex naturali intellectu idem fecit. Manichæi oppugnabant mysteria ex ratione. Simon. Simonius p. 52. 53. Interp. præf. contra Schechium. Et Iudæi & Ethnici. Vid. Athanas. Orat. Unum esse Christum fol. 518. 519. 520. Sociniani vel Photiniani. Theod. Schiniberus præfat. in l. Somm. Arminiani in Balthio. Vid. D. Vedel. de Arcan. Arminianismi. Arminiani statuunt, fidei Articulos cum ratione convenire debere. Vedel. libr. 1. cap. 4. de Arcan. Arminianismi. Cæcilianus apud Arnobium exprobrat Christianis, quod horum cœtui simplices homines & mulierculæ sese associarent.

§. 14. VIII. *A Testimonio Adversariorum Calvinianorum,* qui rationi modò plus justo tribuunt, modò rationi remittunt nuncium. Ut Ludov. Crocius p. 111. 112. §. Nam confusio, &c. Synt. Theol. In articulo de *prædestinat.* Zanchius libro 5. cap. 2. de natura Dei rationem planè removet, Sadeel c. 3. libr. d. V. H. N. Christi p. 89. de divinis mysteriis nō est ex Philosophorum regulis judicandum. Zanch. de natura Dei cap. 2. quæst. 1. Quæ fide credimus, non sub sensum cadunt. De *Trinitate* F. Junius Defens. 1. & 2. Orth. fidei. Calvin. libr. 1. cap. 13. §. 1. & cap. 3. §. 9. de *Essentia Dei.* Calvinus increpat Antitrinitarios, nimium rationi attribuentes; non semel in institut. De *Generatione Filii Dei* Aret. loc. 3. fol. 11. Problem. *Processione Spiritus S. Natura Angelorum. Creatione.* Vid. Augustin. lib. 21. cap. 7. de civitate Dei. *Miraculis:* v. g. aqua turbata sanavit. Miraculum est Pezelio p. 449. in Johan. 5. Musculo ibid. Nativitate quorundam præter ordinem naturæ; v. g. Isaaci, Johannis, adstipulante J. Vadiano p. 119. Antilog. De *Providentia* & castigatione piorum. Calvinus Conc. 88. in cap. 23. Jobi, & libr. 1. cap. 17. §. 3. Institut. De *Origine animæ.* Beza Epistol. 41. sub fin. De *Christo*, quantum ei sit datum, non posse ratione humanâ cognosci. Viretus lib. 9. cap. 12. De *Ministerio* verbi. De *Vnione* admiranda duarum Naturarum Jacob. ad Port. cap. 22. defens. c. Ostorod.: *Satisfactione* pro peccatis. Sib. Lubert. contra Socin. de Servator. libro tertio cap. 4. §. Fatemur modum liberationis, &c. *Regeneratione*, cujus abstrusa natura, Calvin. libro quarto cap. 16. §. 17. Institut. Aret. in cap. 3. *Joh.* Musculus ibid. Confer infra *Regeneratio.* Unione nostri cum Christo, Calvin. Epistol. 208. &c. in c. 5. ad Ephes. Bucer. ibid. de *Cœna.* Hominem Naturalem obstupefieri super verba Christi: Hoc est meum Corpus, & cum Capernaitis offendi, ait Wolffgangus Musculus folio 324. Locor. Comm. Petrus Viretus lib. 9. cap. 10. De *Ministerio verbi. Quonam* (ait) *igitur adest modo cœlesti nempe ac Divino, humanæ mentis captum longè transcendente: quoad quidem ea tanquam animalis sibi relinquitur, nullo alio illustrata lumine, quàm sua instructa ratione, de rebus hisce inferioribus judicare potest: Quoniam, ut inquit Paulus, animalis homo non sapit, quæ Dei sunt.* Confer Calvin. in cap. V. ad Ephes. De *Resurrectione mortuorum.* Calvin. Epistol. 103. ad Socin. Fontanus in Anti-Botsacc. pag. 139. uterque fatetur, hunc articulum humanæ rationi minimè obvium esse. Calvini verba hæc sunt: *Quod tibi* (scribit Calvinus Socino) *res incredibilis videtur hujus carnis resurrectio, nihil mirum. Quod autem hac ratione permotus sufficere statuis, si credas, novis corporibus aliquando nos esse imbuendos, hoc à scripturæ doctrinâ est alienum.* Confer Epistol. 104. ad Socin. & lib. 3. cap. 25. §. 4. 8. Institut. Calvin. Bucan. lib. 37. q. 3. *Pœnis* inferni, vid. Augustin. libr. 21. c. 5. de civ. Dei. Laudant quoque eos, qui rationi non obtemperarunt; Videlicet Mariam, Dei omnipotentia nixam. Aretius in cap. 1. Luc. Alii Abrahamum, quod rationi propriè obluctatus sit.

Ex quo patet luculentissimè, Reformatos ipso facto rationes rejicere: v. g. Photinianorum. Vid. Jacob. ad Port. Joh. Simler. David.

Paræum. D. Vedelium. Arminianorum Theologos Leydenses in Censura.

IX. *Ab occulta rerum etiam naturalium* naturâ & impervestigabilitate. Hanc urget Athanasius Tom. 1. fol. 388. b. è Johan. 3. si terrena vobis dixero, &c.

§. 15. X. *A Testimonio Patrum; Mysteria supra omnem rationem esse docent.* Justinus Martyr, Nostra (ait) sunt supra mentem, supra rationem, supra omnem captum creatæ naturæ. Stultos homines esse, qui non credunt, ab omnipotête Deo fieri non posse, quod ipsi non fecerunt, nec in vita viderunt. Augustin. Tom. 3. lib. de Agone Christi. col. 772. a. *Syllogismos Chrysippi & Aristotelis rejiciunt.* Basil. lib. 1. contra Eunom. fol. 166. a. b. Num (ait) Aristotelis & Chrysippi Syllogismis opus est, ut exinde perdiscamus, qui est ingenitus, neque à seipso, neque ab alio natum, nec priorem, nec posteriorem esse se ipso. *Rationes contra Dei articulos non recipiunt.* Sic Augustinus eorum Argumenta, qui negabant, corpora nostra æterna esse posse, libro 13. c. 17. de Civit. DEI.

§. 16. *XI. A turpi eorum exitu*, qui mysteria DEI discutere gestiunt: Nam

1. Stulti facti sunt: Sicut & Ethnici olim, Roman. 1.

2. In profundum mersi: Augustinus serm. 6. de verbis Apostoli: Loqui volentes de profundo, in profundum mersi sunt.

3. Ignorantiæ labe notati: Non velle omnia profunda videre, non leve scientiæ signum est, ait Chrysostomus in Epist. ad Roman.

4. A gloria oppressi, Sir. 25, 27.

5. Candens ferrum non forcipe, sed manibus contrectant, Chrysostom. Homil. 5. in 1. Corinth.

6. Similes Thaleti Milesio, qui in foveam incidit, sidera contemplaturus: Idem ab anu quadam derisus, quod cœlum spectâsset, à fovea sibi non cavisset.

7. Ejusmodi scrutatores hæreses fabricati sunt, Tertullian. *Philosophi Patriarchæ hæreticorum.*

8. Cum Ethnicis conspirarunt, Vid. Arnob. libro 8. Augustin. Chrysostom. contra Paganos: Cum Averroë, Plinio, Juliano. Vid. Orat. 47. Gregor. Nazianzen. Tomo secundo Oper.

9. Hæreticos refutare non valuerunt. Vide sudantes Calvinianos contra Socinianos disputantes; sed hæc fusius, Disputation. de Lapide Offendiculi, prosecuti sumus, & septem *usus* hujus doctrinæ annotavimus.

§. 17. *Proposita impiis mysteria*

Locum non inveniunt. Luc. 22. Christus docens de sua Deitate & filiatione respuitur à Pharisæis & Scribis. Johann. 3. non recipitis testimonium nostrum. Matth. 11. abscondisti hæc sapientibus. Joh. 14. verbum meum non capit in vobis.

Mysteria Numerorum. vid. Numeri.

Ethnicorum. §. 18.

Si quis ingrederetur non initiatus, occidebatur: Livius. *Initiatis* præfixi erant certi dies, quibus demum ingredi fas fuit. Mysteria hæc vocabant reclusa: Erantque vel magna, quæ in honorem Cereris; vel parva, quæ in Proserpinæ decus celebrabantur, & quæ agebantur, à Sacerdotibus occultabantur: apud Eleusinen (confer Strabonem libro 9. Geograph.) in terra Attica (Vide Augustin. libro 7. de civitate Dei c. 20. & 28.) apud Athenienses. Etiam apud Romanos festa erant mysteria; de quibus Cicero ad Atticum libro quinto. Nos de occultis illorum mysteriorum apud Ethnicos flagitiis illud Pauli non abs re interpretabimur Ephes. 5, 12. Plura de his mysteriis Ethnicorum prodidit Tertullianus libro in Valentinian. & in Apolog. capite 7. Augustin. d. l. Arnobius libro quint. Macrobius in Somn. capit. 2. Gregorius Nazianzen. Orat. in Epiphan. Clemens Alexandrin. in Protrept. Euseb. lib. 2. de præparat. Evang. cap. 3. Theodoret. de cur. Græcor. affectionibus.

N.

NABAL, Stultus 1. Sam. 25. Imago 1. divitum. 2. Securorum. 3. Voluptuosorum. 4. Impœnitentium.

NABO. Vid. NEBO.

NABOT.

Israëlita nolens cedere Achabo possessionem vineæ, vicinæ Regis palatio, ob legem Levit. 25. v. 25. per subordinatos eosque falsos testes accusatur blasphemiæ, fuco ac colore indicti jejunii vestitos, ac lapidatur 1. Reg. 21. vindictam hujus sanguinis Elia Prophetâ mox denunciante Achabo. Confer 2. Reg. 9. v. 26. ubi filii quoque Nabothi interfecti esse dicuntur. En malæ concupiscentiæ in Achabo conceptionem, Jacob. 1. vers. 14. 15. En mundi Tyrannidem, Ecclesiast. 4, 1. Ecce Stephanum pro vinea Christi pugnantem & mortem oppetentem, Act. 6. & 7. cap. Ecce divitum & avarorum ingenium. Vid. Ambrosium lib. de Nabot, sive Nabunthe.

NABLIUM.

Instrumentum Musicum, fistula utricularis, à forma & vacuitate ita dictum, S. Pagnin. & reliqui Lexicographi in voce נבל.

NABUCHDONOSOR. v. *Nebucadnez.*

NADAB.

Aaronis filius Levit. 10. Exemplum 1. iræ divinæ. 2. Præfestini supplicii. 3. Temerarii ausus. 4. Calamitatis domesticæ Piorum, & subsecuti in Aarone cordolii. 5. Typus hæreticorum, qui cultum Dei adulterant, scripturas corrumpunt, peregrino igne DEUM colere gestiunt, sine Evangelio, quod Christum solum prædicat, Deo sese posse placere confidunt. Ignis peregrinus est omnis doctrina extra Christum: non calefacit ignis humanarum doctrinarũ, sed miseras mentes depascit.

6. Peregrinus ignis sunt mandata hominum, quibus frustrà Deos colitur, Esa. 8. si non dixerint verbum hoc, &c. 7. Sunt quoq; peccata enormia, libido, avaritia, ignis peregrinus, qui debet esse alienus à Sacerdote. De pœnitent. dist. 3. cap. 34. Inter hæc &c.

NAEMAN.

Luc. 4, 27. aliis Naaman significat amœnum, jucundum. 2 Reg. 5, 1. Dux militiæ apud Regem Syriorum Benhadad; Ille Achabum Regem Israëlis propriâ manu occidisse creditur, Rabbi Salomone teste. Typus gentium vocationis; ille namq; populo Dei aggregatus fuit. Lepra ejus notat peccatum naturale, quo omnes corrupti sumus, Ps. 51, 7. Elisa Christum, qui nos mundavit ab omnibus peccatis. Murmuratio Judicium cææ rationis. Ille murmurat adversus consilium Elisæ: sic ratio corrupta contra Deum, Luc. 7, 30. Lotio in Jordane baptismum præfigurabat: Septena, septem capitalia peccata, vel perfectam emundationem quoad peccatorum reatum.

NAEMI.

Ruth. 1, 20. vidua est imago piorum in hoc mundo, pauperum, afflictorum. Pulchra nominis Etymol. deformis tribulationum cumulo Ecclesia.

NÆVI.

Defectus, imperfectiones proximi tegendi, ferendi. 1. Sic Constantinus M. dixit, velle se veste Regiâ tegere peccara Sacerdotum. 2. Galat. 6. Alii aliorum onera portate. Vid. elegantissimè explicantem hæc Apostoli Postill. Ecclesiast. 3. Ipse Christus fert in nobis quotidianos defectus. 4. Nævi in facie non nocent, dommodo quis sit corde rectus. 5. CHRISTUS Joh. 18, 19. tegit nævos discipulorum, de his non respondet.

NAIM

§. 1. Luc. 7. Oppidum 2000. pass ib. monte Thabor distans; ab amœnitate ita dictum נעם. Typus *mundi* ordine DEI pulchri quidem, sed variis calamitatibus deformati. Ante oppidi portas exortus CHRISTUS Sol justitiæ, solatii viduæ: 1. Aspiciendo illam, ejusq; miserendo. 2. Sol siccans flumen lacrymarum. 3. Calefaciens loculum juvenis, ut hic resurgeret. 4. Operans in juvene loquelam, in matre lætitiam, in populo præconia, in omni terra laudis suæ incrementa. Ad hunc Solem confugiamus in tenebris nostris, densa & caligine mentis, cum nihil est toto in pectore consilii.

§. 2. Naim est *Schola*, in qua discimus, 1. *hominem gramini similem esse*. 2. Naim animam in peccatis mortuam notare potest, ad quam sanandam Christus venit; Sed vocandus est, ut veniat. Vid. Concion. super hoc Evang. Lutheri in postillis Oeconomicis part. festiv. pag. 234. b. 235. 3. Discimus verè esse patrem viduarum & Judicem, è Psal. 68, 6. & v. 21. & liberatorem à morte.

NARCISSUS.

I. Rom. 16. Libertus Claudii, homo rapax, avarus. In domo ejus fuit Ecclesia; Sicut Pharao Mosem fovit, Herodes Johannam Chusæ uxorem, Nero inter aulicos quosdam fideles.

II. Narcissus alius Episcopus Jerosolymitanus, de quo Euseb.

NARDUS.

Est Frutex, gravi & crassâ radice, sed brevi, nigrâ, pingui. Nascitur in India apud Gangem, etiam in Gallia, Creta & Syria, Plin. libr. 12. c. 12. Significat Evangelii prædicationem. Notat succum Cant. 1, 12. Est Evangelii prædicatio. (1) Implens domum Ecclesiæ, ut Matth. 26. (2) Odorem spirans, 2. Cor. 2. (3) Præservans à corruptione Joh. 5. verba vitæ æternæ.

NARRO. NARRARE.

Multiplex Narratio (1) Humilium, fragilitatem humanam & miserias agnoscentium. (2) Gratorum, Dei laudes narrantium. Esa. 43. laudem meam narrabit populus. Ps. 22. Narrabo nomen tuum, &c. (3) Docentium justitiam. Eccles. 25. Beatus &c. (4) Falsorum Doctorum. Ps. 119. Narraverunt mihi iniqui fabulationes &c. (5.) Prædicantium, 1. Chron. 16, 4.

NARES. NASUS.

(1) Dei iram notat, Ps. 18. Esa. 2. v. ult. (2) Superbiam & Potentiam impii, I Sal. 11, 4. (3) Vitam, Genes. 7. vers. 22. & veram humanitatem in Christo, juxta Hieronym. in h. l. Es. 2. (4) Circulus in naribus est divinæ Providentiæ malos compescentis im[illegible], Esa, 37. (5) Ramum applicare ad nares, Ezech. 8. gestus fuit Idololatrarum; Apollinem adorantium & admotis lauri ramis eidem gratias agentiũ, & sic osculo adorantium: ut Cornel. à Lapid. notat in h. l. videant, quid hodiè faciant, oscula qui libant religiosa iis, quibus non competit adoratio.

NASCI ex Deo. V. *Regeneratio.*

Vox Ethnicorum: optimum non nasci, aut citò mori, Strigel. p. 407. 402. L. com.

NATALITIA. V. *quoq; Nativitas.*

Natalia CHRISTI. *Vid. Christus.*

NATALES.

§. 1. Orti ex *NATALIBUS Insignibus*, Sabellius lib. 1. c. 1. Exempl. huc refert *Mosen*, de quo, priusquam nasceretur, Ægyptus Vates prædixit, *Johannem Baptistam*, Ethnicos, Romulum, Augustum, Alexandrum M. cujus Pater sibi in somniis visꝰ est videre, ac si ventri Olympiæ formam leonis impressisset, &c. Hi verò Natales sine virtute nihil prosunt, Est hæc laus sortis arbitrariæ, ut alicubi Poëta loquitur.

§. 2. *Humilibus*, qui tamen ad maximas dignitates pervenerunt, è Sacris David è Pastore ovium Rex, Ps. 78. v. penult.

Ælius Pertinax Cæsar, filius mercatoris. Lamusius Rex Lombardorum, meretricis. Aurelianus Cæsar obscuris & ignotis natalibus. Primislaus tertius Bohemiæ Rex, rustici filius. Tamerlanes Pastoris. Iphicrates cerdonis filius: cui exprobrans Harmodius generis ignobili-

bilitatem, ita depulsus est ob eodem Iphicrate: meum à me incipit genus; tuum in te desinit. Plutarch. in Apophthegm. pag. 418. edit. 8. Xyland.

NATALIA

§. 1. *Aliorum, annuâ celebritate reculta*: sic Pharao, Genes. 40. vers. 20. Herodes Judæ Tetrarcha. Matth. 14, 6. Marc. 6, 21. Antiochus Epiphanes Rex, 2. Maccab. 6, 7. Medi & Persæ, teste Platone in Alcibiade, & Xenophon. in Pædia Cyri. Augusti Cæsaris Natalem toto biduo milites Romani, ut Suetonius cap. 57. in Augusto indicat, celebrârunt. §. Equites Romani.

§. 2. *Celebrari possunt* (etsi vix probare videatur B. Pererius Jesuita in c. 40, 11. Genes. negans exempla Sanctorum inveniri celebrantium natalem suum.)

1. *Piè*: gratias Deo agendo pro vitæ aurâ cœlitùs concessâ, & felicem obitus diem Deum rogando. Hoc enim si careas, infelicissimè natus es: extant etiam in hanc rem concepta precum formulæ.

2. *Temperanter*: non commessando, non luxuriando. Contrà fecit Herodes, Ethnici, vitiis dediti. De Convivio extat vernaculo sermone Sigismundi Suevi Tractatus non inelegans.

3. *Modestè*: ne locus sit scurrilitatibus.

4. *Prudenter*: ut sibi quisque caveat à peccato & hostibus, *illud* ne eis frena laxet, ut Herodes fecit, Marc. 6. v. 21. *Hos* verò, ne ab illis occidamur. Salvium Coccejanum, patrui sui Othonis natalia celebrantem, Domitianus occidi jussit. Sueton. in Domit.

5. *Patienter*: ne quis diei natali suo maledicat, ut Job. 3. & Jeremias capit. 20. fecerunt multis tribulationibus oppressi.

NATALITIA.

Votis quoque honorantur & faustis acclamationibus. Sic Elisabethæ gratulati sunt vicini, Luc. 1. vers. 58. Confer Genes. 21. vers. 6.

Et *donis*: hæc vocantur ὀπτήρια ab affinibus, & amicis: Aliis munera, sponsæ à sponso data, ubi primum in conspectum prodierint.

NATHAN.

1. Propheta Dei. 2. Concionator aulicus fidelis, 2. Sam. 12, 3. Doctor eximius populi Israëlitici. 4. Alius Nathan frater Salomonis Regis, 2. Sam. 5, 14. 5. nomen loci, Jos. 19. v. 14.

NATHINÆI.

Dediti Levitæ Deo, qui nunquam à templo recedebant, Esdr. 2, 43. 2. Regibus ad gubernationem attributi, 1. Esdræ. 2. vers. 27. Nehem. 3. vers. 26. Zach. 12. vers. 12. & 13, ut Regis agnati. A Nathan dicti, qui etiam domus Nathan dicuntur, Zachar. 1. vers. 13. ad quam domum tandem imperium Davidis translatum est sub Ducibus populi, post captivitatem Babylonicam. Hinc Matthæus capite 1. genealogiam Christi per lineam Salomonis, Lucas per lineam Nathanis, deducit: Vide Chemnit. nostrum cap. tert. Harmoniæ.

NATHANAEL.

1. Filius τῦ Suar, princeps tribus Isaschar. 2. Princeps Levitarum sub Josia, 2. Chron. 35. 3. Alius natus in Cana Galilææ, monitu Philippi agnoscit JESUM, Joh. 1.

NATIO.

§. 1. 1. Populi Israëlitis adversi, Judic. 1. Ezech. 31. 2. Impii & mali. Philipp. 2. in medio nationis pravæ. 3. Sancti & Pii etiam Gentiles conversi. Hinc illa: *Psallam tibi in nationibus*. 4. Ipsi Israëlitæ. Deuteron. 4. non est alia natio &c.

Nationes sive Populi.

Hebræi distinguunt inter אמים & עמים: illos vocant, qui unam matrem quasi & unam linguam agnoscunt; hos qui ex variis populis & Gentibus confluxerunt. Verbum prius Ps. centesimo decimoseptimo cum voce גוים conjungitur.

Nationum *Migrationes* descripsit Cuno Flinsbachius in folio 1567. edit. multa quoque extant apud Commentatores Cornelii Taciti, editionis Augustæ. Arguunt hæc, 1. divinam providentiam, 2. Justitiam, quæ permittit homines ob peccata expelli suis sedibus. 3. Ordinem & metas cuique populo præfixit. Conf. J. Carionem in Chronicis, & Commentatores in Taciti librum de Sermacidâ.

Claritas & Fama. Summa equidem fuit Israëlitarum, Deut. 4. Exod. 20. Rom. 9, 2. 3. sequent. Quatuor Populi clari: Assyrii, Persæ, Græci, Romani, & Alemanni è quatuor Monarchiis.

Nominis celebritatem sibi pepererunt. Scythæ exequitatu. Persæ è Luxu. Thusci Aruspicio. Judæi religionis Zelo. Ægyptii Astrologiâ.

§. 2. *Nationum peculiaria sive dona sive vitia*. Hinc Ægyptii vocantur superstitiosi, eruditi. Arabes odorum divites, Germani Helluones. Dani fraudulenti. Cretenses mendaces. Athenienses rerum novarum studiosi. Græci Artifices. Galli robore præditi. Persæ infidi. Afri fraudulenti. Campani superbi. Scythæ feri & immanes. Vid. Orationem Longolii de laudibus Divi Ludovici & Francorum. Ravisium in offic. col. 345. seq. C. Espensæum fol. 447. 448. in Epist. ad Tit. Plutarchum de audiendis Poëtis pag. 52. Richter. axiomat. CCCXXCIII.

§. 3. *Beneficia Dei erga Populos*. Eos dilatare, Job. 12. vers. 23. Plantare & Amplificare, 2. Samuel, 7. Psalm. 105. vers. 24. Copiosos facere; Proverbiorum 14. vers. 18. Amare & ducere, Oseæ. 11. vers. 1. Docere in vera religione, Psal. 103. & 147. claritate nominis eos donare. v. Sic Assyrios, Persas, Græcos, Romanos &c. Monarchiarum præsides.

Populorum certa Periodi, de quibus Richterus in Axiomatibus. Facile, ut arbores exscinduntur à Deo, Jeremiæ decimo octavo. Luc. 13.

§.4. *Peccata Populorum à* Deo puniuntur gravibus pœnis. Exemplo ſunt Antediluviani, Sodomitæ, Ægyptii, Iſraëliticus populus ingratus: Deuter. 32. fuit ſine ſcientiâ, vel (ut alii volunt) ſucciſi populus meus. Inobediens Deo, Pſal. 81. amans viam erroris, Pſ. 95.

Odia nationalia fomes bellorum & tumultuum. Ephraim odit Manaſſem, hic illum. Ejus cauſa procreans eſt Satan, mutuis odiis corda inflammans hominum: Sic Chaldæorum & Arabum contra Jobum excitavit; ſic hodiè perſecutores Eccleſiæ agitat, ut conſpirent in ſanguinem innocentium,

NATIVITAS

§. 1. (1) Filii ex patre *æterna*: Symbol. Nicæn. (2.) *Temporalis* ex matre, Eſa. 9. Galat. 4. Rom. 1. ut flos ſine ſemine virtute cœleſti, quæ materiam & humorem è terrâ extrahit, naſcitur. (3) *Hominis*, Job. 14, 1. Miſera, peccaminoſa. Terminus à *quo*, uterus maternus, Job. 1. Per *quem*, vita miſera, fluctus, luctus. Ad *quem*, labor, Job. 5. vita præſens nihil aliud eſt, quam prolixitas quædam mortis. Greg. in ſordibus generamur, in tenebris confovemur, in doloribus parturimur. Nam ante exitum matres oneramus, in exitu matres, ut viperæ, laceramus, poſt exitum ſtatim miſeriam noſtram deploramus, ait alicubi Bernhardus. (4) *Gratioſa*, quæ fit in regeneratione. V. ſuo Loco. (5) *Mundana*, cum homo mundo naſcitur; mundani verò vel mundo nati ſunt cæci ut catuli, momentanei ut hedera Jonæ, injuſti, miſeri, laborantes, curvi & flexuoſi, ut flumina. At ex Deo nati, recti ut Solis radii. (6) *Damnoſa*, ut pii cœlo naſcuntur redivivi è ſepulchris: Sic damnati inferno. (7) *Glorioſa* piorum Matthæi 19. in regeneratione.

§.2. Cæterùm Nativitas *Hominis eſt ſqualida, miſera, cruenta*: ideò lachrymis excipitur à *Thracibus*. Valerius Maximus lib. 2. c. 6. Pomp. Mela lib. 2. cap. 9. Herod. libro 5. in princip. Ipſe quoque infans ſuam deplorat miſeriam, Auguſtinus Tom. 10, col. 433. Plinius lib. 7. ab init. Etenim naſci eſt vitam laborioſam ingredi, Auguſtinus Tom. 10. col. 685. a. Naſcimur omnes ad corruptionem, idem d. l. colum. 903. ad laborem & curas, ibidem colum. 953. a. Uterus matris fuit nobis conſuetudo civitatis, ait Auguſtinus Tomo 8. columnn. 1596. b. *A Cauſtanis*: Stobæus ſermone 119. *Pſylli* verò ſerpentibus recens natos exponunt, ut genuinane ſit proles (huic enim parcunt ſerpentes) explorent. Muretus libro 2. Var. capite 2. Lucanus libro 9. verſu 900. *Romani* humi protinus ponebant natum recens infantem. Varro libro 1. de Lingua Latina. Sueton. in Auguſto cap. 5. & alibi. Auguſtinus lib. 4. cap. 10. de civit. DEI. Macrob. lib. 1. cap. 12. Terramque adorabant pro infante, ut ipſi auxilio foret. Confer. Sapient. 7, v. 3. *Chriſti. V. Chriſtus* ſuprà.

§.3. *Magnorum virorum* nativitatem præcedere ſolent miracula, Juſtinus libro 11. cap. 11. Florus libro 1. cap. 7. Vid. infra hoc tit.

Cauſa Princeps nativitatis *Deus eſt*, Job. 10. *Media*, mater puerpera. Fabula eſt, terræ matri acceptam ferendam eſſe ſobolem; olim ut Bythira vox Tarquinios docuit; vid. Livium libr. 1. de Tarquiniis ſcribentem.

Hominis nativitas duplex eſt. Auguſtinus Tom. 9. col. 99. d. col. 100. c. d. Sicut Filii Abraham duplici generatione gaudebant; Iſaac juxta promisſionem; Iſmaël juxta carnem, Gal. 4. Sed de hac nativitate ab initio hujus tituli dictum eſt.

Hominis Nativitas §.4.

1. *Miſera admodum eſt*; quia flendo naſcitur homo, & per anguſtas vias unà cum dolore ſummo naſcitur, & nudus naſcitur. Non ſic fortè animalia alia. Nuda, debilis, *infirma*, Job. 1. nudus. Cruenta, ſanguinea, doloroſa; aliquando monſtroſa. Vide promt. exemplor. part. 2. fol. 325.

2. *Divina.* Magna enim divinæ potentiæ vis conſpicitur in nativitate hominis, Job. 10, 8. 9. ſeq. Pſ. 139. ejusq; ex utero protractione, Pſ. 22. Pſ. 10. & 71. v. 6. Quam DEI potentiam in utero nos conſervantis Galenus egregiè deprædicat lib. de formatione fœtus.

3. *Salutarium monitorum plena.* Nudi ingredimur mundum, Job. 1, 21. Ergò ſimus αὐταρκεῖς, Philip. 4, 11. 12. 1. Timot. 6, 6. 7. nudi exibimus mundo. Qui in utero matris aluit, ex utero eduxit, eductum porrò te conſervabit, Pſalm. 71, 6. Immundus corpore ut natus es, ſic immundus naſceris corpore & animâ. Ingredimur mundum per januam nativitatis; Egredimur mundi theatro per januam mortis depoſito perſonæ noſtræ ſchemate. Deponimus, non tollimus perſonas noſtras, Pſal. 49, 18. omnes cadavera futuri. Huc illud Proverbior. 13, 7. dives, qui nihil habet. Et ſic perit flos, Eſa. 40. truditur & perit ſchema mundi hujus, 1. Cor. 7, 31.

4. *Laborum ac ſolicitudinum* innumerabilium *janua.* Vide Job. 14. verſ. 2. Confer Stobæum ſermone 119. & ſuprà Tit. *Miſeria.*

5. *Porta Lachrymarum*: Flendo enim naſcimur, flendo vivimus, flendo morimur.

Omnia vana, nihil! omnia flere, nihil!

6. *Carceris mutatio*: è carcere nudi miſerique uteri materni in carcerem novercæ hujus mundi tranſmittimur. Uterus carcer erat nulli reſerabilis maternus, ſoli verò Deo reſerabilis: Et ecce novum mundi carcerem! vitam hanc benè alicubi Pater Cyprianus: *Sudatur, quamdiu iſthic vivitur & laboratur.*

7. *Naufragi jactatio*: ut enim ille nudus projicitur in terram; ſic homo nudus ingreditur naſcendo vitam, projicitur in aërem frigidum & moleſta hujus vitæ παθήματα, quæ lachrymando velut ſalutat, deplorare videtur.

§.5. *Commendata olim piè pro ſuâ cæcitate ab Ethnicis*: Romanæ mulieres uterum ferentes, Poſtverræ & Proſæ deabus immolarunt ſacrificia pro partu felici, memorante Auguſt. lib. 7.

lib.7.c.2.& 3. & lib.4. cap.11. de civitate DEI. Ægyptii quatuor Deos nascentibus assistere dicunt: Dæmonem, fortunam, amorem, necessitatem. Per priores duos solem & Lunam intelligunt. Vid. Tertullianus lib. de anima cap. 39. Augustinus lib. VI. cap. 9. de civitate Dei. O cœcitatem Ethnicam! Solus Deus est, qui extrahit nos utero, Psalm. 22. & 71. qui pariendi necessitatem propitius sublevat. Ethnicorum quoque Lucinam ad inferos relegamus.

§.6. *Abortus*.

Cujus causæ sunt multæ: ut candelæ exstinctæ fœtor, Plin. lib. 7. c. 7. *Motus & saltatio* immoderata, frigus, nimius cibus, esus fructuum præcocium, potus vini insalubris, terror & vehemens animi perturbatio. Conf. sup. *Abortus*.

Medici si abortum procurant, duri reatus conscientiam subeunt, ipso Hippocr. teste. *Alii* vel *Aliæ*, eundem promoventes abortum, peccant in Deum, qui animam inspiravit, quam illi, illæ elidunt. Lactant. lib. 6. c. 20. de vero Dei cultu. Officii obliviscuntur. Partum enim suum vel sobolem quilibet tueri tenetur. Ulpian. l. quæritur. 14. ff. de fœtibus §. 1. Rempubl. defraudant. Vid. Stobæum serm. 73.

§.7. *Signa Antecedentia*

Nativitatem Magnorum virorum. *Ante* nativitatem Jacobi & Esavi extitit collisio mutua in utero, Genes. 45, 21. Hecuba prægnans, Paridem paritura, visa sibi est vidisse facem carbonariam è verendis suis provenientem, & igne urbem silvasque exurentem: significata fuit urbis Trojæ depopulatio, cujus Paris causa fuit. Socratis mater vidit in somno, oris pullum sibi in gremio plumescere, in altum ferri, & suavissimè canere: significata Socratis facundia, constantia & sublimis animus, cœlica petens. Darius Medorum Rex vidit in somno vitem è verendis Mandanes filiæ progressam, à qua tota Asia, Persia Mediaque obumbraretur; Cyri potentia & imperium adumbrata.

§.8. *Mira*.

Cæcilius Agrippa ex utero matris egressus in pedes stetit. Martia Romana mulier, partu fulmine exanimato; ipsa tamen supervixit. Albertus Magnus refert, fuisse mulierem, quæ quolibet partu quinq; peperit infantes, ita, ut sexaginta filios enixa sit.

§.9. *Supplicia earum, quæ partus necant è Fornicatione conceptos.*

Remotio ab Ecclesia. Concil. Ancyran. canon. XXI. de mulieribus, quæ fornicantur & partus suos enecant, sed & de his, &c. Barthol. Caranza pag. 27. Summ. Conciliorum.

Damnatio ad metalla, si humilioris vel vilioris conditionis erant; vel honestorum in insulam deportatio, amissâ bonorum parte. l. si quis 38. §. 5. ff. de Pœnis.

Exitium. l. si mulierem 8. ff. ad Legem Cornel. de Sicariis. Pro Homicidis *habebantur*: Cicero pro Cluent. ac ut homicidæ puniebantur. Conc. Constantinop. VI. in Trullo can. 91. Carol. V. c. 133. rerum Crimin. Tertull. c. 9. §. 2. Apologet. Ubi crimen infanticidii Christianis falsò objecti diluit, ipsosq; Ethnicos, infantes olim suos Saturno sacrificantes, dicti criminis reos peragit. *Vers.* infantes penes Africam.

NATURA.

Vox Ambigua.

§.1. Accipitur 1. *Pro ipsa rei veritate*: v.g. naturâ Deus, id est, verè & essentialiter Deus est, Gal. 48. & unio Personalis duarum in Christo naturarum κτ̀ φύσιν dicitur quibusdam veterum, ut notetur Unionis veritas.

2. *Sensualitate*, 2. Pet. 2, 12. vel appetitu sensitivo, qui constat potentiâ irascibili & concupiscibili. Utrique extremâ indulgent linea illi, qui non sunt ex Deo geniti.

3. *Vi naturali ac Lege naturæ*; v.g. Gentes naturâ, quæ legis sunt, faciunt, Rom. 2. habent enim legem inscriptam cordibus suis, ibidem.

3. *Generatione*. Galat. 2. nos naturâ Judæi. Eph. 2. naturâ filii iræ.

5. *Qualitatibus*. 2. Petr. 2. divinæ consortes naturæ. Hoc sensu Ambrosius dixit: naturam panis in Eucharistiâ mutari, puta respectu usus Sacrament. Vid. Conimbricens. 2. Physic. cap. 1. q. 1.

6. *Lege naturali*. 1. Cor. 11. ipsa natura docet vos. De hac lege naturæ & ejus testimonio agit Tertull. lib. de animâ. Clemens Alexandr. libr. 4. Stromat. Ambros. 6. Hexaëmer. August. lib. 14. c. 25. de civit. Dei.

7. *Aptitudine*: Sic morbus φύσει homini inest, scilicet, ut accidat ei & lætum naturæ temperamentum consequatur.

§.2. Natura est vis Dei ordinaria in rebus.

Ejus *Opifex Deus*: natura illa naturans, in qua vivimus, movemur & sumus, Actorum 17. Hugo: Natura creatrix, est quædam vis & potentia divinitùs rebus insita. Conf. Lactant. l. 2. c. 9. de origine erroris. Sic tamen, ut eam Deus mutare possit, cum vult. Ut ignem, ne urat, Daniel. 3. Aquam, ne fluat, Exod. 14. Terram, ne cadat, etsi gravis sit. Solem, ne moveatur, Jos. 10.

Destinata hominum *utilitati*: omnes enim creaturæ Deo serviunt & homini. Etsi noxia quædam homini gignit, ideò tamen non vituperanda est: Sicut Nilus frugi [illegible] Ægypto non vituperatur, quod Crocodilum habeat.

Non patitur aliquid imperfectum, sed semper ad scopum tendit, Basil. *M.* Tendit ad perfectionem: v. g. infans gradi tentat, etsi sæpè cadat. Superat tamen conatus infirmitatem ætatis.

Quamlibet creaturam ad sua munia ducit: Bovem ad arandum, equum ad currendum, canè ad feras, catum ad mures. Dissolvit tandem hominem, quem conglutinavit, Cic. de Senectute. Gignit hominem subinde, homine extincto. Obnoxia est multis vicissitudinibus, Chrysost. homil. 6. cum Sarconius &c.

§.1. *NATURALE dicitur quinq; modis*

1. Constitutione: v.g. anima & corpus constituunt hominem.

2. Consecutivè: v. g. Risibilitas, quæ inest homini.

3. Perfectivè; cum aliquid perficit naturam.

4. Subjectivè; cum naturæ aliquid inhæret.

5. Propagativè, quod per naturam propagatur.

Tribus posterioribus respectibus imago Dei naturalis fuit.

Pura Naturalia

Vocant Scholastici, cum natura spectatur, cum sola perfectione naturali intrinseca & generali concursu DEI ad actus &c. Vide Franc. Amic. Tom. 3. curs. Theol. fol. 293. nu. 7. Ubi etiam refutatur Bajus. De quibus nostri in controv. de Libero arbitrio contra Pontificios digladiantur.

Secundum Naturam

Sunt ea, quæ ex inclinatione naturæ fiunt: videl. Levia sursum; gravia deorsum tendunt; Ignis urit.

Contra & præter Naturam.

Contra Naturam (laxè) dicitur, cum illius principium convellitur; v. g. ex nihilo nihil fit; naturaliter sc. At supernaturaliter fit. Sumitur verò vocula contra pro diversis & disparatis; Cum verò accipitur pro adversis & contradicentibus, res potius supra naturam esse dicuntur. August. Epist. 7. Sic Rom. 4, 18. contra spem in spem Abrahamus credidisse dicitur. Itaq; quod est contra notum naturæ ordinem, id contra naturam esse dicitur.

Supra Naturam

§.2. Omnia sunt Mysteria, in quibus ratio nihil videt: Sic Dei potentia exsuperat omnem intellectum. Sic mortuorum resurrectio cœcæ rationi refragatur. D. Grawer. præfatio. de simplici & unâ veritate. Sanè quidam ex nostris ita scripserunt: hoc vel illud verum esse in Philosophicis, non autem in Theologicis. Verùm tunc illi non de Philosophia in se considerata loquuntur, quatenus se intra suos terminos continet; Sed de abusu potius Philosophiæ, quatenus axiomatibus quibusdam Philosophicis falsus affingitur sensus vel intellectus: v.g. Cum Physicus dicit, ex nihilo nihil fit; Verum est hoc ipsum de subjecta materia, de qua Physicus agit, nempe de generatione Physicâ seu naturali ex nihilo nihil fieri: Si quis vero absolutè accipere velit, quasi prorsus & quidem potentiâ divinâ nihil fieri possit, tum falsus intellectus huic axiomati Physico affingitur. Hæc D. Grawer. Ibidem docet: Supra rationem esse fidei mysteria, nec ea ceu contradicentia verè rationi adversari. Hujus generis multa sunt, quæ supra naturam facta, maximè, si Christum consideres, v.g. ambulare super mare, Matth. 14, 24. Anno 12. ætatis docere, Luc. 2. Aquam in vinum vertere, Joh. 2. transire per medium hostium, Luc. 4. & lapidem sepulchri clausum, Matth. 28. & januam, Joh. 20. Si spectes Lunam & Solem, Jos. 10, 13. Sir. 43, 5. 2. Reg. 20, 11. Matth. 27, 45. Luc. 22, 45. Tenebras, Exod. 10. Ignem, Dan. 3, 19. Aquam, Exod. 14, 21. Jos. 3, 16. 2. Reg. 2, 8. Exod. 17, 7. Judic. 15, 4. Exod. 7, 20. Metalla, 2. Reg. 6, 6. Animalia, Num. 22, 30. 1. Regum 17, 6. Dan. 6, 22. Vestes hominum, Deuteronom. 8. v. 4.

§.3. ALIA NATURÆ *miracula.*

Quæ sc. præter ordinarium naturæ cursum accidunt. Conf. L. Lemnium de occultis naturæ miraculis. Peucer. de divinationibus. D. Goclenii libr. peculiar. de ejusmodi miraculis. Janson. in Thaumatograph.

In Elementis

Ignem non urere; Dan. 3. tres viros in fornace Babylonica ignis non læsit.

Aquæ *Sinuessanæ* (ab oppido Sinuessa sic dictæ, Livius lib. 10. Carol. Steph. in hac. V. Dictíon.) in Campania mederi dicuntur mulierum sterilitati & virorum insaniæ.

In *Silia*, Indorum stagno, (vid. Strabon. lib. 14. Geog.) omnia submerguntur, nihil innatat. Idem scribitur de Africæ lacu, cui nomen Apostoami.

Clitumnus fluvius Mevaniæ nigros boves facit albos, si ex eo potent, Textor col. 113. offic. Plinius lib. 2. c. 3. Carol. Steph. in Diction. hac V.

NAVIS, Nauta, Naufragium.

Hebræi vocant עני ab ענה *afflixit.*

§. 1. *Origo Prima Navium* ab arca Noæ, Deo ipso architecturæ autore, Genes. 6. Deinde ars navigandi paulatim ab aliis exculta gentibus; vid. Polydor. Vergil. lib. 3. c. 15. de invent. rer. J. Ravis. Textor. in officin. c. 964.

Memorabilia de navibus. Camerar. part. 1. c. 26. horar. subcisiv. è Lazar. Baif. Tract. de re navali. Jovii historiis, Hieronym. Osor. de rebus Indicis.

Delirium Manichæorum: Solem & lunam navi similes esse, Augustin. Epist. 119. ad Januar. & lib. 20. contr. Faustum.

Causa conservans naves

Princeps divina potentia, Sap. 14, 3. Ps. 104, 26. & 107, 24. 31. *Secunda* Nauclerus, Noah, Tyrii, Sidonii, Ezech. 27, 27. Jonæ 1, 5. Actor. 27, 27. 1. Reg. 9, 27. Huc spectant venti, ceu causæ, ut & ipse fluviorum naves secum abripientium decursus. Inventores rei nauticæ huc referendi.

§. 2. *Commoda Navigationum*

1. Mercaturæ Exercitatio inter vicinos maris accolas, Ezech. 27, 9.

2. Piscium captio, halecum & consimil. unde tanta halecum & communium aliorum piscium copia.

3. Vitæ

3. Vitæ conservatio: Sic Noa Genes. 6. Sic plurimi Martyres.

4. Transportatio mercium, quibus terra nostra caret, 1. Regum 10, 11. 27. 2. Chron. 20, 36. & hominum, Jon. 1, 3. Matth. 8, 23. c. 9, 1. Actor. 13, 4. &c.

5. Novarum terrarum inventio. Vide Terra.

6. Divitiarum locupletatio: Ita Salomon misit naves in Ophir.

7. Veræ religionis transplantatio, id quod beneficio navigationis pluribus in locis contigit.

8. Fidelis admiratio divinæ providentiæ, aquas fluidas creantis, ventis cursum navium secundantis, Sap. 14, 3. 4. Ps. 107, 23. Sir. 43, 16. 27. Gloriæ divinæ, Psal. 104, 26. Potentiæ eripientis. Prov. 30, 19. Psal. 107, 23. fluctus frangentis, Es. 43, 14. Matt. 14, 32.

Motus Navis.

(1) Velox, Prov. 30, 18. 19. (2) decorus ejusdem processus. (3) æquilibrio nitens, ne in hoc vel illud latus inclinet.

Abusus Navigationis.

§. 3. 1. Sanguinis innoxii effusio. 2. Opum cumulatio, Esa. 2, 16. per fas & nefas, duce avaritiâ. 3. Fiducia in navibus posita. 4. Negligentia pietatis & orationis. 5. Securitas Jonæ peccata non agnoscentis. 6. idolorum fiducia. Inde naves olim Deastris sacræ, Actorum 28, 11. quam suo modo exprimunt Christiani, navibus aliquando Ethnica nomina indentes.

Pericula Navigationis.

Quæ efficiunt 1. Spem vitæ dubiam. 2. Consilii inopiam. 3. Mentis angustiam, Psal. 107, 4. Mercium jacturam, Jon. 1, 5. 5. Orationis vigilantiam, Jon. 1. vers. 5. Sunt hæc pericula

I. à ventis, Psalm. 107, 23. & 48, 8. Jon. 1, 3. 4.

II. à locis periculosis, in mari v. Charybdis periculos. locus Siciliæ; ibi vortices aquarum absorbentium.

III. à Saxis v. Scylla in mari Siculo ingens saxum.

IV. à Promontoriis scopulosis videl. Malea, promontorium Laconiæ, Caphareus mons Eubœæ. Syrtes duo loca, in finibus Africæ versùs Ægyptum.

Potentia DEI

Circa stupenda Navigia. Camerar. part. 2. c. 17. horar. subcisiv. & part. 1. c. 26. parum sæpè prosunt, ut ibidem ostendit Camerar. & ex hoc Richterus in axiom. Politicis p. 488. seq. & huc rectè quadrat sententia Ethnici Herodoti: Amat Deus omnia, quæ modum excedunt, castigare.

Distinctio Navium.

§. 4. 1. Propriè dicta est *navis*. 2. *Dei* est mundus, quem ipse sapienter 1. ædificavit. 2. Gubernat, conservat. 3. Fluctus compescit. Ps. 46. vers. 4. tandem ad portum judicii deducit. 3. *Ecclesiæ* navis Luc. 5. in quam Christus ascendit. *Capacissima*, recipiens Judæos & Gentes. Johann. 10. Pisces bonos & putres. Matt. 13. *Salvans* nos. Applica Actor. 27. nisi manseritis in navigio & cæt. Balænis malorum damnantium, persequentium nos in salo hujus mundi & lacu fœtido *Impetita*: fluctibus *Concussa*; scopulis scandalorum allidens. Matt. 18. Væ mundo à scandalis! Matth. 13. tollent omnia scandala.

Partes navis Ecclesiasticæ.

Remi, sunt dilectio & concordia. *Gubernaculum*, sapientia cœlestis. *Malus*, cœlestium rerum contemplatio. *Restes*, concordia & unanimitas. *Anchora*, spes Hebr. 6. *Haustrum* pœnitentia. *Operimentum*, honesta conversatio. Matt. 5. luceat lux vestra. Vid. Promptuar. *Alleg.* Officia in hac navigatione sunt: 1. cœlum & solem aspicere interdiu: Noctu vero *Arctoa*. 2. Rectam viam ad pixidem nauticam S. Scripturæ dirigere, Ps. 119, 105. 3. Non obdormiscere ad gubernacula & clavum. 4. *Auram* pacificam Spiritus S. accipere, quæ vela animæ impleat. Basil. M. homil. de Proverb. sub finem.

Homo navi similis.

I. Corporis fragilitate, 2. Corint. 5.
II. Vitæ velocitate, Sap. 5.
III. Portus, mortis certitudine.
IV. Fluctuum calamitate.
V. Balænarum vexatione: sic homo in tota vita affligitur, premitur in hoc mundi mari.

Impii navi similes.

1. Instabilitate. 2. Mutabilitate. 3. Submersione. 4. Fragilitate. Psalm. 73. Impius sicut laurus.

Pius sit navis.

Cui 1. Christus Thalassiarchus. 2. Spiritus S. ventus. 3. Agilis ad cœlum tendendo, Phil. 3, 4. velox, mundum non amando. 5. Pretiosa vehens secum aurum sapientiæ, gemmas Christianæ prudentiæ, panem vitæ Jesum Christum.

Oeconomica Navis.

Mulier sedula. Proverb. 31. Facta est sicut Navis, &c.

Mundi navis

Similis navi *Chimaræ*, pyratæ, de quo Plutarchus alicubi, illa insignia, in prora Leonem, in puppi Draconem habebat. Age intuere mundum! Et in prorâ, & in puppi hujus excubat Draco Leo, hoc est Satanas, ut nos cœlestibus bonis exuat. Vigila, ora, vita Syrenes voluptates.

Solatia Navigantium.

§. 5. (1) Dei in mari præsentia. Psal. 135. Omnia facit. (2) Paterna hujus Providentia, Sap. 14, 3. (3) Exemplorum Evidentia eorum, qui mari vecti. Ipse Christus, Apostoli. (4) Christi adessentia; sicut & Apostolis adfuit. (5) Schola

potentiæ divinæ, quam in mari experimur. (6) Exempla eorum, quos sæpe Deus mirabiliter conservat in mari. (7) Gratiosa Dei in cordibus præsentia. Noli timere Nauta! Cæsar est, quem vehis, olim dixisse scribitur Julius Cæsar, nautæ, qui ipsum vehebat. Dic ô Christiane! Christum habes in corde!

§. 6. *Officia Navigantium.*

Non securum esse. Demonax Legatus in Asiam navigaturus, navemque conscendens, interrogabatur, an non metueret se à piscibus devorandum esse, si naufragium faceret? respondit, quid metuerem à piscibus, qui tot pisces devoraverim. Erasmus in Apophthegm.

Deum timere, qui non timent illum, non exaudiuntur in periculis.

Orare diligenter, ut secundo vento utantur. Bias navigans cum scelerosis in mari periclitantibus Deosque implorantibus; Silete (ait) ne vos hic navigare dii sentiant.

Prudentem temporis rationem habere, ne in pericula se & aliorum vitam conjiciant. Vid. l. 3. eod. de Naufrag.

Non procrastinare. Accessæus nauta ignavus semper novam se Lunam præstolari dixit: Unde natum adagium, *Accessæi Lunæ*; in comperendinatores.

Non contemnere pericula, sed metuere, Act. 27, 11. Christum per preces in suum navigium adsciscere: Item per commodandi lubentiam. Sic Petrus Luc. 5. Sic & nos adsciscamus Christum in navigium Curiæ, chori, domus, ut ejus benedictione locupletemur. Se consolari, quod Christus præsit mari.

Sp. S. Judicium de Navigationibus.

§. 7. Docet nos 1. *Deum* in aquis non minus, quàm in terris nobis *præsentem* esse, Psalm. 91. Esa. 43.

2. *Moderari tempestates*, id sæpè docuit Christus Matt. 8. & alibi, & David Psalm. 107.

3. *Naves Dei Providentiâ gubernari*, Sap. 11. non fluctuum impetu versari volvique.

4. *Exempla multa proponit eorum*, qui in navibus mari, æquè ac in terrâ servati sunt. Ut Christus, Apostoli, Paulus, Act. 27, 28.

5. *Christi Exemplum* navigio utentis.

6. *Mare* esse *speculum* divinæ sapientiæ & omnipotentiæ, Psalm. 107.

7. Non posse intelligi tentationes, nisi maris fluctus sis expertus. Psal. 42. omnes fluctus tui, &c.

§. 8. *Judicia Ethnicorum de Navigationibus.*

Bias navigantes neque in vivorum, neque mortuorum censu computandos esse judicavit, quod intermedii quasi essent. Pœnituit Aristotelem, navigio se vectum esse, si pedibus eò venire potuisset (alii hoc Marco Catoni attribuunt.) Anacharsis quinque digitis à morte navigantes esse dixit. Idem eosdem inter mortuos referendos esse censuit Diog. Laërt. lib. 1. c. 6. vita Philosoph. Laodamus Homericus nihil miserius esse dixit, quam fortem virum ponto exagitari. Plato mare ceu improbitatis magistram fugiendam esse semper statuebat.

§. 9. *Naufragium propriè dictum.*

Fit tempestatibus, collisionibus subitò factis, 2. Cor. 11, 25. Ter illud Paulus expertus est. Narrat Paulinus Epistola ad Macarium, senem quendam post XXIII. dies demum laceratâ navi in portum appulisse. Livonus quidam, submersa navi, omnibus aquâ suffocatis, solus asseri insidens, petræ affixus servatus, cui affluxit tonna repleta pomis, quæ ei cibum, lectis, in depulsionem frigoris cesserunt, repleta, die tertio tandem à nautis prænavigantibus ereptus est. Sigismund. Suevius in Spec. humanæ vitæ fol. 64 a. Confer D. Simon. Pauli in Postill. Epist. f. 146. a. de navigio Rostochiensi mirabiliter in glacie conservato, Hollandorum navigationem in Novam Zemblam.

Hoc Naufragium

Est 1. Ingens malum. 2. Apostolo Paulo frequentatum. 3. Patientiæ & Fidei exercitium. 4. Divinæ omnipotentiæ, naufragos eripientis, theatrum, 5. Ethnicorum declamationibus maximè deploratum.

Naufragorum officium olim.

Suspendebant tabulam in honorem Neptuni, in templo gratitudinis ergò, quod servati essent ab eo, in hac quoque tabula tempestatem, maris furias & opes amissas depingi curabant: hanc quoque humeris suspensam circumferebant, stipis colligendæ gratiâ. Persius Satyra 1.

---- *Cantet si naufragus, assem*
---- *Protulerim? cantas cum fracta re in trabe pictum*
---- *Ex humero portes?*

Officium erga Naufragos:

Hi excipiendi, ut olim Paulus exceptus, Act. 28. non spoliandi *Naufragi*. Cod. Theodos. lib. 13. tit. 9. const. 6. in constit. 5. Justiniani lib. 11. tit. 6.

§. 10. *Naufragium spirituale*

Animæ, 1. Tim. 1, 19. quo Fides, Spes, Charitas, gratia Dei irrecuperabili damno amittuntur. Chrysostom. in h. l. Fidem navi comparari docet, cujus Anchora sit bona Conscientia: & spem facit fides ad portum veniendi, sed fractâ navi, & homo mergitur: & ad portum non pertingit. Sic hæretici, schismatici. O calamitatem! Servas nos, Christe, ne pereamus.

Naves submersæ ex improviso. Vide Zwinger. in Theatr. fol. 323.

Classis Hispanica anno 1589. divinitus submersa.

NAZARÆI.

§. 1. A נצר custodivit, Num. 6, 2. custoditi, separati, viri religiosi apud Judæos, legi vacantes,

Domino ſe offerentes, Vatabl. in not. cap. 6. Num. & voluptatibus abſtinentes ex ſingulari voto.

1. Levitici v. Teſtamenti; 2. Nazaræi ſectatores Cerinthi, docentes, Chriſti fidem ad ſalutem non ſufficere ſine operibus, Judaiſmum & Chriſtianiſmum confundentes, contra Apoſtolorum doctrinam Actor. 15. Quid tentatis &c. Epiphan. hæreſ. 29. Auguſtin. de Hæreſib. ad Quod-vult-Deum cap. 9. Id an non hodiè plurimi faciant, eadem mixtura Judaiſmi & Chriſtianiſmi gaudeant, res ipſa loquatur! Confer Philaſtrium, qui ſcribit, hos Nazaræos omnem juſtificationem in carnali obſervantia conſiſtere, docuiſſe, carnaliter vixiſſe, circa an. Chriſti *133.* vide Hieron. Epiſt. 89.

§.2. Duplices Nazaræi in Vet. Teſtamento: 1. Voti perpetui; ejusmodi Simſon fuit, Jud. *13*, 5. Samuel, 1. Samuel. 1, 11. qui inde ab utero ſeſe devoverant Domino, & per totum vitæ tempus ſe Deo conſecraverant; ſic voverat Hanna d. l. Sam. 2. Voti temporarii, qui ad tempus voto ſe obſtrinxerant, 1. Macc. 3, 49. Actor. 21, 23. c. 18, 18. vid. Num. 6. v. 20.

§.3. Officia & leges eorum: α. ſeparabantur à communi hominum conſortio, in peculiari cultu Dei & obſervantia conſtituti: β. vino & quęcunq; indolem vini & ejus naturam redolebant, abſtinebant, Amos 2, 9. Numer. 6, 9 γ. non radebantur, Num. 6, 5. 1. Sam. 1. 11, δ. contaminabantur à ſola cadaverũ præſentia, Numer. 6, 5. 7. ε. contaminati votum renovabant, Deo ſacrificabant, Numer. 6, 10. 11. & exacti temporis ſpatium in hoc ſtatu non numerabatur, Num. 6, 12. ζ. & ipſo voti tempore reddebatur Nazaræus, & capilli Deo offerebantur in ara holocauſti, Num 6, 18.

Rechabitarum vota *vid. tit. Rechabitæ.*

§.4. Finales cauſæ horum votorum erant 1. Levitica exercitia temperantiæ & pietatis: 2. teſtimonia, ſe amplecti fidem Eccleſiæ Judaicæ: 3. typica repræſentatio CHRISTI conſecrati à Deo, cujus Samuel 1. Sam. 1. Simſon: ſic Chriſtus debellans totum Diaboli regnum; coronatus Chriſtus ut ſacerdos à Deo, plenitudine ſpiritus: Sacrificium Nazaræi ſignificabat Chriſti ſacrificium. 4. Votum Nazaræorum Paulus Actor. 21. ſuſcepit, ob infirmos Judæos, 1. Corint. 9. 5. Vota hæc aperto Dei verbo nituntur: non pugnabant cum verbo Evangelii: non merebantur remiſſionem peccatorum; non præferebantur baptiſmo. Igitur ex his votis fruſtra defenſantur Monachorũ vota, his toto genere, cauſis, effectis quàm maximè diſſimilia.

NAZARENUS & NAZARETH.

§.1. Nazareth civitas in tribu Naphtalim, antè dicta Hazor, & En Hazor, Joſ. 19, 37. poſtea Nazor & Nazareth, quaſi civitas germinis vel ſurculorũ (Ge-nezareth, vallis ſurculorum.) Sic dictus Chriſtus Marc. 10, 47. c. 14, 67. & 16, 6. (verum Matth. Luc. Johan. Nazaræus à patria) (1) Sanctus Domino, Hieronymus in Mat. 2, 22. 23. vocabitur, h. e. erit; alii ex Eſa. 11, 3. alii è Jud. *13*, 5. (2) Surculus Eſa. 11, 1. è radice Jeſſe & trunco velut ſucciſo, factus deinde cunctis arbor vitæ; hoc nomine innuitur quoque CHRISTI officium propheticum & regium: nam vox Nezer vel Nezar ſignificat oleum &c. coronam ſummi Pontificis & cæſariem, Num. 6, 5. 8. Exod. 29, 6. c. 39, 30. Levit. 21, 12. & Diadema regium, 2. Reg. 1, 10. 4. Reg. 11, *12*. Pſal. 80, 4. Quid, quod & Joſeph fratres ſuos liberans à fame & conſervans in Ægypto Nazaræus vocatur, Gen. 49, 26. Deut. 33, 16. & ecce! major Joſepho Chriſtus eſt, liberator fratrum ſuorum ſuorumq; fidelium maximè, ſed & omnium hominum conſervator. (3) Inhabitans Nazareth Galileæ, Matt. 2, 23. cap. 13, 5. 4. Marc. 6, 1. Luc. 4, 16. Joh. 1, 47. Sicut Bethlehemi natus, ſic Nazarethi educatus, Capernaumi jus civitatis coluit, quæ parvi fiebat apud Judæos, Joh. 1, 46. (4) Præfiguratus à Simſone Iud. 13, 5. multis modis, quos in Promtuario Allegoriarum explicavimus; ritu tamen legali non fuit inauguratus, etſi aliàs legi ſe ſubjecerit, Gal. 4, 4.

§.2. Nazaræni Galilæi c. Nazianz. orat. 1. contra Julianum, nomen aſſeclarum Religionis Chriſtianæ, Actor. 24, 5. ob contemtum horum inductum, Tertull. adverſ. Marcion. lib. 4. §. Nazaræi exaltati ſuper nivem: Hinc etiam Nazareni titulus cruci ſalvatoris inſcriptus: *Ieſus Nazarenus*; ob ignominiam, conciliandam etiam poſt mortem, vide ſupra titul. *Chriſtus*; ſicut & Judæi, ter in die, nobis ceu Nazarenis maledicunt, Hieronym. in capite 52. Eſaiæ.

NEBUCADNEZAR.

Primus, qui bellum geſſit cum Necho Rege Ægypti, in quo occubuit Joſias, 2. Reg. 23. *Secundus*, qui vixit anno 5. Joakimi Regis Judæ, abducens populum in captivitatem.

Filius Nabopalaſſaris Ezech. 21. indigitati, Rex Babyloniæ; arbor alta, lata, Dan. 4. rami ejus frugiferi, ibid. Vexavit ſubditos variis oneribus, Dan. 4, 24. quæ abrumpere juſſus eſt, vid. Diodorum Sicul. jure exegit expoſitionem ſomnii à ſuis, quippe hanc artem profitentibus. Imago 1. Divinæ potentiæ ſuperbos humiliantis. 2. Lubricæ fortunæ. 3. Extraordinariæ illuminationis in hoc Rege, Daniel. 4. Confer. J. Salvian. in Annalibus Vet. Teſtament.

NEBO.

(1) Idolum Babyloniorum, Eſai. 46, *1*. (2) Mons, Deut. 34, 1. (3) Civitas ultra Jordanem, Num. 32, 3. 38. (4) Civitas ſpectans ad tribum Judæ, Eſdr. 2, 29. c. 10, 43.

NEBULA.

Vapor terræ humidus in proximo aëre cõſiſtens 1. Phyſicè conſiderata utilitates præſtans non exiguas. 2. theologicè, eſt nebula (α) Divinæ apparitionis, Exod. 24. v. 18. Confer cap. 40,

cap. 40,34. 1.Reg. 8. v. 10. 11. 12. & potentiæ, quâ omnia ceu nebulam concentrare Dominus potest, Nahum. 1,3. (β) Gratiosæ peccatorum remissionis. Esa. 44,21. ut non appareant amplius in conspectu iræ Dei. Mich. 7,19. in profundum maris abjicit Dominus peccata nostra, ab his faciem suam abscondit, Ps. 51,11. (γ) Naturalis usurpationis & utilitatis in fœcundanda terra, Sir. 43,16. 24. Jer. 10, 13. Psal. 146,16. Deus namque elevat nebulas cœlesti nobisque imperscrutabili virtute. (δ) Calamitatis, Soph. 1, 14. 15. cui ceu nebulæ, quæ visum impedit, involvimur, donec lumen lætitiæ nobis exoriri faciat Deus, Ps. 97, 11. & 112. v. 4. Tob. 3,22. 23. & Hominum fugacitatis, Sap. 2. v. 3. quorum vita instar nebulæ dissipatur. (ε) Sacrificii Lev. 16,13. 14. ascendens ad Deum nebula significat omnia peccata odore & vapore sacrificii Christi tegi & involvi; Conf. Ezech. 8,11. de sacrificio idololatrico extat ibi locus, cujus nebula notat cordibus illorum idololatrarum densissimas errorum nebulas offusas esse, quæ explicantur v. 12. d. l. (ζ) Falsorum Doctorum 2. Petr. 2, 17. Confer Judæ epist. v. 12. Verè hi sunt nebulæ. 1. A terra in cœlum superciliosæ rationis remigio sese elevantes, 2. Corint. 10, 5. 2. Citò dissipantur, ut nebulæ, falsa dogmata docentes. 3. Inconstantiæ turbinibus agitantur. 4. Corrumpunt, ut nebulæ, oculos, ne videant homines latronem Diabolum, in via ipsis occurrentem, Psal. 17,5. Corrumpunt ut nebulæ germina & vites spirituales. 6. Radios veritatis intercipiunt. (η) Mundanæ prosperitatis nebula multos excœcat, à via cœli impedit, Luc. 16. radios veritatis intercipit, Ps. 49. ult (θ) Humanæ ignorantiæ, cui omnes involuti sumus. (ι) Devotæ pœnitentiæ, in hac nebula habitat Deus Es. 57. 1. Regum 8. nebula implevit domum.

§. 1. NECESSE, NECESSITAS. OPORTET.

Notat 1. Connexionem rei cum re necessariam. 2. Tribulationem & statum turbulentum, Psal. 25,17. 1. Cor. 7. v. 26. 2. Cor. 6,4. 3. Paupertatem & miseriam. 4. Juris necessitatem: Luc. 22. oportebat mactari Pascha. 5. Utilitatem, Phil. 1. magis necessarium.

§. 2. Necessitas 1. *Naturæ*; v. g. Deum vivere, justum & sanctum hominem velle, ordo naturæ à Deo institutus. Hæc non pugnat cum libertate, Augustin. libr. 5. c. 10. de civit. Dei colum. 299. d. 300. a. Necessitas non est Deus: sic olim docuit Chrysippus, teste Lactantio libr. 1. cap. 5. de falsa religione. Conditoris voluntas, rerum est necessitas, Augustin. lib. 6. de Genes. ad lit. cap. 19. loquitur de necessitate consequentiæ, quæ dependet ab eventu certo, & Dei gubernatione ac præscientia, ac ordinatione.

§. 3. 2. *Peccatorum*, quà talium est peccare; sic Lutherus sæpe ait de servo arbitr. hominem peccare necessariò, puta ob insitum naturæ intimè peccatum: sic ignis quà talis necessariò urit, arbor bona bonos fructus parit, Matthæi 7.

§. 4. 3. *Decreti*; v. g. Israëlitas ex Ægypto redituros esse, filium Dei incarnatum iri, diem judicii constitutum esse, electos velle servare, reprobos damnare; verùm hoc decretum absolutum non est, sed relatum ad causas intermedias, in qua decreti & mediarum causarum necessitate est quidem certitudo, sed non coactio, illa ob Dei præscientiam falli nesciam, hæc ob libertatem, non peccati causatio. Vid. D. Schafman. lib. 1. c. 9. n. 6. 7. de peccati causis & cap. 10. ubi solidè & eruditè de necessitate, de divinis decretis, de ordinatione, &c. disserit.

§. 5. 4. *Consequentiæ vel infallibilitatis*, vel ex suppositione: v. g. 1. Cor. 11. oportet hæreses esse, ut electi probentur; nempè præsuppositis causis, hominum petulantia, & Satanæ malitiâ, decipientis totum mundum, Apoc. 12. & hominum libidine audiendi nova, 2. Timot. 4, 2. 3. Præcedête culpa necesse est sequi pœnam; Judam prodere Christum, in causis suis necessarium non erat; necessitate tamen infallibilitatis erat necessarium, quô etiam D. Lutherus in libr. de servo arbitrio respexit; dicitur necessitas eventûs, itemque facti, in quibus sententiis Lutheri rectè intellectis nihil inest absoluti decreti, nihilque Calvinianis præsidii, si mentem Lutheri æquâ lance pensare velint.

§. 6. 5. *Medii*, sine qua res esse non potest ordinariè, ut sine pane & cibo nemo vivit; necessaria igitur media sunt nobis, Deo non sunt, qui media suspendit, quoties vult.

6. *Præcepti*, quæ absolutè præcepta est: neutro modo cœna infantibus est necessaria, etsi necessariam esse olim Augustino visum fuerit. Vid. Maldonat. in cap. 6. Johann.

§. 7. 7. *Bonorum operum* necessitas in justificatis est (α) *Præsentiæ*: fides enim & bona opera semper conjuncta sunt. Gal. 5. vers. 4. fides per charitatem efficax. (β) Non *efficientiæ*: non enim bona opera sunt causa, ob quæ opera nos Deus justificet; ideo Flacius (voce, Necessitas) impiam vocat propositionem: Bona opera ad salutem necessaria esse. Vide infra tit. *Opera bona*.

Luc. 24,26. oportuit Christum pati: in Græco est δεῖ, quod alibi quoq; necessitatem consequentiæ significat, Matt. 24, 6. cap. 16. v. 56. Marc. 8,31. Luc. 9,22. c. 17, 25. 1. Nempe quia sic Pater ordinaverat, Actor. 3. Es. 53. Ps. 16. 2. Prophetæ prædixerant, Gen. 3, 15. 16. Psal. 16. & 110. Esa. 53. Ps. 21. Ose. 13. Necessitas igitur hîc est suppositionis consequentiæ, non absoluta, sed hypothetica, quâ Deus constituit tradere filium suum in manus Judæorum, quorum obduratas mentes Deus perspectas habebat: Vide Athanas. orat. in passion. & crucem Domini §. Judæi mala sua volunt, &c. Cyrill. lib. 9. c. 10. in Johan. Theophyl. in c. 13. Johan. §. Non propter hoc.

NECROMANTIA.

§. 1. Aliis Necyomantia ἡ τῶν νεκύων μαντεία; Modus divinationis, Dæmonis invocatione & con-

consultatione constans, adhibitis solemnibus sacrificiis & execrationibus, responsi excipiendi ergo : inde illa Samuelis fictitii excitatio 1. Samuel. 28. dicti sunt, qui hanc exercent ψυχαγογοὶ, ψυχοπομπαῖοι, quod animas excierent & mitterent.

Loca plurima huic divinationi consecrata fuerunt apud veteres: Homerus celebrat Cimmericum ad Avernum Campaniæ lacũ. Confer Carol. Stephan. in Diction. Romani juxta ripas Tyberis, Thesprotinni Heraclejum Ziparæ tumulum inter Æthas Italicum; Aristot. Poëtæ de hac : vide Horatium Satyr. 8. Senecam in Oedipo, & Peucer. de divinat.

§. 2. *Interdicta Christianis* ; vide Ecclesiast. 30, 18. 1. Sam. 28, 13. Deut. 18, 9. 10. 11. Esa. 8, 19. Luc. 16, 27. *A patribus negata*, qui negant animas errare, ac vagari. Chrysost. Tertull. Theophylact. vide Maldonat. in Luc. 16. Et tamen plurima dogmata confirmare nititur Bellarm. ex ejusmodi apparitionibus & consultationibus mortuorum, lib. 2. c. 7. de Purgator. & c. 9. ibid. & c. 19. lib. de Beatit. Sanctor. lib. 4. c. 10. de amissone gratiæ, &c. Contra vide Salmeron. Sotum & alios, apud Gerhard. part. 2. libr. 1. Confess. Cathol. p. 775. ad 795.

NEGATIO.

Vide Hæretici, quorum proprium est negare, inficias ire, mentiri : Opponitur quoq; confessioni, vid. tit. *Confessio* : item, *Fides*. Exempla; Sic olim negavit Christum Basilides & Martialis, Episcopi ambo : ille libello negationis etiam blasphemiæ maculam addidit; hic verò Idololatra factus est, & Christum negavit, Cyprianus libr. 1. Epist. 4. Dicebantur olim *sacrificati*. Alii non negabant se esse Christianos; attamen dabant præmium Magistratui, ut liberum ipsis esset abstinere à sacrificiis; & non maledicere Christo. Melius Christiani apud Euseb. l. 8. c. 2. hist. Eccl. Cypr. Epist. 3. de muliere, cui nomen *Bonæ* fuit, quæ manibus captis & ab Ethnicis tentis dixit; *non feci, non feci, vos fecistis*, &c. Conf. c. 2. q. 3. Can. Non solum.

NEGLIGENTIA. V. *Diligentia*.
Item *Acedia* : *Pigritia*.

NEGLIGERE.

Multiplex. 1. Dei, Heb. 8, 9. Jer. 31, 32. cum curam pro aliquo abjicit ; sic præfractos peccatores abjicit & fœdifragos, ut aquila degeneres pullos abjicit. 2. Hominis (α) in charitate erga proximum, Prov. 12. v. 26. qui negligit damnum. (β) In labore; huc pigritia, vid. suo loco infra. (γ) in solicitudine, Gen. 42, 3. quare negligitis, &c. 2. Petr. 1, 12. (δ) in pietate, Deut. 8, 21. Sap. 3. Prov. 1, 25. Matt. 22. v. 5. cap. 25, 5. Hebr. 2, 3 (ε) In exercitio donorum, 1. Tim. 4, 14.

NEGOTIATIO. V. *Mercatura*.

NEGOTIUM. V. *Labor*.

Multitudo negotiorum vitanda : Justinus Martyr epistola ad Zenum & Serenum. Id tamen de negotiis vocationis & officii tui minimè acceperis, vide namque D. Paulum 2. Corint. 11. de negotiorum & occupationum multitudine suarum disserentem.

NEMESIS

Est, quâ dolorem concipimus, cum videmus indignis præmia dari, dignis verò negari; hanc quidam referunt ad justitiam distributivam : Sic Matt. 20. Luc. 15. frater prodigi. Cato Uticensis se occidit, ob victoriam Cæsaris & victricia illius arma, Plutarchus in Cat. Uticens. Huic opponitur nimius dolor, cum qvis videt impiis benè esse : & ἐπιχαιρεκακία, gaudium ob malum alterius statum.

NEOPHYTUS.

Non ordinandus in episcopum, 1. Timot. 3. vers. 6. Subscribunt Hieronym. Epist. ad Oceanum, Gregor. libr. 4. epist. 50. Registri & libr. 7. epist. 112. Registri. Significat vox eum, qui nuper plantatus, vel fidei Christianæ aggregatus ac insitus erat per baptismum. Vid. Ambros. in 1. Timot. 3. Origen. libr. 3. contra Celsum, Basil. c. 10. constit. Scholasticæ. Excipe, si vita Neophyti sit probata, si donis sit instructus, potest promoveri, si extraordinariè ad munus episcopi vocetur; ut Ambrosius, qui nondum baptisatus episcopus à toto populo salutatus est. Confer D. Gerhardi colum. 211. Loc. de Minister.

NEOMENIA

E Græco à νεὸς novus, & μηνὸς mensis: sive novilunium festum (Hebræis caput & initium mensis ; Hieronymus vocat Calendas) incipiens à luna, & sic annus Judæorum habebat dies 354. vide Bedam de supputatione temporum, institutum (1) Numer. 28. v. 11. 1. Chronicor. 23. vers. 31. in laudem divinæ conservationis, Lyra in Numer. cap. 28. (2) Ut Deo primitias temporis quoque consecrarent Judæi. (3) Ut Dei benedictionem toto mense impetrarent; huc sacrificia, lætitia, Ps. 80, 4. Esa. 1. Num. 10. v. 10. (4) Ut conjunctionis animæ & totius Ecclesiæ, cum Christo, ut sole justitiæ, significaret necessitatem, ut luna à sole accipit lumen in conjunctione. (5) Ut populum Dominus erudiret, 2. Reg. 4. v. 23. Ubi verò cessat hoc festum ; omne gaudium sublatum esse constat, Ose. 2, 11.

NEPENTHES.

Herba vino indita dissipat tristitiam, Galenus, Dioscorides, Homerus Odyss. 4. de Helena.

NEQUITIA.

Dicta est ; quod nihil queat, nullique rei apta sit. Πονηρία est studium & industria male agendi & proximum lædendi, Rom. 1, 29. Syrus habet מרדותא Theodoret. intelligit efferatam & beluinã, κακίαν verò accipit pro animi propensione ad deteriora, quę in omnibus hominibus. Alii propensionem explicant ad ea inferenda, quæ aliis obsunt. Versutiam alii & astutiam intelligunt, ingeniiq; calliditatem, cui opponitur simplicitas columbina

bina Matt. 10. Usurpatur vero vox abstracta in sequentibus ferè locis, Romanor. 1. vers. 29. 1. Corint. 5. vers. 8. Ephes. 4. v. 14. cap. 6, 12. Matt. 22. vers. 18. Marc. 7. vers. 22. Actor. 3, 26. cap. 8, 22.

NERO.

2. Timot. 4. vocatur leo, ob sævitiam, vers. 17. Conf. Proverb. 19, 12. cap. 28. v. 15. Ante quidem probus; hinc proverbium: *Quinquennium Neronis*. Confer Tacitum & Suetonium de hoc.

§. 1. NESTORIANI & NESTORIUS.

De eo scriptores Ecclesiastici affatim. *Doctrina*: Docuit, Mariam non esse dicendam θεοτόκον, hoc est Deiparam. Tripart. lib. 12. c. 4. §. Erat cum eo Anastas. Judæos non Deum sed hominem crucifixisse. Cassiod. tripart. hist. lib. 12. c. 4. *Bimestrem aut trimestrem factum nequaquam dixerim, Deum*, idem dixit Nestorius cap. 5. l. 12. Tripart. τὸν λόγον homini per assistentiam solùm adfuisse, sicut adfuit Eliæ & aliis Prophetis, garrivit. Unitionis secundùm subsistentiam virtutem non intellexit, ut loquitur Synod. Constantinopolitana sexta, actione undecima. Confer Cyrill. lib. de Incarn. unigeniti cap. septimo. In Photini & Pauli Samosateni dogma consentire visus fuit, Tripart. lib. 12. c. 4. Sed de his aliisq; portentis fusissimè scripserunt M. Johan. Schrœderus de Nestorianismo contra Grabium: M. Fridericus Petri; M. Albertus Reimarus toto de eodem tractatu, edit. Francofurt. D. Calixtus pecul. 2. disput. Acta Concilii Ephesini. Ut mirum sit, velle eos nobis Nestorianismi dicam impingere, qui hactenus fraternitatis jura petivere à nobis. Concors erat Nestorius cum Eutyche, dummodo uterque oppugnarent fidem, teste Hormisda in Epist. ad Mennam Patriarchum Episcopis orientalibus in suo libello, quem obtulerunt Agapeto Niceph. lib. 18. cap. 45.

§. 2. *Causæ erroris* 1. ignoratio antiquitatis, Tripart. libr. 12. c. 4. Curas priscorum patrum, fidem & consensum, quod hæreticorum est proprium, superciliosè despexit. 2. Lectio scriptorum, Diodori πνευματομάχου, Cyrill. epist. ad success. Theodor. Mapsuesteni, Evagrius lib. 1. c. 2. Ex his venenum illud erroris suxit. 3. Superbia & factione plenus animus: monitus enim aliquoties à Cyrillo, non tamen ad frugem rediit, teste Liberato in Breviario, Evagrio lib. 1. c. 2. Cæsari dixit: O Imperator! terram mihi ab hæreticis purgatam tribue, & ego tibi cœlum reddam: debella mecum hæreticos, & ego tecum Persas debellabo. Tripart. libr. 12. cap. 4. 4. Contumacia ac obstinatio summa animi, quæ ex actis omnibus Nestorii elucescit.

§. 3. *Effecta*: De officio deturbare ausus est, calculum ipsius errori addere recusantes: auram aulicorum captabat: rescripta principis impetrabat, Cyrill. tom. 4. oper. Blasphemabat orthodoxam doctrinam: Congregationi Clericorum se ad tempus subduxit, venire recusans, Tripart. lib. 12. cap. 5. Cum orthodoxis locutus est quidem, pravum tamen dogmatis sensum retinuit; teste epistola Ephesini Concilii, quas fraudes discipuli imitati sunt: nam Nestoriani confitentes fraudulenter & ludentes in voce unitatis & unitionis à S. Patribus è latebris producti sunt, quod pluribus ostendit J. Frobos. 3. 21. n. 19. Instit. & 23.

Pœna & exitus ejus: Erosa ei lingua ejus à vermibus est, inque terram lapsus expiravit, Zwing. in Theat. fol. 498. col. b. 9. cum Petras in Oasenem Ægypti provinciam relegatus esset; Cedrenus, Nicephorus.

NEUTRALES §. 1.

Politicè considerati Politicis considerandos relinquimus: in religione verò qui neutri parti controvertentium addicti esse volunt, 1. peccant in confessionis naturam, quæ exigit, ut id, nostræ quod oppositum est fidei, abnegemus: hinc Matt. 16. cavete vobis à fermento Pharisæorum &c. 2. In religionis veræ curam, quæ semper certi aliquid statuit; sic Johannes Baptista interrogatus, quis esset Joh. 1. non dubiè respondit; sed dixit: non sum Christus, sum vox in deserto clamantis, Esa. 40. 3. In summa se pericula conjiciunt, DEUM enim offendunt tepiditate sua, nec sincerum alterius partis favorem exambiunt. 4. Nec frigidi sunt, nec calidi; sed tepidi, ideoque à Deo evomendi aliquando, Apocalyps. tertio. 5. Solon lege cavit, ne quis neutralis esset: intellexit simulationis hujusce turpitudinem ex lumine naturæ, noxiamque esse quam maximè Reipubl. scilicet hoc est, in utrumq; latus claudicare, 1. Reg. 18, 21. Cui opponitur, non moveri instar parvulorum fluctuantium, Ephes 4, 14. ὀρθοποδεῖν rectè incedere, Gal. 2, 14. Martin. Delrio adagio 204. Belli (ait) Politici qui ratione status, ut loquuntur, cuivis religioni sese accommodant, ideò etiam fas & nefas nullo habent discrimine, bonos deprimũt: malos attollunt, corvis veniam dant, columbas divexant, ignibus aquas jungere, luci tenebras maritare, Christum cum Belial fœdere jungere conantur; Hæc ille. §. 2. Illis subjungit Dubitantios, qui nihil certi habent in fide, & Polypos, qvemvis colorem induentes, nunqvam bonâ fide agentes, aliud loquentes, aliud sentientes, deniq; seditiosos & factiones in Republica foventes &c. Confer tractatum D. Wigandi de arguendis falsis dogmatibus & Doctoribus, anno 1580. form. 8. §. 3.

NICODEMUS.

§. 1. Quidam ab Hebræo נקי innocens, & דם sanguis, quasi sanguis innocens; simplex omnino Nicodemus erat & ingenuus. Alii à Græco νικάω vinco, & δῆμος populus: certè pravam Judæorum nationem vicit fide Nicodemus, eâque relictâ ad Christum venit noctu, Joh. 3. Occasionem cum Christo colloquendi prensavit, audiens Johannem hæc verba facientem: Appropinquavit regnum Dei, Mat. 3. *Princeps* Judæorum dicitur, vel 1. ob familiæ suæ principatum. 2. Nobilitatem & divitias,

quibus reliquis præcellebat. 3. Regimen in populo, ut putat Tostatus quæstion. 6. 7. in 2. Chron. 5. 4. E secta Pharisæorum, quæ summæ erat auctoritatis, Joseph. lib. 13. cap. 23. Antiquit.

§. 2. Exemplum ejus noctu venientis, est (α) cautionis, non imitationis: nam Christum confiteri fas est. Matth. 10, 32. 33. Confer Bedam, Chrysost. Theophylact. Tertull. lib. ad Scapul. cap. 1. Hieronym. epist. ad Pammach. de errore Johann. Jerosolymit. (β) Claudicationis: Cyrill. lib. 2. cap. 38. in Johan. Utroque poplite laboravit, imperfecta charitate & fide. (γ) Conservationis Ecclesiæ, nam & in medio falsorum doctorum conservatus fuit. Cur noctu adierit Dominum? 1. Ob pudorem; puduit eum discere, Cyrill. lib. 2. c. 38. in Joh. qui videretur tot annis habuisse clavem scientiæ. 2. Timorem, ne fieret ἀποσυνάγωγος suo honori. 3. Silentium & solitudinem, ut firmius addisceret viam salutis; reliqui Pharisæi non venerunt ob ambitionem, ob avaritiam. Diei minister postea factus est Joh. 19, 39. apertè Christum professus, in die ambulans, opera tenebrarum abjiciens Rom. 13. Joh. 50, 51. quibus antea indulserat propter opes, authoritatem & gratiam apud homines conservanda.

NICOLAITÆ.

Apoc. 2, 6. 15. nomen sectæ; sic dicti à Nicolao Antiocheno & proselyto origine, officio verò Diacono Actor. 6, 5. Ob pulchritudinem relictam uxorem omnibus prostituit, serpsit inde promiscuus uxorum usus: Vide Clementem Alexandrinum lib. 3. Stromat. Epiphanium hæref. 25. tom. 2. lib. 1. Ignatium epist. ad Trall. Hieronymum in epist. de Fabiano lapso: eundem ad Ctesiphont. Rupert. Abbat. Tuitiensem in Apoc. & Haymonem ibid. Irenæum lib. 1. c. 27. Jus Canon. c. 32. q. c. quos DEUS. Philastr. de hæref. Tertull. lib. de præscript. Niceph. lib. 3. cap. 15. Dorotheus in Synopsi affirmat, Nicolaum insuper à vera fide defecisse. Docuerunt etiam Nicolaitæ, licitum esse idolothyta edere, teste Eusebio l. 3. c. 26, aliosque superstitionum gentilium ritus imitari. Augustin. cap. 5. de hæref. ad Quodvult. DEUM. Sunt tamen, qui Nicolaum excusantes; sectatores potius ejus accusent. Cæterum Thom. de Aquin. in c. 2. Apoc. p. 45. edit. Florent. an. 1549. glossa est docentis: Nicolaum ad mulierem suam rediisse, atq; ob id ab Apostolis rejectum esse; ipsum igitur Nicolaum indignabundum, uxorum promiscuum usum approbasse ac docuisse; sed nullo id probat testimonio.

NIDUS, NIDULOR.

§. 1. 1. Propriè de *Nido* avium dicitur, *Ps.* 84, 4. ubi deplorat miseram conditionem vitæ suæ, asserens, avibus & passeribus liberiorem esse accessum ad Dei templum, quàm sibi, in exilio constituto, ac templo Dei extorri: ut Ps. 42, 3. Matth. 8, 20. Documentum paupertatis à Christo pro nobis susceptæ, 2. Cor. 8, 8. Luc. 8, 10. Ps. 104, 17. Monitorium divinæ providentiæ, quæ magna erga aves; major erga nos Matth. 6. v. 26. 27.

2. Accipitur pro *Habitatione*, munitâ arce, Num. 24. 21. Job. 39, 30. Obad. 4. Habac. 2, 9. quæ nihil prosunt iis, qui DEUM habent infensum. Vana igitur in illis est hominum fiducia. Amos. 9, 3.

3. *Lucro & prædâ exoptatâ* Esa. 10, 14. de qua intoleranter gloriatus fuerat Assyriæ Tyrannus, quem ibi Dominus compescuit. Argumentum vanæ hominum arrogantiæ, quæ Dei iram provocat.

4. *Habitatione* pacificâ & tutâ Ezech. 31, 6. Sed non semper, quia priusquam Jerusalem urbs Domini devastata est, Babylonii Assyrios depopulati sunt. Non igitur confidamus in potentia populorum. Præstat in solo Deo confidere Ps. 118, 9. & 146, 3. Jer. 17, 5. 6.

Nidum congerere & non excludere ova,

§. 2. Jerem. 17, 11. ii dicuntur, qui sua spe & consiliis frustrantur, opibus confisi, avaritiâ & cupiditate divitiarum excœcati, 1. Tim. 6, 6. 7. Psal. 49. v. ult. Sic epulo ille Luc. 16. nidum congessit: perpete miseriâ mactatus.

Nidus demissus

Significat Moabitarum spoliationem, Esa. 16, 2. Argumentum iræ divinæ. In nido mori, id est, tranquillè inter suos liberos mori, Job. 29, 18.

Nidus malorum.

§. 3. Est hic mundus 1. impurus. 2. instabilis. 3. fœtidus. 4. rapinis plenus. 5. per superbiam altus. 6. ædificatus in delitiis, quæ transeunt, 1. Joh. 2, 15. 16. divitiis, quæ pereunt, Sophon. 1, 18. Psal. 40, 11. 1. Tim. 6. 7. honoribus, qui evanescunt, Psal. 49. v. ult. Alleg. Jerem. 46. v. 16.

Bonorum.

Ecclesia. Arca vera cœlestis Noachi, Gen. 6, 14. quæ nostri niduli: cœlestis patria, Philip. 4. Avolemus hinc, dicamus cum Monica.

NIGER. NIGREDO.

I. *Sponsæ*, Cantic. 1, 5. Nigra sum (sponsa Christi) nigra utique. (1) Ob *æstum crucis*, ex quo nigredinem contrahit. 1. Pet. 4, 12. (2) *Judicium mundi*, cui nigra videtur Christi Ecclesia, & ejus verbum stultitia, 1. Cor. 1, 18. cap. 4, 9. & ministri stulti, Actor. 26, 24. (3) *Tribulationum* cumulum, Esa. 54, 11. (4) *Christi exemplum*, quem imitatur patiendo Ecclesia, qui & despectus fuit, Esa. 53, 2. 3. Etsi hominum esset formosissimus. Psalm. 45, 3. Sic quoque Ecclesia nigra, deformis, Zephan. 3. vers. 12.

II. *Facierum humanarum*: quæ est index calamitatum, famis, &c. Thren. 4, 8.

III. *Equorum*, Zach. 6. v. 2. 6. Apoc. 6, 5. 12. qui notant regnum Medorum & Persarum, quod graviter afflixerat Judæos, quodque in Chaldæis insignem stragem ediderat,

& luctum illis importaverat. In Apocal. notant hi equi falsos prædicatores & Doctores:

1. Quia tenebras amant errorum.
2. In tenebris vitiorum ambulant.
3. In tenebras summas homines detrudunt: Matth.23. Facitis Filium Gehennæ.
4. Tenebricosas doctrinas proponunt, nihil solatii, nihil lucis continentes.

NIHIL.

§.1. Nihil *Negativum*, hoc est, quod planè non fuit, quod dicit negationem omnis entis. Vide Marsil. Ficin. in Plat. Parmen. cap. 42. & confer Hutterum in loco de creatione, quæst. 2. Sic ex nihilo hæc omnia creata sunt. Nihil erat enim planè ante, quam Deus omnia crearet, Genes. 1. v. 1. Psal.33. v.9. Roman. 4. v. 17. Hebr. 11. v. 3. de quo tit. *Creatio*.

Privativum, vel nihil per *Indispositionem*, cum res existit, ea tamen planè indisposita est. Sic omnia corpora ex nihilo producta sunt. Vide Augustinum, lib. 1. cap. 6. de Genes. contra Manichæos. Et sic res universæ ex nihilo negativo productæ sunt immediatè: Mediatè ex nihilo privativo, hoc est, indispositâ illâ materiâ, planè informi, quæ à DEO creata fuit, Sapient. 11. vers. 18. Igitur materia æterna non fuit, ut olim somniarunt multi veterum, quos refutat Tertullianus, cap. 27. contra Hermog.

NIHIL est: significat quoque, nihil rem efficere posse: ut circumcisio nihil est. 1. Corinth. 7. v. 19. Idolum nihil est. 1. Corinth. 8. v. 4.

NULLIUS pretii esse. 1. Corinth. 13. v. 2. nihil sum, vers. 3. explicatur, nihil mihi proderit.

Vanum & vitio esse, Gal. 6, 3. cum nihil sit. Idola quoque nihil dicuntur, Esa. 59, 4. confidunt in nihil.

In summa, varius est vocis hujus usus in Sacris literis è circumstantia locorum discerminandus. Vide Flacium part. 1. Clav. hac V. Nihil p. 35. Bonavent. 2. sentent. distinct. 1. quæst. 1.

Homo ut nihil sit?

§.2. 1. Ratione *Substantiæ* suæ, quia respectu DEI nihil est: vanitas, umbra, pulvis, Homo.

2. *Bonorum*, quia nulla habet, nisi quæ DEUS dedit: 1. Corinth. 4. v. 7. Quid habes homo &c.

3. *Consiliorum*, quæ nihil sunt, nisi ea Deus secundet. Jerem. 10. v. 23. Scio Domine. Prov. 16, 1. 9.

4. *Scopi*, tendit enim homo ad nihilum, nihilum meditatur. Eccles. 1, 2.

5. *Sepulchri*, in quo fit nihil: Cinis, pulvis Sirac. 19. v. 10.

Expertus mundi vanas res esse, nihilque,
Hic quoq; nunc jaceo pulvis & umbra nihil:
Sed qui de nihilo cœlum terramq; creavit,
Me cum carne mea non finet esse nihil.

Cecinit non nemo.

6. *Experientiæ*, homo enim experitur, res mundi nihil esse.

Omnia vana, nihil, præter amare Deum.

7. *Gloriationis*, quia omnis gloriatio nihil est. Confer tit. *Gloriatio*, & Thomam de Kempis lib. 3. cap. 41. de imitatione CHRISTI.

NILUS.

Fluvius: de ejus natura & incremento scripsit Johannes Baptista Scortia Lugduni Anno 1617. form. 8. Dicitur flumen Mizraim, Genes. 15. v. 8. Num. 34. Jos. 13. v. 2. juxta quosdam, quibus non astipulantur alii. De caussis exundationis doctè agit Fromondus Libertus pag. 291. 292. Meteorolog. Confer Johann. Funger. in Etymolog. Lat. Gr. Fewardent. in lib. 2. cap. 47. Irenæi.

NIMBUS. *Vid. Pluvia.*

NINIVE.

§.1. *Urbs* in Asiæ regione Adiabena, Ninum Ptolemæus appellat, & ni fallor, Strabo libr. 26. Geographicor. Ammianus Genes. 10. vers. 11. Esa. 37. v. 37. Jon. 1. v. 2. cap. 3. v. 3. Nahum. 1. v. 1. cap. 2. v. 8. cap. 3. v. 7. Matth. 12, 41. Luc. 11, 30. 32.

Dicitur, vel à Nino conditore Genes. 10, 11. Xenophon de æquivocis. Oros. Plutarchus. Vel à נוה habitavit, quod fuerit benè habitata & populosa. Sub Nino natus est Abraham.

Magnitudo Jon. 3, 3. (Hieronymus vertit spatiosam) iter trium dierum spatio absolvi potuit. Disputant interpretes an de Urbis ambitu, an de diametro solùm verba exponenda sint. Simplex est litera. Et confirmant nos ea, quæ de magnitudine aliarum urbium scripta extant. Vid. tit. *Urbs*. In amplexu turribus mille & quadringentis instructa fuit.

Mœnia habuit pedes 100. alta & totidem lata.

§.2. *Eversio*: ducentis post Jonæ prædicationem annis & ipsa eversa est à Cyaxare proavo Cyri, circa tempora captivitatis Babylonicæ. Eusebius, Herodot. lib. 1. Juxta prædicationem Nahum. cap. 2. v. 8. alii Autores addunt aliam urbem Ninoën in Caria sitam juxta Suidam & Stephanum à Pelasgis ædificatam.

NIX.

§.1. Propriè dicta à DEO immittitur. Job. 37, 6. Psal. 146, 6.

§.2. Monet nos de *DEI providentia*. Hic enim dat nivem, sicut lanam. Psalm. 147. v. 16. (lanæ namque similis est candore, densitate, mollitie, calore. Theodoret. in hunc Psal.)

Esa.

Esa. 55. v. 10. ut calor terræ contegatur, exspirationes terræ cohibeantur, intusque repellantur, velut & ad radices seminum mittantur, (Vid. Plinius libro 27. cap. 12.) & aër quodammodo serenetur, frigus in aëre constipatum solvatur, terra fœcundetur. *Diaboli ferociâ:* ut enim tempore nivis Leones sunt frigidiores, ferocissimi, 1. Chron. 21. v. 22. 2. Sam. 23, 20. Sic Diabolus maximè ferocit ultimo tempore, quo refrigescit charitas Matth. cap. 21. Apocal. 12. Venator tempore nivis feras insectatur: sic tempore crucis animas venatur Satan, Luc. 22. Satan expetivit vos cribrare. Apocal. 12. Væ qui in terra habitant. *Verbi divini operatione.* Vide Promptuar. Allegor. cap. 1. *Peccati atrocitate.* Ut enim Lepra niveum colorem refert: sic peccatum, 2. Reg. 5. vers. 26. Sicut Nix caro Naamani. Nec lavatur illa impuritas aquis niveis Job. 9. v. 20. Confer Exod. 4. v. 6. Num. 12. v. 10. *Justificationis effectu,* qui est absolvi, & supra nivem dealbari, Psalm. 51. Esa. 1. *Nuntii bonitate.* Proverb. 26. sicut nix &c. *Oblivione humana* Jerem. 18. ut enim nix facile dissipatur; sic verbum DEI cordibus hominum non difficulter exuit. *Vanitate:* Vide Job. 37. vers. 6. c. 38, 22. *Glorificatione:* ad eam adumbrandum non semel albæ vestes apparuerunt. Vide Matth. 17, 2. cap. 28, 3. Marc. 9, 3. Apocal. 1, 14. *Humanæ justitiæ vanitate:* sicut enim niveus mons facile liquescit sole oriente: sic justitia humana in die judicii, quantumvis pomposa videatur, tamen coram DEO subsistere non potest. Est & alius nivis usus resolutæ, nempe ad morbos calidiores & potum vini temperandum, Plinius lib. 19. cap. 4. histor. Natural. Lamprid. in vita Heliogabali. Galenus 4. Comm.

NOBILITAS.

§. 1. Nobilis, quasi ignobilis, clarus famâ, nominis splendore. Apud Romanos Nobiles erant, qui potestatem & jus ponendi imagines habebant. Vid. M. Martin. Lexic. Etymolog. V. Nobilis. Græci vocant ἔνδοξον, εὐγενῆ, ἐπίσημον. Aristot. 2. Rhetor. Nobilitatem dicit Majorum claritatem, progeniarum honorabilitatem, cum virtute & divitiis conjunctam. 4. Politicor. Boëthius laudem de meritis parentum. Confer Gersonem part. 3. sermone de Nativitate Mariæ.

Variè accipitur.

§. 2. I. *Pro Nobilitate spirituali*, quæ est in anima, quæ DEO credit, DEO in justitia servit, peccato verò serva non est. Hieron. Epist. ad Celan. Confer Senec. Epist. 47. Fundatur ea in CHRISTO, qui DEI filios nos fecit. Johann. 1. v. 11. Galat. 3. v. 26. Nobilium verò animarum spiritualia hæcce sunt officia: (1) uti *libertate* filiorum. Galat. 5, 1. (2) *non subjici* servitio vitiorum. Rom. 6, 12. Johann. 8. v. 39, 41.

(3.) *Largiri* liberaliter Luc. 6. Date & dabitur vobis.

(4) *Fortitudinem* in bello amare; sic fortes simus contra Diabolum, Ephes. 6. vers. 10. Esa. 30. vers. 15. In silentio & spe fortitudo vestra.

II. *Animo generoso* ad virtutem nato (dicitur nobilitas naturalis P. Berchorio & dispositio, quâ quis ad generositatem vitæ inclinat.)

III. Gregorius Nazianzenus Orat. 18. *Triplicem* facit nobilitatem.

1. *Creationis*, omnes namque ad Dei imaginem conditi sumus.
2. *Generis.*
3. *Virtutis.*

IV. Denique accipitur pro Nobilitate temporali & dignitate prærogativâ à Principe vel Rege concessa, quæ si cum pietate conjuncta non sit, est sordida Nobilitas, Ezech. 22, 5. sordida, nobilis.

V. Nobilitate *æternæ vitæ* Apocal. cap. 1. v. 5. Fecit nos Reges DEO Salvator DEUS noster.

Origo Nobilitatis.

§. 3. Ad tyrannidem refert Berchor. magis ad virtutem referenda est. Reiner. Reineccius de Nobilitate; quorsum spectat Ciceronis cum Appio disputatio libro tertio Epist. illo ex virtute, hoc ex genere (τῇ εὐγενείᾳ) virtutis originem derivante. Hanc verò Cicero rejiciebat, quod ex εὐγενείᾳ turpissimi tamen existerent. Huc spectant Heroici animorum impetus, qui sese exerunt in ingeniis hominum, ut Cyro, Alexandro M. Alphonso Rege Arragoniæ.

Ejus Signa.

Olim erat annulus: vid. Livium. Privilegia nobilium. Vid. Tiraquell. de Nobilit. *Non ponenda in otio & armis*, quod facere Japonii perhibentur, sed in studio virtutum.

Nobilium Posteri.

§. 4. Virtuti studeant, ut nobiles maneant, nec malitia (ut loquitur Ambrosius in Psalm. 36.) in posteros transferatur. Si secus, rivuli erunt è puro & salutari fonte spurcitie pleni, corrupti, contaminati. *Graculus* Æsopicus, aliarum avium plumis ornatus, iis exutus, risum movebat omnibus. *Densæ* tenebræ majorum cœlum, suorum virtutibus olim coruscans, obfuscantes & splendorem exstinguentes. *Majorum* ædes inhabitantes & templum virtutis incolentes, idem tamen non ipsimet ornantes & amplificantes. Poggius Florentin. libro de Nobilitat. *Equi ornati* quidem, sed generosa mente non præditi. *Lampyrides* in nocte vitiorum solùm splendentes, obscuri in luce virtutum, quibus alii micant. *Argentum splendens*, sed versum in scoriam Esa. 1, 22.

Illustres videri volunt, sine luce, albi sine albedine, fortes sine fortitudine. Fiunt filii

Æthiopum Amos 9. v.7. Principes Sodomorum. Esa.1, 10. Cananæi, Amorrhæi, Ezech. 16. v.3. nomine tantum Judæi (Christiani) Rom. 2, 28. 29.

Nobilitas animæ melior quàm generis.

§. 5. 1. Ratione *suæ naturæ*. Illa enim est spiritualis & simplex in Christo Joh. 1. *non ex sanguinibus* Eph. 3. v. 14. *ex Deo omnis paternitas*. Corpus ignobilius: ejus igitur ignobilior nobilitas.

2. *Subjecti*. Est in anima. Hæc verò in externo respectu. Anima verò spiritualiter est subjectum.

3. *Effecti*. Animæ nobilitas omnes Deo similes reddit, non sic temporalis.

4. *Durationis* adjunctæ: Durat, sed illa mundi nobilitas est corporalis & umbratilis.

5. *Latitudinis*. Spiritualis nobilitas efficit, ut divitiis Dei perfruamur semper. Rom. 10. *Dives in omnes, qui invocant illum*. At temporales divitiæ Nobilium fugaces.

6. *Intimæ Dei dilectionis*. Esa. 56, 6. nam diligit Deus nobiles fide. Filius advenæ, qui adhæret Domino, &c. Ezech. 18. Filius non faciens.

Virtutes verè Nobiles ornantes

§. 6. Sunt 1. *Sapientia & prudentia*. Ejusmodi nobilis Salomo fuit, à Deo sapientiam petens. 1. Reg. 3.

2. *Fidelitas* erga Deum & homines, juxta baptismi votum.

3. *Humilitas* & obedientia. Nobilis Maria eadem & humilis.

4. *Excellentia* in omni virtute. Vid. Gregor. Nazianzenum Orat. 18. Distinct. 40. *Illud autem animadvertere, quod extra Paradisum vir factus est, intra Paradisum mulier, ut advertas, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute unusquisque sibi gratiam comparat. Denique extra Paradisum, hoc est, inferiori loco Vir factus melior invenitur; & illa, quæ in meliori, hoc est, in Paradiso facta est, inferior invenitur*. Hæc ille.

Et rectè quidam: Nobilis ille mihi, quem sua nobilitat. Virtus. Confer Meiger. lib. 3. c. 25. in Nucl.

Multi non Genere, sed Virtute Nobiles.

§. 7. David Pastor Rex factus est 1. Sam. cap. 16. Vergilii pater figulus vel operarius fuit. Pythagoræ pater Nexardius sculptor annularius fuit. Primislaus Boëmorum Rex rusticum patrem agnovit. Johannis XXII. Pontificis pater cerdo fuit. Sixti IV. pater nauclerus. Vid. supra *Natalia*. Jephte non admodum claris ortus natalibus, virtute præstitit, quod deerat generi Judic. 11. Hebr. 11. vers. 33.

Non Gloriandum de Nobilitate.

§. 8. 1. *Ob communem omnium hominum originem* ex Adam & Eva Malach. 2, 10. Nunquid non, &c. Job. 31, 15. *Nunquid non in utero fecit me, qui & illum?*

2. *Ob dignitatis mutabilitatem*. Nam de Regibus quoque pauperes nati sunt, pristinæ nobilitatis coram mundo minus capaces: v.g. Joseph è tribu David & Maria orti, ille faber, hæc Dei Mater fuit. Possunt enim nonnunquam excidere honore nobilitatis.

3. *Ob generationem ignobilium* & vilium hominum è Nobilibus parentibus. Scipionis Africani filius turpissimus extitit. Vid. Valer. Max. lib. 2. cap. ult. Ciceronis filius ob ebrietatem & bibacitatem tricongius dictus. Adi Hieron. Wolfium Comment. in 1. Offic. Ciceron.

4. *Ob Christi humilitatem*, qui licet nobilissimus ipse Dei filius, tamen se humiliavit. Matth. 11. Philipp. 2. Bernhardus ad Eugenium. *Genus Apostolorum non aliunde nobile est, quàm morum ingenuitate & fidei fortitudine*.

Benè Salustius alicubi. *Inertissimi sunt nobiles illi, in quibus, sicut in statua præter nomen, nihil est additamenti*.

Nobiles pauci vocati.

§. 9. Non 1. Dei invidiâ, sed

2. Propria eorum culpâ; pulchrè.

3. Salvator Matth. 11. Pauperibus Evangelium annunciatur. Esa. 61. Luc. 4. Irenæus lib. 2. cap. 34. *Neque Herodes, neque summi Sacerdotes, nec primi qui præerant, neque clari de populo accurrerunt ei (Christo) sed à contrario, qui erant in viis mendici sedentes, surdi & cœci, &c.* Hæc ille.

4. Idem significat Dominus illâ apud Lucam parabolâ c. 14, 23. de invitatis ad cœnam cœcis, claudis.

5. Multa quoque sapientibus & nobilibus inesse solent vitia, ut verbum DEI despicatui habeant. Vid. Chrysost. in 1. Cor. 1. v. 26. de arrogantiâ nobilium.

Denique nobilitas summum bonum non est, de quo intolerantissimè persæpè gloriantur, cum (ut ait Seneca lib. 3. cap. 28. de benefic.) eadem omnibus principia, eademque Origo. Nemo altero nobilior, nisi cui rectiùs ingenium & artibus bonis aptius. Confer Hieronym. Osor. Tract. de Christ. Nobilitat.

NOCEO. NOCET.

Quis Noceat?

§. 1. *Nemo piis nocere potest*; 1. Pet. 3, 13. id ita intelligendum

1. Ratione *Animæ*, quam nequeunt Tyranni tollere Matth. cap. 10. Psalm. 56. v. 12. & 27. v. 1.

2. *Conscientiæ*, quam non possunt cogere, 2. Cor. 1. Ps. 73, 2.

3. *Justæ causæ*, quam nequeunt obscurare Psal. 37, 6. Mich. 7, 9.

Nec lethalia pocula: Marc. 16, 18. Sic hæc Johannem non læserunt: Abdiæ historia. Origenes lib. 8. contra Celsum laudat Socratis dictum de suis accusatoribus, nempe Anyto & Melito: Anytus (inquit Socrates) & Melitus occidere me possunt. Cicero lib. 1. Tusculan. quæstion. memorat ex Platone, eundem Socratem apud judices dixisse: *nil quicquam mali sive vivo, sive mortuo, bono viro accidere posse.* Chrysost. Orat. 2. in titulo hæc ponit verba: *Qui seipsum injuriâ non afficit, à nemine lædi potest.* Justin. Martyr post initium Apologiæ secundæ ad Imperatores, S. P. Q. Roman. ita alloquitur: *Interficere quidem potestis, non autem lædere.*

Vilissima tamen quæque lædere possunt, si permittat Dominus: videl. Mures, Formicæ olim urbem Contenebram, ad Volsiensem lacum sitam, deleverunt. Teste Annio in quæst. de Tuscia. Crabrones hostes Israëlitarum divexantes: Exod. 23, 28. Deuteron. 7. v. 20. Jos. 24. v. 12. Vespæ Sapient. 12, 8. Pharsalitas terrâ suâ expulerunt, Ælianus libro 1. cap. 8. v. 58. de Institut. Animal. Exercitum Regis Persarum dissiparunt, Theodoret. lib. 2. cap. 30. Ecclesiast. historic. Gallos ab expugnatione urbis Gerundiæ in Hispania dimoverunt. Pulices, Muscæ, Cyniphes in Ægypto. Erucæ Amos. 4, 9. Joël. 1. v. 4. Vid. Lutherum Tom. 4. Jenens. fol. 766. b. in cap. 1. Joëlis. Anno 1590. Basileæ & in vicinis locis culices apparuerunt. Francisc. de Rosiers Lotharingiæ princeps à Vespa ictus interiit. Adi Zwinger. Theat. vol. 7. lib. 3. folio 1842. Confer Tit. Excommunicatio: hæc si injusta, non nocet.

Nulli verò noceas. Quod enim tibi non vis fieri, alteri ne feceris: Voce Alexandri Severi Imperatoris. Vide Ælium Lampridium in vita ejus cap. 51. Rectius Monit. Salvatoris, Matth. 7. v. 12. Conf. Obad. Prophet. v. 15. Huc pertinet. l. 1. ff. quod quisque juris &c.

NOE.

§. 1. Præco justitiæ, fidelis. 2. Petr. 2. v. 5. notat nominetenus consolatorem: Hinc Lamech Genes. 5. v. 29. hic nos consolabitur &c.

At verus consolator noster est JESUS, verus consolator Spiritus Sanctus, Johan. 15. Aquæ ejus notant diluvium Esa. 54.

§. 2. ARCA ejus fuit *Ecclesiæ* typus. Vide Ecclesia.

Baptismi, qui bonæ conscientiæ est fœdus 1. Pet. 3, 21. cum Deo nostro.

Materia arcæ, ligna lævigata, dolata, Cedrina, ut volunt Rabbini. *Forma* non fuit instar navigii, sed cistæ. Vid. Augustinus lib. 15. cap. 27. de civitate Dei. *Partes*, Nidi, stabula diversa. Genes. 6. vers. 14. *Subjecta* animantia omnis generis. d. l. Genes. *Tempora* illius plena delitiis, securitate, Matth. 24. vers. 38.

Absconditam esse arcam à Jeremia, usque ad extremum diem, tradit Lopez. Vid. Templum num. 17. 18. in dapibus sed ἄνευ γραφῆς. *Quantitatem illius* & dimensionem accuratè ostendit Buteo insignis Mathematicus, teste Mornæo p. 503. de Veritat. Relig. Christ.

Solus in gratia fidei apud DEUM cum suis Genes. 6. v. 8. nam DEO suo verâ fide adhæsit. Hebr. 11. v. 7. & mandata Domini vitæ innocentiâ expressit: hæc gratia DEI ipsum sanctificavit & beavit.

Columba ad eum reversa Genes. 8, 8. Vid. Columba. Monet nos

1. De pœnitentia, per quam revertimur ad DEUM.
2. De fugiendis mundi sordibus.
3. De desideranda cœlesti patriâ. Vid. Drexel. Tract. 14. c. 17.

Quid in arca fecerit? Totius anni & septendecim dierum spatio occupatus fuit in pietate, oratione, animantium pastu. Adi Chrysostomum homil. 25. in cap. septimum Genes.

§. 3. Historiam servati Noë posteri *Gentiles* in fabulam commutarunt Satanæ astu ac persuasione, fingentes Deucalionem, Regem Thessaliæ, unà cum Pyrrhâ Regina servatum in apice montis Parnassi, beneficio arcæ, illumque emisisse columbam, cessantium aquarum indicem. Plutarch. lib. de industria animalium. Vid. Ovid. lib. 1. Metamorph. & Georgium Sabinum in eund. Horatium lib. 1. Odarum. At ex Luciani libello de Dea Syria, illum loqui de diluvio universali tempore Noæ mundum perdente.

Exitus Noæ ex arca significat

1. DEUM tandem suos liberare è periculis.
2. In die judicii nos egressuros esse à sepulchris, in quæ nos mors demerserat, cœlum, patriam veram, ingressuros.

Noë fenestra in arca cœlum versus rectâq; spectabat, non erat in latere arcæ, ne terreretur copiâ aquarum, ruina urbium, interitu hominum. Sic in calamitatibus mens unicè & spes in cœlo, Deo nostro, fixa sit.

NOMEN.

§. 1. Vox ambigua. Accipitur

1. Pro *Nomine*, quo res significatur quæq; pro communi significatu.
2. *Persona*. Apoc. 3, 4. Habes pauca nomina: conf. c. 11, 13.
3. *Gloria*, sive DEI, sive hominis. Psal. 48. vers. 11.
4. Nomine impositionis vid. JESUS. tit. Christus supra Matth. 1, 21. 23.
5. Nomine officii. Vid. Immanuel. Esa. 7, 14. cap. 8, 10.
6. Nomine naturæ in persona Christi. Vide DEUS, homo: illa Deitas, hac humanitas significatur.

§. 2. 7. Nomen DEI quinque modis accipi, docent Theologi (α) ὁσιωδῶς Esa. 30, 27.

Ecce nomen Domini venit, &c. cap. 35. v. 4. (β) ἐνεργητικῶς pro facere Dei Pſ. 118, 10. 11. 12. Dextera Domini exaltata, &c. (γ) προστακτικῶς pro mandato Dei 1. Sam. 17, 45. in nomine Domini venio, &c. (δ) σκεπτικῶς pro cultu Dei Matth. 18, 20. cap 28, 19. & verâ DEI agnitione. Pſal. 22. v. 23. Prædicabo nomen tuum. (ε) ὀνομαστικῶς, pro nomine Dei mirabili Judic. 13, 18. & eſt Jehovah Exod. 3, 15. ſive Nomen DEI (1) Pro ipſo Deo Pſalm. 20. v. 8. Eſa. 26, 13. Eſa. 18, 7. (2) Pro cognitione Dei Joh. 17. v. 11. 12. certa, immobili: ne animi vagentur incerti, ut Hecuba apud Euripid. ait: invoco te Deus, ſive hoc cœlum, ſive mens, quæ vehitur in cœlo. Hoc nomen cognitionis Dei ſolatii plenum eſt. Pſal. 54, 7. & 53, 10. Eſt hoc nomen in domo Dei 2. Chron. 20, 9. (3) Pro honore & cultû Dei. Matth. 6. Sanctificetur nomen tuum, id eſt honor tuus pro cultu & vitâ piâ agnoſcatur. Nomen pro Fama. Vid. Fama.

Officia circa Dei nomen.

§. 3. In vanum non ſumendum, ſed *ſanctificandum*. Exod. 20, 7. Deuteron. 5, 11. & celebrandum, ut DEUS per verbum inclareſcat. Pſal. 138, 2. Conf. Exod. 20, 24. 2. Chron. 6, 20. & 5. nec in eo falſo *jurandum*. Levit. 19, 12. aut delinquendum. Prov. 30, 8. 9. Non irridendum. 1. Chron. 16, 29. Michal filia Saulis Davidem irridens nomen Domini in arca celebrantem. Dan. 5, 4. Concubinæ Belſazaris. Soph. 2, 8. opprobrium Moab. Additur pœna, devaſtatio, v. g. d. l. Moab erit ſicut Sodom &c. *Non conſpurcandum* vitâ ſcandaloſâ. 2. Sam. 12, 14. ſordere feciſti (pœna mors filii:) idololatriâ 2. Reg. 13, 17. 2. Chron. 21. v. 11. Deuteron. 13. Incitare alios ad idololatriam. *Sanctificandum* vita pia. Rom. 2, 24. Vid. Auguſtinus tom. 8. colum. 1171. a. b. Omnia in eo incipienda, Judith. 8, 25. Coloſſ. 3. *Laudandum* Pſal. 72. v. 19. Pſal. 76. v. 2. Pſal. 69. v. 32. Vid. *Gratitudo*, ut nobis ſit propinquum. Pſal. 75, 1. *Honorandum* Pſal. 115. v. 1. Pſal. 145, 21. Pſalm. 148, 13. Nomina Deorum ſuorum chartæ inſcripta non patiuntur Turcæ humi jacere & pedibus conculcari. Quantò minus nomen Dei malè ſumendum vel blaſphemandum. In eo *confidendum* Prov. 18. nomen Domini arx. Luc. 5. v. 5. *in tuo nomine laxabo rete*. Confugiendum ad hoc Dei nomen Pſal. 79. verſ. 9. 1. Sam. 17. David, *venio ad te in nomine Jehova*. Miles ſine armis caſtris non egreditur; nomen JESU tua arma & loricæ ſint, ſine his neque ingredere, neque egredere. Non *blaſphemandum* Eſa. 52, 5. Non *profanandum* Ezech. 20, 8. 9. cap. 36, 20. Malach. 1, 12. Sed *ſanctificandum*

(1) Nominis divini prædicatione & laudatione privatâ, Deuteronom. 4. v. 9. cap. 6, 20. Coloſſ. 3. v. 16.

(2) Invocatione nominis Dei, ſive petitione, ſive gratiarum actione. Phil. 4, 6.

(3) Doctrinæ ſacræ confeſſione. 1. Pet. 3. v. 16. Matth. 10. v. 32.

(4) Juramento; in quo vocatur Dei, ut teſtis, nomen.

Nomen Domini eſt Aſylum peccatorum.

§. 4. Etenim ob nomen ſuum Deus parcit peccatoribus Eſa. 48, 9. cap 62, 6. Pſal. 79, 9. Eſa. 20, 8. 9. gaudium piorum Pſ. 54, 6. Hoc ſolum & unicum eſt peccatorum aſylum Pſ. 25. *Propter nomen tuum Domine*, &c.

NOMEN JESU. V. *Chriſtus*.

§. 1. Illud celebrandum. Olim Iſraëlitæ demerſo Pharaone in mari rubro, nomen Dei ejusq; victricem manum laudibus in cœlum extulerunt. Sap. 10, 15. quantò magis nomen JESU celebrandum, qui in mari rubro ſanguinis Sanam devicit, nosq; liberavit: Eſa. 49, 24. 25. c. 59, 20. Joh. 1, 29. Hebr. 9, 14. 1. Joh. 1, 7.

In nomine Chriſti facere & petere

§. 2. 1. Chriſti merito fide apprehenſo.

2. Mandato Joh. 5, 43.

3. Ordine à Chriſto inſtituto. Matth. 6. quærite *primum* regnum Dei, petere Greg. M. homil. 17. in Evangel. Boleslaus III. Polonorum Rex, auream laminam collo ſuſpenſam geſtavit, cui defuncti patris imago inſculpta erat, ut quicquid faceret, ſemper recordaretur patris ſui, quem velut præſentem videret. Zwinger. Theat. fol. 56. a. ſic nomen Jeſu tui habe in corde.

4. In Chriſti perſona aliquid facere. 1. Corinth. 5, 4. cap. 2, 9.

5. Chriſti operatione & virtute. Marc. 16. verſ. 17.

Multa involvit nomen illud Jeſu.

§. 3. 1. Sanctum Chriſti mandatum Luc. 5. in tuo nomine laxabo, &c.

2. Autoritatem Chriſti Luc. 24. in nomine Chriſti prædicatur, &c.

3. Meritum Chriſti, in quo ſumma & divini nominis gloria.

4. Interceſſionem Chriſti apud Patrem Rom. 8. interpellat, &c.

5. Per ipſum Chriſtum, uti per Jacobum olim veniam petebant fratres Joſephi. Geneſ. cap. 50.

6. Denique petere jubentur diſcipuli, ut à Chriſto miſſi.

7. Gloriam Chriſti. Joh. 17.

Ergò non ob merita, vel per illa, ſive noſtra, ſive aliorum exaudimur, fatente F. Riber. in cap. 16. Johann. p. 376. 377. Petere, (ait) in nomine Chriſti, eſt petere non fiducia noſtrorum meritorum, ſed fiducia meritorum Chriſti, ut avertens oculos Pater à nobis, qui ſæpe in eum peccavimus, reſpiciat in faciem Chriſti ſui, & ejus virtute, meritorumque ejus efficientiâ, det nobis, quod non merebamur *accipere*. Hæc Riber. & pag. ſeq. Non per noſtra *MERITA*.

Nomina filiorum Iſraël inſculpta in pectorali ſacerdotis Exod. 28, 29. ſignificat

1. Summum ſacerdotem noſtrum Jeſum Chriſtum noſtri aſſiduam & perpetuam gerere memoriam, pro nobis interpellare Rom. 8, 34. & advocatum gerere 1. Joh. 2. v. 1.

2. Sa-

2. Sacerdotis & ministri officium, quod est semper suorum recordari auditorum in precibus Philip. 1,4. Eph.3,13.

Nominibus alicujus meminisse Esa. 49. v. 1. Joh. 10. cognoscit oves: Christus sanè pastor ovium nominum nostrorum dememinisse non potest, novit enim oves omnes. Vocari nomine Israël, i.e. recipi in familiam Israëlis & omnium Deum timentium Gal.6. v.ult. Israël DEI appellatur.

§.4. *Nomine vocat DEUS* Esa. 43,1. notatur specialis Dei cura, providentia; sed & hæc phrasis significat

1. DEI notitiam, qui suos novit 2.Tim.2,19.

2. Providentiam & curam, ut jam dixi: ea enim maximè curamus ac nomine vocamus, quæ nobis chara atque accepta sunt.

3. Sicut paterfamilias quemque ex familia proprio nomine vocare novit: sic DEUS, ex quo omnis paternitas Ephes.3,15. novit omnes & singulos qui ipsum diligunt: Joh.21. Domine, tu nosti, quod diligam te, inquit Petrus: Psal. 1,6. novit viam justorum, & domesticorum Eph. 2, 19.

§.5. *Fatalia & miseriæ præsaga* aliquando nomina, Richter. Axiom.IV. Oecumenic. ut sub Dario Hystaspe stabilitum est regnum Persiæ, sed sub Dario ultimo concidit: Philippus Macedonum regnum confirmavit, Philippus ultimus idem dissipavit: Brutus regibus ejectis Rempublicam liberavit. Brutus ejusdem Reipublicæ ruinæ occasionem dedit, interfecto Cæsare.

Contumeliosa nomina: sic Christus dicitur Nazaræus à Judæis per contemtum, sed in gloriam convertit hoc nomen; verè enim surculus fuit, cui nos omnes insiti sumus: Johan. 15. v. 5. fructificans in vitam æternam Apocal. 22. v.2. Samaritanus quoque dictus est, cum verè sit misericors ille Samaritanus Luc. 10. v. 32. 33. Sub prætextu nominis divini multa fiunt, vide Levit. 18, 21. & Lutherum in glossa marginali.

§.6. *Impositio nominum* (1) à Deo originem trahit, qui creaturis à se factis, firmamento, diei, luci, nomina indidit Gen.1,27. & Adamo Gen.3, 9. 20. c.5, 2.

2. Necessaria est ob individuorum distinctionem, ob temporum dignotionem, ob naturarum diversarum significationem, ut Raphanus Græcis dicitur, quod mox à satu facilè appareat ῥαδίως φαίνεται; Sonchus quasi σῶον χῶν, bonum succum fundens.

3. A B. Patriarchis & Sanctis in V. & N.T. frequentata: Lamechus nomen Noæ indidit Genes.5, 29. Gen.16, 11. cap.17, 15. & 19. cap.19, 37. 38. cap.25, 25. cap.30, 24. &c. Luc.1, 60. 61. 62. cap. 2. v. 21.

Quando imposita nomina? Octavo die Judæi infantibus circumcisis nomina imponebant: Græci decimo à nativitate die: Tertio verò à partu die nomina imponi Antoninus Cæsar præscripsit, ut nonnulli volunt: Diem illum nominarunt lustricum & lustrarium Ethnici Romani, Græci τὰ ὀνομαστήρια; vid. Macrob. 1. Saturn. Erat verò lustricus dies puerorum nonus, puellarum octavus, Plutarch. q.111. die 30. nomina infantibus tribuenda præscripsit Marc. Anton. Philosophus, Julius Capitolinus in vita hujus. Sex viris ante nativitatem nomina fuerunt indita, ut Ismaëli Gen. 16,11. Isaaco Gen.17,19. Salomoni 1.Chron.22, 9. Josiæ 3. Reg.13,2. Johanni baptistæ Luc.1,60. Jesu Christo Matth.1, 21. Josepho à Romanis capto Titus Cæsar dedit nomen Flavii; at nobis Christus longè præstantius dedit nomen, nempe filiorum Dei 1.Joh.3,1. Joh.1,11.12. domesticorũ Dei & civium Eph.2,19. & hæredum vitæ æternæ Tit.3,7. Conf. S. Barrad. tom.1. fol. 412. Concord. & D. Stellam in c. 2. Lucæ tractans illa: *vocatum est nomen* ejus &c.

Quo ritu? olim non sine superstitione cereorum accensorum, imposito nomine hujus vel illius sancti; cujus cereus diutius arsit, ejus nomen puero impositum, Chrysost. in c. 4, 1. ad Corinthios. Sed Atlantes populi olim suis infantibus non imponebant nomina D. Laurent. in 1.Sam.25. f.645.

§.7. *Unde desumta?* (1) *à variis rebus*: nempe à natura & qualitatibus; sic Adam animalibus nomina pleraque indidit: (2) *à constitutione corporis & membrorum* singulari affectione v.g. Scævola, Pansa &c. it. à statura; (3) ab astris: Cleopatra Alexandro filio nomen solis indidit, filiæ verò suæ nomen lunæ, Dion. lib. 51. En stultitiam! nemo est, cui præter Christum hoc nomen competat: ille natus verè sol ortus dicitur, sol ille justitiæ Luc. 2. Ecce annuncio vobis gaudium magnum! ille ut natus, Sol plenè ortus est, nulla nobis fuit in tristissima miseriæ nocte trepidatio aut metus. Hinc angelus Luc. 2. nolite timere. (4) ab eventu, sic Adam, Seth, Noa, Joh. 5. à virtutibus vel vitiis; sic Aristides justus dictus ob justitiam: Cajus Marius ob victos Teutones, Cimbros, tertius urbis conditor: Marius junior Martis filius: Alexander M. ob res præclarè gestas, vide Sabell. lib.6. c. 3. Exemplor.

§.8. *Novum nomen* quid sit? Esa.62,2. c.65,15. Apoc.2,17. i.e. quod antea non habebas, naturâ scil. sed gratiâ. Joh.1. dedit eis (credentibus) potestatem filios Dei fieri 1.Joh.3,1. 2. nomen novum, quod Christi sanguine partum: 3. quod eximium est & singulare: quid enim magis eximium dici potest, quàm nomen filii Dei? Jovis filium se jactabat Alexander; vanè, ineptè! nos filii Dei sumus fide Galat.3. omnes sumus filii Dei per fidem in Jesum Christum &c. apud Esaiam loc. priore: verbum est נקב perforare, perforavi tibi nomen, insculpsi nempe in petra; in petra Christo nomen Ecclesiæ sculptum est, in illo ædificata & ad perpetuam memoriam confirmata, Matth. 16. portæ inferorum &c. Novum etiam pro jucundo, ut in Psalmis sæpe, & Matth. 26. bibam illud novum i. e. summa vobiscum lætitiâ conversabor.

§.9. *Vocare nomen super aliquem* i. e. ab aliquo denominari, s. nomen & statum, s. respectum accipere, Chaldæus in illud Ruth.3, 9. (expandere pallium) Vocetur nomen tuum super ancillâ tuâ, h.e. dicar uxor tua; sic Es.4,1. Gen.48. v.16.

v.16. consentiunt quoque plurimi eruditorum Commentatorum : Estius in Genesin: Delrio adag.171. unde ex hoc loco nihil confici potest pro invocatione sanctorum.

Christiani oleo Dei macerandi sunt, h. e. unctionis Spiritus Sancti debent esse participes, si verè eos vis Christianos appellare, nec hos suo nomine abuti, vid. Theoph. Antiochenum lib. 1. ad Autolycum §. Dum me Christianum &c. Nec Ario addicti esse debent: etenim hi non sunt Christiani appellandi, Athanas. fol.135.ab init. lit.A. sed Ariani lit.C. ut & à Marcione Marcionitas fol.136. & fol. 331. a. docet Athanasius, hæreticos ab iis, quibus succedunt, nominandos esse. Verùm sectarii aversantur sua nomina cœtibus indi: sic refert Athanasius tom. 1. fol. 115. B. olim subscriptionem fuisse exactam ab orthodoxis, ut nominis Arianici infamia quiesceret, ut concilium Nicænum obliterarent; Et hodiè plurimi renuunt dici Calviniani, cum tamen Calvinum ducem habeant errorum, qui illos nosque discriminant.

Infantibus pia nomina imponenda: sic patriarchis Seth, Enoch &c. Sunt verò hæc nomina

(1) Obligatoria, his enim DEO obligamur.

(2) Officii nostri monitoria, Deo præstandi, militandi contra Satanam. Bono autem homini si malum nomen imponatur, non nocet, modò factis te bonum ostendas, Augustin. tom. 9. col. 615. a. tract. in epist. Joh. ab init. *Non a.* ideò *Sanctorum* nominibus insigniendi, ut hos infantes sibi adsciscant Patronos: ut olim sub Papatu factum & adhuc hodiè fit: Bucer. in c. 1. Lucæ.

§.10. *Mutata quibus?* nempe Abrahamo, qui posteà Abraham dictus Gen. 17,5. Saræ ibid. v. 15. Esau vocatus est Edom Gen.25,30. Jacob postea dictus est Israël Gen. 32, 28. cap. 35, 10. Mortuis consecratis Lactant. lib. 1. cap. 21. Institut. hinc Romulus post mortem dictus est Quirinus. Nemesis, Leda, vide Livium lib. 1. An mutatio nominis sit licita? Negatur, si fiat in fraudem alterius, vel ex aperta κακοζηλία, vel ex hypocrisi Sabellic. Ennead. 9. libr. Platina in vita Sergii, is cum Os porci gentilitio nomine vocaretur, evectus ad papalem dignitatem, Sergium se dici voluit; Hinc τῆς ὀνοματοποιΐας papalis origo: Monachi quoque abjiciunt in baptismo nomina indita, professi religionem. Paulus II. quosdam Academicos Romanos nomina sua mutantes carceri inclusos graviter afflixit; interim ipse Pontifex nomen immutat suum: Platina testis. Mutare sibi nomen solitæ meretrices, Plautus in Pœnulo. Sed de hac mutatione nominum fusè agunt JCti, Cubach. Brocordic. 37. è l. Pacta §. Si in dand. c. de mutat. nominum. Malitiosa mutatio cum genuinum nomen mutatur ab adversario in adulterinum: ita Cyprianum hostes vituperarunt, vocando eum Coprianum h. e. stercorarium, quod à Gentilismo defecisset, Lactant. lib. 5. Instit. cap. 1. quod elegans ingenium & melioribus rebus aptum ad aniles fabulas contulisset. Conf. Baron. tom. 2. annal. fol. 439. num. 35. Hæretici nomina mutare solent, vid. suo loco tit. Hæretici.

§.11 *Abjecta nomina:* Manlia gens nomen Marci detestata est, quod Marcus Manlius affectati regni convictus pœnas Reipubl. dedisset. Claudia gens, prænomen Lucii, quod ex ea duo Lucii flagitiosi fuissent, abdicavit. Nominis nostri memoriam sepelire conantur hostes Ps. 83, 5. h.e. pios funditus exscindere: sic olim Edomitæ vovebant Psal. 137,7. Ob solum nomen & titulum neminem condemnare debemus, vid. Just. Martyr. Apol. 2. in princip. sic olim Christiani ob solum nomen condemnati, criminum non convicti; pulchrè Tertull. Apol. c. 3. *Nomen detinetur, nomen expugnatur, & ignotam sectam ignotum & autorem vox sola prædamnat, quia nominantur, non quia revincuntur.*

§.12. *Vita conveniat nominibus:* Alexander juveni vitioso, cui nomen Alexandri erat: ô juvenis aut nomen muta, aut mores; benè generi Christiano dixeris: aut nomen, aut mores muta. Verè in illos quadrat Spiritus Sanctus effatum, Apocal. 3, 1. Nomen habes quod vivas & tamen mortuus es, quasi dicat, videris tibi vivere, sed mortuus es, 1. Timoth. 5, 6. larva vitæ est multis, qui Christiani nominantur; sed an vita sit omnibus Christiana, testatur experientia hac ultima mundi fece & senecta, de qua CHRISTUS Matth. 24. 37. 38. 2. Timoth. 3. vers. 1.

Causæ impellentes ad nominis & vitæ congruentiam hæ sunt

1. Nostra in baptismo promissio, quam recepimus, vitam eo statu dignam nos velle degere, ut bonam conscientiam conservemus, 1. Pet. 3, 22. & Satanæ renunciemus.

2. Christi adhortatio, Matth. 5. luceat lux vestra; Christus lux, Christiani filii lucis luceant in medio nationis pravæ Phil. 2, 16.

3. Bonorum operum inculcatio Apostolica Rom. 6, 3. seq. Tit. 2, 10. seq. c. 3, 9.

4. Judicii extremi interminatio Eccles. 12. v. ult. Rom. 2, 6. 7. Act. 17, 30. 31. 1. Cor. 4, 5. 2. Cor. 5, 10. 2. Thess. 1, 6.

5. Sterilis fidei detestatio Jac. 2, 14. 15. fides lux est, sine splendore oper. non est, si vera est:

6. Nostra in pœnitentia & usu cœnæ Dominicæ stipulatio; velle nos vitam corrigere 1. Cor. 11, 28. vid. Luth. in gloss. marg. h. l.

7. Ethnicorum Philosophorum imitatio; hi rejiciebant eos, qui verbis solùm philosophabantur. vid. tit. Opera bona. Ideò

8. Nomen Christiani non gerat, qui impiè vivit. Domitianus Cæsar Metium Pomposianum morti adjudicavit, quod nomen Hannibalis servo suo imposuisset.

§.13. *Occultatio nominum* in edendis scriptis Theologicis est

(1) Ingenuæ confessioni contraria, si enim doctrinam vis confiteri, cur nomen subtices tuum?

(2) Tenebris amica Joh.3. v.20. qui mala facit, odit lucem, Calvinus in h.l. conferatur commentans.

(3) Improbata à Calvinianis: Boquino in aſſertione veri & veteris Chriſtianiſmi cap. 1. Bullingero libro primo contra Polonic. Socinian. anno 1566. edito. Apud Hyperium in cap. 1. ad Coloſſenſ. Hypocritarum eſt, inquit, & malè ſibi conſciorum, cum metuunt offendere, vel cum fallere ſtudent, ac virus errorum in vulgus ſpargere, & cum non ſunt pares ad tuendum ea, quæ proponunt, anonymis libellis & fictis nominibus agere, vel quod peſtilentiſſimum eſt, inſignis cujuspiam viri nomine ſua edere; quemadmodum aliquando edita ſunt pſeudo-Evangelia, nomine Bartholomæi & aliorum ſanctorum &c.

Hæc Hyperius, cui quomodo morem hodie gerant lucifugæ multi ex Calvinianis, in apico poſitum eſt. Zanchius tom. 8. operum epiſt. & præfat. reſponſ. ad cujusdam Ariani libellum ad Joh. Sturm. §. *Quæ igitur.*

Improbata *etiam à Pontificiis*; Alphonſus le Moine, Doctor Sorbonicus diſputat. de dono orandi (edit. Pariſiis form. 4. 1650.) acriter perſtringit adverſarium ſuum, qui nomen ſuum ſubticuerat, aitque Q. ult. præfat. *Auctor vel pudore*, vel timore cohibitus, fidem maluit prodere, quàm ſeipſum; naturalia enim mali, ut eleganter notat Tertullianus Apolog. cap. 1. timor & pudor; & omne malum aut timore aut pudore natura perfudit; quomodo enim venefici niſi furtim ac latenter venenum porrigunt? Quomodo latrones, qui vias obſident, niſi ex proditione & inſidiis in viatores irruunt. Ecce, inquit, Propheta regius, peccatores - - - corde; Quid ergo Doctor incognite quæris obſcurilunium? Et mox: ideòne in me ſic *inſidioſè graſſari debuiſti?* Hæc ille Doctor Sorbon. Nicolaus à JESU Maria in Apologia ſua (Duaci 1632. edit. form. 8.) carpit Anonymum præfat. ad Lectorem † c. qui *contra* perfectionem ſpiritualem ſcripſerat, *quod ſuum nomen occultaſſet.* Improbata à Luthero tom. I. Jen. German. p. 199. b. §. Das heiſt: & Comitiis Imperialibus 1545. quæ decernunt, ne quis anonyma edat ſcripta. Confer C. de famoſis libellis cap.5. quæſt. c. hi qui leg. 13. Digeſt. ad l. Corneliam.

(4) Inimica candori Chriſtiano, quem non pudet nominis in baptiſmo inditi: militiæ ſeſe dedens omninò nomen ſuum profitetur; quantò magis is, qui CHRISTI miles eſſe & dici cupit: huc illud Apoſtoli 2. Timoth. 2. verſ. 3. 4.

(5) Nititur malo fine, nempe (α) ut venenum doctrinæ occultetur: (β) incauti decipiantur: (γ) ipſe ſcriptor innocentes vulneret, veluti, ſi quis tegens ſuam faciem te percutiat: maledictus verò qui proximum clandeſtinò verberat Deuteron. 27, 24. (δ) Dolus occultetur: ſunt enim hi ſcriptores ſimiles latroni ex occulto tela vibranti: (ε) Arguitur quoq; metus & fuga laboris in reſpondendo. (ζ) Pudor, cum ſuæ eos pudeat doctrinæ, F. Junius tom.2. oper. column.6. Præf. §. Duo à te.

(6) Imitatur priſcos Helxaiſaitas, nomina ſua occultantes, corde ſi crederent, ſatis eſſe perhibentes Euſebius lib. 6. cap. 28. hiſtor. Eccleſiæ.

(7) Omnis mali ſpecies fugienda: quantò magis hæc nominis ſuppreſſio.

(8) Stultum eſt contendere velle coram judice, & nomen ſubticere; quantò ſtultius eſt, contendere coram Eccleſia, ſuppreſſo nomine?

Nominari ne quidem in nobis debet fornicatio Epheſ.5,3. vult nos Deus tanto à vitiis intervallo eſſe, ut ne nominentur quidem Hom. 14. in epiſt. ad Heb. Chryſ.

Nomina Gentilium Deaſtrorum repetenda §.14. eſſe & omnes notiones vanas, negat Origenes lib. 1. & 5. contra Celſum: idem hom.20. in Joſuam: Tertullianus cap. 10. lib. de Idololatria; Nomina verò heterodoxorum pro ſuggeſtu edenda eſſe, nec reticenda, patet è ſequentibus.

1. Heterodoxi ſuppreſſis Doctorum nominibus liberiorem graſſandi & ſerpendi campum quærunt 2. Tim.2,17.

2. A mandato DEI Matth. 7. cavete vobis; at, ſi neſcias lupum, quomodo cavebis? ſi latronem, quomodo fugies? Eſa. 54, 7. omnem linguam &c. condemnabis Jer. 15 v. 19. pretioſum à vili ſeparabis 1. Timoth. 5. v. 20. peccantes coram omnibus argue, ἔλεγχε Tit. 1, 9.10. argue Joh.16, 8.

3. Ab exemplis, Eliæ 1. Reg. 19. Michæ 1. Reg. 22. Amos 7. v. 14. Eſaiæ 56. verſ. 10.11. Jeremiæ 28. v. 15. Actorum 4. v. 19. 23. cap. 5. v. 29. cap. 5. v. 4. 8. 17. 36. 37. cap. 8. verſ. 21. cap. 13. verſ. 8. cap. 19. v. 13. 2. Timoth. 1. v. 15. cap. 2. v. 17. 1. Timoth. 1. v. 20. Galat. 2, 11. 14. Rom. 16. v. 17. Apocal. 2. v. 6. 15. 3. Johann. 9. Matth. 3, 7. cap 16. v. 6. 11.

4. A praxei primitivæ Eccleſiæ, quæ nominetenus rejecit falſos Doctores in 4. Conciliis Oecumenicis: Nicæno Arium, Conſtantinopolitano Macedonium, Epheſino Neſtorium, Chalcedonenſi Eutychetem; imò anathema dixit illis, qui nollent anathema dicere iis, quos Eccleſia anathemate percuſſerat; in ſynodo Conſtantinopolitana quinta: ſi quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Neſtorium, Eutychen, cum impiis eorum conſcriptis, & alios hæreticos omnes, qui condemnati ſunt ab Eccleſia, & eos, qui ſimilia prædictis hæreticis ſapiunt & in ſua impietate permanſerunt & permanent, anathema ſit! Hæc ſynodus.

5. A ſcriptis polemicis Patrum, nominantibus & confutantibus falſos Doctores, vide Cyrill. in Apolog. ad Theodoſ. Tertull. præſcript. adverſ. hæreſ. Cyrill. in Epiſt. 118. non caret periculo ſi tacuerimus.

6. Aju-

6. A justo zelo pro Dei gloria asserenda.

7. Ab exemplo ipsorum falsorum Doctorum, qui nominibus orthodoxorum non parcunt & pro concionibus & in scriptis Polemicis: res notoria non indiget probatione.

8. A necessitate (α) cœtûs erudiendi, cui & verum & falsum proponenda, linea recta & curva, lux & tenebræ, via recta & curva. (ϐ) Spirituum discernendorum, ideò falsi spiritus nominandi. (γ) Officii pastoralis, ut lupum arceas, Matth. 7. v. 15. Actor. 20. v. 28. mala dedoceas Augustinus lib. 4. cap. de doctrina Christi.

9. Ab effectu nominalis Elenchi, plurimi namque ab errore ad veritatem convertuntur, nec sermo Domini redit vacuus, Esa, 55.

10. Ab interminatione divini supplicii Apocal. 3. v. 16. Evomam te, &c. Viderint igitur, quam Deo olim rationem reddituri sint, qui ministros non variatæ sed genuinæ A. Confessioni addictos bacchantes & clamosos vocant, errores Calvinianos qui carpunt & dextrè confutant.

NORMA. *V. Regula.*

NOTARII & NOTARE.

Summistæ recensent hæc Notariorum peccata.

1. Violare sacramentum, i. e. cum agunt contra jusjurandum.

2. Falsa instrumenta vel ex toto vel ex parte formare.

3. Acta licita reprobare.

4. Protocolla occultare vel lacerare, B. Fumus in Armill. Cajetan. in summula.

5. Usurariorum schedulas signare & eis subscribere, Paulus Wahn Theologus Patavinus part. II. sermon. 30. de restitut. usurar. pag. 746. seqq. Notarii olim in Ecclesia martyrum acta diligentissimè perscribebant, Baron. ad An. Chr. 238. 239. Annal.

Notare 2. Thessal. 2. vers. 14. id est excommunicare, separare aliquem à cœtu, & labem aspergere eidem. Confer de Notar. Baron. ad ann. Chr. 238. 239.

NOSCERE. *Conf. Cognitio.*

Tribuitur 1. DEO notaturque (α) intima illa & reciproca in S. Triade cognitio, æquè, ut illa, ineffabilis Matth. 11. v. 27. (ϐ) Omniscientia & providentia generalis, vid. tit. DEUS: It. Providentia. (γ) Christi innocentia, peccatum non noscentis 2. Cor. 5. & solicita pro ovibus providentia Johan. 10. *Cognosco oves meas.*

2. *Homini*, qui noscit DEUM, vid. Cognitio: vias Domini vid. Pietas: homines: vel non noscit Exod. 1. v. 8. vid. Gratitudo: noscit sua sorte esse contentum Philipp. 4. vers. 12. seipsum vid. Cognitio sui: vel non nosse Spiritum Johann. 14. vers. 17. vid. tit. Spiritus Sanctus.

NOVACULA.

1. Propriè notat ferrum acutum, tonsoribus notum, quod in capita Nazaræorum non ascendebat, phrasei scripturæ Judic. 13, 5. cap. 16, 17. 1. Sam. 1, 11. Num. 6, 4. cap. 8, 7. Ezech. 5. v. 1. 2. Linguam dolosam Psal. 52, 4. quæ aberrando petit jugulum, vel aliàs lædit cutem. 3. Vindictam insignem & supplicium Esa. 7, 20. quod exercebat Tiglathpilleser ab Achabo conductus ad retundendos hostes Judææ, Syriæ & Israëlis Regem.

NOVA OBEDIENTIA. *Vide Obedientia.*

NOVATUS.

Africanæ Ecclesiæ presbyter: Novatianus Romæ: Uterque veniam lapsis ad mortem negavit, nec remisit noxam, quod ea austeritas ad sanctioris vitæ inculcationem facere ei visa sit, quod hodiè Sociniani imitantur: Idem senserunt Montanistæ inclementes. Vide Hieronym. Epist. ad Marcellam. §. Illi ad omne pænè delictum. Et Epist. ad Damasc. §. Vehementer admiror Tertullianum (eodem erroris fermento infectum) &c. Cyprian. Epist. 49. & 52. Euseb. lib. 7. cap. 8. & libr. 6. cap. 43. Philastr. de Hæresibus tit. de Novatian. Contra 1. Scripturas Apocal. cap. 2. v. 5. & vers. 20. 21. 22. 2. Praxin CHRISTI. Luc. 7. cap. 15. 3. Ecclesiæ. 4. Damnatus error horum Catharorum à Synodo magnâ Nicæna. Vincentio Lyrin. cap. 34. in Commonit. Hieronym. Epist. ad Pammachium. Augustin. Sermon. 58. de tempore. §. sed fortè cogitet aliquis, &c. Epiphanius hæres. 59. 5. Frequentatus à Meletianis. Socrat. lib. 1. cap. 6. Theodoret. lib. 1. histor. Ecclesiast. cap. 9. Apostolicis, Apotacticis, Massalianis, apud Damascen. lib. de Hæresib.

NOVERCA.

Quasi νέα ἀρχὴ nova princeps: Accursius quasi nocens arcus. Barbarè! De affectu ejus in liberos minimè candido extant Poëtarum querelæ: Est mihi domi pater, est injusta noverca, Ovidius lib. 1. Metamorph. Lucida terribiles miscent aconita novercæ. Menander: Gravius nihil aliud noverca malum. Euripides in Alcestide: novercam viperâ nihilo Clementiorem esse. Conf. Franc. Petrarcham Dial. 42. & Johann. Ravis. p. 386. officin. Erasm. in Chiliadibus titul. Fœmina fol. 252. ubi refertur, novercam etiam mortuam & sepultam lapsa pyramide caput pueri privigni comminuisse. Aliquando veneno sustulisse. Sturmius in prompt. Exemplor. p. 2. fol. 112.

Officia liberorum vel privignorum circa eandem: omni obsequio eam colere: patienter ferre: diligenter orare, ut Deus illius cor molliat: omnem observantiæ rationem habe erga patrem tuum, qui cum noverca una est caro: etsi ille novercalibus delinimentis & instigationibus corrumpatur, ut loquitur l. non enim: ff. de inofficios. Testam.

NO-

NOVIENNIUM. *Vid. Annus*

NOVISSIMA.

Vid. Tit. Mors, Judicium, Infernus, Vita æterna. Aliàs vox Noviſſima multa ſignificat: (1) ultimam proſperitatem Job.8,7. (2) tempora ultima Gen.49,1. Deuteronom.10,14. (3) ſignificat & tandem, Deuteronom. 8,16. Pſal.37,38. & 109,13. (4) notat & fines terræ Ezech.33,2. (5) mare noviſſimum id eſt, mediterraneum & occidentale Deuter.24,11. cap.34,2.

Primi noviſſimi, noviſſimi primi. Matth.19,30. Luc.13,28.29.30. intelliguntur

1. Confiſi in ſuis operibus.

2. Benè incipientes, ſed non perſeverantes, Matth.21. Meretrices præcedent vos, &c. Confer Matth.8. v.11.12. c.21,31.32. nec verbum oblatum accipientes, nec pœnitentiam agentes, Luc.7. v.29.30. ſed Dei conſilium adverſum ſemetipſos ſpernentes.

NOVITAS.

§.1. Vide titul. *Neophytus.*

Novitas vocum profana ab Apoſtolo damnatur 1. Tim.6,4. 2.Tim.2. Auguſtin.tract. 97. in Joh. & lib.10. c.23. de civ.Dei. §. *Nobis ad certam Regulam:* & Anshelm. obſervant addidiſſe Paulum: profanas vocum novitates devita, ut doceret, non omne voce novum mox rejiciendum eſſe: nam 1. Eccleſia ob vafritiem hæreticorum novas introducere voces compulſa eſt v. g. *τὸ ὁμοούσιον, πρόσωπον, ὑπόστασιν, θεοτόκος, κοινωνία τῶν ἰδιωμάτων,* multaque alia. 2. Res ipſa ſi ſit in ſcripturis, non refert, etſi ad hanc rem exprimendam adhibeatur, neceſſitatis ab hæreticis impoſitæ ſi ratio exigat, nova vox, quod diducit eruditè Eſpenſæus fol.304. ſeq. oper.

§.2. *Novitas vitæ:* novus homo vid.tit. Homo: it. Regeneratio. Paratum ſit cor noſtrum Pſ. 56. ad laudandum: laudamus verò Deum vitâ piâ, novâ: malâ nomen Domini blaſphemamus 2. Sam.12,14. parati ſimus ſervi Pſal. 123,2.3. ſimus ad novam obœdientiam inſtar angelorum alati Eſa.6,2. Pſal.104,4. Chriſtus promtiſſimus fuit ad nos liberandum Pſal.40. Ecce venio. &c. Et tu homo venire renuis? venit ad ſervum Dominus: excipiat eum ſervus! Abrahamus protinus obſequium Deo præſtitit Gen.12,1. Veteres amicos & proſapiam patriâ egreſſus reliquit: ſic & nos peccatum relinquamus & per novam pietatis vitam mundo mente egreſſi, ambulemus. Verbum DEI (de renovationis ſtudio) aures noſtras perforet Exod.21. v.6. Pſal.95. Hodiè ſi vocem Domini &c.

Spiritus S. cauſa efficiens novitatis: Ezech.1. Animalia gradiebantur, quod ea ſpiritus impellebat: ſic nos ſpiritus bonus ducat in terra recta Pſal.143. noſq; agat Rom.8. Hi ſunt filii Dei, qui ſpiritu Dei aguntur. Ordo renovationis: 1. Intellectus illuſtratio novo lumine; 2. Voluntatis conformatio ad Dei voluntatem Rom.12,4. 3. Fidei & ſpei donatio; 4. Sanctificationis inchoatio 1. Cor.6,19. ut templa & ſancti fiamus.

§.3. Integra ſit novitas illa; ſi aliquis armis veſtitus eſſet, unâ tamen parte corporis ſui nudus eſſet, facilè eum læderet ſpiculum; ſic omnis noſtra ſanctitas undiquaq; quoad fieri poteſt, integra eſſe debet Jac.2. Peccans in uno &c. ne Satan lædendi locum inveniat, ne mundus nos corrumpat, ne caro ſuggerens inveniat feneſtram. Omnis Neomænia Iſraëlitis celebranda erat Num.28,11. ſic cor noſtrum, quod à Chriſto ſole juſtitiæ receſſerat, per renovationem rurſus ad Deum accedat, cumque eo verâ fide conjungatur, ut lucem conſolationis accipiat. Offerenda inſuper ſunt Domino ſacrificia, holocauſti ſcil. ut nos totos Deo conſecremus Rom.12. cibaria, ut Domini voluntatem pro cibo habeanus Joh.4,34. Libamina ſint laudis ſacrificia Hebr.13,15. 1.Pet.2,5. Phil. 2,17. Pſ.50,24. & beneficentia Phil. 4,18.

§.4. Continuanda novitas, Exod.29. integro ſeptiduo conſecratio erat peragenda; vita noſtra ſeptiduum eſt, hoc elapſo ſabbathum erit, Eſa. 66. ut intres ſabbathum Hebr. 4. conſecra te Domino per renovationis ſtudium. Iſraëlitæ baculos in manibus tenebant, progreſſum notantes Exod.12,11. ſic Chriſtiani in novitate vitæ ſemper progredi debent. Panem azymum edebant Iſraëlitæ Exod.12,8. c.13,15. Nos quoque azyma comedamus, fidem veram ſequendo & vitam ſinceram ducendo 1.Cor.5,6. Vipera adveniente hyeme venenum deponit & in terra ſe occultat, Plin.l.8.c.39. ſed vere perniciosius venenum reaſſumit; ſic proh dolor! plurimi homines videri volunt, ac ſi pœnitentiam egiſſent, ſed non agunt, quin potius vitæ pejori incumbunt; Luc.11. deteriora prioribus. Sponſa omnia nova habet, ut ſponſo placeat, ſic anima noſtra Luc.1. ſerviamus Domino.

NOX.

§.1. I. Phyſicè conſiderata, eſt ſolis luminaris à noſtro hemiſphærio abſentia, magno humani generis bono à Deo ordinata. Pſ.104,19.20. Olim noctis diſtincta erant tempora, quibus cantabant. Caſſand. fol.178. oper. Hieronym. Epiſt. 22. ad Euſtach. Epiſt. 27. in Epitaphio Paulæ cap. 10. Iſidorus lib. 1. de divinis offic.

§.2. II. Monet *de Providentia DEI,* qui ſuos ſæpe noctu liberavit: Actor. 12. verſ.6. Pſal. 19. v.5. & Pſal.121. v.6. Errant Xenophanes Colophonius & Epicurei, negantes DEUM obire lectulos dormientium, & objicere ſomnia ſtertentibus.

Et dat materiam gratiarum actionis, Job 35. v.10. Pſalm. 42,9. noctu iisdem apparuit. Matth.2,14. Gen.20,3.

Peccati ſtatu. Ut noctu homines non vident, in lectis jacent, non operantur, non loquuntur; ſed aves immundæ gaudent, ſcurræ & latrones nocent, infirmi verò dolent; ſic peccator mentis oculis captus eſt Eph.4,24. in *tenebris* ambulat, quò vadat neſcius Joh.12,36. in *lecto ſecuritatis* dormit, Rom.13,13. evigilet verò

Eph.

Ephes. 5, 8. Surgere jubetur, ut tollat lectum suum Joh. 5, 8. nec *operatur peccator aliquid* boni, sed mala, Joh. 3, 20. & opera tenebrarum Ephes. 5, 11. nec sana loquitur, quia venenum aspidum sub labiis ejus Psalm. 5. v. 10. Rom. 3, 13. *Immundæ* verò aves, Satan ejusque satellites verbum de cordibus rapiunt, Luc. 8, 12. gaudent de prædis hominum, quos laqueis suis habent constrictos, 2. Tim. 2. v. ult. *Feræ & latrones sunt pessimi homines*, istis temporibus pessimis, 2. Tim. 3, 1. seqq. queîs charitas refrigescit Matth. 24, 12. *Infirmi* verò fideles dolent gemuntque dicentes: *Veni Domine JESU!* Apoc. 22. v. ult. *Erue nos ex hac nocte, inque tuam lucem transfer, ut tecum semper simus*, 1. Thessalon. 4. vers. penult.

Miseriæ humanæ statu. In ea cœcitas est: ut enim de nocte nemo videt; ita peccator cœcus est, Mich. 3, 6.

Nox vobis pro visione erit: Nox notat captivitatem. Sic Amos 8, 9. Mortalitas est citò transiens. Job. 7, 9.

§. 3. *Mundi calamitas.* Variè enim *mundus nox est:*

1. *Ob solis absentiam*, horrida enim apparent omnia. Chrysost. 1. Johann. 3. sed suo tempore omnia restaurabuntur, 2. Thessal. 1. v. 7. 8. Act. 3, 21.

2. *Hominum in mundo cœcitatem*, suis peccatis & ignorantiæ immersorum, Matth. 24, 36. Rom. 13, 12. 1. Thess. 5, 8.

3. *Terrenorum tristitiam:* sicut nox cum metu & tristitia semper conjuncta est, Psal. 91. v. 5. *pavor nocturnus*; sic in mundo nunquam deest, quod metuas.

4. *Voluptatum immunditiem:* ut enim nox immunda est, sic mundus amat voluptates, 1. Johan. 2. v. 15. Est habitatio immundarum avium *Babylon* illa mundi.

5. *Securitatem:* Sic homines in mundo in diem vivunt, Matth. 23. v 36. edunt, bibunt, 1. Thessal. 5, 2. 3. dormiunt. Noctu vinum dederunt filiæ Lothi parenti Genes. 19. v. 33. Sic mundus propinat voluptates, temulentos & securos homines reddit; Pii verò Pietati litant. Noctu non cessabat David Deum laudare Psalm. 42. vers. 9. & ad eum clamare Psal. 77. vers. 3. Sit nostra, quæ de nocte fulgurat, pietatis nix 1. Thessal. 5. vers. 2. 3. 4. de vigilia in vigiliam Dominum expectemus Psalm. 130. pœniteamus Thren. cap. 1. v. 2. ploremus de nocte & opera DEI meditemur: ejusque promissa de liberatione nostri jugiter consideremus ad normam, Psal. 77. vers. 7. 8. seq.

§. 4. *Nox Veteris Testamenti.* Rom. 13. *Nox pertransiit, dies autem appropinquavit,*

1. Nondum enim sol justitiæ ortus erat, sed sperabatur, Malach. capite quarto, vers. 2. *Ortus sol.*

2. Galli cantantes erant Prophetæ de Christo testantes, Luc. 24, 27. Act. 10. *Huic Jesu omnes Prophetæ. &c.*

3. Vela hujus noctis erant ceremoniæ variæ ac typi futuri Messiæ. Jam venit Lux N. T. & exoptata illa dies; Ambulemus in hac luce, Rom. 13, 13.

§. 5. *Ultimorum temporum.* In hac nocte

1. *Homines dormiunt*, i. e. securi sunt.

2. *Feræ*, hoc est, Satan bestia mille capitum furit & discurrit: Apoc. 12. novit enim quod parum ei temporis; sicut quoque feræ, mali homines, qui afficiunt innumeris molestiis pios: Unde illa anxietas, Luc. 21. 25. 26.

3. Nox *infert terrorem:* Sic ultima tempora eundem, Luc. 21, 25. anxietas hominum. Psal. 91, 5. *pavor noctis.* Ut Pharao noctu consurgebat, ut Israëlitas denuò sibi subigeret, Exod. 5. Ita Satan vigilat, quærit quem devoret, 1. Petri 5, 8. nos sub jugum peccati & mortis reducturus.

4. *Surgunt latrones* de nocte, ut jugulent homines: Ultimorum temporum maxima erunt latrocinia, bella, hæreses, dissidia &c. Matth. 24.

Nox æternæ damnationis Apocal. 20, 10. glorificationis: Apoc. 4. 8. c. 7, 15.

Nox *tribulationis:* Ut enim de nocte stellæ videntur; sic in tribulatione emicat fides, spes & charitas erga DEUM. Hæc nox cessabit. Apoc. 21, 25. cap. 22, 5.

Opera sub noctem insomnem suscipienda.

1. Meditari opera Dei, Psal. 77.

2. Cantare Ps. 133. & 118.

3. Orare, gemere & suspirare ad Deum, non Monachorum solùm propria, sed omnium fidelium.

NOCTAMBULO.

Noctambulorum naturam describunt, Hippocrates libro tertio Epidemic. Galenus.

Aristoteles lib. 5. cap. de Generatione Animalium.

L. Lemnius de occultis naturæ miraculis.

Mizaldus Centur. 4. memorabilium.

Libavius lib. 2. singular.

NUBES.

§. 1. A nubendo dicitur: Obnubit enim cœlum. Aquæ sub firmamento: magno miraculo. Vide Patres in Hexaëm. Basil. Ambros.

Sol & astra evocant vaporem calore suo, ad mediam aëris regionem; ejus frigore circumstante condensatum. Vid. lib. 1. cap. 9. Meteor. & cap. 4. de mundo Aristot. Rectiùs 2. Sam. 22. v. 12. Psal. 18. v. 12. Psal. 135. vers. 17. Job. 37, 21. nubium natura descripta est.

§. 2. Monent nos nubes de

Majestate DEI Psal. 104. v. 3. dicitur equitare super nubes. Confer Esa. 19. v. 1. Jer. 4. v. 13. Job. 38. v. 9.

Clementia & bonitate Genes. 9. v. 13. Ponam in nubibus.

Veritate Psal. 108, 4. Veritas Dei usque ad nubes. Ps. 57, 11. Psal. 36, 6.

Apparitione gloriosa: Exod. 19. c. 33, 9. c. 34, 5. cap. 40.

c.40,34. Levit.16,2. Apoc.14.v.14. 1.Reg.8. super templo & tabernaculo Lev.16,2. super filio Dei Matth.17,5. Marc.9,7.

Probatione Paterna, Thren.3,44.

Ascensione Christi in cœlum, Actor. 1,20.

Reversione in nube, d.l. Dan.7,13.

Providentia Dei: Deus enim nubibus *fœcundat* terram Ps. 65. Humiditatem præstat, Job.36,28.Sterilitatem abigit,dando pluviam. *Umbram facit:* Sic nubes Domini populi tabernaculo incubabat, Exod.13,29. Deut.1,33.

Certè *nubes tegens* ecclesiam Judaicam, est nota defensionis ecclesiæ, Num.9. *Consolans ecclesiam*, in hujus mundi deserto: Filius Dei umbra est, mundus Eremus, Patria cœlum, Columna ignea Dei filius. Nube baptizati in mari rubro Exod.12. 1.Cor.10. in gratiam recepti sumus. Ad nubem castra fixerunt,sic Dei verbo omnia gubernanda Deuter.12.v.1.seq. Monet etiam nubes de

Sterilitate, mandat enim aliquando nubibus, ne pluant, Esa.5,6.

Suppliciis Dei: Hinc dies nubis, Ezech. 34, 12. Job.2.v.2.

§.3. Nubes sunt *Evangelii prædicatores*. vid. Promptuar. Allegor.

Sicut autem nubes tonitrua pariens quatuor continet colores, album, viridem, rubrum, nigrum: Sic ministri albo colore utuntur pacem in Christo annunciando 2. Cor. 5, 20. Viridi ad bona opera adhortando Phil. 1, 5. Rubro, pœnas & supplicia annunciando Deut.28. Nigro, interitum & gehennam minitando: Luc. 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes peribitis.*

Peccata nostra ceu nubem delet Dominus

1. *Orta* è vaporibus carnis corruptæ: Matt. 15. è corde exeunt. Vapor concupiscentiæ est malæ.

2. *Sublata* in altum calore divinæ justitiæ & clamore pauperum, Ps. 12. v.6.

3. *Resoluta & detecta* justitiæ & clementiæ divinæ calore & amore: Lex iram operatur, Rom. 4, 14.

§.4. Gloria vitæ æternæ Matth. 17,5. nube gratissima illa, longèq; jucundissima significata.

Mundi verò ac hujus vitæ gloria non nisi nubes est,imò nubecula citò transiens;Etenim

1. Vapores colligit in terra: Terrena n. sapiunt homines,Phil.3,19.divitias & voluptates quærunt, Ps.49. Sulphureos vapores,in corde hominis, per concupiscentiam accretos.

2. Tolluntur in altum vento superbiæ nebulæ & nebula mundi 1.Joh. 2. v. 15.

3. Tragicam parturiunt pluviam pœnarum infernalium: Ejusmodi nebula & nubes Epulo erat; Luc. 16.

4. Instabiles sunt nubes; instabilis quoque mũdꝰ.Est arundini similis,&Euripo mobilior.

5. Videtur nubes vastum esse corpus: Esse aliquid videtur mundus; sed quantus quantus est,hypocrisis est,malus est: 1. Joh. 5. Mundus jacet in malo.

6.Cœlo nubes propinquæ esse videntur,quæ terris tamen proximæ. Mundani homines hypocritici, Deo propinqui esse videntur, (ut justus ille Pharisæus Luc. 18.) qui tamen à Deo longissimè remoti sunt.

7. Aliquando pluviam promittunt nubes, quam non habent. Mundus promittit gratiam, favorem, delitias, sed nihil habet solidi, ut rectè dixerit Cicero: *Ego tentatis rebus omnibus nihil inveni, in quo requiescere potui.* Gratia mundi Deo bellum, favor illius Dei inimicitiæ: Jac. 4. Delitiæ ejus nihil nisi impunita nequitia, &c.

8. In multas figuras nubes se transformat: mille mundo sunt figuræ. Protei instar est & Polypi varios colores induens.

9. Nubes se inter nos & solem interjicit: Non secus mundus nobis Christi lucem in verbo,solatium in malo eripere conatur: quærit ubi sit Deus noster? Psal. 42. Objicit nobis tenebras peccatorum,delitiarum, 1.Joh.2,15.

10. Nubes quoque est imago pietatis citò transeuntis, Ose.6,5. Prov.25. Job.7.

11. Nubes testium fidelium. Hebr. 12,1. de quibus Guiliel. Perkins. Tom. II. oper. in c. 11. Epist. ad Hebr.

NUDIPEDALIA.

Gentilium sacra nudis pedibus celebrata: Sacerdotes Æsculapii Peonis & Apollinis nudis pedibus ad simulandam sanctitatem prunas ardentes illæsi calcabant. Natalis Comes lib. 4. c. 10. Mythol. Ludovic. de la Cerda in in Virgil. 4. Æneid. p. 459. Conf. Polyd. Verg. l.6.c. 11. de invent. rerum, qui fatetur, hæc quoque sacra in Ecclesiam Rom. introducta esse. Solin. lib. 15. Idem refert Damianus de Goës de quibusdam Æthiopibus Christianis Ethnicissantibus. Exod.3,5. locus humilitatem à Mose exegit, non ritum aut cultum instituit. Observat idem Theodor. in h.l. Exodi.

NUDITAS, nudus.

§.1. 1. Spiritualis animæ,quæ non est vestita veste obedientiæ Christi, hic enim nostra est vestis, quam induimus: Gal.3,27. Quotquot baptisati estis,Christum induistis. Esa.61,10. Induit me vestib. salutis: Salus, solus Christus, sola salva vestis ejus. Erat nuditas innocentiæ ac castitatis in protoplastis: in quibus opus Dei honestissimum erat; nec aderat concupiscentiæ malæ affectus Gen.2. v.ult.

2. Quæ caret veste justitiæ: Rom.3.23. Caremus gloria Dei. Apoc.3,17. nudus Levit. 13, 45. nudo capite leprosi erant. Ezech. 16, 7.22.39. Omnes spiritualiter leprosi sumus.

3. Quæ nuda prodiit, cum nudi mundum nascendo ingredimur: Job. 1. v. 21. nudus in hunc mundum. 1.Tim.6,6. Ezech.16,6.

4. Quæ ab Adamo inducta fuit Gen.2.vers. ult.c.3,7.8. nudi: Hinc consentaneum est, Platonem id, quod de nuditate aurei seculi commemorat, hausisse, in Politic.

Nuditas hominis miseranda: Eccl. 5, 14. Sicut egressus est nudus de utero.

1. Nativitatis. Arbor cum cortice, animalia cum vellere, volucres cum plumis, lupus & reliqua animalia cum veste, pisces cum squamis; Homo verò debilis, nudus & infirmus nascitur, & nudus balneum intras, nudus eris sic quoque ex hoc mundi balneo egrediens.

2. Paupertatis. 1.Corinth.4,11. Jacob. 2,15. Esa. 58, 7.

§. 2. *Adversus nuditatem corporalem.*

1. Consolatio: Augustin.super Johan.Tract. 19. Deus tibi totum est, si esuris, panis est, si sitis, aqua tibi est: Ergò & si nudus es, vestis erit in Judicio, vestis in cœlo.

2. CHRISTI appropriatio Matth.25. Ego nudus fui. Non renuamus igitur nuditatem ejus sequi, qui nos æternæ justitiæ vestibus beat. Dan.9,24.& sibi ipsi nostram nuditatem imputat.

3. Exemplificatio. Nudus in cruce pependit. Conf. Tit. Paupertas: hæc enim nihil est aliud, quàm nuditas & carentia rerum ad hanc vitam necessariarum. Verùm Christi nuditas fuit 1. Libera & voluntaria 2. Cor. 8. Nostis gratiam Jesu Christi &c. Ergo 2. Expiatoria, 2.Cor.8. pro nobis pauper.

In paupertatem nostram Te mergis, ut omnis
Nos æternarum copia ditet opum.

Corporalis

§. 3. 1. Ex peccato orta Gen. 3. v. 7. quô perpetratô, apparuit nuditas.

2. Illicita Genes.3. Vestibus texit Deus ipse protoplastos verendorum custodiendorum ergo. Noa reprehenditur jacens nudus Gen. 9. Ut teterrimum errent errorem *Adamitæ* hæretici nudi incedentes, nempe cum vestibus omnem pudicitiam exuentes.

3. Aliquando luctus significativa. Sic David nudis pedibus incessit 2.Sam. 15, 30. Levit. 13. v. 4. 5.

4. Etiam in balneis olim apud Romanos interdicta. (Si impurum pecus Heliogabalum excipias) Romulus supplicium capitis statuit in eos, qui se nudos fœminis visendos dedissent.

5. Impiis pœna est. Deut.28,48. Esa.3, 17. Apoc.17,16. Ezech. 15. nudabunt. Piis probatio, ut agnoscant nudos se in mundum ingressos esse.

Conscientiæ nuditas fit, quoties peccata nostra coram Deo & Sacerdote & fratre confitemur. Ita cum Davide pœnitemus & nudis pedibus incedimus.

Rerum omnium, quæ omnes nudæ coram Deo. Job 26,6. Hebr.4,13. omnia implente Jerem.23,24. Amos.9,3. Syr.23,28.

§.4. *Officia erga nudos.*

1. Eos consolari in paupertate: Id non fecit Epulo Luc. 16.

2. Vestire Esa. 58, 7. Ezech.18,7. Tob.1,20. Matth. 25, 20. Id quartum veteribus est misericordiæ opus.

3. Non tollere vestimenta. Job. 24, 7. Nudos dimittunt homines. Non obest nuditas nobis Christo præsente. Joh. 21. nudus Petrus mari se dabat, ut ad Jesum veniret Joh. 21, 7. Gaudeamus & nos nudi egredi è sepulchro, ut ad Christum veniamus.

Nudus.

Apoc. 16. beatus qui custodit vestimenta, ne nudus ambulet; sensus est: Pios decere, ut custodiant vestem fidei, eam non amittant, vel Spiritum S. excutiant peccatis contra conscientiam, ne plus justô sint securi, ut solent esse ii, qui depositis vestibus dormiunt, quibus vestes surripiunt fures. Confer. 2.Corinth.5. v.3. *ne nudi inveniamur*; Id est, Christum induamus fide verâ & vitâ sincera Gal.3,27. *Christum induistis.* Rom. 13. Induite Dominum Jesum: Hic est vestis illa nuptialis Matt.22. Est etiam gloria cœlestis vestis illa, quâ superindui exoptamus. 2.Cor. 5, 3. quam Apostolus opponit laceris corporis nostri in sepulchro jacentibus reliquiis. Confer. 1.Cor. 15, 57.

NUGÆ.

Soph. 3, 18. Heb. נוגי. à יגה quæ notat removere, abjicere. 2.Reg.20.v.13. Thren. 3, 32. Sic vulgatus Dietemberg, Hieronymus. Alii, *mœstitiâ affectos*, vertunt: S.Pagninus. Arias Montanus, noster Forster. in Lex: hac radice. confer Mart. Delrio in Adag. hujus loci Sap.4, 12.& Ps.18,46. Filii alieni: qui vocem hanc criticis notis illustrat. Nos cum Forstero, Pagnino, Vatablo, facimus, amplexi ultimam versionem.

Nugigeruli verò illi sunt, qui nugis mundi delectantur.

1. Vanis hominum laudibus. Sap.4,12.
2. Persuasionibus. Eph. 5.
3. Scurrilitatibus.
4. Curiositatibus, Joh.21,23. & fabulis, quibus lubentiùs attendunt homines, quàm rebus gravibus. Vide Drexel.Tract. 12. c.20.
5. Mendaciis, ab aliis per rumorem sparsis, ac sinistrè acceptis.
6. Quæstionibus inutilibus & futilibus fabulis 1.Tim.4,7. 2.Tim. 2, 23.

NUMERO.

I. Deus numerat omnia, menses nostros. Job. decimoquarto, *Numerus mensium*, &c. II. Homo, Rex populum suum, v.g. David numerat populum (α) sine mandato Dei. (β) ex superbia, φιλαυτία, obstinatione, dissuadente Joabo. (γ) Moses verò & Aaron jussi numerarunt populum Num.1,2. (δ) ob divinæ benedictionis explorationem. (ε) Sed nec populus solvit dimidium sicli, quod Deus solvi præceperat.

Veterum sententias de hoc peccato Davidis, vide apud C.Sanctium folio 906. 907. sequent. in secund. Regum 24. præsertim nostrum Doctorem Franzium, lib. de Interpret. Scripturæ.

NUMERUS.

Liber *Numerorum* sic dictus, quod in illo prælia & bella Israëlitarum recenseantur.

Numerus mensium nostrorum Deo est cognitus Job. 14. ad Titul. de Provident. & Tit. vitæ.

Non

Non nosse numeros Psal. 71, 15. id est, incomprehensibilem Dei sapientiam & judicia nos non posse assequi vel intelligendo, vel enarrando.

Numerus bestiæ 666. Apoc. 13, 19. variè exponitur. 1. quidam putant significari numerum annorum, quos post prodicturus sit Anti-Christus: Balæus, Bullingerus, quos refutat Paræus in h. l. 2. Alii abbreviaturam nominis χεῖςῷ per χξς. inde exsculpunt. 3. alii nomen λατεῖνῷ. Alii, Romanus: ut Johannes Foxus in Apocalyps. Prius placet Irenæo. De *numeris* Scripturæ mysticis, horumque applicationibus multa congessit Salmer. Tomo 1. oper. Prolegom. XX. Lauret. folio 1069. Sylvæ Allegor. S. Pagnin. in Isagog. cap. 14. Sed de his porrò legendus Cluver. in Apocal. & reliqui Commentatores Salmer. f. 366. Præludior. in Apoc.

NUMULARII.

§. 1. Johann. secund. κερματισαὶ numularii sic dicti ἀπὸ τῶν κερμάτων. τὸ κέρμα verò est æs minutum, à κείρειν, quod est in minuta frusta conscindere, qui pecuniam minutam pro integra dabant, ut sibi res minutas necessarias ad cultum & victum compararent, vel ut in Gazophylacium sua munera conferrentur Luc. vigesimoprimo. Syrus vocat למער פנא à nomine ער פנא pecunia. Jure hos Dominus æde expulit sacra, æde illa Domini, nomini Dei, non nummis sacra: ac latrocinii probrum & his Pharisæis objicit, quod hi doctrina, illi verò fœneratoriis artibus & aucupiis proximum suum læderent, & sanctissimam ædem profanarent.

§. 2. Refert Cornelius Jansenius capite decimonono Concordiæ, etiamnum Romæ in gradibus Sancti Petri reperiri, qui sicut & olim Romæ circum forum (unde æs circumforaneum) ejusmodi numularii mensas suas instruxerant. Livius libro vigesimosexto. Plautus in Curculione.

NUNC.

ἄρτι Matth. 9. vers. 18. non absolutè notat instans tempus, & exactè, sed sæpè præsens. Sic Matthæi 3, 15. capite 26. v. 53. Johan. 9. vers. 19. 25. cap. 13, 7. 33. 38. cap. 16, 12. Hanc significationem important historiæ circumstantiæ apud Lucam.

NUNCIUS

§. 1. Multiplex dari potest. Est enim

Cœlestis, ut angelus nuncia Dei referens, ut Gabriel. Lucæ 1. vers. 16. Ælius Verus Imperator cursoribus suis alas pennatas imposuit, eosque ventorum nominibus ob celeritatem appellavit; sed Deus noster in cœlis, celerrimos habet nuncios, quos facit ventos, & flammam non solùm currentem, sed & urentem. Psalm. 104. vers. 4. 2. Reg. 6, 17. pios præsidio cingentem. Ps. 34, 8.

Ecclesiasticus, ut minister verbi 2. Corinth. 5. v. 20. qui nunciat gaudium magnum Luc. 2. 10. Dei gratiam, in Christo paratam pœnitentiam. Col. 1, 27.

Sit verò 1. Sacræ autoritatis Luc. 10, 16.

2. Humilis, Dei servus 1. Cor. 4.

3. Providus utilitatis ecclesiæ.

4. Eximiæ sedulitatis Esa. 58. ne cesses. 2. Tim. 4. Insta.

5. Veritatis. Ut loquatur Dei verbum; quod est veritas. Joh. 17.

Temporalis, isq; bonus: verb. gr. Rebecca. Genes. 24, 28. Rachel. Genes. 29. v. 12. Filii Jacobi. Gen. 45, 26. cap. 46, 28. Judic. 13, 10. 2. Reg. 5. 10. 2. Sam. 6. v. 12. cap. 17. vers. 21. 2. Regum 7, 10. 2. Chron. 30, 6. Matth. 28. v. 8. Luc. 2. v. 10. annunc. vobis gaudium magn. c. 10, 17. Actor. 12. v. 14. 16. malus mala adfert nuncia. v. Genes. 9, 22. cap. 27, 42. cap. 37, 32. cap. 38. v. 24. cap. 48, 2. Exod. 14. v. 5. Jos. 2. v. 2. Judic. 4, 12. cap. 9. v. 7. 1. Sam. 4, 12. 19. c. 15, 2. cap. 19, 2. cap. 24, 2. cap. 25, 14. 2. Samuel. 1, 19. capit. 3, 23. cap. 4. 8. c. 10, 5. cap. 12, 18. cap. 15, 31. c. 18, 32. c. 24, 13. 1. Regum 2, 29, 41. c. 19, 1. 2. Regum 9, 15. cap. 17, 26. cap. 18, 37. 2. Chron. 20. vers. 2. Nehem. 1, 3. Esth. 4. Job. 1, 14. 18. Esa. 38. vers. 1. Proverb. 13. vers. 17. Sive is nuncius *sit fori*, ut pius magistratus: *sive chori*, ut fidelis Doctor: *sive thori*, ut frugi paterfamilias.

§. 2. *Ex animo gaudendum ob bonum nuncium.*

Nuncii apud Græcos fausta annunciantes coronati adventabant, ipsique Græci coronis se ornabant: sic ornati simus coronis justitiæ & gratiarum actionis, quoties cœlestes nuncii prospera quæque indicant, DEI nostri clementiam nobis inculcant, quâ coronamur Psalm. 103. vers. 4. Gaudeamus igitur in Domino Philip. 4, 4. non temnamus legatos Domini: Qui vos spernit; me spernit. Luc. 10. Confer Matth. 10, 40.

Ob libertatem.

Spartana mulier amittens quinque liberos in prælio, referenti hoc nuncium dixit: Lugeat miseræ; Ego victrice patriâ beatam me judico. Sic nos in agone mortis non defleamus ruinam corporis, sed de libertatis æternæ possessione mox adeundâ (Lucæ 23. Hodie mecum eris in paradiso. O lætum nuncium!) nobis summè gratulemur.

§. 3. *Deus non indiget nunciis*, cum ipsi omnia sint præsentia. Persarum Rex bellum Græcis inferens, ita homines disposuit inde à Susis per stationes Athenas usque, ut res gestas Persis quadraginta horarum spatio significare potuerit. Cleomedes in libro de contemplatione orb. cœlestium. Ejusmodi stationibus non indiget Deus noster, omnia namq; ei sunt præsentia.

Peccata nostra sunt nuncii volantes. Ut enim olim columbas tabellarias habebant, quibus literæ annectebantur; sic peccata nostra mox in cœlum volant. Confer Titul. de Peccat.

Clamitat in cœlum vox sanguinis & Sodomorum,
Vox oppressorum, merces detenta laborum.

Creaturæ, quæ nunciant Dei potentiam, sapientiam, Pſ. 19, 1.

Calamitates quoque ſunt nuncii agendæ pœnitentiæ.

NUNDINÆ.

Solennia tempora mercatui deſtinata, olim etiam inſtituta ab Ethnicis: Adi Johan. Roſin. lib. 4. Antiq. Roman. c. 17. Alex. ab Alexand. lib. 2. c. 25. Genialium dierum. Dictæ quaſi novendinæ, ut ruſtici octo diebus in agris eſſent.

Vetuit illas diebus feſtis celebrari Carolus Magnus apud Aventin. lib. 4. pag. 217. Nundinas (ait) diebus feſtis ademit.

Memini anno 1617. prælegentem Dn. D. Franzium, piæ memoriæ, publicè dixiſſe, pleraque funeſta incendia in Germania diebus feſtis & Dominicis exorta eſſe, quod illi nundinis, mercatibus & aliis abuſibus profanarentur. Huc illud Nehemiæ. 13. v. 16. 17. quo increpat nundinatores, ceu ſabbathi profanatores; eosdem CHRISTUS templo ejecit, Luc. 19, 45. Vide Brentium in c. 56. Eſaiæ, D. Balduinum lib. 2. c. 13. de caſibus conſcientiæ.

§. 1. NUPTIÆ, *à nubendo dictæ:*

Nam caput nuptæ, faciesque obvelabantur, velamen hoc flamineum & Croceum Latini nuncupabant: Tres nuptiæ D. Bernhardo.

I. Incarnationis 1. Tim. 3, 16. 2. Reconciliationis, 2. Cor. 5. 3. Adoptionis Joh. 1.

§. 2. I. Nuptiæ ſpirituales Matth. 22, 2. 3. His innuitur CHRISTI deſponſatio cum Eccleſia in regno gratiæ. Alii accipiunt de charitate DEI erga nos, Chryſoſtom. Alii de invitatione ac vocatione ad gratiam. Alii de baptiſmo noſtro, ut Euthymius, in c. 22. Matth. Verè dicuntur nuptiæ.

1. Ob unionem cum CHRISTO. (α) facta in incarnatione, per quam caro noſtra factus, Johan. 1, 14. Eph. 5. (β) In regeneratione, in hac nuptias cum fideli anima Chriſtus contrahit, Oſeæ 2, 19. 2. Cor. 11, 2. Epheſ. 5, 25. (γ) In judicio extremò pleniſſima erit cum Chriſto unio.

2. Ob participationem bonorum Hebr. 3, 14. cap. 6, 4. CHRISTI participes. 1. Cor. 1, 9. in communione filii: 1. Nomine: dicimur namque filii Dei 1. Joh. 3, 1. 2. Bonis: habemus enim eadem cum Chriſto bona. 3. Spiritûs Sancti redditi ſumus participes. Hebr. 6. v. 4. 4. Afflictionis Heb. 12, 8. 5. Gloriæ Rom. 8, 17. Coloſſ. 3, 3.

3. Ob convivium, quod eſt regnum JESU Chriſti, Eſ. 25, 6. Luc. 14, 16. Eſa. 55, 1. 2. Sitientes omnes venite. Eſtque in hoc 1. Paratio cibi. h. l. Matth. Omnia parata. 2. Invitatio per ſervos emiſſos. 3. Propoſitio ciborum in vaſis certis, Lege & Evangelio. 4. manducatio & bibitio. 5. Saturatio, Pſalm. 22, 27. Eſa. 65, 13.

4. Ob hoſpites. Deus pater omnia dat, Roman. 8. verſ. 32. quomodo non omnia &c. Chriſtus ſponſus Matth. 9, 15. cap. 25, 1. 10. Pſ. 45. dona ſua dat ſponſæ. Spiritus Sanctus arrhabo eſt 2. Cor. 1, 21. 22. Epheſ. 5, 26. Cantic. 1. Sancti angeli adſunt cuſtodes, Hoſpites paſſivi, Sancti preces offerunt, & gratiarum hoſtias.

5. Ob introductionem ſponſæ in domum cœleſtem, per mortem placidam, per angelos, Luc. 16. v. 21. 22. Deportantes animam in cœlum pulchrum, ad corporum avitam reſurrectionem, gloriam, beatitudinem.

§. 3. *Officia noſtra circa nuptias ſpirituales.*

1. Conſiderare Dei miſericordiam nuptias nobis apparantis, ſine ullo noſtro merito. Chriſtum in utero virginis Mariæ humanæ naturæ conjunxit, quando Deum ante ſecula hominem fieri voluit in fine ſeculorum: Gregor. homil. 38. in Evang.

2. Admirari bonitatem ſponſi, omnia bona, imò ſe ipſum nobis communicantis. Eſt enim ſponſus, non nudo amore, ore, ſed RE ipſâ.

3. Eſurire & ſitire epulas ſpirituales, in his nuptiis appoſitas, vid. caro & ſanguis JESU Chriſti Joh. 6, 51. mortis λύτρου pretioſiſſimæ, gratia Sp. Sancti. Eſ. 44, 3. Joh. 7, 37. Vide Soliloquia Auguſtini c. 35.

4. Manducare & bibere in his nuptiis, Joh. 6. Non ſunt hîc picta Heliogabali fercula. Pſ. 22. 27. Eſ. 55, 1. 2. c. 65, 13.

5. Ornare ſe vero veſtitu, qui eſt Jeſus Chriſtus, quem induimus in baptiſmo Gal. 3, 27. Apoc. 19, 14. Pſalm. 45. Decor filiæ Regis.

6. Non accedere ſordidis veſtibus: Chryſoſt. homil. 9. in Johan. ſed ſplendidis. Cyrill. Hieroſol. p. 2. præfat. Catecheſ.

7. Non præferre mundana his nuptiis, non agros, non emporia Matth. 22. O miſerrimus mundus! & miſeri qui eum ſequuntur, ſemper enim mundi alia opera hominem excluſerunt à vita!

8. Rectè ſe gerere erga miniſtros Regis ad nos invitandos miſſos, non occidere eos, non contemnere Matth. 22. Ob iram 1. Dei inſequentem d. l. 2. ob exercitûs ultricis immiſſionem. 3. ob vaſtationem & deflagrationem.

Nuptiæ ſpirituales in regno gloriæ, & vitâ æterna, V. Vita æterna Numer. 11.

§. 4. II. Oeconomicæ & propriè ſic dictæ nuptiæ, à Deo inſtitutæ Gen. 2. Sanctificatæ exemplis Patriarcharum, contra paganas ſuperſtitiones. Etenim, nuptiali cuilibet actui Dea à gentilibus præfecta eſt: Cinguli replicationi Cinxia, unctioni Unxia, deductioni in domum Juga, Domiduca. Vid. Briſſon. de Nuptiis.

Damnatæ à Severianis olim, Epiphanius hæreſ. 45. Ob concupiſcentiam in homine. His ita reſpondet Epiphanius: Totum (ait) corpus contemperatũ eſt ex benè in ipſo factis ex Deo. Dico autem appetentiam non ob abſurditatem ex Deo factam, ſed propter uſum bonum, & neceſſariæ utilitatis ordinem. Dico autem appetere ſomnum, cibos, potus, indumenta, & alia omnia, quæ ad propria & Deo

complacentia nobis contingunt. Quare & ipsam appetentiam corporis non absurdam esse affirmaverim: Est enim ad liberorum generationem in castitate data, & ad gloriam ejus qui omnia fecit: Quemadmodum terræ semina ad effusionem multitudinis creatorum à Deo bonorum fructuum, inquam, & seminum; sic etiam humanæ naturæ ad hoc, ut impleat illud: Crescite & multiplicamini & replete terram.

A Christo sanctificatæ, Joh.2.

A Natura commendatæ: In genere animalium, in quo mas & fœmina se copulant. Plantarum & arborum, quæ steriles manent, nisi mas & fœmina sui generis conjungantur: adeò (ait Joh. Malderus Episc. Antuerp. p.539.) Deus & natura fructificationem & seminationem conjugio alligavit. In Meditat.

§.5. *Nuptiæ ratione temporis*, olim mense Majo infaustæ habebantur. Richter. axiom.58. Oecon. Quicquid sit, omne tempus Dei est, omne Deo, si timeas Deum eumque colas. Pietas enim promissionem habet omni tempore. Deuter.28. Infaustæ sunt nuptiæ, quas impii contrahunt.

Persæ olim solo initio verni æquinoctii nuptias contrahebant.

Secundæ rarò fecundæ. Richter. axiom. 57. Oeconomic. A quibusdam probatæ, cùm nusquam illas Deus damnârit, easdem Abraham frequentaverit Genes. 25. At Hieronymus illis infensus fuit, Epist. ad Eustach. Apologia ad Pammach. de custodia virginitatis. Lib.1. contra Jovian. & ad Gerunt. de Monomachia: sic & alii Græci Dd. apud Espensæum, lib.3.c.9. de continent. Epiphanius hæres.48. de quibus exponit illud Pauli 1.Tim.4. *Prohibentium nubere*. Quod probè observandum contra Bellarmini exceptionem ad hunc locum. Itaque secundas nuptias defuncto marito malè deflevit Fabiola Romana, quam ideo laudat Hieronymus in ejus Epitaphio.

Sanioribus Ethnicis laudatæ. Cùm quidam dixisset, nuptias videri sibi impedimento esse philosophantibus: refutavit hoc Mausonius exemplo Pythagoræ, Socratis, Cratetis, qui omnes conjuges habuerunt.

Plato lib.6. de legib. docet, hoc esse solatio in nuptiis (1) quod naturæ perpetuitas promoveatur: (2) quod filios filiorum relinquamus semper Deo ministros: (3) quod vitam ceu lampadem aliis post alios tradamus.

Cretenses è grege juvenum delectos juvenes, formâ conspicuos, lege ad connubia ineunda compellebant. Plutarchus in Lycurgo.

Tyri muneribus & honoribus eosdem ad hoc nuptiarum fœdus suos induxerunt: Idem fecere Romani. Gellius lib.1. cap. 6. Noctium Atticar. Plutarch. in Camillo.

§.6. *Solicitè curandæ*. De his extant leges peculiares apud Athenienses & Lacedæmonios. Aristoteles 1. Polit. c. ult. Sicut magna est impendenda cura, ut domus firmo ac solido fundamento innitatur. Euripid. Conjugia, quibus mortalium sunt felicia, illis est & vita beata. Interest quoque Reipub. ut singulis civibus benè sit. Secus fecerunt olim populi Dapsolibyes dicti, qui in contubernium fœminarum discumbentium noctu, post occasum Vergiliarum irruebant, singulique sibi uxores cœco impetu rapiebant: Stobæus sermon. 42. Romani verò & Spartani temer è contracta matrimonia multabant. Vid. Platon. lib. 5. de Legibus.

Animi igitur explorandi, Aristot. 8. Ethic. cap.4.) tamque diu, si possis, cum eo versandum, quem jungere velis tibi, donec modium salis cum eo consumpseris.

Nota & probata ducenda, hoc est quæ integræ sit famæ: Sæpè rumores vera secum ducunt.

Honestis natalibus orta: Labes enim sanguinis & morum ad posteros facilè derivatur. Horatius:

Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Humilis & viro devota. Hinc apud Romanos sponsa cingulo præcingebatur, ex lana ovis facto: Hæc zona à sponso solvebatur. Meminerit igitur sponsa se oviculam esse, à marito nutriendam. Conf. 2. Sam. 12. Parabolam Nathanis de ovicula.

§.7. Piè auspicandæ nuptiæ: veteres ne inquieto die, vel cœlo turbatiore sponsalia inirent summoperè caventes, signatores & Auspices suos habebant: Valer. Maxim. libro 2. capit.1. Diem quoq; præparatoriam habebant, quam Proteleia appellabant. Hac enim nuptam virginem in arcem ducebant, parentes etiam victimas ob conjugium (quod etiam τέλ☉- vocant,) immolabant.

Variis modis confirmatæ. Persæ & Assyrii acceptâ invicemq; datâ dextrâ, sic & Romani. Galatæ unius poculi inter sponsum & sponsam communione. Alii ignis & aquæ attactu, 1.Saja §.1. ff. de donat. Inter virum & uxorem Græci, pane gladio dissecto & Neonymphis dato. Lapponii igne, quem chalybe eliciunt. Romani quoque conjugia olim sanciebant dexterrimè: Nam dona & munuscula ab his exulare jubebant, quod ea omnia amorem conjugalem superare jure censerent. Germanus olim sponsæ mittebat equum frenatum, scutum, boves, gladium, arma amoris pignora, Tacitus de moribus Germanorum.

Incommoda nuptiarum.

§.8. 1. *Inidoneitas maritæ in curanda* re familiari. Valer. Maxim. lib.4.c.4. narrat, quod Scipio ita scripserit ad Senatum Roman: Mitterent successorem ad exercitum, sibi enim redeundum esse ad colendum agellum, ne familia recideret ad ærarios & nihil remaneret, unde posset filiabus dos solvi.

2. *Tribulationes multæ*, 1.Cor.7,28. Onus & sarcinam vocat jus canonicum cap. omnes in fin.32.q.7. cap. qui sitit 33. quæst. 5. Apulejus compedes nuptiales vocat. Est enim uterque conjugum individuæ vitæ carcere, quâ

quà corpus, quà bona fortunæ, constrictus,& servitute sæpè alienæ familiæ illigatus. Basilius pedicas vocat, Proimio constitut. Monasticæ.

3. Affectuum Euripus, velut & inconstantia. Syr. 25. Satiùs est commorari cum Dracone & leone, quàm cum muliere nequam. Itaque in angulo mavult habitare Salomon quàm cum muliere litigiosa. Proverbior. 21. Juvenalis.

Semper habet lites alternaque jurgia lectus,
In quo nupta jacet, minimum dormitur in illo.

Huc refer Lapsum Evæ, indignationes Saræ, Rachelis lites, Bathsabæ adulterium. Olim Gentiles Junoni nuptialia sacra facientes, fel post aram abjiciebant: ut indicarent, omnem affectuum amarulentiam à conjugibus longè debere abesse. Cæl. Rhod. libro 28. capit. 21.

Nuptiæ à Multis spretæ. Thales roganti, ut nuberet, matri dixit, nondum tempus esse. Deinde major natu factus, non ampliùs esse dixit. Socrates ambientes nuptias similes esse dixit piscibus, qui nassam inire gestiunt. Adde Numer. 2. suprà. confer Titul. Conjugium: Mulier.

§. 9. *Ritus in nuptiis*

Apud Judæos. Vid. Baron. Tom. I. Annal. ad ann. CHRISTI 31. n. 29. c. 123.

Joh. 2. nuptiæ non fuerunt Johannis Evangelistæ. Baron. ad ann. CHRISTI 31. numero 30.

Porrò de veteribus nuptiarum ritib. consulendi Barnabas Brissonius & Anton. & Francisc. Hotomannus, Lugduni excusi ann. 1641. form. 8. Zwing. in Theatr.

Patientia post nuptias.

Athenis puer spinis coronatus & glandibus quernis opertus, cunas panibus plenas gestabat in nuptiis atque hæc verba dicebat: ἔφυγον κακὸν εὗρον ἄμεινον; Fugi malum & inveni bonum. Quantò magis fide Christi imbutus maritus nuptias suas Deo acceptas feret. Invenit enim bonum, qui uxorem probam invenit, elapsus est spinis vagarum libidinum. Meliùs enim est nubere, quam uri 1. Cor. 7. & frugaliter se sustentare potest, benedicente Domino Psalm. 128. & castâ juventutis suæ sese oblectare debet.

Nuptiæ secundæ

Sunt licitæ (1) à negato Dei interdicto: Nusquam extat vetitas à Deo esse. (2) ab Exemplis Prophetarum, Abrahami Gen. 25. Abigaelis 1. Sam. 25, 42. Ahasveri Esth. 1. v. 7. & aliorum. (3) à Pauli monito 1. Tim. 5. v. 14. Volo juniores viduas nubere. (4) non obstante veterum Germanarum viduarum consuetudine, secunda vota aversantium, apud C. Tacitum de moribus Germanorum. Non obstantibus Romanorum Privilegiis (apud Tertullian. libr. duobus) in univiras collatis. Ac talium cœlibatum veteres Christiani calculis candidis prosecuti sunt, quod apparet ex Canone quodam Synodi Neocæsariensis (qui tamen nulli laqueum injiciat 1. Cor. 7. imbecillioris naturæ) ut & Clemente Alexandrino Strom. lib. 4. & 11. & Hymno Prudentii in Laurentium. §. *Cernis sacratas virgines: Miraris intactas anus, Primique post damnum thori Ignis secundi nescias? Hoc est monile Ecclesiæ. His illa gemmis colitur.*

NUTRIX.

§. 1. Ei debita gratitudo Genes. 35, 8. Rebeccæ nutricis Deboræ, solicita fit mentio, ut innueret Moses, nutricibus gratam deberi memoriam. Æneas Cajetam nutricem suam flammis Trojæ eripuit, ac in Italiam secum duxit, quam fato functam magnificis funeris sumptibus tumulavit. Inde nomen urbi Cajetæ natum est.

Spreta, olim Scotis dedecus erat filios & filias à nutricibus ali.

Officia, curare infantem commissum 2. Sam. 4, 4. Exod. 2, 9. Portare. Num. 11, 12. Diligere. 1. Thess. 2, 7.

§. 2. *Fidelium nutrix.*

1. Ipsa DEI gratia, è qua lac sugimus bonitatis Esa. 53, t. 2.

2. Ecclesia mater & nutritia: Gal. 4. Filioli, quos iterum parturio. &c.

Reges nutritii. Vid. Magistratus.

O, ω. *Vid. A. & ω.*

OBADIA.

Nomen significat Servum Domini. Propheta, cujus summa hoc versu contenta. *Amplus Edom cadet: Ast Ecclesia firma manebit.*

OBED-EDOM.

Servus terræ, colens terram: Vir Pientissimus, Jeremiæ fautor, Jerem. 38. Exemplar pii Politici.

OBDORMIO - ire. v. *Dormio.*

Somnus.

In DOMINO JESU. Includit hæc phrasis 1. *Fidem in Christum*, ut in eo tuti obdormiamus, qui dixit, Johann. 11. v. 11. Lazarus amicus noster dormit: Ergò amici CHRISTI dormiunt in Domino. Sic Stephanus Actorum 7, 60. 1. Corinth. 15, 6. 1. Thess. 4, 13. 2. *Spem vitæ*, ut à Christo vitam speremus. Joh. 14. Ego sum via, veritas & vita: ut è vite Palmes vitam: Sic nos è Christo fonte vitæ Johan. 5, 26. vitâ potimur, vivificamur. Joh. 5, 21. 3. *Commendationem spiritus* nostri in manus Dei: Ita Stephanus Actor. 7. Philipp. 1. cupio dissolvi. Luc. 2. Nunc dimittis. 4. *Alacritatem & moriendi promptitudinem.* Hæc conspecta fuit in Stephano, Act. 7, 60. Philip. 1. in tot martyribus, Apoc. 12, 11. In Simeone, somni hujus cupidissimo Lucæ 2. Domine nunc dimittis servum tuum in Pace. 5. *Requiem* connotat: sicut is, qui

qui dormit, à laboribus quiescit: sic qui in Domino obdormiunt, vacant à molestiis & laboribus, Apoc. 14, 13. 6. *Cubiculum:* Qui enim dormiunt, in cubiculo somnum capiunt; sic dormimus in sepulchris, ut nostris cubiculis Esa. 26, 20. 7. *Molestiam, tædium & labores* hujus mundi: Non enim nisi post exantlatos labores cubitum concedimus; ita experti mundi malitiam, vanitatem, falsitatem, dolos, nugas, qui non lubentes migremus cubitum, in Christo cœlestis gloriæ largitore læti obdormituri? lætissimi resurrecturi?

§. 1. OBDURATIO. *Obdurare, Excæcare, Occallescere.*

OBDURATIO *Quid?*

Affectio cordis humani, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec lenitur precibus, non cedit minis, non flectitur flagellis; ingratum ad beneficia, infidum ad consilia, &c. Vid. Bernhard. lib. 1. de consid. ad Eugenium. Jer. 5, 3. & 6. (a.) Esa. 48, 4. (b.) c. 64, 17. (c.) Ezech. 2, 5. c. 24, 13. (d.) Deuter. 15, 7. (e.) Psalm. 94, 8. Hebr. 3, 8. 15. c. 4, 7. 13. (a) Plagas Dei non sentiunt, silice duriores sunt, jugum Dei proterunt. (b) Sunt frontis æneæ. (c) Deum non timent. (d) Mundari renuunt. (e) Cor suum claudunt.

Causæ

§. 2. *Efficiens est 1. Satan.* Satanas miserat in cor Judæ Johann. 13, 2. 2. Corinth. 4. v. 4. Excæcat corda.

Deus non est: Jacob. 1. Deus non tentat ad malum. Psalm. 5. non es Deus volens iniquitatem: At durities cordis est iniquitas Roman. 2. v. 5. Pulchrè August. ad art. 10. falsò sibi impositum. *Detestanda & abominanda opinio est, qua Deum cujusquam malæ voluntatis, ac malæ actionis credit Authorem. Ejus prædestinatio nunquam extra justitiam est. Non ergò casus ruentium, nec malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccantium prædestinatio Dei aut excitavit, aut suasit, aut impulit, sed planè prædestinavit Judicium suum, quod redditurus unicuique.* Respons. ad art. 13. *Nefas est Deo adscribere causas peccatorum & ruinarum hominum, qui licet ex æterna scientia præcognitum habuit, quid unicuique pro meritis redditurus sit: nemini tamen per hoc, quod falli non potest, aut necessitatem aut voluntatem delinquendi intulit.*

His similia habet ad artic. 14. *Confer hoc Tit. §. Subjectum. n. 4. sub finem.*

§. 3. I. *Permissio judicialis & Pœnalis, desertiva, privativa* Dei hic quoque occurrit, sine labe Dei. Vid. Augustin. lib. 5. c. 3. contr. Julian. Roman. 1. Dedit eos in reprobum sensum. Judicii hujus Dei actus sunt (1) *Subtractio* auxilii divini: quâ factâ homo non potest non ruere in peccatum. Rom. 1. v. 24. 26. 28. in reprob. sensum. (2) *Traditio* in potestatem Satanæ: Ita Saulus, Judas, Pharao. 2. Tim. 2. (3) *Permissio Dei*, Psf. 81, 13. Act. 14, 16. Zach. 8, 10. nolentis tamen actum peccati, volentis finem bonum; quem malè agentes non intendunt. (4) *Determinatio peccatorum*, qua Deus metas ponit malitiæ: Pharaoni ad mare rubrum: Sauli ad Philistæorum prælium. (5) *Reductio* finium, ad normam *divinæ justitiæ & bonitatis* & sapientiæ, justitiæ, puniendo impios: Sic Pharaonem. *Bonitatis*, liberando pios: Sic Josephum. *Sapientiæ*, liberationis ostendendo modos. Videantur Maxim. Tyrius serm. 25. Basil. M. serm. *Quod Deus non sit causa peccati.* Augustinus q. 18. & 36. super Exod. Idem serm. 88. de tempore. Rupertus lib. 7. c. 21. in Exod. Theodoret. quæst. 18. in Exod.

II. *Homo seipsum indurat.* Vid. Exod. 7, 13. & 22. c. 8, 19. c. 9, 35. c. 13, 15. Deuter. 10. v. 16. 2. Reg. 17, 14. Jerem. 5, 3. c. 7, 26. c. 17, 23. c. 19, 15. cœcis affectibus obsequens, & propriæ voluntati inserviens. *Vid. voluntas propria.* §. 1.

Materia

§. 4. Obdurationis *Ex qua*, sive partes Obdurationis sunt varii actus, qui illam ingrediuntur ex parte hominis: Huc Excœcatio cordis, Es. 6. v. 10. Joh. 12, 40. 2. Cor. 4, 4. Clausio oculorum, Matth. 13, 15. Act. 28, 27. Joh. 12, 18. Noluntas videndi Esa. 6. 2. Pet. 3. Repudiatio gratiæ, quæ instar gratia humoris, ut cor plane siccum luto durius fiat. Aurium gravedo, Matt. 13, 15. Cervicis obduratio, Deuteronom. 10, 16. *In qua* est cor ipsum hominis, adamantinum, verbo Dei resistens repugnantiâ hostili. *Circa quam*, Dei verbum, Lux aperta. Johan. 3. Sic Magi in Ægypto videntes miracula, Pharisæi CHRISTI miracula, Pharao facta Dei stupenda: Huc refertur *Subjectum*, quod induratur: de quo rectè Augustin. Epist. ad Sixtum Presbyter. debitè indurari, qui gratis adjutus, gratiam contempsisset. Miseretur (ait) *gratuito dono, obdurat* justissimo *meritò. Secundum judicium, quod meritis redditur*, ait in libro contra Julian. *Digna tribuens*, lib. de prædestinatione Sanctorum.

Et ibidem, *delinquentes deserit, resistentes indurat.* Et c. 14. *In judicio omnia hæc superinduxisti propter peccata nostra.* Epist. 106. *neminem indurari, nisi meritò, noverimus.*

Confer Origen. lib. 3. περὶ ἀρχῶν. Basil. Orat. Quòd Deus non sit autor peccati. Hieronym. Epistola centesim. quinquagesim. ad Hedibiam.

Forma

Consistit in ipsa mollitiei remotioni, & duritiei spiritualis positione.

§. 5. *Effecta promiscua Obdurationis.*

Obduratio studet, ut *veritatem ipsam fallat*: Sic Pharisæi nummis conduxerunt, qui negarent resurrectionem Christi, Matth. 28, 12. Judæi limpidam Evangelii veritatem contempserunt, suâ culpâ indurati, Rom. 11, 7. Sic hodiè omnes hæretici. *Appetit mortem*, Joh. 8, 15. etsi habeat vitam præ foribus. Sic indurati Judæi. *Facit mendaces testes Dei.* 2. Reg. 17, 13. Obduraverunt cervices. Extorquet Christo lacrymas & gemitus Mat. 23, 37. Luc. 19, 41. *Squamas habet*

habet in oculis, ut Paulus, Actor. 9, 19. Item velamen 2. Cor. 3, 14. in cordis thalamis. *Fugat* Christum. Joh. 8. tollebant lapides Judaei, ut jacerent, sed CHRISTUS evanuit, hoc est supremum indurationis punctum. Tolle lapides, sic Christus abit. *Non est ex Deo*, quia Dei verbum respuit. Joh. 8 v. 47. Deum *ridere facit* in calamitatibus nostris. Prov. 1, 26. Confer. Concord. Obdurati *serò insultant Deo*, ut Julianus, clamans: vicisti tandem Galilæe! sanguine adversus cœlum projecto. Sennacherib pulsus ab obsidione Hierosolymarum. 2. Reg. 19. Pharao submersus mari. Exod. 14, 27. 28. Psalm. 136, 15. Despiciunt omne consilium Prov. 1, 24. Lætantur in malefactis Prov. 2, 14. Infixum habent peccatum Jerem. 17, 1. Non erubescunt Jerem. 3, 10. seq. Non dolent percussi Jerem. 5, 3. Voluntate sunt ferreâ Augustinus libro 6. Confess. Jerem. 13. si mutare potest Æthiops, &c. Cumulant sibi peccata. Roman. 2. & iram Dei. Apocal. 22. qui sordet sordescat adhuc.

Utinam verò indurati resipiscant: Zwing. lib. 1. volum. 1. Ita: Laco quidam amoris restinguendi causa de saxo se præcipitem daturum voverat; eò ubi ascendit, deterritus ipso præcipitio, ab incepto destitit votum stultum corrigens prudentiori: utinam indurati hoc præcipitium damnationis suæ agnoscerent! Lupus collum habet tàm inflexibile, ut nunquam ad dextram, nunquam ad sinistram flectat, sic indurati.

§. 6. *Adjunctum & connexum.*

Indurationis est 1. *mala conscientia*, ejus condemnatio Tit. 3, 11. 2. *Insensatio*, hoc est, sensu omni destituti sunt pungentis conscientiæ Ephes. 4. v. 19. Qui desperantes: Græcè ἀπηλγηκότες: non dolentes: quia callum obduxerunt cordi consuetudine peccandi: unde perit sensus iræ Dei & timoris illius: ut membrum demortuum, quod à spiritu animali non vegetatur vel animatur.

§. 7. *Subjectum & qui indurentur.*

Non absolutè spectandum, sed quà promeritum est hanc indurationem, ceu pœnam, Rom. 9. Quos vult, indurat: hoc est, plectit, auferendo gratiam, se ipsos sibi relinquit & Satanæ, ob præcedentem obstinatam arrogantiam. Rom. 9. contradictionem & maledicentiam. Act. 19, 8. inobedientiam Act 13, 45. 46. Gen. 4. rebellionem. 1. Sam. 15. malevolentiam. Sic Pharao adversus Mosen, Pharisæi Christum, Judæi Paulum Actor. 13. Christum Luc. 11, 15. Marc. 3, 22. zelum: Rom. 10, 2. conviciandi libidinem Act. 19. repulsionem regni Dei. Actor. 13, 46.

Propria & Accidentia Induratorum, *V. supra Tit. Induratio.*

§. 8. *Ordo Induratorum.*

1. Sinit eos Deus in consilio cordis sui, ut justus judex Ps. 81, 12. 13. Rom. 1.

2. Concedit affluentiam mundanorum bonorum, Prov. 30, 9. Ezech. 16.

3. Crucem removet. Psalm. 73. vers. 5. 6. Jerem. 12.

4. Interpellationes pro illis factas, justo tempore, ut judex tollit: Jerem. 7. noli orare pro populo hoc. capit. 15. si steterint. Ezech. 14. si Noë.

5. Angelos Ecclesiasticos & ministratorios spiritus. Act. 13. Vobis oportebat annuntiari. Jerem. 51. Curavimus Babylon & non est sanata Amos. 8. tamen immittam.

6. Consilia eorum labascere facit: sic Achitophelis. 2. Sam. 17.

7. Permittit seduci per falsos Prophetas: sicut Achabum.

8. Eisque potestatem indulget majorem. 1. Regum. 22.

9. Removet denique omnia præsidia gratiæ suæ, & ceu vineam inutilem illos destituit, Esai. 5.

Notandum verò, hæc omnia non esse absoluta & necessaria signa, sed contingentia quædam: Dextrè igitur hæc γνωρίσματα explicanda à Jesuitis, Pererio, Cornel. à Lapid. in Exod. 7. notata.

Similia.

§. 9. Adamas tundendo durior fit: sic Pharao Exod. 8. v. 15. Obdurati similes *Pullis*, gallinam eos colligere volentem fugientibus. Matth. 23. Quoties volui te congregare. Ut corporis partes molles callum obducunt: sic cor hominis indurescit. Joh. 12, 40. Ephes. 4, 18. Marc. 6. v. 52. *Lapidibus*, Lapides nemo in agro tolerat suo, sed ejicit: sic Deus indurata corda tandem agro Ecclesiæ ejicit, fructum non ferentia. Luc. 8, 6. 18. Matth. 13, 15. Semen non proficit in lapidosis, ergo obdurati similes suo tempore ejiciendi erunt ex agro Ecclesiæ. *Coti*, quippe hac duriores Hebr. 4, 12. Sermo Domini gladio ancipiti acutior tandem fulmine legis & terrore conscientiæ istos, qui stant cordibus induratorum, silices tandem dissecat. Sunt instar scutorum simul unitorum, quibus se Romani operiebant, & murum aggrediebantur, ne à telis peti possent. Plin. libro 45. Sic obdurati in mundo facto velut agmine Deum, cœlum, Ecclesiam oppugnant, novi scilicet Gigantes Deum cœlo deturbaturi. Sic Pharao Exod. 5. v. 2. Quis est Dominus &c. Similes *Squamis* Leviathan, quæ sunt instar scutorum ob duritiem Job. 41. v. 6. squamæ vitiorum plurimæ sunt in induratis, arctissimè connexorũ. v. hoc tit. §. *Subjectum*. *Scarabæo Cantharo*, qui solis radiis excœcatur: sic indurati excœcantur à Deo hujus mundi. 2. Cor. 4, 4. ne videant Solem. Johann. 9. v. 39. *Variis Lapidibus* duritie eminentibus, evolve Plinium, & alios, &c. talis lapis Judas fuit, nullis Christi monitis mollitus. Johann. 13, 21. 26. *Caino* non audienti vocem Domini. Gen. 4. 7. 8. seq. Duriores sunt lapidibus. 1. Reg. 13, 3. Altare lapideum divisum est in duas partes, ad Domini verbum: verùm induratorum corda non scinduntur ad Dei verba, sed obdurant sese ut Pharao, quoniam impressa malitia è cordi-

cordibus illorum non obliteratur. Similes *refractariis Filiis*, qui nolunt accipere מוסר (Muſar) diſciplinam, correctionem: ut ſæpè quiritatur Dominus per Jeremiam. *Ærugini*, quæ animos noſtros inficit & arrodit. Ezech. 24,12. Jer. 6, 29. ſimilis induratio: Ab hac purganda eſt anima quotidianis precibus & pœnitentia Joel.2. v.13. Hebenus arbor cæſa lapideſcit. Textor pag. 126. Indurati & ſteriles arbores, quoties divini ſermonis ſecuri cæduntur, mox in majorem duritiem vertuntur: id docet Pharao, toties monitus à Moſe; ſemper tamen durior factus eſt. *Morti animæ*; vel ipſa animæ mors eſt obduratio, quæ omné illius ſenſum tollit, ut illa ipſa anima, nullis præceptis vel minis flectatur. Chryſoſtom. hom.54. in Johan. Huc quoque ſpectat Epheſ. 4,19. Apoſtoli deſcriptio. Qui deſperantes &c. Rectiùs: Doloris expertes.

§. 10. *Fugienda modis omnibus*

I. Quia *Obduratio ſpernit* α. omnia miracula, ut in Pharaone, & Phariſæis videre eſt. β. omnia monita. γ. conſcientiæ quoque propriæ impulſus.

II. Quia *omnes pœnas attrahit.* 1. *Dei pœnam*, Manus exaruit Regis 1. Reg. 13, 4. qui mentem ſuam obdurabat. Sic areſcunt ſpiritualiter, omni ſucco ſpiritus deſtituti, qui corda ſua obdurant juſto Dei ſupplicio. 2. *Periculum deſertionis Dei.* Induratos enim Dei tandem manus deſtituit, quam ipſi deſtituunt. 3. *Brevem durationem temporis gratiæ negligit.* Attila Rex urbem obſeſſurus primo die tentorium album, ſecundo rubrum, tertio nigrum oſtendebat: explica. Sic Deus gratiam tibi offert 2.Cor.6,2.3. pœnas interminatur Deut.28. tandem ſupplicia æterna incutit. 2.Theſſ. 1, 7. 8. Rom.2,4. *Periculum ſuppreſſionis peccati ſubit.* Pſ.38,5. hanc metuit David: ideo illam deprecatur, & ſibi cor molle Pſ.51, 12. precatur. Nam inſtar vaſtæ molis hominem tandem ſupprimit peccatorum cumulus, ex corde indurato profectorum. 5. *gravitatem iræ Dei*, quæ corda duriſſima tandem frangit & dilacerat, *incurrit*: Occurram ipſis, ſicut urſus in ſylva. Oſeæ 13.v.7.8. Levit.26.v.16.17.21.23.24.27.28.

OBEDIENTIA. *v. Obœdientia.*

OBJURGATIO. *v. Correctio.*

OBLATIO. *v. infra poſt Tit. Oblivio.*

OBLIVIO.

§. 1. *Quid Oblivio?*

Negata rei alicujus reminiſcentia. Tribuitur

I. DEO & ſignificat ſuſpenſionem auxilii divini, & juſtitiæ in puniendis ſceleribus Pſal. 10,11. Eſa.49. Dominus oblitus. Pſal.13,2. Eſa. 49. non tamen noſtri obliviſcitur. 1.Sam. 1, 11. Pſ.9,6. Eſa.44,21. Heb. 6, 19.

II. *Homini*, qui obliviſcitur. (1) Dei in vita & fide ab eo deficiendo. Vide Deut. 6, 12. c.8. 10. 11. 14. 18. opera ejus non attendendo. Pſal. 78, 7. 11. & 106, 13. Statuta Prov. 31, 15. vitam piam Pſal.9,18. 50,17. fœdus Dei Deut. 4, 23. 2. Reg. 17, 38. officii docendi. Oſe.4,6. Legis Pſ. 119,61.109. exhortationis Heb. 12, 5. templi Eſ. 65,11. beneficiorum Dei. Pſ.103,2. (2) in ſepulchro obliviſcitur homo Dei Pſ. 88,13. (3) cibi in pœnitentia. Pſ.102,5. (4) mundi & terrenorum Pſ.45,11. Phil.3,14. (5) Dei ſuppliciorum Jerem. 44, 9. (6) injuriarum Gen. 27, 45. (7) Hoſpitalitatis. Hebr.13, 2. 16. (8) Eccleſiæ Pſ. 137, 5. (9) ſuæ purgationis 2.Pet.1,9. (10) Verbi Jacob.1,25. (11) proximi & fratris ſui in cruce conſtituti Job.24,20. c.19,14. Eſt peccatum in ſe: Negaverunt eſſe Pelagiani: ſed damnati in Concilio Palæſtino: notante Auct. Avoreo D.Sorbonic. in cenſura Sirmondi.

§. 2. *Quotuplex*

1. Dei eſt turpis & prohibita Jerem. 2, 31. Eſ.17,1. cap. 51, 13. c. 44, 21. Pſ.44, 18. attrahit pœnas, Jerem. 3, 21.

2. à Diabolo introducta: Plato dicebat olim animas potari poculo oblivionis, ut neſcirent, quo eſſent corpore egreſſi: Irenæus lib. 2. cap. 69. adverſ.hæreſes: Verè dæmon is eſt, qui inebriat mentes hominum, ut Dei & Paradiſi, è qua egreſſi ſunt, obliviſcantur, hoc eſt, ſtatus vitæ æternæ.

3. *Obliviſci legis*, eſt legem non ſervare. V. Num.14,25. Deut.4,9. Pſ.119,139.

4. Benefactorum Dei. Pſalm. 103. id eſt. Ingratum, ſegnem, negligentem eſſe & ſtupidum.

5. Benefactionis temporalis Dei Deut. 8. verſ. 13, 14.

Deus dicitur obliviſci, cùm paternam de nobis curam deponit, & gratiam denegat. 1.Sam.11. Pſ. 13, 2. Eſ.49,15. Oſ.1, 6. c. 4. Ergò oremus & memoriam Domini conſervemus. Pſal.41, 10. & 63,7. Jer.51, 50. Jon.2,8. Pſ.76,4. Pſ.113,12. Eſa.26, 8.

§. 3. *Exempla Obliviſcentium.*

Obliviſci *Pacti* cum Deo. Deut.4,23. cavete, ne obliviſc. Jerem.3. verſ.21. obliti ſunt *Dei ſui.* O turpem oblivionem! Jerem.18,15. Eſ.51, 13. cap.17.v.10. Ezech.22,12. Oſ.4,6. Oſ. 8, 14. *Crucis*, quæ oblivio ſumma eſt: cum tamen cruci ſemper filii Dei ſint ſubjecti. vid. Pſalm. 73. per totum.

Laudabilis eſt Oblivio.

1. Injuriarum. Levit. 19. Non memor eris injuriæ.

2. Propriæ beneficentiæ, aliis præſtitæ: Matth.5. neſciat ſiniſtra.

3. Delectationum peccati præteriti, ne ea titilletur, ut Num. 11. Iſraëlitæ piſcium recordati in Ægypto.

4. Oblivio rerum temporalium. Philipp. 3.

§. 4. *Quando obliviſcuntur Dei Homines?*

I. Oſeæ. 13. cum ſaturati eſſent. Deut.32,15. incraſſatus eſt dilectus &c. Jerem. 2, 32. obliviſcetur mei populus. cap.18,15. oblitus eſt mei populus.

II. cap.23,27. cum ſomnia humana amplectuntur homines.

III. Cum verbum Dei abjiciunt, in quo grata de DEO memoria conſervatur, & ex hoc in corde implantatur: Jacob.1.ſermonem plantat in vobis.

Quomodo & unde?

(1) Ex *amore* idolorum Oſeæ. 2, 13. (2) Ex *copia* luxuriæ & vitiorum Oſeæ. 13. (3) Ex *Oblivione* officii debiti, quo jubentur homines extinguere ignem terrenarum cupiditatum, & ſoli Deo adhærere ex toto corde. (4) Ex *proſperitate* mundana: Hæc enim, dum cor hominis occupat, Dei oblivionem inducit. Similis fonti Boëtiæ, qui potus obliviosos reddit: ſimilis comiti carceris Joſephi, Pincernæ, qui Joſephi oblitus eſt.

Oblivio mundi.

Quâ mundi oblivisci nos fas eſt: Nam hæc oblivio 1. *mandata* eſt à Deo. Pſalm. 45. Filia obliviſcere domum patris. 2. Sanctorum exemplis *firmata*. Sic omnes ſancti quærentes Dei civitatem, Heb.11. 3. *Utiliſſima*. Qui enim mundi obliviſcitur, is Deum diligit. 1. Joh. 2, 15. nolite diligere mundum. 4. *Noxia* memoria mundi: Hæc enim facit nos Dei obliviſci ſummi boni: Hæc eſt venenum Dei timorem extinguens. 5. *Jucundiſſima*. Mundi namque meminiſſe, eſt meminiſſe ludibrii, umbræ, Phantaſmatis: obliviſcere igitur mundi & cœli recordare, Philip. 3. ubi tuum πολίτευμα eſt.

§. 5. *Oblivio*

Parentum, & eorum, qui nobis benefecerunt: ſic obliti Ægypti Joſephi benefactorum in ſervanda Ægypto. 1. Sam. 8. Samuelis boni judicis. Joſephi pincerna Regis Geneſ. 40. Chriſti Judæi ipſum crucifigentes, ut Pſ. 31, 13. vid. tit. *Ingratudo*.

Oblivionem ſui

Olim antediluviani impedire voluerunt, exſtructâ turri Babyloniæ Geneſ. 11. exſtructis granariis. Johann. Valent. Pierius libro 39. Hieroglyphic.

Oblivio beneficiorum

Frequens hominibus: Luc. 17. novem leproſi. Deut. 32. v. 15. Populus Dei, Jerem. 2, 21. Socius carceris Joſephi Geneſ. 40. v. ult. Confer tit. *Ingratitudo*.

Laudabilis oblivio eſt, cum quis obliviſcitur

I. *Injuriarum ſibi illatarum*: v. g. Sic *Joſeph*; Gen. 45. David, 1. Sam. 24. Lev. 19. Non memor eris injuriarum civium tuorum: Non ſis colatorium feces retinens.

II. *Beneficii*, in alios collati, ob Dei mandatum, non ob commodum privatum & compenſationem, cujus mundus obliviſcitur, ut pincerna illa Gen. 40. Ægyptii Exod. 1.

III. Delectationum in peccato & concupiſcentia. Sic enim mens ſpiritualiter in Ægyptum regreſſa: Num. 11. Recordamur piſcium. Retroſpicit, ut uxor Lothi, Luc. 17. & idola peccati in corde recolit, ut Rachel, Geneſ. 31.

IV. *Temporalium* Philipp. 3. Quæ retrò ſunt obliviſcens. Pſalm. 45. Filia obliviſcere domum patris tui. Exi fidelis anima cum Abrahamo domo tua, Geneſ. 12. Johann. 21. ſequere me.

Malæ memoriæ Exemplum

In Calviſio Sabino, cui nomen Ulyſſis modò, modò Achillis, modò Priami excideret: Seneca Epiſt. 27. in Apollonio. Vid. Martialem lib. 5. Epig. 22. Oblivio eſt quædam quaſi mors & ſtomachus cibum rejiciens: Gregor. in Moralibus.

OBLATIO. *vid. Sacrificium.*

§. 1. Vox Ambigua. I. Accipitur enim pro *munere à populo Sacerdoti oblato*. Canon. Apoſtol. 3. 7. Ignat. Epiſt. ad Smirnenſes. Concilium Neocæſar. c. 8. Nicæn. Canon. 9. 11. 18. Euſebius libr. 9. cap. 43. Inſtitut. Nicephor. libr. ſexto cap. 1.

II. *Pro oblatione Levitica*, Exod. 29, 18. Levit. 2, 3. & ſic paſſim. Heb. 10, 5.

III. *Jeſu Chriſti Sacrificio*, Eph. 5, 2. ubi de incruento Chriſti ſacrificio non agitur, quod docet litera & ſcopus Pauli, & fatetur Bened. Juſtinian. in h. l. Pauli. Heb. 10. verſ. 10. 14. 18. Hoc ſacrificio completa omnia ſacrificia, Heb. 5. v. 1. ſeq. cap. 8, 3. ubi δῶρον notat omnia, quæ Chriſtus in cruce paſſus eſt, ut offenſo Deo ſatisfaceret, quæ nos præſtare nequivimus. Eſt igitur hæc oblatio (1) ſingulariſſima καὶ μονότροπος. (2) *Sufficientiſſima* pro totius mundi peccatis. (3) *Innocentiſſima*. Agnus enim pro hœdis oblatus eſt. Joh. 1, 29. (4) *Acceptiſſima Deo*: In odorem bonæ fragrantiæ. (5) Soli Chriſto *poſſibilis*. Heb. 9, 14. (6) *Efficaciſſima*, cujus virtus æternam parit redemptionem. Heb. 9, 12. æternâ redemptione inventâ.

§. 2. IV. *Sacrificio Spirituali*, Mal. 1, 11. Rom. 15, 16. & miniſterio, Rom. 15, 31. ſive Gentibus, fide Deo conſecratis. Eſa. 66, 20.

V. *Oblationes* veterum pro defunctis erant vota & orationes, non quod crederent, hos in purgatorio exiſtere; ſed ut ſanctos ſibi intuendos proponerent. Cyprianus libr. 4. Epiſt. 5. §. Sacrificia pro iis ſemper, ut meminiſtis, offerimus &c. Fuſius id probat Johannes Froboſius lib. 13. c. 9. Inſtit. hiſtorico-Theol. adductis veterum Teſtimoniis. Et ante illum M. Bucerus lib. 2. adverſ. Latomum.

VI. In S. Communione ſolebant ad altare facere oblationes, nempe panis & vini, eorumque nomina, quorum gratia offerebant, commemorare. Alcuinus libr. de divinis officiis. Hieronym. in Ezech. Cyprian. Tractat. de lapſis. Irenæus lib. 4. adv. hæreſes. §. Igitur Eccleſiæ oblatio. &c. Inde etiam S. Cœnam ſacrificium dixere, quaſi ſacrum factum: C. 1. q. 1. c. Mihi. Partim ad has oblationes, partim & maximè ad Chriſti oblationem ſpectantes. Atq; exinde phraſis, offerre, nata eſt, illoque ſenſu uſurpata, qui nihil infert, quod ad ſacrificium propriè dictum ſpectet.

OB-

OBLOQUI. *v. Calumnia, Lingua, Obtrectatio.*

OBMURMURO. *v. Patientia in Oppositis.*

OBMUTESCO—ere.

1. Propriè dicitur de eo, qui sermonem continet, & loqui prohibetur. 2. Patientiæ est, fidei, spei Ps. 39, 3. & 10. Exemplo Christi Esa. 53, 7. 3. Confusionis & exterminii; Ezech. 27. v. 32. Matth. 22, 12. 4. Potentiæ Christi, qua imperavit Satanæ. Marc. 1, 15. Luc. 4, 35. & mari Marc. 4, 39.

5. Integritatis Christianæ, qua hostium ora obturamus. 1. Pet. 2, 19. ita olim Saul convictus innocentia Davidis. 1. Sam. 26. in Græco: obligatus fræno quasi.

§. 1. OBEDIENTIA. *Obsequium.*

Conf. Novitas vitæ. Pietas.

1. Liberorum. V. Liberi.

2. Erga Ministerium V. Auditor, Discipulus.

3. Erga increpantem V. Correctio.

4. Deum vocantem V. Minister.

5. Erga Præpositos Ordinum Monasticorum, vide Basilium M. Orat. XX. de Principatu.

6. Facilitas credendi Doctoribus, quò nonnulli referunt illud Romanor. 16. versicul. 19.

Obedientiæ Causa Deus est.

Esa. 50. vers. 5. Exod. 4. v. 11. Deuteronom. 29. v. 4. 1. Reg. 8. vers. 58. Job. 36. versic. 10. Psalm. 71. vers. 17. Proverbior. 20. v. 12. Esa. 48. v. 17. Philip. 2, 13. 2. Chron. 30, 12. Nota: venit manus Domini.

§. 2. *Objectum cui?*

Deo nos subjicere debemus, eique obœdire, cor ad eum inclinare. Jos. 24. v. 23. Quia (1) omnia nobis subjecit, ideo debemus ei esse subjecti, Psal. 8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus.

(2) Seipsum subjecit pro nobis Philipp. 2. Exinanivit semet ipsum, formam servi accipiens.

(3) Nos sumus præda illius. Esa. 9. Jugum oneris ejus, & virga humeri ejus. Propter hoc igitur debemus ei subjici secundum naturam Elephantis: antequam enim domatur Elephas, cædit eum aliquis & pessimè tractat, & tunc venit ille, cujus est, qui vult eum domesticum habere, & liberat illum de manu ejus, & Elephas semper obedit ei.

(4) Exemplum obedientiæ in Abrahamo se circumcidente Gen. 17. & offerente Filium Gen. 22. Exeunte patriis finibus Gen. 12. sequamur hujus & fidei & vitæ vestigia. Heb. 11. obœdivit exire, &c.

(5) Sicut oves vocem Pastoris audiunt, Joh. 10. Sic nos Christi: sicut famuli Regis ad fores Palatii excubant. Corpus Sphæricum facilè movetur: sic pii, à Spiritu S. moti Deo morem gerunt.

(6) Propter *Imperantis Dei Majestatem* debemus ei obedientiam Exod. 3, 6. Es. 6, 3. Ps. 72, 19. Esa. 66, 1. 1. Reg. 8, 23.

(7) Propter *beneficiorum varietatem* obediendum Deo, quia ingrata anima, quæ nolit sequi *creatorem*, i. e. *liberatorem*, *sanctificatorem*. Exod. 21, 6. Sic nos servi obediamus Domino nostro. Exod. 29. v. 20. Unctio auriculæ notat obedientiam. August. Tom. 8. col. 801. d. eaque impetrat à Deo defensionem ab hostibus. Exod. 23. vers. 22. benedictionem temporalem v. 15. & seqq.

(8) Propter *iræ gravitatem*: canis revertens ad vomitum, August. Tom. 8. col. 916. id tuis oculis horret, at multo magis oculis Dei. Gen. 19. Lothi uxor in statuam salis conversa est ob inobedientiam. Marcus C. juvenem, in lustratione parere nescium, abjecit, armis spoliavit, mancipium fecit, dixitque: Non est mihi opus cive, qui parere nescit: sic non obedientes cœlo DEUS excludit. Matth. 7. versu 21. 23.

(9) Propter *pœnarum rigiditatem*. Est enim Magiæ species inobedientia. 1. Sam. 15.

(10) Ob Christi obedientissimi *Exemplum* nobis imitandum. Philip. 2, 8. Psalm. 40. vers. 4. Johann. 14. vers. 31. Davidis, Psal. 56. versu 13. 14.

(11) Propter *præmiorum ubertatem*. Nam obedientia multa bona confert, vitam præstat, mortem avertit. Utilissima est & debitissima, jucundissima, justissima, præstantissima: statui nostro convenit, quia Deo sumus servi, liberi, debitores; præstat omnibus sacrificiis 1. Sam. 15.

§. 3. (12) Est *nota* filiorum Dei. Sir. 21, 7. 8. contrà, sarmenta sunt, qui Deo non obediunt. Augustinus Tomo 8. col. 172. a. b.

(13) Est *radix* omnis boni operis.

(14) Exemplar omnis obœdientiæ est Christus, qui Patris voluntatem fecit, Joh. 4, 5. & fecit, sicut mandatum ei dederat Pater. Joh. 14. Obediens factus Patri Phil. 2. ambulando nos prævivit, ut & nos ita ambularemus. 1. Joh. 1. v. 7.

(15) Scipio Africanus ostendens suorum in Sicilia militum obœdientiam dixit: nullus horum est, qui non jussu meo turrim conscensurus est, seque in mari præcipitem daturus. Plutarchus in Apophteg. Roman. Confer J. Bapt. Fulgosum libr. 1. cap. 1. Rerum memorabilium.

(16) Huc spectant dicta Ps. 34. Audite me filii, patrem scilicet, ut obediatis.

(17) Vota Dei Psalm. 81, 14. Esa. 48. v. 18. quibus nobis obedientiam optat, inobedientiam repudiat.

(18) Si Rex literas ad te daret regio nomine subscriptas, ut quam primùm ad ipsum venires: velle enim se maximis honoribus te exornare; nisi verò maturè venires, ad triremes condemnare, quô studio properares? Cur ergò non eâdem diligentiâ ad Regem tuum Christum festinas, qui tot Epistolis suo nomine conscriptis te quotidiè, ut summis te beneficiis ornet, accersit, additâ comminatione, nisi

nisi in tempore venias, te in æternum damnatum iri; literæ hæ sunt verbum Dei & divinæ inspirationes: memento igitur te Christianum esse, magnoque pretio redemptum, &c.

§.4. (19) Exod. 23, 14. Deut. 16, 16. Tribus temporibus anni omneMasculum comparere tenebatur Hierosolymis, & tunc continebantur hostes innumeri, ne irrumperent in fines Israël,in præmium obedientiæ præsidium Dei. Anno septimo non nascebantur fructus, sed sextum annum fertiliorem faciebat Deus, Levit.25. vers.11. Ergò ex observantia divinorum præceptorum nulla metuamus incommoda, & si ponamus fiduciam in Deo, *ipse faciet.* Abraham non tardavit exire in terram, quam daturum se ei Deus promiserat Gen. 12. Nos etiam terram illam viventium animæ pedibus perambulare, vel consideratione complecti ne pudeat; ad cœlum aspirare unicè juvet: Philip.3. nostra conversatio est in cœlis. Tendimus ad illam, in Christum credendo, & ex hac fide obediendo.

Regula.

Obedientiæ Christianæ est divina doctrina, cui dediti esse debemus; & quidem ex corde, Rom. 6, 17. consilia pontificia & inspirationes contra Dei verbum rejicimus ab hac obedientiæ normâ. C. Granatens. part.2. pag.685. ducis peccatorum.

§.5. *Requisita obedientiæ Deo præstandæ.*

1. *Libenter* & spontaneo spiritu: Psal. 110. populus spontaneitatum.

2. *Simpliciter*, ut nostrum judicium voluntati Dei subjiciamus, ut Matt.4.v.21. Andreas. Abraham Gen. 12. v. 1. 2. Petrus Luc. 5. mox cedit Christo naviculam.

3. *Hilaritatem*, i. e. ut læti cum Abrahamo obediamus.

4. *Humiliter:* sicut servus in humilitate Domini sui jussa exequitur, ut Eleasar Genes. 24.

5. *Constanter:* ut in medio cursu non abrumpamus, sicut Saul. 1.Sam. 15.

6. *Indifferenter*, i. e. sic,quocunque jussisset Deus, ivisset Abraham, ad locum quemcunq; ipsi Dominus ostendisset.

7. *Perseveranter*, totâ vitâ peregrinatur in Canaan Abraham, non tædet eum peregrinationis, qui Deo obedit: sic nos toto peregrinationis nostræ tempore morem Deo geramus,obsequiumque præstemus. Addo: Obedientia hæc consistit in tribus: 1. In vocatione,ut sit quisque fidelis, 1.Cor. 4, 2. 2. In privatâ vitâ, ut sit justus, pius, castus, Tit. 2, 12. 3.In ærumnis & cruce, ut sit patiens, 2.Cor.4, 7.8. Rom. 8, 25.

8. *Ardenter: Pondus meum, amor meus*, ait Augustin. lib.11. c.28. de civit. Dei. Ardeat obedientia tua, trahat te hoc pondus, ut siclus sanctuarii, Deo gratus. Levit. 27. Omnis æstimatio, &c.

GRADUS.

Habet gradus suos Obedientia: Deo magis debetur, quàm hominibus, Actor. 5. v. 29. Idem olim dixit Dionysius Alexandrinus Æmiliano Valeriani præfecto, apud Baron.Tomo 2. fol.588. à principio.

Itaque obediendum.

Quibus?

§. 6. Deo, Magistratui, Parentibus, Præceptoribus: *V. Subditi. Liberi. Discipulus.* Deo magis, quàm hominibus, Act. 4, 19. Matth. 22. Reddite Deo,quæ sunt Dei. 2. q. 3. C. si Dominus, C. Julian. Augustin. sup. Ps.124. Exempl. *Discipuli*, Actor. 4, 19. *Acepsimas* cum tribus sacerdotibus, Sozomen. lib. 2. c. 13. *Hormisdas*, Tripart.lib.10.c.31. *Gordius miles*, de quo peculiari sermone Basil. Ambrosius Episc. Tripart.lib.9. c.20. *Benevolus* Cancellarius Cæsaris Valentiniani, Ruffin. lib. 11. c.16. Valentin. Ruffin.lib.11.c.1.Theodoret.lib.3. c.16. *Petrus*, Camerarius Diocletiani. Euseb. lib.8. cap. 16. Confer Euseb. lib. 6. c.31. lib. 7. cap. 12. lib. 4. cap.15. Victor lib.3. persec.Vandal. Euseb. lib. 4. c.17. lib.6. c.32. & 21. Ruffin. lib. 11. c.16. Sozomen.lib.2.c.11. & 9. Euseb.lib.6. c.13.Theodor.lib.3. cap.15. Sozom.lib.5. c.9. Euseb.lib.5. c. 1. Non tamen sit *cœca obedientia:* Ignatius Lojola voluit se mari committere, sine navi, &c. Temerarium! Ineptum! Corbes à Palæstina Damascum portare, septem totos annos silendo & sedendo exigere, quotidiè bis irrigare emortuam arborem, toto anno. Filium suum in profluentem aquam quidam ab Abbate inductus, projecit: v. Cassianum lib.4. & vitam Johannis Damasceni. M.Lucium lib.1. c.5. §.3. de voto obedientiæ. p. 133. & p.20.114. &c. histor. Jesuitic. & M. Marulum p.360.361. lib. 4. de institut. vitæ.

Obediendum quoque *Ministris ordinariis:* quæ obedientia tollitur ab iis, quos refutat Parochianus obediens p.99. *Dominis:* ~~Joh. 4.~~ Matth. VIII. Vade; & vadit.

§. 7. *Effectus.*

1. Omnia facere, quæ præceperat Deus: Sic Moses & Aaron, Exod. 7, 6. Abjicere abominationes. Jerem. 4. v. 1.

2. Sequi Deum, Deut. 12, 1. Non retrogradi, sed aperire aures, Esa. 50, 5.

3. Observare ejus testimonia, Psal. 119, 5. & odisse peccata ante-patrata, Ezechiel. 20. versu 44.

4. Requirere toto corde Deum, Psal. 119. vers. 31. seq.

5. Virtutes inserere cordi, Gregor. lib. 35. c. 10. Moralium. Obedientiæ flosculos.

6. Sapientiam acquirere, Bernhard. serm. de Epiphan.

7. Dare cor suum Deo, Proverbior. 23. versic. 25.

8. Facit nos ducem sequi Christum & non periclitari in mari hujus mundi, Laur. Justin. c.5. lib. de ligno vitæ.

9. Non infert damna. Tribus temporibus omne Masculum Solymis comparebat: hostes terram Israël non cupiebant invadere: septimo anno non erat defectui obedientia Domino. Ut & suprà tetigimus.

10. Fructus obedientiæ est audire Deum, ut David

David vocem Nathan audivit 2. Samuel. 12. Saul verò non audire voluit vocem Samuelis 1. Sam. 15.

11. Rationes à contrario desumi possunt: Ab *exemplo* Israëlitarum, Herodis, audire nolentium, Psal. 95, 10. adeoque inobedientiæ suæ pœnas dantium. A *periculo*: Qui modò non audit vocem, *venite ad me*; in judicio audiet vocem: *Ite in ignem*.

A pœna: Proverb. 1. 36. Esa. 65, 6. Jerem. 8. v. 9. Esa. 1, 24.

Sicut hortulanus putres ramos abscindit: sic Deus inobedientes. Sunt enim sarmenta solùm, Ezech. 15.

12. Spectant huc commoda alia, obedientes insecutura: Illos vivere, Prov. 3, 22. Bona terræ possidere, d. l. Virtutes menti inserere, insertas custodire, Greg. M. lib. 35. Moral. Mercedem præclaram expectare à Deo, Basilius M. in princip. Proverb. Benedictionem impetrare, Jer. 34, 18.

§. 8. *Subjectum Obedientiæ.*

Sunt Pii Prov. 15, 28. In his namque hæc virtus residet, è verâ fide generosus surculus, matris genium referens.

Obedientia præstanda.

Nam hæc tenet palmam, August. in Ps. 70. Conc. 2. Apoc. 7. Palmas in manibus Sancti tenuerunt, ceu fide vincentes, fidem obedientiâ ostendentes.

§. 9. *Sit verò constans.*

Ne culpemur à Domino, Jerem. 34. v. 16. Exod. 32. citò recesserunt. Exemplum obedientiæ in Josepho, Rechabitis Jerem. 35. v. 18. 19.

Similia.

Est sui ipsius abnegatio: qui enim Deo obedit, seipsum necessum est abneget, Matth. 16. vers. 24.

Mors spontanea, qua suæ pius voluntati mortuus Christo vivit.

Sepulchrum voluntatis humanæ, Johan. Climac. in scala Paradisi Grad. de Obedientia. Rom. 6. sepulti sumus unà cum CHRISTO.

Ut grues omnes unum ducem sequuntur: Sic nos unum vitæ magistrum Matt. 23. Jesum Christum.

Unus Nauclerus est, cui nautæ parent. In exercitu est unus Imperator. Unus est judex. Hieronym. Epist. 4. ad Rustic. Unicum Ducem, Nauclerum, Imperatorem, Judicem IESUM CHRISTUM sequamur obediendo.

§. 10. *Oppositum Inobedientia.*

Est cum homo arbitrium cordis sui sequitur Jerem. 6. v. 12. & cogitationes ejusdem Jer. 16, 12. cap. 23, 17. nec divinas admonitiones audit Psal. 82, 6. Deo rebellis fit Psal. 5, 11. Hoc nomine Israël inobediens domus audit, Ezech. 2. v. 5. 6.

Causæ.

Causa inobedientiæ est Satan, hominis cor abducens à Dei obedientia. Duritia Cordis humani: V. paulò ante *Obduratio*. Superbia, Deut. 17, 12. & inflatio humani cordis.

Effectus.

Nolle Deum agnoscere: Sic Pharao ignorare voluit, agnoscere noluit Deum. Exod. 5. quis est Dominus? jugum Domini abjicere Ps. 2, 3. resistere Deo Actor. 7, 15. ejus Ministris Act. 13. v. 8. projicere verbum Dei Psal. 50, 17. nolle facere juxta verbum Dei Jer. 44, 16. obdurare corda. V. *Obduratio*.

Impersuasibilitas.

Dissuadetur Sir. 21, 7. 8. à damno, periculo, ruina. Sese à Deo avertere 1. Reg. 9, 6. Ire retrorsum Es. 1, 4. Jer. 15, 7. c. 7, 24. Solem spiritualem blasphemare: ut populi Atlantici & orientem & occidentem solem blasphemare commemorantur. Esa. 30. c. 66, 4. tergum obvertere. Jerem. 32, 33. contumacem esse, Jer. 17. v. 23. Dei fœdus facere irritum, Deut. 31. non audire Ministros Exod. 6. non audiet vos Pharao c. 11. Exod. Jerem. 13, 9. 10. non audire verba Dei cap. 22. v. 21. 22. cap. 5. v. 20, 21. cap. 6. v. 10. 15. 17. 19. non curare Domini consilium. Psalm. 106. v. 13. Deo recalcitrare, Deuteron. 32. legem ejus violare. Psal. 107. v. 11. recedere à Deo factore, discedere à Deo. Hoseæ. 9. DEUM vitâ blasphemare. Sunt Populi Athlantici quidam, qui solem orientem blasphemant, teste Plinio libr. 1. c. 5, 8. sic impii sive surgentes, sive lectum petentes, impiâ vitâ Solem justitiæ Mal. 4. lucem mundi Johan. 1. gratiam Dei Tit. 2. blasphemant, Rom. 2. Non inclinare aures, Jer. 25, 4. Ambulare ex adverso, Lev. 26.

Pœna. §. 11.

Inobedientia legi præstita dissuadetur à comminationibus Dei, ejusque erga inobedientes actibus, & pœnis, qui & quæ sunt.

1. Reddere iniquitatem Patrum filiis, Exod. 20, 5.
2. Maledicere: Deut. 27, 26. c. 28, 16. venient maledictiones, &c.
3. Morbi varii Deuteronom. 28, 22. Percutit Dominus.
4. Cœcitas mentis, Deuteronom. 28. vers. 20.
5. Calamitas in agricultura, ibid. v. 19.
6. Servitus hostibus præstanda Deuteronom. 28, 49.
7. Disperditio & vastatio in omnibus urbibus, Deut. 28, 65.
8. Timor & die & nocte, d. l.
9. Mors Prov. 19, 16. qui vias suas negligit, morietur.
10. Negata precum exauditio, Prov. 28, 9. Qui declinat aures suas, ne legem audiat, oratio ejus erit exsecrabilis.
11. Dei oblivio nostri obliviscentis: Hos. 4, 7. Quia oblitus es legis, propterea quoque obliviscar liberorum tuorum.
12. Nostri abjectio, 1. Samuel. 15. abjecit te Deus. Et putrefactio ignominiosa, Jerem. 13, 11. Desolatio & vastatio Jer. 22. si non audieritis, &c. Dei desertio, Ps. 81, 12. 13. Exustio, Ezech. 15. sarmenta igne exuruntur: sic impii fructum nullum ferentes Matt. 7. Conf. Aug. tom. 8. columm. 172, a. b.

Punita eſt in Adamo & Eva Gen. 3,16. Aug. lib. 14, c. 15. de Civ. Dei: Uxore Lothi Gen. 19, 26. Auguſt. lib. 16. c. 30. de Civ. Dei. Core, Dathan, Abiram Num. 16, 22. Saule, projecto à Dei facie 1. Samuel. 15, 23. Prophetâ occiſo 1. Reg. 13, 24. Iſraëlitis Eſ. 65, 12. Jona ventilato in mari hujus mundi Jon. 1, 15.

§. 12. Allegor. applicetur per ſua membra. Alia ſupplicia v. g. Dei irriſio ſuper nos Prov. 1, 26. qui inobœdientes ſumus: calamitatis ingruentis feſtinatio, Prov. 1, 27. cum irruerit repentina &c. Dei negata exauditio, Prov. 1. v. 28. tunc invocabunt me & non exaudiam. Mors ipſa Gen. 3, 19. Roman. 5, 12. Eph. 2, 3. Siquidem Deus juſtus: conſtituit nos peccatores Rom. 5, 19. inducit pœnas Sir. 16, 7. ſeq. parit excommunicationem 2. Theſſal. 3, 14. vitationem & averſionem ibid. juſtam retributionem. Hebr. 2. v. 2. 3.

§. 13. *Comparata.*

Probi ſervi obſequio ſe Dominis ſuis attemperant: quantò magis nos obedire debemus Deo, cujus judicium non in compede & pileo vertitur; ſed in æternitate aut pœnæ, aut ſalutis Tertul. lib. de patient. Nobis volumus præſtari obſequia ſervilia: de noſtris Deo præſtandis obſequiis Chryſ. hom. 16. in 1. ad Tim. Equus generoſus ſponte ſua ſequitur ductorem: ſic pii Deum obœdiendo. Imago repræſentatur per picturam: ſic obœdientia præſtanda Deo per vitam. Lucis filii cum ſimus, majorem debemus obœdientiam luci, cum umbris aſſiſtentes Judæi legem Domini obſervaverint. Lunæ, ſtellæ, ſol, mare & omnia Deo obœdiunt; quidni & microcoſmus? Lutum ſumus; igitur figulum ſequamur obœdiendo. Maritum ſequitur conjux; Chriſto obœdientiam præſtet ſponſa anima. Milites ducem ſequuntur, ut vincant: ſic nos Deum ducem audiamus & ei morem geramus: ſequuntur regem, ut triumphent. Metalla liqueſcunt calefacta: ſic cor obediens amore Dei & proximi incaleſcit. Pater noſter Deus eſt, huic debemus obſequium Malach. 1. Servi debent obœdientiam Domino: ſic nos Deo, Mal. 1. vide Lactant. l. 5. c. 19 inſtitut. Tenebris involuti in magno ſunt rerum diſcrimine; certè, qui Deo non obtemperat, in ſummo ſalutis diſcrimine conſtitutus eſt. Terra producit omnia, quæ ipſi committuntur; quidni & anima noſtra obœdientiæ fructus proferat? Virga tenuis flectitur: ſic obœdiens cor ad virtutes ducitur. Uxor non obœdiens marito hujus indignationem incurrit: ſic anima Deo non obœdiens.

§. 14. *Exempla*

Obedientiæ, Noë Gen. 6, 22. c. 7, 5. Hebr. 11, 7. Abraham Gen. 12, 1. 4. c. 17, 23. c. 22, 3. Heb. 11, 8. obœdiens (α) patriam relinquendo: (β) ſe crucifigendo: (γ) proprio amori renunciando. In immolatione filii quatuordecim occurrunt: 1. voluit re cariſſima carere: 2. amiciſſimum occidi: 3. & quidem coram ſe, ſuâq; manu: 4. adde & primogenitum: 5. in ſenectute miraculoſè natum: 6. in quo promiſſio Dei fundata: 7. matri proles dulciſſima: 8. incendio deſtinata: 9. totoq; triduo hæc triſtis cogitatio cordi Abrahami infixa: 10. utilitas filii immolati apparebat nulla: 11. & nemo adfuit Abrahamo, cum ei hoc Deus præciperet, ideoque excuſatio ei fuiſſet præſciſa: 12. juſſio hæc omni erat rationi contraria: 13. nullum præceſſerat immolati filii exemplum: 14. adde ingens ſcandalum, ex hoc Abrahami filicidio, ad omnes manaturum. Hæc omnia exaggerant obœdientiæ Abrahamiticæ magnitudinem. Iſaac Gen. 26, 5. Jacob Gen. 28, 5. 7. hujus familia Gen. 35, 4. Joſeph c. 37, 13. Moſes Exod. 3, 13. c. 7, 6. c. 24, 3. c. 39, 31. Filii Aaron Lev. 8, 36. Iſraëlitæ Num. 1, 54. cap. 2. v. 3. 4. Deut. 34, 9. Joſ. 1, 16. 17. cap. 22, 1. 2. c. 24, 21. David 1. Sam. 17, 20. Rex Iſraël 2. Reg. 6, 21. Iſraëlitæ 2. Chron. 11, 14. Judæi Eſdr. 10, 12. Legati Hiſkiæ Eſa. 36, 21. Jehu 2. Reg. 10. Amaſias 2. Reg. 15. Rechabitæ Jer. 35, 6. Petrus Joh. 13, ipſe Jeſus Chriſtus Philip. 2, 8. Joh. 4. c. 5. c. 6. Matth. 26. Joh. 10, 18. cap. 14, 31. c. 15, 10. c. 17, 4. Heb. 5, 8. c. 10, 7.

§. 15. *Inobedientiæ*, Saul 1. Sam. 15. Cain Gen. 4. Achab 1. Reg. 20. Judæi Deut. 28. Lev. 26. Pſ. 95. &c. Hinc phraſes: Nolle audire, rebellare, cor obdurare &c.

OBSCURUM.

Dicitur Dupliciter 1. Subjectivè, quod in ſe obſcurum & ambiguum, qualia erant *Oracula* τȣ̃ λοξȣ̃ *Apollinis*. 2. Objectivè quatenus alicui aliquid obſcurum eſt proprio vitio: ſic 2. Cor. 4. obſcurum dicitur Evangelium.

Obſcuratus intellectus: *v. tit. Intellectus.*

OBSERVATIO.

Multiplex; (1) *pietatis*, Gen. 17, 10. Exod. 12, 17. 42. Eccl. 12, 13. 1. Cor. 7, 19. (2) *malitiæ* Pſ. 31, 7. 2. Sam. 13, 28. (3) *ſuperſtitionis* Gal. 4, 10. ceremon. Luc. 17, 20. (4) *prudentiæ* 1. Sam. 1, 12. Rom. 16, 17. Philip. 3, 17. non temerè cum hæreticis conferendæ manus Chryſ. in Rom. 16. Conf. 2. Theſſ. 3, 6. Tit. 3, 10. 1. Sam. 19, 2. (5) *divinæ omniſcientiæ* Job. 13, 27. (6) *Juſtitiæ* Pſal. 130, 3. quâ Deus peccata obſervat.

OBSES.

2. Reg. 14, 14. 2. Chron. 25, 24. qui certitudinis ergo dabatur, vid. titul. *Pignus*: it. *Vas*, vadis.

OBSESSIO. *V. Bellum.*

Obſidionis varia exempla refert I. Drexel. Tit. 19. p. 879.

OBSESSI à Satana.

§. 1. Obſeſſio Diabolica eſt corporalis, vel ſpiritualis hominis occupatio, ceu inſtrumenti Diabolicarum operationum. Eſt verò obſeſſio ſpiritualis, cùm Satan mentem hominis ſpiritualiter occupat, & accendit cor ad vitia, eaq; ſuggerit: ſic Satan in Judam intravit Luc. 22. hinc Diabolus vocatur Joh. 6. cui Satanas in cor dedit Joh. 13, 2. 27. 2. Tim. 2. Saulum occupavit 1. Sam. 16. Major eſt hæc corporali obſeſſione, vid. Poſtillam Eccl. Lutheri f. 310. b. §. Das beweiſet. Satanæ igitur reſiſtendum Jac. 4. ei locus non eſt dandus Eph. 4.

Cauſa.

§. 2. *Causæ*, cur permittat Deus, hominem à Satana obsideri: 1. occultum ejus judicium, August. c. Pelagian. Baron. tom. 1. annal. fol. 559. Edit. Mogunt. 2. ob infideles, qui negant esse Dæmones, ut Sadducæi: 3. ob magos ipsos, ut hi convertantur; id Cypriano factum est: 4. ob potentiam Dei ostendendam: 5. tentationem justorum Deut. 13. 6. punitionem peccatorum, v. g. apostasias, teste Cypriano, ob quam multi obsessi sunt; jurgii, irarum, Alexander ab Alex. l. 4. c. 19. imprecationis parentum, vid. vitam Zenonis Martyris: invidiæ, ob hanc Saul obsessus 1. Sam. 16. superbiæ, Nebucadnezar: imò obsidentur homines ob SS. Eucharistiæ abusum, huc referunt nonnulli Corinthios ægrotos 1. Cor. 11. Cyprian. de lapsis cap. 8. blasphemiam. 1. Tim. 1, 20. Hymenæus & Alexander Satanæ traditi: luxuriam, sic incestuosus Satanæ est traditus: avaritiam, sic cor Judæ ingressus: tyrannidem; Sigebertus refert, Geilanam Franconiæ Ducissam, S. Kiliani interfectricem, à Dæmone obsessam esse anno 697. inobedientiam filiorum, vid. Alexand. ab Alex. l. 4. c. 19. dierum Genial. Promptuar. Exempl. ad 4. præc. fol. 84. contemtum verbi Dei & sacramentorum. Obsessus quidam civis fuit Kombergensis à Diabolo tempore Lutheri, qui sui concionatoris voces & gestus ludibundus expressit in horto, D. Balduin. p. 242. typo V. Passionis.

§. 3. *Qui expulerint Satanam?*

Salomo, Joseph. lib. 8. A. I. Vide Petr. Martyrem fol. 44. b. 2. L. Com.

(1) Christus. (2) Christiani, teste Tertull. cap. 23. Apol. Justino Martyre in Dialogo cum Tryphone. Paphnut. t. 1. Concil. p. 1. f. 310. a. 2. Expulsi & ejecti Dæmones (3) ab Apostolis Act. 16, 16. 18. 19. qui acceperunt hanc potestatem Marc. 16, 17. Luc. 10. (hæc verò paulatim expiravit post Apostolos & Apostolicorum virorum tempora; de his enim Tertull. c. 2. lib. ad Scapulam. Lactant. l. 4. c. 27. Minut. c. 16. in Octav.) Per precationes & jejunia Matt. 17, 21. Act. 16, 18. non per superstitiosa media antiquitati ignota, v. g. per herbas, rutam, hypericon, suspensas in domibus gemmas, sanguinem humanum, Delrio disquis. Magic. l. 6. c. 2. sect. 2. Per baptismum, eucharistiam, Delrio d. l. signum crucis, opera misericordiæ, orationem ad S. Mariam, angelum tutelarem, Evangelium Johannis collo suspensum, schedulam cui verba Dei inscripta sunt, symbolum Apostolorum, invocationem sanctorum Ave, Maria, Rosarium, Missam, ignem consecratum, aquam lustralem, de la Torre p. 11. de potest.

§. 4. Ecclesiæ. (4) Ab Ethnicis: Ejiciebantur per signum à Serapide, idolo Ægyptiorum, datum, Zwing. fol. 367. a. Ab Apollonio Thyanæo, Zwing. fol. 1524. a. ex Bodini Dæmon. A Porphyrio d. l. Zwing. Per media certa Delrio l. 6. c. 2. s. 1. q. 1. p. 929. disq. Magic. de la Torre ex Justin. orat. ad Gentil. (5) A Judæis Matt. 7, 22. Marc. 9, 38. Luc. 11. Joseph. l. 8. c. 2. A. Jud. fatetur Delrio l. 6. c. 2. q. 3. disq. Mag. p. 963. fac. 2. Epiphan. c. 3. cont. Ebionæos. (6) A magis, v. g. Eleazaro tempore Cæsaris Vespasiani, P. Thyr. part. 3. disput. de Dæmoniac. n. 456. 457. Lactant. l. 3. c. 3. Zwing. fol. 367. a. Theat. & f. 1524. a. Ex pacto cum Diabolo: Delrio disq. Mag. l. 6. c. 2. qu. 1. Hanc potestatem non habet Ecclesia Romano-Pontificia, 1. quia nondum probavit, se hanc potestatem à Deo accepisse: 2. nec habet promissionem, Deum velle operari per media illa, quibus utuntur: 3. quæ & nova sunt & antiquitati ignota. Diabolus aliquando ludificatur Pontificios, cum ad eorum exorcismos non exit homine: Zwing. f. 15. a. Theatr. §. Puellæ. Dæmoniacæ & mulieres 80. Romæ à Benedictino monacho exorcisatæ sunt frustra totis 6. mensibus: ibi Jesuita quidam coram Papa defendit, non esse penes hominem facultatem istam, Dei consilium esse impervestigabile.

§. 5. *Modus expellendi:* non per radicem Salomonis, vid. Josephum l. 8. c. 2. Antiq. Judaic. non per reliquias, suffitus, vid. Thesaurum exorcismor. & Zwing. f. 366. Theat. Sed solis precibus & jejunio, vid. Balduin. casu 11. lib. 3. c. 3. de Casibus Consc. Menger. q. 3. in inform. Dom. Oculi; & pastorale Lutheri Portæ part. 331 Addendæ quoque Eleemosynæ, ut monet D. Balduinus d. l. sic Lucius collega imperii, expulso Lucilla Dæmone, ter mille modios pauperibus dedit quotannis è fisco regio, Aurel. in epitom. Baron. p. 121.

§. 6. *Signa obsessi* & indicia: 1. blasphemare Deum: 2. linguis peregrinis loqui: 3. horribiles aspectus ostendere homini, antequam veniat: 4. stultitia cum immoderato risu conjuncta: 5. abhorrere à nomine Dei & precibus: 6. aures obturare, linguam ligare: 7. non posse recitare articulum secundum de Jesu Christo, vide Froschelium concione de Angelis, & in Theatr. Diabol. P. 1. p. 59. Balduin. p. 646. col. b. de Casib. Consc. Hæc & alia non separatim, sed conjunctim solicitè expendenda sunt, nec citò nimis ferenda sententia de obsessione. Solent etiam obsessi monere ad pietatem & pœnitentiam, in quo tamen negotio Satan audiendus non est, v. D. Mengering. q. 2. Dom. Oculi in informat.

Potestas Satanæ in obsessos non est absoluta, sed à Deo determinata; nec enim illos æterna salute privare possunt Diaboli, vide Luther. in Colloq. mensalibus fol. 115. D. Morlin. fol. 437. in Postill.

§. 7. *Exempla obsessorum* Zwing. fol. 364. 365. Theatri recenset: v. g. Saul, Gundericus Rex Vandalorum, Hispalensem Ecclesiam violans: Michaël imperator Paphlagon: Geilana ducissa Herbipolensis S. Kiliani interfectrix: Latro Longobardus, &c. Sed & bonos nonnunquam obsideri testis est experientia: Causas recenset D. Balduin. part. 633. Cas. Conscientiæ. 1. occulta Dei judicia, Chrys. lib. de provident. 2. manifestationem gloriæ Dei è subsecuta liberatione, ut Johan. 9, 3. 3. impiorum perterrefactionem 1. Petr. 4, 18. 4. Dei justitiam, qui sæpe punit aliena peccata Exod. 20. 5. præservationem à peccato. 6. excitationem ad

 pugnam.

pugnam: 7. inferni commonefactionem: 8. odii Satanici demonstrationem: 9. consolationis uberioris & roboris suppeditationem. 2. Corinth. 1, 5. c. 12. sufficiat tibi gratia mea. Etiam gentiles fuere obsessi, Tertull. cap. 37. in Apolog. Baron. tom. 2. fol. 150. num. 35. curati à Christianis, ibidem: Deus ita Gentilibus se patefecit, sic Abertius Episcopus Hieropolitanus Lucillam filiam Marci Aurelii à Dæmone liberavit & 3000. modiorum frumenti impetravit illi Ecclesiæ, Baron. d. l. fol. 151. a. c. 164.

OBSIGNATIO.

1. *Divina*: Spiritus Sancti obsignatio est divina cordis nostri subscriptio 2. Corint. 1, 22. Eph. 4, 35. Olim Imperatores ita subscribebant M. D. hoc est, manu divinâ. l. 2. C. de quibus munerib. & alibi sæpe: Certè pii divinâ manu obsignantur, digito Dei confirmantur, Luc. 11. digito Dei; hoc est sigillum nostrum, vid. tit. Sigillum: it. Spiritus S. 2. *Humana* fiebat annulo Esther. 8, 10. Dan 6, 17. 3. *Discipularis est*, quâ Deo credimus, Joh. 3, 33. 4. *Instrumentalis* fit per Sacramenta fidem obsignantia Rom. 4. *Signaculum Justitiæ fidei.* 5. *Mediatoria* Christi, qui obsignavit morte peccata Dan. 9, 24.

OBSTETRIX.

Gen. 35, 17. debet 1. consolari parturientes; 2. solicitè in partu omnia agere Gen. 38, 28. 3. pietate prædita esse, Exod. 1, 15. 17. & scientiâ Exod. 1, 19. 4. sacramento fidelitatis obstricta Reipublicæ.

OBSTINATIO.

Confer tit. *Obduratio*: Hujus effecta propria accidentia sunt. Non commutari Psalm. 55, 22. Imperata nolle facere Exod. 7, 13. Indurare cervicem 2. Chronic. 36, 13. facies Jer. 5, 3. Ezech. 2, 4. c. 12. Jer. 9, 15. Non audire Exod. 8, 15. Jerem. 35. v. 14. Facere suum verbum Jer. 44, 10. 17. Avertere scapulam Zachar. 7. v. 11. Pergere in malitia Luc. 23. 34. Thesaurare iniquitatem Amos 3. Non reverti ad Dominum 2. Chron. 36, 13. Non velle accipere disciplinam Jer. 5, 3. Soph. 3, 1. Non conteri Jerem. 5, 3. redire Amos 4, 6. 7. velle Matth. 23, 37. occallescere Os. 9. rebellare Deo.

OBTRECTATOR. *V. Calumnia.*

OBTURO.

1. Veritate. Matt. 22. 2. Vitæ puritate. 1. Petr. 2, 15.

OBUMBRARE.

Deus obumbrat nos Psalm. 91. 1. abscondendo; 2. protegendo ab incursu accipitrum & milvorum infernalium; 3. refrigerando sub umbra, Bernh. serm. 4. super Psalm. Qui habitat, &c. 4. apparendo Matt. 17, 5. Marc. 9, 7. 5. mirabile opus efficiendo, Luc. 1. v. 35. 6. miraculosè umbra Petri sanavit ægros Actor. 5, 15. vid. *Umbra.*

OCCALLESCERE.

Roman. 11. sanæ doctrinæ locum non relinquere, teste ipso Tossano: Ergo absolutè rejecti non sunt Judæi; suâ culpâ scilicet rejecti. V. supra tit. *Obduratio.*

OCCASIO.

Peccati vitanda: vid. *Peccatum.* Temporis benè collocandi Prov. 13, 16. Eccl. 3, 1. 2. 3. Sir. 22, 6. Roman. 12, 11. 2. Cor. 6, 1. 2. Eph. 5, 16. Colos. 4, 5. Boni occasio non negligenda, V. *Tempus gratiæ non negligendum.* Item *pœnitentia non procrastinanda*: Prudenter disponendi res suas Eccles. 8, 5. vid. Gregor. Nazianz. lib. de theologia. Videmus, quæ per se bona sunt, si non benè quoque tractentur, boni gratiam amittere. Serendi & colligendi occasio non negligenda Prov. 10, 5. Apes non statis diebus peragunt suum opus, sed quoties cœli commoditas invitat, Plinius: sic quoque temporis commoditas attendenda est, & maximè in bellis. V. Camer. p. 1. c. 80. hor. subcisiv.

OCCIDO.

I. Deus, cum repentinâ morte ob peccata hominem punit, occidit: Gen. 38, 8. 10.

II. Homo hominem: V. *Homicidium.*

III. Lex non per se, sed per accidens, annunciando mortem: nam per se lex bona est, Rom. 7. 1. Tim. 1. testis peccantium, ut loquitur Primasius in 2. Cor. 3. Ita occidebat Davidem 2. Sam. 12. Tu es vir mortis.

OCCURRO.

Occurimus Deo. 1. agnoscendo miseriam; 2. agendo pœnitentiam; 3. adorando Christi bonitatem; 4. precando DEI misericordiam Luc. 17. Amos 4, 12. filius prodigus agnovit miseriam Luc. 15.

OCHUS.

Rex antepenultimus Persarum. *V. Artaxerxes. V. Malachias.*

OCREA.

Ocreati, calceati pedibus, præparatione Evangelii pacis Eph. 6, 15. i. e. debemus esse parati (1) ad præliandum: (2) ad peregrinandum, ut olim Israëlitæ Exod. 12. vers. 3. Marc. 6. calceatos jubet esse discipulos: (3) parati ad Evangelium pacis annunciandum Esa. 52, 7. (4) ad ambulandum per sentes hujus mundi; sic Laërtem refert Homerus consuto corio bubulo tibias munivisse Odyss. ω. ne à sentibus læderetur.

OCCULTO.

In bellis nemo se occultare potest, Jerem. 49. v. 10. nemo coram Deo irato Psalm. 139. Amos 9. vid. *Bellum.* nemo coram Judice ultimo 1. Corint. 4. Occulta non revelanda. *V. Silentium.*

OCULUS.

§. 1. (1) Visus, sensus ille videndi in oculo. (2) Oculus mentis illuminatus Eph. 1, 7. (3) Affectus animi invidiosus Prov. 23, 6. Tob. 4, 7. 17. Sir. 14, 10. Matt. 20. (4) Oculus simplex Matt. 6. totum corpus lucidum reddens. v. 22. Prov. 20. Salomon hominis animum lucernæ comparat. Cicero quoq; animum conturbatum oculo malè disposito, 3. Tuscul. quæstion. Hieron. in c. 6.

in c. 7. Matt. confer. tit. *Continentia oculorum: item Visus*. Oculi Christi (α) candidi (β) rubicundi: (γ) fulgor gaudii, quem namque benignis oculis Christus aspicit, ille gaudio perfunditur cœlesti: (δ) stellæ omniscientiæ Joh. 6. simul ac populum intuitus, quid ei facturus esset, probè scivit. (ε) splendor misericordiæ: (ζ) lux pellens famem & deserti hujus mundi tenebras: (η) objectum oculorum Christi nostra fames, miseria, penuria. (θ) oculus Christi sol miraculosus, cœcos illuminans, teste Midras in Psalm. 146. & Es. 35. & c. 42, 7.

§. 2. Oculus monet *de charitate*: non est meritus, ut sit in corpore: est factus oculus in corpore, Luther. 2. post Epiph. f. 235. b. sic nec meriti sumus operibus, ut in Christo membra essemus: *De affectibus*: horum enim sunt oculi indices; hinc, obliqua tueri: item: dulce micant oculi: placido lumine videre. *De Dei bonitate*: ex hac enim oculos dedit, quibus lumen solis amabile contemplari possis, cujus beneficii magnitudo tunc demum conspicitur, cum eo bono homines (ut olim Ægyptii) à Deo privantur: Ex. 8. oculi Isaaci caligarunt. *De nostra calamitate*: Ps. 69, 4. defecerunt oculi mei, dum expectarem Dominum. Custodiendi ne peccent 1. adulterando 2. Pet. 2. 2. ad idola respiciendo & ad falsas doctrinas Psal. 119. Irene imperatrix filium proprium, qui imagines adorare nolebat, visu & oculis privavit. Zonar. tom. 3. *De Pœnitentia*: in hac oculos non tollimus Esr. 9, 6. Lucæ 18. *De Veracitate*: olim per oculos jurabant veteres, ceu rem præstantissimam & pretiosissimam: Augustin. tractat. 35. in Johan. Oculi (inquit) nostri lumina dicuntur: & unusquisque ita jurat, tangens oculos suos, per lumina sua: sic, *vivant lumina mea*, usitata juratio est. Hæc Augustin. *Compatiens*; ejusmodi Christi oculus Luc. 19. super urbe Jerusalem flentis: de industria clausus, nec videre volens Esai. 65, 16. Lucæ 19. *De malitiâ* obstinatâ hominum, Ezechiel. 16, 2. oculus impudici cordis nuncius Gregor. M. libr. 31. moral. Oculus malus notat (1) hominem immisericordem Deuteron. 15, 19. Matt. 20, 15. Marc. 7, 22. Sir. 14, 19. c. 31, 14. 15. (2) avarum, sordidum Prov. 23, 5. 6. cap. 28, 27. (3) scandalosum Matt. 5, 29. (4) ἐπιχαιρέκακον Mich, 4, 11. Obad. v. 13. Bonus autem notat 1. simplicem Matt. 6, 22. 23. Luc. 11, 4. 2. largum, humanum Prov. 22, 9.

§. 3. *Oculi nostri ad Dominum* Ps. 25. & 121, 1. & 123, 2. notatur 1. expectatio auxilii à Deo: 2. fiducia cordis & πληροφορία: sicut enim oculus corporis hujus lux est; sic fiducia in Deo animæ lux est & gaudium, respiciens in invisibilia 2. Cor. 4. v. ult. Ergo non ad sanctos, qui non sicut ille [illegible] semper verò ad Dominum sint oculi nostri Ps. 25. ergo simus in fiducia constantes, non deficientes, cum viderimus ingruere tempestatem Matt. 14. sed ad Dominum clamemus, ut Petrus d. l. solus enim nos extricare potest, Psal. 25. egredi facit pedem meum è reti: sicut oculi servorum Ps. 123. ad manum Dominorum, liberorum ad vultum parentum, oppressorum ad manum liberatorum, erecti sunt Ps. 141, 8. & 122, 1.

Martyrum oculi olim contusi: Simeon Metaphrastes in Actis Glycerii, Tharaci, Victoris & aliorum. Oculus pictus olim erat nota hieroglyphica apud Ægyptios: Orus testis. Index valetudinis oculi; ut valent, ita totum corpus, Hippocrat. epist. 6.

Effodere oculos dextros vult Nahas 1. Sam. 11, 2. 3. idque 1. ut ignominiâ afficeret Israëlitas: 2. bello ineptos redderet, quia clypeus oppositus oculo sinistro visum impediebat: 3. terrorem Israëlitis incuteret, ne rebellarent. Nahas est imago (α) Satanæ, fidem ceu dextrum oculum nobis effodere cupientis: (β) intentio bona & simplex in opere est oculus dexter, hoc eruto, opus ipsum non placet Deo, Estius annotat. in h. l. (γ) Ratio est oculus sinister, quæ non intelligit ea, quæ Spiritus sunt Dei: vide Bonavent. in diæta salutis Tit. de virtutib. c. 2. (δ) Exemplum Tyrannidis, cum oculi effodiuntur: h. l. Nahas.

Oculi aperti corporis

Quinque modis: 1. oculorum ad videndum intentione. Act. 1, 11.

2. Miraculosâ sanatione, Johan. 9, 14. Esa. 35, 5. & 42, 7.

3. Admirabili reseratione, 2. Regum 6. v. 20.

4. Divinitus tentorum apertione, Luc. 24, 31.

5. Non tentorum denique, neque clausorum, apertione, Gen. 21, 19. & 2. Reg. 6, 17. Num. 22. Gen. 3, 7. ex divina bonitate, vel justo Judicio Dei.

Abusus oculorum

Multiplex: Cum [1] ad Deos alienos eos attollis Psal. 44. [2] ad vanam doctrinam, Psalm. 119. [3] ad mundi vanitatem Joh. 2. vers. 15. [4] ad impudicitiam, adulteria. Pii verò ante oculos habent Dei præcepta, 2. Sam. 22. v. 23.

ODIUM & OSOR.

§. 1. Confer tit. *Inimicitia*: it. *Rixa*: it. *Contentio*: it. *Discordia*.

Odium est cordis nostri & affectus ab eo aversio, quod odio prosequimur Roman. 1. v. 29. Odium differt ab ira: vid. tit. *Ira*.

Odium quotuplex?

1. DEI, quo ille malos homines odit, Ps. 11. vers. 5. & 5. vers. 6. Deuteronom. 1. v. 27. cap. 9, 28. cap. 6, 22. Jerem. 44, 4. Amos 5, 15. cap. 6. v. 8. Zach. 8, 17. Proverb. 6, 16. Es. 1, 14. Jer. 12, 8. Sap. 14, 9. Passivum, quo odio habetur Deus à nobis, quod absit! Sunt tamen θεοστυγίαι eorum 1. qui optant Deum nullum esse. 2. nullum judicium esse. 3. Religionem non curant, Epicuræismum fovent. 4. Deum blasphemant. 5. a fœdere baptismi resiliunt, ut magi & sagæ Rom. 1. Significat etiam græca vox eum, quem Deus odit: de hoc odio jam paulo ante dictum. Odium Christi, cum hic odio habetur ab hominibus, Joh. 15, 18. 19. 23. vel cum Christus odit injustitiam Psal. 45, 8. Hebr. 1, 9. Apoc. 2, 6. Odium doctrinæ Evangelicæ Matt. 10, 22. Marc. 13, 13. Luc. 21, 17. Joh. 16, 2.

2. *Angelorum* bonorum, qui malos odio

habent: Malorum, qui bonos 1. Petr. 5. Cauſa ejus efficiens eſt Satan Apocal. 12, 9. Sapient. 1, 19. accuſando, perſequendo, mactando Pſ. 94, 23. relegando Johann. 6, 1. mundi malitia 1. Johan. 2, 16.

§. 2. 3. *Hominis* ejusque vel (1) Boni, qui odit (α) malos, qui proximum & virtutem oderunt Gen. 27, 21. Pſal. 38, 20. & 139, 21. 22. Joh. 16. mundus vos &c. 1. Reg. 22, 8. Tit. 3, 3. Amos cap. 10. Rom. 1, 20. (β) falſam religionem, impiamque fidem; hoc odium in laude eſt Pſ. 139. Pſ. 119. v. 105. 128. Apoc. 2, 15. omne malum; & quidem odio eximio & perfecto. Roman. 12, 9. ex Emphaſei vocis ἀποςυγοῦντες. (γ) Diabolum 1. a vitiis ejus variis, à rege, Chriſto contrario: 2. ab effectu in nos ſubdolo, truculento: 3. ab effectis & operibus impientiſſimis, ut eſt, peccati inductio, Adami ſeductio: 4. a turpi præmio, quod cultoribus ſuis dare ſolet: 5. a ſæviſſima captivitate 2. Tim. 2, 26. 6. ab operationibus Satanæ pernicioſiſſimis, quæ ſunt: excœcare, faſcinare 2. Cor. 4. v. 4. Gal. 3, 1. decipere ſpiritu fornicat. Oſeæ 4, 12. 7. a vilitate ſervitii Diabolo præſtiti: 8. a vitioſitate ejusdem: 9. a duritie ſervitutis hujus; agit enim ſuos de paccato in peccatum: 10. a pernicioſitate ſervitii in quam tandem incidunt Satanæ amatores. (δ) ipſos parentes, quos præ Chriſto odiſſe licet Luc. 14, 26. (ε) peccatum, Pſal. 31, 7. & 97, 10. & 101, 3. & 119. 128. 113. Prov. 8, 13. Roman. 12, 19. Judæ epiſt. v. 23. Vel (2) *Mali*, 1. quo Chriſtum odit homo malus Joh. 15. 13. 2. quo DEUM odit; DEUM non diligunt (α) odio habentes diſcipulos Pſal. 50, 16. 17. DEI filios. Pſal. 55, 4. & 68, 2. (β) gloriantes in faciem 2. Cor. 5, 12. (γ) hypocritæ Matth. 7. Domine, Domine. (δ) factis DEUM negantes Tit. 1, 6. Confer Deuter. 32, 41. Pſalm. 73, 4. & 122, 21.

§. 3. *Effectus* contra primum præceptum 1. contemtus DEI: Job. 22. recede à nobis, dicebant impii. Saul DEUM contemſit inobœdientià 1. Sam. 15. Jer. 3. ſi contemnat mulier amatorem ſuum: 2. derelinquere eum Eſa. 1. 3. ſpernere DEUM Oſe. 6. ſpreverunt me; nolle credere, Eſ. 65. Eſ. 1. 4. contemptus verbi, qui diſſuadetur (α) ob mortem æternam Geneſ. 2. morte morieris; (β) ne evomat nos terra Lev. 20. (γ) ne pœnis nos DEUS viſitet Levit. 26. bello, fame, peſte: plura vid. column. 57. 58. Syntagmatis Wigandi.

§. 4. *Pœna* contemtorum divini verbi, Num. 15, 31. verbum dum contemſit, delebitur: 2. Reg. 22. iræ DEI accenſio: 2. Chron. 24. facta eſt ira. Eſ. 30. filii audire nolentes; Jer. 35. non inclinare aurem: Daniel. 3. non facere ſicut DEUS præceperat: ſepulturæ negatio 1. Reg. 13. non inferetur cadaver: ſpoliatio 1. Chronic. 35. & 26. exemplo Amaſiæ regis Judæ capti: Ira DEI 2. Paral. 36. donec aſcenderet &c. hoſtium excitatio 2. Chron. 36. regem Chaldæorum induxit Jerem. 35. afflictionem: eſuries ſpolii Eſai. 65. ecce enim in iniquitatibus: Maledictionum adhæſio Baruch. 1. populi magni imminutio Baruch. 2. in minimam gentem: à terra excluſio Ezech. 20. ne inducerem in eorum domus combuſtionem: Amos 5. quærite Dominum.

Odium ex vultu, in Scythia Weiber mit doppelten Sternen in den Augen / viſu necare potuerunt hominem: D. Sig. Saccus f. 88. in V. poſt Trinit. Odia pertinaciſſima ſunt ex hæreditate injuſtè diviſa ex œc. 43. Ruſt. Odia nationalia ſunt, quæ inter nationes gliſcunt: de his Ludovic. Arelat. in Concilio Baſilienſi de Natione Italica: C. Eſpenſæus. Hinc

§. 5. *Odium mundi*, in quo notentur *Cauſæ* 1. Diſſimilitudo mundi & piorum Sap. 2, 15. Joh. 15. Gen. 37. fratres Joſephi: 2. invidia: 3. παῤῥησία piorum liberè carpentium vitia impiorum Prov. 15, 1. Amos 5, 2. 4. ſeparatio à conſortio impiorum 1. Petr. 4. 5. Chriſti ignoratio & cœcitas Joh. 16. Actor. 3, 17. 19. 6. zelus pro falſa religione; ſic diſcipuli odio ſunt habiti ob ſpretas hominum traditiones Marc. 7, 4. 5. 6. 7. odium nominis Chriſti & deteſtatio Domini noſtri Jeſu, quam pii ferre non poſſunt: 8. prærogativa piorum, qui à DEO diliguntur ut Joſeph. Gen. 37. 9. benedictio temporalis. *Finis*: in die extremo finis erit. Hannibal tum demum odia Carthaginis & Romæ finienda eſſe dixit, alterutrâ eorum in pulverem (qualem tùm pedibus ſuſcitaverat) verſâ: ſic quoque mundi & piorum odia 1. Corint. 15. Tunc hoſtis ultimus &c.

§. 6. *Effectus*: Maledicere effectus odii inimicorum 1. Pet. 2, 23. quærere proximi damnum Pſ. 71, 24. & v. 13. ei obſiſtere Pſ. 18. 21. attrahit gehennam Matth. 5. tenebras 1. Joh. 2. Contemnere Eſa. 33, 1. pœna additur ibid. contemtûs mutui exempla Judic. 9, 28. Gaal deſpexit Abimelech. 1. Sam. 17, 43. 2. Sam. 15, 3. Luc. 7, 39. Johan. 8, 3. Ab exemplo Catharorum. Socrates l. 1. c. 1. vid. Auguſtin. l. 2. contra Pelag. cap. 19. epiſtol. ibid. l. 3. contra Creſcon. cap. 31. Hunc contemtum efficit ſanctitas externa, Pontificia & Phariſaica: contemtus proximi oritur à peccatore Proverb. 14, 21. contemtoris via adfert dolorem Proverb. 13, 15. Contemtores (i. e. impii, peccatores, inſipientes) puniuntur, & ejecti è terra ſua Proverb. 2, 22. Contemtor diſciplinæ pudore ignominioſo ſuffunditur Proverb. 13, 18. Cogitare malum, ut proximo inferatur Proverb. 21, 12. ſic fratres Joſephi ex odio malum cogitabant Geneſ. 37. cap. 50. Diſſuadetur à pœna Proverb. 17, 11. Exprobrare homini vitia; is ſi ſe corrigat, non audiet exprobrationes Sir. 8, 6. Inſultare in calamitatibus; ſic Belſazar potans Dan. 5. putavit promiſſionem. Proximo inſidiari Sir. 25, 18. eum occidere Gen. 4, 5. c. 27, 41. 1. Joh. 3, 15. Litigare Prov. 10, 12. Optare mala proximo Prov. 21, 10. Amaritiem vitæ inferre Proverb. 15, 17. Sir. 40, 5. Vitam æternam tollit 1. Joh. 3, 15.

§. 7. *Objectum* odii mundani: Etiam nomina Chriſtianorum Tertull. apol. cap. 3. Oditur etiam in hominibus innocuis nomen innocuum: Miniſtri verbi Amos 5, 10. odio habentur ob Chriſti nomen Matt. 10, 22. cap. 24, 9. 10. de

operibus

operibus mundi malis testificationem Joh. 7. v. 7. eorum à mundo electionem Joh. 7. v. 19. Pii 1. Joh. 3, 13. Esa. 59, 15.

Veritas odium parit. V. Veritas.

§. 8. *Subjectum* in quo est odium, sunt homines sanguinolenti, qui justum oderunt Proverb. 29. v. 10. ex Satana orti 1. Joh. 3, 12. Deum non amantes 1. Joh. 4, 19. 20. puniuntur ii, qui pios odio habent Ps. 89, 24. hos namque Deus defendit Psal. 35, 1. 2. Gen. 15, 1. amat ceu amicos Jac. 4, 4. c. 2, 23. sic Saul, Cain, omnes homicidæ, omnes osores proximi 1. Joh. 3, 15.

§. 9. *Quale erga pios odium?* est (1) stultissimum, quia sibi nocent, piis prosunt, exemplo fratrum Josephi: nihil proficiunt. (2) usitatissimum exemplo Christi, Apostolorum, Prophetarum, quos mundus odio prosecutus est: vid. Joh. 15, 18. 23. 1. Cor. 4, 9. seq. 2. Cor. 6, 9. 10. (3) utilissimum: pii enim magis Deo adhærent, ad ejus amorem inflammantur, cum illos mundus fastidit. Johan. 15, 19. mundum cum omni gloria fastidiunt 1. Joh 2, 15. (4) nos sanctos esse & Deo charos declarativum; si enim amici mundi essemus; omnes quoque amaret mundus Johan. 17, 15. c. 15, 19. (5) necessarium; uti umbra sequitur corpus: sic odium mundi virtutem 1. Pet. 4, 4. Sap. 2, 13. 14. (6) honorificum, nempe odio haberi cum Christo & omnibus Dei filiis Psal. 73, 15. cum Domino servos affligi, honorificum est Matt. 10, 24, 25. (7) odium firmiter hærere solet, exemplo Felicissimi, qui Cypriano adversatus est, nec odium inveteratum abjecit, Cyprian. epist. 40. apud Baron. tom. 2. fol. 438. num 50. Exempla odii: odit Cain Abelem Gen. 4, 5. Esau Jacobum Genes. 27, 41. Saul Davidem 1. Sam. 18, 8. Amnon vitiatam Thamar 2. Sam. 13. v. 15. inimici Davidem Psal. 25, 19. & 55, 4. & 109, 4. 5. Achab Michæam 1. Reg. 22, 8. Edomitæ Israëlem Ezech. 25, 18.

§. 10. *Ferendum patienter* : 1. ob statum militarem, in quo experimur hostem, Gal. 6. v. 14. mundus mihi crucifixus: vita nostra militia Job. 7, 1. 2. ob exempla Christi, Apostolorum, Prophetarum & piorum omnium luculentissima Joh. 15, 19. 1. Reg. 19, 15. Non sum melior patribus. 3. a natalibus nostris Johan. 17, 15. non sumus de mundo, ergo nec diligit nos Johan. 15. v. 19. 4. a societate omnium piorum, hæc patientium 1. Petr. 4. vers. 12. 5. ob summam cœcitatem mundi, non agnoscentis nos esse futuros gloriosos Dei filios Sap. 5, 1. seq. a simili: sumus in captivitate velut: feramus squalorem mundi, odiorum vincula. 6. ob nostram innocentiam; mundum non læsimus, & tamen odit nos gratis Ps. 7, 2. 7. ob summam piorum dignitatem: Hieronym. epistol. ad Asell. Gratias ago Deo meo, quod me dignum fecerit, quem mundus odio haberet. 8. ob odii hujus perpetuitatem in mundo, semper enim fuit inde à primo fratre Cain, & erit usque in finem mundi, quo refrigescet charitas. 9. ob civitatum duarum diversitatem, est enim civitas Dei & Diaboli in mundo, vid. Augustin. de Civit. Dei. Inter utriusque cives non possunt non odia gliscere, quia alteri de cœlo, alteri de terra; illi patrem Deum habent, hi Satanam Joh. 8, 10. ob Dei amorem, qui nos amat; hujus amore satietur anima. 11. ob præmia æterna destinata iis, qui in patientia expectant Rom. 2, 7. 12. ob innocuam conscientiam, quam conservamus, hostes diligendo, inimicis benefaciendo. 13. ob necessitatem, cujus causa est dissimilitudo mundi & filiorum ac servorum Dei: Galat. 1. vers. 10. si hominibus placerem, Christi servus non essem. 14. ob nominis Christi professionem, quæ semper post se odium trahit Matt. 10. vers. 22. cap. 24. vers. 9. 15. ob pœnam Dei certo obfuturam iis, qui proximum odio habent. Psalm. 34. vers. 22. *Luceat* in hoc mundi odio constans noster amor, adhærendo bono. Psalm. 38, v. 21. sic quoque Ioseph: Gen. 39.

§. 11. *Odium proximi quid?* Est malevolus animi affectus adversus proximum, cum omni aversatione atque insectatione. Causa efficiens princeps est Satan, mancipia sua in odia impellens, ignem sufflans; sic Cain 1. Johan. 3. Homo malus, irregenitus, verâ fide carens. Impellens interna, prava hominis inclinatio, excitans ad odium: externa, susurrones, delatores. Materia in qua, cor hominis pravum Matt. 15, 19. ex qua, actus interni & externi, odium redolentes: circa quam, proximus, hujus res, fortunæ, actiones, &c. Effectus: odium fratris cumulat peccatum Levitic. 19. vers. 17. fastidire proximum Proverb. 21, 10. contemnere 1. Samuel. 10, 27. 1. Chronicor. 16. vers. 23. Proverb. 14, 21. ridere pauperem Proverb. 17, 5. irridetur vicissim à Deo Prov. 1, 26. exprobratio per verba contumeliosa se exerens: excœcatio hominum, sic Judæi excœcati sunt odio in Christum Johan. 8, 40. rixarum suscitatio Proverb. 10, 18. proximi occisio 1. Johann. 3. Cain occidit fratrem. Dei imaginis deturpatio, qui enim odit hominem, Dei imaginem odit; sicut principes in imagine dedecorantur: spectat enim ad Dei imaginem, diligere proximum.

Quale? 1. actuosum & subitum; 2. ignitum; 3. cœcum; 4. insatiabile, non enim nisi exterminio satiatur. Christus Matt. 10, 22. odio vos habebunt ob nomen meum, vid. Chrysost. Javellum fol. 426. Ethnicor. Christ. 5. nunquam habet misericordiam; 6. durabile & diu permanet in corde, Prov. 18. v. 19. 2. Sam. 13. in Absolone.

§. 12. *Fugiendum*; Esther. 7. v. 9. Haman odio accensus furcam Mardochæo confici curavit, ipse verò eidem affixus est; ita odium proximi tandem in autorem redundat, Domino, cujus sola ultio est, vindictam exercente Roman. 12. v. 20. Proverb. 25. v. 20. Est velut eques ille pallidus, insidens est mors; & infernus sequitur illum Apocal. 6. versic. 7. Odium est equus, Diaboli stimulis agitatus; pallidus est, quia pallentes homines efficit; insidens est ipsa mors: odio enim habens pro-

proximum, & suam ipsius animam enecat & fratricidium committit: infernus hunc equum sequitur, quia in infernum præcipitandus. Flamma interfecit viros mittentes Sadrach, Mesach, Abednego in fornacem Dan. 3. ita odii flamma ipsos authores conficit, Roman. 12. v. 20. Odium est velut aqua maris rubri, quæ ipsos Ægyptios operuit Exod. 14. confer Matth. 5, 25. Fœdus regis Naas dextrum oculum petentis, 1. Sam. 11. ita Diabolus tollit charitatem.

§. 13. *Causæ* aliæ dissuadentes odium: (1) *A Dei prohibitione* Lev. 19, 17. 1. Joh. 4, 19. 20. (2) *Ab oppositione charitatis:* diligere debemus proximum, non odisse Matth. 22, 39. Roman. 13, 8. 1. Tim. 1, 5. (3) *A neglectu exempli Dei patris*, qui nos non odit, etsi peccemus Matt. 5, 43. 44. nihil eorum odit, quæ fecit Sap. 11, 24. *Christi*, qui pro odio amorem nobis probavit Rom. 5. v. 8. *Sanctorum*, inimicos quoque diligentium Luc. 6, 35. (4) *A turpi:* fratres enim sumus, ergo odisse non debemus: 1. Joh. 4, 20. est mendax, qui non diligit fratrem. (5) *Ab honesto*, si nos diligamus; id verò, quod honestum & laude dignum est, sectari debemus Phil. 4, 8. (6) *Ab utili*, si non prosequamur odio proximum, Deo accepti erimus per Christum in fide, cujus fructus est charitas. (7) *A damnoso:* manet enim in tenebris, est homicida osor 1. Joh. 2, 8. & cap. 3, 14. Matt. 22. In his duobus præceptis tota lex & prophetæ pendent. (8) *Ab absurdo:* tollit unum polum mundi, qui tollit charitatem proximi. Odio quoq; ipsum Deum habet, vulnerando proximum, Deum vulnerat: huc illud Christi: Saul, Saul, quid me persequeris? *A simili:* si quis pauperem vulnerando ipsum Regem vulneraret, publico & privato damno: sic qui proximum odio habet, Deum lædit & proximum vulnerat. Ut ex festuca incensa sæpe tota oppida conflagrant, sic ex odiis privatis plura scandala. Deus non condonet tibi, si proximo non condones Matthæi 6. & 18. Sirach. 28, 3. 4. homo homini reservat iram, &c. Es. 58, 3. 4. 5. sequent. (9) *Ab impudentia:* vis à Deo veniam accipere, sed homini non dare; verum non dimittet, nisi & tu remittas Matth. 6. v. 11. cap. 18. vers. 33. (10) *Ab effectis:* odium (α) iratum Deum facit. (β) Gemitus piorum, qui odiis iniquis premuntur, excitat. (γ) Precationem 1. Timoth. 2. v. 8. Malach. 2, 13. 14. & omnia bona impedit. (δ) Caino omnes similes facit 1. Joh. 3, 12. 13. (ε) Cor nostrum felle implet Deuteronom. 29, 18. (11) *A pœnis Dei* Genes. 42, 21. Ezechielis 35, 5. Itaque omnis occasio fugienda odii & hoc compescendum omni viâ, modò, viribus juxta Dei mandatum Levitic. 19, 17.

Odium fratris insigne fuit in Ismaële, qui illusor erat Isaaci, Augustinus tom. 10. colum. 103. a. b. Populi Romani odium tantum in Hannibale fuit, ut puer octennis ad altare in illud juraverit, seque hostem populi Romani acerrimum futurum, liquidò edixerit solennissimeque.

§. 14. *Remedia mundi odio opponenda*

1. Committe rem tuam DEO, Psalm. 7. v. 1. seq. Psalm. 37. commenda Domino vias tuas.

2. Consolare te innocentiâ tuâ coram hominibus, Psalm. 7. vers. 4. 1. Samuel. 24. & 26.

3. Meditare exemplum Christi & omnium piorum, & odio mundi expositorum, Joh. 15. 1. Joh. 4.

4. Considera mundi naturam, quæ non potest non odisse pios.

5. Pœnas mundi, Psalm. 7. v. 12. 13. 16. Psal. 9, 4. 7.

6. DEUM nobis advocatum esse, Ps. 9, 5. 9. 11. 13. 19.

7. Ora diligenter, Ps. 7, 14. Ps. 10, 14. Ps. 56, 9. Ps. 9, 10.

8. Cogita, homines malos DEO subjectos esse, Psal. 9, 21. Esai. 37. ponam circulum in naribus.

§. 15. *Similia odii.* Odium est *fel* illud Deut. 32. vers. 32. cor hominis amarum reddens. Est *rima* in navi, quam si non observes ac obtures, magna aquæ copia protinus navem oppleverit: ita primæ odii flammæ occurrendum Genes. 4, 7. prima scintilla extinguenda, suggestio supprimenda. *Ruina* in muro protinus resarcienda, ne domus concidat: cor tuum murus esto, medere odii rimæ, ne ruas in DEI iram Sir. 28, 3, 4. *Ignis* in ligno: sic odium in corde ignis est, qui cor depascit Galat. 5, 15. *Vermis* in panno. Est *pus* in ossibus. *Fermentum* in massa. *Ventus* arescere faciens ignem charitatis: Ventorum quorundam est arefacere terram & infrigidare: ejusmodi est odium, quod terram cordis arefacit, ne humore charitatis fœcunda sit, ut frigore odii planè frigida sit: Matth. 24. charitas frigescet &c. *Rivus* fontis venenati Jerem. 6, 7. fons est cor Matth. 15, 19. sed peccato venenatum, Gen. 6. figmentum cordis humani &c. *Mater* cordis duri, hoc enim ex odio nascitur: considera exemplum Pharaonis & Sauli. *Deliquium* & mors charitatis. *Trabs* est; ira verò festuca, quam odium efficit trabem, Augustinus tom. 10. col. 67. d.

Odium sui ipsius tribus modis considerandum: 1. Odium animæ est, animæ mala suggerenti velle obedire, Chrysostom. hom. 66. in Johannem: 2. Reciprocum, cum quis sibi ipsi nocet, ut duplo plus alii noceat Prov. 24, 8. 3. Odium animæ pro Christo Johan. 12, 25. id explicatur Apoc. 12, 11. non dilexerunt animas suas usque ad mortem Luc. 14, 26. Odii exempla sacra, Cain, Esau, Ismael, Saul, Edomitæ Psalm. 137. Abimelech Genes. 37, 4. Ægyptii Exod. 1, 12. Profana vid. Textor. in officin. part. 1166. Zwinger. in Theatro.

§. 16. *Odium mali* sive sit vitii: sive damnosum proximo. Rom. 12, 9. Magna Emphasis est in voce ἀποστυγοῦντες, etiā notante Chrys. abhorrentes notat. Requiruntur ad hoc 1. Agnitio malitiæ,

ut noscat quid sit malum: [2] Detestatio mali in corde: [3] Fuga, ut cane pejus & angue malum peccati fugiamus, Psal. 97, 10. Amos 3, 15. Mich. 3, 2. [4] Negata conniventia. [5] contemptus iræ hominum. [6] contemptus impii, Psal. 15. Vide eleganter Luther. in hoc dictum Pauli. [7] consideratio supplicii: Gentes enim ideò punitæ sunt à Deo, quod in malo ipsis fuerit beneplacitum, Roman. 1, 8. Dissensio, cum malum in proximum mali moliuntur, Prover. 1. Nec malis servire; ut Doëg serviit Sauli: Sic oderunt *malum* David: 1. *doctrinæ* falsæ, Palm. 139. odi illos odio perfecto. 2. *morum*, Job. 1. Conformandi Deo sumus, malum qui odit, Psal. 5. & 45. Deficit nos hoc odium mali: 1. quia Deo non adhæremus perfectè. 2. mala est indoles nostra, Gen. 6. 3. Non consideramus peccati atrocitatem, quæ morte filii Dei expianda fuit.

Odium lucis: Odisse lucem effectus est injustitiæ, Joh. 3. vers. 20. Consequens quoque peccati; sic latro cupit latere, mœchus itidem, Tertullianus capit. 1. Apolog. Idem malum aut timore aut pudore natura perfudit: sic nostri protoplasti Gen. 3. vers. 9. latere volebant.

Odium Dei, qui ipse odit idololatriam Deut. 6, 21. Jer. 44, 4. malitiam iniquitatem Psal. 5, 6, & 11, 5. & 45, 8. Heb. 1, 9. Judith. 5, 11. cor perversum, &c. Prov. 6, 16. cultum hypocritarum Es. 1, 14. Amos 5, 15. inobœdientiam & tyrannidem Jer. 12, 8. superbiam Amos 6, 8. perjuria, hypocrisin Zach. 8, 17. dogmata perversorum operum Apoc. 2, 6. Psal. 94, 20.

ODOLLAM. *V. Adullam.*

ODOR.

§. 1. (1) Physicus Gen. 27, 27. Job. 14, 9. Os. 14, 7. (2) Bonæ vitæ odor, ut malæ vitæ fœtor, Gen. 34. ob quem Deus non vult odorari. (3) Beneplacentiæ vel bonæ fragrantiæ Ephes. 5, 2. [α] quia pro inimicis se dedit, Chrys. [β] quia se sponte dedit Christus: [γ] quia persona erat grata Matt. 17. [δ] quia effectus fuit gratissimus, nempe generis humani placatio; huc spectant loca parallela Exod. 29, 18. 25. 41. Lev. 1, 9. 15. 17. c. 2, 2. c. 3, 5. 16. Gen. 8, 21. Contrà fœtere dicitur, quod Deo displicet, Esa. 1. v. 13. Psalm. 38. 6. Amos 5. Sic quoque Deo adscribitur odorari Gen. 8, 21. 1. Sam. 26, 19. detrahitur idolis Deuteronom. 4. vers. 28. Psalm. 115, 6. (4) Cognitionis & prædicationis CHRISTI; Philipp. 4, 18. quem odorem dare debemus, Sir. 39. quasi lilium date odorem. (5) Orationis Apocalyps. 5. v. 8. quæ fluit è mente pura, sicut è puris corporibus odores. (6) Sacrificiorum, Deo suavissimus Genes. 8. v. 21. bonus Exod. 25. v. 6. (7) Desiderii vitæ æternæ, quod est instar [α] suavis odoris, ad quam suspirant apiculæ spirituales: [β] hic odor cor confortat & cerebrum, spiritus roborat, bufones & spirituales dracones arcet. (8) Nardi humilitatis, thuris patientiæ Sir. 1, 34. Heb. 10, 36. myrrhæ pœnitentiæ Psalm. 51. Matt. 26. v. ult. Libani continentiæ, templa Dei decentis; balsami divini gratiæ Psal. 103, 2. 3. Vini consolationis proximo propinati Job. 31, v. 18. holocausti charitatis; per hanc enim toti ardere debemus erga Deum & proximum. (9) Suffitus idololatricus Jer. 11, 17.

§. 2. Odoratus sensus à Deo datus 1. Cor. 12, 7. vide quoque Aristotel. 2. de anim. c. 3. tex. 76. & in problematibus.

OECONOMIA.

Duplex (1) *Vera*: Sic incarnatio Christi vera œconomia, sic dicta Athanasio, Epistol. quod Nicæna Synod. Tom. 1. eidem, de suscept. naturæ humanæ & Dial. 5. de Trinitat. Damasc. lib. 3. capit. 15. O. F. (2) *Ficta*, quam docuit Cerdon. hanc juxta passum fuisse Christum. Tertullian. lib. de hæresibus. Marcion, Theodoret. libr. prim. hæret. fab. hæres. 27. Manes, Theodoret. hæres. 30. Priori sensu vocant nostri doctores ascensionem CHRISTI œconomiam.

OECONOMUS.

Confer tit. Paterfamilias, Maritus, Uxor, Conjugium, &c.

§. 1. Oeconomia est Reipub. fundamentum, sit officina pietatis & felicis liberorum educationis. Finis præcipuus esto Dei gloria, pietatis & cognitionis rectæ de Deo propagatio: Hos fines ignorant Ethnici: Itaque porrò œconomus est in genere loquendo

§. 2. 1. Omnis homo 1. Petr. 4, 10. 2. Ministri Tit. 1, 7. 1. Cor. 4, 2. Frustra non prædicat minister 1. Samuel. 30, 20. 3. Magistratus pius & fidelis. ut Samuel. 1. Sam. 3, 20. vid. tit. Magistratus.

Sit humilis, meminerit se à Christo accepisse: justus non verò injustus Luc. 16, 8. prudens, ne honorem officii ceu purpuram concreditam inquinet: non perfidus, sed fideliter distribuens, Chrys. in 1. Corint. 4. Luc. 12, 24. vigilans, repetitur enim aliquando dispensatio ab eo 1. Corint. 4. ideò vigilare nos vult Dominus Luc. 12, 36. Gratus Deo, qui ipsum fecit dispensatorem; sic Jacob Genes. 32. Domine minor sum cunctis, &c. Res Domini sibi non vendicet, neque tanquam Dominus sibi usurpet Luc. 12, 45, 46. sed distribuat ut dispensator, fideliter, sapienter. Domini bona non dissipet Luc. 16, 1. Et parta bona diligenter tueatur: Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri. V. Camerar. p. 3. H. S. cap. 50. non abutatur bonis ipsi concessis, non ullâ animæ, eam peccatis contaminando: non ullâ corporis, eo ad peccatum abutendo, Romanor. 13, 14. & membra arma injustitiæ præbendo, non Veneri aut Baccho litando, bonis animi proximo nocendo, bonis fortunæ ad luxum & superbiam abutendo & profundendo Luc. 15. v. 13. Confer infra tit. officium.

OECUMENICUS.

Non solum dicitur Romanus Episcopus, sed & alii Episcopi lib.7.C. de summ.Trinitat. l. Certiss. C. de Episcopor. audient:& C. Concil. Oecum. 5.Episcopus quoque Romanus Adrianus salutat Tharasium Episcopum Generalem Oecum. Concil. Nicen. 2. Act. 2.

OFFENDICULUM. *V. Scandalum.*

OFFENDO & OFFENSA.

Offendimus (1) Deum, Num. 27, 14. Psal. 95, 10. (2) Parentes Gen. 36, 25. (3) Animam propriam Deut. 7, 26. (4) In legem Dei, Jacob. 2, 10. cap. 3. v. 2.

Sine offensa vivere debemus (1) activè, ne alios offendamus Matt. 18, 7. 8. 1. Cor. 9, 19. seq. c. 10, 32. 2. Cor. 6, 3. (2) passivè, ne à mundo nos scandalisari permittamus Rom. 12, 3. ne conformemini figuræ hujus seculi; omnia illius scandala abjiciamus 1. Joh. 2, 15. ne pedem nostrum ad lapidem offendamus Jer. 13, 16. utpote in die ambulantes Joh. 11, 9. 10.

Offensionis lapis Christus, non per se, non ex patris intentione; sed per accidens, culpâ hominum: vid. Matt. 21. Esa. 8, 14. Rom. 9, 32. 2. Petr. 2, 8. Confer. Oeconom. Tom. 2. oper. Perkinsi. Nostri Mathesii.

OFFENSIO.

Dei non pugnat cum actu mediatorio: Nam distinguendum est inter *offensionem*, quæ æqualis fuit S. Trinitati; & offensionis *dissimulationem*, sive revocationem negatam ad animum: quam juxta Christus mediator constitui voluit, per τὴν μεταφορὰν καὶ ὁμοιότητα. Quod genus mediationis quoque Aristoteles concedit, lib. 9. c. 11. Ethic. Nicomach.

OFFERO. *V. Oblatio.*

Notat (1) Actum sacrificialem, quo res licita Deo offerebatur olim sub Levitismo: (2) singularem Abrahami, filium offerentis Gen. 22. Heb. 11, 17. (3) Cultum sub N. T. Christo præstitum Psal. 68, 30. & 72, 10. 1. Pet. 2. v. 5. (4) Liberalitatem erga Christum Matt. 2, 11. vel homines 2. Sam. 13, 11. (5) Sacerdotalem Christi pro nobis satisfactionem & intercessionem Heb. 9, 7. 28. & nostri consecrationem, ceu hostiarum Deo acceptarum, 1. Pet. 3, 18. ut nos offerret Deo: Hinc peccata offerre dicitur 1. Pet. 2, 24. 1. Joh. 3, 5. Esa. 53, 12. Rom. 8, 3. Col. 2, 14. (6) Dei paternum affectum Heb. 12, 7. 1. Pet. 1, 13 (7) Cultum idololatricum Deut. 12, 31.

§. 1. OFFICIUM. *Conf. tit. Vocatio.*

Officia varia in Ecclesia; (1) Levitic. Ecclesiastica Aaronis & filiorum, Ex. 28, 35. c. 31, 10. ita sæpe in Num. libb. Samuel. Chron. & Luc. 1, 23. Heb. 9, 6. (2) Oeconomica Gen. 23, 3. vid. tit. *Oeconomus.* (3) Politica. vid. tit. *Magistratus.*

In officio quovis consideranda sunt: 1. officii quod quilibet gerit, dignitas: 2. Dei institutio officii ejus, quod geris: 3. necessitas rationis reddendæ: 4. veritas promissionis Dei de benedictione in officio: 5. præceptum Dei: 6. pœnæ in eos, qui officio non rectè funguntur. Deus ad officia destinat personas; quo nomine quoq; rogandus est, Matt. 9. orate Dominum messis. Act. 1. ostende Domine, quem elegeris.

§. 2. *Bene gerendum.* A maledictione Dei: Jer. 48. maledictus, qui opus Domini facit negligenter. A præcepto D. Pauli Rom. 12, 7. Sir. 3, 22. A damno negligentiæ: hac enim 1. mundus perit: 2. confunditur mundus: 3. inducitur paupertas: 4. ab exemplo Christi, cujus cibus erat, facere voluntatem patris Joh. 4, 34. Petri, Luc. 6. Domine in tuo nomine laxabo &c. laboravi &c. Periclis, qui inducens chlamydem prætor factus, dixit: Attende tibi Pericle, Græcis imperas, liberis imperas; Monuit semetipsum, ut prudenter imperaret, & officio suo præesset. Bernhardi, qui se exhortari solitus est his verbis: Ad quid venisti? Guilielmus Abbas in vita D. Bernh. A similibus: servi diligentes laudantur à Domino, suum quod officium benè collocassent Matt. 5. Sic omnes tandem accipient, quotquot officii talentum optimè collocârunt, præmium. Milites in statione diligenter perseverantes præmiis afficiuntur: sic Christiani, qui officio suo rectè præfuerunt, ritè militarunt 2. Tim. 2, 5. accipient coronam justitiæ 2. Tim. 4, 8.

§. 3. *Requisita* ejus, qui præfectus est: *Diligentia*; sedulò age Sir. 3, 23. Ab exemplo omnium creaturarum Sir. 16, 27. 28. *Fortitudo*, nullum enim officium tribulatione vacat Sir. 10, 31. 32. *Spes* & *Confidentia* in Deo Sir. 11, 22. 23. Prov. 21, 2. Certa *vocatio* & *destinatio* ad officium expectanda Num. 4, 19. 26. 29. *Fidelitas* in officio Nehem. 7, 2. 1. Cor. 4, 2. 3. à Deo præcepta Sir. 3. ei grata, quia ipse fidelis. Impetrat gratiæ incrementa, exemplo Josephi, Davidis, Danielis, piscatorum Matt. 4. fideles in piscatione corporali evadunt piscatores in Ecclesia; illustra exemplo Pauli 1. Cor. 4. & aliorum Neh. 7, 2. Alieno officio nemo se implicet, nec supra id, quod dedit Deus, aliquid affectet Joh. 3. nisi datum. Usiæ exemplo 1. Reg. 16. Nadabh & Abihu Lev. 10.

§. 4. *Adjunctum* consequens officii 1. Ingratitudo (1. Sam. 8.) eorum, quibus officio nostro servimus; Aristides in exilium pulsus est. A *simili*: Ut veteres carinæ exuruntur & destruuntur tandem: sic qui in Rempublicam vel Ecclesiam utilem operam contulerunt. (2) Deturbatio ab officio, abdicatio. Exempla; pincerna Gen. 40. Sebna Es. 22, 19. Eli 1. Sam. 2. Luc. 16, 3. (3) Tentatio sequitur mox officium; sic Moses vocatus mox tentatus est; sic Christus ipse Matt. 4. (4) Depositio ab officio; Es. 22, 19.

§. 5. *Officia alia* in officiis observanda: (1) communicare proximo, vid. Chrys. in 1. Cor. 4. verba Dispensator myster. 1. Pet. 4, 10 (2) justo tempore cibum dare Luc. 12. (3) è thesauro vetera & nova proferre Matt. 13. (4) fidelem esse 1. Cor. 4. Gen. 24. Eleaz. (5) modestum esse 1. Cor. 4. non judico me: (6) patientem esse 1. Cor. 4 (7) non dissipare bona, (α) non utendo ad Dei gloriam, contra 1. Cor. 10. ult. (β) abutendo ad fastum, ut epulo Luc. 16. (γ) ad proximi ignominiam, ut servus ille Matt. 18. (δ) animæ bona ad vana scelera, ut Achitophel, bona corporis cum fortitudine ad opprimendum utendo, ut Goliath: bona

bona temporalia in commessationibus Rom. 13. sanitatem ad turpia 1. Cor. 6.

§. 6. *Diversa* sunt: Ut in macrocosmo sol ad illuminandum, ignis ad calefaciendum, aqua ad humectandum, terra ad omnia nutriendum; sic in microcosmo oculus ad videndum, pedes ad ambulandum, manus ad operandum. In Christi sphæra sunt sol, doctores ad illuminandum: ignis, piè vivendo alios accendens: terra, qui alios nutriunt & sustinent per patientiam: aqua, qui aliis pluviam spargunt liberalitatis: alii oculi, qui ducunt alios & regunt: linguæ, qui pro aliis orant & loquuntur: aures, ut aliorum audiant injurias & vindicent; pedes alii, aliique manus, ut olim Job dicebat cap. 29, 12. 13. sequent. Stet igitur quilibet in suo officio, ut de sacerdotibus dicitur 2. Chronicor. 35. stemus verò non turbantes proximum, sed unusquisque id agat, quod sui est officii; sic domus officiis stat decorata suis.

OFFICIOSITAS.

Est virtus, per quam homo sua lubens officia confert & offert proximo suo. Est effectus charitatis 1. Petr. 4, 10. Exempla: Abraham Lotho sua confert officia: Rebecca Eleasaro Gen. 24.

OLEA & OLIVA, Oleaster.

§. 1. Romanor. 11. Similis est oleæ figura. Est tamen inculta, sterilis, amara; sic quoque Gentes 1. incultæ, 2. steriles. 3. amaræ fuerunt. Cæterum 1. Oleæ folia non defluunt. Plinius. 2. Semper virent, Psal. 12. sic virtus & pietas semper debent virere, & in Christo verâ oleâ florere. 3. Lignum imputribile, est specie pulchra arbor Sirach. 24. 4. Symbolum est [α] pacis, [β] victoriæ, [γ] misericordiæ, hinc in sacrificiis adhibitum est oleum Levitic. 2. vers. 2. 3. sequent. ut Dei patris ac filii misericordiam erga peccatores significaret ad reconciliationem cum hilaritate. Oliva mala Jerem. 11, 15. 16. est ecclesia apostatica. 5. Fructus oleæ sunt pingues, sapidi & dulces. 6. Radix est amara. 7. Dat nutrimentum igni, medicamentum infirmo, pabulum esurienti: sic Christi esurienti cibus. 8. Flos minutus oleæ: sic Christi opera & conversatio humilia fuere.

§. 2. *Singulare*: Oleam divinasse, tradit Plinius libr. 16. cap. 39. quod Megarenses ex oraculo didicerunt: sic & hodie Satan ad arbores quædam prænunciat, ut homines superstitione imbuat; malè his artibus creditur, Mose & Prophetis relictis, Genesis 8, 11. Ramus olivæ virentibus foliis, confertur cum dono Spiritus sancti, vel cum Evangelio, quod est bonum pacis nuncium cœlestis: terrestris olim erat ramus olivæ, Cœlius Rhodig. libr. 21. cap. 16. Plinius lib. 29. c. 3.

OLEUM. *V. Sanatio.*

§. 1. Olim sanctificatum in Ecclesia, Cyprianus l. 1. epistol. ultimâ, Tertullianus de resurrect. carnis, quo baptisandos toto corpore inungebant, (Dionysius cap. 2. part. 2. Hierarch. Ecclesiastic.) eosque subeundi pro Christo certaminis commonefaciebant. Meminit ejusdem Tertullian. libr. 1. contra Marcionem: item libr. de Baptismo. Hieronymus contra Luciferian. Justinus quæstion. 117. ad orthodoxos (quanquam hæ quæstiones sint suppositæ, fatente Pamelio in Tertull. c. 57. de anima, ut doctè probat Rob. Cocus p. 64. censuræ quorundam scriptorum.

Oleum Matt. 25. variè explicatur: D. Luther. in margine intelligit fidem; sic & Cornel. Jansenius cap. 125. Concord. Bellarminus & alii opera misericordiæ. Alii Spiritum sanctum, qui est oleum lætitiæ Psalm. 42. quo ungimur 1. Johann. 2. Cur verò Spiritus Sanctus oleô comparetur, vid. Promptuar. Allegor. cap. de Spiritu Sancto. *Effecta* hujus olei sunt spes, fides, charitas, & hujus varia opera Galat. 5. descripta & 1. Corint. 13. Oleum Luc. 10. infundit Christus 1. Oleo misericordiæ leniendo vulnera nostra, Esa. 1. 2. Oleo doctrinæ Evangelicæ vulnera obligando. 3. Oleo bonitatis sanando. 4. Oleo Eucharistiæ pascendo. 5. Oleo lenitatis nos recipiendo.

§. 2. Oleum saporis condimentum: hominem pulchrum reddit Psal. 105. v. 15. pinguedine gratâ pollet Judic. 9. Vulneribus prodest Es. 1. Lumen præbet noctu in tenebris: Oleum sanctum unctionis Psalm. 89, 21 Psalm. 23. Lætitiæ, Psalm. 45, 8. quod veram pariat lætitiam in corde Rom. 14. Hebr. 1, 9. Nominis Christi Cantic. 1, 3. Charitas est oleum omnia mitigans 1. Corinth. 13. Lenitas Philip. 4. oleo meritò comparatur. Oleum falsitatis Psalm. 55, 22. abominabile Deo, piis mentibus detestabile. Oleum misericordiæ *divinæ* est, quod nostris infunditur vulneribus Luc. 10. *Humanæ*, Deo acceptum Hebr. 13. hominibus utile, gratum.

Multiplex olim: Amygdalinum, Ornanthinum, Cicinum, Laurinum; Balsaminum efficax contra serpentes: solus Christi sanguinis oleum est contra serpentes infernales, &c. Plinius, Johann. Ravisius column. 889. officin.

OLFACIO. *V. Odor.*

OLLA.

Ollæ Ægypti Exod. 16, 3. desideratæ Israëlitis: typum gerunt mundanorum cordium 1. Joh. 2, 15. Fracta olla notavit Jerusalem frangendam ac desolandam Ezechiel. 24, 4. Mors in olla 2. Reg. 4, 40. Mors ubique insidiatur nobis Sir. 14. Rom. 5. Superstitionis Satanicæ fabricæ: vide quæ refert de olla divinatrice Diodorus Siculus libr. 5. c. 13. & Zwinger. Theat. f. 1378. col. 2.

OMEN. *V. Præsagium.*

Est præcedaneum futuræ mutationis signum aliquando, non semper: itaque magis in Deum Dominumque nostrum oculi sunt flectendi, isque rogandus, ut nos nostraque gubernet

ac moderetur. Inter hæc ominosa refertur, fulmen lacerans & discutiens corpora, ædificia: *Tempestas* ingens, horrida: *Lapsus & ruina* rerum aliàs fixarum: *Incendia & conflagrationes* insignes: *Inundationes* aquarum, eluviones: *Apertio* valvarum, aliàs clausarum: *Ventus* in flumina abripiens res aliàs immotas. Exempla qui desiderat, videat Richter. axiomat. 1. Oeconomicor. p. 4. ad 7. inclus. & Zwing. f. 1403. 1405. seq. Theatr. Fulgosum lib. 1. c. 3. Camer. part. 1. c. 68. Horar. subcisiv. August. Niphum libr. 1. c. 8. de Auguriis. De animalibus præsagientibus Meiger. p. 353. Nuclei historiar.

OMISSIO Boni. *V. Peccatum omissionis.*

OMNIA in omnibus.

1. Corinth. 15. vers. 28. Deus erit omnia in omnibus. Hieronymus explicat, quod singuli sanctorum omnes virtutes habituri sunt, ut sit Christus totus in cunctis, epist. 147. ad Amandum: Dominus (addit) & Salvator noster nunc omnia non est in omnibus, sed pars in singulis; in Salomone sapientia, in Daniele cognitio bonorum, &c. Vide nostr. D. Theodor. in c. 5. Sapient.

OMPHACE. *V. Vitis. Item, Labrusca.*

ONKELOS.

Paraphrastes Chaldæus. Putatur fuisse filius Sororis Titi Imperatoris, scripsisse suam Paraphrasin in Pentateuchum, non diu post vastatum templum secundum.

§. 1. ONUS, ONERO, ONERATI.

Multiplex.

I. *Propriè* dictum, Gen. 44, 13. Act. 21, 13. c. 27, 10. &c.

II. *Charitatis*, quod onus portare debemus gratiâ proximi Gal. 6. v. 2. sicut lapis lapidem portat in ædificio, Chrysost. in h. l. Pauli. Portare verò debemus 1. iram proximi. 2. omnes ejusdem affectus malos. 3. defectus. 4. errorem proximi. 5. paupertatem. 6. morbum. 7. recidivam peccati, Matt. 18, 22. *Quomodo?* Beneficentiâ, compassione, humilitate, patientiâ & mansuetudine, &c. Vide Thom. de Kempis lib. 1. c. 16. de Imitat. Christi.

Quæ causæ impellentes ad hanc patientiam.

1. Mandatum Dei, Gal. 6, 2.
2. Lex Christi d. l. ad Gal. Johan. 13, 14. 15. Aug. q. 81. inter. 83.
3. Communis fragilitas cui omnes subjecti sumus.
4. Studium conservandæ societatis humanæ, quæ dissolvitur, si non ex æquo feramus animo proximi nævos & defectus.
5. Concordiæ studium, vinculi illius summè necessarii.
6. Exemplum Dei, qui nos infirmos jugiter portat.
7. Exercitium Christianæ mansuetudinis, 1. Petr. 2, 21.
8. Exemplum cervorum, qui tranaturi fretum sibi invicem capita imponunt, uno præeunte qui solus caput sustinet, eo delassato alius succedit in illius locum; idque per vices sic agunt. V. Aug. in Ps. 41. §. Planè alloquitur Paulus, & in Ps. 129. Greg. 39. Moral. c. 16. in verba: numquid parturientes cervos observâsti.

III. *Rationis reddendæ olim Deo* de actibus §. 2. nostris, de quo onere Augustinus alicubi: *Grave sanè, omnique ex parte intolerabile onus!* Huc illud ad Gal. 6. unusquisque onus suum portabit.

IV. *Carnis peccatricis*, quod nobis assiduè portandum, Rom. 7. Hebr. 12. & tamen subinde abjiciendum per pœnitentiam, Psalm. 38. 5. sicut onus.

V. *Onera humanorum præceptorum*, Matt. 23, 4. imponebant Pharisæi populo, quæ ipsi non attingebant. Luc. 11, 46. Act. 15, 28. Sic & Prælati, de quibus queritur P. Berchor. V. Onus Reduct. Moral. Cassander Art. 7. Consult.

VI. *Onera curarum*, quæ in Deum rejiciendæ sunt, Psal. 55. Matt. 6.

VII. *Onus comminationum divinarum.* Jerem. 23, 34.

VIII. *Officii Politici*, Num. 11, 11. vel imperati tributi, 2. Chr. 24, 27. vel officii Levitici Num. 4.

IX. *Fidei & doctrinæ Evangelicæ*, Matt. 11, 30.

X. *Servitutis, supplicii, castigationis*, 2. Reg. 9, 25. Es. 13, 1. c. 14, 28. Huc pertinet onus hujus mundi, quod ferendum: sicut olim & Israëlitæ affligebantur oneribus in Ægypto. Exod. 1.

OPUS OPERATUM.

Terminus S. literis & puriori Antiquitati incognitus. Vid. Joh. Altenstaig. in Lexico hac voce.

Est ipsum opus per se, quatenus ceremonia est, & non refertur ad suum finem: v. g. Si quis sumat medicamentum, sive credat, sive non credat, illud tamen operatur. Sic Judæi Rom. 2. olim circumcisionem ex opere operato prodesse opinabantur. Sicut & hodiè Pontificii docent: non requiri, ut homo se disponat ad Sacramenti usum, sed quod per illud opus, cum puta Sacramentum exhibetur, gratia utentibus conferatur, dummodo obex non ponatur, id est peccati mortalis reatus vel propositum.

Hoc opus operatum verè docuerunt Pontificii. V. Chemn. in Examine Concil. Trid. Biel in 4. d. 1. q. 3. Petrus de Palude q. 1. ibidem Synod. Trident. Sess. 7. c. 8. Rejiciunt verò nostri Art. 13. Aug. Confes. de Usu Sacramentorum.

OPERA DEI. *V. DEUS.*

CHRISTI. *V. Christus.*

§. 1. *Hominis Bona Opera.*

Quid?

Bona opera sunt Actiones internæ & externæ, è verâ fide profectæ, legi divinæ congruæ, ad gloriam DEI & salutem proximi directæ.

Synonyma & affines Phrases nonnullæ.

(1) Dicitur Observantia, quâ facimus ea quæ Deus præcipit, Deut. 29, 29. & v. ult. Eph. 6, 7. & odimus quæ odit Apoc. 2, 6. (2) Obedientiæ, 1. Petr. 1, 14. Luc. 1. v. 74. erga Dei mandata Deuternom. 11, 21. (3) Servitus justitiæ Rom.

Rom.6,18. (4) Sanctitas, quia bona opera reſpiciunt ſubjectionem noſtri & juſtitiam in ſerviendo: ex quo inchoatur ſanctitas in bonis operibus. (5) Studium beatitudinis, Auguſt. tom.8.col.220.B.C. Confer Rom.2,7. (6) Abſtinere à malo Pſalm.34,15. Tob.1.v.10.1. Petr. 3.v.11. (7) Spiritu ambulare Galat.5.v.26. Ambulate Spiritu, h. e. ſinite vos duci à Spiritu S. *Aſimili:* ſicut ambulantes à duce quodam in rectam viam ducuntur; ſic Chriſtiani à Spiritu Sancto, &c. ςοιχέω verò eſt ambulare juxta regulam: Regula verò hæc eſt Lex, Actor. 21. v. 24. Galat. 6. v. 16. Philipp. 3. v. 16. Juxta veſtigia Abraham & ſanctorum, Roman. 14. v. 12. Sic cum Deo ambulare Geneſ. 5, v. 24. in viis Domini Judic. 2. v. 22. 2. Regum 2, 4. cap.11,38. & alibi ſæpè. (8) Providere honeſta bona coram Deo & hominibus Rom. 12, 17. 2.Cor.8,21. Cuſtodite Domini pactum Gen. 17,9. Cuſtodire viam Domini Gen.18,19. mandata Gen. 26,5. Deuter.4,2. ſcripta Levit.11,2. leges Levit. 19, 9. 1.Chron.22,12. ſermones Pſ. 119,9. Facere quod rectum eſt in oculis Domini 2. Regum 14. v.3. 2.Chron.34,2. de Joſaphat 2. Regum 12.v.2. Veritatem facere Ezech. 18. v. 9. Innocentem eſſe Job. 27, 17. cap.17,8. Judicia Dei in conſpectu alicujus eſſe Pſalm. 18, 23. Juſtitiam facere Pſalm. 106, 3. Offerre Pſ. 4. verſ.6. Obedire Deo Eſai. 1. Geneſ.22. v. 18. ejus mandatis Exod. 15, 26. Deut.11, 13. Voci Deuter.26,14. & aliàs ſæpè. Offendicula auferre Jerem. 4, 1. Operari juſtitiam Pſalm.15. verſ.2. Quieſcere agere perverſè Eſa. 1. verſ. 16. Recedere à malo Proverbiorum 3. verſ. 7. Reverti à via mala Jerem. 25, 5. Sanctum eſſe Levitic.11. verſ.45. cap.19,2. Seminare in juſtitia Oſe.10. verſ. 12. Servare mandata Sirach. 2. verſ. 7. Timorem Dei. Timere Dominum Sir. 2, 8. cap. 1, 13. 20.

§. 2. *Cauſæ Bonorum operum.*

Efficiens Principalis eſt Spiritus Sanctus Gal. 5, 22. immediatè per gratiam ſanctificationis & renovationis: unde in ſcriptura ſacra renovari jubemur Epheſ.4, 24. Gal 6,25. Huc pertinet phraſis ſcripturæ illa, quà dicitur Spiritus Sanctus ſuſcitare aliquem. Vid. Hagg. 1, 14. Jerem.23,4. Judic. 2, 16. cap.3.9.15. &c. Idem efficit velle perficere Philipp.2. v.13. Cor mundum creat Pſ. 51.v.12. intellectum illuminat, voluntatem flectit, affectus compeſcit. *Simile:* ſicut agricola non facit ipſos fructus: neque nauta ſalvat navem, niſi Dei ope & benedictione. Origenes libro 3. cap.1. de principiis. Arbor ad aquas fructificat: illa aqua eſt Spiritus Sanctus, Auguſtin. Tom.8.col.11. Bona cogitatio ſpiritualiter à bono Spiritu immittitur. Idem Tom.9. col. 393. c. Non enim ſumus idonei ex nobis ipſis 2. Corinth.3. v. 5. Ezech. 36, 26. Spiritum meum ponam, &c. Eliſæus manum Joa jaculantis direxit, 2. Regum 13, 17. ita Deus nobis manum admovet, ut bona opera faciamus & ſcopum divinæ gloriæ tangamus. Deus innitens ſcalæ Jacobo viſæ Geneſ.28, monet, ut ipſum, non ſcalæ altitudinim, hoc eſt, bonorum operum difficultatem, intueamur, quippe qui bonum opus in nobis perfecturus ſit.

§. 3. *Efficiens Secundaria* eſt Homo regenitus mente, voluntate, ſuperans vitioſam veteris hominis qualitatem; nam ut impii inepti ſunt ad omne opus bonum Roman. 5, 6. & præcedent. ſic pii apti ad omne opus bonum, Coloſſ.1. v.ultim. 2.Timot.3,17. Virtutis exigua ſcintilla in corde magnam habet vim: ſicut exciſæ ſtirpi, ſi radices maneant, novæ ſuppullulant plantæ: ſic in corde regeniti fidei ſcintilla excitat flammas bonorum operum, Fidei radix largos fructus.

Adjuvans cauſa, bona cordis agricultura, quod bonæ diſciplinæ vomere arandum eſt. Laurent. Juſtinian. de perfectione & diſciplin. Referenda huc quoq; eſt *fides*, ex qua bona opera promanant: ideò omnia ſanctorū opera fidei aſſignantur Heb.11. ut mox pluribus dicetur. *Intentio* quæ debet eſſe. 1. fundata in Dei verbo. 2. ſimplex. 3. diſcreta. 4. cœleſtis.

Exemplaris cauſa eſt Deus ipſe & ſancti. Huc refer Tit.1. de Exemplis bonis. 2. de imitandis Chriſto, Deo, Sanctis &c. & contrarium de ſcandalo cavendo. Actor. 11, 38. ut Chriſtus tranſiens bonum fecit: ſic tranſimus per hanc vitam benè operando.

§. 4. *Impellentes cauſæ internæ:* I. ipſa voluntas hominis regeniti. Conſideratur autem (1) quoad *ſubjectionē*, ſubjicit enim ſe Deo Rom. 8,6. (2) quoad *juſtitiam*, dum ſubjectionē debitam præſtat Deo, unde juxta Deum dicuntur fieri bona opera Joh.3,31. (3) quoad *reverentiam*, quatenus voluntas hominis & intellectus reſpiciunt Dei authoritatem & potentiam. (4) quoad *ſtudium, ſedulitatem & curam* conjunctam cum metu, apprehendendi ſapientiā Prov.4,14. c.5,1.2. 2.Theſſ.1,8. Pr.8,12.13.

II. Fides eſt Principium internū Bonorum operum: (1) quia fide ad Deum (adeoq; ei placentia opera facimus) *accedimus* Hebr.10,22. (2) in eadem *ſtamus* in benè operando 2.Cor.1, 24. & hinc ii filii obœdientiæ vocantur. 1.Pet. 1,14. & obedientia Fidei Rom. 1, 5. (3) eâdem apprehendimus Chriſtum, in quo, ut vite & uva, benè operamur Joh.15. conf. Aug.tom.9. col.446.b. (4) eâdem aſſenſum præbemus iis argumētis, quæ proponuntur in ſcriptura ad benè operādum exhortantia. (5) eâdem impetramus omnē gratiā. Joh. Climacus grad. 26. de diſcret. Qui fidem non habet, & bona quædā fortè operatur, is ei ſimilis eſt, qui hauſtam aquam in perforatum dolium infundit.

§. 5. Quomodo Deus ad bona opera concurrat non uno modo ſignificatur in S. literis: v. g. cum Joſepho ſermo erat Geneſ.39,23. implet ſpiritu ſuo Ex.36, 1. præcedit nos Exod. 33, 14. gratioſâ miſericordiæ ſuæ facie: Vires præbet Deut. 8, 18. corroborat nos 1.Petr. 5. largitur ſapientiam Proverb. 2. 6. cuſtodit voluntatem cordis noſtri. 1. Chron.29. v.18. ne declinet ad reatum Pſ. 14, 4. ne peccemus Geneſ. 20.verſ. 6. dirigit nos in omnibus 2. Chr. 26. de Ozia; Sermonem linguæ noſtræ dirigit.

Prov.15. & greſſus promovet Prov.20.confirmat id,quod in nobis operatus eſt Pſal. 68, 5. *Pictum:* corde prominet lumen, ſed modio occultatum: hoc angelus quidam removere vult. Lumen etiam ſtatim radios projicit,&c. notat fidem lucere per bona opera, quæ angeli promovent.

§. 6. *Externè impellens cauſa eſt,* (1) Dei majeſtas,nobis obſervanda, Deuter. 32, 3. Pſalm. 29, 2. Jacob. 4, 12. (2) Bonitas reverenda. Rom. 12. 1. Tit. 2. Apparuit gratia ſalutaris. (3) Severitas metuenda, Jacob.4,12. Hebr. 12, 26. (4) Veritas ſuſpicienda in promiſſis & retributionibus 2.Cor. 7, 1.

Inſuper ſequentia quoque momenta ad bona opera impellentia conſiderationem merentur.

I. *Reſpectu Dei* fieri debent Opera bona.

1. *Propter mandatum.* Matt. 5, 16. 2.Theſſ. 4,3. Rom.7,12. alleg. Pſalm.47. *Plaudite manibus;* non igitur verba tantùm; ſed opera etiam poſtulat. Aug. tom.8.col.428. c. d.

2. *Propter gloriam Dei.* Matt. 5, 16. Alleg. Prov. 31. operatur viro ſuo bona: applicatur ad Eccleſiam & membra ejus, in gloriam ſponſi benè operantia. Auguſt. Tom. 10. colum. 150. c. d.

3. *Propter Exemplum Dei & Chriſti* 1. Petr. 1,15.16. c.2,21. Rom.15,2. Itaque operibus bonis non ſtudentes, non habent vitam ex vite & radice Chriſto. Auguſtin. Tom.9.col.446. b. Chriſtus benefaciendo tranſiit vitam hanc. Actor.10. Tu ſi vis ingredi vitam alteram cum Chriſto, ſequere illum per hanc benefaciendo.

4. *Propter Dei beneficium,* pro quo gratisſimus Roman. 12. obſecro vos per miſerationes Dei.

5. *Propter Dei promiſſiones,* bona operantibus factas, Rom. 2. 2. Cor. 7, 1.

6. *Propter ſupplicia,* quæ mala operantibus infligit Rom. 2. Huc ſpectat.

§. 7. *Cauſa dirigens,* Lex Dei, ſeu verbum Dei. Hinc Auguſtin. tom.10.col.1631.d.& 1632. a.b. facere juxta verbum Dei, eſt ædificare ſuper petram ex Matthæi c. 7. Numer.10. verſu 33. 1. Arca præceſſit Iſraëlitas. 2. monſtravit ubi quieſcere deberent; ita actionum noſtrarum norma ipſum Dei verbum & prælucens & præcedens, & dirigens pedes noſtros in ſemitis juſtitiæ. Velut in Cithara aut organo, non ſatis erit unam tantùm chordam tangere, eaque concentum efficere; ſed univerſæ decenter &numeroſæ percutiendæ ſunt: ſic & ad ſuavem virtutum concentum in animo noſtro excitandum, omnia opera præcepta tangenda ſunt & conſervanda. *Auguſtin.* in decem præceptis habes pſalterium 10. chordarum: Si tangis primam chordam, quâ colitur Deus unus, cadit beſtia ſuperſtitionum: Tangis ſecundam, quâ non accipis nomen Domini in vanum, cadit beſtia nefanda hæreſium. Tangis tertiam, ubi pro ſpe futuræ quietis facis quicquid facis, interficitur crudelior cæteris beſtia; amor hujus ſeculi: Tangis quartam, ut honorem parentibus deferas, cadit beſtia impietatis: Tangis quintam, cadit beſtia crudelitatis: Tangis ſextam, cadit beſtia libidinis: Tangis ſeptimam, cadit beſtia rapacitatis: Tangis octavam, cadit beſtia falſitatis. Tangis nonam, cadit beſtia adulterinæ cogitationis: Tangis decimam, cadit beſtia cupiditatis.

§. 8. *Impediens cauſa bonorum operum eſt*

(1) *Satan*, qui aliquot modis illis inſidiatur. Gregorius Magnus lib.4. capite 38. Moralium.

(2) *Phantaſiæ* hujus ſeculi faciunt, ut homo bona opera eaque lucis omittat. vid. Chryſoſt. hom. 13. in Epiſt. ad Romanos.

(3) *Societas* malorum. (4) *Exempla* ſcandaloſa mundi Sap. 4, 11. 12.

II. *Reſpectu noſtri fieri debent bona Opera.*

§. 9. 1. *Ut fidem declaremus* Matt. 7, 18. Jacob. 2,17. 1. Johan. 3, 7. Chriſtianiſmi enim ſunt tria capita, juxta Auguſtin. tom.10.col.151.b.1. Abſtinentia à malo. 2. Exercitium in bono. 3. Spes præmii.

Ruſticus ingreſſus Academiam Pariſienſem, audiens multa ſubtiliter diſputari, ipſe quoque quæſtionem propoſuit; hoc modo: quid melius eſt homini, facere quod ſcit, an addiſcere quod neſcit? Reſpond. DD. facere quod quiſque ſcit, melius eſſe. Tum ruſticus: cur ergo totum diem diſputando tranſigitis, & ea, quæ ſcitis, ad uſum non transfertis. Labata tom.2. p.14.

2. *Ut eandem colamus,* 2.Tim.1,6.ſunt enim ſigna, quibus fidei ignis alitur. Vide Promptuar. Allegor. Titulo *Bona opera* capite decimoquarto. Sicut oleum pinguedo,&c. ibidem. Juſtus eſt luminare ſemper ardens & lucens. Ardet autem fide,& lucet operibus: ſive ignis eſt fides, quæ alitur oleo, pinguedine, ligno operum. *(Sano ſenſu)* Nam aliàs Dei ſolius, non operum virtute per fidem cuſtodimur ad ſalutem. 1.Petr. 1. v.5.

§. 10. 3. *Pœnas cogitemus.* Rom. 6. v. 3. Col. 3. verſ. 6. Vivendum ita, ne moriamur in æternum. Auguſtinus tom.10. col. 1652. b. Matth. tert. arbor infrugifera exſcinditur. Matthæi vigeſimo deſides in foro valdè taxantur: Vide ne & tu ſis deſes & expers bonorum operum. Galat. ſexto: quod homo ſeminavit,&c. Lucæ 16. dives non ſeminaverat, ideò nec metebat. Confer Proverbior.20. Piger non vult arare, capite ſexto verſu ſexto. Bona opera non facientes, ſunt ficus, cui maledicitur Matt. 21. Auguſtinus Tomo 8. colum. 1497. b. c. Pſalm. 15. Erunt, qui bona operantur in tabernaculo DEI. Matth. 20. Tu non ſis otioſus in foro mundi. Galat. 6. quod homo ſeminaverit, hoc metet: ſemina bona opera, & habebis fructum. Proverb. 20. Piger non vult arare. Ara cor tuum, ut metas. Jerem. 4. v. 3. 4.

§. 11. 4. *Præmia conſequamur.* Levit.26. v.3, 1. Tim. 4. verſu octavo, erunt in tabernaculo DEI, militans ſolùm coronabitur. 2. Timot. 2. verſ. 3.

5. *Privilegiis Christianorum fruamur.* Scholasticus desidiosus non gaudet Privilegiis Scholarum. Gail. libro secundo, observat. Practic. observat. 118. Ita Christianus non expediens opera pietatis & charitatis, non gaudet privilegiis veri Christiani.

6. *Ne malis Deum operibus blasphememus.* Roman. 2, 24. NB. Histor. Polycarpi lib. 4. cap. 15. Eusebii: qui jussus nomen Christi blasphemare, dixit: octoginta & sex annis servio ei, & nihil me læsit; quomodo ergò eum blasphemarem?

§. 11. III. *Respectu proximi fieri debent.*

1. Ut appareat discrimen inter pios & impios, Joh. 1, 47. Rom. 12, 2. 1. Cor. 6, 10. 11. Eph. 4. 17. 1. Thess. 4, 5. &c. quod discrimen planissimum fiet demum in die judicii, Mal. 3, 18.

2. Ut proximum ædificemus, 2. Corinth. 4. vers. 15.

3. Ut fideles & infideles lucremur, Luc. 22, 32. 1. Pet. 3, 1. 2.

4. Ut os adversariis obturemus, Luc. 6, 7.

5. Scandala evitemus, Matt. 18, v. 6. Rom. 2. v. 24.

§. 12. *Allegoriæ & similitudines pro suasione bonorum operum.*

Levit. 21, 19. qui manibus erat mancus aut fractus, non poterat Deo offerre; ita qui bonis operibus non studet Eccles. 9, 10. Galat. 6. non Deo, sed Satanæ se offert. Fontes puri foràs derivandi, Proverb. 5. Sis purus fons, aquæ bonorum operum se latius diffundant. Flores in affectu, fructus in opere Cant. 7. vers. 12. folia sint in locutionis veracitate. Ezech. 1. Animalia habent manus sub pennis. Pennæ notant fidem, sub hac sunt manus sc. opera.

Materia observ. & Bonorum operum.

Ubivis est in bonis operibus ipsis, à Deo præceptis: non per propriam voluntatem electis. Ut bonus calor naturalis omnia alimenta in bonum sanguinem vertit: Ita homo pius omnia in alimentum proximi. Misericors vertit opes suas in proximi nutritionem, inopiam in humilitatem, bonam valetudinem, ut morbos discat, labores ut ferat.

§. 13. *Subjectum in quo:*

Cor sit, *instar agri*, in quo spicæ germinent, etsi idem cor multæ cingant spinæ: Jerem. 31. Lex scripta in corde piorum *Instar fontis boni*, aquis bonis abundantis. *Instar horti amœni*, floribus conspicui elegantissimis. *Instar arboris bonæ* fructibus optimis ornatissimæ Philipp. 1. vers. 11. *vitis* præstantissimæ: *Domus* mundatissimæ, à qua exulat spurcities, immundities.

§. 14. *Forma Bonorum operum consistit*

In conformitate sincera (ut excludatur hypocrisis & species inanis pietatis) cum voluntate divina eo modo & gradu, quem lex requirit Roman. 12. versu 2. Mich. 6. vers. Huc spectant phrases ambulare in lege Dei. Psalm. 1. 2. & 19, 8. & 119. vers. 1. 2. Refertur huc quoque vera fides: non est enim opus bonum, nisi ex vera fide profectum: Rom. 14. quicquid non est ex fide &c.

§. 10. Forma quoque ex Dei verbo desumitur: ita ut sint præcepta à Deo: Deuteronom. 11. quæ præcipio vobis, capite 12. Alleg. Gad Propheta monstrabat Davidi locum, in quo exstruenda ara, 1. Paralip. 22, 18. cap. 29, 11. 12. Salomon ex Davidis præscripto ædificat: Moses juxta imaginem à se visam erigebat tabernaculum suum: Joas ad ductum Elisæi jaculatur sagittam, 2. Regum 15. Ita DEUS dirigit opera nostra, ut ad rectum scopum pertingant. Rejicitur igitur falsa bonorum operum forma.

I. Rationis judicium, quod in cultu Dei sequi non debemus, Num. 15, 39.

II. Voluntas & intentio humana, Coloss. 2. v. 23. Deuteron. 12, 1. Esa. 3, 8. sive electio. Vide Theodoreti locum egregium in Col. 2. v. 18.

III. Traditiones humanæ. Esa. 29. vers. 30. Ezech. 20, 18. Matt. 5. v. 15. Heb. 13.

IV. Consuetudo mala vid. Exempla aliorum.

§. 15. *Finis bonorum operum & observantiæ Christianæ.*

I. *Summus est DEI glorificatio*, 1. Cor. 10. versic. 31. cap. 6. vers. 20. Matthæi 5. versic. 16. 1. Petr. 2. considerantes bona opera vestra glorificent DEUM. Architectus in extruendo muro rectitudinem perpendiculo explorat, ab angulo ad angulum amussim ducit, ut ita murum pertexat. Ita gloria DEI, quam docet amussis verbi, semper in operibus nostris quærenda. 1. Corint. 10. vers. ultimo.

II. *Virtutum grata prædicatio.* 1. Petr. 2. vers. 9.

III. *Voluntatis divinæ impletio*, Roman. 12. versic. 2. Allegor. Proverb. 31. vers. 12. operatur viro suo, &c. Ecclesia & membra ejus in gloriam sponsi sui CHRISTI, non in propriam gloriam operentur. Augustin. tom. 10. col. 1407. c. d.

IV. *Dei delectatio.* Cantic. 7. in horto sponsæ omnis generis fructus reperire licet: Animæ nostræ sunt horti; in his bona opera, Christianismi confirmatio. Hic est cursus. Ut igitur currentes aquæ meliores sunt stagnantibus; Ita quoque currant bonæ in choro, foro, thoro, aquæ prædicationis, justitiæ, sanctitatis, castitatis.

V. *Obedientiæ nostræ filialis demonstratio* erga Deum, præcipientem, Psalm. 119. vers. 4. gratiam nobis suam deferentem, 1. Petr. 1. vers. 13. 14. 15.

VI. *Fidei intus latentis comprobatio.* Jac. 2. Ezech. 24. v. 21. & regenerationis nostræ. 3. Johann. v. 11.

VII. *Calumniatorum confusio.* Matth. 5, 9. 1. Pet. 2, 15.

VIII. *Præmiorum gratuitorum impetratio*, Deut. 6, 2. 1. Corinth. 9, 24. 2. Tim. 2, 5. Rom. 2, 7. 2. Tim. 4, 8. &c.

Alii tres fines actionum humanarum faciunt: 1. gloriam Dei. 2. salutem proximi. 3. ædificationem nostri. Exprimitur autem hoc triangulo. Operandum Deo. Proximo. Nobis.

§. 16. *Effectus Bonorum Operum.*

1. *Sanctificatio & libertas.* Rom. 6. pro libertate Politica totis viribus decertamus. David, Judith, &c. quidni pro spirituali nos depugnaremus?

2. *Gloria nostra*, ne à justo judice contemnamur, sed honoremur, Chrysostomus Tomo 1. fol. 7. c. homil. 5. in Genes. à solo Rege honorari expectemus, qui Deus est: simile desumptum à ludis equorum, ubi Rex attenditur, non multitudo.

3. Non mereri *ex condigno* & sua proportione vitam æternam, ut vult Bellarmin. lib. 5. c. 1. §. 6. de Justificatione.

§. 17. *Subjecta recipientia* sunt corda regeneratorum. Jacob. 2. v. 14. In his enim solis Spiritus Christi efficit bona opera. Philip. 1, 11. Contra Pelagianos, qui non renatis bona opera, adeoque & merita assignabant. His contradixit Augustinus in Psalm. 30. & in Enchirid. c. 121. seq. ad Laur. ostendens illa nihil nisi peccata esse. Lombard. 3. dist. 25. contendit cum Augustino lib. de prædest. Sanctor. c. 7. Gregorio, Beda, Cornelium Actor. 10. non operibus ad fidem, sed fide ad opera pervenisse.

Subjecta occupantia sunt res ipsæ, circa quas opera occupantur. Vide Philipp. 4. versu 8. Quæcunque, &c.

§. 18. *Adjuncta Bonorum Operum & observantiæ sunt varia.*

1. *Imperfectio* Gal. 5, 17. Ob luctam carnis & Spiritus gravissimam Rom. 7. Aaron expiat iniquitates munerum, quæ filii Israël offerebant Exod. 28. v. 38. notatur imperfectio operum: prompta liberalitas, sed non omni ex parte pura. Exod. 20, 24. altare terrenum significat cultum nostrum terrenum & imperfectum esse, in terreno cordis nostri altari. Marsilii Ficini versionem Platonis videns M. Musurus Cretensis, primam ejus paginam spongiâ atramento plenâ delevit: sic Deus omnia opera nostra ob summam imperfectionem spongiâ delet legalis justitiæ. Simile: ut in cribratione semper aliquid impuri manet: sic, &c. Sir. 25, 7. Huc pertinent veterum Doctor. confessiones de imperfecta justitia. Vide Greg. M. lib. 8. c. 9. moral. exposit. de operibus Dei judicium non sustinentibus.

2. *Necessitas.* Sunt n. opera bona necessaria ratione 1. mandati divini, 2. debiti, 3. ordinis & consequentiæ, 4. necessitate conscientiæ bonæ conservandæ. Vid. conscientia. 5. Non sunt necessaria, necessitate absolutâ vel consequentis & coactionis.

Requisita varia, ut

§. 19. 1. *Humilitas*, quâ se mens Deo subjicit, nec propriam laudem quærit, August. Tom. 9. col. 632. a. Act. 9. Saul prostratus. Augustinus l. d. non ergo de operibus bonis gloriandum.

Huic igitur opponitur Gloriatio. v. suo loco. Jactantia operum. Quæ dissuadetur 1. Dictis. Matt. 6, 12. &c. 2. Exemplis, Christus surdum & mutum sanaturus, de turba eum seorsim apprehendit. 3. Similibus, jactitans opera similis est ei, qui usum fructum in agro habet tantùm, & tamen proprietatis titulo eum sibi vendicat. Ita cor hominis est ager Dei: usus fructus sunt opera: Semen est Dei verbum. Manumissus non potest se pro ingenuo venditare: ita omnes sumus servi, qui per Christum redemti sumus, quorum opera ex servitio fiunt. Si quis Regis sumptibus turrim ædificet, eique nomen suum & insignia inscriberet, Regem fortè offenderet: ita & bonorum operum jactator.

2. *Sinceritas*, quæ aliena est ab omni hypocrisi, & omnis alienæ intentionis & affectionis venenum removetur. 1. Thess. 5, 23. 1. Cor. 6, 20. Vide exemplum Josiæ 2. Reg. 23, 4. Hinc totum cor Deus postulat. Exod. 29, 26. Pectusculum Deo consecrandum erat: ita cor sincerum desiderat Deus. Deus sibi altare extrui voluit ex solidis & impolitis lapidibus: ita solidum cor Deus etiam nostrum requirit.

3. *Zelus*, qui est internus gradus puræ affectionis. Gal. 4, 18. v. infra.

4. *Alacritas* 2. Cor. 9, 7. Deut. 28, 47. 2. Corinth. 8, 12.

5. *Amor* boni & odium mali. Ps. 45, 8.

6. *Latitudo*, ut extensa sit ad Deum & proximum.

7. *Longitudo*, ut sit perpetua.

8. *Altitudo*, ut fiat corde sursum spectante, & quærente quæ supra nos sunt. Col. 3, 1.

9. *Profunditas*, ex imo cordis proveniant opera Aug. tom. 8. col. 1181. b. c. & perseverantia. Tres solùm sagittas Joas misit, cùm plures mittere debuisset: sic multi in bono opere deficiunt.

§. 20. 10. *Continuatio* seu constantia. Rusticus à labore tempestatis injuria ægrè detrahitur: ita nos ab exercitio bonorum operum non sinamus nos abstrahi Aug. tom. 7. col. 1467. b. vid. Tit. de Perseverantia.

11. *Consideratio* finis: quæ semper omni actioni præmittenda Sir. 32, 22. V. Intentio.

12. *Universalitas* ratione subjectorum & objectorum, omnes in universum homines bonis operibus studeant; & quidem omnibus legi Dei comprehensis. Conf. Tit. de causa dirigente. Aug. tom. 8. col. 220. b. c. conqueritur studium bonorum operum malè distributum esse ab hominibus. Ut in cithara, si una fides aberraverit, fit dissonantia. Ita & h. l. nisi ad omnia præcepta rectè vixeris, non consonas. Peccas in uno, peccat in omnibus, Jacob.

13. *Puritas* hæc notata est per tincturam pollicis Exod. 29. Manent tamen semper impura. Bernhard. serm. 5, 9. cernere est, quàm sit justitia illa sublimis, &c. subjicit: omnes nostræ justitiæ sunt sicut pannus menstruatæ. Dionys. Carthus. in Ps. 142. Adrianus Florus Trajectensis. Sunt merita nostra (ait) & præparatio velut baculus arundineus, cui dum quis inni-

xus fuerit, confringitur, & perforat manum innitentis: Et velut pannus menstruatæ; jugiter enim supra pannum bonæ vitæ saniem stillamus diversorum criminum, de Sacrament. Eucharist. fol. 20.

14. *Celeritas*: Bonum opus non differendum. Exod. 13. 18. pinguedo non permanebit in crastinum.

§. 21. 15. *Ordo*: Bona opera fidem sequuntur, non præcedunt, Augustinus tomo 8. column. 191. b. c.

16. *Præmia*: Infidelium quoque opera bona Deus compensat, Ezech. 29. v. 19. 20. Vide August. lib. 5. c. 12. 13. 14. 15. de civit. Dei. Baron. Tom. 2. folio 417. annal. de Alexandri Magni justitia. Etsi Deo non placeant, Augustin. in Psalm. 31. vers. 9. Nemo computet bona opera.

Velocitas in bonis operibus necessaria, ut à peccatis ad virtutem & felicitatē festinemus. Exitum filiorum Israël ex Ægypto fugam appellat Hieremias capit. 51. vers. 8. Fuga cursu efficitur; ab omni peccato veloci cursu abeundum est. Quemadmodum omnia agebant festinanter filii Israël, cùm Ægyptum deserent: sic, ut à Dæmonis eruamur potestate, festinandum est. Ut educto è Sodomis Lotho præcipitur non subsistere, non respicere, sed in monte salvum se facere, Genes. 19. sic eductis nobis è potestate tenebrarum ad lumen virtutis, necessarium erit non subsistere, & multò minùs ad ea, quæ dimisimus, respicere; sed indefesso cursu relictis terrenis desideriis, ad summum columen aspirare. Unde animalia, quæ videbat Ezechiel, non revertebantur, cùm incederent: sed unum quodque coram facie sua ambulabat. Ezechiel. 1. Cæterùm.

Sine fide.

Opera Deo non placent, **nec mercedem habent**, Hieronymus in capit. 8. Zachariæ. Sed peccata esse dixit Lutherus in Matt. capit. 7. vers. 24. in glossa marginali. Mortua sunt sine fide, Chrysostomus Tomo 1. folio 3. lit. a. Venti sunt, ibidem. Confer Fulgentium procemio lib. de fide ad Petrium. Lactant. libro 6. cap. 9. Instit. divinarum. Vide hîc paulò ante, Num. 13.

Opera.

Supererogationis (quæ statuunt Pontificii) sive *Consilia* ineptis Scripturæ allegationibus nituntur. De quibus fusè nostri & qui adversus Bellarmini controversias scripserunt. Adi quoque Conr. Vorstium p. 216. 217. Bellarm. contr.

Cultus

Electitii Deo non probantur, etsi illis prætexatur reverentia Dei, 1. Samuel. 15. v. 15. Confer Deuter. 12, 4. 5. Coloss. 2. Matt. 15, 5. 6. sequ. Esa. 29, 13. c. 1, 12. Levit. 17, 4. Esa. 66, 3. Exod. 25, 9. Deut. 4, 2. Marc. 7, 6. Col. 2, 18. 23. Heb. 13, 9. Confer hoc tit. §. 30. Infra.

Similia operum.

§. 22. Arma aurea, quæ per ignem semper luci diora fiunt, Chrysostom. hom. 6. in 2. Cor. 3.

Arma lucis, quibus pugnamus: sic Christi humilitate, Matt. 11. vid. Chrysost. homil. 25. ad Rom.

Aurum, quod splendet ex fide.

Canticum novum, quod Deo canere debemus, August. tom. 8. col. 1071. b.

Cibi sunt, sextiduo hujus vitæ colligendi, Origenes hom. 3. in Psal. 36.

Exercitus Christi Imperatoris, in corde nostro habitantis, quibus pugnat contra mundi scandala, & carnem. Augustinus tomo 9. column. 631. c. d.

Flores in affectu, fructus in opere, Cant. 7, 12.

Fructus justitiæ sunt justa & bona opera, Phil. 1. v. 11. Justitia vero est arbor frugifera erga proximum. Repleri fructibus hisce, est bonis operibus studere. Vid. inf. sub fin. Tit. Fructus 1. Puri: Prov. 5. Fontes tui deriventur foras. Fontes sunt bona opera, quæ pura esse debent; sed vide, ut fontes puri sint. 2. Pomorum, quæ poma sponsus in horto Ecclesiæ quærit. Confer August. tom. 9. col. 1090. d.

Ut agrum conserimus multis fructibus in commodum nostrum, ut hortum: sic virtutum sementem quoque facies in anima, ut illa fructus ferat justitiæ, Phil. 1, 11.

Lampades, quibus lucere debemus, Augustin. tom. 10. col. 99. b. 612. c.

Ligna, quibus fidei ignis nutritur: & quæ in campo dabunt fructum, Aug. tom. 9. col. 1090. d.

Lucernæ, lucentes in manib. nostris, Aug. Tom. 10. col. 151. a. b. Lux Matt. 5.

Manus animalium, quas sub pennis habebant, Ezech. 1. Pennæ sunt fides, manus sunt opera.

Manus, quâ pulsamus gratiæ januam, Chrysost. homil. 18. operis imperfecti.

Messis bona, quam quisque metit, ut sementem fecit, Gal. 6.

Margaritæ, quibus nos exornatos esse oportet: August. Tom. 10. col. 902. b.

Oleum, Matth. 25. Aug. tom. 10. col. 103. c. quod lampades fovet, Chrysost. alicubi.

Pinguedo artificii Exod. 22, 29. Psal. 20, 4. August. Tom. 8. col. 641. c.

Splendor, qui ostendit in corde nostro solem justitiæ esse: Sic opera nostra indicativa fidei. Ambr. lib. de Cain & Abel.

Semina bona Psalm. 125. Aug. tom. 10. col. 1262. d. & tom. 8. col. 1421. a.

Vestis byssina, Exod. 28, 39.

Præstantia.

§. 23. 1. Præstant opera sacrificiis, 1. Sam. 15. Ideo reprehendit Dominus Israëlitas, qui victimis studebant, Oseæ 5. At Dominus misericordiam mavult, quàm victimam Oseæ 6. vers. 6. Proverb. 21. Eccles. 5. Victimæ Stultorum &c.

Præmia.

I. *Communia.*

Benedictio domus: Prov. 3. Habitaculum justorum benedicetur. Impiorum ob pios: Genes. 39. benedixit Dominus domui.

Posteritas: Gen. 26. multiplicabo semen

 tuum.

tuum.1.Reg.15. Propter David dedit Dominus lucernam. Alibi: Noluit diſperdere Judam propter David, 2.Sam. 9. ob Jonathan.

Ut ea terram poſſideat, 1. Chron.28. Pſ.25. Pecorum Eſa.30. Paſcetur agnus ſpecioſè.

Victus: Exod. 23. benedicam panibus tuis.

Cuſtodia Dei, 1.Sam.25. Anima cuſtodita. Pſ. 49. Cuſtodit animas Sanctorum.

Divitiæ, gloria, Prov. 8.

Felicitas in rebus: 2.Reg.18. Dominus erat cum Hiskia.

Liberatio piorum ab hoſtibus: Exod.14. Liberavit Dominus. Deut. 11. diſperdet Dominus. Joſ. 23. Unus perſequetur mille viros.

Cognatorum etiam: Geneſ. 19. Educ de urbe hac. Prov. 11. Juſtus eripitur.

Pax, Pſalm. 147. Poſuit finibus tuis pacem. 2.Chron. 24. pacem per gyrum.

Pluviæ datio, Deut. 11. dabit pluviam.

Olei, Frumenti, ibid.

§.24. II. *Quædam præmia ſunt temporalia*, quæ plumbea ſunt & terreſtria. *Quædam æterna & cœleſtia:* Et hæc aura ſunt, Chryſoſt. hom. 13. ad populum Antiochen.

Celebratio DEI in noviſſima die: Matth.25. Ego eſurivi: vos me cibaſtis: dicet Servator. Vid. Chryſoſtomus homiliâ nonâ de pœnitentia.

III. *Gradus præmiorum* ſunt diverſi, ob gradus meritorum. Ut unus ſol inæqualiter radios & lumen ſpargit, pro capacitate januarum, feneſtrarum: ſic una eſt gloria vitæ æternæ; at gradus præmiorum erunt diverſi.

IV. *Perſonalia, quæ certis perſonis ſunt promiſſa:* ut Regni perpetuitas 1.Reg.2.non auferetur vir. c.9. ponam thronum in perpetuum.

Operum diſtributio.

§.25. 1. Sunt *vel fidelium; vel infidelium & Ethnicorum:* Hæc non ſunt cultus Dei, quia ex fide non profluunt, adeoq; *peccata* ſunt, Evangelicè conſiderata: Rom.14. *Quicquid ex fide non eſt, peccatum eſt. Differunt ab* operibus fidelium (1) causâ efficiente: In his Spiritus Sanctus Galat.5,22. inhabitans Chriſtus Philipp.1, 11. in illis caro, liberum judicium rectæ in tantum rationis: (2) impulſivâ: in fidelibus eſt gloria Dei, cui illuſtrandæ ſtudent: dilectio erga Deum. In infidelibus propria laus, affectatio laudis, gloriæ humanæ. (3) Subjecto ipſo: Renatus, perſona Deo reconciliata per Chriſtum fide apprehenſum: Irregenitus non item. (4) Formâ: fide, formâ bonorum operum interiori deſtituitur Ethnicus. (5) Fine, qui fidelibus eſt gloria Dei. Ethnicis gloria humana. (6) Adjuncto Dei favore, qui ſpecialis eſt erga fideles: Generalis erga infideles ob externam congruentiam operum ad rectitudinem moralem. Gradus quoque pœnarum habebunt virtutes morales Gentilium: Hinc Auguſtin.lib.4. contra Julianum: Minùs [ait] Fabricius, quàm Catilina punietur, non quia iſte bonus, ſed quia ille minùs malus, & minùs impius, quàm Catilina.

Ceu umbra ſequitur corpus; ſic cognitionem opera, Clemens Alexandrinus lib.7. Stromatum. Cum igitur cognitio Dei ſalutaris nobis ſit, 2.Pet.1,2. 1.Cor.1,5. juxta hanc cognitionem piam vitam inſtituamus.

Non oſtentanda ſunt opera, etſi bona §.26. ſint.

1. Ne ſpoliemur illis ab hoſte: occultanda ergo magis bona quæ fecimus. Greg. M. lib. 8. c. 37. moral.

2. Noſtra ſunt minimè; ſed Dei, qui illa in nobis operatus eſt.

3. Quò ſublimior eſt arbor, eò magis ventis obnoxia eſt ac tempeſtatibus: ſic ii, qui ſe ob bona opera extollunt.

4. Navis magna citiùs ventis & periculis expoſita eſt, profunda petens, lateque ſupercilio ſuperbiens.

5. Sicut Chamæleon magnum habet pulmonem, & nihil aliud intùs: Ita quidam præter oſtentationem nihil habent ſolidi, quod exemplum Phariſæi Luc. 18. luculentiſſimè docet.

6. Ut ſol, quò altior, eò minores ſpargit umbras: ſic qui bonorum ſibi operum conſcius eſt, humiliter de ſe ſentit: 1. Cor. 15, 9. Ego minimus Apoſtolorum.

7. Phariſæi à Chriſto reprehenſi ſunt, quod opera bona oſtentarent, Matth. 6.

8. Omnis ſuperbia Deo eſt exoſa: hujus quoque effectus eſt oſtentatio operum bonorum.

Opera quæ 1. mala in ſe, poſſunt tamen per §. 27. aliquam circumſtantiam fieri bona: ut proditio Joſephi.

2. Quædam abſolutè mala, ut fornicari, &c. odiſſe Deum.

3. Quædam in ſe bona, mala tamen fiunt ex circumſtantia: ut dare Eleemoſynam, ut videaris Matth. 6.

4. Quædam bona in ſe, & per nullam circumſtantiam mala: ut amare Deum.

5. Opera interna cordis, quæ Deus æſtimat: externa, quæ homo penſitat 1.Samuel.16. Eſai. 29. Cor eorum longè eſt à me.

6. Quædam ad cultum Dei; quædam ad cultum & charitatem proximi.

Lutherus non prohibet bona opera, nec hæc à fide ſeparat; opera bona coram Deo operari, juſti ut ob illa coram Deo ſimus, negat. Vide mox ab initio explicationis ſexti capitis Johannis Tom. Islebienſis. Idem parte 1. Poſtillarũ Dominica 2. poſt Epiphaniã fol.235.b.236. a. elegantiſſimè Dom.3. poſt Trinit. in 1. Petr. Poſtilla Eccleſiaſt. fol.205.fac.a.lit.M.Domin. 7. poſt Trinit. fol. 265. Hierauff §. Iſt es. & p.269. a. §. Wie ſollen wir denn. In Evangel. Domin.19. poſt Trinit. fol 389. 399.a.§. Sihe/ da haſtu alles. D. Muſæus Dom.7. poſt Trinitat. in explicat. Epiſtolæ pagin.161.a.b.162.a.

Repleri nos fructibus juſtitiæ Philip.1. monet §. 28. D. Apoſtolus.

1. Replentur contra mali omnibus fructibus injuſtitiæ, Rom.1. Hinc eſt, quod fructibus juſtitiæ non poſſint impleri: ſicut vas plenum aquâ nullum alium liquorem admittit; Sic cor hominis vitiis plenum gratiam Dei

non

non recipit. Hinc Bernhardus: Balsamum divinæ gratiæ vasculum mundum requirit. Rivulus arescit, cum fons non fluit; sic cor hominis, Deo non influente. Aër obtenebratur luce absente: Sic cor hominis. Speculum ad solem versum radios solis accipit.

2. Incipientes pœnitere replentur amaritudine pœnitentiæ, & perpetuæ contra carnem pugnæ. Rom. 7. Invenio aliam legem, contraque peccandi consuetudinem. Vid. *Concupiscentia domanda.* Et quotidianam tribulationem, Ruth. 1. Amaritudine replevit me omnipotens.

3. Crescentes subinde in omni bono opere; quorum cor est ager fertilis, in quo diversi flores bonorum operum succrescunt, & odores inde emergunt: Genes. 27. Odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Hi omnes repleti sunt fructibus justitiæ, olim replendi jucunditate omnium bonorum, quæ in Deo erit. Vid. *vita æterna.*

§. 29. 4. Spectat huc Metaphora, sumpta à cursu 1. Corinth. 9. Multa verò sunt, quæ hominem movere possunt ad currendum in omni bono opere. 1. Brevitas vitæ & temporis. Job. 9. Dies mei velociores sunt cursore. Est enim vita brevis cursus per (α) infantiam (β) adolescentiam (γ) juventutem (δ) senectutem, (ε) mortem vel noctem. Ne dicas Luc. 12. Habeo bona reposita in multos annos. 2. Pericula peccatorum. Sumus in via periculosa, in qua non segniter currendum, ut latrones evadamus. Insidiantur Satan, mundus, caro, consuetudo mala peccandi, quâ fit [α] ut peccata levia esse putentur; [β] cogitat homo: multi alii ita quoque peccarunt; & tamen sperant salvari: Ergo & ego salvabor: vana cogitatio! incertaque spes! [γ] cogitat homo, Deus est misericors. Ergo dimittet: huc usque benè mihi fecit. 3. Temporis amissi irrecuperabilis jactura Gal. 6. Donec tempus est. Sic viator bene impendit suum tempus, cum citato cursu ad metam properat. Psalm. 119. Viam mandatorum tuorum cucurri. 4. Præmiorum, æternitas in altera vita, V. vita æterna.

§. 30. *Opera electitia Deo non placent.* Nam servi Dei sumus, qui eligere non debemus, quæ faciamus, aut quæ non faciamus; sed acquiescere in iis, quæ nobis sunt præcepta. Vide Salvianum de vero judicio & providentia Dei.

1. Allegor. Exod. 32, 4. Radio figuram vituli Aaron delineabat: Ergo eandem non didicerat in monte ex typo Mosi monstrato.

2. Arcæ formam DEUS ipse Noacho præscripsit. Gen. 6.

3. Exod. 20, 25. Altare construendum Domino ex lapidibus impolitis. Politi lapides vel ab hominibus præparati non adhibendi.

4. 2. Reg. 22. v. 1. Samaritani non sciebant statuta Dei terræ illius.

5. 2. Reg. 16, 10. Altare Achaz è Samaria illatum in templum Jerusalem Deo gratum non erat.

6. Manasses 2. Regum 21. versu. 3. culpatur, quod novum altare in Jerusalem introduxerit.

7. Summus Sacerdos solus habuit in tiara sua nomen יהוה inscriptum Exod. 28. Solus noster Pontifex Christus est, Psalm. 110. Hebr. 7. Ab hoc solo discendum. Matt. 17.

8. Exod. 30. v. 9. Peregrinus odor Deo non offerendus.

9. Levit. 17, 4. Si quis extra tabernaculum ocideret bovem vid. Glossam marginal. D. Lutheri.

10. Exod. 40. Moses erexit tabernaculum ad formam in monte à Deo monstratam.

11. Exod. 39, 43. Moses benedixit artificibus, qui omnia ex typo à Deo monstrato fecerant.

Cultus electitii sunt venena melle oblita in animam penetrantia antequam sentiantur. Non valent Prov. 21, 8.

Cultus electitius DEO non placet. Exod. 39. vers. 9. & 40. Imago illa est in monte Ecclesiæ.

Reprobantur cultus isti Lev. 19, 5.

Bezaleel non ex propria inventione, sed secundum Mosi monstratam imaginem omnia in tabernaculo faciebat.

Similia 1. Sunt aqua vinum corrumpens. 2. Fermentum massam corrumpens.

Opera supererogationis nulla sunt: *à debitorum summa indelebili,* quæ opera hæc planè excludit: *à negato Testimonio* S. Scripturæ, quæ illa ignorat: *à novitate* commenti hujus de operibus supererogationis.

§. 31. Opera legis ceremonialis non proximè rejicit Paulus à justificatione, sed vel maximè legis moralis: Hanc enim intelligit.

1. Quia per legem moralem est cognitio peccati Rom. 3. Hæc est quæ iram operatur. Rom. 4, 14. quâ gloriabantur Judæi Rom. 2, 7. ex quâ peccatum concupiscentiæ agnoscitur. Rom. 7, 7. cujus finis est Christus. Rom. 10. Per hanc omnis mundus Deo fit ὑπόδικος.

2. Scopus Apostoli est agere cum gentibus: atqui his non erat data lex ceremonialis.

3. Confessio adversariorum: Cajetani, Pererii, Dominici Soti, Salmeron. in h. l.

In gratia facta non justificant, quia sunt 1. debita Luc. mandata à Deo. Matth. 5. imperfecta.

2. Circumcisio erat opus in gratia ab Abrahamo suscepta, quâ tamen non est justificatus. Rom. 4, 10.

3. Abraham, David in gratia & ex gratiâ operabantur: nec tamen ex operibus sunt justificati. De Davide fatetur Pighius ipse pag. 47. a. de Justific.

Dogmatum ἀκρίβειαν & bonorum operum executionem requirit Cyrillus Catech. 4. 9. Neque dogmata sine bonis operibus accepta sunt Deo; neque absque pietatis dogmatibus opera perfecta suscipit Deus. Quid enim prodest scire quidem divina dogmata pulchrè, scortari verò turpiter. Quid rursus confert, temperare sibi, & blasphemare impiè?

OPEROR.

I. *DEUS* operatur (α) *in hac vita.* Joan.5. Pater meus operatur & ego *operor*, conſervando, gubernando omnia: donis Eccleſiam implendo. 1. Corint. 12. verſ. 6. Eccleſiam liberando Exod. 15. verſ. 17. Num. 23. verſ. 23. homines creando Job. 31. verſ. 15. ſuos liberando. Job. 33. v. 29. regnum in fidelibus confirmando. Pſal. 68, 29. &c. Philipp. 2, 13. Conf. opera DEI.

(β) *In alterâ* vita: *cum erit omnia in omnibus.* 1Cor. 15. operatur conſummatiſſimè.

II. *Satan.* 2. Theſſal. 2. verſ. 7. Epheſ. 2. verſ. 2.

III. *Homo* Philipp. 2. v. 12. *operamini ſalutem.* Ubi requiruntur 1. Pietas & timor & oratio ad DEUM: 2. Labor & ſedulitas & vigilantia Matth. 25. exemplo virginum ſapientum.

Bonum. Roman. 2. verſ. 10. V. *Opera* bona. Juſtitiam: Hebr. 11. verſ. 33. patientiam Jac. 1. verſ. 3. *beneficentiam.* 3. Johan. verſ. 5. Gal. 6. verſ. 10. Matth. 26. v. 10. laborando. 2. Theſſal. 3, 10. 11. 12. Epheſ. 4. v. 28. 1. Theſſal. 2. verſ. 9.

IV. *Peccatum.* Roman. 7, 5. quod operatur iniquitatem.

V. Tribulatio gloriæ pondus. 2. Cor. 4, 17. non effectivè, ſed conſequenter: hoc enim illam ſequitur, ut præmium gratuitum, ut corona victoriam ſequitur.

OPES, DIVITIÆ, DIVITES.

§. 1. Divitiæ *ſunt fugiendæ & contemnendæ.*

1. Quia ſunt *impedimento,* ne ad Chriſtum venias: Elias aſcenſurus pallium demiſit 2. Regum 2, 13. Divitiæ nihil aliud ſunt, niſi pallium relinquendum, tibi enim aſcendendũ eſt; in pulverem terræ illud pallium dejice, ſi vis in cœlum aſcendere. Vid. Matth. 19. v. 23.

2. *Magnam habent terra & cœlum diſtantiam*; terra longiſſimè à cœlo diſtat. Divitiæ ſunt terra, longiſſimè diſtant à cœlo: ſi vis eſſe à cœlo longiſſimus, fac ut ſis propinquus divitiis; Sed tuo malo facies, ut Epulo Luc. 16. is monet ne facias.

3. *Impediunt ſalutem noſtram inſtar* 1. fiſci impedientis pedes, ne ambulent in via charitatis, & alas, ne per ſerium affectum ad DEUM volent avari. Diabolus eſt auceps. 2. ſpinarum pungentium, ne ambulare poſſint Matth. 19. Abiit triſtis juvenis à via cœli, quam monſtrabat Chriſtus via. Johan. 14. Abjecit veritatem & deceptus eſt: contempſit vitam & mortuus eſt.

4. *Faciunt jacturam divites, & divitiæ facilè dilabuntur* Matt. 8. v. 32. Grex porcorum præcipitatus in mare Gergeſenis, Iſraëlitis avaris, Dominum ſecedere petentibus.

5. *Sollicitos faciunt homines* Luc. 12. *Quid faciam?* deſtruam horrea mea. Diocletianus Cæſar dixit, nunquam vidi ſplendidiorem ſolem abdicato imperio. Avari non niſi Mammona vident: Solem miſericordiæ non vident: ſed cor ſuum claudunt 1. Joh. 3, 17.

6. Cum labore acquiruntur. Pſalm. 39. v. 8. & ſollicitudine conſervantur. Matth. 6. verſ. 25. 26. 27.

7. Excœcant Luc. 16. Mitte Lazarum, dicebat Epulo: in vita non ſentiebat mala, quæ ſenſit in morte. Poſt mortem demum ſenſit, excœcatus opum libidine.

8. Faciunt ſuperbum. 1. Tim. 6, 17.

9. Accuſant tandem Dominos ſuos de Injuſtitia. Habac. 3, 9. 11.

§. 2. 10. Zelotypiam Dei accendunt. Exod. 20. Ego ſum fortis Zelotes. Ergò ſe ſolum vult amari. At divites opes amant.

11. Nam hæ ſunt Dii alieni. Mammon Deus, cui ſerviunt. Matt. 6. Nemo poteſt duobus Dominis ſervire.

12. Divites in morte ſentiunt aculeum iniquarum divitiarum: 1. Sam. 14. Ecce morior ob exiguum mellis; Divitiæ exiguum mellis ſunt, quod mortem conciliat.

13. Inanem relinquunt hominem poſt mortem. Job. 27, 19. Confer exemplum Epulonis, Luc. 16.

14. Ergo Matth. 4. Vade retrò Satana, qui ſeducis corda 1. Tim. 6. v. 9.

15. Augent cupiditatem: Epicurus rogatus de modo diteſcendi; reſpondit, ſi non augeas opes, ſed minuas cupiditates.

16. Non ſatiant. Alexander audiens ex Philoſopho Anaxarcho plures eſſe mundos, heu mihi dixit, qui ne uno quidem potitus.

17. Hominem captivant, ut avis fiſco capitur.

18. Uxori Potipharis propoſitum erat pallio Joſephum apprehendere Gen. 39. Ita avaritia nos pallio divitiarum ad ſpiritualem ſcortationem pellicit, hoc pallium in tali caſu relinquendum.

19. Impedimentum. Joſeph pallium dimiſit in manu heræ; ſpiritualiter tecum ſcortari vult mundus hera; relinque pallium divitiarum, obſidem fuge, aut poſtea luge. Cant. Cantic. 5. pallium relinquit ſponſa.

20. Idolum Beli, in fragmentis Danielis 14. verſ. 6. intrinſecus erat luteum, exteriùs auratum, cujus fallacia per cribratos cineres deprehenſa eſt: ita divitiæ & opes non niſi lutum: extrinſecus æris fulgorem habent, quarum fallacia ſparſis cineribus dominorũ in ſepulchris patet, quãdo dominos ſuos deſtituũt.

§. 3. 21. *Inſtrumentum necis,* 2. Sam. 18, 10. 14. Abſolon capillis ad quercum ſuſpenſis periit; capilli ſunt divitiæ, quibus homines rebus temporalibus veluti affiguntur, quos continuò infernalis Joab enecat, corde eorum planè transfixo, hoc eſt, quod Apoſtolus monet 1. Tim. 6. v. 9. Incidunt in tentationes; ſimus ergo ἀυταρκεῖς, memores nativitatis noſtræ Job. 1, 21. Pſ. 49, 18. Eccleſ. 5, 14.

22. *Nihilum.* Aureum vitulum fecerunt magnates Iſraëlitæ ex auro à populo collato; at Moſes deſcendens de monte vitulum aureũ in pulverem redegit, & in aquas projecit Exod. 32. v. 20. 23. Sic divites aurum colunt ut Deum ſuum Eph. 5, 5. Job. 31, 24. ſed Chriſtus de mõte cœli deſcendens comminuet omnes divi-

divitias, & in nihilum rediget, veras & perennes divitias ſuggeret Luc. 12, 21.

23. *Latibulum Satanæ*, Deut. 16, 21. vetuit Deus, ne arbores circa altare plantarentur; cor noſtrum eſt Dei altare, in quo ſpirituales hoſtias offerre debemus, Rom. 12. v. 1. 2. 3. videndum ne divitiarum infelix arbor plantetur, quæ eſt ſerpentis infernalis latibulum, 1. Timoth. 6. v. 9.

24. *Pondus graviſſimum*, abſtrahens homines à Deo, detrahens in infernum, à proximo retrahens: Videte ne corda veſtra graventur ebrietate & crapulâ, ait Salvator Luc. 21. oculos à corde, ne ibi quærant theſauros egeni; ſic Nabal 1. Sam. 25. cor ſuum Davidi egeno clauſit. v. 11. 12. magno ſuo malo verſ. 38. 1. Johan. 3. v. 17.

§. 4. *Non diu durant* opes quæſitæ 1. è venis metallicis, quod res metallica multis plerumque peccatis inquinetur, ſive fraudatæ mercedis, ſive ſpei in illis collocatæ, Matheſ. in Sarepta concion. 2. p. 14. 15. 2. Negotiatoribus, ſine dubio, quod multa cum injuria proximi acquirantur. 3. Aulis, Richter. Axiomat. 37. Oeconomic. *Hominem ignavum reddunt* & ad virtutes tardum: Exolevit virtus Romanorum & Lacedæmoniorum, conquiſitis opibus, vid. Spinæum lib. 1. de tranquillitate animi, & Ariſtot. lib. 1. c. 8. 9. Polit. qui de Phocionis reſponſo legatis Alexandri M. dato præclarè ſcribit. *Diſpereunt* malè collocatæ, Matheſ. in c. 31. Sir. p. 40. puta in luxum, ſuperbiam, voluptatem, vanitatem, ſtultitiam. *Curarum examen augent*, & cumulum peccatorum, ſic Gehaſi factus eſt mendax 2. Reg. 5. Achan fur Joſ. 7 Ananias & Saphira mendaces Actor. 5. Judas avarus: Bileam perfidus. *Separationem amicitiæ inducunt* Geneſ. 13, 8. inter Abrahamum & Lothum diſſenſio ob copiam divitiarum. *Stultitiam hominum produnt*; vide Neronis Domitii Auguſti ſpectaculum impurum; Athenienſis Domadis in peregrinos ſaltatores ſumtus; Alexandri M. in ſtrenuos potatores; Varii Auguſti naves ſubmergentis, Caji ſucceſſoris Tiberii Auguſti apud Jovian. Pontan. libro de Magnificentia. *In rapinam cedunt* Ezech. 7. v. 20, 21.

§. 5. Itaque divitiæ aſpernandæ α. quia inconſtantes: cum Pilii decretum edidiſſent, quo Theopompo honores tribuerentur, reſcripſit, mediocres honores tempus auget, ſummos aufert; idem judicium de divitiis, quas ſi mediocres ſint, tempus auget, ſi ſummæ, easdem aufert: ſimiles ſunt plantis citò creſcentibus, mox decreſcunt in beta, cucurbita Prov. 12. ſubſtantia feſtinata minuetur. β. nocent animæ, introducentes eam in ſuperbiam 1 Timot. 6, 17. Luc. 16, 19. iram ut Nabal, 1. Sam. 25, 11. invidiam, gulam, luxuriã, Chriſti contemtum Matth. 19. v. 21. 1. Timot. 6, 19. ſuſpicionem. γ. ſunt vanæ, inſtabiles, brevi durant Pſ. 49. v. ult. non ſunt noſtræ Luc. 16, 12. δ. falſæ, fallaces Luc. 16, 11. 1. Tim. 6, 17. incertæ divitiæ: relinquendæ Pſ. 45. audi filia &c. Domus patris Adami mundus eſt cum divitiis; hæc relinquenda eſt, in ſolidum ſponſo JESU Chriſto fides addicenda, amor conſecrandus.

Divitiæ adumbratæ per ſimilia.

§. 6. Sunt inſtar *ſomni* Pſ. 73, 20. *Umbræ* Sap. 5, 9. fatentibus damnatis; *pillulæ amaræ* ſaccharo junctæ mortifero: *laquei*, 1. Timot. 6, 9. *gladij* in manu phrenetici. Sunt *palea* Ægypti, lutum ſordidum, hoc oſtentat Pharao, Satanas, Matth. 4. fruſtra Salvatori, fruſtra ſalvandis. *Pondus* Sapient. 9. corpus aggravans animam. Sicut omnis gloria mundi ſunt *muſcipulæ* hominum Sap. 14, 11. Bona temporalia ſunt *figuræ* fugitivæ in ſomnis, figuræ ſolùm 1. Cor. 7. v. 29. figuræ Comœdiarum; prætereunt, vide quomodo in epulone præterierint in inferno. Inſtar *ludi*, modò in hanc, modò in aliam transeuntis perſonam. Sunt *inconſtantes*, inſtar reciprocationum maris aquarum, inſtar torrentis Sir. 31, 14. inſtar lunæ; Bona cœleſtia manent, Domine faciamus tria tabernacula Matth. 17, 4. demus ei corda noſtra Prov. 23. v. 25. Inſtar *ſpongiarum*, aquam attrahentium, quæ geſtantem tranſiturumque aquas in profundum demergunt. *Spinæ*. 1. ob conſcientiæ poſſidentium vulnerationem Eſa. 5, 8. 2. ad majores divitias quærendas punctionẽ: 3. ovium vellicationem & lanæ evulſionem per uſuras, fraudes, impoſturas Jer. 2, 35. 4. animam vulnerant in proprio foro, judicio, inferno: 5. omnem charitatem ſuffocant. Inſtar *picturæ*, quæ ſi procul reſpiciatur, pulchra eſt; ſi propius, nihil: bona æterna quantò propius conſpiciuntur, tantò pulchriora ſunt; opes non niſi picturæ ſunt, veræ ſunt in cœlis divitiæ. Sunt velut *oſſa arida*, quæ canes rodunt, & ſuas ipſorum vulnerant maxillas & ſanguine proprio paſcuntur; ita divitiæ ſunt oſſa arida, in quib. nihil ſucci, quæque conſcientiam vulnerant. Inſtar *corporis noſtri* & membrorum. Calcant terram noſtri pedes auri & gemmarum matrem; multò magis animus calcare debet terram & divitias, oculi & facies cœlum reſpiciant non terram; cor parte ſui latiore cœlum verſum eſt, Pſ. 62. Nolite cor apponere. Similes *veneno* 1. ob nocumentum. 2. cordis petitionẽ: ita divitiæ cor ſtatim inficiunt; vide naturã veneni apud Phyſicos. Sunt *baculus*, cui inniteris, at fiet ſerpens, qui ſauciat animam & corpus; fuge, ſi ſapis: Moſes fugiebat à ſerpente ex baculo facto Exod. 4, 3. Sunt talis *imago*, cujus homines ſtatim obliviſcuntur evigilantes in judicio. Dan. 2. Nabuchodonoſor oblitus erat: ita divitiæ ſunt imago ſolùm, cujus in reſurrectione memoria deponenda, vel cũ perpetuo cordolio retinenda. Sunt *hamus* Satanæ; aureo olim hamo Nero Imperator piſcabatur: ita infernalis Nero aureo bonorum hamo piſcatur homines, inque naſſam eos ſuam pertrahit. Inſtar *avis transvolantis*; hoc ſignificarunt Babylonii, qui ſuper thronum regium quatuor aves pinxerunt, quibus ſignificabant quatuor imperiorum mundi majeſtatẽ velut aves volare. Alexãd. ab Alex. l. 3. c. 5. Pingitur *ſenex* incurvꝰ manu cœleſti tactus, cor poſt ſe trahens ex arca & dicens:

dicens: Ne peream, hæc pereant cordis retinacula, cur non ultrò abeo? manes nullius æris egent. Confidera picturam *Pluti*, quam veteres habuerunt: Claudus pingebatur in adventu, alatus in recessu, cœcus; notarunt, ægrè divitias congeri, velociter dilabi, divites cœcos esse, non nisi divitiis intentos esse. Itaque.

§. 7. *Divitiæ veræ in cœlo extruendæ.* Plutarchus in Moral. Ægyptii rogati, cur sepulchra magnificè extruerent, non item ac nos? responderunt: Domus sunt diversoria, sepulchra sunt domus æterna & hospitia. Videat ergo quisque, ut præsentes divitias spernat, domus mansuras in cœlo sibi extruat per liberalitatem, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula amici.

§. 8. *Divitum epulæ tragicæ.*

Amnon epulans, item Belsazar, interfecti, Dan. 5. 2. Sam. 15. Divites cum epulantur, nec fratribus egenis impertiunt, spiritualiter enecantur & moriuntur; ita epulo ille Lucæ 16. Imago divitis & Lazari in Psalm. 52. v. 8. 9. 10. Itaque gloria & divitiæ mundi spernendæ, ut Solon fecit [Zwinger. 28. b.] nihili faciens splendidam Crœsi aulam, pompam, superbiam, fastum, non nisi ea, quæ ipsius personam decebant, peragens.

Divitum officium.

§. 9. (1) *Deum timeant*; Fabius legatis aurum offerentibus dixit: Romani non cupiunt aurum habere, sed auri dominos sub sua ditione habere. (2.) *Pauperes juvent*: a simili membrorum Ephes. 1. vers. 25. & artificum in Republ. Ab exemplo: Tobias divitiis circumfluens Gabelo decem talenta mutuo dedit sub Chirographo; factus pauper & cœcus misit filium cum Chirographo duce angelo, quorum ille non solùm talenta recepit, sed & filiam Raguelis cum hæreditate patria obtinuit, reversusque patri visum restituit, & feliciter habitavit cum eo. Talis est dives, qui eleemosynam dat sub chirographo divinæ compensationis toties promissæ Psalm. 41. Matth. 10. & 25. cœcus autem factus & pauper (omnia enim relinquere cogitur 1. Timoth. 6.) in morte repetit datum fœnori vel mutuo, recipitque & simul ad conjugii spiritualis fructum admittitur, duce angelo, qui piorum misericordium animas in sinum Abrahæ deportat, Luc. 16. hæres fit regni cœlorum Matt. 25. visumque recipit, cum è morte ad vitam evigilat. Josephi prudentia magnis laudibus effertur, quòd reposuisset frumenti copiam in annos famis: divitum etiam eorum laus non minor erit, quàm qui alterius vitæ famem prævidentes eleemosynas sibi reponunt in DEI horrea, quæ sunt pauperes Matt. 25. Luc. 16. facite vobis &c. David ejectus à Saulo vagusque in deserto oberrans, commeatum à Nabale petiit, quem impetrare non potuit; at Abigail liberaliter impertiit 1. Samuel. 25. tales Nabales divites sunt, qui Christum Ecclesiæ Davidem cum ministris suis nullis beneficiis afficere volunt, in mundi hujus deserto oberrantes; at misericordes bona iis impertiunt, suo tempore larga redhostimenta recepturi Matt. 25. (3.) *Ne inhient divitiis*; non circumveniant fratres Matt. 21, 12. vendentes & ementes templo ejecit Dominus, eos latrones vocans: quicunq; igitur ita vendunt emuntque, ut posthabitâ proximi dilectione fratrem circumveniant, occidantque, inutiles Ecclesiæ cives & putrida membra judicandi sunt: hos suo tempore Dominus templum suum mundaturus ex pellet, Apoc. 22, 15. Videndum est igitur, ut in tabernaculo Domini maneamus.

Opum abusus fit I. Ingratitudine: & cum non agnoscimus omnia à DEO esse, Of. 2. Jacob. 1.

II. *In opibus confidimus*, Daniel. 4. Luc. 12. Psalm. 62.

III. In nostris laboribus, 1. Cor. 3.

IV. Cum de largo proventu frugum, piscium &c. contemptim loquimur.

V. Cum opibus ad luxum abutimur, ut Luc. 12. c. 16. Jacob. 5.

VI. Cum proximi obliviscimur: 1. Sam. 25. Nabal Davidis: Dives Lazari Luc. 16. pauperis, Jacob. 2. vers. 1. Johann. 3. qui viderit fratrem.

Divitum imago:

§. 10. In iis, qui cis Jordanem manserunt, pastus gratiâ, nec pervenerunt ad terram promissam Numer. 32. applica. De epulone Luc. 16. vide homiliam 65. Chrysostomi. Divites sunt pauperes Augustin. tom. 8. column. 155. Divites in morte similes pauperi somnianti de divitiis, cum vigilans se adhuc pauperem esse intelligat. Faciunt naufragium in portu: si quis ex India adventans navi onusta auro in portu faceret naufragium, annon is miserabilis esset? miserrimi, fidei qui naufragium! Divites servientes similes Samaritanis, 2. Reg. 17. claudicantes in utrumq; latus. Similes Thrasillo Aronensi, qui imaginabatur sibi, omnes naves in portum Piræeum appellentes suas esse, per melancholiam. Similes piscibus in limo hærentibus; pii verò avibus cœlum petentibus. Divitias colligentes per nefas similes aquilæ, quæ victimas ablatas, quibus ignis adhæsit, rapuit, quo nidus accensus est, & pulli perierunt, ipse volatu sibi consuluit. Sunt infelices messores, Psal. 126. ibant & flebant, sed non redeũt mit Freuden/ Luc. 6. v. 24. In resurrectione sunt similes asino illi per vadum spongiis onusto tendenti; cujus medio se cum tradidisset, spongiæq; aquam attraherent, abreptus fuit submersusq;: ita opes spongiæ sunt aqua maledictionis impletæ, quæ homines in exitium barathri post mortem abripiunt; pii verò sunt similes asino gestanti sal, quod liquefactũ est, cũ asinus aquas pertransisset: ita pii per mortalitatis vadum transeunt, ut in judicio extremo omniũ sarcina exuti liberè Deo vivant & ad littus veræ aquæ appellãt. Non sunt quieti: sicut pullos pascẽtes corvi semper sunt in cursu

cursu Orus p. 90. Hieroglyph. Sunt viri sedentes ante arcam nummos adorantes.

Divitiæ bene collocandæ.

§. 11. Si scapham secundo flumine ad mare direxeris, facile petit mare; si adverso flumine, difficultas erit: divitiarum secundarum magna est diligentia, ne feraris ad mare amarum damnationis; vide sis itaque, ut non ad mundi cursum dirigas divitias tuas, sed adverso cursu contra mundum contendas.

OPHIR.

1. Filius ꝭ Eber Genes. 10. v. 29. 2. Locus auri feracissimus 1. Regum 9. v. 28. cap. 10, 11. cap. 22, 49. 1. Chron. 10. & 29, 4. 2. Chron. 8. vers. 18. Quidam dicunt esse Peruh, per metathesin literarum, Alstedius in Mathematic. Postellus, Gorophius in Hispania, Arias Montanus; his contradicit Caspar Lusitanus peculiari libello de Ophir, exstimans eam intelligendam terram, quæ Pegusiis, Malaccâ & Sumatrâ, circumscribitur, vide Euseb. lib. 9. c. 4. præpar. Evangelicæ. Vide Commentatores allegatorum scripturæ locorum, & Carol. Stephanum in Dictionar. Historico Geographic.

OPHITÆ.

Hæretici colentes serpentes, ceu autorem cognitionis ab eo prius in Paradisum introductæ: Epiphanius, Philastrius, Augustinus ad quod vult Deum. En serpentis infernalis impudentiam, ausi hanc stultitiam mentibus hominum ingerere.

OPIFICIA.

§. 1. *Opificia licita* in genere 1. quia sunt labor, sudor, Gen. 3. in sudore. 2. opifex lignorum exstruxit arcam: Bezaleel Exod. 31. Christus ipse fabri filius Marc. 6. v. 3. Justinus Dialogo cum Tryphone testis, quod Christus fabrilia lignaria exercuerit 1. Chron. 4. recensentur tales opifices, 2. Regum 6. filii Prophetarum: 1. Regum 5. vers. 15. 2. Regum 12. Actor. 9. & 18. Paulus ipse fuit opifex & scenofactor Actorum. 18. v. 22. Joseph faber lignarius: Lucas Evangelista pictor; Eremitæ quoque olim manibus laborarunt; Stephanus Anachoreta funes palmaceos texuit; Seraphion Abbas monachos labori addixit; Antonius Abbas calathos texuit; Paconius Abbas monachos laborare jussit. Olim jure civitatis Romanæ donati opifices à Numa, etsi Romulus illud jus solis agricolis & militibus concesserit, Dionys. Halicarn, lib. 2. & 6. Opifices ad honores evecti eorumque liberi: Publ. Rupilius ex publicano consul Siciliam rexit & triumphavit: Terentius Varro patrem habuit lanium, ipseque institor fuit: Marcus Scaurus Consul & censor patrem habuit carbonarium.

§. 2. *Speciales virtutes* opificum, 1. Pietas Luc. 5. in tuo nomine laxabo rete, sic coriarius ille Alexandriæ, ad quem remissus olim Antonius. Apol. A. Confess. tit. de votis p. 285. quæ exercetur (α) in fide erga DEUM; (β) oratione; (γ) verbi divini consideratione. 2. Observantia erga superiores; sunt cum patre in navigio Luc. 5. piscatores illi, debitum cultum deferentes genitori. 3. Parsimonia: retia resarciunt Luc. 5. 4. Diligentia; ut quilibet sit intentus in suum laborem & functionem Sirac. 38. vers. 20, 29. 30. fusè d. l. non vacet τῇ πολυπραγμοσύνῃ 1. Thessal. 4. vers. 11. 1. Petr. 4. vers. 15. Sirac. 3. vers. 23. sed suis operis Sirac. 38. v. 32. oppositum est pigritia. 5. Perfectio; ut sit in sua arte perfectus Proverb. 26. vers. 10. 6. Contentatio Sirac. 38, 35. Opificum laboribus summi etiam viri delectati: Cyrus major à laboribus rusticis non abhorruit: Tarquinius superbus hortulanum egit: Demetrius Poliorcetes naves fabricavit: Parthorum reges cuspides telorum acuerunt: Mahumethes Othomannus cochlearia lignea celavit.

Necessitas opificiorum; non possumus iis carere Sirac. 38. vers. 35, 36. 1. Sam. 13, 21. utilem namque præstant hominibus operam, ædificando, vestes parando, utensilia omnis generis conficiendo.

§. 3. Huc spectant artifices magni v. Bezaleel. Exod. 31. Archimedes. Vide Plutarchum in vitâ Marcelli. Proclus, qui specula naves accendentia invenit. Cuspinianus in Anastasio Cæsare.

Faber Callinicus ignem invenit sub aquis adurentem, qui Saracenorum naves, Constantinopolin obsidentes exussit. Cuspinian. in Leone Isauro.

Apelles naufragus Regi Ægypti acceptus, pictor insignis. Manlius loco de studiis. Parrhasius, pictor insignis. Athenæus libro 12. Lysippus sculptor, fictor, à quo solo fingi expetiit Alexander M.

OPILIO. *v. Pastor.*

OPORTET:

Variè in sacris literis dicitur: aliquando pro necesse est Matt. 16. vers. 21. cap. 17. v. 10. & cap. 24. vers. 6. & cap. 26. vers. 35. Sic & alibi sæpe; atqui, quomodo aliquid necessarium esse dicatur, accuratè è circumstantiis textuum & analogiâ fidei pensiculandum, ne fatum Stoicum cudamus. Aliquando pro expedit, condecens est Luc. 2, 51. cap. 11, 42. c. 13.

OPPIDUM. *v. Civitas. It. Urbs.*

OPPIGNORARE. *v. Pignus, Item Arrhabon.*

OPPONO.

Opponit se homo 1. DEO: sic omnes reprobi & κατ' ἐξοχὴν ὁ ἀντικείμενος ille 2. Thess. 4. 2. Diis Roman. 13. 2. vid. tit. Subditi. 3. homini hostiliter 1. Sam. 15, 2. 4. Servis DEI Luc. 13, 17. c. 21, 15. Philip. 1, 18.

OPPORTUNITAS. *v. Tempus. Item, Occasio.*

OPPRIMERE.

Est actus charitati, justitiæ, clementiæ oppositus Exod. 3. v. 9. Judic. 4. v. 3. cap. 6. v. 9. fit 1. injuriâ; 2. calumniâ. 3. mercedis denegatione.

Qui

Qui opprimuntur? pauperes Job. 20. v. 19. peregrini Exod. 22. v. 22. c. 23, 9. Iſraëlitæ Pſal. 138, 23. miſeri & afflicti. Proverb. 22, 22. fratres Jerem. 9, 4.

Conſequens (1) ira Dei adverſus iniquos & oppreſſores Amos 8. verſ. 4. 5. 6. 7. (2) Gemitus & clamor oppreſſorem ad DEUM Exod. 3. verſ. 9. (3) pœna talionis; qui enim alios opprimit, ipſe tandem opprimitur, vid. tit. *Talio*. Oppreſſi non ulterius opprimendi Obad. v. 10. 11.

OPPROBRIUM. *v. Contemptus. Contumelia.*

I. Eſt *quoque rejectio* legum Ceremonialium. Galat. 5, 11. Heb. 11, 26.

II. Saturari opprobriis, Thren. 3. verſ. 30. eſt pati injurias, easque perpeti: ut David. 2. Sam. 16.

OPPUGNARE. *v. Bellum. It. Tentatio, Item Hoſtis.*

OPTARE.

Eſt apprecari alicui. Bona debemus optare: mala qui nobis optant, confunduntur, Pſal. 70, 4. optat Deus nos audire Pſalm. 41. Deut. 32, Eſa. 48, 17. 18.

OPTATUS.

Scriptor Eccleſiaſticus duplex:

I. *Gildonianus*, cujus Auguſtinus meminit.

II. *Milevitanus* Epiſcopus, tempore Valentis & Theodoſii. Vid. Balduinus in præfat. in hunc.

ORACULA.

§. 1. Græcis χρησμός, χρησμωδία; dicitur ab ore Latinis. Sunt Satanæ reſponſa, quæ ille hominibus editâ voce variis in locis dabat, in Propriam gloriam & hominum deceptionem atque obdurationem.

§. 2. *Cauſa procreans* 1. Diabolus tyrannide agitatus & regiam DEI poteſtatem invadens, Theodoret. tom. 3. oper. lib. 10. de veris & falſis oraculis ab init. & fol. 630. edit. Colon. columm. a. Zwinger. fol. 4193. Theatr. de origine oraculorum: Plutarch. tract. de defectu oraculorum errat, negans ſceleſtos Dæmones eſſe, quod Empedocles olim ſenſiſſe videtur. 2. Hominum ſocordia, Dei verba abjicientium & veram agnitionem reſpuentium, vide Peucerum de divinationibus. 3. Satanæ κακοζηλία: ut enim DEUS ſuum habebat oraculum apud Iſraëlitas; ſic Diabolus inter gentes paulatim ſuas inſtituit manifeſtationes & reſponſa, quibus homines ſeduxit.

§. 3. *Effectus Satanæ* per miracula oraculorum: 1. Dæmones fugiunt Dei dæmonium. 2. affectant tyrannidem. 3. arrogarunt ſibi vaticinia futurorum. 4. homines ita illaquearunt. 5. à Deo abduxerunt. Modus ſeducendi varius per vocem, geſtum, ſonitum, nutum, ſomnum. Adhibuerunt pernas, farinas Theod. lib. 10. de oracul. tom. 10. oper. Feſta inſtituerunt plena jejuniis & defatigationibus idem folio 630. col. 2. Theodoret. tom. 3. oper. libro 10. de oraculis. Columbæ è quercu reſponſa dabat, Zwinger. fol. 52. b. §. Crœſus. Membra hominum rotabantur, Theodoret. l. dicto: Mortui conſulebantur Theodoret. de oracul. prohibuit verò Deus Deut. 18. Eſa. 8. Sepulchrum Herculis quoque pro oraculo fuit, Zwing. folio 410. Theat. b. Inſulturæ.

§. 4. *Effectus Oraculorum*: Dederunt multa media, ut, Caſtaliæ fontem, Colophonium fluentum, ſacrum quercum, Dodonæum tintinnabulum, tripodem Cirrhæum, Theſprotium lebetem &c. Theodoret. lib. 10. tom. 3. oper. de veris & falſis oraculis. Obſcœnis verbis ſtuduerunt, Theodoret. tom. 3. lib. 10. de oraculis f. 630. col. a. Impietas & abominatio fuit apud oracula: utramque probat Porphyrius, ex eo, quod victimæ ſacrificandæ illis fuerint, addit, Deos non eſſe, qui ſacrificiis gaudent, libr. de Electorum philoſophia apud Theodoret. d. l. Mendacia conjuncta cum miraculis, concedente Diogemiano apud Theodoret. tom. 3. fol. 361. col. 1.

§. 5. *Præcipua* fuerunt (1.) Jovis Hammonii in Lybia Lucan. lib. 9. (2) Dodonæi in Epiro. (3.) Panis in Arcadia. (4) Pythii Apollinis Delphis. (5.) Dyndinæi Apollinis in Ægypto. (6) Amphiarai in Attica (7) Serapidis ad Canopum. (8.) Trophonii in Bæotia. (9) Martis apud Myſos in Aſia.

Abrogatio oraculorum Chriſto nato facta eſt; ut & muta facta ſunt tempore Trajani in Græcia, Baron. ad ann. Chr. 100. f. 2. §. at ipſa. Plutarchus de oraculis, quæ jam defecerunt.

§. 6. *Finis* 1. ex parte Satanæ, qui affectat DEI dominium; voluit ſibi hominum cæde ſacrificari Dæmon, Theodor. l. ſæpius d. 2. Hominum ſeductio & excæcatio, qui ſolatium quæſiverunt in Satanæ præſtigiis, Theodoret. tō. 3. lib. 10. de oracul. f. 630. col. a. Satanam verò oracula ſtatuis quibusdam fatalibus permutaſſe, narrat Camerar. part. 1. c. 60. hor. ſubciſiv. ex Lewenclavio.

ORALE.

Velum, cui Papa caput involvit, Durandus lib. 3. c. 6. in Rational.

ORARIUM

Dicebatur veſtis ſacerdotis, quam oraturus induebat; hoc ſe induit frater Ambroſii in mare ſe conjiciens, vide Ambroſ. tom. 3. orat. de exceſſu fratris Satyri: vide Durand. l. 3. c. 9. de div. offic. Sipontin. in lib. Explic. Vocabulor. Eccleſiæ.

ORO. *v. Rogo.*

ORATIO.

§. 1. Non eſt clamor vocis, ſed cordis gemitus & elevatio animæ ad Deum ipſum. Breviter: Oratio eſt cultus mentis noſtræ internus, quo Deo revelamus noſtras neceſſitates, in nomine JESU CHRISTI, ceu patri noſtro cœleſti, ad divini nominis gloriam noſtramque ſalutem. Apud veteres complures extant deſcriptio-

ptiones orationis; Auguſtino eſt mentis devotio lib. de Spiritu & anima cap.50. Cypriano, colloquium cum DEO lib. 2. epiſt.2. Gregor. Nyſſeno, converſatio ſermocinatioque cum DEO, eorumque, quæ concupiſcuntur, certa fides, lib. de oratione; eidem, peregrinatio ad DEUM orat. ad Eunom. Damaſceno, aſcenſio mentis in Deum & decentium à DEO petitio l.3. cap. 24.

§.2. Phraſes; Adorare Apoc.19. incurvare Pſ. 95. gemere Rom. 8. clamare Pſal. 34. invocare Pſal.50. procidere Pſal. 95, 6. genua flectere; ſervire Pſal.2. implorare Dei opem; revelare Deo viam ſuam Pſal. 37. accurrere ad Deum facto fidei impetu Pſal.34. v.6.7. adorare ad templum Dei Pſalm. 95. v.5. ſcabellum pedum Dei Pſal.99. aſpicere ad Dominum Mich. 7. clamare 1. Sam.7. deprecatio Pſal. 5. deſiderium pauperum Pſal.10. invocare nomen Domini Pſalm. 105. lamentatio Thren. 1. orare cum lachrymis Judith. 13. quærere Dominum Eſa.55. Pſal.27. verba Pſal. 5. vox orationis d.l.

§.3. Adoratio juxta phraſin 1. civilis eſt externa reverentia homini præſtita Geneſ. 33, 3. cap. 43, 26. 1. Reg.20,41. Exod.18,7. 1.Reg. 25, 23. c.28,14. 2.Reg.9,6. cap.14,4. 3.Reg.1,15. Eſther.3, 2. Judith. 10, 12. in Hebr. שחה 2. Religioſa, quæ uni ſoli Deo debetur. Distinctio cultus in δȣλείαν & λαξρείαν vana eſt: ſcriptura utramque Deo tribuit. vid. Matth.4, 10. cap.6,24. Actor.20,19. Rom.7,6.25. cap. 16,18. 1. Theſſ.1,9. Invocandi vox tria notat: 1. Nomine de ſuo alteri nomen imponere, ſ. id Deus, ſ. homo faciat, Deut.28, 10. Dan. 9, 19. Gen. 48, 16. Eſa.4, 1. 2. Dei nomen prædicare, & cultui illius vacare Gen.4,28. cap.12. 3. Invocatio, adoratio, nihil differunt 1. quoad actus ſubſtantiam. 2. fundamentum utriusque. 3. ſcriptura non agnoſcit diſtinctionem. 4. Eccleſia vera ignorat; contra Lotich. in Fortalitio Corn. à Lap. in Rom.10,14. Bail. part.2. q.44.47. refutat. ſolidè à Riveto in Catholic. orthodox.

§.4. *Varia nomina & ſimilia.*

Preces ſunt *alæ*, quibus elevamur ad Deum, ceu damæ ad ſcopulos excelſos, ubi canum latratus rident. *Annuli* ſpirituales, quibus anima noſtra condecoratur. *Collectæ* olim preces dicebantur, quod hæ preces ſuper populo collecto haberentur, vid. concilii Agathenſis can.30. colligere verò populum erat, in templo vel baſilica eundem congregare; ſic apud Tertullian. in lib. de fuga in perſecut. Hieronym. in epitaph. Paulæ, Auguſtin. in breviculo collation. cum Donatiſtis collatione tertii diei, in concil. Gangrenſ. can.20. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores paſſim: Deinde oratio ipſa populi & ſacerdotis collecti, collecta dici cœpit; quanquam & legales ferias vetus interpres collectas dixerit: Deuteronom. 16. collecta Domini Levit.23. cœtus & collectæ. 2.Chron. 7. fecit collectam. *Cor* animæ: *Condimentum* animæ: *Cibus* ſuſtentans animam: *Cella* vinaria ſpiritualis, aromatum, corona regia: *Debitum* mutuum Chriſtianorum 2.Theſſ.3, verſ.1. *Feneſtra*, per quam Deus reſpicit, cum nos exaudit Cantic. 2.

Hortus animæ, ex quo ſponſus cœleſtis ſibi decerpit flores ad coronam: nos nobis teximus coronam ex variis herbis allegoricè explicatis, quarum nonnullas adducemus. Eſt igitur oratio fidelis, quaſi (addam vernaculas earum appellationes) 1. Herba gratioſa, Gottes-Gnade/ oratio enim impetrat Dei gratiam: 2. Engelwurtz / verè oratio eſt aroma angelorum: 3. Königskron/ corona imperialis eſt oratio, mentem fidelem ornans quàm maximè: 4. Schlüſſelblumen/ oratio ſanè eſt clavis cœli: 5. Schwerdtwurtz / gladiolus, quo hoſtes interficiuntur. 6. Sonnenwende/ Heliotropium, oratione namq; flectitur ſol juſtitiæ; ſic Joſua, ſic Cananæa: 7. Wohlgemuth/ tranquillat mentem oratio, exemplo Hannæ 1.Sam.1. 8. Tauſendſchön / pulcherrimus fidei fructus eſt oratio; 9. Benedictwurtzel / verè benedicta eſt orationis piæ radix, id eſt fides; 10. Wundkraut/ oratio Davidis ſanavit vulnera iniquitatis: 11. Grundheil/ optima medicina, non proletaria eſt oratio: 12. Wend allen Schaden/ omnia mala pellit oratio. 13. Singwurtz/ orans cantat Deo, cantans orat Deum: 14. Nachtſchatten / umbra in nocte tribulationis eſt oratio; 15. Vergiß mein nicht / oratio non ſinit Dei obliviſci: 16. Ehrenpreiß/ homo terra eſt, idem Dei gloria eſt, ſi verâ cum fide invocet: 17. Gifftheil/ veneno peccatorum & Satanæ tentationum oratio medetur: 18. Peſtilentzwurtz/ malum vitii & ſupplicii tollit ſanè aroma orationis: 19. Je länger je lieber; quò diligentius oras Deum, eò ardentius eundem amabis: 20. Sparnichwurtz/ oratio ſanè plena aromate fidei & charitatis; 21. Schlangenzwang/ vide noſtrum Gerhard. in Schol. Piet. p.3. compeſcit enim oratio ſerpentem Satanam, hunc ligat, compeſcit & hoſtes inſtar ſerpentum nobis inſidiantes.

Sunt *gloria* animæ ſeu gemma glorioſa; *Imber* & ros, quo deſtitutus amnis areſcit, abitque in vanum pulverem. *Arma* ſpiritualia Chriſtianorum; *Medicina* animæ probatiſſima, utiliſſima: *Gladius* animæ, quo pellit hoſtes; *Malum* granatum, benè olens; *Botrus* vineæ in corde noſtro ſuſpenſus; *Propugnaculum* adverſus omnes hoſtes; *Murus* hoſtium incurſus propellens, iram Dei demulcens & avertens Exod.32,11. Nemo eſt, qui ducat murum Ezech. 22, 30. murus eſt precatio; cum ergo hoſtem metuimus & ejus incurſionem, hunc precationis murum obducamus; aliquando etiam Deus nobis inimicus fit Eſa,63, 10. Thren.2,5. properemus ergò ad hunc murum, in quo turris fortiſſima nomen Domini, Prov.18,10. inimicus non fit Satanas, ſed eſt Matth.13, 15. & mundus Pſal.13, 3. contra hos omnes deprǣliandum nobis in muro precationis ſtantibus & vigilantibus Eph. 6, 18. donec diſſipentur inimici. Num.10,35. Fundetur autem hic murus in lapide angulari Chriſto Eph. 2. ſeu, in Chriſti nomine pœnarum ablationem & mitigationem petamus.

Eſt *prælium* ſpirituale Rom. 15, 30. *requies* animæ: orantes enim in fide vera, in Deo ſuo requieſcunt Pſal. 62, 2. *gluten* animæ, quo Deo adnectimur: *vita* animæ: *theriaca* peccati, venenum pellens: *ſpongia* delens adverſitates: *ſpeculum* animæ, in quo anima fidelis Deum ſuum contemplatur: *ſecuris*, peccatorum nodos findens: *vapor*, qui niſi aſcendat, nubes non pluunt ſeu benedictio non deſcendit: *Nardus*, Cantic. 2, 12. cum Rex converteret ſe, Nardus mea dedit odorem: Rex noſter Chriſtus eſt, qui quando ad nos ſe convertit, nardus precationum noſtrarum odorem ſpargit Pſal. 141, 2. *Aloës* lignum ex Pſal. 45. *Tuba* Num. 10, 9. *turturis* vox.

§. 5. *Cauſæ Orationis:*

Efficiens principalis cauſa eſt Spiritus S. Zach. 12, 10. Rom. 8. interpellat pro nobis, Sophon. 3. invocent omnes: 1. Cor. 12. nemo Jeſum, &c. Chriſtus, præcipiens orare, ſimulque exauditionem promittens Joh. 16. Georg. Codinus de officio aulæ Conſtantinopolitanæ cap 5. refert: manè olim tubarum ſonitu ſignificatam fuiſſe adeundi Imperatorem veniam ac facultatem: Chriſtus verè tuba Dei eſt, indicans manè N. T. eſſe, quo Patrem accedere liceat. 2. Sam. 19, 38. omnia faciam, &c. ſic Chriſtus Joh. 16. dabit vobis, nam habemus acceſſum Rom. 5. verè verbum Domini regis noſtri fit ſicut ſacrificium, dulciſſimo illo promiſſionis verbo. Per Chriſtum habemus acceſſum (non per angelos) Rom. 5, 2. Epheſ. 3. Joh. 14. Ut olim ad arcam propitiatorii Pſ. 99. Eſth. 4, 11. ſic nemo ad Deum poteſt accedere, niſi cui gratiæ & exauditionis ſceptrum porrigit Deus in Chriſto.

§. 6. *Subordinata* eſt homo renatus, gaudens remiſſione peccatorum ac fiducia Deum filiali accedens ut patrem Joh. 16. Eph. 3. Geneſ. 20. orabit pro te: Hebr. 11. impoſſibile eſt DEO placere abſque fide, Johan. 4. in Spiritu & veritate. Vivi, non mortui, Pſal. 6. in morte non eſt recordatio. Pſal. 88. an in mortuis facies mirabilia? Pſal. 115. non mortui laudabunt te; Baruch. 2. non mortui. Privata perſona Actor. 10, 9. Tota eccleſia; oratio ſit conjuncta multorum; Tertull. in Apol. Quaſi facta manu oramus, hæc vis Deo grata eſt. Conf. Chryſoſt. hom. 3. de incomprehenſibili Dei natura; Origen. hom. 7. in Joſua. Ut ea fila, quæ ſingula non movent lapidem vel attrahere poſſunt, ſi conjungantur & in funem contorqueantur, trahunt; ita ſingulorum oratio non trahens Deum, ſi conjuncta fiat, eundem movet. Sicut milites conjunctis copiis arcem invadunt; ſic nos Dei benignitatem in arduis negotiis. Sic Carolus V. ſub initium Comitiorum Auguſtanorum petens à Capitulo Auguſtano cum lachrymis, ut pro ſe & fratre oraret in arduo hoc negotio, Dreſſerus p. 452. Millenarii ſexti. Conſidera Chriſti promiſſum; ſi duo conſenſerunt ſuper terrâ Matt. 18, 19. charitatis naturam: eſt enim illa affectus unionis: D. Apoſtoli præceptum, Hebr. 10. congregationes veſtras ne deſeratis; Rom. 15. in uno ſpiritu jubemur invocare Deum; Apoſtolicæ eccleſiæ exemplum Actor. 1. inprimis verò Rex Ezechias & propheta Eſaias rectè ſuas preces conjungunt 2. Chron. 32, 20.

§. 7. *Adjuvans* cauſa orationis noſtræ (imò planè eam perficiens) eſt Chriſti interceſſio Ebr. 7, 25. cap. 9, 24. Rom. 8, 33. 1. Joh. 2, 1. Auguſt. lib. 2. cap. 8. contra Epiſt. Parmenian. Solus Chriſtus eſt, qui ſolus orat pro omnibus, & pro eo nullus.

§. 8. *Impellens* cauſa ex parte Dei (1) *Mandatum invocationis*; huc Pſal. 27. requirite faciem meam: item, quærite Dominum Pſal. 105, 4. Immola Deo ſacrificium laudis Pſ. 50, 14. Matth. 7. petite, quærite, pulſate; tergemina promiſſio: accipietis, invenietis, aperietur. Pſal. 55. jacta curam tuam in Dominum. Adoret omnis terra Dominum Pſ. 66. Celebrate nomen Dei Pſal. 105. Oportet ſemper orare Luc. 18, 1. 1. Theſſ. 5. Hoc mandatum inculcat Chriſtus Matth. 6, 9. c. 26, 41. Luc. 18, 1. & Paulus 1. Tim. 2, 1. 1. Theſſ. 5, 17. Coloſſ. 4, 2. (2) *Promiſſum exauditionis*, quod nos excitet, Joh. 16. quicquid petieritis, &c. Matt. 11. venite ad me omnes; imò trahit nos Deus ad preces Joh. 12, 32. ut ſummus Pontifex Hebr. 7. Pſ. 42. in die promiſit Dominus: & 44. tu es Rex meus, Pſal. 119. juxta eloquium tuum da mihi intellectum. Exempla ſanctorum in Dei promiſſiones intuentium, Geneſ. 32. Tu dixiſti Domine, revertere in terram. Exod. 8. Moſes Deum promiſſionis commonefecit. 2. Sam. 7. locutus es ad ſervum tuum. 1. Reg. 8. Domine Deus conſerva. 2. Chron. 1. v. 9. impleatur ſermo tuus, 2. Chron. 6. pollicitus es, ut invocetur nomen tuum. Eſa. 65, 24. Pſal. 145, 18. Matth. 18, 19. Pſal. 91, 16. Ad hanc promiſſionem alii referunt 1. Cor Dei paternum. 2. os veraciſſimum. 3. manum Dei omnipotentẽ. 4. Chriſti meritum. 5. juramentum. 6. ſacerdotium. 7. Spiritus S. inhabitationem. 8. operationem. 9. interpellationem. 10. teſtificationem. (3) *Chriſti interceſſio*, Pſal. 110. ſacerdos in æternum; at Sacerdotis eſt orare: Rom. 8. interpellat. 1. Joh. 2. habemus mediatorem. 1. Tim. 2. unus eſt mediator. (4) *Spiritus S. opitulatio*. Zach. 12. Spiritus gratiæ & precum. Rom. 8. Spiritus interpellat pro nobis. (5) *Vocationis ratio*, ſumus enim ſpirituales reges & ſacerdotes: Pſ. 110, 3. offeret populus ſpontaneò in ornatu ſancto. Pſal. 118, 15. vox in tabernaculis. Zach. 14, 5. 9. 16. (6) *Neceſſitatis noſtræ conſideratio* Eſa. 26, 16. Rom. 15, 31. Eph. 6, 12. 1. Petr. 5, 8. Exod. 2. clamarunt in Ægypto: Nos quoque in mundi Ægypto ſumus. Exod. 14. ad mare rubrum clamavit ad Dominum, Exod. 17. Moſes. 1. Sam. 1. Hanna. 2. Chron. 20. Joſaphat, cap. 33. Manaſſes anguſtiatus, Pſal. 61. David cum cor ei anxium, Pſal. 77. recordor Dei cum perturbor. Pſ. 120. cum tribularer clamavi ad DEUM. (7) *Orationis* vis & operatio. (8) *Tribulatio eorum*, qui non invocant DEUM Pſalm. 14. non invocant Dominum. Pſalm. 79. nomen

nomen tuum non invocaverunt. Soph. 3. in Domino non est confisa. (9) *Exauditionis certificatio:* vid. infra Effecta. Deus non facit ut Rex Demetrius, qui supplices libellos subditorum recipiens spem exauditionis iisdem ostenderat; sed mox eosdem libellos in aquam

§.11. præterfluentem projecit. (10) Exempla orantium: (α) Angelorum Esa.6,3. (ϐ) Sanctorum; Abraham Gen.17,8. c.18,23. c.20,17. Loth c.19, 19. Eleazar cap.24, 12. Jacob c. 32, 11. c.48, 15. Isaac cap.28,3. Moses Exod.8,12. cap.9,35. cap. 17, 11. cap.32,11. cap.33, 13. Num. 11,2. cap. 14, 17. cap. 16,22. c. 20,6. Deut.9,25. Josua c.7,7. David Psal. 18. & per tot. Psal. 2.Sam.7. v.29. cap. 12, 16. cap. 15. v. 31. cap. 24, 10. 2. Chron. 29. v. 18. Salomo 1. Reg. 8. vers. 15. Propheta quidam 1. Reg. 13, 6. Elias 1. Reg.17,20. Elisæus 2.Reg.4,33. cap.6,17. Joachas 2.Reg.13,4. Ezechias 2.Reg.19,15. cap.20. v. 2. Salomo 2. Chron. 6,16. Asa 2. Chron. 14, 11. Josaphat 2.Chron.20. Gideon Jud.6,39. Manoë c.13,8. Hanna, 1. Sam. 1, 10. Israëlitæ 1.Sam.7, 6. Samuel 1.Sam.8,7. c.12,19. Huc Manassis precatio 2.Chron.33,12. Esdr. 9,6. Nehem.1,11.c.4,9. Judæi Esa.33,2. Thren.5, 1. Ezechias Esa.37,15. 19. Jerem. 15,15. c.8,19. Dan.9,3. c.6,11. Habac. 3,1. Jonas cap.2, 1. Sir. c. 23. cap. 50. Leprosus Matth.8, 2. Centurio c. 8, 5. Christus Luc. 23, 34. Matth.11. Joh.11,41. Anna Luc.2,33. Petrus Matth. 14, 30. & Joh. Actor. 8, 15. cap. 9. 40. Apostoli & Ecclesia Act.1,14.24. c.2,42. c.4,24. c.6,6. Saulus Actor.9,11. Cornelius Act.10, 4. Paulus Act.20,36. c. 28, 8. Rom. 1, 10. Philip. 1. v.4,9. Coloss.1,9. 2.Thess.1, 11. 2.Tim. 1. v.31. Ecclesia Tyria Act. 21, 5.

§.12. *Impediens* causa, quæ orationem impedit, est (1) Diabolus: sicut Darius Dan. 6. se solùm adorari voluit; ita Satan, Matth.4. & occultâ suggestione à precibus retrahit. (2) Securitas in peccatis. (3) Crudelitas & immisericordia adversus proximum Esa.1,15. Prov.21,13. & debitorem suum Sirac.28. (4) Odia pertinacia; ideò hæc abjici vult Apostolus 1.Tim. 2. (5) Voluptatis amor, quo desiderium Dei extinguitur Jac. 5. petitis ut in volupt. &c. (6) Spectrum indignitatis nostræ, quod eleganter disputat Augustinus tom. 9. col. 184. Qui dicit patri, pater noster; is dicit Christo, frater noster: Ergò ut filii, ut fratres accedamus cum filiali fiducia. *Simile:* Ut vulneratum hominem non terret vulnus, quo minus medicum accedat, quin potius impellit vulnus ire ad medicum; sic nostra indignitas magis ad adeundum Deum nos impellere debet: Psalm.6. sana animam, Psalm. 42,5. (7) Peccata orantis, Esa.1. manus vestræ plenæ sanguine. Sir. 34. orans & simul maledicens. Ores igitur: ne fias mihi inexorabilis, ô Deus! propter peccata mea; sed propter bonitatē suscipe preces servi, August. tom.9. col. 725. a. (8) Dubitatio Jac.1,6. postulet nil hæsitans 1.Tim.2, 8. (9) Cum non petitur, quod petendum est: Matth. 20. nescitis, quid petatis. (10) Hypocrisis in oratione, ut Pharisæus Luc. 18. Gratias tibi ago &c. (11) Defectus objecti, quod invocatur, cum oratio dirigitur ad angelos, Deos fictitios, mortuos Coloss.2. Esa.8. Ps.94. Rom. 1,25.26. (12) Contemtus divinæ legis: Prov.28. Qui declinat aurem. (13) Cogitationum malarum copia, quibus mens obruitur atque oratio impeditur. (14) Defectus perseverantiæ in orando, Luc.11. (15) Superbia; humiles enim solùm audit Deus Judith.9. 1.Pet. 5, 5.

Argumenta certæ exauditionis.

§.13. Argumenta & rationes, ob quas pii optant se exaudiri, & certò confidunt I. *Ex parte Dei* (1) Misericordia & veritas in Christo promissa (α) cum fit mentio miserationum Domini Ps. 25. Dan.9. Psal.6. Salutaris Domini Ps. 35. salutis Ps. 38. Misericordiæ Psal. 44. Ps. 51. Huc spectat formula Luc. 17. miserere nostri, vid. Luther. Dominic. XIV. post Trinit. in Postill. Ecclesiast. (β) Promissionum Davidi factarum; Psal.89. Sicut jurasti Davidi. Dan.3. ob Abraham dilectum tuum. (γ) Nominis Dei Dan.3. ob nomen tuum. Jerem.14. Baruch. 3. Est Deus fons communis, liberalis, dives, effundens aquas bonitatis, fons mirabilis faces extinctas accendens, salutaris, Esa. 12. Accede illum cum Hagar Genes.21. cum Samaritana Joh. 4. non sinet te tristem à facie sua recedere; quæ olim Titi Imperatoris erat sententia. (2) Gloriæ Dei agnitio (α) ex parte piorum, ut Dei gloriam agnoscant & laudent: Psal.32. servatus laudem te Psal.74. inops laudabit nomen tuum. Psal.106. ut confiteamur. Esa. 38. Psalmos. (β) Aliorum Ps. 59. & scient, quia Deus dominabitur. Psal. 64. videbunt omnes homines: Ps.79. ne dicant in gentibus, ubi est Deus eorum: Ps.109. ut sciant, quia manus: Esa.37. ut agnoscant omnia regna: Dan.3. confundantur omnes: Baruch. 2. ut sciat omnis terra. (3) Potentiæ ejus celebratio, & officii ratio: Ps.10. tibi derelictus est pauper & tutor. Psal.102. respexit in orat. solitarii. Psal.108. da auxilium, &c. quia vana salus hominum: Est exauditor, opitulator, judex, Psal. 35. judica me secundum justitiam: Pater Esa. 63. fictor ibid. (4) Paterni cordis declaratio, vid. Luc. 11. v.11.12.13. Psal.103. Deuter.10, 17. 2. Chron. 19. v.7. bonitatis Psal. 25. omniscientiæ Psal. 139, 4. Matth.6, 4.

§.14. II. *Ex parte angelorum*, qui gaudent nostris precibus, preces nostras ad Deum deferunt, libenter nobis ministrant. III. *Ex parte hominum*; in genere summa est nostra necessitas, quæ orationem flagitat: sumus enim miseri Psal. 25, 16. Psal. 86, 1. in angustia constituti, Psalm. 118. vers. 5. 6. 7. pressi Psalm. 38. v.3. pauperes Apocal. 3. ægroti vid. August. tom.8. col. 753. a. In specie pericula 1. hostium & hostilium actuum, Psal.74. improperiorum memor, tumultus, blasphemari, Psal. 74. populus insipiens blasphemavit: persecutionum non meritarum: gloriationis. 2. officium amicorum, sumus enim DEI populus Esa. 65. ergo hunc Deum cultu precum venerari nos decet: Exercitium virtutum in oratione & aliorum operum; huc confidentia & spes nostra, Psal. 31. in te speravi: Psal.7,2. Psal. 38,16. Psal. 71, 1. & 140. v.7.

resipiscentia Psal.38,5. Psal.88,16. fetia pietas Psal.17,1. clamoris nostri frequentia, Psal.13. usque quò Domine: Psal.44. exsurge: Psal.80. Domine usque quò irasceris; Psal.88. repellis animam meam: vitæ innocentia col. 1105. Wigan. Syntagm.

§.15. *Instrumenta.*

Orationis, gratiarum actionis, media, organa & suo respectu subjecta, in quibus hæret aut conficitur oratio. Huc 1. gemitus mentis Exod.14. Moses gemit; Confer infra forma: Esther 7,4. Esa.59,11. Ezech.21,7. Rom.8, 23. 1.Reg.1. Arma in corde: Psal.38. gemitus meus: Psal.79. gemitus competitorum, quos exaudit Deus. Antonius episcopus Arianus Theodocto os obstruit, eumq; in aquas præcipitavit; is dixit: in corde (si non ore) Dominum meum confessus, hanc misi legendā Domino meo Jesu. Sicut avicula ovo exclusa implumis adhuc victum sibi quærere nescia, unicè à matre petit cibum assiduo gemitu: sic anima nudata per peccatum originis semper gemitu suo ad Deum clamet, ab eo cuncta bona hujus & futuræ vitæ sperans; fumus in profundis malitiæ, perfidiæ, ignorantiæ, miseriæ, cordis nostri Jer.17. gehennæ. Psal.86. in toto corde: Thren.2. cor eorum ad Dominum. Judith.4. ex toto corde. Psal.69,22. intende (gemit David) animæ meæ. 2. Vox orantis Psal.3. voce mea: & aliàs sæpè. 3. Instrumenta Musica Psal.33,2.3. Psal.43,4. & 57,9. & 71,22. & 81,3. & 92,4. & alibi sæpè: Psalterium Psal.57,9. & 45,5. & 81,1. & 108,3. & 150,4. tympana Psal.149,3. & 150,4. tubæ: decachordum Ps.92,4. & 149,9. & 150,3. buccina, &c.

§.16. *Materia.*

Materia sive (1) *objectum invocationis* est sola SS. Trinitas, Pater noster Esa.6,3. Conf. Johan.12,41. Actor. 28,25.26.27. 2.Corinth.13, 13. Apocal. 1. v. 4.5. Deus Abraham, Isaac, Jacob Gen.24. Deus Pater Dan.9. audi propter Dominum: Joh.16. quicquid petieritis patrem in nomine meo. Deus filius Psal. 45,7. Psal. 102.v.25.26. Coloss.3,17. DEUS Spiritus Sanctus, quia in eum credimus Rom.10, v.14. inque ejus nomen etiam baptisamur Matth.28. Addimus; in cœlis, ut cogitemus 1. Dei magnitudinem, cœlum inhabitantis: 2. ejus majestatem, quæ in cœlo relucet Job 26. cap.37. Matth.5. 3. ne petamus caduca, sed cœlestia: 4. nos habere patrem cœlestem, qui velit nos habere cœlestes filios: 5. ne in terrenos patres confidamus: 6. cogitemus è cœlo ad nos omnia venire beneficia Jac.1. omne donum, &c. 7. recordemur patriæ cœ-

§.17. lestis Hebr.13. Phil.3. Non Dii alieni Deuter. 11. Exod.34. Non martyres vid. Origen. in Rom.1. Hieronym. epist. 53. ad Ripar. Chrysost. orat. in S. Acacium; Cyrillum lib. 8. cap. 11. Thes. Augustinum lib. 10. cap. 19. de Civit.Dei. Non sanctus locus, Iren. l. 1. c.26. Ebionitæ olim urbem Jerusalem adorarunt. Non crucis lignum (vid. tit. Crux) ut ab ea auxilium flagitemus; sic petiit Petrus Bessæus verbis: Nullum (ait) mihi refugium superest, nisi ad te ô sancta, veneranda & adoranda crux, tu mihi hodiernâ die in immenso hocce passionis oceano evaganti futura es portus, Helice, Pharos, Cynosura ac directrix mea; hic ego te invoco, inclamo, genibusque in terram prostratis supplex adoro, dicens: ô crux ave, spes unica! Feria 6. in Parasceve de passione Domini. In eadem sententia est Bellarminus lib. 2. cap. 29. de imaginibus sanctorum, cujus argumentis nostri satisfecerunt, & cumulatus Polanus in cap. 9. Ezech. p.255. Non pelles caprarum, quas adorare barbaras quasdam gentes, refert M. Olearius fol. 523. in histor. peregrin. Persic. Non sancti: non enim

§.18. 1. scriptura mandat; 2. non suggerit exempla; 3. non dat promissa exauditionis, vid. infra in opposit. tit. idololatrica precatio. Atque hæc adoratio caret omni exemplo: non est necessaria, Chrysost. homil.4. de pœnitent. & homil. de profectu Evangelii (vide Theodoric. p.197. in festo B. Matthiæ:) adeoque adorare non debemus Mariam (contra Bellarmin. tom. 6. c. 627. Cornel. à Snekis Dominican. serm. 19. Rosarii fol.55.56. & Franciscus de Mendoza lib. 2. probl. 2. statuunt, melius esse ad Mariæ nomen recurrere, allegante Riveto Apolog. pro Maria p.212. 213. vid. Ferd. Quir. de Salazar in c. 8. v. 8. Proverb. Bernhard. de Bustis part.9. serm.2. mentionem facit duarum scalarum, albæ & rubræ) quia ignorat nostras calamitates, contra Bellarmin. tom.6. col.627. b. qui ait, non ignorare, quin potius ut ad thronum gratiæ nos ad eam accedere debere in omnibus necessitatibus.

(2) *Materia ex qua sunt actus*, qui fiunt petendo, deprecando, intercedendo.

§.19. *I. Petendo.* Petamus verò bona spiritualia & corporalia; utraque oratio significata est pro bonis spiritualibus & temporalibus per auream pateram in mensa, in qua panes propositionis proponebantur. Ahasverus etiam regni dimidium promisit Esther.7,2.3. Christus totum regnum cœlorum promisit Johann.16. Quæcunque, ὅσα, petieritis, &c. Alexander M. immortalitatem dare non potuit: Deus verò dat illam; quia omnia dat. Magna diligentia adhibenda est, ut res objectas rectè petamus. ne illicitas cupiamus, ut mater filiorum Zebedæi Matth.20,22. ne inutiles oremus. Conf.

§.20. Requisita Orationis in ipso actu infrà. Sunt verò spiritualia bona, quæ pertinent 1. ad Dei gloriam, & 2. ad nostram salutem animarum: atque hæc sine conditione petenda sunt, quia (α) sunt verè bona Psal.4. & 74. (β) enatant nobiscum. Hæc igitur petamus exemplis inducti: Lacedæmonii sola pulchra & bona à Diis suis petebant. Allegorias vid. Gen.27,15. 16. vestes pretiosæ sunt bona spiritualia, pelliculæ bona temporalia: cap. 42, 34.35. bona, spiritualia sunt in cœlesti Benjamino Christo temporalia sunt in pecuniæ sacco; Gen.50,16. 17. Exod.23,30. Res spirituales sunt 1. impletio agnitionis Christi Coloss. 1,9. Jacob.1,17. Psal.119,18. & 25,4.5.10.12. Matth.11,1. Pet.1,

9. sa-

9. ſapientia ſingularis,ibid. Ambulatio digna, d.l. Incrementum agnitionis Chriſti, Col. 1,11. 2. Deletio inimicorum, Satanæ, ejusque regni Sir. 36, 2. ſequentibus. 3. Averſio idololatriæ Proverb. 30, 7. 8. 4. Sapientiæ donatio, Proverb. 2, 3. 5. Peccatorum remiſſio, Sir. 20, 1. Pſalm. 6. &25. &32. &51. 6. Linguæ moderatio Sir. 22. v. 32. 7. Fidei augmentatio, Marc. 9. Domine adauge nobis fidem: 8. Æterna beatitudo. Harum petitio ſuadetur (α) ab inſidiis Diaboli Eph. 6, 11. qui nobis bona ſpiritualia intervertere conatur: (β) ab infirmitate carnis *noſtræ*; 1. Cor. 10. qui ſtat, videat ne cadat; orandus igitur Dominus, ut ſuâ nos ſervet virtute, 1.Petr.1,5. (γ) à lapſibus graviſſimis ſanctorum, Aaronis, Davidis, Petri. &c.

Corporalia bona, quæ ad corpus noſtrum ſpectant & animi noſtri propoſitum in corporalibus, petenda ſunt cum conditione divinæ voluntatis, ſine præſcriptione modi &crucis, & demum poſt ſpiritualia. Etenim adjicientur vobis, ait Salvator Matt. 6. Maria optimam partem elegit Luc.10,42. (vide Chryſoſtom. 54. in cap. 29. Geneſ. Ambroſ. ſermon. 19. in Pſalm. 118. Origen. lib. 7. in epiſtol. ad Roman. Bernhard. de 4. modis orandi.) Sic Paulus Roman. 1, 11, 12. iter ſuum DEO commendavit. Jacob. 4. ſi voluerit Dominus. Petenda autem hæc bona cum conditione (1) ob naturam ipſorum bonorum: ſunt enim caduca, fragilia, non ſemper nobis utilia, præ cœleſtibus omnino vilia: quid enim aliud ſunt omnia caduca bona, quàm poma Sodomæ extrinſecus pulchra, intrinſecus fœtida, & umbræ fugaciſſimæ? hinc Salomo non petiit divitias 1.Reg.3.22. (2) Ob DEUM, ne hunc tentemus, ſi quis contra ſuam ſalutem oret, Auguſtin. tom.9.col.431.b. (3) Ob exempla Sanctorum, qui ſic orarunt, nempe cum conditione, 2.Sam. 25, 25. Matth. 8. ſi vis, potes me mundare. Matt. 26. non mea, ſed tua fiat voluntas. (4) Ob noſtram ignorantiam: Rom. 8. neſcimus quid petimus: 2.Cor. 12. ſufficiat tibi gratia mea: Auguſt.tom.8.col.1692.c.ibid. col.606.b.c.1109.a. (5) Ob utilitatem noſtram, ſæpe enim obſunt temporalia, Rachel ſterilis impetrat Benjaminem & moritur in partu Gen. 30. Rebecca ſimiliter colliſionem in utero ſentit, Gen. 25. Iſraëlitæ eligentes ſibi regem in furore regem accipiunt: puero res nocivas petenti non dat pater: Num.11. Iſraëlitæ cibati & plaga affecti ſunt à Deo. (6) Ob turpitudinem: Cum magno rege verba facturus non de aranearũ telis loqueris, ſed de arduis, gravibus & regiam majeſtatem decentibus; ſic à Deo petas gravia & divina beneficia, fidem, ſpem, charitatem, & perpetuum Spiritus §.22. S. ductum. *Corporalia bona ſunt*, v. g. *ſufficientia victus*, ne det Deus paupertatem nobis, Prov.30,7.8. *Caſtitas & omnis* impudici vultus averſio Sir.2. v. 3. 4. 5.6. *Conjugij benedictio:* Philippus Melanchthon quendam interrogavit, an etiam diligenter oraſſet, antequã inviſſet conjugium? cũ reſponderet, non; ſubjecit Philippus: exinde lites eſſe & jurgia. *Sapientia* 1.Reg.3,10. *Incolumis ſtatus* fori, chori & thori Pſalm. 90, 17. 18. *Adulatorum fugatio*, ut à nobis longè ſint Pſalm. 140,9. *Pax* Jerem. 29. v. 7. *tranquilla vita* 1.Timot. 2, 2. *Pluvia*, Zach. 10, 1. Jerem. 5, 24. panis quotidianus Matth. 6, 11.

II. *Deprecando:* hic eſt ſecundus actus orationis. §.23. Deprecandi rationem & methodum præſcripſit aut monſtravit Moſes, quando Exod.32,11. iram Dei ita deprecatus eſt 1.memoriam prioris beneficii refricando: 2. hoſtium gloriationem prætendendo: 3. gratiam Dei exaggerando: 4. fœderis cum patribus facti eum commonefaciendo. Hunc imitatus eſt David Pſal. 13. Pſ. 85. & alibi. Ad imitationem horum nos etiam iram Dei deprecamur [α] prætendendo noſtri tum creationem, adde adoptionem & per Chriſtum redemtionem: [β] hoſtium de noſtro interitu gloriationem: [γ] gratiæ illius, quæ tot elogiis celebrata & toties in ſcriptura promittitur, exaggerationem: [δ] fœderis in baptiſmo nobiscum initi in Filio commonefactionem. Confer Pſal.51. Dan.9. Luc. 18,13. cap. 15,18. 1.Tim. 1,13.14. Actor. 19,18. Pſalm.6,2. Pſ.38,21.22. Pſ. 27,9. Pſal. 119,31. & 99. & 125. Deprecemur (1) pœnas, aut ad minimum earum mitigationem Num.12,13. cap. 16. Aaron,&c. cap.14,19. Eſd. 9,8.15. Pſ.79,5.8.9. Dan.9,6. 2.Sam.24,16. Joel. 2,17. Nahum 1.2. (2) peccata: eſt enim oratio Dominica quotidianus baptiſmus. Auguſtinus t.10. col. 860. a. & col.817.b. refert huc illud Sir. 30. Miſerere animæ tuæ. (3) & omnia quæ divinæ gloriæ & noſtræ ſaluti adverſantur; non verò crux abſolutè deprecanda eſt, vel tentatio probationis. Quod utile eſt ægroto, magis novit medicus, quàm ægrotus, ait alicubi Auguſtinus. Errat igitur Socrates, docens, nihil à Deo ſpeciatim petendum, ſed omnia Deo committenda eſſe; in Alcibiade.

III. *Intercedendo*, Interceſſio ſuadetur (1) §.24. In genere (1) à mandato 1.Tim.2, 1.2. Jac. 5, 14. 16. Matth. 6. (2) à promiſſo Jac. 5, 14. (3) ab exemplis Moſis, Samuelis, Davidis, Salomonis, Eliæ, Abrahami Gen.18. Pauli Rom.1,11. & c.12. Col.1. Gal.6. Jacob.5. 1.Tim.2. Luc.11. Eph. 6. Actor.12. Affectio hujus interceſſionis eſt, ut ſit indeſinens Col.1,9. Latitudo, ut fiat pro omnibus; at Calviniani pro omnibus orare nõ poſſunt, vi abſoluti ſui decreti, quod plenius oſtendit D. Huberus peculiari concione c. Calvin. (2) In ſpecie [α] pro peccatoribus & inimicis Matt.5,44. Luc. 6,28. c.23,34. Actor. 7,60. Exempla ſunt Abrahami pro Sodomitis Gen.18,23. Lothi pro Zoar cap.19,19. Moſis pro Ebræis idololatris Exod. 32, 11. Samuelis pro Saule 1.Sam.15,35. Johannis Huſſi, Deum orantis, ut ſuis ignoſceret inimicis; ſorores pro Lazaro plorantes Johan.11,32. ſic nos pro mortuis in peccato. (β) Pro ægrotis Jac. 5, 14. Sir. 38, 13. Gen. 20,7. Num. 12, 13. Job.41,8. Actor. 12,5. 1.Reg.13,6. 2.Sam. 12, 23. [γ] pro cognatis & conſanguineis Johann. 11, 23. ſorores Lazari orant pro fratre; Conf. 1.Tim.2,1. ſororibus

Gen. 24,60. fratre Geneſ. 43,29. nepotibus, Geneſ.48,15. 1. Chronicor. 22, 12. pro filiis vel longæva vita filii Auguſtinus tomo 8.column. 942. c. [δ] pro perſecutoribus Matth. 5. v.44. inimicis. Exempla 1.Reg.3. v.22. Chriſtus Luc. 23,44. Confer 1. Timoth. 2. v.2. Gregorius Thaumaturgus, qui evaſit ſuos perſecutores, qui Gregorium & famulum pro duabus arboribus viderunt, Gregor. Nyſſenus in vita. [ε] pro ſalute Eccleſiæ 1.Chronicor.30.verſ.17. Pſalm. 3. verſ. 9. Pſalm. 25. verſic. ultim. Pſalm. 125. verſ. 4. Pſalm. 51. & miniſtrorum Matt. 9. v.38. Roman.15. v.39, Epheſ. 6. contra hoſtes Eccleſiæ Eſa. 8,10. Johan.17,9. Eſd.6,12. [ζ] pro ſalute pii cujusvis Job. 30,24. Geneſ. 17. v.18. cap. 20. v. 17. cap. 18,23. etiam pro excommunicatis, ut reſipiſcant 2.Johan. v. 10.11. tantùm communio errorum prohibetur: 1. ob mandatum 1.Timoth.2. v.3. & 2.v.2. 2. ob exemplum Abrahami, Moſis & aliorum: 3. ob promiſſionem exauditionis Matth. 18. [η] pro impetrandâ gratiâ Sirac.17,21. ſequent. à tempore gratiæ durantis v.26.27. & ſapientiâ DEI Jacob. 1, 5.

Non pro mortuis: nam 1.Scriptura id nullibi docet: 2. veterum teſtimonia falsò explicantur, vide noſtrum Chemnit. in Exam. Concil. Trident. Et Catholic. Orthodox. Perkinſi p.206. ad 214. Concilium Braccarenſe 1. can.34. Non pro Clerico in bello, rixa, vel ludis Gentilium mortuo, c. Quicunque 4.

§.25. Ad actum interceſſionis pertinet Benedictio & ſalutatio. 1. Benedictio verò eſt vel publica vel privata, illa fit à miniſtro Eccleſiæ Numer.6. v.24.25.26. hæc à quovis fideli. Exempla ſunt Iſaac Geneſ.27,6. Jacob Geneſ.48. verſ.15. Fit vel amicis vel inimicis, confer Matt. 5,44. Roman.12,14. Eſt vel ſpiritualis vel corporalis; illa eſt bonorum ſpiritualium, hæc corporalium apprecatio. Pro Dæmoniacis: olim hi in publicum cœtum adducebantur & precibus Eccleſiæ commendabantur Zwinger. folio 19. b.20. a. ab init. Pro felici itinere: Cæſar ter carmen dixit pro felicitate itineris, Zwing. fol. 191. b. 2. Salutatio eſt omnis boni præſenti facta apprecatio. Suadetur α præceptis Matth. 10, 12. Rom. 16. verſ. 3. β. exemplis Chriſti & aliorum; confer Luc.24,36. Johann.20,19.21.26. Apocal. 1. verſ.4.5. Mariæ Lucæ 1. ſervi Davidis 1. Sam. 25. dicere jubentur: Pax tibi! Amaſia 1. Par. 13. vid. plura tit. Salutatio. Hactenus materia orationis fuit; ſequitur

Forma.

§.26. Forma orationis hîc non conſideratur ſyſtematicè, quo ſenſu plurimæ extant orationum formulæ, vid. ſupra exempla Orantium, & Wigandum column. 1069. ſyntagmat. ſed Theologicè, nempe, quid illud ſit, quod orationem bonam conſtituit, eamque diſtinguit à quibusvis aliis orationibus. Id verò eſt: orare juxta voluntatem DEI in nomine JESU Chriſti per fidem in illum, vid. Luther. in 2. Samuel.22,42. gloſſ. margin. Johan.16. *quicquid petieritis* patrem in *nomine meo, hoc dabit vobis* 1.Samuel. 7,9. agnum Chriſtum Johann. 1. verſ. 29. nos quoque veniam petituri offeramus. 1. Johann. 5. verſ. 14. ſi petieritis juxta ejus voluntatem. Hanc formam reliqua orationis requiſita ſequuntur, uti propria differentiam; hinc fluit conſectarium conſequens: *Malè orant quinque hominum genera* (1) In nomine Chriſti non petentes; hi non exaudiuntur, nam juſſit Chriſtus in ſuo nomine orare Johann. 16. v.24. ut fratres Joſephi veniam petiverunt à fratre in nomine patris Geneſ. 50. Sic nos veniam petimus in nomine patris Eſa. 9. & fratris noſtri Hebr. 2. verſ. 14. JESU Chriſti. Benjamin adducendus erat à fratribus Joſephi, ſi faciem ejus viſuri eſſent Geneſ. 43. ſic patris cœleſtis faciem videre non poſſumus, nî Chriſtum nobiſcum feramus in fideli corde. Eſther ancillæ incumbebat Eſther. 5. nos Chriſto incumbamus ad DEUM acceſſuri. Ut cornua altaris ſanguine linenda erant, in quo altari incenſa offerebantur Levit. 4. verſ.7. ſic cor noſtrum, ubi precum thus adolere volumus, ſanguine Chriſti tingendum eſt. In templo Salomonis preces fuſas audiebat Deus 1. Regum 8. ſic in Chriſto templo illo Deitatis omnes preces noſtræ & gratæ & acceptæ ſunt Cantic. 8. verſ. 13. ſponſus eſt Chriſtus jubens nos in ſuo nomine orare. Gedeon ſuper petra; nos ſuper Chriſto ſacrificium offeramus precum Judicum 7. Oſe. 14. Labia vitulorum Hebr. 13. offerre debemus. Olim ſupplicaturi cruces præferebant, quaſi per has orarent, Sigon. lib. 12. regni Italici: Nos Chriſtum crucem Johann. 16. Roman. 3. (2) Mala petentes, ut, divitias, honores, voluptates Jacob. 4.3 (3) contaminatâ conſcientiâ petentes 1. Timoth. 2.8 (4) Peccato actuali infecti Pſalm. 109.7. Johann. 9.31. (5) Dubitantes Jac. 1.6.7.

§.27.

Finis & effecta. §.28.

Finis orationis eſt DEI gloria, noſtra ſalus. Effecta orationis, hujus à Deo acceptatio facta, Pſ.9,13. Pſ.72,12. & 81,11. & 102,18.21. & 145, 18. & 50,15. Sirac. 35,16. Judith. 16. Marc.11,23. 1. DEI expugnatio Johann.16,23. Exod.32,20. Pſalm.37,4. nunquam aditus ad DEUM precibus intercluditur; auxilii impetratio Sirac. 35,21, Pſal. 55,17. & Pſalm.91. imò majora impetramus, quàm petimus; ſic Cananæa pro micis miſericordiæ ſolidos accepit panes Matt.15. noſtri in pietate exercitatio: A ſimili præceptoris, quærentis elementa à puero; ſic fidei profectus & ſpei explorat DEUS in oratione; negata noſtri confuſio Pſalm. 34. verſ. 6. 2. Diaboli profligatio 2. Paral.13,20. & cap. 18. v.31,32. Confer 2. Chron.18. verſ.31. c.20,12. Applic. Joſaphat cum Achabo in prælium contra Syros deſcendens ab iisdem circumdatus & telis cinctus fuit; clamans autem ad Dominum liberatus eſt, & DEUS Syros ab ipſo removit: ita nobis orantibus ab infernalibus cincti Syris i.e. Diabolis liberamur. Allegor. Iſraëlitæ vociferantes Hierichuntis muros diſcuſſerunt Joſ. 6. ſic oratio eſt vocife-

ratio

ratio vim Satanæ prosternens Ephes. 6. v. 10. Cithara Davidis Satanam pellens 1. Reg. 16. Valida; Validior, si junctis Ecclesiæ chordis pulsetur. Confer Exod. 13. Moses attollens manus in petra præsente Hur & Aaron, qui brachia sustentabant, Amalekitas vicit: ita nos orantes fundati super Christum & suffulti spe & fiduciâ hostes quosvis superamus.

3. Omnium hostium subjugatio. Allegor. Israëlitæ vociferantes muros Jericho discusserunt Jos. 6. Oratio propugnacula hostium: ut illa primum merito in πανοπλίᾳ locum obtineat Ephes. 6. Est oratio ignis, quo inimici devorantur, Apocal. 12,5. Augustinus tom. 9. column. 674. c. quâ animæ magna virtus datur; Ps. 138,3. 4. Spiritus S. impetratio, Allegor. 2. Paral. 7, 1. Salomone orante ignis de cœlo delapsus est & absumpsit holocausta, & templum gloria DEI implevit: Ita piis orantibus delabitur Spiritus Sanctus absumens holocausta, i. e. mundana in corde nostro: idemque tanquam Domini gloriâ implens, Johann. 14. veniemus ad eum. Conf. 1. Reg. 18. exemplum Eliæ. 5. Nostra cum DEO reconciliatio. 6. Gratiosa peccatorum condonatio.

7. Pœnarum mitigatio. 8. Consolatio. 9. Corroboratio, Psalm. 119. nisi lex tua consolatio mea fuisset. *Simile:* Ut corpus nervorum auxilio incedit, quiescit, movetur, continetur; ita anima per orationem: Corpus concidit resectis nervis; ita anima vacillat omissis precibus. 10. Sanatio, Psal. 103. sanat omnes contrit. Psalm. 6. sana me Domine. 11. Vitæ prolongatio Psalm. 21, 5. 12. Donorum spiritualium augmentatio. 13. Benedictio. 14. Æterna glorificatio, Matt. 17.

15. Præmia: oratio & gemitus piorum Deo gratissimi. Cant. 4, 10. labia sponsæ favus destillans dicuntur, mel & lac sub ipsius lingua esse; labia DEI laudem annunciant, sicut favus mellis, Psalm. 51. v. 17. Psalm. 63 vers. 4. Psalm. 71. v. 23. Psalm. 119. linguæ non agentes dolosè favus mellis sunt Psalm. 15. v. 13. in Domino exultantes. Psal. 51, 6. & quidem tota die Ps. 71. Hunc favum sponsus ipse comedit, Cant. 5, 1. ipsi dulcissimus, quando pii hominis lingua nil nisi laudes Dei & gratiarum actiones meditatur. Hæ sunt veræ mellis primitiæ Domino consecrandæ Levit. 12, 12. gratiores vitulo Psalm. 69, 32. 16. Exauditio: exaudit justitiam, i. e. rem oratione expressam, Deoque commissam Psalm. 17. vers. 1. Esa. 58. vers. 9. Psalm. 79. vers. 11. Deus mox & continuò orantes audit, Christus citò abit cum Jairo: DEUS dedit promissa exauditionis, Psalm. 91. v. 5. Matt. 9, 13. Esa. 56, 24. Jerem. 33. 6. Dan. 9. vers. 23. Prov. 10, 24. Luc. 18, 1. Canticor. 5. v. 1. Dormio sed cor meum &c. dormit Christus, dum audit nos clamantes atque exercet, Matt. 8. vers. 25. Vigilat tamen jugiter Psalm. 124. 4. Matt. 7, 7. Audit amicos nos 2. Chron. 20, 7. Esa. 41, 8. Jacob. 2, 23. Lucæ. 12, 4. Joh. 15. v. 14. 15. Nostrum est, ubi exauditi à DEO sumus, invocare porrò eundem Psalm. 116. vers. 2. ut suscipiat vocem nostræ deprecationis Ps. 141, 1. Huc spectat.

§. 29. *Dilatio exauditionis:* Differt verò Deus ea nobis dare, quæ petimus, adeoque exauditionem procrastinare videtur, ut filios suos [1] probet in fide, spe, charitate: sic Abrahamo serò filius datus est. [2] mirabiliter suos ducat, Psalm. 44. Populum & oves pascuæ suæ Psalm. 100, 3. Psalm. 60, 5. Esa. 64, 15. Psalm. 77, 10. hinc querela illa Esa. 49, 14. Job. 23, 16. Psalm. 44, 10. Psal. 10, 1. [3] libertatem suam ostendat, potest enim dare, & dat quando vult: & bonitatem; differendo enim sanat, sicut medicus differendo, carni putridæ non parcendo, vid. Augustinus tomo 8. column. 244. a. & tomo 9. colum. 620. Si secat (inquit) Deus, novit quousque putrescit. Confer tom. 8. col. 1013. d. tom. 9. col. 619. c. & tom. 8. column. 244. a. b. [4] nos exerceat: differt, non relinquit esurientem, exercet quærentem, non dimittit petentem: sicut mater non mox expergiscitur, ubi infans puer clamat: Lucæ 24. finxit se longius abiturum Dominus. (5) demonstret, non esse utile quod petimus, sic Israëlitæ Numer. 11. pulchrè Augustinus tomo 9. column. 429. c. Quodcunque petimus adversus utilitatem salutis, non petimus in nomine salvatoris, & column. 430. d. l. plura in hanc sententiam. Vide anchoram precum, vernaculâ linguâ editam. Exempla: Non audiit Deus Deuteronom. 13. Davidem pro puero clamantem 2. Sam. 12. Jeremiam cap. 14, 12. c. 15, 1. non Israëlitas Esai. 64, 7. non exaudiam Ezech. 8.

§. 30. Gravitas hujus tentationis (ac si DEUS nostras abjiceret preces,) summa est [α] quia videtur Deus contrariari suæ bonitati, veritati, misericordiæ Daniel 9, 16. Johan. 16. v. 23. Psalm. 77, 10. Esai. 64, 15. Psalm. 40, 12. Psalm. 119, 77. promissionibus de exauditione Psalm. 27, 8. Psalm. 50, 15. Psalm. 34, 6. potentiæ, quasi non possit juvare, nec velit attendere nostris precibus; hinc Deum pii excitant Psalm. 5, 2. Psalm. 17, 1. Psalm. 142, 7. ne obliviscatur eorum Psalm. 9, 19. & 13, 2. & 44, 25. & 77, 10. Esai. 49, 14. ne faciem abscondat Psalm. 13, 2. & 30, 8. & 55, 2. Thren. 3, 49. Jerem. 3, 56. ne taceat Psal. 28, 1. Habacuc. 1, 2. cap. 3, 9. ne recedat Ps. 10, 1. sed properet Psal. 70, 2. & 22, 20. [β] quia Satan solet nos tentare Deo differente exauditionem precum nostrarum, objiciendo nobis peccata, iram Dei exaggerando: vid. Psal. 40, 13. Thren. 1, 14. 2. Cor. 11, 3. Psalm. 18, 5. 7. cogitationes turbando Eph. 6, 16. Matt. 4. si es filius Dei, &c. est spiritualis ille Rabsace. [γ] quia inimicus solet nos ludificari Psalm. 42, 4. Psal. 73, 5. & 22, 9. descende de cruce, inquit mundus Sap. 2, 18. [δ]

§. 31. juvat considerare quinque similia: Deus differens exauditionem est similis (1) fonti sicco, aquas non danti Jer. 15, 18. Joh. 16, 33. contra Es. 30, 20. c. 55, 1. (2) cor fidele simile viro, gravi pondere oppresso Ps. 65, 4. Ps. 38. (3) militi ab hostib. undiquaq; cincto Ps. 40. & 42, 10. ipse Deus nobiscum pugnat Ose. 12, 2. coronam ostendit, Apoc. 2, 10. nos scopum facit Thr. 3, 12. (4) Homini

mini in aquis natanti Pſ.42,8. & 88,8. & 69, 2. 3. Eſa. 54, 11. Thren. 3, 13. (5) innixo baculo infirmo, videtur enim nobis verbum Domini eſſe baculus infirmus.

Solatia huic tentationi opponenda ſunt 1. DEI nomina: vocatur enim Abba Rom. 8. verſ. 15. munitio Pſalm. 18,1. & 31, 3. & 71, 3. & 91, 2. & 44, 2. refugium Pſalm. 71,3. lux. Pſalm. 27, 1. ſcutum Pſalm. 18, 31. his quinque nominibus te erige &c. vid. cap. 6. Anchoræ precum vernac. ſerm. edit. 2. DEI opera, qui certè audit tuas preces, in te ipſus orat, in tentatione te erigit & confirmat, cap. 7, 8. 9. dictæ Anchoræ. 3. DEI viæ inexplicabiles & judicia admirabilia.

§. 32. *Subjectum.*

Locus; tranquillus verò eligatur, ne turbetur noſtra oratio, ſic Chriſtus ipſe Matt. 6. præcepit. Oratio fiat omni loco Johann. 4. v. 21. Matt. 6, 8. Pſalm. 103, 23. 1. Cor. 1, 2. Malach. 1, 11. ab ortu ſolis, in omni loco &c. in cubiculo cordis Matt. 6. ubi tamen locus ſecretior propriè intelligitur, ne palam oremus, ut ab hominibus videamur. In templo DEI, ibi enim preces audire promiſit Deus Matth. 18. ero in medio 1. Regum 8. Patriarchæ ad ſua altaria orarunt, Jacob in Bethel Geneſ. 35. Iſaac in campum ſeceſſit ad orandum Geneſ. 24. Eleazar ad fontem oravit ibid. Moſes in monte Exod. 17. Jonas in ventre ceti Jon. 2, 2. 1. Tim. 2, 8. Ezechias in lecto Eſai. 38. Chriſtus in horto Luc. 23. Jeremias in cœno cap. 38, 6. Daniel in lacu cap. 14, 37. Paulus in carcere: Latro in cruce: juſti in tabernaculis Pſal. 118. Judæi ad arcam fœderis Numer. 10. cap. 20. Confer Auguſt. libr. 10. c. 4. de Civ. Dei. Heſiodus agricolæ præcepit, ut ſtivam tenens Cereri & Diti verba faceret.

§. 33. *Adjuncta orationis.*

1. Geſtus varii orantium, videlicet humi cubatio, oculorum & manuum in cœlum ſublatio, Thren. 3, 41. 1. Regum 8, 54. Conf. Phil. de Judæis, Clem. lib. 7. Strom. Juvenal.

Arrecto vultu ſolum hoc & pallidus oras.

De mundo libri Autor. 1. Timot. 2, 8. vid. Chryſoſtom. in h. l. Cyprian. de Orat. Domin. Genuflexio, in quadrageſima & tempore pœnitentiæ, ſtatio, Matt. 6, v. 5. Dan. 9, 20. Confer Marc. 11. v. 25. Luc. 18. Nehem. 9, 5. Geneſ. 18, 22. At luctus tempore Judæi orabant proni, vel in genubus. De ſtatione porrò vid. Jerem. 15, 1. cap. 18. verſ. 19. Job. 30. verſ. 20. quâ phraſei, etiam ſynecdochicè conventus Eccleſiaſtici indicantur, apud Tertull. lib. adv. Pſychic. c. 1. Cyprian. libr. de orat. 11. Quædam adjuncta ipſius orationis actum vel antecedunt, vel comitantur, vel ſubſequuntur.

I. *Ante orationem* requiritur (1) Vera Chriſti agnitio & bonitatis divinæ recognitio, qui promtus eſt ad dandum 1. Regum 3. verſ. 5. Jerem. 31. verſ. 9. nam verâ Chriſti cognitione deſtitutus non poteſt in Chriſti nomine orare, Auguſtinus tomo 9. colum. 498. c. Chriſtus eſt cœleſtis ille juriſperitus, docens nos rectè orare Auguſtinus tom. 8. col. 1507. b. (2) Reſipiſcentia Eſa. 1, 15. Pſalm. 66, 18. (vide Joſ. 7, 10. 11. 12. 13. eorum exemplum, qui non exauditi ſunt ob ſcelerum maculam) Joh. 9, 31. Confer Balduin. in caſu Conſc. f. 216. 217. Lev. 13, 45. os leproſum clauſum eſſe debebat, ita pro muto reputabatur; tales leproſi ſunt impœnitentes, quos Deus mutos quoque vult, quia preces ipſorum non exaudit Eſa. 1, 15. Jer. 11, 11. Ezech. 8, 18. quinimò precatio ipſorum invertitur Pſalm. 109, 7. 1. Reg. 8. Salomon prius exornabat templum, quàm orabat: ita templum cordis primò ornandum pœnitentiâ verâ, quæ eſt decor ſponſo placens Pſ. 45. Conf. Johan. 9. Pſal. 109. Judith. 12, 8. lavit ſe aqua. Bias navigans cum malis nautis juſſit illos orantes tempore periculi tacere, ne audirent eos Dii illo loco navigantes & vindictam exercerent, Camerar. in hor. ſubciſ. c. 1. p. 1. Oratio eſt thymiama ſpirituale; peccator autem impœnitens coram DEO fœtet Sir. 24. Qui jejunat in peccato, quis audiet eum. Angelus in Apoc. habebat thuribulum; angelorum vitam imitare, ſi vis thus precum adolere. Manibus ſordidis nemo genua regis amplectitur; DEUS eſt Rex regum, ejus genua ſordidus peccato minimè accedito. Mercenarius non laborans non audet cibum capere in domo Domini. Flores puri ſunt in horto & in manibus puris tractantur: Chriſtus flos tuus eſt, qui in oratione puris manibus tibi tractandus eſt. Vulnus nô ſanatur niſi extracto ferro; ſic nec anima tua, niſi peccato agnito. (3) Reconciliatio cum proximo Matt. 5, 23. Marc. 11, 25. ne virus odii in corde habeas. Serpentes bibituri quidam venenum ſuum deponere dicuntur; ſi vis è fonte ſalutis Chriſto bibere, odii venenum prius deponas neceſſe eſt. (4) Præparatio in animo & corde orantis (Confer hic 2. Chronicor. 6, 30. Drexel. tractat. 15. cap. 5, 6. ſequent.) quæ conſiſtit (α) in pravarum & extravagantiû cogitationum relegatione Matt. 6, 6. clauſo oſtio orandû &c. cor tuum eſt oſtium, cardines ſunt cogitationes ex corde exeuntes Matt. 15, 19. hoc oſtium claudendum, ne malæ cogitationes introëant Aug. tom. 10. col. 713. a. Qui cum principe colloquium vult miſcere, cogitationes alienas abjicit; ſic & nos cum DEO in oratione collocuturi. Allegor. Gen. 22. Abraham ſacrificaturus, ſervos, ancillas, uxorem domi reliquit: ſic oraturus cogitationes tuas ſequeſtra. 2. Reg. 4, 4. vidua inops oleum impetratura, oſtium claudebat; ita ſi vis benedictionis oleum impetrare, cœleſtis Eliſa præcipit, ut claudas oſtium cordis tui, Conf. Pſalm. 145, 19. 2. Reg. 4, 33. Cantic. 4, 12. Ethnicos in vultu precum caſtitatem & devotionem poſtulaſſe, patet è Ciceron. de Legib. lib. 2. Ad divos caſtè adeunto: Conf. Camerar. in hor. ſubciſ. lib. 1. medit. folio 37. Oratio eſt velut turris alta, quæ fundatur in terra & aſcendit uſque in cœlum; ideoque ad ejus ædificationem ante omnia removenda eſt ab anima omnis mortua terra vitiorum & pravarum cogitationum, donec deveniatur ad terrâ

§. 34.

vivam

vivam: Sollicitudo rerum carnalium generaliter abſcindenda; nullius negotii non ſolùm cura, ſed ne memoria quidem dum oramus admittenda: jacienda ſunt profunda humilitatis fundamenta, quæ turrim pulſaturam cœlos valeant ſuſtinere: ab omni diſcurſu atque evagatione ludicra animus cohibendus, ut ita paulatim ad contemplationem & intuitus Dei ſpirituales incipiat ſublimari. (β) Rerum petendarum meditatione: (γ) cordis ad Deum elevatione: (δ) reverentiæ ob majeſtatem divinam conceptione, tùm verbis, tùm geſtibus declarandæ. (5) ſequentia capita requirit conſideranda; 1. fidei integritatem: 2. rei petendæ qualitatẽ: 3. objecti adorandi ſublimitatẽ: 4. modi mediiq; dignitatem. (6) Pertinet huc humilitas, Sir. 35. oratio humiliantis nubes penetrat: Gen. 18. Abraham ſe humiliat, agnoſcens pulverem ſe eſſe. Chriſtus ipſe in terram procidit Matth26. ſervus ille Matth. 18. publicanus Luc. 18. Manaſſes in orat. Pauper clamans exauditur Pſ. 34. Latro in cruce: Aug. tom. 8. col. 938. a. b. inclinat Deus aures ad te, quando tu cervicem non erigis. (7) Articulata aliquando vocis prolatio: hanc etiam præcipiebant Pythagoræi philoſophi, non ob Deorum ignorantiam, ſed ob aliorum hominum pietatem extimulandam, Clemens lib. 4. Stromat.

§. 35. II. *In ipſo actu orationis*, requiſita ſunt (α) in genere: quinq; neceſſaria eſſe ad bene orandum, tradunt Doctores; affectus cordis bonus; cauſæ, ob quas orandum; quis adorandus; per quem; quid orandum. Verſu hoc incluſa; Affectus, cauſæ, quis, per quem, quidque petendum. Deinde; ne malus, ne malè, ne malum petat, vid. Balduin. in caſ. Conſcient. p. 226. β. In ſpecie (1) Oratio ſit directa ad Deum Deut. 15. v. 9. cap. 6. v. 13. Exod. 2. v. 5. cap. 24, 1. Pſal. 5, 3. Pſal. 50, 14. & 27, 8. & 77, 2. 3. Matth. 4, 10. Pſal. 91, 15. (2) Fiat in nomine JESU, Dan. 9, 17. Joh. 14, 14. cap. 16, 23. 1. Tim. 2. v. 6. Rom. 5. v. 2. 1. Reg. 8. Salomon petit, ut in templo DEI preces exaudiat: templum noſtrum ſpirituale eſt Chriſtus, in quo ſolo noſtræ preces exaudiuntur. Alleg. Job. 42. v. 8. Chriſtus eſt verus ille Job. Ezech. 43. verſ. 27. Exord. ad Evangel. quicquid petieritis. (3) In ſinceritate cordis, ſine labiis doloſis Pſal. 17, 1. Conf. Auguſtinus tom. 8. column. 1151. d. Pſalm. 66. v. 18. 1. Timoth. 2. v. 8. Eſa. 1. v. 15. ut vaſa purgemus cordis noſtri, priusquam oleam infundamus, ſine diſtractione mentis Scrib. in M. R. f. 210. & ſeqq. ſi cum amico aut judice loquereris & abrumperes orationem, offenderes illum, Auguſt. tom. 8. col. 941. d. aut divagantibus cogitationibus inf. f. 214. Sine hypocriſi Sir. 1, 36. 38. hinc ſcindere jubemur corda Joel. 2, 13. effundere Pſal. 62, 9. clamare Thren. 2, 18. non ſolo ore demurmurare Eſa. 29, 13. Matt. 15. 8. Moſes clamavit ad Deum ſine voce Exod. 14. 15. ſic quoque Anna 1. Sam. 1, 14. ſed Deus internum affectum videt; dat enim ſpiritum qui in nobis orat Rom. 8, 26. Sine fiducia propriæ dignitatis aut meritorum; ſine profana & Ethnicâ gloriatione, vid. Hemming. ad Pſal. 25 fol. 56. Val. Max. l. 7. c. 2. de oratione Socratis vaga & ambigua. Sine cogitationibus extravagantibus. (4) In fiducia cordis indubitata, absque hæſitatione Pſal. 18. v. 4. Pſal. 86, 7. Marc. 11, 24. 1. Tim. 2, 8. 1. Joh. 5, 15. Jac. 1, 6. 1. Par. 17, 28. Eſther oratura regem pro incolumitate gentis ſuæ regiis ſe veſtibus induit; ita fidelis anima preces fuſura ad Deum vera fiducia & ſpe ſe ornabit Eſth. 5. v. 1. Auguſtinus tom. 8. col. 625. d. ſub fin. 626. a. ab init. Oratio eſt cordis effuſio; effundite coram illo corda veſtra, deprecando, confitendo, ſperando; nolite corda veſtra retinere inter corda veſtra; effundite corda veſtra coram illo, non perit quod effunditur, ille enim ſuſceptor tuus; ſi ſuſcipit, quid times effundere? Ut catulus ſub menſa omnibus modis cibo inhiat, eumque exſpectat; ita orans ſibi polliceatur id, quod benè orat. Confer Sir. 7, 10.

§. 36. (5) Deſiderio ardenti Pſal. 5, 4. Pſal. 77, 3. & 130. v. 6. (6) Gemitu cordis humiliati & contriti Joël. 2, 2. Thren. 3, 41. c. 2, 18. 19. Dan. 9, 18. Judith. 8, 17. Sir. 35, 21. Pſal. 51, 10. exemplo Manaſſis, Dan. 1, 9. 3. publicani Luc. 18, 13. latronis in cruce Luc. 23, 42. Hannæ 2. Sam. 1, 10. Hieronym. Epiſt. ad Cteſiphont. Hæc ſit in omnibus ſola perfectio, noſtræ imperfectionis agnitio. Ad humilitatem pertinet, ne oratio præſcribat Deo, quid daturus ſit. Sim. Ægrotus non præſcribit Medico, non recedit è manibus medici, Auguſt. tom. 10. col. 520. a. Gemitus eſt, non intermiſſa illa oratio, de qua 1. Theſſ. 5. Eſt deſiderium perpetuum Auguſt. tom. 8. col 319. c. huc pertinent geſtus humilium, de quibus infra. Alleg. Eſth. 5. Eſther ad regem ingreſſura duas habebat ancillas, unam cujus humeris innitebatur, alteram quæ ſyrma trahebat; illa humilitatem, hæc perſeverantiam notavit: ita nos ad regem Chriſtum ingreſſuri his velut ancillis ſtipati ſimus. (7) Animo manſueto & omni offenſione in proximum puro Pſal. 10, 17. Matth. 5, 23. 24. c. 6, 14. Marc. 11, 28. 1. Tim. 2, 8. à cogitationibus abducta Matth. 6, 6. ſic oſtium cordis ſunt tuæ cogitationes, hæ claudendæ, ne cor tuum occupent. Sic vidua oſtium claudebat, oleum impetratura 2. Reg. 4, 4. inde Eccleſia hortus concluſus Cant. 4, 12. quem non mundus, ſed Chriſtus ſponſus ingreditur: Cyprian. Hæ ſunt duæ alæ orationis, quibus volatur ad DEUM, ſi ignoſcis delinquenti & donas egenti; itaque orationem non ſequantur diræ vel execrationes Sir. 34, 29. Eſa. 1, 15. manus ſanguine plenæ 1. Tim. 2. v. 8. puras manus attollere jubemur Amos 5, 21. non adorabor.

(8) Non in multiloquio, Matth. 6, 7. Sir. 7. v. 15. ſicut Amos 7. verſ. 2. Hiskia Eſa. 38, 3. DEUS enim non verbis, ſed affectu metitur orationem, hinc etiam Moſes Exod. 14, 15. & Anna 1. Sam. 1, 14. exaudiuntur. Conf. Balduin. caſibus fol. 218. item, non numerat ſed ponderat orationem, fol. 257. Sir. 7, 15. (9) Sit prompta, læta, non differenda Coloſſ. 1.

à die

à die ipso, quo audivimus: Psal.5,4. & 63,7. mane ad te DEUS: à periculo dilatæ orationis. (10) Perseverans, Chrysost. homil. 24. in Matth. Luc.17. (11) Fundata: fundamenta autem, quibus innititur oratio nostra, maximè in oratione Mosis expressa Exod.32,11.12. Primum est nostri redemtio, nos enim ex Ægypto inferni liberavit. Secundum: nominis divini glorificatio; ob suum namque nomen nobis parcit Deus, non ob merita. Tertium: fœderis pactio; sic cum Abrahamo fœdus icit, & nobiscum in baptismo 1. Petr.3. Quartum; stabilis promissio exauditionis Johann. 16. quicquid petieritis patrem &c. (12) Gestibus modestis, flexis genibus & expansis manibus, exemplo Salomonis 1. Reg. 8. v. 22. Esdræ Esdr.5,9. Mosis Exod. 9, 29. & 17. v.4. Danielis cap.9,3. Josuæ c.5,14. ipsius Christi Matth.16,39. Pauli Act. 20,36. ratione manuum, eas elevando Ps.141,2. 1.Tim.2,8. unà cum corde Thren.3. corporis, se inclinando Gen.24. jacendo 2.Sam.12,16. incurvando Exod.34. sedendo 1.Chron.17. stando Ps. 134,2. genuum, ea incurvando Exod.34,8. 2.Chron.6,13. c.29. Eph.3,14. Psal. 95, 6. pedum & faciei, procidere in terram Num.6,4. Psal.59, 6. accidere ad pedes Joh.11,32. ruere in faciem Deut.9. capitis, orare nudo capite 1.Cor.11, 7. loci, apertis fenestris Dan. 6.

§.37. (12) Effusis lachrymis Psal.6.v.7. Psalm.80. v.6. exemplo Davidis Psal. 42,4. & 102. v.10. & 69,12. & 56,8. Mariæ Magdalenæ Luc.7,38. oratio lachrymosa Augustinus in Psalm. 117. Dulciores sunt lachrymæ orantium, quàm gaudia theatrorum; Confer L. Justinian. peculiari tractatu de oratione. Ritus veterum varii fuerunt, quibus in supplicando usi sunt: Persæ sumto igne flumen ingressi, ignem se aquæ immissuros esse minabantur, ni voti fierent compotes; (erat verò sacer Persis ignis.) Apud Assyrios supplex facie humum attingebat, manibus post terga rejectis: Scythas, extenso humi corio rejectis in dorsum manibus desidebat: Græcos, oleagines virgas ore tenebat, manuque: Macedones, solâ subuculâ indutus. Atque hi supplices gestus hominibus exhibiti; quantò magis supplicibus gestibus DEUS noster in oratione venerandus est: immitte ignem devotionis in aquam pœnitentiæ: terram supplex continge & cinerem, qui cinis es, osculare cum Abrahamo Genes. 18. rejice manus tuas & inopem consilii salutis te liberè profitere: considera nuditatem tuam atque hoc pacto supplex, oleâ pacis & nominis Christi ornatus, DEUM tuum accede; exaudiet publicanum DEUS, humiles non respuet, Psalm. 102. vers. 18. seq. (13) Cum perseverantia & indesinenter, vi mandati Luc. 18,1. 1. Thess. 5, 17. Confer Augustinum Tom. 8. columnn. 319. b. Luc. 21. v. 36. Rom.12. v. 12. Ephes.6,18. Coloss.4, 2.3. 1.Thessal. 3. v.10. 1.Tim.5. v.5. Matth. 9. cœci magis & magis clamabant: Ose. 12. flevit Jacob & petivit angelum. 1. Reg. 18. vers. 44. septies visum mittit famulum Elias. Sic Jacob orat Genes.32. Israelitæ Thren. 3. vers.49. Luc.18. vidua: Hanna Luc. 2. v. 37. Canticor.3. tenui eum, nec dimittam. Psalm. 77. vers. 3. manus extentæ tota nocte; huc vigilantia Matth. 26. vers. 41. qui in stadio currit, non desinit currere 1.Corinth. 9. sic non defatigemur in cursu fidei & precum nostrarum. Augustinus. Ne desistas, donec accipias, ne recedas, donec invenias, ne studium intermittas, donec recludas, ad dictum Matth. 7. ubi nota verba emphatica; Bittet / suchet / klopffet.

§.38. Ratione perseverantiæ oratio tabellario assimilatur, qui quandoque cum importunitate se suscipi & audiri postulat, nec cessat, antequam petita obtinuerit. Huc refer simile seminantium, non deficientium, sed expectantium ex August. tom.9. col.431.a. conf. tom.10. col.15.b. Gubernator navis toto mari pererrato, si in portu faciat naufragium, omnem laborem amittit; sic qui in precibus fundendis desinit, anteactum labore omnem amittit. Sic agricola messem negligens priorum laborum facit jacturam; non secus is, qui orare desinit. Medicus non tantùm incipiat curare, sed & operam suam continuare; tuæ ipsius animæ medicus es, perge curare, perge orare. Ut viator in via deficiens non attingit scopum præfixum; sic ille, qui non perseverat in precibus, August.tom.8. col. 519. b. ab exemplo Judæ non perseverantis. Olim præliaturi faces sibi immittebant. Pontan. part. 704. in Bell. Atticis; sic nos orationem inimicis nostris Eph.6.

§.39. (14) Discreta & prudens, conjuncta cum discrimine corporalium & spiritualium; hæ sunt remissio peccatorum, spiritus gratiæ & precum, salus & vita æterna, quæ omnia sunt sine conditione petenda Ps.51, 3. & 12. Job.19, 25. Rom.8,38. Illæ sunt sanitas, opes, honor, quæ cum conditione petenda Matth.8,2. c.26, 39. 2.Sam.15,25. Conf.August.tom.8.col.641. a. & col.519. c.d. (15) Quando? oratio fiat omni tempore, conf.Balduin. in Cas.Consc.fol. 253. Drexel. tract.15.p.384. (α) singulis diebus Exod.29,38. singulis diebus sacrificium offerendum erat; tale sacrificium sunt preces Psal. 141,2. & 119,62. Matth.7,7. Luc.11,9. c.18,1. Eph.6,18. (β) Mane: Allegor. Ante ortû solem colligendum Manna Exod. 16. ita Manna gratiæ divinæ colligendum mane vasculo precationis. Pythagoræi Philosophi lyra canentes ad labores & requiem se componebant; ita oratio nostra semper sit laboribus & quieti prævia. Lucernæ Levit. 24. mane & vesperi componebantur; sic preces nostræ mane & vesperi componendæ sunt. (γ) Noctu; David noctu oravit Ps.55,18. Lev.15. omnes sumus immundi, ergo precibus nos lavemus ad vesperam. (δ) Semper, Augustin. tom. 8. col. 1665. d.1666. a. (ε) In pœnis publicis Joël. 2. v. 17. (16) plena gaudio Philipp. 1. v. 4. ob beneficiorum exhibitorum memoriam; ob spem futurorum certam; ob delectationem, quæ concipitur è præsentibus DEI beneficiis. (17) Difficilis

est 1.

eſt 1. ob dubitationem & incredulitatem: 2. ignorantiam: Rom.8. neſcimus, quid petamus. Lud. Vives eleganter in comm. ſuo c. 3. 3. negligentiam orandi: 4. ſuperbiam & contentionem; 5. multitudinem rerum exorandarum; hinc Abbas quidam dixit: Difficilius eſt orare, quàm arare. Et Agatho Eremitha dixit: Ars orandi difficillima.

(18.) Utilis in vita & morte, & neceſſaria maximè: A præcepto Apoſtoli Col.3. quicquid feceritis &c. A ſimili: ut nautæ ſubeuntes mare primum vota fundunt. Elephanti ſummo mane ſolem adorare dicuntur. Milites caſtris non prodeunt niſi armati. Themiſtocles ſcuto ſuo inſcribebat hæc verba: ἀγαθῇ τύχῃ. Nos preces inſcribamus cordibus noſtris, illis ſuffulti noſtras res aggrediamur. (19) Præſtantia: præſtat enim ſacrificiis Pſal. 50. Pſalm.69. (20) Sine intellectu non ſit, hæc enim non placet DEO oratio Eſa. 29. Vid. Luther. fol. 10. part. 2. Poſtill. Eccleſiaſt. (21) Tranquillitas; Ut Moſes ſolus ad DEUM aſcendit in montem, DEUS nube montem texit, ne quidpiam adſpiceret Moſes Exod. 24. Elias vultum pallio adoperuit, ne conſpectus creaturarum familiari DEI colloquio obſiſteret 1. Reg. 16. Eliſæus orans pro filio viduæ oſtium clauſit 2. Reg. 4. Sara in cubiculum domus ſuperius aſcendit, lachrymis DEUM deprecans Tob. 3. Petrus ad ſuperiora domus oraturus aſcendit Actor. 11. Sic & nos mentis quæramus tranquillitatem & ſeceſſum. (22) Cum quibus orandum? non cum manifeſtis hæreticis, de publico confeſſionis loco congregatis, ſic Athanaſius tom. 1. fol. 110. ab initio, negat cum Ario orandum eſſe. (23) Qua lingua? Olim lingua nota populo fiebant, Thomas part. 3. quæſt. 78. art. 1. Euſeb. lib. 7. cap. 9. ex Epiſt. Dionyſii, Juſtinianus Novella 123. Beſſarion in lib. de Sacram. Euchariſtiæ, Auguſtin. ſermon. 19. communi, Thomas Waldenſ. Tit. 4. cap. 31. de Antiquitat. doctrinæ Eccleſiæ: Caſſandr. part. 64. 65. Liturg. (24) Situs orantium: olim ad orientem ſe vertebant oraturi, ob Chriſtum lucem rediturum; ad Auſtrum Judæi ob Jeruſalem. Athanaſ. quæſt. 37. ad Antiochum. (25) Ordo: primus ordo & locus in ærumnis tribuendus orationi Pſ. 37, 5. & 91.

Hactenus igitur de Requiſitis ante orationem & in ipſo actu neceſſariis: Sequuntur illa.

§. 40. III. *Quæ ſubſequi debent* actum orationis. (1) Fides particularis, quia quilibet orans certus redditur, ſe in ſua particulari petitione exauditum iri Matth. 18, 29. ſit ſine ſubſequentibus diris Sir. 34, 39. ſine inobedientia Prov. 28. v. 9. (2) Ardens agendi ſtudium, illud ſcilicet, quod precibus expetivimus, non enim precibus tantùm utendum, ſed legitimis etiam mediis, quibus petita benedictio obtinetur: ſic non ſufficit dixiſſe: Da nobis quotidianum panem; ſed alterum etiam obſervandum, in ſudore vultus veſceris pane tuo.

Quilibet Chriſtianus eſt 1. DEI amicus & amator. 2. ſpiritualis ſacerdos; 3. donatus & unctus Spiritu Sancto; 4. ſpiritualis bellator; 5. DEI ſubditus.

Allegoriæ. §. 41.

Canticor. 5. Dormio, ſed cor meum vigilat: eſt vox amici pulſantis, fons divinæ gratiæ, dormit Chriſtus, dum audit nos & clamantes exercet Matth. 8. v. 25. vigilat tamen jugiter Pſal. 121. verſ. 4. quia pulſantes audit Matth. 7. v. 7. amicos audit: nos autem amici ejus, quia ſumus fide Abrahæ & dilectione Chriſti inſtructi. Conf. 2. Paral. 20, 7. Eſa. 41. v. 8. Jac. 2. v. 23. Luc. 12. v. 4. Johan. 15. v. 14. 15. & amica Cantic. 9. v. 15. Cantic. 8. v. 3. ſponſus ait: fac me audire vocem tuam; ſponſus Chriſtus eſt, ſponſa nos ſumus, quos orare jubet. Judic. 7. Gideon ſacrificia obtulit ſuper petram; petra noſtra Chriſtus eſt, in quo ſacrificia laudis & vituli labiorum ferendi, ſeu orationes Oſe. 14. Ebr. 13.

Similia. §. 42.

Oratio inſtar alarum, quibus ad DEUM contendimus.

Aqua reſtinguens ignem divinæ iræ Ex. 32. dimitte me, ut iraſcar &c. ſed extincta eſt ira precibus Moſis: in qua vivimus ut piſces. Armatura Sacra & arma Spiritualia Judith, 4, 12. Baculus Moſis, penetrans mare rubrum Exod. 14, 16. Percutiens Petram Chriſtum 1. Cor. 10. Cithara Davidis, quâ Spiritus triſtitiæ abigitur. 1. Sam. 16. Catena aurea, quâ Deum ligamus: Tyrii ſicut Apollinem diſceſſurum catenâ aurea alligârunt: quâ Catenâ, de cœlo ſuſpenſa, ſubducimus animas noſtras Chryſoſt. Epiſt. ad Theodoret. Vid. Cantic. 4, 10. Clavis cœli, aperiens illud Matth. 7, 7. Colloquium cum DEO. Conſortium cum Angelis. Columna domus ſpiritualis. Columba Noë. Corona aurea in altari, ad quam fidelis athleta ſtrenuè currit. Epiſtola, quam ad Deum mittimus, de qua præcipit ſponſus in Cantico: Fac me audire vocem tuam: ſicut amicus petit, ut crebrò eum literis inviſamus. Oratio noſtra fulmini ſimilis, Epheſ. 6. Chriſtiani ſint ſimiles Legioni fulminatrici, quæ ſub Marco Imperatore à Barbaris victoriam, impetrata à DEO pluvia & fulminibus in Barbaros, reportarunt. Vid. Baron. Tom. II. fol. 217. 218. 222. Dio in Marco Aurelio, Prudent. adv. Symmach. lib. 1. Tertull. cap. 5. Apolog. Euſeb. lib. 5. c. 5.

Chriſtus movetur multò magis oratione pœnitente quàm Ludov. XII. vid. Zwing. 116. a. b. Ann. 1507. Fundamentum navis. Debitum ſpirituale. Sumus enim ſpirituales ſacerdotes, E. debemus thus precum Deo. Subditi; ergò ſupplicationes. Galbana ſpiritualis Exod. 30, 34. Gemmæ, quibus templum cordis noſtri ornandum eſt. Gemitus turturum. Gladius ſpiritualis Eph. 6, 18. Gedeonis Jud. 7, 14. Hortus animam irrigans. Hauſtrum, quo ex fonte ſalutis Eſa. 12. haurire poſſumus. Johann. cap. 4. Ignis inimicos noſtros devorans, purgans æruginem peccati. Incenſum Exod. 30, 34. Leonis rugitus, beſtias infernales ter-

terrens, abigensque. Lumen animæ. Lux in tenebris Psal.105. Malleus, quo Satanam abigimus, ut Jaël Sisseram occidit malleo Judic. 4. Sic Maxilla Simsonis. Murus piorum, quo tutò circumvallantur. Mons, in quo sicut Loth Genes. 19. servamur. Navis ad portum nos deducens. Naucleri, ut hi solent in cœlum aspicere interdiu, noctu in Arcton, vel aliud astrum: & sic navem rectè gubernare; Sic in omni necessitate mens ad Deum elevanda est Psal.91, 1. qui habitat in adjutorio altissimi &c. Nervus animæ; nam in oratione omne robur animæ situm est. Nuncius ad Deum, explicans alas devotionis, innitens baculo promissionis DEI: Levis, agilis penetrando cœlum, Liber à cupiditate hujus mundi. Conf. J. Gersonem, serm. de Oration. Pera Davidis. 1. Sam. 17. Pinnulæ, sicuti pisces mundi erant pinnulis præditi Deut. 14. Sic & nos mundi erimus coram DEO, si orationis pinnulis præditi fuerimus, & mundi tempestuosi mare penetraverimus. Radix animæ, quam venti discutiunt, non penitus excutere possunt, quia in petra Christo fundata est Matth.7. Ephes. 3. Regina omnes virtutes habens pedissequas. Rhetorica divina: cujus *Exordium* sit humilitas; *Propositio* rerum petendarum multiplicitas; *Confirmatio* nostra necessitas & promissionis divinæ veritas; *Epilogus*, spei nostræ in Deo fixæ soliditas. Ros animam refrigerans sole tribulationis ustam. Prælium cum hostibus, quos ceu Amalekitas Exod.17. superamus cum Deo Rom.15. Rota supréma Pietatis, quâ motâ omnes reliquæ moventur, & horam tribulationis DEO indicat. Sol animæ. Tabellarius noster ad cameram cœlestem. Thuribula aurea Apoc. 5. in his (α) Aurum fides est. (β) Spei constantia. (γ) Fragrantia Psal. 141. (δ) munditia cordis. Conf. Exod. 25. v.6. Thus sacrum, quod DEO offerimus Apoc.8. Psalm.141. Et huc spectat Altare cordis nostri, in quo clamamus Abba Pater. Exod. 30. Altare thymiamatis. Tributum spirituale, quod DEO offerimus. Turris David, à qua mille clypei pendent contra omnis generis hostes. Ventus Cicadas abigens Exod. 10.

§. 43. *Opposita Orationis.*

1. Blasphemia, V. suo loco.

2. Idololatrica Oratio, quæ dirigitur ad Deos gentiles, angelos & sanctos demortuos. 1.Reg.18,26.27.28.29. Dan.3,2.seq. Dissuadetur, I. à negatis ejusmodi precum effectis; Etenim non exaudiuntur. Psal.115, 5. nihil igitur ejusmodi preces efficiunt. II. ab interdicto divino. Esa.42,8. 1.Cor.7,23. Coloss.2,18. III. à negatis requisitis. Quem enim adoro, eum oportet esse omniscium, omnipræsentem, in eum quoque credere debeo; At Angeli sancti non sciunt nostras calamitates Esa.63,16. non possunt nobis adesse, neque credimus in eos Rom.16,14. IV. à testimoniis sanctorum Angelorum, qui cultum adorationis repudiant. Apoc. 19. c.22. V. à defectu mandati, exempli, promissæ exauditionis.

3. Monachorum inconditæ vociferationes, quæ prohibitæ sunt Matth.6,7. Ethnicis communes ibid. v.8. Simoniacæ, frustraneæ, cum non exaudiantur Matth.6,7. Es.1,15. Psal. 18,42. Prov. 1, 28. c.21, 13.

4. Battologia Matth. 6. est descripta, cum sine mente & spiritu ore tantùm proferimus verba. Stephanum una nocte totum Psalterium orando absolvisse dicunt. Zwinger. fol. 41. 54. Theatr.

5. Dubitatio Sirac. 7. noli dubitare, cum oraveris.

6. Pigritia in orando. Exod. 17.

7. Neglectus orationis. Baruch. 2. Non sumus deprecati. Psal.14 Psal.53. Esa.64.

8. Oratio non intellecta, sive concepta in ea lingua, quam ignoras: vid. Monialium, quæ latinè recitant horas contra 1.Cor.14,16. Has tamen preces defendere molitur Corn. à Lap. in 1.Cor.14.& B. Justinian. ibid.

9. Rosaria. Höpffner. θ.18. de salutat. angel.

10. Calculi circa ann.1090. inventi Polyd. Vergil. lib. 5. c.9. D. Höpffn. thes.18. disp. de quib. mox.

11. Vanæ Ethnicorum *orationes*, de quibus alicubi Seneca: Rumores vacui, verbaque inania: Et par solicito fabula somnio.

12. Calumnia orationis Christianorum, ac si magiâ efficerent, quæ precibus efficiebant; apud Baron. Tom.2. f. 176. 2103.

Divisio orationis multiplex: §. 44.

Oratio est 1. Salutatio quælibet. Vid. suo loco *Salutatio*. 2. Valedictio. 3. Benedictio mensalis. 4. Votum. Deinde Oratio est vera, falsa, hypocritica, Ethnica, timida, tepida, superba, Pharisaica, Oratio jaculatoria, brevis, succincta, devota, de qua peculiari tractatu nemo non egit, & Laurent. Justinian. lib.4. de disciplina Monast. convers. c.18. Maledictio V. Imprecatio. Estque *oratio* contra hostes DEI præfractos; Gratiarum actio etiam pro aliis, V. Gratitudo.

Gratiarum actio: Synonyma. Confessio, Narratio operum Dei Psal.9, 12.22. Benedicere Domino. Psal. 34. Afferre Domino laudem Ps.29. Gloriari in Domino Psal.34. Meditari laudes DEI Psal. 35. Plaudere manibus Psal.42. Psal.47. Exaltare DEI misericordiam, Psal.65. sacrificare hostiam. Hos. 14. reddere vitulos labiorum. Vota solvere Psalm. 50. Oratio mentalis Hannæ fuit, 1. Sam.1. Similis cicadæ, quæ ore caret, corde fistulosa est: ut narrat Plinius. Fistulæ cordium piorum, sunt gemitus piorum. Est hæc oratio spiritualis; quia fit in spiritu Johan. 4. spiritu adjuvante infirmitatem nostram Rom. 8. Huc

Oratio Dominica, non tanquam communis sperni debet. V. Cyprian. in Exposit. hujus Orationis. §. Quæ enim potest magis &c. Est *oratio orationum* judice Luthero. Vid. J.L. Vivem c. 4. cap. 5. in Commentar. de Oratione. Sphærulas precatorias, sive calculos, ad quorum numerum hodiè orant Pontificii, primus circa an. 1090. invenit Petrus Eremita, homo,

homo Gallus, civis Ambianensis, approbante Urbano Pontifice. Polydor. Vergil. lib. 5. c. 9. p. 347. de invent. rerum.

§. 45. *DE AVE MARIA.*

Non est formula orationis, sed salutationis. Nam (1) Maria hoc agnoscit Luc. 1. (2) Prisca Ecclesia non habuit eam pro oratione. (3) Non competit ei definitio orationis.

ORATOR. *Oratoria. Rhetorica.*

Necessaria, præprimis in omni vitæ genere, tàm in foro, quàm in choro. V. Tit. *Verba sapientiæ.*

Celebriores recitat J. Ravisius Textor fol. 783. offic. suæ.

ORBIS. *v. Mundus.*

Hebr. 1, 6. introduxit filium in orbem Pater per nativitatem. Joh. 1, 14. 1. Timot. 3, 16. 1. Johann. 1.

ORBO. *v. Parentes: Item Orphani.*

ORDINO.

I. De Deo, qui ordinat magistratum, Roman. 13, 1. Salarium ministris, 1. Corint. 9. vers. 14. Charitatem, Cant. 2, 4. Actor. decimotertio. vers. 48. ordinati ad vitam æternam. *V. Prædestinatio.*

II. Homo ordinatur ad certum officium & functionem, 1. Chron. 9, 8. 2. Cor. 8, 19.

§. 1. ORDINATIO. ORDO.

1. Creaturarum sapientissimus. Psalm. 104. Vide *CREATURÆ, & Infrà Tit. ORDO.*

Sacramentum esse, statuit schola Pontificia. V. in 4. sent. dist. 24. inducta quibusdam Patrum Testimoniis, qui Sacramenti nomen *Ordini* indiderunt: August. lib. 2. cap. 13. de Baptism. c. Parmen. c. 1. q. 1. c. Quod quid de consecr. d. 4. c. ostenditur ex libr. 1. c. 1. de baptism. contra Donatistas, de bono conjugali. c. 24. Leo M. Epist. 81. ad Dioscor. Theophyl. in Lucæ 19. Canon. Apost. 67. Justin. Martyr. q. 14. ad Gentil. Quanta verò fuerit Theologorum in Concilio Tridentino disceptatio de ordinibus, videatur Petrus Suavis Polanus p. 659. Historiæ illius Concilii.

At verò 1. Sacramenti vocem laxè usurparunt, & in latâ significatione: quod etiam nonnulli ex adversariis largiuntur; maximè negantes esse ordinem Sacramentum. De quibus in contradict. actum est: vid. Nostros, Gerhardum, Chemnitium, Eckardum de ordine. 2. Symbolum & ritus impositionis manuum non est elementum, quod ad Sacramentum requiritur. 3. Nec impositio manuum est de essentia illius. 4. Ordinatio non imprimit characterem propriè indelebilem.

§. 2. *De Ordinatione Ecclesiastica.*

Ea est solennis totius Ecclesiæ, per ministerium (cui Episcopi & Presbyteri inclusi sunt) administrata, certæ personæ ad officium docendi publicum & Sacramenta administrandi, per orationem & preces publicas, segregatio, testificatio & confirmatio: simulque recommendatio S. Ministerii, coram Ecclesiâ. 1. Tim. 4, 14. c. 5, 22. 2. Tim. 1, 6. Tit. 1, 5. dicitur χειροθεσία. Actor. 6, 6. 9. 17. c. 13, 3. 1. Tim. 4, 14. 2. Timot. 1, 5. Optatus Milevitanus lib. 1. p. 21. de Ordinationis ritu.

Causa.

§. 3. Summa Deus est, cui soli jus est in Ecclesiam mittendi operarios in messem, Matthæi 9. Vide Ambrosium capite 5. de dignitate sacerdotali eleganter disserentem.

Estque hic Dei verbum duplex: alterum præcepti: Matth. 28. docete, baptizate. Joh. 20. Mitto vos.

Alterum promissi: velle Deum efficaciter operari per Ministerium, 1. Thess. 2. ut DEI verbum, &c. Roman. 1. versu 16. Esa. 55. Lucæ 24.

Subordinata est Ecclesia, cui hoc jus datum est. Articul. Smalcald. Titul. de Potest. & jurisd. Episcopor. Hoc verò jus per Ministros exercet, qui ipsi sint ordinati ante, vel per Presbyterium, 1. Tim. 4, 14. & c. 5. vers. 22. 2. Timot. 1, 6. Tit. 1, 5. Nam quem quis ordinem non habet, alii dare non potest, capite primo quæst. prima c. Gratia. Nec requiritur necessariò, ut ille Episcopus Romanæ Ecclesiæ præcisè sit Episcopus. Nam (1) olim Presbyteri & Episcopi iidem erant, C. Cleros: dist. 21. c. Legimus d. 93. Costerus capite 18. Enchirid. (2) in Ægypto olim Presbyteri ordinabant, Hieronymus in Ephes. 4. (3) Episcopos consuetudine, non jure divino præesse, docet Hieron. in Tit. 1.

§. 4. *Finis.*

1. Testificatio de persona ordinata riteque vocata.

2. Commendatio hujus personæ.

3. Obligatio reciproca Ecclesiæ & Ministri. Vide Actorum nono, 12. 17. capite 13. vers. 3, 5. 1. Timot. 4, 14. 2. Timot. 1. versu sexto.

4. Segregatio illius personæ & deputatio ad certum locum, in quo Ecclesiam doceat. Actorum 13. vers. 1. 2. separatur Paulus & Barnabas à Spiritu S. ad opus Ministerii inter Gentes: Concil. Chalcedon.

Necessaria igitur est. Vid. D. Major. in die Matth. fol. 440.

§. 5. *Locus*

Publicus in æde sacra: sicut olim Sacerdotes, congregatis in unum filiis Israël, ante ostium tabernaculi, inungebantur & confirmabantur, Levit. 8. (quod etiam Origenes in h. l. observavit) etsi iidem à Deo essent electi. Confer Concilium Carthaginens. 3. Canon. 40. distinctio. 23. Canon. Illud. Justinian. Novell. 6.

Constant. Cæsar & Irenæus Tharasium Patriarcham electum, in conspectum Sacerdotum, Ducum Principumque totiusque Christicolæ

sticolæ plebis eduxerunt, datâ omnibus copiâ, ut si quid haberent adversus virum, id publicè edcerent, apologiam exspectaturi.

§. 6. *Subjectum, qui ordinandi?*

Docti, literati, apti: etiam Theologiæ Dd. utut sint ad docendum apti; segregandi tamen sunt ad officium hoc docendi: sic Saulus & Barnabas segregati, Actorum 13. vers. 1. 2. ritu Apostolico impositionis manuum (ritus verò in Collatione Gradus Doctoralis non Apostolici, sed vel à Pontificibus vel Imperatoribus præscripti,) Vide Lutherum in Psalmum 82.

Ambrosius ordinatus est, cum adhuc Catechumenus esset: sic quoque Nectarius; sed propter Necessitatem ordo ille mutatus est.

Inviti non ordinandi, distinct.74. Synod.3. Aurelianens. can. 7. Carthaginens. Synod. Canon. Placuit. Vid. Claudium Espensæum libro tertio. digress. c. XX. qui quosdam perstringit Episcopandos, ceu invitos ad honores Episcopales accedentes, dicentesque interrogati, num velint Episcopari? nolens volo: id (inquit Claudius) si verum est, videndum æquè est, ne qui habitat in cœlis, eos (ut in derisorum cathedra sedentes) irrideat ac subsannet, Psalm. 2. vers. 2. sed fortè seriò loquuntur, nihil utique minus quàm ἐπισκοπεῖν volentes, nihil magis quàm ἀποσκοπεῖν, hoc est deorsum, non sursum, censum cænumve potius quàm cœlum intuentes. Hæc Espensæus.

Ordinem quoque infantibus conferri posse, docet L. Lessius f.337. de Sacrament. ordinis Tolet. lib. 1. c.45. instit. Sacerdot. idem docet Victor.

Docet Vivaldus p.23. Candelabr. Titul. de Irregularitate: In Archiepiscopatu Toletano quendam ad Ordines admissum esse, qui latinarum quidem literarum rudis erat; eximius tamen Sacrista, & rerum Ecclesiasticarum peritissimus. Cum inter mille Sacerdotes literatos vix unus inveniatur perfectus in Ceremoniis Ecclesiasticis: Hæc Vivaldus. Ibidem p.22. recenset Exempla, *Sanctuli*, de quo Gregor. lib. 3. cap. 37. Dialog. *Johannis Ægyptii* Anachoretæ, Tripart. lib.8. cap.1. Didymi Alexandrini, Hieronym. in Catal. Scriptor. Ecclesiastic.

§. 7. RITUS.

Refert Dionysius cap. V. de cœlesti Hierarchia: consecrando coram altari, flexisque genibus procumbenti imposita fuisse Evangelia, quibus dein Sacerdos manum imposuerit, Synod. Carthaginens.4. c.2.3.4. Tonsura Clericalis (quæ significare debet Sacerdotum puritatem, & se Reges esse, patefacturos quoque doctrinam cœlestem suis auditoribus: Hac tonsurâ sese conservaturos spineæ coronæ Christi memoriam, &c. C. Costerus in Enchirid. capit.18. Catech. Rom. part.2. cap.7. quæst. 14.) ab Anacleto Papâ primum introducta est Polydor. Vergil. libr.1. cap. VIII. de inventor. Rerum. Interdicta olim Levitis, Levit. 21. 5. & in Concil. Carthag.4. Sub P. Siricio. Rejecta quoque ab Hieronymo in capite 44. Ezechiel.

Unctio instituta à Papa Sylvestro I. cui potestatem ritè administrandi Sacramenta, & characterem Spiritualem acceptam ferunt, Catechism. Roman. p.2. cap.7. quæst.28. Nova est, nec uspiam ante usurpata. distinct. 23. c. præterea, fatente Nicolao Papa Impositio manuum ritus est Apostolicus χειροθεσία. Actorum 6. vers.6. c.9. v. 17. c.13. v.3. 1.Tim. 4. vers.14. 2.Tim.1. vers.5. sive ἐπίθεσις τῶν χειρῶν.

ORDO

§. 1. Multa significat I. Ordinem in natura, interque creaturas: Psal. 104. omnia sapienter Deus ordinavit. Ps. 119, 91. Job. 38. Hinc ordo Planetarum: & sub cœlo apum, aranearum, granorum in leguminibus.

II. In Politia, Rom. 13, 12. qui devastatur per bellum: Vid. *Bellum* 1. Chron.12. vers.33. 36.38. Deuter.20, 9. Nehem. 4. Stabant ordine. Monastica. Ordines sunt Monachorum Classes, juxta diversa instituta viventium: Vid. *Monachus*. Illarum multiplicatio prohibita anno 1215. sub Innocent. 3. & 1273. sub Gregorio X.

III. In Oeconomia, Proverb.24, 4. cap.13, 11. Sir.18, 25.

IV. In Ecclesia, 1.Cor.14. v.ult. Coloss.2, 5. Luc.1, 8. Jer.30. Templum juxta ordinem fundabitur.

Et in communi vita pro variis vocationibus. 1.Corinth.7. Unus quilibet maneat in vocatione suâ, qua vocatus est. Ephes.4. in Ecclesia posuit alios Pastores, alios Doctores.

V. In Officio, Heb.5. v. 6. 10. cap.6. v. 20. cap. 7, 11.

VI. In Resurrectione, 1. Cor. 15, 23. V. *Resurrectio*.

§. 2. *Ordo est in Ecclesia Lutherana.*

Contra calumniam Ederi præfation. lib. 1. Mall. hæretic. D. Eckardus quæstion. 2. de Ord. Ecclesiast. cap. 4. sequent. Ipse quoque Lutherus gravissimè hac de re locutus est, Tomo 7. Witteberg. f.308. §. Dieses alles haben wir. &c. Apologia August. Confessionis articul. 13. §. Wo man das Sacrament. Etsi verò ut una est functio ministrorum, sic quoque æqualis eos inter est docendi autoritas; attamen necesse est inter multos esse primum, secundum, tertium, &c. Sic primus inter Apostolos Petrus Actor. 1. In Ecclesia primitiva vocabant προεστῶτα, Justinus in Apologetic. Conf. Campegium p. 206. a. b. & p. 207. §. Quod si: de potestate Papæ.

Ordines Pontificios (Ostiarii, Lectoris, Exorcistæ) Cajus Papa primus introduxisse commemoratur. Conf. de fide horum ordinum Catechism. Rom. part.2. q.12. c. 7. Olim in Ecclesia Primitiva duo solùm erant ordines, Diaconatus & Presbyteratus, fatente Papa Urbano d. 60. cap. nullus in Episcopum.

ORGANON.

Vid. supr. V. Oratio. Sunt indifferentis usus in Ecclesia; C. Tilenum in Syntagmate.

ORIENS.

§. 1. 1. Plaga cœli orientalis. 2. Christus Zach. 3,8. c.6,12. Luc.1,78. Malach.4. 2. Hebr. צמח, alii germen reddunt: Chaldæus in cap. 6. Zachar. sic reddit, i.e. Ecce vir Messias nomen ejus multiplicandus & revelandus. Malè igitur Zorobabel à Judæis & quibusdam Christianis Dd. intelligitur. Respicit hoc nomen (α) Deitatem Christi, quâ oriens ab alto dicitur Luc. 1. (β) Humanitatem & veritatem, quâ germen, Jerem. 23. 3. Admirabilem germinis productionem. V. supr. *Christus*: & in Prompt. Allegor. cap. de Christo.

§. 2. Pii quoque sint ejusmodi oriens. (1) Oriuntur renati è lavacro regenerationis, Joh. 3,5. Tit.3,5. (2) Progrediuntur in lumine cognitionis: Psalm. 36. in tuo nomine. Philipp. 3. (3) Pergunt in viâ piæ ambulationis: Philipp. 1. repleti justitiæ fructibus. (4) Oriuntur rursus è sepulchro gloriosæ resurrectionis: Johan. 5. qui in monum. sunt, audient, &c.

ORIGO.

1. *Mundi*, Hebr. 9, 26. Apoc. 13, 8. Ergò æternus non est: Hinc originalis mundus, 2. Petr. 2, 4.

2. *Familiæ*, 2. Sam. 21, 20. diei, solis, auroræ.

3. *Miseræ hominum nativitatis*: Ezech. 16. in die ortus tui non est præcisus umbilic. *Impuræ*, ratione seminis & peccaminosæ conceptionis: Psal. 51, 7. ecce in iniquitat. &c. *Squalidæ*, ratione loci, in quo hæremus: Psalm. 139. in inferioribus partibus terræ. *Fœda*, ratione alimenti.

4. *Calamitatis*, cum pro frumento oritur tribulatio, Job. 31. Esa. 34. Spinæ.

5. *Adversitatis & impatientiæ*: Numer. 11. ortum est murmur populi.

6. *Lætitiæ & refocillationis.* Psalm. 112. Exortum lumen.

7. *Christi nativitatis.* V. CHRISTUS.

8. *Illuminationis*, 2. Pet. 1. Lucifer in cordibus. Hic est semen ortum fructum faciens centuplum Luc. 8. Atque hic oritur lux cognitionis, doctrinæ, fidei, piæ ambulationis in luce, Esa. 60. sol veræ intelligentiæ.

9. Dei ortus est præsentiæ ejus manifestatio. Deut. 33, 2. Esa. 60, 23.

ORION.

Amos. 5. notat Regem Assyriæ turbulentum: sicut & Orion est nimbosus. Job. 9, 9.

ORNATUS.

§. 1. I. *DEI veri*: quo ille ornatus est, Psalm. 104, 1. 2. 3. & in creaturis conspicitur, in quibus apparet Dei summa bonitas, Roman. 1, 20. *Christi* seu sponsi cœlestis, Psalm. 45, 9. V. *Vestis*.

Fictitiorum Deorum fictitius quoque ornatus est: Fulmen Jovi, Tridentem Neptuno, frameam Marti, Clavem Herculi, Thyrsum Baccho quondam Ethnici assignabant. Deus noster unus est: unus omnia habet, fulmen iræ, tridentem auxilii, gladium pœnæ, clavam crucis & calicem tribulationis, Ps. 75, 9. Apage Ethnicorum ineptias!

§. 2. II. *Christianorum* ornatus est spiritualis in animâ 1. Petr. 3. quæ fit templum decoratum, sponsa ornata indumento justitiæ, Esa. 61. v. 10. quod tegat maculas in anima: arbores foliis, animalia capillis ornata. Ut cœlum stellis, terra plantis, mare piscibus, aër avibus: sic nos auro fidei, 1. Pet. 1. argento bonæ vitæ, Tit. 2. ornent in omnibus: bysso honestæ conversationis 1. Tim. 2, 2. 3. 9. multis coloribus omnigenæ virtutis Galat. 5. gloriosæ triumphationis. Apoc. 21, 12. 19.

§. 3. III. *Superborum*, qui ex superfluis vestium apparatibus constat. *V. Vestis.*

ORO.

Orare est amanter orare: 1. Thess. 4. v. 1. ex Emphasei Græcæ vocis ἐρωτᾶν: Arguit charitatem & solicitudinem Apostoli.

ORPHANI, PUPILLI.

Nominalia.

§. 1. *Orphani* è Græco sic dicti à voce ὀρφνή, quæ significat tenebras: Sedent enim orphani in tenebris, privati Sole patre, Luna matre, vel alterutro solum parente orbati. Vel ab ὀρφνὸς lucis expers, qui lumina vel oculos amisit, dicitur orbus, sine dubio ab ערב adverspérascere. Orphani quoque sedent in vespera tristitiæ, donec eos Pater orphanorum ad illud mane lætitiæ Psalm. 30, 6. ducat. *Orbi*, sunt membra Ecclesiæ militantis [Joh. 14, 18. Orphani dicuntur Apostoli: Non relinquam vos orphanos] & *Orphani*.

1. Orbati præsentiâ corporali & locali Christi, quâ gaudebant Apostoli.

2. Derelicti in mundo, huicque exosi, Johann. 15.

3. Tristes ut Orphani. 2. Cor. 6.

4. Aspirantes ad plenam libertatem: sicut orphani sub tutoribus constituti liberi tandem fieri, suique juris esse gestiunt, Galat. 4. sub tutore: Sic nos ad plenam libertatem filiorum Dei aspiramus, Roman. 8. 1. Johann. 3. Coloss. 3.

5. Desiderantes patrem cœlestem & cœli τὸ πολίτευμα Philipp. 3. Ut Orphani sæpè demortuorum parentum desiderium ægrè ferunt. Illic invenient patrem, matrem Esa. 66, 13. patriam veram, in qua nulla orbitas.

6. Infirmitatem nostram agnoscimus. Neque enim nos juvare possumus in hoc mundo: Sed omnis spes auxilii in Deo est cum Josaphato, 2. Chron. 19, 20. 31. Nam Deus verè ille est, qui eripit miseros, Job. 29. v. 12. Orphanus non habet adjutorem; neque nos nostro consilio juvare possumus: Jer. 10. Non est in potestate viri, &c. Ergò: Tu rege consiliis actus pater optime nostros! Thren. 5, 3. Sumus pupilli & caremus Patre: Tu verò pater noster es, ubi nos pater materque destituunt, Ps. 27, 10. Esa. 64, 16. Mater nostra vidua est. Terra certè mater nostra est, Sir. 40. Sed vidua est, ipsa solamine viduata, nos viduans solamine.

§. 2. *Officia erga Orphanos.*

1. *Dare illis*, Job.31. v. 17. ac libenter illis de noſtro communicare. *Non nocere eis*, Exod.22. verſ.22. *Jus non mutare* pupillis, aut pervertere Deut. 24, 17. Maledicuntur enim hi, qui hoc faciunt Eſa.10.v.3. Non *occidere*, Pſalm.94,5. Non *rapere bona* Job.24.verſ.3.9. Non *levare manum* ſuper eos, Job.31, 21. Deuteron. 17,19. Confer Pſalm.82,3. *Non deglubere*, Jerem.22,3. Ezech.22,8. Publ. Valerius Agricola orphanis & viduis tributum lubens remiſit. l. ætat.3. de cenſib. in Pand.

Curare benè, Sir. 4, 10. Ibidem additur præmium: Eris filius altiſſimi. Zwing. fol. 3253. b. Theatr. *Non irruere ſuper pupillum.* Lex XII. Tabularum tutores conſtituit eos, qui poſt mortem pupilli bona curarent. Contra ſtatuit Solon, qui & vetuit, ne curator cum matre pupillorum habitaret. Bello Punico ſecundo res & bona pupillorum in cenſum publicum relata ſunt, publicâ fide cuſtodienda: Sabellicus libro quarto Ænnead. 5. *Non inhiare illorum bonis.* Matthæi vigeſimo tertio. Hinc Valentinianus I. decreto cavit, ne domos viduarum & pupillorum Clerici adirent. Sigonius libro ſeptimo imperii occidentalis. Job.6,27. Non vacuas dimittere. Job. 22, v. 9. *Non opprimere.* Jerem. 7. 6, c. 22,3. Zachar.7. verſ. 10.

3. *Non nocere.* Exod. 22. non nocebis eis Ezech. 21. pupillum & viduam, &c. Earum bona non invadere, Prov. 23, 10.

4. *Viſitare, providere*, proſpicere, juvare eas. Jacob.1.v.ult. Deuter. 14, 29. c.16,11.14. c. 24, 19. ſeq.

5. *Cauſam illorum judicare*: Pſalm. 82. v. 3. Eſa.1. v.17.23. Jer.5.v.28. & eas ab oppreſſione liberare, Job.29. verſ. 12. cap.31. verſ. 17.18.21. In inclyta Lubeccenſium Republica peculiaris orphanis & viduis eſt conſtitutus magiſtratus, qui vocatur: Die Waiſen-Herren. Et apud Heſychium memorantur ὀρφοβόται, i. e. ἐπίτροποι ὀρφανῶν præfecti curatores orphanorum.

§. 3. *Dei cura de Orphanis ſignificatur*

1. Nomine: dicitur enim Pater orphanorum Pſalm. 68. Apage igitur Orbonam deam Gentilium, coli ſolitam ne orbos faceret, & cum facti eſſent, horum illa curam gerere ſtultè credebatur. Vid. Arnob. lib. 4. Plinium lib.2. c. 7. N. H.

2. Opere. Eſt enim adjutor eorum, Pſalm. 10. verſu 14. Non relinquit orphanos, Johann. 14. verſ. 18. Clamantes audit Oſeæ. 14. Famelicos nutrit. Deuteronom. 24. verſ. 20. Cauſam & juſtitiam eorum protegit Exod.22. verſ. 22.23. Deuteron. cap.14,29. cap. 16, 11. 14. cap. 24,19.29. capite 26. verſ. 12. Exod.22. verſu 22. Deuteronom. 10. verſu 18. Pſalm. 10. verſ.18. & 82,3. & 146, 9. Proverb. 23. verſ. 10. Eſa.1, 2.3. Jerem. 5,28. c.7,6. Zachar. 7, 10. Perſecutores illorum punit, Exod.22. v.23. Malach. 3. verſ. 5.

§. 4. *Orphanorum v. officia*

Timere Deum toto corde, eique confidere. Sequi conſilia tutoris, Eſther.1. verſ.20. Caſtitati ſtudere: Tutoribus obœdire.

ORPHANATUS eſt aliquando

1. δοκιμασία in liberis fidelium & piorum in Domino morientium: Pſalm.112. ſemen juſtorum, &c.

2. Τιμωρία verò in filiis malorum. Pſalm. 109.v.9. Eſa.9,17. fiant filii ejus orphani. Exod. 22. verſ.24. Quos moriturus ſcilicet non ſine ſummo animi angore impius ſæpè videt, cauteriataque conſcientia iſtos deplorat. Confer Eſa. 9, 17. non miſerebitur pupillorum, &c. cap.3,10. ibidem Malach. 3, 5. Confer ſapientiſſimas Platonis leges de Tutoribus orphanorum libro XI. de legibus, numero quatuor inſigniores, quas repetit Chryſoſtomus Javell. Tom. 2. Epitom. in Politic. Platonis, quod ita habet: Non ille orphanus eſt, cujus pater obiit: ſed orphanus eſt, qui ſcientiam non habet nec eruditionem.

OS, *Oris, Labia, Lingua.*

§. 1. Cauſa *efficiens* Exod.4,11. *Finis* 1. reſpiratio. 2. cibi ſumptio. 3. loquelæ formatio. 4. ſuperfluæ humiditatis ejectio.

Tribuitur Deo, quoties aliquid manifeſtare decernit, promittit. Loca in S. literis infinita ferè extant: Eſa. 1,20. cap. 40,5. Mich. 4, 4. 1.Reg.8, 15. 2.Chron.6,4. Deuteron. 8,3. Vel cum ira ejus deſcribitur, Pſ. 18, 9.

Chriſto, ſive myſticè, ſive corporaliter. Cant.1,1. 2.Theſſ.2,8.

Angelo malo, Apoc. 12,15.16. c. 16, 13.

Homini propriè 2.Regum 4. verſ.4,34. Tropicè & denotat faciem, Actorum 23. verſ. 2. 3. præſentiam, Jerem. 23, 4. Numer.12,8. Deuteron. 5, 4.

Miniſtro Dei, Jer. 15,19. Hominis *Truculentiæ*, Eſa. 9, 12.

§. 2. Rebus variis os in ſacris literis tribuitur, cujus ſignificatio patet à locorum circumſtantiis. Sunt præterea phraſes complures ex hac voce, verbi gratiâ:

Ambulare in ore Patrum Pſ.49,14. Annunciare ore laudem Dei Pſalm. 51, 7. Aperire os, eſt liberè loqui graviter & de rebus eximiis, Job.3,1. Ezech.29,21. & cap.33,27. Epheſ. 6, 19. Actorum 8, 35. c. 10, 4. Pſal. 119, 130. apertura ſermonis tui illuminat. 2. Cor. 6, 11. Sir. 39, 7. Matt.5,2. Vel alicui patrocinari Prov.31,8. Aſſumere pactum Dei in os Pſ. 50. v. 16. Benedicere ore Pſal. 62. v.9. Blandiri ore Pſal. 78, 36. Job 5, 16. Celebrare ore Pſalm. 109, 30. Cuſtodire: hæc cuſtodia à Deo petenda eſt Pſalm. 141,3. Claudere os, tacere Job 5. verſ. 16. Claudere os per ſpem & patientiam, Pſalm.39. Clamare ore ad Deum, Pſalm. 65. Dare os ſuum, permittere ut peccet os. Dilatare os, Pſal. 81, 11. Deponere ex ore obſcœna Col.3, 8. Egredi ex ore, promittere Num. 30, 3. c.32, 24. Fallere ore Pſal. 78. Facere ora, rugas contrahere Job. 15. verſ. 27. Guſtare ore diſcretionis,

quàm suavis sit Dominus Psalm. 34. Implere laude Psal.71. Incalescere os Job.30. v.30. Increpare Job.23. Interrogare Johann. 9,14. i.e. consulere. Irritare os Jehovæ Deuter.26.v.43. Lambere de manu ad os Judic.7.vers.6. Loqui grandia Daniel.7. id est gloriari. Mentiri ore Psalm. 78. Mordere ore: Maledicere ore Psalm. 10. v. 7. Meditari sapientiam Psal.37. vers. 10. Mutare os, i.e. rebellare. Jos.1.v.18. Nuntium in ore 2.Sam.18,25. i. e. affert nuntium. Osculari ore Cant. 1. v. 1. Sese osculari Psalm.85. v.11. ubi regni Christi pax exprimitur. Non parcere ori Job.7,11. Ponere os in pulvere Thren.3. v.29. humiliare se Gen.19. v.1.cap.42.6. Psalm.72. coram illo procident. Confer Esa.49. v.23. Supplices olim solebant terram osculari, ut sibi propitios redderent Reges: Dionys. Halicarnass. lib.41. sit summa. Notat hæc phrasis. 1. Adorationem. 2. Patientiam & fortitudinem. 3. Humilitatem. Os in cœlum, contra notat expostulare cum DEO, impatientem esse. Replere os laude Psalm.71. v. 8. satiatum bono os Psalm.103,5. servare ab ore i.e. calumniis Job.5,15. Transgredi os i.e. 1.Samuel.15. v.24. inobœdientem esse. &c. Hæ phrases & consimiles plures aliæ ad suos titulos vitiorum & officiorum revocandæ sunt. Hîc indicâsse sufficiat.

§. 3. *PORRO sit os nostrum*

Vena vitæ, Prov.10,11. dans 1. miseris solatii vitalem sanguinem. 2. largiter fluens. 3. Os impiorum est stagnum maris mortui.

Non dolosum, Ps.55,22. nam dolosos abominatur Dominus: Simus igitur in charitate ἀνυπόκριτοι Rom. 12.

Sed arbor fructifera, Prov. 12, 14. cap.13,2. cap.18,20. ferens fructus Dei laudis, & navatæ proximo utilitatis.

Domus clausa & obserata, Sirac.23. 1.Petr.3. Psal.34. ne temerè verba effluant.

Laudis divinæ officina Psal.34,1.2. Ps.103,2.3. semper aperta, diligens, vigilans: Psal. 22. nec nocte silebo.

Proximo tuo medicina, in adhortando, docendo, consolando, consulendo, corrigendo, erigendo.

Civitas muro prudentiæ clausa. Sicut murus oris est, ut Homerus loquitur, ἕρκος ὀδόντων, septum dentium.

Non rapinarum schola: Ora animalium sunt thecæ rapinarum, v.gr. leonum, luporum. Noli os dilatare super innocentem Ps. 35.

Non calumniarum theca. V. *Calumnia*.

Non maledictionum: Psal.61. in corde suo maledicebant. Ps. 109. Non hypocriseos Esai. 29. ore suo appropinquavit. Non superbiæ. Ps. 73. posuerunt os in cœlum.

OSCULUM

Varium & Multiplex.

§. 1. *Pietatis: Christi & Ecclesiæ* Cant.1,2. c.7,5. Significatur (1) jus sponsalitium inter Christum & Ecclesiam: Ose.2. despondsabo te mihi &c. (2) unionem inter eundem Christum & Ecclesiam. (3) consolationem & institutionem, quam sibi à doctrina Christi Ecclesia unicè promittit: Ps.2. osculamini filium. Huc Luc.7,38. & 45.

Charitativum: Patris misericordis filium in gratiam recipientis, Luc. 15, 20.

Idololatricum, Job.31, 26.27. quod figebant simulachris ii, qui solem & lunam adorabant, Ose. 13. v. 2. & humanas victimas offerebant, 1.Reg.19,18. quod malum & idololatricum est, Deut.17, 2.

Subditorum in signum subjectionis, Gen.41, 40. Ps.2,7. osculamini filium. 1.Reg.19,18. Ose. 13,2. Senatores olim osculo excipiebant Principes Romanos; Testis Suetonius in Nerone.

Tristitiæ, Gen.50,1. cap.27,27.

Parentum, Gen.31,35 55. 2.Sam. 14. & 33. & Liberorum, 1.Reg.19,20. Fratrum, Exod. 4, 27. Gen.33,4. Cognatorum, affinium, Exod.18,7.

Charitatis, 1.Sam.20, 41. Cant.1,2. Gen.45, 15. c.50.1. Actor.20.37.1.Cor.16,20. 2.Cor.13,12. 1.Thess.5,25. 1.Pet.5,14. Gen.33,3.4.

Lætitiæ, Gen. 45,14. c.46,29. c.48,18. Exod. 4.27. Gen.29,11.12.13. 1.Reg.10,1. 2.Sam. 14, 33. Tob. 12, 12.

§. 2. *Amicitiæ communis:* sic Gentiles quoque sibi obvios salutabant. Xenophon lib. 1. pæd. Cyri. Herodot. in Clio: Quod frustrà Tiberius prohibere voluit, teste Suetonio.

Reconciliationis, Gen.33,4. 2.Sam.14. ult.

Adulteræ, de quo osculo Salomon Prov. 7, 13. estque luxuriosum, libidinosum.

Valedictionis, 1.Reg. 19, 20. Ruth.1. v.10,14. Act.20,37. Genes.31,32. 2.Sam.19,39. 1.Reg.19, 20. Tob.7,6. c.9,8.

Proditionis: vel osculum fraudis inimici: Prov.27. 6 meliora sunt vulnera diligentis, quàm oscula inimici. 2.Sam.3,27. c. 20. v. 9. Matth. 26, 48. 49. Huc Judæ osculum, quod fuit via interitûs Matt.26,49. Vid. Chrysost. in Ps. 140. Prov.27,6. 2.Sam. 15, 5. Collatæ dignitatis & insuper conjunctionis: sic in collatione laureæ Magistralis & Doctoralis osculum infigi, scribit Abulensis in Gen. 27.

Ethnicum: ob affinitatem Romani olim oscula sibi figebant, Zwing. theatr. fol.75.a. ob amicitiam, ut paulò ante dictum.

Hospitalitatis, Luc. 7,38. & salutationis, ut notat Maldonat. in h.l. Censor M. Cato C. Manlium senatu movit, quod uxorem, præsente filiâ, deosculatus esset. Vives p. 464. de offic. Christianæ fœminæ.

§. 3. *Osculum Sanctum*, Rom.16,16. 2.Corint.13. vers. 12. & Pacis 1. Pet. 5. Solebant olim ante usum Eucharistiæ se excipere mutuis osculis, dicentes: *Pax tecum*; in signum reconciliationis (Cyrillus Catech. v. Mystag. Tertullian. lib. de Orat. vocat Orationis symbolum. Adde Baronium Anno Christi 45. Justinum Mart. Apol. ad Antonin. Origenem in c.16. ad Rom. Clement. Alexandrinum 3. pædagog.) ac reverentiam corporis CHRISTI, quod per os intret. Chrysostomus homil. 30. in 2. ad Corinthios. Athenagor. oratione pro Christian. Cassander in Liturgic. capite vigesimo nono.

Olim etiam *Baptiſando* dabatur oſculum poſt inſufflationem, Cyprianus libr. 3. epiſt. 8. Cæterum illud oſculum olim ſublatum eſt, & pro eo tabella ad oſculandum propoſita fuit in Eccleſia.

Opponitur hoc oſculum ſanctum carnali, libidinoſo, falſo Judæ oſculo, & Joabi 2. Samuel. 20.

Liminibus Templi. Tibullus libro primo Eleg. 2.

Manui. Catonis manus de provincia ſecedentis deoſculati ſunt milites, teſte Plutarcho. Ab Ethnicis derivat hunc morem Muret. lib. 10. c. 1. variarum lection. Meminit ejuſdem Minutius Felix in Octavio, Apulejus Apolog. 1. Henricus Mollerus in Pſ. 2. qui ſolebant manus ad ſidera extentas ori admovere, easque oſculari. Et huc facit locus Job. 31. qui negat ſe manum extendiſſe & oſcula ei libaſſe.

Oſculorum *frequentiam in Britannia, Gallia* reprehendit Johan. Ludov. Vives, Valentinus lib. 1. p. 283. de offic. fœm. Chriſtianæ: Quòd illa libidinum quandoque fomenta exiſtant.

Jam verò Sehrlogi de oſculis & tactibus ſententiam, ut & Leſſii, refutat Areſius Clericus Regularis, p. 72. 73. velitat. in Canticum Canticor. Hic quoque conferendus libro 9. diſp. 46. num. 13. qui impudicos actus, &c. pro venialib. habet: ex Allegor. Samuel. de Lublin. V. Oſcul. num. 8. in ſummâ.

Plura deſiderans adeat Lipſium in Electis: Lælium Biſciolam in horis ſubciſivis: Muret. lib. 10. variar. Lection.

De Oſculo *Pedum Papæ*, Vid. *Papa.* Quando cœperit hoc oſculum, ignotum eſt Petro Cotono lib. 2. p. 279. inſtitut.

OSIRIS.

Ejus ſacra abdita, Theodoret. ſerm. 1. de fide ad infidel. Græc. Significat multioculum: Fuit Joſephus. Os, Ægyptiis ſignificat multum. Iris verò oculum, quod ſapientiam Joſephi indicat. Vide Plutarch. lib. de Iſide & Oſiride, qui hunc etiam vocat *Arſaphen*, quod ad nomen Joſephi accedit: qui agri colendi rationem Ægyptiis monſtraſſe dicitur. Idem fuit Seraphis, quaſi Sar apis, princeps bovis, quod latè deducit Corn. à Lapid. in Geneſ. 41. ſub finem, & Franc. Philelph. libro 2. conviviot. p. 107. Euſeb. libro 2. capit. 6. demonſtr. Evangel. dicit, Oſiridem ſolem eſſe.

OS. OSSIS.

§. 1. Priſcis etiam oſſum, Priſcian. lib. 6. de partib. orat. Auguſtinus libr. 3. c. 3. de Doctrina Chriſtiana. Græcis ὀςέα contractè ὀςᾶ. Varinus παρὰ τὸ ςῶ, ἤ ἵςημι: ὅτι τὸ αἴτιον τῆς ςάσεως ὀςᾶ.

Sunt partes corporis ſimilares, ſolidæ.

Cauſa efficiens DEUS Job. 10, 11. Pſalm. 139. verſ. 15.

Proxima, virtus facultatis formatricis, ab anima profecta, in ſemine deliteſcens, cui hæc vis ὀςεοποιητικὴ inſita eſt.

Materiam Medici & Phyſici faciunt craſſamentum ſanguinis materni, non ſemen: hoc enim agit in illud. De quo eruditiſſimè noſter D. Eichſtadius in Oſteologia ſua.

§. 2. *Finis* oſſium eſt, ut ſint (1) muri & propugnacula mollium partium corporis. (2) Suſtentatio corporis, Philoſoph. libro 2. de part. animal. c. 9. Cicero lib. 2. de natura Deorum. (3) Subjicit, eſſe accommodata ad omnem corporis actionem. (4) Membrorum colligatio: Job. 10. compegiſti me, & Ezechiel. 37. De his latius Anatomici: & Confer Doct. Magir. commentar. in lib. de anima, Gal. lib. 9. de Adminiſtrat. Anatom. Cæterum de oſſibus variæ ſunt Phraſeologiæ: Dicuntur enim oſſa *adhærere* carni Job. 19. i. e. macilentum & triſtem ac planè confectum eſſe viribus. *Areſcere* Job. 30. Pſal. 102. exſuccum eſſe & doloribus confectum. *Benedicere* Pſal. 35, 10. cum quis ex tota anima Deo gratias habet. *Confringi* Pſ. 51. metu iræ Dei perterrefieri. *Conturbari* Pſ. 6, 3. & 31, 11. & Pſ. 38, 4. & 71. 10. & 102, 4. *Cuſtodiri* Pſal. 34, 11. à manu Dei, etſi non in aurea pila recondita, nec in ampla columna aſſervata, ut oſſa Trajani. *Diſpergi* Ezech. 6. pœna ſignificatur vaſtationis, occiſionis, & mortis crudeliſſimæ Pſal. 141, 7. *Diſſipari* Pſal. 53, 6. affici ignominia, magno potentiæ Dei ſigno: *Exſiccari* Prov. 17, 23. *Exultare* Pſal. 51. ſummo affici gaudio. *Exuri* Pſ. 102, 4. *Germinare* Eſ. 66, 14. ſummâ affici lætitiâ, poſt clades à Deo refici ac recreari. *Gladius in oſſibus* Pſalm. 42. v. 11. ut Luc. 2. Gladius pertranſibit animam. V. *Gladius.* Ignis in oſſa miſſa Thren. 1. verſ. 13. Jer. 20, 9. eſt ſenſus iræ Dei & conſcientiæ mordentis. Os eſſe ex oſſibus. V. mox. *Terreri.* Pſal. 6, 3. in conſcientiâ ſenſu iræ Dei percelli & graviſſimè extimeſcere.

§. 3. *Oſſa inſuper monent de pluribus:*

DEI omnipotentiâ mirabiliter omnia formantis, eaque inter ſe variè conjungentis, ad numero plurimos ſcopos ordinantis. Vide Galen. libro de formatione fœtus, & L. Leſſium libro 1. de Providentiâ Numin. Ration. ſexta. Adde Eccleſ. 11. v. 5. Job. 10. verſ. 11. Pſal. 139, 15. *Juſtitiâ* Jer. 8, 1. 2. Ezech. 6. verſ. 5. *Peccati fœditate:* Oſſibus hominum impleta loca, idololatriæ ſacra, 2. Chron. 23, 14. 16. 20. cap. 34, 5. Ezech. 6, 5. Confer Matth. 23, 27. *Hominis robore*, Prov. 25, 15. Geneſ. 49. *Chriſti & noſtri ſpirituali unione:* Ut enim os ex oſſibus eſſe notat conſanguinitatem & propinquitatem, Gen. 2. c. 29. Jud. 9. 2. Sam. 5. c. 19. 1. Chron. 11. Sic nos ſpiritualiter os ſumus de Chriſti oſſibus, Epheſ. 5. v. 29. Vid. Tit. Unio cum Chriſto. *Sepulturæ honeſtate*, Joſ. 24, 32. 1. Sam. 31. v. 13. Heb. 11. v. 22. *Reſurrectione*, 2. Reg. 13, 21. Ezech. 37.

§. 4. *Mali & Peccatores ſimiles oſſibus.*

1. Duritiâ & obſtinatione, Romanor. 2. 2. Vacuitate pœnitentiæ. 3. Devotionis frigiditate & ſpirituali ſiccitate. 4. Inſenſibilitate iræ Dei & peccatorum, Epheſ. 4. ἀπηλγηκότες. 5. Occupantes Eccleſiam, eamque non tàm fulcientes, quàm oſſium ad inſtar fractorum,

pios

pios in ea pungentes & affligentes, ut olim: V. Berchorium, hac voce OS: ſic & hodiè Ecclesia ſub draconibus. Pſ. 44, 20.

§. 5. *Magiſtratus (ſic & Eccleſiæ Rectores) Oſſa ſint Corporis Eccleſiæ Spiritualia.*

1. Conſtantiâ animi & ſoliditate adverſus avaritiam, invidiam, triſtitiam. Vid. *Magiſtratus.*

2. Tolerantiâ, ut ſuſtineant infirmos, his ſerviant, ut oſſa corpori toti, & membris.

3. Connexione cum collegis, per nervos & ligamenta concordiæ & charitatis.

4. Mollitie: ut enim caro mollis tegit oſſa; ſic blanda charitas & paternum regimen magiſtratus omnia molliat, faſtum præeminentiæ temperet: Miſera oſſa, faſtu inflata, nullâ carne benevolentiæ ſubditorum! id expertus eſt Rehabeam 1. Reg. 12.

5. Medulla pietatis & manſuetudinis.

6. Nervis charitatis & paterni affectus & fidelitatis erga eos, quos regunt; non rodant, ut lupi famelici, Sophon. 3, 3.

OSTENDO: exhibeo, declaro, communico. *vid. paſſim in S. literis.*

OSTENSIO.

1. Corporalis, rei corporeæ, Deuteronom. 34. v. 1.

2. Spiritualis, ſic pater in filio oſtenditur, Joh. 14. Epheſ. 2, 7. oſtendere bonitatem Deus dicitur, &c.

Oſtentatio, *V. Gloria, jactantia.*

OSTIUM, Oſtiarius.

§. 1. I. Propriè dictum oſtium Aviæ, Geneſ. 6. verſ. 16.

II. Chriſtus, vid. paulò poſt.

III. Cœli, eſt revelatio viſionum cœleſtium & myſteriorum. Apoc. 4, 1.

IV. Verbi prædicationis, Coloſſ. 4. verſ. 3. 2. Cor. 2, 12. Apoc. 3, 8.

V. Cordis humani, Apoc. 3, 20. quod Deus ipſe aperit, Luc. 24, 45. Act. 16, 14.

VI. Gratiæ; aliquando claudendum, Matt. 25, 10. Luc. 13, 25.

VII. Oris & labiorum, V. *Lingua.*

VIII. Sapientiæ myſticæ, Prov. 8, 3.

IX. Otii & luxuriæ libidinisque, Prov. 5, 8. Joh. 31, 9.

X. Devotionis, ſanctè claudendum in oratione, Matt. 6. v. 6. ne ad ſuperbiam patefacias cordi tuo feneſtram.

§. 2. *Oſtiarii* olim erant in Eccleſia:

Horum officia.

1. Cavere, ne ſacræ Eccleſiæ indigni ſeſe admiſcerent: Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus.

2. Prohibere, ne quis malum in cœtu ſacro deſignaret.

3. Educere templo Catechumenos, & pœnitentiam agere juſſos ante cœnæ Domini adminiſtrationem.

4. Occludere templum peractis ſacris. Chryſoſt. homil. 18. & 24. in Matt. & homil. 18. in 2. ad Corinth.

Oſtiarius Joh. 10. Chryſoſt. & alii Græci Moſen intelligunt; Minus aptè! Auguſtin. Chriſtum, qui eſt oſtiarius exemplo & doctrina & morte. Spiritus S. Cyrillo & Theophyl. inſpiratione ſcilic. dum inſpirat bonam mentem, cor illuminat, è lapideo carneum facit. D. Lutherus fideles Chriſti miniſtros intelligit

1. Oves cuſtodientes in doctrina.

2. Ignavum pecus (falſorum puta Doctorum) ab ovili prohibentes, aditu in Eccleſiam.

3. Oves ipſas in gloriam ſummi Paſtoris ſedulò paſcentes, in Poſtill. Eccleſ. feria III. Pentecoſt. Ejuſmodi Oſtiarii fuêre Moſes, Prophetæ, Johannes.

4. Chriſto viam præparantes legis prædicatione, & Evangelii ſuggeſtione, quæ eleganter noſter Lutherus d. l. perſequitur.

§. 3. *Oſtium, Joh. 10. Chriſtus.*

1. *Docendo*, quomodo nos ambulare debeamus Joh. 12.

2. *Exemplo ſuo prælucendo*, Humilitatis, Obedientiæ, Patientiæ, Matt. 11. Philipp. 2. 1. Petri ſecundo.

3. *Aperiendo* cœlum morte ſuâ, quod omnibus aliàs erat clauſum Johann. 3, 13. Ezech. 44. verſ. 2. aperuit Chriſtus. Vide Allegor. 455.

4. *Aperiendo idem* per Baptiſmum, Matt. 3. cœli aperti.

Verè janua cœli, Gen. 28. quam vidit fide Jacobus. 1. Joh. 1. v. ult. Janua *humilitatis*, Matt. 11. diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: Inexpugnabilis, claudens nos ac conſervans, ut Geneſ. decimonon. angelus claudebat oſtium.

Auguſta Matth. 7. ratione veprium hujus mundi, per quam tamen patet aditus ad patrem Joh. 14, 3. Rom. 5, 2. Epheſ. 3. Oratione noſtrâ per hanc intramus ad patrem.

Unica: Per ſolum enim Chriſtum intramus in cœlum. Una erat feneſtra & janua arcæ Noachicæ. Una arbor vitæ in Paradiſo. Hæc paſcit: illa nos ab aquis diluvii immunes præſtat. Veritatis: & per Catholicam fidem ingredimur hoc oſtium. Præſtat oſtii vicem I. nos immittendo per baptiſmum (1) in Eccleſiam, ut olim loti prius Levitæ Exod. 30. verſu 20. (2) Ad thronum gratiæ Hebr. 4, 16. Rom. 5, 2. Epheſ. 3, 2. (3) In patriam cœleſtem Johann. 14. v. 3.

II. Nos emittendo Zachar. 9, 11. è carcere hujus vitæ, Luc. 16. ad pacatam vitæ æternæ ſtationem; Apocalypſ. 14. Beati mortui in Domino.

III. Muniendo & protegendo nos, ut olim oſtium arcæ Noachum Geneſ. 7, 16. Lothum cap. 19, 10. Greg. Nazianz. de Chriſto Orat. 36. Via eſt nos ducens per ſe, oſtium, ut introductor.

§. 4. *Officia noſtra.*

Intrare debemus per oſtium Chriſtum Jeſum, tàm oves, quàm Paſtores.

1. Per Principia Christianæ religionis, quæ convellit hæreticus.

2. Per Principia gratiæ: sic non intrat Simoniacus.

3. Per Principia libertatis: sic non venit potenter intentus & superbus.

4. Per Principia simplicitatis: sic non venit dolosus per hoc ostium ad cœlum.

5. Non negligere ostium hoc, sicut facit is, qui ascendit aliunde in ovile:

1. Per ambitionem ut Lucifer, Core, Dathan & Abiram.

2. Per parietem perfossam, ut Simon Magus.

3. Per fundamenta suffossa, ut Arius & hodie Socinistarum manipulus.

6. Ostium cordis aperire. Apoc.3. Sto ad ostium &c.

Stare ad ostium est viatoris ac pulsare. Ecce tecum Christus in via est, pulsat ad ostium cordis, aperi pulsanti in via, ne pœniteat te in vitæ fine & meta.

Aperi cor compatiendo misero Col.3. Luc. 6. aperi ostium aurium ad percipiendum DEI verbum.

Et mundo & voluptatibus claudere debemus, nec concupiscentias intromittere. 1. Johann. 2. vers. 15. & benè hoc ostium cordis servare debemus, ne fur Satan intret, & thesaurum verbi auferat Luc. 8. ne intret aqua avaritiæ. Sint piæ animæ similes Ostreæ marinæ, quæ etsi in mari clausa sit; tamen aliquando se aperit ad rorem cœlo delapsum: Ita cor claude, ne sorbeat aquas mundi marinas. Aperi cor, & rorem cœlestem suscipe è verbo DEI.

§. 5. *Janua DEI Triplex:*

1. Misericordiæ ad condonánda peccata: per hanc januam ingrediuntur ad Deum per fidem Jesu Christi, omnes afflictæ animæ, humiliati spiritus.

2. Gratiæ, quæ datur ad operandum bona opera, quæ in nobis omnia bona operatur 1. Corinth. 15. gratia ejus non vacua.

3. Gloriæ, ad possidendum æterna bona. Matth. 25. Janua aperta.

Ostracismus. v. Bellum.

OTIUM. *Tituli vicini, Ignavia, Socordia, Pigritia. Somnolentia.*

§. 1. *Quid & Quotuplex?*

Otium est quies & cessatio à labore ac opere.

Est 1. Sacrum, ut quies & otium à laboribus servilibus. V. Sabbathum.

2. Honestum, quod virtuti congruum & corporis refectioni necessarium.

3. Turpe, quod vitiis litat, & emancipat eisdem homines. 1. Tim. 5, 13.

Causæ inducentes hominem ad otium.

Neglectus divini mandati. Gen. 3. in sudore vultus &c. Amor sui; cum metuit homo nimis sibi & carni suæ. Contra 1. Cor. 9. subigo corpus meum. Rom. 13. carnis curam &c.

§. 2. *Otiosorum negotia.*

Dormire, stertere, Prov. 6. v. 7. 8. 9. *Vacare malis* cogitationibus, non enim non illis vacat, qui rebus hostis operam suam non emancipat. *Curiositati* alienarum rerum indulgere, otium enim genitrix & mater curiositatis. *Terere frustra* vestes, terram, calceos. Bona *parta consumere*, & abligurire bona patria. *Defodere thesaurum* à Deo commissum, ingenio rubiginem inducere, quippe extra Xystum exercitationis constituti.

Verbis otiosis litare & alios lædere. V. Drexel. Tractat. 12.

§. 3. *Itaq; fugiendum otium:* Est enim

1. *Contra Dei præceptum.* Gen. 3. in sudore. At hic excludit otium.

2. *Charitati inimicum*, quæ jubet proximo inservire, non sibi soli vivere.

3. *Rejectum etiam à sanioribus* Ethnicis. Otiosos Solon gravissima pœna afficiendos, etiam capitis, Draco censuerunt. *Antoninus Pius* salaria otiosis subtraxit, dicens: Nihil esse sordidius, imò crudelius, quàm si Rempublicam arroderet is, qui nihil in illam suo labore conferret. Julius Capitolinus in viâ ejus. *Sardoa* lex in otiosos hujusmodi constituta fuit, ut victus & vitæ rationem reddere sint jussi. Ælianus libro quarto variarum historiarum.

Nabathæi otiosos non secus ac patriarum opum dilapidatores pœnis multabant. *Massilienses* homines otio deditos sub Religionis prætextu finibus suis pellebant. Autor est Valerius Maximus. V. Plura, si vis, Textor. col. 1330. in officin. Richter. Axiom. Oecon. 236. 237. *Lucani* otiosis dicam scribunt.

4. *Proximo nocivum*: Hunc enim non juvas, huic non prodes, tibi soli vis natus esse videri. Contrà: non solum nobis nati sumus, ait sapientissimus Plato.

5. *Reipublicæ damnosum*; quippe in illa non ferendi otiosi, nec magistratus in ea otiosus esse debet. Hinc Dionysius Syracusanorum Rex, absit (dixit) ut mihi otium accidat. Erasm. lib. 5. Apophthegmat.

Ordini justo contrarium. Xenophon. Dii ante virtutem posuerunt sudorem.

Ordinationi Dei adversum. Vult enim Deus omnes homines laborare in hoc mundo, & in sudore vultus frui pane. Gen. 3.

A Spiritu Sancto prohibitum: Sacra Scriptura dissuadet pigritiam. Psalm. 128. laborem manuum tuarum comedes. Otium & pigritia filia & mater ambæ fœtæ damnis noxiis.

Damnosum: præcipitat namque hominem in mala maxima, eumque necessario victu & amictu spoliat. Qui enim non colligit in æstate, in hyeme egebit: & proximum officiis humanitatis & charitatis defraudat, non secus ac manus in sinu reposita nullam operam capiti vel pedibus præstaret. Conf. Chrysost. hom. 16. ad Ephes.

In Deum injurium, sumus ejus servi, servos desides abominatur Dominus, Matthæi vigesimoquinto; imò ipsimet abominamur, si qui sint desidiosi famuli domi nostræ.

Femx malarum cogitationum: Hæ enim in otiosis potissimum dominantur. Sicut per rimas aqua se in navem paulatim insinuat: sic quoque otium est malarum cogitationum rima.

Paupertatis Genitrix. Prov.6,11. c.10,4.5. c.12,11. c.13,4. c.19,15. c.20,4. c.24,30.31. c.21,15. c.28,19. Eccl.10,18. Sir.25,2.

Nutrix Turpitudinis: nihil enim otio est deterius & nocentius.

Quæritur Isacides, quare sit factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat.

Procreatrix maledictionis: Jerem. 48. v. 10. Maledictus, qui opus Domini facit negligenter.

Mala multa operatur: Facit namq; otium, ut obliviscamur divini præcepti, Gen. 3. in sudore vultus tui &c.

§. 4. 1. *Docet mala* multa adolescentes, viros, senes:

2. *Affligit otiosas manus*, quæ nihil operatur.
Fertilis, assiduo si non renovetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit, ager.

3. *Simile*: Ignis sine pabulo extinguitur; Aëer, Aqua pigrescentes putrescunt, terra tribulos procreat: sic homo ociosus omnia vitia progenerat.

4. Docet multa tristia, imbuit mentes tristibus conceptibus: quæ si utilibus curis occupetur, DEO innixa utilia cogitat & meditatur.

5. Multa inutilia, ut ager incultus, vid. Senecam de Tranquillitat. anim. libro secundo.

6. Temporis, depositi augustissimi, amissionem: tempore nihil pretiosius: Hoc qui perdit otio, gravissimè peccat. Vid. P. Crinitum lib.2. c.12. de honesta disciplina.

Otiosi per totum diem Matth. 20. Pertinent hæc verba ad complementum Parabolæ. Nihil ad literam propriè significant; neque ex intentione Christi dicentis, quæ in fine Evangelii illius describitur. Applicatur verò moraliter contra eos, qui otium diligunt, servire recusant Deo, vel cessant in vineâ suâ.

§. 5. *Reipubl. nocet*: Rectè Scipio Nasica, quibusdam, res humanas in tuto esse, glorantibus, respondit: Nunc demum in summo sumus periculo, postquam nulli supersunt, quos timeamus vel revereamur. Erasmus 5. Apophtegm. Confer Conr. Lycost. in Apophth. movet seditiones, ut videre est ex historia Romanorum; cum cessarent Romani à bellis externis, seditiones excitatæ fuerunt.

Allegoria: Exod.23,19. Philistæos & Chananæos noluit omnino expelli terra promissionis Dominus, ne feræ multiplicarentur. Diabolus fera est & leo, vide ne in otio tibi multiplicetur per varietatem tentationum, lubricitatem cogitationum malarum.

Ezech. 16,49. Ecce ista fuit iniquitas Sodomæ, sororis tuæ, superbia, saturitas panis & abundantia otii.

Solon cuilibet indulgebat potestatem scribendi dicam otioso, eumque in jus vocandi. Laërtius libro 1. capit. 2. de vita Philosophor.

Allegor. Manus in sinu Mosis leprosa fit, Exod.6,4. Est Hieroglyph. pigri & otiosi, cujus manus in sinu leprosa redditur, & Physicè morbis, & Ethicè vitiis, & Homileticè in conversatione, omnibus studiis.

Qui in Indias proficiscuntur, gemmas & aurum sibi comparant, quibus onerati minus in patriam redire possunt; tu potius in hac vita compara tibi.

Sicut terra non sata, nec arata, tribulos producit; sic & anima otiosa: ut videas otium esse matrem vitiorum.

§. 6. 1. *Necat corpus* laboris justi & convenientis omissione.

2. *Mentem* socordiâ *necat* atque perimit.

3. *Facit*, ut facilia nobis videantur difficilia.

4. *A simili*: ferrum si jaceat, corrumpitur. Confer Ambrosium sermone undecimo in Psal. 119.

5. *Docet* multa mala. Sirac. 33. vers. vigesimooctavo.

6. *Pudore* nos *suffundit*, Proverb. 10. v. 5.

7. *Malè agere* docet. Cato: Homines nihil agendo malè agere discunt.

8. *Movet seditiones* apud mirices. Tacitus 1. Annal. Xenophon libro septimo de Pædia Cyri:

Homini præ omnibus animalibus *gratum & acceptum*: cum tamen ad laborem homo natus sit, sicut volucres ad volatum Job. 5. homoque labori divino decreto emancipatus sit, Genes.3. in sudore vultus tui. Psal.127. Comedes fructum manuum tuarum.

Adversum est valetudini: quia otio corrumpitur valetudo, putrescunt humores, & calor nunquam excitatus hebescit ac obtunditur, corrupti humores colliguntur. Hinc inter sex res non naturales sanitatis conservatrices labor quoque, qui opponitur otio, meritò refertur.

§. 7. *Romanis exosum*. Hi colebant *Ageroniam* deam, quæ ad agendum impelleret: *Stimulam*, quæ stimularet: *Strenuam*, quæ faceret strenuum, in urbe. Extra verò urbem *Quietæ* fanum exstruxerant. *Paupertatem creat*: Proverb.10. vers.12. Sedula manus dominabitur, otiosa erit sub tributo. c. 18. est dissipare rem. capit. 28. saturabitur pane laboriosus homo. 2.Thess.3,10.14. otiosus non manducet.

Studium virtutis extinguit. Ut fax non mota flammam amittit: sic animus otiosus virtutis exercitium & splendorem.

Servitutem inducit. Demosthenes Olynthiaca prima hoc usus est ad Athenienses argumento: Corpus corrumpitur otio, labore verò conservatur & eò melius crescenti calore vegetatur.

Fastidium parit, contrà labor & exercitium generant famem. Bernhard.

Ominosis nominibus gaudet. 1.Mater vitiorum, nugarum & scelerum. Richter. p.236. 237. Axiom. Oecon.

2. No-

2. Noverca virtutum Bernhard. lib. 2. de consid. ad Eugen.

3. Seminarium omnium malorum. 2.Sam. 11. homicidii, adulterii, concupiscentiarum malarum.

4. Schola malitiæ: Homines, ait Cato, nihil agendo malè agere discunt.

5. Pulvinar Satanæ. Ambros.

6. Seminarium omnium peccatorum. Basilius Homil. 2. Hexaëm.

7. Vivi hominis sepultura. August. serm.17. ad fratres in Eremo.

8. Luctus magistra. Johann. Baptist. Mantuan. libro primo de calamitat. suorum temporum.

9. Vinculum inertium mentium, quo vinciuntur.

10. Mare mortuum, apud Senecam Epistol. 68.

11. Campus in mille facinorum furias discurrens.

Simile. Mundus est officina, in qua omnis generis merces, margaritæ, aurum, lapides; pecunia, quâ emuntur bona hæc, labor est.

§. 8. *A Legibus Ethnicorum rejectum est.*

Draco Legislator mortis pœnam in otiosum statuit, Diodor. Siculus lib. 2. Ideoque tenebantur omnes cives nomina & officia sua in publico Reipubl. libro consignare. Solon, teste Laërtio lib. 2. sanxit ne filius cogeretur alere patrem, qui illum non docuerat opificium aliquod in juventute. Cato Censorinus delectus censor civitatem Romæ petentium neminem admittebat, nisi qui officium priùs esset professus. Hinc Solon lege sanxit, posse contra otiosum actionem institui ab unoquolibet otiosorum: eosque urbibus ejiciendos esse, ceu Reipubl. pestes, suasit. In Hetruria in otiosos inquiritur: Idem fecit Alexand. III. Rex Scotiæ, apud Buchanan: Et Areopagitæ apud Athenienses, Athenæus lib. 4.

§. 9. *Exempla eorum, qui otium vitârunt.*

Augustus Cæsar, defatigatus Reipubl. curis, ventoso folle se exercebat, aut picturâ. Idem fecit M. Antoninus Philosophus. Alexander Severus perdicum concursu. Attalus Asiæ Rex, fossione horti. Innocentius Septimus PP. arborum hortensium putatione. L. Quintius Cincinnas aratro. Dionys. Halicarnass. teste.

Otium Honestum.

Est relaxatio & remissio animi nostri à laboribus assiduis. Sic *volucres* defatigatæ in nidis quiescunt.

Cælator diu fatigatos per intentionem oculos remittit, atque revocat & pascit. Sic animus aliquando ab intentione revocandus est: *Lyram* fidicen: *arcum* sagittarius remittit. Sic animus otio honesto refocillandus est: *A Fine & commodo*, ut vegetior reddatur. In natura vices sunt, somni vigiliarum, noctis lucisque, belli & pacis, agrorum, qui alternis annis quiescunt, novalium. Sic & animorum recreandorum vices sunto & recreationes.

Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis:
Immodicus contra carpit utrumque labor,

ait Publius Ovidius Naso libro primo de Ponto.

OVIS.

§. 1. Ovis accipitur (1) *propriè*, pro noto animali, cujus copia olim thesaurus & divitiæ erant Genes. 12, 16. 1. Sam. 25, 2. Job. 1, 3, c. 42, 12. quod cedit homini in cibum Deut. 14, 4. 1. Regum 4, 23. amictum Gen. 3. v. ult. cultum sacrificii, de quo infrà: donum Gen. 32, 14. c. 20, 14. Accidentia sunt claudicatio Mich. 4, 6. 7. Sophon. 3, 19. dispersio Zach. 10, 2. Ezech. 34, 5. aberratio Jer. 50, 6. 7. mactatio Psal. 44, 23. Moraliter & variè hominibus applicata, devoratio Ezech. 34. vers. 8.

(2) *Modificatè*, pro toto grege Psalm. 106, 41.

(3) *Pro hominibus fidelibus*, qui sunt oves Christi, figuratæ in ovibus Jacobi: illæ ab hoc fideliter pastæ Gen. 30. Fidelissimus Pastor Christus Johan. 10. Baculis variegatis delectatæ Gen. 30, 36. Nostra sit in baculo vitæ, trunco de Jesse, per fidem in ipsum jugis delectatio, Esai. 11. v. 1. Donec Christus in nobis formetur Gal. 4, 19. Defensæ à Jacobo, pro illis vigilante: sic Christus nos defendit à lupo Johann. 10. portis inferni Matt. 16. fame Es. 65, 13. Psalm. 22, 27. Matt. 5, 6.

§. 2. (4) *In statu peccati consideratis*: atque hoc respectu homines sunt oves perditæ Matth. 15, 24. Ezech. 34, 26. Luc. 15, 4. Ps. 119. v. ult. errabundæ, vagabundæ à Deo Rom. 1, 21. Esa. 53, 6. 1. Pet. 2. v. ult. in viis tenebrosis Rom. 3, 17. idololatricis Esa. 65. v. 2. 3. 1. Cor. 12, 1. 2. Ephes. 4, 17. Act. 26, 18. Vulneratæ peccatis, morbis Ezech. 16, 3. 4. seq. conversæ 1. Pet. 2. v. ult. Act. 26, 18. 19. 1. Cor. 6, 10. 11. debiles Ezech. 34, 4. damnatæ à mundo: Psalm. 44. ob te reputati sumus &c. Pronæ ad labendum & errandum in devia & tesqua Jac. 3, 2. inermes ad resistendum: infirmæ ad pugnandum, Eph. 6, 10. firmæ solùm in Domino: improvidæ & incautæ in viis suis, nisi ducantur à Christo pastore; hinc David Psal. 143. spiritus tuus bonus ducat me in terra recta. Timidæ ob lupos, feras, leonem 1. Petr. 5, 8. Apoc. 12, 12. impotentes, suâ sponte nequeunt reverti ad pastorem: simplices, non astutæ, non versutæ; Matt. 10. simplices ut columbæ.

§. 3. (5) *In statu gratiæ* oves Christi sunt *visûs acuti*, è Spiritus S. illuminatione, & luce Christo: Eph. 5. estis lux in Domino: *Auditûs acuti* ex aurium per Spiritum S. reseratione Esai. 50, 4. Sic Lydia ovis acuti auditûs Act. 16. *Agnoscunt vocem pastoris* Christi, Joh. 10. & matris Ecclesiæ Gal 4. *Obediunt Pastori* sibilanti ore, auscultando, corde credendo, opere implendo, & in eo sperant Psalm. 2. v. ult. *Mansuetæ*: Matt. 5. beati mites: *Morbosæ* ob quotidiana peccata: Matt. 6. remitte debita. *Humiles corde*, pauperes spiritu. *Edoctæ à magistro*: Matt. 11. Mitis sum, discite à me. *Innocentes*, Greg. M. lib. 1.

c.6. Moralium, Rom.8,1.2. *Lotæ* per baptiſmũ 1.Cor.6,11. paſtæ aquis lachrymarum, Pſal.42. Patientes Eſa.53. 1. Pet. 1. Pingues, conſtantes, Fortes in fide, quæſitæ à Chriſto Luc. 15. Matt. 15,24. Pſ.119. v. ult. Ruminantes, Ambroſ. in Pſ. 118. Sinceræ, tolerantes injuriarum: Mundæ, Chriſti ſanguine Luc.11,3. Deuter.14. Nocentes nulli: Auguſt. vera innocentia eſt, quæ nec ſibi, nec aliis nocet. Occiſæ Pſal.44. Rom.8,36. Utiliſſimæ; nihil eſt in ove, quod non contineat utilitatem; ſic pii conferunt omnia in utilitatem proximi. Vocatæ per dulcem Evangelii fiſtulam: Matt.11. Venite ad me &c. Eſa.55. v.1. Joh.7. venite ad aquas c.10.12. Statuendæ olim coram paſtore Matt.25.v.32. vid.tit. *Judicium Extremum.* Abundantes vellere: vellera ovium ſunt 1. Chriſti juſtitiæ, quibus indutæ oves Gal.3. Chriſtum induiſtis, Apoc.19. juſtitia Sanctorum. 2. in fœtibus bonorum operum: Phil.1. fructibus juſtitiæ repleti, quos Spiritus S. in illis parit: 3. locupletes lacte doctrinæ ſapientis, inſcitiam abſtergentis.

Porrò de ovium naturâ Vide ſis M. Freye Thierbuch pag.22. b. & 23. a.

§.4. *Cauſæ*: procreans ovium Chriſtus Eph.5,26. ex aqua & ſpiritu Joh.3,5. Cibans Chriſtus corpore & ſanguine Joh.6,35.51. Colligens Spiritus S. Mich.3,11. Defendens, redimens 1.Pet.1, 19. Sanans Chriſtus Pſ.103,3. Eſa.53,5. Quærens illas in deſerto Luc.15. vid. Gregor. hom.34. in Evangelia. Noſcens eaſdem Chriſtus Joh. 10. verſ. 15. non notitiâ generali ſolùm, qua novit omnia: ſed ſpeciali, quâ novit paterno affectu pios Pſal.1.v.ult. 1.Tim.2. Novit Dominus qui ſint ſui. Eſa. 49. in manibus meis ſignavi te.

§.5. *Officia* ovium: Amare paſtorem & paſcua viridia & munda. Audire vocem paſtoris, & cœleſtem muſicam (ſicut oves percepto cantu fortius dentes herbis imprimere dicuntur) avidis accipere auribus: bibere aquas doctrinæ puras, non lacunas putidas Jer.2. Diſcernere vocem paſtoris à voce mercenarii & lupi: Fugere falſos paſtores: Matt.7. cavete vobis à falſis Prophetis. Ingredi & egredi, Jo.10,9. Intrare per oſtium baptiſmi in eccleſiam: orare hunc paſtorem, Pſ. 80, 1. 2. Perſeverare in fide apud unicum paſtorem: pati cum paſtore Chriſto, Rom.8,36. Zach.11. Jer.11. Ruminari cibum divini ſermonis: ſperare omnia bona ab hoc paſtore, Pſ. 23. nihil mihi deerit. Pœnitere ſæpè ob id, quod paſtorem audire noluerimus, nec eum ſequi, ſæpè hœdi facti ſumus, ducti à cane Satana. Sequi paſtorem in fide, humilitate, obedientiâ Matt.11. Phil.2. patientia 1.Pet.2. v. ult. Suſpirare ad paſcua vitæ æternæ Apoc.7. Phil.3. noſtra converſatio eſt in cœlis: Solitudinem mundi & peccatorum fugere.

§.6. *Solatia* ovium ſitientium, Chriſtus eſt aqua, potus Joh.7,39. Eſurientium, cibus & panis eſt Joh.6. Derelictorum dux & comes Pſ.23. Ambulantium dux & via Pſ.27. 1.Joh.14. ego ſum via: Diſperſarum conſervator, collector Ezech. 34. Oppreſſarum liberator Zach. 11, 8. Vulneratarum medicus Exod.15. Matt.9. Eſ.53. Feſſarum requies: Matt.11. requiem invenietis animabus: Flentium ſolatium Eſ.30. Ignotarum notiſſimus amicus: Joh. 10. noſco oves meas; nempe 1. in concluſione practica, Pſ.42. etſi triſtes, tamen nos recolligimus; expecta Dominum. 2. in ſenſu auxilii, in cruce præſtiti Pſ.66,16. Thren.3. Dominus pars.3. In exauditione precum Pſ.56,19. Breviter: Chriſti ſumma cura eſt in ovibus quærendis, ardentiſſima charitas in ſuſcipiendis, gaudium abſolutiſſimum in complexandis, Luc. 15, 24.

§.7. *Leviticæ & ſacrificiales oves*, quarum frequens eſt apud Moſen mentio, Lev.1,2.10. c. 3, 6. & aliàs ſæpè. Erant Chriſti typus Apoc. 13. v.8. Joh.1,29. deſcenſuri in vellus per nativitatem Pſ. 72. Ambroſ. tom.3. ſerm. 13. de Nativ. Paſſuri Eſ. 52. Paſturi populum ſuum propriâ carne, ſanguineq; proprio Act.20,28. Recturi populum ſuum, inſtar ovium ſuarum Mich. 7, 14. vid. tit. *Chriſtus paſtor.* Sacerdotis, ſeipſum inſtar agni oblaturi pro nobis, Tit.2.v.penult. 1.Tim.2,5. ſicut paſſim in Levitico de aſperſione ſanguinis ovium legitur, quæ præfigurabat ſanguinem Chriſti 1. Pet.1. Heb. 9. Tempore ſtantis politiæ Judaicæ per annos ferè 1582. ut ſupputat D.Frantzius in hiſtor. animal. Etiam ex præda oblatæ Deo Numer.31. Immaculatæ Levit.22. Malach.1. Mactatæ in Paſcha. vid. tit. Paſcha. Singulis diebus duæ oblatæ, una mane, altera veſperâ, in typum 1. Sacrificii Chriſti, virtute ſua ſemper duraturi: 2. piarum precum ſemper offerendarum Deo, Luc.18.

Politicæ oves, ſubditi 1.Samuel.16. 2.Sam.7, c.24. Pſal.78. Vid. tit. *Subditi.* it. *Paſtor. Magiſtratus. Oeconomica* ovis uxor 2.Samuel. 12. *Myſticæ* Apoc.18,13.

Oves, impii, poſt gloriam mundi vanam in infernum abjiciendi Pſal.49,15. hîc paſti in voluptatibus & opulentia Eſa. 22. Jer. 12.

Nonaginta novem oves Luc.15. Angelos intelligit Gregor.M. hom.24. in Evang. Rectiùs Phariſæi accipiuntur, qui ſe juſtos eſſe putabant: vid. Matt.9.v.23. Luc.v.18.19. nam ſcopo Chriſti quadrat, Phariſæos reprehendentis.

§. 8. *Veſtitus ovium* Matt.7. hypocriſis, externa ſanctimonia, vitæ auſteritas, qualis erat in Phariſæis Matth. 23. Imò omne illud eſt, quod præ ſe fert ſpeciem ovilli ingenii, cum tamen intus ſit rapax lupi animus, qui Actor.20,28. deſcriptus exſtat. Simulata religio, Chryſoſt. hom. 19. in Matth. Nominis Chriſtiani ſuperficies, Tertullianus: externæ virtutes, Theophyl. Cardinal. Cuſanus f.548. ſeq. loquens de variis religionibus, ait: vix fallacia eorum, qui ſub habitu Chriſti apparent, ſciri poteſt ob ſuam varietatem; nam alius quidam ſub hac veſte, alius ſub alia, alius ſub capito, alius ſub hoc religionis ſigno, alius ſub alio ſe militare Chriſto aſſerit, licet penè omnes, non quæ Chriſti, ſed quæ ſua ſunt, quærant, omnes enim ſtudent avaritiæ à maximo uſque ad minimum. Et folio 549. Nonne experimur de omni apparentia ſanctimoniæ ſeu communibus religionibus cupiditatem ſe non poſſe occultare? Hæc Cuſanus ſuo tempore: quid dicturus, noſtro ſi vixiſſet?

OVILE.

1. *Propriè* caula, stabulum ovium. *Mysticè*, Ecclesia ovili similis est (α) ob gregis disparitatem: grex enim ovium ex variis constat; sic quædam ovium spiritualium infirmæ, quædam robustæ &c. (β) Hostium atrocitatem: ovili insidiantur rapaces feræ, lupi &c. Sic Ecclesiæ inimici Christi, Satan, mundus, tyranni: Johann. 10. lupus dispergit oves. (γ) Loci instabilitatem: Ecclesia semper stabili loco fixa non hæret Heb.13,14. (δ) Vilitatem: ecquid vilius ovili? sic ecclesia mundo pro vili sub pedibusque jacet Zeph. 3, 12. Luc. 12.

Unum erit ovile Johann. 10. vers.16. ob Judæorum & Gentium conjunctionem; non quod impii ad gratiam aliquando sint venturi, contra Origenianos & Misericordes, tempore Augustini, vide Ezech. 37,21. seq. sed ob fidei, spei, vocationis unitatem, Eph. 4. v.3.4. Gal.3.unum sumus. 1.Corinth.12. in unum spiritum baptisati sumus.

OVUM.

(1) Ova animalium Deuteron. 22. vers. 6. ex DEI jussu tractanda. Proverbialem putat esse sententiam Chytræus, congruam illi Salomonis: Fontes deriventur foràs, & tu Dominus eorum maneto; sic esse utendum benignitate amicorum, ut ne fundus benignitatis exarescat. Provida quoque DEI cura multiplicationi avium in salutem generis prospexit, ne sublatis avium matribus illa impediretur. (2) Regna & terræ justo DEI judicio in manus hostium tradendæ, Esa. 10, 14. ceu ova frangenda, ab hostibus exsorbenda. (3) *Perversæ doctrinæ* Esa. 59. v. 5. ova aspidum (in Hebr. regulum, basiliscum, stimulum immittentem, vox significat; non nudum serpentem, R. Mardoch. in Conc. Confer Proverb.23. v. 32.) ob *præsens venenum*; sive quod aspides multiplicent partus & fœtus suos: sic quoque perversa doctrina, quæ animam enecat. Notanda quoque est summa aspidis & Ichnenmonis antipatheia & inimicitia, quia hic ova illius in terra discerpit, excutit, dentibusque confringit, Nicander in Theriac. Plinius lib. 8. cap. 25. & ex his J. Bustamantinus lib. 3. cap. 14. n. 71. de animantibus S. Scripturæ. Quæ omnia ad Christum facilè applicaveris, dentibus veritatis falsas doctrinas conterentem, subque pedibus suis conculcantem Roman.16. (4) Opes injustæ Jerem. 17. v.11. à Zedekia & aliis divitibus collectæ; sicut & illæ divitis Luc.12. & Nabalis 1. Sam. 25.

P.

PABULUM.

§. 1. PAbulum seu Esca monet (1) de Dei providentia, animalibus de eo prospicientis, Psalm. 147. Judic. 19. vers. 19. (2) Omnipotentiâ, quâ, cum vult, homines ad pabulum abjicit Daniel. 4. vers. 20. (3) Omnisapientiâ & benedictione, illud è terra educentis, Psalm. 104.

PACATUS.

(1) Præmium pietatis Job.8,6. (2) Flos impiorum tandem tantùm marcescens Job. 21. v. 9. (3) Fructus patientiæ Heb. 12, 11. vid. tit. *Patientia.* (4) Ventus, Christi jussu sedatus Matth. 14,32.

PACIFICO & PACIFICUS.

Pacificare est fructus sacrificii Christi Coloss.1,20. vid. tit. *Christus.*

Pacificus 1. is dicitur, qui pacem gerit in animo, exprimit verbis, persequitur factis, eam sectatur, queis cunque potest modis: ita Genes.34.v.21. cap.24.v.21.seq. Exod.18.v.17. & alibi sæpè, Psal. 120,7. Matt.5,9. Jacob.3,17. (2) De hostiis & adipe sacrificiorum 2.Chron. 30.v.22. cap.31,16. cap.33,16. Exod. 20, 24. &c. (3) De Salomone Christi typo 2.Chron. 22. vers.9. Eph. 2. de Christo, ipse pax nostra, vid. infra tit. Pax.

PACISCOR & PACTUM.

§. 1. Pactum (Confer *Fœdus*) multiplex: (1) Divinum, DEI, Christi, cum hominibus factum, Noacho Gen.9,9.16. Abrahamo c.17,4.7. &c. Patribus Israëlitarum Exod.6, 5. c.19,5. Num. 18,19. Exod.34. Lev.26,9. Heb. 8, 10. Mal.2,4. Cui pacto accedit ex parte hominum prævaricatio Ezech.2,3. Transgressio Os.6,2. Irritatio Mal.2,8. Dissolutio Ezech.44,7. Violatio Mal. 2, 10. Pactum Christi vid. tit. *Testamentum.* Promissionis Luc. 22,30. (2) Humanum, idq; proditionis Pharisæorum cum Juda Conjugii Prov.2,17. Operariorum Matt.20,2.13.

§. 2. *Effectus pactorum:* obligatio mutua, paciscentium conjunctio, unio, bonorum participatio, fiducialis animorum conclusio. Postulat æquitas naturalis, ut pacta serventur, ait JCtus, l.1. pr. tit. de Pactis.

Ordo: prius pactum per posterius eliditur, ait JCtus; non sic Evangelii pactum per legem elisum est: vide Gell.

Interpretatio est stricti juris l.27. §.1. & l. 35. & l. 56. Strictè igitur verba pacti Eucharistici interpretemur, omnem mentis nostræ fluctuationem, quæ ex humanis glossis oritur, felicissimè aversuri; incursuri contrà, qui illam negligunt, quod docebit ignis tribulationis & cibratio tentationis.

PÆDAGOGUS.

1. Lex vid. tit. *Lex.* 2. Christus, qui homines [α] ad se ducit, Clemens Alexandr. lib. 1. c.7. [β] amat homines, ut suas creaturas c.3. Clemens d. l. [γ] variis actionibus homines erudit. [δ] Fuit semper ante Mosen, sub Mose, N. Testamento: Hebr. 13. Jesus Christus heri, hodie & in secula. [ε] Reprehendit ut Pater, hortatur ad utilia Prov. 4, 5. dat bona consilia per exempla. [ζ] Proponit tempora præterita, ut damna caveamus: futura, ne in mala incidamus. [η] Solatur peccatores per verbum & Prophetas Matth.9.c.11. 3. Ministri verbi 1.Cor.4,25.

PÆDOBAPTISMUS. *v. Baptismus.*

PAGANI.

A quodam homine, qui Paganus vel Pagarus dictus sit, Philastr. c.3. de hæres. Alii à pagis

Athenienſibus, Iſidor. in Etymolog. Alii, quod in pagis exercuerint cultum, prohibentibus Imperatoribus, ne ille in urbibus fieret. Theodoret. l. 3. cap. 3. hiſtor. Eccl. DEUM non cognoverunt, creaturis ſervierunt. c. Socin. c. cont. Wiek.

PAGINA. *V. Tabula.*

PALÆSTINA.

Terra patribus Iſraëlitarum promiſſa, in 5. ſatrapias diſtributa: Termini ejus à Tyro ad Ægyptum, Herodot. lib. 7. Urbes ejus quinque Azor, Accaron, Aſcalon, Geth, Gaza, cum vicinis locis: incolæ ejus idololatræ, ſuperbi, flagitioſi, de quibus vitiis paſſim ſcriptura. Hinc Philiſtæi, ſic dicti à Philiſtim, filio Mizraim, nepote Chami Gen. 10.

PALÆSTRA. *Vide Curro: Stadium, Certamen. Adde ſis, Drexelium Tractat. 19.*

PALAM.

1. Veritatis 1. Corint. 15, 27. 2. divinæ retributionis Matt. 5, 6. 18. 3. triumphi Chrſti Col. 2, 15. 4. miniſterii Joh. 11, 54. c. 7, 13. vid. ſuis locis.

PALATUM. *V. Lingua, It. Os.*

PALEA.

1. Impiorum Pſalm. 1. Matt. 3, 12. Luc. 3, 17. 2. Falſæ doctrinæ Jerem. 23, 28. 3. Vanitatis mundanæ Job. 41, 18. 4. Diſperſionis vid. Bellum. 5. Interitus Pſal. 35, 5.

PALES, PALA.

Ethnicis Dea terræ; feſtum huic ſacrum dicebant Palilia; Huic Chriſtiani veteres oppoſuiſſe creduntur circa idem ferè tempus, quo hoc olim feſtum celebrabatur, Pericopam Evangelii de bono paſtore Joh. 10.

PALIURUS.

Homo impius, ſceleratus, pungens Mich. 7, 4. Hebr. vox ſpinam pungentem notat Proverb. 15, 19.

PALLIUM.

(1) Propriè dictum, veſtis oblongior, ſive communior, ſive pretioſior 1. Pet. 3, 3. (2) Chriſti pallium Geneſ. 49, 11. Veteres nonnulli de Eccleſia à Chriſti ſanguine lota accipiunt, Rupert. in h. l. (3) Myſticum Canticor. 5, 7. tulerunt pallium meum: Vox Hebræa ſtolam muliebrem notat & veſtem, quam auferunt falſi Doctores, Evangelii doctrinam corrumpendo, & Chriſtum minùs ſincerè prædicando, qui eſt veſtis noſtra Eſai. 61, 10. miſſis variis veterum gloſſis, adi Clariſ. D. Durfeldum in erudito Cantici hujus Commentario h. l. (4) Eliæ 2. Reg. 2, 8. 14. notat (α) Dei defenſionem, qui nos protegit, cujus præſidio cingimur, auxilio liberamur, non videntes exitum calamitatis noſtræ: (β) Inſigne officii prophetici, quod jam reliquerat propheta; (γ) itaque memoriale diſcipulo reliquum eſſe voluit. (5) Laudis Eſai. 61, 3. notat lætitiam cordis in iis, qui fide in Jeſum Chriſtum juſtificati ſunt Roman. 5, 1. & ab eo amicti, Galat. 3. Chriſtum induiſtis. (6) Fraudis & nequam excuſationis; varia verò hæc ſunt pallia (α) communis hominum fragilitatis, quâ ſe deceptos ajunt, etiam de induſtria peccantes, quos ſcriptura peccatum facere dicit: (β) communis viæ peccandi ob mundi exempla: (γ) translationis culpæ in alios Geneſ. 3. mulier, quam dediſti mihi, &c. (7) Deceptionis & ſeductionis; hoc pallio utuntur falſi prophetæ Zach. 13. in veſtitu ovium venientes.

PALLOR.

Ob mortis ſententiam in Nicolaum Helſt Brugis latam contractum pallorem ad vitæ finem retinuit, Cranzius lib. 13. c. 10. Saxon.

PALMA.

§. 1. 1. Arbor nota tereti & procero ſtipite: 2. in ea decor & ordo: 3. rectiſſima eſt arbor ſurſum tendens: 4. vigoris diutiſſimi. Confer Pſalm. 92, 12. 13. 5. folia enim non abjicit, adeoque eſt conſtantis vigoris: 6. modum in hominis brachia extendentis, palma ramos extendit: 7. eſt utriusque ſexus, maſcula, fœmella: 8. mas attrahit fœminam, ſi invicem ponantur, Joh. Fugger. in Lexic. P. Berchor. hac V.

§. 2. 9. Uſus: Fuit (α) inſigne victoriæ, Confer Apocal. 7, 9. Johann. 12, 33. 1. Macch. 13, 51. Gregor. homil. 17. in Ezechiel. Auguſtin. ſerm. 11. de ſanctis: Ambroſ. 10 Hexaëm. libr. 3. cap. 13. (β) Lætitiæ & gaudii ſolennis Johan. 12, 13. etiam illius æterni Apocal. 7, 9. (γ) Dierum feſtorum Nehem. 8, 15. Palmis uſi ſunt Judæi in feſto tabernaculorum Levitic. 23, 40. Nehem. 8, 15. (δ) Symbolum vitæ conjugialis, juſtitiæ & innocentiæ, Pſalm. 92. juſtus ut palma florebit. 10. In Guinea incolæ regionis dicuntur habere ex palmis oleum, vinum, panem & veſtes: oleum ex fructu, vinum ex ſucco è caudice aperto, panem ex interioribus fructum nucleis, veſtes è foliis ſiccatis & ad texturam paratis Fugger. d. l. 11. Contra pondus inſurgunt, DEUS juſſerat ſculpi formas Cherubim, palmarum 1. Reg. 6, 25. Ezechiel 40. ante frontes picturæ palmarum: Doceant illæ, in templo ſuo Deum procreare fortes palmas, onus crucis tolerantes. 12. Habet palma radicem aſperam: ſic pietas initio gravis eſt & difficilis, poſtea fructus parit dulces: Pſalm. 119. multam pacem habent, qui legem tuam habent in delitiis.

§. 3. 13. Superius venuſtatem habent palmæ: ſic pii in anima habent pacem, gloriam & decus. 14. Tardi ſunt palmæ fructus: ſic pius homo non ſine difficultate ſacros fructus parit: Galat. 4. Filioli, quos iterum parturio, &c. 15. Radices agit profundas palma; ſic pii radicantur Epheſ. 3, 17. 16. Stipitem habet firmam: hæc notat piorum in bono perſeverantiam. 17. Fructus ejus ſunt ſuaviſſimi: ſic fidei & pietatis fructus in piis DEO ſunt gratiſſimi Philipp. 1. Repleti fructibus

juſtitiæ,&c. 18. Chriſtus vera eſt palma peccatorum pondere preſſa Eſa. 61, 63. Succus palmarum excœcat ſerpentes; ſic Evangelii vox Diabolum; & Chriſti meritum eſt ſuccus palmæ ſpiritualis Chriſti.

Sancti olim ſepulchris martyrum inſculpebant palmam; ſignificaturi Chriſtianos eſſe palmas (α) Chriſto implantatas: (β) onera crucis portantes: (γ) victores mundi, carnis, Satanæ.

Erigamus nos in ſepulchro cordis noſtri palmam victorioſam Chriſtum Jeſum, depreſſam in diebus carnis, exaltatam à morte Philipp. 2. & quæ Satanam ac peccatum devicit.

Pii ſimiles ſunt palmis vid. tit. Pietas, in ſimilibus.

In Papatu ſanctificantur palmæ à Sacerdotibus, ut his virtus adverſum fulgura, tonitrua &c. indatur. Vid. Durand. lib. 7. cap. 67. Rational.

§. 4. Officia Chriſtianorum circa palmam ſpiritualem Chriſtum: 1. Adorare hanc arborem ut lignum vitæ; olim arbores adorabant Ethnici Cœlius Rhodig. L. A. lib. 12. c. 1. 2. Huic confidere, nunquam cedet malis: 3. veſtes ſperare ab hac palma, umbram, defenſionem, victoriam Apoc. 7. excitationem noſtri è ſepulchris, ceu palmitum ipſi inſitorum Rom. 11. De palma pleniùs & doctiſſimè Plutarch. p. 3. Ethic. Mor. Sympoſiac. 8. Qu. 4.

Feſtum Palmarum; ejus ceremoniæ deſcribuntur à Durando lib. 6. c. 67. Rationalis.

Effigies palmarum: olim pictæ ſculptæque in æde Salomonica; doceant rurſus, non abominari DEUM imagines hiſtoricas & quæ creaturas repræſentant, c. rigidos.

PALMES. *V. Vitis.*

PALPEBRÆ.

1. Dei, probantis homines Pſal. 11, 4. vid. tit. Providentia: 2. Hominis flentis Jerem. 9, 18. vigilantis Pſal. 132, 4. Proverb. 6, 4. agonizantis Job. 16, 16. piè viven tis Prov. 4, 25. ſuperbientis Prov. 30, 13.

PALPARE.

1. Inſcitiæ Actor. 17, 27. debuerunt gentes, id eſt, è creaturis evidentiſſimè cognoſcere, Deum eſſe, qui hoc univerſum condiderit: 2. Senii Gen. 27, 12. 3. cœcitatis Job. 12, 25. Deut. 28, 29. Eſa. 59, 10.

PALUS Pauli. *V. Paulus.*

PANIS.

§. 1. In genere omnis cibus, quo nutritur homo, triticum, far Ruth. 1, 6. Deuteronom. 8. v. 3. Matth. 4.

Multiplex in ſcripturis: 1. Terrenus ille Pſal. 104. 2. Spiritualis, ut Dei verbum Luc. 11. venit amicus &c. nectit hanc allegoriam Auguſtinus tom. 10. columna. 115. b. 3. Euchariſticus Matth. 26. 1. Corinth. 10, 16. cap. 11. unus ſpecie, adumbrans Eccleſiæ myſticam unitatem: 4. Tribulationis Eſai. 30. hunc edimus cum timore Ezech. 12. 5. Vitæ æternæ, quem edemus Luc. 21. Pſal. 22, 18. Pſal. 102. ipſe verò Chriſtus eſt Johan. 6, 32. 38. Geneſ. 49, 20. 6. Cibus animantibus datus Pſ. 104, 27. & 145, 15. 16. 7. Leviticus, nempe propoſitionis panes Exod. 25, 30. c. 35, 13. c. 39, 36. Levit. 21, 8. Matt. 12, 4. Luc. 6. v. 4. Hebr. 9, 2 typi Chriſti, panis vitæ Joh. 6. vide Chytræum in Levit. Item panis azymus Exod. 29, 2. fermentatus Levit. 23, 17. 8. Liberalitatis, Eccleſ. 11, 1. 9. Charitatis fraternæ, in ſacris conventibus manducatus, qui & ἀγάπα dictus Actor. 2, 42. cap. 20, 7. 10. Miraculosè datus, Manna Exod. 16, 4. 8. 12. ſeq. Neh. 9, 15. Joh. 6, 31. Pſal. 78, 24. typus Chriſti, Evangelii vid. Promptuar. Allegor. 11. Dona Spiritus S. Gregor. M. lib. 23. c. 25. Moral. 12. Sacramentalis N. Teſtamenti Matt. 26, 26. 1. Cor. 10, 16. c. 11, 23. 26. ſeq. Etiam hoſtiæ verus ſunt panis, ob veram in iis materiam & formam, nec diffeſſa eſt praxis multarum eccleſiarum, hoſtiis uſarum. 13. Pœnitentiæ Pſ. 102. 14. Sapientiæ & verbi divini Prov. 9, 5. Eſ. 55, 2. 15. Panis falſæ doctrinæ.

§. 2. Cæterùm terreſtris panis cauſa prima Deus Pſal. 104, 14. & 132, 14. 15. cui benedicit Deus, quem ignis coquit, & qui nos nutrit. Luther. in Gen. 2. v. 8. Media, terra Pſal. 104, 14. Eſa. 55, 10. Job. 38, 5. Materia, triticum, ſiligo, zea, lentes, milium, &c. ex quibus farina conficitur. Finis, ut comedatur 2. Cor. 9, 10. corpus eô nutriatur, cor roboretur; hinc baculus panis dicitur Lev. 26, 26. Pſ. 105, 16. Eſ. 3, 1. Ezech. 4, 16. c. 5, 16. c. 14, 3. qui cor fulcit Pſ. 104, 15.

§. 3. Varii panes; 1. communes vel ſacri. 2. fermentati vel azymi: 3. calidi vel frigidi, illi recentes: 4. ſicci vel oleoſi Exod. 29, 23.

Phraſeologiæ variæ de pane & ejus epitheta: (α) non ſumere panem in via, i. e. tollere omnia itineris obſtacula: (β) frangere, i. e. diſtribuere, donare: (γ) demenſi Prov. 30. quem nobis Dominus admenſus eſt; (δ) quotidianus, Matt. 6. quo indies indigemus, inque dies datur à Deo ſingulis. Auguſt. tom. 10. col. 545. c. tom. 9. col. 283. a. non debet verti; ſuperſubſtantialis contr. Pontific. (ε) Noſter (1) quia à DEO nobis datus, non furto raptus, qui panis DEO non placet Hab. 2, 11. Job. 20, 15. 22. Jerem. 17, 11. cap. 22. v. 13. cap. 5, 26. Amos 3, 10. Jacob. 5, 3. (2) quia panis nobis non eſt panis, niſi ex benedictione DEI; unde & pauperes petere habent neceſſum: da panem noſtrum, ſcilicet, ne hic panis virtute nutriendi deſtituatur; quod cum fit, ſupplicium eſt Eſa. 3, 1. Levit. 26. v. 26. (3) quia proprietarii panis non ſumus; dari igitur illum petimus à Domino.

§. 4. Forma panum externa: Panes Judæorum erant non ſpiſſi, non elevati & craſſi, uti ſunt noſtri panes, ideò Judæi frangebant panem, ut obſervat Stuckius lib. 2. c. 3. Convivalium, Martyr. in 1. Cor. 10. in V. 16. Erant inſtar placentæ, quæ franguntur, ut ſunt panes Suecici. De panificii ac placentarum diverſis generibus vide Textor. c. 1006. officinæ. Artem pinſendi primùm docuiſſe DEUM ipſummet, tradit Bouldock. de Eccleſ.

§.5. Officia circa panem quotidianum: 1. *orare* illum à Domino; 2. expectare eundem ab eodem, Psal. 145. oculi omnium, &c. 3. *ordine accipere*, sic populus ille Marc. 8. 4. gratias pro illo agere. 5. eo *contentum* esse: fragmenta colligere Marc. 8. Joh. 6. 6. non vastare aut prodigere, qui enim hoc faciunt à Deo puniuntur. 7. Invitare Christum, ut & in nostrâ domo panem edat: quem? Pœnitentiæ. Psalm. 102. Beneficentiæ. Es. 58. Frange esurienti panem.

Panis Dominus est ipse Jesus in se panis vitæ: quem soli edunt credentes: non edit Judas, quia non credidit; atque ita accipiendus est Augustinus tract. 59. in Joh. sic enim se ipsum explicuit tract. 29. in Johan. *Panis Domini* est panis ille Sacramentalis, quem dignè edunt credentes, indignè increduli; atque hunc panem quoque accepit Judas, simulque corpus Domini in judicium, de quo uberius in controv. Eucharist. in quâ etiam contra analogiam fracti panis disputatur. Vide D. Finckium in Trophæo c. Marpurgenses.

PAPA.

§.1. *Nominis Etymologia*; Nomen Papæ olim omnibus episcopis commune fuit; fatetur hoc Cornel. à Lapid. in cap. 44. Sirac. fol. 414. d. 2. Baron. tom. 2. annal. folio 162. num. 40. Dicitur Papa Augustinus in epistola Prosperi ad August. quam etiam citat Cassander tract. de prædest. folio 640. Athanasius in Jit. protestationis, quæ habetur sub finem tomi 1. fol. 856. & eodem tomo fol. 682. Alexandro episcopo nomen Papæ tributum est; vide etiam Justinum epist. ad Zenam & Serenum, Cyprian. lib. 2. epist. 7. Niceph. lib. 6. c. 9. lib. 18. c. 45. Prudent. in Hippolyt. & Langus in tom. 3. Justini. f. 32. consentit Cotomus l. 2. p. 281. Institut. At vox Pontifex ab Ethnicis sumta est, non diffitente Busæo de statibus homin. cap. 1. p. 380. significans eum, qui facere potest juxta jus amplissimum. Alia sunt, eaque plurima nomina Papæ, de quibus Busæus d. l. Papalistæ olim dicti, qui Papæ adhærebant in Concilio Basileensi, Cassander f. 886. oper. §. Ait intell. Unus esse debet, ut vult. Salmeron. Tract. XI. f. 212. a. ut est Venetiis Magistratus Decemviratus.

§.2. *An subsit concilio?* Affirmant Gerson. part. 1. de Exam. doctrin. consid. 2. sub. fin. Parisienses Theologi: Wittakerus tom. 1. fol. 600. sequent. D. Tuppius part. 266. de Concil. Tridentino. Concilium Basileense sede sua movit Papam, cujus acta descripsit Æneas Sylvius, in eodem concilio Secretarius, postea Papa factus; alii tamen negant subesse Concilio, sed supra esse.

§.3. *Virtutes:* Candor Alexandri VI. qui spurios non dissimulato nomine Nepotes, sed filios appellabat Zwing. f. 89. b. Theatr. è Guicciardino lib. 1.

§.4. *Vitia Paparum:* De his videatur Joh. Wolfius ad ann. 1503. f. 5. lection. Memorab. Sunt verò præcipua: I. *Avaritia;* Bernh. lib. 3. c. 3. de consid. ad Eugen. scribit: argentum Romanorum ab aula Romana pro fœno reputari. Johannes XXII. immensam auri vim post mortem superesse, fecit Robert. Gagnejus de rebus gestis Franckor. Olim pauper erat, Florimundus Raimundus c. 20. in fabula Johannæ: Prioribus (ait) seculis & multorum annorum fluxu Pontifices Martyrii sacra laureâ contentos fuisse, quam omni diademate & sceptro potiorem habebant, nemo ignorat. Prima illa ætate gloria eorum erat ignominia; majestas, humilitas; felicitas, Tyrannorum ira; quies, supplicium; vita, mors ipsa. Idem testatur Ligurin. lib. 6. §. Cogitet antiquos primævi tempore prisco; pauper erat præsul Romanus.

§.5. II. *Ambitio in primatu*, qua vult esse caput Ecclesiæ & episcopus super omnes alios episcopos. Huc refertur transactio inter Bonifacium III. Papam & Episcopum Constantinopolitanum: ut hic universalis Patriarcha; ille v. Papa universalis diceretur, Onuphr. Panvin. annot. ad vitam Bonifacii III. Contra 1. scriptura non docet hunc primatum, imò prohibet Luc. 22. reges gentium dominantur. 2. Est contra concilia d. 99. c. 3. primæ sedis non sit ἔξαρχος princeps, potestate prætoria præditus, de voce v. Eutropium lib. 16. 1. except. illum Can. non obstare Papæ Romano; Resp. ipse quoque est Archiepiscopus & suæ sedis, l. inter claras Novel. 123. recensetur inter Patriarchas, item in C. Apostolicis, in Antiocheno Concilio. Vana est probatio ex Act. 15, 7. elegit in nobis i. e. me primum statuit, Cornel. à Lapid. in h. l. Resp. Est fallacia phraseos, non Petrus intelligitur, sed Apostoli, ut Lorinus explicat. 3. Nititur primatus ille falsò adscriptis Clementi Romano Epistolis (in quibus uxorum communio permittitur. Autor dicit, se Petri itinerarium, ab Ecclesia explosum, composuisse) quæ faciunt discrimen inter primates & metropolitanos; & epist. Anacleti, item fictâ d. 99. c. 1. vide tit. præscriptum. 4. Est infra concilium, de quo paulo antè. 5. Infra Cæsarem; id fusè confirmat Anton. Benbellon. part. 2. c. 15. ut ineptè præsumserit Papa derogare Carolo V. imperatori potestatem cognoscendi religionem, & culpaverit eundem, quod Augustanam Confessionem prælegi permisisset, Thuanus lib. 37. fol. 769. col. b. Offenbach. Edit. 1609. in fol.

§.6. III. *Superbia* Magna Clementis V. superbia, cui Franciscus Dandalus supplex factus est prandenti, veniens instar quadrupedis, collo injecta catena ferrea, capite demisso, petens, ut Veneto Senatui veniam daret. Et sic bannum remisit Venetis, qui Ferrariam urbem armis occupassent Egnat. libr. 4. cap. 5. Zwing. f. 182. b. cum Ferrariam, 183. a. Henr. IV. Cinerum die superba ejusdem actio, Zwinger. 65. a. b. ab initio. Taxata ab Arnolpho Episcopo Aurelianensi in Synodo Rhemensi c. 28. Quid hunc (ait) Reverendi Patres in sublimi solio residentem, veste purpureâ & aureâ radiantem? Quid hunc inquam esse censetis? nimirum, si charitate destituitur solaque scientia inflatur & extollitur, Antichristus est, in templo Dei sedens & se ostendens, tanquam sit

Deus. Hæc ille: & ecce illam ſuperbiam! Superbia 1. in titulis & nominibus: 2. in ceremoniis & pompa: Bonifacius VIII. anno 1300. præſentibus Legatis Alberti, Romanorum regis, gladium ſibi præferri juſſit, Gualth. in cap. 22. Lucæ. 3. In dandis ſummo magiſtratui præceptis; ſic Hadrianus P P. II. Hincmaro Rhemenſi epiſcopo præcepit, ut regem ſuum (Carolum Calvum dictum) communione privaret, Decret. Gallic. libro ſecundo Tit. 2. cap. 2. Goldaſt. tomo 2. part. 24. 25. conſtitut. Imperial. Leutprand. Ticinenſ. hiſtoriar. libro ſexto cap. 9. & 10. 4. In arrogando ſibi nomine univerſalis epiſcopi: Epiſtola Pelagii ad Patres Synodi Conſtantinopolitanæ apud Binium tomo 2. Concilior. §. Adverſarius noſter Diabolus, &c. Gregorius M. in Regiſt. libr. 4. epiſt. 36. & 32. & libr. 7. epiſt. 69. rejicit nomen Oecumenici epiſcopi. 5. In poſtulando regum Cæſarumque ſervitio: Fridericus II. Cæſar coronationem ab Hadriano vix impetrare potuit, niſi dextrum frenum equi apprehendiſſet; Ecce ſuperbiam!

§. 7. IV. *Odium* & belligerandi cupiditas: Julius II. bellicoſus fuit, quem jure carpit Barclajus, præferens illi Clementem VIII. Vide Johan. Roffens: lib. 2. c. 11. de poteſtate Papæ. Alexander VI. Hiſpanus, Pius III. Julius II. incredibili odio Gallorum flagrarunt: Platina, Zwinger. fol. 60. b. Theat. Cœleſtinus Henrico VI. Imperatori coronam pedibus impoſuit, impoſitam pedibus dejecit. Pacis publicæ olim hoſtis Papa, nam Friderico Cæſare bellis implicito, ipſo cruce ſignatis mandavit, ut ſpoliarent Veronenſes, Mediolanenſes, Imperatori addictos: Ursberg. Abbas, fol. 339. Chronici. Huc referas ſchiſmata Paparum varia, gravia: Autor libri linguâ Italicâ Romæ editi 1576. for. 8. recenſet viginti ſeptem Schiſmata, quorum ultimum fuit Felicis IV. contra Eugenium IV.

V. *Fraudulentia*: Gregorii VII. in Henricum IV. Cæſarem, Zwing. fol. 136.

§. 8. VI. *Impietas* ſumma: Bufo horrendus apparuit Johanni XXIV. apud Camer. p. 1. c. 67. hor. ſubciſ.

VII. *Sanguinolentia* & potentia: Alexander III. pedibus conculcavit Fridericum Barbaroſſam, his additis verbis: ſuper aſpidem & baſiliſcum calcabis. Replicanti Cæſari: non tibi ſed Petro; dixit Papa, imo & mihi & Petro. Gregorius VII. fecit, ut Henrico IV. ſe oppoſuerit Rudolphus Svevus, ac prælio infelici dimicaverit, Zwinger. fol. 133. Theatr. & Crantz. libro quinto Metropolit. Qui principes in cædem Evangelicorum accendunt, non diſſimiles ſunt Thaidi illi, cujus ſvaſu Alexander Magnus Perſepolin igne combuſſit, Zwinger. folio 53. b. & Equo ruffo Apoc. 5. Eugenius IV. bellum moveri fecit Baſileenſibus, ut concilium impediret. Urbanus VI. quinque Cardinales ſaccis involutos in mare præcipitare juſſit: vid. Naucler. & Platinam. Innocentius VII. ſeptem Romanos cives è feneſtris projici juſſit, nomine Reip. ad ipſum miſſos: Platina. Julius II. bellax, Martialis. Bonifacius VIII. Cœleſtinum V. Anteceſſorem ſuum in vincula conjici juſſit. Plura extant exempla apud Meiger. lib. 1. c. 28. in Nucleo hiſtor. & fol. 399. p. 1. Promptuar. Exemplor.

§. 9. VIII. *Excommunicatio.* Innocentius III. Othonem IV. anathemate percuſſit; ob quod doluit: Zwing. fol. 135. 136. Theat. Bonifacius VIII. Philippum, Zwing. fol. 95. b.

IX. *Oſculum pedum* approbat: ſic olim Maximinus Zwing. fol. 85. b. Maximini. Hoc oſculum defendit Turrianus p. 14. libri contra Sadeelem: Non ſic olim Petrus Act. 10. non ſic Polydor. Vergil. lib. 4. c. 13. de Inv. rerum. Sic Alexander III. Cæſaris collum pedibus calcavit; hiſtoriam hanc veram eſſe, probat fuſè D. Gerhard. lib. 2. part. ſpecial. Confeſſ. Cathol. epiſt. dedicat. contra Baron.

§. 10. X. *Poteſtas* (α) in temporalibus: Papa ſtrictum gladium ſibi in Jubilæo præferri curat; Crantzius lib. 8. Saxoniæ cap. 36. Conf. Hoſpinian. f. 375. ſub. fin. de Origin. error. Contra illud Luc. 22. Gentium reges, &c. (β) Super omne jus poſitivum, Sylv. V. irregul. M. Vivald. p. 62. de irregularib. Text. in cap. Propoſ. de Conc. presbyt. (γ) In mare: Alexander III. dedit Sebaſtiano Ziano Venetorum principi maris dominium, Sabellic. decad. 1. lib. 7. In nocte nativitatis Domini Papa benedicit enſem, quem poſtea donat alicui principi, in ſignum potentiæ ſummæ temporalis Pontifici collatæ, liber Cerem. Roman. 1. Tit. 7. Edit. Colon. p. 84. b. 85. a. b. quem etiam citat Flacius præfat. in catal. teſtium Veritatis: Confer Zwinger. fol. 168. tit denegan. (δ) In angelos, Clemens VI. præcepit angelis, ut animas Romipetarum in via egreſſas rectà in cœlum ducerent: Balæus in vita Clementis VI. Summam eſſe poteſtatem negat Svaretz & Filliucius, quorum verba recitat D. Markiewitz in replic. Canonic. num. 95. 96. 93. (ε) In templorum dedicationibus; huic poteſtati Papæ reſtiterunt Galli, noluerunt delubrum in Gallia à Cardinali Papæ inaugurari, p. 30. apud J. Uſſerium in graviſ. quæſtione, de ſucceſſione Eccleſiar. Occident. Edit. Londin. 1613. §. 8. rejecerunt excommunicationem. §. 9. ibid. Tyrannid. §. 10. §. 11. privationem communionis §. 12. de Carolo rege §. 13. Otto Magnus §. 13. de Excomm. (ζ) In caſibus reſervatis: hoc ipſo Papa homines à confeſſione abſterruit, quod voluerit, caſus reſervatos ad ipſum & Epiſcopos referri, Gerſon f. 33. part. 2. oper. lit. C. epiſt. de Reſervat. Caſuum. In diſpenſationibus. M. Vivaldus c. 10. in ſupplem. candelabri. De hac poteſtate Papæ inter ſe diſputant Pontificii.

§. 11. XI. *Inquiſitio* in hæreticos; ſic olim quoque in Chriſtianos inquiſitum eſt, Tertul. capit. 7. Apolog. nempe quia cultum DEO præſtare ſibi videntur, qui Apoſtolos perſequuntur.

In libros, quibus mendacia deteguntur: illos enim protinus expurgat & proſcribit,

de quo queritur Cassander epistol. 14. in operibus.

Papa malus, non est imitator D. Petri & Pauli: Hinc Raphaël Urbinas, pictor excellentissimus, rubicunda facie pinxit Pauli & Petri imagines, dixitque: non pingo ut jejuniis afflictos & macilentos; sed ut rubore suffusos ob vicariorum suorum mores, Zwinger. f. 206. b. Raph.

§. 12. *Successio* Paparum (1) *incerta* multis modis, quod demonstravit D. Hunnius, in pelle ovina.

(2) *Localis, sed non sancta.* Alvarus Pelagius lib. 1. art. 15. de planctu ecclesiæ, (ut citat Widdrigthon in discussione discussionis, pag. 306.) ubi ait: Ubi sunt illi Romani pontifices? Petrus, dico, & alii post eum successores legitimi, Martyres, quasi omnes ad tempora hæc infelicia gloriosi, confessores lucidi, Doctores illuminatissimi. Jam sunt multa tempora, successerunt eorum successores authoritate, sed dissimiles sanctitate, Romano Pontificatui se ingerentes, procurantes. Utinam ante promotionem non paciscentes & convenientes, & promittentes! aurum cumulantes absque mensura, &c. Hæc Pelagius. Simoniacè electus Papa verus Papa non est; teste ipso Jure Canonico. Et quot quæso per Simoniam cathedram illam non occupavere? vid. titul. *Simonia.* Ære & donis Papatum sibi comparavit Sylvester III. Platinâ teste.

Depositus. Henricus rex duos Antipapas deposuit & Clementem investivit, J. Schardius f. 74. ex Waltramo in syntagmate. Schismata Paparum plurima. Dignitas papalis est impedimentum salutis æternæ, voce ac Apoph. tegmate Pii V. ut notat Cornel. à Lapide f. 57. c. 1. in c. 3. Apocalyps.

§. 13. *A Papatu, quà tali, meritò recessimus*; non ab ea, quæ adhuc latet in illo, captivatâ & pressa Ecclesia: (1) quia jussi sumus egredi Babylone Apoc. 18. certè papatus Babylon est, vide Lutherum de captivitate Babylonica; & Romam esse Babylon Ribera in Apocal. testatur. (2) Destituti fuimus aquâ vivâ, ideò montes Romæ reliquimus; ut olim montes deseruerunt incolæ Romani ob penuriam aquæ. (3) Libertate Christianâ in ceremoniis privati, & jugo servitutis nefandæ impliciti, Luther. in epistol. ad Galat. Cassander fol. 874. oper. (4) Statu Ecclesiæ Romanæ pessimo conturbati, Centum gravamina nationis German. Alvarus Pelagius de planctu Eccles. Cornel. Schulting. de corrupta disciplina Ecclesiastica, P. Berchor. passim in Reduct. morali: Ægid. Viterbiens. orat. in concilio Lateranensi habita, tom. 3. Concilior. fol. 527. §. Video, vides. (5) Tyrannis papatus: vid. causas recusati Concilii Tridentini, à qua recessimus ut 2. Chronicor. 23. vers. 13. 14. (6) Derisio religionis Christianæ ob effusam Dominii papalis licentiam, vide Consilium Deputatorum à Paulo III. an. 1538. quod extat tom. III. Concilior. edit. Quentel. Colon. fol. 819. colum. a. Beatissime pater, &c. (7) Defectus prædicati verbi: Damasus tom. 1. Concilior. §. Tanta apud nos est simplicitatis imago. (8) Reformationis necessitas, quam tantoperè urserunt Cæsares, Reges, Cardinales, Consiliarii Papæ, nunquam impetrarunt. Ex quo factum est, ut omnis generis scelera vitiaque clerum inundaverint, vide Cassandrum Epistol. 16. Cornel. Schulting. d. l. Johann. Wolfium in 2. Tom. Lect. memor. Johann. Gerhard. part. 1. confess. Cathol. p. 147. &c. (9) Verbi divini neglectus, C. Espensæus fol. 156. D.

De Potestate Papæ.

Divinam ei tribuunt Canonistæ ex verbis Innocentii III. de Translat. Episcopi. Glossa in c. Quanto super, veri Dei *vicem*, ita scribit: Unde dicitur habere Papa cœleste arbitrium; & ideò etiam naturam rerum immutat, substantialia unius rei applicando aliis, & de nullo potest aliquid facere, & sententiam, quæ nulla est, facit aliquam, quia in his, quæ vult, ei est pro ratione voluntas: nec est, qui ei dicat: Cur ita facis? Ipse enim potest supra Jus dispensare, idem de injustitia facere justitiam, corrigendo jura & mutando, &c. *plenitudinem obtinet potestatis.* Hæc ibi. Ibidem Abbas Panormitan. divinam potestatem Papæ adstruit, vices Dei in terris gerentis reservata Deo, ipsi Papæ reservata esse. Petrus Ancoranus in c. Inter corporalia Papam vices Dei gerere. Baldus eundem C. Inter corporalia Papam tanquam Deum esse quoad Reservata. Glossa in Prooimio Clemen. *Papa stupor mundi*, & circa finem: Qui maxima rerum, *nec Deus es, nec homo, quasi neuter es inter utrumq;*. Hostiensis in c. Quantò dicit, ait, Papa cum Deo facit idem Consistorium. Et fatetur citatq; Alvarez in speculo c. 11. n. 34.

Innocent. 4. c. Inter corporalia, super verbum: constit. hac: *Id est* potestatem dissolvendi matrimonia non habet ex autoritate terrena, *sed divina.* Et infra, item: *id est*, sicut matrimonium carnale non potest dissolvi, nisi autoritate Dei, vel vicarii ejus, id est, per constitutiones ab eo factas, & in casibus ab eo concessis; sic non potest matrimonium spirituale separari, nisi autoritate Papæ, & in casibus in constitutionibus Ecclesiæ contentis, vel *Papæ.*

Unde verò tanta potestas pedetentim accreverit papæ, vid. Joh. Roffensem Episcop. libr. 2. c. 5. 6. 7. de potestate Papæ temporali.

Temporalem. Quæ tamen sententia non est de fide, cum plurimi pontificii negent habere Papam hanc potestatem. Navarr. in c. Novit. & Jud. notab. 3. n. 42. Neq; sacris literis continetur, neq; ab Ecclesia determinata est. Covarruvias Tom. 1. Relect. c. peccat. de Reg. Juris in 6. p. 2. 9. 9. n. 7. Glossa, Antonius de Rosellis, Baldus, Albericus, Jacobus Almayn, Joh. Major, ibidem à Covarr. citati Greg. de Valent. 2. 2. q. 12. 1. Disp. 1. punct. 2. Pesantius in 2. 2. q. 10. art. 10. citans Joh. de Paris, & Deledonem asserentem, non esse de jure divino, sed Ecclesiastico hanc potestatem. Alanus l. 2. de libertate Christiana in Resp. ad Justit. Britann. Apologia pro Navarr. Widdrigthon. Vid. Joh. Roffens. Episcop. de potestat. Papæ lib. 1. c. 1.

Unde verò hæc temporalis poteſtas?

Adolevit paulatim 1. Conniventiâ principum. 2. Bellis inteſtinis Germaniæ. 3. Adulationibus Canoniſtarum Doctorum. 4. Exercitio Tyrannidis Paparum adverſus Regum principumque præeminentias, in Jure divino fundatas. 5. Vigore noctis tenebrarum, quæ paulatim publicam libertatem peſſundarunt.

Per hanc reges Papa deponit, & Cæſares.

Hanc Tyrannidem confutavit Johan. Epiſcop. Roffenſis lib. 2. c. 45. ad fin. usque & c. 25. 37. ad 42. & c. 24. dicto lib. 2. & c. 5. ibid. c. 1. 2. 3. lib. 1. c. 8. & in Gregorio VII. damnavit. lib. 2. c. 10.

Imperium (ut perhibent) *tranſtulit.*

Sed id falſum eſt: quod demonſtrat Joh. Epiſcop. Roffenſ. lib. 2. c. 43. contra Bellarmin. pro Barclaio. Franc. Jun. c. Ballarmin. de hoc themat.

Nonnunquam in ordinem redacta à Cæſaribus, Regibus, Principibus.

Car. Sigon. lib. x. f. 251. de regno Italiæ §. Sub quam &c. notat, Papam revocaſſe ſcriptum ſuum, quod hæreſin ſapiebat: vid. paulò ante.

Appellatio.

Ad Papam Romanum, ab Africano Concilio planè antiquata. Extat Canon manifeſtus illius Concilii.

Diſpenſat Papa.

V. Vivaldum, in ſupplemento cadelab. c. 10. quàm injuſtè & contra Jus divinum, prolixè oſtendunt, qui hoc thema ex profeſſo tractarunt: Vide præprimis Johannem Roffenſem de poteſtate Papæ.

PARABOLA.

§. 1. Accipitur vox generaliter pro quavis apta & ſcita ſententia: ſpecialiter pro comparatione allegoricâ. Parabolæ non ſunt explicandæ pro cujusvis lubitu, Irenæus lib. 2. c. 46. adv. hæreſ. Nec omnia aut ſingula verba attendenda, Chryſoſtom. hom. 65. in 20. Matt. conſentit Maldonat. in c. 20. Matt. & Jeſ. Salmero t. 7. tract. 3. & Stella in Luc. 11. p. 549. Fewardent. ad l. 2. c. 46. Irenæi. Argumenta ex iis non ſumenda, niſi hunc ſenſum ipſe Spir. S. intenderit & expreſſerit: v. g. ad Gal. 4. de Hagar & Sara: concedit ipſe Bened. Juſtin. in Gal. 4, 21.

§. 2. Cur ſæpius â Chriſto adhibitæ? (1) ob intellectus noſtri anguſtiam, quæ ſublevatur ſimilibus è trivio hauſtis Marc. 4, 33. Joh. 3, 12. (2) Ob memoriæ imbecillitatem, quæ facilè capit ſimilitudinem. (3) Ob memoriam localem, quam præfixit nobis Dominus, propoſitis rebus vulgaribus: (4) Ob vaticinii impletionem. (5) Ob ſimpliciorum informationem. (6) Ob malorum in die extremo confuſionem, quibus ſatis clarè locutus eſt Dominus, contra Calvini fabulam, quando aſſerit, induratos voluiſſe Deum magis per parabolas excœcare, in Harmon. (7) Ob excitationem majorem, Matt. 13, 9. Marc. 4, 9. Luc. 8, 7. Adde Chryſoſt. in Pſ. 48. (8) Ob confuſionem inimicorum Matt. 21, 33. 2. Sam. 12, 6. 7. 1. Reg. 20, 39. (9) Per accidens verò fit, ut præfracti & impii obdurentur magis ſuâ culpâ Matt. 13, 11. Marc. 4, 11. Act. 13, 46. & Marc. 4, 12. ubi eſt V. T. ἐκβατικὸν, non αἰτιολογικὸν: (10) Ob Syrorum & Palæſtinorum conſuetudinem, parabolis utentium, Hieron. in cap. 18. Matt.

Tria in Parabolis: [1] radix i. e. ſcopus: [2] cortex, protaſis è rebus ſenſibilibus: [3] medulla ſ. apodoſis ſpiritualis, Hieron. in cap. 12. Eccleſiaſt.

Exempla Parabolarum: Jud. 9, 8. ſeq. Eſa. 5, 1. Ezech. 17, 2. c. 33, 2. 7. Matt. 13, 3. 24. 31. 33. 44. ſeq. Marc. 4, 3. 26. 30. Luc. 8, 4. c. 13, 18. 19. 21. c. 7, 41. c. 12, 16. 42. c. 14, 16. c. 15, 4. 8. 11. c. 16, 1. c. 18, 2. c. 19, 11. Matth. 24, 25. c. 18, 12. c. 21, 28. 33. c. 22, 5. c. 25, 1. 14.

PARACLETUS. *V. advocatus, It. Spiritus S.*

PARADISUS.

§. 1. Vide Ambroſ. tom. 4. lib. de Paradiſo; & tit. *Vita æterna.* Nomen Paradiſi Perſicum eſſe, dicunt quidam, ſed ſine ratione. Perſæ hac voce ſunt uſi, ad notandos hortos amœniſſimos, ut & Græci, teſte Julio Polluce. Hebraicum eſt Eccl. 2, 5. c. 4, 13. Neh. 2, 8. idem apparet ex Plutarchi ſympoſio 3. & in Artaxerxe. Verè extitiſſe Paradiſum, negat Origenes l. 4. περὶ ἀρχῶν, (culpatus ab Hieron. epiſt. ad Pammach. de erroribus Johann. Hieroſolymitani.) hiſtoriæ veritatem negans: vide quoq; Aug. lib. 13. c. 21. de Civ. Dei, Chryſoſt. hom. 13. in Gen. (1) Eandem veritatem negarunt Seleuciani. Philo Judæus cœlum intellexit, quem refutat Theodoretus. Inter Judæam & Arabiam in Meſopotamia ſitus fuit, circa Babylonem & Seleuciam, ubi Tigris & Euphrates quadrigam fluviorum conſtituunt, ad Orientem.

Periit aquis diluvii: ergo in eo non verſantur Enoch & Elias Thesbites, ut volunt Judæi.

§. 2. (2) Paradiſus cœleſtis non eſt limbus, contra Hugon. in Gloſſ. Luc. 23. Verè eſt πȣ̃ beatorum Apoc. 2, 7. Luc. 23. 2. Corint. 12, 4. Vide Promptuar. Allegor. 1763. (3) Nomen civitatis, ſitæ in extremitate Antilibani, Plinius libr. 5. c. 23. (4) Nomen totius regionis à Libano ad Antilibanum Buxtorf. פרדס Luc. 23. Hodiè mecum eris in Paradiſo: hinc Elench. animas non dormire, non venire in purgatorium, in eo enim Chriſtus non fuit. Hinc ſolatium: Jeſu noſtro adjungimur cum latrone, ſi JESU verâ fide adhæreamus.

PARALOGISMI.

(1) Doctrinales, eorum, qui dicunt, ex noſtra religione ſequi mores impios, nos prohibere bona opera, & multis aliis calumniis cœleſtem doctrinam proſcindunt: vid. tit. *Calumnia:* item *Accuſatio falſa.* (2) Morales, quos ſibi faciunt præfracti, impœnitentes, ſuæ malitiæ patrocinantes.

PARALYSIS

Corporalis, Symbolum peccati, quô homines [1] Effrenes, ſoluti, ob originalem culpam, ut membra regere nequeant, ad ſerviendum Deo. [2] Immobiles ad bona opera. [3] Inſenſibiles ad guſtandam DEI ſuavitatem. [4] Trepidi ex malâ conſcientiâ & defectu boni ſpiritus, non influentis.

PARCO.

Parcit Deus ob bonos malis Genes. 18. Esa. 65, 8. 9. vide tit. *Plaga:* item, *Præmium pietatis.* Est effectus divinæ bonitatis, Malac. 3, 2. Homo parcit, pater filio Mal. 3. Non parcere corpori est, ei subtrahere illa, quæ ad ejus sustentationem pertinent Coloss. 2, 23. Zach. 7. 1. Reg. 18. Huc Quadragesima triplex Montanistarum & Judaicus ciborum delectus, vide Hieronym. epistol. 54. ad Marcel.

PARENS.

§. 1. Pater 1. Cœlestis Deus est: blandissimum hoc nomen est: Psalm. 103. sicut pater miseretur &c. Eph. 3. pater, ex quo omnis paternitas. 2. Terreni parentes, à quibus procreamur. 3. Pater doctrinæ is est, qui aliquem erudit & informat. 4. Pater curæ, ut Tutor. 5. Familiæ vid. tit. *Paterfamilias.* 6. Reipublicæ vid. titul. *Magistratus.*

Varia officia Parentum.

§. 2. 1. *Precibus impetrare infantes*, liberos Genes. 25, 20. 21. 22. Genes. 30, 17. 18. 1. Sam. 1, 20. 26. 27. Luc. 1, 13. 14. ita tamen, ut sint frugi, Sir. 16, 1. Vide de iis, qui prolem desiderarunt & procrearunt, Zwing. f. 76. a. b. Cui affectui plurimum favit Romana Respublica: Vid. Camerar. p. 2. c. 65. hor. subcisiv.

2. *Agnoscere*, quod proles sit donum Dei, Gen. 33. Quos donavit mihi Dominus. cap. 48. eadem verba repetuntur.

§. 3. 3. *Amare prolem:* Gen. 42. absq; prole me esse facitis. Neque ejus oblivisci, quod, proh dolor! fit tempore belli Jerem. 47, 3. A lege naturæ, quæ hunc amorem parentibus indit. A testimonio scripturæ Esa. 49. Nunquid mater, &c. Ab exemplis: Gen. 37. Jacob lamentatus super Josephum. Confer Meiger. in Nucleo lib. 4. cap. 1. p. 704. Græcæ mulieres olim exponebant infantes nudos, sed aliquid ornatus sibi detrahebant & infantibus appendebant, Zwinger. fol. 56. b. 5. Græca in Theatr. exemplum apud Eusebium l. 7. c. 24. & Valer. Maxim. lib. 6. c. 5. 2. Sam. 12. David jejunat pro filio & flet, c. 14. Absolonem osculo excipit. 1. Reg. 3. mulier prolem sectionis periculo eximit. Tob. 10. curat Tobias, sanus ne sit filius: Ergo habeant liberos pro thesauro: sic Cornelia mater Gracchorum ostendit Campanæ, fœminæ nobilissimæ, liberos suos & filias suas: Hæc, inquit, ornamenta mea sunt, cum illa Campana prius monilia & pretiosa diademata ostentasset. Idem fecit Laurentius Medices, dux Florentinus Manlius pag. 112. collectan. Ang. Politian. lib. 4. epist. 2. Thesei pater putans filium interiisse, præ mœrore vitam sibi ademit, illatis violentis sibi manibus, Plutarchus in Thesei vita. Thessalonicensis civis acceptâ optione à militibus Theodosii, ut alterum è filiis morte destinatis eligeret, vidit, trahens moram electionis, utrumque interfici, dolore inenarrabili. Mycerinus rex Ægypti mortuæ filiæ unicæ aureum monumentum condidit, perpetuos odores adoleri jussit, Herodotus. Scedasus sibi vitam ferro finiit, quod ambæ ipsius filiæ à duobus Spartanis adolescentibus violatæ essent. Jocaste regina Thebanorum, cum reperisset ambos filios se mutuis vulneribus confecisse, extracto gladio unius sibi vitam finiit. Exempla brutorum animalium vid. part. 26. part. 1. Didac. Apolepht. horar. histor. Τῆς ἀστοργίας nomine reprehenduntur Megarenses à Diogene, & extat exemplum apud Augustinum libr. 4. capit. 8. de Civitat. Dei. Est tamen gradus in amore parentum, Genes. 37. Israël fecit tunicam Josepho; non tamen sit amor nimius, simiarum instar amoris fœtus suos comprimentium Sir. 35, 23.

§. 4. 4. *Non tamen spem in illis locare*, (1) nam possunt filiis orbari, ut Jacob: (2) vitia crescunt eum ætate: (3) Dei amor primas tenere debet in omnibus: (4) filiorum vita impia, ut Caini & Esavi. Non carnaliter gaudens; sic pater Augustini carnalis gavisus est de pube filii August. tom. 1. col. 76. c.

5. *Orare pro filiis*, sic David 2. Sam. 12, 6. Matt. 15, 22. 1. Chronicor. 29. Salomo quoque, &c. 1. Sam. 1, 28. Tob. 4. 6. Matth. 9. Jairus pro filia. Contra illis non imprecari mala, ne hæc illis eveniant: exempla vide p. 2. prompt. Exemplor. fol. 115.

§. 5. 6. *Non occidere filios.* Ægyptii statuerunt, ut Pater filicida tribus diebus circa filii occisi corpus assiduus spectator sederet, Zwinger. folio 199. a. si pater. Exempla Patrum, qui filios occiderunt, vide Textor. 1103. officin. 2. Regum. 6. mulier illa; huc parentes libericidæ Ezech. 22, 37. Jerem. 7. Psalm. 106. per ignem. Chinenses parentes liberos occidunt vel suffocant in aquis, maximè puellas, cum eas alere non possunt M. Olear. folio 37. b. im Anhang. Hippodamus filiam per vim stupratam de rupe egit præcipitem. Artaxerxes Mnemon filium Darium cum quinquaginta nepotibus occidi curavit. Cambyses proprium filium interfecit; sic Ptolomæus Evergetes, Livius. Constantinus Magnus filium suum Crispum; Herodes filios tres, Alexandrum, Aristobulum, Antipatrem; Catilina veneno sustulit filium, Valerius Maxim. libro nono capit 1. Laodice regina Cappadociæ filios quinque veneno sustulit, ne imperium amitteret.

6. *Sustentare eos* 1. Tim. 5. Vultur pullos nutriens centum diebus à volatu se abstinet, deficiente verò cibo venam sibi aperit, ac pullis sanguinem sugendum præbet, Orus de sacris Ægyptiorum, pagin. 5. 6. quantò magis parentes suos nutriant. De Carolo VI. Principe Hispaniæ ob suspicionem Lutheranismi in carcere mortuo; vide Sturmium part. 2. promptuar. Exemplorum. fol. 112. b. Juxta illud Johannis ex ore Christi cap. 16. Putabunt se cultum præstare Deo.

§. 6. 8. *Educare* Sirach. 4, 3. 4. & instituere in pietate Psalm. 78, 3. sequent. Psalm. 44. v. 2. in præceptis Dei Deuteronom. 31, 13. capit. 4, 10. quod qui non faciunt, nec DEUM colunt 1. Samuel. 2, 29. Luc. 2. Magis cordi esse debet

Educatio liberorum parentibus, quàm thesaurorum collectio, Chrysostom. hom. 59. in Genes. Deuteronom. 4. docebis filios &c. habeant igitur curam suorum liberorum, ne moraliter à Diabolo obsideantur, ut olim Cananæa fuit sollicita de obsessa filia Matt. 15. Necessitas educationis (1) à præcepto Dei Genes. 18. scio quod, Deuter. 6. Exod. 13, 11. Jos. 4. cum interrogaverint. Psal. 77. mandavit nota facere filiis suis; in Proverb. multoties reperitur illud; Fili mi, audite filii. (2) A moribus, quibus assuescimus, eos enim non deponimus; (3) Ab effectu, instillatur enim pietas; Alexander imperator in suo larario Christum coluit, Lamprid. & templo locum fecit, Aurel. p. 172. epit. Baronii. *Expellitur* hâc educatione stultitia Proverb. 22, 5. parit sapientes filios Proverb. 29, 15. Huc referendi sunt educationis fructus, nempe, ut ita ad Dominum apportentur Esa. 49, 22. ut parentes gaudio afficiantur, non suffundantur pudore, tædio afficiantur hostes, imago patris relinquatur, & amicis præsidium: ne filii fiant petulantes instar equi Sirac. 30. vers. 8. ne filios timeant parentes vers. 9. ne filii dolorem incutiant vers. 9. sequent. Sirac. 22, 3. (4) A damno: neglecta educatio facit, ut filius matrem dedecore afficiat Proverb. 29. v. 15. 17. ut occidendus sit filius Prov. 23. v. 13. 14. Confer Prov. 22. v. 6. ab ursis infernalibus devorandus 2. Reg. 2, 24. Allegorice applic. (5) A simili: Arbor tortuosa crescit, nisi maturè flectatur: sic quoque pueritia non benè educata vitiis litat, & tortuosis viis peccatorum. Iter faciens si in principio illius in bivium inciderit, à meta facilè aberrat: ita si juvenis in adolescentia à via virtutis declinaverit, scopulis vitiorum illiditur. Hinc toties David petit, vias Domini sibi monstrari, ac monet, adolescentes vias suas mundare Psalm. 25. vers. 7. & 119. v. 9. Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu. Animalia bruta cicurari possunt, teste experientiâ, ut hominibus inserviant: quantò magis educanda est juventus ad servitia DEO & parentibus præstanda: (6)

§. 7. Ab exemplo eorum, qui bene educarunt filios, Abraham Genes. 18. 1. Johan. 2. Hæc scribo pueris. Johann. Fridericus Elector puer 9. annorum petiit à patre Electore, ut & ipsi liceret interesse repetitioni Catechismi, Torgæ institui inter pueros solitæ, Rosinus in vita Johann. Friderici lit. V. 3. Christiani pueris à cunis inde instillabant vocem Alleluja, Hieronym. ad Lætam. Ægyptii olim sine ullo librorum usu rerum vetustissimarum memoriam filiis inculcabant. Molocho non dandi liberi Levitic. 18. vers. 21. qui malè hos educant, Diabolo dant semen, ut ab illo igni inextinguibili comburantur; audiant potius parentes sacerdotum æstimationem, si velint domum suam sanctificari; hi dicunt Eph. 6. Educate filios vestros in disciplina & institutione Domini. Samuel ablactatus Domino offerebatur; sic filii parentum piorum: ejusmodi erat Timotheus 2. Timot. 3. vers. 14. 15. Moses Actorum 7, 14. Augustus Elector voluit linguam latinam discere pueros non ex Ethnicis libris, sed ex iis scriptis, in quibus extat pura DEI cognitio, Paulus Eberus præfat. Bibliorum Latino-Germanicor. Joseph. l. 4. c. ult. antiq. narrat, quod manè & vesperi pueros suos liberationis beneficium ex Ægypto repetere doceant Judæi. Romani quotannis sex optimatum filios ad sex Hetruriæ populos mittebant ex publico, ut auguralem scientiam addiscerent, qui deinde negotiorum directores essent, consultis priùs auspiciis. Druidæ apud Gallos, teste Cæsare, juventutem docebant. Athenienfibus locus scholæ erat sanctissimus; Juvenalis ita:

Nil dictu fœdum, visuque hæc limina tanget
Intra quæ puer est, procul hinc, procul hinc[?] *puella.*

(7) Ab apologo: Prometheus hominum fictor & plastes perhibetur: indicare voluerunt veteres, homines sine sapientia esse statuas; hic enim Prometheus homines sapientiâ excoluisse dicitur, Augustinus de Civit. DEI, & in cœlum ascendisse, ignemque ex eo detulisse, quo homines animarit: (8) Ab apophtegmate: Aristippi vox est ad eum, qui dare nolebat didactrum, perhibens se tanto pretio posse equum emere: Fac (ait) & duos habebis equos: (9) A gaudio angelorum, Gerson. tractat. de pueris ad Christum trahendis p. 2. (10) A commodo Reipub. neglecta enim puerorum institutio corruptos mores in Rempub. introducit Gr. Theolosan. l. 15. c. 1. de Repub. (11) A testimonio Ethnicorum, vid. Platonem in Timæo & lib. 7. de Rep. & lib. 7. de Legib. Quintil. l. 1. c. 2. & 4.

§. 8. Tempus: fiat maturè educatio Sirac. 7. v. 25. Judæi filium V. annorum ad Biblia: X. ad Mischina: XIII. ad præcepta: XV. ad Thalmud, Sebast. Lepuscul. Psylli à teneris veneno assueti, venena postea sugunt, M. Mathesius conc. 4. Sarept. de auro: venena vitiorum maturè sugit & imbibit juventus.

Ad educationem spectat (α) castigatio: non parcere virgæ. Prov. 13. v. 24. cap. 22. verbis corripere Genes. 34. Jacob dixit ad Simeon: Proverb. 13. Qui abstinet virga: cap. 19. castiga filium. Non audire querelas, si in scholis virgis sint cæsi, vid. Zwinger. folio 2206. 2207. præficere pædagogos; Samueli sacerdos Eli, Alexandro Magno Aristoteles, Tito Paulus Apostolus Hieronym. Epistol. ad Cælan. Moderati autem sint parentes in exigendis à filiis, quam promeriti sunt, pœnis; non nimis severi Proverb. 19. v. 18. Ephes. 6. v. 4. Col. 3, 21. Gen. 31, 14. sic David moderatus erga Absalomum. Darius civis Romanus, qui filium patris vitæ insidiatum non morte sed relegatione duntaxat multavit, Fulgos. libro quinto c. 9. Carolus M. in filium spurium Pipinum pœnam statuit, ut religionem monachorum ingrederetur: similia sunt exempla Ludovici Pii erga

erga Lotharium, filium, Caroli VII. Gallorum regis. Sisynnius filio ignovit, qui patre inconsulto uxorem duxerat: Ambrosius Epistol. 43. Plura recenset exempla Fulgosus libro quinto capite 8. Exemplor. memorabil. Sabellic. libro tertio capite 3. Exemplor. 1. Samuel. 14. Saul in Jonathanem plus justò rigidior. Titus Manlius apud Livium filium securi percuti jussit. Sit tamen eorum imperium cum authoritate conjunctum, ut liberi ipsis pareant: sic filii Noacho, Josephi fratres Jacobo parenti in Ægyptum proficiscendo, Isaacus Abrahamo, Macchabæi patri suo Mathathiæ. Profana exempla recitat Sabellic. libro 3. cap. 1. Exemplor. Non autem sævum: ut aquilarum in pullos, quorum unum nido exturbat, alterum sibi servat, Basilius hom. 8. Hexaëm.

§. 9. (β) Ingenia liberorum explorare, Zwinger. folio 157. Theatr. b. §. Vetus mos; & Justitiam DEI pœnasque eisdem inculcare, Joel. 1. v. 3. Confer Luther. præfat. in Proverb. Salom. ne ingenia liberalia laborem educationis fallant, Sirac. 21. Optimasque virtutum imagines imprimere, ut ceræ, Basilius in Regul. fusius disput. (γ) Conformare ad res gerendas: Plato 2. de Repub. sanxit, ut pueri adducerentur ad castra, ac ita eorum animi ad prælia accenderentur. Manoë petit iterari colloquium angeli, ut disceret, quomodo Simson puer tractandus esset Judic. 13. (δ) Docere pueros, ut canant Psalmos: Chrysostom. homil. 9. ad Coloss. Deuteronom. 31. vers. 13. 14. audiant filii & discant. Exod. 13. vers. 13. 14. respondebis ei. Deuteron. 4. v. 10. Jos. 4. v. 22. 1. Chronicor. 22. David præcepit Salomoni, cap. 28. scito DEUM patris tui. Tob. 1. docuit timere DEUM: cap. 14. v. 11. filiis vestris mandate. Proverbior. 22. vers. 6. Exod. 22. primogenitum filiorum dari sibi Deus præcepit, ut doceret, parentes consecrare suos Domino filios debere. (ε) Contradicere ac refragari, si ipsis pueri rapiantur & ad monastica vota subeunda inducantur; quod tamen Rampelogius contortis allegoriis probare ac suadere nititur in Figur. Biblic. titul. Parentes. (ζ) Soliciti sint, ut liberos promoveant: ut Salome Matt. 20. Bona & opes procurent Proverbior. 19. vers. 14. 1. Timot. 8. moderatè tamen, nam facilè pereunt Richter. axiomat. Oeconom. 53. Gen. 25. Abraham dedit. 2. Chronicor. 21. dedit Josaphat &c. Non suavia, sed utilia liberis præstent: Johann. 16. expedit, ut ego vadam: Christus pater & frater discipulis prospexit de utilibus, non de suavibus. Mala liberorum sibi imputent: Matt. 15. sic Cananæa solicita fuit pro filia, dicens, Domine adjuva me! (η) Bono exemplo prælucere, castitatis Sir. 42, 20. temperantiæ, pietatis & reverentiæ erga nomen DEI. (θ) Ab omni otio ad laborem retrahere: vid. tit. *Otium*.

§. 10. Educationi opponitur 1. Mollitia, Sir. 30, 7. 1. Sam. 2, 3. & nimia indulgentia, 2. Sam. 13. noluit contristare spiritum Ammonis, 2. Sam. 14. osculatus est David Absalomum, cap. 18. servate mihi puerum. Genes. 34. Hemor sic filio Sichem: vide Textor. column. 1098. officin. Fugienda Sirac. 7, 25. 26. cap. 30. v. 10. sequent. cap. 42, 11. Confer Augustinum sermon. 33. ad fratres in Eremo. 2. Immoderata disciplina Proverbior. 19. v. 18. 19. 3. Neglectus disciplinæ, Chrysostomus sermon. 60. in Matt. & homil. 9. in 1. ad Timot. Exod. 21, 28. Dominus luit pœnam bovis cornupetæ: quantò magis liberorum non rectè educatorum. Parit tragicam mortem, vid. part. 2. promt. Exemplor. p. 113. 114. sequentib. Crates Thebanus frequenter dixit, se in excelsissimam urbis partem, si fieri posset, scansurum esse, & clamaturum: quò ruitis miseri? qui in quærenda pecunia omnem lapidem movetis; liberi verò, quibus hæc colligitis, parum vos solicitant, Plutarch. de instit. puerorum. 4. Scandalosa vita: hac non offendendi pueri Jer. 7. vers. 18. Conf. 2. Mach. 6, 23. 28. 2. Chron. 22, 3. Athalia filium suum in vias Achabi induxit. Nec eâdem pœnæ attrahendæ in familiam, v. Richter. axiomat. 117, Oeconomic. Educationis malæ fructus exemplum Herodias, quæ (α) culpâ homicidii se maculavit: (β) regni oblivionem regi intulit: (γ) impudicam saltando se gessit Marc. 6.

§. 11. 9. *Non cognat liberos ad matrimonia*, Richter. axiom. Oecon. 60. id enim plerumq; infelix evadit: prospiciant eis de bono matrimonio, Genes. 27. tædet me vitæ c. 28. vocavit Isaac Jacobum. Genes. 38. Judas dedit primogen. &c. non prostituant filias Lev. 19.

10. *Modestia*, ne glorientur liberis suis Sirac. 16, 1. & candor erga filiarum procos, ut servent sponsalia; secus fecit Saulus 1. Samuel. 25.

11. *Ferant moderatè* (α) tragicos casus filiorum, vid. Lev. 10, 6. Timanthes pictor notaturus insignem dolorem Agamemnonis, filiam oblatam in sacrificio lugentis, velato eum capite pinxit. David Amnonem luxit moderatè 1. Sam. 13, 38. Marcus Aurelius imperator inediâ sibi vitam finiit, cum videret, filium suum Commodum frustra à tot præceptoribus emendari, nec corrigi: Baron. tom. 2. fol. 247. num. 45. (β) Eorundem mortem (orbantur namque liberis parentes Genes. 27, 45. cap. 41. v. 14. Ruth. 1, 5.) Argumenta consolatoria desumuntur. 1. A divina voluntate, sine qua ne capillus quidem de capite nostro decidit Matt. 10. 2. A læta resurrectione mortuorum Esa. 26, 19. c. 66, 14. Joh. 5, 28. 3. A jucunda restitutione, sicut Luc. 7. Dominus viduæ filium reddidit. 4. A negata liberorum reversione 2. Sam. 12. 5. Ab exemplis, Davidi, Jobo rapti per mortem filii. 6. A statu felicitate, sunt enim in æterno gaudio, vivunt Deo: Basilius hom. ne temporalibus rebus affixi simus: Liberi (inquit) mortui optimâ naturæ parte vivunt. 7. Præmittuntur denique filii, nobis brevi insecuturis.

12. *Instituant testamenta morituri*: Genes. 49. versic. 1. 1. Reg. 2. 1. Chronicor. 29. Tob. 4.

Tob. 4. 2. Reg. 20. dent liberis monita virtutum Gen. 49. Deut. 31,32.33. Joh. ultim. 1. Sam. 12. Tob. 3, 1. Macch. 2. Joh. 14, 15. bona Gen. 25. vers. 6. Esth. 2, 18. c. 5, 22. & benedictionem relinquant, Chrysost. hom. 66. in Genes. Gen 49. Jacob benedixit filiis.

§. 12. 13. *In specie matres gravidæ* orent pro prole; abortus causas omnes caveant; obstetrices peritas constituant: lactent filios suos (vel de piis prospiciant illis nutricibus) omni cura ac sollicitudine prolem tenellam foveant, exemplô ferarum, qui nutriunt fœtus suos uberibus, tum ob conformitatem lactis materni ad substantiam filiorum, quam explicat Gellius lib. 12. noct. Atticar. Confer Plin. lib. 28. cap. 9. ob amoris conservationem. DEO prolem offerant 1. Sam. 1. v. 26. Anna Samuelem: sic mater Domini Christum stitit coram Domino Lucæ 2. Seriò pro ea DEUM precentur, sic fecit Monica mater Augustini, Augustinus tom. 1. col. 88. d. Filias monitis instruant Proverb. 31. vers. 1. in pudicitia educent Sir. 43. v. 11. cap. 26. v. 13. seq. castitatem earum conservent Sir. 7, 26. cap. 43. vers. 9. justo tempore elocent Sir. 7, 27. cap. 43. v. 9. mariti odium vitent, d. l. Sir. non veneno extinguant, ut Comitissa Zeringiæ tollens veneno utramque prolem Anno 1158. vid. Sebast. Münster. in Cosmogr.

Adjuncta.

§. 13. Ἀτεκνία: melius non habere liberos, quàm habere petulantes, Sir. 16. vers. 4. Olim probrosa erat in V. T. Luc. 1. vers. 25. 1. ob solicitam Messiæ expectationem è muliere nascituri, quia semen mulieris esse debebat Gen. 3. vers. 15. 2. ob benedictionis subtractionem, quâ sterilis maetr carere indicabatur. Confer loca seq. Genes. 1, 28. Psal. 128, 3. non enim dat prolem quibusvis, ut agnoscamus illam DEI donum esse Psalm. 127. vers. 4. Beata quoque Luc. 23, 20.

Interim ἄτεκνοι sunt similes ei, qui tugurium solùm extruit, non domum.

Εὔτεκνοι καὶ πολύτεκνοι multi fuerunt: Jacob, David, Salomo, Lamech. Vide Zonaram Tomo 1. Gedeon 71. filios habuit. Ebzan 30. filios, & 30. filias Judic. 8. & 12. Achab 71. liberos. Scilurus 80. filios. Attila 60. filios, Masinissa Rex Numidiæ 44. filios. Erotymus Arabiæ Rex genuit 700. filios, teste Justino lib. 39. c. 5.

Parentum gloria est successus prosper filiorum Sir. 16. v. 1. 2. 3. cap. 25. v. 10. non absolutè in multitudine filiorum; aliquando in illa laus est Prov. 17, 6.

Parentum tristitia, si 1. moriantur, sic Genes. 37. Matt. 9. 2. Samuel. 12. Demades orator vidit suos filios interfici: eandem expertus est cladem Cæsar Mauritius. 2. Si filii scelere aliquo familias deforment; sic Cain homicida, Dina stuprata, Richter. axiomat. 51. œconom. Pater pius Jotham filium habuit impium Achazum 2. Chronicor. 27. & 28. at hic filium habuit pium Hiskiam 2. Chronic. 28. & 29. De officiis Parentum, vide Perkins. Tomo 2. oper. Tractat. de Oeconom. Christian.

PARIES.

Paries ruinosus Esai. 30. vers. 12. sic Jerusalem Luc. 19. homo calamitosus Psal. 62, 4. dealbatus, hypocrita Actorum 23. vers. 3. maceriæ paries Ephes. 2. vers. 14. ceremoniæ & distinctio Judæorum a Gentilibus: corporis nostri luteus paries, vel domus lutea Job. 4. v. 19, 20. ecclesiæ, constructus ex vivis lapidibus 1. Pet. 2. templi Salomonici auri obductus notat solida vitæ æternæ gaudia: excœcationis Esa. 51. Linire parietem Exech. 13. est falsis doctrinis & adulationibus populum corrumpere.

PARITER.

Pariter omnes Act. 2. v. 1. vide tit. Concordia: item, Unitas.

PAROECIA.

παροικία: de earum origine vide Johannem Filesacum. peg. 519. operum. De missa paroeciali audienda dissensum Pontificiorum lege ib. Filesacum.

PAROIMIA, Sermo figuratus.

Hebræis משל. Ezech. 20. v. 9. Promiscue usurpatur etiam pro parabola. Vide Matt. 15, 16. Joh. 6, 25. 29.

PARIO, PARTURIO.

I. Parit DEUS spiritualiter sibi filios per Ecclesiam.

II. Minister parturit: Gal. 4.

III. Mulier summis doloribus: Genes. 3. Johan. 16.

Consolandæ sunt parturientes. V. obstetrix. V. plura: Tit. PARTUS & PARTURIRE.

PARRICIDIUM.

Vide Textor. in officin. column. 11. 21. ubi plurima recitat exempla eorum, qui cognatos & propinquos truculentissimè interfecerunt: in Sacris literis 2. Sam. 15. Esa. 37. v. 38. narrat Lyra Sennacheribum à filiis præventum fuisse, qui suos filios immolare victimas decreverat, ut leniret animos eorum, qui consanguineos suos amiserant in hac strage. Parricida strictè dictus est is, qui alterutrum parentum occidit. Pœna hæc in eum Jure Civili constituta est; insutus culeo cum cane & gallo gallinaceo & vipera & simia, in vicinum amnem projicitor, secundum quod religionis qualitas tulerit, ut omni elementorum usu vivus privetur, ac cœlum superstiti, terra mortuo auferatur L. Unic. de his, qui parent. §. Lex Pompeja de parricid. inst. de public. Judic. Conf. Sup. *V. Homicidium.*

PARTA TUERI. *V. Oeconomus.*

PARTUS & PARERE, & PARTURIRE.

§. 1. Partus monstrosi vid. tit. Monstra; Confer Meiger. lib. 2. c. 4. Nucl. histor. Camerar. part. 2. cap. 67. horar. subcis. illa docent, magnum DEI beneficium esse, si quis integrô nascatur. Mulieris partus vid. Mulier: est imago tribulationis piorum Johann. 16. vid. titul. Tribula-

Tribulatio: nam partus est dolorosus & difficilis Gen. 35. v. 18. Psalm. 48, 7. Esai. 13, 8. cap. 21. cap. 26. Johann. 16. Aristoteles lib. 4. cap. 9. histor. animal. Elfreda regis Anglorum filia passa semel puerperium, postea debitum conjugale marito suo reddere noluit, Zwinger. fol. 414. Theatr. Medea apud Euripidem dixit: malle se bis vel ter in acie dimicare, quàm semel parere. Anna regina Ungariæ Ferdinandi I. Imperatoris uxor in partu XV. vitam amisit, quam Poëta celebravit hoc versu: Dum pario pereo, sed dum tibi pareo Christe, Cœlica sunt tandem regna parata mihi. Partus mulierum est *admirabilis* Galen. lib. de formatione fœtus, vid. Job. 10. Psal. 139. aliquando difficillimus. Genes. 35. in Rachel. cujus causæ variæ:

1. Angustia uteri.
2. Hujus mala constitutio.
3. Magnitudo fœtûs.
4. Hujus mala affectio.
5. Morbus gravidæ.
6. Hujus vita desidiosa.
7. Nimia mora in pariendo. Aristot. lib. 4. c. 6. de Gener. animal.

§. 2. Numerosæ prolis exempla: Johanna Pancica peperit triginta vicibus septuaginta liberos, Farello teste: Quædam 20. liberos quatuor vicibus Aristot. lib. 7. c. 4. de natur. animal. Albertus M. refert, mulierem quandam Germanam abortivisse viginti duos infantes: aliam 70. Margarita Comitissa Henneburgensis 1266. anno peperit trecentes sexaginta quatuor: Anno 1430. Messanæ mulier quædam uno partu novem infantes peperit: Irmentrunis conjux Comitis Isenbardi duodecim liberos enixa.

Parturio Gal. 4, 19. notat 1 summum dolorem Apostoli ob seductionem Galatarum, unde metuendum, ne planè fierent abortivus partus: 2. clamorem, quo cum partus solet esse conjunctus Apoc. 12, 2. 3. vocem lamentabilem quæ solet esse in partu; hac voce Galatas prosecutus est Paulus: 4. angustiam Psal. 88. terror invasit eos &c. Jer. 4.

Parere iniquitatem significat conatus impios perficere Psal. 7. cor matrix est, mala consilia concipiens.

PARO.

Parare viam Domino vid. tit. Via. Parata omnia Matt. 22. Confer Esa. 55, 1. 2. 3. 1. in consilio DEI & prævisione in Christo: 2. in sincera exhibitione & annunciatione: 3. in acquisitione Christi reali; omnia enim paravit nobis.

PARRESIA.

1. Hominis ad DEUM:
2. Hominis ad hominem. v. Senioris Schammai ad Herodem Joseph. lib. 14. c. 17. Ant. Judaic. ad judicium DEI provocantis.

PARS.

Pars nostra DEUS est Psal. 16. & 73, 26. Jerem. 10, 16. Num. 28. Levitarum pars & hæreditas DEUS erat: Luc. 10. vers. ultim. partem optimam Maria elegit. Est & pars impiorum Eccl. 2. Sap. 2. fruamur bonis, Sir. 41. in maledictione pars vestra: Job. 20. pars impii. *Pars nostra* DEUS Ps. 73. Christus. Vide Bernhard. col. 101. b. c.

PARSIMONIA.

Necessaria Sir. 18. v. 25. 26. mandata à DEO Sir. 42. vers. 7. exemplo firmata Matt. 14. v. 20. Marc. 8, 9. Johann. 6, 12. Utilis: conservat thesauros Prov. 21, 20. Gen. 41. horrea Josephi hoc docent. Prov. 2. stultus dilapidat bona. Sirac. 25. non congregans nihil inveniet in senectute; Prov. 13. parsimoniâ opes augentur; Prov. 5. ne des aliis facultates tuas; Sir. 33. facultates donationibus non effunde. Prov. 10, 5. sapiens colligit in æstate. Amplificat bona Prov. 13. v. 11. cap. 21. v. 10. cap. 24, 4. Contrà, neglecta parsimonia multa damna infert Sir. 19, 1. cap. 23, 5. Opposit. Sumptuositas in cibo, vestibus Luc. 16. Esa. 3. Luxuria vid. Vestis; Nimia tenacitas. Confer. Prompt. Exempl. p. 2. f. 420.

PARTA servare; *V. Oeconomus.*

PARTURIO. *V. Pario.*

PARVULUS.

(1) Parvuli dicuntur cives V. Testamenti; Galat. 4, 1. pupilli [α] tractantur ut servi; [β] non est compos bonorum paternorum ille parvulus; [γ] educatur in timore; [δ] fruitur cibo, potu & vestitu; [ε] cogitur disciplinâ, per opera servilia, non est sui juris, sed sub potestate curatorum & tutorum; [ζ] crescente ætate tandem ad libertatem adspirat, gaudens solvi vinculis metûs, quibus erat constrictus. Tutor & curator horum parvulorum lex erat, sub hujus virga ambulabant. Esa. 9. detinebantur usque ad cognitionem intimam peccati & cognitionis sui ipsorummet, ut omnem salutem in Christo quærerent, vide Luther. egregiè in cap. 4. ad Gal. in Postill. Eccles. in Domin. post Nativ. Christi.

(2) Simplices, fide verâ Christo adhærentes, Matt. 11. revelasti ea parvulis; Confer Matt. 18. versic. 6. parvuli in Christo 1. Corint. 3. v. 1. parvuli malitiâ 1. Corint. 4. v. 20. scientiâ Heb. 5. v. 13. humilitate Psal. 19. v. 8. Psalm. 116. v. 6. & 119. v. 130. His opponuntur superbi, inflati, carnales ut Ariani; hi enim solùm Ario subscribebant, qui aliquid præ cæteris esse volebant: Athanasius tomo 1. folio 398. oper.

(3) Imperfecti; omnes enim sumus parvuli respectu futuræ cognitionis in alterâ vita 1. Cor. 13.

(4) Fatui & stulti Job. 5. v. 2. Proverb. 1. vers. 4.

(5) Pupilli Prov. 23, 10. ne attingas parvulorum terram.

Parvuli mirabiliter à DEO conservati: Moses in scirpea cista: Lamissus meretricis filius in aquam projectus, à rege Angelmundo servatus, & lancea extractus: Nauclerus

Genes. 19. Justus Jonas puer tostam cepam à patre apostemati pestilentiali impositam, in scamno positam sine noxa comedit. Cyrus mirabiliter servatus, Justin. lib. 1. Cypselus puer apud Herodot. lib. 5.

PASCHA.

§. 1. Nomen Hebræum פסח Exod. 12, 36. 27. 13. videbo sanguinem & transibo, ופסחתי quod refertur ad angelum; alii ad ipsos Israëlitas referri volunt, qui celebrando Pascha ex Ægypto transierint, G. Nazianz. orat. de Pascha: Quidam veterum referunt ad græcam vocem πάσχειν, quæ notat pati. Confer August. tom. 9. col. 391. d. 392. a. Inde germanica Paß/ Paßport. Significat (1) ipsum actum transitionis DEI: (2) diem hujus festi Matth. 26. (3) ipsum agnum & totam actionem immolationis. Exod. 12. vers. 21. 2. Chronic. 35. v. 13. Matt. 26, 17. Marc. 14, 12. (4) Christum verum agnum 1. Corint. 5. & Pascha, ille enim pro nobis immolatus est ut agnus, Esa. 53. Joh. 1. vers. 29. (5) totam illam observationem rituum Paschalium.

§. 2. Triplicis transitus memoria in Veteri Pascha: (1) Angeli vastatoris prætereuntis Exod. 12. vers. 17. (2) Egressus Israëlitarum ex Ægypto: (3) Transitus per mare rubrum, Augustinus Tractat. 55. in Johann. Leo serm. 8. de pass. Domini, aliam excogitavit rationem nominis Pascha, quod transilierimus ad Pascha spirituale agni Christi; sed hoc remotum nimis est à litera: ut & illa, quæ ex veteribus congessit Jacob. Pintus lib. 5. Tit. 3. Christi Crucifixi.

Memoria ejus inculcata Deuter. 16. vers. 3. Est Festum *solemne* & *gaudii plenum*, Augustin. tom. 10. col. 897. a. b. *Solenne*, quia à Christo resurgente sanctificatum: *gaudii plenum*, nam gaudet cœlum, terra, homines, miseri peccatores: illud reseratur; ista honoratur, in ea enim jacuerat terræ Dominus; hi, quia redimuntur, Romanor. 4. ob justitiam nostram surrexit, & contigit nobis per nostrum Pascha Christum Jesum, quod scriptum est Psal. 105, 44. Ergo lætare Jerusalem, & celebrate festum omnes, qui diligitis Jesum! resurrexit enim: gaudete omnes, qui antea lugebatis, ait Cyrillus Hierosolymitan. Catechef. quartâ & decima. Spectat huc divina Pauli sententia in Actis. c. 26. v. 23.

§. 3. Est *complementum* omnium Christi beneficiorum: resurrexit mortuus ille, qui est inter mortuos liber & mortuorum liberator, ait Cyrill. d. l. *Vindemia spiritualis*, Augustinus tom. 10. col. 813. b. in qua colligimus metimusque messem beneficiorum Christi, quæ sunt gratia DEi, remissio peccatorum, vita, salus & omnia bona: 1. Corinth. 1. Christus factus est nobis &c. *Memoriale* divinorum beneficiorum 1. Christi donationis Johan. 3, 16. Roman. 8. proprio filio, &c. 2. Passionis salutaris: 3. Pretiosæ mortis: 4. Gloriosæ resurrectionis: 5. Cœlestis triumphi, Col. 2. Psal. 68. captivam duxit captivitatem. *Tempus* jubilationis, Augustinus tomo 8. colum. 1728. c. d. jubilamus enim Domino triumphanti. *Mysterium* magnum, Augustinus tom. 10. col. 897. b.

In eo olim luxus fuit maximus, Basilius tom. 1. fol. 119. b. 120. a. seq.

§. 4. *Causa* principalis efficiens DEUS est instituens Exod. 12. vers. 1. 2. Levitic. 23. v. 5. &c. Ministra, Moses. Materia objectiva agnus, cujus conditiones, Masculus, anniculus &c. Forma in modo celebrationis consistit. Finis 1. Liberationis ex Ægypto commemoratio: 2. Divinæ potentiæ celebratio, in hac eductione præstitæ: 3. Divinæ bonitatis erga populum suum inculcatio: Exod. 12. vers. 24. 26. 47. 48. 4. Gratiarum actio, Exod. 12, 14. 42. 5. Christi futuri agni adumbratio Exod. 12. vers. 46. 1. Cor. 5. *Pascha nostrum Christus*. 1. Cor. 10, 3.

De tempore festivitatis olim magna fuit concertatio (Ambros. Epistol. 83.) inter Ecclesias orientales & occidentales. Conf. Tract. diversos de Paschatis festo M. Crugeri contr. Jesuit. Edit. Dantisc.

§. 5. Officia circa eam: Debemus nos dignè ad Pascha præparare, 2. Chronicor. 35. vers. 6. Fermentum expurgare 1. Corint. 5. Domino acclamare, Psalm. 118. Hæc est dies &c. Non contemnere, ut 2. Chron. 30. Nehem. 9. v. 23. agnum cœlestem comedere fide, corporis ore in Eucharistia.

§. 6. Lactuca agrestis Exod. 12. v. 8. D. Lutherus noster bittere Salsen vertit: LXX. πικρίδας: Hebræi מררים amaritudines. Putant aliqui, herbas varias fuisse è genere acrium, atque ex his expressum liquorem fuisse, cui panis & caro intingerentur Matt. 26. vers. 23. Marc. 14. vers. 10. Johann. 13. vers. 26. (1) ut recordarentur, se amarissimâ servitute exiisse: (2) ut crucis porrò gestandæ commonefierent: (3) ut & contritionis feriæ super peccatis, (vide Gregorium Magn. hom. 22. super Evangelia) quoties ad S. Eucharistiam accedimus: (4) ut amaritudo Dominicæ passionis ob oculos poneretur: expressit hanc amaritudinem Dominus in ultima cœna, addens: quod pro vobis tradetur: (5) ut gustus spiritualis excitaretur & dulciùs gustaretur agnus ille; nobis, amaritudine pœnitentiæ afflictis Christus passus sapit suavissimè.

PASCO.

1. DEUS pascit: verbo, solatio, oves Christus. *V. Pastor.*

2. Minister, Act. 20. v. 28.

3. Corvi, Eliam, Paulum Eremitam, si credimus Breviario Rom. pag. 632.

PASCUA.

1. Terrestria, benedictionis divinæ nota Esai 13. vers. 6. Jerem. 25. vers. 36. Psalm. 65. vers. 14. defectus illorum pœna Joel. 1. v. 18. sequentib. Amos 1. v. 2. Thren. 1, 6. Subjecta loca sunt montes, valles, ut Achor, Basan, Carmel. 2. Spiritualia Ezechiel. 34. vers. 31. Joh. 10, 9. Sunt hæc (α) abundantia bonis gratiæ: (β) viridantia dulcedine divinæ miseri-

cor-

cordiæ: (γ) nunquam areſcentia nec in ipſa morte: (δ) cœleſtibus aquis circumfluentia, Eſa. 30. dabit aquas. (ε) omnibus ovibus accommoda.

PASQUILLUS. *v. Injuria.*

PASSER.

1. Vix unius, aut duorum annorum ſpatiô vivit: Plinius lib. 10. c.36. Et tamen eos Deus curat Luc. 12. aviculas. 2. nec ſine Dei voluntate in terram cadunt Matth. 10, 10. 3. Paſſer ſolitarius in tecto David fuit Pſ. 102, 8.

PASSIO *v. Tribulatio.*

PASTOR.

§. 1. Paſtor: vid. tit. *Miniſterium.* Magiſtratus Paſtor: vid. tit. *Magiſtratus.*

Paſtor propriè dictus Abel fuit, & ante eum pater Adam. Zach. 13, 2. Chaldæus ad h. l. Pagnin. Vatablus. Res paſtoritia Dei benedictione ampla; hinc lacte fluere dicitur Palæſtina Num. 16, 13. Deut. 6, 3. Olim exoſa Ægyptiis Gen. 46, 39. quatenus oves & boves comedebant paſtores, ut colligitur Exod. 18, 26.

Paſtor Deus 1. generaliter, omnes alendo, Malach. 1. Actor. 14.

2. Specialiter Eccleſiæ, Pſalm. 80, 1.

3. Specialius cujuslibet piæ animæ, Pſalm. 23. verſ. 1.

Paſtor bonus (1) ponit animam pro ovibus: (2) novit oves amando & eas benè curando: (3) amatur ab ovibus Gal. 4, 15. (4) auget oves, alias eis adducendo ad cœtum Eccleſiæ, (5) inſtructus eſt pane in pera, fiſtula in ore, baculo in manu: (6) adducit plures oves Joh. 10. (7) hoc ipſo eſt Rex, propheta, ſacerdos; ille, gubernando oves; iſte, prædicando, ſe oves redemturum eſſe; hic, ſe pro nobis devovendo ad crucis ſupplicium. (8) Oves in viam revocat, ne aberrent longius.

§. 2. JESUS eſt paſtor ille bonus [1] promiſſus ſcilicet Mich. 2, 12. c. 7. v. 14. Ezech. 34. v. 23. 24. Oſe. 3, 5. non Cyrus, non Georgius ille David, qui hoc de ſe explicavit. [2] Bonus eſt (α) naturâ vel eſſentiâ, eſt enim bonitas ipſa: (β) curâ pro ovibus ſuſceptâ Eſa. 40. v. 11. Ezech. 34. v. 23. Luc. 15. Johan. 21. 1. Pet. 2. (γ) operatione gratioſa: animam poſuit pro ovibus 1. Sam. 17. 35. Matth. 20, 28. Joh. 1, 29. 1. Timoth. 2. 1. Joh. 3. ἱλαστικῶς ſolus, μαρτυρικῶς Martyres & Apoſtoli. Oves agnoſcit Eſa. 49, 7. Jerem. 1, 5. Apoc. 7, 4. *Diſcernit* inter *oves & oves*, Ezech. 34. Zachar. 11. quicquid moritur, moriatur. Idque officium exercet paſtor 1. Temporaliter in hac vita: ſic Judæi abjecti Roman. 11. 2. Finaliter in Judicio extremo.

Vocat oves in caulam Eccleſiæ: omnes vocat, ut oves perditas errantes, Eſa. 53. 1. Pet. 2. Vulneratas: Eſa. 53. Sanati ſumus imbecilles: Sic diſcipuli diſperſi. Sunt etiam quædam robuſtæ oves: vadit, ut *quærat ovem* Luc. 15, 4. (imitetur hunc paſtorem Magiſtratus Pſ. 78, 72. 73. Miniſter, Paterfamilias: 2. Samuel. 18. David queritur Abſolonem.) Non eſt mercenarius, vid. tit. *Mercenarius:* Vigilat pro ovibus, ut Jacob: *Paſtum procurat*, Ezech. 34. ut olim Joſeph, in Ægypto rei frumentariæ proſpexit. *Colligit* diſperſas, Jer. 31. Oves errantes *quærit*, Luc. 15. Eſa. 13. Ezech. 34. Lupo *reſiſtit*, Diabolo 1. Pet. 5. v. 8. Tentatus à lupo tentatis *compatitur* Heb. 4. Balantes oves *audit*, Eſa. 30. exaudiam: *Cibat* oves verbo ſuo, carne ſuâ Joh. 6. corpore ſuo in cœna Matt. 26. *Ordinat* vigiles miniſtros Ezech. 3. Actor. 20, 28. Vulneratos *obligat*, Luc. 10. *Potat*, Pſalm. 23. Vide Chryſ. in h. Pſalmum. *Defendit:* Ægrotis *medetur:* nudas *veſtit:* morbidas *inviſit:* captivas *liberavit* ſuo ſanguine Zach. 9. Pedo Evangelii *gubernat & dirigit*, Numer. 27. Vitam æternam *donat*. Johann. 10. aquâ æterni ſolatii easdem *potat* Johann. 7.

§. 3. De officio boni paſtoris confer Gerſonem part. 2. oper fol. 42. ſerm. in Conc. Rhem. habitô ſuper Evang. Johan. 10.

Paſtor ſtultus erit Antichriſtus, Hieronymus in Zachar. 11. verſ. 8, 16. *Malus* occidit, Jerem. 23. verſ. 1.

PATEFACTIO. *V. Revelatio.*

PATER. *v. Parentes: it. Patres.*

PATER.

§. 1. 1. Deus: *Eſſentialiter*; ſic prima, ſecunda, tertia perſona, unus ille Pater.

2. *Perſonaliter*, prima perſona eſt Pater, qui genuit Filium, Pſalm. 2, 7. Mich. 5. cujus egreſſus, &c.

3. *Ratione noſtri:* Nos enim creavit Deus Pater, Filius, Spiritus S. V. *Creatio.*

Adoptavit: Johan. 1. dedit poteſtatem filios Dei fieri. Eph. 1, 6. Gal. 3. v. ult.

Hæredes fecit, Roman. 8. V. *Hæreditas.*

Pater luminum eſt, Jacob. 1. Alii, 1. angelorum. 2. Alii, luminis omnis, quodcunq; demum ſit, ſive naturæ, ſive gratiæ. 3. Preſſiùs reſpicit Jacobus ad divinæ eſſentiæ & ſanctitatis immutabilitatem, de qua Num. 23. Pſalm. 102. Mal. 3, 6. Vide Auguſtin. libr. 1. confeſſ. cap. 4. & libr. medit. c. 49. lib. 5. de Trin. c. 15, 16. Hieron. lib. 2. c. 3. contr. Pelagian.

In cœlis, qua phraſei notatur ſumma DEI majeſtas, omnipræſentia, omnipotentia. Phil. in Explic. orat. Dominic.

Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti prima perſona dicitur: quâ appellatione refutatur 1. Simon Magus, Heſiodus, Ethnici alii, qui plures multosque Deos confinxerunt. 2. Judæi, qui negabant, verum Deum eſſe patrem Jeſu Chriſti Johan. 8, 3. Deum eſſe communem Gentibus & Judæis, per Jeſum Chriſtum à Deo ſalvandis.

Miſericordiarum: 1. Eſſentiâ ipſâ miſericors. 2. *Miſericors affectu*, erga peccatores Ninivitas, Ezechiam, Davidem, mortem peccatoris omnino nolens: Vid. Tertull. lib. 5. adv. Marcionem.

Omnium: Eph. 4. hominum abſolutè, maximè fidelium 1. Tim. 4.

Super omnes: notatur ſupereminens eſſentia

Dei, & divina Idiomata, quibus excellit Deus in omnibus: Generalis Dei gubernatio, providentia.

Vultus ejus: Filium explicat Cyrillus lib. 1. c. 8. in Johan. ex illo Psalmi: Signatum est supra nos lumen vultus tui. & Psalm. 44. Illuminatio vultus tui. Idem. d.l. Cyrill.

§. 2. II. Pater naturæ. *V. Parentes.*

III. Pater-familias. *V. tit. sequent.*

Beneficia Dei patris erga liberos, quæ sunt:

Creare.
Conservare.
Nutrire & pascere.
Defendere.
Ducere.
Providere.
Diligere.
Omnium salutem velle.
Regenerare.
Erigere lapsos.
Corroborare infirmos.
Non deserere afflictos.

Officia nostra erga hunc Patrem.

§. 3. Debemus ei servire & amare illum.
Agnoscere Dei dilectionem erga nos.
Confidere in Deo & sperare.
Adorare nomen illius, illudque sanctificare.
Hæreditatem cœlestem præstolari.
Bona terrena spernere.
Sequi hunc patrem, Matth. 5. Luc. 6.
Obedire ei.
Non degenerem fieri.
Honorare affectu, verbis, factis.
Fraternitatem exercere.
Orare pro proximo; quia Deus unus Pater.
Sincero corde ad illum clamare.
Aspirare ad cœlestem patriam.
Agnoscere honorem, quo filii Dei facti sumus.
Renunciare patri mendacii & omnibus ejus operibus.
Humiliare nos, non in meritis gloriari.

§. 4. *Solatia ex paternitate.*

Dei. Vult dici Pater, non Dominus: ut blandè nos invitet.

Socii angelorum erimus, in cœlis eisdem associandi.

In consortium Christi sumus translati.

Inter sanctos datur communio, in cœlo & terra viventes, à Sacra Scriptura determinata.

Sumus modò in exilio terræ: Erimus aliquando in cœlo.

Hic nos premit paupertas: In cœlis erunt divitiæ nostræ.

Clamantes in terris verè audit Deus in cœlis, Luc. 18. V. *Oratio.*

Vult Deus se nobis omnibus dare & omnia: Roman. 8. dedit filium pro nobis; cur non & omnia nobis daret?

Patet aditus ad patrem, cum filius jusserit orare: Pater noster!

In cœlis est, & cœlorum est Dominus: ergo videt omnia, omnia potest, efficit omnia justè, paternè.

PATERFAMILIAS.

§. 1. I. Deus est, familiæ & ecclesiæ suæ præses; qui odit falsam doctrinam, ut venenatam escam: Matt. 7. Cavete vocis à pseudopropheta. Ezech. 8. v. 3.

II. De cibo & potu prospicit: nempe (1) verbo Dei, quod ipse dat, Psalm. 68. (2) Corpore & sanguine Christi, Johann. 6. 1. Corint. 10. v. 16. quæ sunt animarum nostrarum nutrimenta.

III. Servos in Ecclesiæ domo constituit, Matt. 25. talento suo benè usuros, &c.

§. 2. Est quoque terrenus Paterfamilias. Virtutes ejus 1. *Pietas*, in hac familiam instruat Tob. 4. Gen. 17. Abraham circumcidit servos, Joh. 4. Regulus. Actorum 10. Cornelius: Lois 2. Timot. 3, 16. Avia Pauli: Abraham Genes. 18. Deut. 6, 7. præceptum est Domini. 2. *Justitia:* rectè gubernet famulos, alat, sanet: Jumentis de pabulo prospiciat Sir. 33, 25. Servos ad labores adigat, baculis castiget v. 27. ibid. Non nimis grave onus imponat Sir. 33, 30. 32. Suis prospiciat 1. Tim. 5, 8. A Dei præcepto: ab utili, honesto, facili, exemplo animalium brutorum: Rectè acquirat bona: persolvat mercedem laborantibus. 3. *Charitas* erga familiã, probum servum Sir. 33, 31, defendat eum v. 31. d.l. 4. *Prudentia* (α) in eligendis servis, non timidis & ignavis, non temulentis, non contumeliosis; sed taciturnis, laboriosis, temperantibus. (β) in gubernandis, ut majorem illis præficiat præfectum, qui reliquis servis imperet. Confer D. Bernhard. epist. ad Raymund. Nepotem, de re familiari rectè gubernanda. Sic conservabit domum, & divitiæ accumulabuntur Prov. 24. 3. 4. & 28. Efficiat igitur, ut bona sint fructuosa, eadem conservet, damna averruncet, habeat inventarium bonorum, bona benè administret. Huc, non tradere res imperito artifici Prov. 26, 10. Curare boves, oves Prov. 27, 22. seq. confer Sir. 7, 24. Rationes suas Sir. 42, 24. ut tecto proprio gaudeat Sir. 29. v. 29. 30. Non utatur peregrino convictu d.l. 5. *Humanitas;* ne sit paterfamilias leo in domo sua Sir. 4, 55. non morosus 1. Pet. 2. v. 18. non Nabal 1. Sam. 25. non Laban Gen. 31. contra rigorem veteris juris, quo vitæ & necis potestatem habebant Romani, Tit. de his, qui sui &c. §. 2. Opponitur Inclementia in servos Levit. 25, 39. Deuter. 15, 12. 6. *Vigilantia;* Rex Persarum habebat cubicularium, qui manè regem excitans dicebat: surge atque ea cura, quæ te curare voluit Deus tuus. Plutarch. lib. de doctrin. Princ. Bono exemplo præluceat suis, Matth. 5. vers. 15. Ejusmodi candelabra sint parentes, heri, præceptores. 7. *Parsimonia*, non dissipet bona Luc. 16. avaritiam fugiat.

PATERNITAS.

Eph. 3. redditur à nonnullis, familia, Est verò

1. Singularis in cœlis, quâ Deus pater gignit filium.

2. An-

2. Angelica, qua est creator Angelorum.

3. Physica (sano sensu) qua est creator omnium rerum.

4. Hyperphysica, qua est pater regenerationis nostræ.

P A T I.

Passus pro Dei regno

1. Christus, nulla alia de causa passus, nisi ut hoc compararet nobis.

2. Passi Apostoli pro regno Dei: sed tamen pro suis quoque peccatis, sive levibus, sive gravibus, 1. Cor. 11. a Domino corripimur. 1. Pet. 4. ut Christianus patiatur. 2. Thess. 1, 5. non pro re vili, sed regno Dei patiuntur Sancti.

3. Latro & malefici pro suis sceleribus passi, resipiscentes. Luc. 23. Hodie mecum &c.

§. 1 PATIENTIA.

Synonyma & cognatæ phrases: Non cedere, Esa. 41. 10. Sir. 2, 2. 3: Non abjicere disciplinam, Prov. 3. 11. eam non negligere, Heb. 12. 5. *Non fatigari*, ibid. Eph. 3. Calicem Dei bibere, Johan. 18. 11. Jubet nos confortari Psal. 27. v. ult. Assaph Ps. 73, 23. cum Deo esse.

Causa efficiens princeps est Spiritus S. affectus hominis ita temperans, ne in adversis murmuret: deinde pii hominis est spes in Deo fixa, Sir. 2, 6. Accedit verbum Dei, per quod Spiritus S. spem accendit. Rom. 15. spem habeamus. Consideratio propriæ indignitatis, exemplorum in iis, qui patienter crucem tulerunt.

§. 2 *Impellentes* & suadentes causæ desumuntur I. A mandato, ab ipsa præsentia DEI in cruce. Psal. 91. ero cum ipso in tribulat. Sicut ab auro liquefacto non procul abit aurifaber: sic Deus prope est patienti, Esa. 43, 2. 3. c. 41, 10.

II. Necessitatis utilitate; hæc proponit (α) Mandantis majestatem, Job. 5. v. 17. Prov. 3, 11. Sir. 24. Judith. 8, 26. Baruch. 4, 25. 2. Pet. 1, 6. (β.) Patientiæ necessitatem, Esa. 30, 15. Thren. 3, 26. 27. Ebr. 10, 35. (γ) Ejusdem utilitatem, confert enim sapientiam, confidentiam, solatium, salutem & vitam æternam, Prov. 14, 29. Rom. 5, 3. 2. Cor. 1, 6. Jacob. 1, 3. 4. Rom. 2, 6. 7. Hujus utilitatis respectu dicitur patientia excellens, Thren. 3, 26. 27. Fructus fidei, 1. Pet. 1, 6. Opus spiritus, Gal. 5, 22.

III. Exemplis: (1) *Christi*, per totam vitam in his terris & potissimum in passione: Confer Augustin. tom. 8. colum. 341. d. & col. 342. a. 285. d. tom. 9. col. 217. d. Non quod ego, sed quod tu vis, inquit August. tom. 7. col. 605. b. Phil. 2. Psal. 40. ecce venio &c. Judic. 9. Proceres Abimelechi secuti ducem libenter ramos arborum portarunt: nos Christi crucem libenter feramus, Matth. 16.

(2) *Apostolorum*, qui ita dicunt: gloriamur in afflictionibus, Rom. 5, 2. Confer Col. 1. v. 11. 1. Pet. 1, 6 Actor. 5, 41. *& omnium sanctorum* 1. Pet. 4. æstus. Jacobi luctantis cum Deo, Gen. 32. Doctor quidam Parisiensis, qui ad regem loqui jussus, stultus dixit Petrus, Paulus, Hieronymus & omnes Sancti; interrogatus quare? Respondit, quia ita potuerunt salvari in delitiis, sicut vos, cur seipsos cruci & amaritudini vitæ subjecerunt? (3) *Gentilium:* Gymnosophistæ Indici toto die immobilibus oculis solem intuiti ferventibus arenis insistebant, Plinius lib. 7. c. 2. Angaroniæ (Deæ angoris) simulachrum positum erat in ara Volupiæ, Deæ voluptatis, ut os haberet obligatum atque signatum; significabant Romani, qui dolores animi fortiter tolerarent, eos patientiæ beneficio ad maximam pervenire voluptatem, Zwing. fol. 69. Theatr. Lacedæmonii inter alia a Deo precabantur, ut possent injurias tolerare, Pontanus in bellar. Atticis.

(4) Ab exemplo omnium *creaturarum*, §. 3 quæ passionibus sunt obnoxiæ.

IV. Promissionibus liberationis, Ps. 50. Psal. 91. v. penult. Christus promisit & crucem & gloriam: Imitare passionem, & expecta promissionem, inquit August. Hinc ita flendum, ut simus sicut non flentes, 1. Cor. 7, 29. Aug. t. 8. colum. 1709. Christus in monte ostendit suam gloriam; mons ille cœlum est, quod ascendimus per viam crucis. Conf. Rom. 2, 7.

V. A personæ nostræ officio & qualitate: sumus de Christi corpore, hinc participes etiam illius passionis, August. tom. 8. col. 256. a. b. Ps. 134. Noctu stare debemus in atriis Domini: nox est tribulatio; in ea stabis, Aug. tom. 8. col. 1542. b. Mane & nocte psallemus Domino: mane est felicitatis, nox est tribulationis, in hac fulgeat lux laudationis, stemus perseverando, stemus laudando, Augustin. tom. 8. col. 760. a. colum. 1595. Sic David: benedicam Domino omni tempore, Ps. 34. August. tom. 8. col. 323. c. Augustinus lib. de patientia, magnis laudibus evehit patientiam Jobi, mortem sibi in tantis malis non inferentis.

VI. A nostro statu; sumus petræ Christo implantati, non ergo ab eo divellamur. Roman. 8. neque mors, neque vita me separabunt.

VII. A consideratione afflictionum, quæ breves, Rom. 8. non sunt condignæ, 2. Cor. 4. Augustin. Noli piger esse in labore breviter, & gaudebis incessabiliter, tom. 8. col. 1057.

Finis patientiæ: Sumus injusti, Deus justus; §. 4 quod utiliter non agnoscimus, nisi per crucem & calamitatem, quæ propterea ferenda: vide Dan. 9. Psal. 145. August. tom. 8. col. 1677. b. c. Sumus curvi, Dei autem voluntas est recta, ad quam regulam dirigimus, August. tom 8. col. 213. Sumus filii Dei, qui cogitant, quicquid a Patre patiuntur, medicinam esse, non pœnam, castigationem, non vulnerationem, Augustin. tom. 8. col. 1166.

Objecta, circa quæ versatur patientia, sunt α. §. 5 injuriarum illatio; sic Joseph, Moses tulerunt passiones: β. tui correctio; ideo pateris: γ. rerum temporalium amissio, hâc probaris: δ. malorum diffamatio: ε. patriæ expulsio: ζ. corporis per morbos flagellatio: η. in morte. Præterea versatur (1) circa *ignominias* ob religionem illatas, Tertullianus capite 1.

Apolog. Eſa. 50, 6. 7. 2. Corinth. 6, 4. 5. 6. (2) *Calumnias.* Ariſtippus audiens calumnias dixit: penes te eſt maledicere, penes me bene audire. Senec. epiſtol. 2. & 77. ſine contemnat te aliquis. (3) In *perferendis* ingratorum *calumniis:* hæc patientia luxit in Chriſto; pater ignoſce illis, &c. In Davide erga Simeum, 2. Samuel. 16. In Stephano, Actor. 7. In Irene, Paulus Diaconus lib. 23. (4) In *jactura* bonorum: hac præſtitit Jobus, Job. 1. Ezechias, 4. Regum 20. hac caruerunt Gergeſeni, Matth. 8. luxerunt Apoſtoli, Marc. 2. Luc. 19. (5) In *morbis:* Job, Lazarus, Iſaac, Jacob, Simſon, Tobias, Paulus patientiæ exempla nobis reliquerunt. (6) *In martyriis;* etiam ſexui fœmineo non defuit hæc virtus. Confer ſis Marulum libro 4. capite 6. de ratione vivendi. (7) Circa *vocationis labores* & moleſtias, Sirac. 7. verſ. 16. A DEI ordinatione: tolerantia mutua præcipitur Coloſſ. 3, 13. Phil. 1, 8. 2. Tim. 2. Heb. 10, 36. 38. Reconciliatio & tolerantia mutua ſignificata per lotionem pedum, Joh. 13. quod genus ſervitii allegorice ita Aug. effert tom. 9. c. 401. c. d. Malorum connexio: Malum malo ſuccedit, abysſus abyſſum invocat, uno telo injecto inſtat alterum, malorum eſt conſtantia, finis alterius mali gradus eſt futuri, perpetua nox malorum, perpetuum eſt filum curarum. *A ſimili:* tempeſtas tempeſtatem ſequitur. Mala ſunt inſtar pomorum teretium. Humanarum rerum circulus eſt, Plutarch. de conſolat. ad Apollon. Contra durationem tentationum munit nos patientia & longanimitas. Egregie Luther. in 24. poſt Trin. p. 444. b.

§. 6 *Effecta:* facit nos peccata agnoſcere: probat, Eſa. 47. exercet fidem: auget eam: docet orare: voluntatem DEI implere, Heb. 10, 36. Feliciter currere, Heb. 12. v. 12. Facit nos fortes, manſuetos, mundi contemtores: avertit majora mala; Jonas impatiens in majora pericula merſus eſt, Jon. 1. Efficit, ut dicamus cum Jeremia c. 10, 19. & David, Pſ. 39, 11. Vincamus. Rom. 8. vincimus ob eum, qui dilexit. 1. Sam. 3. Dominus eſt, quod bonum eſt, faciat in oculis. (α) Submittendo nos cruci, (β) patienter perferendo vincimus, 2. Reg. 16. Job. 1. Chriſtus dedit, Pſ. 116. calicem Domini accipiam. Prov. 2. caſtigationem non rejicias: Tobias in cœcitate, Tob. 2. Sapientes nos reddit, Prov. 14, 29. Lignum crucis Chriſtus ſuſcipit & tolerat, Matth. 11. Correctionem admittit, Prov. 3, 11. Non murmurationem, Jer. 3, 39. Num. 14, 27. 1. Corint. 10. Non quæſitionem illicitorum mediorum, quod fecit Ahaſias, 2 Reg 1, 16. 2. Chron. 16, 17. Voluntatis Dei ſubjectionem, 1. Sam. 3, 18. 2. Sam. 10, 12. c. 15, 26. Dan. 3, 17. 18. Sirac. 4, 31. Eccleſ. 7, 14. Act. 9, 6. Rom. 9, 19. 1. Pet. 3, 17. Heb. 10, 35. Dei caſtigationum a nobis promeritarum, pœnarum agnitionem, Thren. 3, 31. Rom. 2. v. 28. Tolerationem omnium patientisſimam, Job. 2, 10. Pſ. 116, 13. Jer. 10, 19. Mich. 7, 9. Liberationum firmisſimam ſperationem, 2. Chron. 20, 12. 2. Macc 15, 7. Pſ. 13, 6. Pſ. 45, 25. 1. Pet. 5, 7. Iræ divinæ ſupportationem, Mich. 7, 9. Dolorum omnium ſuperationem: Gaviſionem in tribulationibus, Act. 4, 29. c. 5, 41. Vincere Satanam, ſe, carnem, mundum: ſilere, Eſa. 30, 16. Confer Luther. in poſtill. Eccleſ. f. 444. b. §. Aber alſo: Laudare Deum & ab eo vindictam expectare, Pſal. 103, 6. Sanari: toleremus igitur medicum Deum, ejus ferrum, hoc eſt, calamitates, ut ſaneſcamus, Aug. tom. 8. col. 1019. d. Non corrigere Deum, ſed agnoſcere eum ut medicum modificantem, Auguſt. t. 8. col. 1700. a. Hærere in firmamento ſcripturæ: ut ſtellæ inhærentes firmamento non cadunt; ſic licet tenebris crucis obruaris & movearis, Pſalm. 18. attamen fulges ut ſtella, hæres ut ſtella in firmamento ſapientiæ, Auguſtin. tomo 8. column. 1061. d. Non cadere: ſicut arbor alte defixis radicibus non movetur; ſic homo patiens, Matth. 7. cap. 16. Eccleſ. 3. Obſequi Deo: ut Heliotropium ſequitur ſolem, ſive occidentem; ſic tu planta Dei, Eſa. 60. Johan. 15. ſequere ſolem Chriſtum, Mal. 4, 2. Pſ. 84. ſive orientem per lætitiam, Eſ. 61. v. 10. Philipp. 4. ſive per juſtitiam occidentem. Purgari & ventilari: ſicut ventilabro frumentum; ſic patientia cor humanum. A ſanie liberari, ſicut patienter tolerat vulneratus, donec ſanies, pus educatur vulnere; ſic peccata omnia pus ſunt & ſanies, Pſal. 38. Auguſt. tom. 8. col. 655. a. Laudari tandem: ſicuti juvenis venabulo excipiens feram, vel leonem trucidans laudatur; ſic quoq; is, qui mala quævis debellat, inſtar Danielis in fovea mundi hujus conſtitutus. Pati cum aliis: ſic auditores & diſcipuli Cypriani dixerunt: Et nos cum illis decollemur! Baron. tom. 2. fol. 611. num. 15. 20. hinc 1. Pet. 4. Gubernari a patientia: ſicuti gubernaculum nauta ſibi excuti non permittit; ita & nos non admittamus excuti nobis gubernaculum patientiæ in fluctibus crucis. Confirmari: ut adamas nulla vi frangitur; ita nec nos cadamus in tribulationibus, 1. Pet. 4. v. 12. nec malleo tribulationis. Domine percutis eos, Pſal. 102. Eph. 6. Heb. 10, 36. c. 19, 19.

Præmia patientiæ: Noſtri probatio; ſicut aurum probatur, Sir. 25. verſ. 6. ſtabunt patientes cum palmis, Apoc. 7. ut indicibus triumphi & exantlatæ crucis; cum corona, Apoc. 12. quem retulerunt expugnatores cœli, Matth. 11. Rom. 5.

§. 7 *Adjuncta* patientiæ: victoria de malo per bonum, Rom. 12. v. ult. 2. Chron. 28. v. 14. 15. Deriſio mundi: ſicuti ſurdi muſicam non audiunt, & mirantur ſaltantes; ſic Muſicam patientiæ Rom. 5. non intelligit mundus, quam excitat in corde Rom. 8. Spiritus Sanctus.

Aliis eſt ſignum 1. prædeſtinationis.
2. Diſcretionis.
3. Sapientiæ.
4. Utilis ad noſtri gubernationem.
5. Signum humilitatis.

Exempla patientiæ: Job. capite 1. verſic. 20. Jacob. 5. verſ. 21. Daniel. 3. tres pueri cantantes inter flammas. 1. Samuel. 3. verſ. 18. Eli. Geneſ. 22. verſ. 9. Iſaac ſe imponi altari paſſus eſt. Numer. 12. verſ. 15. Moſes patientisſimus contumeliæ a ſorore illatæ. Cap. 16. v. 46. idem vult pro rebelli populo ſuffitum iri. Judic. 8. v. 12.

Ge-

Gedeon patientissimus. 1.Sam.24, 8. David patiens Sauli: vid. c. 26, 5. 2, Samuel. 16, 10. Psal. 38, 14. in calamitatibus patiens. Mich. 7, 9. iram Domini portabo. Luc. 9. v. 55. patientia Christi erga Samaritanos, 1.Pet. 2, 21. Actor. 5, 41. c. 7, 60. 1. Corint. 4, 3. 1. Thess. 1, 3. 2. Thess. 1. Heb. 10, 34. Apocal. 1, 9. c. 2, 19. Confer Sabellicum fol. 47. Exemplor. Promt. Exempl. fol. 29. J. Baptist. Fulgosum lib. 3. c. 3.

§. 8 Similia. *Adamas:* In secundo ordine pectoralis adamantem poni Dominus voluit, Exod. 29, 18. indicaturus patientiam in sacerdotibus spiritualibus, 1. Pet. 2, 5. 6. Sicut Adamas nulla vi frangitur; ita nec pii cedunt malleo crucis, 1.Pet. 4, 12. nec malleo perniciosæ dehortationis (quo usa est uxor Jobi;) sed magis confortantur in Domino, Ps. 27. *Amiantos:* ut lapis hic ignescit, non consumitur igne, sed purior redditur, Plinius lib. 33. c. 19. Dioscorid. lib. 5. c. 93. Sic patiens homo igne crucis expurgatur & expolitur. *Æstus:* sicut in vinea magnos æstus toleramus; sic & in ecclesia vinea est æstus crucis, Aug. tom. 8. col. 1048. *Area* Domini est Ecclesia: pii sunt triticum, flagellati cruce, sed in patientia. *Aroma* fragrantissimum est patientia. *Arbor* petræ implantata est fixa & solida: sic nos Christo 1. Pet. 2. insiti non avellimur ab eo, Rom. 8. *Bitumen* ex lapide Christo, profluens e Christi cruce, consolidans navem nostram, (ut Genes. 6. Noa illinens) ne ignis tribulationis nos consumat. Vide Gellium libro 1. c. 30. Noct. Attic. de bitumine. *Candelabrum* fiebat ex auro ductili, Exod. 25. Hoc patientiam notat, longa cruce ductam & examinatam, ut hæc quoque aliis præluceat; hoc notant septem scaphi in eodem. Simus ut *Cannæ*, cedendo ventis & recedendo, non simus quercus resistendo, ne a ventis terra eruamur. Apologus: quercus lapsæ ad Cannam, interrogantes, quomodo ventos possent devitare? Canna respondit: Cedendo; sic ventos tempestuosos crucis patiendo. *Columna* nos sustentans, recta & immobilis est patientia, non infirmata pondere. *Ebrietas* spiritualis, qua a Deo inebriati ærumnas spernimus; sic sprevit Jobus, Job. 1. Dominus dedit, &c. *Fax* jactata ventis vires sumit; sic mens pii crucis turbine jactata majores flammas amoris accipit. Rom 8. ὑπερνικῶμεν. *Gubernaculum* est: vide ne tibi navis animæ gubernatori, patientiæ gubernaculum excutiatur! *Firmamentum* Christianorum, Aug. tom. 8. col. 246. a. *Ignis* scorias metallorum pellit: patientia ejusmodi est ignis. *Leo:* Hieroglyph. Leo pingitur erigens se, innitensque cruci Christi pedibus anterioribus, cui cruci in ligno decussato inscriptum est nomen JESU, Prov. 28. v. 1. Ægyptii fortem virum per leonem significabant, Orus p. 146. Hieroglyph. *Lapidicina* Dei est schola patientiæ. Esdræ 2. ædificabant domum de lapidibus politis. (α) DEUS ædificat Ecclesiam ad æternam vitam, Ephes. 2. vers. ult. (β) nos homines impoliti sumus lapides ob peccatum: (γ) malleos igitur & dolabras crucis adhibet Deus; ut politi reddamur, opus est patientia; non audiatur sonus murmuris, 1. Reg. 6. Alleg. non increpationis, 1. Pet. 2. exemplo Domini nostri Jesu Christi. Ut *liberos*, quos diligit, corrigit pater, Proverb. 3, 12. sic nos suos filios Deus: feramus hanc correptionem patienter, Heb. 12. *Lignum* (Laix dictum) quod igni non consumitur, de quo Cœlius Rhodig. l. 6. antiq. Lection. *Lucerna*, quæ non extinguitur nocte tribulationis, Prov. 30. Ut lux in tenebris lucet: sic patientia in adversis. *Mare rubrum* omnes ingrediebantur Israelitæ, Ægyptii; sed hi profundum petiverunt, Exod, 14. ita soli pii per patientiam evadunt mare hujus mundi calamitosum. Antequam ad palmas victoriæ perveniamus, Apocal. 7. ad mare rubrum crucis primo deveniendum est. *Mater spei*, Rom. 5. *Musica* harmonica: sic patientes harmonico concentu se voluntati Dei subjiciunt, Aug. t. 8. col. 787. si in tribulatione defeceris, citharam fregisti. *Navis*, quæ ad portum ducit ossa Christianorum, Aug. t. 8. col. 246 a. In *Palma* significata, Gellius lib. 3. c. 6. In Jacobo luctante: tu quoq; luctando patere, ut benedictionem consequare. *Poculum:* in gratiam sponsi sui Antonii Cleopatra inæstimabilis pretii margaritam in aceto resolvit & sponso suo propinavit: Animæ fidelis sponsus est Christus, Ose. 2. 2. Corinth. 11. invitat & eandem ad crucis epulum Christus, in quo bene animæ fideli sapit verbi cibus: propinabis ergo Domino Jesu patientiæ margaritam in aceto crucis resolutam, dicasque: patientiæ margaritam mihi propinasti in passione, dicens: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; propino tibi eandem patientiæ margaritam & poculum salutare accipiam, Psal. 116. *Radix* optima virtutum. *Regula* est Dei voluntas, a regula deflectens errat: id ne fiat, patiens esto, Augustin. tom. 8. col. 203. *Sagitta* acuta est patientia, qua cor Satanæ & hostium nostrorum vulneratur: his enim extremo est dolori sanctorum patientia; hac enim uterque vincitur, mundus & Satanas. *Sacrificium* obedientiæ, quod pius offerens se Dei voluntati committit, 2. Sam. 16, 25. *Semen:* ut agricola expectat messem patiens, Jacob. 5. v. 7. sic & nos, Ps. 126. qui seminat in lachrymis. *Struthio* vi caloris ferrum digerit: sic durum crucis ferrum patientia, calore amoris DEI. *Tectum* divinæ voluntatis, in qua stare debes ingruente crucis tempestate, Tauler. *Thronus*, in quo Deus sedet, sit in corde patientis, Ps. 34, 19. Esa. 57, 15. *Triticum:* sumus triticum illius; ergo trituram feramus: gemamus inter tribulos, donec in horreum veniamus, Aug. tom. 8. col. 1740. d. *Vinculum* inter nos & beatitudinem. *Unguentum* mitigatorium, quo vulnera passionum mitigantur, ut dixit S. Probus in martyrio suo constitutus.

Divisio. Alia vera & Christiana; alia Ethnicorum in summis malis, Tertullianus c. 50. Apolog. de Mutio, de Empedocle & aliis. Cicero in exilio dixit: omnes Dii me abjecerunt; At Aristides exilium patienter tulit, sorte illa tranquillioris vitæ contentus. Divus Bernhardus: Duo sunt officia hominis Christiani;

stiani; bona facere & mala sufferre.

Patientia probanda ab exemplo Anaxarchi, cum hic a Nicocreonte Cypri tyranno in saxo concavo tunderetur: tunde, tunde, ait, Anaxarchi vasculum; at Anaxarchi constantiam non teres.

Oppositum

§. 9 Est *Impatientia*, quæ est dolor ob spem dilatam, Prov. 15, 12. murmur & arrosio in corde, August. t. 8. col. 1038. b. & promanat 1. ex carne indomita; 2. ex imaginata Dei relictione; 3. ex persuasione, se solum esse miserum. 4. Singularis illa Jonæ 4, 1. impatientia fuit.

Causæ impatientiæ (1) neglecta boni, quod possidemus, consideratio & crucis pensiculatio, 1. Sam. 1, 8. (2) Cordis nostri negata contentatio, non requiescentis in Deo, unice nos in eo solo se oblectantis, 1. Sam. 1, 8. 9. (3) Infirmitas nostræ carnis, Augustin. tom. 8. col. 281. Vega de virtutibus & vitiis pag. 254. conf. Exod. 4. vers. 26.

Actus impatientiæ murmur, murmuratio, Exod. 16, 2. c. 17, 3. Num. 11, 10. 16. 15. Jer. 20, 14. 7. Job. 3, 3. 4. Confer Chrysost. serm. 8. in Moral. exhortat. comparat murmuratores servis improbis & insensatis: monet quoque consideremus, nos nobis ipsis laborare, nobis ipsis præmia acquiri, Deum murmurantes non tolerare in domo sua, &c. ingratos esse murmuratores, esse blasphemiæ affines; ideo corpora murmurantium in deserto computruerunt, Num. 14. & ignis Domini eosdem consumsit, Num. 11. v. 1. 2. 3. Murmur Israelitarum in se complectitur 1. indignationem adversus Deum: 2. ingratitudinem horrendam contra eundem: 3. fastidium præsentis boni: 4. intemperantiam fastidientem Dei donum, Manna, & appetentem delitias: 5. concupiscentiam: 6. diffidentiam erga Deum & hujus tentationem, Numer. 11. & Psal. 78. Ergo singulari quapiam solicitudine vitemus murmur. Murmurantes erga Deum negant (α) Dei sapientiam, quasi juvare non sciat: (β) veritatem, quasi non servet promissa: (γ) omnipotentiam, quasi non possit juvare: (δ) justitiam, ac si injuste nos puniat, ac si non peccassemus. Thren. 3. murmuret quivis ob peccata sua. Murmur vero aliud ex infirmitate, Job. 3. Jer. 20. aliud ex malitia. Murmur a Christo vetitum Luc. 21. Possidete animas vestras in patientia, 1. Cor. 10, 10. Conf. Drexel. tract. 11. Granat. p. 599. Ducis peccat. Variæ pœnæ, Num. 14, 27. 30. c. 12, 10. c. 11, 33. c. 16, 31. vid. Ambros. lib. 10. epist. 82.

§. 10 *Effectus* impatientiæ: 1. *cordis contristatio*, 1. Sam. 1, 16. 2. *animæ tristitia*, Psal. 42, 3. 7. 12. Jer. 17. vers. 9. 1. Sam. 1. v. 8. 9. 11. 3. *Excœcatio*, ne videamus Deum. 4. *Disciplinæ aversatio*, August. tom. 8. col. 478. 5. *Tranquillitatis animæ spoliatio*, Psal. 42. quid conturbaris? & *stultitia*, Ps. 85, 9. Luther. in glossa. Intrat enim in judicium, qui se æstimat injuste percussum, ait Greg. Magn. in Psal. 7. Pœnitentialem. 6. Iræ, emendatoris Dei, conciliatio, August. tom. 10. col. 1684. d. patefacit stultitiam, Prov. 14, 29. 7. *Sui ipsius oppressio*; litigant impatientes cum judice potentiore. 8. *Medici recusatio*, cujus manus impatiens excutit, Aug. tom. 8. col. 1159. d. 9. *Frustranea expostulatio*; cum enim dicunt impatientes: Domine quid fecimus? Respondet Dominus: nihil boni fecistis, ideo punio & exerceo vos, Aug. t. 10. col. 185. b. 10. *Dei blasphematio*; sic latro in cruce. 11. *Ejulatio & voces queribundæ*; quando finis erit calamitatis? an occlusa DEI misericordia? Ps. 77. an mei oblitus est Dominus? Psal. 13. Esa. 49. Huc pertinet: *Maledicere diei natali suo*, Job. 3. optare suspendi, cap. 7. c. 10. optare interitum in nativitate, cap. 19. arguere Dei judicia, judicio (ait) non æquo afflixit me: *optare mortem*, Num. 11. Numer. 21. nauseare super cibo & impatientes esse, ut Israelitæ in deserto. 12. *Exprobratio in Deum*. Mal. 3. *invaluerunt* supra me verba vestra: præscribere Deo tempus auxiliandi, Judith. 8.

Remedium impatientiæ: 1. cordis excussio coram Deo, 1. Sam. 1, 15. 18. 2. Dei nostra miseratio, 1. Sam. 1, 20.

Objectum; impatientia erga *suam sortem*: Chrysostomus hanc eleganter describit hom. 67. ad popul. Antioch. tom. 4. col. 359. Theodoric. in festo B. Jacobi majoris.

Erga calamitates & *adversa*; quæ sane impatientia omnibus modis perniciosa est: nam 1. Ejusmodi impatientes Deum non amant, aliàs ex illa charitate omnia adversa superarent, ut Paulus Rom. 8. *In his omnibus ὑπερνικῶμεν*. 2. Non sunt fortes, Cantic. 8. v. 6. 7. 3. Spe cassi, de qua Rom. 5. vers. 2. Heb. 11. per tot. 4. aversantur dulcem fidelitatis Dei in cruce experientiam, Roman. 5, 3. 1. Corint. 10, 13. 5. Providentiam Dei non agnoscunt, quam tandem experti sunt patientes cruciferi. Genes. 50. *Vos* male cogitastis. 6. absorbentur in mari impatientiæ, nec habent, ubi pedem figant. Noli absorberi: Christus tecum est in mari, Es. 41. vers. 10. Matth. 14. v. 31. Zachar. 10, 11. aderit tibi nauclerus, fluctus sedabit, Esa. 43, 2. 3. Matth. 8, 27. firmabit anchoram spei tuæ. Heb. 6. naufragium avertet. 1. Timoth. 1. fidem corroborando. Luc. 17. *Auge* nobis fidem: crede, augebit, quassam carinam, rimisque fatiscentem non destituet, Ps. 42, 8. & 12. 7. Christum in prælio adfuturum ipsis respicere nolunt. 8. Undis & procellis sese exponunt periculose, quod eorum mentes nimis sint meticulosæ: contra quas valeat illud Es. 41, 8. 9. 10. 11. 9. ut Ægyptii, plumbi instar, submerguntur. Ex. 15, 5. 10. non habitant in tabernaculis justorum, in quibus sonat vox illa: Dextera Domini vincit, Ps. 118, 16. Act. 5, 41. 11. vitam suam defraudant, eam tandem amittendo, sive *corporalem*, quam mœror extinguit: sive spiritualem gratiæ, quam desperatio suffocat, filia impatientiæ. 12. gloriam Dei labefactant, judicia Dei criminando, illi se immorigeros præstando, murmurando. 12. ordinem crucis invertunt; pro hac voluptatem, pro humilitate superbiam, pro obedientia inobedientiam sectantes & eligentes. 13. In tenebris ambulant cum Ægyptiis,

ptiis, lucem consolationis, quæ lucet in cordibus justorum, Psal. 97. & 112. contemnendo. (14) se scorias & paleas, non aurum solidum 1. Pet. 1. v. 7. esse ostendunt (15) nolunt ingredi mare tribulationum, ut hæ illis sint pro muro, ut Israelitis, sed ausu turpiculo contra Deum debacchantur. Cæterum

Adjuncta. 1. Stultitia, nam impatientia Dei voluntatem curvam reddi optat: stulte! quod tamen impossibile est, *inique murmurare potes: ille voluntatem mutare non potest*, ait August. Tom. 8. col. 630. a. *Noli ergo servire cum murmure; non enim id agunt murmura tua, ut non servias, sed ut malus servus servias*, August. tom. 8. col. 1114. d. conf. Chrys. hom. 8. in epist. ad Philipp. verba. 2. Puerilitas; nemo sit adeo puerilis & tam vano sensu, ut dicat: plus amat pater meus fratrem meum, cui permittit quidvis facere, ego si movero contra jussa patris, flagello mulctor: tu gaude flagello, August. tom. 8. col. 1051. d. conf. Chrysostom. serm. 8. in moral. exhortat.

§. 12 *Similia.* Impatientes sunt *distorta ligna*, quæ in quovis æquali loco inæqualia sunt; contra Jobus æquale lignum erat omni loco & tempore, dicens: Dominus dedit, Dominus abstulit, August. tom. 8. col. 1696. d. Similes iis, qui lapides in cœlum projiciunt, ut se majori opprimant ruina, August. tom. 8. col. 758. a. b. Similes *canibus*, lapides mordentibus, non eos, qui projiciunt lapides, Eccles. 2. v. 2. 1. 4. *Jonæ*, qui fugiens tempestatem in majorem incidit, Jonæ 1, 2. *Servo malo*, qui cum libenter servit, servit tamen ut servus malus, Augustinus tom. 8. col. 1114. d. Refractarius summe flagellatur: sic impatiens.

§. 13 *Exempla:* Job. c. 3. Jeremias c. 20. plura patent ex effectis impatientiæ supra. Adrianus Imperator ob membrorum incredibilem cruciatum a Mastore barbaro quodam homine impetravit, ut percussus ab eo lethali vulnere sub mammilla tandem efflarit animam. Sic quoque Magnentius Tyrannus sibi mortem intulit, ne in manus Constantii veniret, Sigon. libro 5. imp. Occid. Cleopatra videns Antonium victum esse ab Octavio in Ægypto, suspicata se in triumphum ductum iri, aspidem admovit brachio sinistro, aureo in lecto jacenti sibi: ictu oculis caliginem inducit, cum voluptate perimere dicitur Dioscorid. libro 6. cap. 38. Impatientiæ exemplum in puella Dantisci 1645. mense Februar. in platea lata, quæ durius a suis habita, petiit ut Satan adesset, eam tolleret; sub noctem venit ad lectum Satan, offerens restim & cultrum, ut alterutro sibi vitam finiret: oritur clamor, surgit hospes cellæ, videt cultrum &c. pellitur tandem Satan precibus. Vid. porro Prompt. Exemplor. fol. 92.

PATRES *Ecclesiæ Doctores.*

§. 1 1. In scripturæ expositione sæpe gravissime hallucinati sunt; videantur commentatores Pontificii ipsi, passim erroneas Patrum explicationes confutantes. Eat in rem Lector præsentem.

2. Etiam omnes errarunt (ex hypothes. Pontificior.) in quæst. de immaculata conceptione Mariæ, quam omnes negarunt, teste Melch. Cano lib. 7. c. 1. Loc. Comm. De communione infantum vid. Maldonat. in c. 6. Joh. de Antichristo.

3. Scripta eorum multis modis adulterata sunt: fatentur Tanner. tom. 3. Theolog. Scholast. Disput. 5. q. 2. num. 83. Estius in 3. sentent. fol. 23. Canus lib. 2. c. 13. p. 94. Loc. Comm. Hoc clypeo tegentes se Pontificii Dd. errores Patrum excusare solent. Videatur porro Sixtus Senensis præfat. lib. 5. Bibl. sacræ: Augustinus epist. 48. ad Vincent. Nicephor. libro 15. cap. 16. Johan. L. Vives ad libr. 22. cap. 8. de Civitate Dei. Multa quoque scripta eorum interierunt, unde fit, ut de eorum tota doctrina non possit judicari: suppositiitiis adulterata sunt. 4. Consensus universus patrum est (α) obscurus, ignotus: (β) ex parte impossibilis: (γ) & potest raro haberi, teste Gregor. de Valent. tom. 3. col. 358. b. (δ) & non facile, sed diuturno labore patescit, Tanner. tom. 3. Disp. 1. q. 3. num. 36. (ε) nec omnes lites possunt e Patribus decidi, fatente Tannero d. l. (ζ) Sed & Patrum testimonia judice indigere, scribit Tanner. tom. 3. Disput. 1. q. 3. num. 35. Sed de his fusius in Patrologia dicendum cum Deo.

PATRIA.

§. 1 Patria illustrium virorum vid. Textor. columna 364. officinæ. Coronatur patria cum ejus civis coronatur, ait Plinius lib. 16. cap. 4. natur. histor. Forti ubique est: Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor. *Patria amanda est.* Cicer. lib. 1. offic. cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium caritatis patria una complexa est; non prodenda, ut fecit Pausanias civis quidam Constantinopolitanus Anno Christi 1453. mense Junio, ideo excoriatus. *Ob Deum relinquenda*, ut Abraham fecit Gen. 12. & Jacob, Gen. 8. *Mors oppetenda pro ea:* Cratinus Atheniensis adolescens pro patria sua Attica humano sanguine expianda se mactandum obtulit, Theat. Zwinger. fol. 53. b. Dulce & decorum est, pro patria mori: Mors & fugacem persequitur virum, canit Horatius. Patriæ ædificandum: sic respondit Plutarchus Cheronæus cuidam ipsum reprehendenti. Confer Fulgos. lib: 5. c. memorabil. Didac. Apoleph. p. 143. horar. recreat. Meiger. p. 784.

§. 2 Patria cœlum est, Heb. 11. vers. 13. sequentib. capit. 13. vers. 14. 2. Corint. 5. vers. 6. 1. dulcissima: 2. stabilissima & immobilis: 3. videbimus ibi patrem Deum, & fratrem JESUM, Patriarchas, cognatos in Domino vita defunctos: 4. ibi verum hospitium, lætissimum tabernaculum: 5. lautissima fercula: 6. statio placidissima: 7. quies gravissima, Apocal. 14. beati in Domino mortui: 9. societas suavissima sanctorum angelorum, quibuscum nostra erit conversatio.

§. 1 PATRIARCHÆ. *Confer* SANCTI. *Criminatio olim* a Manichæis; Sex præci-

pui in Genesi descripti; olim Episcopi ordine primi dicti sunt Patriarchæ, ut Romanus, Jerosolymitanus, Antiochenus, Alexandrinus, his translata imperii sede Byzantium, Byzantinus accesfit. Dicuntur etiam principes, id est, primi; sicut & princeps olim senatus dictus est, qui primus erat ordine. Atque ita accipiendi veteres, cum principatum tribuunt Romano Episcopo, qui est primus ordine, non jurisdictione. Augustinus certe dicit epistol. 192. Secundum Concilii principatum habere, h. e. primum locum.

Longævitæ fuerunt ob 1. primævæ complexionis & temperamenti bonitatem; 2. primum terræ & vegetabilium vigorem & elementorum puritatem; 3. benignum aspectum, concursum & influxum astrorum; 4. notitiam medicam herbarum & aliarum rerum, quam Adamus sine dubio successoribus communicavit; 5. Dei bonitatem, qui diu superesse voluit Patriarchas, ut posteros de religione instruerent; 6. Temperantiam & frugalitatem.

§. 2 *Vitiis & peccatis notati*, quæ scripta sunt 1. ut discamus quid homo sit, gratia DEI præsente; quis idem sit, illa cedente: 2. Ut caveamus, ne & nos labamur: 3. ut ne de nostris viribus præsumamus: 4. Ut nos consolemur, si lapsi simus: 5. Præfigurare aliquando voluit aliquid Dominus, v. g. Abraham vocatus est in præludium vocationis gentium.

Benedixerunt suis: has benedictiones exposuit Ambros. tom. 4. fol. 261. libro peculiari de his scripto.

PATRONI.

§. 1 Varii olim in Judæa, Jerem. 11. v. 13. In Romano Imperio ethnico olim Patroni fuerunt, Juno, Minerva. Tacitus libro 4. cap. 53. annal. Hodie sub Pontificiis varii constituti Patroni (α) Provinciarum: Sanctus Jacobus Patronus Hispaniæ, Dionysius Galliæ, Bonifacius Germaniæ, Thomas Angliæ, Brigitta Sueciæ, Wenceslaus Bohemiæ, Adelbertus & Casimirus Poloniæ, Synod. Gnesnens. E. 2. (β) Pecoris: S. Wendelinus ovium, Elogius equorum, Pelagius boum, Antonius suum, Rupertus anserum, Gallus gallinarum. (γ) Urbium: S. Petrus & Paulus Romæ, Marcus Venetiarum, Ambrosius Mediolani, Ulricus Augustæ, Sebaldus Norinbergæ, Ottilia Argentorati. (δ) Morborum: S. Sebastianus pestis, Petronella febris, Wolfgangus paralyseos, Anastasius cephalalgiæ, Ottilia oculorum infirmorum, Apollonia odontalgiæ. (ε) Hominum diversorum, Clericorum Augustinus, JCtorum Ivo, Medicorum Cosmas & Damianus, Philosophorum Sancta Catharina, Studiosorum Gregorius, Musicorum Cæcilia, pictorum Lucas, fabrorum Leonhardus, sutorum Crispinus, sartorum Gwirwan, fabrorum lignariorum Josephus, Equitum S. Georgius &c. juxta illud Jerem. 11. vers. 13.

§. 2 Patroni temporales Ecclesiastici vide D. Reinking. de Regim. secul. & Eccles.

De Jure Patronatus sive Episcopali D. Finckelthus. pecul. tract. Thumm. p. 224. in Decalog.

PAUCI

Electi, Matth. 20. quia pauci 1. ordini DEI obtemperant, Act. 13, 46. 2. se præstant bonos, 2. Timoth. 2. 3. plurimi confidunt propriis viribus; sic Judæi per legem justitiam aucupantes: 4. non faciunt electionem suam firmam, 2. Pet. 1.

Vincunt plurimos sæpe pauci; exempla recenset Meigerus pag. 1439. Honesta a deterioribus, utilia a noxiis discernunt, C. Tacitus lib. 4. Annal.

PAUCITAS

Hominum insignis Dei pœna est, Amos 5. v. 3. cap. 6, 10.

PAULUS.

§. 1 *Nomen*: minimum significat, Augustin. tomo decimo colum. 746. d. 747. a. Primasius ait: Paulus, id est, pusillus & ultimus. Nomen hoc 1. ipsi a Deo impositum, existimat Theodoretus & Chrysostomus. 2. illud accepisse a Sergio Paulo, Cypri proconsule, quem Paulus ad fidem convertit, Actorum 13. Baron. ad annum Domini 26. refutatus a Pererio in h. l. 3. ei inditum, cum ad opus Apostolicum segregatus esset Antiochiæ, sic Catharinus. 4. eum fuisse binominem, sic Origenes, Anshelmus, Thomas. Typus in Benjamin, Augustinus tomo 8. columm. 713. c. Parentes & patria: Tarsensis fuit, Actorum 22. vid. titul. Tarsus: e tribu Benjamin ortus, Philip. 3. adeoque Hebræus, 2. Corint. 11. Uxoratum fuisse, asserit Ignatius Epistol. ad Philadelph. Clemens Alexandrinus, Cajetanus, Ambros. Catharin. Negat Tertullianus, Epiphan. Hieron. Augustinus, Chrysost. Theophylact. Oecumen. Educatus pie, Actorum 22. v. 3. Philip. 3. v. 6. fundamentis artium & eloquentiæ probe instructus, quod patet ex scriptis ejusdem: quem & Augustinus differentem audire optavit. Gnarus religionis Ethnicæ, quam Cilices tuebantur. Sectæ Pharisaicæ addictus fuit, Actor. 26, 5. Phil. 3.

§. 2 *Tyrannis* in ecclesiam, Act. 8, 3. c. 9, 1. c. 22, 4. c. 26, 10. 1. Cor. 15, 9. Gal. 1, 13. Phil. 3, 6. 1. Tim. 1, 13. Ager fuit desperatus, in quo Christus Medicus potentiam suam exercuit, Augustin. tom. 8. col. 1516. sanavit percussum, Deut. 32. August. tom. 10. colum. 746. c. d. Insipiens erat, sibi pedes, non stimulum vulnerans, Actorum nono: sicut boves petulantes: lupus rapax, Genes. quadragesimonono, sævus circa vesperam: sanguinolentus; acceperat literas sub vesperam synagogæ, Augustinus tomo decimo columm. 444. colum. 1225. c. d. colum. 295. a. Canis venaticus a Pharisæis subornatus, Damascum petens, 40. miliaribus Solymis distantem. Sylvestre vitium magnæ fertilitatis indicium, Augustinus libro 22. capite 70.

contra Faustum Manichæum: lapis tandem mollis factus. Lupus cum ove; Paulus cum Anania habitans, Esa. 11. Actorum decimo nono.

§. 3 *Conversio* plane admirabilis, vid. Bernhardum sermon. 1. column. 97. Lux eum circumfulgens, ἁπλῶς naturalis non fuit, sed supernaturalis, significans (1) Christi majestatem & gloriam, in luce inaccessa habitantis. (2) Pauli duritiem, hac luce dissipandam. (3) Tenebras, in quibus ambulabat. (4) Evangelii effecta, quæ sunt illuminare, corda calefacere, Lucæ 24. (5) vocationem divinam & admirabilem, Galat. 1. v. 1. sequent. quo anno conversus sit, fuse disputat Pererius disputat. 1. folio 499. oper. in Roman. Paulus voce velut rore divino tactus florem posuit, Chrysostomus tomo 3. homil. de perferendis reprehensionibus folio 182. L. Vas electionis fimbriam Christi tangens, Augustinus tomo nono column. 1165. a. quia novit scripturarum medullas, Tertullianus libro 5. contra Marcion. sub finem. Adamas mollefactus sanguine & voce Jesu Christi. Armarium scripturæ Hieronym. epist ad Paulin. Aquila altera Novi Testamenti cœlum petens & mysteria tradens, Roman. 11. vers. 36. Ephes. 5. Lingua orbis factus est, Chrysostom. tom. 1. folio 4. d. Moses Evangelicus, qui ad Deum ascendit, 2. Corinth. 12. ut olim Moses: Seminator pius verborum: tuba Evangelii Hieronym. Abyssus divinæ sapientiæ, amicus Ecclesiæ ex hoste. De laudibus ejus Cornel. a Lapid. in Procem. Epistolare Pauli. Bullinger. in serie temporum Pauli pagin. 33. 34. E patribus complura ibi congesta, quæ faciunt ad laudes hujus Apostoli.

§. 4 Docet conversio, Deo vias nostras notas esse; in sua via ambulans Paulus a Deo in ordinem redigitur, malitiæ ipsius limes Damasci præfigitur, ecclesiæque salus confertur, præ metu adventuri Sauli trepidanti; docet Deum gratia sua prævenire, Augustin. libro de natur. & grat. capit. 32. Deus prævenit ut sanemur, subsequitur ut sanati vegetemur, idem libro 2. capite 9. contra 2. epistol. Pelagianorum: Absit, ut donis DEI nos priores faciamus!

Jubetur ingredi urbem Damascum Actorum 9. ob (1) baptismum Ananiæ conferendum, d. l. v. 20. Tertullian. lib. de Baptis. cap. 13. (2) informationem, cujus administra causa Ananias fuit. (3) initiationem in scholam crucis, Actorum 9, 23. 25. (4) Probationem Pauli; mittitur enim ad eos, quos ante persecutus. (5) publicationem admirandæ conversionis Sauli, in urbe Damasco, tyrannidis olim Saulinæ officina. (6) approbationem urbium, quas Deus non condemnat, Psal. 107. & 122. vers. 3. 2. Sam. 20.

§. 5 *Cæcitas* ejus notat 1. cæcitatem cordis spiritualem in Saulo; 2. cæcos nos esse debere, ne ratione Dei mysteria scrutemur.

Jejunium triduanum innuit feriam Pauli pœnitentiam, nobis quoque imitandam.

Ductus fuit a comitibus ceu spolium Christi, quod hic illi eripuerat, Chrysostomus homilia de conversione Pauli: ceu vivum exemplar divinæ in Christo potentiæ, lupum Saulum cicurante; triumphi instar Christo fuit, qui sæpè passus in suis Damasci, jam triumphat in Paulo & suis.

Interrogatio Sauli est 1. admirantis ob lucem & majestatem; 2. ambigentis, an angelus, an Deus esset, qui ei loqueretur, Hebr. 1. versu primo; 3. inquirentis: quis es Domine?

Baptisatus Paulus vestibus 1. peccatis infectis; 2. sanguinolentis; 3. impuris exutus est, stans coram Christo ceu angelo Testamenti; 4. indutus vestibus justitiæ, ut olim Josua, Zach. 3, 1. 2. 5.

Ananias 1. exemplum timoris humani in vocatione obeunda; 2. obedientiæ fidei, Actorum 9. vers. 17. 3. efficaciæ impositionis fidei, vers. 18. 4. humanitatis, alloquentis Saulum nomine fratris, d. l. 5. confidentiæ justæ ex vocatione dict. loc. Dominus misit me ad te.

§. 6 *Humilitas* ejus: hinc (1) abortum se vocat, 1. Corint. 15. vers. 8. (α) quod insperato venerit & extra tempus, Christo in cœlum recepto, Chrysostom. & Ambros. (β) matrem Ecclesiam misere lacerarit; (γ) violenter quasi renatus sit in via ferociens; horsum Anshelmus respicit in comment. (δ) gracilior & tenuior natus, ut solent esse abortivi fœtus; imo semicœcus; (ε) alii, quod præter numerum duodecim Apostolorum sit natus; sic quidem videtur Baronio ad annum Christ. 44. ex consuetudine Romanorum, qui ultra numerum ordinarium Senatorum aliquot gratuitos allegere soliti sunt, qui abortivi sunt dicti; sed non placet Cornelio a Lapide. (2) Servum Domini, Roman. 1. organum est servus Domini sui: sic Paulus Christi organon selectum, Actorum 9. Totum quod est servus, Domini sui est: sic Paulus totus Christi fuit, eum semper docuit, prædicavit, dilexit, 1. Corint. 2. Galat. 2. vers. 20. captus servus in bello; Christus enim pugnans contra Diabolum ei hoc mancipium Paulum vinculis Satanæ constrictum 1. Timot. 1. extorsit: victus in bello humi prostratus, Actor. 9. emtus pretio sanguinis Christi, mercede & præmio gratuito conductus, 2. Tim. 4.

Cœlum fuit, in quo sol justitiæ habitavit, Chrys. hom. 54. in Acta Apost. Verba ejus mare profundum, purum, copiosum, in quo Spir. S. ventus est, qui navigantium animas vehit, a terra ad cœlum promovet &c.

Inimicus Judæis Rom. 11, 28. ob 1. Messiæ missi aspernationem. 2. Testamenti N. repudiationem. 3. Evangelii persecutionem. 4. Carnalem in lege confidentiam. 5. Gentilium conversorum invidiosam vexationem Romanor. amantissimus, quos cupiit videre, Rom. 1. vers. 11. Mirum cur eosdem ad Petrum non remiserit, ut ab eo confortarentur, si Petrus Romæ fuit, d. l. ad Rom.

Scripta ejus exosa quibusdam Pontificiis, etsi a Chrysostomo etiam Laicis commendata olim fuerint. Monachus Berlini 1525. Paulum mendacii arguens, mox pro suggestu apoplexia mortuus, Bucholzerus in indice Chronol. Vide plura exempla apud Johann. Wolfium Tomo. 2. lect. memorabil. Centur. 16. Wilhelm. Nigrin. de contemtu Script. papist. pag. 560. 561.

Legatus Pyramensis dixit, noluitque legi epistol. Pauli, ne Lutherani efficerentur. Sunt tamen Pauli Epistolæ ab omnibus legendæ; sic monet Chrysostom. præfat. in epist. ad Roman. etiam a Laicis, opificibus, mercatoribus: Fatetur Jesuita a Lapide, procemio de prærogat. Pauli cap. 3. cur hodie non licet? ne lux luceat Evangelii.

Commemorationis Pauli causæ 1. ostenditur Dei bonitas, humano generi & præprimis gentilibus (quibus Paulus maxime prædicavit) sese patefacientis. 2. Misericordia ejusdem, recipientis etiam male meritos; inter hos quoque Paulus fuit 1. Timot. 1. 1. Cor. 15. 3. Virtutes Pauli nobis ob oculos ponuntur ad imitandum. 4. Gratias agamus Deo pro Pauli doctrina, & hoc electo vase. 5. Adoramus eundem Deum, ut suam hanc doctrinam conservet inter nos, quam Paulus docuit.

Formam & habitum corporis in Paulo describit Nicephorus lib. 2. cap. 37. Chrysostom. in orat. de principibus Apostol. tradit, Paulum solum tres cubitos longum fuisse, cum alias 4. cubiti constituant regulariter mensuram hominis.

An aliquando in Hispaniam iverit, litigant inter se Pontificii, quibusdam affirmantibus, quibusdam negantibus, Justinian. fol. 64. disp. 3. de Apostolatu. Caspar Sanct. tract. comment. in Acta Apostolor. annex. Non levis dissensio: ut frustra nobis pars adversa dissensiones opprobret, quibus ipsa penitus immersa est.

§. 8 *Palus Paulo infixus*, 2. Cor. 12. (1) Libidinis tentatio est Augustino lib. de nat. & grat. c. 27. Hanc probat Jesuita Corn. a Lapid. in h. l. aliquot rationibus. (2) Morbus corporis infirmitas, capitis dolor, Sedulio, Bedæ, Hieronymo in 4. ad Gal. (3) Adverlarii Pauli, Chrysostomo, Theophyl. Theodoreto, Oecumenio; ac præprimis Alexander faber ferrarius, 2. Timoth. 4. Rectius intelligitur afflictio & tentatio quædam gravissima, ac tristissima recordatio persecutionis Pauli, ecclesiæ Dei intentatæ olim, cujus peccatum coram Paulo fuit semper, inflammante Satana hunc ignem, illumque flammis infernalibus transcribente. Ad quam calamitatem forte accessit aliqua Satanæ tribulatio in corpore Pauli facta, cum ignominia conjuncta, quod phrasis κολαφίζειν subinnuit; sicut Jobo, Job. 1. Davidi, Psal. 88. tot. & Christo accidit, Matt. 4. & mulieri illi incurvatæ, Luc. 13. Vid. Luther. nostrum in Postill. Eccles. Domin. sexagesim. Hieron. Epist. ad Paulum super obitum filiæ Basil. Dicitur vero σκόλοψ assula, vel quodvis acuminatum, vel σταυρὸς, damnatorum corporibus infixus, imo transfigens eadem: significat dolores, inde sibi acutos fuisse natos; sicut & David gladium vocat in ossibus acutissimi doloris sensum, Psalm. 42. & de Maria dicitur Luc. 2. animam ipsius pertransiturum esse gladium. *Raptus* ejus in tertium cœlum, quando factus sit? varie sentiunt Interpretes in 2. Cor. 12.

Captivitas duplex fuit: prima anno quarto Neronis, ex hac liberatus est: secunda anno decimo quarto Neronis, Christi vero anno 69. ex hac non est liberatus, sed occisus vel (1) ob Evangelii prædicationem: (2) vel ob nobilem congressum & conflictum cum Simone Mago Petri & Pauli; sic Clemens 6. constit. c. 9. Ambrof. lib. 5. epist. de tradend. Basilicis. Arnob. 2. ad Gentes. Vel (3) ob conversum a Paulo Neronis *Pincernam*, Chrys. Theophyl. Vel (4) ob conversam Neronis pellicem, Chrysost. lib. 1. adv. vituperatores vitæ Monasticæ, Cornel a Lapid. in epist. ad Philip. §. 9

Laudes Pauli & encomia: *Vas* electum, Act. 9, 15. imo Paulus vas, in quo pretiosa mandatorum Christianorum præcepta conduntur, bonum vas, de cujus plenitudine substantia vitæ populis semper erogatur, & plenum est, Ambros. serm. 68. tom. 3. *Lac* de Pauli cervice fluxisse dicitur, nempe epistola Pauli melle dulcior, lacte candidior, d. l. nutriunt Pauli ubera ad salutem Ecclesiarum populos, dict. l. *Tuba gentium*: earum Apostolus diligens, indefessus. Propheta e cœlo missus, in eo doctus cum tabulis Evangelii, non legis, ut Moses. *Sol* gentium communis, radiis Evangelii mundum illustrans, Dionys. cap. 7. de divinis nominibus. *Mare* vel oceanus sapientiæ divinæ, Ephes. 3. *Rugitus* leonis adversus justitiarios, Roman. 3. Phil. 2. Gal. 2. *Flumen* eloquentiæ Christianæ Hieron. epist. 61. ad Pammach. Doctor Petri, Apostolorum. §. 10

Athleta fortissimus. *Miles* Christi constantissimus.

Arbor alte radicata in fide & dilectione Jesu. *Forma* patiendi.

Granum electum, non dispersum, ut paleæ. *Gubernator* Ecclesiæ prudentissimus.

Mulier pariens, Galat. 4. *Ovis* liberata ex faucibus leonis infernalis.

Præda, quæ Diabolo erepta fuit a Christo, Macar. homil. 44. Omnium Doctorum *excellentissimus* Luther. in epist. 24. Trin.

Servus, nomen mutans, cum alii Domino inserviturus esset, Chrys. de conv. Pauli.

Liberatus a maligna febri per Jesum Christum. *Mare* eloquentiæ, in quo flat Spiritus Sanctus, & in quo bona regni cœlorum inveniuntur. Chrysost. hom. ult. in Acta Apostolorum.

Medicus infirmis se accommodans, Chrysolog. serm. 168.

PAVOR.

Confer tit. *Conturbatio*: item, *Timor*. Pavor tempore belli: vid. *Bellum*, Ezech 38. v. 19. seq. est plaga Dei: vid. *Plaga*. Jerem. 51, 30. 32. Pavor in veloci conturbatione, Dan. 5. in punitione

tione inimicorum Pſ. 83. v. 16. in conſcientiæ accuſatione Pſ.6. oſſa conturbata.

PAUPERTAS.

§. 1. Multiplex eſt: (1) cum quis laborat ſine benedictione, cui labor non ſuccedit Sir. 31.v.4. (2) Cum quis inopia corporali laborat, ut Lazarus. (3) Spiritualis paupertas cordis Matt. 5. beati pauperes ſpiritu, hi ſunt, qui de propria juſtitia deſperantes ſpiritum contribulatum Deo offerunt Pſal.51. Eſa.7. quamvis ille locus Matt. 5. variè exponatur. Leo Epiſcop. Rom. in ſerm. de eo: videns turbas &c. exponit magis de humilitate animorum, quàm indigentia facultatum; addit: omni hominum generi dari in hac virtute conſortium; quod etiam obſervat Eſtius annot. in h l. Janſenius in concordia intelligit primò eos, qui omnia ob Chriſtum reliquerunt, ut Apoſtoli: ſecundò, qui incidentem paupertatem forti animo ſuſtinent, freti ſpe regni cœlorum: tertiò, qui parati ſunt ſua abjicere ac deſerere ob Chriſti regnum, flagitante neceſſitate. Johan. Ferus in h. l. inquit: Pauper ſpiritu eſt, qui miſeriam ſuam agnoſcit & peccata, videt ſe Dei judicio obnoxium & ob id timet. Toletus in c.6. Lucæ: *Pauperes ſpiritu ſunt*, qui affectum non habent in his terris. In eandem ſententiam propendet Carthuſianus, Cajetanus & Ludolphus à Saxonia part. 1. c.36. Vitæ JESU: & Nicol. Goranus in h. l. Matth. Huc ſpectat dictum Matth. 11. *Pauperibus Evangelium annunciatur α.* quia inopes & pauperes primò ad Evangelium converſi 1. Cor. 1, 28. Joh. 7. β. quia pauci fuerunt, etſi quædam familiæ, ut Lazari, Nicodem. Joſeph ab Arimathia, ideo ſolùm pauperes nominantur. γ. non profuit divitibus &c.

§. 2. (4) Sponte aſcita paupertas Sir. 41. 29. Fili mi, ne dedas te ſtudio mendicandi. Huc pertinet Monaſtica deſertio, de qua Buſæus p. 327. de ſtatibus hominum, quæ caret 1. Dei mandato. 2. verè Sanctorum exemplo; 3. hypocritica eſt Bernhard. in Apolog. ad Guiliel. Abbat. Aug. c.23. de opere Monach. Conf. D. Theodoric. in feſto D. Matthiæ. 4. injuſta eſt, quia omnia ad ſe trahit, ex quibus ſenes, viduæ &c. vivere juſtum erat. Ideoque ſub medio Papatu ſunt inventi plurimi, qui contradixerunt ordini mendicantium, ut S. Hildegardis, Cyrillus presbyter montis Carmeli apud Hoſpinian. fol.463. de Monachat. item, Schola Pariſiana. Eorum, qui paupertatem monaſticam & eremiticam ſervarunt, exempla recenſet Marulus lib.1. c. 8. de inſtitut. bene beatèque vivendi. Encomia paupertatis monaſticæ & electitiæ apud Franciſc. in Regula c. 8. ubi ait: *Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos chariſſimos fratres meos hæredes regni cœlorum inſtituit; Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viventium.* Hæc ille. Ampullæ: Nam & plurimis Pontificiis inviſa hæc fuit paupertas. V. D. Gerhardũ c.4. Confeſſion. Catholic.

Tria genera paupertatis ſtatuit D. Bernhard. 1. neceſſarium; 2. voluntarium; 3. ſimulatorium.

§. 3. *Effectus* paupertatis: reddit hominem timidum Prov. 10, 15. abſtrahit hominem à malo Sir. 20. v.23. cauſat multa mala per accidens Sir. 13, 20.

Affectiones: retundi etiam ab inimicis in exilium Sir. 13, 25. à propinquis odio haberi Prov. 14, 20. c. 19, 7. pati & ſimul agere gratias Sir. 13, 4. deſeri ab amicis Proverb. 19, 4. irrideri Prov. 17, 5. contemni Sir. 10, 26. Præſtat pauper homini mendaci Prov. 19, 22. Pulchrè Salvianus lib.4. Solus Chriſtus eſt, qui in omnium pauperum mendicitate mendicat.

Exempla pauperum. Ruth, Jacob Gen. 28. Lazarus: Joſeph: Origenes pauperrimus fuit, bonis ipſius in fiſcum, ob fidei Chriſtianæ profeſſionem, relatis. Ariſtides Reipubl. Athenienſis tàm pauper fuit, ut funeri ſumtus defuerint. Hilarion latronibus obviis & quærentibus, cur non expaveſceret, dixit, quia nudus ſum. Publius Valerius Publicola ſumtibus publicis terræ mandatus eſt, Plutarch. ſic quoque Agrippa Menenius, Valer. Max. lib. 4. c.4. Antigonus ditiſſimus civis Florentinus omnia dedit pauperibus, non fecit ſupereſſe ſumtus ad funus ſuum tumulandum. Servilius Iſauricus inops mortuus Raviſ. in officin. C. Fabricius & Q. Æmilius parum aut nihil divitiarum hæredibus reliquerunt. L. Quintius Cincinnatus, dictator Romæ, & Attilius Regulus ſinguli ſeptem agri jugera poſſederunt. Valer. lib. 4. c. 4. Paulus Æmilius, Plutarch. L. Mummii, vaſtatoris Corinthi, filiæ publica dote ornatæ ſunt & elocatæ: Beliſarius mendicus: Eliſabetha Andreæ ſecundi Pannoniæ regis filia ad colum & lanam redacta eſt, ut victum pararet.

Plura exempla vide apud Valer. Max. lib. 4. c.4. Juſtin. lib. 6. c. 8. de Epaminonda Calviſ. in Chronol. de Origene.

§. 4. *Status infelix* ſub Papatu pauperum: poterant namque divites plures miſſas redimere ſibi pluraq; ſuffragia, quàm pauperes; unde apud Germanos natum: Kupffern Geld/ kupfferne Seelmeſſe. Nota eſt taxa pœnitentiaria ſuis pretiis diſtincta pro varietate peccatorum, à Claudio Eſpenſæo, viro doctiſſimo de ſchola Pontificia, acri cenſura notata.

§. 5. *Officia pauperum*; Pietas Prov. 19, 1. Probitas; probus enim pauper diviti præferendus Prov. 28, 6. Spes Sir. 11, 26. Juſtitia, neminem lædat Prov. 28, 3. Patientia: Socrates ſuâ paupertate ſuperbiebat, & divitias vocabat, Æneas Gazæus fol.16. in Theophraſto. Conſolatio, quâ ſe ſuſtentet: Hanc ſumat 1. *ex Dei providentia*, quæ tribuit unicuiq; quantũ vult Prov. 22, 2. 2. *à ſtatu emendando*; veri enim pauperes ſimiles homini caveæ incluſo, cui educto diadema aureũ imponitur, Chryſ. hom. 2. de Lazaro; hic ab angelis eductus è mundi cavea, ab angelis coronatus eſt, imò ab ipſo Deo 2. Timoth. 4. *coronâ juſtitiæ.* 3. ab exemplo Chriſti, 2. Cor. 8. & aliorum; 4. ab honore rerum cœleſtium terrenis poſtponendarum; 5. à brevitate afflictionum Rom. 8. non ſunt condignæ; 6. à cura Dei Prov. 13. v. 23. c. 29. 13. 7. à judicio

dicio Dei,Prover.22. confer Apoc.2,9. 8.paupertas eſt bonis mentib. cuſtos humilitatis: 9. præſtat cordi ſecuritatem: 10. mortui non in marmoreum tumulum, ſed in Abrahæ ſinum portantur Auguſt. 11. Pauperes quoq; defendit Dominus Pſ. 107,39.

De ſolatio pauperum, contra Gentiles. Vide Baron. Tom. ſecund. fol.158. è Juſtino Martyre.

§.6. *Officia noſtra* circa pauperes; 1. eorum miſereri Deut. 15,2. eos juvare Jerem.5,28. Pſ. 112,3. non contemnere; 4. contemplari eos, ut ſpecula humanæ miſeriæ; 5. ob paupertatem eos non damnare; 6. Non ſupprimendi Amos 2,7. c.5,11.12. certè Chriſtus non tempſit pauperes conjuges Johan.2. Bartimæum Luc. 19. Lazarum Luc.16. Ephiales cuidam exprobranti paupertatem dixit: cur non & alterum dicis,quod juſtitiam colam (ſic omnes pauperes dicant & probitati ſtudeant) Ælianus libr. 10. hiſtor. Qui verò pauperes ſpoliant,Judæ proditori ſimiles ſunt. Johan.12. v.6. 7.Ali debent in ſingulis civitatibus, Concilium Aurelianenſe primum cap. 18. Thuronenſe ſecundum c. 5. Conſtitutio Caroli libro 1. cap. 124.

Eſt ſolus Chriſtus, qui in omnium pauperum mendicitate mendicat, inquit Salvian. libro quarto.

Gemitus & clamor pauperum contra divites; vide Lucianum in Necromantia,qui Menippum facetè introducit recitantem decretum apud inferos ſancitum,ut divitum animæ in vitam remittendæ in aſinos migrarent onera portantes, rurſusque emiſſæ in aſinos migrarent, ut à pauperibus agitarentur, quos olim in vita devexaverant. Lazarus contra epulonem gemit Luc.16. Iſraëlitæ contra Ægyptios.

Conditio pauperum deterior in Papatu, in purgatorio, quia promiſſis faciendis ſolvere non poſſunt: divites poſſunt: teſtis Lombard. in 4. diſt. 45.

PAX.

§.1. Quid? Eſt tranquillitas mentis & quies voluntatis erga proximum: ut totus homo ſibimet ſit pacatus, & aliis placens & placatus in conſcientia. Hæc pax impiis non eſt. Concordia quoque differt à pace: Poteſt enim eſſe concordia cũ aliquo in aliqua re; inter quosdam; qui tamen inter ſe diſcordes ſunt.

Multiplex eſt. 1.Mundana, quæ fallax, incerta, doloſa, ſimilis haſtæ, quam tegit frons paciferæ olivæ. 2.Philoſophica pax, vel εὐθυμία, quam Philoſophi in mentis tranquillitate, omni ſpe ac metu vacuo, poſuerunt; falſi omnino: cum cogitationes ſeſe mutuo accuſent Rom. 2. & conſcientia peccatorum hanc tranquillitatem non admittat. Aliis Pax eſt tranquilla libertas: at, quæ tranquillitas eſt peccatoribus coram Dei facie? quæ libertas ſervis peccati? Joh. 8.

3. Juſtificatorum inter ſe, ſive charitatis, quâ ſeſe mutuò amplectuntur.

§.2. 4. Conſcientiæ, quàm ſentiunt fideles in corde erga Deum Rom. 5,1. Matt. 11. requies. Confer ſis Granatenſem, lib. 1. part. 2. c. 20. Ducis peccatorum: Hujus cauſa efficiens eſt Chriſtus Epheſ.2. verſ.14. Luc.2. pax in terris. Effectus ejus eſt, Deum & homines unire, Dionyſ. Areopagita de divin. nominib. Pacare animas, ne à Deo ſeparentur, non terreantur irâ Dei, non inferno, non Satana: venit enim princeps hujus mundi,qui nil invenit in Chriſto, vel Chriſti membris: non adhærentibus mundo: cuſtodire animas noſtras Philip.4. requieſcere in ſolo Chriſto Matt. 11. ut illa columba Noæ: certos nos reddere de ſalute Roman. 8,1. *Subjectum cui* eſt quilibet juſtificatus Rom. 5,1. juſtificati ergo per Chriſtum &c.Ethnici non gaudent hac pace, quia non credunt in pacis fontem Jeſum Chriſtum: nec ii, qui per opera bona juſtificari ſeſe contendunt: nec, qui Salvatorem non agnoſcunt pro omnibus hominibus ſatisfeciſſe ex intentione ac conſilio Dei. *Subjectum circa* quod ipſe Deus eſt Rom.d.l. πρὸς τὸν θεὸν, erga DEUM, qui offenſus erat, Rom. 5,8. *Adjunctum pacis hujus:* occultatur hæc in cordibus fidelium, nec pari gradu aut ſemper ſentitur, cujus rei cauſa eſt fidei infirmitas, gratiæ Dei inviſibilitas 2. Cor. 4. Satanæ perverſitas nos tentantis: carnis noſtræ quotidiè peccantis imbecillitas. *Contraria paci veræ ſunt,* ſi putes fide charitate formata hanc pacem apprehendi, ut putat Dionyſ. Carthuſ. nam *Charitas* non ingreditur circulum juſtificationis: ſi quæras animæ tuæ pacem è doctrina falſa & ſpuria,quæ docet in operibus fidere,de gratia Dei dubitare: ſi non cures pacẽ hanc,tuis operibus & ſuperſtitionibus cõſiſus: ſi non recipias fide vera hanc pacem Chriſti.

§.3. Pax eſt vel activa, quam nobis DEUS dat Numer.6. det vobis pacem: vel paſſiva,quam Chriſtus eſt promeritus, de hac pace vide Baſilium in Pſal. 33. quæ eſt Teſtamentum, quod Chriſtus reliquit diſcipulis Auguſtin. tom.10. col.1275,b. pacem meam do vobis, Aug. tom. 10. col.960.b.vel eſſentialis,quæ eſt ipſe DEUS, Anshelm. vel Dei cum hominibus, quæ eſt fructus & conſequens juſtificationis Rom. 5. 1. per hanc in DEO conquieſcimus Coloſſ. 3. 15. Phil. 4,7.

Pax alia oris 1. Cor.1,10. 1.Sam. 16. Samuel ſub prætextu ſacrificii: *alia operis:* alia *cordis* Joh. 14. pacem meam do vobis.

Pax eſt ignis ſacer, qui ex fervidis charitate lignis unam pyram facit Chryſoſt. homil. 19. in Epheſ. humida ligna non urit ignis. Eſt murus aheneus,inconcuſſus, ſpernens accuſationes Satanæ. Roman. 8. eſt conſervativa omnium corporũ G. Nazianz. de Conc. Monach.Eſt columna,cui Eccleſiæ ſalus innititur, cui prudenter innitendum 1.Cor.3,11.Epheſ.2. verſ. 20. Eſt palladium & propugnaculum: ſcutum piorum & fidelium. Eſt ſarcina jucunda, levis,in oculis Dei ſpecioſa,utilis & neceſſaria: vinculũ, quo omnia membra colligantur Eph.4,3. Macarius hom.3. Baſil.orat. 1.de amore Dei: cor Davidis & Jonathanis 1.Sam.

18, 3. constat hoc vinculum filo humilitatis, mansuetudinis & patientiæ Genes. 13, 7. & placabilitatis. Plenissima pax in altera vita Aug. t. 8. col. 243. b. c.

§. 4. Causa dans & procreans pacem princeps DEUS est Ps. 147. Jos. 21, 44. 2. Sam. 7, 1. Ps. 81, 14. 15. Lev. 26, 3. 6. Zach. 8, 12. 2. Chron. 14, 16. Sir. 50, 25. 1. Thess. 5, 23. inclinans hominum animos ad pacem. Ministerialis est Magistratus providus, pius, pacificus. Olim in nummis Cæsarum hæc erat inscriptio: in una parte templum inscriptum erat & hæc verba: DIVUS AUGUSTUS PATER; in altera parte; PROVIDENT: sic in nummo Constantii Augusti: PROVIDENTIA.

Adjuncta: *Præstantia pacis Politicæ:*

---- Pax optima rerum,

Quas homini novisse datum est, pax una triumphis

Innumeris potior. ——

§. 5. Hieroglyphicum pacis (α) Olea erat, Virgil.

Paciferæq́; manu ramum prætendit olivæ.

Oleum dicitur ferrum mitigare, ut ad secandi usum reddatur ineptum: oleo ferrum candens emolliunt fabri. (β) Spica. Tibullus:

At nobis pax alma veni, spicamque teneto:

Fructus pacis politicæ: habitare sub ficu & vite 1. Reg. 4, 25. cap. 5, 3. 4. Agrum colere 1. Macch. 14, 8. Ut fructibus agri ipsi, non peregrini pascantur Esa. 62, 8. Cives quoque bonis augentur 1. Machab. 14, 9. Subditi benè gubernantur d. l. Psal. 85, 11. Justitiâ terram inhabitante Esai. 1, 21. securè habitant Esai. 34, 27. 1. Reg. 4, 25. Psalm. 122, 7. Michæ 4. 4. Hinc etiam toga pro pace sumitur. Sine querela damni Psalm. 144. v. 14. Impedimenta boni averruncantur 1. Reg. 5, 4. Arma abjiciuntur Mich. 4, 3. Levitic. 26, 6. & hostes avertuntur 1. Macc. 8, 23. Placet DEO pax socialis Ps. 133, 1. 2. Sir. 23, 1. est justitiæ comes Ps. 85. Aug. Fac justitiam & habebis pacem. DEI benedictio Jer. 30. 18. 19. gaudium Prov. 12. delictorum celatio Prov. 17. qui celat alienum peccatum &c. Encomia plura pacis vid. apud Aug. tom. 10. col. 1275. c. d. 1276. c. d.

§. 6. Quomodo pax obtineatur? per verba mollia Gen. 13. munera Gen. 32. Jacob placat Esavum: fugam litis Gen. 13. ne sit lis &c. Prov. 20. gloria est homini &c. Sortem, Proverb. 18. contendentes sors &c. Per commodam scopi nostri explicationem Jos. 22, 31.

Quando pax non possit servari? Respond. cum Absolon rebellis fit patri 1. Sam. 18. Pseudo-Doctores ecclesiam DEI vastant Act. 20. & errores seminant. Cum vitia corrumpunt omnem pietatem Tit. 2. Cum malitia filiorum & ancillæ Hagaris dominatur 1. Sam. 3, 13.

Pax Christo grata: (1) quia in pace nasci voluit. (2) nullibi, nisi in loco pacis, habitat. (3) pacem precari suis discipulis mandat Luc. 10. (4) pacem suam in testamento discipulis reliquit: (5) eam tot laboribus & doloribus nobis acquisivit Es. 53. (6) pacificos in filios adoptat Matth. 5. beati pacifici &c.

§. 7. Officia circa pacem; (α) Precari à DEO omnibus modis Jerem. 29. orate pro pace, Ps. 85, 9. & 122, 6. 2. Reg. 20, 19. sic fecit Polycarpus Baron. tomo 2. fol. 172. numer. 35. (β) Ob datam DEUM laudare Ps. 143, 12. Sir. 50. (γ) Amare, non fastidire. Thebani fastidientes pacem, commune odium bello totius Græciæ experti sunt. Octavianus Cæsar dicere solitus est: belligerare esse hamo aureo piscari; significaturus, plus damni eos capere, quàm commodi, qui bella gerunt. Leo philosophus imperator optavit impensè, ut stipendia militum in philosophos sibi erogare liceret: Suidas. (δ) Verbis blandis eam quærere, Ambros. sermon. 21. in Psal. 118. Vulnus mentis oleo quodam mollioris alloquii & pacifici sermonis suavitate mitescit. (ε) Promovere Ps. 34. quærite pacem &c. Augustus Cæsar hostes suos sibi conciliavit, Zwinger. f. 40. a. Theatr. In Darame Persa admirabile studiū pacis fuit, Zwing. l. d. a. Publicam quoque; etiam sorte Prov. 18, 18. & dissimulatione: ita Saul simulabat se non audivisse opprobria 1. Sam. 10. Etiam Episcopi: Episcopus in omnibus paci providere debet, ait Cyprianus lib. 1. epist. 8.

§. 8. (ζ) Colenda pax, etiam cum omnibus, quantum in nobis est, hominibus: 1. ob DEI præceptum Ps. 121, 6. Rom. 12, 18. c. 14, 19. 2. Corinth. 13, 11. Ephes. 4, 3. 1. Thess. 5, 13. 2. Tim. 2, 22. Ps. 34. 2. ob multiplex commodum: nam pace omnia plantantur, templa, scholæ, curia, œconomia; filii sunt sicut novellæ plantationes, Esai. 32, 18. habitant homines securè 1. Reg. 4, 25. 1. Macch. 14, 8. 2. Macch. 11, 23. 26. Zach. 3, 10. c. 8, 4. 5. Jer. 33, 11. Augustin. lib. 19. c. 11. de Civitat. Dei. Tantum est pacis bonum, ut etiam in rebus terrenis ac mortalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil postremò possit melius inveniri. Ut in centro omnes lineæ concurrunt; sic in DEO omnes fideles, ceu in centro, per pacem conjunguntur. 3. Ob exemplorum cumulum; plurimi enim sancti paci studuerunt: Abraham Gen. 13. David Ps. 120. v. ultim. 4. ob utilitatem, pax enim vinculum est, quo diversa in unum coëunt & coalescunt, cum aliàs dissipantur Matth. 12. regnum divisum.

Non colenda (1) cum blasphemantibus, sic Christus rejecit Pharisæos Matth. 18. sit tibi Ethnicus: 1. Timoth. 2. Alexandrum excommunicat Paulus: Luc. 12. veni ignem mittere. (2) in criminibus publicis constitutis Actor. 25, 11. (3) delictis notoriis Lev. 19. v. 17. notatis & insignitis.

§. 9. Causæ corrumpentes pacem (1) Detractores, Sir. 28. susurro & bilinguis, Gregor. in Past. Per linguam incontinentè discordia propinatur. Cadmus (fabulatore Ovidio) dentes serpentinos sevit in terram, ex quibus mox armati milites sunt nati, qui se mutuò confecerunt; sic detractor verba venenata seminat, ex quibus lites & bella oriuntur Prov. 6. discordias seminans inter fratres. (2) Superbi Proverb. 13. inter superbos semper contentio. Augustinus lib. 18. cap. 10. de civitat. Dei narrat trium Dearum litigium de pulchritudi-

ne contendentium; hinc jurgia collegarum, vicinorum, quæ non niſi patientiâ & fugâ poteris elidere. 3. Avari, hi enim lites movent ob opes: Bernhard. conſid. ad Eugenium, optat eccleſiam videre in ſtatu ejuſmodi, in quo fuit tempore Apoſtolorum, qui retia laxaverunt, non in capturam pecuniarum, ſed animarum. 4. Animis diſſimiles & diverſi, inter hos enim facilè lites oriuntur; ſunt verò [α] pertinaces, qui majorum votis non cedunt [β] qui propriæ voluntati innituntur ut Naaman 2.Reg.5. [γ] doloſi. 5. Satanæ, qui pacis hoſtis, artes: Satan amat bella, vide Auguſtin. lib.2. c. 25. de Civit. DEI, de præludio certaminis & prælii, quod apud Cannas ſub Hannibale ſecutum eſt. Et hiſtoriam, ſub Henrico III. inter cubicularios Archiepiſcopi Moguntini & Abbatis Fuldenſis ortâ, de prima ſeſſione, contentione, res ad arma venit, fuſo ſanguine ſparſum pavimentum templi, idem expiatum & voce intonitum: hunc diem feciſti glorioſum; tunc vox reſpondit: hunc diem ego feci cruentum. 6. Invidi & iracundi; hi namq; ad fovendam concordiam minus ſunt idonei. 7. Divina mandata transgredientes; hinc Peccatoribus pœnas interminat DEUS Eſai. 48. Utinam attendiſſ. Levit. 26. ſi non audierint me &c. ſic Salomo, David pacem ob peccata amiſerunt. In tractatus Germaniæ publicos non nemo pacis hoſtis ita luſit:

Compono, impono, concludo, illudo: quid inde?
Concluſum, illuſum, compoſitum, impoſitum.
Finis principio ſimilis, ſic ordo vagatur;
Nos dedimus, dabimus, nolumus & volumus.

§. 10. Impiorum pax 1. falſa & hypocritica, ut Judæ oſculum: Joabi ſalutatio Sirac. 37. v. 3. Hinc Chriſtus Joh. 14. non quomodo mundus dat (ſcilicet pacem) ego do vobis, 2. Impia, quia contra Chriſtum fit Pſal. 2. vid. tit. *Concordia* in malo. Contra unum Joſeph ita conſpirarunt fratres, ut totis 20. annis patri nihil dixerint de filii venditione. 2. Periculoſa; pax enim mundi nihil eſt, niſi impunita nequitia, ac inde nata ſecuritas.

Pax Chriſti mundo eſt ſtultitia: Si à longe videres homines ſaltantes & tripudiantes, nec audires Muſicam, quâ ad ſaltandum homines moverentur, inſanire eoſdem judicares: ſic mundus 1. videt DEI filios in Domino gaudere Phil. 4. Pſalm 4. 2. etiam in calamitatibus Rom. 5. Act. 4. 3. judicat pios eſſe ſtultos, Jobi uxor Sap. 5. 4. ſed non vident, nec ſentiunt Spiritum S. qui in piis habitat, eosque ad ſpiritualia gaudia concitat ac impellit: Rom. 14. regnum DEI non eſt eſca aut potus &c. ſed gaudium in Spiritu Sancto.

Paci eccleſiæ Satan invidet, vide Optat. Milevitan. p. 55. lib. 2. adverſus Parmenian. Cum (ait) Africanos populos & Orientales & cæteros transmarinos pax una conjungeret, & ipſa unitas repræſentatis omnibus membris corpus Eccleſiæ coagularet, dolebat hoc Diabolus, qui ſemper de fratrum pace torquetur.

§. 11. Pax religionis: de ea varias quæſtiones movet D. Thumm. p. 250. in decalogum. Stabilita firmiter, Benbellona p. 2. c. 11. & 12. In ea data libertas principibus diſcedendi à fide Pontificia, dummodo bona eccleſiaſtica in profanos uſus non verterentur, Gebhard Archiepiſcop. Colon. p. 130. 131. 248. Im Auſſchreiben. Non eſt pangenda, ſi veritas lædatur: vide Muſculum in L. Comm. f. 156. tit. de Evangelio: edit. Baſil. 1573. f. Sola pax veritatis tranquillitatem adfert: ſervanda cum omnibus hominibus, ſed quantum in nobis eſt Rom. 12. In nobis non eſt de veritate cœleſti aliquid remittere. Zelus pacis inconſideratus eſt, ſi quis cum Socinianis pacem inire velit, Frobosius libr. 1. f. 18. §. 3. Inſtit. Hiſtorico-Theologic. Apud Socratem lib. 3. c. 11. fraudulenta pax Eubolii deſcribitur. Ex hac tibi quod ex uſu ſiet, exemplum ſumito.

Pax non eſt rumpenda ob morum rituumve diverſitatem, vide Epiſcoporum Carthagine congregatorum exemplum: Hieron. adverſus Luciferianos Baron. t. 2. f. 567. n. 10. 35. 40. fol. 568. n. 5. 10. fol. 570. 30. Aug. lib. 5. c. 25. de Baptiſ. c. Donatiſt.

Nomina & ſimilia pacis. Eſt vinculum omnia conglutinans, Coloſſ. 3. Gluten animos conjungens.

Harmonia dulcis, ſvavem concentum edens. Balſamum, homines recreans. Ros cuncta fœcundans. Compages, quâ ſalva corpus minimè corruit, Trabalis clavus ædificium continens. Statumen navis. *Ordo* omnia cõſervans, ſine quo univerſum conſiſtere non poteſt. Vide Greg. Nazianz. de reconcil. Monachorum: Mater victoriæ pax, quæ colligat omnes pugnantes. Temperamentum, à quo omnis ſalus effloreſcit. Bicinium, DEO & piis gratiſſimum. Tyrrheno lapidi pax ſimilis: Ille enim natat ſuper aquas; At in partes diviſus mergitur.

PAXILLUS.

Eſdræ 1, 8. Supremam notat terræ vaſtitatem, cujus reſpectu velut paxillus ſupereſſe videbatur populus Judaicus. 2. Alii de Magiſtratu à DEO rurſus conceſſo Judæis & *ἀυτονομία* ab Artaxerxe Longimano conceſſo; ſic Eſ. 22. paxillus dicitur Eliakim. 3. De amplitudine eccleſiæ aliquando adhibet Spiritus S.

PECCATUM.

§. 1. Cognitio ejus neceſſaria & utilis. Lev. 6, 10. Cineres holocauſti prope altare reponebantur: ſic quoties altare Domini accedis, memineris peccati, causâ cujus cinis ſumus Gen. 18. E regione Paradiſi DEUS hominem collocaverat Geneſ. 3. ut ſibi peccati memoriam refricaret.

Definitio: Peccatum eſt iniquitas, *ἀνομία* 1. Joh. 3, 4. omne ſcilicet dictum, factum, cupitum, cogitatum contra DEI legem, offendens DEUM & promerens Gehennam, niſi fiat remiſſio ob Jeſum Chriſtum.

§. 2. *Synonyma:* Opera mala, malitia, opera tenebrarum, malum in oculis Dei, iniquitas, abominatio, lapsus, aversio, prævaricatio, sanguines, impietas, fornicatio, delictum, via mala, reatus, desiderium cordis, ambulare ex adverso DEO, stultitia Job.1. iniqua via Jer.3. declinatio ad malum Ps.125. additur pœna: abiget eos Dominus.

Nomina Metaphorica: est apostasia & recessus à Deo 1.Sam. 12,20. Deuter. 11,16. v.8. & 9. Reprehenditur & punitur in Israëlitis 1.Cor. 10.Num.16. Est recalcitratio; equus semel fræna detrectans ferociter currit per præcipitia: ita peccator. Exacerbatio Dei Esai. 64. Rebellio figmenti contra fictorem. Obduratio, durities cordis: obdurati sunt similes pullis gallinam colligere volentem fugientibus Matt. 23. similes lapidibus, vid. infra & Plin. similes Leviathan, qui squamis obductus Job. 41. Obduratio est scutum conduplicatum, quo Romani usi sunt, ne telis peti possent Plin.lib. 34. Obdurati sunt lupi collum habentes inflexibile, sunt filii refractarii nolentes recipere castigationem Jer.5,3. Obduratio est instar æruginis, quæ animos nostros arrodit Ezech. 24,12. Num. 6,29.

§. 3. *Causa efficiens,* non est DEUS Psalm. 5,5. quia irascitur peccato, idque punit & judicabit olim; sed 1.*Satan:* 2.*Homo. Satan tentando,* 2.Corint.11. est *leo* in insidiis, Draco in impetu, Augustin. t.8. col. 742. d. Coluber tortuosus & insidiose gressus figens, cujus via admodum occulta Prov. 30. Hæc tentatio est cribratio Luc.22. Est agricola plantans radicem peccati in corde, Augustin. tomo 10. columm. 663. & zizania inter aures tuas, monentem DEUM & suggerentem Satanam, August. t.8. col.1020. d.1021. a. Occasionem objiciendo: donat terrena, tollit cœlestia. Eremitæ cuidam suasit diabolus ut 1.gallinam aleret, 2.gallum, 3. Ancillam, quæ nutriret hunc & illam, 4. Tandem eum in fornicationem induxit. Scriban: in Medic. Religios. p. 263.

Potenter dominando in peccato: Hinc princeps seculi dicitur, Aug. Tom. 10. col.1586. a.b. Confer 2. Corinth.4,4. Eph.2,2. in filiis diffidentiæ. Ergo monet Apostolus Rom. 6. v. 12. Ne regnet peccatum.

Impunitas peccatorum. Crescit multitudo peccantiũ, cum redimendi peccati spes datur. Et facilè itur ad culpas, ubi est venalis ignoscẽtium gratia, Arnobius lib.7.adv.gent.part.211.

§. 4. *Homo & Mundus scandalosus.* Duplex agmen mundus producit: 1. Blandiens; voluptas, delitiæ, magnifici vitæ apparatus, honores, favores. 2. Terrens: infamia, exilia, anathemata, carceres, Rom.8. Aug. Tom. 10. col. 1190. d. Corruptum hominis judicium, ut non possit cernere bonum & verum; aut si videat, non tamen sequatur, Rom.7,18.22.23.

Oblivio præceptorum ac beneficiorum DEI, Jer.2.v.5.6.7. Voluntas rebellis, inimica Deo, inque peccatum consentiens, Matt. 5. v.28. 1. Joh. 3, 8.

Contupiscentia prava, Jacob.1,14. voluntariè quis peccat tribus modis, in c. 5. Oseæ Zanchius n. 7. col. 100.

Securitas, odium, infirmitas: 1. Pet. 4, 3. 4. Ignorantia, qualis in Paulo fuit 1. Tim. 1, 3. & obtenebratus intellectus: sicut lumen extinguit latro vel fur parietem suffossurus.

Otium & quævis fomenta peccatorum per luxum 2.Sam.11,12. Ez. 16,49. 1.Tim.5,11.

Conversatio mala. V. Societas. *Persuasio* aliorum. v.g. Absolon fecit peccare populum, 2.Sam.16,6. nempe persuadendo. Peccata ipsa alia ex se peccata gignunt quinque modis. (1) Cum admittens peccatum Sp. S. amittit; quo amisso, homo de peccato in peccatum labitur. (2) Cum DEUS peccata peccatis punit, dans hominem in sensum reprobum & Satanæ manum, qui deinde efficaciter in homine operatur, Eph.2. 2.Rom.1, 26. 1. Thess. 2,11. 2.Tim.3. (3) Facilis fit transitus de peccato in peccatum. (4) Unum peccatum solum non committitur. 1.Timoth. 6,20. Jacob. 2, 10. Ephes. 5,18. (5) Ob unum peccatum sæpe aliud committitur. Sic Judas ob avaritiam fit Domini sui proditor: ob lucrum mercator, mendax ob ventrem, concionator hypocrita: Phil. 3. quorum venter Deus. Ez. 13, 18. 19.

Consuetudo peccandi. Ut vulnera putrida non dolent: sic peccandi consuetudo (Aug. Huc & illud Apostoli Eph.4,19.) magis magisque hominem in peccata inducit. Ut lapis hominem prægravat, ne resurgat, etiamsi velit: sic consuetudo peccandi, quæ instar retis est hominem magis implicantis: (α) 1. Reg. 11, 4. (β) Jerem.3,13. (γ) Numer. 25, 1. 2. Gen. 6, 2. V. supra *Consuetudo.*

§. 5. Occasio Peccandi: Salomon occasione (α) uxorum, (β) alii locorum, (γ) personarum, incitantur ad peccandum. Huc illa irritamenta mundi. 1. Joh.2. v. 15.

Armentorum partem in Ægypto non remanere voluit DEUS, ut Israëlitæ revertendi occasionem non haberent, Exod. 12,32. Sic Diabolus contra semper peccandi occasionẽ nobis in mundi Ægypto vult remanere: quò ad mundum, à quo redempti sumus, revertamur, Gal.1, 4. sic reversus Demas 2.Tim.4. v. 10. Cotus Rex Thraciæ, cum ad iracundiam esset pronus, vitrum elegantissimum dono oblatum ipse fregit, ne in alios istud frangentes plus justo sæviret. Augustus Cæsar omnia vitra chrystallina fregit, percutiens ea baculo, ne in servos (quorum unum ob fractum vitrũ in piscinam cibum piscium projici curârat) ulterius sæviret. Acipius, in vitâ Augustini, semel videns ludos Circenses (quos extremè ante detestatus erat) ab iisdem abstrahi non potuit. Diogenes Cynicus eos gravissimè increpabat, qui cellas vectibus, non autem oculos, aures obserarent, Sir.23. O utinam tam sollicitè occasiones peccandi vitaremus! animã obseremus. Nũ.6. Nazarenis non uvæ solùm, sed & vinum interdictũ erat. Uvæ sunt occasio peccati: Has quoq; nobis Deus interdixit, Chrys. hom.46. oper.imperf. Occasionem peccandi non dat Deus ut homines peccent, sed ut osten-

ostendat pertinaciam eorum. Fœdus cum Ethnicis olim Deus prohibuerat, Deut. 2. 2. Sā. 12. David videns Bathsabam peccavit. Sic minimæ quævis peccandi occasiones vitandæ.

Olim per desertum, non Philistæam, Deus populum duxit, ne occasionem peccandi acciperet Num. 6. Peccator spiritualis exportatur ut Luc. 7. à 4. bajulis. (1) consuetudo peccandi. (2) prava societas. (3) duo sequuntur, spes vitæ longioris, (4) præsumptio de misericordia Dei. Gen. 12. Egredere è terra; scilicet ne cōtaminetur à sympatriotis Abraham.

§. 6. *Similia:* A via lubrica cavemus, ne cadamus. Nauta in portum se recipit, videns procellam, occasionem mali ingruere. Via hujus mundi plena est laqueis, Eccles. 9. versic. 20. Peccati occasio est via lubrica & procella parans tibi submersionem.

Lycurgus omnes vineas abolere jussit Spartæ, ne occasionem ebrietatis haberent cives. Moses vitulum aureum, Ezechias serpentem æneum Exod. 32. 2 Reg. 8, 4. Qui confidit in corde suo stultus est Prov. 28. Ergò ne præbe cordi occasionem peccandi.

Huc spectat & *multitudo peccantium*, quæ & ipsa homines ad peccandum inducit. Sir. 7, 17. 18. 19. It. Aspectus incautus est occasio peccati: Gen. 3, 6. 2. Sam. 11. David videns Bathsabā.

Cupiditas & metus, Augusth. Tom. 8. col. 891. 892. b.

§. 7. *Cur DEUS permittat suos labi in peccata?*

Nempe ut 1. agnoscant depravatam naturam: Gen 6. Figment.

2. Deponant superbiam, Ps. 30. v. 7. 8.

3. Discant magis magisque se abnegare, Matth. 16, 24. 2. Cor. 1, 8. 9.

4. Orent conversi diligenter: Sic David Psal. 51. Docebo iniquos vias tuas.

§. 8. *Communicat aliorum peccatis quis:*

I. Approbando eorundem peccata, Obad. 1. v. 11. additur ibidem pœna v. 14, 13. sive consentiendo, Act. 8. v. 1. Rom. 1, 32. Excusantur ii, qui non consentiunt.

II. Consilia suppeditando, 2. Sam. 16, 23. Joh. 11, 49.

III. Præcipiendo & permittendo, si possis impedire: Sic Pilatus Joh. 19. Christum crucifigendum tradens. David Uriam interfici curavit.

IV. Excusando, laudando, defensando & pingendo alterius peccata. Esa. 5, 20. Ez. 13, 18.

V. Quâcunque criminis participatione sese commaculando. Ps. 50, 18. Ef. 1, 23.

VI. Nimiâ lenitate & conniventiâ & silentio: Sic Eli filios non castigans 1. Sam. 3, 10. c. 4, 18. Sacerdos peccata non annuncians Esai. 58, 1. Ezech. 3, 17. c. 33, 7. Achab Benhadado parcens 1. Reg. 20, 42.

§. 9. *Causa peccati.*

DEUS non est, contra Florinum Euseb. lib. 5. c. 14. Baron. Tom. 2. f. 248. 249. annal. Nam (1) odit DEUS peccatum Sir. 15, 21. Non vult Ps. 5. (2) Nunquam in mentem venit Deo hominum malitia Jer. 32, 35. (3) prohibet peccatum Zach. 8, 17. Unusquisque: (4) castigat & suppliciis homines ob peccata mactat. (5) Non vult peccatum Psal. 5. (6) damnat homines ob peccata. (7) arguit de peccato Joh. 16. (8) odit illud Zach. 8, 17. (9) justus Deus est: odit igitur omnem injustitiam Deut. 32. v. 4. (10) non tentat ad malum. Jacob. 1. v. 14. 15.

Puniens causa DEUS est, peccata retegens Thren. 4. v. 22. Causa *impediens* peccatum 1. Dei reverentia: non n. de industria peccat, qui Deum timet. Ps. 26, 11. Ps. 38, 19.

2. Benevolentiæ Dei recordatio. Os. 11. in funiculis.

3. Timor Dei. Ps. 34. attendite &c. causa peccati igitur est prava voluntas hominis, Dei præcepta violans: causæ sociæ, quæ in peccato occurrunt, sunt faciens & consentiens in peccando: v. g. Achab probans factum Jesabelis 1. Reg. 21, 19. Joh. 19, 11.

§. 10. *Materia subjectiva in Qua, sive Subjectum in Quo.*

Cor Hominis, anima, corpus: Atramentum fit ex gummi, gallis & vino albo, quorum nullū est nigrum per se, sed cōjuncta nigredinem efficiunt; Ignis ex silice & ferro elicitur, neque in ferro, neque in silice inest, sed ex tactu motuque utriusque existit: sic in anima, neque per se separatè, neque in corpore est peccatum, sed utriusque conjunctione, qua ante conjunctionem non est homo.

Subjectum Quod

§. 11. *Omnis Homo.* Rom. 3, 19. 20. omnes peccatores. 1 Reg. 8. non est homo, qui non peccet. Sir. 18, 1. Conf. Aug. lib. 5. c. 15. contra Julian. *Etiam infantes*, quia moriuntur, variisque obnoxii sunt morbis, quod eleganter ostendit D. August. contra Pelagianos non semel. *Sancti* etiam, lapsi enim sunt sæpe Aaron, David, Salomo, Apostoli. Nemo in hac vita est sine peccato. Ideo petimus: Et dimitte nobis debita nostra Aug. Tom. 10. col. 896. b. Mariam peccati expertem primus docuit Richard. Victori. teste Joh. Majore, Scoto lib. 3. c. 12. de reb. gestis Scotorum.

Objicitur 1. Joh. 3. *Natus ex Deo non peccat.* Resp. Pererius varias collegit sententias & explicationes disp. 26. num. 126. in Rom. 8. simplex responsio est, verè renatum non peccare de industria, non ex proposito, etsi peccet ex infirmitate. Peccatores olim dicti Gentiles. Matth. 26, 45. Luc. 21, 7. Joh. 18, 8. Gal. 2, 15.

In Peccato sunt tria.

I. Suggestio, caput peccati, quod calcandum. Aug. T. 8. col. 1213. a. II. Delectatio & titillans complacentia. III. Assensus & ipsum opus, vid. Jac. 1. v. 15.

§. 12. *Materia circa quam.*

Hanc statuimus 1. Deum Psal. 51. Tibi soli peccavi, & malum &c. 1. Sam. 2, 25. 2. Proximū 1. Sam. 2, 25. Alleg. Exod. 24, 2. Solus Moses appropinquat Deo, non Aaron, non filii, non populus. Moses justitiæ præco notat non nisi justum coram Deo valere. Lev. 11, 38. Homo est semen, cadavere peccati inquinatum. Joh. 15.

Palmi-

Palmites nullum, nisi insiti Christo, fructum ferentes. Matth. 15, 13. Arbores non plantatæ à Deo, sed peccatore Adamo: Hic enim filios ad sui imaginem genuit Genes. 5. Rom. 6. servi peccati. Gen. 3. Adam foliis se tegebat; Sic homines omnes, Adami filii.

Forma.

Peccati in se considerata nulla est; nisi quæ à consequentibus peccati desumitur. Est summa deformitas, ipsaque ἡ ἀνομία vel aberratio à Lege DEI 1. Joh. 3. v. 4. Itaque peccata ab homine conflicta, peccata non sunt, Luther. in Dom. 12. post Trinit. Post. Ecclesf. f. 117. col. b. Quare nemo nos judicet in cibo & potu aut Sabbatho aut die Festo Coloss. 2.

§. 13. *Effecta & Consequentia Peccati.*

Reatus, qui habet in se 1. Aversionem à Deo. 2. Obligationem ad pœnam, Rom. 6, 23. 1. Cor. 15, 56. vel maledictionem, Gen. 3, 10. Deinde reatus *culpæ* est ipsa peccati indignitas & damnabilitas in se. *Pœnæ*, est actualis ordinatio ad pœnam: hic tollitur ob Christum à credentibus Rom. 8, 1. ille manet, & tegitur DEI remissione & peccati tectione, Ps. 32, 1.

Iræ Dei excitatio, Jer. 17, 4. 1. Reg. 14, 22. c. 15, 30. c. 16, 33. Exod. 3, 7. Psal. 12, 6. Sir. 35, 16. 19. Job. 34, 28.

Occultorum peccatorum publica castigatio. 2. Sam. 12, 11. 12.

Nominis DEI blasphematio. 2. Sam. 12. v. 14. Roman. 2.

DEI contemptus & aspernatio, 2. Sam. 12, 9. & ejus verbi, v. 10.

DEI aversio & discessio: ut Jacob abitum parabat, mutato Labanis vultu gestuque; Ita Deus, Cœlestis Jacob, abit à nobis, postquam per peccatum vultum gestumque mutavimus. A leprosa Mirjam nubes recessit Numer. 12, 10. Sic DEUS non habitat apud peccatores, sed ab eis recedit. 1. Sam. 28. Philistæi pugnant adversus me, & Dominus recessit à me dicebat Saul: Philistæi spirituales spiritus mali, pugnant contra nos, Eph. 6. non est vobis colluctatio &c. & Dominus recedit ab operariis iniquitatis. Matth. 7.

Noster interitus. Absente hominis facie, imago in speculo evanescit: ita DEO subducente faciem gratiæ, nos planè evanescimus & perimus ob peccata.

Vindicta repentina. Gravidæ mulieri inopinatò imminet partus: Ita gravidos peccatis pœnarum & mortis partus supervenit.

DEI displicentia. 1. Reg. 16, 30. Justum judicium Rom. 2, 2. & Condemnatio Rom. 5, 16. Coram qua nemo consistit, Ps. 130. Domine quis sustinebit? conf. Esræ. 9. v. 15.

Conciliatio dedecoris, 2. Sam. 13, 13. Pudoris & ignominiæ, Rom. 6. v. 22, 23. Jer. 31, 19. Ez. 36, 31. Jer. 6, 15. Sap. 4, 18.

Negata hominis pro homine intercessio & redemptio 1. Sam. 3, 14.

Mors, Rom. 1, 32. Gen. 2. morte morieris c. 6, 16. 23.

Pœna, cujus gradus pro personæ qualitate variant. Levit. 21. Filia sacerdotis, quæ scortabatur, igni comburebatur, reliquæ nubebant: ita magnorum virorum peccata magis quàm vilium puniuntur.

In Servitutem præcipitatio. Princeps in bello captus ut servus tractatur equorum: ita nos mundi principes in Adamo constituti vilissimi servi facti sumus. Alleg. Israëlitæ tempore famis in Ægyptum concesserunt; sed capti delitiis terræ postea gravissima servitute pressi sunt, Exod. 1. 2. Sic peccator captus delitiis peccatorum, tandem gravi eorum servitute in inferno premetur, Apoc. 7, 16. Sic impii Diabolo die ac nocte servient. Ut Gabaonitæ vetera calceaměta ostentantes in servitutě inciderůt, Jos. 9. Sic, qui veteri homini indulgent, in peccati servitiŭ sese præcipites agŭt Rŏ. 6, 17.

Ad viliorem statum deturbatio. Nabuchodonosor divinos honores ambiens de solio turbatus est: ita & Adamus & nos in illo.

Exulare à nobis facit omne bonum, Rom. 6. 14. 3, 19. Efficit, ut Deum pœniteat: Genes. 6. Pœnitet me hominem fecisse. Horrendum est lutum ita se gerere, ut vasis figulum pigeat tædeatque; DEO fores claudantur, id fit, cum pulsanti DEO non aperimus, sed peccatis indormimus. Ad tristitiam commoveatur Dominus: Eph. 4. nolite contristare Spiritum S. Marc. 3, 5, Christus tristitia affectus est, videns suorum duritiem: Hanc igitur caveamus. Ut deploret peccata nostra. Gen. 13, 13. Jer. 9. Luc. 19. Suam bonitatem in iram convertat, Psalm. 18. cum perverso perversus eris. Esa. 64, 10. Amicitiam in odium hosticum: Conf. Os. 14. Ez. 9. v. 10. Peccatis clamantibus cœlum aperiat: *Clamitat in cœlum vox sanguinis & Sodomorŭ: Vox oppressorum: merces dententa laborum.* Et in amaritudinem Os. 14. Gemitus exprimit, Ez. 7. v. 16.

Peccatores Christum crucifigunt. Aug. T. 8. col. 447. b. c. Confer Heb. 10, 28. Spiritualiter scilicet, contemnendo crucifixi mortem meritumque. Aliàs & in membris suis crucifigitur Christus Apoc. 11, 8. Actor. 9. Saul, Saul, quid me persequeris? &c.

Peccatò, quod in illis regnat, *serviunt*, Rom. cap. 5. v. 21.

Spiritum S. expellunt. Sicut fumus apes & fœtor columbas dispellit: sic peccata contra conscientiam Spiritum S. Es. 64. exacerbaverunt Spiritum S. &c.

Rom. 6. Non præbeatis membra vestra. Judith. 4, 4. Jehojakim scripsit accolis rupium, ut claustra circa Jerusalem diligenter custodirent, ne pateret Holoferni transitus ad vastandam terram. Peccatum minatur animæ tuæ extremam vastationem: custodi igitur cor tuum, oculos, aures, os pedum claustra, ne obrepat in cor peccatum. 1. Cor. 3. Templum Dei estis: Peccatis corrumpitur Dei templum, Aug. T. 10. col. 1644. b. c. in specie ebrietate.

Objectio helluonum solvitur h. l. ab Augustino, quæ est: bibo de meo &c. Resp. Tuus non es, sed Dei qui Te redemit: Dilectio Tui per intemperantiam vulneratur, Domus DEI evertitur.

Peccatum destruit & mutat omnia Dei opera:

1. Lucem in tenebras mutat.
2. Cœli complicabuntur ob peccatum, Esai. 34, 4.
3. Plantæ corrumpuntur, Jer. 4. v. 3.
4. Sol ecclipsatur ob peccatum. Es. 13, 10.
5. Pisces & aves ob peccata avolant, Jerem. 4, 25.
6. Quadrupedia tolluntur ob peccatum & ipse Homo, Os. 4. v. 3.

§. 15. *Effecta Peccati respectu Hominis: primò In Genere.*

Efficit secundum carnem vivere, Rom. 8, 8. Phil. 1, 22.

Stultè agere, Num. 12, 11.

DEUM fontem relinquere & lacunas voluptatum terrenarum sequi, Jer. 2, 13.

Impugnare DEUM, paradisum spoliare, infernum ditare, sanguinem Christi evacuare, & ditioni Diaboli se subjicere.

Abuti donis à DEO datis.

Divinæ bonitati adversari.

Velle DEUM ad suam voluptatem vivere, Aug. Tom. 8. col. 443. Ps. 78, 42.

Votum in Baptismo datum solvere.

Chirographum debitorum à Christo expunctum instaurare, Col. 2, 14.

Ingratitudinem in DEUM committere, Deut. 32, 6.

Dominium DEI respuere, blasphemare, Rom. 3, 9. 10. 11. 12.

Fidei naufragium facere, 1. Tim. 1, 19. *Confer Effecta impœnitentiæ.*

Ingratitudinem committere: Deut. 32. Nunquid ita gratias, &c.

DEUS ipse nos ut projiciat efficit peccatum: 1. Samuel. 16. Cur luges Saulum, quem ego rejeci?

Animam vulnerat: in hanc enim homo peccat, Jer. 26, 19 DEUM contumelia afficit, 2. Sam. 12. Nomen Domini blasphemare facit, Rom. 2. 24. Es. 52, 5. Ez. 36, 26. DEUM relinquit, Jerem. 15, 6. cap. 16, 11. A facie ejus nos pellit, Genes. 3, 18. Gen. 4. Cain. Ejus dulcedinem tollit, ut & virtutis.

DEO displicet, ut olim animalia immunda, Lev. 27, 1. Exod. 36, 29. Lev. 5, 1. c. 10. 14. c. 6, 11. anxietatem & captivitatē inducit Job. 13, 21. 22.

In morte angit (estque hic pœna sensus:) ut qui in carcere detenti sunt, semper lugent, maxime verò cum ad supplicium sunt educendi: Sic quoque anima per malam conscientiam cruciatur, maximè tamen in hora mortis. Chrys. serm. 2. de Lazaro.

Peccator DEUM contemnit & ab ejus via recedit, Prov. 14, 2. Ejus iram conciliat, Exod. 3, 7. Ps. 12, 6. Sir. 35, 16. 19. Job. 34, 28. Terram & loca contaminat, Ps. 106. v. 38. 39. etiam terram Jer. 16. v. 17. seq.

DEO se adstringit debito, quod solvere non potest.

Olim debitores in frusta secabantur: Tertull. c. 4. Apol. Basil. in Ps. 14. ait: vidi ego ingenuos ob patria debita in foro venundari. Sic DEI justitia posset nos dissecandos tradere, nisi Christi λύτρον interveniret, nisi Dei miseratio nubem peccatorum deleret, Es. 44.

In cœlum clamat, Gen. 4, 10. c. 18, 20. Exod. 3, 7. Jacob. 5, 4.

Pœnam inducit, pro merito manuum nostrarum, Prov. 12, 14.

Confusionem, Sir. 10, 23.

Hominem corripit peccatum, ut leo, in agone, Sir. 26, 11. Bestiam ex eo facit, cum ut equus ferox præcipitat. Ne igitur sis, sicut equus & mulus Ps. 32.

Maledictionem inducit homini, agro, serpenti, Genes. 3. Facit, ut homo Deum amittat, Apoc. 2. memento unde excideris: ejusq; gratiosam inhabitationem, ut recedebat nubes à Mirjam peccatrice, Num. 10. Amittimus bona corporalia & spiritualia, ut homo cœcus fiat! 1. Sam. 11. Nahas ille Diabolus est. 2. Cor. 4.

Pudore hominem suffundit Gen. 3. Rom. 6. quis fructus exinde? &c.

Conscientiam vulnerat, Ps. 6. Ps. 41, 5.

Hominem corrodit. Ut Castor Ponticus ossa hominis corripit, correpta perrodit, nec absistit, nisi frangat: Conf. Sir. 21, 1. Psalm 51. ossa confregisti.

Et contaminat: Lev. 18. ne polluamini in illis. Morti tradit, Roman. 8, 23. 16. Sir. 21. Fuge peccatum ceu serpentem. cap. 27. ut leo prædæ insidiatur. 1. Cor. 15. peccatum est mortis aculeus.

Animam præcipitat peccatum in mortem. Hinc Matt. 26. ait Christus: Tristis est anima mea usque ad mortem.

Votum nostrum in Baptismo factum frangit.

Hominem piscationi & venationi Satanæ exponit.

DEI dominium respuit.

Perditam ovem facit. Vicini gaudentes, si recuperetur, sunt angeli & spirituales creaturæ. Aug. T. 8. col. 1210. d.

Porrò varia sunt damna Peccati respectu animæ. §. 16.

Peccatum animam diruit & destruit: Sicuti domus elegans diruitur Luc. 11. Hæc sunt loca deserta, quæ circumambulat Diabolus: animā retibus Diaboli implicat, ut exire non possit cum vult. 2. Tim. 2. v. ult. Ab hoste infernali victa *jacet:* Se præcipitat in abyssum inferni.

Contra peccatorem respondet, Es. 59, 12.

Conspurcat & maculat, Job. 21, 7. Psal. 15, 2. Hoc quondam significarunt purgationes Leviticæ Levit. 11. & 19, 23. & phrases loquendi, quæ sordes animæ adscribūt, Prov. 30, 12. Es. 4. & impuræ vestes, Job. 9. v. 30, 31. Es. 64. omnes justitiæ nostræ sunt sicut pannus menstruatæ mulieris. Vulnerat, occidit & necat. Sapient. 1. Os mentiens occidit animam. Conf. Aug. T. 9. col. 346. c. d. obdurationem inducit & consequenter indolentiam. Eph. 4, 18. Rom. 1, 28. omnia bona amittit Os. 7. projecit Israël bonum.

Diabolo se, sanguine Christi redemptum, vendit. 1. Petr. 1. non corruptibili auro &c. à DEO, vitæ fonte, recedit. Os. 7. *recesserunt à me:* æterno tortori servit, Matt. 5,

Sar-

Sarcinam sibi imponit, quæ in infernum animam deprimit. Luc. 16. *Epulo.*

Tristitia afficit eandem in tribunali conscientiæ: Matt. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem (nempe quia nostra luebat peccata Dominus Esa. 53.) propria non habebat Joh. 8. Heb. 7. frustra Deo bellum intentat, in quo mox succumberet anima, nisi ejus pœnitentiā expectaret Dei misericordia, portam inferni sibi aperit: cœli v. sibi occludit Matth. 25. stultæ virgines. Psalm. 49. non vident lucem.

§. 17. *Fructus Peccati Pudor & ignominia* [1] coram hominibus propter malam famam & exprobrationem: Siehe/ da gehet der Mörder/ der Hurenhengst/ der Weinschlauch hin. [2] per historicam scripturam: quia Chronicis inscribuntur, Sic Pilati mentio in Symbolo. [3] Per judiciariam confusionem: Apocal. 6. Montes tegite nos c. 17. coram Deo, Angelis, hominibus. Sap. 4, 18. Impii turpiter cadent & ignominia erunt inter mortuos perpetuò. [4] Per Diaboli ludificationem. Sicut Ammon abs se vitiatam Thamaram ignominia & ludibrio habebat, sic quoque Diabolus omnes eos, qui cum ipso scortati sunt 2. Thess. 2. v. 7. 8. 9.

Facultatem intellectus excœcat. Ps. 40. Apprehenderunt me peccata, &c. 1. Sam. 11. Nahas oculum dextrum eruere volebat. 2. Corint. 4. Diabolus princeps mundi excœcat, &c. Simile; ut Crocodilus in aquis cœcus est, extra eas videt: Sic peccator in peccatis non videt; post peccata sentit pœnam.

Voluntatem indurat, Rom. 2. thesaurizas tibi iram in die iræ.

Affectus induit inverecundia, servili timore, horrore conscientiæ, trepidatione, anxietate.

Conscientiam offendit. 1. Sam. 25, 31. vulnerat. Ps. 38, 4. & 51, 5. efficit homines acriter castigari ac diffringi Lev. 14, 49,

Deum Sanctuario expellit. Ezech. 8. v. 6. 7. templo pellit. Eph. 4, 30. 1. Cor. 6, 19.

Dei iram excitat Exod. 3, 7. Psalm. 12, 6. Sir. 35, 16. 19. Job. 34, 28.

Deo tædium creat. Jer. 7. v. 18. 19. sunt enim abominabilia ipsi Ezech. 36, 17.

Ex homine bestiam facit: ira facit hominem canem, immunditia porcum, rapina leonem, astutia vulpem, ebrietas suem, furor viperam, &c.

Homines perdit. Prov. 14, 34. nos Diabolo vendit, Aug. in Exposit. propos. quart. in Epist. ad Rom. c. 42.

Principatuum mutationes inducit Prov. 28. vers. 2.

Vana consilia parat. Prov. 1, 17.

§. 18. *Varia peccati effecta.*

Hominis per peccatum major quàm bestiarum, quàm Diaboli *malitia.* Est enim lupo voracior, leone crudelior, viperâ venenatior, Diabolo pejor, qui Jobum non spoliabat, nisi impetratâ veniâ.

Contristatio, Demosthenes Laidi meretrici pretium nimis amplum poscenti dixit: Pœnitere tanti non emo: discamus eandem pœnitentiam prius quàm peccemus. Ps. 137. ut Israëlitæ lugebant in captivitate sua; Sic pii in servitio peccati. Rom. 7. Miser homo, quis, &c.

Cœli clausio: ut gravior est tempestas, quæ vetat in portū appellere, quàm ea, quæ in medio mari retardat: ita Peccatum est majus malum morbo corporis; qui solum actionem virtutis impedit, illud autem ab ingressu cœli prohibet, nisi fiat ejus, per Christum, remissio.

In hora mortis conscientiæ molestatio: Lignum innatans in flumine quamvis grave, tamen ejus gravitas non nisi littore positi sentitur: ita peccatorum gravitas, quæ levia in mari hujus vitæ videntur, in littore mortis demum sentitur.

Ulterior inescatio; Israëlitæ per paucos tantùm annos in Ægypto hærere volebant, durante fame; at postea inescati ab Ægyptiis manserunt per 200. annos; ita à peccato inescantur magis magisque peccatores, ut in illius contubernio perseverent.

Corruptio sempiterna [1] in Principio præterito hominem de paradiso expulit, [2] in Præsenti mala omnia inducit, [3] in Futuro judicio Dei confundit.

Doloris infinita multiplicatio: Sicut janua in cardine semper vertitur: ita peccator terminum doloris sui non animadvertit, in quo semper vertitur.

Occœcatio & offensio in ipso meridie. Esa. 59. exemplo sunt Sodomitæ. Gen. 19, 11. Sap. 19, 16. & Ethnici Act. 17, 27.

Sapientiæ quæsitio & non inventio. Prov. 14. v. 6. 1. Sam. 16. cur luges Saulum, cum illum ego projecerim: ita propter peccata & nos projicimur & indigni habemur condolentiâ.

Deus peccatores nescit. Joh. 11. ubi posuistis eum, Allegat. Aug. t. 9. col. 364. b. Videt etiam in tenebris Johan. 1. Nonne vidi Te sub ficu. Aug. T. 10. col. 35. d.

Odit peccata quædam singularia. Prov. 6, 16. 17. ut sunt, superbi oculi, falsa lingua, manus sanguinem effundens, cor astutū, pedes ad damnum, testis falsus, excitans odia inter fratres.

§. 19. *Obduratio hominis.*

De peccato in peccatum incidentis Ps. 69, 30. & 29. 1. Reg. 16, 31. 32. Quæ fugienda.

1. Ob periculum animæ evidentissimum.
2. Ob brevem durationem temporis gratiæ: facit mendaces Dei testes 2. Reg. 17, 13.
3. Extorquet Christo lacrymas. Matt. 23.
4. Spernit omnia miracula, ut in Pharaone & Pharisæis videre est, & propterea atrocius punitur.
5. Punitur arescente manu. 1. Reg. 13, 4.
6. Causam habet ipsum Satanam. Johan. 13. exemplo Judæ.
7. Veritatem omnem fallere conatur obduratus homo; sic Pharisæi nummis conducunt, qui negent resurrexisse Christum.
8. Zwingerus lib. 1. vol. 1. Laco quidam amoris restinguendi ergò de monte sese præcipitaturum voverat, ubi autem ascendit, deterritus præcipitiô, destitit ab incepto, votum stultum corrigens prudentiori: utinam indurati hoc præcipitium damnationis agnoscerent & resipiscerent!

9. Habet squamas peccator in oculis, ut Paulus Act. 9. velamen 2. Cor. 3.

10. Fugat Christum. Johan. 8. tollebant lapides, &c. quod est extremum indurationis punctum.

11. Non est ex Deo. Joh. 8, 43.

12. Deum facit ridere in nostris calamitatibus Proverb. 1. Typus est in Hebeno arbore, quæ cæsa lapidescit Text. p. 126. in officin.

§. 20. *In Specie, ratione Angelorum.*

1. Peccatum Angelos tristitia afficit. Lucæ 10.

2. Hostes nostros eos efficit. Num. 23. de Bileam, &c. Maccab. 3. Heliodor. cæsus.

3. Servitium eorum subtrahi facit. Hebr. 1. Angeli ministratorii Spiritus, &c. hæredum vitæ. Ergò non reproborum.

4. Peccatum facit, ut Diabolo serviamus: Johan. 8.

5. Ut ejus imaginem geramus, uti homo pius Christi imaginem. Rom. 8.

6. Ut spiritualem communionem cum Diabolo habeamus: Moses hoc voluit significare vitulo comminuto & ad potum præbito Alleg. August. Tom. 8. col. 809. a.

7. Ut filii Belial efficiamur. 1. Regum 21. vers. 10.

8. Ut Diabolo cibus fiamus: Leoni infernali præda.

9. Ejusdem debitores. August. Tomo 10. col. 113. d.

10. Tandem venundati.

11. Exponit nos venationi Satanæ & piscationi.

12. Ut à Diabolo tentemur. Finge Diabolum stare ex una parte, Christum ex altera: illumque dicentem, ego alapas non accepi pro peccatis, & tamen serviisti mihi; ego pro te non sum mortuus, & tamen serviisti mihi, &c.

§. 21. *Ratione Proximi*

Qui scandalizatur, sicut immunda manus omnia polluit, ita peccator omnia inquinat.

Ratione pœnarum consequentium.

Consequens est supplicium peccati. Peccatum non dolere, est puniri. Psalm. 109. vers. 4. 15.

In Genere

1. Mori in peccato. Johan. 8, 21. quod eorum est, qui peccato serviunt. Johann. 8, 34. Roman. 6, 20.

2. Supplicium æternum conciliare. Matt. 25. Jer. 2.

3. Perditionem metere. Gal. 6, 8.

4. In abyssum detrudi, Alleg. Ps. 42.

5. Abyssus abyssum invocat. Peccatum mortem æternam in tenebras inducit Matth. 8. in maledictionem.

2. Nominis deletionem causat Psalm. 69. deleantur è libro vitæ.

7. Animæ vulnerationem; ut enim coccus tingit pannum, sic peccata animam. Es. 1. si peccata erunt sicut coccinum.

Etiam loca ipsa Deus ob peccata punit Jer. 32. v. 29. Conf. supra Tit. *Loca.*

9. Maledicto subjectum esse facit: ut adultera mulier aquam amaram bibebat Numer. 5. v. 27. omnis anima adulterat peccando: Bibit maledictam aquam, hoc est, sentit iram Dei; & caret aquâ solatii. Luc. 16. intingat extremum digiti, &c. ut servus Israëliticus nolens libertate frui, perpetuum fiebat mancipium Exod. 21. sic homines spernentes Christi libertatem spiritualem, Diaboli fiunt mancipia.

Adjuncta.

§. 22. 1. Detestabile peccatum; Arist. dictum lib. 3. Ethicorum. Melius est mori, quam facere aliquid contra bonum virtutis.

2. Septem sunt aggravantia peccatum, adeoque necessariò (ex mente Pontificiorum) confitenda (1) Quis (2) Quid (3) Propter quid (4) Quomodo (5) Quibus auxiliis (6) Ubi (7) Quando. Jesuita Suaretz Tom. 4. disp. 22. §. 6.

3. Peccans in uno reus fit omnium. Lev 13. vers. 12.

Alleg. Leprosus aliqua sui parte ejiciendus judicatur, ut totus leprosus.

4. 1. Sam 15, 23. Amalek non totus occisus Saulo pœnam conciliat.

5. Levit. 1. v. 3. Immaculatum Deus respicit sacrificium, macula, vel una saltem, infectum despicit.

6. Simile. Si 9. latrones essent in domo & ejectis 8. unus remaneret, tuti vix essent inhabitatores: Sic unius peccati regnantis similis est conditio.

7. In Cithara si una Chorda discrepet, sonus turbatur. Conf. Rom. 6, 19.

Varietas in perpetrando peccata secundum varios modos peccandi & prævaricandi.

Pluralitas & multitudo. Jer. 5. v. 6. Ps. 40, 13. & 19. v. Oration. Manass. Amos. 5, 12. Aug. Tom. 1. col. 357. B.

Excedit numerum stellarum, arenæ, capillorum, foliorum in arboribus, guttarum maris.

§. 23. *Gradus.*

1. Quædam magna. 2. Majora. 3. Maxima.

Terminus & mensura peccati, quæ Deo nota est: Ezech. 21, 25. 26. Gen. 15.

Quantitas & multitudo, Ps. 19. Aug. Tom. 8. column. 357.

Concomitantia peccatorum.

Homines de peccato in peccatum ruunt. Adam de incredulitate ad inobœdientiam Genes. 3, 2. seq.

Cain de odio in homicidium Gen. 4. Esau de malo affectu in minas Genes. 27. David de otio in adulterium, ex hoc in homicidium 2. Sam. 11. A simili: qui de gradu uno præceps ruit, mox per reliquos gradus facile ruit.

Aggravatio peccati fit

1. Qualitate. 2. Frequentia actuum peccandi.

3. Diuturnitate peccandi & perseverantia.

4. Impœnitentia finali ac obstinata ac perseverante.

Officia

§.24. *Officia circa Peccatum.*

(1) Cavere peccata. Nam *Tyrannus in suam ipsius animam est*, qui peccatum admittit. Sicut pisces non sentiunt in hamo malum & aves captæ laqueo: ita peccatores non vident sua mala, nisi prius se captos videant.

(2) *Agnoscere peccata*. vid. Pœnitentia.

(3) *Confiteri peccata*. V. Pœnitentia. v. Humilitas. Velox confessio, velocior medicina, ait Chrys. hom. 2. in Ps. 50. (ad illam spectat agnitio peccati. 1. Reg. 8, 47.) est verò valde difficilis hæc peccati confessio. Ambros. Epistol. 111. Tom. 3. V. Pœnitentia, à Deo postulata Jer. 14, 7. Ps. 51. peccatum meum ego agnosco. conf. Jerem. 2, 36.

(4) *Non excusare peccatum*, ut Adam, Eva, David 2. Sam. 11, 19. Saulus 1. Sam. 15, 14. & v. 9. Aug. Tom. 10. col. 439. a.

(5) *Sentire peccata* v. Humilitas. Sentimus v. peccata per legis concionem & sensum pœnarum Dei. Ez. 20, 4. Es. 59, 13.

(6) *Peccati finem attendere* v. Prudentia Christiana. Sir. 7, 40. Rom. 6. Ps. 90, 9. 10.

(7) *Aliorum peccata judicare*. v. Judicium temerarium fugiendum.

(8) *Peccatum non regnare permittere*. vid. Concupiscentia domanda. Imprimis v. fugere decet nos peccatum, sub Rege Christo constitutos. 2. Sam. 12. v. 22. ad illud Rom. 6. Humanum loquor.

(9) *Peccatorum communio vitanda* v. Societas.

(10) *Non silentio involvere*, sed agnoscere.

1. A dictis scripturæ. Proverb. 30, 32. Jerem. 14. v. 20.

2. Ab exemplo Davidis Psal. 51. Agnosco iniquitatem &c.

3. Ab incommodis. Ps. 32.

4. A sententia Basilii in Ethicis fol. 288. Malitia silentio tecta, est morbus occultus in anima.

5. A simili, spiculum vel jaculum in vulnere non curari permittit vulnus.

(11) *Non securum esse nimis*, & in gratiam Dei peccare. Vinum solum acceptum est remediũ contra cicutam, si cum cicuta misceatur, venenum est immedicabile; ita si cum gratia pii peccatum misceant, immedicabile venenum accipiunt. Heb. 9. Impossibile est &c. Fugiant igitur peccata. (2) Somnias, ô homo, Dei bonitatem tuæ malitiæ debere inservire, quæ te ad pœnitentiam potius invitat: Rom. 2, 4. (3) crucem Christi in instrumentum tuæ malitiæ vertis, quarum illâ teneris carnem crucifigere, Rom. 6. vetus homo crucifixus: (4) mortem Filii Dei, cui vivere debes, in vitam peccato inquinatissimâ vertis, (5) medicinâ Christi, tibi in venenum mutas, (6) conclusioné Spir S. (monentis nos sanctè vivere, Luc. 1, 74. Rom. 6, 1. 1. Pet. 4, 3. Rom. 2, 4. Tit. 2, 11.) in sophisticâ malitiam transformas. (7) sceleste agis, quòd divinam bonitatem malè collocas. (8) Sororẽ & vindicem divinæ bonitatis, justitiam nempe Dei irritas. (9) Falsâ, de pace, prophetiâ te decipis, ut olim falsi prophetæ impium populum falsa pacis Dei spe lactabant: Jer. 37. (10) tibi ipsi imponis. Vis tuo ingenio metiri Dei justitiam, eamque pro tuo nutu extendere? Cogita v. iracundum etiam, adversus secura pectora, Deum esse (11) periculosè navigas inter scopulos damnationis; sicut navis sine saburrâ facile in saxa latentia torquetur. (12) Divinæ justitiæ opera tibi ad animum non revocas, quibus peccata semper puniit Deus. V. PLAGA. v. Dei justitia. Itaque non pecces, ô homo, spe divinæ misericordiæ.

Ob Dei compensationem. Sir. 17, 19. Omniscientiam. Sir. 17, 16. 17. Prov. 1, 11.

Ob finem & extrema. Sir. 7, 40. & mortem quam inducit. Prov. 14, 11.

Ob officium pietatis & solicitudinem piorum. Sir. 18, 27.

Ob subjugationem nostri: Qui enim in Deum peccata committit, à malis subjugatur.

(12) *Communionem vitare*. Lev. 5. Si peccaverit anima &c. non indicaverit. Vetuit Moyses, ne Israëlitæ tangerent ea, quæ seditiosorum erant, ne pœnis simul implicarentur. Significat, ita non communicandum aliorum culpæ, ut simul irruat pœna Num. 16, 26.

(13) *Dolere ob peccata proximi*; Bernhard. sermon. 2. de Resurrect. Domini. Senex quidam audiens peccasse fratrem, flevit & dixit, & ille hodie & ego cras.

(14) *Occasionem vitare*: à simili; ut neque fructus pulchritudo, neq; serpẽtis astutia Evã, neque Evæ blandities Adam, neque Bathsabes forma Davidem, neq; aspectus Susannæ senes, que Judam alabastri fusi præstantia excusarũt, ita nec peccati te ullo modo excusabit occasio. V. Tit. de prud. Lycurgus ad cavendam Ebrietatem Spartanorum civium omnes vineas aboleri jussit, ut ebrietati rimas omnes obstrueret. Mahometis Lex idẽ injungit Turcis. Lex Apostolica justum apud nos locum inveniat!

Moses vitulum aureum idololatriæ occasionem, Ezechias serpentem sustulit; ita tu peccandi occasionem omnem præscinde. Es. 30. v. 22. contaminabis caminos sculptilium argenti. Proverb. 28. Qui confidit in corde suo stultus est: Vide cor tuum in stultitiam peccandi pronum, cave confidentiam in eo, ut caveas stultitiam in Deum.

(15) *Resistere fortiter peccatis*; Papinianus Jurisconsultus mori maluit, quàm jubente Antonino Caracalla parricidium ejus de fratre defendere, respondens ei, non tàm facile parricidium excusari, quàm fieri. Eisque maturè *occurrere*, ne dominetur in nobis, sed supprimatur per pœnitentiam, tanquam venenata esca ejiciatur, grave malum avertatur, funis ille impietatis abrumpatur, radix illius amputetur, scintilla suffocetur, bestia furens freno obœdientiæ constringatur, homo seditiosus (peccatum) è civitate cordis nostri expellatur.

Cogita insuper omnis peccator

Dei præsentiam, qui omnia videt: Ps. 139. §. 25. Quò ibo à Spiritu tuo? &c.

Justitiam, quam juxta peccator sibi iram cumulat in die iræ, Rom. 2.

Vindictam Rom. 12. Domini est ultio &c. Num. 5, 27.

Odium

Odium Dei adversus peccatum: Hinc Deo arcus tribuitur Psalm. 7, 13.

(16) *Abjicere peccata.* Mulier captas vestes deponere & ungues circumcidere jubetur. Deut. 21, 12.

Peccata sunt immundæ vestes, quas abjicimus pœnitendo, & ungues præscindimus novam obedientiam præstando.

(17) *Parva peccata parvi non facienda.* Aug. Epist.108. §. Peccata levia non ideo &c. Sicut plura vulnera simul inflicta mortem adferũt, & flumina collectis aquis multiplicantur, & guttæ paulatim navigium submergunt, tineis & blattis emedullantur robora arborum. Urbes quoq; à cuniculis & formicis eversæ sunt. Crocodilum Ichneumon interimit, basiliscum mustela, bufonem araneus. Eva in uno serpentis, Adam v. in Evæ alloquio peccati ansam habuit. Aspectu mulieris cadit David, Simson, Salomon. Totus sylvescit ager una zizaniorum susq; deque habita: ex minimis arenis magni montes surgunt: paucis guttulis expletur sentina, &c. conf. Aug. t.9. col.113.a. Ideò Sancti etiam levissima deflent peccata: id quod de S. Paula memorat Hieronymus. Hinc Greg. M. anima profectibus suis quatitur, & magis illuminata plus *metuit:* Hæc ille. Idem, sancti viri, quò propiores luci fiunt, hoc magis, quicquid impurum in eis latet, agnoscunt.

Idem fatetur ex D. Bernh. Gratanens. Concion.1. in Dom. IV. Adv. Quid igitur sibi volunt illi, qui legem se implere posse, garriunt?

§.26. *Similia.*

1. Peccatum est simile aquæ, quæ facilè intrat in ventrem, eviscerat, infrigidat, corruptionem generat: sic peccatum citò cadit in cogitationem, Gen. 8. cum luxuria mentem semel invaserit, infrigidat calorem Dei, corruptionemque illius generat.

2. In ambulanda Dei via claudicat, Act.14. Alleg. Arbor mala est cui duo debentur, 1. securis, ascia: 2. Ignis Matt.3. c. 7.

Bestia, malitiam in Deum ipsum effundens, qui blasphematur ob peccata, 2.Sam.12. Coluber lædens & vulnerãs Sir.21,2. Vid. Promt. Alleg. Panis subcinericius est, Vega p. 334. Debitũ, quo omnes homines Deo sunt obstricti ad pœnam Rõ.3,20. Dominus, qui sibi vult obœdire servos Rom.6,12. c.7,15. at fideles servi serviunt Domino Deo suo Rom.6,13. Febris continua & ardentissima est concupiscentia semper actuosa: hircus continua laborat febri; ita impii continuo cõcupiscentiæ æstu divexãtur: hircus malè olet; ita peccator Matt.25,33. hirci quoque pios conversos habent à cauda ad caput: sic impii. Febris pestifera. *Fermentum*, quod totum hominem corrumpit, nempe (α) intellectum obtenebrando: (β) voluntatem ad rebellionem incitando. Fluvius nos in perditionem trahens. *Fornicatio*, anima cum Diabolo fornicatur. Bestia, quæ omniũ præceptorum cancellos perrumpit & vastat. *Fumus, mentis* oculos obfuscans, ne videant quod æquum est, ut Psaltes dicit: apprehenderunt me peccata mea, ut non possim videre Psalm.40. *Fumus* obscurans solem Aug. tom. 9. col. 671. c. Grando animarum. Cyprian. serm. de Lapsis. Hospes in nobis lares suos fingens Rom. 7, 20. & 18. Ignis ardens.

Est *Lutum*, quo & corpus & anima commaculantur in oculis Domini. *Meretrix* spiritualis. *Moneta* falsa, quam rex tenebrarum cudit in corde tuo. Morbus animæ Origen. in cap. 14. Matth. Peccator est naufraga & spoliata anima Diaboli fol.7. Tit.7.t.1. in Gen. Chrysostom. Mors animæ: Nuditas animæ: Pestis: Lapides nemo in agro suo tolerat, sed rejicit Es.5. Matt.13. ita obdurati, qui lapides sunt cote duriores, non permittentes semen crescere, ex agro ecclesiæ rejiciuntur. Confer 3. Reg.13,2. Obdurati insultant Deo, velut Julianus, qui sanguine in cœlum projecto dixit, vicisti Galilæe. Philtra Satanæ, quibus nos dementare satagit, de quibus philtris Zwing. fol.17.b. Præcipitium Satanæ, quo præcipitat hominem è gratia Dei in iram, è vita in mortem, è cœlo in terram, ex sinu Abrahæ in infernum. Paralysis omnia membra solvit; sic peccatum regnans spiritualis est paralysis, quæ omnia membra solvit ad mala, ligat ad bona opera, decumbit in lecto malitiæ, non resurgit ad solem justitiæ; August. t.8. col.367. a. è Marc. 2. Venenatum semen, Chrysol. Nunquid non in semine tota arbor? vitium ergo seminis vitium est totius arboris. Mors tollens vitam spiritualem. Onagri astricti sunt in solitudine; sic peccatores in solitudine mundi à Diabolo astringuntur, 2. Tim. 2. v. ult.

Alia similia. §.27.

Abyssus miseriarum, in has enim præcipitat peccatum. Aberratio à vera via Ps.1,1. seq. Abominatio coram Deo Prov. 16, 12. Amaritudo animæ contra Deum rebellantis. Ariditas spiritualis, aquam vivam aspernans. Aversio à Deo summo bono ad summum malum. Barathrum omnium malorum. Bestia insatiabilis, vid. tit. *Concupiscentia.* Cadaver fœtidum, abominabile. Calcei à nobis exuendi, August. tom.10. colum.1257. b. Calcei hi sunt peccata. Cœcitas spiritualis, qua hominis mens occœcatur. Cithara aberrans à lege Dei & harmoniam turbans. Cancer serpens longius intra animæ pomœria. Currus falcati in exitium currentes Bernhard. serm. 39. in Cantic. ut olim currus Pharaonis Exod. 14. *Cibus venenatus*, febrim conscientiæ excitans, ut in hac cogitationes se mutuò accusent.

Dagon, qui non potest cum Christo arca fœderis cohabitare 1.Sam.5,1.2. *Dolus* Satanæ & mundi, quo homines falluntur. *Draco* impetu 1. astutus: 2. venenatus: 3. mordens.

Ebrietas insanos reddens, ut de peccato in peccatum ruant homines, Rom. 6. Chrysost. hom. 1. de Pœnit.

Fel dulcissimum, misericordiæ mare corrumpens, Os.14. Ps.95. Deuter. 29. Fel Draconum Deuter. 32, 33. amarissimum. Fœnus damnosum, quo pro exigua voluptate peccator infer-

infernum lucratur, imò potius jacturam animæ facit. *Fœnum* arescens, quod non nisi Christi sanguine irrigatur, Augustinus tom. 10. col. 748. d. *Fœtor* Psal. 38. Esa. 1. Levit. 9, 3. Hinc pro peccato olim hircus oblatus Levitic. 9, 3. 15. Fumus, aciem mentis obvelans. Funiculus, quo constringitur peccator, ut liber non sit, sed peccatum ex peccato nascitur. Furia perturbans omnem ordinem, quæ est in lege DEI, ideoque peccatum est ἀνομία 1. Johan. 3. vers. 5. Furtum, id enim quod Dei est, homo sibi sumit.

Gangræna mentem & cor exedens. Hydrops spiritualis. Idolum Bethel 1. Reg. 12. Ignis consumens omnia, quem sibi homo accendit Dan. 3, 48. Sir. 8, 13. quem Satan exsufflat, quo consumuntur peccatores Esa. 9, 18. Ignorantia divinæ misericordiæ & justitiæ. Ingratitudo erga DEUM, Esa. 1. asinus agnoscit præsepe &c.

Insidiæ Diaboli: peccati namque insidiis homines Satan decipit. Jugum grave, cui homines impliciti sunt Hebr. 12. Laqueus [α] Diaboli: [β] mundi: [γ] carnis. Leo Sir. 21, 3. excubans in animæ exitium, Augustin. tom. 8. col. 742. d. Lepra spiritualis, vid. Prompt. Alleg. tit. de Peccato. Lignum mortiferum & venenatum. Lutum, quod fontem cordis turbidum facit, ut aqua & lutum h. e. anima & Satan consentiant.

Mater fœcunda Sir. 40, 9. Mich. 1, 3. omnium malorum Miseria maxima: peccato namque homo separatur à Deo Es. 59, 1. 2. Morbus infirmans nos ad terram: Luc. 13. infirma mulier. Ægrotis opus medico; imò Deo medico opus est nobis, ut sanemur: sanis ut conservemur Aug. t. 10. col. 1642. c. d. Morbus incurabilis & inveteratus: ut te DEUS sanet, morbum prius odisse debes, vid. Aug. t. 9. col. 925. Mors, animæ scilicet, hinc peccator mortuo similis, Aug. sermon. 44. de verbis Domini: cui nisi Christus occurrat, ut Luc. 7. omnino actum est de peccatore. Effertur in sepulchrum horrendum inferni per feretrum corporis sui, Luc. 16. epulo: portitores peccata sunt: tangitur peccator digito Dei, ut pœniteat: tangit vivifica caro, ut sanus fiat.

Novacula, qua à Deo discindimur Aug. tom. 9. col. 926. a. Nuditas, per quam facilè possumus vulnerari: citius excipiunt nudi ictus, quàm vestiti. Onus deprimens nos Ezech. 33, 10. Ps. 38. & 65. Roman. 7. Opera lutea Ægyptiorum Augúst. t. 10. col. 459. c. Opera tenebrarum Matth. 18. in tenebras exteriores. Palmes venenatus ex venenata radice. Pestis animam involans. Vid. Chrys. hom. 15. in Hebr.

Pondus, in infernum trahens hominem.

Panthera ferocissimum animal, sordibus excrementorum delectatur: sic peccatum inquinamentis animæ. Rete, quo capiuntur homines Prov. 5. v. 22. Rubigo animam seu speculum maculans.

Sacrificium, quo homo consecratur Diabolo. Sagitta volans, qua conscientia vulneratur, configens DEUM, proximum, conscientiam Hebr. 6. vers. 6. Psalm. 38. sagittæ tuæ. Sarcina gravis per totam vitam, Augustinus tomo 9. column. 1138. a. *Scintilla magnum* furoris incendium excitans. *Semen* Diaboli quod in cor nostrum ceu agrum inserit, ex quo vitiorum zizania nascuntur. *Sentina*, in quam confluit omnis malitia. Salvianus de Provident. Dei, libr. 7. *Serpens* est peccatum 1. ob vulnerationem animæ Psalm. 38, 2. ob facilem in cor hominis ingressionem: 3. ob difficilem per squamas oppositas egressionem: confer Numer. 21. sic peccata nos mordent anguntque. *Servitus* (α) damnosa: (β) turpis Rom. 6, 20. (γ) Ægyptiaca; Chrys. homil. 8. in 1. Corinth. Augustinus tom. 9. col. 241. d. (δ) ipsa vita redimenda; olim enim Ethnici morte se à servitio vindicabant, Zwinger. 68. b. (ε) tristissima: sicut servitus in Babylone tristissima fuit; ita nunquam lætus est & liber, qui peccato servit Psal. 137. *quid cantabimus?* Israëlitæ tantùm tempore famis in Ægypto manere volebant, postea à Pharaone in servitutem adacti sunt Exod. 1. ita peccator in statu suo permanens gravi servitute à Diabolo premitur Apocal. 7, 16. Sicut Gibeonitæ vetera calceamenta gestantes libertatem non sunt consecuti, sed servi facti: ita peccatores veteri homini addicti penitus libertate excidunt & servi peccati fiunt Roman. 6. 17.

Siliquæ, quibus vescitur peccator; Luc. 15. ut Acolastus ille: Augustinus tom. 7. column. 1327. Somnus, qui impedit omnes actiones, quo stertunt homines, & in Christo non vivunt: Ephes. 5. surge qui dormis: Rom. 13. surgentes de somno. Spinæ pungentes animas & corpora hominum, Aug. tom. 8. col. 1204. d. Stultitia maxima, hinc in Proverb. peccatores stulti dicuntur. Herodes pro æterna tristitia elegit temporalem puellæ saltatricis lætitiam Marc. 6. sic quoque peccatores æternam eligunt tristitiam, dummodo gaudere in mundo, epulari & in vanitatis circulo saltare possint, Sap. 5, 1. 2. sequent.

Telæ aranearum inutiles Ose. 8. Tenebræ ob octo analogias, vid. Cornel. à Lapid. in 1. Johann. fol. 458. D. 2. sequent. harum rector est Diabolus. *Faciunt gravem noctem*, Psalm. 6. gemui tota nocte. *Visum impediunt*, ne possit inter aurum & plumbum distinguere; Chrysostom. homil. 4. in Johan. Testa confracta Esa. 30. Tinea animam rodens & eviscerans. Transgressio ordinis divini & charitatis proximi. Tyrannus ferus, insanus; hinc Apostolus: peccatum non dominetur vobis. Tyrannus in suam ipsius animam. Veg. part. 337.

Vasa vacua peccato fiunt homines, oleo misericordiæ Dei implenda Aug. tom. 10. col. 1048. b. Venenum, 1. perniciosissimum. 2. penetrantissimum. 3. extinguens hominem, in quo est: non sic veneno suo serpens extinguitur, ut homo peccato. Ventus hominem tollens Esa. 64. vers. 10. Vermis animam torquens & exedens. Via (α) aspera &

curva

curva Oſ. 14. verſ. ultim. (ϐ) lata peccatorum multitudine Matth. 7. (γ) laborioſa & plena moleſtiarum. (δ) periculoſa, ducit enim ad infernum Matth. 7. (ε) peſſima, ad inferna ducens, à cœlo abducens. Vinculum, quo Diabolus conſcientiam & animam ligat, è quo mortales naſcimur, Auguſtin. tom. 10. colum. 438, Vincula, non niſi Chriſti mandato ſolvenda, Auguſtin. tom. 8. columm. 1142. d. allegor. Johann. 11. de Lazaro. Viſcus Diaboli, nos irretiens. Vitula indomita, quam compeſcit ſuis flagris Dominus Jerem. 31. Vitulus in Bethel 1. Reg. 12. Uſura infelix: homicida corpus hominis petit non animam; illa verò animam & corpus perimit Auguſt. tom. 8. columm. 783. c. Vorago abſorbens hominem. Vulnus Pſalm. 41, 5. non niſi ſacro nominis JESU amuleto ſanandum. De Amuletis Camerar. part. 2. cap. 76. hor. ſubciſiv.

§. 28. *Varia prædicata.*

Præſervatio à peccato fit tribus modis (1) occaſionis ſubtractione, occaſionem enim peccandi vitans ipſum peccatum vitat: (2) reſiſtendi data virtute, per CHRISTUM nos confortantem Philipp. 4. (3) affectionis ſanitate, Auguſtin. tom. 9. columm. 745. c. quæ incipit condelectari lege Dei intus, ne caro, mundus, Satan fallat extus. Præſervatio hæc quoque fit, ſi remedia peccatorum ſemper meditemur, ut peccatis abſtineamus; itaque cogita [1] Dei odium adverſus peccata Sapient. 14. verſicul. 9. [2] Chriſti pretioſiſſimum λύτρον, ſine quo peccata remitti non potuerunt: [3] Sacrificiorum in Vet. Teſt. cumulum, quæ peccati atrocitatem adumbrarunt: [4] horrenda Dei judicia & ſupplicia: [5] paſſionis Chriſti puncta atrociſſima: [6] bonorum cœleſtium privationem, quæ ſunt gratia Dei & favor paternus, quo peccator deſtituitur Jacob. 4. verſ. 4. communio cum Chriſto & Spiritu Sanct. qui exacerbatur Eſa. 64. Epheſ. 4. verſicul. 30. tutela angelorum, quæ repellitur, exemplo Bileami, Baſilius in Pſal. 33. [7] Principii peccati pericula; exigua ſcintilla incendii magni principium Ambroſ. in Pſalm. 1. [8] Triſtia illa noviſſima; mortem, judicium, infernum. [9] requiritur oratio aſſidua ad Deum: Pſal. 51. cor mundum crea &c. Pſ. 119. averte à me viam falſam; non ad Mariam, ut vult Bernhard. hom. 2. ſuper illud; Miſſus eſt & cæt. [10] Verbi divini aſſidua meditatio, qua mens ad pietatem accenditur. [11] Sanctorum exemplorum contemplatio: [12] divinæ omniſcientiæ & omnipræſentiæ attentiſſima penſiculatio; cogita, ubicunque es, Deum te intueri, in te reſpicere, cor noſſe, facta tua contemplari, omnia in libro omniſcientiæ ſuæ ſcribere.

§. 29. *Peccans in uno, peccat in omnibus:* Levitic. 13, 12. leproſus aliquâ ſui parte leproſus æquè ejicitur, ac ſi toto corpore leproſus fuiſſet; ſic nos in uno peccantes, omnium rei ſumus. 1. Sam. 15, 13. Amalek non totus occiſus, Deo diſplicuit factum; ita totum peccatum extirpandum; nî fiat, Deo diſplicet. Levitic. 1. 3. immaculatum ſacrificium Dominus requirit. Cavendum, ne de peccato in peccatum præcipitemur: exempla ſunt; Cain ex odio erga fratrem in homicidium; David in adulterium & cædem; Petrus amore pravi ſodalitii in abnegationem Chriſti incidit; Pſ. 69, 29. exemplum Judæorum; Rom. 1. Ethnicorum.

Confitenda ſunt peccata; Ab admonitione Eſa. 43, 26. 27. Ab exemplo Davidis Pſal. 32. & 38. & 51. 1. Cor. 15. Apoſtoli; alii, ut Adam & Eva Gen. 3. David 2. Sam. 11, 19. excuſant peccatum. A pœna, quam publicè Deus infligit 2. Sam. 12, 12. ſi tu publicè non confiteris. A ſimili: in aquis reſplendet facies Prov. 27. ſic in limpida legis divinæ aqua peccata tua contemplare. Ab allegor. Levitic. 4, 15. & paſſim, manus hoſtiæ impoſitæ ſunt, ut ſignificetur peccati confeſſio, illâ manuum confeſſione adumbrata 1. Sam. 16, 4. ſic palam & in monte tua peccata fatere. A damno; hominis natura ſic comparata eſt, ut amet pulvinaria Ezech. 13. ſuo tamen damno. Actor. 5. Ananias celans peccata, extinctus eſt; vid. titul. Pœnit. it. Confeſſio.

Non aſſentiendum peccato; vide Gen. 37, 2. Aſſa matri 2. Reg. 15, 13. Nicodemus & Joſeph Judæis Johan. 7. Luc. 23, 51. ſed ejus dominium excutiendum; ſicut Romani Tarquinium Superbum ejusque totam familiam Româ expulerunt, Livius; ſic nos Satanam ſuperbum cum univerſa familia peccatorum expellere fas eſt Roman. 6.

Non excuſanda; Non dicas (α) juvenis ſum, nam uno momento potes vulnus lethale accipere, hac hora te mors poteſt corripere, Auguſtin. tom. 9. columm. 1052. (ϐ) Pauca ſunt, etiam arena multiplicata navem demergit, Auguſtinus tom. 9. colum. 930. De pœna tua peccatum tuum accuſa, non judicem, Auguſtin. tom. 9. colum. 12. c. (γ) Diabolus ſeduxit; tu obſequium præſtitiſti, Auguſtin. tom. 10. col. 439. b. confer tom. 10. col. 438. d. 439. a. Nota, Manichæi olim perhibebant (& hodienum Libertini) carne ſe ſcortari, mente ſe puros eſſe.

Non perſeverandum in peccatis; nam pertinacia hæc eſt affectio, quæ peccato accidit; fugienda ob Dei iram Sir. 16, 20. ſeq. ob noſtram DEO debitam gratitudinem, Rom. 6. v. 1. 2. 3. Luc. 1, 76.

§. 30. *Pœnæ peccati manent* reliquiæ; huc phraſis illa Deum recordari iniquitatem Jerem. 23. viſitare Exod. 20. peccata peccatis punire, ut in Achabo, Auguſtinus libro quinto capit. 3. contra Julian. Capitis ſupplicio addicti & poſtea liberati pallorem retinent, vid. Zwinger. 49. 6. ſic peccati pœnas (laxè dictas) & miſerias ſentimus, licet per Chriſtum abſoluti ſimus Roman. 8. v. 1. cap. 5, 1. 2. Geneſ. 3. hæ nos terrent; ſicut Ægyptii ſubmerſi licet, tamen apparebant terribiles Exod. 14. verſic. 21, 26. etſi non nocerent. Puniuntur in liberis non ſolùm Judæorum, ut vult Optatus

Mile-

Milevitanus lib.7. adv. Parm. ſed & Chriſtianorum: in multis punitur etiam unius vel paucorum delictum Gen.3,1. Num.16,20. Joſ. 7, 1. Jud.19,25. 2.Sam.24, 1. Peccator ſeipſum decipit Zwing.p.29. a. peccatum. Peccatores cum Diabolo habent fœdum & turpe fœdus, ſtultiores Lacedæmoniis: Zwing.39. b. §. Honoris. *Tollitur verò tandem peccatum* cinefactione; ut Joſias omnia inſtrumenta Baalitica igne combuſſit, 2. Reg.23.

Labimur de peccato in peccatum, Rom. 6. Eſa.30. v.1.2.

Peccata etiam reviviſcunt ſemel remiſſa & puniuntur non per ſe, ſed per ſubſequentem pertinaciam & ingratitudinem: ut ſi quis veniam conſecutus à principe in eadem crimina recidat, & in ipſum denuò principem delinquat. vid. Hugonem Grotium in Matth.18,35. & Scholaſtic.

Gravitas peccati: aggravatur 1. ætate, Pintus in cap.14. Ezechielis, verba: viri ſeniorum Israël. 2. Conditione & ſtatu, Ezech. 1. iniquitas domus Israël magna eſt nimis: 3. perſonæ peccantis conditione:

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimē habet, quantò major qui peccat, habetur.

Toleratio peccati. V. Tolero.

§.31. *Propagatio:* etiam in renatorum liberis, Pſ.51. in peccatis conceptus ſum. Joh.9. v. 3.30. c.14. c.15. v.15. Generant enim parentes, quà peccatores: Joh.3. quicquid de carne natum, caro eſt. Sunt quidem renovati, ſed imperfectè; manet itaque caro Rom.7,18.23. c.6, 6. c. 8,14. Gal.5. v.24.

Læſio peccati Adamitici unde tanta eſſe potuit? Reſp.1. Adam ſtirps erat generis humani, læſa ſtirpe læduntur rami omnes: 2.ſeveriſſima lex erat Gen.2. morieris, ſi comederis.

Remiſſio peccati, vid. tit. *Remiſſio*. Peccator Chriſti vulnera Deo patri oſtendat: ſic olim fecit Antonius orans cauſam Aquilii injuſtè accuſati; cumq; perorando apud judices parum proficeret, tandem reum Aquilium arripuit, pectus ejus nudavit, ac vulnera, quæ pro patria acceperat, commonſtravit, ut ad miſericordiam flecteret judices. Non tua, ô homo cum Deo judice acturus! (Pſ.143. ne intres in judicium) ſed Chriſti vulnera Deo Patri oſtendas, in his te abſcondas verâ fide, flectetur omnino iratus judex teque abſolvet. Conf. de Antipatro Julio Cæſari ſuſpecto, & oſtenſis vulneribus ſeſe purgante Romæ, ut refert Joſephus lib.3. de bello Judaico c.8.

§. 32. *Diſtributiones peccatorum.*

Sodomitarum quinq; fuerunt 1. ſuperbia: 2. commeſſatio: 3. luxus rerum: 4. otium: 5. immiſericordia.

Inſignia maximè peccata ſunt: 1. idololatria & contemtus religionis: 2. rapina & oppreſſio innocentum: 3. promiſcua libido, conf. Levit. 18. Deut. 9.

Tria capitalia peccata (α) voluptas carnis: (ϐ) curioſitas: (γ) ſuperbia 1.Joh.2,15.16. Aug. t.8. col.56.a. Alii numerant *ſeptem capitalia* vitia: ſuperbia comparatur pavoni: invidia leoni: ira lupo: acedia aſino: avaritia erinaceo: gula urſo: luxuria porco. Non tamen hæc ſola ſunt capitalia, ſed plura ſunt: ut, ingratitudo erga Deum, inſolentia in rebus ſecundis, ſecuritas carnalis, vid. Ezech.32,8.24. Idololatria Ezech.8,10. ut Hæretici & pagani: Thamolatria, v.15. d.l. qui Baccho ſerviunt Phil.3. Obſtinatio eorum, qui Deo tergum obvertunt; ut, ſecuri, Epicuræi, qui ſemper reſpiciunt ortum, nunquam meditantur mortis occaſum. Adumbrata hæc tria poſteriora peccatorum genera in tribus mortuis à Chriſto reſuſcitatis, Auguſt. tom.9. col. 357. a. confer tom.8. col. 266. d.

Peccati primi damna: (α) imaginis Dei amiſſio, nempe ſanctitatis, juſtitiæ, voluntatis Dei: (β) extinctio familiaritatis, cum DEO: (γ) expulſio è Paradiſo: (δ) amiſſio dominii in animalia plenarii illius, quale in ſtatu fuit innocentiæ.

Quædam peccata 1. *in proximum:* 2. *in Deum:* 3. *in noſmetipſos*, cum nos ipſos deturpamus Prov. 13, 5. & neceſſaria nobis ſubtrahimus Coloſſ.2. v. ult.

§.33. Peccatum eſt vel (1) *Originale:* hinc caro Joh.3. & filii iræ Eph.2. dicimur: negabant id olim Pelagiani dicentes, ſoli Adamo hoc nocuiſſe; Levit.15. v.2. fluxus etiam invitis pro peccato reputabatur. Adam eſt illa mulier, quæ drachmam imaginis divinæ perdidit Luc. 15. Publicanus verus, qui bona commiſſa dilapidavit. Eſt putredo: Adam eſt putrida arbor, putridi ſurculi ſunt homines. Impuritas ſumma intellectûs, voluntatis, appetitûs. Nigredo Æthiopis, Jer.13. Diluvium humani generis. Peſtis ſæviſſima. Menſtruum impuriſſimum, Levit.12,4. Venenum. Fons omnia corrumpens Jer.6. Matth.15. Diſpenſator iniquus. Homo ille ſemivivus relictus, Auguſt. tom.10. col. 139. c. Mons Æthna, flammas cupiditatum eructans. Semen mortiferum. Vel (2) *Actuale.*

Quædam *privatarum*, quædam *publicarum perſonarum*, quibus alii ad peccandum inducuntur: ut, malô exemplô, doctrinâ, conniventiâ: ſic homo ille peccati; Luther. in c. 12. Daniel. ſic Jerobeam.

Mortalia & venialia: hæc qui docent, faciant ut frenum timoris eripiatur circa peccatū mortale, Laurent. de Aponte in c.7. Matth. f.141. a. n.31. & b. §. Accidit. Peccata mortalia vitandi ſummum ſit propoſitum. Venialium & mortalium magna eſt vicinitas, facileque hæc in illa tranſeunt, vid. J. Gerſon. part.2. Scholaſticos in 2.d.41. Summiſt. V. *Peccatum.* Ideoq; ſolicitè illa quoque cavenda. Firmum ſit mortalium peccatorum cavendorum propoſitum, quod eſt 1. inſtar fundamenti, cui innititur omnis pietatis ſtructura: 2. animæ, per quam exercemus virtutes: 3. fons fortitudinis, quâ armati olim ſunt Martyres, ad ſuperandum omnia. Peccati mortalis gravitatem maximoperè exaggerant Pontificii veteres & recentiores. Vide Dionyſium Carthuſ. de 4. noviſſ. part.3. artic. 3. Drexelium Tract.4. Antonin.

part.1. tit.6.seq. part.2. de sept.peccat. mortal.

Peccatum aliud mortale, aliud doctrinale: hoc circa fidem; illud circa vitam occupatur. Doctrinale Deus graviter punit Matt.7.exemplo Jerobeami 1.Reg. 12. illo namque anima corrumpitur, Esa.59. Matt. 23.

Regnans, non regnans: Rom. 6. ne regnet peccatum in mortali corpore vestro. Cappadoces libertate donati regem petiverunt, dicentes, se non posse vivere sine rege; sic vulgus Jud.9. petit regem Abimelech: sic peccator Satanæ se submittit imperio, Rom.6. Joh.8.

Peccata ignorantiæ Gen.20. Levit.4. *Voluntaria* Numer.35. de asylis. *Involuntaria*, v.g. si ligna cædens ferro læseris proximum. *Occulta vel manifesta*, 1.Tim.5. 2.Sam.12. *Juventutis vel senij*, Ps.25. delicta juventutis &c. *Commissionis*, cum malum committimus: *omissionis*; etiam bonum non facere, malum est, ait Hieron. in c. 13. ad Rom.

§.34. Peccatum aliud *commune, aliud singulare.* Hoc dicitur aliàs peccatum in Spiritum Sanctum: (Vide August. tom.10. serm.11. de verbis Domini in monte. Nostrum D.Fewrbornium, peculiari Tractat.) Quod est agnitæ & in conscientia approbatæ veritatis Evangelicæ purè voluntaria & malitiosa abnegatio, abnegatæ blasphematio, blasphematæ pertinax oppugnatio cum finali impœnitentia conjuncta, Matt.12,31.32. Marc.3,28.29.30. Luc. 12,10. Hebr. 6,4. seq. c.10,26. seq. Catachresis veterum circa peccati in Spir.S. determinationem notavit D.D. Just. Fewerbornius disp. de peccato in Spirit. S. p.3.4. & differt. de eod. c. 4. Dicitur etiam blasphemia in Spiritum Marc.3, 29. Peccatum ad mortem 1.Johan. 5,16. Scholastici etiam peccatum desperationis vel obstinationis vocant peccatum in Spiritum S. Lombard. lib.2. d.43. lit.a. sentent. Nominatur quoque prolapsus Hebr. 6,6.

Causa.

Princeps peccati procreans est Satan hostis DEI: Deinde homo, cujus intellectus notitiâ certâ doctrinæ divinæ imbutus fuit, voluntas verò libera, non externis causis ligata vel captivata Hebr.10,26. *Objectum* est divina doctrina, cœlestis veritas, officium Spir.S. in Evangelio testantis. *Forma* hujus peccati spectatur in 4. requisitis essentialibus, quorum 1. est agnitio certa, sufficiens, evidens divinæ veritatis, Heb. 10,26. 2. Volūtaria abnegatio hujus divinæ veritatis agnitæ & comprobatæ, imò etiam publicè professæ. 3. Oppugnatio & persecutio hostilis, profecta ex corde inimicissimo adversus Christum. 4. Blasphematio. *Consequentia* supplicia & partim *effecta* sunt (α) ira divinæ concitatio: (β) angelorum fugatio: (γ) conscientiæ vastatio: (δ) aliorum hominū scandalisatio: (ε) nominis sacrosancti Dei dehonestatio: (ζ) hominis induratio: (η) irremissibilitas hujus peccati; cujus causæ sunt: Hominis impœnitentia & incredulitas: negata meriti CHRISTI applicatio, & ejus in Evangelio propositi aspernatio: justissima Dei ira & vindicta, Gal.6,7. Esa. 28. v.22. Igitur non ob carentiam propriorum meritorum, non ob intermissam conversionem est irremissibile hoc peccatum: Cont. Bellarm. lib.1. c.17. de verbo Dei & lib.2. de pœnit. c.16. Non ob absolutum decretum; non, quòd Deus nullum velit remittere peccatum ex petulantia perpetratum, contra Socinianos.

Gradus peccati sunt, ut & suppliciorum: quidam ex malitia peccant, ut Pharao; quidam ex metu, ut Petrus. Confer Ezech. 16,47. 51.52. In gradu intenso peccatum dicitur concinnatio injustitiæ Ps. 57, 3. 4. furor.

PECUNIA.

Sic dicta à pecore: solebat enim olim cudi è pecorum corio, ut quidam volunt. Alii, quod olim pro pecunia erant pecora, vid. Fugger. in Lexic. Collecta olim pro redimendis captivis Christianis, Cyprian. epist.60. Quædam sacra 2. Reg. 12,4. 9. c.20,4. Quædam communis, in usus contractuum, mercaturæ, venditionis: Quædam Simoniaca, Actor. 8. pecunia tua in perditionem.

PECUS, PECORA, V. *Animalia.*

Pecorum usus (1) in sacrificiis 1. Reg. 4. (2) ad victum, ut lac ovium, carnes animalium. (3) ad mercaturam, ex copiosis gregibus exercendam, vel ad emendum Gen. 47, 16. (4) ad vestitum hominum, quorsum spectat lana, corium: (5) ad alias res utiles: huc spectant cornua animalium.

PEDICULI.

Plaga Dei, Ps.105,32. Exod.8,16.17. Exempl. (1) vindictæ divinæ, quam agnoscunt Magi, v. 19. d. l. His perierunt Ægyptii, Ps. dicto: & vexati sunt, in pœnam, quod Israëlitas infestassent & læsissent. Pherecides, quòd Deos contempsisset, sibique nihil adversi accidere posse, gloriatus esset, morbo pediculari interiit. Herodes Ascalonita erosus grege vermiculorum expiravit, Joseph. lib. 17. c. 8. Antiq. Sic & Antipas, Act. 5. Antiochus Epiphanes, Asiæ Rex, 2. Macc.9. Cassander Antipatri filius, Rex scelestissimus, Pauf. in Brit. Plemminius legatus, Val. Max. lib.1. c.2. Liv. lib.9. Eunus prima fax belli Servilis in Sicilia, Romæ: Callisthenes, Olynthus, Democritus: vid. J. Reuchlin. lib. 1. de verb. mirif. Plut. in Sylla. Julianus, Juliani apostatæ avunculus, Theodoret. lib. 3. c. 13. Conf. Zwinger. fol. 252. vol. 11. Theatr.

PEDUM. *vid. Pastor.*

PELICANUS.

Alii Onocrotalum vertunt. Hebræa vox generaliter avem notat. Describitur status miseriæ, in quam David conjectus est, Quomodo idem Pelicanus pullos occidat, rursumque vivificet, ex incerto narrat rumore Augustinus in Psalm. 102.

PELLIS.

1. Hominis; Job. 19. Circumdabor pelle meâ V. *Resurrectio:*

2. Animalium, quæ cedit in tegumentum, Gen. 27, 16. c. 3, 21. cùm hominum, tùm tabernaculorum.

3. Hœdorum, Gen. 27. typus vestium innocentiæ Christi.

PELVIS.

Levitica excipiebat sanguinem. Exod. 12, 22. c. 24, 6. Aquam, 1. Reg. 7, 50. 2. Reg. 12, 13. 1. Chr. 28, 17. Esdr. 1, 9. Typus, sine dubio, Baptismi, qui nos aquâ & sanguine salvat, Ephes. 5, 25. 1. Pet. 3. & S. Eucharistiæ, in qua verè manducatur agnus ille & Pascha nostrum CHRISTUS. Olim etiam Ethnici ex pelvi divinabant.

PENNA. V. *Ala*.

PENTECOSTE.

§. 1. A Græco πεντηκοστή quinquagesimus dies à resurrectione Christi Act. 2, 1. c. 20, 16. 1. Cor. 16, 8. Indicat hoc festo, se velle nobis ædificare domum, non materialem, sed spiritualem in cordibus nostris, ut 2. Sam. 7, 11. Fundatorem hujus domus & fundamentum legimus Joh. 14. si quis diligit me &c. Dixisti Domine 2. Sam. 7, 25. mansionem faciam &c. fac ergo hanc in nobis Domine! votum esto pentecostale.

Laudes hujus festi complures: Est enim 1. *gratiarum actionis:* sicut olim Judæi pro messe gratias Deo solennes agebant; sic quoque pro spirituali donorum Spiritus S. messe Deo gratres precesq; debentur, Ps. 68. Exod. 23, 16. c. 32, 22. Num. 28, 26. Levit. 23, 15. 16. Deut. 16, 9, 10.

2. *Miraculosæ operationis:* Hoc enim festo ex terra fit cœlum; id est, Homo terrenus fit cœlestis, è corde duro molle, quoniam hoc Spiritus S. donat, Ezech. 11. è piscatoribus eruditi, è formidolosis fortes.

3. *Linguarum confusarum* sanationis: ut enim olim Gen. 11. linguæ confusæ sunt; Ita in Pentecoste linguæ ita sanatæ sunt, ut Christum agnoscant linguæ omnes, Dan. 7. v. 14. Phil. 2. ut *omnis lingua confiteatur. &c.*

4. *Singularis diei illuminationis.* Est enim Pentecoste dies N. Testamenti, quod est in Sion datum, Esai. 2. de Sion prodibit Lex. Dies V. Testamenti & Legalis erat in Sinai, cum Lex promulgabatur, Chrysost. t. 3. serm. de Pentecoste.

5. *Gratiosæ Visitationis:* Est enim Spir. Sanctus columba illa Noæ, ad arcam reversa Gen. 8. Sic ad Ecclesiæ arcam venit Spiritus Domini, & pacis ac remissionis peccatorum nuntiò afflictas animas beavit Ps. 68, 10. Pluviam abundantem. Confer. Chrysost. tom. 3. serm. Pentecost.

Celebranda cum lætitia.

§. 2. Deut. 16. v. 15. Septem diebus solennitatem (festi tabernaculorum) celebrabis &c. & eris utique lætus. Solennitas nostra est Pentecoste, quam lætos celebrare nos fas est, ob lætissimâ Dei gratiam, quæ in nos derivata est; ob dona lætissima Spir. S. cor lætificantia; ob promissa jucundissima. Hâc enim die universis dicitur: Sp. S. veniat super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Soli Mariæ dictum hoc fuit singulariter: Omnibus Dei filiis hoc dicitur generaliter. Chrysost. 3. serm. de Pentecoste.

Quâ Apostoli missi.

Festum tubarum Judæi celebrabant Levit. 24. Nos illud festum, quò tubæ, Apostoli in orbem universum missi sunt, Matt. 28. Ps. 19. In omnem terram exivit sonus eorum. Rom. 10. Actor. 17. annunciat Deus omnibus hominibus &c. nempè per tubas ministros, Apostolos &c.

Et Spiritu Dei plenè ditati.

Joh. 20. Accipite Spiritum Sanctum: Primitias acceperunt, spiritum simplicis intelligentiæ; posteà in Pentecoste spiritum fervoris & miraculorum acceperunt. Bernhard. serm. 6. de Ascensione Domini.

Ergò eam sanctè celebremus.

§. 3. Græci feria tertiâ Pentecostes urbem Constantinopolin & imperium amiserunt. Locum habitationis Deo nostro paremus, ut Psal. 123. v. 5. 6. 7. & suffitum faciamus 2. Chron. 16. 9.

Cordis munda vascula adferamus,

Quibus excipiamus hospitem Spiritum S. Omnes vocamur ad aquas; sed adferamus vascula munda 2. Tim. 2. fide & vitâ sincerâ & inculpatâ. Esai. 55. vers. 1. Omnes venite ad aquas. De his Salvator ipse Johann. 7. Conf. Chrysost. homil. 3. in Gen. Tom. 1.

In quibus habitet Deus noster, eaque refocillet, Esai. 57. v. 15.

Apparuit S. Sanctus in igne.

§. 4. 1. Ob Deitatis demonstrationem. Exod. 19. legem veterem laturus, in igne apparuit. Idem daturus Evangelium in igne apparuit, Act. 2. Deus est ignis consumens Deut. 4. Ideoque, ad denotandam justitiam, in igne apparuit, mundo prædicatam: Joh. 16. arguet mundum de justitia.

2. Ob virtutis divinæ operositatem: Ut enim ignis illustrat, illuminat, discernit metalla &c. Sic Spiritus Sanctus gratia cor illuminat, & pretiosum à vili, lucem à tenebris discernit.

3. Ob charitatem igneam. Est enim Spiritus Sancti donum charitas: Hæc verò ignis est ardens erga proximum, illuminans viam tenebricosi mundi. Exurens omnes tribulationes: Rom. 8. Vincimus ob eum, qui nos dilexit.

4. Ob prædicationem igneam. Verbum enim Domini, quod Apostoli prædicârunt, ignis fuit Jerem. 23. Idolomaniam Gentium exurens.

PEOR.

Nomen montis. V. *Baal.*

PERCUTIO.

Alicui cor percutere 2. Samuel. 24. vers. 10. 1. Samuel. 24. vers. 6. est vellicari à conscientiâ intus monente & accusante, & pertinet ad contritionem & pœnitentiam.

PERDIX.

Aliena ova furatur, iis incubat; exclusi verò pulli ad veram matrem avolant: Aristoteles, Plinius, Theophrastus. Imago, (1) divitum & eorum, quorum bona rapinæ exponuntur, Jerem. 17. vers. 11. (2) liberorum pio-

piorum erga veros parentes. (3) Dolosorum, Plutarch. lib. de solert. animalium.

PEREO, PERDITIO.

Ἀπόλεια V. *Infernus*. Joh.3,16. non pereat, hoc est, non condemnetur: non maneat in perditione naturali, quam sequitur æternum exitium animæ & corporis.

PEREGRINATIO.

§. 1. Multiplex est: 1. *Politica* & Oeconomica, ob causam politicam & œconomicam suscepta, ob prudentiam acquirendam.

2. *Levitico-Judaica*, Deuter,16,16. c.17,7. 5.

3. *Ethica* & moralis, quæ est nostri à malis separatio, 2.Cor.6,7. Apoc.14,4. Eph.5,14. Esa. 5,18. sive in vita, sive in doctrinâ: Hâc enim corruptâ, licet alia invisere loca, in quib. Dei verbum viget & prædicatur. Sic Eunuchus Actorum 8.

4. *Exilii* & persecutionis: cum quis locô pellitur suô, & exilio destinatur.

5. *Pontificia* ad loca & sepulchra Sanctorum, & ad res vulgò sacras habitas: ut in illis locis plus Deus gratiam conferat, quàm in aliis.

Deinde, ut Deo cultus præstetur, hominibus verò meritum acquiratur. Hæc enim est sententia Pontificiorum: Vid. Bellar. lib.3.c.8. de cultu Sanctor. Concil. Tridentin. sess. 25. Jod. Coccium Tom. 1. Thesaur. lib. 5. art. 17. Gretser. lib. de peregrin. Baile Quæstion. 56. Catechismi.

Est verò hic peregrinandi actus I. sine Scriptura, quod fatetur Bellarminus libro 3. cap. 8,9. de cultu Sanctorum: Hildebertus Archiepiscopus circa ann. Christi 1115.

II. Contra Canones.

III. Superstitiosa.

Causa procreans: abusus & superstitio hominum, qui veterum peregrinationes ad loca sancta, fidei confirmandæ ergo factas, tandem in cultus media transformârunt.

§. 2. *Finis à Pontificiis intentus*:

(1) *Imaginum cultus* major in hoc vel illo loco, quàm in alio: Costerus in Enchirid. c.13. pag. 441. vertitur vitio.

(2) *Reliquiarum nundinatio*. Costerus d. l. p. 481. Fatemur sanctos totius orbis loca & universum genus humanum summâ charitate complecti: peculiari tamen ratione & curâ ea loca fovent, in quibus sacra illorum ossa conservantur.

(3) *Miraculorum venditatio*. Bellarm. lib. 2. cap. 18. de Imagin. Sanctorum: Deus per unam imaginem operatur miracula & non per aliam.

(4) *Cultus multiplicatio*. Diversis enim in locis & iidem sancti coluntur: planè ut Ethnici unicam Dianam & unicum Jovem diversis in locis celebrant. Vid. Natal. Comit. lib.3. c. 18. lib.4. c.10. & Idololatræ &c. quos imitatos esse Pontificios, Pontificius fatetur Ribera in Os.2. num. 66.

(5) *Indulgentiarum magnificatio*. Veterum peregrinatio ad loca Sanctorum, defensa à Pontificiis Scriptoribus, sed ineptè, ex Esa. 11, 10. qui tamen locus vel de morte Christi, juxta Gloss. ordin. vel de quiete ejus accipiendus. Vid. Jac. Tyrin. in h. l. Esa. 60,13. sed & hic locus de Ecclesia accipiendus: Gloss. ordinar. in h. l. Lyra: Sanctius Pintus.

§. 3. *Specificatio*. Loca, ad quæ olim peregrinati sunt, narrat Berosus, homines postdiluvianos ad reliquias arcæ Noah in monte Ararat profectos, bitumen, picem, pro reliquiis, & illa pro sanctis reliquiis venditâsse.

Israëlitæ ad Gilgal, Dan, Bethel.

Ethnici ad oracula Delphis, templum Jovis Hammonii in Ægypto. Zwinger. fol. 856. in Theatr.

Turcæ ad Mecham Arabiæ oppidum.

Sepulchrum Christi: Ad illud Elector Saxoniæ olim profectus est, Matthes. p.197. in vita Lutheri.

Jerusalem ad terram sanctam.

Montem Sinai, Greg. lib.3. Epist.43.

Romam; scilicet ad limina Apostolor. Chrysost. homil.32. in Epist. ad Roman.65. ad populum.

Turonum: Cassander art. 21. consult.

Ad quercum Mambre. Sozomen. libro 2. cap. 5.

Ad fimum B. Jobi in Arabiam, Chrysost. homil. 5. ad popul. ab initio.

Compostellam Hispaniæ. Vid. Erasmum in Ecclesiast. Cœpit ea annô Christi 816.

Treverim, Marpurgum ad pallium S. Elisabethæ.

Aquisgranum.

Ad D. Mariam Lauretanam: quam defendit Baron. Tom. 1. Annal. Horat. Tursellin. J. Busæus de statib. homin. Tit. Peregrinorum ad loca sacra status.

Ad pulchram Mariam Ratisbonensem. vid. Zwinger. in Theatro.

(6) *Urbis* præterea *Romæ exaltatio*; cum eam adire homines remissionis peccatorum impetrandæ ergò persuasi sunt: quos refutat Burchardus in Jure Canonic. Vid. Chemnit. part. 4. Tr. de Indulg. p.119.

Contradictum peregrinationibus illis.

§. 4. Claudius Presbyter tempore Ludovici Imperatoris publico scripto eos, qui Romam remissionis peccatorum obtinendæ ergo proficiscerentur, adortus est, circa annum Christi 815. Jonas Aurelianensis lib.3. de cultu Imagin. contra hunc Claudium scripsit.

Otiosa.

Perniciosa (α) famæ, si præcipuè fœminas peregrinantes spectes. (β) Vitæ. V. Sigebert. ad ann. 1065.

Adversa Christi merito: Hoc solum nos justificat, non cineres Petri & Pauli, Es. 63. v.3. 1. Joh. 2,2. Heb. 1,3. Et cultui N. Testamenti: Hic enim certo loco adstrictus non est, Joh. 4, 20.23. 1.Tim. 2.

Et vocationi uniuscujusque, quæ sanè negligitur istô peregrinandi studiô.

Orta ex Ethnicismo, Judaismo & Turcismo. Turcæ ad Mecham Arabiæ urbem peregrinantur. Thevet. in Cosmographia lib. 6. c. 5. Breitenbachius c. 3. Instit. peregrinat. Zwinger. p. 977. Theatri.

Non necessaria: Bernhard. serm. de adventu Domini, non oportet. Judæi quoque, à quibus sumserunt hunc peregrinationum morem. Bellarm. lib. 3. c. 8. §. Sed nihil: de Cultu Sanctorum. It. Lancellottus Hæret. 30. Quare

A Satana introducta. Vid. Zwing. fol. 368. b. de Philippo Wosolichio. & Bodinum lib. 3. c. 6. Dæmon. Johan. Wier. l. 5. c. 14. de puella Dæmoniacâ, jussâ peregrinari ad Marcodurum Germaniæ oppidum.

Inepta. Sancta licet Jerusalem; tamen cruenta quoque est: Benè Hieronym. Epist. 13. ad Paulin. Illa expetenda est civitas, non quæ occidit Prophetas Luc. 13. & CHRISTI sanguinem fudit; sed quam fluminis impetus lætificavit, &c.

Nova. Fatetur Gretser. lib. 2. c. 1. de sacris peregrinat. ad tertium usque seculum non legi, quod studium peregrinationis à Christianis sit receptum.

Gregorius Nyssenus anno Christi 380. libro peculiari improbavit peregrinationes: Vid. Baron. ad annum Christi 386. n. 39. 40.

A Patribus rejecta. August. serm. 3. de Martyribus inter Sermon. de Sanctis. §. Dominus non dixit: Vade in Orientem. Chrysostom. homil. in Epist. ad Philipp. prima §. Ad impetrandam: & homil. 2. in c. 1. ad Roman. Verba: Ut impertiar vobis, queritur, planè inutiles peregrinationes suo tempore esse factas.

§. 5. PEREGRINATIO. *Vid. Tit. Locus.*

I. *Vitæ hujus:* Hæc enim nihil est, nisi peregrinatio Psal. 39. v. 13. Hebr. 13. Confer *vita humana.*

II. *Religionis ergò suscepta:* Improbatur autem Polydoro Vergilio libr. 6. c. 13. §. Bona pars homin. pag. 525. 526. de Invent. rerum, §. Non est, quod aliquid, in Explic. Oration. Domin.

Anglica Abbatissa circa ann. 720. ad Bonifac. scripta Epistola: Est verò Epistola 38. inter eas, quæ sunt Bonifacii. Concilium Cabilonense Canon. 45. sub Carolo M. ad ann. Chr. 800. rejicit eandem peregrinationem. Bernhard. serm. 1. de adventu Domini. Et Epist. 319. ad Lelbertum Abbatem S. Michaëlis. Johann. Ibenhagen ad ann. Chr. 1480. Erasmo in 1. Tim. 5. Eodem in colloq. sub Tit. Peregrinatio Religion.

Non prodest. C. Gloria. 12. q. 2. Hieronym. Non Hierosolymis fuisse, sed benè vixisse laudandum est. Habet hæc Hieronym. Epistolâ 13. ad Paulin. ubi plura in h. v. leguntur.

Pugnant contra tabul. utramque; Solus enim Deus invocandus, non imagines, non demortui: nec proximi cura abjicienda est.

Homines sæpè reddit deterrimos, Zwinger. 60. a. §. M. Cicero.

PEREGRINI.

Peregrini sumus 1. Petr. 2.

§. 1. 1. Ad patriam cœlum festinando, Philip. 3. nostrum politeuma &c. Heb. 13. Futuram inquirimus.

2. Terram hanc, ut alienam considerando, Psal. 90. Doce nos &c. Psal. 39, 6. 1. Chron. 30. versu 15.

3. Non gravando sese, nisi necessariis. Ita & nos tantùm necessaria comparemus nobis, non sarcinas rerum humanarum: 1. Timoth. 6. habentes alimenta. Philip. 3. Obliviscor eorum, quæ retrò.

4. Omnes molestias sufferendo, se non ulciscendo: Sic & nos, Matth. 5. Rom. 12. non malum pro malo.

Vindictam in patriam remittendo & ad Patrem: Roman. 12. Mihi vindicta, ego retribuam.

5. Oblivionem patiendo. Peregrini memoria citò deletur: sic post mortem nostri memoria: Ps. 31. Sicut demortui &c.

6. Pedo & baculo se sustentando: sic nos verbô Dei, Ps. 23. baculus. Ps. 94. Consolationes tuæ &c. Confer Joh. Gail. Kaiserberg. in Peregrin.

§. 2. Non spernendi peregrini, sed benignè tractandi, Zwinger. fol. 47. a. b. Exod. 22, 21. c. 23, 9. Levit. 19, 33. 34. Deut. 25. v. 17, 19. c. 2. 7. Ps. 148, 9.

A Deo amati: Jacobus patriis ædibus exul, scalam ad cœlum positam vidit, Gen. 28. Christum scil. Joh. 1, 51. ut doceret Dominus, peregrinos sibi curæ cordique esse.

Honorandi, Zwinger. fol. 3253. §. Fidei.

PERFECTIO.

§. 1. Vox hæc laxè dicitur. Vid. Joh. Ludov. Vivem, p. 98. in Orat. Dominic. Sic passim apud Patres. Etenim perfectio Sanctorum in hac vita absolutè dicta minimè datur: Hinc Bellarmin. lib. 3. c. 8. §. Resp. ad pr. Nemo perfectus absolutè est, Lib. de Ecclesiâ. Nec aliter veteres senserunt, quod è collatione variarum de perfectione loquentium sententiarum liquet: Gregor. in Moralib. Magna est perfectio suæ imperfectionis cognitio. Vid. quoque Bernh. 2. de Purificat. §. profectus noster. sermon. 10. in Ps. 90. §. Quantumlibet. serm. 49. in Cantic. §. Ambulemus. Augustinus lib. 2. contr. Julian. §. Non fuit Ambrosio, lib. 3. ad Bonifac. cap. 5. c. 7. lib. 1. c. 7. Retractat. §. Possunt putare Pelagiani. Hilar. in Psal. 126. Pulchra quoque est sententia Bernhard. in Epist. Perfectus non habet, quò proficiat: & qui proficit, eô ipsô, quo proficit, perfectus non est. Chrysostom. de Noacho, & Hieronymus, disertè testantur, eum perfectum non fuisse justitiâ consummata; sed eâ, quæ tunc fuit in generationibus suis. Verba recitat Lopez V. *Status.* num. 2.

Duplex est. 1. partium, 2. graduum: Hæc est impossibilis; illa verò in inchoata obedientia consistit.

§. 2. *Quæ falsa?* Cœlestii, Pelagiani angelica, quam somniabat perfectio, refutata ab Augustino lib. de perfectione Justitiæ. Vide etiam Critobulum Pelagianum, apud D. Hieronymum. Hinc Theodoretus in Coloss. 1. v. 27. rectè docet, non Legem, sed Evangelium tradere, quæ sit *perfectio*.

Quæ vera? 1. Summa, incomparabilis, solius Dei est. 2. Proxima Angelorum, quam homo nullus assequitur. 3. Christianorum, quæ est inchoata, non consummata, imperfecta, de qua egregiè ... in 2. Tim. 3. folio 405. 406. 407.

Perfectio Christiana est, esse contemptorem mortis & gloriæ, vitæ, totius mundi, & fervente charitate omnium servum esse. Lutherus libro de votis.

Vinculum perfectionis est charitas: quia 1. omnia ligat, 2. in omnibus, 3. semper. V. *Charitas*.

De perfectione hominis Jesuita Bernhard. Resignolius lib. 5. edit. Ingolstadii l. form. 4. cautè & prudenter legendus. Seraphinus Firmianus in opusculis.

PERFIDIA.

Fidem frangens: V. *Fides. Fidelitas. Fœdus.*

PERGAMON.

Apoc. 2, 12. vel *Pergamum* civitas Asiæ insignis, chartæ inventrix: Patria Galeni. Silenus fluvius illam intersecat. Rex ejus olim Attalus ἄτεκνος populum Romanum instituit regni hæredem.

PERGERE.

In peccatis, Ps. 68. v. 22. Chrysost. Epist. 1. ad Theodor. lapsum peccare humanum est; sed perdurâsse in flagitiis, est diabolicum. V. *Peccatum*. V. *Perseverantia*.

PERPERAM.

Agere. 1. Cor. 13. negatur charitas. In Græco Emphasis est, putaturque vox trahere originem ex .. fratribus, quorum insignis protervia locum fecit huic voci: Iidem fratres Cecropes dicti. Charitas autem non agit injusta, non inhonesta, non infert injurias.

Exempl. Julianus, spoliatis facultatib. suis Christianis, dixit: Beati pauperes Matth. 5. Theramenes jussit virgines in sanguine patrum suorum, à Tyranno jugulatorum, choreas ducere ac saltare.

PERJURIUM, *V. Juramentum*.

Perjurus olim Novatus, Centur. III. Magdeburg. c. 5. Euseb. lib. 6. capit. 33. Histor. Ecclesiast.

PERSECUTIO.

Quædam bona: cum quis ejicitur, ut resipiscat & errorem agnoscat. Catholici olim Donatistas ita persequebantur: Vide August. Epist. 48. & c. 50.

Quædam mala: Cum odio probitatis, virtutis, fidei, veritatis mali bonos persequuntur: v. g. Judæi & Pharisæi Christum, Ismaël Isaacum, Gal. 4. Ut benè dixerit: Diabolus non est mortuus; unde nec mortuæ persecutiones Ecclesiæ, August. Tomo 8. col. 1496.

Causæ persecutionis Christianæ Religionis: §. 2.

1. Christianus Deastrorum Gentilium contemptus: Unde illi zelô suæ Religionis accensi supra modum sævierunt.

2. Origo Christianorum ex Judæis, qui erant contemptissimi mortalium: vid. titul. *Judæi.*

3. Accusatio Magiæ, Baron. tom. 2. fol. 8. numer. 5. 10. hac enim Christianos premebant.

4. Metus mundi, ne contra illum boni insurgerent.

5. Invidia ejus (scil. mundi) qui bonis invidet.

6. Odium ex diversa Religione: Hieronym. Non est fidus eorum affectus, quorum est diversa fides.

7. Imaginatio, se Deo cultum præstare: vid. Baron. tom. 2. f. 5. n. 5. 10.

8. Opinio, ac si Imperia & Principatus per Religionem Christi tollerentur. Ideò & obedire Regibus, & pro iisdem preces fundere injunxit Apostolus 1. Tim. 2. 1. Petr. 2. Subjecti estote &c. Vide Tertull. c. 30. Apologet. Justin. Apologetic. ad Antoninum Imperator. At vanissima & inanis erat hæc opinio.

9. Persuasio Satanæ, ac si omnia mala, ob Christianorum fidem, orbi ingruerent, eaque à Diis suis hanc ob causam inflicta essent. Testis est Augustinus lib. 4. c. 2. de Civit. Dei. & Tertull. cap. 40. Apolog. Origen. Tract. 28. in Matth.

10. Odium correctionis Christianæ: Vivebant Gentiles juxta desideria carnis, Rom. 1. Eph. 2. 1. Pet. 4. At Christiani vitam piam atque à vitiis alienissimam docebant. Eadem Christi sors fuit: Joh. 7. Mundus me odit, quia ego testimonium perhibeo, quod opera ejus sint mala. Confer Origen. hom. 3. in Exod. Erat enim Christianorum gladius penetrans, vitiosas partes à sanis resecans. Chrysostomus in illud ad Romanos, sed & gloriamur.

§. 3. *Causa efficiens* Satan, Apoc. c. 2, 13. & c. 12, 3. seq. qui etiam urget persecutionem. Justinus Martyr. Apolog. pro Christianis, in Socrate, Heraclito, quos ibidem citat.

Deus justô judiciô permittit persecutiones, Justinus Martyr. Apologetic. pro Christianis. Avertit quoque: Athanasius, navigiô vectus non videtur à persecutoribus: Tomo 2. oration. de Athanas. c. 637.

Etiam mala Jesabel, 1. Reg. 19. v. 1. 2. Apoc. 2, 20. c. 21, 5. 7.

Judæi, Gentiles: Tertullian. cap. 1. adv. Judæos. Præcipuè in Ecclesia: Sic Pharisæi, qui Matth. 23. v. 2. Luc. 11, 52. Roman. 2, 19. titulô

Eccle-

Ecclesiæ gaudebant. Levitæ Joh.1, 19. Pharisæi Apostolos.

Præsides Ethnici: Syrianus bello nocturno Ecclesiam orthodoxam vexavit. Athanas. Tomo 1. fol. 856. 857.

Causæ mediæ.

Incitatio Episcoporum malorum: v.g. Georgius Cappadox Arianorum Episcopus auditores Athanasii ad necem usque cædi jussit. Vid. Athanas. Orat. sub finem. Tom. 2. f. 628. seq. c. sed &

Philosophi: v.g. Crescens Philosophus Cynicus Justinum gravissimè accusavit, accusando mortem illius promovit. Antistes Arianus Ravennensis instigavit Attilam, ut in Catholicos sæviret. Bonfinius libro sexto Decad. prim.

§. 4. Sedans & tollens Deus est. Sed cur Christus non impedivit persecutiones discipulorum, sicut eas prædixit? Objectio est Judæorum, Celsi Judæi. Vide Originem libro secundo in Celsum. Clement. Alexand. libro 4. strom.

Resp. 1. Ob Conformationem ad imaginem Christi & omnium Sanctorum, qui persecutionem sunt passi: Matth. 23. à justo Abel. Johann. 15.

2. Ob Confirmationem doctrinæ, Apoc. 12. non dilexerunt.

3. Ob glorificationem, Psal. 116. accipiam calicem Domini.

4. Ob gloriæ Dei illustrationem: 2. Cor. 12. Virtus mea, &c. Philipp. 1. Christus glorificetur in &c.

Valentis Imperatoris manus & calamus obriguêre, cum decreto, de Basilio in exilium pellendo, subscribere vellet.

Aulici mali Ecclesiam persequuntur, ut Haman Esth. 3, 8. 9. 10. 13. Hûc spectant nuptiæ Parisienses Anno 1572.

Ne adirent Christiani cœmeteria, vetuit Valerianus Cæsar, ne forsan Gentiles accederent Christianis Euseb. lib. 7. c. 10.

§. 5. *Partes persecutionis & modi.*

Vulgus quoque solebat Christianos lapidibus obruere, nec mortuis parcere: Tertullian. c. 37. Apolog. Ædes spoliare, omnia dissipare: Euseb. lib. 6. c. 34. Bonis privare, Aur. Benbellona cap. 8. suscit. Ob solum nomen damnare. Christiani ad supplicia cogebantur ob solum nomen Christi, inauditâ causâ: Justinus defens. ad Senat. Rom. Congressus prohibere. Ejusmodi hætariæ sunt à Trajano prohibitæ. Baron. tom. 2. annal. folio 4. numero 40. A Valeriano: Vide Euseb. lib. 7. cap. 10.

§. 6. *Materia, sive objectum; pii.*

Verbum Dei.

Christi: Matth. 27. Crucifige. Actorum 9. Quid me persequeris?

Apostoli: Causæ verò hujus persecutionis, de quibus etiam paulò ante, fuerunt

1. Diaboli, potentes terræ incitantis, instigatio: Ephes. 2. Operatur in filiis diffidentiæ. Athanas. in Apol. sua, vocat inventum Diaboli persecutionem. Basil. Epist. 71. ad persecut. Alexand. Origen. homil. 6. in Exod Matth. 16. Portæ inferorum

2. Hominum ignoratio: Johann. 16. Neque me noverunt, neque Patrem meum.

3. Abolendi regni temporalis per Evangelium imaginatio: Sic Matth. 2. Herodes ipse. Sed refutat hanc suspicionem Paulus Rom. 13. 1. Tim. 2. 1. Pet. 2.

4. Omnium cladium Christianis facta adscriptio, Tertull. c. 40. Apol. Augustin. lib. 4. c. 2. de Civitate Dei. Origenes tractat. 28. in Johannem.

5. Correctionis aspernatio. Corrigebant vitia carnis Apostoli: Hoc malè habebat Ethnicos. Mundus me odit, &c. Johann. 7. Sapient. 2. Circumveniamus justum. Origen. homil. 3. in Exod. Chrysostom. homil. in dictum Pauli: Non solum, sed gloriamur, &c. Clemens Alexandrinus libro 4. Stromat.

6. Zelus perversus Religionis.

§. 7. *Pœnæ Persecutorum.* Vide Ps. 35, 4. 5. 6. 7. Ps. 11, 5. 6. Matth. 21.

Pharao mari submersus, Exod. 14. Sennacherib ab Angelo cæsus. Heliodorus verberibus multatus. Herodes morbo pediculari mortuus: Uterque Ascalonita & Antipas. V. *Pediculi.* Nero sibi ipsi mortem conscivit. Domitianus in cubiculo à servis confossus, corpusque ejus miserè laceratum, inhumatur. Oros. libro 7. cap. 12. Eusebius libro 3. cap. 17. Trajanus ventris profluvio, sive veneno expiravit: Euseb. lib. 3. cap. 32. 33. Marci Antonini & Lucii Aurelii persecutionem pestis horrenda depopulata Italiam sopiit.

Maximus occisus à Romano exercitu unà cum filiis, Romam missum occisi caput: Eusebius l. 9. c. 4. & l. 6. c. 28. Decius in palude submersus, corpore illius à Satana raptô: Eusebius lib. 7. c. primo.

Valerianus Imperator proditione Macriani Ducis à Persis captus est (Euseb. in Chron. & lib. 7. c. 9.) à Sapore Persarum Rege, qui illo pro scabello usus est. Calcaverat Valerianus fidem Christianam pedibus: Rursus ipse calcatur (Baron. Tom. secundo folio 635.) & excoriatur.

Aurelianus Imperator, manum, quâ edicta scripserat claudus Euseb. lib. 7. cap. 24. micante fulgure territus, demum à Notario suo ferrô confossus est.

Hadrianus sanguinem fundens, vomens eundem periit: Antoninus Apoplexia triduanâ. Maximinus unà cum filio puero à militibus occisus.

Tempore Gallieni Imperatoris omnes hostes imperium aggressi sunt hostiliter. Oros. l. 7. cap. 22. Baron. Tom. 2. fol. 643. n. 30. 35.

Ulpianus hostis Christianorum tandem à militibus occisus est. Dio & Lamprid. in Alexand.

Cosroës Rex Persarum scribens Heraclio Cæsari, velle se illi non parcere, nisi DEUM cruci-

crucifixum abnegaret, & solem unà cum ipso adoraret, prælio fusus, & fugiens à proprio filio necatus est, Annô Christi 627.

Comes Felix de Werdenburg in Comitiis Augustanis 1530. gratis se velle militare contra Lutheranos dixit, multa insuper alia minitatus est. Is nocte sequente mortuus in lecto inventus est. En præsentem Dei vindictam! cujus exempla novit quoque præsens ætas.

Nomen ignominiosum. Cyprianus persecutorem vocat Anti-Christum. Epist. 66. Conf. porrò prompt. Exemplor.

Satanæ triplex persecutio 1. Fit violenter per 10. Imperatores.

2. Fit sapienter per Philosophos.

3. Fit fraudulenter per voluptates & Epicuræismum. Redimebatur vexatio persecutionis olim pecunia. Tertull. de fuga cap. 13. Hodiè multis in locis ære redimi non potest persecutio.

§. 8. *Consequens persecutionis: Dispersio.* Vid. Actor. 8, 1. 4. c. 11. v. 19. 20. Jacob. 1. vers. 1. Johan. 7, 35.

Persecutio facit crescere.

Dei verbum & Ecclesiam Jer. 36, 32. Esther. 8. vers. ult.

Arca Noæ, quò excelsiùs evecta, eò magis libera: Israëlitæ in Ægypto pressi creverunt.

Premitur non opprimitur. Tertull. Apologet. c. ult. Plures efficimur, quoties metimur à vobis. Semen est sanguis Christianorum.

Magis ædificari scias, cum cædi videtur. Tertull. c. ult. ad Scapul.

Pœnitentia agenda tempore persecutionis: Esth. 4, 16. 1. 2. 3. 4.

Prudentia.

Non est attrahenda persecutio temerè: Tertull. de corona militis. Hic spernens coronam Gentilem, novam in Ecclesiam Dei persecutionem excitavit. Baron. tom. 2. fol. 304. num. 40.

Fugerene liceat?

Negat Tertullian. de fuga militis. c. 1. Montanistæ.

Affirmat Origenes libro in Johann. capite 31. Clemens Alexandrinus libro quarto Stromat.

Ab exemplo Christi, Apostol.

Cypriani, qui se Gentilium subduxit violentiæ: Athanasius Arianorum libidini: Paulus Actor. 8.

§. 9. *Exempla alia persecutorum.*

Persecuti sunt Ecclesiam Longobardi, sub Rege Alboino Italiam ingressi. Paulus, Diacon. de gestis Longobardorum libro 2. cap. 12. 13.

In occidente Gothi in Gallia, Italia: Hieronym. in Epitaph. Nepotiani ad Heliodorum. Hunni duce Attilâ, qui fuit flagellum Dei: quos Theodosius Junior ingenti vi æris mulsit. Peremit undecies mille virgines apud Coloniam Agrippinam.

Sub Valeriano Imperatore tanta olim persecutio fuit, ut inde collegerit Dionysius Alexandrinus, tempora Anti-Christi jam expleta esse, Baron. Tom. 2. Annal. fol. 576. numer. 20.

Athanasius per 4. menses in sepulchro Patris delituit, per 6. annos continuos in sicca cisterna sine solis aspectu delituit: Ruffinus lib. 10. c. 17. 18. 19. Tripart. lib. 3. c. 5. 6. lib. 4. c. 11. 19. 38. lib. 5. c. 26. lib. 7. c. 27. Athanas. Apologia ad Constant. Imperatorem.

Episcopi orthodoxi olim ad metalla damnati: Cyprian. Epist. 78. Sic quoque Christiani Cyprianus Epist. 80. & 77. tempore Valeriani Imperatoris.

Cosroës Persarum Rex duriter Christianos afflixit: expugnatâ Jerusalem nonagies mille Christianos Judæis occidendos tradidit. Ægyptum & Lybiam vastavit.

Turci & Saraceni post non mediocriter rem Christianam afflixerunt.

In Gallia duæ civitates, quarum Episcopus erat Sadoletus, unà cum omnibus habitatoribus exustæ sunt ob Religionem Evangelicam.

PERSEVERANTIA.

Est fidei constantia usque ad finem vitæ. §. 1. Boni victoria constantiæ manu tenenda est, ait alicubi Gregorius Magnus. Augustinus lib. 83. quæstion. 31. stabilem & perpetuam in ratione benè considerata permansionem definit. Confer Cypriani adhortationem ad perseverantiam, lib. 1. Epist. 5.

Hùc pertinent dicta: Philipp. 4. v. 1. Matth. 10. v. 22. c. 24. v. 13. 2. Timot. 4. 2. Timot. 2. v. 5. Apocal. 2. vers. 10. Luc. 22. vers. 28. 29. 30. Hebr. 12, 7.

Causa efficiens est Deus 1. Corint. 1. vers. 8. Qui & confirmabit vos, & c. 10, 13. 1. Petr. 5. Psalm. 94, 18. Esai. 54. Philip. 1. vers. 6. Qui confiteri fecit, faciet & coronari. Non unctio Pontificia, cui, quod perseverantiam efficiat, Pontificii attribuunt: Chemnit. p. 2. Exam. Concil. Tridentin. & p. 1. p. 311. 312. Augustin. Quid cœpti finem desperas? Omnipotens est, qui promisit: Omnipotens, qui incepit. Confer. 1. Petr. 5. v. 10.

Subjectum circa quod Perseverantiæ est §. 2.

Cultus Dei, & fides in illum, ut in illa perstemus: Id est, quod Patrem oravit Dominus, Johan. 17, 20.

Actus perseverantiæ est, (1) Non cedere in tribulatione, Esa, 41. v. 10. Thren. 3, 49. 54. 55. Non defatigari vel offendi, Eph. 3. Non timere, Luc. 12.

(2) Certare & pugnare. Confer Thom. de Kemp. libr. 1. cap. 25. de Imitat. CHRISTI.

Populus triduo manet apud Christum, Marc. 8, 2. 1. Sam. 9. antequam Samuel veniret, populus non comedebat, in observantiâ erga Prophetam perseverabat: Sic nos erga Deum. Genes. 24. Eleasar non nisi explicato fine itineris,

neris,cibum capere sustinebat. Imitemur hoc studium in exequendis Dei mandatis.

In malo perseverantes à Deo puniuntur Ps. 68. v. 22. Jer. 8. v. 4. 5. Obdurantur à Satana: Rom. 1. tradidit in sensum reprobum.

In bono. 1.Reg.13.vers.8.9.&19.

Sicut is, qui sitit, bibit: sic qui Christo adhæret, semper sitit. Sir.24. adeoque desiderando & sitiendo perseverat. Gutta non cavat lapidem, nisi cadendo perseveret; planta non fit arbor, si non crescendo perseveret: sic nec tu homo, qui plantatus es Roman. 6. arbor fies Es.60. nisi perseveres. Bene Isidorus: Salus inchoantibus promittitur, præmium perseverantibus datur.

§.3. *Præmia.*

Corona vitæ. Apoc.2. vers.10. In extremitate vestis sacerdotalis picta erant mala punica, quæ speciem coronæ repræsentant, ut indicaret Dominus, ad finem perseverantibus coronam dari.

Æterna salus. Matth.10. Qui perseverabit ad finem usque salvus erit. Dubitatio de perseverantia abjicienda Thom.de Kemp.lib.1.c.25. de imit. Christi.

Ineffabilis gloria 1. Cor.2. Oculos non vidit, nec auris audivit, quod Deus præparavit, his, qui ipsum diligunt, &c.

Ut arbor omni ventorum impetu agitatur; sic quoque pii à calamitatibus in hoc mundo. Matth.7. Venerunt venti,&c. Sed Deus justos fulcit, dexterâ sustentat Psal.37. Coloss.1. Eph. 3. radicati. Uxor Lothi Luc.17,32. Gen.19,26. monet de perseverantia. Ut thesauri seris & repagulis custodiuntur; sic fidei thesaurus bene custodiendus, ut in ea perseveremus. Chrysost. homil. 5. in Gen. Tom. 1. Ambulans torpere non debet in via, quæ ad regiam urbem ducit: Ita nec nos torpere debemus in via Christianismi, ut ad cœlestem Jerusalem perveniamus.

Optimum vinum simus ad finem usque & ultimum haustum. Bernhard. in Epist. Perseverantia est vigor virium, virtutum consummatio, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium, constantiæ filia, soror patientiæ, &c.

§.4. *Exempla non perseverantium.*

2. Regum 9. depravatum est cor Salomonis.

Matth. 26. Judas proditor defecit à Domino.

Gehasi 2.Reg.5. Saul 1.Samuel. 10, 13. 14. 15. cap. 28.

Julianus & Lucianus ambo Christiani & baptisati fuerunt.

Valens cum adhuc Dux Cæsareus esset, noluit idolis suffire, sed posteà Cæsar factus Ario subscripsit, & Gentibus & Judæis facultatem dedit exercendi Religionem suam in regno, Theodoret. libro quarto capite 13. versu 14. histor.

Leprosi novem à Christo sanati. Luc. 17.

Simile: Inconstantes similes sunt lunæ. Sir.27. v.12.

Arbores quædam amittunt folia per ventos, pruinas, scarabæos, hoc est tentationes & fraudes Satanæ: Tales nos non simus. D. Luther. in Dom. XXI. Post Trinitat.

Supplicia non perseverantium.

§.5. A Deo abjiciuntur, nihil consequuntur Ps. 78. vers. 55.

Coronâ frustrantur. 1. Corinth. 9. 2. Timot. 2. v. 5.

Arcui fallaci sunt similes Ps.78.

Manum ab aratro retrahunt Lucæ 9. versu 62.

A via bona recedunt Sirach. 2, 16.

A Deo se transferunt. Gal.1,6.

In verbo Dei non manent Johann. 15. versu septimo.

Pro perseverantia orandum.

Augustin. in Cypriani libro de oratione ostendit in singulis ferè petitionibus à DEO peti perseverantiam. Sic Psal. 119. Custodiam ad finem. Opposita huic: recedere à Deo Psalm. 73. Sirach. 2. deficere Lucæ 8. agitari, ut arundo Matthæi 11. Confer Tit. PIETAS.

Oppositum *Perseverantiæ* est instabilitas. V. *Mollities*. Hebr.12. Vide Thom.q.138.

PERSONARUM Respectus.

§.1. A Deo prohibitus Deuteronom. 1,17. nec respicit personas Deus Actor. 10, 3. Roman. 2, 11. Galat. 2. vers. 6. Eph. 6, 9. Coloss. 3. v.25. 1. Petr. 1, 17. Jacob. 2, 1. 9. In Deum non cadit Actorum 10. nam 1. Distribuit propria dona, ad quæ illi, quibus distribuit, jus non habent. 2. Non præfert dignum indigno, ob aliquam conditionem in homine existentem. 3. Quia omnibus vult dare media.

In homines verò cadit, idque fit (1) In foro. (α) Cum non attenduntur merita, sed alieniores rationes, amicitiæ, affinitatis, cognationis, benevolentiæ retaliandæ: Contra Sir. 4. v. 27. conf. tit. Judex: Levit. 19, 15. cap.16, 18. Prov. 18, 5. Sir. 4, 26. c. 7, 6. Psalm. 82, 7. Sap. 6, 1. quoad statum, sive quis magnus, parvus Levit. d. l. Sir. 35, 15. quoad potentiam, ut neminem formidemus Sap.6. v.8. quà munera Deut.10,17. cap.17,19. 2. Chron. 19, 7. quà externas qualitates personæ 1.Sam. 16, 7. Job.34, 19. Prov.18,5. c.28. v.21. quà incertos rumores Esa. 11, 3. caveant sibi Dii, Deus stat in eorum Synagoga. Phocion genero repetundarum accusato: Epuminondas filio proprio: sic & Brutus & Torquatus propriis liberis: Seleucus proprio filio adultero non pepercerunt, Plutarch. in Politicis Parallelis, Valer. Max. lib. 5. c. 8. & lib. 6. c. 3. Papinianus nolens Caracallæ fratricidium probare. (β) Cum denegatur inferiori locus querendi de injuriis: Trajanus dicens cuidam mulieri, sibi non esse otium; audiit hoc opprobrium: ergo noli imperare; Mox dedit Cæsar mulieri aures. (γ) Cum aliquid præter leges petens quis exauditur à magistratu. Rectiùs sensit Themistocles, qui Simonidi tale quid petenti dixit: Si tu bonus Poëta esses, si modos & numeros in canendo contemneres: nec ipsè

bonus

bonus prætor, si gratiam cujusquam legibus præferrem. (δ) Cum pauperum causæ differuntur, divitum expediuntur: (ε) Cum uni parti conceditur longior terminus, quàm alteri confer Lessium libro 2. cap. 32. Dubit. 2. folio 404.

§. 2. (2) In choro (1) Cum magnates non reprehenduntur Malach. 2. v. 9. vide hic Hieronym. Matt. 22, 16. Marc. 12, 14. Luc. 20. v. 21. (2) Cum adulamur magnis viris, ut Barnabas Petro Galat. 2, 13. Prov. 24, 25. & divitibus, vid. Hieronym. in verba Malachiæ: offertis super altare. Non sic Prophetæ 1. Reg. 18, 17. c. 22. Michas; 2. Reg. 3. v. 13. Elisa; 2. Sam. 12. Nathan; non sic Christus Matt. 22. Esa. 11, 3. non Johannes Marc. 6, 17. Luc. 3, 19. (3) Cum Sanctos nimium evehimus, ut Papistæ. (4) Cum Monachi Eremitas plus justo respiciunt, & illorum se placitis addicunt. (5) Cum hæresiarchas nimium æstimamus. (6) Cum secundum faciem judicant auditores Joh. 7, 24. (7) Cum ditiores præ pauperibus & sanctioribus eliguntur ad honores Ecclesiasticos, August. epist. 19. ad Hieron. & Bernhard. lib. 4. considerat. ad Eugen. §. In talibus respiciet spiritus tuus, &c.

(3) In thoro, cum quis non contentus conjuge, in alienam exardescit Jer. 5, 8. Gen. 6. viderunt filii Dei filias hominum.

PERTINACIA, *conf. tit. OBDURATIO.*

§. 1. Est 1. cum quis de errore convictus, ei tamen non cedit, sed in monitorem fuit Prov. 9, 7. c. 13, 1. c. 16, 22. c. 15, 12. c. 23, 9. Sir. 21, 14. 18. 22. c. 22, 14. 17. 18. 21. c. 32, 21. Prov. 29, 1. c. 13, 18. c. 15, 10. Nabal 1. Sam. 25. v. 25. 2. Chronic. 25, 16. De pertinacia agit Arist. 7. Eth. c. 9. & Scholastici sub tit. Fortitudo.

2. Est & pertinacia alia, nempe superstitionis: nam Lactant. lib. 1. c. 1. p. 8. de falsa religione pertinaciam hominum superstitiosorum accuratè describit: *Multi* (ait) *superstitionibus vanis pertinaciter inhærentes, obdurant se contra manifestam veritatem, non tàm de suis religionibus, quas pravè assumunt, benè meriti, quàm de se malè:* qui cum habeant iter rectum, devios sequuntur anfractus, planum deserunt, ut per præcipitium labantur, *lucem relinquunt, ut in tenebris cæci ac debiles jaceant.*

Exemplo sunt multi impostores, errorum tenacissimi, v. Theodas, Euseb. l. 2. c. 11. Histor. Menander. Euseb. lib. 3. c. 26. Circumcelliones; tempore Augustini Montanus, Manes, Albigenses V. Meiger. lib. 1. c. 16. Nuclei Dav. Georgii histor. separatim editam.

3. Alia peccati & perseverantiæ in eo, de qua Psalm. 58. in falsa religione Jerem. 8. v. 5. huc phrasis spectat: esse duræ cervicis Exod. 32, 9. indurare cervicem Deuteronom. 10, 16. 2. Chronicor. 3, 8. cap. 36, 13. Nehem. 9. v. 16. non dimittere viam durissimam Judic. 2. v. 19. Confer Psalm. 75. v. 6. Proverbiorum 28. v. 14. cap. 29, 1. Jerem. 7. vers. 26. cap. 17. v. 23. cap. 19. v. 15. Habac. 2, 4. Sir. 30. 12. Pœna Levit. 26. v. 19.

PES.

§. 1. 1. Propriè basis corporis. 2. Impropriè Deo attribuitur, angelis, animæ, cujus pedes sunt affectus, hique levandi.

Abluere pedes Johan. 13. Symbolum charitatis erat. Innuitur pœnitentia vera. Lavare olim beneficentiæ erat erga hospites Genes. decimo octavo.

Osculari: Luc. 7. hospitalitatis erat. *Lavare* in sanguine impii Psalm. 58. versu undecimo, est videre vindictam Dei magnam, ultra quam petieras.

Calcare pedibus: Gisco mansuetus inimicos fratris sui Amilcaris occidi noluit, sed ter pede colla eorum calcavit Zwinger. fol. 201. b. calcatos dimisit. Pedem vertere à sabbatho Esa. 58, 13. eligere sabbathum.

§. 2. *Lavat Christus pedes discipulorum* Joh. 13. ut doceret 1. Summam erga discipulos charitatem. 2. Affectum maternum: solet enim mater suos infantes lavare. 3. Misericordiam ineffabilem Ezechiel. 16. 4. Ministerii sui humilitatem, conf. 1. Samuel. 25. vers. 41. 5. Baptismi necessitatem, quo lavamur Eph. 5. v. 25. 1. Petr. 3. vid. Augustin. lib. 2. c. 14. contra Donatist. 6. Intimam animi sui demissionem, ad quam hortatur quatuor argumentis. (α) A propria persona: ego Dominus & magister servivi vobis, ergò multò magis servi discipuli servis discipulis serviant. (β) Exempli evidentiâ: exemplum dedi vobis. (γ) discipulorum conditione, quos decet imitari magistrum. (δ) Præmii distributione. 7. Quotidianam pœnitentiam: quotidie namque indigemus hac lotione, vide Cyprian. serm. de ablutione pedum. 8. Clementissime Magister, &c. 8. Puritatis nostræ imperfectionem; erant quidem puri discipuli ex parte, sed non ex toto; indigent igitur remissione peccatorum cum omnibus sanctis Psalm. 32. 9. Remissionem proximo debitam, nam & Judæ proditoris pedes lavit Christus. 10. Symbolicam præsentationem (α) suæ incarnationis, qua linteo nostræ carnis se præcinxit; Verbum caro factum est Joh. 1, 14. (β) Spiritum S. Ecclesiæ infundit, quæ pelvis est Christi Joh. 7. qui credit in me. (γ) Suæ exinanitionis, deposuit namq; gloriæ suæ stolam ad tempus, obediens Patri. Phil. 2. August. tr. 55. in Johan. (δ) Mundationis pedum Apostolicorum totum orbem prædicatione Evangelii impleturum Niceph. lib. 1. cap. 28. histor. 11. Charitatem non defessam: Christus namque cœnam suam abrupit, ut in discipulos charitatem ostenderet, eos lavaret.

Quem primò laverit Christus? Judam proditorem, statuit Chrysostom. Theophyl. Euthymius. Petrum, statuit August. Probabilem esse utramque sententiam, probabiliorem tamen ultimam eligit Salmero Jesuita tract. 7. tom. 9.

Pedem custodire. Eccles. 4, 17. notat, omne studium piæ devotionis eò conferre, ut sanctâ mentis reverentia gressus nostros ad Deum referamus. Confer Templa.

§. 1. PESTIS.

Nomina: Dei manus & gladius 2. Sam.24, 14. 1.Chron.22,13.15. Exod.5,17. c.14,19. Jer. 21. v.5. ſagittæ Pſal. 91. Hebraicè דבר peſtis ab Hebr. דבר locutus eſt: plaga Num. 14, 33. juxta nonnullos.

§. 2. *Cauſa* (1) Immittens Deus Jer.31,9.Ezech.9, 16. c.7,15. Apoc.6,7.8. (2) Procreans, peccata noſtra Exod.15,49. Lev. 26,25. Numer. 14, 12. 2.Sam.24,13. 1.Chron.22,12. Deut.28,21.Jerem. 14,13. c.21,6. c.24,10. c. 27,8.13. c. 29, 17.18. c.32, 24. 36. c. 34, 17. c. 38, 2. c.42,17.22. c.44,13. Ezech.5,12.17. c. 6,11.12. c.17, 15.16. cap. 14, 19.21. c.28,23. c. 33. 27. cap.38, 22. Amos 4. v. 10. Habac. 5, 4. In ſpecie: Idololatria & fiducia in alienis diis Jer.14, 12. Ezech. 5, 6. 7. inobedientia erga Deum Exod.9,10.15. Num.14, 11. infidelitas ibid. impia doctrina Ezech. 5. 6. contemtus verbi divini Deuter. 28,21. Jer.29. v. 17. 18. abominatio Ezech. 6,11.12. peccata ineluctabilia Ezech. 14, 19. abuſus cœnæ Domini 1. Cor. 11, 30. inobedientia erga Magiſtratum Jerem. 27, 8.13. c. 21, 6. miniſtros & Doctores Num. 14, 12. malitia magiſtratus Jerem. 24, 8. ſeq. Zedekiæ nempe cap. 29,16. 17. ſuperbia 2. Sam.24,16.17. Hominum Dei pœnas effugere ſtudentium Jerem. 42, 17. 22. c. 44,13. Sodomorum Ezech. 28. v.20. tyrannis Ezech. 38, 22. Jer. 34,17. (3) Adminiſtra, angelus 2. Sam. 24. D. Mörlin. in Pſalm. 91. Cauſæ phyſicæ peſtis à Medicis & Phyſicis pertractantur: vid. D.Laurent.Joubert. fol.269,270.operum Medicor. Wierum p. 492. de præſtigiis Dæmon. Illorum tamen induſtria in multis deficit.

§. 3. *Finis*, cur immittat Deus? 1. Ob noſtri ad pœnitentiam vocationem, ideò enim percutit Deus, ut nos ad ſe revocet. 2. Dilectionis explorationem, quæ graſſante peſte conſpicitur. 3. Contemtus mundi hujus inſtitutionem. 4. Precum noſtrarum pro aliis excitationem. 5. Prædictionis ſuæ confirmationem Matt. 24. erit peſtis.

§. 4. 1. *Effecta*: 1. Morbus hic alios inficit; id docet experientia, Confer Bezam de duabus quæſtionib. 1580. excuſ. form.8.Dn.D.Danielem Cram. Tract. de Peſte. 2. depopulationem hominum inducit. 3. Infinitas miſerias cumulat. 4. Societates hominum interrumpit. 5. Ordinem in republica graviter lædit. 6. Charitatem cujusque erga proximum probat & examinat. 7. Proximos & conſanguineos ſeparat. 8. omnia terroribus implet.

§. 5. *Cauſa liberans* (1) ſolus Deus Pſalm.91, 3. 6. 2.Sam.24. ſi illius domum frequentemus, eumque adoremus 1.Reg.8, 37. 2.Chron.6,28. cap. 20, 9. & veram ſeriamque pœnitentiam agamus. (α) Noſtra peccata agnoſcendo. Exod 9, 27. 1.Sam.24,18. 1.Reg. 22,27. Pſ.51,5.6. Eſa. 46, 8. (β) Illa in ſpecie indigitando, ſic fecit Pharao, David, Iſraëlitæ Numer.21. (γ) Mitigationem pœnæ vera fide petendo, ſic Iſraëlitæ d.l. ſic Daniel capit.9. (δ) Interceſſiones ſervorum Dei pro nobis poſtulando, ſic Iſraëlitæ ad Moſen accedunt. (ε) Commoveri & perterrefieri plagis Dei Sap. 16, 6. (ζ) Diligenter orare, ſic Hiskias 2. Reg. 20. (2) Non S. Sebaſtianus, olim adoratus, Luth. in Amos.5,26. J.Val. Pierius lib.42. c.17. Hieroglyph. Non S. Rochus, quem ideò invocant Pontificii, ut ſolamen ægrotorum: Beſſæus in conceptibus præd.part. de ſanctorum feſtivitatib. p.500.ſeq.Baron. in Martyr. Rom. ad 16.Auguſti. De hoc Rocho vid. Crantz. l.9. c. 25. Metropoleos. (3) Non victima humana, quam olim abs Ionibus oraculum Delphicum petiit, ut nempe Menalippus cum Comethone offerretur in ſacrificium, quam ille in templo Dianæ ſtupraverat; & ut ſingulis annis pro Menalippo elegantiſſimus juvenis & pro Comethone puella venuſtiſſima ad Dianæ aram mactaretur: Joh. Wierus libro 1. de præſtigiis Dæmon. cap. 7. (4) Non recitatio trina ꝑ Ave Maria, quam olim in Belgio ex authoritate Pontificis milites Hiſpani & Itali frequentarunt, teſte Joh. Wiero l.5. de præſt. Dæmon. col. 517. c. 4.

§. 6. Veteres Chriſtiani peſte graſſante orabant, jejunabant, largiores eleemoſynas diſtribuebant, & laborantibus ſuccurrèbant Euſeb. lib. 7.c.20. Niceph.l.6. c.20. Dionyſ. Alexandrin. epiſt. Paſchali: Euſeb. l.9. c.8.Niceph.l.7.cap. 28. l.17. c. 18. Evagrius libro 4. cap. 39. Homines olim cereis inſtructi noctu procedebant & DEO ſupplicabant, ut teſtatur Gregorius Turonenſis: an. Chriſti 542. inſtitutum eſt feſtum purificationis Mariæ pro depellenda peſte, teſte Paulo Diacono. Gentiles Romani ad pulvinaria Deorum tempore peſtis ſupplicabant. Aurel. Epit. Baronii pag. 123. & ludos ſcenicos inſtituebant, Livius lib. 7. ut numen offenſum placarent. An. 1349. peſtis atrociſſima plus quam dimidiam hominũ partem ſuſtuliſſe dicitur: eo tempore flagellantium ſecta orta, qui ex una civitate ac regione in aliam ſe conferebant, ſepoſitis veſtibus ſe in conſpectu omnium flagellabant; hos clerus habuit pro hypocritis: crucibus & vexillis inſtructi cantabant. Porrò Livius libr. 40. narrat, Romanos Apollini Æſculapio dona voviſſe, ſigna aurata dediſſe, ſupplicationes indixiſſe per omnia fora, conciliabula, majores duodecim annis omnes coronatos ac lauream tenentes ſupplicaſſe. | Sene mendico lapidibus obruto; id ſuaſit Apollonius Thyanæus, vid. Johann. Wolfium in c.18.Deuter. Maſſilienſes pauperem ſumtibus publicis alebant, verbenis & ſacris veſtibus ornatum, & execrationibus onuſtum per urbem ducebant, ut in ipſum omnia urbis mala reſiderent, eodem diis immortalibus oblato. Athenienſes loca expiabant & mundabant. Diodor. Siculus lib. 12. Alii victimas immolabant, exempla recenſet Zwing. f.370.col.a.b. aliquando etiam ſtatuis poſitis averſa peſtis Zwinger. fol. 983. dict. l. Itaque peſtis mala Dei pœna Ezech.14,21. Inſtans, etiam reſiduos proſequens Ezech. 33, 27. Inflicta olim idololatris Ægyptiis Amos 4, 10. Exod.9,3.Pſ.78,50. Nota ultimi temporis Mat. 24,7. Luc. 21,11. Comes vaſtationis Jer. 32, 24. c.38,2. noxia Pſ.91. calamitoſa, vid. P.Beſſæum in feſto S. Rochi: Ezech. 14, 19.

Exempla pestis: 2.Sam.24,21. Joh. Ravis. Textor. offic. col. 513.514. Zwing. 544. Theat. Pestis decennalis, anno Christi 1250. Olim homines Romæ ita absumpsit, ut ad bellum Marcomannicum armati sint servi: Aurel. epit. Baronii p.124. d.l. dicit idem Autor, quòd pestis olim orta Babylone è templo Apollinis, arcâ quadam reseratâ. Anno 817. insignis pestis in Galliis orta, pecudes hominesque magno numero absumsit: Annales Francorum. Pestis Alexandriæ maxima olim, similis plagæ, quâ olim Ægyptiorũ primogeniti sunt interfecti; vid. Euseb. lib. 7. cap.17. Confer Baron. tom. 2. fol. 641. num.120.15. Sub Gallo & Volusiano immanissima pestis universum orbem vexavit, ob immanissimam Christianorum persecutionem, Orosius lib.7. c.21. Baron. tom.2. fol.541. annal. Plura exempla recitat Meigerus pag. 1395. seq. Nuclei histor. Didac. Apol. part. 2. Hor. recr. p.662.

Tempore pestis quinam fugere possint? Non omnes, sed quidam; vid. Luther. in epist. ad Senat. Vratislav. Fugere non possunt 1. Magistratus, Reipubl. curam principè agentes. 2. Ministri. 3. Publicis officiis præfecti.

§. 8. Consolationes contra pestem: (Vide D. Selneccer. in Psal 91. D. D. Dan. Cramerum Tract. de Peste: J. Arend. in Paradis. precator. & alios) 1. A Deo hanc immitti Job.33,19. nemini nocituram, nisi quem Dominus voluerit, nam in hujus manu sunt omnes pœnæ Ps. 148, 8. Sir. 40,35. seq. 2. Deum fore in medio iræ misericordem. 3. Numerare omnes capitis nostri capillos. 4. Extraxisse nos ex utero matris Psal.71,6.18. extractos paternè curaturum esse. 5. Summum Deum esse, qui omnia disponat & homines mori sinat Ps.90,3. 6. Dies nostros determinasse Job. 7,1.c.14,6. Ps. 31, 16. & 39, 6. 7. Tempus morbis præfigere Matth. 9,20. Joh.5,5. Esa.38,13. 8. Suos signare, ne lædantur Ezech.9,5.6. Amos 8,3.4. & semper conservare in calamitatibus publicis: sic Noam in diluvio, Israëlitas in Ægypto (etsi aliquando etiam Deus justos tollat Ezech. 21, 11. iram tamen moderatur Esa.27,9.) 9. Spectemus nosmetipsos, qui peccatis promeriti sumus has plagas: adoremus Dei justitiam Job. 34,10. seq. Jerem. 5,9. c. 15, 6. 10. Cogitemus pestem & omnia mala ad nostram salutem dirigi: Rom.8. his qui Deum diligunt, &c. nos à Deo duci Psal. 37. v.23.24. paternè castigari Hebr.12,5. 11. Sufficere nobis debet Dei gratia, 2.Corinth.12, 9. 12. Exerceamus patientiam erga Deum, spem nostram in cœlo figamus, nec dubitemus, preces nostras exauditum iri à Deo, 13. Cogitemus mortem esse abitum, non obitum: exempla meditemur eorum, qui lubentes vitâ hâc excessere; spem certæ resurrectionis plenariæ liberationis ab omnibus malis, æternæ lætitiæ & exultationis. 14. Cadere nos in manus Dei, non hominum 2.Sam.24, 14. 15. Plurimos in medio pestis servatos esse Num.21. 16. Quod si labores peste, Deus te sanare potest Psal.30,3. & 68,20. 2.Pet. 2. v.9. &c.

PETRUS & PETRA.

§. 1. *Petrus Apostolus:* vid. Promt. Alleg. alleg. 758. Respondit pro omnibus Matth. 16. portans figuram Ecclesiæ, ait Augustinus tom. 9. column 984.b. vid. meam Patrologiam. Fides ejus magna Matth.14. Domine jube nos ad te venire: Febriens putabat se sanum esse, sed Christus opinionem febrilem dispulit, & venam cordis tetigit, Augusţ. tom.8. col.1629. b. Ægrotus erat, & cum medico rixabatur, Aug. tom.10. col.865.b. Creditur à Christo ad urbem Romam ductus, ut magister militiæ: Albanus de potestate Pontificis p.71. num.19. Id tamen apocryphum, nec idoneis testibus comprobari potest. Vox Petri elata. vid. August. tom.8. col.358. c.d.

§. 2. *Abnegat Christum:* (Etsi quidam eum excusent apud Origin. lib.1. c. 8. περὶ ἀρχῶν: ut & Cyrill. in Joh. lib.11. cap.41. Ambros. lib. 10. in c.22. Luc. idem in Ps.43. Hilar. can.31.52. in Matth. Tirinus in c.26. Matt.) Mosi similis, qui ter petram percussit; sic ter negando veram Petram Christum læsit. Columna fortissima contremuit ad levissimam auram. Tentatus interrogatur de viribus suis, quas ante jactitaverat. In naufragio constitutus periculosissimo: Petra scandali erat ancilla, vid. Augustin. tom.10. col.866.b. Intus veritatem tenebat, cum mendacium proferebat, Augustinus de mendac. c.2. Abnegando Christum eum vulnerat; ut Brutus Julium Cæsarem, (Sueton. in Julio Cæsare,) eum vulnerando: καὶ σὺ τέκνον. Major ingratitudo quàm Popilii Lænatis, qui Ciceroni caput amputavit, jussus à Marco Antonio, cum tamen hunc Popilium Cicero à pœna parricidii liberasset: Valer. Max. Verè gratiâ excidit: nam 1. Christum non confessus, sed abnegavit eundem Matth.10,33. 2. Perjurus factus est, & nomen Domini in vanum sumsit Exod.20. 3. Plurimos scandalisavit exemplo suo: Matth.18. Væ homini, &c. Falsò negant gratiâ excidisse Zanch. tom.7. de persev. sanctor. p. 124. Crocius disp.18. de justificat. p.1092.

Permissus labi (α) ne quis sibi confideret de suis viribus. (β) Disceret, omnem hominem esse mendacem. (γ) Nullus desperaret de Dei gratia. (δ) Compati posset aliorum peccatis.

§. 3. *Conversus* Filio prodigo similis; sed & conversus ad Patrem, veniam obtinuit, Augustin. tom.10. col.1328.a. Thraces pingunt Deum imagine oculi videntis, radiis suis saxum mollefacientis, nivem liquescentem reddentis, mortuum vitæ restituentis; sic Petrus mollefactus revixit, Domino eum respiciente. Flevit 1. Sibi ita innotuit. 2. Gratiam Dei solidius invenit: 3. superbiam amisit, Augustin. t.8. col.1358. 4. flevit amarè: 5. flevit obœdientiæ novæ studiosus: genas sibi continuis lachrymis exedisse, scribit Clemens Alexandr. *Petri doctrina* & Pontificis Romani plurimum differunt: Catal. testium veritatis. Petrus Apostolorum primus fuit 1. *Ordine*, Matth.

Matth.10.v.2. Marc.3, 16. Luc.6.v.14. Attamen non ſemper primo loco ponitur, Marc. 3, 17. Luc. 6, 14. Cyprian. *Hoc erat Petrus, quod & cæteri Apoſtoli*

Non jurisdictione: Probatur 1. à Scripturæ ſilentio.

2. Ab æquali poteſtate & officio, omnibus Apoſtolis commiſſo, Matth.18, 18. c.19, 28. c. 28, 19. Marc.6, 7. Johann.20, 23. Act.1, 8. c.2, 4. Eph.2, 20. Apoc.21, 14.

3. Ab aperto primatus interdicto, Matth. 18, 1. ſeq. c.20, 25.26. Marc.9, 34. ſeq. c.10, 42. 43.44.45. Luc.22, 25.26.

4. A teſtimonio Pauli, qui diſertè ait, ſe Petro inferiorem non fuiſſe 2.Cor.11, 5. c.12, 11. Gal.2. v.5.6.7.8.9.11.

4. A Praxei, quæ in Eccleſia fuit, quæ communi, non ſolius Petri, voto res ſuas conſtituit. Matthiam elegit Act. 1, 16. & Diaconos Act. 6, 2.6. Petrum miſit Act.8, 14. Nec Petri votũ primo loco exegit, qui nec ſynodo præfuit Act. 15, 7. nec literas ſynodi obſignavit, ſed omnes Apoſtoli ſimul, v.27. d.l. nec ad Petrum Apoſtoli Eccleſias remiſerunt. 6. A negata Petri praxei, nunquam ſibi Primatum arrogantis, nunquam uſurpantis.

7. A teſtimoniis veterum, quos & quæ alibi produximus: In Petrologia.

8. A vanitate objectionum contrariarum vid. d.l. Petrologia.

9. A falſitate Petrini Epiſcopatus, cui Romæ præfuiſſe dicitur. Illam jampridem demonſtrarunt, D. Behmius peculiari oratione. Quod ſi Romæ fuit Epiſcopus, cur illum Paulus non ſalutavit in prolixo illo Sanctorum Catalogo Rom. 16.

Fabuloſum. Gregor. Turonenſ. lib.2.c.6. tradit, S.Petrum in cœlis orare pro S.Stephano.

§.4. *Petra*

Chriſtus eſt, illa petra ſeculorum Eſa.26.4. (1) immobiliter à Deo fundata, Eſa. 8.14. c. 28.16. In qua Eccleſia fundata: 1. Cor. 3.11. fundamentum aliud &c. (2) In morte excavata per vulnera & vibices. (3) Præbens mel & oleum, ut videamus & guſtemus, quàm ſuaſis ſit Dominus, Pſal.34, 9 Pater filium dando Joh.3, 16. Filius ſe tradendo Joh.15. (4) Securitatem præſtans, contra Satanam terrentem, capere nos volentem, carnem prementem, conſcientiam accuſantem (Conf. Bernh. ſerm.61. in Cant. Canticor.) mundum perſequentem, Joh.16. *Ego vici mundum.* (5) Latibulum peccatorum: Matt.11. *invenietis requiem.* (6) Medicamentum: non perturbabitur conſcientia, quia vulnerum Chriſti recordabor; inquit D.Bernh. ſerm.61. in Cantic. d.l.

DEUS eſt petra: vid. in Promptuar. Breviter (α) Deus petra, in qua nos abſcondimus, perterrefacti ab infernalibus Philiſtæis 1.Sam. 13, 6. applica. (β) in quam confugimus, metuentes nobis ab hoſtibus: ita David 1. Sam.23, 25. c.24, 3. c.22, 1. (γ) Petra immobilis, cui ſuperſtructi non movebimur, Matt.16. (δ) Petra conterens hoſtes noſtros, qui ei illiduntur, aut ab hac petra conteruntur Matth.21. Lutherus quoque vocem petra צור vertere ſolet per vocem Hort/ quaſi dicas: Ein hoher/ feſter und wohlverwahrter Ort. DEUS eſt petra ſeculorum Eſa.26, 4. At vocem סלע per vocem Felß. (ε) Petra, ad quam nos lapſi erigere debemus credendo Eſa. 28. à peccatis reſurgendo, in illa petra nos ædificando. Vide *Petrologiam* noſtram.

§.5. *Cur ad DEUM petram ſemper recurrendum?*

(1) Ob exemplum Davidis, toties nobis à DEO præſcriptum, Pſal.18. & 31. & 71. (2) ob DEI mandatum, qui ſibi ſoli hunc vult honorem aſſerere, quod ipſe ſolus ſit petra & refugium Pſ.74, 12. (3) ob ſecuritatem ſummam, quæ nobis eſt in petra DEO: Auguſt. in Pſal. 71. non eſt munitior locus &c. Gregor. lib. 8. epiſt. 45. ſuadet Palladio presbytero in Sina, ut ad DEUM petram ſe recipiat: nullo enim loco Diabolum, qui primos parentes ſtravit, tentatorem illum (ſive eremo ſive urbibus) excludi.

§.6. *Petram & ſaxum crucis portemus:* Ut olim juvenes lapides rotundos magni ponderis ſublevatos portabant, ut ita ſeſe ad majora pondera ſublevanda præpararent; (mos hic cùm Athenienſibus, tùm Judæis receptus fuit, teſte Hieron. in cap.12. Zachar.) ſic Deus paulatim lapides crucis imponit, ut nos ad hanc portandam magis magisque præparet & induret.

Petra ſcelerata: vid. tit. *Martyres*, hi enim ut pro ſceleratis habiti, ſic ad petram ſceleratam ducti ſunt.

PETULANTIA.

Petulantia in peccando eſt, cum peccatum committitur de induſtria & conſilio deſtinato ac malo affectu Prov.10, 23. ſtultorum eſt propria, Obad.1, 5.

Punita 2. Reg. 2. vid. *Superbia*, *inſolentia.* Conf. Meiger. lib.5. c.2. Nuclei. Confer Tit. *Obduratio*, *Obſtinatio*. *Peccatum.*

PHARISÆUS.

Phariſæi dicuntur vel (1) à פרש explicare: (2) vel à פרס expandere, quod in phylacteriis faciebant Matth.23, 5. (3) vel à פרך quod eſt dividere, Hieronym. præfat. in Amos. Auguſt. ſerm.15. de verbis Apoſtoli. Alii explicant פרושים ſeparatos, ſegregatos ob ſingularem ſanctitatem ab aliis hominibus: adde & ſcientiam Matth.2, 3.

Secta fuit ſtrenuiſſima Actor.26, 5. Philipp. 3. Phariſæorum ſeptem ordines recenſentur à Rabbinis, Hemming. col. 52. in 1. Johann. Suos habebant gradus, (1) quidam erant ex Sanhedrin vel magno concilio: (2) alii erant Archiſynagogi, Joh. 7, 43. erantq; hi præcipui ſectarii, Joſephus lib.18. c.2. antiqu. Et habebant familias duas: prima erat domus Hilhel, ea judicabatur exquiſitior: ſecunda erat domus Samai, ut teſtatur liber Miſnajoth. Ex

priori familia fuit Gamaliel, D. Pauli olim præceptor: Arias Montanus existimat, huc respexisse Paulum Act. 26, 5. secundum certissimam sectam nostræ religionis Pharisæus vixi.

Monachi quidam Pharisæi; sicut olim multi nomine, pauci re Pharisæi fuerunt, Dionys. Carthusian. in cap. 3. Johann. v. 1. 2. fol. 490. E vitiis quoque Pharisæorum plurimos è suis pollutos esse, conqueritur Poligranus p. 231. seq. explic. textus Matth. V. nisi abundaverit &c. Laurentius de Aponte in cap. 9. Matth. v. 12. n. 5. 6. docet, multos hodie spirituales (non secus ac olim Pharisæos) cœcitate & præsumtione de SE laborare, in externis operibus ponere justitiam: Granatens. p. 271. in Duce peccator. alleg. illud Es. 29. populus labiis appropinquat mihi &c.

§. 2. *Justitia* Pharisaica vana multis de causis: 1. ob legis perversionem & corruptionem: nam (α) externam solùm obedientiam exigi in ea putabant Matth. 5. (β) cordis munditiem non postulabant Matth. 5. c. 15. c. 23. (γ) legem glossis interpolabant Matth. 5. 2. Ob Christi & fidei neglectum: Christum enim repudiabant, Joh. 1. in sua venit, & sui eum non recipiebant. Es. 8. Ps. 118. Rom. 10. 3. Ob defectum precum, nam superbus Pharisæus cœlum penetrare non potuit, Paulinus epist. 10. ad Sever. frustra oravit, ut Moab Esa. 16, 13.

§. 3. *Vitia:* Christo *insidias* locarunt pro bono, Ps. 37. Matth. 12, 14. Marc. 3, 6. Matth. 19, 3. c. 22, 15. 34. Joh. 8, 3. ut Jerem. 18, 18. Verbum & legem Dei in os sumebant, Psal. 50, 16. ad fin. usque. *Homicidia:* capiunt Christum & capere ante voluerunt Joh. 7, 32. c. 11, 57. *Invidia* Johann. 9, 15. c. 12, 19. Latronem benignissimo Domino anteferebant Matth. 27, 62. *Avaritia* Luc. 16, 14. *Calumniæ* super Christi operibus Matth. 9, 34. c. 12, 24. *Contemtus* proximi Luc. 18, 11. 12. *Sacrificia* hypocritica Matth. 5. *Jejunia* hypocritica Matth. 9, 14. Marc. 2, 18. *Superbia* Luc. 18, 11. 12. *Judicia* temeraria de Christo Matth. 9, 11. Marc. 2, 16. Luc. 7, 36. c. 11, 37. cap. 15, 2. discipulis Christi Matth. 12, 2. Marc. 2, 24. Matth. 15, 1. Marc. 7, 1. *Incredulitas*, cupiunt signum Matth. 12. vers. 38. Marc. 8, 11. 16. *Hypocrisis* Matth. 6, 2. 5. 16. cap. 15, 7. cap. 16, 3. c. 23, 2. 13. Ut ille Luc. 18. qui in templo orans medicum ludificabatur, vulnera tegebat, sana ostendebat, Augustin. tom. 8. col. 823. a. Saturus nihil accipiebat de alimentis justitiæ, Augustin. tom. 7. lib. 2. c. 5. de peccatorum meritis. Falsus erat testis, quia negabat, se ut reliquos homines esse; ideò illum è communi naturæ reatu accusat Chrysost. tom. 1. in Psal. 29. fol. 149. g. h. properabat ad ruinam d. l. Chrysostom. Confer Bernhard. serm. 33. in Cantic. Canticor. vitia hujus Pharisæi prolixiùs enarrantem. Non habuit fidem speciali DEI benevolentiæ, ut contendit Bellarm. lib. 1. cap. 8. de Justif. nam (α) in propriis meritis confisus est: (β) superbus erat, seductus à propria cogitatione, Bernhardo teste sermon. 1. in annunciat. Mariæ: (γ) differens de propria justitia, Maldonat. in h. l. inflatus superbiâ, Tirinus Jesuit. in Luc. 18. (δ) Accedunt judicia Patrum de hoc Pharisæo adducta. (ε) Mendax fuit: dicit se justum, cum injustus fuerit, Proximum contempsit, semetipsum laudavit, temerè proximum judicavit. Opera sua protulit, non ut Jobus, ad depellendam calumniam, sed ad suammet ipsius gloriam. Vide Theophylact. in Luc. cap. 18.

§. 4. *Confusio* Pharisæorum Matth. 22, 46. Impudentia eorum in tentanda non semel, sed sæpius divinâ sapientiâ. Phylacteria sua dilatabant Matth. 23, 5. erant fila vel vittæ hyacinthinæ in fimbria anguli, refricantes divinæ legis memoriam Num. 15, 38. Laminæ membranulæ fronti alligatæ (hæ tamen ab illis differre videntur) Deuteron. 6, 8. ut hodie nonnulli amuleti loco de collo suspensum gestant D. Johannis Evangelium. Et olim Græci suis utebantur περιάπτοις, quæ adversus morbos valere credebant, eisdem dicta quoque φυλακτήρια, vid. Can. Synod. Laodicænæ XXXVI.

Continentiam colebant; huic exercendæ decennium, octennium præscribebant, ut ita sui periculum facerent, Epiphanius, Panar. lib. 1. c. 15. Vitæ austeritatem sectabantur: pararunt enim sibi asseres, latitudine dodrantis, in quibus recumbebant, ne profundiori somno immergerentur, sed ad orationem excitarentur: Eandem somni licentiam substratis sibi lapillis ex aqua collectis compescebant. Alii spinis, teste Epiphan. Secunda & quinta die jejunabant, primitias dabant, trigesimas & quinquagesimas. Cibum planè nullum sumebant ante solis occasum, oleribus & ovis vescebantur, ab uxoribus secubabant, incurvi incedebant.

PHARAN.

Desertum, longissimi tractus Arabiæ Petrææ ab Elena portu sinus Arabici 30. miliar. ad fines Idumææ & Judææ. Deuteronom. 33. ibi DEUS dedit Israëlitis Coturnices. Vatabl. in 1. Mos.

PHARAO.

§. 1. Rex Ægypti: nomen 1. duxit à פרע nudavit, expedivit, q. expeditus, liber princeps. 2. alii exponunt Pharao per vindex, liberator: 3. alii à Pharo insula, Alexandriæ obversa, ex qua primus rex originem traxisse dicitur; Certè nomen regium esse solique regi conveniens, videre licet Genes. 41. ego sum Pharao &c. Josepho dedit nomen: sibi hoc soli reservavit. 4. Alii, primum Regem Ægypti dictum fuisse Pharaonem, à quo reliqui omnes sint dicti.

Habuerunt illi reges sua propria nomina; sic rex Ægypti tempore Abrahami Gen. 12, 15. tempore Josephi, Apis, Osiris, Seraphis conjux Isidis: Euseb. in Chron. Huic successit III. Pharao, Amosis dictus Gen. 50, 1. IV. Pharao dictus Misphragmutosis, incepit premere Israëlitas, sub eo natus Moses. V. Amenophis Mosen occidere

cidere voluit Exod. 2, 11. VI. Orus Magnus item Cheucras, submersus in mari rubro. Sic Pharao, qui vixit tempore Davidis, ad quem fugit Hadad. Sabochas tempore Hiskiæ, 2. Reg. 18, 21. Es. 19, 11. Necho tempore Josiæ, 2. Reg. 23, 19. Jer. 25, 19. Hinc patet, dignitatis nomen esse Pharao. Apryes seu Ophra paulò ante Zidekiam Jer. 44, 30. Ezech. 29, 2.

§. 2. *Peccata* Pharaonis, de quo in Exodo: Hypocrisis, simulans se velle pœnitentiam agere. Blasphemia Exod. 5, 2. Cœcitas inter tot plagas & vindictas DEI. Tyrannis adversus Israëlitas Exod. 2, 23. Gen. 15, 13. Ingratitudo erga Israëlitas, optimè de Ægypto promeritos. Obduratio cordis Exod. 13, 15. c. 9, 34. 35. c. 10, 1. c. 20, 27. c. 14, 4. Vid plura tit. *Obduratio.* Injustitia summa erga fideles incolas Israëlitas.

Punitus à DEO Exod. 6, 6. c. 7, 4. horrendis suppliciis ob atrocissima vita.

PHARMACA.

De pharmacopoliis (Textor colum. 872. officin.) in Republica bene ordinandis, vid. Politicos Scriptores. Confer tit. *Medicus* & *Medicina.*

PHASE. *V. Pascha.*

Præcipitur Exod. 12, 18. Lev. 25, v. 5. Deuter. 16, 2. Agnus est Phase: hæc propositio non extat in Mose, sed à mendace spiritu suggesta fuit olim Zwinglio; quod alibi nostrates demonstrarunt.

PHIALA.

1. Levitica in adolendo thure: 2. Mystica pœnarum & judiciorum DEI Apoc. 15, 7. cap. 6, 1. seq. ut fiat allusio ad Ps. 75. calix in manu Domini.

PHILAUTIA. *V. Amor sui.*

PHILETUS.

Aliis Phygellus apostata 2. Timoth. 1. v. 15. cap. 2, 17. An fuerit magus, incertum est: etsi in Martyr. Jacobi Majoris hoc legatur; rejicitur tamen à Benedict. Justiniano, ut vel inde appareat, multa falsa istis martyrologiis adducta esse.

PHILIPPI, unde PHILIPPENSES.

Philippi, orum, urbs libera Macedoniæ Act. 16, 12. Theodoret. *Φιλιππήσιοι τῆς Μακεδονίας ἦσαν ὑπὸ μητρόπολιν Θεσσαλονίκην.* Olim dicta fuit Dathos: urbs Thessaliæ à Philippo Macedoniæ rege sic dicta, Diodor. Sicul. lib. 16. Aliàs Orenidæ, arum, *κρηνήδις* ob venas auri, Diodor. Sicul. d. l. Luce Evangelii illuminata à Paulo. Fideles in ea miserant Epaphroditum Romam ad visitandum Paulum, & ad sublevandam ejusdem inopiam. Vexati sunt à Cerinthi & Simonis Magi asseclis, quibus adhæserunt pseudoapostoli illi Phil. 3, 2. seq.

Colonia Romanorum ff. de Censibus item ff. ad SC. Trebell. l. Balista. Eadem urbs fuit sanguine civili sparsa, ardente inter Cæsarem & Pompejum, Augustum & Brutum bello: Confer Oecumen. in hypoth. hujus Epistolæ Edit. Veron. in folio, & N. T. Græcæ edit. W. Cephal. form. 8.

PHILIPPUS.

1. Apostolus à Christo vocatus Johann. 1, 43. Patrem sibi monstrari precatus Johann. 14, 18. Oriundus ex oppido Bethsaida Johann. 1. Calculum subducit 25. aureorum Rhenensium Johann. 6. Græcos adesse, qui Christum videre gestiant, indicat Johann. 12. Prædicavit Evangelium 20. annis in Scythia: peragravit Asiam minorem: sepultus Hierapoli, Euseb. libr. 3. capit. 31. Dicitur cruci fuisse fixus, inque ea lapidibus obrutus ad necem.

2. Diaconus electus Actor. 6, 5. Evangelium prædicat in Samaria, & Æthiopem convertit cap. 8, 5. 38. cap. 21, 8. Filias prophetissas habet, ibid. Paulum hospitio excipit, Actorum 23.

3. Tetrarcha Trachonitidos Luc. 3. vers. 1. frater Herodis Antipæ, qui ipse Antipas hujus Philippi fratris uxorem Herodiadem rapuerat Matth. 14, 3. Marc. 6, 17. Luc. 3. Hic Philippus oppidum situm ad fontes Jordanis exornavit, & in Cæsaris suique ipsius honorem Cæsaream Philippi vocavit: justè & moderatè imperio præfuit, teste Josepho.

4. Pater Alexandri Magni 1. Macch. 1.

Filius Demetrii 1. Macch. 6.

6. Philippus Tutor Antiochi Eupatoris 2. Macch. 6, 5. 6. seq.

PHILIPPI & JACOBI Festum.

Psalm. 147, 3. 4. ædificate Jerusalem; sic hi duo Apostoli Ecclesiam ædificarunt. Officia Christianorum describuntur in pericopa Evangelicâ, quæ sunt 1. confidere: 2. non turbari: 3. sperare cœlum; 4. pati cum Christo.

Christi beneficium Joh. 14. ne turbetur cor vestrum; ædificat enim vivido solatio suorum discipulorum corda (α) fidei in DEUM & se soliditate: (β) habitationum in cœlo pollicitatione: (γ) Loci illius præparatione.

Exod. 14. Moses Israëlitis animum addidit, eosque spe non inani lactavit certò possidendæ hæreditatis; sic Christus discipulos consolatus, & cœlestes eis mansiones pollicitus est.

Numer. 10. Buccinis clangebant Judæi in bellum profecturi; Christus buccinâ insecuturæ crucis canit, & discipulos certâ spe victoriæ firmat, insecuturæ felicitatis æternæ, Jer. 17. Cor hominis fraudulentum, v. g. Lutherus vertit: Verzagt. Tale cor discipulorum, quod scrutatus est Dominus, idemque consolatus.

PHILISTÆI.

Philistæi, i. e. ruinam ponentes; se, ut alii volunt, pulvere conspersi. Ortum trahunt ex Chamo, per hujus filium Mizraim Gen. 10, 14. 1. Chron. 1, 12. Sunt typi (1) inimicorum Ecclesiæ: (2) invidorum Gen. 26, 15. (3) contemtorum veræ religionis ut 1. Sam. 5. (4) tyrannorum 1. Sam. 7, 2. (5) filiorum hujus seculi, qui florent ad tempus 1. Chron. 28, 18.

PHILO.

(1) Judæus ſeculo I. anno Chriſti 50. vixit. (2) Epiſcopus quidam ſeculo XII. Philonem, quem vocat Biblicum, mendacii accuſat Cornel. à Lapid. in 1. Sam. 15, 33. Liberè cenſet Jeſuita Veteres: eadem nobis, ſicubi illi impingant, aperta libertas, quid obſtat?

PHILOSOPHIA.

§. 1. Vox variè accipitur: *Primò* de qua Philoſophi. Quam vero fugere monet Paulus. Coloſſ. 2, 8. κενὴ ἀπάτη rejicitur. *Deinde*, contradicens philoſophia doctrinæ Evangelicæ, vid. Act. 17, 18. De hac Tertullianus: Philoſophi patriarchæ hæreticorum. *Tertiò*: deprædatores fidei notat Apoſtolus, ceu fures; id rectè obſervat Theophylact. Plurima exempla vide apud Theodoret. de curandis Græcorum affectionibus i. e. philoſophorum Platonicorum & Gentilium fallaciis. *Quartò*: Notat Philoſophos, traditiones hominum ſequentes; at Domini traditio h. e. verbum ejus unicè ſequendum. Notat *quintò*: elementa mundi, adinventiones humanas, ceremonias Leviticas, aliàs hac Phraſei notatas Gal. 4.

Philoſophiam Chriſtianam ſæpiculè vocat Chryſoſtomus Chriſtianam profeſſionem, quâ fit, ut omni ſtudio incumbamus ad exequenda pietatis & charitatis Chriſtianæ monita ac præcepta.

§. 2. *Cauſa Efficiens* primæ philoſophiæ DEUS eſt, Sap. 3, 17. communia principia, è quibus philoſophia fluxit, mentibus hominum inſerens & conſervans.

Non ſpernenda (1) quippe utilis eſt, Clemens Alexand. l. 1. Stromat. (2) frequentata Salomoni 1. Reg. 4, 31. ſeq. Moſi Actor. 7, 22. Sapient. 7, 17. (3) eſt methodi in diſputando & proponendo magiſtra, vid. Jacob. Schegkium epiſt. dedicatoria libr. contra Antitrinitarios: (4) reddit alacriores & expeditiores diſcipulos ſuos in ſtudio, Auguſtinus libro primo de ordine ad ſuum Licentium: (5) terminos ſubinde occurrentes in Theologia accuratè enodat & explicat, ut, eſſentiæ, ſubſtantiæ, perſonæ, hypoſtaſeos, ſigni, abſtracti, concreti, liberi arbitrii, monarchici regiminis, terminorum phyſicorum. Huc ſpectat neceſſitas mathematicæ, Aſtronomiæ, dimenſionum &c.

Non miſcenda cum Theologica, Auguſtinus tom. 1. col. 491. d. nec ei præponenda idem tom. 1. col. 479. a. habet enim præputium carnale, quod reſcindendum eſt Greg. Nyſſen. de vita Moſis pag. 35. Non rejecta abſolutè à Paulo, ſed tantùm altitudo & ſupercilium cognitionis, Clem. Alexand. lib. 4. Stromat. D. Grawerus præfat. tract. de ſimpl. veritat.

Imperfecta eſt, fatentibus philoſophis, Chinæo in 2. Metaph. Ariſtotelis p. 54. Ariſtotel. in Metaphyſic. Ut nycticoracum oculi ad lumen ſeſe habent; ita oculi noſtri ad cognitionem veritatis.

Diſcors in quæſtionibus compluribus: v. g. de origine mundi, de ortu animarum, earum immortalitate (vid. Æneam Gazæum:) de ſtatu mortuorum; deque infinitis aliis quæſtionibus.

§. 3. Ethnicorum Philoſophia contemnens Prophetas, Auguſtinus tom. 3. col. 421. c. illis non credens ibid. quod eſt contra Zwinglii cœlum. Recentior eſt, quàm Hebræorum & Judæorum; vid. Clementem Alexandr. lib. 1. Stromat. & Ægyptiorum, à quibus multa acceperunt: idem l. 4. Stromat. Multis falſis mixta, incerta, dubia: Juſtinus Martyr. in Dial. cum Tryphone de Veritate religionis Chriſtianæ. Detinens veritatem in injuſtitia, Aug. tom. 3. col. 421. c.

Propoſita olim magno cum fructu à Chriſtianis, qui docebant, divinas literas ſcriptis Platonicis præiviſſe & omnia ante explicaſſe, Baron. tom. 2. folio 413. numer. 15. 20. 414. 415.

§. 4. Superbia Philoſophorum: ſunt hi Diaboli currus, quibus ille utitur ad perditionem, Juſtus in Cantic. Canticor. apud Dadræum V. Philoſoph.

Impugnatio doctrinæ cœleſtis Actorum 17. v. 18. Erant familiæ præcipuæ (1) Epicuræi, negantes Providentiam, voluptatem ſummum bonum ſtatuerunt (etſi alii de eo dubitent Hieronym. l. 4. in cap. 13. Ezechiel.) Auguſtinus libr. de utilitate credendi c. 4. reſurrectionem negebant: ſic quoque Stoici, Lyra in Actor. 17. (2) Stoici, qui virtutem coluerunt, animæ immortalitatem agnoſcebant. (3) Pythagoræi, qui μετεμψύχωσιν animarum ſtatuebant: vid. Auguſt. tractat. de Stoicis & Epicuræis tom. 6.

Contemtus Philoſophorum, Zwinger. folio 60. b. Theſauri. Abuſus Hæreticorum: Novatianus ex Philoſophia & dicendi peritia faſtum ſibi comparavit, Baron. tom. 2. fol. 509. num. 3. 4. 5. Coloſſ. 2. cavete.

PHINEAS.

Eleazari filius 1. Exemplar pietatis, 2. Zeli Num. 25, 7. Pſalm. 106, 30.

PHOCAS.

Imperator, nebulo peſſimus, τῷ Simri ſimilis. Primus ſtatuit, ut Romana ſedes prima eſſet inter Patriarchales: Beda de 6. ætatibus mundi. Paulus Diaconus lib. 18. rerum Romanar. in hiſtor. Lombard. libr. 4. cap. 11. Anaſtaſius Bibliothecar. in vita Bonifacii III. Ado ætat. 6. Regino lib. 1. Chronicor. Aimon. de rebus geſtis Franc. lib. 4. cap. 4. Ante verò hæc tempora Conſtantinopoli Prima fuerat ſedes, teſte Pomponio Læto in Compendio Roman. hiſtoriæ. De vitiis porro ac ſceleribus Phocæ vide Cedrenum in Compend. hiſtor. Anaſtaſ. Nicæn. quæſt. 15. tom. 2. Biblioth. Patrum Edit. 2.

PHOIBE.

Roman. 16, 1. Soror fidei. Diaconiſſa Eccleſiæ Cenchrenſis.

PHRENESIS.

Phrenetici mentis impotentes: non mox, ſi vita excedant, damnandi vid. Conſil. 8. 7. 9.

Dec. V. D. Bidembachii : M. Dunte p. 1273. Consilior.

PHYLACTERIA *V.* *Pharisæi.*

PHYSICA.

Scientia corporum naturalium ; omnes (inquit Plato in Phædro) artes indigent doctrinâ physicâ. Ex ea multum profecisse in eloquentia Periclem tradit eo loco Plato. Prodest 1. ad DEI cognitionem ; 2. tuendam valetudinem ; 3. animorum moderationem in cognoscendo temperamento, eique morum placidorum tranquillitate medendo.

PHYSIOGNOMIA.

Non planè negligenda : aliquando enim animi index est, sed probabilis, non apodicticus : vid. tit. *Corpus*, ejus defectus. Nec nimis suspicienda, Philipp. Camerar. part. c. 3. Hor. subcisivar.

PIACULUM. *V. Sacrificium.*

PICTOR & PICTURA.

De eo Textor column. 931. in officina. *Pictura* licita 1. Reg. 6, 29. 32. naturâ commonstrante, flores pingente : olim etiam in templis usurpata in usum Historicum, Ethicum, & Politicum ; quod non diffitetur Johann. Frobosius lib. 7. cap. 9. §. 11. 12. 13. Institut. Historic. Theol. *Spiritualis* fit clara & perspicua Christi in Evangelio prædicatione : Ejus color 1. rubeus, quo pingitur Christi per sanguinem pretiosum satisfactio. 2. candidus, Christi innocentia : 3. violaceus, Christi conculcatio, ut viola teritur pedibus & calcatur.

PIETAS.

§. 1. De pietate erga DEUM in genere, quatenus ea omnes suo complexu virtutes ad DEUM relatas complectitur.

Synonyma.

Dicitur aliàs Obœdientia erga DEUM : vide Fegverneckj pag. 477. p. 478. sequent. ex Marlorat. & supra titul. *Obœdientia.* Observantia, Cultus, timor DEI, Fegvern. pag. 681. ex eod. Servitus DEI Luc. 1, 74. Servitus sanctimoniæ Roman. 6, 18. 19. 22. Galat. 2, 13. 1. Petr. 2. 16. Immaculata via hominis Job. 22, 2. Ps. 18, 33. Ps. 101, 2. sequent. Christianismus verus : nam quid est sine solida pietate Christianismus ?

Varia nomina Parabolica.

§. 2. Pii sunt *Arbores bonæ* 1. Ratione radicationis : arboris radices in solidam terram defixæ sunt ; pii solido fundamento innituntur, non arenoso : terra hæc est Christus, radix charitas Ephes. 3, 17. fidei puritas Col. 2, 7. qua radice carent impii Matth 13, 21. Marc. 4, 17. (2) Ratione conservationis : arbor bona bonservatur ab agricola diligenter : ita DEUS curam suorum agit Prov. 12, 3. 12. Ose. 14, 6. Johan. 15, 10. impiorum contra radix non permanet Joh. 5. 5. exsiccabitur cap. 15, 29. c. 18, 6. evelletur Ps. 52. 7. comburetur Esa. 2, 25. Ose. 9, 15. Amos 2, 9. (3) Ratione fructificationis : arbor bona bonos fructus fert Matt. 7, 17. pii ferunt fructum Psal. 1, 3. de quo Matth. 13, 8. Joh. 15, 2. Galat. 5, 22. Fructus hi justitiæ Philipp. 1, 11. Jacob. 3, 8. impii malos fructus Roman. 6, 21. Judæ v. 12. ergo exscindentur Dan. 4, 11. Matth. 3, 10. cap. 7, 19. nec comedent fructus vitæ Proverb. 1, 31. (4) Ratione plantationis : arbor bona plantatur ad decursus aquarum Psal. 1, 3. pii ad decursus tribulationum Psalm. 18, 17. & 69, 2. & 144, 7. Divisiones aquarum sunt ob varietatem, ob divisionem carnis & spiritus ; contra impii plantantur Jerem. 12, 2. & prosperitate gaudent Psalm. 37. & 73. Hab. 1, 14. (5) Ratione immarcessibilitatis : bona arbor non marcescit Psalm. 1, 3. ita nec pii spe, quam non abjiciunt Ebr. 6, 18. 19. cap. 10, 35. charitate & fide, in quibus radicati sunt Ephes. 3, 17. Coloss. 2, 7.

§. 3. Pii sunt *Amici Christi* Johan. 15, 14. Sunt *agni* : (α) innocentiâ, qua maxime inter alia claret agnus ; mansuetus enim est, nec dente, nec ungue, nec cornu, nec calce lædit ; ita Christiani sunt mansueti Matth. 5, 5. neminem offendunt 2. Corinth. 7, 2. (β) Utilitate : omnia quæ sunt agni, utilia sunt ; ita Christianorum opera omnia sunt utilia ad ædificationem proximi 1. Corinth. 9, 14. (γ) prudentia ; agnus ab agnoscendo dictus : agnoscit 1. matrem ; ita & nos spiritualem ecclesiam Galat. 4, 26. Caput erigit agnus, poplite flexo ubera matris sugit, ita caput nostrum & oculos erigamus ad patrem nostrum in cœlis ; & ex uberibus consolationis sugamus Esai. 66, 11. 2. Lupum ; ita & nos agnoscere studeamus lupum infernalem, ut nobis caveamus Johann. 10, 12. lupum fidei Matth. 7, 15. Malitiæ & persecutionis Matth. 10, 16. (δ) Patientiâ, quæ maxima est in agno ; ita pii patientiæ studeant Esai. 53. 1. Petr. 2, 23. (ε) Munditiâ ; ita pii studeant spirituali munditiæ 2. Chron. 7, 1. Apocal. 3, 4.

Sunt *Arca* spiritualis DEI : Confer ligna imputribilia, Aug. tom. 8. col. 1065. Arca DEI spiritualis. *Arundo quassata* Esai. 42, 3. (1) in locis humentibus crescunt arundines ; & ita pii in locis humidis, ubi lacrumarum & tribulationum aquæ sunt. (2) Procellis agitantur arundines ; ita tentationibus velut procellis pii fluctuant. (3) Agitatæ quassantur cum pusillanimitate, aut fidei parvitate, aut crucis pondere in terram detrahuntur.

§. 4. *Catena* ex fide, spe & dilectione, Augustin. tom. 9. column. 870. a. b. *Cedri* arbores (α) ob odorem : (β) imputribilitatem : (γ) foliorum stabilitatem, quæ non decidunt : (δ) situs & loci amœnitatem ; cedri montes amant &c. *Cervi* sunt in hoc mundo, quorum imitabuntur virtutes, Augustinus tom. 8. colum. 1204. c. *Cœlum* DEI, quia in terrenis non hærent, Augustinus tom. 8. col. 1085. d. colum. 1101. a. *Cœli* sunt, 1. quia sunt domus DEI : 2. elati à terra : 3. tonantes præceptis : 4. co-

4. coruſcantes ſapientia Auguſt. in Pſalm. 19. *Colles* externi, elati virtute DEI, in hac exultantes.

Columbæ & Turtures ſunt, Auguſtin. tom. 10. column. 698. d. Columbæ ſunt 1. amore pacis &c. 2. fellis carentiâ : 3. munditiâ : 4. fœcunditate : 5. pietate, pullos etiam alienos nutrit : 6. ſocietatis amore : ita pii non deſerunt congregationes ſanctorum Ebr. 10, 7. oblivione injuriarum ; columbæ in eodem loco, ubi pulli rapti ſunt, rurſus nidificant : 8. gemitu ; hinc DEUS pro peccato juſſit offerri columbas Levitic. 1, 14. 9. volatu Pſalm. 55, 7. ubi infeſtatur columba, longiſſimè avolat : nos à mundo avolemus ne polluamur ; vel ob volandi pernicitatem : hæc notat piorum deſideria vel indefeſſum in Chriſtianiſmo ſtudium.

Domus DEI, in qua non fert aliquid ſordidum & impurum Aug. tom. 10. col. 775. c. *Decimæ* ſpirituales Gen. 28. *Filii* lucis Johann. 1, 35. Philipp. 2, 15. *Funes navis* ſpiritualis Auguſt. tom. 9. column. 935. a.

§. 5. *Formicæ* Auguſt. t. 8. column. 686. c. 1. Temporis prævisione ; formicæ tempora futura prævident inſtantis hyemis : ita pios decet ſemper de tempore ſollicitos eſſe, ne reprehenſionem DEI incurramus Jer. 8, 7. agnoſcamus & tempus viſitationis Luc. 19, 44. & diem ſalutis 2. Corinth. 2, 62. Eſai. 49, 8. tempus hyemis i.e. mortis. 2. Tritici collectione ; ita pii colligant triticum Jerem. 23, 28. cibum ſpiritualem, quo anima paſcatur, hic eſt Chriſtus Joh. 6, 55. quippe manet in vitam æternam ibidem verſ. 27. Spiritualis eſca 1. Corinth. 10, 3. 3. Congregati conſervatione : Triticum pluvia madefactum ſoli exponunt, ut deſiccetur ; ita ſi ſpirituale animæ nutrimentum imbre tentationum Pſalm. 18. defecerit, ſoli juſtitiæ Chriſti illud exponendum eſt, ut calore gratiæ ſuæ nos refocillet. 4. Conſervati repoſitione ; triticum in intima domus parte reponunt, ne ab avibus rapiatur, aut vento diſpergatur ; grana illa tritici verbum DEI ſunt, quod intima domus noſtræ parte reponendum eſt Deuteronom. 6, 6. 9. Luc. 2, 51. c. 11, 28. Hi enim beati dicuntur, qui verba DEI cuſtodiunt Apocal. 22, 7. & quidem in corde Lucæ 8, 15. ne Satanas rapiat, aut procellæ tentationis diſpergant. In Æthiopia dicuntur eſſe formicæ, quæ aurum ex terra colligunt, illud cuſtodiunt : (Ælianus l. 3. cap. 4. naturæ animalium) Aurum noſtrum Deus ipſe erit Job. 22, 24. 25. & verbum Dei, quod deſiderabile ſuper aurum Pſ. 19, 11. & ignitum Apoc. 3, 18. imò aurum fidei 1. Pet. 1, 7. Hoc ſi collegerimus, diligentiam formicarum rectè æmulabimur. 5. Mutuâ dilectione, ſi formicarum quædam in itinere onere impoſito nimium gravetur, gregales reliquæ accedentes ſuccurrunt ; hoc eſt charitatis & συμπαθείας argumentum, quam imitemur, Confer Gal. 6, 2. Rom. 12, 15. Amos 6. v. 6.

§. 6. *Homo DEI* 1. Timot. 6, 11. 2. Tim. 3, 17. *Jugum leve* illud, quod ferre debemus Auguſt. tom. 10. column. 32. c. d. *Ligna imputribilia*, non putreſcentes pii in concupiſcentiis Auguſt. tom. 8. col. 1709. b. ex ejuſmodi lignis ſpiritualis arca Dei paratur, ut olim Noah. *Ligna Paradiſi*. *Luminaria* Aug. tom. 8. column. 1040. b. d. 1. procedunt in cœlo per diem, per noctem ; ſic pietas manere debet in proſperis & ærumnis ; 2. peragunt itinera ; 3. curſus ſuos peragunt. *Lux* Matth. 5, 16.

Membra, à mundo quidem pro diſſectis habita, ſed ſana & in corpore Chriſti pulchra Aug. tom. 9. column. 229. b. *Nummus DEI*, quem Deus à nobis exigit Auguſt. t. 8. col. 1153. *Negotiatores* ſpirituales 1. Emtione, emunt enim bona ſpiritualia ; ipſum Chriſtum, ut negotiatores Joſephum Gen. 31. emunt autem gratis Eſai. 55. 1. Confer Matth. 13. 44. Apoc. 3, 29. 2. Lucrificatione ; negotiatores lucri honeſti gratiâ negotiantur ; ſpiritualiter negotiantes ſuum habent lucrum (α) ſpiritualis donorum auctionis Matth. 25, 16. (β) fratrum converſionis Matth. 15, 18. 1. Corinth. 9, 20. (γ) temporalium contemtus Philipp. 3, 7. cap. 4, 17. (δ) felicis emigrationis Philipp. 1, 21. Hoc lucrum ſummè bonum eſt, reliqua cum turpitudine plerumque conjuncta 1. Timoth. 3, 7. Tit. 1, 7. 1. Petr. 5, 2. 3. Sedulitate ; negotiatores impigri ad extremos Indos excurrunt, nocte dieque laborant ; ſic ſpirituales mercatores nocte dieque Pſ. 1.

§. 7. *Oeconomi DEI* 1. Corinth. 4, 1. *Oleæ* comparantur pii (1) Ratione radicis, quæ amariſſima eſt ; ita regeneratio piorum fundamentum & radix amariſſima eſt carni & ſanguini. (2) Ratione accretionis ; tardiſſimè creſcit oliva & paulatim aſſurgit ; ita renovatio noſtri non eſt momentanea, ſed ſucceſſiva, fit enim indies 2. Corinth. 4. Rom. 6. (3) Ratione odoris ; olea ſpargit odorem fragrantiſſimum ; ſic pii. (4) Ratione pinguedinis ; oleæ fructus habent pingues ; ita pii operibus pingues & fertiles ſunt. (5) Ratione famis ſedationis ; olea famem ſedat 1. Reg. 17, 12. 16. ita pii famem ſedant panem frangendo aut corporalem, aut ſpiritualem, cum ſolatium triſtibus ſuggerunt. (6) Ratione Medicæ operationis ; oleum intra membra conglutinat : ita piorum corda oleo charitatis plena, & proximum charitatis vinculo ſibi conglutinant. Extra illitum vulnera conſolidat, mitigat : ita pii, quæ vulnera mentis ſunt, offenſas facilè remittunt. (7) Ratione luminis ; oleum præbet lumini materiam : ita pii de ſe lumen præbent. Lumen oleæ etiam ſub aqua lucet : ita pii in aqua tribulationis, ut Job. (8) Ratione pacis ſignificationis ; olea pacis ſignum erat ; ita pii pacem ubique quærunt, pacis ſtudioſi ſunt. (9) Ratione triumphi ; olea victoriæ ſignum Athenienſibus habitum : ita pii ſunt Chriſto victoriæ ſignum, qui illos fide triumphare hic facit, in altera vita reipſa 1. Corinth. 15. (10) Ratione negatæ putrefactionis ; lignum oleæ non putreſcit : ita nec fructus pii, nec lignum ipſius putreſcit, vivet in æternum. (11) Ratione

tione perpetui viroris: ita pii fructibus justitiæ semper virent. 12. Ratione cum vite sympathiæ: spiritualis vitis est Christus Johann. 15. cum hac maximam habent pii unionem Johan. 17. Ephes. 4. 13. Ratione fructificationis; inserta enim olea viti vites profert: ita Christo inserti similes ei fructus ferimus. 14. Ratione loci; amat loca calida & orientem solem; pii orientem ex alto Christum Luc. 1. 15. Ratione immutationis; pii malis insiti per conversationem eos plerumque meliores reddunt; hi sunt olivæ fructiferæ in domo Domini Psalm. 52. v. 10. i. e. in Ecclesia 1. Timot. 3, 5. Psalm. 128, 3.

§. 8. *Ossa Christi* Augustin. tom. 8. col. 255. b. *Oves Dei* Psalm. 100. oves sunt pii propter (α) mansuetudinem Matth. 25. cap. 11, 29. 1. Petr. 2, 23. Psalm. 29, 9. 2. Timoth. 2. v. 24. (β) Patientiam Es. 53, 7. sic pii 2. Corinth. 1, 7. cap. 6. v. 5. 2. Timoth. 2, 12. (γ) Negatam fraudulentiam; sic pii implices & sinceri Prov. 20, 7. 2. Corinth. 1, 17. Matt. 10, 16. 1. Petr. 1, 22. (δ) ob innocentiam; sic pii Psalm. 26, 6. & 73, 13. Prov. 13, 6. Psal. 18, 26. (ε) Munditiem, hanc pii amant 1. Cordis Prov. 22, 11. 2. Manuum 2. Sam. 22, 21. (ζ) In cibis eligendis prudentiam; sic pii animæ cibum spiritualem Eph. 4. (η) societatis dilectionem Psal. 42, 2. & 100, 3. Hebr. 10. v. 25. (θ) Spontaneitatem; ovis non coërceretur catenis; sic pii sunt populus spontaneus Psalm. 110, 3. Rom. 8, 14. (ι) Salis dilectionem; pii crucis sal diligunt Psalm. 116, 13. Psal. 119. bonum est Domine, quod humiliasti me. (κ) Matris agnitionem Galat. 4, 26. (λ) Mortis quotidianam expectationem; pii Roman. 8, 36. 1. Corinth. 15, 31. cap. 4, 11. (μ) fructuum suppeditationem; abundant oves lacte, lanâ, carne; sic pii fructibus justitiæ Phil. 1, 11. Johan. 15, 16. (ν) Obedientiam: pii vocem pastoris audiunt Johan. 10, 27.

§. 9. *Oblatio* munda vid. *Sacrificium*. *Palmæ* semper florentes. 1. Ob altitudinem. 2. Ob comæ pulchritudinem. 3. Ob radicis firmitatem Aug. tom. 8. col. 1027. c. 4. Ob constantiam non curvantur, Idem ibid. Palmæ sunt 1. Ob radicis asperitatem; ita piorum radix est amata tàm regenerationis, quam per crucem & tribulationes hujus vitæ ambulationis. 2. Comæ venustatem; ita pii à coma seu superius habent pulchritudinem, gloria enim cœlestis est coma & libertas nostra. 3. Fructuum tarditatem; ita piorum regeneratio non momentanea, sed de die in diem proficitur. 4. Viroris perpetuitatem; pii semper virent fructibus justitiæ Phil. 1, 11. abundantes Psalm. 91. v. 13. 5. Trunci imputribilitatem; pii non putrescunt finaliter, quia in judicio demum resurgent. 6. Roboris magnitudinem; dicitur enim robore imposito obniti; ita pii non cedunt malis sed fortiter illa ferunt. 7. Foliorum stabilitatem; palmis folia non decidere Plinius autor est; eadem piorum prosperitas Psal. 1.

Passeres queruli in hoc mundi statu Augustinus tomo 8. col. 917. d. 918. a. *Petræ* frangentes fluctus scandalorum, & nulli falsæ doctrinæ vento cedere volentes Augustinus tomo 8. colum. 1204. b. *Pisces* velut sunt pii in mari, in hoc mundo; pisciculi enim in mari sunt præda aliis, defensore carent Habacuc. 1, 4. & pii in hoc mundo sunt malorum præda & rapina, quas injurias Deus non confestim ulciscens, videntur illi omni defensore carere. Confer Psalm. 37. Jerem. 12, 1. Job. 31, 7. Psal. 71. *Puerorum* instar sunt Matt. 18. simplicitate fidei. *Pulchritudo spiritualis*, qua placemus pulcherrimo filiorum hominis Augustinus tom. 8. colum. 1171. d.

Pulli Christi sunt Christiani Ps. 84. August. tom. 10. col. 501. b. c.

Quæstus est pietas 1. Timoth. 6, 6. sequent. Pii sunt *Remigantes* in hac vita Johan. 6. v. 19. discipuli Christi remigabant magno labore, sed Christo loquente, protinus sine labore, & remo navis ad littus appulit; ita in hoc mundo tanquam mari velis remisque contendimus ad portum beatitudinis, sed nisi Christus adfuerit, frustra laborabimus, portum nunquam attingens; orandus igitur hic argonauta, ut gratiæ suæ velis secundis naviculam suam sublevet, in navem cordis nostri recipiendus est, tenebris & maris sonitu factis, quod & discipulis accidit v. 18. seq.

§. 10. *Sacerdotes spirituales* 1. Integritate sacrificii Levitic. 2. Si cœcus fuerit, si, claudus, si gibbosus. 2. Officiorum varietate. (α) Victimas immolare. (β) Thymiamata offerre & panes propositionis. (γ) Lucernas accendere. (δ) Tubis clangere. (ε) Benedicere. (ζ) Populum docere. (η) De lepra judicare. (θ) In bello corda Israëlitarum corroborare Deuteronom. 20. omnia possunt allegoricè ad pios applicari. 3. Unctione Exod. 29. Ita Spiritu S. uncti sunt pii. 4. Vestitu, de quo vide Geminian. lib. 10.

Sacrificium 1. Deo acceptissimum. 2. Rectè offerendum. Pulchrè Augustinus; De cordis arca profer laudis incensum, de cellario bonæ conscientiæ profer sacrificium fidei, quicquid profers, accende charitate tom. 8. column. 552. b. 3. Purâ mente & loco Ezechiel. 42, 13. Allegor. historica; Rem sacram facturi albis vestibus induebantur; Plutarchus de consolatione ad Apollonium, ut notaretur innocentiæ studium. Pertinent huc variæ ordinationes Dei de sacrificiis, Confer Fegvernek p. 596. 597. in L. C.

Serpentes & columbæ Christi cognitione; Pingitur crux, cujus parti inferiori inhæret serpens, quo significatur peccati cognitio, parti verò superiori insidet columba, &c. vide Emblem. D. Crameri. *Servitium*; nos volumus servos nostros nobis servire, quos tamen non fecimus; Deus autem nos fecit Augustin. tom. 9. columm. 919. d. *Sinus* Dei, in quo ille requiescit & pii corde suo recipiunt beneficia Dei Augustinus tomo 10. columm. 283. *Stella*, pia conversatione in hoc mundo Matth. 5. Philipp. 2. Confer. Augustin. tomo 8. colum. 1697. c.

Templa Spiritus Sancti 1.Cor. 3, 6. 2. Cor.6, Bene D. Augustin. Subtractâ domo tu cadis: Deus talis domus est, qui non cadit, sed tu potius, ut incola, tom. 8. col. 1445. b. *Timor* Dei, vid. supra suo loco. *Triticum* Dei, sunt pii: Matth. 3. colliget in suum horreum.

§.11. *Turtures* sunt (1) *Ratione nuptiarum* & conjugii: turtur enim uni tantùm nubit; ita anima fidelis spirituali tantùm sponso 2. Corinth. 12, 2. Deuteronom. 6, 6. Ose. 7, 3. 26. (2) *Ratione luctûs*, amissâ conjuge: ita anima fidelis amisso velut per peccatum Christo, quando eum peccato offendit, luget & noctu lachrymis lectum rigat Psalm. 6. & 37. & 102. (3) *Ratione concordiæ* & communionis, quæ summa est inter turtures: ita inter pios est concordia & communio bonorum 1. Corint. 1, 9. cap. 10, 16. 2. Corint. 13, 13. Ephes. 3, 9. Philip. 2, 1. (4) *Ratione conversationis*: amat enim turtur conversationem hominum, ad quorum pedes versatur; pii amant conversationes sanctorum Ebr. 10, 25. Psalm. 42, 5. & 122, 12. (5) *Ratione amoris*: amant se mutuò impensè turtures; talis amor & dilectio inter pios quoque esse debet Johann. 13, 34. 1. Johan. 5, 1. cap. 2. 10. cap. 3, 23. c. 4, 12. (6) *Ratione patriæ dilectionis*: amant turtures & columbæ patriam, ita ut literarum perferendarum provinciam sustinere potuerint, Plinius l. 10. cap. 37. Ita pii patriam cœlestem semper amant, ejusque desiderio anguntur, Phil. 3. v. 20. Tit. 2, 3. Rom. 8, 3. 2. Corint. 5, 3. Psal. 42. vers. 3.

Vasa honoris Rom. 9. 2. Tim. 2. *Velificatio*, in qua 1. Navis est fides & crux. 2. Anchora spes. 3. Vela charitas. 4. Funes diversæ virtutes. 5. Verbum Dei cynosura. Piorum conditio instar *Viduæ* (α) Mariti privatione: ita spiritualis animarum maritus peregrinatur à nobis, 2. Corint. 5, 6. 8. (β) Variâ oppressione: causæ enim viduarum non dijudicantur, vacuæ dimittuntur Job. 27. v. 9. lamentantur Sirach. 25. v. 18. Ita pii in hac vita omnis generis tribulationibus opprimuntur, eorum causæ disceptandæ in judiciis adventum rejiciuntur, vacui solatio dimittuntur, plorant & lamentantur, Joh. 16.

Causæ.

§.12. *Efficiens* Spiritus Sanctus, Galat. 5, 18. Sir. 34, 14. Quemadmodum stellæ à sole, cui obvertuntur, suum splendorem habent: ita homines pii, qui velut stellæ fulgent in Ecclesiæ firmamento, omne lumen à magno illo sole Deo, cujus faciem assiduè contemplantur, dum eum cogitant præsentem, participant & in virtutum stadio progressum faciunt: unde Ecclesiastic. 14. Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Domini! Bejerl. part. 2. pag. 489. Hieroglyphic. Cor pingitur intus flammis æstuans, hoc afflat cœlestis ventus undique, Deus ipse thus infundit.

§.13. *Suadentes* causæ pietatem sunt

I. *A dictis*, pietatem suadentibus: vid. Concordant. titul. *Pius, Pietatis*: Timorem Dei præcipientibus, ibidem. Sanctitatem exigentibus, Exod. 22, 31. Levit. 11, 14. Fegvernek. p. 606. Loc. Comm.

II. *A rationibus*, commodis & effectis. (1) *A præmiis hujus vitæ* 1. Timoth. 4. Pietas *ad omnia utilis* est: Confer 2. Chronicor. 32. v. 29. 30. Ædificat Deus ipsis domos Exod. 1. (2) *A Dei benedictione*, Deuteronom. 28. Psalm. 112. (3) *A nostro servitio*, quod Deo debemus, ut Domino magno & bono; contra Diabolus est Dominus malus, sub quo famem patimur, & tamen hujus Domini potestatem non effugimus, Augustinus tom. 10. column. 1513. c. (4) *A nomine Christiano*: nomen Christiani sit sanctitatis monitor, Augustin. tom. 6. column. 889. a. Christianus Christianè vivat, tom. 9. column. 893. a. b. (5) *A nostro debito*, Augustin. tom. 8. column. 1060. a. Cæsar in nummo quærit imaginem: annon Deus in homine suam imaginem? (6) *Ab insigni lucro* Matt. 18. v. 15. 1. Corinth. 9, 20. 1. Timoth. 4. quia spiritualia bona piis semper crescunt. (7) *A requisito* totius hominis cultu. Allegor. in templo Salomonis intus erat altare thymiamatum, foris holocaustorum: sic in cordis Christiani templo intus sit thymiama piæ charitatis erga Deum, extus holocaustum piæ charitatis erga proximum, Augustin. tom. 20. column. 1163. b. (8) *Ab utili* pietatis *effecto*: piis enim omnia in bonum cedunt: vide Augustin. tom. 8. column. 1466. a. b. Deus pietatem odoratur ceu sacrificium Noæ Genes. 8, 21. Solâ pietate veluti similitudine ad Deum accedimus, Augustin. tom. 8. column. 1062. d. Ut cœcus res licet præsentissimas tamen non videt: sic licet Deus ubique præsens, tamen non videtur ab impiis, videtur à piis, Augustin. tom. 8. column. 1113. c. (9) *A præmiis alterius vitæ*, quia pii talentum Domini bene collocantes, Domini sui gaudium ingredientur Matt. 25. & ad dextram domini collocabuntur, Augustin. tom. 10. column. 777. *Pietas suadetur* (10) *A Dei omniscientia*: videt enim oculus Domini bonos Proverb. 15. (11) *A Dei præcepto*, qui vult colligi hunc thesaurum Matth. 6. quærite. (12) *A nostra peregrinatione*: peregrinus [α] mediâ viâ incedit. [β] Non declinat ad dextram vel sinistram. [γ] Jurgantes non attendit. [δ] Voluptates non curat. [ε] Ad patriam suspirat. [ζ] Non vult onerari victum & vestitum habens: sic & nos simus affecti, verè peregrini.

§.14. III. *Ab allegoriis*: Judith. c. 8. fecit sibi secretum cubiculum; in corde facias secretum pietatis diversorium. 1. Regum. 6. versic. 12. Hæc sit domus, quam mihi ædificas; domus illa est cor nostrum, in ea roborata sit pietas nostra: Confer Act. 17. Deus non habitat in templis; sed magis templo cordis. Agnum lactentem obtulit Samuel 1. Sam. 7, 9. Ita pii Deo cor offerant novum & cupidum lactis Christianæ doctrinæ 1. Corinth. 3, 2. Hebr. 5. versic. 12. 1. Petr. 2, 2. Hoc est illud lac sub lingua sponsæ Canticor. 4. vers. 11. i. e. Ecclesiæ;

quæ ſugit illud ex mammis illis Chriſti per fidem Eſa. 66, 11. innocentia etiam adumbratur, quæ adhuc in lactentibus Confer. 1. Petr. 2, 2. ut nuper nati.

Materia pietatis. 1. Ex qua, ſunt omnes actus ſive externi, ſive interni erga Deum, inquibus pietas ſeſe exerit. 2. In qua (α) intellectus; (β) voluntas; (γ) appetitus; quæ tres facultates per pietatem ad obſervantiam cultumque Dei diriguntur. 3. Circa quam, ſunt Deus & omnia, quæ ſunt, quæque eidem dicata, ut honor & cultus Dei, nomen Dei, verbum & voluntas Dei, tempus & feſta; circa hæc omnia verſatur pietas. Vel conſiſtit 1. In cultu Dei. 2. Veneratione S. ſcripturæ. 3. Honore proximorum: it. in refrænandis cogitationibus Sir. 23, 2.

§. 15. *Forma:* Hæc conſiſtit in actuali mentis *devotione*, quæ eſt fervor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens certis manifeſtat indiciis, non ſit frigida in adverſis, & *reverentia*, quâ ſe ſummo numini ſubjicit; hinc benè Auguſtinus Duo in pietate conſtituit. (α) Plus amare, quod promittit Deus, quàm quod mundus. (β) Et plus timere quod minatur Deus, quàm quod mundus tom. 10. col. 1604. d. Alii ſpiritualitatem ajunt eſſe formam pietatis, quam lex requirit Roman. 7, 7. Alii devotionem veluti formam pietatis conſtituunt, nam ſine ea vera pietas non eſt; commendatur exemplo Abrahami: Lopetz folio 184. ſequent. diſt. 3. Per pietatem Deum animo concipimus; ſicut autem mulier non concipit, niſi viſceribus vacuis: ſic pravos ſimul adfectus, qui prius per naturam inhærebant, excutimus, &c.

Finis 1. Summus eſt gloria Dei, cui omnia ſubſerviunt. 2. Subordinatus eſt præſtatio obedientiæ, quam creatura debet creatori. Deo placere non hominibus Coloſſ. 1. Galat. 1. ſi hominibus placerem Pſalm. 147. Luc. 1. quæ ipſi placet.

Effecta pietatis.

§. 16. Hæc partim tacta ſunt §. de cauſis ſuadentibus; conſiderantur autem h. l. cùm in genere & ſic pertinent ad primum Dacalogi præcedtum; tùm in ſpecie, ad ſecundum, ad tertium, &c.

I. *In genere* effecta pietatis: Ambulare coram Deo, inque ejus viis Joſ. 17, 5. ſpiritu Gal. 5, 6. in præceptis legis Dei Ezech. 20. in Dei via Baruch. 3. Incedere in via Dei vid. Concordant. Deo vivere Rom. 6, 11, 12. Galat. 2, 19. Domino Rom. 14, 8. 2. Cor. 5, 15. 1. Theſſ. 5, 10. 1. Pet. 4, 2. Chriſto 2. Timot. 3. v. 12. Deum quærere Eſa. 65. Sanctificare Deum in corde, in corpore, in affectibus 1. Theſſal. 4. Lev. 19. Adhærere Deo Pſal. 28, 38. Dare ſe Deo Prov. 13. fili mi, da te mihi; Auguſt. tom. 10. col. 1539. inclinare cor ad Deum Joſ. 24, 13. ſervire Deo Exod. 23, 25. Deuteronom. 6, 13. cap. 10. v. 12. cap. 11, 13. 1. Timot. 1, 9. Rectè ſapere Sir. 1, 13. Timor Domini initium ſapientiæ, palmites ejus virent perpetuò, hæc eſt pietas, cujus palmites perpetuò virent, quia hujus & futuræ vitæ promiſſionem habet. Obedire DEO: officium Chriſtiani civis cœleſtia quærere Coloſſ. 3. verſ. 1. ſcala eſt in corde erecta, cui innititur Deus; cogitationes autem ſunt ſcala illa.

Imitari Deum Eph. 5, 1. Conſtanter Deo adhærere. A ſimili palmæ, quæ non ſupprimitur pondere Auguſtin. tom. 2. col. 1627. c. & inſultores pietatis ſpernere Auguſt. tom. 8. col. 1001. b. Dei gloriam in omnibus quærere Johan. 7, 19. Pſalm. 12, 7. Matt. 6, 9. Johann. 9, 24. cap. 17, 4. Actor. 3, 12. cap. 12, 23. 1. Corint. 6, 20. cap. 10, 31. Philip. 1, 20. Col. 3, 17. Tit. 3. v. 10. Benè Auguſt. Deum noſſe eſt vivere, ſervire regnare, laudare eſt ſalus & gaudium animæ tom. 9. col. 710. d. mundo renunciare, ut Deo ſerviamus Roman. 12, 2. 2. Petr. 1. v. 4. 1. Johann. 2, 15. Peccatum abominari, ab eo quieſcere Roman. 6, 6. abſtinere à cupiditatibus 1. Petr. 2, 11. à malo Pſalm. 34, 15. devotione cordis affectum ſuperare, exemplo Abrahami mactaturi filium fol. 185. diſt. 3. 4. 5. Lopetz. Mactare ſeſe, ut Deo fiat fictima Auguſt. tom. 8 col. 1454. b. nemo intrat in Eccleſiæ corpus, niſi prius occiſus.

§. 17. Abnegare nos & omnia bona Fegvernek p. 4. pugnare contra Satanam & carnem, idem p. 97. ſequi Deum Deuter. 13, 4. 1. Sam. 12. v. 14. Chriſtum Matth. 8, 22. & Caleb Num. 14, 24. Facere rectum coram Deo Exod. 15. v. 26. voluntatem Dei Matth. 7. gloriari ex corde ſincero 2. Corint. 5. v. 12. parturire opus bonum Proverb. 10, 31. non malum Pſal. 7. v. 15. Gaudere in Domino Deuteronom. 26. Luther. ad Marg. Deo dare quod ſuum eſt Matth. 22. Ejus ſemper meminiſſe Proverb. 3, 6. Efficit, ut Deo placeamus Sir. 1, 28. Admittit correctionem & diſciplinam Sirach. 33, 18. parit ſapientiam Sir. 21, 13. ut adſequamur veram doctrinam Sir. 32. 20. dat initium ſapientiæ Proverb. 1, 7. Facit ut à peccato abſtineamus Sirach. 21, 11. Cuſtodit innocentes à peccato Proverb. 13. v. 6. ut dignè Evangelio ambulemus Coloſſ. 1. A ſimili; ut ſervus Domini mores imitatur 1. Johann. 2. ſi bonus pater improbum habeat filium, dicimus; Hic non dignè Deo ambulat. Viam nobis planam facit Proverb. 23, 17. 18. cap. 11, 6. Deducit & comitatur nos, ſecuritatemque præſtat Proverb. 11, 4. dat ſpem & fiduciam Proverb. 20, 28. ut noſtra facta Deo commendemus Proverb. 16, 3. mutat animum hominis. Intima quemlibet ſtatum ornat. Moſes poſt colloquium cum Deo habitum ad Iſraëlitas revertens, &c. Exod. 33. Tollit putredinem; eſt enim timor Domini ſicut ferramentum Medici, quod idem præſtat Auguſt. tom. 9. col. 643. a.

§. 18. Servire Domino dominantium, Deuteronom. 10. verſ. 17. Pſalm. 83. verſ. 19. Exod. 23. Eſt Dominus jure Creationis Malach. 1. Redemtionis Luc. 1. verſ. 74. Sanctificationis & regenerationis Romanor. 6, 4. 18. cap. 8. verſ. 12. Tit. 2. v. 12. 13. Honorificum nobis erit ſub hoc

hoc jugo eſſe Matth. 11, 30. Si ſervire terreno regi honorificum eſt, quanto &c. *Ab utili*, ad nos veniet Johan. 14. Erimus amici DEI Jacob. 2, 23. Eſai. 41, 8. Nobiscum cœnabit Apocal. 3, 20. Benedicet nobis: eripiet nos: transferet in domum ſuam Matth. 20, 8. *Simile:* Ut Æſchines ſe totum dabat præceptori Socrati, relinquens ſua munera offerentibus; cui Socrates: habebo curam, ut te meliorem reddam; Quantò magis te DEUS reddet meliorem, ſi ei te dederis. Servire Deo ex toto corde; Exod. 10. ne ungula remaneat. 1. Reg. 3. de duabus mulieribus contendentibus. *Allegor.* Ut totum hominem DEUS creavit; ita totum ſibi ſervitio obſtrinxit. Piè vivere Sirac. 41. Eſt enim hortus benedictus, ſi quis piè vivat d. l.

Efficit pietas, eſſe factorem verbi, quod ſuadetur ex Jacob. 1. A dictis opera bona exigentibus, Matth. 7, 17. Luc. 12, 37. cap. 11. beati qui audiunt &c. ſic Maria Luc. 2. Rom. 2. non auditores ſed factores legis. A proprio amoris DEI: Johann. 14. ſi quis diligit me. A præcepto Chriſti; Matt. 28. docete eos ſervare omnia &c. A præmio Johann. 13. beati qui ſcitis ſi feceritis. Ab opera inani: ſi quis ſpeculum intuens mox ſui oblivìſcens operam ludit; ita ii, qui verbo ſpeculo utuntur (verbum DEI eſt ſpeculum) & vitam non corrigunt, ſe fallunt. A damno, teipſum fallis Jacob. 1. rationibus mundi & carnis tuæ vaniſſimis: 1. Corinth. 15. edamus & bibamus. Pſalm. 49. hoc cor eorum. Pſalm. 144. calculationibus vitæ falſiſſimis, Luc. 12. hac nocte &c. Dan. 5. Belſazar. 1. Theſſ. 5. ut laqueus, Lucæ 21. A pœna DEI Pſalm. 50. pactum meum in ore &c. Eſai. 29. labiis appropinquat &c. A ſimili: ſi ægrotus audiat verba Medici & nihil horum faciat; ſi filius inobœdiens nihil agat, quod præcipit pater; ſi equus proprio curſu feratur, ſeſe præcipitat: ſic quoque ſeipſos decipiunt auditores. A mendaci gloriatione; ſi quis dicat ſe architectum eſſe, & nunquam ædificaverit vel caveam.

§. 19. In timore verſari 1. Petr. 1. immaculatum ſe à mundo ſervare Jacob 1. non configurando ſe mundo Rom. 12. ſcandala relinquendo, vid. tit. *Scandala.* Non diligendo mundum 1. Joh. 2, 15. mundi excrementa fugienda 2. Petr. 2. per cognomen Chriſti. Diabolo reſiſtere: Populus Iſraël in muris conſtitutus & excubiis, non reſpondet verbis Rabſaci exprobrantis & defectionem ſollicitantis Eſai. 36, 21. ita infernalis Rabſacus caſtra ſemper circum nos locat, tentationibus ſuis nos impetit, hic nobis in excubiis ſtandum eſt, non adeundum, non reſpondendum ad defectionem à rege noſtro Chriſto ſollicitanti, ſed ei reſiſtendum eſt, ita fugiet à nobis, Jacob. 4, 7. ſcutum fidei obvertendum ei & tota panoplia DEI Epheſ. 6, 12. locus non dandus ei eſt Epheſ. 4, 28.

Chriſtum indies expectare: Anna Tobiam filium circa viam ſedens indies reducem expectabat amarè; qui confitetur & non amat Chriſtum, incipit dæmonibus ſimilis eſſe, Auguſtinus tomo 9. colum. 590. b. Stigmata non inurant ſibi fideles Levitic. 19, 28. In corde Chriſtum habere: Sponſa quæſivit ſponſum in lectulo per noctem Canticor. 3, 1. Lectulus Chriſti cor noſtrum eſt, in quo requieſcere vult, in hoc quærendus eſt, h. e. debemus nos ipſos probare, an ſimus in fide 1. Corinth. 16. Per hanc enim in cordibus noſtris habitat Epheſ. 3. ſed noctu & per noctem quærendus eſt, h. e. vitæ noſtræ tempore, quæ nox eſt, quia noſter lucifer nondum apparuit Col. 3, 3. 1. Johann. 3, 2. Nox eſt, quia tribulationum copia omne ſolatii lumen ſæpe animis eripit, donec tandem &c.

§. 20. DEUM timere: timor filialis ſuadetur typo veli, quo ſanctum ſanctorum tegebatur. Nos DEO hoſtias conſecrare, Roman. 12, 1. vide Cal. libro tertio cap. 7. hiſtor. §. 1. Orare: officium œconomicum cum precibus ad cibum accedere, Zwinger. folio 4240. ſeq. a. b. Eſt pietas odoratus ille ſuavis Geneſ. 8, 21. Pro gloria DEI pugnare: aliud eſt ſcire, aliud noſſe DEUM; non ſatis eſt ſpeculativam DEI notitiam habere, ſed practica etiam neceſſaria eſt. Miles peritus vocatur, qui plures vitæ ſuæ annos & ætatis florem in varia bella inſumſit & fortiter pro regis ſui gloria pugnavit: vis ergo practicam cognitionem habere, meliores vitæ annos ſub hoc duce milita, & fortiter pro DEI gloria adverſus carnem & diabolum pugna; hinc Pſalm. 119. ſuper ſenes intellexi (non quia multos libros evolvi, aut Pariſiis literis operam dedi) ſed quia mandata tua exquiſivi.

Honorare DEUM 1. Samuel. 2, 30. Confer Johann. 8, 49. Eidem ſervire: illa maximè ſervitus amanda eſt, quæ nulla cum turpitudine conjuncta eſt. Servire magiſtratibus honorificum eſt, & quædam felicitatis pars in eo ponenda videtur reginæ Arabiæ 1. Regum 10. DEI verò ſervitus ſola eſt libertas Johann 8. ſola eſt honorifica, quia, qui Chriſto ſervierit, hunc ille honorabit Johann. 12. ſola eſt magnifica, quia dominus dominantium eſt, cui ſervimus: ſola beata cenſenda eſt, quia hic plus quàm Salomon, hic eſt infinita ſapientia præditus: ſola conſtans eſt, quia ſervi Salomoni ad tempus inſerviebant, ſervi autem DEI erunt, ubi DEUS eſt Johann. 17. h. e. perpetuò apud Chriſtum 1. Theſſ. 4. Non ſerviendum mundo, ne ſimus ut chamæleontes, qui colorem mutant ad quemvis locum.

§. 21. Cuſtodire DEI mandata, ea ſemper præ oculis habere, 2. Samuel. 22. verſic. 23. Eccleſiaſt. 14. Pſalm. 18, 23. 24. Ejus imaginem ob oculos habere: Boleslaus III. Poloniæ rex mortem patris ſui Uladislai multis lachrymis proſecutus, geſtavit de collo ſuſpenſam auream laminam, cui nomen & imago patris inſculpta, ut quicquid faceret vel loqueretur, ſic ageret, quaſi omnia inſpiciente & vidente patre, Zwinger. 56. a.

Boles-

§. Boleslaus: idem de morte & crucifixione Christi, non tradenda oblivione; idem de affectu liberorum erga parentes. Amare ut thesaurum; thesaurus piorum Deus Esa. 38, 6. Jerem. 9, 23. Matth. 6, 20. Luc. 6, 45. cap. 12, 33. c. 18, 22. Num. 6, 18. 19. Quærere regnum Dei 1. Non in mundo. 2. Non rixis, popinis. 3. Sed in oratorio, templo Ps. 84, 2. 5. Rom. 14. v. 8. 4. A pretiositate hujus margaritæ Matth. 13, 46. Luc. 10, 42. 5. A stultitia; qui morbo laborat, non vestes, sed medicamenta quærit: Sic omnes sumus morbosi, ergo medicinam in regno Dei quæramus Aug. epist. 120.

Verbum Dei exercere Sirac. 11, 21. suscipere cum gaudio non planè spirituali, sed rationali; quia ratio amat lumen & bonum: est sensus rationalis, ait Chrysost. homil. 31. in Matth. fol. 202. lit. c. d. proba te, an ob Christi amorem omnia relinquere velis. Audire vocem spiritus Joh. 3. Augustin. tract. 12. in Joh. Gregorius lib. 27. cap. 13. Moral. Dirigere vias suas coram Domino 2. Chron. 27, 6. Appropinquare Deo suo Jac. 4. quod fit (α) Pœnitentiâ Zach. 1. (β) Oratione seria Psalm. 145. Dominus prope est, &c. (γ) Corde serio & puro Jer. 30, 22. Dedere se Deo Rom. 6, 13. In silentio patientiam exercere; sunt pii in hoc mundo mutæ columbæ Psal. 56, 1. vid. tit. Patientia. Observare Dominum Proverb. 27. Odisse malum Amos. 5. Quiescere agere perversè Esa. 1. Quærere bonum Amos 5. Recordari Dei, ejusque præcepta in cordibus ponere Deuteron. 11. eaque suspendere pro signo, ibid.

§. 22. II. *In specie.* De his infra dicendum cap. de actionibus pietatis. Huc referri possunt præmia consequentia pietatem, v. g. prosperitas & successus rerum 2. Chron. 26, 5. exemplo Usiæ, Deus malis parcit ob pios: Syriæ olim ob Naamanum, Ægypto ob Josephum, Labani ob Jacobum, navi ob Paulum, mundo ob ecclesiam, Luther. in c. 34. Gen.

Adjuncta & requisita.

§. 23. I. *In genere (α) Spiritualitas:* debet enim nostra pietas verè spiritualis esse; quia exigitur à lege, quæ spiritualis Rom. 7. & homine spirituali 1. Corinth. 2, 15. ita ut ejus sacrificia verè sint spiritualia Deuteronom. 26. v. 13. vide ibi glossam Luther. in marg. (β) Difficultas & infirmitas Rom. 8, 26. Difficultas oritur ex nostra infirmitate & subsequentium tentationum gravitate Sirac. 21. quam superare studeamus 1. A Christi præsentia. 2. A Spiritus Sancti ductu. 3. A regenerationis statu. 4. Assiduâ oratione. 5. Non debemus esse pigri, nec dicere, Leo est in platea Proverbiorum 12. v. 13. 1. Corinth. 15. Gratia DEI nobiscum est, Matth. 11. jugum CHRISTI suave. Omnis mundi servitus est difficillima: Apoc. liber cœpit amariari; ita cum operari incipimus, difficilis est praxis verbi, quod antea dulce fuit, Augustin. tom. 9. column. 673. d. Michal ad Davidem in spiritu lætantem, coramque arca saltantem ludificata est 2. Samuelis 6. talis Michal mundus est, cui pietas ansam ludendi criminandique præbet, hanc sortem Jobus expertus cap. 19. v. 7. & CHRISTUS Marc. 5. vers. 49. Apostoli Actor. 2. v. 13. Prophetæ 2. Paral. 36, 16. Pietatis v. via etsi aspera, facilis tamen à Deo redditur 1. Per spiritum regenerantem. 2. Per viam exemplorum amicabilem. 3. Per vim spiritus, gressus nostros dirigentem. 4. Per vinculorum solutionem, vid. Augustin. libr. 9. Confess. c. 1. seq. 5. Per charitatis nostræ erga Deum intensionem Rom. 8. vincimus ob eum, qui dilexit: Psal. 119. in via testimoniorum tuorum delectatus sum. 6. Per Christi inhabitationem Philipp. 4. omnia possum in Christo, qui me confortat.

§. 24. II. *In specie (α) Munditia;* pietas nostra munda sit à sordibus peccatorum & hypocryseos, hinc beati mundo corde Matth. 5. & alibi; cui opponitur immundities vid. gloss. Luther. in cap. 26, 13. Deuteron. Animalia sibi munda offerri voluit Deus: ita Rom. 12. v. 1. nostra etiam munda sint sacrificia; jubemur ideò nos mundare & sanctificare 1. Thess. 4, 3. Ebr. 10. Diabolus sub specie veri & nominis boni quærit quem devoret, Athanas. fol. 112. tom. 1. oper. disp. 1. contra Arianos; solicite igitur ficta veraque pietas distinguenda sunt.

(β) *Alacritas & gaudium in pietate* Deo præstanda; quæ aliàs dicitur promtitudo. Suadetur hæc alacritas 1. Allegoriâ: Exod. 25, 2. Conf. Nehem. 11, 2. Psal. 110. Populus tuus populus spontaneitatum. Psal. 40. si Domino terreno serviendum, ut monet Apostolus, quantò magis DEO, Augustinus tom. 8. col. 75. b. Psal. 40. perfodisti mihi aures. Allegor. Exod. 21. servus nolens à Domino excedere. 2. Ratione: Alacrem datorem amat Deus; multò magis sui cultorem, pium hominem. Alleg. Lev. 24, 7. panes calidi Deo offerendi. Hierogl. Promtitudinem olim per aurem Ægyptii depingebant, Orus p. 106. b. Phil. 4. in Domino gaudete.

(γ) *Humilitas;* debet enim humilis esse nostra pietas, in abscondito Matth. 6. v. 18. 46. Luc. 11, 13.

§. 25. (δ) *Sinceritas,* ut ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus pietas promanet, vid. Fegvernek p. 523. Dicitur hæc sinceritas, aliàs juxta gradum fervor spiritus, ἀνυπόκρισις, perfectio, &c. Opponitur fucata pietas, quâ inclytus fuit Arius, Epiphan. c. hæres. 2. Tim. 3. μόρφωσις pietatis dicitur. Suadetur autem sinceritas (1) *Dictis,* in quibus vetamur esse tepidi Apoc. 3, 15. 16. quibus jubemur tabulis cordis inscribere præcepta Proverb. 3. v. 3. cap. 7. v. 3. ex corde credere Rom. 10, 10. habere vim pietatis 2. Timoth. 3, 5. esse simplices & integri 1. Thessal. 5. v. 23. Jac. 1. v. 4. in quibus significatur, Deum voluntatem pro opere acceptare Genes. 20, 2. 6. cap. 22, 12. 2. Sam. 11, 14. cap. 12. v. 9. 1. Reg. 21. v. 10. Conf. Lopez fol. 209. d. 140. 2. *A similibus,* cor nostrum debet esse gazophylacium; in quo

quo nummi veræ pietatis, non adulterini, reconditi sint, Augustinus. Nummus Dei debet esse mens tua, referens Dei imaginem, tomo 8. col. 650. c. Oriens, quibus homines pii comparantur, ob sinceritatem & cordis integritatem. (3) Ab *Allegoriis*. Pilatus quidem dimittere volebat JESUM, sed flagellatum prius: Ita malunt pii videri, & tamen mundo opus præstare gratum, & Christum suâ hypocrisi flagellare. Levit. 2, 1. si anima offerre vult, &c. docet ergo Deus, pietatis officia seu sacrificia ex anima debere profici. Panis azymus in comestione agni paschalis 1. Corinth. 5, 7. cordis sinceritatem denotabat. Deus animalia mutila sibi offerri nolebat: ita pectus mixtum simulatione & devotione abominatur Dominus; hinc Deuteronom. 6, 5. diliges, &c. Ezech. 1, 7. recti pedes animalium & rectæ pennæ; animalia hæc juxta thronum Dei erant: ita nostri etiam pedes recti debent esse, non derelinquant viam rectam 2. Pet. 2, 15. faciant rectos gressus Ebr. 12, 13. nam semita justi recta est Esa. 26, 7. Talis Job erat cap. 1, 8. Joas 2. Reg. 12. 2. Chron. 34, 2. non declinemus in peccatorum anfractus Psal. 125, 5. Nam via peccatorum peribit, Psal. 1. v. 6. Pennæ nostræ pietatis rectæ sint, ne ad terrena prodeat devotio nostra, Coloss. 3. v. 2. Philipp. 3. politeuma nostrum est in cœlis.

Tabernaculum V. T. exterius pretiosis pellibus & tapetibus coopertum erat, interius in altari ignis lucebat: ita non ore solum Deum colere, sed in corde ignis pietatis ardere debet. Arca testamenti intus & foris auro obducta erat: ita in corde & ore pietas esse debet; ne simus ut statua Babylonis, intus à serpente infernali erosa, ab hypocriseos patre constructa, auro exterius fulgentes.

Cygnus avis immunda est legi, quia extrinsecus alba tantum, intrinsecus carnem insipidam habet: ita extrinsecus solùm pii videntur hypocritæ, intrinsecus non sunt, Deo autem maximè sunt adversi, Psal. 55. virum dolosum abominatur. Syndoni Christi corpus involutum erat Marc. 15, 46. Anima nostra sit syndon purissima & nova novitate spiritus, si Christus in eo cubet; hinc beati mundi corde Matth. 5. qui abluti sunt aquâ mundâ Heb. 10, 22. munditiem hanc internam sequitur etiam externa operum, Jac. 1, 27. Oblatio debet esse sine fermento & melle Levit. 2. v. 11. Oblatio nostra spiritualis, pietas & cultus debet esse sine fermento inscitiæ hæreticæ & nequitiæ Rom. 12. v. 1. Matth. 16, 6. 1. Corinth. 5, 6. sine melle etiam hypocriseos & adulationis humanæ, quod mel facile bilescit. Vasa aurea mannæ colligendæ designabantur; Salomonis templum 7. annis construebatur; Virgines ad Ahasverum ducendæ anno integro in conclavi detinebantur, ut ungerentur: Anima nostra sit vas aureum, seu purum, pro colligenda cœlesti manna; sit templum Salomonis cœlestis, qui in eo habitet; sit virgo ad Christum ducenda 2. Corinth. 11. v. 2. & præparanda per pietatem. Exod. 23. Dominus vetuit, ne vacuus quis coram ipso appareat? ita etiamnum hodiè caveamus, ne simus vacui pietatis adfectu Sir. 18. v. 23. fugiamus hypocrisin Jerem. 23, 15. Sirac. 1, 36. cap. 15. v. 20. Matth. 23, 28. E contrà cor plenum sit zelo pietatis, devotionis, attentionis spontaneæ, Psal. 5, 8. 9.

§. 26. (ε) *Perseverantia*; hujus notanda: (α) *Synonymia*: dicitur aliàs progressus in virtute, cursus in Christianismo, constantia, ascensio gradualis ad virtutem, agglutinatio nostri ad bonum Rom. 12. v. 9. magna est in voce græca emphasis, aliàs de intima rerum diversarum unione usurpata. (β) *Argumenta* suasoria (1) A dictis, quibus jubemur vel perseverare, Matth. 24. quisque ad finem perseveraverit, &c. vel stare: Confer Augustinum tom. 8. col. 255. b. 1. Corinth. 15. v. 2. vel quibus spes ad finem retinenda præcipitur Heb. 3. v. 6. (2) A rationibus. 1. Quia perseverantia præstat (α) tituli liberorum impletionem; veri enim liberi à patre non desciscunt: ita & nos à cœlesti nostro patre non desciscâmus. (β) nominis divini sanctificationem, quæ fit, cum in fide perseveramus. (γ) Regni Christi augmentationem, partim cum ipsi perseveramus & salvamur, partim etiam cum perseverantiæ exemplo alios ædificamus. (δ) voluntatis divinæ impletionem, quæ vult nos perseverare. 2. Quia perseverantia est panis quotidianus à DEO petendus, Augustinus tom. 10. col. 528. a. 3. Quia destruitur Dei templum Christi sudore partum, nisi perseveres in spirituali ædificio. 4. Quia sola perseverantia facit nos immobiles. 5. Quia muros Diaboli & mundi expugnat. 6. Quia est scala cœli, & hujus nos facit hæredes Psalm. 77. v. 35. 7. Est vinculum, quo Deum retinemus. 8. A pœnis: disuadetur à DEO defectio Ezech. 18. v. 26. Sir. 34. v. 28. 2. Pet. 2. v. 20. Luc. 11. v. 34. Galat. 2, 18. (3) A picturis & hieroglyphicis. Corona in nubibus protensa, cor transfixum ligone & falce, hoc tenent duæ manus; significatur ad ipsam mortem, inque ipsa perpetua constantia. Pingitur virtus ut matrona senilis alligata ad columnam, cui Hercules dominator à latere: est perseverantia senilis ob constantiam, columna Christus est; cogita columnam marmoream Christi, cui Hercules adstat, &c. notatur, homines validos reddi tolerantiâ. Duæ manus è nubibus protensæ superimpositam sibi habent coronam, à duabus his manibus pendent duæ chordæ sibi connexæ: vinculum est fides, quæ cor nostrum cum Deo unit; non subtrahe manum Deo porrigenti, ne excidat corona Apoc. 3, 11.

§. 27. Pingitur arundinum seges, hinc inde à vento agitatarum; contra cor fixum à sole Eph. 4, 14. D. Cramer. in Emblemat. (4) A similibus; Operariorum mercedem expectantium August. tom. 9. col. 600. a. sis operarius gnavus, perseverans, ut præmium reportes. Mercatoris, qui perseverat in negotiatione, per undas,

per naufragia, ut rectè dixerit Horatius: Impiger extremos currit Mercator ad Indos. Athletæ, qui multas ſuſtinet plagas & tamen perſeverat. Arboris, quæ fructum non fert, oſtenſis priùs floribus: tales arbores non ſimus, ſed à floribus & initio tendere ad fructus & ad finem debemus, ut ex his veræ arbores judicemur Matt. 25. Chriſto fructus excutiente: Ego eſurivi, vos me cibaſtis. Serpentis, qui bibiturus (teſte Epiphanio) venenum quidem deponit in lapide, ſed poſtquam bibit, reſumit: ita non perſeverantes malitiæ venenum reaſſumunt, ad vomitum redeunt. Lunæ; non perſeverantes huic ſimiles ſunt. Vinculi, quo aliquis retinetur: ita perſeverantia vinculum eſt, quo Deum retinemus. Vides imaginem tuam in ſpeculo reflexam ad nihilum redigi, quamprimum illo loco te moves; calorem ab aqua recedere, amoto igne; umbrâ corpus relinquere, ſole nubibus tecto; corpus animæ uniri dicitur, ut vivat; rami arboris trunco; radii luminoſi ſoli, ut virtutem exerant: ſimili modo à Dei præſentia omnis noſtra ſalus, ipſum etiam eſſe & vivere dependet, qui ſi vel modicum oculos avertit, protinus in nihilum redigimur. Certè veteres Patriarchæ & Prophetæ ſi quando res arduas aggreſſuri, aut fidem promiſſis ſuis facturi eſſent, hâc formulâ loquendi uti conſueverunt: vivit Dominus, ante cujus conſpectum ſto; velut enim angelorum domicilium cœlum, ita domicilium Dei exiſtimandum eſt eſſe mentem, quæ aſſiduè illum contemplatur præſentem. Ut ſol majora indies incrementa capit lucis altiùs aſcendendo: ſic creſcat lux noſtræ pietatis, lumen ſuum ſpargendo. Segetes pluvia ſuffuſæ & calore ſolis fotæ majus incrementum ſui oſtendunt: ſic quoque pii pluviâ divini verbi ſuffuſi & à ſole juſtitiæ Malach. 4. calefacti ſemper creſcere debent.

§.28. (5) Ab allegoriis & exemplis: Davidis; lapides, quibus David Goliathum proſtravit, non fuerunt aſſervati, ſed gladius, qui pugnæ finem impoſuit 1. Sam. 17. & 21. ita in negotio ſalutis ad fidei gladium & omnium virtutum (conſequenter) perſeverantiam attenditur. Summi ſacerdotis in ultima fimbria veſtimenti Aaronici malogranatum erat, quod habet formam coronæ, ut doceret Spiritus Sanctus perſeverantiæ veſtem uſq; ad finem pertexendam, ita futurum, ut corona nobis obtingat, 2. Tim. 2. Via juſtorum eſt ſicut lux, quam aurora ſpargit, quæ creſcit ad meridiem: ita pietas lucem, Chriſti ut ſolis aurora, ſpargit, ut creſcat ad vitæ meridiem, perſeveret ad vitæ finem. Animalia non habebant requiem Apocal. 4. ſignificata fuit pietatis indeſinentia & perſeverantia. Aug. tom. 9. col. 664. a. Populus apud Chriſtum perſeverans miſericordiam & miſericordem vocem Chriſti impetrat, dicentis: miſereor ſuper turbam, &c. quid faciet iis, qui per totum vitæ tempus? diſtribuet illis regnum Lucæ 22. dabit coronam 2. Timot. 4. Animalia non revertebantur cum ambularent: ita nec nos debemus retrogredi, ſed perſeverare & progredi in curſu pietatis: Luc. 17. memento uxoris Loth, &c. Arca fœderis ex lignis imputreſcentibus facta erat: ſi tu vis eſſe fœderis arca, ex ligno perſeverantiæ imputreſcibili compoſitum te eſſe oportet, nec fides tua unquam putreſcat, Auguſtinus tom. 9. col. 57. d. Cum Iſraëlitæ moras traxiſſent ad mare rubrum, caſtraque poſuiſſent, irruit in eos Pharao Exod. 14. verſ. 9. ita ex mundi Ægypto egreſſi per baptiſmum, ſi caſtra poſuerimus otii & ignaviæ ad mundi hujus mare, inſidias Satanæ experiemur pericula incurſuri. Iſraëlitæ baculis inſtructi erant veſcentes paſcha Exod. 12. tanquam ſemper meditantes progreſſionem & iter: ita baculo perſeverantiæ inſtructi debemus ſemper eſſe, ut ad patriam cœleſtem migremus. Deus animalia illa ſibi offerri voluit, quæ haberent caudas & aures Levit. 21. indicaturus, nos ipſi debere obœdientiam per aures, & perſeverantiam per caudam, Gregorius libro primo moral. Servi Domini dicuntur ſtare in templo Pſalm. 134. quâ phraſi notatur perſeverantiæ ſtatus, Auguſt. tom. 8. col. 1542. d. Decimas ſibi offerri voluit Deus Exod. 37. quæ notant numeri ſui qualitatem, finem & complementum operis. 2. Tim. 4. dicit Paulus: dabit coronam; corona autem nullum habet finem: ita perſeverantiæ nullus erit finis, ſed omnis tendentia curſus noſtri in Deum tanquã unicum centrum dirigatur. Multi Iſraëlitarũ deſertum ingreſſi ſunt, ſed terram promiſſionis non: ita vitam æternam nemo niſi per perſeverantiam ingreditur 2. Tim. 2. nemo coronatur; Aug. tom. 10. col. 1290. b. Lumbos ſubcingere jubemur Luc. 12. 35. 1. Pet. 1. 13. quo indicatur noſtra in bono opere perſeverantia. Proverb. 31. mentio fit fuſi inſtrumenti lanificii, ex quo Auguſtinus allegoriam nectit pro perſeverantia tom. 10. col. 1510. c. Statua Danielis erat aurea, argentea, lutea Dan. 3. 37. ita multi ab auro incipiunt & in luto deſinunt. Jacobus impensè & perſeveranter ſerviebat pro ſua ſponſa: nos multo magis in gratiam ſponſi noſtri ſpiritualis Chriſti perſeveranter ſerviamus. Inde verò à *puero pietati ſtudendum:* 1. Reg. 18. 12. 2. Tim. 3. 16. c. 1.

Opponitur perſeverantiæ I. Acedia, Synonyma ſunt: tædium bene operandi, torpor mentis, pigritia & fatigatio animi, inconſtantia voluntatis, apoſtaſia, mutatio voluntatis in opere bono, negligentia in officio, perſeverantia in malitia. Diſſuadetur (α) à variis allegoriis, metaphoris, ſimilitudinibus: Eſt arbor illa maledicta Luc. 13. Vega p. 327. malleus contundens vaſculum animæ variis unguentis refertum, ut Salomonis exemplo patet: 2. Cor. 4. in vaſis fictilibus. Eſt ſtatera doloſa Oſe. 12. Vega p. 307. (β) à rationibus: eſt vitium Cainicum, vide ſacrificium Caini Geneſ. 4. facit, ut homines inter mortuos computentur: parit ſpinas vitiorum in corde peccatoris Prov. 24. parit ſecuritatem. §.29.

§.30. II. Recidivatio in peccatum: hæc eſt peccati vel impœnitentiæ reiteratio, & oppoſitum quoque novæ obœdientiæ. Diſſuadetur 1. ab exemplo Iſraëlitarum Exod.24.v.7. faciemus omnia, &c. contra ſtatim vitulum adorant Exod.32. 2. A ſimili ægroti convaleſcentis, qui cauſas morbi vitat; ecce ſanus factus es, noli peccare amplius Johan.5.3. Ab exemplo Iſraëlitarum Oſe.14.4. ſuper equum non aſcendemus. Caudam ſibi offerri voluit Deus Lev.7.3. notat Deum velle perſeverantiam ad finem uſque. Recidivam patientes ſimiles ſunt cani ad vomitum redeunti 2.Pet. 2. quos Deus evomet Prov.26.11. Luc.11. Diabolo aperiunt januam cordis, qui dicit: revertar in domum meam, &c. & hinc maximè intentus eſt recidivationi procurandæ. Dei iram conciliat Jer.2.36. 4. à pœnâ: feriam eos peſtilentiâ Num.14. Abſolon poſt trucidatum Amnonem reconciliatur patri, mox patrem ipſum perſequitur, inde ſuſpendii pœnam luit 2. Sam.18.19. Hiskias poſt morbum in ſuperbiam irruit 2.Reg.20.10. Maximum ſcelus eſt bis vulnerare, aut idem ſcelus repetere: ſeipſum bis vulnerat, qui in peccatum relabitur. Fructus venenati oſtendunt arborem corruptam, quam excindet Dominus Matt.3. Servus, libertate datâ ſeptimi anni uti nolens, perpetuum fiebat mancipium Exod. 21. ita peccator libertate per Chriſtum partâ uti nolens, diaboli mancipium fit 2.Tim. 2.v.ult.5. à comminatione: quia me decem vicibus tentarunt, nemo ingredietur in terram, ait Jehova Ezech.3.20. Luc. 12. nemo mittens manum ad aratrum retroſpiciat; 2. Tim. 2. non coronabitur, niſi qui legitimè certarit ſ. ſemper. Servus Amalecitæ ægrotus derelictus ruri cum ingenuè confiteretur crimen ſpolii, noxam remittit David, nihil amplius ſollicitus de ſervitio ipſius perfido Domino præſtito, ſed de fidelitate ſibi præſtanda 1. Sam. 30.14.15. 1.Joh. 1. 6. ne cadamus per peccatum in tenebras luce donati, ſed Deo noſtro conſtanter ſerviamus. Ut languor prolixior gravat medicum, & ſæpius à medico ſanatum, ſuâ tamen recidivantem negligentiâ medicus tandem faſtidit & deſerit: ita Dei indulgentiâ abutentem juſtitia Dei deſerit.

§.31. Pietas & cultus Dei non ſit vacuus ſerio affectu: vetuit Dominus, ne quis vacuus coram ſe compareret Exod. 23. 15. in templo quoties Deum culturi ſumus (Pſal. 5. Domine intrabo in domum) peculiari quapiam ratione coram ipſo apparemus. Hîc cavendum eſt, ne vacui ſimus ſerio pietatis affectu Sirac.18.23. fugiamus hypocriſin Jerem.23.15. Sir.1.36. c.18.10. Matt.23.28. E contra cor plenum ſit pietatis, devotionis, attentionis ſpontaneæ Pſ. 5.8.9. & ſinceritatis Pſ.44. 19. & 55. 4.

Sit integer: ne ungula remanebit nobis ſacram rem Deo factum ituris, dicebat Moſes ad Pharaonem; ita toto corde fructum Deo præſtare debemus Matth. 22. diliges Dominum Deum tuum, &c.

Pii ſunt numerus parvus; Locus in templo, Sanctum dictum, 40. cubitos continebat in longitudine: Sanctum verò Sanctorum ſolum 20. major ſcilicet impiorum copia in ſancto Eccleſiæ militantis latentium, quam piorum in ſancto ſanctorum Eccleſiæ triumphantis patentium.

§. 3 Pietas exercenda ubique. Gen.24.46. Iſaacus in campum ſeceſſerat ad orandum: campus nobis erit orandi ubicunque erimus, omni loco Deum invocare poſſumus 1.Timot.2.v.8. Omni tempore colenda; etiam in proſperis rebus Sirac.42.17. Apelles periiſſe ſibi diem, qua lineam non duxerat, queritabatur: Creſcere debet Prov.4.18. Col.1. 1.Cor.14.

Non diviſa in corde: Abraham non dividebat aves Geneſ. 15. 11. vide Ambroſ. l. 2. de Abraham c. 8. ſic juſti debent eſſe aves & columbæ indiviſæ ex toto corde Sir. 7. 31. Deum & proximum diligentes.

Octo ſunt, quæ pietatem maximè corrumpunt; 1. Scripturæ abuſio, cui non credunt homines, Johan. 5. ſi Moſi crederetis, crederetis & mihi; 2. doctrinæ ſanæ ad impietatem deflexio & ad carnis libidinem; 3. Malorum in magnis viris abuſio; 4. pœnarum dilatio, unde obdureſcunt homines; 5. ſecuritas carnalis in Dei miſericordia Deut.29.19. 6. mala converſatio: qui picem tangit Sir. 7. & amor mundi; 7. metus, ne pietas nos faciat triſtes; 8. procraſtinatio pœnitentiæ & imaginatio longioris vitæ, vide Bailum pag.147. ſeq. prax. pietat.

Conſequentia & præmia.

§. 3 Radix pietatis parat fructus Prov. 12.2. pulchros, amœnos, utiles, perennes. Benedictio bonorum, quæ pius habet Sir.11.24. Proverb.3. 34. Exod.23.26. etiam filiorum, ut & illis bene ſit 1. Reg. 11.32. Datio bonorum non periturorum Sir. 11. 16. Cuſtoditio vitæ Prov. 22. 5. c.16. 17. ejuſque à gladio ereptio Jer. 39. 17. c. 45. 5. conſolatio Sir.33.1. Prov. 17. 2. amor Dei & hominum Proverb. 15. 9. famis propulſatio Prov. 10. 3. mortis propulſatio & prolongatio dierum Prov.10.27. Exod.23.26. liberatio à periculis Prov.11.9. exemplo Joſephi, Danielis, &c. Acquiſitio bonorum Prov.11.28. Benedictio. 2. Chron.31.20.21. à Deo promiſſa. 2. Chron. 32. 29.30. Viæ piorum directio à Deo Prov.20.24. Secundatio rerum gerendarum c. 28. 12.18. & votorum c. 11.24. Conf. cap. 12.26. ita, ut multi piorum felicitate gaviſuri ſint c. 11. 1. Gaudium conſcientiæ cap.29.v.6. ſpei confirmatio Sirac.16.13. Precum exauditio Proverb. 15. 29. Domuum ædificatio Prov.14.11. Exod. 1. Negata piorum ſuppreſſio: non opprimuntur, etſi premantur pii ab impiis Sir.28.26.27. Laus & celebratio Sir. 44. 1. Poſterorum etiam ſecundatio Proverbior. 20.7. cap. 13.22. Impii pro pio datio Proverbior. 21. v. 18. anxietatis vitatio Proverb. 12. verſ.13. confirmatio, ita ut pius nunquam evertatur capit. 10. verſ. 30. ad omnia utilis eſt 2.Chron. 31. verſ. vigeſimo primo.

§.34. Vel hæc quoque pios ſequuntur bona: (1) Principatus: (2) frugum copia. (3) nominis gloria: (4) omnium bonorum cumulus: (5) benifi-

beneficia in amicos: (6) pœna inimicorum: (7) benedictio in Christo: hæc omnia Abrahamo Genes. 12. promissa: (8) hostium fugatio Exod. 23, 27. 28. (9) felicitas æterna. Morus in bruma infrugifera est arbor, postea fructus fert & flores æstate: vide Plutarch. Tales sunt pii in hujus vitæ bruma infrugiferi, quà felicitatem humanam; olim frugiferi quà æternam prosperitatem. In piis insuper Deus quædam peccata dissimulat, 1. Reg. 22. 44.

Consequens pietatis etiam tentatio [α] *Mundi:* Christus se filium Dei esse professus, maximas in passione persecutiones expertus; Tu si filium Dei te esse vitâ piâ & inculpatâ monstraveris, mundi tentationes & convitia statim experieris. [β] *Carnis*, Roman. 7. 19. 13. 22. 2. Cor. 4. 16. Eph. 3. 16. 1. Cor. 3. 4. (γ) *Impiorum* 2. Chron. 32. 1.

Exempla Piorum.

Omnes Patriarchæ, Reges: David 2. Sam. 22. 23. Josias 2. Reg. 22. Josaphat 2. Chron. 19. Tobias Tob. 4. &c. Lois 2. Timot. 1. Obstetrices Ægyptiæ Exod. 2. Abdias 1. Reg. 18. Juditha c. 8. Job cap. 1. 2. Simeon. Luc. 2. Actor. 8. c. 9. maximè ornat pietas familiam integram; v. g. Davidis 1. Sam. 20. v. 6. & 29.

Pietas Maximiliani Ducis, qui ad sonitum tintinnabuli jussit omnes in genua procidere ac orare contra Turcas, Viennæ & in castris, Anno 1566. apud Thuan. lib. 37. folio 773. c. 1. A. 2.

§. 35. *Similia Piorum.*

Hi sunt *Agni*, *Arundo*, *Columbæ*, *Formicæ*, *Palmæ*, *Olea*, *Pisces in mari*, *Remigantes in hac vita*, *Viduæ*, *Turtures*, *Mercatores*: quæ omnia habes explicata in variis nominibus parabolicis piorum. Pii sunt *ossa Christi*, August. tomo 8. col. 255. b. Sunt instar *Petræ* frangentis fluctus scandalorum, nulli credentes vento falsæ doctrinæ, August. t. 8. col. 1204. Sunt *reginæ* similes facti, quia nos Christus sibi conjunxit spirituali matrimonio: Rustica si regina facta esset, optaret jam habitu regio esse indutam; sic pii reges facti, regio virtutum habitu instructi fulgeant. *Rebeccæ* sunt similes pietate, humilitate, modestiâ, animi castitate. *Stellæ* sunt, lumine Christi micantes, inter pravas nationes, nocte tribulationis, luce proficientes. Similes sunt *Soli*: sol eâdem est facie, colore, motu: sic pii sibi semper constant, cum sole supra terram eminent, non obfuscantur fumo tribulationis, non errorum, non cupiditatum nebulis; spargunt lucem bonorum operum æqualiter in omnes; ubivis se voluntati Dei ut sol conformant; amplissimos charitatis fructus proferunt; ut sol centies & sexagies major est terrâ, & velocissimo motu, ut sol in via virtutis pergunt.

§. 36. *Oppositum est Impietas:*

Cujus notantur (1) *Definitio*: Est peccatum, quô reverentia Dei excutitur, & securitati, quæ Dei justitiam non timet nec bonitatem colit ejusdem, litatur. (2) *Synonyma biblica*: Impius, malus, rebellis Deo, non timens Deum Jerem. 2. 13. (3) *Nomina Metaphorica.* Impii sunt *Ager* inaratus, spinas proferens: non accipiunt aratrum legis. *Domus Satanæ* respectu [α] constructionis: Satanas enim impios ædificat, sicut Christus pios Eph. 2. sed super arenam Matt. 7. 26. spreto angulari lapide & fundamento Christo 1. Cor. 3. 11. ex lapidibus fide & charitate mortuis, sicut pii domus Dei ex lapidib. charitate vivis ædificantur 1. Pet. 2. 5. Zach. 9. 16. [β] Inhabitationis: Diabolus domum suam vacuam non sinit, sed eam inhabitat Luc. 11. eam variâ suppellectile vitiorum ornat; hi sunt domus Babylonis, in quibus saltant Esa. 13. Sunt *Antichristi*, August. tom. 9. column. 598. c. *Hirci* 1. propter fœtorem, fœtent enim coram Deo, proximo, conscientiâ propriâ, quæ eos damnat: 2. pilorum conversionem: habet enim pilos conversos à cauda ad caput hircus; sic vita impii semper est contraria: 3. ob assiduam febris vexationem, ita impii semper à mala conscientia agitantur: vide de natura hirci Plinium, Frantzium & Geminianum. *Instrumenta Satanæ* 2. Corinth. 11. versu 15. & filii Diaboli Johann. 8. Similes sunt *Mari* Esa. 57. ut mare [α] amari contentionibus, odiis, jurgiis, ut Cain Genes. quarto. [β] tumidi ob superbiam: [γ] lividi ob invidiam: [δ] spumidi ob libidinem: [ε] mutabiles ob levitatem cordis: [ζ] Inconstantes ob affectuum vicissitudinem: [η] se purgantes (ut mare se purgat) & alios conspurcantes: [θ] conculcatur lutum maris; sic & impii & temporaliter aliquando, maximè verò perpetuò conculcandi à Satana per tormentum, à filiis Dei per judicium. Sunt *Luna* plenâ parte terram, vacuâ cœlum respicientes; impii enim terrena amant Ps. 49. mundum diligunt 1. Johan. 2. 15. 16. Sunt *Pecunia depravata* 1. propter apparitionem, extrinsecus splendet, intus verò dolus est: 2. propter æstimationem: sicut enim pecunia adulterata collata ad lancem & pecuniam veterem, quà materiam & pondus levior deprehenditur; ita impii Dan. 5. 27. leviores sunt, & tanquam pulvis projiciuntur Psalm. 1. 4. Matt. 12. 3. propter probationem, quæ fit per ignem; ita scoriæ impietatis igni divino abigendæ sunt Esa. 64. 6. Conf. Mal. 3. 2. Ps. 119. v. 119. Esa. 12. 12. Vid. Gerhard. in præfat. ad tom. 1. scholæ piet. Conf. Jer. 6. 30. Sunt *ficus mali*. Jerem. 24. 8. Sunt *montes*, qui liquescunt coram Domino Ps. 97. Sunt *pinus*, quæ semel excisa non reflorescit Textor p. 113. Sunt *Pilosi*, quia nascuntur cum pilis peccati, ut Esau, nec in baptismo eos deponunt, Augustin. tom. 10. col. 1494. a. Sunt *pisces*, Ecclesiæ navem prementes Luc. 5. Augustin. tom. 10. col. 1548. a. b. *Radix mala*, malos fructus faciens Deuter. 29. 18. quam Deus in die judicii evellet Ezech. 11. vers. 9. in hac vita verò crescere sinit usque ad tempus messis; in hac vita saltem apposita est securis per comminationes & hortationes ministrorum, sed in altera vita exscindentur Matt. 3. v. 10. arescent, quia vivâ radice caruerunt Marc. 4. v. 6. putrescent Job. 8. 7. siccabuntur Johan. 18. 16. igne

ſcilicet inextinguibili Matt.3.11.de terra viventium eradicabuntur Pſalm. 52. 7. inſtar favillæ Eſa. 5. v.24. *Semen Satanæ* & ſerpentis: excute vocabulum 1.ſemen, 2.vitia ſerpentis,& applica ex ſerie decem præceptorum ad impios, ex Gen. 3.

§.37. *Diſſuadetur* Impietas I. *A dictis*, quæ eam diſſuadent: ſunt eorum opera abominabilia Hagg 2.15. corrupta Eſ.59.5. inutilia v.6.Prov. 11.18. perverſa Joh. 15. 35. tenebroſa Eſa. 29. 15. eorum peccata aſcendunt coram Deo Gen. 6. 13. preces Deo abominabiles 1.Sam. 8. 18. Job. 27.9. Joh.9.31. Jac.4.2.3.

II. *A rationibus*: [α] ob viæ, in qua verſantur periculoſitatem Sir.21.11. Sap.5.6.7. [β] Hoſpitis diaboli, apud quem divertuntur, crudelitatem: Conf. Pſ. 49. 15. Hîc pro exaggeratione & amplificatione adducantur loca Luc. 16.24. Apoc. 16.11. Jerem.20.16. Apoc.6.16. Ibi horror miſeriæ & tribulationis, timor anguſtiæ & confuſionis, dolor horrendæ viſionis, tremor tremendæ manſionis: ibi locus flentium, morſus vermium, clamor dolentium, luctus gementium: ibi vox clamantium peccatorum, & dicentium: væ nobis filiis Evæ, væ! [γ] Impietas cauſat quintuplicem confuſionem (1) Conſcientiæ & cordis, exemplo Caini Geneſ.4. verſ. duodecimo: eſt enim canicula (ut Lutherus inquit in Geneſin) Germanicè Eſewel dicta, quæ ſemper latrat: eſt carnifex flagellans, &c. (2) Perturbationis, ut impii ſe invicem lacerent; ſicut Cadmæi fratres, aut Amalekitæ & Midianitæ, Judic. 7. v. 27. Ezech. 38. v.21. Confer Pſalm. 37. v. 14. aut ſicut factum tempore Theodoſii, de quo Auguſtinus & alii Hiſtoriographi videantur. (3) Deliberationis: Wenn ſies auffs klügſte greiffen an/&c. Eſa. 8.10. Exemplum Ahitophel 2. Samuel. 19. verſ. 21. Abſolon, Haman. (4) Mortis Pſalm.55. 24. & 37.2. Huc refer exempla Spiræ, Mercatoris (cujus mentio fit in Vitis illuſtrium virorum ordinis Ciſtertienſium.) It. Juliani (qui inquit: viciſti Galilæe.) & omnium tyrannorum, inter quos tantum tres, Dionyſius Major, Sylla & Tiberius naturali morte perierunt. (5) Damnationis, Pſalm. 49. 15. Sap. 5. quæ exaggeratur variè, cumprimis teſtimonio quintuplici de impietate: 1. ſupra ſe ipſius Dei: 2. ante ſe piorum: 3. poſt ſe impiorum Matt.12.41. 4. intra ſe conſcientiæ: 5. extra ſe omnium creaturarum, donec ipſa ſententia condemnatoria ſequatur Matt. 25.41. & cruciatus infernales Pſ.11.4.6. Pſ.49.10. Matt. 8. 13. [δ] Theſauri impietatis ſunt noxii, Mich. 6. 10. Luc. 12. 16. dolorem afferunt, Jer. 2. 19. [ε] Impii ab eccleſia diſcedunt & propterea non ſunt grati Deo, Deut.12. [ζ] Impii Deum ipſum negant factis ſuis Aug. t.8. col. 509. d. [η] Propheta Ezechiel parietem defringens penitiusq; inſpiciens tres abominationes vidit in populo Judaico: Idolorum cap.8. v.9.10. Thamo inſervientium v.14. Tergum Domino obvertentium v. 16. Primum igitur genus abominationum eſt in idololatris omnibus, tàm iis, qui Deum non rectè agnoſcunt, ut hæretici, pagani, quàm deinde qui factis Deum negant. Secundum inſervientibus Thamo, i.e. Baccho & ventri Phil. 3. concupiſcentiæ carnis 1. Joh. 2. Tertium in obvertentibus tergum Domino imago eſt ſecurorum, ſemper ortum nunquam occaſum vitæ ſpectantium.

§.38. III. Exemplis eorum, qui puniti ſunt: Quinque regum, qui noctu diſperguntur Gen. 14. 15. Aſſyriorum, qui trucidantur ab Angelo 2. Reg. 19. Belſazari noctu interfecti Dan. 5. 30. Eâdem ratione omnes impii repentè peribunt, quando judex inſtar furis noctu adveniet, 1. Theſſ.5.2. 2. Pet. 3. 10. Finkius in 1. part. Can. folio 103.

IV. Similitudinibus: ſicut lupus, licèt collum habeat inflexibile, tamen ad tonitru illud ſubmittit; ita impii in judicio: vid. Job.15. 24. 25.26.27. & potentes potenter patientur. Quò magis à Deo per impietatem recedimus, eò ignobiliores ſumus; non ſecus ac luna, quæ quò remotior, eò quoque obſcurior apparet. Sunt ſicut gramen in tectis, Pſ. 129. v.7.

§.39. *Cauſa procreans* Impietatis 1. Satan ipſe, corda hominum excœcans, obdurans, ſibi illa præparans: 2. Prophetiæ omiſſio Prov. 29. 18. hoc eſt verbi divini contemtus: 3. Scandala mundi à nobis accepta, noſtrâ imitatione expreſſa: 4. Securitas: 5. Neglecta judicii extremi recordatio.

Effectus Impietatis. Cordis adverſus Deum tumultuatio Proverb. 19.3. damni inferendi libido c. 12. 12. Dei neglectus & contemptus, Jerem. 3. v. 20. relictio veræ ſemitæ: ambulatio in tenebris: gaudium in malefactis: viæ ſuæ perverſio Prov. 2. v.13.14.15. ſectatio deviorum d. l. Facere cum tædio quod juſtum eſt cap. 21.15. ſpernere ſapientiam cap. 29. v.7. non quieſcere cap.4.16. Eſa. 57. ſicut mare: adducere contumeliam Prov. 18. v.3. violentiam exercere Prov. 13.2. abominari pietatem verſ.19. Sir.34. 28. nolle ambulare in viis Dei Jer. 2. 5. ſicut pii ambulant in viis Dei Baruch.3. non fugere mala Prov. 13. 20. Inſultare & provocare ad diem Domini, Amos 5. væ qui deſideratis, &c. Deſtruere altaria Jehovæ 1. Reg. 19. 10. mentem à Deo avertere 1. Reg. 9. ſic fecit Salomon: Cultum electitium inſtituere, Levit. 10. Nadabh & Abihu. &c. Huc Matt.15. fruſtra me colunt. Gradi in via non bona Eſa.65.2. converti in pravum Jer.2.5.8.13.17. Deos alienos habere Deut.5. v. 7. Offerre extra tabernaculum, Lev.17. erit reus criminis. Diſſolvere populum, ſic Manaſſes populum diſſolutum fecit. Decipi corde Deut.11.16. c.4.16.19. c.3.13. negligenter facere opus Domini Jer. 48. recedere à Domino Deut.11.16.28. c.32.15. Joſ.22.29. odiſſe ſuum ipſius intellectum, ne (bona) facere cogatur, Aug. t. 10. col.310. a. Se fingere juſtum. Sic Phariſæus ille 1. dixit, ſe juſtum, cum non eſſet: 2. proximum contempſit: 3. ſeipſum laudavit. Prov.27. 4. Judicium temerariũ exercuit Matth.7. Nolite condemnare, &c.

§.40. *Præmia impietatis:* Dei elongatio ab impiis Prov.15.19. odium Dei adverſus eos c. 21. 27. & abominatio c. 15. 9. maledictio Dei Sir. 42. 11.

omnium malorum cumulatio non effugienda Prov.16.13. nam periculis ſubinde immerguntur. c.11.v.22. viæ eorum obſcuræ & caſus neſciæ c.4.19. Major erit eorum afflictio quàm crux piorum c.11.32. venient ei omnia, quæ timuit c.10.20. cadet enim una vice Prov. 28. 18. c.29.15. evertetur & peribit c.12. 7. c.11. 4. domus delebitur c. 14. 11. nomen eorum extinguetur Sir. 42. v.14. reditus damno afficientur Prov.15.6. hæreditas eorum peribit Sir.42. v.9. humiliabuntur coram bonis Prov. 14.19. Homines gaudio perfundentur ob eorum perditionem Prov. 11. v.11. non liberabuntur mali v.22. ſed periculis immerguntur, è quibus evaſerunt pii v.9. citò collabaſcent Sir.20.v.17.ſeq. nec conſiſtent in infortunio c. 14. 12. quæ piis proſunt, impiis obſunt Sir. 39. 30. 31. labor eorum fruſtrabitur Prov. 11. 19. ſacrificia Deo diſplicent c.15.8. contemnuntur Sir.10.26. irridebuntur Prov.3.34. infortunium ſibi acquirunt c.11.28. verbera eos manent Prov. 19. 29. maledictio c. 3. 33. Spei ipſorum cum infortunio commutatio c.11. 24. c.10.28. Poſterorum maledictio Sir. 44.16. Prov.25.19. liberi eorum fiunt abominatio Sir. 42.8. contemti v. 10. ſe-ipſos ſeducunt Prov.12. 26. corrumpunt c.13. 13. impediunt c. 12. 3. condemnant v. 2. Mors impiorum ſubitanea, inſtar ſtuppæ Sir. 21. 10. Gen. 38.7.9. Tandem ad hanc mortem deducuntur Prov. 16. 25. c. 10. 20. interitus velox Prov. 6. 15. etiam poſt mortem infelices erunt c.11.8. damnabuntur namque Sir. 42. 12. 13.

§.41. *Adjuncta* impietatis: 1. *Pertinacia*, quæ non ceſſat ante vitæ finem Sir.9. 17. cor impiorum nihil eſt Prov. 10.20. Signum, oculis innuere Sir. 27.25.ſeq. 2. *Superſtitio*, quæ eſt vitium, quo homo Deum non colit debito modo; cum effectus divinæ gratiæ vel vis aliqua naturalis rei aut geſtui tribuitur ſine mandato divino, ſine cauſis phyſicis Hieron. ad Hedib. vocat falſam religionem.

Exempla ſuperſtitionis Geneſ. 32.32. Jud. 8. 27. 1.Sam.5.5. Act.17.27. Damnatur Col. 2. 23. nititur opinione meriti: caret Dei verbo, ſine quo cultus non valet; abſtinentia à cibis eſt ſuperſtitio, ſi ob ſomnia hominum & fabulas angelorum fiat, Cornel. à Lapid. in Col. 2.23. utinam horum nihil ſit in agro, qui dici vult Eccleſia vultque haberi.

§.42. *Effectus ſuperſtitionis* 1. cum res ſacræ non divēdendæ cenſentur, ſi urgeat neceſſitas. v. g. in publicis caſibus ac calamitatibus nec bonis Eccleſiæ parcendum, quin in levamen publici vocentur mali: 2. cum victimis olim ex opere operato vis adſcripta eſt Pſalm. 50. 8. 9. Eſa.1. verſ. 12. quis requiſivit, &c. 3. cum noſter cultus præciſè ad locum ligatur Joh. 4. 21. 4. ſidera cœli plus juſto timentur Jer.10.2. 5. ligaturis remedia aſſignantur v.gr. Evangelio S. Johannis, characteribus, &c. 6. tempeſtates variis geſtibus depelli creduntur, vel campanarum pulſationibus: 7. morbi rationibus depelluntur vid. Gulielm. Perald. t.2. ſumm. c.36. tit. de errore ſuperſtit. 8. cum certæ precum multitudini vel numero efficacia adſcribitur, quæ Gentilium olim erat βαττολογία: 9. cum ritu Judaico vel Turcico Deus colitur, Cajetanus in Summ. V. Superſtitio; at, quot ſunt Judaici ritus in Eccleſiâ? 10. cum falſæ reliquiæ ad colendum proponuntur, Cajetan. in Sum. Voce hâc.

§.43. *Partes:* Divinatio & idololatria, Cajetan. in Summ. V. Superſtitio. Denique ſuperſtitio eſt, ſi quis 1. à Dæmone ſcientiam expectet: 2. ſuperſtitio obſervationum, cum uteris herbis, lapidibus ad ſanandum dolorem, &c. & hæc eſt incantatio; 3. ſuperſtitio obſervationum ex præſagiis futurorum, vel ex ſternutatione ſurgentes; 4. ſuperſtitio obſervationum in verbis aut rebus ſacris portandis, ut, qui patiuntur ſpaſmum nervorum cruci pro remedio offerunt, Cajetan. in Summ. d.l. vide plura apud alios de ſuperſtit. Chryſoſtom. homil. 9. ad populum Antioch. Auguſtin. libr. 2. c. 20. de doctr. Chriſt.

Adverſatur etiam veræ pietati videri ſibi, ac ſi Deo ſerviret, & tamen non ſervire Deo, nec bona opera præſtare Jac. 1. 26.

PIGRITIA. *V. Ignavia.*

Roman. 12. Studiô non pigri: Confer *ACEDIA.* ſuprà: Includitur ſtudium bonorum operum. Tit. 2.

PILATUS. *V. infr. Pontius.*

1. Præſes Judææ conſtitutus, anno Chriſti 28. & Tiberii II. Convenit ei cum Herode: ſicut Bonifacius III. Papa convenit & Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ut hic univerſalis Patriarcha: ille univerſalis Papa diceretur. *V. Papa.*

Fruſtra ſe purgat Joh. 19. ut ſolent hypocritæ. Chriſtum damnat.

Miſcet ſanguinem Judæorum ſacrificiis Luc. 13. multa Tyrannicè agit. Vide Joſeph.

Romam vocatus ad reddendam rationem Cæſari.

2. Mors. Variè recenſetur 1. quidam ſecuri percuſſum. 2. alii Tiberi ſubmerſum, alii 3. Viennam Galliæ relegatum, in Rhodano ſubmerſum, corpus ejus in Helvetiam delatum in locum montis, collibus cincti.

De Pilato plura apud Behmium fol. 212, ſeq. in Paſſionem Domini.

PINGUIS & PINGUEDO.

1. Corporalis; ſanitatis, proſperitatis, divitiarum, Pſalm. 17. 10. 2. Spiritualis in Chriſto gratiæ, virtutis, roboris: (α) adhærere nos Chriſto faciens, (β) nutriens. (γ) rigans nos, molliens & humectans, (δ) delectans & perpetuo conſervans per ſalvationem: eſt enim Chriſtus verè oliva illa ſpiritualis, qui nobis inſitis hæc dona præſtat, ut anima noſtra ſatiata Pſalm. 17. Matt. 8. æternum vivat, pingueſcat: Eſ. 55. Hæc erit æterna benedictio, non in pinguedine terræ tranſeuntis. Geneſ. 27. Joſ. 4. Sed gaudii perpetui, nunquam deſituri. Joh. 16. Nemo tollet à *Vobis*. *Corporalis* pinguedo probroſa fuit Ptolomæo Evergetæ & aliis V. Meiger p. 1674. Nuclei.

PINNULÆ. *V. Squama.*

PISCIS.

§. 1. I. *Physicè consideratus*, Animal aquaticum, in cibum homini à Deo datum Genes. 1. vers. 21. Monet nos 1. de bonitate Dei erga nos: Ps. 104. 25. atque omnipotentia, ob quam laudandus.

2. Providentiâ. Pascit enim Deus pisces in mari: & nos piscibus in terra.

3. Divina benedictione, quæ elucet in mira piscium fœcunditate & multiplicatione. Vide Luther. in c. 1. Genes. & Glossam in cap. 47. Ezechiel. ubi 153. genera piscium recensentur.

4. Sapienti Dei discretione, quâ nonnulli olim pisces erant prohibiti Lev. 11. Deuteron. 14.

5. Multiplici eorum utilitate, quam pisces præstant in culina & medicinâ.

6. Charitate, quæ est inter pisces: quantò magis inter homines.

7. Virtutibus variis: nullus piscium in suum genus sævire dicitur: At homo in hominem sævit.

8. Justitia Dei punientis per pisces, balænas. Vide Exod. 7.21.24. Psal.105.29. Es. 30.21. Sub Victore III. P. P. V. Platinam in hoc Papâ. Huc Jonæ historia.

9. Hominum impœnitentiâ. Ecclesiast. 9. v. 12.

10. Diversitate, quæ notat varia in hominibus dona & diversas qualitates.

11. Confusione in rebus mortalium: Hab. 1. v. 14. Basil. M. in Hexaëm. major pars piscium liguriunt alter alterum: Et minor apud illos esca est majoris. Hæc ille. Huc spectat Digressio in raptores pauperum & avaros.

§. 2. II. Theologicè: *Pisces spirituales*, homines *Boni* 1. hamum divini verbi captant, ei non reluctantur obstinatâ malitiâ: 2. hamo extrahenti non resistunt: Actor. 7. vos semper restitistis Spiritui Sancto. 3. Rete non transiliunt: hoc est, non refragantur hostiliter ordini Dei, in ministerio instituto. 4. In profunditatem aquæ, hoc est, cœcitatis & voluptatis humanæ, se non abdunt. 5. Rete verbi non rumpunt scandalis.

III. *Piscatores spirituales:* Omnes Apostoli, Ministri, Prædicatores. Matt. 4. Faciam vos piscatores hominum.

IV. *Piscatores Politici:* hostes Jerem. 16. v. 16. Habac. 1. 14.

V. *Piscatio* spiritualis est Ministerium, cujus *Causa princeps* Christus in V. & N. T. In illo ipse primum piscatus, adhibuit rete legis & Evangelii, Genes. 3. 14. 15. 16. misit patriarchas longævos, prophetas, legis & Evangelii nuncios.

Ministerialis, quilibet minister legitimè vocatus. V. Ministerium. *Objectum est mare* hujus mundi, plenum peccatoribus, putribus piscibus, plenum damnis spiritualibus, ut de eo illud Jeremiæ in Thren. usurpare liceat.

Mare mortuũ. Sive salsum 1. ardens semper. 2. fumigans. 3. fœtorem emittens. 4. malos fructus pariens. 5. perpetuò homines natare faciens, non submergens, sed perpetuò homines excrucians. *Mare* Diaboli mundus: in eo Crocodilus Satan, Draco maritimus Leviathan, turbans Ecclesiam, flumine persecutionis illam inundaturus Apoc. 12. In eo magni pisces, qui devorant parvos: tumet hoc mare per superbiam 1. Joh. 2. 15. fervet per avaritiam 1. Tim. 6. Spumat per libidinem & luxuriam 1. Joh. 2. 15. 16. Homines non ambulant in hoc mari, sed cœco fluctuum impetu feruntur ac impelluntur à carne præeunte Roman. 7. Atque ex hoc mari nos extrahit Deus hamo verbi divini, sicut pisces hamo ex profunditate in littus extrahuntur. *Pisces* itaque homines sunt, boni, mali.

Subjectum piscationis in quo est navis Ecclesiæ, cujus gubernaculum est divina Scriptura; Es. 8. Juxta legem & Evangelium. Gubernator ipse Christus Matth. 8. etsi aliquando dormire videatur. Remiges ministri omnium temporum. Rete est verbum Dei. Ventus est S. Sanctus. Velum est gratia Dei. Tempestates sunt crux, persecutio, tentatio, tribulatio.

§. 3. *Adjuncta* hujus piscationis sunt (1) labor: Eccles. 12. (2) odium mundi & persecutiones. Matt. 10. Joh. 15. (3) Judicia temeraria. 1. Cor. 4. v. 2. 3. 2. Cor. 10. (4) Pietas ministrorum. Lucæ 6. In nomine tuo: Coloss. 3. 17. (5) Constantia & patientia in adversis: 1. Corint. 4. 2. Cor. 6. (6) Consolatio animi, quæ respicit ipsum Jesum Dominum, navarchum, præsidentem naviculæ Ecclesiæ, evigilaturum Matt. 8. (7) Fortitudo, ne desistant piscatores ab officio; etiamsi protinus non sit felix jactura vel captura. 2. Tim. 2. v. ult. c. 4. vers. 1. 2. (8) Fuga τῆς πολυπραγμοσύνης, & operarum aliarum medicarum, mechanicarum. c. Anabaptistas. (9) Sedulitas Christum imitans in diligentia, veritate, luporum tolerantia. (10) vigilantia, ne dormiat piscator in navi Ecclesiæ.

Officia nostra circa piscationem spiritualem.

I. Agnoscere benevolentiam ac misericordiam Dei, nos è mari perditionis capturientis. Voluntas hæc universalis est & seria.

II. Non contemnere piscatores sed his tribuere vim & energiam à Deo concessam. c. Enthusiastas.

III. Agnoscere miseriam, nos nempe in mari perditionis versari. Confer. Tit. *Auditor.*

Pisces quoque grati animi præbent exempla: quæ retulit Camerar. part. 2. hor. subcis. c. 83. Confer M. Frey Fischbuch: Est quoque Piscatio *bellica* & pœnalis. v. *Bellum.* v. *Mors.*

PISCINA.

§. 1. Hebræis dicitur ברכה à benedictione mira piscium & fœcundatione. Huc nonnulli illud referunt Jos. 15. v. 19. quod Axa petiit à Caleb. *Utilitas* piscinarum 1. Domestica & Oeconomica. 2. Delectatio animi & jucunditas, ex strepitu aquarum, contemplatione oculorum.

Vide

Vide Vitruvium lib.3. c.1. 3. Natationis exercitatio. Vide Joh. 9. v.7. Ex fonte Siloa Jud. 18.31. prodibat aquæductus, in hanc piscinam aquas derivans, per varios rivos hortos irrigans. Typus fuit emissi Evangelii nos mundantis Act. 15. 9. Ephes. 5. 26. quod qui spernebant, pœnam Dei incurrebant: Confer Esai 8. 5. Johan.5. Piscina probatica ab ovib. dicta, in quam pluviales aquæ confluebant, dicitur. Huic vicina est porta vallis, ducens in vallem Josaphat: Eadem porta gregis dicta immolandi in sacrificiis. In illa hostiæ lavabantur piscina.

Piscina alia ad dexteram illius, dicitur grandis ab Ezechia fossa, inferior. Superior extra urbem in agro fullonis, Esai. septimo.

Piscina Bethsaida: stagnum Salomonis.

In hunc usum olim piscinæ ordinatæ. 4. irrigatio sylvæ & arborum juxta piscinas positarum. Pomposa olim etiam Neronis domus piscinis inclyta. Sueton. c. 31. in Nerone.

PISTRINUM. *V. Servus.*

PLACARE. PLACO.

§. 1. Est iram alicujus mitigare, atque iratum sibi conciliare. Activè homo placat Quem? sibi 1. Deum iratum, ne ut leo eum devoret Prov. 16. ne ut ursus dilaniet Os. 10. Causa procreans placati Dei Christus. 2. Cor. 5.

Quomodo? non nudis gestibus Mich. 6. 7. ceremoniis & sacrificiis Esa. 1. mandatis hominum Matt. 15. hypocrisi Jer. 2. Ecclesiast. 5. sed fide verâ in Christum unicum placamentum Rom. 3. 22. Pœnitentia Jer. 18. vid. Pœnitentia.

Oratione Dan. 9. Num. 12. Moses orans pro Mirjam c.25. cessavit plaga. Obedientiâ novâ, non ob hanc ipsam, sed ob fidem, cujus fructus est illa. Oblatione filii Dei, hoc est fideli meriti Christi, pro nobis satisfacientis, applicatione, sicut olim Romani placarunt sibi Philippum, dimisso filio ejus, quem obsidem habebant (ut liceat cœlestibus conferre terrena, salvâ illorum sanctimoniâ.) zelo Psalm. 116, 30. Apage Ethnicorum placamenta!

§. 2. Effectus placati Dei: nos sanare Es. 19. v. 22. juvare, propitiari.

Homo se placari non renuat, cum quis eum rogat veniam. v. Reconciliatio. Remissio. Item Mansuetudo.

Sibi verò mundum non placet, neque ei placere studeat. Vid. Placere.

Non dæmones, quod fecit Saul 1. Sam. 28. & magi.

Sed hostes & inimicos humilitate, muneribus Gen. 32.20. Prov. 16. 14. ultionis intermissione, carbonum collectione. Roman. 12. vers. ult.

PLACERE.

§.1. I. Deus habet beneplacitum voluntatis suæ, Eph. 1. 9. Estque in eo voluntas beneplacens Rom. 12. 1. Piæ ambulationis nostræ, & gratiosæ Dei exauditionis Psal. 69. 14. Ps. 141. 5. piorum liberationis Ps. 89. 18. nostræ recordationis Ps. 106. 4. nostræ per prædicationem conversionis. 1. Cor. 1. 21.

II. Quis placeat Deo? 1. Μονοτρόπως & planè singulariter Filius placet Patri: Matth. 3. c.17. Es. 49.

2. Omnia opera, in quibus ut à se factis habet complacentiam Dominus Psal. 104. v. 32. Estque hæc complacentia generalis etiam erga omnes homines, voluntatis antecedentis. Sap. 11. 24. *Omnium misereris.*

3. Ecclesia Psal. 68 17. Psalm. 44. placuisti in eis.

Psalm. 147. Beneplacitum est Domino super timentes eum & in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Pii in illa, sive adulti sive teneri etiam infantes Christo placent; Marc. 10. pueri: 1. Sam. 2. Samuel placebat Deo. Coloss. 1. v. 10. Deo per omnia placentes 1. Thess. 4. 1.

Credentes omnes & ex fide vera operantes animæ, ut Esther Regi. Esther. 5. Hebr. 11. v. 6. sine fide &c.

Servientes ei cum metu Heb. 12. puta filiali. Zelo, ut Pinehas. Sir. 45. 28. renovationi studentes Rom. 12. 2. humiles mansueti Judith. 9. obedientes exemplô Christi Joh. 8. Facio, quod placitum est ei, i. e. Patri: & piè ambulantes Coloss. 1. proficientes subinde fructibus justitiæ repleti, Philipp. primo.

Justitiæ vacantes Sir. 44. Jer. 9. Ose. 6. Prov. 21. misericordiam, justitiam requirit Deus.

In statu suo piè & tranquillè viventes. Eccles. 9.

Placent tua opera Deo. Orandum itaque est assiduè ut Deo placeamus Act. 13. 21. eique ut conformes fiamus assiduè studendum: adeoque constanter in Dei servitio perseverandum. Hebr. 10. 38.

§. 2. Contra non placent Deo peccatores impœnitentes.

Superbi, hos enim nescit Psalm. 113. iisque resistit 1. Petr. 5. non audit eorum preces Judith. 9.

Carnales: Rom. 8. qui in carne sunt, Deo placere non possunt.

Idololatræ, ad humana præ cura confugientes Jerem. 14. 10.

Tyranni. Act. 12. Herodes percussus, Sanherib 2. Reg. 19.

Falsi Doctores: 1. Thess. 2. 15.

Tibiæ viri, fortitudo equi Psalm. 147. vers. 10. 11.

Bona eorum, qui placent Deo, sunt inimicorum conciliatio Proverb. 16. à periculis liberatio 2. Sam. 22. placui ei. Glorificatio Luc. 12. dabit regnum.

III. Homo placet sibi ipsi. Rom. 15. 1. 2. V. Amor sui.

IV. Homo placet homini 1. in malo adulando Galat. 1. versu 10. Ezechiel. 13. Luxuriando Matthæi 14. Herodias placuit Herodi.

2. In bono: charitati studendo 1. Cor. 10.

Magnatibus inserviendo Sir. 20. Homo prudens placebit Magnatibus. 1. Sam. 18. places Regi.

V. Quæ homini bono placere debeant bona? Nempe utilia spiritualiter, 2. Delectabilia, 3. Honorabilia. Phil. 4. 8. Rom. 12. 17. Malo v. placent peccata, Tyrannis, terrenæ res Psal. 49. Luxuria Matt. 14. adulatio Esa. 30. placentia loquere.

§. 1. PLAGÆ, Plaga-atus.

Vox notat 1. Supplicium à Deo institutum. 2. Latus rei v. g. lecti: Amos 3. 12. 3. morbum Matt. 3. 10. c. 5. 29. 34. Luc. 7. 21. 4. Situm cœli. 5. Verbera Zach. 13. 6. Hic primus significatus attenditur. Deus eas immittit, sed tamen misericordia ejus temperat. Vid. Jer. 18. v. 11. 12. 17. Egregiè Luth. in 1. Joh. 4. Deus est charitas fol. 459. b. in Postill. Eccles. Niceph. lib. 17. cap. 3. Vindictæ gladios oleo miserationis exacuit Dominus. (Pii non sunt causæ plagarum, quin potius ob illos abbreviantur: Matt. 24.) non libenter easdem infligere docet Jer. 25. 6. 7. c. 18. 8. Thren. 3. 33. Sapientiæ 13. non lætatur perditione. Sicut medicus decernit ustionem non per se, sed ob malum, quod non nisi ustione tolli potest. Facit alienum opus. Esai. 28. 1. Ezech. 18. 25. Nec affligit de absoluta voluntate, sed ex suppositione culpæ & peccati. Ac si Dei justitia consideretur, plagæ furori Domini adscribuntur. Esa. 9. vers. 13. Nondum aversus furor ejus Jer. 4. v. 5. 6. 7. 8. Ezech. 5. v. 11. Oculus Domini non parcit Amos 1. 3. 6. 9. 11. 13. c. 2. v. 1. 6. immisericordes pœnæ quoque appellantur Jer. 30. 15. 14. sive illæ plagæ, quib. tamen Deus proceleusma quasi præmittit. Obad. 1. 1. Dominus ulciscitur. Jer. 5. 30. castigat Jer. 3. 8. mercedem dat Jer. 6. 19.

Quæ plagæ hominem inveniant. Deut. 31. Invenerunt eum mala multa. Terminos tamen pœnis figit Deus Amos 7. v. 1. 2. 4. 7. 8. Decernens idem Deus Ezech. 24. 14. manum extendens, Jer. 6. 12. homines deferens Jerem. 8. 19. castigationem tollens v. 9. Luc. 1. in sacerdote Zacharia. Pœnas mitigans 2. Sam. 24. 16. Thren. 3. Deus non repellit in æternum. Joel. 2. mitigans pœnas. Psalm. 103. mitigans causa est Deus. V. infra Adjuncta.

Causa promerens est peccatum, inobœdientia & rebellio Jer. 2. 16. c. 6. 30. c. 14. 15. Ezech. 39. 24. c. 7. 9. 27. Thren. 1. 22. c. 4. 13. quæ peccata Deus retegit: Thren. 4. 22. quæque variis phrasibus describitur videl. Non audire vocem Domini. Baruc. 1. 18. Dan. 9. 10. 11. frangere pactum Ezech. 2. 3. & alias sæpè non obœdire præceptis Domini 1. Sam. 20. 18. Tob. 3. 4. Jer. 32. 23. Idolis servire Jer. 25. 6.

§. 2. *Qui puniantur? Subjectum quod?*

Etiam ob unius viri culpam populus dat pœnas Esth. 3. 6. 7. Hesiod. Sæpè ob unum malum virum tota urbs punitur. Jos. 22. vers. 18. ob Jonam Jon. 1. 12. Achan. Jos. 7. 2. seq. Baësan. 1. Reg. 16. 2. Reg. 9. Jesabel Exod. 34. posteri Judæorum. Primogeniti ob patres in Ægypto. Exod. 12. 12.

Liberi, ob parentes. Thren. 4. 2.

Hostes Dei & quidem velociter Psal. 6. ult. Ps. 37. 2. Ps. 1. 6. Ps. 88. 8. & 83. 14. Vid. suprà Inimici. recidunt in retia Psal. 7. 16. & 35. 8.

Pii quoque involvuntur pœnis: Ezech. 21. & communibus plagis.

§. 3. *Partitio pœnarum.*

I. Plagæ quædam Dei sunt *propinquæ*, per metaphoram gladii, quædam *v. remotæ*, per metaphoram arcus significatæ.

II. Quædam *temporales*, quædam *æternæ* 2. Thess. 1. 6. 7. Matt. 25. *Ite in ignem æternum.* Dan. 12. opprobrium æternum: quod meritò infligitur pro temporali delicto, quod infinita Dei justitia læditur à peccatore, &c. à creatura creator. Confer l. 16. ff. de pœnis, pro declar.

Sunt & III. *Plagæ civiles*, sive *supplicia*: verbi gratia servorum, qui virgis cædebantur. 1. In servorum ff. de pœnis: aliorum, qui verberabantur. Conf. ad illud 2. Cor. 11. 24. Etiam quibus non erat judicium, puniuntur Jerem. 49. vers. 12. 13.

Plagæ & pœnæ Dei variæ Levit. 26. Quatuor sunt præcipuæ Jerem. 15. 1. 2. 3. 4. Sunt vel temporales vel æternæ. Considerantur verò variè.

1. *Respectu Dei*: pœna peccati est Domini ira, atque opera omnia, quæ Deus in ira exercet; ex innumerabili eorum copia potiora seligemus Psal. 1. 5. non consistere in judicio.

Psalm. 2. v. 5. & 9. loquetur ad eos in ira sua, conteret eos ceu vas figuli.

Psalm. 3. 8. percutere in maxilla.

Psalm. 5. 11. judicare impios, ut decidant à cogitation. ibid. Expellere.

Psal. 9. 6. Increpare, perdere, demergere in fovea d. l. v. 16.

Psal. 11. 6. pluere super impios igne.

Psal. 21. 9. Invenire omnes inimicos, ponere eos in humeros.

Psalm. 34. 17. Vultum Domini super malos esse.

Psal. 91. 8. retribuere malis.

Psal. 92. 10. dispergere inimicos.

Psal. 94. 2. reddere iniquitatem.

Psal. 101. 5. manè perdere omnes inimicos.

Psal. 146. 4. Vias disperdere impiorum.

Psal. 106. 9. 10. Elevare manum & prosternere, dejicere semen inter gentes, dispergere in regione. v. 41. d. l. Gladii pœna. Concludere homines in gladio.

Levit. 26. v. 24. Gladius ultrix.

Deut. 31. 17. Ezech. 34. 5. 8. esse in devorationem.

Ose. 7. 16. Cadere per gladium.

Jer. 19. 7. Incidere in gladium.

Ose. 5. 11. effundere furorem.

Apoc. 18. 5. recordari iniquitatem.

Jerem. 9. v. 2. Recedere.

Esai. 59. 2. dividi à Deo per peccata.

Deut. 32. 35. Ulcisci Dominum.

Deut. 28. 15. Cumulare maledictionem.

Ose.

Ose 9.17. Deum abjicere homines.

Proverbior. 1.26. Deum ridere in calamitate.

Concuti ac disperdi à Deo, Jerem.51. versu 22.

Perire de populo Num. 15. 31.

Percuti à Deo 1.Chron. 15. 11. 12.

Derelinqui à Deo 2. Chron. 24. v. 20. 21.

Confringi capita Psalm. 68. 22.

Perdi à Deo Psalm. 73. 27.

Tribulari ab inimicis Psalm. 106. 42.

Concidere, ruere Esa. 3. 9.

Confundi Jer. 48.27. Dare Regem in furore Ose.13.12. Proverb.28. vers. 2. Ob peccata populi, &c.

Captivitas Ezech. 22. 4. ludibrio erunt 2. Regum 17. 20. transtulit. Psalm. 78. vers. 63. tradidit.

Morbi, ardor Deut. 28. 22.

Destructio murorum: Psalm. 89. 41.

Deletio populorum Gen. 6.7.23. Num.14. 12. Deut.4.26. c.28. 20.

Dari in manus alicujus 2. Chron. 28. vers. 3. 4. 5.

Latrocinia, 2. Reg. 24. 2. latrunculi in Judæam.

Regni spoliatio 1.Reg. 13. v.34.

Non posse consurgere 1.Samuel. 13.14. non fugere.

Amos. 2. 13. ad 16.

Scindere regnum 1. Regnum 12. 16. à me factum.

Opprobrium fieri vicinis: Psalm. 80. 7. & sibilum 2. Chron. 29. 8.

Filiorum interitus & collisio. Ose. 13. versu 8. 9.

Uxoris adulterium Ose 4. v.2. Confer Job. 31. vers. 10.

Cœlibatus filiarum Psalm. 78. 64.

Ejectio ex terra Jer. 16. 13.

Vastitatem inducere. Esa. 13. vers. 6. 7. Ose. 2. versu 12.

Vineis. Jer. 48. 32. Esa. 23. 14. devastabitur Gen. 14. 10. Ceciderunt ibi.

Ose. 7. 13. devastabuntur. c. 9. 6. urtica possidebit loca. Ose. 10. 15. Vastavit domum Arbeel, c. 11. v. 7. Adama, Seboim.

Vastatio est merces peccati Jer. 4. 17. 18. 30. Luc. 19. Vindemia hostium Obad. 1. 5. Psalm. 55. 5. mortis metus. Judic. 9. v. 56. Tandem reddidit.

§. 4. II. *Respectu Angelorum sive bonorum sive malorum.*

Deserimur *à bonis* Angelis, cum peccamus. V. Angelus. *A malis* tentantur homines 1. Pet. 5. Apoc. 12. excruciantur ut Saul & Ahitophel, Cain, Judas in conscientia.

Impelluntur 2. Tim. 2. v. ult. ad quævis peccata.

Accusantur ab iisdem Apoc. 12.

In mutuas cædes pertrahuntur, exemplo Abimelech Judic. 9. Excœcantur 2. Corinth. 4. à Satana.

In suis idem operatur Eph. 2. In filiis diffidentiæ. Exagitantur & torquentur in conscientia, ut filia Syrophænissæ. Matt. 15. v. Granat. in hoc Evang.

III. *Respectu Elementorum*, aliorumque corporum physicorum. Deus plagas immittit per ignem. Jerem. 17. 27. incendium: Spolia Vespasiani in templo pacis Romæ asservata ignis depopulatus est, ad ann. Christi 142. Baron. Amos. 5. 6.

Incendia v. sunt ominosa. Richter. p. 3. Axion. Oeconom. Kormann. p. 4. 37. 38. in theatro naturæ.

Vide parte 2. prompt. exemplor. folio 575. & Meiger. p. 1429. Nuclei.

Fulmina: Prompt. Exempl. part. 2. f. 574.

Aquam. Gen. 6. mundus ante diluvium.

Exod. 14. Pharao. Inundatio Jenæ facta 1559.

M. Saurius in Diario p. 309. Prompt. Exemplor. fol. 576. part. 2.

Edessæ clades à Scirto fluvio exundante. Vide Nicephor. libr. 17. c. 3. Nec tacenda insignis aquarum eluvio, ante trienniumBalthico littori nata, præsaga malorum, quæ Deus noster clementissimè mitiget per JESUM Christum.

Terram: Psalm. 106. deglutivit eos terra.

Terra *vastatur* Levit. 26. homines è terra evelluntur 1. Reg. 14. 15. evomit incolas Levit. 20. ob peccata in ea perpetrata. *Movetur*. v. Terra: Confer Prompt. Exempl. part. 2. f. 573. Sterilitas 2. Reg. 6. & annonæ caritas Ose. 2. auferam frumentum, vastabo vitem. Fames. Prompt. exempl. part. 2. fol. 576.

Pluviæ prohibitio Hagg. 1. Vid. Pluvia.

§. 5. IV. *Respectu animalium brutorum*, per quæ etiam Deus punit.

Vel immittendo feras sylvestres Ose. 4. ut homines devorent Ezech. 14. iisdem noceant Jer. 8. 17. v. serpentes & basiliscos.

Puniendo per locustas Deut. 28. 38. Amos 7. 2. & insecta alia Exod. 8. Psalm. 78. vers. 46. Vide Prompt. exemplor. part. 2. fol. 579. vel per ipsa animalia interficiendo homines Ezech. 14. per serpentes Numer. 21. 1. Cor. 10.

Fabricius in historia refert, cum aliquando exundatio Albis desiisset, inventa fuisse hominum cadavera, quæ à serpentibus cincta fuerint.

Pediculos. V. Pediculi.

§. 6. V. *Respectu hominum aliorum*, per quos Deus punit homines.

v. g. Per Amicos, cognatos perfidos Mich. 7. in calamitatibus nos irridentes, incedentes.

Calumniatores. V. Simei.

Milites: qui excidunt homines, eorum nomina delent Psalm. 109. 13. Venundant homines Esa. 50. 1. Vide Bellum suprà.

Tyrannos. Deut. 1. Amorrhæus persequitur Israëlem Jud. 2. alii hostes 2. Chron. 33. Rex Assyriæ immissus DEI populo horrendis illum cladibus affecit. Confer 1. Regum 14. 15. Evellet (Deus) Israëlem è terra bona ista. V. Tyrannus.

Deinde hoc malum pœnæ est vel *hujus* vel *alterius vitæ*. Hujus vitæ mala sunt *interna* vel

vel *Externa*. *Interna* vel insunt *animæ vel corpori.*

Animæ, quæ sunt in facultatibus ejus, Intellectu vel appetitu.

In Intellectu est

§. 7. 1. Obscuritas & ignoratio rerum scitu summè necessariarum.

Traditio in sensum reprobum, Roman. 1. vers. 28.

2. Difficultas Judicii in discernendis rerum mediis & fine.

Error consiliorum: V. Historiam Astyagis & Cyri, apud Justinum: Candaulæ, nudam conjugem ostentantis? Pompeji civile bellum accendentis: Antonii cum Augusto dimicantis.

Stupor, Esai. 13.

3. Curiositas, quâ homo in cogitationibus suis vanescit: V. *Polypragmosyne*.

In voluntate, sive appetitu rationali est servitus peccati, Johann. 8. 35. Roman. 7. versu 25.

Levitas & inconstanria ejusdem, Jerem. 17. v. 9.

Αψυχοεϊα fortis humanæ, qua fit, ut sorte sua non sit contentus: Vid. Αυ]άρκεια.

In appetitu sensitivo: summa affectuum rebellio.

Turpitudo.

Spurcities.

Avaritia.

Spei frustratio, Job. 11.

Huc phrasis: Comedere hominem proprios fructus Prov. 1. 31.

Huc spectat, quod culpa aliquando sit homini ipsi pœna: quâ de re eleganter alicubi Augustinus.

Confer Proverb. 13. 15. Anima contemptoris punietur, Ecclesiast. 8. Non benè erit impio. Jer. 49. 24. Anxietas & dolor.

Terror, Jer. 50. 43. c. 51. 1.

Gaudii omnis sublatio, Jer. 16. 1.

Mors animæ spiritualis, V. *Mors*.

§. 8. *Corporis* plagæ variæ sunt, & vel illi inhærent vel circumstant. Referimus huc

Vitia corporis: v. g. Surditas, cœcitas, esse loripedem, quibuscum vitiis homines sæpè nascuntur, peccati originalis commonitoriis velut: omnis namque corporis pœna est à peccatrice anima Rom. 1. 24. Itaque corpora nostra non sunt deturpanda & peccatis non contaminanda. V. *Corporis defectus*.

Morbi V. *Morbus*. V. *Pestis*. *Febris*. Deuteron. 24. 9.

Memento Miriam. Ardor, &c. Deuteron. 28. v. 22.

Remedia eorum. Vid. *Sectiones*, *Ustura*.

Pharmaca multis quidem tormenta.

Fames, ex qua rabies. V. *Fames*.

Deletio τῶν ϛοργῶν naturalium: Unde matres nonnullæ propriis liberis non pepercisse, testis est Sacra Scriptura, Deut. 28. 57. 2. Reg. 6. 29. Thren. 2. 20. c. 4. 10.

Cædes & excidium, Jerem. 49. 25.

Labor & sudor molestus, Genes. 3. 19. Job. 5. vers. 7.

Mors, mori in peccatis, Jerem. 31. ut morticina nostra fiant stercus, Esa. 5. & sepulturæ honos illis detrahatur: vid. 2. Reg. 9. 47. Job. 13. 28. Ezech. 29. 5. c. 32. 5.

Externa mala ea sunt, quæ hominem circumstant, suntque vel à Creatore, ceu justo peccatorum judice, vel à creaturis, de quibus supra paulo ante dictum est.

Malum vitæ alterius est infernus, vel cruciatus inferorum: V. *Infernus*. V. *Purgatorium* ex hypothesi Adversariorum.

§. Bellum, in quo cumulatio pœnarum. V. *Bellum*. num. 16. Milites cum aquis comparati, Jerem. 47. 2. cum aquilis alas extendentibus, Jerem. 49. 22. Gaudii sublatio. Jerem. 48. 33. cum vento, Jerem. 51. 1. transmigratoribus Jerem. 48. 11. 12. vocis sponsi & sponsæ, Jer. 25. 7. 10. messis consumptio, Jer. 5. 17. vastatio agrorum d. l.

Nuditas, Esa. 3. 24. fuga ob hostes, Deut. 1. 44. Vecordia, Jerem. 48. 41. c. 49. 22. Ose. 2. 10. detegam turpitudinem illius.

Ludibrium, Jerem. 25. 9. Potestas aliena sub qua premimur. Ps. 106. 41. Facies combustæ, Esa. 13. 9. Fames, Esa. 65. 13. spiritualis nempe, de corporali supra dictum est. Verbera, Jer. 30. 14. Oseæ. 4. 10. non saturabuntur. Fieri in caudam Deut. 28.

Bellum: 2. Sam. 12. Non recedet gladius. Levit. 26. extraham gladium. Nah. 3. 15. Ezech. 21. 28. 29. cap. 14. 17. 18. Job, 36. 12. Confusio, Obad. 1.

Potentiæ Privatio, abscissione cornu notata Jerem. 48. v. 25. Spoliatio Obad. 1. 6. Ezech. 23. 27.

Pœna quoque est infelix bellum, Deo arma retro vertente Jerem. 21. 4. nosque instar vitulorum mactari permittente, Jerem. 46. versu 20.

Angustia hominis, Amos 6. vers. 14. Lucæ 19.

Absinthium calamitatis & fel, Jerem. 9. vers. 16.

Dolor, Esa. 65. 14. sive sit corporis, sive sit animi Gen. 3. 16. c. 24. 7. Job. 2. 13. Psalm. 18. 5. 6. Psalm. 38. 18. Ps. 90, 10. Eccles. 2. 23.

Nudatio, Esa. 3. 17. Joël. 1. 7. Deuteron. 28. vers. 49.

Constupratio usque ad verticem, Jerem. 2. 16. vestium privatio, Ezech. 23. 27. Honoris privatio, Deut. 28. in caudam. Contemptus Obad. 1. vers. 2.

Domuum Privatio, Amos. 1. 11. Consilii defectus, Ezech. 7. 26. omnisque auxilii, Psalm. 107. 12.

Dispersio vel disseminatio hominum, Jer. 13. 14. Amos. 4. 2. eruam vos: Ut non videant patriam, Jerem. 22. 10. 11. sed eâ ejiciantur, Jerem. 10. 18. Morbus Jer. 16. 3.

Captivitas & servitus, Psalm. 21. 13. 2. Regum 18.

Cordis afflictio ob mala, Psalm. 107. 12.

Fuga turpis. Amos. 4.3. fugere per muros Psalm. 74.

Signa non videmus. Fabulam fieri. 1. Reg. 9.7. Festa mutari in lugubres dies. Amos. 8. versu decimo.

Posterorum & liberorum deletio. Psal. 21. 11. 2. Sam. 21. Filii Saul. Exod. 34. 1. Sam. 3. prædixi. 2. Reg. 9. omnis domus Achab. Exod. 20. 5. in tertiam. Jud. 21. 6. tribus Benjamin deleta. Job. 21. servabit filiis suis dolorem.

Necessitas rerum, sive ad victum, sive ad bellum pertinentium. Vide Exempla apud Joh. Bapt. Fulgosum lib. 7. c. 6. Factor. & dict. memorabil.

§. 10. Pestis & morborum afflictio. Ezech. 5. 12. 15. Amos. 6. 10. Populi deglutitio. Obad. 1. 16. Paucitas hominum Amos. 5. 2. 3. Jerem. 2. in solitudin.

Vastatio, desolatio. Esa. 13. Jerem. 49. v. 21. Luc. 19. ædium sacrarum. 2. Chron. 7. Tradam in parabolam. Amos. 5. v. 2. 3. sic destruent hostes ut surgere non possis. Esa. 27. v. 10.

Prædatio. Tob. 3. Traditi sumus in direption. Rejectio à Deo, Jerem. 6. 27. 28. 29. Esa. 42. Quis dedit Israël in direption. Jerem. 2. Quare factus es in prædam?

Terror & Pavor ob hostem. Jerem. 6. versu 24.

Tristitia & Abolitio cantus, Ezech. 7. 7. Psf. 137. 4. 5. seq.

Vestium induitio lugubrium: Huc spectat saccus, Amos. 8. 10. Uxoris privatio Jer. 8. 10. Vitæ abbreviatio. Psalm 89.

Negata sepultura, Jerem. 16. vers. 3. 4. Vocatur etiam ira Dei securis Matth. 3.

§. 11. *Finis pœnarum.*

Impiis non est expectandus, Jerem. 14. versu 19.

Consequens

Pœnæ est, ut *tinniant aures*, id est, ut homines calamitates maximas qui audiunt, obstupescant planè & extra se velut positi, perterrefiant. Vid. 1. Sam. 3. 11. 2. Regum. 21. v. 12. Jerem. 19. 3. Cor concutiatur. 1. Reg. 8. 49. homines expavescant Thren. 3. 64. ut omnes videant. Ezech. 5. 9.

§. 12. *Adjuncta.*

Pœnæ Dei certò & citò *complentur*. 1. Sam. 3. 13. *connexæ* sunt, Ezech. 7. 5. 26. pœna pœnam trudit. *mitigantur* à Deo, Joel. 2. 21. ut post vinum adhibeat balsamum in vulnere sauciorum. Tandem *provocantur* & exasperantur. V. Paul. Oros. libr. 7. Isidor. Pelusiot. lib. 2. Epist. 42. accelerantur, Ezech. 22. 3. 4. aliquando vero differuntur 2. Chron. 32. 26. Genes. 6. *centum & viginti annos.*

Sunt opus alienum. Esa. 28. [1] Quia Deus non delectatur nostris pœnis, ideo serió præmonet, ut eas caveamus. Deuter. 32. [2] Quia misericordia Dei magna est. Psal. 103. Ose. 11. 7. & gaudet nobis benefacere. [3] Quia facile mutat decretum puniendi, ut dicit Jerem. 18. 7. & Exemplum Ninivitarum ostendit. Jon. 4.

Adjunctam habet immisericordiam. Thren. 2. vers. 2.

Implicantur pœnis, qui cum malis peccant, & eorum peccatis communicant. Sic. Act. 9. Socii Pauli.

Differuntur aliquando à Deo (1) ob nominis sui gloriam. Esa. 36. Deut. 33. Nisi iram inimici. Psalm. 79. Adjuva nos ob gloriam nominis tui. Jer. 14. Ne des nos in opprobrium ob nomen tuum. (2) Ut homines ad pœnitentiam adducantur, Sap. 11. dissimulas. Rom. 2. ad pœnitentiam. (3) Homines tamen abutuntur hac mora ad majorem impœnitentiam & duritiem. Agg. 2. Amos. 4.

Prædictio pœnarum, cum nobis adhuc bene est. Jerem. 22. 21.

Cumulatio pœnarum adversus eos, qui pœnis non corriguntur Ezech. 21. vers. decimo tertio.

§. 13. *Varia Nomina & similia plagarum Dei variarum.*

Aquila veniens. Ose. 8. 1.

Bibitio de furore omnipotentis Dei. Job. 21. v. 20.

Cantus abolitio, Ezech. 7. 7. Carbones effusi super urbem. Ezech. 10. 1.

Carecta sine aqua. Job. 8. vers. 11. Castigatio Tob. 13. Psalm. 118. 8. Jerem. 30. 11. c. 31. 18. cap. 46. 28. Hebr. 12. 6. Apoc. 3. 19. Psalm. 72. vers. 14. Tob. 11. 17.

Chirurgus putrida membra ferro resecat: sic Deus pœnis nos sanat.

Dolor partus. Esa. 13. 8. Joh. 16. Psal. 48. v. 7. Jer. 4. 31. c. 6. 24. c. 13. 21. c. 22. 23. c. 30. 6. cap. 48. 41. c. 49. 22. 24. &c.

Favilla à vento dispersa. Job. 21. 8. Favillæ nos sumus. Ventus calamitas est, à qua facilè dispergimur. Ficuum malarum abjectio Jerem. 29. 17. Abjectio hæc calamitas est pœna impio. Malæ ficus impii sumus. Flatus: perire flante Deo, Job. 4. 9. Pœna est Dei flatus, quo dissipamur.

Gladius: Ezech. 21. 3. 4. extractus, acutus v. 9. d. l. datus in manus occisoris vers. 11. 14. 15. 19. 28.

Hortulanus zizania evellit, ne bonæ herbæ suffocentur, ita Deus punit, & peccatorum lolia evellit castigando, ut illa agnoscamus, Jerem. 3.

Ignis symbolum iræ & pœnæ Dei, Amos. 1. 3. & 10. 12. 14. Jugum ferreum. Jerem. 28. vers. 13. 14.

Imperator milites refractarios punit, ut exercitum à rebellione liberet.

Lamenta sunt pœnæ. Amos. 5. 16. 17. Lucerna. Job. 21. 17. c. 24. 17. Lucerna impiorum exstinguetur.

Manus extensio. Ezech. 14. 9. 13. c. 16. 27. c. 20. 33. Esa. 5. v. 25. Mare veniens. Jerem. 51. versu 42.

Onus. Jerem. 23. 38. 39.

Pater ut filium castigat: sic nos Deus variis pœnis. Heb. 12. 6. v. supr. *Castigatio.* Pardus insidians

fidians Ose. 13. 7. ficut Pardus in via: fic Deus iratus in pœna. Primi in peccatis, primi in suppliciis. Amos. 6. 7.

Recessio Dei, Jerem. 8. 8. c. 9. 2. Ezech. 8. 6. c. 23. 18. Ose. 9. 2. quæ est gratiæ divinæ ob enormia peccata impœnitentium justa retractio. Rete Ose. 7. v. 12. Job. 18. 8. Thren. 1. v. 13. Ezech. 12. 13. c. 17. 20. c. 19. 8.

Securis. Jerem. 46. 22. Matt. 3. 10. Luc. 3. 9. Esa. 10. vers. 11. stellarum obscuratio Esa. 13. vers. 11.

Tangere dicitur terram Deus Amos. 9. 5. ut illa liquescat, omnes incolæ in mœrorem injiciantur. Teredo Ose. 5. 12. & tinea ibidem. (1) in anima per morsus conscientiæ. (2) in corpore per morbos. (3) in bonis per paupertatem. Vermiculi (1) lentè & occultè (2) successu temporis (3) certò (4) trabes grandes & vestimenta serica, pellicea pretiosa exedunt: sic ira & pœna Dei sensim pedetentimq; in peccatis, paulatim crescunt; certò tandem sese exerunt, summos & infimos depascunt, omnia pretiosa perdunt.

Ventus, Psal. 1. 4. pulverem dispergens. Sic plagæ Dei homines dispergunt. Virga virens Ezech. 7. 7. qua Deus nos cogit. Ezech. 20. 38. 39. Vindemia, quâ omnia colliguntur. Jerem. 6. 9. Visitatio Exod. 20. 5. & 32. 34. Levit. 18. 27. Ose. 9. 7. venient dies visitationis ejus. cap. 12. 2. Jerem. 9. 9. c. 5. 9. Ose. 1. 4. visitabo sanguines. Ultio secundum peccata. Judith. 9. v. 34. Levit. 26. 25. Deut. 18. 19. Jerem. 51. 56. Rom. 12. 19. Luc. 18. 8. 1. Thess. 4. 6. 2. Thess. 1. 8. Ezech. 29. 14. Ursus Ose. 13. 8. qua voce (1) ira Dei ferventissima significatur, cujus duo effectus 1. occursio. 2. dilaniatio ibid.

Subitò veniunt Dei plagæ. Jerem. 50. 24. ex improviso. Esa. 47. 11. Inevitabiles sunt aliquando v. Mors & Atys, Filii Regis Crœsi vid. Herod. lib. 1. Crœsi captivitas. Herodot. lib. 2. Philippi mors à Pausania interfecti. Julii Cæsaris mors à Calphurnia indicata.

§. 14. *Alia distributio Pœnarum.*

1. Alia spiritualis verbi divini carentia. Ezech. 7. 26. Amos. 8. amissio gratiæ Dei & fontis vivi, Spiritus Sancti ablatio & recessio.

2. Alia corporalis.

3. Alia universalis, quæ comparatur diluvio aquæ. Amos. 8. 8.

4. Particularis ratione certi loci, Personæ.

5. Pœnæ talionis. vid. Talio. Obad. versu 15.

6. Pœna partialis.

7. Totalis: cum quis ita cadit, ut non resurgat. Amos. 8. v. 14. cum Deus planè abjicit homines à favore suo. 2. Reg. 17.

8. Pœna fatalis. Jerem. 11. 11. c. 4 27. 28. Esa. 47. 4. obœdienter accipienda. Jerem. 21. vers. 4. 5.

9. Pœnæ ratione personarum sunt (1) Magistratus. Ezech. 21. 27. Ps. 107. (2) Sacerdotum 1. Sam. 2. c. 3. (3) Populi.

10. Pœna publicà ob peccata publicè perpetrata. Ezech. 21. 24. c. 24. 6. 7. 8.

11. Pœna alia vulgaris, alia mirabilis. Punit enim Deus mirabiliter, Didac. Apolepht. part. 2. histor. p. 651.

12. Alia hujus vitæ: alia alterius vitæ. Vid. Casp. Huberin. p. 82. 83. ad. 95. b. de Bonitate & Ira Dei.

Officia nostra in Pœnis & plagis Dei. §. 15.

1. *Agnoscere peccata* & sentire pœnas. 2. Chron. 6. 29. Dan. 9. Ps. 51. Tibi soli peccavi. Ps. 106. Jerem. 4. 28. c. 13. 22. cap. 14. 20.

Revereri justitiam Dei: nam per quæ quis peccat, per eadem punitur. V. Talio, Commonefieri de Irâ Dei, de peccati fructibus, de pœnitentia, de morte, de ultimo Judicio, de inferno; quorum omnium anteambulones sunt pœnæ Dei.

Quærere, unde pœnæ veniant? Jonæ. 1. vers. 7.

2. *Non remurmurare* adversus Deum Thren. Jerem.

3. *Metuere pœnas.* Jerem. 23. 19. 20. & ex his capere Exemplum. Amos. 6. 2. 1. Cor. 10. non negligere pœnas, ne majoribus stimulis à Deo pungamur, sicut jumentum nolens progredi, acrius stimulis pungitur. Stimuli Dei sunt ejus beneficia, inspiratio Spiritus Sancti, reprehensio, rationis lumen, timor inferni: hos qui negligunt stimulos, acrioribus pœnis à Deo vulnerandi erunt.

4. *Pace Christi eas tolerare*: Sic Dionysius scripsit epistolâ ad Hieracem, cum Christiani gravissimè à Gentilibus Alexandrinis affligerentur. Baron. Tom. 2. Annal. fol. 641. ad An. Christi 263.

5. *Tristitiâ affici.* Ut Jonæ 1. v. 4. 5. 6. ac Humiliare se ut Achab fecit 1. Regum 21. non contemnere supplicia Jer. 2. 30.

6. *Emendare vitam.* Amos. 4. 12. & se præparare erga Deum. Augustinus de simplic. Clericor. Nimium (ait) præceps est, qui transire contendit, ubi conspexerit alium cecidisse, & vehementer infrenis est. Preces & jejunia indicere Joel. 2. 15. Expergefieri, cùm altum stertentes in peccatis à Deo excitamur per virgas pœnarum. Impediuntur rapidi fluctus peccatorum, ne quando absorbeamur: abstinere à lætitia Joel. 2. 15.

7. *Orare diligenter.* Ps. 39. Daniel. 9. se suosque carpit Propheta, quod sæpti calamitatibus minus diligenter oraverint.

8. *Agere gratias Deo & vota persolvere.* Jonæ. 1. vers. 16. & ad Deum solum confugere Joel. 1. vers. 19. ac respicere non ad hostes Joel. 2. versu 11.

9. *Consolari eos*, quod post pœnas Deus resarciat damna. Joel. 2. v. 25. Ezechiel. 36. vers. undecimo.

10. Certò credere nos consilio humano pœnas evadere non posse. vid. part. 3. horar. recreat. Didaci Apol. p. 921.

11. In pœnis consolatio addenda de mitigatio-

gatione pœnarum ob Christum Deuteron. 32. 62. 56. 1. Corinth. 11. 32. Corrip. Hebr. 12. Cast.

1. Crede te Deo placere.
2. Ob Christum.
3. Crede paterno animo Deum nos castigare Hebr. 2. Psalm. 119. bonum.
4. meditare bona ex cruce provenientia.
   1. De pœnitentia commonefactio.
   2. Fidei & timoris excitatio.
   3. Precum.
   4. Agnitionis nostri & humilitatis.
   5. Compescit vitiosas inclinationes.
   6. Discimus diligentius verbum Dei.
   7. Confortat nos Deus verbo de auxilio, protectione, mitigatione, liberatione inchoatâ, consummatâ.

PLAGIUM.

De quo JCti ff. ad Leg. Fabiam de Plagiis.

Huc exemplum Alberti & Ernesti, Friderici II. Electoris Saxoniæ filiorum, in Comœdia descriptum à Dn. M. Cramero ann. 1593. pòst Theologo Celeberrimo.

PLANCTUS.

Plangere Jerem. 18. v. 22. Confer *Luctus*.

Levare planctum super aliquem notat calamitatem alicujus deplorare. Ezechiel. 19. 1. c. 28. 12. Matt. 24. κόψονται, cædent ipsorummet corpus ac præ doloris impatientia dilacerabunt.

Planctus vertitur in Choream, cum Tristitia cum gaudio commutatur, Psalm. 30. 12. & Saccus solvitur.

PLANTA, PLANTATIO.

§. 1. Deo adscribitur: Hic enim plantat *Ecclesiam vineam.* Ps. 80. 9. Respublicas velut arbores, quas tandem, merentibus ita peccatis hominum, succidit. Dan. 4. 12. Populum aliquem v. g. Israëlem. Exod. 16. 17. 2. Sam. 7. 10. Ps. 80. 9. Jerem. 2. 11. cap. 24. 6. malos & potentes, Jerem. 12. 2. ad tempus florentes: postea v. evulsi, & à radicibus revulsi, quia non sunt plantati in terrâ firma amoris divini, sed unda voluptatis hujus mundi, Psalm. 90. vitæque caducæ. Fideles v. quosvis plantat. 1. in gratiâ stabiliendo. 2. Sam. 7. 10. Ponam locum populo meo & plantabo eum: Hoc etiam verum est de credentibus in Christum. 2. In Ecclesiam vocando. Psalm. 92. 14. plantati in atriis domini. 3. Constantiam donando: Sicut enim arbor plantata perstat nec vento movetur, &c.

§. 2. *Plantæ simus justitiæ.* Es. 60. Ps. 1. 10.

1. Radicatæ per fidem in Christum. Ephes. 3.
2. Fœcundæ per bona opera. Philipp. 1. 11. Matt. 5. 16. Col. 1. 10. Tit. 2. 14.
3. Vegetæ per vim Sp. Sancti. Rom. 8.
4. Crescentes per quotidianum profectum, Col. 1. 11. in cognitione Dei.
5. Odorem præstantes per conversationem piam & liberalitatem. Philip. 4. 19.

Plantamur per servos DEI. Jerem. 1. 10. 1. Cor. 3. 6. 7.

PLATO.

Ægyptiorum discipulus. Æneas Gazæus in Theophr. folio 11. peregrinatus in Ægypto. Theodoret. sermon. 1. de curandis Græcorum affect. multa didicit ex doctrina Mosis: Inde ille de Platone dixit: Quid est Plato, nisi Moses Atticus? Et Confer Theodoret. sermon. 6. qui inducit Platonem de peccatorum suppliciis disserentem; simulacra taxavit. Verba ejus recitat Theodoret. sermon. 3. de curandis Græcorum affect. Complura illiusdem dogmata passim Theodoret. d. l. adduxit: Et Augustinus Steuchus in perenni Philosophia. & Marsil. Ficin. in commentar. Quid denique Plato ejusque successores de Trinitate dixerint, legere quis potest ap. Theodoret. sermon. 2. de curand. Græc. affect. folio 33. Edit. Sylburgii.

PLEBS. *V. Populus.*

PLENITUDO, plenus, repleri.

§. 1. Plenitudo. I. *Terræ* notat omnes in terra creaturas: Psalm. 24. v. 1. 2.

II. *Temporis*, consummatum tempus Galat. 4. 4.

III. vitiorum, quæ est in impiis. Huc illud Actor. 5. Satanas implevit cor tuum, &c. Johan. 13. Judas à Satana repletus.

IV. *Mundi*, quâ hic nos inebriare studet. Estque amor mundi prolubitus. Rom. 12. 2. 3. 1. Johann. 2. 15. 16. 1. Corinth. 7. meretricius. Apocal. 17. Huc spectat catalogus vitiorum mundi, hypocrisis pharisaica, qua pleni ejus sectæ homines. Matt. 23. Actor. 13. 10. peccata Ethnica. Roman. 1. 29. cap. 3. 14. Jacob. 3. 8. 2. Petr. 2. 14. gratiam Dei excludentia. 1. Corinth. 6.

V. *Pietatis*, qua pii pleni sunt gratiâ, fructibus justitiæ. Luc. 1. Actor. 6. 3. 5. 8. cap. 7. 58. c. 11. 24. Coloss. 4. 12. Philipp. 1. v. 11. cui opponitur Plenitudo vitiorum, de quibus paulò antè.

VI. *Christi* & *in Christo*, quæ non notat sufficientiam rivuli (potest enim sitienti rivulus satis esse) sed sufficientiam fontis & superabundantis gratiæ Joh. 1. 15.

VII. Spiritu plenum fieri Ephes. 4. 18. [1] verbum Dei attentè audiendo. [2] In fide, morte, tentatione, perseverando, in solatio Evangelii. [3] solando se è Psal. 36. Quàm pretiosa est bonitas tua. Psalm. 23. Calix inebrians. [4] Canticis spiritualibus cor excitando. Ephes. 5. psallite in cordibus. [5] vitiorum plenitudinem vitando; ne sit cor plenum odio, oculi adulterio, manus rapinis, os spurcis verbis: Sint potius labia nostra amabilia Canticor. 4. [6] Ἀυταρκία studendo hilaritati, humilitati. [7] Securitati non litando. [8] assiduè orando.

VIII. Plenitudo Dei Ephes. 3. 19. quibusdam notat 1. fidei plenitudinem, qua credimus in Patrem & Filium & Spir. Sanctum. Horsum quædam apud Theophylactum & Oecumen. 2. Quibusdam virtutem Dei, qua ipse plenus est. 3. Rectiùs significatur

tur plenitudo illa donorum spiritualium. nempe fidei, charitatis & omnium fructuum justitiæ. Roman. 15. 14. Philipp. 1. versicul. 9. & 11. quæ certè iis, qui Christum amant, contingunt, donec ad perfectionem vitæ perveniant, ubi DEUS erit demum plenissimè omnia in omnibus 1. Corinth. 15. 28.

Caussa: Deus efficit, ut pleni simus omni dono. V. *Dona*. V. *Spiritus Sanctus*. Conf. Coloss. 1. versic. 9. 10. 11. Philipp. 1. v. 9. 10. 11. 1. Corinth. 1. v. 6. 7.

Adj. *gratitudo* nostra pro Dei plenitudine. *Imperfectio* hujus plenitudinis. 1. Cor. 13.

§. 2. *Opposita* spirituali plenitudini. *Vacuitas & carentia* hujus plenitudinis, in hominibus irregenitis: verb. grat. In intellectu, absentia veræ Dei cognitionis: Ephes. 4. 24. In voluntate, vacuitas obœdientiæ. Roman. 8. Carnis sapientia est inimicitia adversus DEUM. In appetitu carentia justæ moderationis.

Plenitudo solicitudinis temporalis, v. curarum, & voluptatum, ut in Epulone Luc. 16. adulteris, helluonibus.

Acedia in his, qui parum soliciti sunt de donis Spiritus Sancti impetrandis.

PLORO *vid. Lacrymæ.*

PLUMBUM.

Metallum impurum (1) Typus malorum Judæorum. Ezechiel. 22. 18. 20.

(2) Commonitorium interitus Tyrannorum. Exod. 15. 10.

(3) Impœnitentium, non emendantium sese, Jerem. 6. 29.

(4) Divinorum suppliciorum Zach. 5. 7.

(5) Mirarum proprietatum Index. Nam (α) liquefactum extra aquam exilit, hanc non fert: ferunt reliqua metalla. (β) Cava ex eo vasa non merguntur. Ad stupida ingenia, quæ tamen arte cicurari possunt, hæc Augustinus applicat Sermon. 147. de Tempore. (γ) Chartam non facilè adurit, si ei liquefactum infundatur. (δ) Plumbea vasa non liquescunt, quando eis aqua infunditur, quod si simul injicias calculum aut æreum quadrantem protinus liquescere tradit Plinius libr 24. cap. 17. Confer Mathesium in *Sarepta*.

PLAUTIANUS. *Vid. Tyrannorum Exitus.*

PLUVIA.

§. 1. *Quid?*

Defluxus nubis coagulatæ ex vaporibus, calore in aquam resolutis. Job. 36. 27. cap. 37. 6. c. 38. 25. 34. 37. 38.

Quotuplex?

1. Naturalis.

2. Spiritualis Evangelii 1. liberalissima. 2. uberrima. 3. fructuosa. 4. humectans. 5. mollefaciens. 6. jacta in agrum cordium. Deut. 32.

Caussa

Efficiens DEUS Deuteronom. 11. 11. 12. Esai. 30. 23. Jerem. 14. 24. & 22. Job. 38. 28. dirigens quò vult, Job. 28. 26. Amos. 4. 7. Malach. 4. 10. Psalm. 65. 12. & 135. 7. Jerem. 10. 13. Psalm. 147. 8. Esai. 30. 23. Jerem. 5. 24. Joel. 2. 23. Amos. 5. 8. Matt. 5. 45. Lucæ 12. 54. Actorum 14. 17. Levitic. 26. 4. Ejus igitur Caussa non est Melecheth Jerem. 44. 17. Non Sanct. Urbanus in papatu cultus. Luther. in Jerem. 44. 17.

Procreans: fides & oratio. 1. Regum. 8. 35. 36. cap. 18. 1. 42. Zachar. 10. 1. 2. Regum 3. 17. Genes. 2. 5. Venti cogentes nubes. Zachar. 10. 2. 1. Reg. 18. 45.

Impediens: Idololatria. Jerem. 3. v. 3. 4. Peccata hominum. V. Siccitas.

Quibus detur?

Piis. Lev. 26. 4. Deut. 11. 13. 14. c. 28. 12. 1. Regum 8. 36. Zach. 10. 1.

Impiis aufertur. Levitic. 26. 19. Deuteron. 11. 17. cap. 28. 23. 34. 1. Reg. 17. 1. Jerem. 3. 9. Amos. 4. 7. Apoc. 11. 6. *aut ob* illorum *culpam detinetur.* Amos. 4. 7.

Effecta & Commoda Pluviæ.

Frugum accretio. 2. Samuel. 23. 4. Esai. 44. 14.

Locupletatio terræ, Psalm. 65. 11. Levitic. 26. 4. Jacob. 9. 18.

Madefactio. Actor. 28. 2. Esa. 30. 23. Psal. 104. 13. 14. 15.

Recreatio terræ: Jerem. 14. 4. Actorum 14. 12.

Noxia pluvia v. g. in diluvio Genes. 7. 4. 12. 17. In Sodomorum incendio. Gen. 19. 24.

Nimia Pluvia Dei pœna est, quæ ad preces Mosis in Ægypto cessabat. Exod. 9. 33.

Nimbus de Pietate nos moneat. Job. 37. 1.

In Ægypto esse pluviam docet Philo & Diodorus Siculus lib. 1. c. 7.

Metaphorica.

Pluvia cladis à DEO inflictæ. Esai. 30. 38. Ezech. 38. 22. Psalm. 105. 32. Job. 20. 23. Ecclesiast. 12. 2.

Doctrinæ verbi. Deut. 32. 2. Job. 29. 22. Esa. 55. 10. Mich. 5. 7.

Benedictionis. Prov. 11. 15.

Incarnationis Dominicæ. Psalm. 72. 6. 7. V. Paulò post.

Oportuna.

Pluvia est imago spiritualium & corporalium beneficiorum.

Oppositum Siccitas. *V. Siccitas s. l.*

§. 3. *Variæ Pluviæ*

Mira. Anno Christi 828. frumentum pluit. Sigebertus in Chronic. Tempore Martiani Imperatoris. Idem contigisse scribitur Ann. 1550. prope Vinariam.

Spiritualis est Evangelium, Psalm. 68. 10. Fluit enim ex 1. DEI misericordia. 2. Hominibus

nibus regeneratis est grata; Hæc consolatur nos, hæc stillat in nos, docet nos. Est enim stillare docere. Ezechiel. 20. Amos. 6. Mich. 2.

Pluvia in vellus est Christi nativitas V. Promptuar. Allegor. 11. Confer Didac. Stellam folio 27. a. in cap. 1. Lucæ. Pluvia in vellus

1. Non dat sonitum, secus si in terram.
2. Non lædit vellus.
3. Extrahitur vellere aqua, sine velleris corruptione. Sic Christus natus tacitè, sine gloria. Matrem nec conceptus nec egressus læsit.

Pluviæ Miraculosæ. Kornmannus part. 98. Theatr. naturæ, varia recenset Exempla.

Panis. Exod. 16. 4. Psalm. 78. 24. Anno 1531. Soræ in Apulia nigro & grosso pane pluit. Job. Fincel. lib. 3.

Ratione temporis. 1. Samuel. 12. versicul. 16.

Lapidum, testarum, Anno C. 663.

Piscium, Anno 1571 in Silesia.

Crucibus pluit Anno Christi 784. quæ ceu oleo impressæ vestibus hominum adhæserunt, Sigebertus in Chronic.

Bis tantum pluit in Palæstina; Mense Octobri, cum seminatur (dicitur pluvia temporanea) mense Aprili (dicitur pluvia serotina) cum fruges maturescunt.

§. 4. *Gratiæ agendæ pro Pluvia.*

Exemplo Davidis Psalm. 65. Psalm. 104.

Bassianorum (Ethnicorum) Regis, qui de die & nocte quinquies procidit, & de profundo pectore gratias egit Deo naturæ, simulachro scilicet, solem Lunam reliquasque stellas manu suâ tenenti: Alexand. Geraldinus lib. 4. Itinerar. Jova pluvius Ethnicorum huc quoque facit.

Superstitio Romanorum.

Tempore siccitatis populus trahebat lapidem per urbem, quem Manetem vocabant, pluviasque dare credebant. O stupidas hominum mentes!

PLURALITAS & PLURES.
V. Multitudo.

POCULUM. *V. Calix.*

1. Dei poculum crucis est; D. Agnetæ (ut fertur) ab Angelo oblatum: Psalm. 80. 6. Matth. 20. calix bibendus à filiis Zebedæi. Christi poculum vid. titul. Sacramenta & Eucharistia.

2. Diaboli, qui propinat poculum vitiorum; puta, voluptatis Matt. 24. 38. Esa. 5. 11. 12. Amos 6. 3. 6. fatuitatis, stultos enim efficit Satan, loquendo stulta, efficiendo stulta per suos Proverb. 20. 1. Genes. 19. 32. etiam pios seducendo. Obscœnitatis Esa. 28. 8. Ephes. 5. garrulitatis, noxiæ proximo; in multiloquio peccatum: crudelitatis Sir. 31. 37. patet exemplo Herodis Johannem occidentis Matt. 14. Impuritatis Gen. 9. 21.

3. Hominis, Habacuc. 3. 15.

POENA.

1. Dei, quam infligit vid. titul. plaga.
2. Magistratûs pœna, in qua mitiorem meritò partem sequitur: vid. tit. Magistratus: item Justitia punitiva.
3. Inferni? *V. Infernus.*

POENITENTIA. §. 1.

Dicitur aliàs conversio, nempè à via mala Jon. 3. 8. à tenebris ad lucem Actorum 26. 18. à malis hominibus Actorum 2. 40. Græc. *μετάμελεια*; aliquando etiam in malam partem accipitur Matth. 27. 3. Circumcisio cordis; aratio ejusdem Jerem. 4. 4. resipiscentia, Hebræis תשובה item משובה. Vide latius nostrum Gerhardum.

Pœnitentiæ *vox ambigua*; Accipitur pro

1. Tota conversione Lucæ 15. Actorum 2. 38.
2. Regeneratione.
3. Partialiter, pro sola contritione; cum huic vox fidei adjungitur.
4. Quolibet dolore Matt. 27. 3.
5. Externâ pœnitentiæ professione.
6. Partialiter, pro morsu conscientiæ ob peccatum, qui fuit in Juda, Saul, Achitophel, Cain, Nerone.

Negabant olim pœnitentiam Novatiani & alii, quod Martyres defecturi essent, si lapsis daretur pœnitentia, apud Baron. tomo 2. folio 517. num. 25. Acesius, Novatianorum Episcopus, cui Cæsar Constantinus dixit: Erigito tibi scalam Acesi, & solus ascendito.

Est autem pœnitentia nostri ad DEUM conversio, qui peccata seriò ex lege DEI agnoscimus, conspectu iræ Dei conterimur, & vera fide in Christum nixi remissionem peccatorum credimus: Damascenus l. 2. capit. 30. F. Ose. 12. 6. converte te ad Dominum.

Ἀνθρωποπαθῶς Deo tribuitur; aliàs vox pœnitentiæ notat consilii mutationem; Genes. 6. 6. pœnitet me fecisse hominem: Drexelius tr. 14. Confer 1. Sam. 15. Pœnitet Deum facti regis Sauli: Jerem. 18. 18. agam pœnitentiam.

Dicitur Sacramentum artic. 13. Apolog. Augustanæ Confession. non ob materiam aut formam sacramenti (qua utraque destituitur) sed ob finem & effectum, quem communem habet cum sacramentis; nempe confirmare fidem.

Quotuplex? §. 2.

1. Alia est procrastinantium & cogitantium pœnitentiam, sed non agentium.
2. Prædicantium eam multis verbis, sed non agentium.
3. Ostendentium gestibus externis, ut hypocritæ Matt. 6. Achab.
4. Agentium & devotorum, ut Maria, David, Lucæ 15. omnes sancti Psalm. 32. Propter hoc orabit ad te omnis sanctus; dicitur aliàs pœnitentia stantium.

5. Pœnitentia à craſſis facinoribus & lapſibus, ſic David, Petrus, Jerem. 10. reverti à via mala: Pſalm. 37. declinare à malo.

6. Ab innatis cupiditatibus, Rom. 6. ſepulti ſumus una cum Chriſto per peccatum in mortem, &c. refertur ad pœnitentiam ſtantium.

Cauſæ.

§. 3. I. *Efficiens* converſionis Deus, qui ex repugnantibus & nolentibus volentes homines facit: Spiritus Sanctus. Ut hortulanus aquâ irrigat hortum: ſic Spiritus Sanctus cordis hortum: Zachar. 11. habet baculum væ Ezech. 30. 36. Itaque converſio à ſolo Deo: à Chriſto, qui dat pœnitentiam Actorum 5. 31. eamque vult. 1. Timoth. 2. 4. Thren. 5. 21. Jerem. 31. 18. Actorum 11. 18. 2. Timoth. 2. 25. Convertendum Paulum ſubitò lux cœleſtis circumſtetit Actorum 9. Se igitur homo convertere non poteſt in ſtatu primo conſideratus, ſic enim mortuus eſt Epheſ. 2.

§. 4. II. *Inſtrumentalis* ſunt miniſtri, legem & Evangelium prædicantes Actorum 26. 17. lex iram, Evangelium gratiam operatur. Huc ſpectant patres, matresque familias, qui ſuos ſemper ad pœnitentiam hortantur, Eſther. 4. 16. Exhortatio ad pœnitentiam, Baſil. tom. 1. fol. 117. ſeq.

§. 5. III. *Impellentes* & ſvadentes cauſæ: 1. à Dei præcepto & voluntate Eſa. 1. Jerem. 3. 1. 22. cap. 4. 1. cap. 6. 8. cap. 7. 3. cap. 26. 3. 13. cap. 36. 3. Marc. 1. 2. Vita deſtinata pœnitentiæ, Bernhard. ſermon. 13. de jejunio quadrageſim. Auguſtino dicitur vita hominis pœna quotidiana epiſt. 180. 3. Quia Diabolicum eſt, in peccatis perſeverare, Chryſoſtom. epiſtol. 1. ad Theodor. tomo 5. 4. A comminationibus Dei Pſalm. 7. 13. Zeph. 1. 3. Amoſ. 9. 3. 4. Deuteronom. 28. 5. Ab incertitudine vitæ Pſalm. 90. 10. 11. Jacob. 4. 14. Sit ergo plenum cor Pœnitentiâ, ad beatè emigrandum: 6. à negatione pœnitentiæ in altera vita, Chryſoſtom. epiſt. 2. ad Theodoret. tomo 5. Cyprianus in tractatu contra Demetrium: 7. à Chriſti familiaritate, recipientis peccatores Luc. 7. peccatricem Matth. 9. publicanum Luc. 15. peccatores invitantis Matth. 11. 8. à promiſſionibus factis pœnitentibus: Zachar. 1. convertar ad vos: Pſal. 51. docebo iniquos vias tuas. 2. Samuel. 12. ſuſtulit Dominus peccatum. 9. Ab elogiis pœnitentiæ: eſt enim probata medela, Juſtinus Martyr. Via Domini, per quam ad nos venit Chriſtus, Hieronym. in cap. 1 Marci: Terror dæmonis, vide Laurent. Juſtin. l. de profeſſione graduum. 10. Ab effectis pœnitentiæ, quæ ſunt: orationis exauditio, Jonæ 3. omnium bonorum communicatio Levitic. 26. Joel. 2. gratiæ divinæ impetratio Matth. 18. remiſi tibi debitum: vid. infra tit. de Effectis pœnitentiæ. 11. A ſtultitiâ procraſtinantium pœnitentiam, Auguſtinus cap. 17. lib. de verâ & falsâ religion. Fulgent. cap. 3. lib. de Fide ad Petrum. 12. A difficultate pœnitentiæ; Camelus citius per foramen acus tranſibit, quàm dives in cœlum. Camelus ſub onere ſuo ſe incurvans & levi manus impulſu ſurgens, mox rectè incedit: ſic pœnitens ſub peccati onere humiliatur coram DEO, ſed DEI manu tactus pœnitentiam agit Jerem. 18. converte me Domine & convertar. 13. Ab exemplo Protoplaſtorum; Geneſ. 3. cum DEUS in paradiſo obambularet, protoplaſtos noſtros eum accedere fas fuiſſet & culpam agnoſcere: DEUS in paradiſo Eccleſiæ obambulans peccata noſtra non ignorat; accedamus igitur illum corde pœnitente; ſed nobis abſentibus quaſi, Deus hoc occinit: homo ubi es? 14. A calamitatibus noſtris. Judith. 2. 18. Holofernes omnia ſata accendit Syrorum timoremque incuſſit, &c. ita quibusvis nos flagellat malis Dominus, ut reſipiſcamus. 15. A Dei beneficiis; ut Heri beneficia Joſepho caſtitatem impetrabant Geneſ. 39. Imò ideò pœnitentia agenda, ut deteſtemur deformitatem noſtram. Allegoria in Accone muliere, de qua Zwinger. 16. b. V. Acco. Pœnitentia requiritur in eo, qui Chriſto vult frui: Numer. 9. 7. 11. nullus impurus audebat paſcha edere. Aſcenſus ſolis & deſcenſus in terræ ſinu diverſos operatur fructus: quando Chriſtus ſol juſtitiæ in cœlum aſcendit, in bonis operibus nos creſcere oportet, ut cum deſcendet ad judicium fructus eorum metere queamus, alioquin æternas pœnas ſterilitatis daturi. Paſſione Domini radenda noſtra peccata: Job. 2. CHRISTUS ſit teſta, peccata noſtra ſunt ſanies, teſta hac abradenda.

§. 6. Porrò loci ad pœnitentiam hortantes: (α) Ira Dei. (β) Lex & ejus ſupplicia. (γ) conſcientia. (δ) Calamitates publicæ & privatæ. (ε) Mors corporis. (ζ) Pœna animæ. Iſidorus libro ſecundo cap. 12. de ſummo bono recenſet 1. Memoriam præteritorum facinorum. 2. Recordationem futurarum pœnarum. 3. Conſiderationem peregrinationis brevis. 4. Deſiderium ad patriam.

Itaque pœnitentiam agamus, ne ut ficus ſuccidamur, Luc. 13. nec clepſidra vitæ ceſſat, mors, angelus manet, &c. morbi varii nos commonefaciunt feriæ pœnitentiæ.

Affectus verè pœnitentium. 1. σπουδὴ ſtudium bene agendi. 2. Confeſſio juſtitiæ Dei. 3. Deteſtatio noſtræ vitæ. 4. expavefactio præ ira Dei. 5. Deſideratio, ut ad nos ſe convertat Deus. 6. Zelus in nobis cui nunquam ſatisfacimus in DEO diligendo: 7. Vindicatio & domatio carnis noſtræ, ut Deo melius ſerviamus. Hæc apud D. Paulum.

§. 7. *Cauſæ aliæ impellentes ad pœnitentiam.* Dei gratia & conſolatio Sirach. 17. v. 20. 28. ſanatio cordis contriti Pſalm. 47. 3. miſeratio Luc. 7. Noſter finis & judicium Sirac. 44. 16. Utrumque docuit nos DEUS, ſublato Enocho, Elia.

Alle-

Allegor. Lachrymæ pœnitentis DEO gratæ Psalm. 55. 5. Cum persecutionem patimur ab inimico, peccato, Satana, conscientiâ condemnamur, flemus in Domino: flentes audit Deus in misericordia; Sic Lucæ 7. lachrymas peccatricis, & Davidis Psalm. 6. & Hiskiæ Esa. 38. Luc. 7. 44. Aquam non dedisti pedibus meis, quam dedit pœnitens fœmina; demus lachrymarum aquam Deo nostro, & lavabit pedes nostros à peccatis. *Vinum sunt angelorum lachrymæ pœnitentium,* ut rectè dixit non nemo. Mensura est misericordiæ Dei abundantissimæ: dives in misericordia Deus. Numeri infiniti, quia misericordiæ non est numerus; sed hæc dispositа in hac vita. Mensura misericordiæ absumta est à diluvianis hominibus, peccata completa Genes. 15. colloca hanc rectius ô peccator & resipisce! Alphonsus Arragonum Rex mansuetus erga illum, qui ei oculum læserat, dixit: Nihil profectò doleo; nisi percussoris dolorem & metum; multò sublimiora de Deo tuo cogita, ô peccator! Exod. 13. Primitiæ Deo offerendæ erant, Exod. 12. 2. Sirac. 7. 18. Cor pœnitens poscit à te Deus, ut illius iram vites & maledictionem. Lucæ 17. ficui maledixit Dominus. Matth. 3. faciamus fructus dignos. Psalm. 1. feramus fructum in tempore: prodeamus ex urbe peccatorum & Deo supplices fiamus, ut Israëlitæ Nebucadnezari Jerem. 21. Adeps DEO offerendus erat in sacrificio expiationis Levitic. 7. 3. pœnitentia est sacrificium Psalm. 51. Cor contritum; hanc adipem offer Deo tuo.

Qui tetigerat immundum lavandus erat, Levitic. 5. 2. & tu non lavas te ab immunditie peccati? Bileam animadvertens, Domino placere benedictionem populi Israël Numer. 24. 1. 2. benedixit eidem: est imago eorum, qui verè pœnitent, atque ea faciunt, quæ Deus vult. Comedens die tertio post oblationem carnem sacrificii Eucharistici, nullo modo acceptus erat, sed abominatio Levitic. 18. ita quoque pœnitentiam negligentes Deo accepti non sunt. Ut Israëlitæ ad aquas amaras ducti sunt Exod. 15. sic quoque nos ex Ægypto peccati ducimur per baptismum ad aquas pœnitentiæ, ut hæ injecto dulci ligno Jesu Christo dulcescant, Petri oculi aquas stillarunt Matth. 26. stillent & nostri oculi lachrymis veræ pœnitentiæ.

§. 8. *Historia allegorisata. Pœnitentia agenda* ab exemplo Archiæ Thebanorum regis, de quo Plutarchus in Archia. Horatius refert de Opimo prædivite avaro, qui Lethargiæ morbo laborans à medico ita curatus est: jussit filios Opimi nummos accipere ac disjicere in mensa; & increpuit Medicus Opimum dicens, audis ne ut hæredes bona tua partiantur: ille excitatus expostulat; at tu peccator quid agis? bona tua dissipantur ob peccata, evigila, surge per pœnitentiam, expostula cum tua somnolentia & impœnitentia. Judic. 8. amissum idolum defletur, quantò magis deploremus, nos DEUM per peccata amisisse; adeoque pœnitere nos fas est. Emblema: Gallus insistens arbori, quæ ex corde crescit, cum hac inscriptione: *excitamur homines è somno;* ita lapsus Petri nos ad pœnitentiam formet atque inflammet.

Processus pœnitentiæ Lucæ 7. adumbratus.

I. Peccator resipiscit cum ipsius cor Deus tangit digitô Spiritus & malleo legis.

II. Homo à peccato vi Dei surgit.

III. Loquitur, se accusando.

IV. Absolvitur & gratiæ restituitur.

V. Stant portitores & omnia peccatorem deserunt.

VI. Matri Ecclesiæ restituitur.

§. 9. *Rationes variæ,* quod pœnitentia non sit procrastinanda: quia consuetudo mala peccandi peccatorem constringit Jerem. 13. 23. nunquid æthiops, &c. à loco Jerem. 15. ne offendant pedes vestri ad caliginosos montes; hos vitabis, si in luce pœnitentiæ ambules. A DEI misericordiâ, quæ nobis lucet: Apocal. 1. Iris in capite Christi misericordiam notat, Gen. 9. 13. hanc ne impœnitentia negligat. A sententiæ semel latæ immutabilitate: Ecclesiast. 12. 13. adducet Dominus in judicium. A loco: locus pœnitentiæ hic est solum, Lucæ 16. ne veniant ad locum torturæ. Vide, si epulo locum vitæ attendisset, feræ pœnitentiæ repulsam non tulisset Eccles. 9. 10. Ob multiplicia bona: Lucæ 18. stabat publicanus à longo, oculos attollere non audebat, pectus percutiebat, accusans se: agamus hanc pœnitentiam DEO proximi facti Psalm. 51. cor contritum non despicies: Esai. 57. & 66. 1. 2. oculos cum fiducia ad Deum sustulit, & ita in pectore lætitiam sensit, Roman. 5. 1. quia justificatus descendit, Lucæ 7. remittuntur ei peccata. Procrastinantes abutuntur Dei bonitate Roman. 2. 4. Divitias spernit, & pauper fit semper Apocal. 13. 17. dives in maledictione & ira Dei, thesaurum Dei non quæret, sepultus est, pauper erit in inferno, ut epulo: væ tibi, væ, væ, væ, &c.

Noli ita procrastinare; hic semicirculus, sub terra non est (ut quidam aliàs imperiti statuerunt & ἀφιλοσόφως) ita pœnitentia non est in sepulchro & post mortem, sed in hujus vitæ hæmisphærio Psalm. 103. quantum distat Eurus ab occidente: Rom. 2. 14.

§. 10. Ergo matura pœnitentiam tuam, utpote quâ 1. delectatur Deus; illustria habes exempla, prodigi, drachmæ, ovis Luc. 15. item angeli delectantur d. l. 2. Movetur Deus, ut nos vehementiùs amet; agricola diligit agrum, qui ante lolium, nunc fruges affert, imò magis illum amat; dux magis amat militem, qui post fugam reversus hostem adoritur, quàm illum, qui nunquam fugit & terga vertit. 3. Munimur, Zachar. 9. vers. 11. quia omnes peccatores captivi, Roman. 2. in spem: Roman. 8. spe salvi facti.

facti. 4. Motus nos respicit; si DEUS pœnitentem Achabum hypocritam respexit, multò magis respiciet veros pœnitentes. 5. Amor monstratur Johann. 11. ecce, quomodo dilexit eum, at tu non defles te in peccato mortuum; lachrymæ sunt sanguis cordis; si cor vulneratum est, sanguis hic veræ pœnitentiæ index verus effluit. 6. Bonus & utilis existit sumtus: 7. Spiritûs Sancti gratia in animum reducitur, & revocantur miserationes Dei, Psalm. 103. non in æternum irascetur. 8. Præceptum Christi exequimur Lucæ. 23, 28. flete super vos ipsos. Genes. 43. filii Jacob negligentes provisionem rei frumentariæ à Jacobo culpantur: ita cœlestis pater culpat filiorum suorum negligentiam, animabus suis non providentium, nec pœnitentium, nec conferentium se ad Christum, qui frumentum & panem vitæ dare potest Johann. 6. & vult Matth. 11. venite ad me omnes. David audiens Ciglack ab Amalekitis eversam esse, arma sumsit, captivos liberavit 1. Samuel. 20. sic animam tuam per peccatum Diabolus evertit, captivam duxit: cape arma pœnitentiæ, ut Satanam abigas. Confer Johann. Rivii peculiar. tractat. de stultitia mortalium, qui pœnitentiam procrastinant.

§. 11. *Materia:*

Seu partes pœnitentiæ, ex quibus constat, sunt contritio, fides: quod confirmatur

1. Dictis & exemplis Scripturæ:

2. Testimoniis antiquitatis, quæ magno numero induxit D. Silberschlag folio 134. 135. Domin. 3. post Trinitat. Cœlichius ead. Dominic. Atque *hæ partes explicantur* per sequentia v. g. scindere, non vestes, sed corda Joel. 2. 13. cinerem supra caput spargere, cum à spiritualibus hostibus peccatorum superamur 1. Maccab. 11. 70. 71. exempl. Jonathanis: peccata repetere & deflere, ut Augustinus Zwinger. 22. §. repetitur: fecit è libro nono confess. Augustin. cap. 4. petere remissionem, ut Judæi Ose. 13. 2. agnoscere peccatum Thren. 1. 18. cap. 3. 42. hâc quoque cor movetur 2. Sam. 24. 10. Psalm. 51. peccatum meum coram me est semper. Bovem olim sacrificandum signabant Ægyptii sigillo, cui insculptus homo genu innixus, qui retrorsum circumactis manibus tenet imminentem jugulo gladium Zwinger. 62. a. §. Ægyptii. Conteri: *contritio est dolor ob peccata, tristitia ob eadem.*

§. 12. Causa efficiens principalis Deus est, mentes nostras fulmine legis terrens, ut Exod. 19. Media est lex, malleus DEI Jerem. 3. Effectus: ut nobis displiceant priora peccata Ezechiel. 20. 44. & doleamus nos antè peccasse Ezechiel. 36. 31. Adjunctum habet dolorem cordis, si vera sit contritio. Lysimachus à Dromachete in Thracia victus dedidit se hostis potestati, ut aquam bibere posset, post pœnitens captivusque dixit: Dii boni, quam brevis voluptatis causa ex rege meipsum feci servum Plutarch. in Apophthegmatibus. Punit DEUS illos, qui non confitentur peccata, ut David Psalm. 32. 4. Ananiam Act. 5. v. 6.

Esther deprecatura populi sui calamitates uni puellæ innitebatur, altera eam sequebatur: sic pœnitens fiduciæ innitantur in Christum, & novam habeat obœdientiam, quæ comitetur veram pœnitentiam.

§. 13. Effectus confessionis peccati; placari Deo: Coracosa latro insignis olim in Hispania; eum qui cepisset vivum, 10. aureorum millia ab Augusto accepturus erat; is seipsum sistens vitâ ab Augusto muneribusque donatus est, Zwinger. 74. §. *Ultionis:* sic Deus liberos dimittit peccata confitentes, & sese coram illo humilitantes 2. Chronic. 12. *Flere*, sic David Psalm. 26. Lucæ 7. Petrus: de quo scribit Clemens, quod continuis lachrymarum imbribus sulcos velut, rimulasque sibi in genis fecerit: Gregorius in Moralibus alicubi sic loquitur: Quò uberius culpa defletur, eò altior cognitio veritatis attingitur, quia ad videndum internum lumen polluta dudum conscientia, lachrymis baptisata renovatur. Hæc ille, Lachrymis Deus quoque flectitur. Veterani Macedones ob seditionem ab Alexandro Magno exautorati, præ nimio dolore flentes jacuerunt ante tabernaculum Alexandri M. nec nisi reconciliato principe vivere voluerunt. Zwinger. 102. b. ob exautor. Omnes nos seditiosi & rebelles à Deo sumus Psalm. 5. & 51. exautorati sumus à Deo, inimici ejus facti Roman. 5. & servi Roman. 6. jaceamus ante tribunal Dei & veniam petamus Psalm. 51. miserere mei Deus; non cupiamus vivere (imò vivere non possumus) nisi Deo placato.

Avis in Armenia esse dicitur, quæ postquam hominem interemit, faciem suam, quæ humanæ similis est, in aquis contemplata, mox seipsam conficit mœrore; Sic homo serio dolore peccatorum tangatur necessum est. Non in aqua sed DEI lege, viam suam contempletur.

Contritio est *lactuca* sylvestris. Exod. 12. 8. *Myrrha*, qua cor nostrum ungere debemus, ne putrescat. *Malleus*, quo corda nostra diverberare debemus Jerem. 23. 29.

Origenes; sicut ii, qui habent intus inclusam escam indigestam, aut humores, vel phlegmata stomacho graviter imminentia, si vomuerint, relevantur: Ita qui peccaverunt, si quidem occultant & retinent intra se peccata. Psalm. 32. 4. 5. intrinsecus suffocatur fermè à phlegmate vel humore peccati; si autem homo sui ipsius accusator sit, dum accusat semetipsum & confitetur, simul evomit, & delictum & omnem morbi digerit causam. Hæc Origenes. Itaque exprimendæ contritionis causâ *Confessio peccatorum utilis*; Ambr. Psalm. 37. Dolor meus in conspectu meo semper. Non vult David latere sua

pec-

peccata. Nam ut febres in alto sitæ non queunt mitigari, nisi foras eruperint; Ita peccatoris morbus dum tegitur, inardescit; si confessione proditur, evaporatur.

Exemplo Jobi ostensa. Job. 31. Non abscondi quasi homo. Ecclesiast. 5. Dissipet opera. Esa. 29. Non dicas, quis videt nos!

§. 14. *Confessio Animam purgat, similis*

Scopis juxta Psalm. 76. Meditatus sum nocte, &c. Domus quæ frequenter scopis purgatur, modicas sordes habet, facilius verritur; sin verò rarò purgetur, multas contrahit sordes, & non nisi multo labore purgatur. Nam & aqua multa aspergenda, ne quo plus verris, eò densiorem pulverem excites, qui & domum ipsam magis commaculet; præterea interdum ferro terra abradenda; ita qui sæpius peccata confitetur, facilius id præstat, cum & citius ea recordatur, & certius in singulis compungitur, &c. At qui in menses & annum differt, tàm ingentem peccatorum molem condensat, & ita sordes aggravat, ut difficillimè evolvere possit, nec sine magnâ lacrymarum copiâ confiteatur. Illis enim maximè tunc opus est, ne pulvis peccatorum sine tali compunctione potius iterum in oculos resiliat, mentemque magis commaculet, quàm purget: peccata enim sine justo dolore recordari & confiteri est magis fermentum, quàm remedium. Nec lacrymis utcunque aspersis, sed etiam acri compunctione opus erit, ut vera contritio confessionem integram eliciat.

§. 15. *Requisita confessionis.*

1. *Sit integra*, sine excusatione quorundam peccatorum.
2. *Seria*, Ficta enim, uti Pharaonis. Exod. 10. nihil prodest.

Si quis peccâsse fateatur, sed non displicet peccatum ob Deum offensum, in ejus spiritu dolus est.

3. *Humilis* & ex corde devoto; Psalm. 51. cor contritum, &c.
4. *Simplex*, fide, ingenuitate.
5. *Verecunda*, modesta, coram summo DEO Daniel. 9. Domine non in nostris justit.
6. *Cum seria contritione*, in cujus signum in primitiva Ecclesia tundebant pectus. Aug. Tom. 8. col. 1641. d.
7. Fiat in gloriam Dei. Psalm. 51. ut justificeris in serm.
8. Nitatur misericordiâ Dei, ac veritate, quâ remittere promisit confitentibus. Augustin. Tom. 8. col. 1579. b.

§. 16. *Confessionis Varia Nomina & Similia.*

Confessio est *pallium* Rebeccæ, quô faciem peccaminosam obvelamus. Genes. 24. & *Chelidonia herba*, quâ hirundo pullos illuminat. Est *sinus* excipiens DEI gratiam. Augustinus Tomo 8. column. 490. d. *Scopæ*, quibus domus cordis purgatur. Psalm. 76. *Vomitio*, quâ indigesti cibi egerunt, ne in morborum materiam cumulentur. *Portus* tranquillitatis.

Cænolva Byssus, ex qua pallium fit viro. Augustinus Tomo 10. Column. 1512. c. ex Proverb. 31. *Hostia* placabilis DEO. Augustinus Tomo 8. column. 1676. c. *Sacrificium*, quo totum cor nostrum DEO in ara immolamus. Augustinus Tom. 8. column. 1577. d. & *progressio* ex sepulchro peccatorum. Augustinus Tom. 9. column. 365. b. *Via* ad salutem. *Remedium* contra peccata. *Aqua* in qua resplendet vultus. Prov. 27. ut nos hac ratione contemplemur.

Ægrotus vulnus ostendit, quando sanari optat: idem nos faciamus, peccatorum vulnera ostendendo, medicinam expetendo. *Febres* latentes malè curantur; ita peccata si lateant, nocent; si pateant, docent. *Non confiteri* peccata est rixari cum Deo: à simili debitoris, qui noluit confiteri se obstrictum Creditori. Aug. Tomo 8. column. 828. c. Confitenda peccata, ne similes simus fœmellis *fuco* se tingentibus. Augustinus Tomo 8. column. 1133. d. ne simus *parietes dealbati*. Matth. 23. *Febricitantes* sanguinem noxium emittunt, aspirantes ad sanitatem; ita peccati venenum ejiciendum per confessionem. Quomodo *hostem nostrum* agnoscere laboramus, eundemque confitemur: sic peccatum. Peccatum est instar *Cicutæ* quæ statim cor penetrat & inficit; *evomitur* a. per Confessionem. Peccata non confitentes, sunt sicut *fumus* evanescens, extollens se. Augustinus Tomo 10. column. 838. c. Amb. Psalm. 37. supra Talis fumus erat ille Pharisæus Lucæ 18. Gratias ago tibi, &c. Tertullianus de pœnitent: Cervus sagittâ transfixus, ut ferrum de vulnere expellat, scit sibi dictamno mederi. Hirundo si enixa fuit pullos, novit se Chelidonia curare; sic peccator pœnitenti confessione se coram DEO sistat & sanetur. Ut mulieres in speculis se contemplantur, ut conjugibus placeant. Ita in speculo Evangelii (rectiùs legis divinæ) anima se contempletur ad maculas abjiciendas. Beda in verb. Jacob. 1. *Factores estote verbi.*

§. 17. *Allegoria.*

Ut Lazarus foras prodiit; ita nos è peccatorum sepulchro per confessionem (August. Tom. 7. col. 29. b. Tomo 8. column. 1142. d.) prodeamus. 1. Samuel. 15. Saul non desistens à peccato regnum amisit; ita regnum gratiæ amittimus, si culpam negamus, sordes non agnoscimus. Atque hæc confessio peccati per impositionem manuum in caput hostiæ

hoſtiæ Leviticor. 4. 15. & paſſim ſignificata olim. Ite oſtendite vos ſacerdotibus Lucæ 17. 14. dicebat Chriſtus; præceptum hoc eſt de Leproſis. Nos ſimiliter leproſi ſumus ob peccata: Mundandi autem oſtendamus nos ſacerdoti principali Chriſto, Pſalm. 110. 4. ejuſque Adminiſtro, Angelo Eccleſiaſtæ 5. 5. Matth. 18. 16. Cui confitentes remiſſionem accipimus, 1. Johann. 1. 9. 1. Samuel. 30. 14. Servus Amalekitæ confeſſus ſpolium, recipitur à Davide in gratiam; ita nos confitentes peccata apud Deum. Adam nudus erat coram Deo, Geneſ. 3. ita peccata noſtra coram Deo denudanda. Nudi omnes ſumus. Ille v. maximè nudus, qui nuditatem ſuam non agnoſcit. Qui v. confitetur & agnoſcit illam, ſine dubio impetrat gratiam.

§. 18. *Effecta Confeſſionis & Conſequentia.*

Quia *Dei laudem ampliat:* Auguſtin. tomo 8. column. 1604. a. b. delictum enim confiteri eſt Deo gloriam reddere, Johann. 7. 19. Si non confeſſus lates, non confeſſus damnaberis, Auguſtinus tomo 8. column. 689. c. Proverb. 28. Auguſtinus tomo 10. column. 725. d. quando confitemur peccata noſtra, tunc Deus avertit faciem à peccatis, ad Pſalm. 51. Auguſtinus tomo 8. column. 492. a. Confitens veniet ad lucem, Auguſtinus tomo 9. column. 1012. Sis ante te, qui non vis eſſe ante Deum. *Sauciatum Cor* expurgat. Pſal. 32. 3. 4. & 38. vulnera mea, &c. Veritas de terra oritur hominis, & juſtitia de cœlo proſpiciet, imputabitur tibi juſtitia Chriſti, Aug. tom. 8. col. 935. a.

Duplicem gratiam acquirit: 1. In affectu, declinandi ſtudium à malo: 2. In effectu opera bona præſtando.

Guſtat ſuavitatem Domini, aut ſi guſtavimus, teſtamur nos deſiderare gratiam. Auguſtinus tom. 8. col. 1248. a. tom. 9. col. 112. b. dole, quod feciſti, ut Deus ſalvet, quod fecit.

Impetrat remiſſionem. 2. Samuel. 12. Dominus abſtulit peccatum ſuum, nec ſuper eum claudit os puteus Pſalm. 69. 16. puta ex puteo clama, confitere de profundis, Pſalm. 130. Confer Luc. 18. Auguſtin. tom. 8. column. 730. Idem tomo 8. col. 1239. b. dicas qui es, ut fias, qui non es; ne Deus damnet, ſed miſericordiâ & bonitate pœnitentes coronet. Pſalm. 50. & 103. Aug. tom. 8. col. 1064. a.

§. 19. *Deſiderium Liberatoris excitat.* Auguſtinus tomo 8. column. 928. c. *Tenebras cordis illuminat,* Auguſtinus tomo 8. column. 1594. c. d.

Pulchrè! Qui per confeſſionem peccatorum eſt Accuſator, illi Deus eſt Liberator, licet Diabolus ſit Calumniator: Auguſtinus tomo 10. colum. 29. d. Quia confitemur ut medico, non ut Tyranno, Auguſt. tom. 8. colum. 817. d. Confitere igitur propitio, quem negando non facis neſcium, quia eſt noſtri mundatio. Auguſtin. tom. 8. colum. 818. cap. 3. Eſt mali evacuatio, boni impletio: Auguſtin. tom. 10. colum. 838. Cum vis eſſe peccator excuſator, triumphat de te accuſator. Auguſtin. tom. 10. col. 1541. b. Peccata non defendenda quia eſt ſuperbiæ ſpecies: Auguſtinus tom. 8. column. 1045. b. Itaque confeſſionem à nobis exigit Deus, & peccatorum debemus eſſe judices, non patroni: Auguſtinus Tomo 10. col. 785. b. Vid. porrò Auguſtinus Tom. 8. colum. 194. 195. a. b. Quid? Quod eadem ſuadetur confeſſio ob 1. Admonitionem, Eſai. 43. 26. 27.

2. Exemplo Apoſtoli, 1. Cor. 15. 9. 1. Tim. 1. Davidis 2. Sam. 12.

3. A pœna, quam Deus aliàs publicè infligit: 2. Sam. 12. 12. Tu feciſti in abſcondito. Odit animam ſuam. Aug. tom. 10. col. 1541. d. Sicut ille Phariſæus Luc. 18.

§. 20. *De Contritione.*

Hæc eſt Triſtitia ſecundum Deum. 2. Cor. 7. 10.

Significata per thuris oblationem, quod comminuendum erat ad ſacrificium, Levitic. 2. 15. 16. & alibi.

Si quis peccâſſe ſe fatetur, ſed ei non diſpliceat peccatum ob Deum offenſum, in ejus ſpiritu dolus eſt Pſalm. 32.

Non niſi ſacerdotibus veſci licebat panibus propoſitionum, Matt. 12. 4. Ita Chriſto vero propoſitionum pane veſci non licet, niſi ſacerdoti, h. e. ſanctificato, qui ſacrificium cordis contriti offert: Pſ. 51. cor contritum.

Contritio verò ſit humilis. Exod. 33. 4. Iſraelitæ abjecerunt ornamenta ſua. Ut *ægrotus* agnoſcat morbum neceſſe eſt; Sic ægroti animâ Pſ. 6. agnoſcamus morbum animi, peccatum ſcilicet, Roman. 7. 7. & concupiſcentiam malam, fœcundiſſimam peccatorum matrem. *Viator*, qui non agnoſcit ſe errâſſe, in latrones incidit, Luc. 10. Ita, ſi quis non doleat ob peccatum, à via aberrat, & in devia Satanæ abit cum Juda: Matt. 27. injuſtè feci.

Vulneratus vulnus ſentit; ſic nos peccatorum vulnera, Pſalm. 38. Exemplo ſit David, 2. Sam. 24. *Ego peccavi.* Alleg. Lev. 6. 10. cinerem holocauſti penes altare jubebantur effundere Iſraëlitæ. Tu quoties accedis altare memineris te peccatorem eſſe; atque cinerem ob peccata: Pſalm. 51. peccatum meum coram me eſt ſemper. E regione Paradiſi poſitus eſt *Adam*, ut occaſionem è loco haberet recolendi peccati. Exod. 30. 35. *Thus minuendum* ac Deo offerendum: Sic cor tuum comminue feriâ contritione, & prodibit ſuffitus devotionis devotæ Deo acceptiſſimus. Exod. 32. 20. *Vitulus aureus* in deſerto contritus. Peccata tua ſunt vitulus ille, quem colis: Hunc comminue ſerio dolore cordis tui, Levitic. 11. 33. *Vas fictile* re immundâ infectum frangendum erat.

1. Cor noſtrum vas fictile Gen. 6.
2. Res immunda eſt peccatum.
3. Frange hoc vas verâ contritione, Joel. 2. 13. ſcindite corda.

Sicut *arbor* radicitus evulſa terram dejicit & comminuit, cui ante adhæreſcebat. Sic peccatum

catum comminuendum est contritione, si peccati arbor evellenda est. *Terra,* non nisi vomere proscissa, semen recipit & nutrit, & postea pluvia perfunditur; Sic cordis ager Legis aratro proscindendus est, & aquâ compunctionis conspergendus. Sacrificium pro peccato Levitic. *Turtures aut columbas* habebat, animalia gementia. Si vis sacrificium offerre pœnitentiæ cor tuum sit cor turturis & columbæ. Geme cum Davide Psalm. 6. & Hiskia Esa. 39. Hoc sacrificium facit confessionis nostræ flammam in cœlum ascendere, Augustinus tomo 10. columnn. 525. Luc. 15. Pater peccavi. Prunæ Charitatis in proximum quoque exardescant. Levitic. 5. in sacrificio peccati *nec thus nec oleum* addendum; Non thus, quia peccatum est spiritualis fœtor; non oleum, quia justitiæ Dei adversum est. Ad contritionem refertur peccatorum confessio, quam publicè edidit Cæsar Theodosius commendatus ab Ambrosio tom. 3. fol. 51. operum.

§. 21. *Serij doloris in Corde contrito per Externa signa contestatio.*

1. *Gemitus* ob peccata Psalm. 6. Psalm. 38. Bellarm. de Gemit. columb. conferri potest cum grano salis.

2. *Tunsio Pectoris.* 1. Exemplo Publicani Luc. 18. 14. Matt. 15. 19. Luc. 13. 18. Matt. 15. 19. 2. Consuetudine primitivæ Ecclesiæ. Olim enim sibi tundebant pectus auditores, cum legerentur illa verba: Confiteor tibi Pater. Augus. tom. 10. col. 28. c. d.

3. *Lacrumæ & ejulatus* super peccato. Lacrumæ sunt sanguis cordis; si cor vulneratum & contritum, sanguis hic pœnitentiæ profluat. Cum *Cœlum nubibus obductum* est & tonitrua & fulgura oculos & aures perstringunt, homo totus contremiscit; contra resolutis nubibus in guttulas, sol inclarescit & cadit tremor: ita mens peccatorum nube obducta, audiens fulgura legis, tonitrua maledictionum, ventos iræ divinæ, tota exhorrescit. Rursus dispulsâ nube peccatorum, & liberatâ conscientiâ per resolutionem nubis in guttulas, quod fit per seriam pœnitentiam, fugiunt venti, tenebræ & tremor ipse. Roman. 5. 1. Esa. 21. 1. Psalm. 59. Psalm. 42. Matt. 5. Beati qui lugent. Huc pertinent

§. 22. 1. *Dicta,* quibus beati dicuntur Jacob. 4. 9. Lucæ 6. 21. Joel. 3. 12. Psalm. 6. 3. Psalm. 69. Matth. 16. vers. ultim. Lucæ 17. 30. Judic. 18. deplorantur idola amissa, multò magis clamabimus, & doleamus amissionem Dei per peccata. Vid. Bellarm. de bono lacrymarum.

2. *Exempla* Israëlitarum. Vid. Deuteronom. 1. 45. Psalm. 137. quomodo cantabimus. Petrus flens. Lysimachus se & Exercitum hosti tradidit, ut copiâ aquæ facta sitim restingueret; sed mox facti pœnitens dixit: Proh fidem Deorum, quod exiguæ voluptatis gratia, & quantum bonum libertatis perdidi. Sic quoque peccator agnoscat, se ob breves voluptates & concupiscentias, summum bonum, quod est Deus & æterna felicitas, dereliquisse; meritoque contrito corde hoc deplorare debet.

4. *Pallor in vultu & corporis constitutio arida.* Huc pertinent verba Psalm. 102. aresco sicut fœnum. Si quis febri interna vexetur, quamvis humor noxius in visceribus sit, vultus tamen pallorem prodit; ita vera contribulatio vultu manifestatur.

5. *Habitus mutatio.* Pœnitentia contritionis effectus, lugere & tristem esse. Hinc saccos induisse leguntur veteres 1. Sam. 4. 12. 2. Sam. 1. 2. Jon. 3. 6. Es. 37. 1. Dan. 9. 3.

6. *Erubescere debemus per Pœnitentiam.* Numer. 12. 4. nolle vultum attollere Luc. 18. Publican. Esræ. 9. 6.

7. *Jejunium.* 1. Sam. 7. 6. 2. Par. 10. 3. Neh. 9. 1. Joel. 1. 14. Jon. 3. 4.

8. *Humi cubatio.* 2. Sam. 12. 6.

9. *Cinerum super caput aspersio.* 2. Sam. 13. 19. Job. 2. 8. Jon. 3. 6.

10. *Aquæ effusio.* 1. Sam. 7. 6.

11. Femoris percussio. Gen. 31. 37.

Contritionis consequens & effectus, dolere ob amissa bona. §. 23.

Augustus Cæsar diem illum quotannis mœstum & lugubrem habuit, quo relatum ipsi Quintilium Varum aliquot legiones bello prodidisse. Zwinger 93. b. sub Augusto. Et die passionis Christi, & omni tempore cogitemus, nos peccato omnia perdidisse, gratiam Dei & vitam æternam.

Cor tranquillari.

Hæc quies sequitur contritionem. Aliquando cepa ex corpore adolescentis cujusdam Ferrariensis vermem, qui ipsi cor exedebat, extraxit. Ejusmodi remedium est contritio cum fide conjuncta in Christum.

De Fide, ut Pars est Pœnitentiæ.

Synonymia. V. Fides supra.

§. 24. Hoc loco notat propriè, strictè sumpta, fiducialem meriti Christi apprehensionem & applicationem misericordiæ Dei, peccata ob Christum condonantis, eaque non imputantis, justitiam verò nobis Christi imputantis. Huc spectant varia Exempla eorum, qui verâ fide egerunt pœnitentiam. Ut David Ps. 51. Maria Magd. Luc. 7. Paralyticus Matt. 9. Petrus. Matt. 26. Latro in cruce. Judæi credentes Actor. 2. & 3. cap. 20. 21. cum sine fide nemo Deo placeat. Hebr. 11. 6. Ideo non est salutaris contritio, nisi homo se verâ in Christum satisfactorem fiduciâ erigat. Roman. 5. 1. Marc. 1. 30. credite Evangelio. Matt. 11. venite ad me omnes. At per fidem venimus. Luc. 24. Prædicate pœnitentiam ac remissionem: Jam vero remissio peccatorum non nisi fide accipitur. Actor. 10. Huic Jesu testim. &c. Roman. 3. 23. sequent.

Exempla & Allegoria ad fidei illustrationem facientes. §. 25.

Gen. 31. Imolatis victimis in monte panē sumere, est factis precibus ex corde cōtrito in mōte

uti

uti sacra Cœna. Fides est mons Sion furculus Evangelii. In hunc montem fugiamus è Sodomâ peccatorum nostrorum. Pœnitentia significatur in cervis devorantibus serpentes, & postea siti laborantibus: ita post contritionem devorantem vitiorum serpentes sitiamus per fidem vitæ fontem J. C. Augustinus Tomo 8. columη.374. c.Matt.5. Beati, qui sitiunt, &c. Latro in cruce quidem corpore non tamen anima erat confixus. Augustinus tomo 10. columη. 884. Esto confixus mentem contritione. Mente fidei non sis confixus, sed Christo infixus & vives. Hebr. 12. sine sanctificatione nemo Deum videbit, explicatur de Fide, per quam Corda mundentur. Aug. tom. 10. col. 868. a.

Genes. 44. Fratres Josephi furti accusati ad ipsum Josephum se recipiunt, & gratiam aucupantur: Ita cum nos peccatorum rei omnium peragimur, ad Christum Josephum nostrum recurramus. Vid. Prompt.Allegor. tit. de Fid. & Pœnitent.

Iaque O Peccator! ne desperes. Nihil enim tam inutile, cui divina gratia conjuncta non utilitatem & virtutem addat. Quid inutilius pulvere, quo viatores excæcari solent, & tamen commiscens eum Dominus salivæ suæ, saluberrimum fecit unguentum, quo cæco visum restituit Johann. 9. Tu licet etiam pulvis sis & multos spiritualiter excæces, *exemplo malo proximos tuos* pervertendo: Si Christus in te salivam gratiæ suæ per fidem collocarit, ex peccatore & perverso te justum reddet, efficietque ut sis lux, qui tuo exemplo alios illumines; & ad credendum, amplectendumque Salvatoris Jesu Christi donum & clementiam per fidem bono Exemplo prælu-ceas.

2. Samuel. 24. David post pœnitentiam altare extruxit, misericordiæ Dei confisus: sic nos ad misericordiæ fontem Christum Jesum accedamus. Roman. 3.24. cæterum in pœnitentia hac concurrunt.

1. Ingenua peccati confessio.
2. Culpæ à populo in personam Davidis translatio.
3. Sacci indutio.
4. Davidis, è conspectu angelo, perterrefactio.

§. 26. *Causæ ad pœnitentiam impellentes.*

Hæc considerantur ex parte 1. Dei: 2. proximi: 3. nostri: 4. angelorum, tàm bonorum quàm malorum: 5. creaturarum.

I. *Ex parte Dei:* (1) ob gloriæ & justitiæ Dei attributionem, Baruch. 2. 18. Jos. 7.19. (2) Ob dulcissimam Dei invitationem Zachar. 1. 2. convertimini ad me, & ego convertar, Augustin. tom. 10. columη. 503. b. Sponsi ad sponsam, Christi ad Ecclesiam suam. Myrrha autem pœnitentiæ est, quâ mortificatur caro: Canticor. 4. 6. ad montem myrrhæ & collem thuris sponsus vadit; notatur grex pœnitentium, stillans myrrhâ contritionis, & thure precationis ardentis, quam DEUS suscipit Deuteronom. 3. 5. & 10. 4. ut gratiosa thymiamata Apocal. 5. 8. cap. 8. 3. 4. (3) ob divinæ misericordiæ exuberationem: 1. Reg. 20. 31. sicut Syri victi ad regem Israëlis accedentes veniam consecuti sunt; quàm magis ad DEUM Sirac. 18. accedere debemus. Frigus hyemis resolvitur à sole; ita peccata solvit radius misericordiæ Dei, qui est sol justitiæ. Exempla sunt Petrus, Maria Magdalena Matt. 26. Lucæ 7. qui misericordiam Christi ponderantes lachrymas effundunt: huc refer, deleri sicut nubem peccata tua Esai. 44. 22. Confer Mich. 7. (4) Ob Dei super peccatores exultationem: Lucæ 15. Agricola lætatur, quando ager, qui olim lolium tulit, fruges producit: ita lætatur DEUS fructu pœnitentiæ & novæ obœdientiæ. Dux amat militem, qui post fugam reversus, hostem adoritur: sic DEUS illos amat, qui post agnita peccata Deum fide sequuntur & contra carnem suam Satanamque præliantur. Filius prodigus reversus patri lætitiam excitans: ita peccator pœnitens Deo, Luc. 15. item drachma, ovis inventa, &c. ibid. apud Luc. (5) ob pœnitentiæ concionem, quæ est instar pluviæ salutaris August. tom. 8. col. 691. quæ pœnitentibus contingit. (6) Propter pacis divinæ conciliationem August. tom. 8. col. 933. a. sic stabimus, qui cecideramus, ibid. b. & pacem impetrabimus Rom. 5. 1. (7) Ob dimissionis culpæ promtitudinem; hinc jubet Christus orare: dimitte nobis Matth. 6. Matt. 18. cum obsecrasses; Lucæ 23. hodie mecum eris: 2. Samuel. 12. Dominus abstulit: Ps. 32. dimittebas mihi. Ps. 55. 9. notatur, quod pœnitentia grata sit Deo. Genes. 4. ubi est Abel? Genes. 3. ubi est Adam? nihil h. l. nisi pœnitentiam quæsivit Deus: idem fecit Christus Luc. 23. 28. flete super vos ipsos, propter peccata, quibus me crucifigitis: indicat, se delectari pœnitentiâ illarum, Johann. 11. Christus deflet Lazarum defunctum, cogita, quod Deus te etiam quasi defleat, emortuum in peccatis. Joseph videns fratres flentes unà flevit & misertus est; ita Christus Genes. 42. Cervus à canibus pressus ad hominem fugit: peccata nostra sunt canis latrans, Genes. 4. ergo pressi ab illis ad Deum fugiamus, seu ad Christum, unicum illum hominem 1. Tim. 2. 5. (8) Ob divinæ justitiæ severitatem vid. Jos. 22. 17. 20. in extremo judicio surgent Ninivitæ &c. Rom. 2. 5. thesaurizas tibi iram. (9) ab instanti ira Dei; Saul quid me persequeris? Augustin. tom. 8. col. 876. Act. 9. vid. Fegvernek; huc refer, quæ Stapletonus habet, de impiis vi quasi ad pœnitentiam à Deo pertractis part. 2. pag. 392. seq. Prompt. moralis.

§. 27. II. *Ex parte proximi;* (α) Exempla Adami, Noæ, Mosis, Aaronis, Davidis; de quo ita Augustinus: stulti volunt cadere cum Davide, sed nō surgere, tom. 10. col. 461. a. b. c. ex Ps. 102. pœnitentiam agere, manducare panem subcinericiū Aug. tom. 8. col. 1138. Latronis in cruce Mat. 27. Aug. tom. 10. col. 804. c. d. Magistri carceris

Actor.

Actorum 16. 29. Manassis, Pauli, Petri, peccatricis Lucæ 7. (β) pœnæ eorum, qui non egerunt pœnitentiam, Roman. 9. 17. cap. 2. 4. Exod. 14. 4.

§. 28. III. *Ex parte ipsius hominis:* Confer Marul. de rat. bene beatéque vivendi. 1. In baptismo facta DEO stipulatio, hinc baptismus & pœnitentia jungenda, 71. d. 20. Allegor. Deuteronom. 7. non faciatis fœdus cum Cananæis; nos per baptismum ingressi sumus Canaan spirituale, non pangamus autem fœdus cum peccatis Augustinus tomo 10. columm. 692. c. 2. spiritualis nostra & Christi desponsatio Hos. 2. Canticor. 2. sponsa surgit, ut aperiat: cum à peccatis surgimus, Christo aperimus, aliàs ostium claudimus, quod ille pulsat, Actor. 3. Sap. 1. 4. 3. Prudens malorum vitandorum ratio (α) in hac vita: multæ calamitates docent agere pœnitentiam, Luc. 13. 2. Sam. 12. tu fecisti occultè: Augustin. tom. 8. col. 1066. pœnitentia agenda propter vulnera curanda; Confer simile de ficu maledicta Luc. 13. (β) in altera vita: huc spectat illud Antiquitatis: oportet hic pœnitere, aut in æternum ardere. 4. Vitæ nostræ incertitudo; nescimus quando venerit Dominus Matt. 25. 13. 5. Indurationis cautio: facilè enim callum obducit malitiæ, qui nunquam se malum esse agnoscit Proverb. 22. 6. 6. Gratiæ usurpatio: quia hæc vita habet tempus gratiæ; Augustinus quo fugies ab irato, nisi ad placatum, tomo 8. col. 1062. b. tom. 9. colum. 1052. uno momento potes accipere vulnus, quod semper te cruciet enecetque: illa hora potest te mors corripere. Levit. 1. 20. agnus anniculus offerendus erat: sequitur nos recordari oportere anni gratiæ Esa. 61. 1. 2. 1. Sam. 9. 19. hodie mecum comedes; sunt verba Samuelis ad Saulem: eodem modo cœlestis Samuel nos alloquitur: hodie comedatis in mensa gratiæ Psalm. 23. & postea inaugurabimini reges Apocal. 1. 9. in regno gloriæ. 7. Conscientiæ malæ vitatio, nulla enim tranquillitas est homini impœnitenti. 8. Scandali averruncatio, qui enim peccando pergunt, non possunt non scandalo aliis esse; atqui væ homini, per quem venit scandalum Luc. 17. 9. Gaudii cœlestis privatio, quod apud impœnitentes non est, vid. Psalm. 51. 12. 13. 10. Meditatio tragicorum exemplorum, qui per impœnitentiam foro & choro spoliati sunt, ut Sodomæi, Ægyptus, Judæi, Orientales Ecclesiæ.

§. 29. IV. *Ex parte totius Ecclesiæ;* Allegor. Quando Magdalena effudit unguentum ad pedes Domini, tota domus dicitur repleta odore: sequitur, quod unius peccatoris pœnitentiâ & conversione fragrantiâ repleatur Ecclesia. Hinc olim publicè fiebat: unde & publica describitur distinct. 27. c. in capite. Origen. homil. 2. in Psalm. Irenæus lib. 1. cap. 9.

§. 30. V. *Ex parte angelorum* (1) Bonorum: (α) delectantur hi nostra conversatione Luc. 15. 7. 10. (β) eorum humilitatem pœnitentes imitantur; sicut enim boni angeli suum Sanctus Sanctus Sanctus intonant, seque ad pedes Dei provolvunt; sic quoque pœnitentes se peccatores, at Deum justum esse, confitentur. (γ) Laudant Deum supplice oratione, quam angeli DEO offerunt Tob. 12. (2) Malorum, qui omnibus impœnitentibus insidias locant; illos accusant qui non pœnitent; horum consortio gaudent, eosdem magis magisque excœcant, obdurant, ad flagitia inducunt, in reprobum sensum pertrahunt.

Finis & Effecta.

§. 31. I. *In genere:* pœnitentiæ magna est utilitas. Allegor. Timebant Israëlitæ Ægyptios retrovenientes armatos, at postea eos in aquis suffocatos ad littora maris dejecit Deus, à quibus Israëlitæ arma sumserunt, quibus contra hostes depugnarunt Exod. 14. sic lachrymæ & dolor in fide & tristitia, quibus peccata nos detorquere volebant, contra peccata nobis utilia sunt. Causat gaudium in cœlo, in Deo, in angelis, proximo, in corde proprio; vid. supra. Pœnitentia est salutaris; sicut pluvia cum tonitru decidens terram fœcundat, quia motu suo vaporem absorbet & aquam subtilem & puriorem reddit; sic lacrymæ pœnitentiæ animam fœcundam reddunt ad fructum bonorum operum, præsertim cum sint cum metu divini judicii; nam hoc tonitru maximè animum pii terrore concutit & eum ad discussionem peccati purum reddit. Scintilla in aquam delapsa statim extinguitur: ita omnia peccata sunt instar scintillæ, quam lachrymæ, si seria pœnitentia, extinguunt, &c. Confer Jon. 1. 11. Matt. 26. exemplo Petri.

§. 32. II. *In specie;* Bonorum operum & novæ obœdientiæ fertilitas; de quibus titul. de Pietate; & tit. de Novâ Obœdientia.

1. Pœnitentia semetipsam in homine vindicat, hinc pœnitens homo sibi iratus est Augustinus tomo 10. column. 134. a. pœnitentia est quædam ira erga seipsam & vindicatio, Augustinus tomo. 10. column. 1541. d. 1542. a.

2. Carnem crucifigit, & Deo legique ejus seipsam subdit; 3. Hostes spirituales vincit, Satanam, peccatum, pœnam. 4. Prudentia in cavendo peccato docetur; (α) à simili nautæ, qui semel naufragium fecit, aut cui navis submersa est, ille solicitè cavet, ne aqua per minimam rimulam ingrediatur, aut navis scopulis illidatur. (β) Coluber renovandi artem à natura didicit, dum arctissimum petræ foramen aut lapidum angustiorum transit & veterem pellem excoriatus deponit, novâque prorsus assumtâ reflorescit; sic etiam peccator veterem hominem deponit, & novum induit per pœnitentiam, Ephes. 4. induite, &c.

5. Ignem conſcientiæ & iræ divinæ extinguit Auguſtin. tom. 8. col. 1068. b. 6. Peccata diluit. 7. Omnes comminationes Dei tollit Jerem. 18. adeoque ſalvat. 8. Sponſam Chriſti ſpiritualem ornat Levitic. 21. 7. 9. Conſuetudo peccandi reddit hominem ſpiritualiter ſurdum & mutum, pœnitentia verò loquentem & audientem, Marc. 7. 36. 10. Auguſtinus: Pœnitentia languores ſanat, leproſos curat, mortuos ſuſcitat, ſanitatem auget, gratiam conſervat, claudis greſſum, aridis copiam, cœcis reſtituit viſum, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit & roborat. 11. Chryſoſtom. O pœnitentia (inquit) de te quid dicam? omnia ligata ſolvis, ſoluta reſeras, adverſa mitigas, contrita ſanas, confuſa dilucidas, omnia deſperata animas. 12. Gratiam Spiritus Sancti in animum reducit, & in animum revocat miſerationes Dei, Pſalm. 25. memento miſerationum. Pœnitentia pacificat conſcientiam; cum cœlum nubilum ventis, obductum tonitru & fulgure, viſus & oculi terrentur ob procellas futuras; at ſolutis nubibus in pluviam, ſol emicat, dies clareſcit, cœlum fit ſerenum, timores fugiunt: ita in ſtatu peccati conſcientia eſt nubilum cœlum; venti ira Dei, peccatum; tonitru lex; fulgura maledictio; viſus, cor condemnans; procellæ, condemnatio, abigentur in profundum. At cum conſcientiæ nubes in pluviam ſolvuntur, fugiunt venti, tonitrua diſſipantur, fulgura diſcutiuntur Roman. 1. juſtificati fide, &c. ſol apparet plenis juſtitiæ radiis Eſai. 21. 1. Pſal. 59. 1. Pſ. 42. Matth. 5. beati qui lugent. Pœnitentia eſt ſpiritualis medicina Sirac. 38. 4. & antidotum peccati veneni Ezechiel. 33. 10. Omnia DEUS diſponit in pondere, menſura & numero: ſic Deus miſericordiam quoque ponderat nobis in hac vita, quæ noſtrorum peccatorum gravitatem ſuperare debet Mich. 7. projicit in profundum.

Menſura miſericordiæ eſt abundans, dives Deus in miſericordia, quia miſericordiæ non eſt numerus; ſed hæc diſpoſuit in hac vita; menſura miſericordiæ abſumta eſt à diluvianis, Amorrhæorum peccata completa Geneſ. 15. Canticorum 4. labia tua deſtillant pœnitentiæ myrrham, quia mortificatur caro. Pœnitentia eſt nitrum, quo lavamur Jer. 2. 22. & Eſa 1. lavamini.

Effectus & conſequens pœnitentiæ eſt nova obœdientia: Svadetur (α) ne anima fiat ancilla, quæ per gratiam facta erat regina: (β) ne anima nobilitatem perdat, quam nacta eſt per gratiam Dei & indulgentiam.

§. 33. *Effecta pœnitentiæ alia.*

[1] Peccatorum per aquam ſolatii refectio. A ſimili: ut in æſtu omnia animalia aquâ refrigerantur: ita etiam fidelia & pœnitentia corda. [2] Agnitio peccati; ut nummus pelvi injectus melius cognoſcitur: ſic peccator in pelvi lacrymarum pœnitentialium ſuam miſeriam contemplatur. [3] Vitæ reſtitutio; ut carbo extinctus habet nigredinem, accenſus accipit rubedinem: ita peccator ante pœnitentiam niger, poſt eam candidus fit & ruber ſanguine Chriſti 1. Johann. 1. 7. [4] Fœderis cum DEO noſtro confirmatio: fœdus DEI conſequens, Geneſ. 17. verſ. 19. fœdus in carne erit, circumciſio erit: ſic in baptiſmo dicimus, abrenuncias Diabolo & omnibus operibus ejus? [5] In gratiam cum DEO receptio: confitentes peccata recipit DEUS: Xerxes Rex 200. Talenta in caput Themiſtoclis pronunciavit; is ipſe ad regem pulſus è Græcia fugiens ſemetipſum adduxit, quem Rex recepit & 200. talentis donavit. Zwinger. 64. 6. Xerxes [6] Seria vitæ emendatio. Str. ducis, pugnam reddendi acriorem, condonatio pœnæ hominibus ſceleratis; hac addita conditione, ut inſignia illa peccata inſigni aliquâ fortitudine in ſubſequenti dimicatione expient: ſic fecit Sylla, non ulciſcens mortem viri militaris Albini in autoribus cædis, qui ideò in pugnis multò viriliùs dimicarunt, ut oblivionem ſuo in Albinum ſceleri inducerent, Polyan. libro octavo. Gravibus nos omnes peccatis & ſceleribus addicti ſumus DEO ad pœnam, illa omnia condonat Deus nobis, non ultus ſcelera flagitiaque noſtra, pœnitentiam deſiderat, gratitudinem exigit, dum jubet ipſi ſervire in ſanctitate & juſtitia Lucæ 1. militare contra peccata Roman. 6. ne regnet peccatum, &c. Galat. 5. qui ſunt Jeſu Chriſti, crucifigunt carnem, &c. [7] Melioris vitæ inchoatio: ea eſt, à telonio ſurgere cum Matthæo Matt. 9. 9. à menſa calumniatorum & blaſphemorum cum Paulo 1. Timoth. 1. 13. ignorans feci. [8] Juſtitiæ ſacrificatio: (α) interiora offerre DEO, & quidem DEO, cujus juſtitia adſeritur Pſalm. 51. 5. ſic (β) Chriſti juſtitiam apprehendere fide noſtra: (γ) injuſtitiam noſtram confiteri: Daniel. 9. nobis confuſio, tibi juſtitia. [9] Fructuum progerminatio; efficit enim pœnitentia, ut nos, qui antea arida ligna eramus, per pœnitentiam ipſam juſtitiæ racemos progerminemus; hinc Johannes Matth. 3. ait: facite fructus dignos pœnitentiâ. [10] Languorum ſanatio; peccata languores ſunt animæ, non niſi pœnitentiâ ſanandi: facit, ut pœnæ temporales differantur 2. Chronicor. 34. 27. [11] Pœnitentiæ conſtans profeſſio; Greg. Nazianzen. Orat. 47. quæ eſt 1. in Julian. Milites, &c. folio 765. operum: Qui Juliano nomina dederant ſua ad militiam, hi, crucifixus Chriſtus cum ipſis cum cruce apparuiſſet in menſa, mox furore mentis tacti exclamarunt per forum currendo, Chriſtiani Chriſtiani animo ſumus, &c. ſic & nos ei, cui ſervimus, renunciare debemus ex animo, & nos veros Chriſtianos profiteri, & pecuniam reddere Juliano, & repetere, ut manus & pedes amputentur; ſed & lux eſt, nova obœdientiâ DEUM aſſiduè invocant, qui verè pœnitentiam agunt. 1. Timoth. 2. *puras manus.*

Ad-

§. 34. *Adjuncta pœnitentiæ.*

(1) Imperfectio: non tollit pœnitentia omnia peccata, quoad radicem. Allegor. In terra promissa quædam gentes remanebant quoad exercitium: sic peccatum manet &c. (2) Difficultas, homines enim difficulter agunt pœnitentiam: Causæ sunt [α] Satanas impediens 2.Tim.2. v. ult. [β] mundus retinens & implicans nos retibus scandalorum & exemplorum Matt. 18. [γ] prava consuetudo peccandi: [δ] legis divinæ considerationis neglectio: [ε] acedia & torpor mentis, quæ sunt instar squamarum Pauli Actorum 9. [ζ] animæ potentiarum per peccatum corruptio; ut vinum aceto depravatur, fructus à vermibus corrumpitur: intellectus enim per peccatum obscuratur, volũtas debilitatur, affectus deformantur magis magisq;. Ut vadum mane, cum aqua adhuc exigua facilè tranas, vesperi non item; novella planta eradicanda est antequam radices figat; telum immissum cuti mox retrahendum; vulneratâ venâ mox sanguis sistendus; onus quod indies augetur, mox importabile fit; guttæ aquæ tandem, si non exhauriantur, navim submergunt: clavus semel malleo percussus infigitur parieti, at fortius ac intimius secundo tertioque ictu; aspidis ictui mox adhibetur remedium, partis læsæ amputatio: sic pœnitentiæ difficultas superanda, moxq; incumbendum resipiscentiæ. (3) Serum tempus; exemplum latronis. A simili: Componens theriacen primo cuique offert illud: sic Christus sanguinis sui theriacen latroni contulit; sera autem pœnitentia quoque seria est, ut in illis Ezechiel, 6. v. 9.10. sed tamen pœnitentia non procrastinanda, vide Johann. Rivii Tractat. de stultitia mortalium in procrastin. pœnitentia, in operibus in folio in 8. Francofurt. Regulus ille Joh. 4. & Jairus Matth. 9. seriùs ad CHRISTUM accesserunt levandi morbi ergo: nos non serò sed maturè Christum medicum in morbis animæ quæramus. Esa. 55. vers. 6. Esa. 10. vers. 12. Amos 5. vers. 5. Causæ autem inducentes homines ad procrastinationem pœnitentiæ sunt [α] DEI bonitatis abusio, contra Sir. 5. 4. sequ. Roman. 2. 9. Esai. 55. 7. Jerem. 3. 13. Ose. 14. 2. 3. [β] vitæ longioris promissio, quam sibi fingunt homines, sed temere: [γ] consuetudo peccandi: [δ] scandalisatio per aliorum exempla viventium in peccatis Roman. 12. Prov. 23. Jerem. 5. vers. 4. [ε] peccatorum extenuatio Sir. 16. 17. c. 23. v. 25. [ζ] mundana occupatio. Luc. 12. Psal. 144. vers. 4. 5.

§. 35. *Procrastinata pœnitentia dissuadetur.*

I. In genere; vid. August. tom. 10. col. 223. b. c. tom. 10. col. 436. b. c. d. col. 437. a. b. tom. 10. col. 180. b. c. d. col. 181. a.

II. In specie (1) A divino interdicto Jer. 17. peccata stylo ferreo scripta dicuntur, Psal. 95. (2) à vano principio, quod est vana persuasio & confidentia Veg. p. 335. de virt. & vitiis. (3) à consequente periculo: Genes. 11. vers. 6. Babylonii confunduntur moras nectentes in peccato; ratio erat, quia homo differens pœnitentiam attrahit sibi damnum: Roman. 2. thesaurizas: Ps. 95. hodie ubi vocem Domini audiveris, &c. Vid. Vegam p. 338. Granatens. part. 3. lib. 1. cap. 25. p. 380. seq. Ducis peccator. Drexel. Tractat. 2. p. 113. Idem Granat. p. 401. 402. Ducis. G. Perald. Tom. 2. p. 147. a. b. seq. Summæ. Pergimus: Pœnitentiam differentes sedent in cathedra pestilentiæ, hoc est, in malitia quiescunt: qui hodiè pœnitet, hodiè regnat cum Christo in paradiso: quis scit, an cras futurus sis in paradiso, qui hodiè in inferno spernis abyssum misericordiæ hodiernæ. Pœnitentiam differre non est tutum: peccati morbus in juventute, id est initio curari potest, in senectute interficit. (4) A nostra scientia & officio Roman. 13. quoniam scimus tempus gratiæ adesse; utamur benè hoc tempore 2. Corinth. 6. Augustin. non ut dicas differam, differt Deus medicinam, sed offert veniam. vid. Staplet. Part. 1. Promt. moral. pag. 636. Plato dicebat, vitam Philosophi perpetuam mortis contemplationem esse debere: sic etiam Christianis sit perpetua carnis mortificandæ memoria. (5) Ab exemplorum singularitate: Luc. 23. Christus dicit latroni, amen, (quo notat difficultatem) dico tibi, (quo notat singularitatem.) (6) A similium qualitate.

§. 36. Pœnitentiæ dilatores similes sunt aspidibus surdis Psalm. 57. vers. 5. Actorum. 7. clauserunt aures suas ad vocem Stephani. Aspides caudâ operiunt: sic impœnitentes caudâ vitæ seu in fine agere velle pœnitentiam dicuntur Augustin. in 57. Psalmum. Corvis, cras cras ingeminantibus: sic impœnitentes nigri sunt ob peccata Esa. 1. libertate abutuntur, gratiæ nempe, sicuti corvus Noachi non redibat Augustinus Tomo 8. column. 1165. Tom. 10. column. 73. c. Incedentibus per ignes cineri doloso suppositos: ita impœnitentia & securitas nihil est, nisi cinis, cui ignis iræ divinæ suppositus latet.

Jacentibus in mari, & ta[illegible] extracturo manum subtrahentibus. V[illegible]eratis, qui vulnus accipiunt, & illud putrescere sinunt, Augustinus tomo 10. column. 817. sic vulneratus quilibet peccator. Servis, ad reddendam rationem minimè se comparantibus. Avibus (quas Trappen Germani vocant, Pygargos aliàs Latini) quæ tardæ ad volatum, globi ictu intereunt aut capiuntur. Architæ Thebanorum tyranno, qui cum de conjuratione contra se facta certior factus quæsivit ex tabellario, an de re seria ageret? Respondit ille, ita: cui Archias, cras, inquit, sat temporis ad legenda, & ita pulvinari literas subjecit, itaque interfectus est: Allegoricè applica ad impœnitentes Exod. 28. vers. triges. quart.

Similes sunt Israëlitis nolentibus in patriam è Babylone demigrare; & servis anno Jubilæo servitio exire nolentibus.

Nabuchodonoſori Dan. 4. verſ.12. Columbæ ſeductæ, non habenti cor Oſ. 7. 11. captæ & ſic animo deficienti. Si in foveam eſſes lapſus, annon quamprimum velles extrahi? ſic quoque periculoſiſſima eſt peccatorum fovea, ex hac per pœnitentiam ocyſſimam egredere: in pœnitentia verum eſt, *ſat benè, ſi ſat citò.* Angeli Lothum maturare fugam è Sodomis & in montibus elabi volunt: Sodoma mundus eſt, emigrare nos decet & ad cœleſtia aſpirare; hortatores ſunt angeli, id eſt miniſtri verbi Malach. 2. verſ. 7. emigramus autem per pœnitentiam. Noviſſimè veniunt virgines fatuæ, Matt. 25. verſ.11. hoc tempus noviſſimum eſt ſera pœnitentia, qua fit ut noviſſimi fiant Matt.16. v.30. qui primi eſſe poſſunt; maturemus igitur obviam ire ſponſo lampadibus fidei.

§. 37. Procraſtinantes pœnitentiam diſſimiles ſunt Davidi, qui oram chlamydis Saulitici abſcidit 1.Sam.24. v. 6. 7. & c. 25. v. 32. Benedictus qui prohibuit ne venirem &c. Similes autem cùm fœminæ Apocal.2. v. 21. tùm ſero ſapientibus Ægyptiis, quos mare operuit, dicentes: fugiamus Iſraëlem. 2.Macch. 9. juſtum eſt Deo ſubditum eſſe. Joſ. 8. hoſtes in Ai vincuntur, cum vident fumum, ſic &c. Alexander militem caſtris ejiciebat, qui tempore inſtantis conflictus arma paravit. Rahab omni tempore funiculum rubrum appendit in feneſtra, neſcivit enim quo tempore Joſua irrupturus eſſet: ita & nos pœnitentiæ funiculum Marc. 13. v. 35. Ægyptii abigebant Iſraëlitas, quia eorum causâ interficiebantur primogeniti: peccatum item primogenitum noſtrum, id eſt cor interficit; ergò eſt abigendum: 2.Reg. 4. omnem moram in via prohibuit vates, tanta erat vitæ corporis cura: & tu vitam animæ tuæ de die in diem differs, mortuæ per peccatum ſpiritualiter. Agricola non negligit ortum aut occaſum ſolis, Pſalm. 103. quantum diſtat ortus ab occaſu: oritur tibi ſol gratiæ, cave negligas, ſurgas; ne quando ſol hujus vitæ occidit, una occidat ſol gratiæ & veniæ. Ciclag David ab Amalekitis everſum audiens, non ceſſavit arma ſumere in liberationem 2. Sam. 30. Anima noſtra eſt tale oppidum, quod Diaboli per peccatum devaſtant, quibus arma pœnitentiæ obvertenda tempeſtivè. 2.Reg. 9. verſic. 33. Joram effugere voluit advertens, necem ſibi à Jehu intentari; ſed ſerò nimis, quia telo confoſſus animam efflavit, ita ſerò pœnitentes periculo jam præſente fugam meditantur, ſed fruſtra; nam infernalis Jehu tela in eos ejaculatur, & lethale vulnus infligit. Levit. 6. verſ. 20. vas confringebatur: tuum cor hoc vas eſt Joel. 2. verſ. 12. 1. Samuel. 7. v. 13. idem 1. Samuel. 15. Alleg. ſignificat. Percute Amalek, & demolire univerſa ejus: peccatum eſt hoſtis ille tibi demoliendus, quem cum demolitus fueris, tum demum inter illos locum habebis, qui toti ſunt pulchri, Cantic. 4. verſ. 7. Actorum 9. Domine, quid me vis facere? contra Jerem. 3. verſ. 10. Paralyticus ſurrexit, Matt. 9. verſ. 7. Prodigus filius Luc. 15, 20. Ita ſpiritualiter à Chriſto ſanati & ad revertendum invitati, à peccatorum filiquis ſurgamus Rom. 13. v. 1. Eph. 5, 14. Cant. 5. ſponſa ſurgit, ut aperiat dilecto ſuo: cum à peccato contra conſcientiam ſurgimus, Chriſto aperimus.

Aliàs oſtium claudimus, quod ille pulſat. Apoc. 3.

Non habitat ſapientia in anima inquinata, Sap. 1. 4. Peccata ſunt, quæ te inquinant: Non niſi his abjectis divina ſapiẽtia in te habitabit.

Joh. 12. Magdalena peccatrix domum Simonis intravit: peccator intra Eccleſiam, in qua vox Dei auditur, ſic eam ingrediatur.

Ovis perdita Domino reddenda erat. Peccator eſt ovis perdita, verâ pœnitentia reddendus, qui peccato à Deo erat avulſus.

Qui pœnitentiam agere vult, per novam obedientiam extra peccati ſepulchrum cat oportet. Per veram contritionem atrio hujus mundi exeat.

Babylonem relinquat, & amarè ob admiſſa peccata fleat.

Ad montem myrrhæ & collem thuris ſponſus vadit Cant. 4, 6. Notatur pœnitentium grex ſtillans myrrham veræ contritionis & thurem ardentis precationis, quæ Dominus ſuſcipit Pſalm. 3, 5. & 10, 14. ut gratiſſima thymiamata. Apoc. 5, 8. c. 8, 3. 4.

Moſes orationem differebat pro abactione ranarum Ægyptum infeſtantium Exod. 8. v. 9. Sic impœnitentes malæ conſcientiæ ranas, (quæ clamant cras, cras, cras) abigere tardant. Hi audiant vocem Davidis Pſalm. 95. Hodiè, hodiè, ſi vocem &c.

Noviſſimè venerunt virgines fatuæ Matth. 25. 11. noviſſimum tempus eſt ſera pœnitentia, quâ Primi fiunt Noviſſimi Matt. 19. 30. Ergò maturemus obviam ire ſponſo lampadibus fidei inſtructiſſimi, ne noviſſimè veniendo noviſſimi ſimus oſtio vitæ nobis intercluſo.

Lev. 11. 33. Vas fictile re immundâ infectum frangendum erat. 1. Corda noſtra ſunt vaſa fictilia, in quibus theſauros noſtros gerimus, levi mortis concuſſione frangenda. 2. Inficiuntur hæc vaſa cordium â peccato. 3. Frangenda ſunt per veram pœnitentiam Joël. 3. 13. Cor noſtrum eſt vas contritum Pſ. 51. 19. Quod Deus vivificat Eſa. 57. v. 15. & inhabitabit Eſa. 66, 2. Sed occluſum & obduratum cor Deus dilaniat, Oſe. 13. 8.

Levit. 14, 47. dormiens in domo, leproſâ veſtes mundare jubebatur. 1. Cor noſtrum leproſa domus eſt. 2. Hoc cor mundandum fide, Chriſti ſanguinem apprehẽdente 1. Joh. 1, 7. Apoc. 7, 14. Sine hoc n. juſtitia noſtra eſt ſicut pannus menſtruatæ mulieris Eſ. 64, 6. ſed Chriſtus nobis veſtes juſtitiæ induit Eſa. 61. v. 10. & novâ obedientiâ nos mundemus 2. Tim. 2, 3. Domus quoq; leproſa eſt hic in quo verſamur, mundus: in eo altum ſtertimus ſæpè: Excitandi igitur ſumus: Eph. 5. ſurge (per pœnitentiam) qui dormis, ut te Jesus Christus illnmlinet!

2.Reg.

2.Reg.9.v.23. Joram effugere &c. Ita serò pœnitentes periculo jam præsente effugere meditantur. Sed infernalis Jehu arcu intento ignito telo petit præcordia, ut animæ ad gratiam adspiranti vulnus infligat.

1.Sam. 9,19. Saulum invitat Samuel, hodiè mecum comedetis. Sic ait pœnitentibus Jesus: Edetis mecum hodie in mensa gratiæ Ps.23. Deinde nos in regno gloriæ Reges creabit. Apocalyps.1,9.

Genes. 19. Angeli Lothum, &c. Sic verbi divini Angeli Malach. 2, 7. hortantur nos, ut per pœnitentiam è Sodoma mundi & peccatorum fugiamus. Conf. Drexelium tract.2.oper.

§.38. *Fugienda est impœnitentia.*

Ita n. Christum crucifigimus & occidimus &c. Spiritualiter. Alexander cum Clytum suum amicũ occidisset, ingenti mœrore perculsus est. At tu non contristaris ob Christum, quem impœnitentia occidisti. Est inobedientia Deo invisa. Jer.18,12. Peloponnenses eum, qui in populum deliquisset, ita reconciliabant. 1. Populi Rectores eum ducebant in fanum humilitatis, ubi humiliter veniam petebant. 2. In templum Verecundiæ, quo in loco pudore suffundebatur ob culpam. 3. In foro publico ducebatur ad statuam magnam, quæ populum repræsentabat, cujus pedes demissus osculabatur. Manu a. statua illa scutum tenebat, cui hæ literæ inscriptæ, R.T.P.P.H.V.L. Restituũt te populo præpotenti Humilitas, Verecundia, Lotio; nam prope statuam illam erat fons, in quo reconciliatus restituebatur. Castra Tamerlanis (principis Tartarorum) erant 1. Alba. 2. Rubra. 3. Nigra. Illa pacem, ista sanguinis vindictam, hæc internecionem extremam notabant.

Impœnitentia pœnas accelerat, Vide Exemplum Manassis: 2.Reg.21.2.Reg.17. Israëlitarũ.

Nimis tandem serò dolet, ut Alexander interfecto per temulentiam Clyto. Sabellic. lib. 6. Ennead. 4.

§.39. *Similia pœnitentiæ.*

Pœnitentia est cordis afflictio. Sicut arbor, quæ radicitus evellitur, terram, in qua hærebat, dejicit & comminuit: sic peccatum, quod tollitur, cor, in quo hæsit, necessariò commotum & afflictum relinquere debet. Ubi cordis afflictio non sentitur, ibi adhuc peccatum hæret. Staplet. P.2. p.244.

Altare holocausti sit cor hominis, ut in eo per veram pœnitentiam cupiditates malæ exurantur, ceu olim hostiæ in holocausti ara.

Domus, quæ frequenter scopis purgatur, &c. supra.

Collyrium spirituale, 1. clarificat hoc nobis oculos, ut peccatum videamus Ps. 51. peccatum ego meum &c. 2. Inungendi sunt oculi mentis Apoc. 3, 18. hoc pœnitentiæ collyrio. 3. ut porrò videamus Christum pro nobis passum Joh. 3. vers. 14. & fructus pœnitentiæ dignos edamus Matth. 3. facite &c.

Copula spiritualis, quæ nos Deo conjungit. Aug. Tom. 8. col.1132. qui per peccatum à Deo eramus remoti. Esa. 59.

Epulum suavissimum Deo nostro. Cibus in eo est cor contritum: Potus lacrymæ peccatorum Ps.51. cor contrit. Ps.102. miscui potum lacrymis. Sicuti Jacobo erat epulum suavissimum Genes. 27. Lacrymæ peccatorum sunt vinum angelorum.

Pœnitentia in labro significata Exod.30,15. ex speculo legis dicat: Proh fidem Dei, quàm exiguæ voluptatis gratiâ quantum bonum perdidi &c. Lysimach.

Hyssopus est calida: pœnitens & amore Dei concaleat & Christi. 2. Hyssopus herba humilis. Dioscor. lib.3. c.28. sic peccator humilis sit. 3. Hyssopus medetur pulmonis tumori, qui est superbiæ signum: sic pœnitenia &c.

Pœnitentia est instar collyrij, quod cordis oculos clarificat per compunctionem, quo collyrio jussus est Laodicenus Episc. oculos inungere ut videat, aperit enim sensus nostros ut videamus quàm recta sunt, & cum cognoverimus, eadem faciamus. In locis Armeniæ quædam avium species harpyiæ nomine esse finguntur, quæ vultum habent virgineum, uncas manus ebore, & ora semper pallida fame. Hæ postquam hominem occiderunt, ad fluentum aquæ volare, & in ea formæ suæ speciem contemplari dicuntur, quam dum similem illi, quem occiderunt, vident, tanto mœrore afficiuntur ut se propriis unguibus dilanient. Idem verè pœnitentibus evenit, pro quorum culpis Christus mortuus est, illa autem fonte lacrymarum immersi, ubi intelligunt, peccata sua mortem Christi peperisse, qui formam eorum assumpsit, tanto dolore excitantur, ut jam velint pro ea sanguinem vicissim fundere, Beierl. p.2. p.64.

Deut. 21, 11. jubebat Deus, ut si quis mulierem aliquam pulchram in bello cepisset, vestem in qua capta, deponeret &c. sic non est satis nos à Christo in pugna passionis captos, ut anima nostra ejus sponsa fiat, sed vestis deponenda, ungues & crines secandi, quæ peccatorum omnium mortalium separationem & pœnitentiam significant.

Tertullian. Cervus sagitta transfixus, ut ferrum de vulnere expellat, scit sibi dictamnũ esse remedium. Hirundo, si excæcati sint pulli, novit illorum oculos sanare Chelidoniâ. Peccator restituendo sibi justitiam à Deo ex Exomologesi, sciens præteribit illam?

§.40. Pœnitentiam adumbratam fuisse existimant per Jordanem fluvium, cujus immersione Naamani Syri lepra mundata fuit. 2. Per piscinam probaticam, quæ oculorum infirmitatem tollebat. Illa enim omnem animæ lepram sanat & occidit, & ex peccatoribus & filiis diaboli indignis, qui in cœlum oculos sublevent, reddit acceptabiles Domino.

Pœnitentia est laqueus Deum capiens. Crinibus suis optimè est usa Magdalena, homines illaqueare Deum, Pontani Bellaria Attica pag. 790. Sicut pluvia cum tonitru, &c. supr.

1.Sam.7,6. aquam effuderunt coram Domino Israëlitæ, dixeruntque &c. Pœnitentiæ veræ imago est:

Mizpa est Ecclesiæ congregatio, quam non deseramus, Ebr. 10. vers. 25. Aquas lacrymarum effundamus, de quibus Psal. 6, 7. & 102, 11. dicemus: Peccavimus, Domine remitte. Ose. 14, 13. jejunabimus, &c. idola abjiciemus spiritualia. Esa. 58, 6.

Est drachmæ perditæ quæsitio, Luc. 15. Adumbrata per circumcisionem ante pascha peragendam, Exod. 12, 44. 48.

Est resurrectio spiritualis: Luc. 2. in resurrectionem multorum in Israël. Col. 3. si resurrexistis cum Christo.

Pœnitentia est vulnus, sine quo non pervenitur ad veram sanitatem. Cant. 2. vulnerâsti. Psal. 38. sagittæ tuæ infixæ mihi. Aug. Tom. 8. colum. 314. D. C.

Pœnitentia & nova obœdientia est sacrificium Syr. 35, 5. carnis mortificatio est sacrificium per duplex altare V. T. abumbrata.

Ara duplex templi quondam sine voce docebat,
Thus una ac cæsas altera habebat oves.
Obtulit hic cæsas pecudes, qui membra necavit,
Qui pia vota facit, thus dedit ille Deo.

Impii sæpè vi quadam ad pœnitentiam ducuntur, Jer. 8. omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium: sicut enim equus currens ad pugnam, nec hostem ex adverso timet, nec vel cadentium gemitu, vel tormentorum strepitu, vel lancearũ ictibus terretur; sic impii præcipites ad malum feruntur, quo illorum libido & cupiditas illos impellit, nec vel diaboli insidias ac rugitum timent, vel aliorum impiorum calamitoso exitu moventur, vel gehennæ comminationibus terrentur. Attamen ut equus impetu currens, hamo & fræno à sessore strenuo constrictus, circumsistere cogitur; sic Dei manus impios tangens & hamo & fræno maxillas eorum constringens, qui non approximant ad eum Ps. 32. sed toto impetu fugiunt ab eo, eos sæpè numero in rectam viam convertit, impietatis effrænem cursum sistit, & ad meliorem mentem revocat, quod est magnum Dei beneficium. Staplet. p. 2. p. 39.

§. 41. *Pœnitentia comparata.*

Est epulum cœlesti Isaaco suavissimum Genes. 15.

Est Jordan.

Lotio impurorum: Levitica post occasum solis præcepta Levit. 12.

Malleus cordis. August. tom. 9. col. 957. d.

Manducatio cinericii panis, Psal. 102. Aug. tom. 8. col. 1138. b.

Medela 1. Animæ. 2. vulnerum in ea variorum, August. tom. 10. colum. 1369. a. Sir. 33, 4. Ezech. 33, 10.

Mons in quo nos cum Lotho salvare possumus. Aug. tom. 10. col. 1345. b.

Munitio & propugnaculum vivum. Zach. 9. vers. 11. Est Nardus quæ odorem dedit, Can. ticor. 2.

Nitrum quo lavamur. Jerem. 2. v. 20. Esa. 1. Lavamini, &c.

Novi hominis partus, cujus dolor in contritione, lætitia in fidei exultatione, proles in operum bonorum fructificatione. August. tom. 8. column. 437. d.

Portus. 1. Naufragium navis nostræ impediens 2. ne scopulis illidatur impœnitentiæ. Aug. tom. 9. col. 1138. a. 3. ostensus nobis à Deo, ad quem ex peccatorum mari fugere debemus. Aug. tom. 9. col. 1027. d.

Primitiæ Deo offerendæ. Sir. 25, 5. Exod. 13. & 12. v. 2. Sir. 7, 8.

Pœnitentia portus, ad quem agitati peccatorum fluctibus confugiunt: Quo Ethnici caruerunt, nos ingrati eum non agnoscimus.

Resuscitatio hominis spiritualis à somno peccati. Aug. tom. 9. col. 357. a. b.

Sacrificium Deo gratissimum. Ps. 91. quod facit flammam confessionis nostræ in cœlum ascendere. Augustin. Tom. 10. column. 525. Psalm. 51.

Sal in omni sacrificio offerendum. Levitic. 2. vers. 13.

Serpentis ænei contemplatio. Num. 21.

Sceptrum Ahasveri qui tangebat, gratiam impetrabat Esth. 5. Ita sceptrum gratiæ pœnitentiâ tangimus.

Vomer, quo ager cordis nostri paratur, Jer. 4. hinc dicitur spiritualis circumfossio & stercoratio Luc. 13, 8. Augustin. Tom. 8. columm. 892. c.

Unguentum [1] odoriferum coram Deo & angelis Luc. 15. [2] confortativum cordis nostri. [3] Repletivum totius Ecclesiæ domus Luc. 7.

§. 42. *Allegoriæ aliæ, Typi & similia, quibus pœnitentia adumbratur, pro suadendâ pœnitentiâ.*

Deut. 21, 11. jubebat Deus, ut si quis mulierem, &c. paulo ante.

Adumbrata est per Jordanem fluvium, piscinam probaticam, &c. paulò ante.

Levit. 25. Qui tetigerant immundum, lavandi erant, &c. supra.

Percute Amaleck 1. Sam. 15. & demolire, &c. supra. 1. Sam. 7, 6. Aquam effuderunt coram Domino, &c. supra.

Horatius refert de divite quodam avaro, qui Lethargiæ morbo laborans à Medico ita curatus est, &c. supra. Accommodatio: ita dum peccatores dormiunt, credant sibi hæreditatem præripi ab aliis vigilantibus. Vigilent itaque & ipsi, aut peccati torporem excutiant per pœnitentiam.

Conf. Exemplum Anchiæ Thebanorum Regis, de quo Plut. in Anchia, &c. sup. Historia. Peloponnenses civem, qui in populum deliquisset, ita reconciliabant, &c. sup. Accommodatio: Optimè hæc ad pœnitentiæ actum accomodari possunt, ita ut Templum humilitatis notet agnitionem; Verecundiæ contritionem; Osculum pedis fidem; Clypeus Sacramenta & dicta consolatoria; Lotio lacrymæ per pœnitentiã excussæ, aut ipse sanguis Christi, seu vulnera, quæ sunt fons salutaris lotionis.

Dor-

Dormiens in domo leprosa vestes lavare, &c. supra. Israëlitæ post transitum maris rubri ad aquas amaras ducebantur, quæ tamen ligno injecto reddebantur dulces. Exod. 15.23. &c. supr. Sic nos educti per baptismum ex Ægypto spirituali peccati ad amaras pœnitentiæ aquas ducimur, quibus Petri oculi stillarunt Matt. 26. Quæ verè amaræ propter contritionem & pavorem; dulces autem fiunt injecto ligno vitæ Christo, qui cor contritum recipit. Psalm. 34. v. 19. Psal. 51. 19. Esa. 57. 15. cap. 66. 1.

Bileam advertens Deo placere, si benediceret Israëli, non abiit, sicut ante ad magos, sed faciem rectà ad desertum convertit, oculos levavit, ordinem castrorum vidit. Numer. 24. 2. Imago est pœnitentium, quorum Deo placet resipiscentia, Joel. 2. Jer. 10. Psal. 51. dum enim vacant contritioni, DEO benedicunt, peccatum tanquam magiam fugiunt. 1. Samuel. 15. Ad desertum faciem convertunt, per pœnitentiam mundum relinquunt, & cum Christo in desertum abeunt, & piorum omnium ordinem conspiciunt, qui per pœnitentiam ad Deum venerunt. Ps. 32.

Ritus :

§. 43. Olim pœnitentes à cœtu reliquorum fidelium erant segregati, ac quasi in sentinam Ecclesiæ rejecti: id patet ex Augustino lib. 50. homil. Hieronym. ex epist. ad Oceanum de Fabiæ obitu. Palla erat vestis, cilicium, caput detonsum Tertull. libr. de pœnit. Pacianus in Parænes. ad pœnitent. Ambros. ad virgin. lapsam: Hieron. in Epitaph. Fabiolæ: Concilium Agathense, Conc. Toletan. 3. Optat. Milevit. lib. 1. advers. Parmenian. Pœnæ erant variæ 1. abstinentia à participatione Sac. mysteriorum Cyprian. serm. de lapsis; 2. non promovebantur ad sacros ordines; 3. à nuptiis abstinere jubebantur & ab officio conjugali; 4. unctione privabantur; 5. singulis jejuniorum diebus veniebant ad Ecclesiam, & capita sacerdotum manibus submittebant; 6. mortuos sepeliebant Concil. IV. Carthag. can. 81. 7. stare non audebant ad orandum, sed flexis poplitib. &c. Tempus erat feria quarta ante primam Dominicam Quadragesim. Concil. Agathense c. 15. Hieronym. in epitaph. Fabiolæ. De pœnitentiâ confer quoque, quà controversias & ritus, Johann. Filesacum Tractatu peculiar. 1633. form. 8. Paris. Edit.

PODAGRA.

Multi eâ mortui sunt: Lycon vel Glycon, Philosophus Socraticus: Laërtius: Tyrannion Grammaticus; apud Volateranum.

POETÆ.

Olim ab Ethnicis habiti pro Prophetis, ut apparet è Tit. 1. 5. Paulus citavit Aratum. Actor. 17. 28. Menandrum 1. Cor. 15. 33. Epimenidem & Callimachum Tit. 1. 12. 1. Prosunt; 2. delectant, Horat. & prodesse volunt, & delectare Poëtæ. 3. Poëtica est placenta delitiis condita ex omni genere disciplinarum; 4. Involvunt res utilissimas ceu uvas dulcissimas sub Pampinis fabularum, Georgius Sabinus. 5. Plato: nullum posse esse Poëtarum sine afflatu divino. 6. Comportant scientias omnis generis.

POLLUTIO.

1. Notat quodlibet grande peccatum Ezechiel. 36. 25. 29. cap. 39. vers. 24. Sophon. 3. 1. 2. Homines ipsos pollutos Ezechiel. 22. v. 15. qui se polluunt Deuteron. 11. v. 32. 3. ariolos consulunt Levitic. 19. vers. 31. idola colunt Jerem. 2. vers. 23. Psalm. 106. v. 29. 4. Adulterium Deuter. 24. 4. 5. Incredulos & infideles Tit. 1. 15. irregenitos. 6. Voluntariam seminis effusionem, μαλακία dicta, arguitur ab Apostolo 1. Corinth. 6. Levit. 18. v. 23. 24. 30. Hoc vitium frequens esse, moxque aperiendum, monet & queritur Laurent. de Aponte folio 312. in cap. 9. Matt. numer. 49. confer Gerson. tomo 2. oper. Casuistas. V. Pollutio: V. Peccatum contra natur. 7. Polluitur terra idololatriâ Jerem. 16. 18. sanguine Num. 35. 33. 8. Ceremonialis Levitica Num. 6. 7. 9. Johann. 18. 28. 9. Polluti cibi lege prohibiti Actor. 10. v. 14. cap. 11. v. 8. Lev. 11. 43. Malach. 1. 7. 10. Pollutio in bonam partem 2. Regum 23. vers. 8. 10. 16. cap. 10. 27. in malam, est templorum profanatio Psalm. 79. 1.

POLYGAMIA.

§. 1. Est, cum unus vir eodem tempore & simul plures uxores habet, & vice versa, si mulier &c. 1. Institutioni divinæ contraria Genes. 2. vers. 22. 24. à Lamech introducta Genes. 4. vers. 19. 2. Typo Christi & Ecclesiæ inimica. 3. Multorum incommodorum caussativa, nempe æmulationum, rixarum, dissensionum, immoderatæ libidinis Levit. 18. 18. Genes. 4. vers. 23. cap. 16. vers. 4. 5. cap. 21. v. 10. cap. 30. vers. 8. 1. Sam. 1. 6. 4. A Christo rejecta Matt. 19. 1. Corint. 7. v. 2. 3. 4. 1. Timot. 5. vers. 9. 5. In Patribus tolerata Genes. 6. 2. 3. cap. 29. 27. cap. 30. v. 4. 5. Levit. 18. v. 18. Deut. 21. 15. Es. 4. 1. Confer Consilium Consistorii Wittenberg. 1609. 6. Formæ conjugii destructiva 1. Corint. 7. ubi docetur, uxorem habere proprium suum virum, non communem. 7. Legibus quoque civilibus interdicta. Meritò igitur sententia Bernhardi Ochini rejicitur, pro Polygamia stantis: rectiùs sensit Cecrops, Primus Rex Atheniensium, abolens Polygamiam, Athenæus libro 13. c. 1.

§. 2. Exempla polygamorum sacra & profana: Lamech Gen. 4. Zonaras t. 1. Salomo 1. Regum 10. Gideon Jud. 8. Mesopotamiæ incolæ Genes. 29. v. 27. 28. Babylonii Dan. 5. Elkana 1. Samuel. 1. 2. Priamus rex Trojæ, numerosa prole, quæ tamen periit in bello Trojano. Philippus Alexandri Magni pater. Hieronymus scribit, quendam Romæ fuisse, qui viginti uxores duxerit: illi copulatam fuisse fœminam, quæ 19. viris nupserat; hac verò fato functa, maritum coronâ redimitum ad sepulturam fuisse comitatum. Cuspinianus descri-

describit prolixè Polygamiam Caroli M. Henricus VIII. rex Angliæ. Artaxerxes à polygamia generavit 115. liberos. Naucler. conf. Meiger. in nucleo histor. 721.

POLYPRAGMOSYNE.

§. 1. Confer tit. Curiositas: Item Quæstiones. Quid sit, vid. Zwinger. folio 73. in Theatr. §. Cognitionis.

Exempla eorum, qui aliena officia aggressi sunt: Saul sacrificans 1. Samuel. 13, 9. Usa 2. Samuel. 6, 7. Usias 2. Chron. 26, 19. conf. Sir. 3, 23. Joh. Funccius:

Disce meo exemplo mandato munere fungi:
Et fuge ceu pestem τὴν πολυπραγμοσύνην.

Eorum, qui sub specie amicitiæ aliorum vitas observant, vid. Theodor. Domin. 17. post Trinitat.

§. 2. Vitanda est. Sir. 11, 9. 10. Prov. 12, 9. Ab inutili: nihil proficis hac duce, non assequeris quod cupis, non emerges d. l. vel infeliciter te immerges variis damnis & periculis. A supervacaneo: tractat enim res non necessarias Prov. 12. 11. A damno: pauperiem sibi attrahit Sir. 10, 30. Allegor. Numer. 4, 1. 2. seq. quælibet tribus sua agebat, Meraritæ, Kahatitæ &c. Pestis est propria munia negligens. Mentem inquietam reddit, semper enim illa incitatur ad exquirendas res aliorum. Animum à sui contemplatione ad externa abducit: Facit, ut homo seipsum nesciat, alios sciat. Utitur negligenter exteriori oculo, quo proximi res non teneat, quod debet Joh. 20, 31. alios curet, seipsum negligat: sic Thomas Joh. 20. qui foras egressus est, vid. Gregor. homil. 36. in Evangelia: Basilium in verba *Attende tibi ipsi.* Bernhard. serm. 14. de divers. Curiosus foràs egreditur, & exterius omnia considerat, qui sic interna despicit, præterita non respicit, præsentia non inspicit, futura non respicit. Hæc omnia Bernhardus, quæ in Thomam Apostolum, collegii Apostolici per aliquod tempus extorrem, optimè quadrant.

Facit, hominis animum divagari in casis pauperum & domibus divitum Plutarch. de curiositate tom. 2. oper. moral. Nusquam esse Senec. epist. Seipsum ignorare Gregor. homil. 36. in Evangel. In captandis novis, quæ cum audire homo gestit, suam animam gravat, & opinionem ac judicium falsum facilè concipit, quò peccat. Inficitur animus, si perpetuò attrahat aliorum narrationes de proximo. In rebus hominum inquirendis suspicionum nectendarum ergo. In rebus, ad Deum spectantibus, indagandis: ut Mosis Exod. 33, 20. Evæ Gen. 3. Philippi Joh. 14, 8. Philistæorum 1. Sam. 6. v. 19. carpitur Prov. 25. v. 27. Sir. 3, 22. Ex hac curiositate absolutum Calvinianorum decretum natum est. *In rebus abditis & abstrusis:* ita Socrates cuidam, apud inferos quid ageretur interroganti, respondit: nec ego unquam ivi, nec cum quoquam illuc reverso collocutus sum. *In rebus alienis:* Culpatur Epiphanius, quod relictâ Cypro Constantinopolin venisset, & rei Ecclesiasticæ sese immiscuisset, à Chrysostomo.

Joh. *Funccius* ad supplicium ductus hos versus recitavit:

Disce meo exemplo mandato munere fungi:
Et fuge ceu pestem, τὴν πολυπραγμοσύνην.

Justi Jonæ filius, JCTUS:

Quid juvat innumeros scire atque evolvere casus,
Si facienda fugis, si fugienda facis?

Alius subjecit priori:

Si facienda facis, si fugienda fugis.

POLYTECNI. *v. Parentes.*

POMUM.

§. 1. 1. Propriè dictum Exod. 10. v. 15. monet de ira Dei. Levit. 19, 23. de circumcisione cordis immundi, primitiis Deo offerendis in signum gratitudinis v. 24. 25. Lev. 27, 30. benedictione Dei Lev. 26. 4. Deut. 33, 13. 14. 15. maledictione ibidem vers. 20.

2. Mysticum Cantic. 4, 13. 16. c. 6. 11. c. 7. 19. notat dulces doctrinæ Evangelicæ fructus per varia dona & effecta 1. Corinth. 12. Roman. 12. Eph. 2. dedit dona hominibus: fructus eximii vide Mercer. in h. l. & confer Deut. 33. 14. Cantic. 4. vers. 13. 16. Alii intelligunt virtutes & bona opera.

§. 2. Poma Sodomitica sunt mundi parabola, extus rubescentis & colore suo incautas mentes decipientis, intus verò putrescentis. 1. Johann. 2. vers. 15.

Poma in corbe notant finem populi Judaici Amos 8. 1.

Malogranati pictura in veste summi sacerdotis Exod. 28. notat 1. colore suo rubro Christi sanguinem, quo redemti sumus: 2. hoc sanguine reficimur, sicut succus malogranati. 3. dulcissimus hic est animi sitienti succus.

PONDERO.

Deus ponderat cœlos Esa. 46, 12. Spiritus Proverb. 16, 2. metitur, cognoscit, probat, Gregorius Magn. Moral. 2. 8. ex hoc loco egregiè probat, Deum esse in cœlo, sub cœlo, supra cœlum, infra cœlum, ubique & ultra. Ergo Deus verè Atlas est, non humeris sed vel palmo mundum continens ineffabili modo ac ratione incomprehensibili. Ipse (ait Gregorius) manet intra omnia, extra omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia, &c.

PONDO. *v. Justitia. It. Mercator.*

PONDUS.

[1.] In contractibus Gen. 43, 21. Prov. 16, 11. Mich. 6, 12. [2] Sicló sanctuarii Num. 3, 50. [3.] Sicló communi Jud. 9, 4. [4] Pondus divinæ potentiæ & iræ Job. 31, 23. [5] æternæ gloriæ 2. Corinth. 4, 17. stabilis, fixæ, permanentis; [6] peccati adhærentis & impedimentorum quorumvis, voluptatum mundanarum Hebr. 12, 1. [7] castigationis Apoc. 2. v. 24. [8] Laboris & tribulationis Matth. 20, 12.

PONO.

Variè dicitur de Deo & hominibus. Significatio genuina à circumstantiis locorum singulorum eruenda est. 1. Petr. 2. in quod & positi: Confer Esa. 23. vers. 13. utrobique agitur de pœnali Dei judicio contra incredulos Judæos & Dei hostes. Vide quoque parallelum, pro hoc sensu, locum Es. 23,13. posuerunt eam (Chaldæam) in ruinam. Ponere in cor i.e. attendere & considerare Luc.1,65. c.9,44. Prov. 24,32. Hagg.2,19. Ezech.40.v.40.c.44,5.Dan. 6. v.14. cap. 10,12.

PONTIFEX. *v. Aaron: It. Sacerdos. Item Christus.*

PONTIUS PILATUS.

Pontium dictum volunt, quod à Romanis in Pontum, relegatus sit, ob homicidium. Spurium fuisse putant nonnulli. Vetus versiculus sic habet:

In Forcheim natus est de statione Pilatus,
Teutonicæ gentis, crucifixor Omnipotentis.

Anno Christi 28. præses Judææ constituitur (Antecessor ejus fuerat Valerianus Gratus) anno Tiberii XI. CHRISTUM innocentem in gratiam sacerdotum condemnavit; donis hoc officiũ exambiit: Injustus fuit, ære omnia venalia habuit, Philo de legatione ad Cajum: humanum sanguinem sacrificiis miscuit Luc. 13. Judæorum cultum temerarè voluit, vid.Philon.de legat. ad Cajum Imperatorem. Viennam tandem relegatus est, sibi ipsi mortem consciscens, Ado in Chronicis, Episcopus Viennæ illius Galliarum. Orosius libro 7. cap. 5. Successor Pilati fuit Petronius, Strabo lib. 17. Valer. Maxim. lib.4.c.7. Corban Judæorum invasit,ac in aquæductus Jerosolymis inferendos insumi voluit, Joseph.lib. 2. c.8. de bello Judaico & l.18.Antiq.c.4. Virtutes Pilati 1. Vigilantia: mane enim summo præfuit consiliis ipse; 2. Modestia, progreditur è prætorio ad Pharisæos. 3. Justitia in examinis institutione. Conf. *Pilatus.*

POPULUS. *Conf. tit. Natio.*

§. 1. Populus est cœtus juris consensione & communione publicæ utilitatis consociatus; hinc populum non esse Esa.7,8.est,nullam habere Rempubl.

Stirps omnium populorum Adam & Eva, Actor. 17. fecit ex uno sanguine &c. Causa princeps procreans & conservans populos, DEUS est, sive gratiâ generali sive speciali: hujus respectu Deus populi Judæorum Deus erat.

Termini à Deo constituti, Dionys.Carthusian. in Deuter. fol. 396. huc illud Davidis Psal. 115. terram dedit hominibus.

Migratio populi: de his migrationibus populorum vide Cunon. Flinsbach. in tabul. Commentatores in C. Taciti Germaniam: Chronicon Carionis: Cluverii German. antiquam.

Pœnæ populorum: Captivatio Esa. 5, 13. §. 2. vide tit. Bellum. Deletio Deuter.2. v.21.22.23. cap. 4. v.26. Genes.6.v.7.cap.7,23. Numer.14. vers. 12. & potentiæ dissipatio Ezech. 26. v. 2. Expulsio Amos 9. vers.7. Luther. in marg. Dispersio ibid.v.9. Obscuratio Justinus l.2. c. 4. histor. Spiritus S. id nomine *caudæ* exprimit. Emersio, si DEUM habeant propitium Deuteron. 28.

Mores varii à compluribus descripti: Sabellic. folio 50. Exempl. Joh. Boëmus de moribus gentium & populor. Socrat.l.4. c.23. histor. Ecclesiast. Mutabilitas; aliquando Deo benedicit populus, mox cruci adjudicat: sic Judæi Christum. Socrates à populo Athenis damnatus fuit, post mortem desiderato statua posita est, & accusatores ejus exilio multati, Sabellic. lib. 1. c. 6.

§. 3. *Populi vitia:* Gloriatio de copia sui & fiducia in multitudine. Huc spectat concessa Davidi à ducibus Israël populi numeratio 2. Sam. 24. conniventia ejusdem ad Davidis cædem, ad Absalomi rebellionem, & Sibæ 2. Sam. 11. c.15.&20.& 1.Chron.22. Voluptatũ amans est. Philo libr. de Joseph: Cupiditatibus serviens, non ratione actus, Thucydides: Inconstantia 2.Sam.15,13. Judic.9,3.4.6.25.26. 2.Sam. 20,2. c.19,41.Matth.21,9.cum 27,21.Act.14,11.12.14. Infidelitas Deut.32, 20. in eodem reperitur otii cupiditas, Liv. dec.1.l.2. & ignavia: Ingratitudo erga benefactores Jud.8,35.c.9,16.17.18. 1.Samuel. 8, 7. ministros Jer. 5, 31. c. 14, 18. 2. Cor. 11, 19. sunt enim magistratus similes platanis, sub quarum umbra tempestate ingruente homines sese recipiunt, sed postea easdem vellunt; sic olim dixit Themistocles de se, ab Atheniensibus injuriis plurimis affecto. Novitatis desiderium: Mobilitas; movetur à suis ducibus, ut mare à ventis agitatur: Labilitas in vitia Exod. 32.1. Proclivitas sequendi alios, ut ovis ovem, Plutarch. in Polit. Nebulâ inconstantior populus, hinc inde agitatâ. Questus super gravibus oneribus 1. Reg. 12. v. 14. 16. Plutarch. in Polit. Pervicacia adversus Deum Exod.32,9. Deuter.32,16.seq. 1.Sam.8,8. Rebellio & petulantia erga subdelegatos 1.Regum 12. v.18. vid.tit.Rebellio: Ira & furor Act. 19. v. 38.

§. 4. Officia erga populum: Huc spectat prudentia magistratûs in moderanda Republica, tractandis ingeniis populi vid. Plutarchum in Politic.

PORCI.

1. Propiè dicti Matth.8,30.seq. Marc. 5, 13. Luc.8,33. 2. Infideles, impii, Epicuræi Matt. 7, 6. Autor imperfecti operis Pharisæos pseudodoctores intelligit, Euseb.2.4. Præparat. Evangelicæ profanos homines, contentiosos, Augustin.sermon.2. in monte Dom. c.32. quibus non respondendum. 3. Leviticè impura animalia Levit.11,7.8. Es. 65,4. monebant, abstinendum ab immunditiis & vitiis Lactant.4. v. 17. instit. Tertullian. in epist. de cibis Judaicis, non quod sibi à scabie metuerint Judæi, ut

nugatus olim Tacitus lib. 5. Hieronym. l. 2. adv. Jovin. memorat, Arabes & Saracenos suilla abstinuisse.

PORRUM.

Num. 11. 5. carnalia vitia & desideria significat, quibus, proh dolor! mens hominis inhiat Gregor. 20. 16. Moral. Confer tit. Concupiscentia. Porrum aliàs ab Ægyptiis cultum. Juvenal.

Porrum & cepe nefas violare & frangere morsu:
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina.

PORTÆ.

§. 1. (1) Propriè dictæ, (2) Inferorum Matt. 16. significant omnem vim Diaboli, mundi, quæ contra Ecclesiam nihil obtinebunt: itaq; non significatur, Papam habere potestatem quoq; in reges terræ: neque enim reges terræ sunt portæ inferorum, sed Ecclesiæ nutritii. Idem fatetur Widrigthon. tract. contr. Concil. Lateranens. p. 387. (3) Cœli, est Ecclesia, in qua Christus vera cœli scala apparet Johan. 1. v. ult. vid. tit. Ostium. (4) Civitatis, in quibus olim judicia exercebantur Genes. 23. 10. 18. c. 34. 25. Jud. 5. 11. Ruth. 4. 1. Job. 29. 7. populus congregabatur Proverb. 1. 21. unde in portis aliquid facere est palàm & publicè aliquid facere. Erant olim aut ex solido ferro, aut laminis ferreis tectæ leguntur, vid. 2. Reg. 4. 4. apud Vergil. 8. Æneid. In medio classes æratas Actia bella. (5) uteri materni Job. 3. v. 10. (6) Carceris Act. 12. 10.

§. 2. (7) Angusta, lata: illa notat difficultatem salvandi, salvandorum raritatem insuper Matth. 7. 13. 14. Luc. 13. 23. hæc securitatem mundi & Epicuræam peccandi consuetudinem. Angusta porrò via est [α] cancellis verbis DEI circumscripta: [β] tribulis crucis cincta: [γ] doloribus plena: [δ] à compluribus inimicis circumsessa: (ε) carni ingrata: [ζ] mundo invisa: [η] rationi ignota: [θ] ducens ad vitam, Hieron. epistol. ad Celantiam, ad mundi arcem, nô campos Elysios. Lactant. 6. 4. de vero cultu; ergo nos ἀγωνίζεσθαι fas est, ut per hanc viam intremus cœlum Luc. 13. 24.

(8) Consessus judicum Prov. 24. 7. inde sedere in porta, est judicare Jerem. 28. 7. Psalm. 65. v. 13.

(9) Portæ fornacis, in quam conjectæ tres DEI confessores, tribulationem ac crucem denotare possent Dan. 3. 26.

PORTENTUM. *v. Prodigium.*

Portentum CHRISTUS Esai. 8. vers. 19. Esaias cap. 20. vers. 3. Ezechiel cap. 12. v. 6. David. Psalm. 71. 7. ob apparentem DEI in cruce derelictionem: vel ob miraculosam liberationem, quæ instar portenti esse videtur hominibus. Confer Job. 17. vers. 6. & J. Forster. in Radic. מופת

PORTO: are.

1. Deus portat omnia verbo potentiæ suæ Heb. 1. pios Deuter. 1. 31. c. 31. 11. Esa. 46. vers. 4. 2. Angeli Ps. 91. 12. Matt. 4. 6. 3. Homo (α) ratione officii: ita sacerdos V. T. nomina filiorum Israël portabat, Levitæ Num. 4. 25. Agricola semen Psalm. 126. v. 6. robustus fide imbecilles Rom. 15. 1. proximi nævos & defectus Gal. 6. 2. nomen Christi, confitendo, prædicando Act. 9. vers. 15. [β] ratione communis tribulationis: sic ecclesia canit; iram Domini portabo Mich. 7. v. 9. illud verò à nobis fit, si 1. agnoscamus, nos omnem calamitatem peccatis nostris promeritos esse; 2. patienter crucem feramus; 3. liberationem expectemus à Deo, cum ei visum fuerit: omnia hæc in Jobo apparent. [γ] ratione fructuosæ operationis; sicut arbor bona bonos portat fructus Psal. 1. sic pius Phil. 1. repleti fructibus justitiæ: [δ] Militiæ spiritualis, ut miles sua portat arma: sic fideles 2. Cor. 10. vers. 4. Ephes. 6. 17. [ε] Tolerantiæ & æquanimitatis Galat. 6. alii aliorum onera portate, sc. per patientiam.

POSSESSIO.

§. 1. 1. Christi, Ecclesiam Ps. 2. 2. Hominis. Bona, &c. Eorum distinctio est à Deo [α] in 7. præcepto, itemque 9. & 10. fundata. [β] in exemplis Sanctorum, distinctas possessiones obtinentium Gen. 13. [γ] Divitiæ, quas quivis possidet, singularis benedictionis loco habendæ sunt Prov. 5. 15. 10. 22. cap. 22. 2. 1. Reg. 3. 13. [δ] E propriis bonis benefacere jubemur 1. Cor. 16. v. 2. 2. Cor. 8. 14. Ps. 112. 3. 4. [ε] Terram promissam Deus ipse in certas portiones distribui voluit, non promiscuè ab omnibus occupari ac possideri. [ζ] Nuspiam reperire est, divites jussos fuisse bona sua ac divitias facere communes. [η] Ut taceamus, non posse non sublatâ Dominorum ac possessionum distinctione horrendam sequi rerum omnium confusionem, lites, jurgia, inæqualitatem, invidias, rixas; quarum plena sunt monasteria, Apostolici erroris vestigia sequentia.

Apostolici olim (hæretici) conjugio & propriis rebus abstinebant, docentes, non habere eos spem, qui his uterentur, Epiph. hæres. 61. Augustin. c. 40. lib. de hæres. ad Quod vult Deum. Hodiè quidam Anabaptistæ veteres illos Apostolicos, Encratitas & Tatianos imitantur, communionem bonorum introducturi. Vide Chemnit. part. 2. L. C. loco de paupertate cap. 3.

Populi Israëlitici possessiones non turbandæ Ezech. 40. 18. ut ne ignoraretur tribus, ex qua natus esset Messias; pendebat verò tribuum distinctio à distinctione possessionum.

§. 2. Est quoq; possessio divinæ sapientiæ. Prov. 18. cor possidebit sapientiam: divinæ gratiæ Ps. 73. quid mihi in cœlis &c. terræ Ps. 25. 23. est felicitas temporalis cum conditione crucis: divinæ gloriæ Matt. 25. possidete regnum; in Græco est, hæreditariò possidete: patientiæ Lucæ 11. possidete animas vestras: castitatis 1. Thess. 4. possideat vas suum: peccati & iniquitatis; opulentiæ temporalis; quæ vana, quæ periculosa possessio.

POSTERI *Conf. Familia.*

Benedictio Dei sunt, si remaneant floreant-

que

que: Multiplicatio eorum est Dei donum Genes. 22,3. c. 28,14. Ps. 32, 17. Jer. 4,2. Gal. 3. v. 8. Oblivio: facilè obliviscuntur rectæ fidei Exod. 32. Israëlitæ, Mose absente. Jos. 24,31. Ps. 106,13. Cura circa posteros summa esse solet; huc parentum curæ, solicitudo, vigiliæ in congerendis opibus.

POSTERIORA.

Posteriora Dei quæ sint Exod. 33,21. nempe vestigia DEI, opera providentiæ, creationis, conservationis, redemtionis, collectionis Ecclesiæ: sic Moses vidit & audivit DEUM prædicantem d. l. v. 19. Agar vidit Genes. 16, 13. Metaphorâ à rebus humanis desumtâ: Faciem quis videre dicitur, cum quam quis personam benè noscit, cum minus perfectè à tergo cognoscitur.

POSTULO. *v. Oratio.*

POTENTIA.

1. *Hominum*, à Deo dejicitur Amos 3. v. 11. Jerem. 13. vers. 18. 19. Luc. 1. 2. *DEI essentialis*, per quam omnia potest Eph. 3. v. 20. Luc. 1. vers. 38. Zach. 8, 6. Jer. 32, 17. 27. 3. *Evangelij* Roman. 1, 16. per id enim efficax DEUS est. 4. Verbi & fidei, 2. Corinth. 18, 4. queis potentem mundum debellamus 1. Joh. 5, 1. 2. conf. suprà tit. Deus. 5. Angelorum potentia magna. Ps. 103. V. Angeli. 6. Hominum, v. g. Romanorum, quæ constabat 30. legionibus; Legio v. sex millibus militum.

POTUS, POTIO.

§. 1. I. *Deus potat*, calicem præbet supplicii, Ps. 75. Jer. 51, 39. Ps. 80. mensura lachrymarum. Matth. 20. pater dabit calicem.

II. *Christi potus* & calix. 1. activus, quem nobis dat. Joh. 6, 55. 2. passivus, quem ipse bibit. Marc. 15, 36. Matth. 20.

III. Invisibilis angelorum. Tob. 12. versu decimo nono.

IV. Physicè consideratus: animalium irrational. & rationalium datur à Deo. Psal. 104, 11. Gen. 24, 14. Exod. 2, 19. Os. 2, 5.

§. 2. V. Theologicè. 1. Idololatricus. Dan. 1, 8. 10, 16. Apoc. 14, 8. C. Calix.

2. Superstitiosæ observationis. Coloss. 2, 16.

3. Præfigurationis donorum spiritualium. 1. Cor. 10, 4. c. 12, 13. 2. Sam. 23. David volens bibere aquam Bethlemiticam figurat sitim credentium, sitim è fonte Christo restinguere cupientium.

4. Odii poculum. Habac. 2. vers. decimo quinto.

5. Liberalitatis potus Matt. 10, 42. c. 25. 42. Rom. 12, 20.

6. Leviticus, ceremonialis. Hebr. 9. versu decimo.

7. Funerationis. Jerem. 16. versu decimo septimo.

8. Explorationis: Numer. 5. vers. vigesimo sexto.

9. Pœnitentiæ Psal. 102, 10.

10. Institutionis: 1. Cor. 3, 2.

11. Consolationis Prov. 31.

12. Singularis commonefactionis. Exod. 32. versic. 20. ad resipiscentiam & peccati odium.

13. Crucis & tribulationis. Ps. 80, 6. Jerem. 8, 14. c. 9, 15. Ps. 60, 5. Jer. 23, 51.

14. Prudentiæ. Ex sale & aceto olim fiebat potus adversus serpentes, qui oxyhalme dicebantur Johan. Textor. col. 890. in offic. Christiani ex sale verbi divini, quo caro nostra adspergitur adversus vitiorum putredinem, & aceto tribulationis potum bibunt, & calicem Domini adversùs serpentem Diabolum accipiunt: Psalm. 116. Calicem salutis accipiam.

PRÆCEPTA.

§. 1. 1. DEI: multa sunt per diversitatem operis: unum sunt in radice charitatis: unum sunt in scopo divinæ gloriæ; Deus enim glorificari debet per nostram charitatem Matth. 5. Luceat lux vestra: 2. Apostolorum 1. Thess. 4, 1. sunt denunciationes, quæ fiunt à superiori per internuncios.

3. Hominum: quæ sunt mandata ab hominibus, sine Dei jussu, ex humana intentione præscripta ac tradita, sub opinione meriti, cultus & necessitatis. (1.) Paulatim in Ecclesiam introducta; quod pluribus ostensum à nostris. (2.) Ab hominibus finguntur: Exod. 32. 4. Aaron delineavit vitulum Jer. 7, 31. c. 32, 35. (3.) Schismata inducunt: quis enim ignorare potest variorum ordinum scissuras, æmulationes, insectationes: quæ omnia ex diversis hominum præceptis originem trahunt. (4.) Deo non placent, Ezech. 44. v. 8. Esa. 29. Matt. 15, 9. (5.) Inexplicabiles & inenumerabiles quæstiones pariunt V. Summistas. (6.) Dei mandata solvunt; & ab his homines faciunt liberos Exod. 32. v. 25. (7.) In vanum exeunt, & nil prosunt Heb. 13, 9. Matt. 15, 9. Col. 2, 22. Pro his DEI mandata non observant, sed ea negligunt Matt. 15. & his ornant hominum mandata Ferus in c. 15. Matth. (8.) Homines defatigant, variis cultibus implicant 1. Sam. 14, 29. 31. Conscientias illaqueant 1. Cor. 7, 35. eas à veritate abducunt Tit. 1, 14. Multitudine suâ homines adobruunt; de qua extat Augustini querela Epistol. ad Januar. (9.) In errorem eos inducunt 1. Sam. 14. v. 29. captivos ducunt; hinc monet Apostolus Colossenses, ne se capi permittant Col. 2, 20. hypocritica sunt, Col. 2, 23. Lucrum captant. Tit. 1. v. 11.

Infinita ferè in Ecclesia Romana, si consideres 1. Missalia; 2. Ceremonialia; 3. Concilia universalia & particularia; 4. Libros statutorum à variis ordinibus editos, v. g. Carthusiani Basil. 1501. ediderunt.

§. 2. Similia eorum: 1. Sam. 14. v. 24. 26. 29. Ut Saul frustra populum oneravit de non comedendo melle: sic legiferi humanarum præceptionum in vanum conscientias enecant. Confer Lutheri Admonitionem ad suos Germanos 1530. editam. Sunt telæ aranearum, inutiles clavi conscientiam pungentes.

PRÆ-

PRÆCIPITATIO.

Æſopus fabulator Phrygius furti inſimulatus (quamvis innocens: nam phialam argenteam inter ejus ſarcinulas repoſtam fecerat aliquis clam) de rupe ſe egit præcipitem. Circumcelliones Donatiſtarum, ut Martyres fierent, idem fecerunt. Romanis ſaxum erat Tarpejum, è quo ſontes dejiciebantur v. g. M. Manlius regni occupandi inſimulatus.

In hoc mundo Satanæ præcipitia ſunt 1. Falſa fides; 2. ambitio; 3. avaritia; 4. voluptas.

PRÆCEPTOR.

§. 1. Varii fuerunt. Plurimos recenſet Textor col. 731. officin. Magnum Dei donum, fideli uti poſſe præceptore: id agnovit Alexander Magnus gaudens ſe Ariſtotele fuiſſe uſum inſtitutore.

Virtutes & requiſita: 1. Pietas: impius enim Præceptor nihil rectè docebit, quia caret verâ ſapientiâ Sirac. 15. v. 9.10. quomodo igitur illam aliis inſtillabit? Ad Chriſtum diſcipulos mittat: ſic Johannes fecit Matth. 11. miſit diſcipulos ad Chriſtum quæſitum: tune es, &c. ad S. Scripturas Joh. 5. verſ. 39. 2. Prudentia 1. Corinth. 3. verſ. 2. lac vobis potum dedi: non abducat à doctrina Proverb. 19. v. 27. 3. Scientia Sirac. 18. verſ. 19. 4. Dexteritas in docendo, ut perſpicuè & breviter omnia proponat diſcentibus. 5. Candor in communicanda ſcientia. 7. Solicitudo pro diſcipulis: ſic Johannes miſit diſcipulos ſuos ad CHRISTUM Matt. 11. Paulus pro diſcipulis fidei ingentes curas ſuſcepit. 8. Moderatio diſciplinæ l. Aquil. ff. l. ſed & ſi §. ſi Magiſtr. Conſtit. Leonis 66. Dec. C. Presbyter Stob. ſerm. 44.

§. 2. Præceptor alloqui debet diſcipulos verbis piiſſimis: non habeat vitia, nec ferat ea: non ſit nimis auſterus, non nimis familiaris: loquatur ſæpè de bono & honeſto: non ſit iracundus: ſimplex in docendo: patiens laboris: libenter reſpondeat interrogatus: percontetur ultrò ex diſcipulis: non ſit contumelioſus in taxandis aliis: vivâ voce bona exempla inculcet. Gerſon folio quadrageſimo octavo. lit. U. part. 2.

Præceptor non inſtillet diſcipulo improbitatem nuncupato eo dæmoni, qui illum obſideat, quod refert Staplet. p. 106. verſ. 107. promt. Moral. de Eremita quodam & de S. Severino in dec. 4. Advent.

PRÆCOX ingenium. *v. Indoles. Ingenium.*

PRÆDA. *v. Spolium.*

PRÆDESTINATIO.

§. 1. *Prædeſtinatio* 1. ſenſu & uſu Biblico de ſolis electis ad vitam uſurpatur, quod ultrò agnoſcit Ravanell. hac V. Prædeſt. Roman. 8. v. 29. Eph. 1. 5. Aſtipulantur quidam Dd. Calviniani Luc. Trelcat. lib. 2. Loc. Comm. Kecker. l. 3. c. 1. Can. 1. Syſtem. Theol. Zanch. l. 5. c. 2. q. 1. de natura Dei: Urſin. part. 2. Catech. 2. Eccleſiaſticô etiam dicitur de deſtinatione ad mortem, quæ tamen ipſa non eſt abſoluta, ſed relata; nempe quod fiat ob peccata finaliter impœnitentium Auguſtin. l. 15. c. 1. de Civ. Dei, in Enchir. c. 105. Fulgent. l. 1. c. 14. ad Monim. Iidem tamē alibi melius ſe explicant. Leo Epiſt. ad Antioch. Credo DEUM tantùm prædeſtinaſſe bona, præſciviſſe autem bona & mala; & Fulgent. lib. 1. ad Mon. Auguſt. lib. 6. hypognoſt. Lombard. 1. diſt. 35.

Prædefinitio gr. προορισμὸς, vox involvens 1. finem; 2. anteceſſionis ordinem, qui tamen ordo non eſt abſolutus, ſed relatus ad media, quæ ad finem ducunt.

Conſilium Dei voluntatis Eph. 1. occultum hoc non eſt, ſed revelatum Actor. 20. idem eſt cum propoſito Dei: occultum verò conſilium non eſt ſcrutandum, Proſper. l. 1. cap. 7. de vocatione gentium.

Præſcientia Roman. 8. verſ. 29. 1. Petr. 1, 2. 2. Timot. 2. v. 19. non confundenda cum prædeſtinatione Auguſt. l. 1. c. 10. de prædeſt. ſanct. tom. 7. Huc ſpectat Liber vitæ, qui eſt Chriſtus: eſt enim triplex DEI liber 1. Providentiæ Pſ. 139. 2. ſententiæ Dan. 7. 3. Vitæ Phil. 4.

Præordinatio: ordinatio Act. 13, 48. præordinati ad vitam æternam, ſequentes ordinem & ſeriem mediorum, ad ſalutem deſtinatorum.

§. 2. *Providentia* includit 1. DEi præſcientiam circa omnes res bonas, malas; 2. propoſitum DEI; 3. gubernationem; 4. prædeſtinatio ſuperaddit finem, nempe prædeſtinari ad ſalutem.

Decretum Dei accuratè diſtinguendum à materia decreti vel re decretâ, quæ poteſt eſſe malum; non quà malum effectivè, quæ enim malitia eſt in actione, illa non eſt à DEO; ſed directivè ratione eventus, & punitivè ad loc. Act. 4, 28.

Electio, eligere, quæ vox notat (α) approbare, amare aliquid, ut eximium aliquid Gen. 23. v. 6. Exod. 15. verſ. 4. Eſai. 58. v. 6. ſic Angeli electi 1. Timot. 5. v. 21. (β) Seligere res, perſonas Deuteronom. 7. verſ. 6. 1. Regum 8. verſ. 53. Geneſ. 13. v. 11. 2. Sam. 24, 12. (γ) Eligere è cœtu hominum ad vitam æternam Rom. 11. verſ. 7. Epheſ. 1. v. 5. 2. Theſſ. 1, 13. De loco Matt. 22. Multi vocati &c. vid. D. Frantzium lib. de Interp. Scripturæ.

Propoſitum Roman. 8, 28. hoc autem Deus in ſe & in Chriſto propoſuit ſibi Epheſ. 1. v. 5. eſtque voluntatis ſuæ; hæc vero revelata eſt in Evangelio.

Myſterium & ſapientia tamen [quam loquimur 1. Corint. 2. verſ. 7. nulli enim nota eſt ex ratione hæc doctrina, niſi à CHRISTO & ejus Apoſtolis in Evangelio reveletur.

§. 3. *Cauſa* 1. *Efficiens* Deus eſt Eph. 1, 5. trahens nos Joh. 6. ex gratia 2. Tim. 1, 9. εὐδοκία Joh. 13, 18. 2. Theſſ. 2, 13. Luc. 12, 32. Rom. 9, 15. 16. ut David ex immerita gratia rex factus eſt, Pſ. 77. v. ult. 2. Sam. 7. In Chriſto: ob ejus meritum Epheſ. 15. in quo Chriſto habemus redemtionem verſ. 7. ibidem; in quo ſumus per fidem;

non

non igitur excluditur meritum illius ut causa, quæ aliàs dicitur impellens. 2. *Irritans* causa, hominum lapsorum miseria, determinatè consideratorum. 3. *Promerens* vel meritoria solus Christus. Lapidibus olim nomina filiorum Israël inscribebantur: sic in Christo nomina nostra inscripta sunt, Luc. 10. nomina nostra scripta in cœlis. [α] Non animæ hominum, priùsquam infunderentur corporibus, promeritæ sunt electionem c. Origenem lib. 1. c. 6. 7. περὶ ἀρχῶν lib. 2. c. 9. Non [β] opera propria c. multos Patres, qui hoc nomine ab ipsis Jesuitis accusantur Pelagianismi; quem errorem etiam secuti sunt quidam Scholastici & Pelagiani vid. Contradict. meas capit. de vocat. prædest. [γ] Nec fides, ut opus: August. libr. 1. c. 25. Retract. & alibi sæpè hanc sententiam rejicit: interim fides relatè considerata, ut organon, quod in CHRISTUM fertur. 4. *Instrumentalis* fides perseverans Matth. 11. v. 23. 2. Thessal. 2. vers. 13. 1. Petr. 1. v. 2. Aliis fides est conditio subjecti eligendi.

§. 4. *Materia* Electionis: ad hanc ceu partes referri possunt suo modo decreta 8. in Form. Concordiæ recensita: verbi gratia, Redemtio, Vocatio, Conversio, Justificatio, Sanctificatio, Conservatio finalis, Confirmatio, Glorificatio.

Forma electionis est ordo ille, quem sibi Deus in hoc gratioso consilio proposuit; ad quem spectat meritum Christi & fides Eph. 1. 3. 2. Tim. 1. 9. 2. Thess. 2. v. 13. Quorsum etiam tota illa decretorum Dei series sub diverso formali consideratorum referri potest. Secundùm præscientiam elegit Deus, præscit enim Deus credituros Roman. 8. vers. 29. Augustinus libr. 1. quæstion. 2. ad Simplicium ait: Nemo eligitur, nisi jam distans ab eo, qui rejicitur.

§. 5. *Objectum* Electionis (α) non sunt Angeli; confer Scholasticos quosdam & Calvinianos, Polan. in Didascalia, in Syntagmate, conf. Augustin. c. 10. 11. 12. de corrept. & gratia. Ratio est [1] quia angelis vita æterna datur ex gratia, non ob Christi meritum, sicut electis omnibus. [2] nec competunt eis media ad electionem pertinentia; [3] nihilque eisdem lapsis restitutum est, sicut nobis in Christo. Sed (β) Homines, non omnes c. Huberum: sed perseveranter in Christum credituri Matt. 10. 23. Marc. 13. v. 13. 2. Tim. 4. 7. 8. Heb. 3. 14. Rom. 8. 30. c. 11. 7. Matth. 24. 22. Marc. 13. 20. non ante lapsum, vid. Augustin. de corrept. & gratia c. 10. libr. de dono persever. c. 7. Inde fit particularis electio. Non (γ) creaturæ irrationales. Non (δ) Christus c. Pontificios Bellar. lib. 2. c. 12. de Gratia Dei & liber. arbitr.

§. 6. *Affectiones*: Est [1] æterna Eph. 1. ante jacta mundi &c. [2] immutabilis & necessaria, necessitate consequentiæ, ratione (α) præsciētiæ Dei: (β) decreti: (γ) non cogens, non necessitans hominem; Solinus tom. 2. operum p. 998. Aug. tom. 8. col. 220. a. [3] Admiranda, non rimanda: ex Evangelio revelato addiscendá, nō ex lege, non ex ratione. [4] Certa: sic Paulus sese Electorum numero inclusit Roman. 11. quia de salute sua certus erat: Rom. 8. Hæc verò certitudo erat ei ex promissione DEI immobili: Vide doctè Rungium in capit. 11. ad Roman. Quæstion. 1.

§. 7. *Finis* electionis 1. Dei gloria: 2. salus hominum Act. 13. 48. 1. Thess. 5. 9.

Effectus & consequentia electionem; huc spectat studium sanctitatis, Ephes. 1. versu decimo quarto.

Similia. Electi sunt crystalli: sic electi resolvuntur à Deo 1. Tim. 1. qui prius fui blasphemus, August. tom. 8. col. 1726. a. Gemmæ nobilissimæ Dei sunt electi; reprobi lapides suâ ipsorummet culpâ ac vitio rejecti. Olivæ expressæ per torcular crucis, ut defluant in apothecas Dei Aug. tom. 8. col. 914. b. Thesaurus Dei Mal. 3. סגלה Electi figurati per separatam terram Ezech. 45. v. 6. c. 48. 12.

Electorum tria genera: 1. prorsus impii, ut Saulus Actor. 9. hi sunt instar ceræ rudissimæ; 2. regeniti ex parte: instar auri defæcati, ut Petrus. 3. perfecti planè, ut Sancti in cœlis.

Signa prædestinatorum falsa partim, partim non genuina statuit Drexelius Tractatu sexto.

PRÆDICATIO & PRÆDICATOR.

Vid. titul. Ministerium: item Verbum Dei: item Vocatio: item Auditor.

Prædicatio. Actor. 10. vaticinia.

Prædicare peccatum Esa. 3. 9. vid. titul. Gloriari de peccatis commissis.

Qui prædicaverint? Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, etiam reges: Pineda in c. 1. Ecclesiast. 1. Regum. 8. vers. 22. capit. 23. vers. 2. Psalm. 49. vers. 1. 2. 3.

Quinam in Germania potissim. Vide Meiger. lib. 1. c. 24. Nuclei: & confer Chytr. in metropol. Saxoniæ. Centuriat. Magdeburg.

Difficultas prædicandi. Vide Luther. c. 22. fol. 274. colloq. mensal. Stocker. in c. 16. v. 1. 2. Proverbior.

PRÆDICTIO. *v. Vaticinium: item Divinatio.*

PRÆGNANTES.

Sunt Deo curæ: has enim vindicat Amos. 1. 3. earum menses numerat. Luc. 1. v. 6. In mense sexto. Doloribus subjectæ Genes. 3. Esa. 26. 7. non lædendæ Exod. 21. 22. non findendæ 2. Regum 8. 12. c. 15. 16. Amos. 1. v. 13. *Væ* illis dicitur, ob miseriam & ultimorum temporum calamitatem Matth. 24.

PRÆLATUS.

Extant de Prælatis variæ querelæ Pontificiorum, quas alibi congessimus: confer Guilielmum Peraldum in summa. Didac. Stellam in Luc. Eustathium Finden. pagina 45. Autoritat.

De eorum statu Busæus p. 408. de statibus homin. Corripi omnino possunt, 1. ne is, qui corrigit, sit Chamo similis: 2. si publicè scandali-

dalizet populum (sic enim Christus quoque corripuit prælatos Judæorum) 3. si adsit spes correctionis: 4. & salus multitudinis agatur: 5. ut correptor sit spectatæ virtutis & prudentiæ: 6. si corripiens iniquè vexetur, tum potest loqui cum asina Bileam: cur percutis me? 7. ut fiat cum debita mansuetudine; hæc omnia requirit Joh. Malderus de virtutib. Theol. q. 33. art. 4. f. 237. col. a. b.

Prælati mali efficiunt, ut populus ad rebellionem commoveatur, Pintus in c. 34. Ezech. Aliquando spoliant subditos, Nic. Clemanges c. 3. §. ultimo. Avari sunt cap. 14. non invisunt oves cap. 17. §. 1. cap. 18. §. 1. 2. sunt lupi ibidem cap. 19.

PRÆLIUM. *v. Bellum.*

PRÆMIA. *Conf. Merces.*

1. Pietatis vid. pietas: vitæ æternæ vid. tit. vita æterna. 2. Dei præmia, optima, stabilia, pulcherrima. 3. Non sic præmia mundi, quæ mala, fluxa, turpissima. 4. Militare præmium 2. Sam. 5. David promisit præmium ei, qui primus Jerusalem occupasset. 5. Doctorum virorum, huc Dan. 2. dona ac munera accipietis. 6. Immeritis sæpè dantur præmia; sicut olim Romani statuam meretrici locarunt, eamque tandem adorationis cultu affecerunt. 7. Præmia quoque promittuntur spei Hebr. 10. Eleemosynæ Tob. 5. militiæ spirituali, cui victoria promissa Eph. 6.

PRÆPUTIUM. *v. Circumcisio.*

Præputium *Christi*. Romæ sub Clemente 8. inventum. Persuasum ivit Fran. Tolet. in Luc. 2. cap. Sed ἄτερ γραφῆς. *Cordis:* abjiciendum Deut. 10.

PRÆSAGIA.

Aliquando ipso eventu comprobantur. (Loquor de præsagiis hominum, quibus aliquando mens aliquid præsagit.) Nero sibi mortem præsagiit: Eandem plurima alia antecesserunt: Fulmen priorum Cæsarum capita ictu mutilavit: Via in prædio Vectii Marcelli Procuratoris alium locum occupasse scribitur. Præsagia eventuum per animalia; scribit Ælianus, Catellum Alexandri M. significasse ejulatu mortem Darii, qui à Besso interfectus erat: nec ante quievisse, quam Bessus ab Alexandro morte multatus esset. Attilâ inclytam urbem Aquilegiam obsidente, triduò ante ciconiæ sublatis pullis suis ex urbe migrarunt; quæ post ab Attila flammis consumta est. Aquilæ duæ pictas aquilas involarunt in vexillis Romanorum, nec ulla vi depelli potuerunt: post fusus est Romanus à Parthis miles & Marcus Crassus captus est. Plura vide part. 1. p. 37. 45. 46. hist. hor. Did. Apolepthæ.

PRÆSCIENTIA. *v. Providentia.*

PRÆSCRIPTIO:

Longa sed injusta prætendi non potest, Jus Canon. d. 8. C. mala: C. si solus; C. consuetudo. Vid. causas recusati Concil. Tridentini p. 29. ex editione D. Tuppii. Præscriptio quinque annorum à Professis facta eosdem non obstringit, contra sess. 25. decreto 19. Concil. Trident. quod in h. sess. ostendit Innocent. Gentillet. p. 283. & D. Hülsem. Theolog. Excell. peculiari disquisitione, Lipsiæ habita.

PRÆSIDIUM.

Præsidium Angelicum vid. tit. Angeli: Magistratûs vid. tit. Magistratus: Dei vid. titul. Deus.

PRÆSTIGIÆ. *v. Magia.*

PRÆSUMTIO. *v. Superbia. Item Temeritas.*

PRÆTER.

Παρὰ præter Rom. 16. 17. *contra.* Sic ipse Erasmus vertit; & rectè, Judice Cornel. à Lapide in Rom. d. l.

PRÆVENIO.

Prævenit nos Deus: 1. miserendo nostri Tit. 3. 2. monendo Es. 30. 3. movendo voluntatem, ut bona velimus: 4. prælucendo exemplis: 5. suscipiendo preces. 6. prævenit quærentes Sap. 6. 6.

Prævenire honore Rom. 12. vid. titul. Humilitas.

PRIMI.

Primi erunt novissimi, & novissimi primi Matth. 19. 30. c. 20. 16. Marc. 10. 31. Luc. 13. 30. Significat Christus, missos accedere ad Christum primò, qui tamen fiant novissimi, & nil magis illi accipiant, quàm novissimi; ex parabola illa Matth. 20. *Vid. suprà Titul. Novissimi.*

PRIMITIÆ. §. 1.

Dictæ illæ res, quæ primò Deo oblatæ fuerunt. Causa instituens est Deus ipse, passim: Exod. 3. 25. c. 22. 29. c. 36. 26. & 35. 5. Deut. 12. 17. Ezech. 45. 13. Levit. 22. 10. Numer. 18. 13. Prov. 3. 9. Sunt verò

I. *Leviticæ*, Mosaicæ; quarum materia sumebatur 1. de cunctis novis frugibus, terrâ natis Deuter. 26. Plinius lib. 18. Ac ne degustabant quidem novas fruges &c. antequam sacerdotes primitias libassent: 2. de spicis: manipuli spicarum Levit. 23. 19. & de granis adhuc virentibus, ex spicis expulsis, nondum in farinam commolitis Levit. 2. 3. de panib. die Pentecostes oblatis Levit. 23. 17. ex messe triticea; 4. de oleo, musto, melle Lev. 2. 14. 5. de panibus hebdomadum oblatis Num. 15. 21. 6. de omnibus frugibus in festo tabernaculorum. Dictæ sunt quartæ primitiæ Levit. 23. 16. 19. 7. de velleribus ovium Deut. 18. 4. 8. de cibis, pulmentis Num. 15.

§. 2. Finis primitiarum: [α] ut gratitudinem suam Deo probarent Israëlitæ: [β] peterent à Deo benedictionem. [γ] ministerium conservarent; dabantur sacerdotibus & Levitis Nû. 5. verf.

verſ.9.cap.18. verſ. 8. 11. 12. Deuteron.18. v.4. Levitic.7. Nehem.12. verſ.44. (δ) totam maſſam ſanctificarent Roman. 11. ſi primitiæ ſanctæ, etiam maſſa ſancta: (ε) monerent, ut noſtras primitias DEO offeramus, nempe cogitationum, dictorum, factorum, juventutis: hi ſunt illæ primitiæ Apoc. 14. qui ſe ita Deo conſecrant. (ζ) liberalitatem exercerent, Deuteronom.12. primitias ne tardes, Proverb.3. de primitiis: ita ſequetur Dei benedictio 2.Chronicor. 31. (η) Chriſtum præfigurarent, tanquam primitias reſurgentium Cyrill.lib.17. de adorat.

Differentia à decimis per ſe clara eſt primitiarum: decimæ ſunt decima pars, primitiæ prima pars: hæ immediatè DEO offerebantur; at decimæ immediatè ſacerdotibus. Objecta igitur diverſa primitiarum & decimarum.

§. 3. II. *Evangelicæ* primitiæ, ubi 1. Chriſtus primitiæ, ſanctificans totam maſſam, ſpem faciens certam, fore, ut tota maſſa reſurgat: 1.Corinth.15. verſ.23. Coloſſ.1. verſ. 18. dicitur primitiæ reſurgentium (α) quia primus ipſe ſua virtute Johann. 2. cap. 10. reſurrexit, & mortem devicit: (β) ejus vi reſurgemus deinde, quiſque in ſuo ordine: (γ) ejusdem vi ſanctificati ſumus, ut olim in primitiis tota maſſa ſanctificabatur; (δ) ut primitiæ indicant, mox reliquas fruges inſecuturas eſſe; ſic Chriſtus primus revixit, ſuo tempore nos quoque vivificaturus, Johann. 5. 2. Spiritus Roman. 8. qui nobis datur, nec tamen perfectè renovamur. 3. Credentium, qui nempe primò fidem amplectuntur Roman. 16. verſ. 5. 1.Corint.16. verſ.15. 4. Electorum Apocal. 14. verſ. 4.

§. 4. III. *Prærogativa* populi Judaici, quæ nomine primitiarum venit Rom. 11. Elegerat namque DEUS hunc populum præ omnibus populis Deut.4. Pſal. 147. v. ult.

IV. *Ethnicæ* primitiæ, quas Diis ſuis per ſacerdotes libabant, Ovid. lib.10. Metam. fab. 9. Theocrit. Idyll.7. Plinius lib. 18. cap. 2. Solinus cap.21.

PRIMOGENITUS.

§. 1. 1. DEI filius Coloſſ. 1. verſ. 15. Mariæ primogenitus, i.e. unigenitus Matt.1. verſ.25. Lucæ 2. verſ.7. V. Hieronym. c. Helvid. ſubjecit ſe legi primogenitorum Luc.2. verſ. 22. *omnis creaturæ* i. e. genitus ante omnes creaturas; illud enim (ante omnes creaturas) involvit æternitatem Pſalm. 90. verſ. 1. 2. ſequent & addit mox Apoſtolus Coloſſ.1. verſ. 15. per Chriſtum omnia condita eſſe, inde Chriſtus omnium creaturarum Dominus: *mortuorum* qui primus à mortuis reſurrexit Coloſſ. 1, 18. Apocal. 1. verſ. 5. *dignitatis* & autoritatis Roman.8 29. Heb.1, 6.

2. Eſt quoque nomen electorum, qui dicuntur primogeniti Heb.12, 23. idem transfertur ad res ſive pulcherrimas ſive deterrimas, huc Job. 18, 13. primogenitus mortis Deut. 34, 17. Eſa.40, 30.

3. Hominis filius: 4. Filii Iſraëlitarum; ſed horum loco aſſumti ſunt Levitæ Numer. 2.

§. 2. Primogenitorum 8. prærogativæ. 1. ſacerdotium: 2. ſeſſio prima ad menſam & majoris portionis datio Geneſ. 43. v. 33. 3. Dominium in reliquos fratres, & benedictio Geneſ.27. verſ.29. cap.4. verſ. 8. 1.Samuel, 20.29. 4. duplicem partem hæreditatis accipiebat Deut.21.17. Luc.15.31. Joſ.14.4. Ezech. 47. v. 15. 5. redimebatur quinque ſiclis, & Deo peculiariter conſecrabatur; 6. ſingulari genere veſtitus utebatur; Jacob induit veſtes Eſavi; 7. benedicebatur ultimò à patre moribundo. Redimebantur iidem certo pretio Exod. 13. 2.13.15. Num. 12. c.18.16.

Supremo loco ſedebant Gen. 43. 33. benedicebant cæteris fratribus. In hæreditate duas partes accipiebant Deut. 21. 16.

Significabant, DEI filium primogenitum pro nobis DEO offerendum eſſe, qui nos gubernaret, æternumque ſalvaret; Pſalm.89.28. Matt.1.25. Luc.2.7. Rom.8.29. Heb.1.6. Et hoc ritu oblationis Chriſti in templo non leviter aut perfunctoriè adumbratum eſt.

§. 3. Erant DEI 1. ratione creationis, ſicut omnes creaturæ DEI ſunt; 2. liberationis, ut enim primogeniti liberati olim quinque ſiclis; ſic DEI filii quinque Chriſti vulneribus; 3. præcepti Exod.9. 2.3. peculiaris, quod de primogenito Iſraël Pharaoni DEUS dederat; 4. conſervationis admirabilis.

Dilecti olim à patribus præ reliquis liberis Gen. 25. 28. cap. 48. 17. Inde filii dilectiſſimi dicuntur primogeniti Mich. 6.7. Zach.12. verſ.10. Exod.4. verſ. 22. His tamen juniores prælati aliquando, v. gr. Abel Caino, Sem Japheto, Iſaac Iſmaëli, Geneſ. 17. v.19. 20.21. Jacob Eſavo cap. 25. 23. Rom. 9. v. 12. Ephraim Manaſſe Gen.48. 15. Moſes Aaroni Num. 12. 2.8. David fratribus 1. Samuel.16. 12. Salomo Adoniæ 1.Reg. 2. 15.

In ſignum (α) pœnæ propoſiti, ſi è medio tollantur Joſ. 6. 26. 1.Reg. 16.34. (β) gratiæ, ſi eis DEUS parcat v. g. ſic in Ægypto Iſraëlitarum parſit primogenitis.

§. 4. Primogenitorum lex 1. de primogenitis interfectis monebat; 2. de ſervitute Deo præſtanda ab hoc populo; 3. de alendis ſacerdotibus per primitias; 4. ut agnoſceremus, nos naſci non ſine Dei nutu; 5 in Chriſto primogenitos nos eſſe.

Plura vid. de primogenitis apud Johan. Seldenum tractat. de ſucceſſionibus in bona defunctorum.

PRINCEPS.

§. 1. Princeps pacis eſt Chriſtus Eſai.9. v.1.1. annunciando pacem Epheſ. 2. 2. promerendo Coloſſ. 1. 3. optando Johann. 20. Pax vobiſcum, dixit diſcipulis; hodiè per miniſtros eandem optat in ſolenni benedictione; Pax Domini ſit vobiſcum: 4. efficiendo pacem in cordibus noſtris, per Spiritus Sancti teſtimonium Rom. 8. 5. juſtificatis eam donando

 nando

nando Roman.5,1. Ephef. 2, 6. in pace nos aliquando cum Simeone folvendo Luc. 2, 7. in æterna pace nos glorificando.

§. 2. Princeps politicus vid. Magiftratus.

Princeps fcholæ, vel principes dicti, פרנים pafcentes; ושישים congregatores.

Primarius Doctor, decanus fcholæ, judex fynedrii, archifynagogus Matth.9.v18. Luc. 8. Actor. 13. v. 15. Matth. 5. Jofephus hos vocat πρεύχοντες h.e. primates, primas tenentes; in N.T. vocantur ἄρχοντες Luc.23,13.& 35. Matt. 9,18. ἄρχοντες τοῦ λαοῦ Actorum 4,8. Luc.24,20. πρεσβύτεροι feniores Matth 27,12. & 41. cap. 28,12. Matth. 15, 1. cap. 27, 1. Senatus populi Luc. 22,66. filiorum Ifraël Actorum 5,21. primores populi Luc.19. v. 47. in c.tit. de Judæis vocantur patres fynagogarum.

PRINCIPATUS.

Non notat poteftatem Jurisdictionis, fed loci prioritatem. V. Aug. Epift.162.

PRINCIPIUM.

1. Sine principio eft DEUS: 2. Creationis principium Gen.1,1. Joh. 1, 1. in quo principio jam tunc fuit ὁ λόγος; eftque ubi vox principii æternitatem notat Proverbior, 8, 21. 2.Theff. 2, 13. Pfalm. 55, 20. 3. Ipfe filius DEI Coloff. 1, 18. qui eft α & ω ratione Deitatis & officii, quia eft omnium ad falutem neceffariorum bonorum fons & origo. 4. Joh. 8, 25. principium quod loquor: fenfus eft; ego fum is, qui antea vobis dixi & tot vicibus, ut fubintelligatur εἰμι, fum; & fit trajectio vocum τὴν ἀρχὴν; & fignificet idem quod ἐξ ἀρχῆς.

Vox hæc variè accipitur à Patribus, vocantibus Patrem principium; id tamen non obftat æternæ filii & Spiritus S. Deitati.

Principium actionum omnium fit in nomine Jefu Coloff.3.c. de officio præfecti. Anth. coll.6. de armis, c.1. q.1. c. cum Paulus, c. Principatus.

PROBATIO & PROBARE.

§. 1. Probatio. 1. Pro experientia Roman. 5, 4. vid. titul. experientia.

2. Tentatione Jacob. 1, 3.

3. Exploratione fui 1. Corinth. 11, 28. eftque probatio activa, quâ nos aliquid probamus; paffiva, quâ nos probamur.

4. Exploratione & tentatione Dei: Probat verò DEUS nos tentando, Jof. 23, 7. noftram imbecillitatem oftendendo; crucem immitendo; per hanc nos mundando; fcorias exurendo, cupiditates malas.

Subjectum locus & ubi eft hic mundus, in quo tanquam fornace probamur; eftque hic ftadium, ftudium, conflatorium, theatrum Sirach.2. ficut aurum & argentum, &c.

Judicium fuum exercendo; medicinam applicando per crucem & tribulationem: Job.23, probabit me quafi aurum liquefaciendo, ut ftatua nitida fiamus Efai.48, 10. ex voce צרף Probat DEUS, non ut arguat dict. loc. nam fi omnes fcorias removeret, nihil in nobis maneret reliqui; pauci imò nulli falvarentur, cum toti (fano fenfu) fcoriæ fimus. Ecclefia non conftat ex perfectis.

5. Caro nos probat & tentat, ut & mundus; profperitas, quæ aqua eft, nos probans, ut Judic.7. calamitas Pf. 82. probavi te ad aquam contradictionis.

§. 2. Erant aliquot modi probationum apud Gentes, explorandi homines fontes.

1. Μονομαχία five duellum; in quo fuccumbens culpæ affinis judicabatur; vide Cod. de gladiat. l.11. c. 1. de purgat. vulgarib.

2. Ferri candentis oblatio & juffa contrectatio.

3. Dextræ rei in aquam ferventem immiffio. Huc refertur γυναικολουσία, de qua eruditus extat tractatus L. Conradi ab Anten.

4. Sumtio euchariftiæ.

Apud Chriftianos probatio eft prudentia cordis pii, quæ bona funt & DEO placentia probantis.

§. 3. Caufæ fuadentes hanc probationem

1. Diaboli fallacia, qui eft præftigiator callens methodias 1. Petr. 5, 8. circumit.

2. Mundi fallacia, quæ incautas mentes decipit.

3. A minori; probas cibum, potum, amicum, & non probas ea, quæ ad falutem tuam?

4. A Præcepto DEI Rom. 12, 1. Philipp. 1. 1. Theffal. 5. omnia probate, & quod bonum eft tenete.

5. Ab utili & neceffario: incidimus namq; in ignes, laqueos, retia, pericula, infidias Satanæ, mundi illecebras; probatione indigemus, ut noftræ faluti confulamus.

§. 4. Objectum probationis: Quid probare debemus? Chrifti dilectionem Ephef. 3 beneplacitum DEI cap. 5. verf. 10. doctrinas & fpiritus 1. Johann. 4. verbum DEI, ut hoc eligamus Lucæ 8. fe ipfum homo probare debet, an fit in fide, 2. Corint. 13. vide Hyper. in opufcul. τὰ διαφέροντα Philip. 1, 9. omnia 1. Theff. 5. bona, mala Hebr. 5, 14. ficut probamus ea, quæ ad corpus fpectant, vinum dulce & ingratum, viam bonam & malam, fapidum infipidum.

Exod.23, 18. age pœnitentiam &c. Num. 9. verf. 6. Applica: vide ne & tu impurus reddaris, & animam tuam in peccatis mortuam relinquas; id ne fiat, etiam atque etiam proba te. 1.Samuel.4. ficut arca DEI in templum Dagoni illata hoc non fanctificavit, fed Dagonem proftravit: fic facramenta pollutæ animæ illata non fanctificant fed fuppliciis mactant Chryfoftom. tomo 5. orat. adverf. Judæos. Ut Jofias poft mundatam ab idololatria Judæam pafcha celebrari voluit 2. Regum 23, 4. fic & nos corda noftra pœnitentia & fide purgemus, novâ obœdientiâ mundemus, 2. Timot. 2. verf. 27. & tum pafcha celebremus non in azymis malitiæ, fed finceritatis 1. Corinth. 5. Olim in Ecclefia primitiva Diaconus in alto loco conftitutus ac adminiftraturus, altâ voce clamabat: qui fancti funt, accedant. Job. 1. verf. 6. priusquam offerret facrificia, mundabat

bat filios: sic nos quoque purgemus, antequam ad sacrificia spiritualia accedamus, quæ sunt laudis & gratiarum actionis.

§. 5. *Probet seipsum homo* 1. Corinth. 11. *δοκιμάζειν* est explorare, examinare, discutere conscientiam, Chrysostomus: Theophylact. in hoc loco Galat. 6. probet homo suum opus. Magnâ diligentiâ, ut ad conscientiæ tribunal omnia revocemus, ad lancem conscientiæ omnia dicta, facta expendamus; indignitatem nostram discutiamus; voti non servati de vitæ emendatione nos ipsos reos agamus. Quia necessaria est hæc probatio; non enim poterit homo cum DEO in gratiam redire, nisi se probet, induratur tandem homo in peccato, excœcatur in impœnitentia pergens, in lethargum securitatis aliàs homo demergitur.

§. 6. Partes hujus probationis hæ possunt recenseri.

1. Naturæ nostræ corruptæ consideratio, satis contestata dictis scripturæ Genes. 6. v. 8. Roman. 5. capit. 3. stimulis conscientiæ, peccati operationibus Romanor. 7. quotidianis miseriis undiquaque nos circumstantibus & flagellantibus.

2. Fœderis in baptismo icti factæ violationis ponderatio.

3. Legis divinæ trutinatio: deprehendes te in omnia singulaque præcepta graviter impegisse (α) interne & externe: (β) commisivè, omisivè: (γ) pro status & vitæ tuæ conditione.

4. Seria contritio verusque dolor super peccatis cum seria horum detestatione conjunctus.

5. Imploratio Jesu Christi, ut hic nos purget ab omni peccato, & gratis condonet Roman. 3, 23. 24. Luc. 7. Remissa tibi peccata: 1. Joh. 1. sanguis Jesu Christi, &c. Gal. 3. maledictum factus &c.

Probantur homines

1. Siti audiendi verbum Dei; ut sitis sanum hominem arguit.

2. Lucta, quam homo sentit inter carnem & spiritum.

3. Gaudio in DEO suo Psalm 119. Philippens. 4.

4. Perseverantiâ sub cruce, sic Petrus à CHRISTO probatus & interrogatus est Johann. 21.

PROBITAS.

Vid. Titul. Justitia: it. Pietas. Instabilitas in probitate vid. titul. Perseverantia in oppositis.

PROCESSIO.

§. 1. 1. Spiritus S. vid. tit. Spiritus S.

2. Ethnica processio, olim dicta supplicatio, vid. Livium passim; & Macrob. lib. 3. c. 5. Saturnal.

3. Pontificia.

(1) Fit in die Palmarum; sicut pueri Christo obviam venerunt Lucæ 19. Durand. lib. 6. Rational. c. 67.

(2) Major processio septimo Calendas Maji, ipso die festo S. Marci; hanc instituit Gregorius Papa, teste Ruperto libro octavo de divinis offic. Beda & Addone in martyrologio, & Gregor. ipso lib. 7. epistol. & lib. 11. c. 2. epistol.

§. 2. (3) Minor processio, triduo ante ascensionem, vel Dominica Rogationum: Autor ejus est Mamercus Viennensis Episcopus, Gregorius Thorun. libro secundo histor. (ad ann. Domini 452.) Sidonius lib. 5. epist. ob creberrimos terræ motus.

(4) Processio corporis Christi: autor ejus est Urbanus Papa, vid. Petrum Thyræum disputat. de festo corporis Christi: Nicol. Serrarius libro secundo cap. 9. de processionibus. J. Busæus de statibus hominum, qui pag. 358. fatetur primis tribus seculis in Ecclesia Christi non floruisse has processiones ob persecutiones creberrimas.

(5) Huc referas licet Floralem processionem, quæ Calendis Maji celebratur, exeuntq; homines in agros, virides arborum ramos reportant &c. Ab Ethnicis acceptam non diffitetur Polydor. Vergil. lib. 5. capit. 2. de Invent. rer. Item Cerealem pridiè Calendarum Martii celebrandam: vid. eundem Polydor. Vergil. d. l. Adde & Ambarvalia apud Natal. Comit. libro quinto cap. 14. Mytholog. Baron. ad ann. Christi 400. §. 5. non dispar mos est Pontificiis, post Dominicam Rogationum solennis: defertur crux, campanæ pulsantur, vexillum portatur, Draco ingentis caudæ portatur in quibusdam Ecclesiis, Jacob. de Voragine legendâ 66. Johann. Busæus de Statibus homin. titul. Status process. cap. 4. Cerei accenduntur & faces, Sancti invocantur, Reliquiæ deportantur, aqua benedicta circulatur & aspergitur, omnes promiscuè homines admittuntur, jejunia & nudipedalia exercentur.

PROCESSUS.

Processus juris licitus & concessus Christianis.

1. Ob exemplum Pauli Actorum 22, 25. c. 25, 10.

2. DEI mandatum Deut. 16, 20.

3. Ob finem instituti Magistratûs, qui est, defendere innocentes & horum jura tueri; quod sine processu fieri non potest: prudenter tamen suscipiendus Sirach. 8. vers. 1. Ne litiges cum potentiore, & sine scandalo 1. Corinth. 6. vers. 1. 2. 3. & fraude justitiæ Amos 5.

PROCIDERE

Ad genua Lucæ 5, humilitatis signum: Gestus ejus, qui

1. Humilis erga eum, coram quo procidit.

2. Gratus.

3. Indignum se professus.

PRODIGALITAS.

Vid. titul. Liberalitas, cui hoc vitium opponitur.

Modi Prodigalitatis: si 1. homines ebrietati se dedant Esai. 56. vinum damnatorum bibant Amos 2. in phialis capit. 6. 2. Si saturi facti sint Ezechiel. 16. ventri suo epulas instituant, ut Nabal 1. Sam. 25. 3. Lautè vivant Luc. 16. 4. Cum filio acolasto omnia bona dissipent Luc. 15.

Exempla: Nero & Caligula prodigalissimi tandem fuerunt tyranni, Bodin. libr. 8. de Republic. Græcor. Alexander Magn. Demetrius Antigoni filius 250. talenta scortis dari jussit Plutarch. Agrigentini toti luxui dediti erant, ac si perpetuò victuri essent. Cleopatra ultima Ægypti regina: Poppea Neronis uxor soleas ex auro jumentis suis induit: Heliogabalus: Plura vide in Ravisii officina, & Theatro Zwinger.

§. 1. **PRODIGIA.** *Conf. Miracula.*

Vide Julii Obsequentis librum de Prodigiis.

Quæ, & ubi fiant?

1. In cœlo; hoc rubens fuit, Philippo Græciam invadente.

2. Stellis; hæ circa solem apparuerunt, Augusto urbem ingresso post mortem patris.

3. Sole; circa hunc arcus apparuit L. Opimo & Q. Fabio Coss.

4. Luna; trinæ lunæ visæ sunt Cneo Domitio & L. Annio Coss. &c. plura apud Ravis. columm. 77. officinæ, J. Bapt. Fulgosus libro primo capit. 4. Romani visis prodigiis vel auditis circa omnia fana & delubra concurrebant: Senatores & Patritii cum pueris, virginibus, lauream tenentibus, modulantibus carmen, & pacem DEUM exposcere solebant Alexandr. ab Alexandr. libro quinto capit. 26. Zwinger. folio 191. a. Imò illa expiabant per 15. viros inspectis libris Sibyllinis, Livius libro quinto & libr. 41. Quantò magis Christiani sibi timere debent, Deumq; orare pro malorum aversione.

§. 2. Finis: notant 1. Urbium eversiones; ante has enim fieri solent, v. g. ante eversionem urbis Jerusalem, Eusebius libro tertio capit. 8. Josephus libro septimo capit. 3. de bello Judaico. Confer Baron. tom. 2. annal. folio 95.

2. Hominum ad pœnitentiam invitationem, Chrysostom. homil. 17. ad popul. Antiochen. Sunt instar Medici, morbum prænunciantes, Chrys. in Ps. 7.

§. 1. **PRODITOR.**

Prodere est actio, opposita candori 1. Samuel. 22. Doëg capit. 23. Estque proditio violenta proximi læsio sub specie amicitiæ, Gerson part. 2. folio 41. sermon. ad Ecclesiasticos.

Exempla: Alexander III. P. R. depictam Friderici Barbarossæ imaginem ad Sultanum misit, eundem hortatus, ut eum caperet, si suæ quieti consulturus esset, Sabellic. centur. Magd. 12. Zophyrus urbem Babel Dario, Æneas & Antenor Trojam Græcis, Lasthenes Olynthum Philippo prodidere; Apollonius Samios Philippo, Sinon Trojam, equo inducto, ut est apud Virgilium; Nicias medicus Pyrrhum.

Eurybatus missus à Crœso & magnâ vi pecuniarum instructus, Cyro Crœsi hosti se dedidit. Metius Suffetius socius Romanorum ad Fidenates hostes ipso in prælio deficiens, à Tullo Hostilio ad binas quadrigas religatus lamentabili exitu vitam clausit. *Patriæ proditores* V. *Patria.*

§. 2. Modi: fit 1. In professione, cum quis minus piè vivit; sic Judas Apostolus non vixit Apostolicè; multi Christiani non Christianè vivunt.

2. In gestu; sic Judas osculo prodidit Christum.

3. In compellatione, verb. grat. Rabbi, sic Judas.

4. In officio; sic Judas pauperum curam non gessit, quam sustinere videre voluit; hujusmodi homines filium DEI denuò crucifigunt Heb. 6.

Proditores sunt, qui sub prætextu Religionis suum negotium gerunt, Joh. Hoffmeister. in capit. 22. Lucæ. Gerson tom. 2. oper. sub fin. ferè aliquot conciones scripsit de Juda proditore. Bernhard. sermon. ad Clerum in concil. Rhemensi.

§. 3. *Merces proditorum semper mala est*, Camerar. part. 1. capit. 7. horar. subcisivar. Valerius Maximus libr. 9. capit. 6. Francisc. Patritius libr. 8. de regno titul. 20. Richter axiomat. 85. Oeconomic. Meiger. pag. 1276. nuclei histor. Promptuar. Exemplorum folio 527. Ahitophel suspendio vitam finiit sibi 2. Samuel. 16. Fratres Josephi multa mala passi ob fratrem proditum Genes. 42. odio habentur ab iis, quibus operam proditoriam navarunt. Hieronym. ad Pammach. Principes quidem recipere proditionem, sed proditores damnare. Tarpeja virgo proditrix Romæ (Livius libro secundo) de rupe præcipitata à Sabinis: Bruti filii patre aspectante decollati Liv. lib. 1.

Pausanias patriæ proditor. Tempore Henrici IV. Imperatoris gravissima fuit constituta pœna in illos, ut palo alligatis novaculâ venter incideretur, protusis intestinis & evulso corde; Confer Promptuar. Exempl. part. 2. fol. 122. Ravis. in officin. Zwing. in Theat. Commune in mundo est vitium. Vide F. Petrarcham Dial. 80.

PROFESSOR.

In Gymnasio Atheniensium nulli nisi examinati ad professionem admittebantur; Guevara in epistol. pagin. 438. 439. Professorum varia officia V. C. de Professoribus.

PROFICIENTES.

§. 1. S. Franciscus morirurus dixit: Incipiamus fratres servire DEO nostro, nam usque nunc parum profecimus.

Quinam sint?

1. Agnoscentes se esse peccatores, divinam gratiam anhelantes & hujus gratiæ incrementa quotidiè exorantes.

2. Dolentes de admissis peccatis, ut David Psalm. 51. tibi soli peccavi &c.

3. Studentes novæ obœdientiæ Rom. 6. in novitate vitæ ambulemus.

4. Examinantes se suaque ad legis divinæ præscriptum: vid. tit. pœnitentia: it, tit. Probatio sui ipsius.

5. Abundantes in omni cognitione & sensu Philipp. 1, 9. in charitate 1. Thessal. 3, 12. est hîc περισσεύειν, quod de rebus superstitibus accipitur Joh. 6, 12. 13. in justitia vera Matth. 6. nisi abundaverit &c.

6. Considerantes tempus velociter transire, adeoque hoc bene impendentes Johan. 12. ambulate dum lucem habetis, Gal. 6, 10. Cantic. 2. tempus putationis (scilicet vitiorum Roman. 13.) venit.

7. Perpendentes, iter in pietate valde prolixum esse: ideò, si non quotidiè aliquid in eo profeceris, nunquam ad metam pervenies: ambula ergo & non defice Esai. 40. ne putes te apprehendisse, Phil. 3, 12.

8. Bonum nobis ducem esse in via virtutis, cujus recreati comitatu alacriter proficere debemus 1. Petr. 2. Christus reliquit nobis vestigia: est lux nostra Johann. 12. magister noster, quem sequi debemus Matth. 8. sequar te, quocunque ieris: pastor noster Psalmo 23.

9. Supputare gradus sui profectus Lucæ 14. an turrim salutis quis ædificare possit, anque satis instructus sit ad οἰκοδομὴν illam spiritualem Eph. 2.

10. Properare in profectu (α) ob vitæ brevitatem: (β) patriam remotam: (γ) sarcinam gravem carnis deponendam: (δ) latronis spiritualis pericula, nos spoliare volentis, nisi magis magisque simus armati profectu.

§. 2. Causæ impellentes ad profectum spiritualem.

1. DEI mandatum.

2. Summa utilitas.

3. Cautela damni, ne ea quæ incepimus, ipsimet convellamus Gregor. in Pastor. Idem alibi: Bona imperfecta non adjuvant.

4. Similia: sicut monstrum est, si infans non crescat & augescat: ita monstrum Christiani est, qui non proficit in pietate. Sicut arbor, vites, palmites crescunt & augescunt: sic pii in via Christianismi, non semper maneant pueri Ephes. 4. Iter aliquis facturus quos gressus figit, tot quoque gressibus propius ad scopum accedit & locum destinatum: sic gressibus bonorum morum propius ad pietatem accedimus. Bernhard. Aut ascendas aut descendas necesse est, si attendas stare, ruas necesse est. Sicut sol semper currit; sic Solis filii currere debemus semper, & lucere per opera bona.

§. 3. Notæ proficientium sunt: (α) suam indignitatem eò melius deprehendere, quò lumini proximiores facti sumus, in quo tenebras nostras videmus: (β) orare semper ad DEUM pro nostro profectu: (γ) semper conari, ut proficias, & sibi indignari de perverso opere: (δ) sibi nihil arrogare; (ε) Fratribus non derogare, Augustinus alicubi: semper tibi displiceas quod es, si vis pervenire ad id, quod nondum es, nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti; si autem dixisti, sufficit, periisti.

PROFUNDITAS

Maris nulli hominum exactè cognita; conjecturalis solum. Vide fatentem Cornel. à Lapid. in Sirac. 1. contra Clavium in Astronom. Confer From. Libertum p. 225. lib. 1. art. 1. cap. 1. Meteorolog.

PROFUNDUM. *V. Abyssus.*

PROGNOSTICA. *V. Divinatio.*

Libelli prognostici non emendi, si creditur Perkinsio t. 2. oper. f. 457.

PROMISSIO.

§. 1. I. *Divina;* est sermo DEI, quo nobis futura bona denunciat, per & ob Christum, ut exinde consolationem habeamus & fiduciam.

Dicitur etiam verbum Psalm. 65, 5. 11. Psal. 27. Est fons gratiæ Succan. part. 38. de fœdere §. Primum. Chirographum, quo se DEUS nobis obstrinxit ac debitorem fecit Augustinus in Psalm. 110. Baculus nos fulciens in hac vita Psalm. 23. firmâ fide his inhærere debemus Luther. in Genes. 49. In Christo fundata 2. Cor. 1, 20. quia extra Christum nemo diligitur Matt. 3, 17. & 17, 5. in eo solo adoptamur Ephes. 1, 5. diligimur Ephes. 2, 14. Testimonium est divinæ erga nos charitatis: exhilarat homines Luther. folio 309. b. in c. 48. Genes. ad regnum Christi pertinet f. 307. In Papatu ejusmodi promissiones frigidius tractabantur, Luth. d. l.

§. 2. Estque (1) Legalis, quæ promittit vitam sub conditione perfectæ obœdientiæ Galat. 3. Levitic. 19. Omnibus tamen hominibus impossibilis vid. tit. Lex. Ex hac impossibili impletione legis discimus (α) nos esse miseros Roman. 7. vers. ultim. (β) solum Christum esse medicum Rom. 8, 3. 4. cap. 10. v. 4. Gal. 4, 4. (γ) solâ fide in hunc nos salvari Roman. 2. v. 28. Actorum 13, 38. (δ) incitantur ad petendum à DEO auxilium & Spiritum S. cujus gratiâ inchoent novam obœdientiam.

(2) Evangelica, quæ promittit vitam cre-

 denti-

dentibus: Rom. 4. ei qui non operatur: Johann. 3. qui credit: in verbo audibili Evangelii, & in visibili verbo Sacramentorum. Universalis hæc est & quoad propositum voluntatis in DEO antecedentis, quâ vult omnium salutem 1. Timoth. 2. DEUS vult omnes &c. 2. Petr. 3. & quoad actum prædicationis contr. Calvin. libro tertio cap. 22. §. 10. institut. Absoluta est de iis rebus, quas DEUS per se sine nobis & in nobis efficit, & efficere decrevit: v. gr. de mittendo Messia Genes. 3. vers. 15. non perdenda terra Genes. 9, 11.

(3) Corporalis de rebus corporalibus, quæ semper intelligenda est cum exceptione crucis & castigationis Psalm. 89, 28. & probatione patientiæ, vid. Prompt. Exemplor. part. 2. folio 562.

(4) Spiritualis de rebus spiritualibus, ut, de remissione peccatorum, vitâ æternâ.

§. 3. *Cur data?*

1. Ut esset evidens testimonium contra Epicuræos: scilicet, non cœco impetu vel casu dari bona temporalia, sed à DEO ipso.

2. Ecclesiam à DEO, qui illi omnia vitæ necessaria præstat, conservari.

3. Fidem, charitatem, pœnitentiam exerceremus.

4. Spiritualium donorum indies commonefieremus; omnia namque dabit nobis, qui filium dedit pro nobis Rom. 8.

5. Promissiones DEI indies meditaremur.

6. Quælibet bona peteremus nobis, sive etiam pro aliis intercederemus cum centurione Matth. 8. &c. Marc. 11.

7. Etiam in corporalibus unicè DEI gloriam quæreremus 1. Cor. 10, 31. sive edatis sive bibatis &c.

§. 4. Complementum promissionum DEI est hic in spe Roman. 8. ibi in altera vita erit in Re: hic inchoativè, ibi verò consummativè 1. Joh. 3. Col. 3. 1. Timoth. 4, 8. 2. Tim. 1, 1. Contra Servetum, qui olim docuit, promissiones omnes unà cum lege abolitas esse, Calvin. l. 2. c. 9. §. 3. Instit.

Dilatio promissionum: de divinarum promissionum dilatione querimur sæpe Psal. 21. non respondes mihi. Psalm. 13. oblivisceris. Psalm. 6. Domine usque quo? Psal. 80. fumus super oratione: Psalm. 89. exarsisti: Psalm. 108. repulisti nos: Psalm. 119. defecerunt oculi mei. Esai. 63. ubi est zelus tuus? Jerem. 20. seduxisti me: Job. 31. non exaudis.

Datio: quibus? 1. piis: 2. impiis, ob Ecclesiam & solatium piorum; sic Achabo Es. 7. data promissio.

Completio earum certa est 1. Regum 8, 24. Psalm. 33. Psalm. 89. 2. Chronicor. 6. v. 15. manus DEI & os conjunguntur, Esai. 38, 15. & promittit DEUS & opere præstat: & DEUS recordari dicitur suæ promissionis Psalm. 105, 9. 10. 43.

§. 5. II. *Humana*, servanda: vid. titul. Veracitas: & Confer tractat. XII. cap. 47. Drexel. in opuscul. Sit candida, non sophistica aut æquivoca: vid. Cœl. Rhodigin. lib. 25. c. 25. antiq. lection. D. Theodoric. in epiphan. Domini obser. 9. Meisner. de æquivocationib.

Promissiones DEI de bono & comminationes de malo conjungendæ sunt Jos. 23, 15. 16. cap. 40, 20. Deut. 28. Sunt panes cordis, quibus cor pascitur, Bernh. serm. 3. in Ramis palmar. Vestes, quibus se Christus cum futuris bonis induit.

PROPHETÆ ia.

§. 1. Prophetia notat

1. Scripturam sacram 2. Pet. 1, 19.

2. Eum, qui cum DEO loquitur familiarius Gen. 20, 7. Exod. 15, 20. Sir. 46, 1.

3. Scripturæ interpretem Proverb. 29, 18. cum Prophetia defecerit &c. 1. Cor. 12, 28. cap. 14. ut Prophetis.

4. Correptum divino spiritu, qui sacra tractabat ac loquebatur, & ore gestibusque divinam inspirationem manifestabat, Numer. 11. Prophetarunt: 1. Sam. 10. v. 1. 1. Sam. 15. vers. 22.

5. Miracula edentem Sir. 49, 18. c. 48, 14. 2. Reg. 13, 21.

6. Occulta & futura denunciantem Eus. lib. 5. c. 1. de demonstr. Evangelic.

Prophetia est eorum, quæ post erunt, præsignificatio, Irenæus libr. 4. cap. 36. adv. hæres. Non est nota ecclesiæ propriè dicta: id ostendit pluribus D. Gerhard. libr. 2. art. 5. p. 1267. c. a. b. Nec destituitur nostra ecclesia lumine Prophetico, vid. M. Fabri vaticinia completa, edita Wittemb. 1615. & prophetias Lutheri, editas per Johannem Lapæum, Ursellis 1578.

§. 2. Quotuplex Propheta? Alius Veteris, alius Novi Testamenti. Clemens Alexandr. libr. 1. Stromat. Prophetas distribuit in eos, qui ante legem fuerunt: v. g. Adam, Noah, Abraham, Isaac &c. quibus accenset ex mulieribus Saram, Rebeccam. Sub lege, Mosen & Aaron; & ex mulieribus Mirjam, Deboram &c. post Christum ortum Anna, Simeon, Zacharias. Sic: Alia Prophetia gentilis, quæ varia fuit, fiebat enim per imagines, pueros impollutos Camer. part. 1. horar. subcisiv. pag. 38. 39. alia divina V. Testamenti: viri erant θεόπνευστοι Lucæ 16. v. 29. cap. 24, 27. 2. Petr. 1. vers. 19.

§. 3. Modus, formæ: Prophetæ per visiones olim videbant Numer. 12. in visione vel per somnum 2. Paral. 18. Micheæ visio. Alii factis & gestibus futura præsignificabant; vel vitâ suâ Christum præfigurabant, ut Abraham, Isaac, Adam, David. Alii sermone & vaticiniis, ut Jacob Gen. 48. Moses Deut. 32. Esaias, Jeremias.

Effecta. Prophetæ olim responsa dabant de rebus amissis aut aliis eventibus 1. Regum 9. de asinis amissis, capit. 14. de melle gustato. 1. Regum 14. Eliezer Filius Dodan 2. Chronicor. 20. Prophetæ prædicebant olim liberationes 2. Regum 1. Ab obsidione

ſidione Samariæ 2. Chronicorum 20. Jehaziel 2. Regum. 19. Eſaias Jerem. 29, 70. anni. Prophetæ ſignis confirmabant fidem; pluvia & tonitru 1. Samuelis 12. 1. Regum 13. ſciſſura altaris. Deuteronom. decim.tertio portentis. Pœnitentiam docent Actorum 10. Lucæ 24. peccata arguunt & perſonas peccantes.

§. 4. *Adjuncta*. 1. Cognitio: cognoſcebantur veri eſſe ex complementis Jerem. 28. verſ. 9. vid. Deuteronom. 13, 1. Vaticinia vera eſſe, probatur ex ſcripturis; & rurſum, ſcripturas eſſe veras, probant vaticinia, Alexander Peſant. folio 476. 477. in Thom. ſine ullo vitioſo circulo.

2. Error: Prophetæ errarunt aliquando, DEO inconſulto ut 1. Chronicor. 17. Nathan in ſuadendo templi ædificio; poſſunt novam aliquando doctrinam proponere, Deuteron. 13, 1.

3. Duratio prophetiæ; duravit N. Teſtamenti prophetia ad tempora Juſtini Martyris; eodem Juſtino teſte in Dialog. cum Tryphone.

4. Contemtus prophetarum. Cur Chriſtus non acceptus ſit ὡς πολὺ in patria? Joh. 4. ob (α) conſuetudinem, quæ facere ſolet contemtum, Chryſoſtom. Cyrill. Theophil. (β) concivium invidiam Hieronym. in 12. Matth. Sit ei ſolatio, cui in patria nullus eſt honor, ſit ipſi Chriſtus exemplo, ſit modò in gratia apud DEUM.

5. Significatio; prophetæ externas notas geſſerunt aliquando: 1. Regum 20. propheta percuſſus: Hoſ. 1. ſcortum duxit; Jerem. 20. catena collo; Zachar. 11. ſume vaſa paſt.

6. Similia; Lucernæ fuerunt; uncti enim erant oleo; quo? gratiæ oleo, Auguſtinus tomo 9. column. 200. d. Splendentes in hoc mundo, ceu loco tenebricoſo 2. Pet. 1, 19. 20. in nocte hujus vitæ, donec lucifer illuceſceret d. l. Petr. extinctæ, quatenus Chriſtus venit.

Quomodo intelligantur prophetiæ? Maximè cum eventu ipſo ſunt impletæ. Ut animalis viventis viſcera nemo manducat; ſic prophetia, non niſi re bene completâ, rectè intelligi non poteſt, Chryſoſtomi ſimile. Non imponit rebus præſcitis neceſſitatem, Athanaſ. tom. 1. fol. 788. a. b. c. d. & f. 789.

§. 5. *Earum requiſita*; 1. Futura illa prædicantur, quæ regulariter non pendeant à cauſis ſecundis, quæ plane ratiocinationi humanæ non ſint obvia.

2. Eventus reſpondeat.

3. Prophetæ non ſint infames cultu, alienis Diis addicto.

4. Ne prima religione ſint poſteriores, & hæc eſt veritas illa prophetica, quæ S. Scripturam verè eſſe divinam probat.

Athanaſius Alexandriam ingreſſus, cornice crocitante in aëre, rogatus eſt per ſcomma à gentilibus, quid cornix diceret? reſpondit: Cras inſonat; ſignificat autem cras, quia feſtum celebratis, vobis luctuoſum fore; & ita evenit; teſte Nicephoro lib. 9. c. 35. Chriſtianus quidam à Juliano Apoſtata rogatus, quid fabri faceret filius? reſpondit: loculum tibi parat. Iſaacius eremita, Cæſari Valenti contra Gothos arma ſumenti mortem prædixit Niceph. l. 11. c. 50.

§. 6. *Falſus Propheta* Matth. 7. Confer tit. Hæreſis: 1. à verò DEO abducit Deuteron. 13, ad creaturas; ſic Gen. 3. ſerpens in paradiſo; 2. ſpiritum ſuum ſequitur, & dicit: pax, pax; & tentat ædificare conſcientiam ſine verbo Dei, ſolum enim verbum Dei conſolidat & vivificat conſcientiam; 3. impios ſecuros facit Jerem. 13. nolite audire, &c. 4. vetat obœdire magiſtratui impio Jerem. 27, 14. 5. prædicat humanas conſtitutiones, ſuppoſitas pro præceptis Dei Matth. 15. quare vos transgredimini præceptum Dei propter traditiones veſtras; 6. Juſtificationem operibus attribuit. Hos Paulus perſtrinxit in Epiſt. ad Rom. Galat. Epheſ. Philippenſ.

Cur falſos prophetas permittat DEUS? 1. ut electos probet 1. Cor. 11. 2. Eccleſiam exerceat, ut ſcripturas profundius ſcrutetur; 3. peccata & ingratitudinem puniat, Eſ. 29. claudet Dominus oculos veſtros, &c. 2. Theſſal. 2. miſit efficaciam erroris Ezech. 24. juxta iniquitatem, &c.

§. 7. Effectus falſorum *prophetarum* Eſai. 32, 6. Matth. 7. rapiunt, ut leo Eſa. 59. occidunt ut ova baſiliſcorum; Matth. 23. filios gehennæ faciunt.

Apud Judæos falſæ prophetiæ Matth. 7, 1. Eſſæorum vid. titul. Eſſæi. 2. Phariſæorum vid. titul. Phariſæi. 3. Sadducæorum vid. tit. Sadducæi. 4. Galilæorum vid. tit. Galilæa. *Vera Pauli prophetia* de ſua morte 2. Timoth. 4. & Juſtini Martyris Apologia ad Antonin. Eadem eventu comprobata eſt.

D. Windek in prognoſtico 1603. aſſerit, brevi interituram eſſe Lutheranam ſectam; An falſus propheta fuerit, judicet Orbis!

PROPINQUITAS DEI. *vid. tit. DEUS.*

PROPOSITUM.

1. Dei, quod ſibi Deus propoſuit non abſolutè, ſed in Chriſto Rom. 3, 25. Epheſ. 1, 9. 10. cap. 3, 11. omnium hominum redemtore.

Abſolutum igitur non eſt, nec antegreditur omnes cauſas, ſed potius ſuas cauſas includit Roman. 4, 5. juxta propoſitum gratiæ. cap. 8, 28. Epheſ. 1, 5. 11. 2. Tim. 1, 9. idem patet è decreti executione, quæ cum non fiat abſolutè in tempore, certum eſt, nec decretum Dei ipſum abſolutum eſſe.

2. Hominis Rom. 1, 13. quod propoſitum Deus regit capiſtro providentiæ ſuæ. Et bonum eſt, ſi ſit in Domino Actor. 11, 23.

PROPRIA.

Johann. 19. v. 27. τὰ ἴδια, domus propria notatur V. Eſther. 5. verſ. 10. cap. 6. verſ. 12. in Hebr. בירת.

PROSAPIA, V. *Familia*.

PROSELYTI.

Græcæ originis vox notat eum, qui Judæorum fidei ſubſcripſit. Erat verò duplex

1. Quidam ſolâ religione.

2. Quidam & religione, habitatione & conjugio Judæis addicti erant: atque hi circumcidebantur proſelyti, v. Gen. 14. verſ. 14. & cap.17.v.23. Reliqui non item, quorum magnus erat numerus 1. Paral.2,18.

Proſelytos Chriſtus filios Gehennæ pronunciat, non ob ſuſceptam circumciſionem, ſed pravam Judæorum & Phariſæorum doctrinam; quod notandum contra calumniam Adimanti Manichæi, qui hoc nixus argumento, Chriſtum Moſi contrarium fuiſſe, contendebat, Auguſtinus libro contra Adimantum cap. 16.

Sed vocatione proſelytorum oſtendit Dominus ſerium convertendi homines ſtudium ſuum, gentiumque accumulationem olim futuram in regno Chriſti.

PROTERVIA.

Protervia peccandi à DEO punitur Sir. 5, 3. Deut.26. maledictus, qui cœcum in via errare facit.

PROVERBIUM.

Græcè παϱοιμία, Hebr. משל notat

1. Sermonem ſubobſcurum Joh. 16.

2. Communem aliquam ſententiam gravem & receptam. Sic liber Proverbiorum Salomonis, ſæpe allegatus in Novo Teſtamento.

3. Proverbialem locutionem, quæ non ſemper, ſed ὡς πολὺ (ut plurimum) vera eſt: vide Bedam in Proverb. 1.

§. 1.

PROVIDENTIA DEI.

Varia ſignificat: 1. Notitiam futurorum à DEO præſcitorum Actorum 2. verſ. 23. 1. Petr. 1, 2.

2. Conſulendi curam, quæ eſt prudentia politica.

3. Actu ipſo proſpicere & procurare res neceſſarias Geneſ.22,8. & 18. Hebr. 11, 40. Sapient. 6, 8.

4. Complexim tres partes providentiæ, πϱόγνωσιν, πϱόθεσιν, διοίκησιν.

An ſit? Omnino: nam

1. In ſacris literis propoſita eſt; huc refer varia dicta, in loco allegata.

2. Quia verè DEUS; verè igitur omnia curat.

3. Ab idiomatibus DEI, quæ inferunt Dei providentiam, v.g. bonitas, juſtitia, miſericordia, ſapientia.

4. Ab operibus Dei evidentibus, quæ ſunt v.g. juſtos fovere, malos punire & conſcientiæ flagris terrere.

5. A pavoribus conſcientiæ, in hominibus conſpicuis v.gr. Cajus Caligula, Nero fulmina tonitruaque timuerunt: huc Lev.26. Roman. 2.

6. A creaturarum indigentia, quæ DEI conſervatione & providentia indigent.

7. A teſtimonio brutorum Job.12. verſ.7. 8. 9. 10.

8. A teſtimoniis Patrum Athenagor. de Reſurr. mortuorum: Baſil. hom. 7. Hexaëmer. Damaſc. l. ſecundo capit. 30. idem ſermone adverſ. Manich. Theodoret. lib.10. de C. G. A. Auguſtinus libro 8. capit. 9. de Geneſ. ad liter. Theodoret. ſermon. de provid. His addantur Auguſtinus Eugubinus lib. ſeptimo de perenni philoſoph. Hyper. part. 2. opuſc. pag. 94.

9. A teſtimonio Ethnicorum & rectæ rationis (vid. Jac. Martini lib.2. Exerc.5. Theor. 4.) quæ argumenta varia petit, *cum* ex macrocoſmo (α) ab ordine mundi, qui ſine providentia conſiſtere non poteſt: (β) à gubernatione ejusdem: (γ) conſervatione. *Tum* ex microcoſmo [α] principiis innatis & concluſionibus practicis: [β] pœnis divinitus immiſſis: [γ] extraordinariis heroum motibus, & conſervatione eorundem: [δ] Regnorum & politiarum fatalibus gyris & mutationibus. Igitur errant Epicurus & Epicuræi providentiam negantes: item, Stoici, illius libertatem tollentes: it. Sceptici & dubitantes: it. Empæctæ, malitioſè negantes: it. fortunæ cultores: vid. Auguſtinus in Pſalm. 31. Baſil. in Pſalm. 32. item Peripatetici, illam cauſis ſecundis tribuentes, & Plinius lib. 2. N. H. c. 7. de quibus L. Leſſius in Opuſc. f. 633. 634. c. 2. & 3.

§. 2. *Quid ſit?* Aliis actio: decretum aliis. Differunt hæc non ut oppoſita, ſed ſunt ſubordinata; quicquid enim facit DEUS, illud quoque decrevit facere Actorum 15,18. omnia opera nota DEO ab ævo. Definitur ergo ita: Providentia eſt actio DEI, omnia ſecundum præſcientiam propoſitumque ſuum ſapientiſſimè juſtiſſimèque moderantis.

Cauſa. DEUS delectatur ordine, quo diabolus fugatur 2. Regum 3. Eliſa petit cytharam: 1. Samuelis. 16. pulſa cythara pellitur Diabolus: Muſica totus orbis eſt. Cum igitur DEUS ordine pluraj. delectetur, Diabolus contrarium conetur, vult Propheta cythara cani, ut excitetur Spiritus Sanctus & diabolus fugetur.

§. 3. *Media.* DEUS exilibus organis utitur in ſui gloriam: in operibus artificialibus quò major laus inſtrumento tribuitur, eò major adimitur artifici. Major laus eſt, ſi quis bene ſcribat calamo malè præparato, quàm bene præparato: ita & DEUS viles eligit homines ad Apoſtolorum & ſua mirabilia opera, ut tota gloria Deo eſſet: Diet. tom. 2. pagin. 47.

DEUS

Deus sibi eligit ministros pauperes mundi 1. Corinth. 1. Samuel.30. cum David Amalekitas persequeretur, invenit virum Ægyptium labore & fame defatigatum, qui postea ei itineris ducem egit: Cum venisset DEUS in mundum & mundanos persequeretur, pauperes quosdam invenit, qui defatigati divitiis mundi, sequi non poterant, hujusmodi enim homines à tergo mundus relinquere solet; hos elegit DEUS sui itineris duces, eos Evangelii præcones faciens, his ducibus mundum vitiis & voluptatibus occupatum invenit, hiscum obœdientiæ suæ subjecit suavissimum Evangelii jugum imponens.

Objectum sive Materia circa quam sunt

§.4. (1) Omnes creaturæ Psalm. 146. qui fecit mare, cœlum, omnia quæ in eis sunt, Augustinus tomo 8. colum. 1686. d. 1687. a. b. c. d. DEUS mirabilia facit in omnibus creaturis (α) in cœlo Sirac. 44. vas admirabile &c. Psalm. 148. vers. 6. & aëre, quem conservat in salutem hominum. (β) in terra, Genes. 2. DEUS hortum rigari fecit, Psalm. 146. parat terræ pluviam, montibus fœnum: Matt. 11. cœci vident &c. (γ) in pluviis, DEUS solus dat aquas & pluviam; non Jupiter, quem pingebant Gentiles formâ senis, undiquaque aquas fundentis, vid. Baron. tom. 2. folio 224. numer. 9, 10. folio 225. numer. 1. quos carpit Tertullian. cap. 40. Apolog. huc spectant montes ignivomi Meiger. pag. 17. 18. Nuclei. (δ) in mari & fluminibus Sir. 44. Meiger. in Nucl. histor. cap.2. (ε) in plantis, fruticibus & vinis: in arboribus: in animalibus: in serpentibus Meiger. p.16.18.19.51.

(2) Angeli: cum boni tum mali. Boni angeli gubernantur à DEO.

§.5. (3) Homines: quos DEUS format in utero Psalm. 139. Præcognovit Jerem. 1. v.5. Esai. 45. vers. 1. sequentib. Galat. 1. versic.15. in sinu ejus sumus, & capillos nostros habet in numerato, Augustinus tomo 10. colum. 24. c. portans nos Deuteronom. 1. expandit alas suas super nos Deuteronom. 32. Conservat DEUS parvulos & infantes mirabiliter, exemplo Mosis Joseph. l. 2. cap. 9. Antiquitat. Lanussus apud Nauclerum l. 2. gen. 19. Justus Jonas puer cæpe tostum & apostemati patris impositum ante, sine damno comedit. Cyrus apud Justinum. Romulus apud Florum lib. 1. cap. 1. histor. Meiger. lib. 1. cap. 3. Nuclei histor. Horæ historiar. recreatit. part. 1. pag. 72. 73. Conservat Deus Ministros verbi, Magistratus, Civitates & regiones Meiger. pag. 27. 30, 37. De Maximiliano I. Cæsare notabilis historia, liberato à quodam sene è præsenti abruptæ rupis præcipitio.

§.6. Ad singularem hominis gubernationem spectant fatalia quædam populorum, hominum singularium; de Perdicca vid. Flor. lib. 3. c. 15. Justin. lib. 1. c. 7.

Corporibus nostris prospicit Deus, multò magis quàm corvorum Job. 39, 3. Matth. 6, 25. à defectibus, cum vult, præservat; aliàs cœcum, claudum nasci permittens. Exod. 4. DEUS suos potat: Exemplum Clementis Papæ Romani, qui in exilio fontem invenit in urbe Chersana, in Ponto, quo miraculo multi sunt conversi, Baron. tom. 2. fol. 45. numero 40. 45. Providentiâ suâ ut alis aquilarum olim Hebræos, nunc nos quoque portat. Deuteronom. 32. versicul. 10. 11. Fidelis etiam est, ut aquilæ: Plinius libr. 10. cap. 5. vid. Corn. à Lap. in Exod. p. 477. *Vias nostras dirigit* Jer. 10, 23.

Animam in tribulatione agnoscit Psalm. 31. vers. 8. & Psalm. 143. vers. ultim. & Psalm. 86. Consilia & conatus nostros solus dirigit Proverbior. 16. Psalm. 33. cum hostibus nobis favorem conciliat Psalm. 106. versic. 46. & cum peregrinis: sic Joseph invenit gratiam coram Potipharo.

§.7. A malis eripit & abscondit Psalm. 129, 5. Circa vitæ terminum Div. Theodoret. part. 139. 140. in festo Divi Johann. vide Textor. in officina, columnâ 186. exempla habentem.

Homo proponit, DEUS disponit: Sisaurces Persarum rex adulantibus quibusdam & quærentibus, cur omnia, quæ tantus Monarcha animo concepisset, quamprimum non impleret? respondit: ego Dominus tantùm verborum sum, non rerum: ego homo propono, DEUS disponit, Bes. tomo 1. p. 284.

In specie *pii sunt objectum* providentiæ DEI: contra Ethnicos, qui fortunam ἄστατον & temerariam esse docebant, cœcis oculis, merentes & immerentes vulnerare: vide Figuram & picturam fortunæ; Et sic consolabantur homines in calamitatibus Ethnici: contra Pater cœlestis nostri curam gerit, Matth. 6. nemo potest &c. talis est DEUS erga homines, quales sunt ipsi erga illum Sapient. 7. speculum sine macula dicitur DEUS, si speculo mitem & mansuetum vultum obvertis, talem tibi ostendit &c. Si DEO te mitem & misericordem ostendis erga proximum, erit tibi quoque talis.

§.8. Erga *impios quoque se extendit* providentia DEI. (Confer Drexelium Tractat. XI. pag. 1455.) observare impios: mensurare illos propriâ mensurâ: oblivisci impiorum, sicut & hi DEI obliviscuntur, Ose. 3. rejicere eosdem, ceu qui non sunt populus DEI Ose. 1. non uxor ejus Ose 2. non pascere eos, sed morti concedere Zachar. 11. abscondere faciem ab iisdem Deuteronom. 32. omne auxilium & gratiam tollere ab impiis, ut minatur Dominus Esai. 5. auferam spem: omnes creaturas in malos armare Amos. 9. ponam oculos meos super eos &c.

Psalm.

Psalm. 34[22] sævitiam & interitum iisdem adferre, hinc vocat se DEUS tineam Ose. 5[12] ursum Ose. 10. animam relinquere vacuam, quæ erit instar vineæ sine vinitore, hortus sine hortulano, exercitus sine duce, civitas sine capite: Consilia irrita reddere Psal. 21. vers. 12. & 146. vers. 9. Job. 5. vers. 12. Impiis parcere; DEUS parcit malis propter bonos. Ut paterfamilias, cum famuli ejus aliquod scelus perpetrarunt, quod supplicio dignum sit, si quis forte vir nobilis superveniat, non eos punit, prædicens tunc fore, ubi eos solos comprehenderit absque Patronis, tunc pœnas illi darent; Eodem modo DEUS in hoc seculo parcit malis, pœnam eorum differt, sinit zizania crescere propter præsentiam justorum, quos diligit, & quorum preces pro malis audit, in futuro autem seculo pœnas dabunt, quando triticum in horreum fuerit congregatum, solaque remanserint zizania, nec ullæ justorum preces juvabunt, Staplet. P. 1. pag. 269. Notata hæc per manum DEI; DEUS est judex humanorum actuum, DEUS dicitur in scriptura videre, currere, stare ad judicandum; videre, quando perversa hominum opera notat; currere, quando properat ad sumendum pœnas ab impiis; stare, quando actu pœnas infligit, Hugo in Psalm. 111.

§. 9. *Partes* providentiæ tres:

1. Præscientia & præcognitio Roman. 8. vers. 29. quæ aliquando dicitur simplex, vel simplicis visionis (sic dicta Scholasticis) aliquando verò approbationis & dilectionis erga electos Johann. 10. cognosco oves. Ephes. 1, 9. Gal. 4, 9. Ps. 37, 18. 2. Tim. 2[19] novit Dominus qui sint sui.

Objectum præscientiæ sunt omnia bona, mala: v.g. Genes. 15.[13] calamitatem Judæorum; Actorum 21[11] Pauli captivitatem; 1. Sam. 23[11] periculum Davidis; non ideò tamen necessaria est res præscita, nam 1. Samuel. 23. præscit DEUS traditum iri Davidem in manus hostium, & tamen hoc non evenit fugiente Davide. Matth. 27.[53] impetraturum se aliquot legionum operam, sciebat Christus; nec tamen factum est.

2. Propositum πρόθεσις DEI, aliàs decretum.

3. Gubernatio διοίκησις; ad quam spectant multi actus: v. g.

§. 10. (1) Disponere omnia Sapient. 8.[1] ut paterfamilias domum, nauclerus navigium, faber ferrum; aliquando (α) per angelos, malos ad δοκιμασίαν; bonos, ad suorum salutem; (β) homines Sapient. 12[18] disponis nos; (γ) per legem suam & crucem Sap. 3. bene disponentur.

(2) Ducere pios Deuteronom. 8. Dominus ductor tuus, in veritate Psalm. 25. æquitate Proverb. 4. terra recta Psalm. 143. sicut Pastor Psalm. 77. vers. ultim. ovem, nauta navem, pater infantem; per angelos Genes. 32. Tob. 5. in via mundi Exod. 13. dux itineris; Confer Concord. v. Duco, dux.

§. 11. (3) Dirigire gressus Jerem. 10. versicul. 10. 11. Proverbior. 20. (α) quorum? obœdientium DEO; orantium Psalm. 25. dirige me Domine; (β) quomodo? inspirando, gubernando, sicut nauclerus navigium; viam luce verbi monstrando; voluntatem ad bonum impellendo, sicut navis vento & remigibus impellitur; sanctorum mores & exempla ob oculos ponendo, Psalm. 22. patres nostri &c. (γ) in quibus? corda, ad bene cogitandum, manus ad bene operandum, linguam ad bene loquendum & orandum, oculos ad DEUM elevandum, pedes ad nunquam declinandum, vias ad rectè ambulandum, voces adorandum.

(4) Præfinire & hinc ille προορισμὸς Actorum 4. vers. 28. 1. Corinth. 2. v. 7. quæ est DEI moderatio & directio rei ad salutarem finem; perversorum mundi consiliorum aversio. vid. nostr. Chemnit. P. 1. L. C. f. 165. a. §. Ex hoc fundam.

§. 12. (5) *Determinare* bona volendo, mala non volendo, eadem tamen pro sua sapientia ac justitia dirigendo.

(6) Gubernare Sapient. 12, 18. præsens; DEUS omnibus præsens est diversimodè. Rex per essentiam est in sella in qua sedet, quia eam occupat & implet; per præsentiam in toto cubiculo, in quo est, quia omnia ibi facta videt; per potentiam in regno toto est, quia punit, ignoscit, gubernat: DEUS quia infinitus est, in omnibus est per essentiam, & res omnes implet per præsentiam, quia omnia videt, & per potentiam, quia omnes creaturæ ejus concursu operantur; sed specialiter est in sanctis, suam eis gratiam communicando Diet. p. 2. p. 79.

§. 13. (7) Movere Actorum 17. v. 28. operari Johann. 5. vers. 17. portare omnia verbo potentiæ suæ Hebr. 1. v. 3. providam curam habere Sapient. 6. v. 8. omnes liberare Psalm. 107. per tot. curare 1. Pet. 5. enutrire Ps. 55. omnia dare Actorum 17. v. 25. conservare Nehem. 9. vers. 6. habere beneplacitum in omnibus operibus suis Psalm. 104, 31. Sapient. 11. v. 24. omnia in Deo consistere Coloss. 1, 17. eo ordine quo primum creata sunt Psalm. 104. v. 27. & 119. v. 90. omnia ex Deo & per Deum esse Rom. 11, 10. regere admirabiliter Psalm. 147, 5. & rectè Sap. 12, 15.

(8) De cœlo prospectare Psalm. 14. v. 2. & 102, 20. & Job. 28, 24. Jerem. 16, 17. videre Psalm. 33. v. 14. ut omnia oculis DEI sint aperta Sirac. 40. vers. 39. Hebr. 4. nosse omnia; Ahasverus habebat commentarios rerum gestarum Esther. 6. sic DEUS habet librum suæ providentiæ Psal. 139. divinæ providentiæ pars prævidere cogitationes malorum, Deuteron. 31, 21.

(9) Ju-

(9) Judicare: Deus omnium rationem exiget. Qui in diversorio sedet lætus, quamvis nihil de sumtibus cogitet, quicquid tamen insumitur, diversorii Dominus diligenter notat, neque eum dimittit, antequam persolvat: ita quamvis tempus vobis à DEO datum in lascivias, ludos, &c. insumatis, non ideo Deum vestrum oblivisci existimetis, spectat & notat omnia diligenter, suo tempore rationem exacturus.

Modus & forma providentiæ consistit in admirabili illa omnium rerum gubernatione & conservatione.

§. 14. *Effectus* providentiæ generalis est

1. Conservatio & nutritio. Exod. 25. DEUS volebat in suo conspectu poni panes propositionis, ut indicaret, se nobis & omnibus creaturis panem, hoc est necessaria quæque suppeditare.

2. Mali in bonum conversio. Ut artifex aurum à scoria purgat, & ex eo vas in honorem facit: ita DEUS ex malis bona efficit Roman. 8, 28. omnia piis in bonum. Cogitastis de me malum, inquit Joseph ad fratres. Apes ex herbis amaris mel exugunt: ex malis DEUS bonum elicit.

Adjuncta. Quando: curat de nobis antequam existimus: sic mundum Deus condidit, antequam creatus Adam.

Ineffabilis est: providentiam Dei non satis agnoscimus, ut nauseantibus & vertigine laborantibus omnia verti videntur, cum illi potius vertantur: ita nobis omnes res cœco ordine volvi videntur, cum tamen suum ordinem servent ex divina providentia; hoc est vertiginosi nostri cerebri judicium, Gregorius Nazianz.

Miraculosa: Providentia Dei est miraculosa. Augustin. tomo 9. columm. 210. a. tomo 8. column. 1736. a. Providentia Dei in columna nubis.

1. Deduxit eâ Israelitas per 40. annos.
2. Viam ostendit.
3. Jam movebat se, jam quiescebat.
4. Erat longa, lata, crassa, ut à tot castris videri posset.
5. Motior erat angelus.
6. Præerat diei ac nocti.
7. In ea DEUS apparebat.
8. Obumbrabat castra.
9. Dispescuit Hebræos ab Ægyptiis: sic Christus est columna illa, Corn. à Lapid. in Exod. folio 439. column. 1.

§. 15. Providentia Dei malos tolerat, ut eos ad pœnitentiam ducat Rom. 2. omnia in bonum dirigit, verb. grat. errorem Hagaris in deserto, ut populus magnus ibi Ismaël fieret: captivitatem Babylonicam, ut Israëlitas gloriosè liberaret; Josephi proditionem.

Securos nos facit Psalm. 91, 1. vid. titul. Umbra. Eberhardus dux Würtembergicus gloriabatur se in unius cujuslibet subditorũ suorum sinu posse tutò dormire: quantò magis in sinu Dei tuti esse possumus Sapient. 3, 1. Lucæ 16. v. 23. Psalm. 36, 8.

Defensat; sic Israëlitas in deserto Psalm. 104, 20. Sapient. 10. Numer. 14, 14. capit. 10, 34. Consilia promovet Proverbior. 19. v. 20. Curat prædici mala, ut nos corrigamus Jerem. 22, 21.

§. 15. Mirificat sanctos Psalm. 4, 4. in vitæ ingressu, progressu & egressu. Sic Israëlitas quoque mirificavit: nam

1. Nullus æger erat in populo ex Ægypto educto Psalm. 105, 38.

2. Calcei & vestes eorum creverunt Deut. 8, 1. cap. 29, 5.

3. Man acceperunt, panem angelorum Ps. 78, 26. 27.

4. Columnam nubis & ignis prælucentem habuerunt Exod. 14, 19. 20. Psalm. 78, 24. Sap. 18, 3.

Tentat, novitios inprimis; sic Exod. 13, 17. non sunt ducti per Philistæos bellicosos, sed per desertum, Gregor. lib. 24. c. 13. moral. Tres aut &c. Punit, & sic dicitur vigilare Jerem. 1, 12. c. 44, 27. Daniel. 9, 14. Sortes dirigit vid. titul. sors.

Providentia DEI non impeditur

1. Nuptiis, Justinus l. 1. c. 4.

2. Destinatâ cæde, & intentatâ 1. Sam. 19. ibid. Justinus.

3. Missione ad militiam, Justinus. l. 3. c. 5. David servatus à DEO, præcedentibus licet periculis objectus.

§. 16. Usus loci de providentia multiplex est; 1. Elenchticus, hortatorius, dehortatorius, & consolatorius. 2. Doctrinalis. Discimus, omnisapientem, omnipotentem esse DEUM, justum eundem esse Esai. 46. vers. 10. Psalm. 104. per tot. & 107. optimum & benignissimum, omnibus creaturis prospicientem, cui etiam omnia subjecta sunt, cuique obœdire debent. Huc faciunt sequentia: omnem animam in DEI manu esse Job. 12. vers. 9. Esai. 4, 2. 5. Dan. 5, 23. Actor. 17. v. 25. DEI consilium ac decretum firmum esse & stabile. Esai. 14. vers. 26. cap. 19. v. 17. cap. 28. v. 29. cap. 46. vers. 10.

Discimus, hominem nihil esse, nisi DEI manu sustentetur, ejusque consilia à DEO constituantur & dirigantur ad salutarem exitum Jerem. 10, 23. Dan. 2, 20. Psalm. 38, 23. Prov. 18. v. 9. Errare eos, qui negant providentiam, Isidor. Pelusiota l. 3. epist. 154. vel qui solùm res excellentiores illi subjiciunt, vid. Augustin. de Gen. ad lit. libr. 5. cap. 21. qui constellationibus cœli omnia subjiciunt, Cyrillus Hierosolym. catech. 8.

§. 17. Discimus ulterius (α) spem & fiduciam omnem in solo DEO collocandam esse Ps. 145. v. 15. & 55. vers. 23. & 89. vers. 29. Roman. 8. vers. 38. Philipp. 1. vers. 16. non in mediis & causis secundis hæreamus, sine quibus etiam juvare DEUS potis est. (β) Fortitudinem & patientiam in calamitatibus Job. 21. 1. Samuelis 3. Psalmo 22. versu 11. Psalmo 71. in caritate annonæ & alimoniæ

defectu

defectu Matth. 6. verf. 25. in flore hominum perverforum Job. 21, 7. Pfalm. 73. v. 2. Jerem. 12, 1. in afflictionibus ad falutarem finem à DEO dirigendis Roman. 8, 28. 38. in perfecutionibus privatis & publicis Matth. 10, 28. Zeph. 3, 22. Matthæi 16. portæ inferor. in dubiis rerum confiliis Genef. 22. verf. 8. tentatione de falute Roman. 5, 10. 2. Timoth. 1, 12. [γ] Gratiarum actionem 1. Timoth. 6, 17. Pfalm. 107, 9. Genef. 24. Eleazar pro felici itinere, &c. cap. 28. 15. cap. 32. 10. [δ] Orationem, ut hoftium animos in noftras partes DEUS flectat Genef. 39, 4. cap. 43, 14. cap. 32, 6. cap. 33. Exod. 12, 35. 36. Num. 24. animus Bileami aliorfum flexus à DEO Deuteronom. 8, 10. 11. 1. Theffal. 5, 8. bonis noftris benedicat, ut Eliæ cibo 1. Regum 17. [ε] Humilitatem, Ecclefiaft. 3, 14. & reverentiam, ne Deum tentemus Actorum 24, 30. 31. Genef. 32, 1. 2. [ζ] Obœdientiam, ut nos totos confecremus divino nutui, omnia clementisfimè gubernanti [η] Modeftiam, ne nimis curiofi fimus in pervestigandis divinæ providentiæ cafibus, fed folâ fcripturæ revelatione contenti fimus, vide Salvianum libro tertio §. Poffum quidem rationabiliter, &c. [θ] Pietatem veram, quam uni DEO ceu omnium authori debemus; non tutelaribus aliis, vel Servatoribus fictis.

§. 18. Caveamus, ne caufis fecundis animos noftros alligemus, fed primam unicè refpiciamus caufam, ne ea folum, quæ fupra lunam funt, divinæ providentiæ fubjecta effe opinemur, ut olim Ariftoteles, tefte Epiphanio tomo tertio adverfus hæref. Ambrof. libro primo capit. 13. officiorum, cætera quæ infra lunam funt, cœco impetu ferri credamus. Fugiamus Manichæos, principium malum commentos: Libertinos, flagitia fua ineluctabili DEI providentiæ adfcribentes: Lucianum. qui finxit DEUM ad cœli feneftram federe otiofum, per unam horam toto die, eam verò incertam effe, quâ DEUS audiat invocantes. O blafphemum infani capitis delirium!

Quæ porrò ad confolationem faciunt, circa hanc doctrinam, ea petantur è folidis S. Scripturæ locis. *Cautè* quoque heic legendus Hyper. p. 2. opufculorum.

PROXIMUS.

§. 1. Variè dicitur. In genere eft homo quivis.

1. Creatione Malach. 2, 10. vide Hieronym. in 4. ad Ephef. ad illa: Loquimini veritatem.

2. Similitudine & cognatione Genef. 9. verf. 5. 6.

3. Vitæ communitate, omnes namque communem fpiritum trahimus. Actorum 17. verf. 28.

4. Nativitate, ex uno patre Actorum 17, 26. Roman. 5, 12. 13. 1. Corinth. 15. In fpecie, quivis Ecclefiæ civis [α] ratione myftici corporis: [β] vocationis ad unam fpem Ephef. 4. [γ] regenerationis, quæ omnibus una eft, eademque: [δ] gloriæ futuræ; quæ omnibus communis fpecie, gradibus tamen diverfa erit 1. Cor. 15, 39. 40.

§. 2. Ædificandus nobis eft proximus omni pietatis exemplo ac ductu Pfalm. 34. Pfalm. 69. verf. 34.

Diligendus, prout nos ipfos diligimus Levitic. 19, 18. 34. Matth. 22, 39. Lucæ 10. v. 27. Marc. 12, 31. 1. affectu prono nofmet profequendo: optima quæque, ut nobis contingant, defiderando: 3. gaudendo de bonis acquifitis: 4. non invidendo nobis: 5. obœdiendo nobismetipfis: 6. nobis non nocendo Ephef. 5. nemo propriam carnem odio habuit: 7. nobis ignofcendo: nævos & defectus tegendo noftros. 9. nos non defraudando: 10. ea folùm concupifcendo, quæ nobis utilia funt, commoda, falutaria: fic quoque proximo, Tob. 4, 10. Hifce ergo eisdem modis diligendus nobis proximus.

Ambrofius in X. Lucæ: Non cognatio facit proximum fed mifericordia. Sunt igitur proximi 1. omnes noftra ope indigentes: 2. exteri: 3. incogniti: 4. inimici: 5. digni, indigni: 6. Barbari, Græci: 7. mas, fœmina: 8. liber, fervus. Sit fumma omnis, ut dictum eft, homo, Hebr. רע Chald. חבר Socius: LXX. πλησίον.

Illud verò *ficut* exponit quidam non de æqualitate omnimoda, fed de fimilitudine, ut confimilia dat figna charitatis in proximum ex affectu fincero, pleno: nam ordinata Charitas à feipfa incipit, nec tamen in proximo deficit; Confer infra titul. Sicut.

PRUDENTIA.

Notatio.

§. 1. Dicitur q. Providentia vel à providere, vel procul videre. Cicer. de Legib.

Multiplex.

1. Carnis, mundi. 1. Cor. 9, 2. Chriftiana, fpiritualis Matth. 10. Rom. 8, 6.

Synonyma.

Dicitur difcretio, omnibus neceffaria 1. Johan. 2, 20. Heb. 5, 14. 1. Cor. 12, 10. 1. Theff. 5, 22. Job. 34. 3. Definitur variè pro diverfis de illa conceptibus. Aliis fcientia rerum gerendarum, fugiendarum, faciendarum.

Caufa.

§. 2. *Princeps efficiens* DEUS, dans hoc donum prudentiæ & fapientiæ: Jacob. 1. Omne donum, &c.

Impellens ad prudentiam fit utilitas, neceffitas, præceptum Chrifti Matth. 10. Eftote prudentes, &c. Confer Guiliel. Perald. Tom. 1. c. 4. Tract. de Prud. p. 161.

Pro-

Procreans 1. Oratio ad Spiritum prudentiæ fontem Judith.9. v.18. 2. Conversatio cum prudentibus. Tob.4. verſ. 20. Eccleſ. 9. verſ.21. 3. Experientia rerum magiſtra. 4. Conſideratio Exemplorum, domi, foris, præteritorum Eccleſ. 2. Quid eſt, quod fuit, &c. 5. Humiliatio ſub Deo. Humilibus enim dat prudentiam Prov.11. ubi eſt humilitas, ibi ſapientia.

Materia

§.3. *In Qua*, vel *ſubjectum inhæſionis*: Vir, mulier, ſenes, juvenes: v. infra *Exempla*. Item Magiſtratus. V. ſuo loco.

Subjectum occupationis: verſatur prudentia circa actiones moderandas. Id quomodo fiat, mox oſtenditur partim ſub titulo Actuum, partim ſub titulo objecti.

Ex qua ſunt Actus varii Prudentiæ. I. *Conſiderare*

1. Res præteritas (1.) malum commiſſum. (2.) Bonum omiſſum. (3.) Tempus amiſſum.

2. Res præſentes, vitæ brevitatem, ſalvandorum paucitatem, ſalvandi difficultatem.

3. Res futuras, mortem, judicium, pœnam.

4. Exempla virtutum, vitiorum, ſuppliciorum.

II. *Circumſpectè ambulare.* Eſt enim circumſpectio ſolers quædam rerum & eventuum conſiliorum obſervatio. Prov.20, 5. Philipp.1, 18. Matth.7, 15. Gen.24, 6. Exod.19, 12. Deut.11, 16. c.15, 9.

III. *Explorare* omnia ſollicitè.

IV. *Aliquando diſſimulare.* Proverb.12, 16. cap.17. verſ.9. cap.29. v.11. Exemplo Lothi Geneſ.19. verſ16. Joſephi Geneſ. 42. verſ. 19. 1.Sam. 10. 27. cap.28, 8. cap.21, 10. 11. 12. 13. Pſal.38, 14. 2.Sam.18, 16. 1.Reg.14, 4. Eſth.5, 9. 10. Job.3, 26. Eſa.36, 21. Jer.38, 27. Joſuæ exploratores emittentis Joſ.2. Jacobi fratris animum explorantis. Fratrum Joſephi jacturam fratris Joſephi celantium, Gen. 42, 29.

V. *Sibi metuere.*

VI. *Accuratè videre*, conſilio intueri. Hoc enim eſt σκοπεῖν apud Paulum.

VII. *Conſultare.* Sir. 37. Antequam aliquid incipias, interroga.

VIII. *Converſari cum inimico circumſpectè.* Sir. 12, 10. 11.

IX. *Verba falſa dijudicare.* Sir.37, 20 21. ſq.

X. *Juſto tempore corrigere.* Vid. Correctio.

Referimus huc quoque varios Actus Prudentiæ: v. gr. greſſus ſuos benè dirigere. Prov.15. omnia benè & cum conſilio regere. Quod de Romanis prædicat Veget. lib.1. de re militari. Eundem eſſe in proſperis & adverſis. Ordinare omnia, præſentia, futura. Tegere & occultare omnia, quæ facimus. Mores hominum diſcernere. Noviſſima providere.

Porrò objecta Prudentiæ Chriſtianæ varia.

§.4. Res gerere prudenter Prov.16, 20. Sir.31, 18. c.15, 16.17. vitam piam eligere. Pœnitentiam agere. v. *Pœnitent.* Prov.1, 5. Non feſtinare nimis Prov.21, 5. c.19, 2. Non curare per falſum nuntium Pro.26, 6. Rem Oeconomicam benè diſponere. Gen.30, 40.

Circa calamitates. Præmeditando mortem. v. Mors. depellendo Prov.27, 12. & declinando calamitates. Occultando Prov.22, 5.

Converſationem. v. Societas. Ut ſine querela converſemur cum proximo.

Mala & pericula. Prudentia eſt erga mala, ea providere, Prov.22, 27. Callidus videt malum. Contrarium velle malum pertranſire, Prov.22, v.3.

Linguam. Prudentia in frænanda lingua: Sirac.23. utinam ſeram poſſem ori meo appendere. Prov.23. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus. Eccl.3. Eſt tempus tacendi & loquendi. Matutinum: quod eſt prudentia in diſpoſitione præſentium. Nocturnum: quod eſt providentia futurorum. Matth. 10, 16. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes. Serpentes verò caput cuſtodiunt. Sic nos arcem fidei cuſtodiamus benè. Per foramen anguſtum penetrant. Matth.7. ſic & nos. Obturemus aures inſtar ſerpentum, ad voluptates mundi. 1.Tim.6. non ad Dei verbum Pſ.58, 5. Et ſodalitia malorum hominum fugiamus: ſicut ſerpentes fugiunt humanam ſocietatem. Sicut formicæ Prov.30, 25. colligamus tempore meſſis neceſſaria quævis Matth.6, 19.

Prudentia Chriſtiana

§.5. Eſt Hyacinthus 1. ob fulgoris mediocritatem. Hæc notat modum à viro prudente obſervandum. 2. Sculpturæ facilitatem: ſic homo prudens facilè conſilium recta monentis audit. 3. Aëris conformitatem. In nubilo eſt Hyacinthus nubiloſus: in ſereno ſerenus: ſic vir prudens tempori ſe ſubjicit flens cum flentibus, ridens cum ridentibus Geminian. p. 137.

Effectus Prudentiæ.

§.6. Agere circumſpectè cum conſilio, *reſp. noſtri.* Omnia probare 1. Theſſ.5. Omnia noſtra opera in Dei amorem dirigere, non ad noſtram gloriam. 1.Cor.10. v. ult. mala conſilia fugere. Pro ſe ipſo curare (1) Pro animæ ſalute. Feguer. p.700. Lopez. fol.228. d. magis quam (2) pro corpore f.98. 38. 52. Lopez.

Seipſum agnoſcere & omnia interiora ſua habere perſpecta. Vigilare, ut peccata è terra cordis ſui ceu hoſtes ejiciat & expellat. Defectus proximi portare, & non pertentare eorum vulnera ad oſſa usq;: Impedimenta ſalutis removere, Matt.5, 29. 30. Gal.5, 3. 8. Heb.12, 1. 1.Pet.3, 7. 1. Theſſ.2, 28. Opera noſtra examinare. Ad mortem ſe parare. Seipſum cognoſcere. v. Cognitio ſui.

Reſpectu aliorum 1. Ambulare cautè inter homines & converſari. 2. Prudenter in mundi mari & animo ad quævis mala præmeditato. 3. Diffidere mundo. Elegans eſt Græcorum ſententia: *νῆφε καὶ μέμνησον ἀπιστεῖν, ταῦτα γάρ ἄρθρα εἰσι φρενῶν.* Hoc eſt: vigila & memento diffidere: Hi enim ſunt nervi ſapientiæ. 4. Simulare, diſſimulare virtuosè.

Reſpectu rerum & modi agendi. 1. modum adhibere. v. Tit. modus. 2. diſcernere inter res bonas malasque. 3. Inter id quod licet &

expedit. 4. Eligere ex duobus malis minus. 5. Prosperis non abuti. 6. Ab omni specie mali abstinere.

Respectu Dei. In eum semper respicere.

Respectu temporis & rerum, occasionem non prætermittere. Meditari præterita, præsentia & futura. *Præterita* sunt facta & exempla.

Præsentia sunt, quæ actionem ipsam spectant. V. Moderatio, Electio. Vel eam circumstant, V. Temporis fugacitas. Carnis fragilitas. Vitæ brevitas. Rerum humanarum inconstantia. Mundi calliditas. Res *futuræ*, certæ: Mors, Judicium, infernus, vita, ætas. Incertæ, eventus Deo committendi.

Necessaria est.

§. 7. Matt. 10. Estote prudentes, sicut &c.

Sicuti imperator militiæ suorum hostium impetum diligentissimè præcavet: sic quoque circumspectus sit Christianus, 1. securitatem fugiendo. 2. vigilantiam exercendo. 3. Arma præparando, contra diabolum, mundum, carnem.

Ad Prudentiam in Actionibus quinque requiruntur.

1. *Pietas*, ut actiones & consilia nostra Deo commendemus.

2. *Perspicacia*, ut & substantiam operis & circumstantias omnes probè consideremus. Proverb. 15. vers. 28. Sir. 37, 26. Prov. 20, 5. c. 22, 3. cap. 27, 12.

3. *Consultatio* aliorum, quorum consilium sequamur, maximè selectiorum & prudentiorum.

4. *Justa temporis mora* ad ventilandas consilii rationes & momenta.

5. *Oppositorum prudentiæ vitiorum fuga* sollicita, quæ sunt *præcipitatio*, quâ præditus homo non deliberat; *Obstinatio* in propria scientia & consilio; meliori portam occludens, & *vana ineptia*, omnem frugi deliberationem vanitate supercilii sui contaminans. Confer Thauler. p. 276. 277. in fest. Pentecostes.

Adjuncta Prudentiæ.

Simplicitas. Matt. 10. Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ. Hæc simplicitas 1. nulli nocet. 1. Cor. 13. 2. novit malum declinare. 3. omnis versutia Deo abominabilis est, ait Hieron. in c. 46. Ezechiel.

Necessitas. Prov. 3. 24. *Utilitas*. Sap. 8, 7. & plurima commoda.

Honor. Sir. 37, 29. & existimatio. *Pretiositas* prudentiæ in omnibus actionibus, quæ sine hac vilescunt.

Similia Prudentiæ.

§. 8. Est Auriga actionum. Bernh. sermon. 49. in Cant. Balsamum multis societatis humanæ morbis medelam afferens. Cerva vulnerata confert se ad herbam dictamnum, quâ se sanet. Fluvius aurifer: V. *Pison*. Jani bicipitium. V. Joh. Pierium lib. 32. c. 18. Hieroglyphic. Ignis affectus calefaciens, aurum à scoriis discernens. Lacertus pugnaturus cum serpente, locum quærit herbæ, quâ se possit, si vulnus accipiat, sanare. Lumen illuminans intellectum. Oculus omnia benè prospiciens. Huc refer oculos animalium Ezech. 1. Mons olivarum, qui ad partē orientalem templi situs fuit. Hinc orto sole illustrabatur: vesperi verò & nocte ex lumine templi. Unde mons trium luminum dictus est: Item quia materiam luminis tractabat, oleum dabat: sic homo prudens triplex habet lumen. 1. Vespertinum, quod est memoria præteritorum. 2. matutinum, quod est rerum præsentium. 3. nocturnum, quod est rerum futurarum. Pison fluvius Paradisi, in quo reperiebatur aurum Gen. 2. Ea, quæ omni auro pretiosiora sunt, in prudentia reperies. Regula vitæ. Sal, quo omnia condienda. Serpentes ab ictu caput præservant Hilar. in c. 10. Matt. Epiphan. hær. 37. Ambros. lib. 6. Epist. 4. Vulpes seipsam sanat pini lacrymis.

Exempla Prudentiæ.

§. 9. Gen. 41, 39. 1. Sam. 16, 18. Ps. 78, 72. & 119. 100. 104. 125. 144. 169. 1. Sam. 25, 3. 1. Reg. 3, 9. 11. 12. Act. 13, 7. 2. Sam. 14, 1. 2. Sam. 20, 6. 2. Reg. 11, 4. Gen. 30, 32. c. 32, 3. 7. c. 40, 14. Jud. 9, 7. 2. Chron. 32, 3. &c. Plura Sabellicus f. 36. Exempl. Zwinger. in Theatr.

Opposita Prudentiæ.

§. 10. *Incircumspectio*: ejus exempla 1. Sam. 18, 19. *Prudentia apud nosmetipsos*. Rom. 12, 17. qualis fuit in Adam Gen. 3. 6. Aaron Exod. 32, 10. Rehabeam 1. Reg. 12, 16. Michael 2. Sam. 6, 18. Carolstadio, imagines demolienti. Ario generationis mysterium scrutanti. In communi vita plurimis apud se prudentib. carpentibus ministros, imagistratum, œconomos. Sir. 3, 22. Huc spectant temerarii judices. Jer. 9. 23.

Præcipitantia. Prov. 10. 2. c. 27. 12. Jud. 20, 39. Sir. 21, 18. Proverb. 18, 2. cap. 24, 7. 1. Reg. 12, 13. Sir. 47, 28.

Imprudentia. 1. Pet. 2, 15. Ignorantia imprudentium hominum est propria infidelium, qui ignorantiâ laborant, Ephes. 4. & imprudentiâ, quod spiritu prudentiæ careant. Dicitur Stultitia.

Significata.

Imprudentia significabatur per Pelicanum, qui cum possit ova in altiore loco deponere, attamen in scrobe recondit, quod scientes aucupes locum accendunt igni supposito. Pelicanus volens ova servare, advolat, ignem exsuscitat, seque suaq; ova adurit & præda fit. Imago divitum & terrenorum. Or. p. 34. a. b. imprudentiam per muscam significabant Ægyptii.

Effectus Imprudentiæ.

§. 11. Est nolle agnoscere tempus gratiosæ visitationis. Exempla Gen. 7, 23. c. 19, 24.

Causa

Deus est Prov. 20, 21. Num. 16, 31. 2. Reg. 25. Jer. 39. v. 9. Dan. 9, 26. Matt. 23, 38. ab Exemplis Eccl. Orient. Cor. Ephes.

Indignitas.

Imprudentia indigna est homine Christiano. Iphicrates dicere solebat: Non esse Imperatoris dicere; non putaram.

Prohibita à Christo Mat. 7, 6. Est causa peccati Prov. 19, 2. dejicit summos Matt. 7, 27.

Exem-

Exempla Imprudentiæ.

1. Iſraelitæ in Ægyptum redire volentes. Num. 14, 4.

2. Ephraimitæ ſubigere volentes Cananæos. Joſ. 16, 11.

3. David fugiens ad Philiſtæos. 1. Sam. 27, 2.

PRUINA.

1. Phyſicè ſpectata, ſub autumni tempus occupat arborum folia, continet intra arborem calorem, eumq́; ad intimam radicem cogit: eſtque pro balſamo arbori. Ros hic in ſpeciem ſalis conſtrictus ſerenum diem prænunciat deſcendens; aſcendens pluviam, eſtq́; prognoſticon cœli. Monet igitur de bonitate Dei, tum etiam illius ira Pſal. 78, 47. cum alio tempore quàm autumnali cadit: nocet enim arboribus & floribus; hinc pruinam quaſi perurinam à perurendo dictam vult Feſtus.

2. Moraliter eſt pruina *acediæ*, quæ 1. congelat charitatem; 2. inducit frigiditatem; & 3. marcorem: *vitæ* noſtræ, citò reſolutæ inſtar pruinæ.

PRUNA.

[1] Levitica Lev. 16, 12. [2] Periculum Proverb. 6, 28. [3] Beneficentia erga hoſtes Prov. 25, 22. [4] Phyſica Eſa. 44. v. 12. capit. 47. v. 14. c. 54, 16. Joh. 18. v. 18. c. 21, 19. [5] tentationis à Satana in corde accenſa; huc Job. 41. prunas halitu ardere fecit: [6] tentationis humanæ, ad quas Petrus ſedit Joh. 18. verſ. 18. [7] charitatis, quas prunas in corde Spiritus Sanctus, [8] tribulationis mundi. [9] damnationis æternæ, ad quas prunas ſedent impii.

PURIGO.

1. Deut. 28, 27. pœna Dei, corporis illa; 2. animæ eſt cupiditas nos laceſſens defatigans deſideriis malis.

PRURIRE.

Titillare deſiderio audiendi falſa dogmata 2. Tim. 4, 3.

PSALMI.

§. 1. Pſalterium Davidis magni à nobis æſtimandum (1) ob cauſam efficientem principalem, quæ eſt Spiritus Sanctus 2. Samuel. 23, 2. Luc. 1. verſ. 70. ergo etiam per Davidem ceu Prophetam locutus eſt Deus Actor. 2, 31. (2) ob cauſam miniſterialem; quæ maximam partem fuit David, vir electus charuſque Deo; fidelis, certus de Meſſia, 2. Sam. 23, 1. 2. Sam. 7. Act. 2, 31. (3) ob materiam & doctrinas in Pſalmis tractatas de CHRISTO ejuſque paſſione, morte, reſurrectione, regno Pſalm. 2. & 16. & 8. & 22. & 110. de juſtitia, fidelitate & miſericordia DEI, &c.

Eſt quoque Pſalterium parva biblia, epitome totius ſcripturæ, promptuarium exemplorum, ſpeculum affectuum in ſanctis, Luther. præf. Germ. in pſalm. catalogus phraſewn, quibus ſancti erga Deū uſi ſunt, vid. Luth. præfat. vernaculâ in Pſalmos Bibliorum vernaculorum. Paradiſus, &c. vid. de laudibus Pſalterii epiſtolam Athanaſii tomo 1. folio 740. 741. Baſilium, cujus verba recitat Dav. Chytræus pag. 724. in Deuteronom. Pſalmorum liber, quicquid ex omnibus ſacræ & divinitus inſpiratæ ſcripturæ libris fructûs & utilitatis emanat, ſolus complectitur: futura in regno Chriſti prædicit, veteris Eccleſiæ hiſtorias commemorat, tradit leges vitæ benè ac beatè agendæ: & conſulit facienda: & ſimpliciter ac ſummatim dicendo, commune promptuariū eſt ſalutarium doctrinarum, ſingulis verba & remedia ſuis negotiis & curis convenientia & apta ſuppeditans. Hæc Baſil. vide uberius eundem tomo 1. in Pſal. 1. Prœem. Luther. tom. 1. Jen. Germ. fol. 41. b. in Pſalm. 130.

§. 2. Pſalm. 7. pœnitentiales, quando & àquibus primùm ſelecti ſint, quos modò habemus, non uſque adeò liquidò conſtat. Fusè de his agit J. Lorinus in Pſalm. 6. ſub init. varias ſententias recitans.

Lazarus Bonamicus dixit, magis ſe delectari odis Pindari, quàm hymnis Davidis; impiè dixit Italus profeſſor olim. Stephanus integrum pſalterium unâ nocte orando abſolvit: Zwinger. folio. 4154. Theat. Pſallere verò debemus Deo totâ mente, non verbis non intellectis: v. grat. cum moniales pſalmos ſine intellectu cantillant. Pugnat tamen pro his A. Salmero tomo 8. tract. 28. fol. 236. a.

PSEUDOCHRISTI.

Matth. 24, 24. qui ſe mentientur eſſe Meſſias.

Talis Jonathan, peſſimus homo, abducens poſt excidium urbis in Cyrenaicam ſolitudinem, ſigna oſtentans. Hunc Catullius provinciæ præſes ſubegit.

Ben-churiba, vel Bar-choſiba, vel Bar-chobebas ſub Felice Præſide erat Ægyptius Chriſtus, qui quatuor millia Judæorum in deſertum abduxit Actor. 21, 38. Joſeph. lib. 2. cap. 12. de bello Judaic. Idem lib. 20. c. 6. antiq. Euſeb. lib. 2. c. 20. hiſt. Eccl. in Chron. ad an. Chriſt. 52. Id factum tempore Adriani, dixitq́; idem Barchobebas: ego ſum Meſſias; obſeſſus ab Adriano in urbe Bether à milite trucidatus urbe capta. Juſtin. in Apologetic. Non fuerunt duo Barchobebæ, ſed unus, contra falſam Judæorum narrationem. Illum Barchobebam juvit Aquibas falſus Doctor, vaticinium de ſtella eidem adaptans, ut & alia vaticinia. Sicut & Antichriſtus ſuos habet pſeudoprophetas Apoc. 16, 13. c. 19, 20. c. 20, 10.

Ben-chobabh ſub Adriano Imperatore dux rebell. Judæorum, Euſeb. l. 4. cap. 6. lib. Sanhedrim cap. Helech; confer Hieron. de S. fide p. 42. 43. Bucer. in cap. 24. Matth.

Jacobus Melſtinsky, nobilis Polonus ſe pro Chriſto venditavit, Ganguin. tom. 1. rer. Polonicar. pag. 125.

PSEUDO-PROPHETÆ, & PSEUDO-DIDASCALI.

Vid. tit. Prophetæ: it. tit. præcedentem. Falſi prophetæ 1. non à Deo miſſi, Jer. 23.

currebant & non mittebam eos: Joh.10.fures, latrones Jer. 29, 8. 9. Thren. 2, 14. 1. Joh. 4, 1. 2. A Satana ſeducti, mendaciis repleti 1. Reg. 22. ero ſpiritus mendax: Joh. 8. Satan pater mendacii. 3. A ſemita veritatis verbo divino aberrantes, non attendentes verbo 2.Petr.1,19. 20. 4. Falſa prædicantes ſomnia, fabulas Jerem. 23. Eſ.9,15. Jerem.6,13. c.18, 10. c.14. verſ. 14. Mich.2, 11. 5. Sub veſtitu ovium irrepentes Matth.7. v. 15. ad quem ſpectant χρηστολογίαι Rom.16,17. conf. Zach.14,4. omnis exterior innocentiæ ſpecies, in vultu, habitu, ritibus. Huc Æſopi fabula, de lupo ovinâ pelle tecto. 6. Populum ſeducentes Eſa.9,16. Jer. 2,8. cap.5,31. 7. Ebrii furore & inſaniâ Eſ. 28, 7. & obtenebrati Eſa. 29. v. 10. 8. Populum in ſecuritatem præcipitantes Jerem. 14,13. 9. Vitiis immerſi Jerem. 23, 9. Thren.4, 13. Ezech. 22, 25. Zeph. 3,4. Mich. 3, 5. 11.

Exempla Simon Act. 8. Bar-Jeſus c. 13, 6. Bileam Num. 23. Prophetæ Baal 1. Reg. 18, 22. Apoc. 2, 20.

PUBLICANI.

§. 1. A publicis vectigalibus redimendis ita dicti: Iidem dicti Decumani, à decima frugum: Exploratores 1.Regum 10,15. regis mercatores ibid. verſ.28. 2.Chron.1. v. 16. τελῶναι græcis, Hebræis [illegible]נגשי *Officium politicum* eorum, qui vectigalia & tributa exigebant nomine magiſtratus Romani in populo Judaico, qui ſibi libertatem fingebat, odioſam quæſtionem proponebat Marc. 12. verſ. 14. Lucæ 20. v. 22. *Æſtimium:* habebantur pro perditis peccatoribus Matth. 9, 10.11. & cap.11,19. & 18,17. & 21,31.32. Luc.3,12.13. Matth. 5,47.

Honos apud Romanos: equeſtris erant ordinis, Cicero ampliſſimos vocat. *Modus officij:* Decimam frumenti, ſolvendam à ſubditis, publicam certo ære redimebant à Romanis; Horat. epiſtola prima, conducere publica, dixit. Aliàs quoque erat frumentum emtum, quod aratores vendere jubebantur ex SConſulti mandato, quoto pretio venderent: Et æſtimatum, quod in uſum familiæ ſuæ Magiſtratus accipiebat. Publicani etiam dicti, qui publicum opus conduxerunt, faciendumque ſuſceperunt: vide Livium libro vigeſimo tertio ſub finem.

§. 2. Effecta: 1. in genere publicani homines bonis ſuis emungebant Luc. 3, 13. cap. 19, 8. 2. In ſpecie; vitiis dediti erant maximis, avaritiæ, injuſtitiæ, vindictæ, oppreſſionis pauperum; hinc Johannes monuit illos de officio ſuo Lucæ 3. verſ.11. 12. Indigni bonorum conſervatione judicati Matth.9,11. Luc.5,30. capit. 18, 17. cap. 21,31.32. Luc.3. verſ. 12,13. abominabiles Matth.18, 17. peccatores Matth. 9, 10. 11. cap.11,19. Numularii, menſas in publico habebant Marc. 2, 15. Luc.15,29. Matth. 9, 9.

In ſpecie illius fit mentio Lucæ 18. cujus notandi 1. Geſtus: à longe ſtetit in anteriori atrio Joſeph. lib.2. leproſi inſtar, peccatorum ſibi conſcii Levitic. 13. ponderabat inſuper, ſe peccatis ſuis à DEO diviſum eſſe. 2. Oculos in cœlum non ſuſtulit: agnovit ſe eſſe cinerem Geneſ.18. ergo in terram oculos conjecit: Eſræ ſimilis c. 9. item filio perdito Luc. 18. peccavi in cœlum & coram te. Ut David petiit remiſſionem peccatorum Pſalm. 143, 2. ſic publicanus ille.

Amabant Chriſtum Marc. 2, 15. Luc. 5, 29. Exoſi Phariſæis Matt. 11, 19. Luc. 18, 10. Pii in Deum Luc. 7, 29. c.3,12. Matth. 21, 31.

PUDICITIA.

Vid. tit. Caſtitas: it. Virgo: it. Mulier. Pudicæ mulieres Rebecca Geneſ. 24. Judith. 8. Eſth. 5. Suſanna: Maria Luc. 1. Lucretia: Polyxena Priami filia. Cicero: Pudicitia etiam ſigna cohibet impudici affectus.

PUDOR, CASTITAS.

§. 1. Syn. Verecundia. Aliquando idem eſt quod confeſſio, ignominia, quæ eſt peccati conſequens, vid. Peccatum Geneſ. tertio.

Eſt v. pudor metus infamiæ: ſive Imaginatio de Ignominia, ſeu conſcientia turpitudinis. Ariſtot. lib. 4. c. 9. & libro 2. cap. 6. Ethicorum.

Utilis eſt pudor 1.Corinth. 15,34. Eph. 5, 12. 2. Theſſ. 2, 14. maximè, ſi tuam ipſius conſcientiam reverearis. Muſonius: Reverentiâ apud omnes dignus eris, ſi primum cœperis te ipſum revereri. Theognis: Nullus theſaurus melior eſt verecundiâ.

§. 2. *Pudor tegendi corpora* etiam Ethnicis probatus, Zwinger. Theat. fol.87. b.88. a. Fulgoſus l.4. c.5. Camer. part. 2. c. 41. horar. ſubciſivar. Meliſiæ puellæ, cum ſibi ipſis laqueo vitam finirent, nec publicis legibus nec parentum cuſtodiâ tantæ in ſemetipſis ſævitiæ fibula imponi poſſet, magiſtratus ſanxit, ut nudis corporibus ſuſpenderentur, ſi quà ſibi manus violentas injeciſſent; hoc nuditatis pudore revocati ſunt ab hac inſania.

Apud Athenienſes mulieres minùs verecundè incedentes in publico mille drachmis multabantur.

Pudor ob peccata Geneſ. 3. Eſræ 9. erubeſco; ob judicem juſtum & terribilem, coram quo ſiſtimur: Hebr. decimo, grave eſt incidere in manus Dei viventis: Lucæ decimo octavo publicanus ille. 2.Samuel.13. Thamar vitiata ſummo pudore ſuffuſa: Bernhardus ſermone de primordiis, mediis & noviſſimis: de timore. Pudor peccandi laudabilis eſt, vide Bernhardum ſermone ad milites templi capit. duodecimo §. Eſt pudor adducens peccatum. Seneca epiſtol. 25. Nutriendus eſt pudor, qui quamdiu in animo duraverit, aliquis erit bonæ ſpei locus. Plautus: periit cui periit pudor. Bernhardus ſermone ſeptuageſim. octavo. Eſt verecundia pulchra & ſplendida gemma morum, nuncia bonæ indolis &c. Confer Maxim. Tyrium ſermon. 41.

§. 3. Sed *pudor confitendi peccata* in vitio eſt, Pſalmo 32. poſtquam tacui inveteraverunt oſſa mea. Sic *pudor mutandi pravam ſententiam.*

vid.

vid. Augustin. epist. 48. conf. Sir. 42. vers. 18. 19.

Pudor verò Crucis Christi delevit peccata vid. Ambros. in Ps. 43, 16. qui ita: Est confusio, quæ peccatum abolet, ut confusio crucis Domini nostri Jesu Christi, per quem peccata mundantur.

Pudor crucis nos non afficiat (puta tribulationis) Nazianz. Jamb. 23. Est decus summũ pietatis ergo ferre dedecus. Evangelii non pudet Roman. 1. v. 16. opponit hoc Apostolus 1. mundo contemnenti Evangelium, quod non sapiat humanam sapientiam: 2. accusanti, quod obscurum esset 2. Cor. 4. 3. abjicienti ceu rem vilem, abjectam & inutilem: 4. commendat Evangelium, quod sit Christi, ratione causæ principis; ratione materiæ lætum nuncium; ratione amplitudinis objecti, Græcis & Judæis; salutare rat. efficaciæ.

Quos debeat pudor occupare? Sir. 42, 20. 29. c. 43, 1. confer supra tit. Confusio. Suntque sedecim. 1. Fornicatio. 2. Inobœdientia. 3. Pigritia. 4. Iniquitas à synagoga & plebe. 5. Injustitia. 6. Furtum. 7. Incredulitas. 8. Inhonesta convivatio. 9. Obfuscatio dati & accepti. 10. Negata salutatio. 11. Contemplatio mulieris fornicariæ. 12. Cognati despicatio. 13. Negata restitutio. 14. Conjugis alterius contemplatio. 15. Intemperata amici objurgatio. 16. Doni exprobratio.

§. 4. *Oppositum*, Impudentia: maximus in homine morbus. Euripides in Medea: est dux ad mala maxima & turpia. Xenoph. l. 1. de Pædia Cyri. Tragicâ morte sæpè expiata vid. Fulgos. lib. 6. cap. 1. de Timoclea Thebana fœmina; & alia: Confer titul. Scortationis pœnæ.

Impudentia Adamitarum, nudis corporibus incedentium. V. Bonfin. Decad. 3. lib. 2.

PUERITIA.

§. 1. Pueri sic dicti quasi *puri*: Varro. Multiplex pueritia: Puer (1) *ætate & mortalitate*, Heb. 2. ut pueri. (2) conditione, v. g. famulus, servus 1. Sam. 25. Uni de pueris: Actor. 4 per os pueri sui David. Esa. 37. pueri blasphemarunt: (3) Disciplinâ propheticâ Esa. 8. ecce ego & pueri; sic Joh. 21. v. 5. Confer Matth. 12, 18. Esa. 42. v. 1. Matth. 8. v. 6. Luc. 7, 2. 3. Esth. 1. v. 3. Exod. 33, 11. puer ff. de verb. significat. Ambrosius l. 1. c. 9. de Abraham. (4) *Sensu* & inscitia 1. Corinth. 14. pueri sensibus ne sitis; hinc puer centum annorum Esa. 65, 20. Ephes. 4. ne sitis amplius pueri. (5) simplicitate 1. Thessal. 2. v, 7. Matt. 18, 3. Clemens Alexandr. in pædagog. libro cap. 5, 6.

§. 2. Signa pueritiæ sunt signa ingenii futuri, Prov. 20. v. 11. Julianum olim fore Tyrannum Christiani ex gressibus & supercilio puerili facilè præviderunt. In Christo indoles facilè se prodit Luc. 2. Heliogabalus puer multa mala Romæ fecit, novos cultus instituit Aurel. p. 170. epit. Baronii. Puer Athenis cornicum oculos effodiens capite multatur ab Areopago, Quintilian. libro 5. cap. 9. orator. institut. Cæsar Otto, mirabilia mundi dictus, puer duodecennis ad Majestatem Imperii evectus. Elias Propheta infans, lactens flammas ab uberibus matris rapuisse, visus. Formicas ori Midæ Phrygis tritici grana intulisse, quòd ditissimus futurus esset. Platonis in cunis jacentis labiis apes insedisse Valer. libro 1. c. 6. Hercules in cunis serpentem tenellis digitis strangulavit. Servio puero adhuc dormienti, circa caput flamma emicuit.

Puer XII. annorum Christus. Videtur nõn nemini hoc tempus olim definiisse Judæos, admittendis ad sacra pueris: & puer tredecim annorum pœnis obnoxius erat: AbenEsra in Gen. 17. v. 14.

Ob pueros etiam venit filius Dei Matth. 18. nam & pueri perierant. Custodiuntur ab angelis d. l. mœnia ob pueros Deus erexit, Chrysostomus homilia decima. A Christo amantur Marc. 9. vers. 36. qui pro eis oravit Matth. 19. vers. 13.

Non contemnendi Matt. 8, 2. Marc. 10. v. 14. sunt enim DEO accepti: suscipiendi, ibidem: feliciter educandi; pulchrè Chrysostom. homil. 60. in Matth. & 61. in eundem: invehitur in negligentiam parentum, pueris de Pædagogia non prospicientium. Non *scandalizandi* Matt. 18. ad Christum adducendi. Eorum ingenia exploranda & investiganda. Liberaliter quoque sunt habendi: memoria eorum exercenda: abstinendi præprimis à tribus (α) ab obscœnis colloquiis: (β) sodalitiis perversis: (γ) mendaciis. Recreandi sunt laborum nonnunquam remissione.

§. 3. *Virtutes* puerorum atque ea quæ ipsis laudem conciliant & nobis imitanda: 1. Innocentia, quam commendat Hieronymus libro tertio Commentar. in Matthæum §. non præcipitur Apostolis. 2. *Ignorantia malitiæ*, confer 1. Petr. 2. v. 1. Ambrosius in cap. 18. Lucæ: cur pueros aptos dicit esse regno cœlorum? fortassè, quia malitiam nesciant: fraudare non norint, referire non audeant, scrutari ignorent opes, honorum ambitionem non appetant; confer Clementem Alexandrinum libro primo Pædagog. 3. *Mansuetudo*, & submissio animi: quæ est in pueris nobis exemplo, etiam è Christi monito Matthæi 11. vers. 29. cap. 18. vers. 2. 4. Urget Clemens Alexandrinus libro 1. Pædag. capite 5. vocem νήπιος: condonant facilè iis, qui ipsos læserunt, observante Chrysostom. homilia 63. 4. Obsequium & verecundia: Hieronymus in verba Jerem. 1. vers. 2. puer sum, loqui nescio. Ambrosius libro de Abraham 5. Securitas, vivunt sine sollicitudine, omnia parentibus committunt: nos DEO curas nostras Ps. 37. 6. Humilitas Matt. 18. v. 2. honores non appetunt. 7. Charitas, erga omnes eadem est, odium illis non inhæret, obliviscuntur injuriarum, Seneca epistola centesimânonâ. Ut ex amphora primum quod effunditur, sincerissimum est, turbidum quodque subsidit: sic in ætate nostra primum quod est, optimum est.

§. 4. *Vitia:* 1. amor lusus, vid. August. l. 1. c. 9. 10. confession. 2. garrulitas: 3. odium educationis: 4. ira velox: 5. humi volutatio, reptatio. 6. stultitia. 7. oblivio. 8. inscitia regiminis sui. 9. Lusus etiam in morte parentum.

Citò transit pueritia: sicut navigantium oculis montes urbesque celerrimo navis cursu citiùs eripiuntur. Sunt pueri ut poma immatura, quæ adhuc cruda vel ab arboribus evelluntur. Ut ii, qui è vinculis emissi, licentiùs vagantur, sic pueri sine præceptore. Similes argillæ vel luto, quod quamvis imaginem facilè sequitur, quæ imprimitur ei manu fingentis.

PUERPERA. *v. Prægnans.*

PUGNO. *v. Certamen, Militia.*

Pugna foris 2. Corint. 7. v. 5. notat hostiles impetus mundi & hostium verbi divini, insidias, machinationes. Visi olim juvenes pugnare in candid. paludamentis, equis coccineis. Justinus libr. 20. cap. 3. Florus libro 3. capite 11.

PULCHRITUDO.

§. 1. Varia est: 1. vera vel falsa sive apparens: vera non apparet exterius, sed hominem flectit ad obtutum internum Gregor. Nazianzen. orat. cum reverteretur ex agro. 2. Increata, quæ in Deo est, & creata: 3. Animi & corporis: Animi pulchritudo est virtutis. 4. Christi pulchritudo est (α) Deitatis, Cantic. 5. Dilectus meus &c. caput notat gratiam & bonitatem, capilli consilia vigilantissima, oculi mansuetudinem, genæ virtutes in Christo, vid. Ott. Casman. p. 19. speculi pulchritudinis: deduc per omnia idiomata: est mons invariabilis, lux inextinguibili, pax imperturbabilis. (β) Humanitatis, respectu animæ & virtutum ejus, cap. 3. Casman. pulchrit. speculi: vid. patientia, sapientia, fortirudo corporis. Conf. de hominis pulchritudine Basil. homil. de creatione hominis. Caput Christi, facies, manus, omnia in Christo pulchra. (γ) Officii, quia est pastor, pater, frater, dux, præceptor, magister, Immanuel, creditor, hospes. (δ) Respectu sponsaliorum cum Ecclesia, Cant. 4. tota pulchra es, formosa Joh. 3. Apoc. 19. Ose. 2. Psalm. 45. sponsam eligit, amat, ut pastor, opifex, Dominus. Sponsa tamen turpis est peccato Ezech. 16. abluit eam Christus, unit eam sibi, adhæret. Arrhæ & donationis mysticæ 2. Corint. 1. consensu parentis instit. Johann. 3. vers. 16. Ose. 2. Jerem. 31. Exech. 36. spargam. Repromissionis sponsæ: Dotis, quæ est justitia, charitas Christi cum omnibus donis. Acceptatio & tractatio sponsæ fit 1. Balnei præparatione (baptismi) 2. Vestis nuptialis donatione: 3. coronæ gloriæ. 4. Vitta aurea, Dei præsidium; 5. torques, virtutes Spiritus Sancti: 6. Annulus est Spiritus S. 7. Baltheus, amor Dei: 8. Crepidæ sunt obœdientia sponsæ. Nuptiarum agni pulchritudo vid. tit. Nuptiæ.

§. 2. Corporis pulchritudo admodum fragilis est, juxta illud: *Forma bonum fragile est, quantumq; accedit ad annos: Fit minor & spatio carpitur illa suo.* Simile: Homo pulcher est bulla, facilè transiens: paries gypso dealbatus, intus tamen ruinosus & nutans: flos citò marcescens, Psal. 103. homo est sicut flos. vid. Camer. part. 1. c. 10. hor. subcisiv. Communis est homini cum arboribus, densis foliis; vineæ per terram repenti, Pavoni: Chrysost. homil. in Psalm. 50. Destruitur ab hominibus: maximè qui pulchras depereunt formas; non secus ac si flores in horto vel arbores elegantes dissiparet.

Effectus & consequens est amor, desiderium, gratia, ut Estheræ pulchritudo Esther. 3. non tamen semper. Cyrus Pantheam formosissimam captivam videre recusavit, Zwinger. folio 61. b. §. Cyrus. Contra Amnon captus est pulchritudine sororis 2. Sam. 13. vers. 1. Diogenes Cynicus videns juvenem formosum turpia patrantem, dixit: E vagina eburnea plumbeum gladium educis.

§. 3. Pulchritudo non nimis amanda: 1. est enim anima amantis in re pulchra adamata, non corpore; juxta illud: Anima plus est, ubi amat, quàm ubi animat. 2. Sæpè adscititia est pulchritudo, arte & fucis quæsita, Hieron. Epist. 8. Basil. in Hexaëm. 3. Terra est stercus, quod homines urit, ut rectè ait Chrysost. orat. de pulchritud. & uxore. 4. Pulchra forma si non sit casta, est sepulchrum dealbatum, Chrysostom. in Psalm. 50. 5. Cogita fœdum cadaver futurum, quod ob pulchritudinem amas, Gregor. lib. 1. 6. moral. conf. Æneam Sylvium epist. 106. Ideoque cultui corporis externo non est studendum (α) à falsitate cultus hujus: est enim vera solum pulchritudo in mente Dei agnitio, castitas in corpore, charitas in corde, Clemens Alex. l. 3. Pædag. c. 1. (β) Ab exemplis. Ethnicis Poëtis exosus fuit cultus: (γ) A comparato; ut templa Ægyptiorum magnificè sunt instructa, sed intus non verum Deum, sed felem, crocodilum colunt; sic &c. (δ) à damno: propria pulchritudo perditur, externa induitur, affertur damnum maritis. (ε) A collatione: majus est damnum & peccatum cultus, quàm ebrietas. (ζ) Ob insufficientiam: Pactolus auri fluvius non satis est sumtibus cultus; ebrius tandem saturatur. (η) Quæritur theatrum & spectatorum multitudo à fine: (θ) à turpi; avis contenta est suis coloribus, non sic homo, qui à DEO creatus est: (ι) Ab effectu; cultus causat impudicitiam lib. 3. cap. 2. pædag. Clem. Alex.

PULLUS.

Pullum alligare ad vitem Gen. 49. de Messiæ gloria ac gratiarum ubertate exponit Luth. in h. l. Solvere pullum Athanas. tomo 1. f. 777. oper.

PULSO.

1. Deus pulsat Apoc. 3. Ecce sto ad ostium & pulso: Viatori se Christus comparat, pulsat nos per Syntheresin conscientiæ, bonam vitam ostendendo: scripturam monendo, quæ declarat mandata: prædicatores, qui monent, minantur, promittunt: pauperes, qui petunt à nobis Eleemosynas. Ipse Deus pulsitat interius inspiran-

ſpirando & cor flectendo Luc. 12. 2. Homo juſtus, orando Matth. 7. 3. Diabolus tentando.

Quomodo v. Deus pulſat? 1. lege; 2. cruce; 3. morte.

PULVINAR.

Pulvinaria olim ſtrata ſunt in Honorem Deorum tempore plagarum, peſtis, Liv. famis, Horat. Od. 37. l. 1. Vide de pulvinari Jovis, Herodot. fol. 98. Facere pulviniaria Ezech. 13, 18. v. Miniſter.

Pulvis homo Geneſ. 18. in pulverem reverſurus, Eccl. 12.

PUMILIO.

Vide Johann. Raviſ. Textor. column. 444. officinæ.

PUNIO. *v. Pœna, Plaga.*

PUPILLUS. *v. Orphani.*

Pupilla oculi: Zach. 2. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi.

PURGATIO & Purificatio.

Varia eſt & multiplex:

§. 1. I. Divina, quæ à Deo ipſo proficiſcitur. Purgat verò Deus (α) per verbum Johann. 15. (β) per crucem & tribulationem Pſalm. 66. 1. Petr. 1. (γ) fidem in JESUM Actorum 15. (δ) CHRISTI ſanguinem 1. Joh. 1, 7. Hebr. 9. (ε) mortem à veneno peccati: (ζ) baptiſmum Epheſ. 5, 25. (η) cœnam, mundo illo vitæ pane & aquâ vivificâ mundamur: (θ) mortem; hac enim tollitur carnis jam cinefactæ impuritas. Purgat Meſſias, 1. igne verbi, 2. zeli, 3. exemplo vitæ.

§. 2. II. Humana, quæ ab hominibus fit. Eſtq; [1] veterum atque Ethnica, v. gr. Homicidæ ſe purgabant Cereris ſacris: ſic Hercules ſe purgaſſe commemoratur, etſi dubitent alii, nec abs re; Habebant enim è doctrina Platonis libr. 34. dialog. 7. animas homicidarum ad inferos detrudi, ibique ſupplicia paſſuros eſſe, niſi divinæ juſtitiæ expiarentur: ſic è bello reverſi ſe purgabant aquâ Æneid. 2.

Me bello & tanto digreſſum & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

Vel ea aſpergebantur, ceu luſtrali, 4. Æneid.

- - ter ſocios pura circumluit unda
Spargens rore levi.

Fuitq; differentia inter ablutionem & aſperſionem, teſte Macrob. l. 3. capit. 1. Saturnal. Vel ſulphure, igne, aquâ, Ovid.

Terque ſenem flammâ, ter aquâ, ter ſulphure luſtrant.

Addito ſuffitu lauri, cum ſe à cæde hoſtium purgarent, Plin. l. 15. cap. ult. Confer. Theatr. Zwing. f. 20. b. §. Venditione. Parricidia non purgata, imò nec purgari poterant: Teſtatur Suetonius de Nerone, cum fruſtra molitum fuiſſe purgationem à matricidio, in Neron. capit. 34. confer ſupra Mundus, a, um.

§. 3. [2] Superſtitioſa purgatio, id eſt, in faſcinoribus dubiis innocentiæ facta exploratio. Fiebat olim 1. per aquas, ferrum candens &c. ſi nempe novem ignitos vomeres portaſſet, nec tamen ab his læſus fuiſſet; Bald. de pace tenenda §. ſi ruſticus: c. Mennam. c. conſuluiſti 2. q. 5. c. Extrav. de purgation. cap. final. de purgatione, Valus. 2. Per duellum, cum actor & reus paribus armis inter ſe concertabant: prior occiſus nocens fuiſſe judicabatur c. 1. de purgatione vulgari l. unic. c. de gladiatoribus. 3. Per aquam ferventem, cui reus manum immittens ſi illæſam levaſſet, inſons judicabatur P. D. d. l. 4. Per frigidam aquam, cui reus ſuperinnatans judicabatur innocens eſſe. Paterni adulterii crimen infans Rheno impoſitus detergere judicabatur apud Celtas. 4. Per bovem æneum, cujus hiantis faucibus is, qui adulterii ſuſpectus erat, manum inſerebat additis deprecationibus & obteſtationibus, ut dextra ipſi amputaretur, ſi nocens eſſet. 5. Per cribrum, quo olim aquam è Tyberi hauſtam in ædem Veſtæ detulit Tuccia inceſti criminis ſugillata, Valer. Max. libr. 8. capit. 1. 6. Per navim ingentem, quæ magnæ matris Idæ ſtatuam advexerat, & nullâ vi ventorum, aquæ contorum moveri poterat: Et tamen filo ſerico ſequax reddebatur. 7. Per radices Achamenidis in paſtillos digeſtas, quas interdiu vino propinabant: hæ noctu excitatis cruciatibus horrendis ad confeſſionem homines adigebant. 8. Per aquam, ſal, ceram, benedictas; imaginem crucifixi &c. Vid. Sprenger. Monach. part. 3. mallei q. 15. 9. Per fontem Paliſcorum in Sicilia juraturi ea, quæ affirmare volebant tabulis inſcripta in fontem injiciebant, quæ ſi vera, ſupernatabant; ſi falſa, mergebantur, & flamma exiliens perjurum exurebat. 10. Per Palici Crateres, ad Paliceni Siciliæ urbem natura factos, è quibus ſcintillantes flammæ exilerunt, quæ perjuris vel viſum vel vitam adimebant Carol. Stephan. in Dictionar.

§. 4. Rejiciendæ omnes hæ purgationes, (α) quia à Deo nuſpiam præceptæ: (β) prohibitæ Matt. 4. Non tentabis Dominum Deum tuum, c. Monomach. 2. q. 4. (γ) à diabolo natæ c. Mennam. 2. q. 4. vel. 5. (δ) Homines decipiunt & ludificantur c. ſignific. de purg. vulg. Sprenger in mall. part. 3. q. 17. in fine refert, magam quandam per tres paſſus candens ferrum portaſſe & adhuc per tres. Jamblichus imperatoris Valentis ſucceſſorem divinaturus (Alphabeti literæ per ordinem pulveri inſcribebantur, ſingulis ſingula grana inſternuntur, adjuratur gallus gallinaceus, qui depaſtis à ſe granis literisque nudatis rem petitam ſignificabat) cum gallus ex litteris θ ε ο δ grana ſuſtuliſſet, quæ de Theodoſio, Theodoro, Theodecte & aliis accipi poſſent, omnes hi ab Imperatore inſidiarum metu trucidati ſunt. (ε) Rejectæ tandem à Chriſtianis, Saxonite Land-Recht libro primo articul. 63. in gloſſ. german. articul. 21. graphicè Weichbild articul. 35. quadrageſ. primo.

3. Canonica purgatio infamatorum ex delicto est innocentiæ ostensio: sic dicta, quod canonibus instituta sit.

Festum Purificationis

Institutum à Papa Sergio, anno Chr. 680. ut in eo candelæ consecrarentur ad abigendum Satanam, Dresser. c. 4. de festis: Durand. lib. 7. c. 7. num. 14. p. 437. Rationalis.

PURGATORIUM.

§. 1. I. Pontificium, pro quo pugnatur variis scripturæ locis Matt. 5. 22. seq. c. 12, 32. Luc. 22, 59. 1. Cor. 3, 16. Phil. 2, 10. 2. Tim. 1, 18. 1. Joh. 5. v. 15. Apoc. 5, 3. 13. His à nostris responsum est sæpissimè non minus quàm solidissimè: vid. nostrum Gerhard. Chemnit. Meisner. opusc. de purgatorio & alios.

II. Platonicum: fingebant Platonici, sub finem mundi omnia igne quodam purganda esse. Hanc sententiam postea quidam Doctorum Ecclesiæ scriptis suis infarserunt, ex quibus postmodum natus est indoctis lectoribus purgatorii ignis.

§. 2. III. Christianum, est præsens vita, plena cruce & calamitatibus variis Psal. 66. intravimus aquam & ignem, &c. 1. Petr. prim. ut fides vestra, &c.

Finis purgatorii, ut satisfaciant homines, Gerson. part. 2. f. 33. lit. M. Atqui in hac solùm vita locus est remissioni peccatorum Augustin. 124. in Johan. duo solùm post mortem sunt loci Aug. tom. 7. lib. 5. hypogn. §. Primum enim locum: non dari locum medium: qui non est apud Christum, hunc esse apud Satanam libro primo de pecc. meritis capit. 28. Frustra quoq; erit absolutio ab omnibus peccatis, si quædam adhuc peccata supersunt in purgatorio luenda.

Pœna ejus superat omnia Martyrum tormenta, Granatensis in duce peccator. p. 404. Dionys. Carthus. p. 177. & p. 224. 257. de quatuor novissim. Jacob Bayus lib. 1. pag. 244. b. §. Huc etiam. Instit.

Serò cognitum in Ecclesia fatetur Johannes Fischerus Roffensis contra articulum Lutheri.

PURIM.

Festum sortium: Haman enim sortes conjici jusserat, quisnam dies cædi Judæorum destinandus esset: Legitur solum sex vicib. Esth. 9, 29. 23. 26. 28. 31. c. 3, 7.

Nec malè hoc festum Judæorum cum sacro Novi Testamenti pascha contuleris: etenim infernalis Haman Christo resurgente & suos ab æterna morte asserente, occisus, patibulo crucis affixus & triumphatus est, Colossens. secund.

PURPURA.

Vestis olim sacra regibus, Cæsaribus: his electis purpuram induebant Romani; vide Flavium Vopiscum in Aurelian. & Saturnio: ex quo ritu fors illud est Marc. 15. v. 17. 20. Huic opponi videtur pura toga, ἀπόρφυρος dicta, sine purpura.

Vid. Plinium l. 9. c. 38. Pancirollam part. 1. titul. 1. memorabil. Antiq. Chrysost. hom. 45. in Joh. Impios corpus Christi verè accipientes comparat iis, qui regis purpuram lacerant. Facit omnino hic locus pro nostra, de impiorum manducatione, sententiâ. Humanitatem adorari ut purpuram, minus orthodoxè dici à Calvinianis, demonstratum disput. 24. Collegii Christologici.

Refert Ammian. Marcellinus, eos, qui purpuram gestarent, criminis læsæ Majestatis accusatos fuisse Panciroll. d. l. Purpuræ sanguine literas scribebant Imperatores Græci: Nicet. libr. 1. de vita Immanuel: Deus sanguine Filii purpureo nomina nostra cœlo inscripsit: Luc. 10. Esa. 4. omnis, qui inscript. &c.

Purpurissa Chrysostomo fucus dicitur & color, quo genas tingebant mulierculæ, Orat. de pulchritudine.

Purpureum paludamentum olim Imperatoribus dabatur, in aciem prodituris. Sic quoque purpurâ Christus, pro nobis conflicturus, fuit indutus. Luc. 23. v. 2.

PUSILLANIMITAS. *v. Fortitudo.*

Huc refer eos, qui Esa. 35, 4. describuntur. Pusillamines 1. *ob peccata sua*. 2. *ob Idololatriam* Ethnicam & Judaicam. 3. *ob generis distantiam*. Erant enim inter hos multi Gentiles Ephes. 2. peregrini à familia Israël. 4. *ob pericula varia*, quæ Christi Confessores manent.

Exempl. Petrus, Christum abnegans. Philippus Melanchthon in causa fidei contra Calvinianos; vid. D. Affelmann. de Philippismo fugiendo. Arsatius Schoferus metu Sophistarum Ingolstadiensium 1523. ab Evangelio defecit.

PUTEUS.

Puteus scripturæ sacræ præfiguratus per puteum Num. 21. vers. 16. juxta Hieron. homil. 12. in Numer. Augustin. tract. 15. in cap. 4. Johan. 1. Hunc fodierunt Moses & Prophetæ; 2. Christus illum aperuit puer duodecennis Lucæ secund. & Samaritanæ mulieri, Johann. quart.

PYRATÆ.

Famosi. Icarion, Minas tempore Sexti Pompei; atque hic Sextus Pompejus Pompei Magni filius ipse pyrata fuit; vid. porro Zwinger. in Theatr.

Certè spiritualis pyrata Satan est, in pelago mundi naves (animas) spiritualibus mercibus refertas persequitur ac rapere molitur.

PYTHO.

Pythones Actor. 16. v. 16. dicti ab Apolline Pythio, qui Draconem Pythonem in Insula Delo confodisse scribitur, vid. Coel. Rhodigin. lib. 16. c. 19. Alii, ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι seu πύθεσθαι, hoc est, consulere, interrogare. Mirãda cœcitas Gentilium! apud hos divinatrices mulie-

mulieres divaricatis cruribus per genitalia impurum ſpiritum admittebant, quo agitatæ ſpumantes ora, divinabant (Seneca in Oedipo: Virgil. 6. Æneid. de Sibylla loquens) & obſcura verba ſtridulaque proferentes. Vide Theodoret. de curand. Græcor. affectionibus. Dicti quoque hi vates ἐγγαστρίμυθοι q. qui ventre verba proferant: Auguſtin. lib. 2. c. 23. de doctrina Chriſtiana: Oecumen. in Act. 16, 16. Adde Cœl. Rhodigin. lib. 8. c. 10. Antiq. lection. in Syro textu קצמא divinatio.

Pytho puella in templo olim Apollinis oracula fundebat, quod omnium regum ac populorum ampliſſimis donis ornatum fuit: confer Diodorum Siculum, Strabonem libro nono.

Q.

QUADRAGESIMA.

§. 1. Multiplex: 1. pluviæ diluvianæ Gen. 7, 12. quæ monet de longanimitate Dei: non enim protinus ſed pedetentim aquæ cœlo delapſæ homines inundarunt. 2. Legis promulgatæ; quadrageſimo nempe die, poſt egreſſum ex Ægypto populum, lex data. 3. Unctionis Jacobi, quâ pœnitentiam noſtram adumbrari, & peccatorum noſtrorum ſepulturam, tradit Auguſtinus Gen. 50, 1. vid. infra, Sepultura, Unctio. 4. Moſaicæ converſationis & convivationis Exod. 24. verſ. 18. imago æternæ noſtræ cum Chriſto converſationis 1. Theſſ. 4. v. ult. Joh. 17. ubi ego ſum &c. Coloſſ. 3. erimus in gloria. 5. Jejunii Moſaici Exod. 34. ut & Eliæ: 6. Exilii Iſraëlitici in deſerto Pſ. 95, 10. cujus cauſæ [α] peccatorum punitio Num. 11. [β] gloriæ Dei manifeſtatio in deſerto. 7. Jejunii Chriſti Matt. 4. cauſas hujus vide infra: vid. tit. Chriſtus. 8. Manifeſtationis poſt reſurrectionem Actor. 1. 9. Verberum Pauli 2. Cor. 11. 10. Devaſtationis urbis Jeruſalem, quæ 40. poſt aſcenſum Chriſti annos inſecuta eſt. 11. Jejunii veterum: frequentatum quidem non ſub opinione meriti, cultûs, neceſſitatis; ſed ob pædagogiam externam & abſtinentiam. De primo autore variant Doctores, vid. Contradict. Pontificias; Jus Canon. diſt. 4. c. Statuimus, Teleſphoro attribuit, vid. ſupra voc. Jejunium.

§. 2. Veteres in jejunio multa mutarunt: Maldonat. in Summula q. 23. hoc fatetur: docet, jejunium propriè nihil eſſe comedere: tale jejunium Moſis, Pauli & aliorum, ſine cibo & potu. Secundum genus jejunii inter monachos uſitatum, nihil igni admotum edere, ne panem quidem. Tertium fuit panis & aquæ: Quartum magis fuit delicatum, conſtans ex oleribus & leguminibus. Joh. Azor. libr. 7. inſtit. c. 21. §. Certè: Certè (dicit) negari non poteſt, conſueta Chriſtianorum jejunia carnium eſu & vini potu caruiſſe; at verò jam in more poſitum eſt, ut cum piſcibus, herbis, fructibus, vino ſimiliter utamur.

Patet ex his, novum jejunii modum in Eccleſiam irrepſiſſe. Rectiùs Eraſm. Paraph. in 1. Cor. 8. docet, nullum cibi genus præſcribendum eſſe. Queritur inſuper Jeſuit. Perer. in Danielem: plurimos in jejunio perfectionem ſtatuere, hominum laudem aucupari, falſa dogmata ſimplicibus perſuadere: ſic & Caſſander conſult. art. 16.

§. 3. Errores circa jejunium quadrageſimale eorum, qui ſtatuunt 1. mortaliter peccare, ſi quis non integrè jejunet: 2. hæreticum eſſe, veſci carnibus: 3. præciſè ad certum tempus jejunium adſtringendum eſſe: quod & rejicit Auguſtinus epiſt. 86. ad Caſulan. Quibus diebus non oporteat jejunare & quibus oporteat, præcepto Domini vel Apoſtolorum non invenio definitum. 4. Per jejunia nos mereri remiſſionem peccatorum, Bellarm. lib. 2. c. 11. de bonis Operibus. 5. Eſſe illud neceſſarium cultum, cum ſit liberum exercitium & olim fuerit, donec Greg. VII. ſub peccato mortali illud injunxit. 6. Eſſe jejunium, ſi quis à certis abſtineat cibis: cum jejunare propriè ſit ab omnibus cibis abſtinere: nullum verò jejunium ſi quis precioſis piſcibus & condimentis ſeſe farciat, carpſit hoc Joh. Hoffmeiſter in c. 4. Lucæ. 7. Volutare ſe in luto peccatorum, & tamen jejunium prætendere, ſic illi Eſai. 58. 8. Errare nos cum Joviniano; cujus tamen ſententia toto cœlo differt à noſtra, quod ſæpiuſculè à noſtris oſtenſum eſt.

§. 4. Præcipua officia noſtra circa tempus quadrageſimale: (α) agrum cordis noſtri arare Jerem. 4, 4. (β) ſemen pietatis & devotionis facere: (γ) lachrymas effundere pœnitentiæ, ut circa hoc tempus arbores humorem induunt: (δ) evellere ſpinas peccatorum ex agro cordis: (ε) à tentationibus Satanæ nobis cavere Matt. 4, 2. Cor. 11. Epheſ. 6. (ζ) ſolitudinem pœnitentiæ ingredi: (η) proſpicere nobis de cibo ſpirituali, cujus virtute exilium vitæ hujus ærumnoſæ emetiri liceat; ſicut Elias cibo refectus fuit, quem Angelus ſuppeditavit 1. Regum 19. verſ. octavo.

De numero quadragenario plura lecturum remittimus ad Iſagogen S. Pagnini Lucenſ. Lauret. in Sylva allegoriar.

QUADRAGINTA

Martyres, vid. Baſilium oration. peculiari in hos.

QUADRANGULARIS

Forma Apoc. 21, 16. urbis notat ordinem & pulchritudinem ejus, ut ſolent egregiæ urbes certâ proportione limitari, ut de Babylone refert Herodot. lib. 1. de Ninive, Diodor. Siculus lib. 3. Longa eſt urbs ob durationem gaudiorum; lata ob extenſionem eorum; æqualis, quia æqualia erunt vitæ æternæ gaudia, nunquam abſorbenda, terminanda nunquam.

QUADRANS.

§. 1. 1. Diei; 2. hominum; 3. nummi; minimum genus, quô plebeji olim lavabantur; apud Poët.

—— —— *nondum ære lavantur.*

Matt.

Matt.5. verſ.28. Marc. 12. v. 42. quadrantem ultimum ſolvere, eſt, pro ſummo jure cum quoquam agi. Auguſtinus ſerm. 1. de verbo Domini in monte, vel minimam portionem debiti ſolvere; id v. homini impoſſibile. Hinc illud: non exibis: explicant nunquam exibis, Gloſſa interlinear. Thomas ex Beda, Carthuſ. Lyra: D. Stella, Tolet. Maldonat. Janſon. Barrad. apud Gerhard. noſtr. art. 9. de Purgator. tom. 3. Confeſſ. Cathol.

QUADRATA.

Figura pectoralis Exod. 28, 16. c. 39, 9. altaris c. 27, 1. c. 38, 2. c. 32, 2. c. 37, 25. rectitudinem cultus ſubindicat.

QUADRIGÆ.

1. Cant. 6, 11. myſticæ, ſunt gubernatrix, doctrix morum, cuſtos, præco in Eccleſia, per quas Sulamitha intelligitur; hæc verò eſt currus beati ſui populi: in hoc curru Chriſtus ipſe rex ſedet Ezech. 5, 15. c. 10, 9. Pſal. 68. & miniſtri & prophetæ currus Iſraël 2. Reg. 2, 12. & c. 13, 15. alii Evangeliſtas intelligunt.

2. Bellicæ, de quibus ſæpè in ſcriptura.

3. Propheticæ Zach. 6, 1. 2. 3. de Angelis, urbem Jeruſalem defenſuris, ut rectè F. Junius in h. l. notat.

QUÆRERE.

§. 1. I. DEI: is dicitur quærere, cum exercet varia juſtitiæ & bonitatis ſuæ opera, v. g. cum officio alicui quempiam deſtinat 1. Sam. 13, 14. in gratia conſervat Pſ. 119, 176. peccata noſtra examinat & viſitat Job. 10, 6. Pſ. 10, 8. Zach. 12, 9. Joh. 8, 50. ſalutem noſtram quærit Ezech. 18. vivo ego &c. quærit verò inſtar paſtoris oves; ovis, quæ agnas ſuas quærit; matrisfamilias, quærentis amiſſam drachmam: Sap. 8, 2. ſapientia quærens circumit dignos ſe.

§. 2. II. Eccleſiæ: hæc quærit Deum, Chriſtum ſponſum, Cantic. 3, 1. 2. c. 5, 6. 17. fit autem hoc 1. affectu: 2. deſiderio, quo ardet ſummo erga ſponſum: 3. ſtudio, quo ardemus, Deo placere & ejus beneplacitum cognoſcere: 4. totâ fiduciâ in eo recumbere: 5. ſemper Deum in corde & oculis gerere: 6. non ſeipſum nec ſua quærere, ſed ea ſolùm, quæ DEI ſunt: 7. voluntatem Dei religioſè obſervare: 8. gratiam à DEO exorare & auxilium ejus implorare 1. Chron. 16, 15. Pſ. 105, 4. Eſa. 55, 6. Amos. 5, 4. 6. Sophon. 2, 3. Qui ita Deum quærit, eum invenit Deuter. 4, 29. 1. Chron. 29, 9. 2. Chron. 14, 7. c. 15, 2. Eſr. 8, 22. Pſ. 9, 11. Eſa. 45, 19. Jerem. 29, 13. Thren. 3. v. 15. multa bona accipit, vitam cordis Pſ. 22. & 39, 34. exauditionem orationis d. l. v. 35. gaudium Pſal. 70, 6.

§. 3. Ubi verò quærendus Deus? ubi Chriſtus quærendus? 1. non in Ariſtotele: 2. non in ratione: 3. non in incredula urbe Jeruſalem: 4. non in palatio Herodis: 5. non in ſanctorũ exemplis, in legendis aureis deſcriptis: 6. non in ſanctorum apparitionibus: 7. non in Patrum explicationibus & ſententiis diſcrepantiſſimis: 8. non in foro mundi nequam, ſed in ſolo Dei verbo: in Eccleſia & Bethlehem Mat. 18. ubicunque duo aut tres &c. in Sacramentis: in corde mundo & fideli Eph. 3. Chriſtus habitat per fidem in cordibus: in ſocietate humilitatis & veritatis Lucæ 2. in medio Dd. Chriſtus.

§. 4. III. Hominis: qui variè quærit, vel bonum, quod Deus præcepit; vel malum, quod idem prohibuit, vel aliud aliquid. Hæc patent è diligenti concordantiarum collatione, & ſuis ea locis infarciuntur pro ratione materiarum v. gr. quærere DEUM titul. de orat. juſtitiam DEI vid. tit. juſtificatio: opes vid. Avaritia, item Divitiæ: gloriam vid. Ambitio, & ſic deinceps: animam, vid. tyrannis: item Perſecutio: & ſic deinceps.

Quærere regnum Dei: Matt. 6. v. 33. ſectari animi ſtudio, quæ ad gloriam DEI ſpectant. Quomodo fit? 1. DEUM ſuper omnia amando eique credendo: 2. verbum Dei diligendo: hoc eſt, faciem Domini quærendo Pſalm. 27. & oraculum ſcripturæ conſulendo, per hanc enim modò Deus nobis loquitur: 3. in DEO ſperando, quod is nobis auxilio eſſe poſſit. Ita Aſa non quæſivit Dominum 2. Chron. 16. igitur ſpe certa de Dei providentia concepta ſic nos erigamus fore, ut Deus noſtri curam habiturus ſit: exemplo piarum mulierum Matth. 28. quærentium Chriſtum crucifixum: à noſtra neceſſitate: quæramus (α) infirmi medicum Luc. 6. omnis turba quærebat Chriſtum: (β) obſeſſi à Satana & mundo quæramus liberatorem Chriſtum Job. 19. Scio &c. Roman. 8. expectamus: Luc. 21. redemtio appropinquat: (γ) pauperes quæramus ſervire Deo Domino ditiſſimo, ut præmiis nos afficiat in cœlo: (δ) egeni de eo proſpiciamus nobis, qui recipiat nos in æterna tabernacula: (ε) ſedes ultra mare fixurus omnia bona præmittit & ad locum promovet; quæramus igitur habitationem in cœlis ſemper manſuram, præmittamus panem beneficentiæ gratis compenſandæ Matt. 25.

§. 5. IV. Diaboli: quærit animas noſtras, ut eas devoret 1. Pet. 5, 8. Eſt venator ille, qui nos pedicis ſuis implicare ſtudet. Similis immundo animali, quod inſontia animalia diſcerpere & devorare geſtit. Matth. 13. inimicus ille quærens zizania ſpargere dormientibus hominibus.

V. Mundi & mundanorum hominum: hi quærunt 1. peccata, id enim agit immundus mundus, ut quia jacet in malo, ſemper non velit non eſſe malus. 2. Vanitatem dignitatis & voluptatis, divitiarum Phil. 2. omnes, quæ ſua ſunt, quærunt; contra 1. Corint. 10. nemo quod ſuum eſt, quærat. 3. Vitam piorum 1. Samuel. 26. Saul quærit animam Davidis: 1. Reg. 19. quærunt animam meam, dicebat Elias: Joh. 7. quærebant Chriſtum apprehendere: Pſal. 39. quærentes animam meam: 4. Chriſtum & non inveniunt; Joh. 12. quæretis me & non invenietis: ſic Matth. 25. quinque fatuæ virgines ingredi cœlum volebant, ſed non poterant: ſic impii in judicio. 5. mortem, æternam ſcilicet, & non invenient.

§.6. VI. De piis hominibus:hi quærunt Dominum Pſalm.104.eorum cor lætatur &c.regnum ejus Matt. 6, 33.. & à Deo benedicuntur: gratiam Dei in petendis rebus: Matt. 7. quærite & invenietis: & hi exaudiunt: doctrinam Prov. 15. & erudiuntur; proximum ſuum,ut eum reſtituant Galat. 6. & lucrantur: pacem Pſalm.34. & pace fruuntur: bonas margaritas Matt. 13. & lucrantur: bona cœleſtia Matth.6. Coloſſ.3. quæ ſurſum ſunt, quærite; & ſaturantur: Chriſtum Dominum in verbo & Sacramentis, ut ab ejus virtute ſanentur Luc.6. omnis turba quærebat eum tangere,&c. Aliquando tamen quærunt ſponſum, ſed non protinus inveniunt.Et eſt, ubi Deum in cruce quærimus,ſicut & Maria ac Joſeph, puerum JESUM dolentes quærebant, Lucæ 2.

Quærunt pii Deum (1) Quomodo? 1. juſtè & formaliter: 2. perſeveranter & finaliter Pſal.104. 3. ſubjectivè & totaliter,h. e. ex toto corde,totâ animâ,totis viribus, &c. Deuter. 6. 4.omni tempore:ſicut omni tempore in mundo crucifiguntur. 5. oportunè, ut ægrotus medicum, patrem vel matrem filius, divitem pauper quærit: 6. ſimpliciter; 7. ardenter; ſic mulier (quid ploras? quem quæris? Joh. 20.) Chriſtum qæuſivit.

(2) Quando? per noctem quæſivit ſponſa ſponſum Canticor. 3. 1. in lectulo cordis, in quo habitat ille per fidem Epheſ. 3. quære igitur & proba te, an ſis in fide 1. Cor. 16. nox verò notat vitæ noſtræ tempus, quo nondum planè apparuit lucifer Col. 3, 3. 1. Joh. 3, 2. 2. Pet. 1. quoque tribulationes ſubinde nobis lumen lætitiæ adimunt. In tempore apto Pſal. 95. hodie, ſi audiveritis, &c. In die gratiæ claro Rom. 13. 2. Cor. 6. non noctu, ubi viget nequitia & impuritas,quando Dominus propè eſt Eſ. 55. Matth. 25. tempus miſerendi adhuc præ foribus eſt Hebr. quart.

Præmia quærentium: paſci & conſervari à Deo, ut Elias 1. Regum. 17, 1. 4. 7. 8. 13. & vidua. non derelinqui à Deo, invenire Deum, vid. ſupra, gaudere in Deo ibid.

§. 7 Errores multorum in quærendo; 1. qui quærunt vanitatem Eccl. 1. 2. mundi gloriam fluxam Eſa. 40. 3. nimis alta Sir. 3. 4. gloriam ab hominibus Joh. 5. 5. abundantiam temporalium Pſalm. 49. 1. Timot. 6. ut uſurarii, latrones, raptores. 6. Carnales voluptates 1. Joh. 3, 14. 15. Luc.16. epulo ille: 1.Samuel.25. Nabal; 7. qui non quærunt, accenſâ divini verbi face: 8. non ardenter quærunt: 9. non perſeveranter.

Ad modum quærendi Deum requiritur (α) cordis apertio, ut inventum Deum recipias; ſicut oculos aperiat neceſſum eſt, qui lumen creatum recipere cupit:ſic oculum cordis noli claudere,ſi cupis Deum videre,Matth. 5. beati mundo corde, quoniam Deum videbunt. (β) Oris mendicatio, ut hac obtineas, quod quæris, omnes verò Dei mendici ſumus, vid. Gerſonem.(γ)Fidei perſeveratio:ut enim quærendo pergas oportet,ſi amiſſum nummum invenire velis: ſic fideles ſint perſeverantes in quærendo Deo,dicantque: Domine, non ceſſabo quærere, donec inveniaris à me.

QUÆSTIONES.

Problema, interrogationes, quæſita: 1. ſacra vel prophana: 2. Philoſophica, Theologica. §. 1.

Utiles ventilandæ: quærere, quomodo quis æternum ſalvus fieri poſſit: ſic Nicodemus Joh. 3. ſic alii. Matt. 11, 16. c. 16, 13. c. 22, 43. Marc. 3, 4. Luc. 6, 9. c. 14, 3. Inutiles vitandæ, Socrat. lib. 1. cap. 4. in epiſt. Conſtantini: contra Dei providentiam Marc. 8, 4.

Inſidioſæ & è ratione petitæ fide deridendæ ſunt, Auguſt. tom. 3. col. 768. b.

Diabolicæ,cum quis Diaboli *Quare* Gen. 3. imitatur, & operum Dei rationes ſollicitius, quam par erat, inquirit, Ambr. lib. 5.

Curioſæ appellantur morbi à Chryſoſtomo in 1.Tom.6. & Seneca epiſt.27. & 89. & Baſilio lib.5.adv.Eunomium circa finem: Seneca epiſtol.49. ô pueriles ineptias &c.loquitur de ſyllogiſ.Mus eſt ſyllaba: mus rodit caſeum:E.&c. Spiritus S. proceſſionem,quomodo ſe habeat, negat ſcrutandum Orat. de Statu Epiſcopali Greg.Nazianz.conf.homil.6. in Johan. Chryſoſt. mortuos quærendos, ſerm. 4. de Lazaro. Quæſtionem de origine animarum ad ſalutem non pertinere, docet Auguſtin. epiſt. 157. ad Opt. idem l.1.c.6.contra Julianum§. Alia ſunt.

Cauſæ curioſarum quæſtionum 1. Hominis temeritas, Chryſoſt. homil. 8. in 2. ad Timot. 2. Otium, idem homil. 9. in 1. ad Theſſal.

§. 2. Sunt vitandæ (α) ob Dei iram: (β) intellectus imbecillitatem: (γ) operam fruſtraneam.

Subtiles,inducunt in impietatem & multiloquium. Iren. lib.2. c.45.§. Melius eſt ergo & utilius, idiotas & parum ſcientes exiſtere, & per charitatem proximum fieri DEO, quàm putare multum ſcire &c. non ducunt ad ſalutem,Hilar. lib 10. fol.228 §. Non per difficiles nos Deus ad beatam vitam quæſtiones vocat, nec multiplici eloquentis facundiæ genere ſollicitat. Hieron. in c. 5. Oſeæ: Hæretici matrem iniquitatis ſuæ habent ſuperbiam, dum ſemper ſe ſcire altiora jactitant, & in Eccleſiæ contumeliam debachantur.

Stultæ,ſtolidæ Matt. 22. 28. ſpinoſæ 2. Tim. 2. 23. ſunt 1- Infidelium: 2. Hæreticorum, Ambroſ. in h. l. Auguſt. l. 10. confeſſ. c. 30. quæſtiones hominum pœnali morbo plus ſitiunt quàm ſapiunt. 3. Scholaſticorum,(ut & Canoniſtarum de variis quæſtionibus ſuper poteſtate Papæ digladiantium vid. Eraſmum in 1. Tim. 1. annot.) de quibus verè ſcripſit Bened. Juſtinianus in 2. Tim. 2, 23. eæ interdum non inter Philoſophos ſolùm,ſed etiã inter Theologos olim in ſcholis agitabantur, & aliquando etiamnum excitantur: Videas enim plerosque de loco, motu, ſermocinatione angelorum tantâ ſubtilitate diſſerere; de habitibus deque eorum incremento tanta contentione digladiari, ut ſi rerum nomina mutes, nihil eos à Philoſophis aut etiam Dialecticis dicas diſtare &c. Hæc Juſtinianus; quæ noſtris

ſtris quoque querelis reſpondent ſuper Scholaſticis.

Spuriæ & ludicræ Epheſ. 4,29. Coloſſ. 3, 8. Philoſophicæ, & ænigmata ſapientum: vid. Judic. 14. v. 14. Plutarch. in Conv. 7. ſapientum; Athenæum l. 10. Dipnoſophiſt. Gell. l. 1. cap. 2. Noct. Attic.

Convivales: vid. Plutarch. de his: Alex. ab Alexand. l. 5. c. 22. genial. dier.

Quædam quæſtiones fundamentum fidei concernunt, quædam non; vid. D. Hunnii διάσκεψιν de fundamentali diſſenſu Calvin. & Luther. confer Jac. Uſſerium de Eccleſ. ſucceſſ. & ſtatu pag. 14.

QUÆSTORES

Indulgentiarii, exoſi: vid. Platin. in vita Bonifacii IX. Sleidan. lib. 1. Comment. C. Eſpencæus: Thuanus: P. Jovius in vita Leonis Decimi.

QUÆSTUS: LUCRUM. Quæſtuarii.

§. 1. I. Temporale, cum quis bona temporalia lucratur Sap. 15, 12. illa vero non proſunt, niſi animæ proſpicias, Matth. 16, 26. neque enim totus mundus animæ tuæ lucrandæ ſufficit. Illius etiam requies in ſolo Deo eſt, mundi opifice (Marc. 8, 36. Luc. 9, 25.) Deſiderio tuo locum facis Diabolo, ut Auguſtinus in Pſal. 134. idem in Pſ. 61. invenis pecuniam, perdis juſtitiam. Aliquando turpe eſt 1. Tim. 3, 8. ideoque miniſtros illud ſectari eſt nefas, principesque viros Ezech. 22, 27. Tit. 1, 7. 11. 1. Pet. 5, 2. Aliquando fruſtra conceptum Jac. 4, 13. Sæpè caſibus plurimis interceptum: putant ſæpè lucra eſſe, quæ mox intercipiuntur: v. gr. dolis Banckeruttorum, ſive bonis cedentium, hominum verſipellium, incendio, furtis, aquarum eluvionibus, miniſtrorum & domeſticorum artibus ac perfidiis, improvidis ſponſionibus, negligentia calculorum & id genus aliis.

§. 2. II. Spirituale eſt [α] Miniſterii: cum quis multo cum fructu Evangelium docet, pluresque Chriſto lucrifacit, v. g. eos, qui ſub lege, qui infirmi: item, quæſtus communis pietatis, quo pii bona ſpiritualia mercantur Eſa. 55. emite, &c. Matth. 13, 46. [β] Fidei, quo quæſtu CHRISTUM lucrifacimus, id eſt, accipimus, recipimus fide: Joh. 1. quotquot receperunt eum, &c. Hac accepta margarita totum cœlum lucrifacimus, Phil. 3, 8. Hanc manu fidei prenſamus, pietatis & contentationis, 1. Tim. 6. eſt magnum vectigal cum pietate laborum, Auguſtin. in Pſal. 31. Unus eſt, qui inquiritur, ſed in quo omnia continentur. [γ] Vitæ integritas, inculpatioris vitæ exemplo 1. Petr. 3, 1. aliis prælucentis. [δ] Diligentiæ & aſſiduitatis in operibus vocationis. Huc Chriſti parabola referri poteſt Matth. 25. [ε] Correctionis fraternæ Matth. 18, 15. ſi corrigentem audierit. [ζ] mortis denique beatæ ſummum eſt lucrum, Philipp. 1, 21.

§. 3. III. Quæſtuarii in Papatu illi ſunt, qui pro Eleemoſynis impetrandis olim diſcurrebant, vel hodienum diſcurrunt: de quibus Angel. de Clavaſio. Sylveſter in Summa. Clemen. de abuſionibus de pe. & re.

QUALITAS.

De admirabili rerum συμπαθείᾳ καὶ ἀντιπαθείᾳ videatur Meiger. pag. 328. Nuclei.

QUARTUS. *V. Uterus.*

QUASIMODOGENITI. *V. Renovatio.*

QUERCUS.

1. Arbor nota, ferens juglandes: 2. reges, principes, dynaſtæ Eſa. 2, 19. Zach. 11, 2. 3. veri pii, profundi per humilitatem, extenſi per charitatem, ſuperiores per mentis ſublimitatem, formoſi per honeſtam converſationem, durabiles per animi conſtantiam.

QUERELA.

1. Luc. 1, 6. ſine querela Phil. 2, 15 cap. 3, 6. 1. Theſſ. 3, 13. integritatis; non abſolutè ſed ſecundum hominem: nam Zacharias etiam fuit peccator, & indiguit expiatione Legali. Vide Auguſtinum Epiſtola 95. ad Innocentium Papam, §. Ubi inferne victoria, &c. 2. Diſceptationis Coloſſ. 3, 13. 2. Sam. 19, 28. 3. Murmurationis Num. 14, 27. c. 17, 10. 5.

QUIES.

§. 1. Pacatus ſtatus hominis, à quovis impetu liber & immunis, &c.

Non eſt in Philoſophia, ſed in Chriſti Evangelio; teſte Juſtino Martyre: confer Baron. tom. 2. fol. 87. 88. annal. Irrequieti omnino philoſophorum animi fuerunt: 1. ob Dei ignorantiam; hunc enim non rectè cognoverunt Rom. 1. nec coluerunt Act. 17. 2. ob portus ultimi imperitiam; vitam namque æternam non rectè cognoverunt: 3. ob conſcientiæ nequitiam; hæc enim polluta ſemper fuit in philoſophis Rom. 2. cogitationes accuſant: 4. ob perpetuam ſententiarum fluctuationem; nihil enim certi docuerunt; in infinitas penè ſectas diviſi fuerunt; variè docuerunt de anima, ejus ſtatu, corporum reſurrectione animarumque in eadem refuſione, de mundo mundiq; origine, de natura Deorum, &c. vid. Æneam Gazæum, Theophraſt. Theodor. de curand. Græcorum affection.

§. 2. *In ſolo Chriſto eſt quies.* Pſ. 72, 12. 13. 14. ubi deſcribuntur opera quibus Chriſtus quietem nobis conciliat. Matth. 11. Rom. 5, 1. cap. 8, 1. Joh. 3. 1. *quia ſola fides in Chriſtum* cor tranquillat Rom. 5, 1. pacem habemus: 2. *ut patris quies* in filio Matth. 3. in quo mihi complacuit: ſic filiorum quies in unigenito Dei filio: hic eſt cœleſtis noſter Noah, qui nos conſolatur Geneſ. 5. 3. *Invitat nos* ad hanc quietem Matt. 11. requiem invenietis animabus veſtris. 4. *Invenerunt* omnes pii in eo requiem; non in lege Moſis Act. 15. jugum impoſſ. non in operibus noſtris, quia imperfecta; non in ſanctitate, quæ inquinata; ſed in foraminibus petræ Jeſu Chri-

Christi, id eſt, vulneribus ejus: confer Ambroſ.tom.3.fol.51.in verba: *quis mihi dabit* &c. Johannes ſupra Chriſti pectus recumbebat Johann. 13. recumbere notat quietem: hanc non niſi in Chriſti corde reperies, quod totum fidele eſt Eſa. 53. dolus non eſt repertus 2. Cor. 1. in Chriſto eſt, ita &c. pectus eſt amoris ſedes; intuere Chriſti amorem Roman. 8. pro te mortui, à quo nulla creatura te divulſerit. Columba Noæ non niſi in arca locum quietemque inveniebat: mundus eſt diluvium, in quo nemo requieſcit: elevemus ergo animas oculosque ad Deum Pſ. 25, 1. Pſ. 7. Arca Noæ in monte requievit, arca cordis noſtri in ſolo Deo. Omnes creaturæ in centro ſuo requieſcunt: animæ centrum Deus eſt. Confer M. Zach. Fabrum in Exercit. pietatis part. 2. pag. 590. ad 634. ſeq. Granatenſ. in Duce peccator. p. 399. ad 516.

§. 3. *In altera vita*: vid. tit. Vita æterna.

Quies Deo tributa ἀνθρωποπαθῶς accipienda θεοπρεπῶς. 1. A creatione novarum ſpecierum ceſſavit Gen. 2. 2. quieſcit Deus in cordibus piorum, in loco ſanctuarii ſui templi Pſ. 32. in odore ſacrificiorum Exod. 29. Levit. 8. qui aliàs odor quietis vocatur. 3. Spiritus requieſcit, Eſa. 11, 1. c. 61, 1. id eſt, datus eſt filio absque menſura Joh. 3.

Quies homini tributa & aliis ſignificat (α) ſubjectionem, Zach. 2. quieſcat omnis caro à facie Domini, h. e. cedat ei, faſcesq; ſubmittat; quis ei reſiſtet? (β) Statum felicem Pſ. 30. dixi in quiete. (γ) Somnum nocturnum Geneſ. 41. (δ) Pacem Judic. 3. quievit terra, Zach. 11. (ε) ſatietatem Thren. 1. ad faciendum quieſcere animam, & deſiderii complementum: Proverb. 25. eadem phraſis, (ζ) Spei ſoliditatem, Drexel. tract. 2. neque enim fluctuat mens Deo confiſa, nunquam confuſa: ſic Noa in arca, latro in cruce quietem ceperunt animæ, in Chriſto confiſi, Eſa. 32, 2. 17. Quies, non purgatorium, in fide vitâ egreſſis repoſita eſt, quod fuſè docent.

QUINQUAGINTA.

Myſteria numeri quinquagenarii pertexuit Alcuinus Tom. 1. Actuarii Biblioth. Patrum lib. de divinis officiis.

QUOMODO?

1. Admirationis fidelis: Luc. 1. Maria, quomodo &c.
2. Infidelis ſcrutationis, vid. titul. Myſteria non ſcrutanda: it. tit. Ratio.

R.

RABBINI.

§. 1. Fabuloſi, mendaces, corruptores, contumelioſi in Chriſtianos: fugiendi, Förſterus præfat. Lexici. De autoritate Rabbinorum apud Judæos, Johan. Buxtorf. in Synag. Judaicâ.

RACHA.

Quisquis dixerit Racha fratri ſuo: conf. Luther. tomo 5. Jen. folio 375. 376. German. Vox ex Hebræo trahens originem notat vanum, abjectum, contemtum. Hieronym. de interpr. nomin. Heb. Idem in 5. Matth. Chryſoſtom. homil. 16. in Matth. Auguſt. de ſerm. Domini in monte lib. 1. Non verò prohibitum eſt, ſeverius caſtigare & verbis carpere durioribus, iis, qui non ex privato affectu carpunt, ſed officio: hinc Matth. 3. Johannes vocat Phariſæos Genimina viperarum, Chriſtus ſtultos Matthæi 23. verſu 17. 19. Jacob. 3. verſ. 20. Galat. 3. verſu 1. 3. carpitur ſuperbia Phariſæorum adverſus Chriſtum & diſcipulos ejus, qui ipſis erant אנשים רקים ut Judic. 11. verſu 3.

RACEMUS. *V. Vitis.*

RACHEL.

Ovis 1. nomen proprium uxoris Jacobi, filiæ Labanis: 2. attribuitur poſteritati Judaicæ, Jerem. 31. v. 15. Matth. 2, 18. 3. illa typus ſponſæ eccleſiæ, è Judæis collectæ. V. Promptuar. *Allegor.*

RADO. *V. Raſura.*

RADIUS. *V. Sol.*

RADIX & RADICO.

§. 1. Radix (1) Arboris vel herbæ Num. 22, 4. è terra creſcens; quò reſpicit Eſaias cap. 53. v. 2. (2) infima pars montis Gen. 35, 8. Exod. 19. v. 17. Job. 28, 19. (3) Eccleſiæ radix eſt fundamentum plantationis ejus, quod ſolus Deus ponit Pſalm 80. (4) Ponitur etiam pro ſtirpe, Levitic. 25. v. 47. vendidere ſe radici familiæ peregrinæ; pro primis parentibus & patriarchis Roman. 11. ſi radix ſancta &c. Eſa. 11. de radicibus ejus: Apocal. 22. radix & genus David. (5) pro origine & cauſa 1. Timoth. 6. radix omnium malorum avaritia: (6) pro flore & incolumitate, Job. 29. radix mea eſt aperta juxta aquas. (7) pro fluctibus maris, quod variè ſe ſcindant fluctus inſtar radicum Job. 36. verſu 30.

§. 2. *Vir bonus* bonæ radici ſimilis eſt Jer. 17, 8. plantatus ad rivos, Chriſto inſitus Johann. 15. in charitate radicatus Eph. 3, 17. Coloſſ. 2. v. 7. Job. 17. vir ſperans in te &c.

Vir malus Job. 3, 3. radix, ſed non diu manens: eradicatur enim à Domino Pſ. 52, 7.

Radicati in charitate Epheſ. 3, 17. Coloſſ. 2, 7. id Apoſtolus explicat nos eſſe in Chriſto ædificatos & radicatos; itaque priore ad Epheſios loco verba Apoſtoli ita intelligenda ſunt; declarari charitate eos, qui in Chriſto ſunt, juxta illud: ſcripturæ dicunt fieri res, cum pateſiunt: Chriſtum habitare in cordibus noſtris, id demum pateſcit hominibus, cum è radice fidei flos charitatis effloreſcit: nec abnuit Lutherus in epiſt. Dominic. XVI. poſt Trinit. in Poſtill. Eccl.

Radix fidei Marc. 4. verſu 17. quæ à ſolo Deo datur, calore cœleſti Spiritûs Sancti generatur.

Radicem non habere Matt.13, 6. Marc.4,6. cognoſcitur ex oppoſita phraſi, nempe: agere radices, eſt creſcere & florere Job.5. Pſalm. 80. Eſa.27,5. Jer.12. radices egerunt. Spiritui ſancto operanti, hujus gratiâ, obſecundare & propoſitum bonum animo, ejusdem pulſantis gratiâ, concipere. Areſcere eſt interire Job. 18. v. 16.

Radix rei notat veritatem, Job. 19.28.

Securis poſita ad radicem arborum, id eſt, pœna & ultio Dei eſt in propinquo: imminet jam ira Dei, Matt.3,10. Luc.3,9.

§. 3. *Radix amara*, Hebr. 12,15. (1) dici poteſt carentia fidei, vel increduliras, quæ (α) Deo amara, h.e. non grata; id eſt ſimilis aquæ illi amaræ Num. 5. Marc. 16. qui non crediderit: Hebr. 11. ſine fide impoſſibile eſt Deo placere, (β) Ipſi homini amara: cor enim carens fide ſibi ipſi amarum eſt, ſeque conſumit, mordente ſeipſam conſcientiâ, Roman. ſecund. (γ) proximo amara, qui incredulitate ſcandaliſatur: (δ) ob fructus amara, qui ſunt 1. ſtatus irreconciliationis cum Deo: 2. negata requies conſcientiæ: 3. deſperatio in morte. (2) In genere ſignificat omnia vitia interiora cordis, quæ cum ſanctificatione pugnant. (3.) In ſpecie pravam concupiſcentiam, quam ceu radicem cordibus noſtris inſitam habemus; ex hac radice mali fructus, Matth. 15. (4) Specialiſſimè verò eſt ira, hypocriſis: Epheſ. 4. omnis amaritudo &c. Libido & fremitus adverſus Deum: odium contra proximum: ſecuritas in mente: doctrina idololatrica. Effectus ejus eſt, inquinare multos, d. l. ad Heb.

RAGES

In Media, fictum eſt, nec unquam locus fuit Tob.1,16. ſequent. propugnant tamen Nicolaus Setarius; cujus rationibus verò alii ſatisfecerunt: vide Chamier. tomo primo Panſtrat.

RAHAB.

Joſuæ 2. (1.) Typus gentilium converſionis: ipſa enim gentilis converſa eſt ad Deum Iſraëlis, Pſalm. 87. memor ero Rahab. (2) Exemplum miſericordiæ Dei in gentes quoque exuberantis, nec peccatores ſpernentis. (3) Argumentum negatæ gentilium in V. T. excluſionis: quidam enim ſubinde ex iis in Eccleſiæ Judaicæ ſocietatem ſunt aſcitæ. (4) Exemplum converſionis & fidei: Hebr. 11. per fidem Rahab non periit. (5) Documentum charitatis, exploratoribus præſtitæ Heb. 11. (6) Diligentiæ, in addiſcendâ veri Dei notitiâ. (7) Monumentum gratiæ Dei, qui etiam nomen hujus Rahab genealogiæ filii ſui inſeri voluit Matth. 1 (8) Conſervationis piorum inter mala hujus mundi ac calamitates: ac demum in ultimo judicio damnatio impiis ad æternas flammas.

Laudatur à Gregor. Nazianzen. orat. de cura pauperum, & oration. tert. in ſanct. lavacrum.

RAMI.

(1) *Propriè dicti*, Matth. 21. (2) *Impropriè* notant ſtatum regni vel perſonæ alicujus, Pſ. 80, 12. rami vineæ Iſraëliticæ: Job.15,30. rami impii comburuntur, h.e. ſtatus ejus florem amittit. Ezech. 31, 2. 3. 4. rami Aſſyriaci regni notant potentiam, florem ac ſtatum ejusdem. Dan. 4. arboris rami. Oſe. 14. ibunt, i. e. creſcent rami Iſraëlis, erit enim arbor benedicta Eccleſia Judaica.

Extendendi à nobis ſunt rami (1) *pietate*, eam amando Sir.1,25. cap.24,22. (2) *charitate*, hanc erga proximum exercendo Job. 29, v.13. 14. (3) *accretione*, ut ſemper creſcamus Eph. 2, 10. Coloſſ. 1, 11.

RANCOR. *V. Reconciliatio.*

RAPACITAS & RAPINA.

§. 1. Rapacitas eſt violenta & injuſta bonorum vel rerum ad alium translatio; huc ſpectant phraſes: comedere carnes proximi, excoriare pellem Mich. 3. Spoliare Habac. 2. Amicum opprimere Jer. 22.

Quædam (1) *juſta:* Exod.11. & 12. quæ hoſtibus eripitur: vid. Ambroſ. de Patriarchis. Hugon. Grot. de jure pacis & belli. Deut. 20, 14. Numer. 20, 17. confer Jerem. 20. v. 5. 6. (2) *Injuſta.* quæ pugnat contra præceptum ſeptimum, Eſ.3,14. Ezech.18,7.18. vide Thom. 2, 2. quæſt. 66. articul. 8. Cajetanus in ſummul. vid. Rapinæ. Maritima rapina, autor. horar. recreatit. part. ſecund. pag. 287. Terreſtris d. l.

§. 2. *Modi:* fit rapina [1] Vi Geneſ. 21. puteum rapuerunt: etiam ſine vi, Damhouder capit. 101. prax. criminal. [2] Dolo: ſic Nabotho vineam rapuit Achabus 1. Reg. 21. [3] Comesſationibus ſumtuoſis, alendis canibus venaticis, &c. ſic docet Leonhardus de Utimon. quadrag. 27. applicans huc illud CHRISTI Matth. 25. ego eſurivi & non cibaſtis me. [4] In bello, cum extra limites conceſſi ſpolii milites vagantur, contra Luc.3, 14. Aliàs rapina licita in bello: vid. Gr. de Valent. col. 1320. confer Thomam 2, 2. q. 66. art. 8.

Objectum: 1. Bona eccleſiaſtica: vid. tit. *Bona.* 2. Opes pauperis Sir. 34, 24. Ezech. 7, 20. ſeq. 3. Perſonæ, & ſic dicitur plagium vel raptus, de quo mox. 4. Liberi, nam & hi poſſunt rapi. Exempla recenſet part. 1. p. 88. autor horar. recreatit.

§. 3. *Pœnæ:* Impœnitenti raptori olim & viaticum & ſepultura negabatur, Extr. de Raptoribus cap. ſuper eo. Communio cum eo vitanda 1. Corinth. 5. privatio honoris capit. 11. quæſt. 11. c. ſi quis epiſcop. Rapinæ in terrorem vertuntur Proverb. 21. v. 7. ira Dei Ezech. 22. Joel. 3, 5. mors 2. Samuel. duodecimo. Deteſtabilis eſt: 1. quia eſt injuſtitia: 2. pejor eſt uſurâ ac furto. 3. Crudelitas contra naturam. 4. Diaboli imitatio, qui primus Deo honorem rapere voluit. 5. Sacrificia ex eis Deo non placent Eſai. 61. odio habeo rapinam inholocauſtum Sir. 34, 24. Proverb. 21.

per

per scelus offertur. 6. Deo abominabiles Levit. 11. Accipiter in immundorum animalium censu continebatur: significare voluit Deus, impuros esse homines, qui aliorum bonis inhiant. Impuritas hæc est (α) à Satana, qui est impurus spiritus, Luc. 11. & terrenorum amorem impurum mentibus hominum afflat: 1. Timoth. 6. incidunt, qui ditescere volunt in laqueos &c. (β) ab avaritia, quæ est idololatria Ephes. 5. & hominem impurum reddit. 7. Crocodilus quoque rapacium naturam repræsentat, & leo & lupus & vulpes. Simile: ut ovis naturaliter lupum odit: sic Deus raptores. 8. Hominibus detestabiles: qui enim pauperum bona diripit, perinde facit, ac si filium coram oculis patris mactaret, Sir. 34, 24. 9. Dei væ incurrunt Esa. 33, 1. Habac. 2, 8. væ illis qui spoliant, nam spoliabuntur.

Exempla rapinarum, Promt. Exempl. part. 2. folio. 280. Denique *mendicare melius est, quam rapere*, ait Chrysostom. fol. 126. Tom. 2. litera L.

RAPTUS.

Raptus virginis, mulieris: vide c. de raptu virginum: Lutherum rapuisse virginem, calumnia est Tanneri.

Opponitur 1. castitati: 2. justitiæ, quæ suum cuique tribuit, non tollit: 3. charitati Christianæ: 4. juri naturæ.

Judic. 21. raptus extraordinarius fuit.

Pœnæ: 1. sterilitas Genes. 20. Deus concluserat omnem vulvam domûs Abimelech. 2. Dei aversatio 2. Sam. 11. displicuit Domino.

De diversarum puellarum raptoribus agit Textor p. 1310. in officin.

RASURA.

Isidis cultores capita & supercilia radebant, Baron. t. 2. fol. 258. Annal.

Rasura capitis sacerdotum nusquam est mandata, Optat. Milevitan. p. 68. contra Parmachium. c. Bellarm. cap. 40. de Monach.

RATIO.

§. 1. Ratio reddenda vid. tit. *Judicium*.

Abusus rationis: hujus causa princeps est Satan, homines à simplicitate in CHRISTO JESU abducens 2. Cor. 11. Proxima perversum hominis ingenium: sic de Fausto Manichæo scribit Augustinus, quod cum serpente Satana scortatus, qui ipsi falsitatis semina infuderit; sic protoplasti auscultantes serpenti Genes. 3. Ethnici olim rationi indulgentes Rom. 1. Vid. Luther. concion. ultima.

§. 2. *Captivanda* omnino: Argumenta sumuntur (1) A *Dei sapientia*: *sapientia Dei* monet, ne temere vias & consilia Dei scrutemur; ne curiosi simus Rom. 11. O altitudo! & dicamus: cur ita Deus fecit, ut multa in alteram scholam differamus. Vitæ sobrietas: quod ratio nostra non capiat. (2) *A rebus naturæ ignotis*: naturam ne quidem satis intelligimus, quomodo è terra natura carnis facta sit? Chrysostom. tom. 1. f. 2. lit. K. L. NB. Quomodo panis in sanguinem transferatur? auri naturam, vid. Chrysostom. tomo 2. in Genes. 5. fol. 5. Lactantius libro de opificio hominis capit. 16. Mentis (ait) rationem comprehensibilem esse, quis nesciat? nisi qui omnino illam non habet: Hæc ille. Sic ignoramus locum, quid sit, fatente Keckerman. libro 1. cap. 1. de loco: tempus Augustin. lib. 11. capit. 14. Confess. partum mularum quarundam, è vento concipientium: fontium & aquarum plurimarum mirabilium causas & naturam: reciprocationem maris, Augustinum adi libr. 21. c. 5. de civit. Dei; ubi agit de Agrigentino sale, de fonte Epiro. D. Meisner. part. 1. Philos. Sobriæ. Vide quoque Fromond. Libert. in Meteorolog.

(3) A *fidei proposito* quod est obedientia, Roman. 1. v. 5.

(4) Ab *infirmitate intellectus*, de qua extant Philosophorum & Gentilium querelæ: Apulejus libr. 1. floridor. Nebulam (ait) oculis nostris suffusam esse. Aristot. 1. Metaph. intellectum, ait, nostrum se ad veritatem habere, sicut oculi Nycticoracis se habent ad lumen, quod ferre non possunt. Mens imbecillis & infirma ad divina, ait Schegkius pag. 16. 17. in Admonit. de suis Top. & p. 18. addit, spirituale esse certamen rationi cum fide: Scaliger Exercit. 305. sect. 9. Quotusquisque nostrum &c. Calvin. libr. 1. cap. 14. §. 1. Instit. ait: Multa sunt in cœlo & in terra, quæ fulgore suo omnes sensus nostros absorbent. Sic sapientia DEI inexhausta, quæ omnem exuperat sapientiam, fatente Zwinglio in 1. Corinth. 1. & 2. cap. 2.

§. 3. (5) *A Dei omnipotentia & incognoscibilitate* Eccl. 8, 17. Justinus in eversione dogmatum Aristotelis ita ait: ὁ Θεὸς μὴ νόμῳ φύσεως δουλεύει, ἀλλὰ αὐθεντείᾳ βουλήσεως ἐργάζεται. i. e. Deus non servit legi naturæ, sed propriâ voluntatis autoritate operatur. Damasc. lib. 1. c. 8. de Orth. Fide: Dei essentiam & potentiam per nullam mensuram cognosci. Jacobus Schegk. admonit. de suis Topic. p. 16. Divinissima ab intelligentia humana remota.

(6) *A conditione mysteriorum fidei, quæ ratio capere non potest* Rom. 11, 36. Psalm. 111, 4. Matth. 16. caro & sanguis non revelavit, &c. Rom. 16, 25. Eph. 3, 4. c. 16, 19. Col. 1, 26. c. 4, 3. Matt. 13, 11. 2. Tim. 3, 16. Marc. 4, 11. 1. Cor. 13, 2. Syrus vocat Arsdra, secretum, arcanum, Varin. in Lexic. μυστήρια, θεωρία, πνευματικά, τὴν τῶν πολλῶν κατάληψιν διαφεύγουσα. Vide Luther. tom. 3. Germ. fol. sexagesimo tertio. b. 71. 266. b. 349. 350. 357. Ejusmodi mysteria sunt, fatentibus Reformatis Theologis, de S. Trinitate, Generatione filii Dei, processione Spiritûs Sanct. naturâ angelorum, creatione, miraculis, Christi incarnatione, conceptione, unione naturarum, satisfactione pro peccatis nostris, regeneratione, unione nostri cum Christo, Sacramentis, resurrectione, pœnis inferni. Quod in *Lapide offendiculi* latiùs osten-

oſtenſum: hinc diſtinguit Apoſtolus ſapientiam Dei & hujus ſeculi. De hac Cyprianus tract. de cœna ait: *Quicquid à ſuis rationibus diverſum videtur, ſapientes hujus ſeculi ad dementiam referunt, & à veritate reputant alienum:* Hæc Cyprianus.

§. 4. (7) *Ab adjunctis & effectis rationis.* Fingit ſibi extra verbum opera placentia, vide noſtrum Lutherum fol.191. a. b. Explic. Epiſt. in feſto Epiphan. in Poſtillis Eccleſ. è Proverb. 3. noli confidere intellectui tuo. Rationes contexit theologicas, quæ ipſæ tamen non valent, niſi in ſcripturis fundatæ primò ſint: v.g. Congruum eſt, Chriſtum primò omnium matri ſuæ poſt reſurrectionem apparuiſſe; atqui hanc rationem negat G. Eſtius, cum non ſit expreſſa in Evangelio, ſed contra ſcripturam, Chriſtum omnium primò Mariæ Magdalenæ apparuiſſe, in Marc. 16, 9. Faſtuoſa eſt & fluctuat, ſibi parum conſtans; vide fatentem Zwinglium in 1. Cor.2. folio 455. hinc nos in fide impedit. Anguſta nimis, inter rationem enim & myſteria non datur proportio: illa hæc non capit. Vana, Luth. in 1.Cor.12. Stulta: Extra Dei verbum ſemper fingit & refingit ſibi ſua ſomnia, nova novis addit & tandem vana & ſtulta fit Roman. 1. verſ. 21. 22. Diſcipulorum CHRISTI eſt rationi non indulgere, D. Ludov. Crocius p. 104. Syntagm. Theologici è F. Lamberto: optima regula! *Hanc utinam ſequerentur, qui de arduis cœnæ & perſonæ Chriſti myſteriis ſic diſputant, ac ſi pactionibus placitisq; humanæ rationis ſtandum eſſet.* Hæc Crocius. Cum Philoſophus quæreret, quomodo ὁ λόγος carnem aſſumſiſſet? reſpondent Patres Synodi Nicenæ: in divinis myſteriis non eſſe quærendum Quomodo: tomo 1. Concil. part. 1. f. 320. ex edit. Joſephi Binii E. 1. Julianus non Deum, ſed rationem ducem ſecutus eſt, & huic malus eſt effectus: Gregor. Nazianz. orat. 47. quæ eſt 1. in Julian. Cyrill. homil. 23. in Johan. Quomodo, non multum credentium, ſed adhuc terrena ſapientium eſt. Alii multi hoc verbo (Quomodo) fide exciderunt. Chryſoſt. Hinc documenta rationis dubiæ, cœcæ: v.g. diſcurſus gentilium de anima dubii, vacillantes &c. vide Æneam Gazæum f. 8. Dialog. de tranſitu animarum f. 12. ib. Gazæus, Jamblichus & Porphyrius illum contra Platonem rejecerunt. Denique ratio repugnans fidei, objicit difficultatem Zachar. 8, 6. inimica Deo Rom. 8, 5. offenditur 1. Cor. 1, 18. ſtultitiam eſſe vociferatur: 1. Cor. 2, 14. c. 1, 23. cœca Joh. 1. Eph. 4, 24. depravata Muſcul. in Loc. p. 316. offendi rationem ad illa verba: Hoc eſt corpus meum.

§. 5. (8) *Ab officio hominis Chriſtiani,* quod eſt captivare ſuam rationem 2. Cor. 10, 9. vacuum ad Chriſtum accedere ratione, ut hic illum impleat fide; vid. Calv. in h. l. Apoſtoli: Arma ſpiritualia induere, cogitationes ſuas à rebus humanis abducere, non niſi ſublimia & ſpiritualia de Deo cogitare. (9) *A praxei Patrum*, Auguſt. de agone Chriſti tom. 3. col. 772. a. ſtulti homines &c. Greg. Nazianz. orat. 4. in S. Baptiſm. fol. 645. a. Cyprian. tract. de cœna Domini: Hilar. libr. de Trinit. fol. 270. (10) *A praxei Calvinianorum:* jubent Socinianos rationem compeſcere, diſputantes contra æternam filii generationem M. Martin. lib. 1. c. 25. Theol. contra ſatisfaction. Sib. Lubert. lib. 4. c. 4. de ſervat. & pag. 386. contra abſolutam electionem.

§. 6. (11) *Similia & Allegor:* Ratio humana eſt Agar & Iſmäel: Agar eſt (α) ſignificatio montis Galat. 4. verſu 24. ita & ratio humana eſt mons & excelſum, quod inſurgit adverſus cognitionem Dei 2. Corinth. 10. v. 8. (β) Agar mons eſt in Arabia; Arabia notat mixtum populum: ita ratio nullibi dominatur, niſi ubi miſcentur ratio & fides, res diſcrepantiſſimæ. (γ) Agar ancilla fuit, non Domina: ita & ratio humana ancilla tantum eſt, quæ non capit divina myſteria 1. Corinth. 2. verſu 14. (δ) Ejicitur ædibus Abrahami Agar, & in exilio agit: ita ex domo Eccleſiæ 1. Timoth. 3. ejicienda eſt, in exilio agit, cum animadvertit nullum fundamentum & πληροφορίαν rationis ſpeculationibus ineſſe, ſi à conſcientia premitur. (ε) Iſmaël filius illuſor fuit: ita filii rationis myſteria fidei irrident, quales olim philoſophi, & jam rationaliſtæ. (ζ) Agareni oppugnavere Eccleſiam Judaicam Pſalm. 83, 3. ita rationaliſtæ verbum oppugnant. (η) Agareni cum extraneis vires conjungunt: ita rationaliſtæ in oppugnandis fidei capitibus cum extraneis conſpirare poſſunt, Calviniani cum Jeſuitis in loco de majeſtate carnis CHRISTI.

Sine gradibus altare ſibi extrui Dominus præcepit Exod. 20. innuitur ratio captivanda eſſe, quæ non debet per gradus ſe attollere, ſed credere ſimpliciter, ne ejus turpitudo appareat, turpitudo ignorantiæ 1. Cor. 2, 14. inobœdientiæ 2. Cor. 10.

Arca ante tranſitum per Jordanem ſemper poſt tergum ſequebatur, ultra Jordanem præcedebat Iſraëlitas: ita Chriſtum poſt tergum & à tergo ſequentem contemplamur ſimpliciter & credentes; poſt abolitum regnum gratiæ, tranſitumque per Jordanem judicii divini, antecedentem nos videbimus à facie ad faciem 1. Corinth. decimotert. ſicuti eſt 1. Johann. 3. quia ipſe ducet nos ad aquas vivas Apocalyp. 7. verſu 17. dux autem in conſpectu eſt.

Cherubinorum vela indicant, myſteria Dei non rimanda, Exod. 26, 31.

Dux Eliſæo credere noluit, qui tamen ignorare non potuit miraculoſam populi Judaici ſuſtentationem in deſerto, ſecund. Regum ſeptim. verſu ſecundo. Imago eſt rationaliſtarum, qui licet non ignorent DEI omnipotentiam, tamen decempedâ rationis myſteria Jehovæ metiuntur. His pœna dicta ſit, videbitis oculis veſtris, non fruemini ſalutariter myſteriis ſacris.

Ferrum cui homo innixus ſeſe vulnerat; vel cum quo in profundum trahitur. Icarus ceratis

pennis fisus in mare cecidit: D. Lutherus p. 281. im Bekäntniß vom Abendmahl: sic rationalistæ. Qui candens ferrum digitis contrectant, Chrysost. homil. 5. in 1. ad Corinth. seipsos urunt: sic qui mysteria Dei scrutantur, semetipsos lædunt.

Gigantes: rationi humanæ indulgentes sunt similes gigantibus, qui voluerunt cœlum conscendere, Jac. Sadoletus in lib. de laudib. Philosoph. Phætrus huc applicat pugnam gigantum, ex Ovid. Metamorph.

§. 7. *Labyrinthus:* ratio nostra in Dominicis operibus est Labyrinthus, unde non facilè est regressus. Moses calceum detrahere pedibus accessurus ad rubum jubebatur Exod. 3. versu quinto: ita quoties ad verbum Dei accedimus, quod rubus est, in quo se patefacit Dominus, calceos rationis obtenebratæ Ephes. 4. vers. 14. projicere debemus.

Oculi fumo obducti non vident: sic peccati fumo oculi mentis nostræ obtenebrati sunt, Cyrillus libro 9. cap. 44. in Johan. Gregor. l. 4. cap. 1. dialogorum, comparat nos infanti, in tenebricoso carcere educato; huic si diceres, dari cœlum, solem, lunam, stellas, non haberet tibi fidem dicenti: sic nos nobis relicti extra Sacram Scripturam in carcere cœci sumus & manemus, nisi nos ad solem scripturæ Deus ducat, ac spiritu suo nos illuminet. Oculi aperiendi, si lumen recipere debent; at oculos mentis sibi nemo aperire potest, nec oculis quidquam assequi; nisi Deus mentis oculos luce verbi sui illustret.

Qui ratione fidei mysteria scrutatur, est similis ei, qui colorato perspicillo aliquid intuetur, Doct. Dannhawer. pag. 43. Ideæ boni Interpret. Sagittarius unum oculum claudit, ut scopum feriat: nobis uterque oculus est claudendus, ut CHRISTUM scopum attingamus.

Simia pingitur tranatura Oceanum vastum: ita homo, qui secreta Dei rimatur, mari se committit, quod non tranabit Rom. 11, 33. Simia illa paulatim mergitur, manibus captat superficiem maris. Sol bene videtur in aquis, non vero in radiis splendentibus & sine medio: ita &c.

§. 8. *Apophthegma:* Mysteria occulta ideo non investiganda. Cum Ægyptius quidam interrogaretur, quid ferret involutum, respondit: hac de causa involutum est; sic Deus: Idem contra curiositatem potest applicari. Plutarchus de curiositat. Confer titul. *Mysterium.*

In globo capitis plura deserta & inculta inveniuntur: significare voluit Deus, intellectum nostrum desertum & plurimarum rerum cognitione planè vacuum esse. Achitophel aliis bonum consilium dedit 2. Samuel. 15. sibi laqueum intulit: ita ratio nostra nobis est pro laqueo, ut eo impliciti rectâ cognitionis viâ incedere minimè queamus. Ut cochlear vel nux non capit mare: sic nec intellectus noster Deum, Luther. in cap. 7. Daniel. Cæsarius folio 1090. dialog. de cœcitate humani intellectûs.

Laqueus rationis multos transversim capit: Genes. 17. putasne &c. c. 18. Sara occultè risit. 2. Regum 5. iratus Naaman abitum parabat, consilium prophetæ despiciebat. Noctuæ interdiu cœcutiunt, noctu vident, Aristot. in Metaph. Sic homines in spiritualibus quæ ad diem pertinent (Rom. 13. dies appropinquat) cœcutiunt; in temporalibus verò oculatissimi sunt.

Talpæ in terra vident, in sole cœcutiunt: sic nos. Milvi ad prædam; nos ad errorem & malum duntaxat oculati sumus. Pisces in mari feliciter natant, in littus provecti palpitant: sic in mari curarum terrenarum natamus homines, in littore tuto æternitatis & bonorum spiritualium hebescimus, torpescimus.

RATIONALIS Cultus. *V. Cultus.*

REBECCA.

Conjux Isaaci, filia Labani: typus Ecclesiæ (1) nomine, illud infert patientiam: ita Ecclesia patiens est, Rom. 8. in mundo anxietatem habens: (2) virginitate: 2. Corinth. 11. Ecclesia virgo: (3) labore; laborat ecclesia in officiis charitatis: (4) humanitate: humana & blanda mater est ecclesia: (5) derelictione omnium: sic ecclesia ob Christum omnia relinquit: (6) adductione suorum: ita ecclesia suos Christo adducit Esa. 60. (7) humilitate: sic nos coram Christo procidamus humiles: Dan. 9. nobis confusio, &c.

REBELLIO. *Confer tit. Subditi.*

Rebellio 1. adversus Deum: sic impii (Psal. 5. 1. Samuel. 15, 23. Rom. 10, 21. estque inobœdientia & incredulitas, Daniel. 9. vers. 5.) Judæi (α) quibus legem dederat, ut ipsum unicè colerent Exod. 20. at hi ad idola conversi: (β) â Deo defecerunt, qui illos in populum elegerat, Deuteronom. Psalm. 100. (γ) hunc populum sibi certis maximisque beneficiis devinxerat, eductione ex Ægypto, pastione, conservatione in deserto, &c. (δ) projecit tamen jugum Domini hic populus, adeoque rebellis factus.

2. Parentes Deuter. 21, 27. Confer. tit. *Liberi.*

3. Dei ministros Exod. 16. vers. 20. Numer. 14. vers. 4. capit. 16, 12. vid. tit. *Auditor.*

4. Magistratum: sic Jerobeam 1. Regum 11. v. 26.

Donatus (sectarius ille) olim contra Magistratum surrexit; cui rectè Optatus Milevitanus libro 3. supra Imperatorem non est, nisi solus Deus. Vetat Sirach alios ad defectionem solicitare cap. 47. vers. 28. Supplicia rebellium 2. Regum 17. Rex Assyriorum: bella concitantur, si rebellio fiat: obsessio, captivitas, vastatio, exoculatio 2. Regum vigesimoquin.

Exempla rebellium apud Meiger. in nucleo p. 880. 916. Promtuar. Exemplorum folio 146. part. 2.

RECEDERE.

Deus recedit, 1.Sam.16,4. Jer. 8, 8. c. 9, 10. c. 21, 2. Ezech. 8, 6. c. 23, 18.

Homo recedat à peccato, Pſ. 34. Tob. 4, 23. Sir. 35, 5. Eſ. 36, 5. Sap. 3, 10.

A mandatis Dei, Dan. 9, 5. A primo, idololatriâ Oſe. 2. A ſecundo, nominis divini profanatione Rom. 2. &c. A tertiò, ſabbathi profanatione, Jer. 17. Mandata & judicia junctim ſignificant legem moralem & forenſem cum ceremoniali.

RECHABITÆ

Gentiles, è poſteritate Jethronis, qui fuit ſocer Moſis: hic genuit Rechabum, virum illuſtrem, unde orta familia Rechabitarum. Hi etiam Cynæi dicti ſunt; nam & Jethro Cinæus fuit dictus, quia de ſtirpe Cin ortus fuit: Cinæi verò inter Judæos habitarunt, vel Rechabitæ, qui Midianitæ fuerunt Jud. 1, 16. cap. 4, 11. Hieron. epiſt. 13. ad Paulum magnopere illos commendat, & comparat cum Elia & Eliſæo. Confer Rabbi D. & R. Salomonem in Jerem. 35. Erant hoſpites Solymis non cives, qui in urbem ſe receperant graſſante in agris exercitu hoſtico. A vino abſtinuerunt inde à Jonadab uſque ad tempora Jojakim trecentis circiter annis.

Nihil facit pro votis Monaſticis horum inſtitutum: vid. Gloſſ. in hoc cap. Jerem.

Sunt typi Chriſtianorum, qui abſtinere debent à carnalibus concupiſcentiis 1. Petr. ſecundo.

RECIDIVA.

Sir. 23, 11. pœna Dei præſens.

Eſt peccati vel impœnitentiæ reiteratio: fugienda (1) *ab exemplo* Iſraëlitarum, Exod. 24, 7. faciemus omnia: contra ſtatim Exod. 34. vitulum ponunt. (2) *A ſimili* ægroti convaleſcentis: (3) *Ab exemplo* Iſraëlitarum Oſe. 14, 2. ſuper equum non aſcendemus. Recidiva eſt oppoſitum novæ obedientiæ, conſtantiæ, perſeverantiæ: Levit. 7, 3. caudam ſibi offerri voluit Deus. Templum octo diebus inſtaurabatur 1. Reg. 8. Cor tuum ô homo templum per veram Pœnitentiam inſtaura omnib. vitæ diebus, totâ vitæ ſeptimanâ. Sunt ſimiles cani ad vomitum redeunti &c. Deus tales evomit Prov. 26, 11. Luc. 11. Diabolo aperiunt januam cordis: revertar in domum meam. (4) *A Diaboli* fraudibus, qui mox eſt intentus recidivationi. (5) *Dei iram provocat* Jer. 2, 3, 6. feriam eos juſte &c. Ab exemplo Pharaonis, Abſolonis 2. Sam. 18. Hiskiæ, qui poſt morbum incidit in ſuperbiam 1. Reg. 20. (6) *Quia maximum eſt ſcelus*, idem peccatum repetere, vulnerare bis; talia opera oſtendunt arborem planè corruptam, quam exſcindet Dominus Matt. 3. (7) *A communicatione Dei*: qui me jam decem vicibus tentarunt, nemo ingredietur in terram &c. vid. Ezech. 3, 20. Luc. 12. nemo mittens manum ad aratrum retroſpiciat: 2. Timoth. 2. non coronabitur, niſi, qui legitimè certaverit, certat autem legitimè, qui ſemper pugnat: (8) *A ſimilibus*: Uti illi medicina non prodeſt, nec medici opera, qui de induſtria valetudinem nimio cibo vel potu corrumpit & diæta inordinata: ita medicina pœnitentiæ non prodeſt ei, qui mox viam peccati ſciens volensque repetit: Ezech. 18. ſi juſtus à juſtitia ſua &c. vid. Baſil. orat. 4. de pœnitent. Difficilè avis ſemel capta, cervusque iisdem retibus implicantur: nos miſeri homines peccatorum retibus non ſemel ſed ſæpius (proh dolor!) implicamur: confer 2. Tim. 2. v. ult. Prov. 5, 22.

RECONCILIATIO.

§. 1. Tituli affines ſunt *Manſuetudo*, *Ira*, *Remiſſio*.

Quid? Reconciliatio eſt offenſarum relaxatio & condonatio inter homines, ſivè privatim ſivè publicè conſideratos.

Cauſa efficiens principalis eſt Spiritus S. movens & impellens cor ad manſuetudinem: Galat. 5. inter fructus ſpiritus refertur. *Impellens* ad reconciliationem [1] Dei ipſius exemplum, qui non vult mortem peccatoris Ezech. 18. cap. 33. Zach. 1. convertimini ad me, & ego convertar ad vos. [2] Mandatum Matth. 5. Eſto: [3] Noſtrum promiſſum Matth. 6. ſicut & nos dimittimus &c. [4] Jus Dei in nos exigit hanc reconciliationem: [5] quia peccantes in proximum, in Deum ipſum peccavimus; itaque fas eſt & huic & illi reconciliari Num. 5, 6. [6] Ipſa charitas Chriſtiana erga Deum & proximum reconciliationem tanquam ſui fructum exigit. [7] Ut noſtris precibus reſpondeat Deus, Deus miſericordiæ: volo vobis remittere &c. vos quoque remittite fratri. [8] Ut pro nummulo dato immenſos theſauros recipiamus, pro luto aurum, pro ſtipula margaritam, pro 100. groſsis decem talenta. [9] Pœna: inediis maceretur, qui fratri ſuo reconciliari nolit Diſt. 90. c. 10. incidit in iram DEI Sirac. 28, 1. 2. in retia Diaboli, qui magis magisque odiis implicat irreconciliabiles, ut monentes non audiant: ita Saul ſprevit monita filii Jonathanis.

§. 2. *Objectum*: non eſt tentanda reconciliatio cum hominibus extremè malis Proverbior. 25. verſ. 2. Objectum cui: adverſario, proximo, fratri Matth. 5. capite 18. debitori, Matthæi ſexto.

Duplex eſt reconciliatio: privata inter privatos Matth. 5. c. 18. *Publica*, cum à tota eccleſia lapſus recipitur; eratque vel ordinaria vel extraordinaria: hæc fiebat interceſſione martyrum, Cyprian. lib. 3. Epiſt. 15. Epiphan. in hiſtor. Meletii. Conſtabat hæc certis ritibus, Exomologeſei peccatorum, quibus eccleſia offenſa erat: accedebat habitus pœnitentium ſingularis.

Modus reconciliationis conſiſtit in ipſa offenſæ agnitione & deprecatione (Pulchrè Auguſt. Ne pigeat, dicit, ex ipſo ore proferre medicamenta, ex quo facta ſunt vulnera) & culpæ remiſſione. Die viridium olim nexi captivi dimittebantur, Caſſander f. 226. oper.

Effe-

§.3. *Effectus reconciliationis*; ea frangit iram Prov.25. v.15. proximum placat: rancorem ex animo tollit: Deo & angelis gaudium excitat: ſinceritatem charitatis probat: cultum noſtrum in fide Deo exhibitum, (quæ efficit conciliationem) Deo gratum reddit, Matthæi quinto.

Adjunctum: publicæ reconciliationis olim erat 1. Satisfactio, quæ civilis diſciplina fuit, reſpiciens Eccleſiam, non remiſſionem peccatorum: vid. tit. *Satisfactio.* 2. Manus impoſitio: ei enim, qui Eccleſiæ reconciliatus erat, Epiſcopus coram Eccleſia rurſus manus imponebat.

Exempla varia.

§.4. *Alphonſus* Rex Arragoniæ ob hominum ingratitudinem non iraſcebatur, quod agnoſceret, ſe acceptis pro beneficiis Deo non ſatis gratum eſſe: imitatus Deum etiam ingratis & malis beneficia conferentem, Matth.5. verſu 43. 44.

Antoninus Pius Imperator, cum ob rei frumentariæ ſuſpicionem lapidibus peteretur, ſeditionem tamen ulciſci noluit. Zwing. fol. 200. a. T. Anton.

Cyprianus benevolentiſſimè omnibus ignovit, qui ipſi reſtiterant vocato ad Epiſcopatum. Ponticus in vita S. Cyprian.

Sylla ſepulchro ſuo inſcribi voluit: Nemo me injuriis ſuperabit. Chriſtus verò & Chriſtianus: nemo nos patiendis injuriis ſuperabit.

Clotharius & Childebertus Galliarum Reges, poſitis ad matrum lacrymas armis, ſeſe mutuo reconciliârunt.

Coriolanus. Nobilis Romanus pulſus ad Volſcos in exilium profugus, Romam obſedit, nec Procerum nec Sacerdotum precibus flecti potuit ab ira & obſidione, ſolius matris ſuæ Romæ egreſſæ, lacrymis, non ad oſculum ejuſdem admiſſus, niſi prius hoſtilem animum abjeciſſet, locum reliquit ſoluta obſidione.

Abab Benhadadum Syriæ Regem victum, fratrem tamen vocat, & belli illati noxam remiſit. 1.Reg.20,33.

Allegoriæ.

§.5. 2. Regum 4. Oleum multiplicabat Deus, quo debita exſolveret mulier: Ita reconciliationis oleum multiplicabit, ut & debitorum remiſſionem conſequaris, non meritoriè, non conſequenter: Matth. 6. ſicut & nos.

Exod.28,9. Pro ſe & pro populo offerebat in reconciliatis vinculum ſacerdos.

Jer.41,8. Iſmael à cæde abſtinuit audito theſauro; & tu non cohibes vindictam, cum animadvertas divinæ miſericordiæ theſaurum repoſitum eſſe, qui proximo remittunt, Sirach.28,1. Matth.18,35. c.6,11.

Si Rex promulgaret edictum, omnes eſſe liberos, qui inimicis peperciſſent, omnes certè ſe liberarent captivitate: Deus Rex eſt, qui jubet nos peccata dimittere proximo, & tunc vult nos liberare à tortore ſtygio Matth. 5,25. Conf. 1. Joh.4,17. *Simus & nos ita in hoc mundo ſicut ille eſt.* Joh.11. præceperat Chriſtus adſtantibus, ut ſolverent Lazarum: Quem igitur ſolvi voluit, hunc & tu abſolvas: Qui te læſit mortuus fuit peccato: Tu ſolve illum, quantum in te eſt, & remitte.

Reconciliatio eadem deſignata per panem azymorum Exod. 12. verſ. 16. Levit. 6. verſic. 16. in quo nihil fermenti odii ſit: panis Tu fac ſis!

Libamina infermentata edebant Levitæ coram Domino: tu comeſſaris libamen ſanctiſſimum corporis Domini, cave ne odio proximi fermentes. Sir.28,1.2.3.

Exod.25,17.18.ſeq. In medio duorum Cherubim verſis ſe vultibus inſpicientium erat propitiatorium: ita Deus eſt in medio eorum, qui ſe reſpiciunt mutuò reconciliationis affectu Epheſ.4,32.

2.Sam.18. David vult, ne quis de Abſolone vindictam ſumat; ſic Deus Pater præcepit, ne de inimico vindictam ſumeremus. Roman.12, 20. Deut.32,35.

Gen. 31, 24. Cave Deus inquit, ne quid durius contra Jacobum loquaris; obediit Laban: Et contra nos Chriſtiani non obedimus Deo præcipienti reconciliationem.

Levitic.7. v.30. Pectuſculum Deo offer, reconciliationem ſc. 1. Reg.6. Januæ templi Salomonici ex ligno erant olivarum. Oliva Pacis eſt Symbolum & placati animi.

Geneſ.50. verſ.16. Pater Tuus præcepit nobis, &c. Chriſtus eſt ille Joſeph & Pater, qui præceptum reconciliationis dedit: Ergò remittamus, & noſtris fratribus & inimicis, etſi ut Joſepho fratres nobis multa mala retulerint.

Non eſt hic dies ut in eo ſit memoria priſcorum malorum, 2.Sam.1,9. ita Chriſtiani: Et hic dies non eſt, in quo ſimus memores illatorum malorum & injuriarum: Eſt enim gratiæ Dei tempus, pro quâ proximo debes gratiam.

Hiſtoriæ.

§.6. Græci habuerunt altare, quod gratiarum actionem appellârunt, in quo injurias ſibi illatas offerebant; Autor Sabellicus: Et cum Lacedæmonii viciſſent Athenienſes, & ex Oraculo quærerent, an deberet ara deſtrui, noluit oraculum. Ita tua ara ſit Chriſti paſſio, Dei longanimitas, ſupplicatio Chriſti in cruce: ſine tali ſacrificio ἀμνηςίας nullum erit gratum ſacrificium: Matthæi quinto, ſi obtuleris munus, &c.

Simile.

Manus læſa ab altera manu non ſumit vindictam, 1.Cor.12.

Homines inter ſe ſunt membra, & manus, ſi vindictam ſumpſeris, non eris manus.

Non ſis Mercurii ſtatua, quæ digitis viam monſtrabat, non verò ipſa ibat: Deus exemplo exprimit, quæ vult, Baruch.3,36. Sic & nos & reconciliationem doceamus & Exemplo exprimamus.

Irreconciliati teriores feris. Romam deductus Elephas, læsus aculeis à pueris, unum forte proboscide arreptum in altum elevavit. Quo viso pueri clamorem sustulerunt fletumque, ad quem placatus Elephas, puerum elevatum blandè deposuit in terram. Tu es homo? rogatus à conservo, vel lacrymis oratus non remittis, sed terræ eum vis allidere. Ut Edomitæ Israëlitas Psalm. 137. O feram hominum iram & vindictam!

Aristides Atheniensis cum iret exulatum sublatis in cœlum manibus Deos oravit, sic prosperarent res Atheniensium, ut eos nunquam subiret recordatio Aristidis: sed post tres annos Xerxes Atticam invasit, tum ab exilio revocatus est Aristides. Plutarchus in vita ejus.

Johannes Episcopus Constantinopolitanus Patritio cuidam nomine Nicetæ, cum quo tentata concordia non cessit, missis Clericis ad illum, dici eidem jussit: Domine; sol est ad occasum. His verbis Nicetas motus, mox ad Johannem cucurrit; inque mutuos ruentes complexus, in gratiam redeunt. Leonitus Cypriorum Episcopus c.14. in vita Joh. Const. pœnitentiam igitur age antequam sol gratiæ obeat. Eph. 4. v. 27.

§.7. *Consuetudo.*

Veteres celebrabant Charistica convivia, quibus tantùm cognati & affines intererant, ut omnes offensæ sopirentur: Valer. Max. lib. 2. c. 1. Esto convivium nostrum epulum Eucharisticum, cujus participatione omnes unum sumus. 1. Corinth. 10, 17. Unus panis, unum corpus multi sumus: igitur sopiamus ante omnes offensas: Matth. 5. Relinque munus tuum, &c. Hoc ipsum clamant Ministri divini verbi: Reconciliemini Deo 2. Cor. 5. v. penult. at huic reconciliari non possumus, nisi & proximo reconciliati sumus Matth. 18. v. ult.

Contrar. & advers. Servi Absolonis interfecerunt Amnonem ex præcepto heri sui. Exemplum vindictæ privatæ & animi non reconciliati. Vide plur. Tit. *Ultio* vel *Vindicta*.

§.8. *Quando?*

Semper locus esse debet reconciliationi. Matth. 18. Quoties remittam fratri? Chrysostom. χιλιακὶς μεϊανοήσας εἴσελθε: hoc est, millies pœnitens ingredere. Vid. Augustin. sermon. 181. de tempore. Quod observandum est contra errorem Tertulliani, Novati, qui negabant lapsis veniam.

Ob Quem?

Ob CHRISTUM crucifixum: Johannes Gualbertus Florentinus eques, obvius factus ei, qui paulo ante fratrem ipsius occiderat, strinxit gladium, ut mortem fratris sui ulcisceretur: At cum fratricida parci sibi ob CHRISTUM crucifixum peteret, pepercit ei Johannes, & gladium ad imaginem crucifixi in proximo templo appendit, quem prono ac demisso capite amplexam esse imaginem illam crucis memorat Non nemo. Bzovius conc. 2. Dominic. 7. post Trinit.

Effectus Reconciliationis & Signa.

§. 9. *Remittere offensas*, vide Theodor. Dom. 4. Trinit. obs. 9. & 10. p. 1. 6. part. 2. observ. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Chrysost. homil. 62. in Matth. libr. de compunct. cordis. ibid. Augustin. serm. 18. de verbis Apost. Gregor. Nazianzen. orat. de dictis Jerem.

Dexteram alteri parti præbere. Sic fecit M. Crassus Senior Cnejo Pompejo juniori in Senatus Romani consessu. Fulgos. libr. 4. c. 2. Factor. & dictor. memorabil.

Contrahere affinitatem cum inimicis. Sic Alphonsus Castalonensis Rex cum Alphonso Rege Legionensi. Carolus VI. Gallor. & Richardus II. Britannorum Rex. Carolus V. & Franciscus Galliæ Rex.

Inimicum ad honores promovere. Sic fecit Licinius Mutianus Ægypti & Syriæ præses salutatus Vespasianum Imperatorem, quem antea odio habuerat. V. pl. V. ULTIO.

Irreconciliabilium objectiones.

§. 10. 1. De quantitate: Quoties? Matth. 18. Impatientia.

2. Parum interesse: Securitas.

3. Non me humiliabo: Superbia.

4. Est hæret. pagan. Prætextus & hypocrisis.

5. Prætextus difficultat. Resp. Quid si Deus ita quoque diceret.

6. Aggravavit nimis. Resp. CHRISTUS pro gravibus inimicis oravit, & iis remisit.

7. Ego sum homo! Resp. Et Stephanus homo erat, & tamen orabat pro inimicis. Et tu homo homini remittere debes Matth. decimo octavo.

8. Non seriò pœnitet. Resp. Non sis judex temerarius alieni cordis. Irreconciliabiles tandem à Deo puniuntur. Ezech. 35. v. 5. 6. 11. Matth. 5. c. 18.

Reconciliatio.

Hominis cum Deo & hujus cum illo, Romanor. 5. vers. 10. 2. Corinth. 5, 18. 19. 20. Ephes. 2, 16. Coloss. 1, 20. 22. monet hoc 1. De Dei bonitate. 2. Christi merito. 3. Ministerio. 4. Nostrâ adversus Deum offensâ & irâ Dei adversus peccatum, quæ omnia suis locis explicantur. 5. Pœnitentiâ quâ Deo reconciliamur.

RECORDATIO.

§. 1. *Dei.* (Huc Phrases: redire in memoriam, ascendere in memoriam. Ps. 109, 14. Es. 45, 26. Actor. 10, 4. Apoc. 16, 19.) quæ ipsi Ἀνθρωποπαθῶς tribuitur, scriptura verò variarum, quarum recordatur Dominus, rerum mentionem facit. Recordari namque dicitur *Fœderis & Pacti sui* Psalm 105. vers. 8, 42. & 106. vers. 45. Exod. 2. v. 24. c. 6. v. 5. Genes. 9. v. 15. *suorum* Psalm. 115. v. 12. *Abrahami & Isaaci* Exod. 32. v. 13. Levit. 26. v. 42. 45. Deuteronom. 9. v. 27. Jerem. 14. vers. 21. Ezech. 16. vers. 60. *Piorum* tempo-

tempore tribulationum editarum. Psalm. 132. v. 1. & 136, 23. 1. Sam. 1, 11. 20. Nehem. 13. v. 29. Job. 14, 13. Thren. 5. v. 1. *Piorum & nostri in gratiâ*, Psalm. 25, 6. 7. Luc. 23, 42. Sicut panes propositionis semper erant coram Domino: Sic quoque pii semper à Deo curantur. Recordatus est Dominus Noachi in arca: Mundus hic arca nostra est; in ea versamur & fluctibus obruimur, Psalm. 42. & 88. Sed Deus eripit, educit, salvat: Psalm. 50. Eripiam, &c. Psalm. 91. Invoca me, exaudiam, liberabo. *Peccatorum à Majoribus commissorum*, Psalm. 109, 14. *Inimicorum* Psalm. 137. v. 7. peccatorum à nobis commissorum, Psal. 25, 7. vitæ fragilis, Job. 7, 7. formationis nostræ in utero, Job. 10, 9. 13. *Calamitatis impendentis*, Genes. 19, 29. Jerem. 18, 29. & præsentis, Genes. 30, 22. Sterilitatis τῆς Rahel. *Vastationis* Threnor. 3, 18. *Vindictæ & pœnæ*, Ps. 9, 13. c. 9, 9. Apoc. 18. vers. 5. *Infirmitatis nostræ*, Psalm. 78, 39. Psalm. 103, 14. sic Jerem. 20, 9. *Divinæ misericordiæ*, Psalm. 98, 3. Esa. 43, 25. Jerem. 31, 20. Ezech. 18, 22. Habac. 3. v. 2. Hebr. 10, 17. *Destinationis ad certum officium*, Es. 49, 1. *Exprobrationis*, Jerem. 2. v. 2. nostri quoque Deus recordatur in morte Judic. 16. versic. 28. Luc. 23, 42.

Recordatio Humana multiplex.

§. 2. 1. *Pœnitentiæ*, quâ peccatorum nostrorum recordamur (Ezech. 20. Recordamini viarum vestrarum) & illa deploramus, Matth. 26. Psalmo 6. cum Petro & Davide & Israëlitis Psalm. 137. Levit. 26, 40. Matth. 26, 75.

2. *Exilii* vitæ hujus, in quo sedemus Psal.

3. *Judiciorum* Dei & justorum & admirabilium: Job. 4. Recordare quæso, quis innocens periit. Psal. 119. Justus es Domine.

4. *Status miseriæ*, in quo extra Christum fuimus. Huc applica Deut. 16. Servus fuisti in (infernali) Ægypto.

5. *Calamitatis* & tribulationis. Thren. 3. Recordare quod absinthio & felle, &c.

6. *Obedientiæ* & Pietatis qua recordamur præceptorum Domini, Num. 15, 39. cui subjicitur ea recordatio, quæ est divinorum beneficiorum, Deuteronom. 7. vers. 18. cap. 8. vers. 2. 18. cap. 16. vers. 12. (Huic opponitur oblivio Judic. 8. v. 34.) & operum Dei, Nehem. 9, 17. Esa. 17, 10. Matth. 16, 9. Marc. 14, 71.

7. *Charitatis* & gratitudinis, quæ rara admodum esse solet; nam negligunt eam homines, Gen. 40, 23.

Cultus & Templi Domini recordatio, Psal. 137. Verbi divini & ejus complementi, Actor. 11. v. 16.

Malæ concupiscentiæ, Num. 11, 5. Justitiæ & supplicii, Esth. 2, 1.

Mansuetudinis, ut iram nostram temperemus, 1. Sam. 25, 31. 2. Sam. 14, 11. & reconciliationis, Matth. 5, 23.

Impietatis & murmurationis, Job. 4. versu 7.

Finalis supplicii Luc. 6, 25.

RECTOR.

1. Summus omnium rerum est Deus, Esth. 15. vers. 5. Omnipotentissimus, Omnisapientissimus, omnia sapienter, utiliter gubernans. Quem etiam Ethnici cognoverunt suo modo, Rom. 1, 18. Ps. 19, 2. 3.

2. Mundi, quatenus in malo jacet 1. Joh. 2, 15. Diabolus est, Eph. 6, 12. qui operatur in filiis diffidentiæ, Ephes. secund. Satan, Diabolus

3. Civitatis est Magistratus. Sirac. 10. versic. 2.

4. Ecclesiæ rectores pii Præpositi, Episcopi, Ministri. Vide *Ministerium.* Vide *Ecclesia.*

RECTUS, RECTITUDO.

Confer simplex.

§. 1. I. Dei, est æterna Dei justitia & bonitas, Deuteronom. 32. v. 4. Psalm. 25. v. 8. & 92. v. 16. (α) Quam juxta nos ducit recto itinere vitæ nostræ, Alleg. Genes. 24. versic. 27. 48. (β) Hac rectitudine nos ducit, Exod. 15. vers. 26. (γ) Suosque tuetur, Deuteronom. 33. vers. 26. Psalm. 7. v. 11. & 25. vers. 21. Psalm. 27. v. 11. & 107. v. 7. & 143. vers. 10. (δ) Omniaque adeo in Deo recta sunt: judicia ejus, Ps. 119. v. 137. Verbum ejus, Ps. 33, 4. Viæ ejus, Ose. 14, 10.

II. Hominum rectitudo est

1. Apparens saltem non vera. Ideo juxta eam vivere non debemus Deut. 12, 8. Jud. 17, 6. Prov. 16, 13.

2. Vera est via bona & recta, 1. Samuel. 12. Job. 1. v. 1. 18. Huc spectant exempla Piorum, qui rectè & piè egerunt, 1. Regum 3. versic. 6. cap. 15. vers. 5. 11. 1. Samuel. 29. vers. 6. cap. 22. vers. 43. Huc spectat *rectum cor* fide & intentione: *Recti oculi*, illuminatione & discretione, ut sint simplices: *Pedes*, ambulatione: *Amplexus* charitativi, dilectione Roman. 12. *Pennæ* rectæ, fideli devotione, Esa. 40. *Manus*, sincerâ operatione: *Viæ*, innocenti conversatione: *Os* divinæ laudis prædicatione, & veritatis confessione: *Labia*, laudis Dei annuntiatione: *Vox* recta, divini honoris buccinatione.

III. Sors & fortuna rectorum (justorum) in hoc mundo: Expositi sunt malorum insultibus & insidiis Ps. 11, 2. & 37. v. 14. & tenebris hujus mundi Ps. 112, 4. & tribulationibus. V. *Tribulatio.*

RECUMBO.

Matth. 8. v. 11. Cum Abraham, &c. V. *Vita æterna, Convivium.*

REDDO.

I. Deo adscriptam notat justitiam & gratiam; quatenus juxta illam vel hanc, vel justè punit, vel gratiosè compensat, Rom. 2. v. 6. 2. Tim. 4. 6. & 14. Ps. 62, 13.

II. Christo, notat judiciariam potestatem. Matth. 16, 27. Apocal. 22. v. 12. 2. Thessal. 1. vers. 7. 8.

III. Homini, accipitur (1) Pro restitutione Gen. 20, 7. 14. (2) Compensatione Gen. 31, 39. 2. Sam.

2. Samuel. 12. verſ. 7. Matth. 20. v. 8. (3.) Vindicta. Geneſ. 44. verſ. 4. Romanor. 12. verſicul. 17. 1. Petr. 3. verſicul. 9. Pſalm. 7. verſ. 5. 7. (4) Obſervantia Rom. 13. verſ. 7. (5) Miſericordia erga egenum, Exod. 22, 26. (6) Gratitudine & votorum redditione Pſ. 61. v. 9. (7) Rationum redditione in altera vita, 1. Petr. 4. verſ. 5. Luc. 16. redde rationem.

REDEMPTIO.

Vicinus Titulus Liberatio.

CHRISTUS.

Quid?

§. 1. Liberatio Dei, qua nos liberat ab omni malo, 2. Timoth. 4. verſic. 6. Eſt verò multiplex:

1. Redemptio CHRISTI, quâ nos redemit à peccato, Lege, ejusque maledicto: Hinc Metonym. redemtio dicitur nobis factus eſſe CHRISTUS, 1. Corinth. 1. verſ. 30.

2. Levitica, Levit. 25, 24. Num. 18, 16. Nehem. 5, 5.

3. Temporalis: Sic Iſraël redemptus ex Ægypto.

Redemptoris Leges & requiſita:

§. 2. 1. Propinquus eſto. 2. Conſanguinitatis jure redimito. 3. Injuſto poſſeſſori prædam eripito. 4. Huic nullum pretium ſolvito. 5. Sanguinem pro redemptionis pretio Domino propriè offerto.

Redempti officia & requiſita:

1. Gaudet jure libertatis. 2. Non ſubit rurſus jugum ſervitutis. 3. Exhibet ſe ſervum Domino; qui ipſum redemit: vid. Romanorum 6. verſic. 16. Luc. 1, 76. Johan. 8. Si filius liberavit.

Cauſæ.

§. 3. DEUS, qui mittit redemptionem Pſalmo 112. verſic. 9. Eſtque hæc copioſa Pſalm. 130. verſicul. 7. Hinc dicitur Redemptor Job. 19.

Chriſtus, verus Deus & homo, ſuo ſanguine Actor. 20. verſ. 28. Romanor. 5, 9. Epheſ. 1. v. 7. Hebr. 9, 12. 1. Petr. 1. 19. Apoc. 3. verſ. 9. ſuâ anima, hanc enim dedit Matt. 20, v. 27. ſeipſo Galat. 2.

Materia.

Huc refer, à quibus malis liberemur? A captivitate peccati & mortis Matth. 20. verſic. 27. Ab injuſtitiâ: Nam CHRISTUS ob juſtitiam noſtram ſurrexit; Romanorum 4. verſ. 25. Irâ venturâ, 1. Theſſalonic. 1. verſ. 10. Poteſtate tenebrarum, Coloſſ. 1. Vana converſatione, 1. Pet. 1, 24. manu inimicorum, Luc. 1, 74.

Pro Quibus?

Pro multis Matth. 20. verſic. 27. Eccleſiâ Tit. 2. verſ. 14. Actorum 20. verſ. 28. Pro impiis Romanorum 5. verſ. 6. Omnibus 1. Timoth. 2. verſ. 6. Pſeudoprophetis, 2. Petr. 2. verſ. 1. ex omni tribu, lingua, populo, natione, Apoc. 3. v. 9.

Partes.

Redemit nos Chriſtus I. Expiando à peccatis. §. 4.

II. Liberando à ſervitute, Luc. 1.

III. Vaſtando poteſtatem Satanæ, 1. Corinth. 15.

IV. Collocando nos in cœlo, Epheſ. ſecundo.

V. Mortem depopulando, Hebr. 2. verſic. 14. ſequent.

VI. A Lege liberando Galat. 3. v. 13. c. 4. verſ. 4. Tit. ſecundo, redemit nos ab omni injuſtitia.

Cui?

Deo, Apoc. 5, 9.

Quo pretio?

Sanguine, 1. Petr. 1, 18. 19. Vitâ ſuâ, animâ: vid. ſuprà.

Effectus Redemptionis.

Noſtri juſtificatio, Romanorum 3. verſic. 24. cap. 5. verſ. 9. Roman. 8, 1. 1. Corinth. 1. verſ. 30. & peccatorum remiſſio Coloſſ. 1, 14. æterna redemptio Hebr. 9. verſ. 12. mundatio conſcientiæ noſtræ Hebr. 9. verſ. 14. Tit. 2. verſ. 14.

Finis.

§. 5. 1. Dei Gloria. 2. Noſtra ſervitus, Luc. 1. verſ. 75. Bonorum operum ſectatio, Tit. 2. v. 14.

Redimere Tempus: *v. Tempus.*

REFICIO. *v. Quies.*

REFRIGERIUM.

I. Divinum in æſtu crucis Pſalm. 66. pœnis mitigatis Jerem. 47. conſolatione Spiritûs Sancti, æterna exhilaratione.

II. Humanum: compaſſio, conſolatio, 2. Timoth. 1.

III. Impium: Matth. 24. Charitas refrigeſcet in cordibus multorum.

REFUGIUM.

§. 1. Dicitur Deus: Hebr. (מעון) habitatio. Fit reſpectus ad tabernaculum, in quo DEUS gratioſè habitabat. Notat & vox Hebræa caveam ferarum: verbi gratiâ Jerem. 9. cavea Draconum. Item locum Sanctuarii Pſalm. 26. Chaldæus interpres habet סעיר vox hæc notat adjutorem, fraudatorem: Græci habent καλαφυγὴ receptus Pſalm. 90. verſ. 2. Conf. Pſalm. 94. verſ. 22. Jer. 3, 23.

Refugia.

§. 2. 1. Mala: verbi gratia Exempla mundi ſcandaloſa Matth. 18. Conſilia ejusdem inſidioſa: Mundi ſtudia & conſortium: Conſuetudo peccandi, ad quam peccator jugiter recurrit.

2. Bona. 1. Pœnitentium, ut â malo ad bonum confugiant. 2. Proficientium, ut de virtute in virtutem progrediantur. 3. Perfectorum, ut à curis & ſtrepitu mundi ad DEUM ſe recipiant, (ſed in mundo non eſt niſi imperfecta perfectio, ut alicubi monet Bernhard.) 4. Afflictorum, ut ad ſolum, in malis, Deum con-

confugiant, Pſ.46,1.Pſ.71,2.3. Confer.Drexel. tract.2. p.117.

Similia.

§.3. Ut civitas refugium civium, turris fugitivorum, dux exercitus militum, mater filiorum, domus habitatorum, medicus ægrotorum, navis navigantium. columbarum petrarum foramina, aſylum profugorum: ſic Deus eſt refugium piorum. Vid. Hugonem in Pſalm.90. & Hieronym.ibid. ſentit omnino diſpendium ſalutis, qui DEUM non habet refugium.

Quibus?

§.4. Nobis eſurientibus eſt Deus cibus, ſitientibus potus, periclinantibus rupes, peregrinantibus patria & portus.

REGENERATIO. *Confer Renovatio, Sanctificatio, Pœnitentia.*

§.1. Varia Nomina & Phraſes Affines:

Ex Deo naſci Joh.1.1. Johan.5,1. è ſupernis naſci Johann.3. notatur cœleſtis origo & Deus cauſa efficiens. Iterum naſci, ibid. Damnatur igitur prior noſter ſtatus, quem juxta in peccatis naſcimur Pſalm.51. v.1. Job.15. Ex aquâ & ſpiritu naſci: Notatur cauſa efficiens Spiritus Sanctus, & organon aqua, Tit.3. v.5. E cœlis naſci Johan.3. Regenerari & renovari Tit.3.v.5. Aperire oculos Actor.26. Te mitto, ut aperias. Proforare aures Pſal.40. Illuminare mentem, oculos Epheſ.1, 18. Hominem veterem deponere Eph.4. novum induere Eph.4. Renovari ſpiritu Epheſ.4. verſ.23. Transformari ad Dei imaginem 2.Corinth.3. baptiſari Spiritu S. 2.Cor.12. mortificare veterem hominem Coloſſ.3. vivificare ſpiritum Rom.8. Corde circumcidi. Cor lapideum tolli. Cor carneum recipere. Converti: Pœnitere. Cor mundum creare & novum. Surgere à mortuis, divinæ naturæ fieri conſortes. 2.Petr.1. verſ.4. Sanctificatio. Glorificatio (ex mente nonnullorum) Roman.8. verſ.30.

§.2. Cæterum vox Renovationis includit aliquid ſenium, à quo nos renovari oportet. Id verò peccatum, qnod inſtar ſenii

1. Hominem incurvat. Pſalm.38. incurvatus.
2. Enervat & debilitat Pſalm 6. ægrotus.
3. Debilitat viſum & auditum Eſa.6. non vident.
4. Inducit opum cupiditatem Matth.6. nemo poteſt.

Quid ſit?

Cœleſtis ſupernaturalis immutatio hominis per Spirit. Sanctum in intellectu, voluntate & apperitu ejusdem hominis facta, ad imaginis divinæ reformationem. Coloſſ.3. v.9.10. Sive ut vult Strigel. Tota hominis converſio ad Deum. quæ mortificatione & vivificatione continetur.

Cauſa.

§.3. Efficiens Deus, Sp.S. Pater, Filius 1.Petr.1. v.3. Benedictus, &c. Eſa.66,9. An ego aperirem, &c. Eſ.9. Chriſtus vocatur Pater æternitatis, quod ſit is, qui filios ſuos regeneravit inde à mundo condito usque ad finem. Credentes quoque filiorum & filiarum titulis inſignivit Matth.9,2. Gal.5,22. fructus ſpiritus, Spir.S. corda purificans, lavans, renovans, lapidea auferens, Jerem.31. Ezech.11. Johann.3. verſ.5. Actor.15. Pſalm.51. Eſa.44. verſic.3. Matth.3. verſ.11. Hebr.10. verſ.22. Liberâ & miſericordi voluntate Hebr.10. v.20. 1.Petr.1. v.3. Levit.21,8. Ego Jehovah ſum ſanctificator veſter.

Promerens 1.Petr.1,3. Chriſti meritum, paſſio, reſurrectio, per quæ nobis regeneratio verè applicatur. Conf. Auguſtin. Tom.10. col. 902.b.

Idem Chriſtus verè efficit in nobis regenerationem, & peccati regnum in nobis deſtruere occipit, nos ſanctificando, dando legem in corda noſtra.

§.4. Inſtrumentalis, verbum, inſtrumentum illud efficax Rom.1,16. Baptiſmus, non ut obſignet ſolùm regenerationem, ſed ut eam conferat; eſt ordinarium medium.

Hinc olim Baptiſati die Paſcha, albis veſtibus induti, ſequenti Dominicâ (quæ etiam in albis dicta eſt) coram Eccleſia ſiſtebantur. Ambroſ. Epiſt.61. & libro de jejunio cap.X. Lactantius in Carmin. de reſurrectione Domini:

Candidus egreditur nitidis Exercitus undis,
Atq; vetus vitium purgat in amne novo.

Sicut corpora nutriuntur ex iis, ex quibus conſtant. Sic verbo Dei ut ſemine renaſcimur, lacte verbi Dei nutrimur. Auguſt. verbo regeneramur, nutrimur, augemur & corroboramur.

Tit.3. ſalvos nos fecit, &c. 1.Pet.1. v.23. regeniti eſtis non ex ſemine, &c. Eſtque baptiſmus in ſe & ſalutari uſu conſideratus medium ordinarium regenerationis: Inchoatur quidem aliquando renovatio per verbum in adultis, ut in Eunucho Reginæ Candaces Act.8. v.37. Cornelio c.10. attamen in baptiſmo perficitur, ut ordinario medio. Qui verò hoc negant, ſcripturæ contradicunt & fruſtratæ regenerationis culpam peſſimè baptiſmo (cum hominum ea ſit propria) tranſcribunt.

Accipiens inſtrumentalis eſt fides Joh.1. quotquot receperunt eum &c.

Materia.

§.5. I. *Terminus à quo* eſt concupiſcentia prava 1.Petr.1,3. (analogicè & reduct.)

2. *Ad quem* eſt imago Dei, ad quam regeneramur Epheſ.4. verſ.23. Coloſſ.3. verſic. 9.10.

II. *Subjectum quod* regenerationis eſt homo animalis 1.Cor.2,14. natura corrupta, quæ dicitur lex membrorum Rom.7,23. externus homo 2.Cor.4. Rom.6. caro Joh.3,6. carnalis Rom.8,5. mens corrupta Rom.1,28. Eph.4, 23. Tit.1. verſ.15. Omnes infantes in baptiſmo Chriſto oblati Tit.3,5. Lavacrum regenerationis: ſicut in circumciſione omnes infantes corde quoque circumcidebantur, quorum qui-

quidam ætate maturâ fructum penitus suppressêre regenerationis, ut Cain & Esau.

Non verò soli electi, sed & illi, qui sunt reprobi; hi habent quoque semen & vim Spiritus Sancti, sed postea eam abjiciunt: quod est contra Toffanum in 1.Johann.5. vers.13. thes. 12. qui solis electis hoc semen tribuit, quod hi nunquam recedant à Deo: Jer.32. cor novum, &c.

§.6. *Subjectum Quo*, vel materia in qua, est anima & corpus, non quâ essentiam, sed qualitates Eph.4,23. Coloss.3,5. Rom.8,7.1.Thess.5,23. 1.Cor. 6,20. Cor ipsum: intellectus illuminatur, 2.Cor.3,18. Eph.1.v.17. Hinc prudentia & sapientia Christiana. Voluntas rectificatur; hinc obedientia Christiana, & sanctitas Christianorum: quam crux sequitur, quâ ipsa mens hominis probatur & examinatur. Adultorum verò quidam suâ culpâ non sunt regenerationis capaces, Augustin.tom.9. col. 102. a. refert huc Esavum & Jacobum & Ismaëlem Genes. 25.

§.7. III. *Partes.* (1) *Mortificatio hominis veteris*, exterioris, carnis Joh.3, 6. Roman. 8,6. corporis peccati Rom. 6, 6. Col. 2, 11. & quidem totius; cum omni mala concupiscentia Tit.2,12. Col. 3, 8. sive sunt tenebræ in intellectu, sive ἀταξίαι in voluntate Gal.5, 16. Rom. 13,14. 1.Pet.3,11. c. 4,3. non est solius sensualitatis, ut putant Scholastici. Quam mortificationem spiritualis sequitur sepultura Rom. 6,4. Col. 2, 12. non fit per violentam mortificationem, sed cohibitionem affectuum nostrorum vitiosorum, ex parte Rom.7, 4. 6. 10. Gal. 5, 24. (2) *Vivificatio*, passive dicta, *novi hominis*, Johan.5,11. Eph. 2, 4. 5. qui est natura hominis, quatenus imagini Dei conformatur, per spiritum Christi, non verò Adami. Dicitur occultus homo 1.Petr. 4, 10. *Spiritus*, Joh.3,6. quia à spiritu Dei dicuntur Rom. 8. in eo & ex eo vivunt Gal.2,20.c.5,24. & spiritus opponitur carni: dicitur etiam interior homo Rom.7,22. & quidem [α] ob sedem internam, non externam, quæ mens est. [β] A sensu; sentitur enim in cordis & Spiritus S. συμμαρτυρία Rom. 8. Spiritus testimonium reddit nostro spiritui. [γ] Non verò internus dicitur, quod non nisi interna opera producat; imò omnia bona opera ab interno homine promanant. (3) Subjicitur visitationi tranquillatio conscientiæ Ps.51,10.Rom.5,1.c.8,1.2. Es.5,7.16. item, gubernatio in viis Dei Ps. 25, 8. 9.10. per illuminationem intellectus nostri 2. Cor.3. Ephes.1,17. Novum regimen, novus eis spiritus, nova medicina, omnia bona opera. Causa autem promerens hunc spiritum, qui nos vivificat, est Christus Rom. 6. c. 8. instrumentalis, fides: materia ex qua, Christi mors, resurrectio, vita. Ad hanc refertur: abnegatio nostri, & novæ qualitatis assumtio Matth. 16,24. vid. tit. *Abnegatio sui.* Corruptio externi hominis: retusio vis peccatricis in nobis Rom.6,6.12. Eph.4,22. 2. Cor. 4,16.

§.8. IV. *Modus & forma* incognita & ineffabilis Joh. 3. vid. Philip. Nicolai Theor. vitæ æternæ. Fatentur id Muscul. in Johan. c.3. 8. Calvin. ibid. & Spindler. in Postill. Domin. Trinit.p.195. §. Diß will der HErr: & p.179. §. zuletzt. Confer Hilar. libro 12. folio 271. de Trinitat.

Differt Regeneratio 1. A resurrectione 2. Tim.2, 16. quæ est (α) corporum solùm; at regeneratio & animæ & corporis est. (β) Illa fit in altera vita, hæc in præsenti. (γ) Illa planè reddet corpora pura à fecibus peccatorum & omnibus infirmitatibus; hæc verò hoc non præstat. 2. A naturali hominis renascentia, quâ (1.) nova substantia creatur, vel anima migrat in aliud corpus, ut olim fabulati sunt Pythagoræi; at in regeneratione eadem manet substantia, solæ qualitates mutantur. 2. Præcedebat interitus corporis, quod vivebat: non interit corpus in regeneratione.

§.9. V. *Finis ultimus* est Dei gloria Rom. 6, 4. 1.Cor.6,20. Proximus, nostri sanctificatio, Jac. 1. v.18. ut essemus primitiæ. Allegor. Gideon lucum Baal succidit, & è lignis altare construxit pro sacrificiis: ita per regenerationem destruuntur opera peccati, & ex armis nequitiæ arma fiunt justitiæ Rom. 6. 1.Samuel. 6. arca fœderis novo plaustro imponenda: Christus vera est fœderis arca, cor tuum nî novum sit plaustrum, Christum vehere non potest.

§.10. VI. *Effectus & Consequentia* regenerationis in piis. Imaginem Dei restaurare & erigere. De hac restauratione Imaginis Dei vide M.Zach.Fabrum part.2.Exercitii pag.112. 268.269. & p. 345. seq. Clamare Abba pater Gal.4, 6. Regi à Spiritu S. etsi non semper par & æqualis sit efficacitas spiritûs in renatis, hinc in peccata propriâ suâ culpâ ruunt, ut David. Vincere mundum 1.Joh.4,7. c. 5, 1. & diligere fratres 1.Joh. 4. Expectare Dominum in verbo promissionis: vid.Luther.in Psal.130. tom.1.Jen.Germ. Resistere peccato 1.Joh.3,9. c.5,15. non repugnare Deo: ambulare in spiritu Rom. 8, 8. desponsari cum Christo, ceu marito nostro Rom. 7, 4. 2.Corint. 11. Ose. 2. vivere cum Christo eique inseri Rom.6. Spem vivam habere 1.Pet.3. in spem vivam regenuit nos: abolere corpus peccati Rom.6,6. Pœnitentiam implicare, vid. D. Hieron. Weller. in Joh.3.p.15.16. Postill.

Novam nos fieri 2.Cor.5. creaturam: innovari nos mente, Rom. 12. ut carnali sensu non simus, Rom.8. sed Christi sensu, 1.Cor.2. sed & novum hominem nos induere, Ephes.4. quia Deus 1. Solus efficit, non homo, regenerationem. 2. Nihil materiæ invenit in homine, nec ullam præparationem. 3. Modus operationis divinæ in nobis planè novus & divinus est. Libertate frui 2. Cor.3, 17. Renovari in agnitionem Dei Col.3,9.10. Bernh.sermon.39. Non potuit Moses mutare pellem uxoris suæ Æthiopissæ: potuit Christus suæ conjugis Ecclesiæ iniquæ & peccatricis. Exuere veterem hominem Ephes. 4. Coërcere peccatum: Seminare in spiritu Gal.6. Non probare malum, quod facimus Rom. 7. Deponere hominem exteriorem: Luctari cum peccato Rom. 7.

Gal.5.

Gal. 5. Crucifigere carnem Galat. 5, 26. Mortificare membra super terram Coloss. 3. Ambulare in nova vita Rom. 6. coram Deo Gen. 17, 1. Non duci nostro spiritu Jacob. 4, 5. Gal. 5, 16. Fructificare Psal. 85. dabit terra fructum suum, Aug. tom. 8. col. 936. b. vid. Rom. 6, 1. c. 7, 6. c. 12, 1. Eph. 4, 22. Col. 3, 9. 1. Corint. 5. v. 7. 15. 1. Petr. 4, 2.

Transferri hominem in meliorem statum: Huc Basil. in epist. Tres sunt modi creationis: primus est fabricatio rerum ex nihilo: secundus est mutatio subjecti in meliorem statum: tertius est resuscitatio ex mortuis. Mundare cor Matth. 23, 25. Luc. 11, 39. 2. Corint. 7, 11. Grabbatum peccatorum tollere Joh. 8.

Qui regenerantur, surgunt, ut à Christo illuminentur Eph. 5. vers. 8. surgunt, quia dies appropinquavit, Romanorum 13. Fieri templum Dei 1. Cor. 3. & 6. Hostem semel in pœnitentia abjuratum fugere, nec cum eo fœdus pacisci. Errant Libertini, qui Spiritum Sanctum intus agere, foris peccare hominem contendunt.

§. 11. VII. *Varia prædicata. Signa regenerationis.* (1) Fides in Jesum Christum 1. Joh. 5. v. 1. (2) Charitas erga Deum & proximum d. l. (3) Peccati fuga 1. Johan. 5. v. 18. (4) Alacritas serviendi Deo. (5) Corroboratio nostri per spiritum Dei Esa. 40, 2. Corint. 12. In Physica mutatione est progressus ab habitu ad privationem; sed in regeneratione est progressus à privatione ad habitum. Aug. in 1. Joh. 5, 1. Baptisentur licet omnes, intrent Ecclesiam, cantent Alleluja; non discernuntur filii Dei à filiis Diaboli, nisi illâ regeneratione, quæ charitatem producit.

Difficultas: Nicodemo admodum difficilis erat hæc doctrina, *Quomodo, Quomodo* ingeminanti Johan. 3. Exod. 4, 26. Ziporæ difficilis videbatur circumcisio: sic rationi regeneratio. Cyprian. fatetur, se olim dubitasse, quomodo regeneratio fieret, epist. 2.

Veritas, ut ne ficta, ne simulata sit regeneratio.

Spiritualitas: non enim fit modo corporali, sed incomprehensibili vi Spiritus Sancti. Deus est natus ex homine, & tu miraris hominem nasci ex DEO? ait Augustin. tom. 9. col. 20. d.

Necessitas ejus colligitur (1) è CHRISTI juramento Johann. 3. vers. 3. Matth. 18. v. 3. Amen, Amen. (2) E perspicuo ejusdem testimonio Johann. 3. nisi quis renatus fuerit, &c. (3) E filiationis amittendæ periculo & damno: non enim nisi regeneratus filius Dei esse potest Romanor. 8. vers. 6. Ezech. 28. vers. 10. cap. 31. vers. 28. morte incircumcisorum peribitis: nihil impuri ingredietur cœlestem Jerusalem; at omnia impura, quæ sunt non circumcisa, non regenita. (4) E necessario fidei fructu; qui enim verè credit, veri filii ex Deo nati genium & naturam referat, necessum est. Ut igni semper ligna adjicienda sunt Levitic. 6. sic tu te lignum aridum & sterile igni Spiritus Sancti subjice, ut te excoquat ac regeneret. Si quis regi pretiosum cibum in paropside immunda offerret: Pictor sæpe in manus sumit tabulam, corrigit eam, pingit, refingit; sic tu animæ tuæ tabulam subinde finge, refinge ac emenda, corrige, ut renovatum Deo speculum fingatur 2. Corinth. 3. v. 18.

§. 12. *Imperfectio* regenerationis, quæ est carentia summi gradus in perfectione, quam nunquam assequimur in hac vita; vid. Augustin. sermon. 160. de tempore: Bernhard. sermon. 38. in Cant. Matth. 26. v. 41. Spiritus quidem firmus, sed caro infirma. Innovatio animæ hic solum incipit, Luther. præfat. in Ezech. pag. 78. fac. 2. col. a Matth. 19, 28. fit mentio regenerationis futuræ in altera vita; ergò quæ hujus vitæ, perfecta non est, alterius verò perfecta, numerisque omnibus absoluta. In fortunatis insulis arbores quædam sunt pulchris ramis, quarum quidam fructus maturi sunt, alii verò pubescunt, & velut primum florem induunt: ita pii sunt arbores pulchræ de Christo hominum pulcherrimo Psalm. 45. hæ habent fructus Psalm. 1. sed partim maturos, partim pubescentes. Ecclesia verò est insula fortunata ob cœlestes divitias & bona spiritualia, quæ in ea distribuuntur; cincta fluctibus insanientis mundi, Psalm. 46. Matth. 16. Sicut infans paulatim in utero materno crescit, augescit, donec tandem nascatur; sic in utero Ecclesiæ Galat. 4. gestamur, in quo spiritum trahimus; crescimus subinde, sed imperfectè, donec tandem perfectè nos Ecclesia parturiat die restaurationis omnium, Actorum 3. 21. Lotio pedum discipulorum eandem significare imperfectionem censetur Joh. 13. Aug. tom. 9. colum. 397. a. Canticor. 5. lavi tunicam meam: indies lavemus nos & inquinatas vestes nostras Esa. 1. imò Deum, ut nos lavet ab iniquitate nostra, devotè oremus, Psalm. 51. Remitte nobis debita nostra Matt. 6.

Ut cœcus ille à Christo curatus paulatim videre incepit, sic nos à Christo sanati de die in die augemur bonis cœlestibus ac donis pro modulo receptivitatis nostræ: Augustinus tomo 9. colum. 226. a. Joseph nolens parere cupiditati mulieris heræ, in vinculis ideò detinebatur Genes. 39. v. 40. sic vincti & captivi sumus Romanor. 7. quantisper cupiditas in nobis est, dominaturque in corpore mortis hujus Rom. 7. vers. ult. & præ foribus cubat Genes. 4.

§. 13. VIII. *Adjuncta lucta* regeneratorum, vide titul. *Concupiscentia*, item titul. *Lucta*. Optimè Lutherus in Psalm. 130. folio 40. b. tomo 1. Jehn. In homine esse desperationem & spem: Illam à veteri homine esse; hanc à novo, & inter utramque Deum nos salvare & liberare, in vers. 5. d. Psalmi.

IX. *Contraria* regenerationi sunt.

1. Hypocrisis & ficta solùm regeneratio: v. g. qui solùm speciem habet, in corde non movetur ad diligendum Deum & proximum; tales irregenitos describit Christus Matth. 23.

Paulus 2. Timot. 3. Tit. 1. dicunt se nosse Deum, factis autem negant Esai. 58. Zachar. 8. contra Genes. 17, 1. coram ipso Deo ambulandum, cum Deo Gen. 5. Esa. 29. cor longe à Deo.

2. Omnes tenebræ mentis, omnis malitia voluntatis.

§. 14. Errores hîc etiam notentur: Fanaticorum, qui efficaciam Evangelii & ministerii tollunt: Weigelianorum & aliorum, qui substantialem immutationem hominis somniant: Menandriani putabant, eandem esse animorum & corporum regenerationem: Scholastici errant, in sola parte sensuali regenerationem fieri, statuentes, cùm tamen in omnibus facultatibus homo regeneretur, sit necessum.

X. *Divisio*: 1. Inchoata in hac vita Johann. 3. v. 3. 2. Consummata in altera vita Matth. 19, 28. Illa est partialis, non fit ex toto; quia caro est in homine, & spiritui obluctatur Rom. 7. Gal. 5, 16, 17. Sic Thomas rectè in Roman. 8. docet, Deum nos glorificare (α) per profectum virtutis & gratiæ. (β) Per exaltationem gloriæ.

§. 15. VI. *Similia*. Sicut domus subinde reparanda & reficienda est, ne damnum accipiat: sic ædificium salutis de die in diem renovandum, reficiendum & scopis pœnitentiæ purgandum est. Ut in natura sex dantur species renovationis: sic quoque in gratiæ regno.

1. Ferrum purgatur à rubigine, aurum & argentum igne: sic homo per tribulationem 1. Petr. 1.

2. Serpens cutem abjicit annis singulis: sic homo peccatum, Rom. 6. Eph. 4.

3. Aquila renovatur, Psal. 103. excusso ad petram rostro: sic nos petram Christum fidei & contritionis rostro percutiamus & senio peccati nos exuamus.

4. Cervus pilos & cornua deponere dicitur, cum bibit ex fonte, antè haustâ aquâ venenatâ: pili vanitatis & cornua præsumtionis omninò abjicienda sunt renovatis, induenda vestis humilitatis.

5. Accipiter renovat se singulis annis.

6. Phœnix seipsum comburit, congestis in nido lignis aromaticis, è cujus cineribus alios procreari Phœnices tradunt. Ligna concupiscentiæ malæ exurenda sunt, ut spiritualiter Deo nostro vivamus, & Deus in nobis vivat: Gal. 7. non vivo ego, sed CHRISTUS vivit in me.

Numeror. 17. Virga Aaronis ante sterilis, mox florida redditur, Deo benedicente; ita homo est sterilis virga & ficus Matth. 21. mala arbor Matth. 3. inutilis palmes Johann. 15. sed accedente Dei spiritu, qui hominem renovat, mox arbor frugifera redditur: Philipp. 1. impleti fructibus justitiæ: Psalm. 1. erit arbor plantata, &c. fructus hi sunt spiritus Galat. 5. Augustinus tomo 10. columm. 850. c. Exod. 31. & 34. Tabulæ legis à Deo ipso scriptæ erant, & ab eodem rescriptæ, fractis primis tabulis: sic Deus digito Spiritus Sanct. Lucæ 7. Matthæi 12. ipse scripsit tabulas in corda protoplastorum: Gen. 1. fecit eos ad suam imaginem; sed fregit has tabulas Adam Genes. 3. Romanorum 5. versic. 12. Novas igitur cordium nostrorum tabulas refingit Deus; Ezechiel. 11. dabo illis cor novum: has tabulas sibi refingi petit David, Psalm. 51. cor mundum crea, &c.

2. Samuel. 5. Jebusæi è Jerusalem ejecti sunt à Davide: Peccata & eorum fons concupiscentia sunt hostes spirituales Romanorum 7. te infestantes, teque circumstantes Hebr. 12. Hos paulatim frangit cœlestis David JESUS CHRISTUS suo spiritu (quoad dominium Romanorum 6. ne regnet peccatum) plenè eosdem expulsurus morte & judicio (1. Corinth. 15. quoad sensum & radicem.) Josuæ 5. cultris petrinis Israelitæ olim circumcidebantur: cultri hi CHRISTUM petram 1. Corint. 10. notant, qui acie spiritus sui Romanor. 8. corda nostra circumcidit Coloss. 2. circumcisione non manu factâ: vide August. tom. 9. col. 294. b.

§. 16. 1. Chronicor. 7. Salomon sanctificavit, &c. templum: verus & major Salomo CHRISTUS est, qui nos spiritu suo sanctificat: Galat. 4. misit spiritum filii sui in nostra corda, sua templa. 1. Chronicor. 29. Disponite, &c. opus enim grande est. Ædificari nos ad salutem æternam maximum est opus (1. Corinth. 3. Dei ædificatio estis:) omnia igitur disponenda sunt à DEO ad hanc salutem facientia. Ipse suum cor disponit ad miserendum, ut ædificemur: filium disposuit ad moriendum Johann. 3, 16. Spiritum Sanctum ad operandum in nobis 1. Corinth. 12. In solidum igitur divinum opus est regeneratio illa: sine me nihil facere potestis, ait Salvator Johan. 15.

Quemadmodum ægrotus valetudinem recuperaturus ex diæta vivit, ut paulatim acquirat sanitatem & non incidat in majorem ægritudinem: sic Deus peccatores ægrotos Psalm. 6. paulatim curat, ut vetus homo de die in diem renovetur 2. Corinth. 4. & sepeliatur Romanor. 6. vers. 4. adeoque homo spirituali animæ sanitati reddatur. Confer Augustinum tom. 10. columm. 1642. d. c. 1643. d. Sicut pullus gallinæbis quasi nascitur, primò namque ovum excluditur, deinde incubando fœtus educitur: sic homo primò, ut mali corvi malum ovum, nascitur Psal. 51, 7. Gen. 6. figmentum, &c. Sed Spiritus S. nos virtute suâ vivificat: regenerat in peccatis aliàs mortuos per baptismum & verbum.

Ut ros mirabili modo nascitur ex aurora velut prægnante, ex halitibus terræ, mitiori frigore coactis vere & æstate: sic quoque DEUS nos mirabiliter regeneratos reddit Psalm. 110. Speculum accuratè purgandum est, ut nitescat: sic anima tua fiat nitidum speculum, 2. Corinth. 3. v. 18. purgetur à spiritu Dei intellectus tuus. Serpentes annuatim sibi corium detrahunt, angustum foramen per-

perrepentes: vita hæc est angustum foramen, detrahamus nobis in eo cutem malignitatis, Augustinus tomo 8. column. 572. d.

REGIO. *V. Terra.*
REGINA. *V. Rex.*
REGNUM.

§. 1. I. *DEI*, sive Divinum est potentiæ, gratiæ, gloriæ: potentiæ est ubique Psalm. 139. Ps. 103. Daniel. 7, 14. Gloriæ in altera vita, ecclesiæ triumphantis Apocal. 12. Lucæ 14. beatus qui &c. 1. Thessal. 4. ultim. Ad regnum gratiæ spectat, quod in anima nostra regnet DEUS. Piè Bernhard. O mi Domine JESU (inquit) tolle scandalum de regno tuo, hoc est, animâ meâ, ut regnes tu, qui debes in ea.

§. 2. II. *Filii*, cujus est regnum gratiæ firmissimum, Luc. 1. in hoc regnum translati sumus à DEO Coloss. 1, 13. Sed quomodo? 1. gratiosâ vocatione, quæ fit per verbum: hoc enim verbo è Satanæ regno ad DEI regnum vocamur: Actorum 26. à potestate Satanæ &c. 2. Fide: hâc enim ingredimur Christi regnum; qui non credit, non potest ingredi januam regni Christi: Jacob. 2. hæredes (pii) regni, quod repromisit. 3. Redemtione per Christi sanguinem: hic enim est τὸ λύτρον, quo redemti sumus 1. Timoth. 2. sicut Dominus quispiam soluto pro captivis λύτρῳ eosdem in regnum libertatis asserit. Sceptrum in hoc regno est (α) rectum Psalm. 45. (β) gratiosum Esther. 5, 2. (γ) ferreum Psalm. 2. Magna verò DEI bonitas est, nos servos, peccatores in regnum cœleste non solùm, sed & regnum filii adsciscentis: vid. Chrysostom. in cap. 1. ad Coloss. versicul. 13. Regnum omnipotentiæ: regnum gloriæ 1. Corinth. 13, 12. Johann. 17. 1. Corinth. 15. Psalm. 16. ultim. Apocal. 12. Gratiæ certè regnum est fons Psal. 68, 27. Vide de regno Christi plura apud D. Philipp. Nicolai lib. de regno Christi: Major. in epist. fol. 170. b. Confer. supra titul. Christus.

§. 3. III. *Satanæ & peccati*: in filiis diffidentiæ Eph. 2. in mundo Eph. 6, 12. Constat hoc regnum tenebris inscitiæ, perpetuæ tristitiæ, perversissimæ nequitiæ Ephes. 5, 8. Regnum peccati destruendum: Rom. 6. ne regnet peccatum.

§. 4. IV. *Regnum propriæ conscientiæ & animæ*, in quo regnet fides & agnitio DEI: Lucæ 17. regnum DEI intra vos est. Exulet fiducia in ceremoniis & rebus externis posita: Roman. 14. regnum DEI non est cibus & potus. Coloss. 2. ne gustaveris. Heb. 13.

§. 5. V. *Regnum damnatorum* Apocal. 16. regnum tenebrosum: & contrà; Regnum æternæ vitæ Sap. 5. constans, perpetuum; in Satanam, quem vicerunt electi Apocal. 12. splendidissimum Es. 60. omnibus bonis refertissimum Ps. 16. v. ult. Conf. Theodoric. commentar. in c. 5. Sapientiæ.

§. 6. VI. *Mundi*: Lucæ 22. reges gentium dominantur, vos verò non sic. Mundi regna transfert DEUS Daniel. 4. & 2. Ecclesiastic. cap. 7, 16. custodit illa, non ignis; ut falsò suis persuasit Numa Pompilius, Flor. lib. 1. cap. 2. Inter illa regna maximè quarta monarchia plæclara est:

1. Quia ipse Christus nasci voluit sub hac monarchia, regnante Augusto Luc. 2.

2. Quia de hac monarchia vaticinati sunt prophetæ, Dan. 7. c. 9. Conf. Mathes. in Dominic. 23. post Trinit.

Regna mundi sunt 1. *Instabilia*, Ezech. 17, 9. 10. radici arefactæ & arundini quassatæ similia: vid. hor. recreatir. part. 1. p. 694. Didac. Apolepht.

2. *Turbulenta* & tumultuosa: huc refer vices, periodos, mutationes, bella magnorum imperiorum.

3. *Crudelia* nonnunquam, quale fuit Nimrodi, Pharaonis, Nebucadnezaris.

4. *Fallacia*: Gordianus imperator imperio exuitur, nec lachrymis obtinuit vel partem dignitatis vel vitam; sed occisus est.

5. *Carnalia*: nituntur armis, consiliis carnalibus, si non ea rexerit sapientia Proverb. 8. & pietas Psal. 101. si sine pietate & justitia gubernentur Sap. 6, 1. 2. seq.

§. 7. Differunt regna mundi à regno Christi multis modis: (α) in hoc regnat pax, gaudium in Spiritu S. Ps. 72. Rom. 14. in regnis mundanis non datur pax mentis. (β) in hoc dominatur fides; in illis ratio & sapientia humana. (γ) In hoc vera DEI notitia; in illis sæpe religionum confusio & ignoratio Dei. (δ) Hoc non est de hoc mundo Joh. 18, 36. etsi sit in mundo Joh. 17. Ps. 2. at regna mundi sunt de hoc mundo. (ε) hoc caret armatis satellitibus, gaudet ministris, quorum arma non sunt carnalia, 2. Cor. 10. (ζ) subditi regni Christi ex DEO nati sunt, Johann. 1. subditi mundi carnali generatione propagati.

§. 8. *Officia nostra* circa DEI regnum: 1. Appetere & desiderare regnum gratiæ, ut perveniamus ad regnum gloriæ. 2. Orare pro regno Christi: Adveniat regnum tuum. 3. Modis omnibus illud ornare & juvare: Matth. 6. quærite. 4. Pati pro regno Christi, vid. titul. *Martyr.* it. *Tribulatio*: it. *Pati.* 5. Pugnare contra regnum Satanæ Ephes. 4. & 6. 6. Servire in regno gratiæ Christo Luc. 1. serviamus ei. Rom. 6. 7. Militare pro rege Christo: vid. tit. *Militia.* 8. Fide firmâ in repromissionem hujus regni recumbere Jac. 2. Gal. 3. 9. Laudare DEUM pro hoc regno Psal. 68. & exultare Ps. 96. 10. Fructum ferre regni Dei, ne illud à nobis tollatur Matth. 21. Esai. 5. 11. Solari nos regni æterni spe, brevi revelandi, Roman. 8.

REGNO, REGO *V. Rex.*
REGULA.

§. 1. 1. Scripturæ, vid. tit. *Scriptura*: it. Verbum DEI.

2. Regulæ Monachorum variæ & multiplices. Bonaventura in declaratione super regulam Francisci ita scribit: Quincunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia. Ibid. Bonaventura: Authenticū est, quic-

quicquid in ea continetur. Antonius de Regula Dominici scribere fertur: per hanc homines facilius ad Christum venire posse, quàm Apostolum Paulum. Summam perfectionem, imò hujus culmen in Regulis Jesuitarum positum esse, gloriantur: Esse easdem præsidium Decalogi. Ignatii regulam à Maria eidem fuisse revelatam, tradit Johannes Eusebius libro Madriti edito, citante D. Albano in Mönch-Esel pag. 105. Confirmavit Papa Innocentius III. regulas, qui in somnis vidit labentem D. Johannis ædem in Laterano, à Monachis suffultam: D. Alban. d. l. De Regulis porro cujuslibet ordinis, vide Hospinianum lib. de origine Monachatus.

§. 2. 3. Obœdientiæ Christianæ regula est cœlestis doctrina Rom. 6, 17. Gal. 6, 16. Philipp. 3. 16. Theodoret. in cap. 6. ad Galat. dicit: Proposita doctrina, quæ rectitudine exornetur & nihil habeat, quod vel sit mancum vel superfluum,

4. Regula æqua in mensurando Levit. 19, 35. vid. *Justitia commutativa.*

REGULUS.

Quis? Johann. 4, 49. (1) Ex genere & sanguine regio originem trahens. (2) Sive, quod gereret dignitatem officii regii, Chrysostom. homil. 34. in Johann. Hieronymo dictus Palatinus: Lyræ, officialis Cæsaris ad custodiam Galilææ: Origeni præses civitatis. An Judæus, an gentilis? D. Chemnitius putat fuisse Chusam, cujus uxor Johanna fuit Lucæ 8, 2. 3.

Similis est Aaroni, pro populo supplicanti Sap. 18, 20. Regulus pro filio suo expedit arma patrii officii, ac morbum avertit.

Psalm. 65. Exaudis &c. omnis caro ad te venit: In V. T. ad λόγον ἄσαρκον venerunt pii; in N. T. ad λόγον ἔνσαρκον; ut & hic Regulus.

Reprehensus jure à Christo, quod

1. Perscriberet Christo modum, ut coràm & præsens corpore visibiliter sanaret.

2. Christum in Galilæa tardius quæreret, quem vel in Judæa maturiùs quærere debuisset.

3. Paterno affectui plus justo indulgeret.

4. In doctrina Evangelica rudior esset. Verè igitur reprehensus est, c. glossam I. Maldonati.

RELIGIO.

§. 1. *Unde sic dicatur?* A religando, quod uno veluti vinculo homines religet: Confer Augustinum lib. 1. c. 4. de Civitate DEI & lib. 1. Retract. Franc. Suarez. tom. 1. c. 3. de virtute. Rectè Euseb. lib. 1. Præp. Evang. Religio est animi ad unum solum verum DEUM firma stabilisque conversio & vita, quæ mandatis ejus peragitur.

Æquivocatio: 1. notat professionem ordinis Monastici. Fundas. pag. 410. autorit. Rampelog. tit. de Religiosis: sic ingredi religionem dicitur, qui certo ordine monasticæ se dedit vitæ. 2. Modum & formam cultûs & notitiæ DEI, quam omnes populi affectant, ne ullâ quidem barbarorum natione exceptâ, 3. Effectum veræ fidei: vid. Jac. 1, 17. Religio pura est & incontaminata.

§. 2. *Verè dari religionem*, contra eos qui negant. Contra hos probanda sunt duo: primum, esse DEUM: secundum, esse hunc colendum. Utrumque probatur

1. A testimonio uniuscujusque mentis & conscientiæ Rom. 1, 19. 20.

2. A ratione mentem somnolentam excitante, Roman. 2. cogitationes &c. Actor. 14, 12. Job. 10, 7.

3. A judicio & consensu gentium & sapientissimorum Ethnicorum, qui certa religione DEUM esse colendum constantissimè tradiderunt. Id fatetur Cicero lib. 1. Tusculan. Testantur scripta Platonis, Aristotelis, Homeri & aliorum.

4. A patefactionibus, quas unaquæque gens jactitat: vid. tit. *Revelatio.*

§. 3. *Christiana religio*: de cujus veritate, dignitate, antiquitate justi extant commentarii, Dominici Viperæ, Philippi Mornæi, Hugonis Grotii.

Antiquissima; Justinus Martyr parænes. ad Græcos. Mosen scriptorem omnium antiquissimum, tradit Tatianus in oratione contra Græcos: Origenes contra Celsum libro primo: Baron. tomo 2. folio 163. numer. 40. Annal. quia ab initio fuit: Theophilus Antiochenus libro tertio ad Autolyc. sub finem. Jerem. 6. state super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea. Tertullian. lib. de præscr. adversus hæreses: Ex ipso ordine manifestatur, id esse domesticum & verum, quod sit priùs traditum; id autem extraneum & falsum, quod sit posterius immissum. Ad hanc antiquitatem provocarunt Ægyptii & alii: testis est Diodorus Siculus apud Eusebium Pamphilium. Cicer. 1. Tusculan. Homines quò propius abfuere à prima origine, eò veriores de DEO rebusque divinis sententias habuisse. Apud Gentiles non est, qui vetustior Mose scripserit. Orpheus antiquissimus est, & is circa tempora Tholæ Judicis Judic. 10. & trecentis annis est Mose recentior. Orpheo coætaneus fuit Sanchoneaton, Phœnicum Theologus, vide Cyrill. libro 6. contra Julian. Porphyrium libro quarto cont. Christianos. Homerus annis trecentis post Orphea vixit. Herodotus quadringentis, qui primus annos supputare cœpit. Confer Mornæum pag. 580. sequentib. de verit. religionis Christianæ. Philipp. tomo 2. declamat. orat. de vita Ambrosii.

§. 4. *Miraculis confirmata*: vid. tit. *Miracula*. Refert M. Marulus lib. 2. cap. 8. de instit. vivendi: Apostolum D. Bartholomæum effecisse, ut idolum Astharoth in Indiæ templo obmutuerit, rex Polemon. conversus sit, dæmon magno ejulatu templo excesserit: Johannem templum Ephesi in nomine Christi corrui fecisse

ciſſe : Pergentinum & Zauzentinum fratres ab angelo in carcere nutritos fuiſſe : Auguſtinum Anglorum epiſcopum cœco homini viſum reſtituiſſe : Mutium Abbatem ſolem ſtare feciſſe. Fides tamen hic ſit penes referentem.

Non deſunt fidei noſtræ miracula certiſſima & plurima.

Una : ut una veritas, via una ad ſalutem.

Vera : in verbo veritatis fundata ; non fallax.

Sancta: docet enim agnoſcere ſanctum Deum, colere ſanctam vitam. *Libera*, exigens liberam aſſenſionem per Spiritum Sanctum.

Adverſus omnes Magos ſolida & victrix : v. g. Simonem Magum Actorum 8. Confer hiſtor. Eccleſiaſticam. Bar-Jehu Actorum 13, 9. expugnavit Paulus : Philetem, Hermogenis Magi diſcipulum, Jacobus Major. Taurinus Aurelianenſis Epiſcopus Cambyſem & Zamrim, unà cum diſcipulis ad eum occidendum miſſis, propulſavit. Cyprianus antè Magus à Juſtina fideli & caſta virgine, magicas artes vincente, victus ipſe, Chriſto manus dedit, martyrio fidem noſtram obſignavit.

Adverſus Philoſophos:v.g. Dionyſium Areopagitam Actorum 17. Paulus vicit : Philoſophiam gentilem Baſilius M. abjecit, antè gentilis. Senex ille Epiſcopus Philoſophum obmuteſcere fecit in nomine CHRISTI, Hiſtor. Concilii Nicæni. S. Catharina ſub Maxentio 50. ſapientiſſimos Philoſophos à Maxentio conſcriptos Alexandriæ expugnavit.

Contra omnes hæreticos : v. g Arii Dialecticam expugnavit precibus Alexander, pius ille Epiſcopus. Olympium Arianum blaſphemum ruinâ balnei & conflagratione, & trium ignitorum cœlitus blaſphemo immiſſorum fulminum proſtravit : Matt. Palmerius in Chronic. Ganiam, militiæ magiſtrum Arianum Johannes Chryſoſtomus, vel ſolo aſpectu, ut partis orthodoxorum mitior factus, ab eodem ſupplex fruſtrà hactenus intentatarum perſecutionum veniam petierit. Baſilius M. precibus ſuis templum clauſum aperuit, Arianis illud precibus ſuis aperire non valentibus. Copres presbyter inultus flammas ignis pertranſiit, Manichæo quodam non idem ſuſtinere valente : Sic quoque victus Auguſtinus ab Ambroſio. Anaſtaſius Auguſtus Eutychianus fulmine tactus periit, tempore Hormiſdæ Papæ. Agapetus Papa Juſtinianum Auguſtum Cæſarem Eutychianum, Catholicum fecit. Judæos Stephanus martyr devicit Actorum 6. verſic. 7. Petrus Actorum 2. Baſilius M. Judæum quendam, quod ille precibus ſuis vitæ prorogationem cuidam impetraſſet. Vide plura in Fortalitio fidei.

§. 5. *Vaticiniis confirmata :* Juſtinus Martyr pareneſ. ad Græcos. Quæ enim Deus futura eſſe prædixerat, eventu ipſo comprobata ſunt : Eſa. 41. annunciate quæ futura ſunt in futurum, & ſciemus, quia dii vos eſtis. Jerem. 28. Eſa. 44. quis ſimilis mei, &c. Vid. tit. *Prophetæ*. Juſtin. Martyrem Apol. ad Antoninum Imperatorem.

Mirabiliter conſervata & propagata perpetuâ ſucceſſione : ita ut ſacris ſcriptoribus nonnunquam ſcriptores Ethnici calculum ſuum adjecerint (falſatis licet quibusdam.) Athanaſius orat. contra gentes tomo 1. Cyrill. l. 1. contra Julianum citat Alexandrum Polyhiſtorem, qui dicat, diluvium à Deo (Saturnum hunc appellat) cuidam Xiſuntro prædictum, & arcam parari mandatum, in qua homo ille cum hominibus navigaret.

Idem fatetur Abidenus & Beroſus ; ille à Cyrillo ; hic à Joſepho allegatus. Huc refer libr. 1. Metamorph. Plutarch. de induſtria animalium, citat columbam, ſiccitatis terræ exploratricem. Beroſus in lib. antiq. refert, Regem Ægypti Langum cum Hebræis arte magicâ certantem, victum & in mari ſuffocatum eſſe.

Juſtinus, ob ſcabiem pulſos eſſe Iſraëlitas, narrat. Confer Alexandr. Polyhiſtora apud Cyrill. plura de liberatione Iſraëlitarum narrantem.

§. 6. *Chriſtiani quoque ſuis ſcriptis Ethnicorum fabulas & calumnias confutaverunt :* Juſtinus, Athenagoras, Tatianus, Theophilus Antiochenus, Tertullianus, Clemens Alexandrin. Arnobius, Q. Minutius Felix, Lactantius, Athanaſius ſermon. contra Græcos, Euſebius in demonſtrat. Evangel. Julius Firmicus Maternus, Gregorii duæ invectivæ, Cyrillus lib. X. contra Julian. Theodoretus de curandis Græcorum affectionibus, Auguſtinus de civit. Dei. Ipſa verò Gentilium dogmata ſuâ paulatim futilitate conciderunt : ubi enim modò ſunt fabulæ gentium de Jove, Venere, Mercurio? ubi horum cultus? ubi oracula & reſponſa Satanæ? obmutuerunt.

Satan impedit religionem. Hadrianus imperator Chriſtum pro Deo recipere voluit : item tentavit Alexander, Baron. tom. 2. folio 363. annal. num. 5. 10. ſed obſtitit idolomania Romanorum procerum. Cecrops Rex Athenienſium primus circa annum mundi 1004. Jovem in numerum deorum retulit : Confer Lactant. lib. 1. de falſa religione cap. 23. Idola Ægyptiorum, Seraphis & Iſis, ad Eſavi & Jacobi ætatem referuntur.

§. 7. *Omnis contra eam tyrannis ſuppliciis funeſtis mactata ;* nempe, quia atrocia delicta atrocibus pœnis à Deo puniuntur. Herodot. libro ſecundo loquens de excidio Trojano : τῶν (ait) μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ τιμωρίαι παρὰ τοῦ Θεοῦ.

Diluvium univerſale Gen. 6. Incendium Sodomæ Gen. 19. Submerſio Ægyptiorum Exod. 14. Sennacherib trucidatus. 2. Reg. 19. Theodoſius primus pro religione Chriſtiana contra Ethnicam pugnans, ventos & cœlum milites habuit; unde Claudian. Poëta Ethnicus cecinit :

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad prælia venti. Conf. tit. *Tyrannis.*

§.8. *Doctrina verè divina ac cœlitus delapsa, confirmata. Ejusmodi doctrinam* esse Christianam pluribus confirmatur. *1. Ab efficiente* hujus doctrinæ, Deo ipse revelante. Veritas, id est, arcanum summi Dei, qui fecit omnia, *ingenio ac propriis sensibus non potest comprehendi*, ait Lactantius libr. 1. cap. 1. de falsa relig. Idem urget Justinus Martyr parænesi ad Græcos, nempe, religionem hanc non habere Philosophos, sed Deum ipsum autorem. 2. *A materia.* (α) Nihil inhonesti vel principiis practicis adversum in se continet, vide Justinum Apolog. ad Antoninum Pium Imperatorem. Scythæ Galactophagi promiscuam libidinem exercuerunt; Strabo libro septimo. Hyrcani Plutarch. lib. de fortuna Alexand. Massagethæ, Laërtius in Pyrrhone, Aristot. 2. Politic. cap. 3. Thraces latocinia approbant, Herodot. libro sexto; sic & Germani, Cæsar libro sexto bell. Gal. Phocenses piraticam ut & Græci, Thucyd. libro primo. Ethnici homines mactabant: Erichteus Atheniensium rex filiam immolavit, bellum Eumolpo inferens, Plutarchus cap. 40. parallelorum: sic Galli, Cæsar libro sexto belli Gallic. Anthropophagi epulas ex visceribus humanis apparabant. Mela libro secundo; vide Peucer. pag. 207. de divinat. & Hugon. Grot. in notis in libr. de V. R. Chr. (β) Solius Dei vivi cultum proponit Esai. 44. Actorum 17. vide Luciani, sacerdotis Antiocheni responsum præsidi Ethnico Cæsaris Maximini datum, apud Euseb. lib. 9. c. 6. Hist. Eccles. non animalium, non ferarum; quemadmodum docet religio pagana: vid. Ethnici: & Lactant. libro quinto de Justitia cap. 21. de hac adoratione. Idem subjicit, Deos colere se dicunt, tamen eos publicè turpiterque deridens, de quibus etiam per nummos agi cum risu & voluptate patiuntur. Non Deorum furiosorum & alios in furorem conjicientium, Lactant. libr. 5. de justitia cap. 22.

2. *Ab effectis* admirandis doctrinæ Christianæ in animis hominum: discipulorum, qui Christum sine ulla spe lucri insectati sunt, aut honoris humani, vid. Hugonem Grotium. Aliorum Christianorum, vide Lactantium libro quinto cap. 23. de Justit. Prophetarum, qui lucro dediti non fuerunt vid. Lactant. libro primo cap. 4. de falsa religione. In universo orbe terrarum fructificavit Roman. 10. Coloss. 1, 23. Augustinus legens cap. 13. ad Romanos mente perculsus, Christianismo fidem adjungere decrevit. Instillat hæc doctrina vivum solatium in morte.

§. 9. *Armis imperanda non est*, non cogenda: sic olim quoque judicavit Ferdinandus I. Cæsar apud Thuan. ad ann. Christi 1564. Contrà Vincentius Pimpinellus eleganti coram Cæsare habita oratione dixit: Si claviger Petrus corda marmorea Principum aliorumque Germanorum aperire & movere non valeret, fore, ut Paulus ensifer illa incideret: Cœlestinus tomo 1. part. 105. histor. A. Confess. Eundem zelum Martialem improbat Claudius Espensæus digress. 19. in 2. ad Timoth. 4. folio 412. A. B. c. 2. Lutetiæ, à promiscuo populo frequentatum in Evangelicos, ex Cypriano libro quarto epistol. 6. Bernhard. sermon. 66. super Cantica & cap. unum caus. 23. quæstion. 5. ex epistol. Augustini 127. Stephanus, Rex Poloniæ conscientiarum regimen soli DEO reservandum esse, gravissimè monuit. Nec immoderato zelo deturpanda; cujus vitii reos agit Reformatos in Galliis Claudius. Espens. in 2. Timoth. cap. 4. Digress. 19. fol. 412. Testimonia Pontificiorum idem docentium allegat D. Gerhard. libr. 1. part. 2. cap. 19. Confess. Catholic. Confer Dominic. Viperam de veritate Relig. Christianæ p. 11. Et Ludovic. Sotellum Consult. 28. 29. 33. 36. §. Hinc omnes: contra tubas & faces bellorum in Germania.

§. 10. *Non æstimanda ex multitudine:* Arnob. libr. 3. adv. Gentes ab init. Neque enim stare sine assertoribus non potest religio Christiana, aut eo esse comprobabitur vera, si astipulatores habuerit plurimos & autoritatem ab hominibus sumserit. Suis illa contenta est viribus & veritatis propriæ fundamentis nititur: nec spoliatur vi sua, etiamsi nullam habeat vindicem, imò si linguæ omnes contra faciant, contraque nitantur, &c. Radbodus dux Frisiæ anno Christi 805. unum in baptisterio pedem habens, quæsivit: ubi majores ipsius mansissent in gentilismo nati? cui responsum: damnatos esse. At ille pedem retrahens reposuit: Ergo illis me socium præbebo, ubi illi manserunt, ibi & ego; nec baptisari voluit.

§. 11. Neque ex pompa externa & luxu judicanda, qui paulatim crevit circa religionem: olim enim ex argilla & creta fiebant imagines; nunc marmorea, aurea, argenteaque fiunt. Rivet. p. 316. in Oseam.

Non consistit in externo cultu; Eli quidem arcam fœderis amabat, Deum tamen non honorabat, nec filios bene educabat 1. Samuel. 4. v. 17. 18. sed nec electitio 1. Sam. 15. vers. 21. vid. Opera electitia.

Promovenda intercessionibus apud alios principes: sic status Imperii anno 1583. in reformat. Episcopat. Coloniens.

Libertas ei concedenda: Christiani olim illam pecuniâ sibi redimebant, Aurel. p. 155. Epit. Baron. Adrianus Cæsar literis ad Minutium Fundan. Asiæ præsidem. Antoninus Pius ad omnes populos in Asia: Euseb. lib. 4. cap. 13. hist. Eccles.

Non extinguitur, Zwinger. fol. 79. §. Diocletianus, quo pressit magis Ecclesiam, eò magis crevit: sparsus martyrum sanguis sementem fecit copiosissimam. Concussa, sed non diruta, Chrysost. homil. 10. de divite & Lazar. è Matth. 16. portæ inferorum, &c. Defensa semper, etsi homines defensores moriantur Luther. tom. 5. pag. 52. Jehn. pudefactâ hostium spe penitusque labefactatâ.

§. 12. *Vera religio non deformanda*, sive, humanarum opinionum vel traditionum *additione*, quam vetuit Deus Deuteronom. 4. versic. 2. cap. 12. versic. 32. Matth. 15. frustra me colunt: vel *diminutione verborum*, vel impiâ vitæ conversatione, Amos 5. vers. 21. quâ fit, ut blasphemetur nomen Domini 2. Samuel 12. Non ei malorum fontes & causæ assignandæ, nam etiam

1. Ethnicorum tempore plurima mala orbem terrarum inundarunt, id ostendit totis 7. libris Paulus Oros.

2. Eædem erant veterum Ethnicorum in Christianos accusationes, apud Tertullianum.

3. Eadem Jerem. 44. idololatrarum Israëliticorum.

§. 13. *Amanda est* Sirach. 32. vers. 20. *& omnibus bonis terrenis præferenda: maximè curanda*; Exempla illorum, qui maximè curarunt religionem, sunt Abraham, reliqui Patriarchæ, David, Josias. Conf. part. 1. p. 500. horar. recreatitiar. Didaci Apolephtæ: B. Fulgosum lib. 1. cap. 1. 2. Rer. & Exempl. Memorabil. Est enim 1. Dei donum cœlitus patefactum. 2. Balsamum animæ. 3. Armarium spirituale. 4. Viaticum animæ, vid. Jos. 22. vers. 19. 20. 5. Summum hominis bonum est in sola religione Lactant. l. 3. de fals. Sapient. cap. 10. 6. Ornat maximè populum & civitatem, Romanorum 1. vers. 8. estque fundamentum Reipubl. vid. G. Tholosan. libr. 23. cap. 9. §. 4. de Republ. 7. Cor probum reddit, & solidâ lætitâ imbuit Sirach. 1. v. 18. 8. Est anima Reipublicæ; sicut acus nautica in motu est, sistitur tandem ad lucem stellæ polaris: Sic vera religio parit tranquillitatem Reipublic. Didac. Savedr. folio 180. 181. Symbol. Politic. Vinculum Lactant. lib. 1. cap. 8. de ira. Idcirco cultus religionis non est abjiciendus 2. Chronicorum 29. vers. 6. 7. à pœna v. 8. non contemnendus; puniuntur namque hi contemtores; ut Salomon, Joas, Ozias, Julianus. Plura l. 4. cap. 3. apud Sabellicum. Non irridendus: punit namque irrisores illius Deus, vid. tit. irrisores.

Grato animo agnoscenda religionis informatio 2. Macchab. 10. vers. 6. Una est; ut una est fides Ephes. 4. v. 5. 6. unus Christus. 1. Tim. 2. sancta est vera religio 2. Petr. 1. v. 20. 21. nam si postquam, &c. 1. Thessal. 4. Hæc voluntas Dei sanctificatio, &c. Salutaris: tradit enim fidem, quâ in CHRISTUM credimus Johann. 20. credentes habeamus vitam: pietatem, quæ ad omnia utilis est 1. Timoth. 4. v. 8. Psalm. 1. Beatus vir: communionem cum Deo 1. Joh. 1. v. 3.

§. 14. *Falsa religio odio est habenda* Psalm. 119. v. 113. & 128. & 136. 155. 158. 163. 37. 51. 53. 61. 69. 78. 86. 105. versibus, ab exemplo Davidis: à Dei præcepto Matth. 7. cavete vobis à falsis prophetis, Romanor. 16. à periculo præsenti: ut enim præsens venenum fugimus, ne corpori obsit: sic mala religio, ne animæ noceat.

Falsâ religione non colendus Deus: Tullius Hostilius cum domo fulmine conflagravit, quod nova religione Deum coluisset, Plinius libr. 2. cap. 53. & libr. 28. cap. 2. Livius libr. 1.

§. 15. *Non miscendæ religiones*. Prohibet Deus, ne à profanis gentibus religionem mutuemur Deuteronom. 12. Hinc populum Israël à reliquis Gentibus ritibus variis discriminavit. Baruch. 12. ne similes effic. 2. Corinth. 6. non est communio lucis cum tenebris. Esa. 5. væ qui bonum dicitis malum, Deuteronom. 22. non arabis cum bove simul & asino: Levit. 19. diversa semina in agro non spargenda. Esræ 4. v. 1. 2. 3. Vicini Ethnici non admissi in societatem ædificationis ab Israëlitis: sic repellendi falsæ fidei socii, infelicem enim præstant operam non ædificantes, sed destruentes. Olim Æginæi & Æginetæ lege caverunt, ne Atticum quicquam ad sacrificia adferretur, neque fictile, sed ex patriis ollis omnes ibi biberunt Zwing. f. 60. a. §. scribit. Mel & fermentum à sacrificiis divina sapientia sequestravit, vitulum prohibuit: Exod. 33. Erigitur vitulus, cum miscetur cultus.

Est hæc mixtura piis mentibus ac sinceris exosa: exitiosa, sues enim lacerant nos tandem Matth. 7. vers. 6. contraria confessio ni sinceræ Romanor. 10. prohibita à Deo, qui non vult quicquam addi verbo suo Deuteronom. 12, 32. humani favoris studiosa & cupida gloriæ Johann. 12. vers. 42. fabricatrix idolorum in cordibus, quælibet enim falsa religio idolum est: *periclitatio privilegiorum*, si hæc uni sint fidei data, cui contrariam admittit hominum incuria: *animarum* seductio: veræ religionis *suppressio*; sic Arriani irrepentes per syncretismos, triticum orthodoxæ fidei suffocarunt, Hieronym. in Epistol. ad Lucifer. A sanctis rejecta: Heliogabalus religiones misceri jussit; huic restitit animosè Zepherinus Papa, & zelum morte propria obsignavit, Eusebius l. 6. cap. 15. histor. Eccles. Valens imperator omnes permisit religiones in suo regno exerceri Socrat. lib. 4. c. 2. Theodoret. lib. 4. c. 12.

§. 16. *Non quemque in sua religione salvari posse*: probatur

1. *A fidei unitate* Eph. 4. una est fides; & tamen in mundo permultis fidibus luditur una fides: si una est vera, ergo reliquæ omnes falsæ erunt.

2. *Ab unitate cultus*; Si unâ religione solùm colitur verè DEUS, ergo non colendus eâ religione, quæ veræ illi fidei adversa est; Matth. 11. nemo novit patrem nisi filius, & cui filius voluerit revelare: hæc verò unica solùm est, non varia pro hominum sibi sua somnia fingentium conceptu.

3. *Ab unitate veritatis*, quæ si in una solum est, certè in alia fide non erit.

4. *A perpetua Dei abominatione*, qui unam solùm religionem sequi jussit, reliquis omnibus spretis.

5. *Ab unitate ostii*: unum est fidei ostium in arca Noæ, seu Ecclesiâ; Augustin. tractat. 45. in Joh. §. Tempora variata sunt, &c. Unicus mediator Rom. 3, 23.

6. *A Judicio Christi* & Apostolorum: ille Sadducæos, Pharisæos, Herodianos confutavit, errores eorum commonstravit, Matth. 15. c. 22. Joh. 3. c. 12.

7. *A praxi* perpetua *Ecclesiæ* Christi, quæ religionum discrimina attendit, & diversis nominibus diversas sectas insignivit: v.g. Arianorum, Nestorianorum; huc Concilia. Augustinus lib. de vera & falsa relig. cap. 4. docet, apud solos Christianos integritatis custodes & rectè sentientes inveniri veram religionem.

8. *A ratione*. Varia Religio, varius Deus: At hoc est absurdum: unus enim est Deus, isque immutabilis: Unâ ergò verâ religione est colendus, eaque unâ; Cæteri falsi Dii.

9. *Ab Ethnico errore*. Varro enim accusatur ab Augustino libro primo cap. 11. de Civitat. Dei, quod varietatem religionum ad unum Deum referre, frustrà tamen, studuerit. *Lampetiani* eundem errorem stabilivere.

Etiam extra Religionem Christianam homines salvari posse, tradidit *Franc. Puccius*, quem refutavit Faust. Socinus & alii. Maximè verò scriptura Rom. 1, 12. Joh. 3, 16. 17. 18. 19. Actorum 4, 11. Joh. 14. *nemo venit ad Patrem nisi per* ME. De persuasione illa, quemquam in sua religione salvari posse, rectè judicat Augustin. lib. de vera religione cap. 55. (1) Esse illam phantasma in cerebro hominis. (2) Lucem inani cogitatione formatam pro suspicantis voluntate. (3) Stipulam, quam dementes colendam esse opinantur.

10. *A plurimis absurdis*. Sequeretur enim & Turcas salvatum iri. Frustrà tot Martyres mortuos, &c.

Religionis Christianæ Excellentia cognoscitur 1. ex Sublimitate mysteriorum. 2. Certitudine doctrinarum. 3. Sanctitate Legum. 4. Sanctimonia Sacramentorum. 5. Excellentiâ sacrificiorum spiritualium. 6. Præstantia Sacerdotii Christi. 7. Perpetuâ assistentiâ Spiritus Sancti. Addit Lessius vim meritoriam operum, quam nos negamus. V. *supr. tit. MERITUM*.

§. 17. *Mutatio Religionis est perniciosa*.

2. Regum 16. Achaz novum altare de Damasco tulit: Eam sequitur ira Dei, 2. Chronic. 29, 7. 8. Sic mutationem veræ fidei protinus insequitur Dei ira & indignatio.

An plures simul Religiones in Republ. tolerandæ?

Quæstio multis pertractata. D. Thumm. p. 274. 275. in Decal. Polit. Philipp. Camer. p. 1. hor. subsis. c. 58. Communis sententia est, quæ distinguit inter Religiones introducendas, & jam introductas: Hæ tolerari, illæ non admitti debent, ob plurimas causas. Latius pertractatam vid. hanc quæstionem apud D. Gerhard. L. de Magistratu.

Traducitur nomine rebellionis.

Vide Esræ 4. v. 12. 13. Sic Christiana religio olim accusata: vid. Tertullian. in Apolog. Nec hodienum Pars Evangelica hujus accusationis falsæ cassa.

Certa est & immobilis.

1. Quàm certum est Dei verbum, simul ac immobile.

2. Quàm certi ac immobiles sunt electi petræ superstructi: Matth. 16. Portæ inferorum non prævalebunt advers. Eccles. Lactant. lib. 1. c. 1. de falsâ Religione. Omissis terrenæ Philosophiæ autoribus, nihil certi afferentibus, aggrediamur rectam viam, &c.

Falsa doctrina & Religio.

Parit falsa opera Psalm. 144. v. 8. 11. Inutilis est. Panis mortuus est. Origenes tract. 3. in Matth. animam non tranquillat. Corda perturbat, Actor. 15.

Evangelicæ libertatis osores sunt scriptores Pontificii quidam: Thyræus p. 23. de libertate fidei. Bellarm. Francisc. Burchardus in Autonomia.

Hostes veræ Religionis.

§. 18. 1. Satan, Matth. 13. Inimicus serens Zizania.

2. Tyranni: v. g. Heliogabalus V. suprà. Symmachus Ethnicam idolomaniam Romæ instaurare volens: V. Ambros. Ep. 30. 31. Valens Imperator solam religionem Christianam regno suo exulare jubens: Socrates lib. 4. cap. 2. Theodoret. lib. 4. c. 12. histor. Eccles.

3. Hæretici, Jerem. 23. Paleas cum tritico miscentes.

4. Hypocritæ, ut Elxai: V. Epiphan. lib. 1. cap. 39.

5. Calumniatores: V. paulò ante.

Relinquere omnia.

Est effectus charitatis erga Deum: præcipitur & commendatur Matth. 19. v. 29. Marc. 10. v. 29. Luc. 18, 29. Exemplo populi Marc. 8. v. 2. Deum non relinquere debemus Jos. 24, 20. Judic. 10, 6.

§. 19. *Conciliatio Religionum: V. Unitas.*

Judicia de Religione potissimum sunt septem.

I. *Epicuræum*, Psalm. 14, 1. & 53. vers. 1. Tit. 1, 11. 16.

II. *Cainæum*, eorum, qui spretâ fide operibus propriis confidunt, Genes. 4. Hebr. 11. vers. 4.

III. *Pharisaicum*, Johann. 7. versic. 48. Matt. 23.

IV. *Gergasenicum*, Matth. 8. illorum, qui bonis tantùm terrenis incumbunt, cœlestia spernunt Matth. 19, 21. 22. Philipp. 3. quorum Deus venter est Psal. 17.

V. *Græcum*, eorum, qui humanæ sapientiæ confidunt: 1. Corinh. 1. Græci sapientiam quærunt.

VI. *Agrippæum*: Actorum 26, 28. eorum, qui

qui sentiunt veritatis stimulum, sed eum repellunt. Huc Samaritani spectant, in utrumque latus claudicantes.

VIII. *Judaicum* opinionibus præconceptis innixum de non abolenda lege, de Traditionibus &c.

Excitat quoque DEUS qui Religionem Christianum non persequantur, Sed eidem libertatem indulgeant. Tales fuerunt Nerva, Hadrianus, D. Pius, D. Marcus & Commodus, Alexand. Severus, Gordianus, Philippus Pater & Filius, Gallienus, Constantinus: Vid. G. Benbellon. p. 2. c. 3. in suscitab. Valentinianus, Theodosius, Zeno, Leo, Theodoricus. Benbellon. c. 8, d. l. Carolus V. & Ferdinand. Cæsares.

Sub religione dominatum quæsivit Philippus Macedoniæ Rex, ut vindicaret Sacrilegium contra Phocenses pro Thebanis & Thessalis; tandem potitus est imperio: de Rep. Toloss. 8. 3. 23.

§. 20. *Religiones Variæ.*

Ægyptiaca, vana, varia, animalia bruta colens, serpentes, ciconias, feles: Herodot. lib. 2. Crocodilos, lupos, mures, bovem, apim &c. V. P. Viret. de Idololatria.

Persica, quæ restitit Ægyptiacæ Religioni, colens ignem. Ægyptii contra aquam, quam Canopum vocabant: V. Manl. in L. Com. Hodiernum Turcicæ Religioni contraria est; V. Historiam Hismaelis Sophi Anno 1499.

Turcica.

Judaica: V. mox Electitia Religio.

Christiana.

Pagana: Vid. Meyer. libr. 1. cap. 12. Nuclei historiar.

Electitia: Matth. 15. Coloss. 2. Esai. 66, 4. cap. 58.

Romana: Vid. Valer. Maxim. lib. 1. quâ colebantur Ceres, Virgines vestales: *Cervam* albam coluit Sertorius, quæ hinc consilia suggerebat in bello: Valer. Max. lib. 1. c. 6. *Floram*, prædicens scortum, institutis ludis in illius honorem.

Græca, superstitiosa, vana: V. Theodoret. de curand. Græcor. affectionibus.

RELIQUIÆ.

§. 1. Peccati: *V. Peccatum.*

Sanctorum. Id est eorum ossa, cineres, membra, dentes, caput &c. vestes.

Solent Pontificii Dd. huc referre pallium Eliæ 2. Reg. 2, 14. Ossa Elisæi c. 13, 21. Fimbriam Christi Matth. 9, 20. c. 14, 36. Sudaria Pauli Act. 19, 12. umbram Petri cap. 5, 15. Exod. 13, 19. Deuteronom. 34, 6. Esa. 11, 10. Adhibent eas Pontificii in religione juramenti. Osculandas & adorandas proponunt, jubent à collo portari, eisdem inclusis altari sanctitatem Eucharistiæ augeri, contrectatas indulgentiam augere, parare. Gratiam & virtutem illis inesse scribit Costerus in Enchiridio Tit. de Veneration. Sanctor. Concil. Nicen. Act. 3. Concilium Trident. Decret. de reliq. Sanct. Staplet. Dom. 2. Advent. Prompt.

Cultores earum fuerunt quoque *Sampsæi*, qui duarum fœminarum, quas pro Deis habebant, pulverem pedum & sputum servabant, iis vim medicam adscribebant. Epiphan. hæres. 53. *Osseni* ibid. hæres. 19.

Circumcelliones pro DEO membra Martyrum habebant, Isiodorus lib. de officiis.

§. 2. *Origo.*

Veteres Christiani Martyrum cineres & ossa solicitè colligebant, collecta coacervabant & sepeliebant: 1. ut Martyrum memoriam venerabundi colerent. 3. hostes fidei Christianæ tædio afficerent. 3. sese animarent ad consimilem fortitudinem.

Hæc solicitudo tandem in hypocrisin & cultum idololatricum degeneravit, inclusis Martyrum reliquiis ipsis altaribus: vid. Chemnit. Examen Concil. Trident. Rudolph. Hospinian. lib. 2. de Templis. Successit tandem mercatus ossium sacrorum ab impostoribus orbi invectus, sed lege vetitus à Theodosio & Honorio. l. Nemo Martyres, & anno 1215. Canon. 61. Concil. Lateranens. Accesit deinde approbatio Romani Pontificis, sine qua reliquiæ suspectæ habebantur: Vid. Polydor. Vergil. lib. 8. c. 1. de invent. rerum.

Nuspiam vero veneratio religiosa reliquiarum est præcepta in S. literis. Veteres venerandas reliquias nominant Ecclesiasticâ veneratione.

Quos allegat Bellarmin. lib. 2. cap. 1. de cultu reliquiarum. Sanctorum corpora funerata esse scriptura tradit, non adorata Gen. 5. per tot. c. 23. de morte Saræ, cap. 25. Abrahami, c. 35. Isaaci, cap. 50. Jacobi, Josephi Jos. 24. nusquam promissio addita.

Nititur fundamento Ethnico: Gentiles enim olim partes corporum mortuorum, caput, humeros, manus, pedes colebant. Athanas. Tom. 1. orat. 1. fol. 8. lit. B.

Incerto: quod est Canonisatio Sanctorum, & cultus eorum fallax aliquando. 3. decret. Tit. 45. cap. *Audivimus.* & Pontifex eum canonizet aliquando, quem non ipse, sed Cardinales volunt, ut ex Troil. Malvit. Tract. de Canoniz. Sanct. lib. 3. scribit Springlius p. 2. lib. 3. p. 480. de hodiernis hæreticis c. de Consecr. placuit dist. 1.

§. 3. *Incertitudo Reliquiarum.*

Pro veris enim falsas substitui posse docet experientia & historia. Calvin. lib. de reliquiis. Aug. cap. 28. de opere Monachor. Monachos jam tum venditâsse corpora Martyrum, si modò Martyrum.

Determinatio: v. g. Pontificis hac de re similiter incerta, cum ut homo facile decipi possit: Conf. Bellar. lib. 2. c. 4. de Ecclesia Triumphante.

Agnita ab adversariis: Erasmo in cap. 23. Matt. Idem in Argument. Epistol. Hieronymi ad Vigilant. Georgius Wicel. in Compend. de semitis antiquis. Cassander in consultat.

art. 21.

artic. 21. & alii, quorum verba recitat Dn. D. Gerhard. lib. 2. p. 2. c. 3. art. 10. Confess. Catholic. p. 662. seq. ad p. 680.

§. 4. *Absurditates.*

Uni Sancto sæpe duo vel tria capita tributa sunt.

Rex Eduardus Angliæ, dentes S. Apolloniæ, ut ὀδονταλγίαν abstergeret, conquirens, ex omnibus reliquiis Regni Angliæ aliquot sibi tonnas coacervavit.

A solo DEO & mediis ab eo ordinatis gratia expectanda. Sic enim docet DEI verbum. De reliquiis nusquam docet.

In solo Domini nomine jurandum, Exod. 23. Deut. 6. Jer. 5. c. 12.

Omnes cultus electitii rejiciendi, Deut. 4. Coloss. 2.

§. 5. *Scrupulus.*

Cur sancti honores admittant mortui, quos non admiserunt vivi? v. g. Noluerunt admittere adorationem vivi Actor. 3. cap. 10. cap. 14. Apocal. 19.

Cur non meminerunt cultus reliquiarum Patres candidioris seculi? Cur in Gentibus cultum reliquiarum damnant Justinus, Irenæus, Tertullian. Lactantius? Aug. c. 34. de moribus Ecclesiæ reprehendit Adoratores sepulchrorum.

Cur Augustinus dicit, eum qui sopitos cineres eruit, sepulturæ violatorem esse, Epist. ad Hieronym.

§. 6. *Novitas.*

Non inde à temporibus Apostolorum cœpit cultus reliquiarum: Vid. Hieron. Epist. ac Riparium. Is ex infimâ Syriâ evocavit testimonia pro hoc cultu; Romæ, ubi Riparius vivebat, non habuit: igitur privata quorundam doctrina fuit.

Agnovit hoc Erasmus, qui in Hieronymo modestiam desideravit, libro contra Vigilantium scripto.

Anno Christi 500. demum introducta fuit: Centuriat. Magdeburg. præfat. Centur. 6. Hospinian. libro secundo cap. 6. de Origine erroris.

§. 7. *Ethnicismi affinitas.*

Ethnici cultum reliquiarum instituebant Oraculo moniti: Vid. Zwing. p. 1403. Theatri. Thesei sepulchrum aquila monstravit: Zwing. p. 976. a. Tisameni ossa Spartam deportata, Zwing. p. 569. Conf. p. 567. seq. Joh. Baptista apparuit Anastasio Alexandriæ Episcopo, jubens in certo Templi loco suas reliquias elevatas ad Papam mittere. Bzovius ad ann. Christ. 1220. §. 19. Corpus S. Danielis cœco ostensum, elevatum edidit miracula: idem ad ann. 1295. §. 29.

Pharisaismi affinitas.

Pharisæi sepulchra Prophetarum honorabant Matth. 23.

Testimonia Pontificiorum contra reliquiarum abusum.

Hujus illos damnat Cassand. artic. 21. consultat. *Incertitudin.* Cassand. d. l. Testis quoque est Godschalcus sermon. 83. lit. G. in Epist. *corpora latronum, loco sanctorum, culta fuisse.* Nimiam *indulgentiam* Cassander d. l. Veras esse reliquias Exempla sanctorum, hæc imitanda esse. Cassander l. d. & DEI verba, Guliel. Perald. Tom. 1. de Sacram. Titul. de Beatitud. S. Martini religiosè cultæ sunt & exceptæ Romæ. Aurel. part. 176. 177. Epitom. Baronii.

De reliquiis porrò consulatur Beyerling. in Theatr. V. *Reliquiæ.* Berneggerus contra domum Lauretan. D. Hunn. de cultu Ethnico Roman. Ecclesiast. D. Dorschæus de Reliquiis.

Reliquiæ secundum Electionem.

Electi salvari, quos DEUS præcognovit in fide, Christum hunc amplexuros; non ob carnis prærogativam, non propter opera: Tossan. in Rom. 11, 5. 6.

REMISSIO *V. Justificatio.* *V. Peccatum.*

§. 1. I. Legalis remissio; Lev. 25, 10. Num. 36, 4. Deut. 15, 1. seq. Typus fuit remissionis peccatorum, Ps. 85, 3. & 130. &c. Huc Mich. 7. Luc. 1, 77. c. 4, 18. c. 24, 47.

Synonyma.

Delere iniquitatem Ps. 51. Instar nubis Esa. 44. tegere peccata Psalm. 32. & 85, 3. mergere in profundum maris Mich. 7. Condonare 2. Corinth. 5. auferre iram DEI Psalm. 85, 3. lavare ab iis Psal. 51. mundare Jerem. 33, 8. transferre 2. Sam. 12, 1. delere Chirographum Col. 2. ut peccatum non inveniatur Jerem. 50, 20.

§. 2. *Causa*

Efficiens Princeps DEUS solus, cui soli peccamus Ps. 51. solus est judex, absolvit solus. Verè remittit DEUS, non fallit; hominum absolutio aliquando fallit: 1. Joh. 1, 9. Rom. 4, 7.

Plenè DEUS remittit: Tollit enim reatum cum pœnis.

Perfectè: non enim recordatur amplius peccatorum, sed obliviscitur eorum Es. 43. delet iniquitat. *Sanctè:* Homo peccator hominem peccatorem absolvit; DEUS justus, sanctus injustum Rom. 3.

Hinc Irenæus de Christo rectè probat, ipsum, quod peccata remittat, verè DEUM esse lib. 5. c. 15. 16. 17.

§. 3. *Homo remittit peccata.*

I. Magistratus (α) privatas injurias remittendo. (β) pœnas publicas mitigando, si ferant circumstantiæ.

II. Privata persona tenetur remittere proximo, Matt. 5. V. *Reconciliatio.* Matth. 18. Luc. 17.

III. Ministri verbi, Matth. 16. Johan. 20. 2. Cor. 5.

Impellens, non nostra opera; sed *amor* & gratia Dei Luc. 1. Rom. 3, 23. Ps. 130. Zelus sumendi ultionem de diabolo.

Prome-

Promerens non nostra virtus vel bonitas. Non observatio Regularum Monasticarum. V. Monach. sed Christi meritum sufficientiss. omnem justitiam pro nobis *implendo*. Matt. 3. Peccata nostra *portando* Esa. 53. sanguine *eluendo*. Hebr. 9, 22. cap. 10, 18. è carcere & turri nos *reducendo*. Zachar. 9. Nostram reorum (qui eramus rei) vestem *induendo*. 2. Corinth. 5. In nomine suo nos *salvando* Actorum 4, 11. Pro nobis *moriendo*. 2. Corinth. 5. Matth. 26. v. 28. Peccata *remittendo*, Matth. 9. Confide fili, &c. Actorum 2, 38. cap. 3, 31. cap. 13, 38. cap. 26, 18. Ephes. 1, 7. Nos *redimendo*. Colos. 1. vers. 14.

Nos sub se, ut propitiatorio, *tegendo*. Rom. 3, 23. sequ.

Non imputando nobis peccata. 2. Cor. 5.

§. 4. *Instrumentalis* rat. I. offerentis *Ministri*. Matth. 16. cap. 18. Johan. 20. 2. Corinth. 5. per verbum Evangelii: quô solo applicatur remissio peccatorum. Hæc verò remissio non tollit 1. Pœnas Magistratus Civiles. 2. Confirmat fidem & conscientiam contra tentationes Satanæ ad desperationem impellentes. 3. Ex præscripto verbi administranda est, debito modo non impœnitentibus. Ezech. 23. deceperunt populum meum.

II. Recipientis *Fides*. Rom. 3. per fidem. Gal. 3. per baptismum. Eph. 2. per fidem. Act. 10. in nomine ejus credunt.

§. 5. *Materia*. 1. Omnia peccata originalia & actualia: Esa. 38. projecisti post tergum omnia peccata. 1. Joh. 1, 7. Joh. 1, 29. quotidiana Roman. 7, 15. 17. 18. 19. 23.

2. Omnes pœnæ peccatorum, contra Scholasticos solatio nos fraudantes.

III. Partes, 1. Peccatorum remissio.

2. Meriti Christi imputatio.

IV. Quibus? Omnibus qui credunt & pœnitent. Marc. 1. agite pœnitentiam. Ergo non scortatoribus & præfractis peccatoribus. Impium itaque fuit Gregorii Magni factum, qui monachum quendam nomine Justum, ob occultatos tres aureos, in agone sine solatio reliquit, satanæ tradidit & excommunicavit, in sterquilinio sepeliri jussit. Post vero 30. dies triginta sacrificia celebravit pro monacho, aliisque persuasit, se illum ex inferis reportâsse ad cœlum. Anton. Tit. XII. c. 3.

§. 6. *Forma*. Ipsa peccatorum remissio & meriti Christi imputatio.

Fines & Effectus. 1. Nostri in Ecclesia conservatio per remissionem peccatorum.

2. Negata nostri à Christo divulsio. Roman. 8, 33.

3. Hominis fidelis lætificatio Ps. 51. Exultent ossa quæ contrivisti.

4. Charitatis excitatio Luc. 7. dilexit multum.

5. Aliorum excitatio, ut pari ratione Deum petant remissionis peccatorum Psalm. 32 ob hoc orabit ad te omnis sanctus.

6. Pax cum Deo. Rom. 5, 1.

7. Coram eo statio in innocentia. Eph. 5, 7. Phil. 3, 19.

Ubi v. Remittendum?

Subjectum cui? Remittit Deus 1. Hostibus 2. Osoribus. 3. Servis: Matt. 18. En largitatem bonitatis! Vide Chysost. homil. 16. in Eph. 5.

In Ecclesia, Sp. S. officina Esa. 33, 24. in hac viget reconciliationis munus. 2. Corinth. 5. in hac est via Matt. 5. dum es in via Matt. 6. quicquid remiseritis super terram, &c.

Ergo post hanc terram & vitam non datur remissio C. Estium in 4. dist. 20. §. 11.

§. 7. *Adjuncta qualitates.*

1. Gratuita, ratione gratiæ Dei, Christi meriti: quod meriti non sumus, adeoque ratione nostri mera est largitio.

2. Meritoria, respectu Christi.

3. Plenissima & sufficientissima. Non enim culpa solum, sed & pœna dimittitur sine satisfactione nostra, de pœnitent. d. l. cap. 1. Petrus, &c.

4. Certissima. Nititur enim

1. Verbo certissimo Matthæi 9. Confide fili.

2. Merito Christi efficacissimo.

3. Promissionibus verisfimis 2. Petr. 1.

4. Testamento Christi solidissimo. Heb. 7. & 8.

Porta est, per quam in cœlum introimus.

Praxis antecedentium de Christo nato, passo, mortuo, &c. articulorum.

Remissio Peccatorum facit, ut gratia sit in ortu; peccata verò in occasu. Aug. T. 8. col. 1166. b. Peccatum est scintilla; Misericordia Dei est mare: illa in hoc protinus extinguitur Mich. 7. in profundum maris.

Nubes: sicut nubem delevi peccata tua, inquit Dominus apud Esaiam.

§. 8. *Errores.*

Novatiani lapsis veniam denegabant.

Stoici Philosophi dicebant, sapientem virum nihil pœnitendum committere. Seneca.

Anabaptistæ mox anathematibus lapsos punientes, qui à suis adversariis vocantur Hart-banner.

Photiniani in eodem Novatianismi luto hærentes.

Pontificii jus Dei in anima sibi sumentes, eas ab inferno solventes: Et Pontificum arbitrio pœnas purgatorii dispensantes, & pœnas quoque temporias suo arbitratu, prout quis satisfecerit, minuunt. Et Excommunicant sine judicio. Lutherus de indulgentiis.

Remittit homo homini.

I. A mandato Dei Luc. 6. Matth. 6. *Sicut & nos dimitt.*

II. Ab utili: Plus das quam si aurum des proximo.

III. *Ab effectu.* Reddis mansuetum proximum. Ipsi & tibi multa commoda præstas; Proximum tibi debitorem constituis. Famam bonam tibi conciliabis. Vide Chrysostom. homil. 16. in Ephes. 5.

REMUNERATIO *V. Vita æterna.*

RENES.

§. 1. I. Pecudum: Exod. 29. verſ. 13. Levit. 3. verſ. 4. cap. 8. verſ. 25. Notabatur carnis noſtræ ſordes igne Spirit. Sancti eſſe purgandas.

II. Hominum: *qui cingendi*, Exod. 12. verſic. 11. propriè; quo ritu notatur promptitudo ſerviendi Domino: Conf. *Lumbi.* Gladio veritatis & fortitudinis *Muniendi* (ut Nehem. 4. verſ. 18.) in Eccleſia hac militante.

Vulnerandi jaculo contritionis, Thren. 3. verſ. 13.

Diſſolvendi in pœnam, Ezechiel. 29. verſ. 7. præcingendi, Job. 12. verſ. 18. Sic à ſolo Deo *explorandi*, qui ſcrutatur renes & corda Pſal. 7. verſ. 11. & 139. verſ. 13. Jerem. 11. verſ. 12. cap. 17. verſ. 10, cap. 20. verſ. 12. Apocal. 2. v. 23. novit optimè, quanto à Deo abſis intervallo Jerem. 12. verſ. 2. cave igitur, ne ſis hypocrita.

Erudiendi à Deo & compeſcendi, Pſalm. 16. verſ. 7.

Verbo Dei *dirigendi* in viam Pſalm. 73. v. 21. ne ſiniſtris de Deo judiciis, opinionibus in præceps labamur, quod fit, ſi Dei verbum relinquamus.

§. 2. III. Chriſti lumbi, renes cingulo juſtitiæ præcincti Eſa. 11. verſ. 5. notant indefeſſum Chriſti Studium defendendi pauperes Spiritu, & promiſſorum illis fidem ſervandi; quod ſit ſolatio, Te ſpe tuâ non caſurum CHRISTO Rege & auſpice Chriſto: Hebr. 12. autor fidei & conſummator.

REPAGULA FRANGERE.

V. Vaſtatio.

Thren. 2. 9. At eadem firmare eſt cuſtodire urbem. Pſal. 147.

REMORA, piſcis. *V. Piſces.*

RENOVATIO. *V. Regeneratio.*

RENUNCIATIO. *V. Abnegatio.*

REPELLO.

Non repellit Deus in ſempiternum Thren. 3. verſ. 31. ſed (1) Reconciliatur tandem Mich. 7. (2) Probat filios ſuos (3) Indurat.

REPETITIO *V. Auditor.*

REPLETUS *V. Plenus.*

REPREHENSIO. *V. Correctio.*

REPTILE. *V. Imago.*

Pictum & cultum abominatio Deo: Ezechiel. 8, 10.

REPUDIUM. *V. Conjugium.*

REQUIES. *V. Quies.*

RES.

Pro ſtatu ſecundo, ſive adverſo: Auguſtin. Epiſt. 87. Res proſperæ ſunt dona DEI conſolantis: Res adverſæ dona DEI admonentis.

RESIPISCENTIA. *V. Pœnitentia.*

RESISTERE.

Diabolo: V. *Militia.* Deo: V. *Inobedientia. Obedientia.* Reſiſtit Doctor, Galat. 2. v. 11. V. *Miniſter.* Deus hominibus ſuperbis. 1. Petr. 5. V. *Superbia.*

RESPICIO.

Perſonam. V. Titul. *Perſonarum reſpectus.* Deus reſpicit. V. *Deus.*

RESPONSIO.

§. 1. *Reſpondere ſignificat*

I. Simpliciter dicere, pronunciare, cum antea locutus non ſis; ſive apud te aliquid cogitaris: Sic Petrus Actor. 3. v. 12. tacitæ Judæorum admirationi reſpondiſſe dicitur. Sic Matt. 11, 25. cap. 12. v. 38. cap. 14. v. 28. cap. 17. v. 4. cap. 22, 1. cap. 26. v. 25. cap. 28. verſ. 5. Marc. 11, 14. cap. 12, 35. Lucæ. 13, 14. cap. 14. verſ. 3. cap. 17, 17. Joh. 2, 18. Apocal. 7. v. 13. Sic quoque in V. T. Job. 38, 1. Daniel. 4. v. 27. Zachar. 4, 11.

II. Proteſtari, ſatisfacere, Job. 13, 23. Gen. 30, 32. Eſ. 59, 12. Oſ. 5, 5.

III. Loqui ſimpliciter: Exod. 20. v. 16. Non reſpond. falſum teſtimonium. Unde vulgatus interpres ענה ſimpliciter effert pro loqui, pronuntiare. Job. 34, 1. cap. 35, 1. Dan. 7. v. 2.

Alia Dei reſponſio vid. tit. *Patefactio:* it. *Revelatio* it. *Scriptura.* Sic Luc. 2, 26. Simeon. Matt. 2, 12. Magi. Roman. 11, 4. Hebr. 11, 7. cap. 8, 5. Notat revelationem Dei ſive immediatam ſive mediatam. Confer. 1. Reg. 19, 18.

§. 2. *Angeli boni* reſponſio, nuntium: vid. tit. *Angeli.* Huc illud Actor. 10, 22. Cornelius ἐχρηματίσθη, ἀπὸ τῦ χρηματίζεσθαι, quod eſt dare reſponſa pro tribunali, ſtatuere aliquid de cauſis propoſitis, ut ex Suida & Luciano explicat noſter Chemnit. cap. 10. Harm. Evang. Quæ egregiè explicabis è Phavorini Lexic. hac voce.

§. 3. *Angeli mali:* huc oracula, reſponſa mortuorum, à Deo prohibita ſeveriſſimè Eſ. 8, 19. Chryſoſtom. homil. 4. de Laxaro dicit: Non quæramus hæc audire (nempe de pœnis Gehennæ & ſtatu mortuorum) à mortuis, quæ multò clarius quotidie nos docent Scripturæ ſacræ: Hæc ille. Quorſum igitur apparitionibus & reſponſis mortuorum attendit Papatus?

In Chriſti reſponſis apparet

§. 4. 1. *Summa veritas* Matt. 22, 16. Johan. 3, 2. c. 14, 6. Apoc. 1, 5.

2. *Diviniſſima humanitas* Matth. 11, 5. Ite & dicite Johanni, &c. non torvo vultu labantes diſcipulos accipit, non à ſe removet.

3. *Admiranda brevitas:* Luc. 10. vade & fac ſimiliter.

4. *Coſolationis ubertas:* Matth. 9, verſ. 2. Confide fili, remiſſa ſunt tibi peccata tua: cap. 15. v. 28. fiat tibi ſicut vis: Matth. 8, 3. volo, ſis mundus. Imitemur Chriſtum in reſponſis noſtris, ut ſint vera, humana, brevia, ſalutifera.

§. 5. *Hominis* reſponſio ſit mollis, placida: frangit iram, & literas averruncat Proverb. 25. verſ. 15. Id docet ſuo exemplo Abigail 1. Sam. 25. & Abraham Geneſ. 13. & Gideon Judic. tertio. Prudenter formetur, ſi hoſtibus ſit

danda

danda Matth. 22,43. Matt.10,19. Luc.20,2.3. de baptiſmo Johann. Eccleſ.5. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo tuo; ſin autem non, digitus ſit ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato. *Sit brevis*, non loquax: quid enim loquacitate vanius? ait Auguſtinus lib.5. cap.27. de Civit. Dei. *Præmeditata* Prov.15. v.28. Non præceps: Prov.28. qui prius reſpondet, quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat. Dilata apud viros ſeculi plerumque dolos architectatur: vide Tacitum 3. Annalium cap.73. Dio Caſſ. lib.38. *Candida* & grata Prov.15, 23. Juſto tempore *adornata*, ut prius rem cognoveris Prov.18. verſ.13. Sit *mollis* erga pauperem Sirach. 4, 8. non dura, ut illa Nabalis 1.Sam.25. & Rehabeami erga ſubditos 1. Reg. 11.

§. 6 *Quibus non reſpondendum?* Non omnibus: Plutarch. πᾶσιν ἀπολογεῖσθαι θεραπευτικόν; omnibus reſpondere, ſervile eſt: citante Antonio Fayo præfat. diſput. Genevenſ. Non hæreticis convictis, non lucifugis, incendiariis illis occultis, nomen ſuum non profeſſis: non ſtulto, Proverb.17,12. cap.26,4. non conviciis, Auguſtin. tom.7. colum.515. a. c. non garrulis; Plutarchus id ſuadet tractat. de garrulitate §. Ne per imprudentiam ſeriò reſpondeamus iis, qui riſus aut contumeliæ cauſâ nos ad dicendum provocant. Non famoſis & injurioſis ſcriptis abſolutè, niſi alia urgeat præter eâ cauſa, gloria Dei, ſalus Eccleſiæ.

Aliquando tamen reſpondendum, ut innocentia ſalvetur, Bulling. p.1. expoſit. Apolog. *Calumniatori*: ſic Cyprianus lib. ad Demetrianum proconſulem, ut veritas defendatur. *Obdurato*, ut cordis malitia oſtendatur, Luth. in Poſtill. Eccleſiaſt. fol 310. Domin. III. in Quadrag. §. Was haben zu ſolch. Fides infirmorum confirmetur, Lutherus d.l. Proximus ædificetur. Luther. Dominic. *Oculi*, fol.311. in Poſtill. Eccleſ. *Stulto* Proverb. 26. ut ſtultitia ejus confundatur: Luth. d.l. Dominic. *Oculi*.

§ 7. *Reſpondent peccata* Eſ.59. cùm nos arguunt 1. Coram Deo. 2. In conſcientia.

Juſtitia, cum eam Deus in apricum producit Gen.30. Mich.7. Pſ.37.

RESPUBLICA.

§. 1. Eſt communis ſtatus plurium inter ſe viventium, certis legibus ſibi invicem devinctorum. Ejus conſtitutio bona ingens Dei donum Pſalm.107. verſic. 4. 5. 6. Ejus *cauſa princeps* Deus Sirach.10. verſ.45. mittens Joſephum Pſalm.105. v.18. & Naëmanum 2. Regum 5. bellicoſum Davidem, pacificum Salomonem, juſtum Joſaphatum, pium Joſiam, &c.

Formæ Rerumpublicarum variæ. 1. Ariſtocratia, quâ maximè Roma floruit: Camerarius part.2. cap.44. horar. ſubciſiv. 2. Democratia. 3. Ochlocratia. 4. Monarchia; de his Politici. Joachim Camerar. in Polit. Ariſtotel.

Tria fulcra: Honor, Veritas, Amor. Zwinger. fol.142. a, b. Theatr. §. Romani. Alii: Literis, armis Rempublicam regi aſſerunt: vide Philipp. Camerarium part.1. c.2. horar. ſubciſiv. Conſervatur ob Eccleſiam, ſicut pars regni ob Jeruſalem, 1. Regum 11. v.13.32. 36. cap.14, 21.

Incrementa & decrementa: de his Politici in ſuis ſyntagmatibus; P. Camerar. part.2. cap.44. hor. ſubciſiv.

§. 2. *Servitus Reipublicæ & afflictus ſtatus* Jerem. 5. verſic.31. ob peccata inducitur: Eſa.3. exactores ſpoliarunt populum meum. 2. Regum 23. Aurum Pharaoni Necho datum. Duobus vitiis Rempublicam quàm maximè collabaſcere, nempe Venere & avaritiâ, tradidit Valerius Maximus lib.4. cap.3. Hinc Pericles collegam ſuum Sophoclem monuit, Prætorem continentes oculos & manum habere debere.

Cauſa infelicitatis Reipublicæ. 1. Impietas Sap.6,1.2.3. Pſal.82,7.8. ſequent. Dan.4. v.24. Exemplo ſunt Nimrod, Pharao, Sennacherib, Nebucadnezar, Nero, Julianus, &c. 2. Vitia Principum: Injuſtitia: vid. ſupra titul. *Magiſtratus*; item titul. *Juſtitia*. Inſcitia: Eſa.3. verſ.4. dabo pueros principes eorum. Intemperantia: Eccleſiaſt. 10, 16. væ terræ, cujus rex puer eſt, & cujus principes manè comedunt: puer non ætate intelligitur, ſed inſcitiâ & malâ inſtitutione; nam & aliâs pueri conſiliariis ſtipati Rempublicam bene geſſerunt 2. Chronic.33. & 34. 4. Regum. 22. tert. Regum 2. Etiam Charilaus puer locatus in regno præfuit benè, Plutarch. orat.2. de fortuna Alexandri M. Manè, id eſt, toto die, ut Pſal.92,3. Jer.25,3. Eſa.5,11.

§. 3. Comparantur Reſpublicæ 1. *Umbræ*, quæ perit ſole recedente: ita cedente ſole Chriſto mox perit corpus Reipublicæ; exemplo ſit Reſpublica Judæorum, Urbs Conſtantinopolis. 2. *Paleis*, citò diſpergendis. 3. *Stramini* ad littus ejecto, quod à vento mox diſpellitur Pſalm.1. ſic impia Reſpublica citò perit Daniel. 2. verſ.35. 4. *Viti*, ſi felix ſit, Ezechiel. 19. verſ.10.11.12. *Labruſcæ*, ſi exitio ſit vicina, ut Eſa. quint. 5. *Lapidi* ruinoſo, qui præter ſpem cadit. 6. Ut in homine eſt infantia, pueritia, ſtatus adoleſcentiæ, ſenectus: ita Reſpublica ſuis mutationibus obnoxia eſt & viciſſitudinibus.

§. 4. *Cauſæ* mutationis Rerumpubl. Bella externa & vaſtationes regionum: Adminiſtratio regni commiſſa indignis, imperitis & negligentibus perſonis, & avaris & temerariis; Luxus, ſuperbia Ezech.16. Eſa.5. Nimiæ divitiæ, opesque involvunt luxum & omnia vitia: Confidentia virium propriarum, Ezechiel.28. Otium, ignavia, Ezech.16. Jerem. quadrag. octav. Jugum conſcientiis impoſitum & vis mentibus hominum illata: Honorum inæqualis diſtributio, ex hâc enim factiones oriuntur, hinc bellum Cæſaris in Pompejum: Popularium hominum oppreſſio per uſuras & impedita eorum negotiatio & ſuſtentatio,

quæ fit per monopolia: Proprii lucri aucupium: Subditorum offenſio; (ſi non adſit ſpes recuperandi damni vel excuſatio) fit autem, cum privilegia ſubditorum violantur: Spoliatio ſubditorum confictis cauſis: Tributa nimia & exactiones 1. Reg. 12. Rehabeam: Tyrannis: Inobedientia erga DEI verbum Pſ. 82. v.6. Militum cura neglecta & diſciplina militaris; vide Tacitum de Blæſo, qui ſub auſpicia regni Tiberii milites ſecurius agere permiſit.

§. 5. *An cœli influxus hîc aliquid operetur?* A Conimbricenſ. 2. de cœlo: Thomas 1. part. quæſt. 115. 3. cum limitatione, poſſe aliquid cœli influxum in hominum temperamenta, quibus motis animorum motus ſequitur; ſed apodicticè nihil ſequitur è cœli motu: vid. Eſ. 31, 22. Amos 3, 17.

In ſpecie de rebus publicis variis varii tradiderunt: Oſtrogothorum & Longobardorum in Italia, Philipp. Camerar. part. 2. c. 49. hor. ſubciſ. De regno Neapolitano idem part. 1. cap. 58. Venetâ Republ. Idem part. 2. c. 48. d. l. Reinerus Reineccius.

RESTITUTIO.

Refertur ad ſeptimum præceptum. Eſt autem 1. Reſtitutio bonorum ablatorum: Tob. 2. reddite hœdum. 2. Sam. 12, 6. agnam reſtituat bis quadruplicatam, Exod. 22, 1. Proverb. 6. reddet ſeptuplum. David quoque ſenſit pœnam, decem ipſius concubinis vitiatis & ſtupratis: Quatuor filii abſumti; filius ex Bathſeba, Abſolon, Ammon, Adonias. 2. Amiſſorum: Deuteronom. 22. v. 3. 3. Acquiſitorum per fraudes Luc. 19, 8. & uſuras. 4. Damni, ad quam reſtitutionem tenemur jure divino. 5. Injuriæ, pro qua proximo ſatisfacere teneris. 6. Famæ, ſi proximi læſeris. 7. Si læſeris corpus proximi, &c. Huc ſpectant multæ leges Moſaicæ forenſes. Bartholomæus Fumus neceſſarias circumſtantias his in ſua armilla verſibus comprehendit:

Quis, cui, quod, quantum, vel ubi, quo tempore, quove
Ordine, ſive modo: Te rogo, mente notes.

Subtiliores quæſtiones JCtis & Caſuiſtis diſcutiendas relinquimus. Quæ ad explicationem ſeptimi præcepti faciunt, huc omnia ſpectant.

Sed de reſtitutione fuſius agunt JCti, Summiſtæ, Canoniſtæ in V. Reſtitutio: Cajetanus: Barth. Fumus. Angel. de Clavaſio; Scotus in 4. diſtinct. 15. Ludovic. de Utino ſerm. 40. quadrageſ.

RESURRECTIO.

§. 1. I. *Spiritualis:* Coloſſ. 3, 1. conſurrexiſtis cum Chriſto: Johann. 11. ego ſum reſurrectio: Roman. 5. per unum hominem reſurrectio. Reſurgimus autem per Chriſtum verâ fide, in hâc enim poſitus eſt Chriſtus Apocal. 20, 5. qui hâc reſurgunt, ad cœlum aſpirant Philipp. 3. regnum Dei quærunt Matth. 6. ſeſe mundant 2. Tim. 2. A morte in vitam transeunt, Joh. 6, 4. Eph. 4, 14. Effectus ejus eſt, ferre fructum Rom. 1, 4. & Joh. 15. ſ In hoc poſui vos, ut fructum feratis. Cauſæ impellentes ad reſurrectionem ſpiritualem: 1. Dei mandatum Eph. 5. 2. Noſtra neceſſitas. 3. Periculum mortis æternæ. 4. Exemplum reſurrectionis Chriſti. 5. Turpitudo peccati.

§. 2. II. *Corporalis* poſt hanc vitam, quæ nobis per Chriſtum donatur. Eſt univerſalis omnium Joh. 6, 45. Dan. 12, 2. Particularis quorundam ad hanc vitam Luc. 7. Matt. 9. 2. Reg. 4. Matt. 27, 5. Actor. 9, 40. c. 20, 10.

III. *Vita* poſt hanc vitam, quam ſortiti V.T. fideles Hebr. 12. ut potiorem ſortirentur reſurrectionem: ſic Phil. 3, 11.

IV. Liberatio à periculis 2. Cor. 1, 9. & 10. cap. 4, 14.

Reſurgere ex mortuis, & reſurgere à morte, differentes phraſes eſſe; illam rectè de Chriſto, hanc non uſurpari, putat Hugo Cardinalis in cap. 4. Actor. ſed Matth. 14. v. 2. de Johanne etiam legitur, quod ex mortuis reſurrexiſſe judicatus ſit. *Synonym.* Non videre corruptionem pro reſurgere accipitur Act. 2, 31. è Pſalm. 16.

§. 3. *Reſurrectio Chriſti* includit 1. Noſtri reſurrectionem: Joh. 11. Lazare veni foras. 2. Florem; ſicut flos humo ſe attollens: fructum Joh. 15. ut fructum feratis. 3. Virorem per bona opera. 4. Vitam, Joh. 5. vivent. Apocal. 20, 6. Rom. 6. 2. Cor. 5. Chriſto vivant. 5. Reſurrectionem à morte peccati. 6. Crucifixionem: ſicut Chriſti corpus crucifixum prius poſt reſurrexit; ſic caro prius crucifigenda: vid. titul. *Crucifixio.* 7. Tempus: Chriſtus ſub finem noctis & principium dies reſurrexit; ſic nos: Rom. 13. nox receſſit, dies appropinquavit. 8. Die Dominicâ reſurrexit: omnis dies eſt Domini dies, 2. Cor. 6. tempus acceptum. 9. Veraciter Chriſtus reſurrexit; ſic & nos verè non ſimulatè ſurgere debemus. Samuel ille non verè reſurrexit 1. Sam. 28. ſed ſpectrum. 10. Integrè reſurrexit, anima & corpore, Chriſtus: ſic toti, anima, corpore, ſpiritu ad Deum convertamur. 11. Non rurſum mortuus eſt Chriſtus, perſeverans in vita glorioſa Rom. 6. ſic nos in ſpirituali à peccato reſurrectione. 12. Magna lætitia fuit Chriſto reſurgente: ſic peccatore pœnitentiam agente Luc. 15. 13. Reſurgentes liberamur à vinculis; Joh. 11. Lazarus: ſic David Pſ. 116. vincula mea.

Chriſti reſurrectio tripliciter nobis proponitur [α] ut donum, & ſic juſtificat Rom. 4. [β] ut virtus, & ſic vivificat Rom. 6. [γ] ut exemplum, & ſic pœnitentiam & renovationem inculcat.

§. 4. *An ſit corporum reſurrectio?* Negarunt Cerdoniani Tertull. cap. 51. de præſcr. Baron. ad ann. Chr. 146. tom. 2. annal. Marcionitæ, ib. apud Baron. Baſilides Baron. d. l. fol. 68. Tertull. libr. præſcr. Autolycus, quem refutat Theoph. Antiochen. lib. 1. Omnis ferme philoſophor. ſchola, Tertull. cap. 7. præſcr. quod idem reſtitui non poſſet, quod ceciderat; hinc philoſophi Corinthi ſine dubio

Chri-

Christianos irriserunt, ut olim Paulum Act. 17,12. Sadducæi inter Judæos Act. 22,23. c.23,8. & Sadducæorum propinqui, Tertull. de resurr. carnis. Samaritani, de his Epiphanius hæres. 9. Simon Magus lib. de hæresib. in princip. Marcion & Apelles, Tertull. cap. 33. præscript. Carpocratistæ & alii, apud Luzemb. de hæresib. Tertullian. cap. 51. præscr. Synesius episcopus ob speculationes Philosophicas eandem in dubium vocavit, Nicephor. libro 14. cap. 55. Johannes Constantinopolitanus corporum eorundem numero resurrectionem negavit. vid. Greg. Mag. Bardesan. Episcopus Epiphan. hær. 56. Severianus, Augustin. c.24. de hæresib. Epicuræi Sap. 2,1. 2. Cor. 15. Act. 17,18. Gentiles, Baron. tom. 2. fol. 245. num. 20. ad ann. Chr. 179. Contra quos scripsit Athenagoras peculiari oratione (argumentis desumtis 1. A fine hominis creati. 2. A Comuni hominum natura. 3. Ex judicio conditoris super homines. 4. A summo bono hominis, &c.) quam erudito commentario illustavit Petrus Suffridus.

§. 4. *Quod sit resurrectio*, probatur: A disertis scripturæ dictis testantibus (1) Ex parte hominum, mortuos victuros Esa. 26. v. 19. imò vivere Matt. 22,31. resurrecturos Luc. 20. v. 37. (2) Ex parte Dei, hunc vivere, ut liberatorem Job. 19, 21. posse à morte liberare Ps. 68, 21. excitare 2. Cor. 1, 9. c.4,14. Joh. 5, 21. corpora vivificare Rom. 8, 11. excitatos secum ducere 1. Thessal. 4,14. sepulchra aperire Ezech. 37. 11. Probatur porrò à Christi resurrectione Col. 1, 18. 1. Cor. 15, 16. seq. & officio, quod est mortem abolere Esa. 25. Genes. 3, 15. 1. Corint. 15,55. Joh. 5,21. c.6.40. Job. 19. 25. 1. Joh. 3, 8. A statu Joh. 14. à voce Christi Johan. 5, 28. ab universali Christi hostium victoria 1. Cor. 15, 25. 26. 27. A certitudine ipsius resurrectionis 1. Corinth. 15,1.4.5.11.12.13. 1. Thess. 4, 14. A potentia Christi Phil. 3,21. Ab inhabitatione Spiritus Sancti Rom. 8,11. Ephes. 1,14. Ab omnipotentia Dei Luc. 1,37. Rom. 4,21. 2. Tim. 1.12. c.4,8. A justitia Dei Rom. 2, 5. 6. 7. 2. Thess. 1, 6. 7. 2. Corint. 5,10. A consolatione in morte, Ambros. tom. 3. orat. 13.

Ab exemplis: in V. T. Enoch vivus in cœlum raptus Gen. 5. 2. Reg. 4. c. 13. 1. Reg. 17. in N. Test. Luc. 7. viduæ Nain filius: Matth 9. filia Jairi: Johann. 11. Lazarus. A confessione martyrum 2. Macchab. 6. A visionibus, Ezech. 37. vers. 7. & vaticiniis Esa. 26. Ab animæ immortalitate: A Sacramentis Coloss. 2 vers. 12. A spei nostræ in Christo soliditate, 1. Corint. 15. si solum in hac vita. A similibus naturali bus: vid. similia, hoc tit. A minori: capillum non perdis, times, ne animam perdas, August. tom. 8. col. 1091. d.

A corporis nostri dignitate, quod fuit templum Spir. S. 1. Corint. 3. caro de carne Christi Eph. 5. A S. communione Eucharistiæ, Joh. 6. vivet in æternum. A Christianorum officio: fides propria est Christianorum resurrectio mortuorum, Aug. t. 10. col 910. a. Hoc officiũ Paulus exigit Act. 26,8. A testimonio Patrum: Tertull. lib. de resurr. carnis, Ambrosius lib. de fide c. 3. Aug. tract. 22. in Joh. 5. A testimonio gentilium: Plato dixit, sine corporibus animas esse non posse, Augustin. tom. 5. columin. 1385. b. In Ægypto Pyramis observata nonnullis, cui hæc literis Ægyptiis verba inscripta erant: *Qui hoc loco seminatus sum, lætam expecto resurrectionem.* M. Olearius in descriptione itineris Persici fol. 288. testis est, se vidisse quandam in sepulchro barbaro inscriptionem, per hæc verba: *ô Domine, aperi huic januam!* Verum Philosophicis argumentis demonstrari non potest apodicticè, quædam tamen probabiliter & Dialecticè, fatente ipso Thomâ part. 1. quæstion. 1. articul. 5. ad secund.

§. 5. *Causa efficiens* princeps Deus est, Roman. 8, 11. 1. Thessal. 4,14. Filius, quâ homo quoque, Joh. 5,21. c.11, 25. procreans nostri resurrectionem 1. Corint. 15, 20. exerens hanc potentiam Matth. 28, 18. voce suâ omnipotentissimâ Johan. 5,28. Philipp. 3. v. 21. seipsum virtute propriâ excitans à mortuis, contra blasphemiam negantium Socinianorum; Smalc. capit. 13. de divin. Christi: M. Schefer pecul. tractat. Cæterum Ethnicos quoque excitasse mortuos quosdam per Satanæ præstigias, testantur Historici. Polyidus Glaucum in mellis dolio suffocatum admotâ herbâ excitavit; Natales Comes lib. 8. c. 5. Isis Orum filium à Titanibus interfectum; Zwinger. folio 564. a. Theatr. Hercules mortuam Alcestim, marito vivam reddidit, Zwinger. folio 565. a. Æsculapius Hippolyti filium ab aquis discerptum, Zwinger. ibidem.

Ministerialis causa, angelorum opera Matt. 13,41. cap. 24, 30. cap. 25,32. cui tuba ascribitur 1. Thess. 4. & collectio. Huc spectant Sancti, ut testes judicii & resurrectionis, Epist. Judæ v. 14. Errant Scotus & Richardus, docentes naturam esse posse causam resurrectionis, Scot. in 4. d. 43. q 3.

§. 6. *Materia ex qua* resurrectionis nuncupari possunt ejus partes. Partes autem tres ad resurrectionem necessariæ 1. Collectio particularum materiæ, ex quibus corpus est formandum. 2. Ipsa corporis formatio. 3. Iterata animæ cum corpore conjunctio. Nullam harum actionum angelis simpliciter assignaverimus ob infinitam potentiam, quæ in singulis requiritur.

Materia circa quam sive subjectum, omnis homo, pius, impius: contr. negantes Photinianos, D. Mentz. art. 17. Exeg. c. Judæos, R. David Kimchi in Ps. 1. & Es. 21. R. Saadias in Dan. 12. vid. Buxtorf. c. 1. Synagog. Judaicæ. Unde verò illa impiorum resurrectio, an ex vi Christi resurrectionis; latiùs in scholis Theol. disputatur.

Totus homo, qui cecidit substantiâ corporis eâdem resurrecturus; contr. negantes Socinianos: 2. Corint. 5. Matth. 27,52. c.10. v. 28. cutis Job. 19,26. 1. Cor. 15, 3. 5. Ossa Psalm. 34; 20. 22. Ezech. 37, 7. 1. Corinth. 15. v. 43. humilia Philip. 3, 20. sed æqualia corpori Christi cor-

pora, templa Spirit. S. 1.Cor.3, 16.17. c.6,15.19. conf. Irenæum lib.2. c.62.63. adv.hæreſ. &.l.5. cap.4.5.6. ad 14. Eccleſia Aquilejenſis olim dicebat in ſymbolo: *Credo reſurrectionem carnis HUJUS*, teſte Ruffin. in Symb. Concil. Tolet. XI. c.7. ann. 675. Chriſt. celebr. Contr. errorem Origin. & Eutychii Conſtantinopolitani Epiſcopi: Greg. lib.14.c.29. Moral. Ambroſ. ſerm. de Fide & Reſurr. Idem orat. 2. de Reſurr. Tertull. c.63. de Reſurr. carnis. De duplici ritu baptiſmi vid. Prudentium hymno X. ad defunctorum exequias: Hieronym. epiſtol. ad Pammach. qui docet, in carnis reſurgentis veritate & gloriæ argumento totum hoc myſterium reſurrectionis conſiſtere.

Omnes populi Matth. 25, 31. jacentes in ſepulchris Johan.5,28. Juſti, injuſti Actor.24, 15. dormientes Dan.12,2. Fœminas reſurrecturas in ſexu virili, quidam docuerunt (Scotus cum ſuis;) exceperunt tamen ſolam B. Mariam: ridiculè abutentes dicto Apoſtoli Eph. 4. In virum perfectum. Excluduntur bruta animantia, quæ non reſurgent; nec obſtat locus Roman. 8, 20. ibi enim proſopopœia inſtituitur ab Apoſtolo.

§. 7. *Modus & forma* imperſcrutabilis omni rationi: corruptibile induet incorruptionem 1.Corinth.15,51. mortale immortalitatem. Spiritualia erunt corpora, non ratione ſubſtantiæ, ſed qualitatum; Contr. Origenis deliria. Ut corpora impiorum ad gehennam; ſic piorum ad gloriam. Ut Chriſtus cum eodem ſubſtantiâ corpore reſurrexit; ſic & nos Joh. 2, 18.19. idem docent exempla eorum, qui excitati ſunt ex mortuis; vid. ſupra. Promiſit quoque Deus huic carni immortalitatem Roman. 8,11. 1.Cor.15,53. Phil.3, 21. vid. Tertull. de Reſurr. c.51. lib.5. c.10. adv. Marcion. Huc referatur ſimilitudo grani 1.Cor.15,29. & conf. Paulini panegyric. in obitum Celſi: Tertull. c.52. de reſurr. carnis. Exuemur verò planè veſtibus captivitatis Jer.52,33. induemur veſtibus libertatis glorificati corporis. *Simile:* Ut linum asbeſtinum igne mundatur, non conſumitur, Plinius libro 19. cap. primo; ſic nec corpora noſtra penitus in terra annihilabuntur. Ut ſemina mirabili ratione in terræ ſinu foventur; ſic etiam corpora 1.Cor.15. Si veſtimentum juxta partes diſſolvatur, & rurſus conſuatur, eadem manet veſtis. Ut cera, ſi impreſſa imago diſpungatur, eadem verò imago eidem rurſus imprimatur.

Ad hanc formam (qua reſurrectio conſtituitur) ſpectat 1. animæ cum corpore iterata unitio ad unum ſuppoſitum. 2. Vivorum in illo judicii die immutatio 1.Cor.15, 51. 1.Theſſ. 4,16. vid. Tertull. c. 41. de Reſur. carnis §. Hujus gratiæ privilegium. 3. Ipſe reſurrectionis ordo Joh.5,28.29. 1.Theſſ.4,15. ſeq. Omnes unà reſurgent. Non priùs regnabunt pii mille annis cum Chriſto, & poſtea impii reſurgent, vid. inf. Error. Chiliaſt.

Tuba in reſurrectione Matt. 24. 1.Theſſ. 4. explicatur 1. de Chriſti imperio. 2. Manifeſtâ Chriſti & glorioſâ apparitione. 3. Tuba excellentis & maximi ſoni, qualis illa Exod. 19. auribus humanis perceptibilis Matt.25. Ecce ſponſus venit, Auguſt. epiſt. 120. c. 34.

§. 8. *Finis* 1. demonſtratio gloriæ & juſtitiæ Dei in extremo judicio. 2. Liberatio ab omni malo, reſpectu credentium. 3. Punitio non credentium 2. Cor. 5, 10. Dan. 12, 2. Joh.5,28. 2. Theſſ. 1,6.7. Judæ epiſt. v.14.

Adjuncta 1. Tempus reſurrectionis nulli cognitum Matth. 24. v. 16. immutationis vivorum, fiet in ictu oculi, momentaneo oculi motu, Tertull. lib. 5. c. 10. adv. Marcionem. 2. Difficultas reſurrectionis (α) A modi obſcuritate; Auguſtin. tom. 9. col. 1. 398. d. huc illa applicat: Exui tunicam meam, quomodo induar? (β) A corporis diſſipatione, in minutiſſimas quasque favillas, in cineres. 3. Neceſſitas: non quia prædixit, ideò reſurrexit; ſed ideò propheta prædixit, quia facturus erat: Auguſtinus tom.8. column.1045. a.b. 4. Obſcuritas: Duo hominibus nota erant, naſci & mori; unum verò incognitum, nempe reſurgere & in æternum vivere, Auguſt. tom.8. col. 733.d. 5. Veritas: verè enim fiet reſurrectio, non umbratili aliqua corporum exhibitione, qualem fieri narrat P. Camerarius apud Cairum, à quo in monte, diſtante duobus miliaribus à Nilo, ſolent cadavera velut emergere immenſæ hominum multitudinis, idque incipit veſperâ die Jovis, & durat uſque ad diem ſabbathi quo omnia evaneſcunt.

§. 9. *Conſequentia* Reſurrectionem (1) In corpore, gloria, lux, fulgor 1.Corint.15,40. Dan.12,3. Matt.13,43. c.17. veſtis Chriſti: huc ἰσαγγελία Matt. 22, 30. Æqualitas angelica Luc. 20,35. Immortalitas Luc.20,35. 1.Cor. 15,42.43.53. filiatio Luc.20,35. incorruptibilitas 1. Corinth. 15. oportebat hoc corruptibile induere incorruptionem: Spiritualitas, quâ qualitates (α) in ſe. (β) Quia à Spiritu Sancto planè reguntur corpora. (γ) Quia non indigebunt nutrimento corporali. Firmitas, quâ immunia erunt corpora à morbis, fame, nuditate, doloribus, gravedine & mole 1. Theſſal. 4,17. Abſentia omnium in corpore defectionum, Auguſtinus lib.22. c.13. de Civ. Dei. Vid. Johann. Gerhard. Voſſii diſput. de corpore glorioſ. D. Daniel. Cramer. de dotibus ejusdem. (2) In anima [α] Intellectus illuminatio. [β] Voluntatis conformatio ad divinam voluntatem, quæ plenâ erit juſtitiâ, ſanctitate, dilectione Dei & proximi. [γ] Affectuum omnium mundatio, qui animam non mage turbabunt, ſed compoſiti erunt ad omne ſanctum animæ glorificatæ obſequium.

Conſequentia Reſurrectionem Impiorum vid. titul. *Infernus:* Item *Judicium extremum*.

§. 10. *Similia & allegoriæ:* Asbeſtinum linum vide ſupra. Aſtra redeunt Job. 17. verſu duodecimo; ſic pii redibunt reſurgendo. Aves plurimæ hyberno tempore in paludib. ſepultæ, verno reviviſcunt; ſic mortui ingruente judicii & diei extremi vere. Chymiâ aquam à vino, aurum ab argento, metallum à metal-

metallo separat artifex: quidni Deus corpora varia licet cinefacta? Chymici antimonium solvere possunt in sal, sulphur & mercurium, & hæc tria rursus in aliam ejusdem antimonii massam. Creatio fuit mirabilis, nam è nihilo hominem Deus fecit Genes. 1. è nihilo eundem excitabit idem Deus; vid. Augustin. tom. 9. columnn. 974. d. Manè, quo stabimus & contemplabimur, Augustinus in Psalm. 5. tom. 10. col. 984. a. Ollam fractam in massam conjecit Dominus, Jerem. 17. aliam fecit: Luther. tom. 1. Jenens. f. 183. Pelicanus pullos resuscitat, Augustin. in Ps. 101. Cœlestis Pelicanus Christus est: Phœnix reviviscens: Planta Job. 14, 7. Pluvia serotina, Osè 6. quâ nos Deus virescere faciet in illo die, Esa. 26. Campus virens. Primitiæ Christus totam massam consecravit 1. Corinth. 15. v. 20. Ros erit Deus, Augustinus tomo 9. colum. 974. d. vivificans mortua corpora. Spiritus vivificus Ezechiel. 37. ossa nostra vivificare faciens. Vermis Indicus, Basilius Magnus 8. Hexaem, i. e. bombyx, sub fin. fere illus homiliæ videatur idem Basilius. Virga arida Aaronis floruit Num. 6. Auguft. tom. 10. col. 810. b. corpora nostra virgæ aridæ reflorescent in resurrectionis die.

§. 11. *Divisio* resurrectionis. 1. *Corporalis*, *spiritualis*; Augustinus tom. 10. col. 244. b. c. illa fit in corporibus, hæc in animabus; utraque Dei opus. 2. *Ficta*, ut illa Samuelis 1. Sam. 28. non enim verus Samuel resurrexit. 3. *Imperfecta*; ut Lazari adhuc mortui ante, post tandem morituri Johann. 11. *Perfecta*; v. g. Christi resurrectio, omnibus numeris absoluta. Nostra quoque erit perfecta resurrectio, cum è mundi Ægypto educemur Ps. 105, 37. 4. *Vitæ* Daniel. 12, 2. inde filii resurrectionis Luc. 20, 36. *Judicij*, mortis & judicii ibidem Dan. 12. Joh. 5.

Cæterum de Resurrectione mortuorum legi possunt M. Jacobi Fabri tractat. vernaculus de Resurrectione universali. Luth. in c. 15. epist. ad Cor. item Mathes. in idem. Æneæ Gazæi Dialogus.

§. 12. *Errores* circa resurrectionem. Hymenæus & Philetus non nisi spiritualem resurrectionem docebant 1. Tim. 1. Sadducæi resurrectionem negabant Act. 23, 8. Philosophi dubitabant & scepticè de ea digladiabantur. Origenes aëria corpora somniabat: hunc secutus est Eutychius, Episcopus Constantinopolitanus, reprehensus à Gregorio libro decimo quarto moralium cap. 31. 32. Synesius alioquin Christianas partes secutus, de resurrectione mortuorum tamen dubitavit: Evagrius lib. 1. cap. 15. hist. Ecclesiast.

Sociniani docent, animas impiorum interire, Socin. cap. 1. prælect. idem p. 79. advers. Puccium, dormire explicat per interire: Piorum dormire, nec pœnas nec præmia sentire, Socin. epist. 5. ad Volckel. Chiliasticus quoque explodendus est error Lactantii lib. 7. cap. 26. Instit. & epit. cap. 8. & plurimor. Patrum in Ecclesia primitiva; refutatus ab Augustino tractat. 32. in 7. Johann. Euseb. lib. 3. c. 28. libr. 7. cap. 22. 23. Theodoretus lib. 2. & 3. Fabul. hæretic. Nicephor. Callist. lib. 3. cap. 14. & 28. & lib. 6. c. 22. Isid. Hispalensis de Orig. lib. 5. c. 8. Epiphan. hæres. 28. Hieronymus de viris illustrib. in Dionys. Alexand. Præfat. in Esa lib. 18. in catalog. Script. Eccles. Tertull. c. 25. de Resurrect. carnis, advers. Marcionem l. 4. cap. 29. Irenæus l. 5. cap. 32. Ethnici planè negantes resurrectionem: Catull.

Soles occidere & redire possunt:
Nobis cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

Seneca: *Post mortem nihil, ipsaque mors nihil.* Cœcilius apud Minutium Felicem falsè irridet mortuorum resurrectionem, Arnob. lib. 11. advers. Gentes.

Officia præcipua circa resurrectionem. 1. §. 13. Accuratè & summâ fide hunc articulum considerare, & cordi nostro imprimere; vid. Luther. Joh. Mathes. in c. 15. 1. epist. ad Corinth. Spangenberg. in eund. loc. Drexel. tract. 11. §. 29. 2. Consolari nos resurrectione in omni tribulatione Job. 19, 25. 2. Corinth. 1. Morte 2. Maccab. 7. Rom. 8. Spiritus Christi vos excitabit, Chrysost. serm. de resurrect. Drexel. tract. 11. p. 188. 3. Ad pietatem incitare, ut sanctum servemus corpus, olim resurrecturum 1. Corinth. 3. 2. Corinth. 5, 10. ne repugnemus spiritui Christi, olim corpora nostra excitaturo.

RESUSCITO.

1. Excito ad vitam, Joh. 6. v. 39. 40. 44. 54. Act. 23, 2. c. 13, 33. adscribitur Patri & Filio, non excluso Spiritu Sancto.

2. Excito gratiam; in græco emphaticum est ἀναζωπυρεῖν 2. Timoth. 1, 6. quod fit (α) Assiduis precibus ad Deum pro augendis donis concessis. (β) Jugi & indefesso studio meditandi legem Dei Psalm. 1. Habenti dabitur. (γ) Sedulitate excutiendi omnem acediam & torporem, qui obstrepere quoque solet piis.

3. Instauro Psalm. 41, 11. miserere mei & resuscita me.

RETE.

1. Propriè dictum instrumentum, quo capiuntur feræ, aves, pisces, Matth. 4. versic. 18. 20. Luc. 5. vers. 2. 6. Johann. 21. vers. 6. 2. Rete judiciorum Dei Job. 18. vers. octavo. Thren. 1. vers. 13. Ezechiel. 12. v. 13. capit. 17. 20. cap. 19, 8. Osè. 7. v. 12. 3. Rete verbi prædicati Matth. 13, 47. 4. Rete fallacis ingenii Proverb. 29. v. 5. Hab. 1, 15. Vid. quoque tit. *Tentatio.* Immolare sagenæ Hab. 1, 16. vid. *Sacrificium.*

Rumpitur rete spirituale 1. Per hæreses & falsa dogmata, quia unitas Ephes. 4. rumpitur. 2. Inimicitias & simultates in Ecclesia, sive per schismata. 3. Vitam Epicuræam, impiamque.

Sarcitur rete (α) per orationem ad Deum: sic Alexander Episcopus rete Ecclesiæ per Arium scissum sarsit effusis precibus contra eundem. (β) Per studium servandæ unitatis in scholis & Ecclesiis. (γ) Per studium indefessæ prædicationis legis & Evangelii. (δ) Per tyrannicas persecutiones, quæ sæpè occasionem amplificandæ Ecclesiæ subministrant.

RETICULUM

Jecoris Exod. 29. versic. 13. notat frenandam esse concupiscentiam atque mortificandam Levit. 3. versic. 4. nam sedes non infima concupiscentiæ est: Galat. 5. crucifigunt carnem suam.

RETORSIO.

Aliquando licita, 1. Regum 19. non ego, sed tu conturbas Israël. Numer. 16. vers. tertio, septimo.

RETRAHO.

1. Deus retrahit ex misericordia Deuteronom. 30. vers. 4. nec cœlestis Josua manum suam à nobis miseris retrahet Jos. 10. 2. Homo retrahit manum, sive non 1. Regum 13. versicul. 4. 3. Stellæ retrahunt Joel. 2. vers. 10. cap. 3. 15.

RETRIBUTIO.

Deo nihil possumus retribuere, nisi fidei & devotionis nostræ obsequia: Cyprianus epist. 77. ad fratres ad metalla damnatos. Confer tit. *Gratitudo* f. l. it. *Judicium:* Retributio pœnæ. 2. Thessal. 1. versic. 6. *V. Infernus.*

RETRO, RETRORSUM, RETROCEDO.

Retrò & ante formasti me Psalm. 139, 5. id est, omni ex parte.

Retrocedit Deus, cum auxilium subtrahit, & sententiam non mutat Ezech. 14, 14. Thren. 1, 13. Homo Psalm. 80, 18. Esa. 1. vers. 4. Psal. 44, 18.

Retrorsum converti Psalm. 9. v. 4. & 35, 4. & 109, 5. Retrorsum percuti Psalm. 78. versicul. 66.

Retro agi, deficere à cultu Sophon 1. versu sexto.

REVELATIO.

§. 1. I. *Dei manifestatio* fit (α) in verbo quod revelat Dei essentiam & voluntatem Roman. 2. vers. 5. (β) In filio & per eum; hinc Christus jubet Philippum intueri sese, ut in quo sit Pater Johann. 14. In Petra stanti Mosi se Deus revelavit Exod. 33. nobis sese in filio patefecit, qui est in sinu patris Johan. 1. qui est splendor patris Coloss. 1. & petra 1. Corinth. 1. in qua stamus & protegimur: vid. in glossa marginali ad c. 33. Exod. (γ) In propheticis illuminationibus. (δ) In creatione mundi, quam sola nostra Biblia accuratè explicant; non sic ulla alia religio.

II. *Per defunctos, animas, angelos* manifestatio & patefactio. Aliquando rejicitur de consecr. dist. 1. c. 26. Placuit, ut altaria, &c. c. 26. q. 5. c. Episcopi. Aliquando approbatur Gretsero, defens. 1. lib. 1. c. 7. qui scribit, librum Canonic. ejusque authoritatem Ecclesiæ à Deo revelari & cœlitùs manifestari pag. 107. c. ibidem apud Gretser.

§. 2. *Ficta & simulata* & deceptoria per *apparentes spiritus*, Gerson, tom. 1. oper. de Exam. doctrinar. sub fin. c. 3. colum. a. b. Idem tom. 3. tract. 15. de pusillanimitate: confer quoque Johann. Rivium lib. 1. de superstit. fol. 93. Laurent. de Aponte in c. 7. Matt. num. 8. annot. 8. *Tertium* (ait) *quod præmitto* est, eestases, sive raptus aut revelationes non esse veræ sanctitatis certissima signa, largũ hoc esset, si, ut par est, illud probare vellemus. Sufficiat tantùm fundamentum jactare ex doctore Thoma, 2. 2. q. 175. art. 1. in corpore ex multis causis raptum provenire posse, ex causa corporali, ut qui per infirmitatem alienationem patiuntur, & ex virtute Dæmonum, ut patet in arreptitiis, & ex virtute divina; quod cum sit *& difficillimum sit cognoscere, quando ex virtute divina, quando ex operatione Dæmonis posset provenire;* Hæc Laurentius ille: Cui subscribit Cajetanus in 2. 2. q. 95. articul. 3. & Seraphinus Firmanus problemat. sexto. Cæsarius libro 12. cap 5. Alphons. Salmero. tom. 11. tract. 27. folio 217. b. Fidelis (ait) revelationes horret. Perer. de Magia lib. 1. c. 11. Simulant Dæmones animas defunctorum, secundum Augustinum & Chrysostomum, quò faciliùs errores gentilium animis hominum inserant, ad eos decipiendos, quia homines animabus defunctorum vel parentum vel cognatorum suorum lubentius & promtius credunt quàm Dæmoni, quem naturaliter horrent.

Hæretici de ea gloriantur. 1. Theodotus hæreticus de suis visionibus gloriatus est, P. Thyræus c. 16. §. 4. de apparitionibus, Baron. ann. 97. §. 13. 2. Cerinthus d. l. Baron. Niceph. lib. 3. c. 14. 3. Arius, vid. tom. 1. Concil. part. 1. fol. 272. lit. A. Epistolam Alexandrini. 4. Montanus, teste Epiphan. apud Baron. ann. Chr. 105. §. 3. ann. 262. §. 4. 5. Valens Arianus, Baron. t. 2. ann. 353. §. 8. & Carpocrates; Niceph. lib. 3. c. 14. 6. Enthusiastæ, Prateolus lib. 5. hæres. Niceph. l. 11. cap. 14. 7. Anabaptistæ apud Sleidan. l. 10. hist. & Henric. Dorpium in hist. Monaster. Henricum Bullinger. de erroribus Anabaptistarum. 8. Priscilla, Maximilla deceperunt Montanum & Novatianos, Salmer. disput. 24. in Joh.

§. 3. Quæ materia revelationum? seu, quid revelatum esse jactitetur? (α) Regula Ignatii à Maria revelata: vid. titul. *Regula:* item Albani Mönch Esel p. 105. (β) Festa: Urbanus IV. ex revelatione quibusdam facta instituit festum corporis Christi; in bulla Urbani. (γ) Ordines monachorum. (δ) Certitudinem salutis eorum, qui sunt in purgatorio Bellar. l. 2. c. 4. (ε) Purgatorium ipsum, Bellar. l. 1. de purgat. c. 7. Greg. de Valent. de Purgat. (ζ) cœlestis beatitudo, Marulus p. 831. & gloria 815. (η) Pœnæ infernales Marulus p. 708. Huc referas visiones Brigittæ Coster. in Enchirid. tit. de Ecclesia; Bellarm. l. 2. c. 7. de Purgat. Hildegardis, Elisabethæ, Coloniæ excus. junctim.

Interceſſionem defunctorum. Bellarmin. cap. 18. de Beat. ſanctorum. Invocationem ſanctorum d. l. Bellarm. cultum crucis, Bellarmin. cap. 28. de imaginibus Sanctorum.

§. 4. III. *Adventus Christi* judicis dicitur quoque Revelatio Romanorum 8,18. 1. Corinth. 1, 18. Philipp. 3, 20. Tit. 2, 13. Romanorum 2, 5. Etenim iſto die 1. Fideles plus boni invenient, quàm crediderunt. 2. Infideles deprehendent verum eſſe, quod non crediderunt, Ambroſ. 3. Chriſtus apparebit ibi glorioſè, quia jam adeſt gratioſè: vid. Judicium extremum. 4. Spes & expectatio fidelium conſummabitur, Luc. 12, 36. 5. Dulciſſimus erit dies, cujus ſpe ad conſtantiam perſæpè hortatur Apoſtolus.

IV. *Probatæ doctrinæ* revelatio 1. Corinth. 3. verſ. 13. item *Prophetica* 1. Corinth. 14. v. 30. & ſingularis 2. Cor. 12, 1. item *Dei per Spiritum Sanctum.* Epheſ. 1, 17.

V. *Velaminis* Revelatio 2. Corinth. 3. verſ. 14.

VI. *Anti-Christi* revelatio 2. Theſſal. 2.

VII. *Hominis admonentis* Ruth. 4. verſ. 2. 2. Samuel. 7, 27. Sed plurima impia, falſa, inepta, olim revelata eſſe Eremitis, Monachis, & prurientibus, magno numero referunt hiſtorici. Vide fatentem Cornel. à Lapid. in 2. Corinth. 11. & Roſweidum in vitis Sanct. Vide de monacho libro 4. fol. 553. cui perſuaſit Satan, ut ſe circumciderit.

REVERENTIA.

Hebr. 12. verſ. 28. cap. 5, 7. exercetur 1. Erga Deum Pſalm. 2. v. 11. Deuteronom. 25. verſ. 18. 1. Regum 8, 40. Nehem. 1, 11. 2. Homines in genere Luc. 18. in ſpecie liberi parentes: vid. tit. *Liberi.* Inferior ſuperiorem, vid. tit. *Subditus.*

REVIVISCERE.

Reviviſcit 1. Chriſtus, Romanorum 14. v. 9. Apocal. 1, 18. Actorum 13, 34. Roman. 6. v. 12. 2. Pœnitens Luc. 15, 24. 32. Apoc. 20. v. 5. 3. Calamitoſus Geneſ. 45, 27. 4. Siticuloſus. Jud. 15, 19.

REUS.

1. Politicè accuſatus peccati. 2. Obligatus ad pœnam ob peccatum: 2. Sam. 12. Vir mortis: vel profanationem 1. Cor. 11, 27. 29. conf. Hebr. 6, 6. criminis commiſſionem, Matth. 5.

REX.

§. 1. I. *Magiſtratus Regius*, in quo notanda præcipuè 1. *Origo* & inſtitutio divina 1. Samuel. 10, 21. cap. 8, 22. Pſalm. 20. Actor. 13, 21. Dan. 4, 32. 34. Roman. 13, 1. 2. Cornu apud Ægyptios Hieroglyphicum regis, V. J. Pierius libro 14. Hieroglyph. Unctio 1. Sam. 16. Cidaris & Diadema, Camerar. part. 1. c. 61. hor. ſubciſiv. 2. *Virtutes*: pietas in Davide, Joſia: clementia in Davide erga Simei: juſtitia in Joſaphato 2. Chronicor. 19. liberalitas & munificentiâ, hæc in Tito fuit: patientia erga hoſtes & oblocutores, emicuit in Antigono: humanitas & affabilitas; Titus Imperator neminem voluit triſtem abire à facie ſua: humilitas; vid. Auguſtinus lib. 5. c. 24. de civit. Dei: §. neque nos Chriſtianos, &c. manſuetudo, vid. epiſtolam Ariſtotelis ad Alexandr. M. Longanimitas: bellorum non amans: diſciplinæ obſervans: prudens, ut ſubditorum exambiat bonitate & clementiâ animos: temperans & virtuoſus. 3. Pœnæ regum injuſtorum Jerem. 2. verſ. 27. in Pharaone Exod. 14. Sennacherib 2. Reg. 19. Nebucadnezare, Dan. 4. Nerone, Diocletiano, Maximinio, Licinio, Confer tit. *Tyrannus.* 4. Jus regium apud Hebræos: vid. D. Schickardi tractat. de hoc Jure editum Argentorat. 1625.

§. 2. II. *Chriſtus Rex*: vid. tit. *Chriſtus.* Rex Deus Jerem. 10, 2. nempe Regum 1. Timoth. 6. v. 15. Dan. 2, 47. & Dominus dominantium: habet enim (α) regnum potentiæ in univerſo orbe Pſalm. 103, 19. 22. & 139, 2. 3. 4. ſeq. & 135, 6. Pſalm. 98. v. 6. Jerem. 46, 18. & 48, 15. cap. 51, 17. Zachar. 14, 16. 17. æternus Pſal. 10, 16. & 29, 10. & 74, 12. Jerem. 10, 10. Pſalm. 24, 7. 8. 9. 10. Pſalm. 47, 3. 8. & 48, 4. & 95. v. 3. Malach. 1, 14. Matth. 5, 35. Zachar. 14, 9. Jerem. 10, 7. (β) Regnum gratiæ in Eccleſia Rom. 14. Luc. 17. v. 20, 21. hinc rex dicitur Jacobi Eſa. 41, 21. Iſraëlis Eſa. 44, 6. Sophon. 3, 15. 1. Samuel. 8, 7. Sionis Jerem. 8. v. 19. Piorum Pſalm. 5. verſ. 3. Sanctorum Apocal. 15. verſ. 3. (γ) Regnum gloriæ in cœlo. 1. Cor. 15, 28. 2. Theſſ. 1, 7. 8. (δ) Regnum juſtitiæ in inferno Pſ. 139, 8.

Officia noſtra erga hunc regem: oſculari Pſalm. 2. timere, ibidem: obedire, Jerem. 10. v. 7. humiliare ſeſe, Mich. 6. revereri & timere.

III. *Chriſtianus & fidelis*, rex: Apoc. 1. fecit nos reges. Reges ſumus, ſi in anima regnant virtutes, ait Thauler. p. 834. in colloq. magiſtri & mendici.

IV. *Diabolus* rex Job. 41. v. 25. *V. Mors* Rex terrorum Job. 18, 14.

REZIN.

Rex Syriæ, hoſtis Judæorum 2. Reg. 15, 37. cap. 16. 5. Eſa. 7, 1. c. 8, 6. c. 9, 11. occiſus 2. Regum 6, 9. 16.

RHAMNUS.

Hebr. אטד Gen. 50, 10. Pſ. 58, 10. Rabbi David Kimchi carduum vertit: de eo Dioſcorid. lib. 1. c. 102. Plinius libr. 24. c. 14. Judic. 9, 14. Imago tyrannici Magiſtratus, 1. Spinis tyrannici regiminis ſubditos pungentis. 2. Uncinis ſævitiæ contexti. 3. Tenentis quicquid attigerit, retentum vulnerantis. 4. Vulneribus ſubditorum ſeſe oblectantis, confer Hieronym. in l. 2. Hagg. 5. Aſperitate cunctis moleſti, Iſiodor. l. 17. cap. 7. 6. Ignem iracundiæ facilè concipientis in ſubditos, eosque exurentis, vel leni admotâ occaſionis ſtipula. 7. Hoc flagello Deus punit peccata ſubditorum; quò reſpexit Jothami maledicens imprecatio, d. l. Judic. v. 20. 8. Rhamnus ſpargit ramos quinûm cubitorum: latè ſic extendit violentia tyrannorum. 9. Folia illius ſuppinguia notant Tyrannorum florem, citò tranſiturũ Pſ. 58, 10. 10. Pe-

Peregrinantes in Italiam superiori seculo Rhamni ramos secum portare jussi sunt, quod ejusmodi spinis Salvatoris nostri caput punctum fuisse persuasi sint: Nos jugi memoriâ recolamus gratâque spinas Christi caput vulnerantes. 11. Rhamni virgam pellere noxia, incantamenta, credidit superstitio Romanorum, pro foribus & fenestris illam suspendentium; huc Ovid. 6. Fastorum:

Virgaque lanalis de spina sumitur alba,
Quæ lucem thalami parvâ fenestra dedit.

12. Vilis & abjecta planta Rhamnus: viles & abjecti tandem evadunt tyranni.

RHENUS

Fluvius Germaniæ inclytus, longus 149. pedes. Leonhardus Thurneisser lib. 5. de fluminibus Europæ.

RICINUS. *v. Hedera.*

RIDERE & RISUS.

§. 1. Tribuitur (1) *Deo* Job. 9, 23. (sic videtur homini in tentatione constituto, ac si Deus rideat, vid. Mercer. in h. l.) vindici in malos Proverbiorum 1. versic. 26. Psalm. 2. versic. 4. & 37, 13. & 59, 9. Esa. 33, 19. non propriè, non ἀνθρωπίνως, sed θεοπρεπῶς. Notatur Dei justitia & severissima vindicta, quæ voce *subsannabo* indigitatur: ea enim indignationem significat. Conf. Psalm. 37. vers. 13. August. in Joh. tract. 23. sic reddit: Ego vestræ perditioni superirridebo. Deinde Deus fecit risum piis, hoc est, avitâ eos prosperitate beat Gen. 20. vers. 4. Job. 8, 21. Ecclesiast. 3. v. 4. Psal. 126. v. 1.

§. 2. (2) *Satanæ.* Job. 41. vers. 20. ridebit lanceas.

(3) *Homini:* & notat 1. Floccipendere, vincere, superare Job. 5, 22. 2. Rident pii ob gaudium inchoatum, imbecillitate tamen mixtum Gen. 17. vers. 17, c. 18, 10 11. 12. c. 21, 16. ob consummatum gaudium; sic risit Sara Genes. 21, 6. Israëlitæ liberati Psalm. 126. versic. 1. 2. & pii Job. 8, 21. ob mutuam charitatem: ob spem futurorum 1. Pet. 1. Hebr. 13. ob justum Dei Judicium adversus hostes. Psalm. 52. versic. 7. 8.

Impii ridendo ministerium, Jerem. 20. v. 7. Victores rident principes captos, Habac. 1. v. 10.

Fatuorum risus vertitur in lachrymas, Jac. 4, 9. Ridebat epulo in hac vita Luc. 16. ejulabat in altera; huc illud Luc. 6, 25. væ vobis, qui hic ridetis! Externus est; interna verò conscientia accusat impios ac peccatorum reos agit: Augustinus serm. vigesim. quarto de tempore.

§. 3. In altera vita pii ridebunt 1. Ob mala ablata, Luc. 6, 21. 2. Bona collata d. l. Esa. 65. Luc. 6, 23. 3. Eaque cumulata Ps. 16. v. ult. Joh. 16. 1. Pet. 1.

Prudentia circa risum. Seneca: Rident sinceri, cachinnos edunt stulti, arrident adulatores, subrident callidi & dolosi. Hæc prudentes viri perspicuè discernunt.

Risus maximè cum peccato conjunctus: vide Chrysost. homil. sexagesimâ secundâ ad populum. v. g. in conviviis, theatris: Plato libro 34. de legib. tradit, è risu convicia nasci solere. conf. Arist. 8. Ethic. c. 8.

Risus invidiæ cum proximus irridetur: perfidiæ, Prov. 10. quasi per risum, &c. insaniæ: prudentiæ, Sirach. 21. vix tacitè ridebit: vanitatis.

§. 4. *Sardonicus risus.* Zenodotus affirmat, Sardone sic more fuisse receptum, ut filii parentes suos septuagenarios Saturno sacrificarent, ridentes interim, aut mutuis complexibus se constringentes, ut ejulatum compescerent: sic impii animas suas ridendo Diabolo consecrant. Alii secus: dicunt in Sardone insula herbam nasci, apio similem, eamque Sardonam dici, quæ comesa vel pota homines ridere & diductis labris tandem emori faciat: in mundi insula herba hæc voluptas est & superbia vitæ, hac ebrii homines tandem se mundi delitiis dedunt, & in peccatis moriuntur. De herba Sardona vide Dioscorid. lib. 6.

Lethalis, Aristot. lib. 3. c. 10. de hist. animal. Trajecta præcordia in prælio risum movisse, calore scilicet, quem vulnus moveret: sic impii lætantur in peccatis, sibique placent & rident in sinu, sed stipendium peccati mox sequitur Rom. 6. v. ult.

Non ridendi in rebus malis, nec peccatis abblandiri justum est, Prov. 2, 14. Nazianzen. in poëmate de vita humana:

--- Id facio quod mens mea damnat & odit,
Oblectorque malis, mortemque in pectore fixam
Rideo Sardonico risu. ---

RITUS, *varij.*

§. 1. 1. *Populares*, sive populorum, variarumque gentium plurimi fuere: de his fusè Zwinger. in Theat. Joh. Rosinus de antiquit. Rom. Dionysius Lambinus in Horat. Claudius Espensæus fol. 783. oper. Aloysius Novarinus in Schediasmatibus sacro-profanis. De La Cerda in Virgil. Joh. Textor. col. 283. in officin. Joh. Bohemi, aliique. Nos suis locis istos interspersimus, qui moralibus monitis apti esse videntur.

§. 2. 2. *Ecclesiastici*, iique veteres, olim in Ecclesia adhibiti, vid. Bulling. in 1. Tim. 2. f. 562. conf. sup. tit. *Ceremonia.*

3. *Ritus Mosis*, Act. 15, 1. à Mose præscriptus: à Deo, Dei Psal. 81, 5. 1. Chron. 15, 13. regionis à regione observatus 2. Reg. 17, 26. Levitici ministerii, huc locus Luc. 1, 6. illi enim ritus δικαιώματα vocantur. Conf. Hebr. 9, 1. sic etiam vocem חוקים vertere solent LXX. interpret. ut à vero sensu veteres & recentes nonnulli hæc de justitia justificante exponentes meritò aberrasse censeantur. Ritus funebres *v. Sepultura.*

RIVUS.

§. 1. 1. Rivi aquarum notant suppliciorum divinorum copiam Esa. 30, 25. Amos. 8. vers. 8. vel ejusdem profectionem Esa. 33. vers. 21. Nahum. 3, 8.

2. Ri-

2. Rivi lachrymarum Thren. tertio, versu 48.

3. Terræ fertilitatem per rivos Ezech. 29, 3. 4. 9. c. 30, 12. qui in plagam versi sunt Exod. 7, 19. Psal. 78, 44.

4. Dei, benedictionem agrorum & anni fertilitatem, soli Deo acceptam ferendam Ps. 65, 10. Conf. Gen. 49. 25. Huc pertinent rivi & torrentes mellis & butyri Job. 20, 17. Prov. 5, 16. Arguunt verò omnes rivuli Dei providentiam, quâ hominum & animalium necessitati prospexit, inque terras rivos variè fluere voluit Psal. 104.

§. 2. Gratiæ divinus rivus in nos derivatur: etiam Christus Es. 32, 2. Ipsum mare vitæ æternæ reservatur.

Apostoli quoque rivi fuerunt, Dei bonitatem longè lateque spargentes per Evangelium; huc referunt verba Es. 30, 25. Erunt super omnem montem excelsum rivi currentium aquarum; aquæ istæ sunt Dei verbum; omnes montes sunto gentes; gentes humiliandæ ac Deo adducendæ, aquâ Spiritûs Sancti irrigandæ Esa. 44. Joel. 2. pluviâ Evangelii Psal. 68.

RIXÆ. *v. Litigia.*

ROBIGO vel Rubigo.

Cum ariditate jungitur! Deuteronom. 28, 22. & 1. Reg. 8, 37. Hebraicè ירקון à ירק exspuit, ירוק viriditas, Amos. 4. item pallor faciei. Ethicè sumitur pro invidia, livore, obtrectatione.

Robigalia, festum Romanis celebratum ad sextum Calendas Maji, in honorem Dei sui Robigi, (à Numa institutum) qui robiginem à segete averruncaret: Varro lib. 5. de L. l. Plinius lib. 18. c. 29. His duo alia festa addebant, nempè, floralia & vinalia.

ROBOAM.

Filius Salomonis: significat hoc nomen, latus in populo, dilatatio populi; Omen bonum parentum; sed non respondit eventus. Imprudens 1. Reg. 12, 13. impius c. 12, 1. d. l. pusillanimis c. 13, 7.

ROBUR, ROBORARE.

§. 1. Variè accipitur. (1) *Pro Dei potentia*, vi ac virtute, Job. 9. vers. 4. hinc manus ejus dicitur robusta Exod. 6. vers. 1. cap. 32. versic. 11. Deuteronom. 4. versic. 34. cap. 7. versicul. 19. c. 11, 2. 2. Chron. 6, 32. quâ nos robustos efficit 1. Timot. 1, 12. robustus ille Gen. 49, 24. Ps. 132, 2. Esa. 49, 26. c. 60, 16. c. 1, 24. Dan. 11, 38. Ps. 89, 9. Apoc. 18, 8.

(2) Notat *robur bellicam potentiam*, & quæ eam sequi assolet, famam publicam & gloriam: videt 1. Reg. 22, 46. 2. Chronic. 26, 13. Daniel. 11. vers. 15. 2. Chronicor. 27. v. 5. Es. 30. vers. 2.

(3) *Robur politicum* Dan. 8, 8. cum roboratus fuerit, &c. Jud. 3, 10. 2. Chron. 32. vers. 5. Deuteronom. 8. versicul. 17. Robur manus meæ.

(4) *Robur Physicum*, quod corpori inest, Jerem. 9. vers. 23. Esa. 10. vers. 27. hinc filii roboris 2. Chronicorum 26. vers. 17. cap. 28. vers. 6. & primogenitus Deuteronom. 21. vers. 17. Genes. 49. v. 9. Huc exempla roboris insignis in gigantibus & quibusdam principibus, apud P. Camerar. part. 1. c. 82. horar. subcisiv.) Etiam animalibus, ut robur unicornis, Numerorum 23. versicul. 22. Job. 39. v. 12. Behemoth. cap. 40. 41. robur panis, aquæ Esa. 3. vers. 1.

§. 2. (5) *Animæ robur spirituale* Psalm. 62. v. 8. Zachar. 12. vers. 5. cujus causa Deus est Es. 40, 29. sequentib. Ezechiel. 34, 16. Psalm. 18, 36. 40. & 31, 15. & 34. v. ult. & 138, 3. 2. Chronicorum 16, 9. Ephes. 6, 16. 17. 2. Corinth. 12. 1. Petr. 5. Hinc etiam Deus roboris vocatur, Psal. 43, 2. robur cordis Psalm. 73, 20. in seculum v. 26. d. l. quod ex vera fiducia profluit. Petendum à solo Deo Roman. 1, 12. Eph. 3. flecto genua, &c. Robur interius hominis semper nobis necessarium est Ephes. 3. ob carnem infirmam, mundum scandalosum, Satanam tentantem & insidiosum.

Robur ethicum, Theologicum in virtute, est fortitudo animi intrepidi Deuteronom. 31. v. 16. Numerorum 31. v. 21. Jos. 1. vers. 6. 7. diligentia in fungendo officio Proverb. 31. vers. 17. In vitio est obstinatio, Proverb. 21, 29. vir impius procaciter obfirmat vultum suum (roborat.) Ebrietas & commessatio Es. 5, 22. Impœnitentia Lev. 26, 19. cordis durities, quam tandem frangit Deus.

Fortes & robusti esse debemus in Domino, Ephes. 6. 1. Ut stemus; sicut militem stare oportet, si rectè pugnare vult: 1. Corinth. 16. state in fide; infirmus verò non stat: erigamus ergo genua labentia Hebr. 12. Esa. 35. 2. Ut pugnemus Job. 17, 1. 2. Corinth. 7. v. 5. 3. Ut triumphemus Eph. 1. ut victoriam reportemus, Apocal. 3. vincenti dabo sedere. 4. Ut hostem terreamus; cui si cedamus, magis nos affliget, Exod. 14. state & videte. 5. Christi exemplum imitemur Matth. 4. hic non fugit, sed stetit.

Ad robur conciliandum requiritur 1. Fides, quæ credit, non fugit. 2. Ardens precatio: Judith, conforta me! Ephes. 3. flecto genua 2. Cor. 12. ter oravi. 3. Crucis tentatio Psalm. 18, 4. Unguenti Spiritus Sancti inunctio Ephes. 3, 17. seq.

ROGO.

Rogo (1) Est orare 1. Thess. 3, 10. Act. 8, 22. 1. Joh. 5. 16. (2) Interrogare Joh. 18. 7. (3) Exhortari 2. Cor. 5, 20. (4) Intercedere Joh. 16. 26. (5) interrogare populum, velitne consentire in leges, vide Fuggerum in Lexic.

ROMANI & ROMA.

§. 1. Ad quos Paulus scripsit, habitatores Romæ, sive Judæi, sive gentiles ad fidem Christi conversi.

Roma Actor. 18, 2. c. 19, 21. *à robore* nomen habet, sive Etymon Græcum sive Hebræum spectas: vid. Lipsium de magnitudine urbis Romæ. Ædificata super septem colles, Apoc. 17, 9. Prudent. in hymno, de Rom. Mart. Horat. in car. secul. Tertull. in Apol. c. 35. *Babylon* dicta 1. Pet. 5. non diffitentibus quibusdam

Pon-

Pontificiis: vid.tit. *Babylon.* Athenæo οὐρανόπολις καὶ ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης. Ciceroni lux orbis terrarum. Modestino communis patria dicta: Conf. Plutarchum in Romulo, & J. Fuggerum, si vis, in V. Roma. Verum ejus nomen latere, tradit P. Camer. part. 2. cap. 10. horar. subcisiv.

§. 2. Locus sedis & cathedræ primæ fixus à Phoca Cæsare, cum olim Constantinopoli esset; ut testantur Beda de 6. ætatibus mundi: Paulus Diaconus lib. 18. rerum Roman. Idem lib. 4. cap. 11. hist. Lombard. Anastas. Bibliothec. in vita Anastasii III. P. P. Regino lib. 1. Chronic. Aimon de rebus gestis Francorum l. 4. cap. 4. seq. Pompon. Lætus in compend. hist. Rom. Phocâ, ajo, quo neminem Deus invenit pejorem, teste voce cœlitus delapsâ, apud Anastas. Nicænum q.15. tom.1. Biblioth. Patrum. Edit. 2. col. 52. Cedrenum in compend. hist. Theophylactum Simocattam contemporaneum Phocæ, Dialogo præfixæ historiæ Mauritianæ, qui illum vocat Tyrannum Calydonium, ferro obtectum, hominem semibarbarum, de Cyclopum genere, in modesta purpura centaurum petulantissimum, cui de ebrietate erat certamen. Hæc ille.

Romanorum cura in propaganda sana prole, fortitudo, prudentia, cæteræ virtutes & vitia, P. Camerar. part. prima cap. 48. hor. subcisivar.

An Romæ Petrus fuerit? disputatur inter eruditos: vid. orat. Dn. D. Behmii de falsitate Petrini Episcopatus.

ROMPHAIA *vid. Gladius.*

Apocal. 1, 16. cap. 12, 2. cap. 19, 15. per hunc quidam

1. Fideles intelligunt, contra Anti-Christum in fine mundi pugnaturos. Ambros.

2. Alii verbum Dei, ex Ephes. 6. vers. 17. Hebr. 4, 12. Psalm. 149, 6. Esa. 49. versicul. 2. Tertullian. lib. adv. Judæos c. 9. Ensis (ait) ille Dei sermo divinus, bis acutus duobus Testamentis, &c.

3. Alii supplicium & judicium, quod Christus minatur Nicolaitis & aliis; ut Apoc. 2, 12. conf. Rom. 13, 4. Fuitque olim Gladius symbolum mortis. Sic Helvidio pertinaci accidit, ut triduum ante, priusquam occideretur, visus est sibi videre hominem qui ipsum gladio adortus esset: vide quoque Suetonium in Galba cap. 11. in Caligula c. 49. Jurabant quoque olim per acinacem. Sed illum Christi gladium timeant improbi; timeant falsi Doctores; timeant quia anceps est, ultima quæque resecans.

ROS.

§. 1. A ῥέω fluo dicitur: Isidorus. Ros quasi rarus aliis.

I. *Physicus terram fœcundat.* Est gaudium & vita herbarum Gen. 1, 27. 28. 29. 2. Sam. 1, 21. 1. Reg. 17, 1. Si non detur ros, sterilis est, d. l. & Haggai 1. vers. 10. A solo Deo datur, Genes. 28, 28. Jud. 17. Job. 38. vers. 29. per solem & astra, aqueum vaporem excitantia atque attrahentia. V. Alstedium Encyclopæd. libr. 13. part. 3. Phys. Conimbric. de Meteor. c. 11.

II. *Flores reficit & vivificat*, eosque quadam quasi dulcedine imbuit (optimum enim mel è floribus rore perfusis sugunt apes.)

III. *Humiditatem magnam terræ instillat:* Vid. Mizald. Aphor. 12. Ephem. Tit. de roris natura. Calorem temperat, refrigerat, impinguit: Genes. 27. in pinguedine terræ & rore cœli desuper erit benedictio tua. Vim veneni, quod est in noxiis animalibus, arcet; ut de nocte non tantum noceat, quantum de die: Aristot. de Animal. Rore pasci pullos à matre relictos, tradunt nonnulli, ad Psal. 147. locum: *dat escam pullis corvorum.* Vid. Lyram in d. l. Psalmi. Ex alto ros manat, flante vento calido, Austro nempe: Aquilo verò dispergit rorem. Sic Diabolus peccato gratiæ rorem perdit. Basilius lunam vocat matrem roris. Ros insuper generatur in aëre sereno & temperato. Inebriat terram: Sic divina gratia animam. In seminibus medullam majorem ac ampliorem reddit.

Ostreas & pisces maris impinguit. Margaritas in conchis generat, mel procreat in herbis & dulcem saporem præbet. Conchæ marinæ se aperire dicuntur, ac è suscepto rore margaritas concipere: Sic fides è rore verbi concipitur. Cæterum de roris effectis vide Plinium lib. 5. c. 16. & lib. 9. c. 35. Aristot. lib. 1. Meteor. sect. 3. c. 1.

§. 2. IV. *Est Imago bonorum Dei*, quæ in suos effundit, Psalm. 133, 3. hominum impiorum, qui citò pereunt, Os. 13, 3. qui hypocrisi fallunt. Ose. 6, 4. Dei suppliciorum quæ exercet in homines: sicut aliquando noxam infert corporibus & herbis suo vitio malè dispositis.

V. *Mysticus:* Cant. 5. v. 2. *Caput meum plenum est rore.* Chaldæa paraphrasis exponit de captivitate Babylonica: quod solvere eam tandem motus misericordiâ Deus voluerit. Bernhard. de Jesu exponit serm. 1. in vigil. Nat. Veniebat (ait) cum salute Jesus, cum unguentis Christus sanare contritos corde, unctione misericordiæ suæ. Recentiores quidam de Christo nocte nato explicant: qui velit sibi tanquam sponso aperiri cordis januam. Aperi igitur cor tuum cœlesti huic rori, & solatio te exhilarabit suavissimo.

Ros lucis (Ros herbarum) Ros tuus Es. 26. 19. Alii Ros olerum: sensum esse putat Flacius. Sicut rore tuo soles herbas ac olera è terra producere; sic mortuos eâdem vi tuâ produces ac vivificas languentes.

§. 3. Ros *gratiæ divinæ* in ecclesiam effunditur; sicut ros super castra Israëlitarum, Exod. 16, 13. Numer. 11. v. 9. Estque hic ros quoque *divini eloquij* in ministris verbi divini, Deuter. 32, 2. *Evangelicæ prædicationis*, quo afflictæ conscientiæ eriguntur, Matt. 11, 28. dulcissimus hic ros est, quo piæ mentes aluntur, non secus ac magaritæ in conchis; juxta illud

Margaris in conchis alitur dulcedine roris,

Vid. Plinium lib. IX. c. 35. & in æstu tentationis refri-

refrigerantur. (Ros enim temperat calorem, & exhilarat homines ac plantas.)

Ros miraculosus: Jud. 6,34.39 40. Pſ. 72, 6. deſcendet ſicut ros in vellus. *Figura Chriſti naſcituri:* Bernh. ſermon. in Nativit. Virgin. Mariæ. *Dominus cœleſti rore aream rigaturus, Virgineum vellus prius infudit.* Hæc ille.

Pſalm. 133. *Ros defluens de Hermon:* Hieronymus exponit de gratia Synagogæ oblatâ, & veræ Sioni data, hoc eſt, Eccleſiæ Jeſu Chriſti: ſenſus hic myſticus eſto, non literalis.

Regeneratio hominis, metaphorâ roris includitur, Pſ. 110, 3. Mich. 1. quod mirabili ratione & modo fiat omni humanæ rationi inexplicabili: Confer Prompt. Allegor. Indic. 111. Voc. Roris.

§. 4. *Ros divini verbi:* Alleg. 30. in Prompt. Oſe. 14. 6. *Sicut ros ero Iſraëli:* pœnitenti nempe: (Chaldæus de verbo Dei intelligit: Erit verbum meum, ſicut ros Iſraëli.)

Erat vero gratia Dei

I. *Accommoda & oportuna:* Ut manè ros deſcendit, ac oportuno tempore humore carentia humectat.

II. *Copioſa & abundans* ob Meſſiam & in eo, Joh. 1. è plenitudine illius, &c.

III. *Stabilis & conſtans,* Eſt enim gratia Dei immota Pſalm. 103, 17. Eſa. 55. v. 3. Fidelis David.

IV. *Gratuita, nullisque humanis meritis acquiſita,* 2. Tim. 1, 9. data nobis in Chriſto ante tempora ſecularia.

Ros Evangelij: 1. Ratione Originis: ut enim ros de cœlo; ſic Evangelium è ſinu patris. Gen. 27, 28. Joh. 1, 18.

2. *Modi generationis.* Vapor aſcendens è terra, per frigus condenſatus iterum decidit. ex quo ros generatur. Oratio tua ſit vapor cœlum petens per lacrymas, exauditionem & rorem Evangelii conſequens.

3. *Ros vapor temperatus & ſubtilis:* Evangelii doctrina rationi abſcondita; cordibus mœſtis grata, accommodata.

4. *Sereno tempore ſpargitur ros:* Non niſi in ſerena & hypocriſeos caſſa pectora ſpargitur Evangelium, non capit illud cor Simonis turbidum.

5. *Tranſactâ nocte* Vet. Teſt. Romanor. 13. adventante Aurora N. Teſt. *ſparſus* Evangelii *ros.*

6. *Humilia loca,* non montes *ros occupat;* Humilia corda occupat Evangelii doctrina.

7. Quæ etiam inter omnes populos *ſparſa* Col. 1, 23.

8. *Deſiderata* ab arentibus animalibus, Eſa. 45, 8.

9. *Deſcendens occultè, ut ros.* Ne impediamus illum rorem ardore illicitæ cupiditatis, 1. Johann. 2. verſ. 19. frigore ſecuritatis, vento ſuperbiæ & vanitatis (ut tria ſunt, ardor, frigus, ventus nimius, rorem impedientia.)

RORATE COELI. *Vid. Stillate.*

ROSA.

§. 1. 1. *Propriè* dicta eſt frutex notus.

2. Hac voce *regnum Davidis* indigitari cenſent; nonnulli aureum monile inſtar roſæ Weſthen. de uſu Tropor.

V. *Roſa* Pſ. 60. & 80. in Hebræo מכתם: Münſter. vertit *inſignia.* Rabbi David in libro Radicum notat id dici, quod cantica illa Davidi omni auro chariora fuerint.

3. *Præbet imaginem viri boni,* Sir. 39. v. 17. Roſa enim medicinalis eſt: Vir bonus totus, quantus eſt, medicinalis eſt. Medetur ſibi, proximo: Sibi caſtè, proximo juſtè.

Parva eſt. Sic vir bonus parvus per humilitatem, Sir. 3, 20. 21. c. 10, 14. conf. 1. Petr. 5, 8. vid. *Humilitas.*

Spinoſa. Purgantur ſpinis corda noſtra, pœnitentiæ & contritionis, ſi ſpinas Chriſti intueamur rectis animi oculis: Joel. ſecundo. Scindite corda veſtra. Actorum 2. compuncti ſunt corde.

Alba folia notant innocentiæ ſtudium; *rubra,* charitatis Chriſtianæ ardorem; flos, bonorum operum lucem: arbor ex flore, lux è lumine cognoſcitur. Sic luceat lux noſtra, &c. Matth. 5.

4. *Sylveſtris roſa impœnitentes* notat, *creſcentes* inter vepres mundi (Lucæ 8. Illud v. quod in ſpinas.) *fructum dulcem non ferentes.*

§. 2. 5. *Odora roſa:* Odori pii viri oratione ad Deum Pſ. 141. vitæ puritate, quam alii pii vident & agnoſcunt. Odori charitate, cum benevolentiam exercent.

6. *Frugifera,* Sirac. 39. Vir bonus bonos fert, arbor bona, fructus plantata ſuper rivos aquarum Pſ. 1, 2. 3. Eſa. 44, 4. Duo ſunt divinæ gratiæ rivi; baptiſmus, qui lavat, 5. v. 26. 1. Petr. 3, 21. Cœnæ ſanguis, qui potat ad vitam æternam, Joh. 6, 35. ſeq.

7. *Proficit roſa* per inciſionem & tranſplantationem, ſi Plinio fides habenda; Vir pius cruce inciditur, affligitur, 2. Timoth. 3. omnes, qui piè vivere, &c.

8. *Tranſplantatur,* cum de loco in locum pellitur, exiliis affligitur, & ceu peregrinus ſua patitur incommoda. Heb. 11, 36. 37.

9. *Tenet ſe clauſam,* deinde ſe dilatat & expandit. Claudit ſe bonus vir per humilitatem, tolerantiam Pſ. 38, 14. & 39. v. 4. Thren. 3, 28. Non gloriatur, ut Phariſæus ille Luc. 18. Dilatat ſe, cum benè erga proximum affectus bona opera benè operatur Pſalm. 112. per tot. & 15. per tot.

10. *Delectat olfactum odore, aſpectum colore, tactum lenitate.* Omnia hæc pio viro inſunt; olent benè opera ejus Prov. 31. Vir ejus in portis; Viſo eo gaudent boni: Humilis eſt & manſuetus in converſatione, omnibus ſuavis, Philip. 4. lenitas veſtra nota ſit omnibus, nulli gravis, 1. Sam. 25, 7.

11. *Coronis materiam præbet,* Vir Pius quilibet corona eſt; Hinc pios auditores corona vocat D. Paulus Phil. 4.

Coronare se rosis priusquam marcescant, est genio indulgere, & omnis generis voluptatibus se dedere Sap. 2.

Funeribus inserviit: Olim Gentes mortuis rosis præferebant, quos, quod resurrectionem non crederent, irridet Q. Minut. in Octav.

§. 3. *Christus Rosa:* V. Alleg. 504. n. 2. in Prompt. Alleg.

Rosa in Scharon. de Ecclesia exponit non nemo, quod instar rosæ in agro Scharonitico 1. Chron. 5, 16. cap. 27, 29. Esa. 33, 9. cap. 35, 2. omnium pedibus conculcetur, direptionique omnium exposita sit. Refertque hæc ad tempora Josiæ Megiddunte interfecti. Rosam fuisse suavissimam ipsum Josiam nemo ambigit, 2. Reg. 22.

Sapientiæ Christi imago rosa est: Hæc est regina florum; illa virtutum. Odoris suavissimi rosa; sic sapientia cujus odor voce prædicationis spargitur. Odore suo scarabæum necare dicitur: cœlestis sapientia necat Esa. 11. quibus verbum vitæ est odor mortis, 2. Corinth. 2.

E divino nectare in terram effuso natam esse rosam, scribit *Constantinus Cæsar* lib. XI. c. 18. de agricultura, ut admirabilem ejus suavitatem describeret: Nos de cœlesti sapientia & cognitione id verè possumus dicere; natam scilicet eam esse è divino nectare prædicationis Jesu Christi: Nam hic est, qui nobis enarravit Johann. 1. Ex divinissimo illo fonte prognata est cognitio Dei salutaris, illa ipsa sapientia, principibus, hujus seculi ignota, 1. Corinth. 1. 2. capit.

Martyres rosis olim coronabantur; quippe roseo Christi sanguine redempti, suumque pro CHRISTO sanguinem effundere parati: Apocal. 12. non dilexerunt animam usque ad mortem.

Signum olim lætitiæ & hilaritatis: Sap. 2. Coronemus nos.

§. 4. *Humanæ infirmitatis hieroglyphicum:* citò namque flos elanguescit rosæ; sic hominis vita. Hinc Poëta.

Quam longè una dies, ætas tam longa rosarum,
Quas pubescentes juncta senecta premit.

Et vitæ: Septa enim spinis rosa docet, vitam hominis undique pungi spinis curarum, variarumque solicitudinum: Sanct. Ambros. in Hexaem.

Sunt mala mixta bonis, sunt bona mixta malis.

Et mortificationis. Ut enim rosam spina tuetur: sic pœnitentia pietatem & alias virtutes suo quodam modo conservat.

Benedictus sentiens carnis illecebras, in spinis se volutâsse commemoratur: Nos spinas, quibus CHRISTUS coronatus est, intuentes, carnem nostram crucifigamus cum desideriis & concupiscentiis: Galat. quinto versu ultimo.

Id dumetum Benedicti in rosetum versum esse à Francisco, memorat Cornelius à Lapid. in Sirach. 24.

Gratia tibi Christe soli sit, quod dumeta nostrorum peccatorum sustuleris, eaque tuis spinis expiaveris: ac tuæ crucis spinarumque memoriam spinis cordium nostrorum impresseris 2. Tim. 2.

ROSARIA Papatus.

In hortulo animæ p. 82. *Suscipe rosarium virgo deauratum, Jesu per compendium vitâ decoratum:* Ave Maria, &c. Post decem clausulas semper dicantur: *Pater noster, qui es in cœlis*, &c. *Credo in Deum*, &c. Autor & inventor fuit Alanus de Rupe, Dominicanus, circa ann. Chr. 1564. cujus Rosarium probavit Sixtus IV. Pontifex: conf. Possev. V. Alanus de Rupe.

ROTA.

§. 1. Vox sumitur I. *Propriè* Exod. 14, 25. Esa. 5. v. 22. Huc rota plaustri, qua olim excutiebatur triticum, Esa. 28, 27.

II. *Mysticè:* Ezech. 1, 15. 16. 19. 20. c. 3, 10. c. 10, 6. 9. quæ notant.

1. Varias mutationes, conversiones in mundo.

2. Aliis prædicationem Evangelii latè per orbem currentis Romanorum 10. in omnem terram.

3. Pro celeri hostium Ecclesiæ interitu Ps. 83, 14. Esa. 17, 13.

4. Pro celeritate inexpectati Dei judicii, Daniel. 7, 9.

§. 2. 5. Pro supplicio, quod Rex sumit: Prov. 20. vers. 26. olim rei rotæ alligabantur, corpus curvati, circumgyratti: aliquando ad ignem assati. Cicero 5. Tuscul. in rotam vita beata non ascendit. Meminit ejusdem supplicii Tertull. in Apologet. *Licet* (ait) *nunc Sarmentitios & Semaxios appelletis, quia ad stipulam dimidij axis revincti, sarmentorum ambitum exurimur.* Meminit quoque rotæ carnificæ autor Maccab. cap. 9. Et profani autores: Tibullus lib. 1. eleg. 3. versantur celeri membra noxia rotâ. Virgil. 6. Æneid. V. Ludov. de la Cerda in ill. sax. alii volvunt saxum ingens, radiisque rotarum districti pendent. Seneca in Hercul. furente, rotas pœnales inferis assignat: *Rapitur celeri Ixion rotâ.*

6. Eccles. 12. vers. 8. rota disrupta (missis variis exposit.) rectius vertitur: conteratur hydria super cisternam, ut denotetur clades & contritio populi Judaici. Conf. Esa. 30, 14. Jerem. 18, 4. Es. 2, 9. c. 30, 13. Jerem. 19, 11. c. 22. vers. 28. conf. Galat. lib. 9. c. 4. de Arcan. Cathol. veritat.

RUBEN.

Filius visionis. I. Filius Jacobi ex Lea, Gen. 29. v. 32.

Dissuadens occidi Josephum Genes. 37. Figuram præbet Pilati Christum liberare volentis.

II. Posteri ejus, tribum Ruben constituentes.

RUBER. rubedo, rubrum.

1. Propriè color ille in cœlo Matth. 16. v. 2. 3.

2. Apparenter mare dicitur rubrum, sinus ille Arabicus.

3. Peccata sanguinea & atrocissima Esa. 1. v. 18. Vestis sanguine sparsa ex cæde hostium Es. 63, 2. 3. Conf. Apoc. 19, 13.

4. Christus rubicundus Cantic. 5, 10. ob pulchritudinem Psal. 45. ob sanguinis effusionem pro nobis.

RUBRUM MARE. V. *Mare*.

RUBIGO. V. *Robigo*.

BUBINUS.

1. Chronicor. 30, 2. Esa. 54, 12. Ezechiel. 27, 26. Sirach. 32. v. 7. meritum Christi significare potest in illo Johan. 3, 16. ut filium suum, &c. verè rubuit, effuso pro nobis sanguine suo. Hæc gemma semper luceat in Ecclesia, fulgeat in cordibus nostris: hanc cœlestis David Ecclesiæ suæ præparavit Johan. 3, 16. 1. Chron. 30, 2. & legavit eandem suo testamento Dei filiis Matth. 26. Esa. 54, 11.

RUBUS.

1. *Propriè* pro noto frutice.

2. *Symbolum* afflictionis Israëlitarum in Ægypto Exod. 3, 2. seq. non tamen exustorum: sicut nec rubus exustus.

3. *Solatium*. Olim in rubo apparuit Deus Mosi. Quidni aderit piis in rubo calamitatum? aderit, quia promisit. Esa. 41, 10. c. 43, 2. 3. Ps. 91. Ero cum illo.

4. Symbolum mundi pios vexantis Joh. 15. cap. 16.

RUGA.

Eph. 5, 27. Ecclesia rugam non habet.

1. Quatenus in Christo est per fidem, hominum pulcherrimo. Ps. 45.

2. Etsi vero renovetur Ecclesia, tamen imperfecta est hæc renovatio, in qua respectu nostri manent rugæ maculæque Job. 9, 30. Jerem. 2, 22.

3. Loquitur Apostolus de statu Ecclesiæ triumphantis post resurrectionem. Patet hoc è phrasi: *ut sisteret eam*. Ergo jam nondum est talis, è consensu Augustini lib. de perfect. justitiæ cap. 15. libro primo Retract. cap. 7. & 19. Tomo 10. column. 655. a. & column. 395. b. c. Tomo 9. column. 396. & column. 393. a. b. c. Bernhardi sermon. 3. de festo omn. Sanctor. Nec planè recedunt ab hac explicatione Canus lib. 4. cap. ultimo. Loc. Comm. Cornel. à Lapid. in Ephes. 5. Justinianus fol. 208. lit. A. I. Thomas in Ephes. 5. lect. 8. §. neque rugam.

4. Rugas peccatorum quotidianorum omnes habent, & sancti Psalm. 32. & filii, qui clamant Pater noster Matth. 6. ut hic illis debita remittat.

RUGIO. V. *Leo*.

RUDIMENTA. V. *Catechesis*.

Elementa.

RUDIS.

Hebr. 5. vers. 13. tenuis progressus in doctrina fidei.

RUINA. V. *Omen*.

I. Ruina in Israël Christus Johann. 1. in sua venit Psalm. 118, 22. non absoluto odio, sed incredulitatis vitio. 1. Johan. 2, 18. Jacob. 1. in Ecclesia vero ruina est, non in Babylone. At major est eorum culpa & damnatio, qui bonitate Dei abutuntur & suo vitio offendunt in Christo, ut olim Judæi, Pharisæi, Sadducæi: ut si quis in lapide offendat, qui ei viam monstrat. Sic Christus lapis electus viam monstrat. Hic lapis Judæis offensio, Græcis stultitia. Christianis malè feriatis scandali petra 1. Corinth. 1. Non vero mors Domini per ruinam Lucæ 2. intelligitur, ut vult Theophyl. hic. §. 1.

II. Est quoque peccati supplicium consequens Ezech. 18, 30. Non erit vobis in ruinam iniquitas. Metaphora ab ædificiis desumpta corruentibus. Sic Peccatores impœnitentes in peccatis Psalm. 106, 29. Multiplicata est in eis ruina.

III. Implere ruinas Psalm. 110. Omnia cædibus implere, exponit B. Westhemm. V. Ruina. 1. Corinth. 10. ceciderunt una die, &c. calamitas, malum Proverb. 26, 28. os lubricum operari ruinas.

IV. Occasio ruinæ. Exod. 34, 12. in ruinam erunt. Conf. Deut. 7, 16. Judic. 8, 27. *Vulnus lethale*. 2. Sam. 1, 10.

Clades 1. Sam. 4. 17. Impiorum, Proverbiorum 29, 16. §. 2.

Infortunium Proximi, Proverbiorum 17, 5. c. 24, 17.

Incredulitas Judæorum obstinata. Esa. 8, 14. Lucæ 2, 34. & defectio à Christo, qui erat lapis angularis: Qui huic superinstructus non est, ruat necessum est. Psalm. 11, 18. Romanor. 10. 11. super hunc lapis ille cadet. Matt. 21.

Tot nos miseros expectant ruinæ: sed Deus est, qui medetur ruinis nostris, placatus per filium, invocatus à nobis ruinosa restaurabit Ezech. 36. v. 10, 33.

Ruina oppressi. Tribunus in Cæsarem Constantium conspirans, apud Dominic. Viperam de reb. præclarè gestis lib. 8.

RUMINARE.

1. De animalibus dicitur Levitici 11, 3. 4. sequent. Deuteronom. 14, 8. fitque cum cibus in os per œsophagum denuo retrahitur, ut melius comminuatur.

2. Metaphoricè notat meditari, legem Dei perpendere, & divinæ sapientiæ cibum masticare, ut in succum animæ convertatur. Item uti prudentiâ in dijudicandis dogmatibus fidei, falsis à veris discriminandis. V. *Verbum Dei*. Bernhardus certè alicubi vocat Stomachum animæ memoriam: Si eris bono Stomacho memoriæ, conservabis Dei verba ad ruminandum illa.

RUMOR. V. *Fama*.

RUPES. V. *Petra*.

RUSTICI, *Conf. Agricultura*.

RUTA.

Luc. 11,42. decimata à Phariſæis. Symbolum eſt

1. Piorum veneno peccati reſiſtentium, ut ruta veneno.

2. Orationis, quæ debet eſſe (ut ruta) ferventiſſima affectu, devotione, ſicca ab affectu odii, arcens venenata ſerpentis infernalis jacula.

RUTH.

1. Irrigata, Saturata. 2. Genere Moabitis. 3. Fidelis Ruth. 1,16. Avia Davidis Matth. 1,5. Ruth. 4, 13. 17. 4. Solatium peccatricum Ethnicarum, qualis & ipſa fuit. 5. Imago divinæ providentiæ circa Orphanas. 6. Symbolum Piorum: Vide Allegor. 1346. in Promptuar.

S.

SABA vel SCHEBA.

I. Filius Ramah, nepos *Chus* Geneſ. 10, 7. 1. Chron. 1, 9. hinc Regio Auſtralis dicta *Saba*, in Æthiopia, eſtque major à Judæa disſita: 1. Reg. 10. regina Sabæ: Eſ. 60. *de Saba venient*, i.e. Arabiâ; Matt. 12,42. regina Auſtri: Pſalm. 72,10. Eſ. 43,3. c. 60,6. Hinc *Saba urbs* Æthiopiæ, Stephan. in Dictionario. II. *Alius, filius* *Jectan*, nepos Eber Geneſ. 10. verſic. 28. 1. Chron. 1,22. III. *Filius Abrahami ex Ketura* Gen. 25, 3. *poſteri ejus Arabiæ* deſertæ incolæ Job. 1, 10. *mercatura inſignes* Ezech. 27, 23. IV. *Hinc Saba*, ut dictum, Arabum metropolis in monte ſita: Etiam *Saba* Æthiopiæ portus Eſa. 43. V. *Saba* Eremita inſignis, qui mortem Juliani prædixit è divina revelatione, vid. Carol Stephan. in Diction. V. *Julianus Saba*; & Joh. Fugger. in Lexic.

SABBATHUM.

§. 1. Dicitur ab Hebræo שבת cessavit, quievit: non à rad. שבע ſeptem; ut ſtatuit N. Sipontinus, col. 429. in cornu copiæ ad num. 50. nam obſtat Grammatica derivatio: non etiam à Græco σαβάζειν, quod eſt lætari, tripudiare; hinc σαβάζιος Bacchus dictus: apud Plutarch. in 4. ſympoſ. quæſt. 5. Græcis dicitur ἀνάπαυσις.

Ambigua vox: Sabbathum notat 1. *Septimum diem*, (aliàs voce Ethnica dictus dies Saturni) à reliquis feſtis diſtinctum Exod. 31,14. Lev. 23, 3. 4. & 38. Col. 2, 16. 2. *Feſtum quodlibet*, ſive in ſeptimum, ſive etiam in alium diem incidens Lev. 23, 24. 3. *Omnes dies dicti ſabbatha* in magnis feſtivitatibus: patet id ex hiſtoria reſurrectionis. 4. *Tota ſeptimana* dicitur ſabbathum ob ultimum diem, qui eſt ſabbathum. 5. *Sabbathum σαββάτων*, magnum ſabbathum, hoc eſt dies paſchæ: Diem qui antecedit ipſum ſabbathum vocant προσάββατον: *Quodvis etiam feſtum* dici ſabbathum, notat Theophyl. in cap. 20. Johan.

§. 2. *Multiplex eſt:* (α) *creationis*, Gen. 2,1. Auguſt. contra Adimant. cap. 2. Euſeb. lib. 13. de Præpar. Evangelic. cap. 6. (β) *Redemptionis* & reſurrectionis Chriſti: *requievit verò verbum ſubſtantiale ὁ λόγος, ut poſſet tentari & inhonorari, & crucifigi & mori;* Irenæus lib. 3. cap. 21. Requiem etiam nobis Chriſtus paravit Eſ. 53. c. 43. c. 50. ſibi ſumſit Rom. 6. *vivit Deo:* 1. Corint. 5. regnat. (γ) *Sanctificationis* Marc. 2. c. 27. & ſpirituale fidelis animæ, quo hæc à peccatis ceſſans in Deo requieſcit, Aug. lib. 4. de Geneſ. ad liter. cap. 13. Athanaſ. Orat. ſuper verba: *Omnia mihi tradita.* Epiphan. hæreſ. 30. Chriſtum ideo vocat *magnum ſabbathum*, quod nos à peccato quietos fecerit: vide Luther. tom. 1. Jen. fol. 242. b. (δ) *Glorificationis* & *æternæ vitæ*, Eſa. 66, 23. æternum ſabbathum: Origenes homil. 23. in Num. Ultra hunc mundum eſſe veri ſabbathi obſervationem. (ε) *Externum.* Damaſcen. lib. 4. c. 24. O. F. i. e. quies à labore externo. (ζ) *Judaicum*, abrogatum Galat. 4,10. Col. 2,16. Act. 20,7. 1. Cor. 6,2. Apoc. 1, 10. à Chriſto, ut indicaret, ſe eſſe Dominum ſabbathi; memoriam reſurrectionis nobis refricaret.

§. 3. (η) *Chriſtianum* eſt dies Dominicus è Chriſtiana libertate electus ab Apoſtolica eccleſia, Actor. 20. v. 7. 1. Cor. 16, 2. Apoc. 1, 10. Reſurrectioni Domini conſecratus, Auguſt. lib. 22. c. 30. de Civit. Dei: Athanaſ. Orat. de Semente: Ignatius epiſt. 3. Hieronym. ad Hedibiam q. 4. Dicitur autem *dies Dominica* à reſurrectione Domini, quæ hoc die facta eſt. Olim dicta *dies panis* à celebratione Euchariſtiæ: *dies lucis* à baptiſmi adminiſtratione: *dies ſolis* à Chriſto, ſole juſtitiæ Malach. 4. Hinc mentio diei Dominicæ Apoc. 1, 10. 1. Cor. 16, 2. & confer Nehem. 8, 10. Act. 20,7. ritè ab Apoſtolis, ut dictum, inſtitutæ, abrogato ſabbatho Judaico, pro quo Judæi dimicabant (Et cum his Ebionitæ olim, teſte Nicephor. lib. 3. cap. 13. Lucas Sterneberger Antitrinitarius: & Sabbatharii, Anabaptiſtæ & alii.) At Chriſtiani freti libertate Chriſtiana Gal. 5, 9. c. 4, 10. Col. 2, 16. ipſam præcepti divini ſubſtantiam retinuerunt, vaticinia Prophetarum de ſabbatho compleverunt, Jer. 17, 27. & alibi: reſtrictionem diei ſeptimi ad Judæos ſpectare Levit. 23, 31. agnovêre: nec uſpiam Chriſtus aut Apoſtoli in N. Teſt. diei ſeptimi præcicè ſanctificationem urſerunt. Conf. Synod. Agathenſem cap. 47. (θ) *Sabbathum terræ apud Judæos* Levitic. 25,1. Neh. 10, 31. & agrorum Lev. 3, 25. inſtitutum 1. Ob *fertilitatem* agrorum conſervandã. 2. *Commemorationem*, quod amiſſum eſſet per peccatum ſabbathum, quo ſponte ſua omnia terra protuliſſet, cum jam maledicta ſit: Gen. 3, 17. 3. De æterno ſabbatho commonefactionem.

§. 4. *Cauſa inſtituens* Deus Gen. 2,1.3. Exod. 20, 8. 9. 10. 17. cap. 23, 12. cap. 31, 12. ſeq. cap. 35. v. 23. Levit. 19,3. cap. 23, 3. cap. 26, 1. Deuteron. 5,12. Ezech. 20, 12. 20. cap. 44, 24. Exod. 31, 16. Jerem. 17. Dominus quoque ſabbathi Chriſtus eſt, Matt. 12,8. Marc. 2, 17. Cur verò *Judaicum ſabbathum inſtituit Deus?* 1. Ut ſervi & operarii vires recuperarent. 2. Ut certus dies eſſet ad conveniendum. 3. Ut memoriale eſſet hic

dies

dies creationis rerum omnium. 4. Ut Deo ſeſe dederent, ut gratioſam præprimis operationem Dei admitterent hoc die.

§. 5. *Cauſa impellens ſanctificationis.* (α) *Dei mandatum* Exod. 16, 23. ad 30. cap. 20. v. 8. 9. c. 23, 12. c. 31, 14. 15. c. 34, 21. c. 35, 3. Levit. 29, 3. c. 23, 3. cap. 26, 1. Deut. 5, 12. Ezech. 20, 20. Nehem. 10, 30. 2. Macch. 8, 26. (β) *Exempla* Exod. 16, 30. 2. Macch. 8, 24. Luc. 4, 17. Act. 13, 14. 15. 42. cap. 16, 13. cap. 20, 7. Refert Juſtinus Martyr Apol. 2. Chriſtianos olim die ſolis in oppidis & agris morantes conveniſſe, ſcripturas ſibi prælegiſſe & explicatas eſſe ab eo, qui præerat. (γ) *Æquitas:* æquum eſt, Dei cultui aliquod tempus tribuere, cum DEUS omnia tempora efficiat. (δ) *Promiſſionum, præmiorumq; largitas:* vid. infra Utilitas. Sic enim Deus in nobis operatur, ſi ſabbatho vacemus. (ε) *Gentilium ſedulitas* in celebrandis feſtis ſuis, in gratiam Deaſtrorum ſuorum: vide prolixè ſi vis Leonhard. de Utino ſerm. 12. Quadrag. (ζ) *Conſecratio ejus*: ipſo die ſeptimo quievit Dominus, hunc ergo ſuâ quiete conſecravit; ergo quieſcamus in Deo, per Deum, & Deo, ut ipſe in nobis quieſcat: ſanctificavit Deus ſabbathum propter nos; nos ſabbathum ob Deum. Duravit verò inde à Protoplaſtis hæc inſtitutio ſabbathi, non primum cœpit in monte Sinai; cont. Pererium & Toſtatum.

§. 6. *Materia & partes* ſabbathi ſanctificandi ſunt diverſi actus: v. g. *Congreſſuum publicorum frequentatio* Pſalm. 100, 4. & 122, 4. Eſa. 2, 3. Joël. 2, 15. ſeq. Matth. 18, 20. 1. Cor. 11, 17. Hebr. 10, 25. Act. 13, 44. *Verbi divini prædicatio.* & auſcultatio 2. Chron. 17, 7. ſeq. Act. 13, 14. 72, 44. c. 17, 2. c. 18, 4. 1. Cor. 14, 22. *Sacramentorum adminiſtratio. Publica invocatio* Act. 2, 42. c. 16, 13. 1. Tim. 2, 18. 1. Cor. 14. v. 16. Huc ſpectant hymni & cantiones ſacræ Pſalm. 41, 5. Col. 3, 16. *Eleemoſynarum collectio* 1. Cor. 16, 1. 2. Gal. 6, 6. Ab opere *ſervili ceſſatio,* (non ἁπλῶς ſed πῶς, ut infra dicetur.) *Animæ in Deo tranquillatio*, ut requiem inveniamus Matt. 11. *Beneficiorum divinorum meditatio* Pſ. 1, 1. *enarratio* Deut. 6, 8. Pſal. 77, 5. *Æterni ſabbathi deſiderium & expectatio* Eſ. 66, 23.

§. 7. *Finis:* ob hominem ſabbathum eſt inſtitutum Marc. 2, 27. ut ſciant homines, Deum eſſe, qui ipſos ſanctificet Ezech. 20, 12. 20. ut Deus polliceretur, ſe populum velle ſuum ſanctificare Ezech. 22, 2.

Præmia ſanctificati ſabbathi: Beatificatio Eſ. 56, 2. Agri benedictio Lev. 26, 2. Deut. 28, 3. & panis Exod. 16, 28. 29. Omnium bonorum cumulatio Matt. 6, 34. Stationis in domo Dei datio Eſ. 56, 4. 5. Nominis gratioſa optimi collatio Eſa. 56, 4. Domini glorificatio & animæ tranquillatio Eſa. 58, 13. 14. Populi Dei defenſatio, Exod. 34, 23. 24.

§. 8. *Supplicia neglecti ſabbathi:* Animæ eradicatio Ex. 31, 14. mortis interminatio c. 35, 2. morborum immiſſio Lev. 26, 15. 16. incendiorum minatio Jerem. 17. Lapidatio Num. 15. Sabbathorum hoſtilis deriſio, Threnor. 1. *viderunt eam* (Eccleſiam Judaicam) *hoſtes, & deriſerunt ſabbatha ejus.* Ingratorum damnatio: ſi amicus tibi dediſſet ſex denarios, & ſeptimum apud te depoſuiſſet, ut pro lubitu eum abs te repoſceret; tu verò nolles reddere ſeptimum, ſed & eum retineres, annon ingratiſſimus meritò cenſendus eſſes? En dedit tibi ſeptem dies Deus, unicum abs te repetit ſeptimanis ſingulis; nî reddideris, ut ingratus damnaberis: vid. Chemnit. in 16. poſt Trinitat. Poſtill. Exempla hiſtorica plurima congeſſit M. Zach. Faber in Exercit. pietat. part. 2. pag. 703. ſeqq.

§. 9. *Miniſtrorum officia die Sabbathi.* 1. Ponderare vitam exactâ ſeptimanâ traductam: pœniteant ſeriò, & pro remiſſione noxarum Deum orent. 2. Meditari ea, quæ populo ſunt propoſituri, ne illotis manibus ad rem ſanctiſſimam accedant. 3. Deum implorare, ut linguam purget Eſa. 6. & os aperiat, labiaque Pſ. 51. 4. Pro auditoribus Deum precari, det oculos illuminatos Eph. 1, 17. & oſtium apertum Eph. 6. & corda aperiat Act. 16, 14. 5. Confidere in Deo ſuo, ſuoque officio: *dabo vobis os & ſapientiam,* Luc. 12, 12. Matth. 10, 20. Luc. 21. verſ. 15.

Auditorum munia die ſabbathi ſunt 1. Inire vitæ ſuæ anteactæ examen. 2. Pœnitere ſeriò. 3. Invocare Deum pro ſeria converſione, ac verbi divini fructificatione. 4. Remittere noxas proximo. 5. Flagrare deſiderio adeundi locum ſacrum. 6. Suos quoque ad domum Dei ducere, ut pietati aſſuefiant Eſai. 2. Mich. 5. 7. Sacrâ cœnâ uti. 8. Dare Eleemoſynas.

§. 10. *Non violandum aut profanandum,* ne illud quadret Matt. 12, 5. Opera ſervilia præſtando Exod. 23. præter charitatem & neceſſitatem. Ligna & onera portando Num. 15, 32. Neh. 13. 15. Jer. 17, 21. 22. 24. 27. calcando torcularia: Vendendo Eſdr. 2. c. 13. Neh. 10, 31. Matt. 21, 12. Joh. 2, 15. Iter faciendo extra caſum neceſſitatis Ex. 16, 29. Nundinando Neh. 13, 15. quod vetuit Carol. M. lib. 4. f. 217. apud Aventinum: Metendo & arando Exod. 34, 21. Delitiis, ludis, jocis, circumambulationibus vacando: his enim omnibus cultus divinus impeditur & ſabbathum Diaboli colitur; ſic olim Corinthii peccabant comeſſando 1. Cor. 11, 20. 21. Non eſt otii ſabbathum principaliter, ſed cognitionis & propitiationis, ait Athanaſ. de ſabbatho & circumciſione. Nuptias celebrando: nam per Nuptias ſabbathum violatur 1 Ob crapulam hominum. 2. Ob curam & ſolicitudinem rebus caducis impendendam. 3. Ob avocationem hoſpitum ab auditu verbi Dei.

Idololatriam exerendo Ezech. 23, 38. Jer. 23, 11. proximum lædendo Eſa. 55, 4. deſerendo congregationes Hebr. 10, 24. & cultum omittendo: hypocriticè orando Matth. 6, 5. non obediendo Dei verbo Prov. 1, 15. c. 29, 9. Eſ. 6. negligenter attendendo verbo Dei, vel cum tædio: Externè ſolùm obſervando; hi ſunt, qui interſunt Concioni ideò, ne habeantur verbi contemtores; qui more, non Chriſti aut ſalutis æternæ amore audiunt; ut tempus fal-

lant & ſomnum capiant; calumniandi anſam accipiant è concione, Ezech. 33,30. ſeq. ſpectent & ſpectentur; orent ore non corde Eſ. 29,13. torpeant, ut ne quidem in Dei laudes os reſolvere ſuſtineant; vitia non emendent, etſi audiant ea accuſari Jerem. 44, 16. 17. Ipſum cultum negligendo; ſic quidam unâ concione per annum contenti ſunt, vel per menſem, & anni quadrantem; quidam Chriſtum cum verbo contemnunt, pedem limine non efferunt; alii inimicitiarum prætextu à cultu abſtinent; quidam poculis indulgent; quidam præpoſterè vocationi incumbunt, ut qui ſeria quæque in diem ſabbathi rejiciunt.

§. 11. *Non contemnendum ſabbathum* 1. Choreis ff. de feriis libr. 2. 2. Spectaculis, Euſeb. lib. 4. c. 11. 18. Sozomen. lib. 1. c. 8. 3. Laboribus ſervilibus: Germani ſervos ſuos verberibus multarunt, die Dominico laborantes, Cornel. Tacit. de morib. Germanor. ſunt enim illi labores fruſtranei Exod. 16, 26. 27. 4. Artibus pugillatoriis, quas abrogarunt Cæſares, Theodoſius, Conſtantinus, Arcadius, Sozomen. lib. 1. c. 8. Tripart. lib. 11. c. 11. ff. lib. 2. 3. C. de feriis, Euſeb. lib. 4. de vita Conſtantini. 5. Neglectu verbi divini, aut abſtractione hominum ab illo: Servi in Hiſpania ne unicam quidem toto anno concionem audiunt, teſte Stella in cap. 24. Lucæ fol. 114. a.

§. 12. *Obſervandum potius ſapienter*, ut diſtinguamus inter morale & Ceremonialia in ſabbatho. *Morale* eſt ut abſtineamus ab omni opere, quibus Miniſterium & cultus divinus impeditur, ut ſingulis ſeptimanis diem aliquem divino cultui conſecremus. Excipe tamen tres caſus:

Quod pietas (a) *mandat, dilectio* (b) *quodque neceſſum* (c) *eſt:*
Non poterit ſanctum contemerare diem.

[(*a*) Johann. 5,9. cap. 7, 22. Matth. 12. verſ. 5. 1. Corinth. 10, 1. 2. (*b*) Matth. 12, 22. Marc. 3,4. (*c*) Ut ſi die ſabbathi vis hoſtica ſit propulſanda; ſic Joſua bellare die ſabbathi non reformidavit Joſ. 6. Confer Irenæum lib. 4. c. 9. adv. hæreſ. Tertull. lib. 4. adv. Marcionem. (Noluerunt tamen propulſare Judæi 1. Macchab. 2. v. 31. aut hoſtes ſabbatho perſequi 2. Macc. 8,26. c. 15, 1.) Fames ſedanda Matth 12. v. 1. Marc. 2, 23. morbus depellendus Matth. 12,9. Marc. 1, 21. Luc. 13,10. Joh. 5,9. 10. c. 7, 22. cap. 9, 14.]

§. 13. *Ceremonialia duo ſunt.* 1. Χρονικὸν, & reſpicit circumſtantiam temporis, quæ ceu typica modò ceſſat, nec Chriſtianos obligat Exod. 31, 13. Ezech. 20, 20. Hebr. 4, 4. Coloſſ. 2, 17. contra Pſeudo-Apoſtolos Gal. 4, 10. 2. τὸ πραγματικὸν reſpicit vel operis ceſſationē vel ſanctificationem ipſam. Quà *primùm*; non ita, ut ab omni opere ceſſemus, à nobis in Nov. Teſt. requirit Deus, ut paulò antè dictum eſt. Quà *ſecundùm*: ſanctificatur ſabbathum non ceremoniis Leviticis, ſed cultibus ſacris cordis, vid. Gregor. Nazianzen. Orat. 48. in Julianum.

Devotè & ardenter, ut ſine hypocriſei divino cultui vacemus Sirach. 1, 35. Pſalm. 26. dilexi domum tuam Pſal. 84, 1. 2. & Pſalm. 122, 1. hinc antelucani cœtus Chriſtianorum; vid. Tertull. lib. de corona militis. Conſtanter etiam Luc. 2, 43.

Non ſuperſtitioſè aut Judaicè. Refert Sebaſtianus Münſterus in c. 12. Matth. Hebraicum Judæum in latrinam incidiſſe, qui cum ſabbatho nollet extrahi, tandem mortuus eſt. *Sed piè:* Duos agniculos ſabbatho afferri juſſit Dominus Num. 28. ut doceret die ſabbathi, noſtrâ Dominica die, preces & orationes duplicandas eſſe. Confer Gregor. M. lib. 1. epiſt. 3. In Judæa fluvium reperiri, recenſet Baptiſta Fulgoſus, qui tota ſeptimana fluat, ſed ſabbatho curſum interrumpat. Memorant Rabbini, Dæmones olim die ſabbathi è corporibus energumenωn receſſiſſe, & ceſſaſſe ac altiſſima montium juga petiviſſe; at noſtris ſabbathis ſæpe infernus plenè planèque exoneratus eſſe videtur, ut undiquaque Satanæ effectus in hominibus deprehendantur.

Sabbathum Vet. Teſt. umbra fuit Col. 2, 16. & ſignum 1. Creationis Exod. 20. c. 31. 2. Carnis mortificationis, cui maximè ſabbatho ſtudere juſſi ſunt Iſraëlitæ. 3. Sanctificationis, quam illo die in animabus operabatur Dominus. 4. Æternæ quietis & refectionis, ſeptimo illo die adumbratæ.

§. 14. *Errores. Errant Phariſæi*, qui olim ex rigida Sabbathi obſervatione ſe juſtos fore confiſi ſunt, quos rectè taxat Salmero tom. 6. tract. 42. fol. 266, a. circa fin. Qui ob ſabbathum omnia alia feſta excludunt & abrogata volunt, ut *Sociniani*. *Anabaptiſtæ* & *Sociniani* docentes, quod hoc de ſabbatho præceptum ad Chriſtianos nullo modo pertineat. Sabbatharii olim Judæi dicti à Poëta Martiali per contemtum. Lucan.

Quidam ſortiti metuentem ſabbatha patrem
Nil præter nubes & cæli numen adorant.

Ebionitæ olim ſabbathum Judaicum urſerunt, Epiph. hæreſ. 30. quò reſpicit Apoſtolus Col. 2, 16. *nemo vos judicet*. Errant etiam, qui docent, hoc mandatum de ſabbatho morale eſſe, quod à condito fuerit mundo, Vid. Rivetum in c. 20. Exod. Sabbathi iter, quod duobus paſſuum millibus terminabatur, à Barachiba Simeone & Helle Rabbinis inſtitutum fuiſſe, docet Hieron. ad Algaſiam. De ſtatutis Rabbinorum, circa ſabbathum, agit D. Buxtorf. in Lexic. Rabbin. in R. שבת.

SACCUS.

§. 1. 1. *Divinæ omniſcientiæ*, in quem ſuorum filiorum colligit lachrymas Pſ. 56, 9.

2. *Humanæ pœnitentiæ*, Jonæ 3, 5. 6. 8. Judith. 4, 19. 22. Matth. 11, 21. Apoc. 11, 3. Dum teſtes ſaccis amicti docent verbi miniſtros, ut & doceant, ipſique agant pœnitentiam. Sacco indutos & in via cœno ſe voluntantes olim Gentiles Deæ ſupplicabant, ut tumores dimitteret, autor eſt Menander apud Porphyrium; quantò magis nos Chriſtiani Deum verebimur, ſummè eidem ſupplices. Olim quidem creditum nefas, ſacco intrare Regiam terreni regis, Oleaſt. in 37. Eſaiæ è lib. Eſther; at Dei

noſtri

nostri Regia, Ecclesia, non nisi pœnitentibus patet, his gratiæ divinæ flumen scatet.

§. 2. 3. *Miseriæ humanæ* ac calamitatum indicina; his enim pressi Orientales, saccis vestiebantur Genes.37,34. 2.Sam.3,31. 2.Sam.21,8.9. 1.Reg. 21,27. 2.Reg. 6,30. c.19,1. Nehem.9,1. Esther.4,1.2.3. Job.1,15. *Paupertatis & vastationis* Esa.3,24. belli Esa.15,3. c.22,12. Jer.48,37. c.49,3. Thren. 2,10. Ezech.7,18.

4. *Compassionis Christianæ notæ*, Psalm.35. v.13. vid. Agellium in hunc Psalm. Narrat Chrysost. hom.3. ad popul. Antiochenum, servos, ancillas & equos agasonibus traditos saccis indutos omnes ad sepulchrum divitis mortui, luctus maximi testandi ergo, herum comitatos fuisse.

5. *Justitiæ commutativæ* Proverbior.16.11. Mich.6,11.

6. *Benedictionis occultæ*; ut enim Josephus fratribus inſciis æs reddi inque eorum saccis reponi jussit Genes.42,25. c.44,2. sic occultè Deus suis benedicit Ps.128. *dormientibus*.

7. *Cultus hypocritici*, Es.58,5. quem Dominus reprobat: frustra induis saccum, nisi tibi ipsi in corde sis saccus, h.e. humilis, vilis, abjectus; uno verbo, pulvis & cinis Gen.18,27. Sir.10,9.10.

§. 3. 8. *Calamitatis singularis* Apoc.6,12. & divini supplicii impiis inferendi; hinc & olim saccis se induebant in magnâ calamitate, quos, solutâ hac, conscindebant & vestibus lætitiæ induebantur, ut testatur Euthymius in Ps.30. verba: *conscidisti saccum, &c.*

9. *Pectoris nostri* saccus, in quem gazas sapientiæ jugiter, exemplo avarorum, colligere debemus, monente Alcuino epist.64. ut sis scriba in Ecclesia Dei doctus, proferens de thesauro cordis vetera & nova Matth.13,52. quibus? conservis tuis: quæ? sapientiæ dona: quô eventu, fructuque? ut luceas instar firmamenti Dan.12,2. & tuos facias salvos 1.Tim.4,16.

SACERDOS.

§. 1. Dicitur aliàs Dei minister Psal.134,1. princeps in domo Dei 2.Chronic.31,13. sanctuarii Esa.43,28. *Singulare*. Olim Sacerdotes Germanorum sontes in bello puniebant, instar carnificum. *Cornel. Tacit. lib. de morib. German.*

Nomen sacerdotis à sanctificando deduxit Augustin. in Ps.144. Initiò vix usurpatum, declinandi erroris & sacerdotii Judaici ergo. Tributum quoque *Episcopis* ab Ambros. libr. de dignitate sacerdotali: Chrysost. lib.5. de sacerdotio; Etiam *presbyteris* Tit.1. 1.Timoth. 4.c.5. 1.Pet.5. Can. Apostol.40. Ignatius epist. ad Philip. Tertullian. lib. de baptismo: *Christianis* ob sacrificia laudis 1.Pet.2,9. Apoc.1,6. Atque hoc sensu dixit Lutherus, omnes fideles esse Sacerdotes, Confer: Apocal.5.v.9.10. c.20,6.

Luther. tom.1. Jenens. p.336. b. §. Darumb alle Christen: p.344. b. darumb wolte ich sehr gerne. tom.4. Jen. p.313. §. Im N.Testament/ tom.6. p.95. b. §. Von diesem Bräutigam.

Hujus quoque Sacerdotii summa est Dignitas. Inde enim dicuntur Genus electum, *Regium Sacerdotium*, à Rege Christo uncti. 1.Johan.2,20. coronati mi[illegible]ordiâ Ps[illegible] v [illegible] & 103,4. dimicante[illegible] 1. 6,14. Hebr.12,3. 2.Tim [illegible] certavi: vincentes Rom.8. & in [illegible]phantes. Sap.5,16. 2.Tim.4. *coron*[illegible]*itiæ*, & veri Reges: Luther. tom.4. Jen. p.490. Sacerdotium verò à summo Sacerdote Christo vid. Luther. tom.2. p.37. Jenens. §. Es sind nicht mehr. tom.7. Jenens. p.331. b. §. Solch Priesterlich Ampt & p.345 §. Das ist genug. & p.346. a. §. Wie wir nun alle. tom.4. Jen. p.87. a. Nun ist offt gesaget.

Populus Sanctus. 1. Imputatione. 2. Inchoatione 1.Pet.1,26. Acquisitionis & peculii, Eph.1,14. Act.20,28. 1.Pet.1,18.

Officia horum Sacerdotum 1. Annunciare virtutes Dei 1.Petr.2. Vide Luther. tom.2. Jen. p.346. a. §. Was bedeutet aber/ rc. 2. Sanctè ambulare, &c.

§. 2. (1) *Summus Sacerdos* Jesus Christus est, humanæ salutis fons, autor & vindex vid. tit. Christus. Hujus typus olim erat V. Testamenti summus sacerdos, ut Aaron; Ejus munia erant, (α) reliquis Levitis præesse, instar capitis (β) semel ingredi quotannis in sancta sanctorum. Habebat verò hic Pontifex legatum aliquem: qui Levitis præerat. Erant verò officia ejus. 1. Observare Levitas, an sua ritè obirent munia. 2. Curare oleum luminarium & suffitum Mincham jugem, oleum sanctum, ut Eleazar Num.3,32. Levit.24,2.3.4.5.6.7.

(2) *Levitici sacerdotes*. Eorum officia hæc fuerunt: legem docere & custodire Malach.2,7. populum non solùm, sed & regem; hic enim à sacerdotibus legem accipere jubetur, Deut.17,18. sacrificia offerre: lampada accendere Num.8,1. tollere vasa idololatriæ 2.Reg.23,4. orare pro populo Lev.9,7. c.16,17.18. ei benedicere Num.6,23. Deut.21,5. sanctè ingredi sanctuarium Lev.16,2.3. portare arcam fœderis 1.Reg.8,3.4. abstinere à mortuorum exequiis Levit.21,1. vino c.10,8.9. barbam non radere c.21,5. nec incidere cutem ibid. v.7. virginem uxorem ducere, Lev.21,13. Ezech.44. v.21. exhortari populum, mox ingressurum aciem Deut.20,2.3. potestatem exercere triplicem. 1. Erat aversatio vel amandatio, quando sacerdotes aliquem, ceu immundum hominem contubernio templique aditu excludebant 1.Cor.5,9. 2.Thess.3,6. 2. Devotio vel excommunicatio. Putat nonnemo id esse, fieri ἀποσυνάγωγον. 3. Adjudicatio ad mortẽ æternam שמתא vel שמתא anathema. Hoc anathemate Julianus percussus est, ut non pro eo, sed contra eum preces conciperet Ecclesia.

Origo. Erant è posteris Aaronis, cujus familiam sibi Dominus coadoptavit. Ante hanc verò Melchisedeck peculiari sacerdotii ordine gavisus est Gen.14. Ps.110. cui & Abraham decimas obtulit.

§. 3. *Ordinatio*: Oleo consecrabantur uncti in conspectu populi Exod.29,1.7. variisque legibus

bus vita, habitus & converſatio eorundem continebatur, de quibus prolixè Moſes.

Suſtentatio: vivebant ex decimis & primitiis Num.5,9.10. c.18,8.11. Deut.8,3. ne victûs ſolicitudine angerentur 2.Chron.31,4. aliaque ipſis ſubſidia vitæ data Exod.29,26. Levit.2,3.10. c.5,13. c.6,9.19. 1.Chron.6,5.4.

§.4. *Principes ſacerdotum* dicebantur quæque familiarum ſuarum capita: aliàs ראשי אבות capita patrum dicti. Summus tamen ſacerdos inter eos natu erat maximus, filios & poſteros ſcilicet Aaronis. Duos tamen fuiſſe ejusmodi ſacerdotes, inter quos tamen unus erat præcipuus, colligunt nonnulli è 1.Chron.24,2.3.1.Reg.25.18. Luc.3,2.

§.5. *Sacerdotium Aaronis & Chriſti conveniunt:* 1.*Unitate:* utrobique enim & in V.& N.Teſtamento ſacerdotium eſſe debuit. 2.*Inſtitutione:* utrumque enim à Deo inſtitutum. 3.*Tabernaculo,* V.T.ſuum, Chriſtus ſuum habet tabernaculum, nempe vel ſuum corpus, vel eccleſiam N. Teſtamenti. 4. Utrumq; ſacrificiis gaudet in utroq; mactandis, & ſanguine aſpergendo.

Differunt verò ſacerdotes V. T. & Chriſtus (1) *Origine:* illi enim homines, ex hominibus communi lege nati: non ſic ſacerdos noſter, intactæ virginis filius.(2) *Oblatione* ac [α] ratione victimarum; varia enim offerebant Hebr. 10,11. Chriſtus unicam corporis ſui *θυσίαν*: illi ſanguinem pecorum, Chriſtus proprium Heb. 9. ſeſeque ipſum, non agnos, mactandum præbuit Joh.2. *deſtruite templum.* [β] ratione fructus; ſacerdotes V.T. peccata auferre non poterant Heb.10,11.12. at Chriſtus hoc fecit Hebr. 9. *unicâ oblatione.* [γ] rat. ſubjecti; pro ſuis peccatis offerre illi habebant neceſſum Lev.4, 3. Hebr. 9,7. non Chriſtus pro ſuis; quia non habuit peccata Joh 8. ſed & impollutus fuit, Hebr.7,16. c.9,14. ergo pro ſuo populo ſolùm offert. [δ] rat. adjunctæ iterationis; *πολλάκις* namq; (ſæpius) iterabant ſacerdotes V. T. ſuas oblationes, Chriſtus verò *ἐφάπαξ* ſemel, Heb. 9. (3) Miniſtratione; V.T. ſacerdotes quotidiè miniſtrabant; Chriſtus verò conſedit ad dexteram Dei Hebr.10,12. (4) Ordine: V. Teſtamenti ſacerdotium erat ſecundum ordinem Aaronis: Chriſti eſt juxta ordinem Melchiſedek Pſal.110. *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek.* (5) Perſonarum differentiâ; V. Teſt. ſacerdos homo infirmus, mortalis, peccator, externus; non ſic Chriſtus, qui verus Deus & homo ſine peccato Eſa.53. Johan.8. *vivit Deo* Roman.6. internus & ſpiritualis eſt. Ille Vet. Teſt. ſine juramento ordinatus & conſtitutus eſt; at Chriſtus juramento Dei confirmatus Pſal.110. *Juravit Dominus & non pœnitebit eum, &c.* Hebr.9. uſque adeò veraciſſimus Deus noſtræ ſe infirmitati attemperavit, ſuamque nobis fidem obſignavit. Ille habuit tabernaculum terrenum; Chriſtus verò cœleſte. Ille in terra obtulit, Chriſtus verò in cœlo offert. Ille alienum offert ſanguinem, Chriſtus verò proprium, Hebr.9. Actor.20,28. Ille ſemel in anno placavit populum; Chriſtus verò ſemel in plenitudine temporis Galat.4. inque anno illo gratiarum verèque jubilæo Eſ.61,1.2.ſeq. 1. Johan.1,7. *Sanguis Jeſu Chriſti filij Dei emundat nos ab omni peccato.* Ille externè ſanctificabat; Chriſtus v. ad ipſas usque conſcientias penetrat. Hebr.9. Ille imperfectè placat, ideò enim ſingulis annis ſacrificium repetendum erat; at Chriſtus unâ oblatione conſummavit omnes, &c. Heb.9. & 10. (6) Differentia pontificatus & ſacerdotii aliqua erat in V. T. erat enim Aaron ſummus pontifex, reliqui ſacerdotes ſubordinati; ſed in Chriſto expirat hæc differentia, ſiquidem in eo idem eſt Pontificatus & ſacerdotium, quorum utrumque maximè & præcipuè in ſummo ſacerdote præfiguratum fuit; quod & Jacob. Naclantus concedit pag.1. Enarrat. de maximo Pontificatu & ſacerdotio Chriſti.

§.6. *Dignitas ſacerdotum* V.T. (1.) in genere: erant enim è familia nobiliſſima Aaronis.(2.) in poſſeſſione, quæ erat ipſe Deus Num.18.v.20. (3.) in veſtitûs pretioſitate Ex.28. (4.) in ſacerdotii ſanctitate, quod nemo invadere audebat 1.Chron.26,19. (5.) In nomine: vocantur enim angeli Mal.2,7. vide Hier. in h.l. & Gregor.hom.6. in Evang.

§.7. *Sacerdotum N. T. dignitas* (1.) in S. cœnæ adminiſtratione: (2.) in peccatorum remiſſione Matt.16. Joh.20.v. Chryſ.l.3. de ſacerdotio: (3.) in coronatione æterna, Dan.12. fulgebunt. 2.Tim.4. regnum cœleſte. De hac plura S.Ephrem ſerm. de ſacerdotio: Ambr. ad Iren.l.1.ep. 6. Auguſt. ad Valer. Epiſc. ep.148. Greg.M.ep. 75. lib. 4.

§.8. *Virtutes:* ſint ſacerdotes (1.) irreprehenſibiles 1.Tim.3.(2.) modeſti.graves: (3.) eruditi in S.literis Hagg.2. Hier. in h.l. (4.) caſti, 1.Tim.3. Ambroſ. ſerm.83.(5.) pii in oratione: (6.) ſeveri in hominũ vitiis caſtigãdis, Eſ.58,1. 2.Tim.4. Ez.3. Chryſ. homil.4. in verba Eſa. *Vidi Dominũ, &c.* (7.) contemtores divitiarum 1.Tim.3. *nõ turpis lucri cupidi;* vid. plura tit. Miniſteriũ.

§.9. *Vitia* varia ſacerdotum: Impietas, ſi Dei verbum rejiciant Oſeæ 2. Dei nomen profanent Malach.2. ſcripturam pervertant Jer.8,8. ſomnia prædicent ſua, non Dei verbum Jer.23. Avaritia Mal.1,10. Aventin. fol.221. annal. ſacerdotes avaros à Carol.M. fuiſſe taxatos, memorat. Adulatio Ez.13. Ambitus, Jer.23. currebant & non erant miſſi à Domino. Rebellio Num.16,1. Neglectus divinæ legis Ezech.7,26. pœna Oſ.4,7. Nec ab his planè immunes ſunt vitiis plurimi, qui hodiè ſacerdotum titulis ſuperbiunt, ſive in noſtra ſive Adverſantium quorumvis congregatione: Omnes emendent vitam, faxint, ceſſabitque ſuos deplorare Barradius lib.10. c.4. tom.1. Concord.

§.10. *Sacerdotij pontificij & Chriſtiani differentia* 1. Pontificium caret mandato Dei: Chriſtianum nititur mandato Dei Rom.12,1. 1.Petr.2, 4.5. 2. Illud eſt paucorum hominum Apocal.1, 5.6. c.5.10. Eſa.20,6. c.61,6.10. 1.Petr.2,4.5.9. 3. Illi oleo inunguntur externo: Chriſtiani fideles oleo Spiritus S. interno. 4. Pontificium laudat ſua merita: Chriſtianum laudat Dei gratiam. 5. Pontificium non offert corpus ſuum Deo unà cum concupiſcentiis, ſed car-

nem nutrit inque delitiis vivit. 6. Pontificium sibi offerri permittit pecuniam, bona terrena, honores, otium, voluptates: non sic Christianum, quod auferri sibi hæc omnia patitur.

Contra sacrificium Missaticum scripsit D. Valentinus Vannius libr. cui titulus Grůndliche Historia von der Meß 1557. Tubing. edit. apud Ulricum Morhattum.

§. 11. *Spirituales Sacerdotes* Christiani fideles: de his Es. 61, 6. 10. 1. Pet. 2, 4. 5.. Apoc. 1, 6. c. 5, 10. c. 20, 6. etiam ministri N. Testamenti Es. 66, 21. Romanor. 15, 15. 16. Philipp. 2, 17. Psalm. 110. Modus & ratio: quomodo nempe fiamus ejusmodi sacerdotes spirituales: ut olim Exod. 29, 1. c. 40, 12. sic spiritualiter hodie (α) lavamur aquâ baptismi 1. Joh. 1, 7. Eph. 5, 26. (β) vestibus induimur Rom. 6, 3. Gal. 3, 27. Ps. 132, 9. (γ) ungimur 2. Cor. 1, 21. 1. Joh. 2. ut oleo Spiritus S. mentes nostræ illuminentur, corda inflammentur ad appetenda bona spiritualia. (δ) Implentur manus, cum nos Deo toto offerimus Rom. 12, 1. 2. 3. (ε) Cum Deo paciscimur Malach. 2. vers. 5. promittente vitam & gratiam, nobis verò fidem & obedientiam stipulantibus, timorem, veritatis legem, iniquitatis abjectionem, justam ambulationem; vide Riberam in cap. 3. Malach. n. 39. Is ita: *Omnes Christianos esse quodammodo sacerdotes, non quò potestatem habeant conficiendi sacrum corpus & sanguinem Servatoris, quod initiatorum tantùm est, sed quo Deo offerunt sacrificium cordis contriti & humiliati, & concupiscentias suas Deo mactant; sicut ait Petrus: Vos autem genus electi.* Hæc Ribera. Ergò malè hic honor Missificis solis transscribitur: rectè disce excellentiam Christianorum 1. Pet. 2, 9. cautè te explora, num sis ejusmodi sacerdos: gratum te præbe Deo, qui te facit sacerdotem: castè, sanctè te gere: Consolare te, quod Christus te fecerit sacerdotiũ & peculium suũ, quod asseret, tuebitur, conservabit sartum tectum.

SACRAMENTA.

§. 1. *Ambiguitas.* Vox hæc accipitur 1. *Pro fidei articulis symbolicis* Aug. tom. 8. columnn. 889. c. omnes enim & singuli sacramenta sunt, id est, mysteria: creduntur enim, non sciuntur. Crebra est hæc significatio apud Augustinum: Sacramentum suscepti hominis dixit incarnationem filii Dei, idem tom. 10. column. 581. a. 2. *Pro mysterio*, Eph. 5. Vetus interpres transtulit sacramentum. 3. *Pro jurejurando militari*, Veget. lib. 2. de re militari. 4. *Pro pecunia apud judicem* à litigantibus depositâ, ut victori sua maneret, victi & causa cadentis cederet ærario, Varro lib. 4. de ling. Latin. Cic. libr. 1. de Oratore. 5. *Pro omnibus signis sacramentalibus*, quibus Deus suas promissiones hominibus confirmavit. 6. Μερικῶς & synecdochicè elemento solum externo, signo & symbolo in oculos incurrente. 7. ὁλικῶς pro toto sacramento, quod integra actione verbis Dei perscripta continetur.

Vox est ἄγραφος, sive in sacris literis non extat in speciali significatione: nostris Ecclesiis non invisa. Ergo falsum est, quod C. Ulenberg. causa 21. Apostas. dicit: *Protestantes voci sacramenti minùs æquos esse*: cum eorum sit sensus, vocem Sacramenti non esse in S. literis traditam, fatente Bellarmino ipso lib. 1. c. 7. de Sacram. Usurparunt quoque nostri vocem *signa*, è Rom. 4. & vocem Sacramenti: atque hanc non esse ejusdem latitudinis cum voce mysterii, quæ amplioris est ambitus: omne namque sacramentum est mysterium, sed non contra. Certè Carolstadius vocem sacramenti repudiavit.

§. 2. *Res sacramenti* notat 1. Sacramenti *substantiam & materiam*, quæ elemento terreno & verbo cœlesti constat. 2. *Fructum & finem* sacramenti, & effectum, v. g. remissionem peccatorum, vitam æternam, justificationem; sic Augustinus dicit tom. 9. colum. 230. a. Res sacramenti omni homini ad vitam, nulli ad judicium. Sunt testimonia ratione finis 1. Dei erga nos, quod velit esse Deus noster. 2. Nostræ fidei, obedientiæ & pœnitentiæ, quam Deo debemus. Actiones ratione proprii generis.

§. 3. *Efficiens* sacramentorum est tota SS. Trinitas, Pater Filius & Spiritus S. De latere Christi fluxerunt 1. Johann. 5, 7. Augustin. tom. 10. colum. 85. d. nam & aquam & sanguinem pro nobis effudit: aqua in baptismo, sanguis in cœna. Duo sacramenta præsignificata sunt, quod magno consensu docent Patres. Vid. B. Justinian. in 1. Joh. 5. Hominis non est, sacramenta condere: solus enim Deus gratiæ primus est autor, inceptor, perfector. Ergo sacramenta juris sunt divini, non positivi Ecclesiæ, hæc ut illa possit instituere: Ad efficientem refertur *Verbum*, quod est triplex: mandati, promissi, ordinati. Illud verò à nonnullis ad rem cœlestem refertur, quæ triplici hoc verbo definitur.

Instrumentales sunt personæ & ministri ad sacrorum functionem legitimè vocati (ordinariè scilicet) 1. Cor. 4, 1. Etenim excipitur casus necessitatis specialis in baptismo, de quo suo loco. Neque hic obstat mala Ministri vita contra Donatistas: non obstat frustrata ministri intentio, contra Pontificios: nec officit intentio ejusdem, Concil. Trident. can. 11. sess. 7. Bellarm. l. 1. c. 27. de sacrament. contra vide Chemnit. part. 2. Exem. Concil. Trident.

§. 4. *Materia* ex qua est vel terrena vel cœlestis: terrena est elementum vel symbolum externum ad usum sacramentalem. (In nullo sacramentorum substantia hujus elementi mutatur substantialiter.) Cœlestis est res divina, Christus nempe cum omnibus bonis & beneficiis 1. Corinth. 1. versic. 30. in Vet. Testament. & Nov. sed diverso modo: in illo spe, in hoc re: in illo adumbratus, in hoc datus.

Forma generica 1. Est unio signi cum re signata, vera, realis: in Sacram. Vet. Testament. significando, in Nov. Testament. verè exhibendo, de quo infra. Hanc unionem sequitur præbitio rei cœlestis & rei exhibitæ obsignatio in usu sacramenti. 2. Datio & acceptio ex

parte hominis, cujus modus liber est; nihil igitur extra usum habet rationem sacramenti, nec fides est sacramentorum forma, sed nec analogia illa, repræsentatitia illa vid. D. Finkii contra illam analogiam disputationes. 3. Huc spectant actus præparatorii, ministeriales antecedentes, v. g. segregatio, mactatio, assatio agni: essentiales, v. g. ipsa comestio agni certo ordine à Deo definita.

Finis sunt tres. 1. μεταδοτικὸς, dant enim nobis sacramenta bona cœlestia; 2. σφραγιστικὸς, obsignant eadem: 3. συμβολιστικὸς, signant membra veræ Ecclesiæ, sunt monimenta charitatis exercendæ mutuò. Hos fines sibi invicem opponunt Sociniani & Anabaptistæ.

§. 5. *Effectus.* (α) Magis magisque nos Christo uniunt, Gal. 3. *Christum induistis:* Joh. 6. manet in me & ego in illo. Rom. 6. *sepulti unà cum Christo.* (β) Certos nos de remissione peccatorum reddunt, *Hoc facite, quotiescunq;, &c.* Item Marc. 16. *qui crediderit & baptisatus fuerit:* contra dubitationem Pontificiam. (γ) Fidem confirmant & alunt: sic olim circumcisio erat fidei signaculum Romanor. 4. baptismus est stipulatio bonæ conscientiæ cum Deo 1. Petr. 3. atque ita in se & semper sacramenta testantur de gratia Dei, non testantur tibi tuo bono, si non credas, si hoc testimonium non recipias 1. Joh. 5. c. Bellarm. lib. 1. c. 14. de Sacrament. (δ) Nostrum cœtum ab aliis distinguunt, Christum non agnoscentibus; sicut circumcisio olim Judæos: c. Zwinglium lib. de vera & falsa relig. Carolstadium, vid. Luther. de verbis S. Cœnæ. (ε) Fœderis cum Deo pacti memoriam recolunt: omnia namque bona in sacramentis à Deo fœderis, primâ causâ eâque gratiosissimâ, profluunt. (ζ) De gratitudine commonefaciunt, Deo pro tot beneficiis præstanda; sic baptismus de renovatione monet Rom. 6. ut & de virtutibus ac vitiis; vide 1. Cor. 10. unus panis, unum corpus multi sumus, Lombard. in 4. sentent. distinct. 1. lit. C.

§. 6. *Adjuncta.* Efficacia non dependet ab intentione: vid. Gerhard. §. 30. de Sacram. Nec à dignitate vel malitia hominum, Augustin. tom. 8. colum. 73. b. Non hominum vitâ, licet pravâ. Epistola per cujus manum tradatur, dummodo amici manum & sigillum agnoscas: ita Sacramenta sunt epistola filii Dei sanguine scripta, & corpore ipsius obsignata velut, dummodo fide agnoscas Dei tui verba & promissa Rom. 3. *Incredulitas* hominum Dei fidem non *evacuat*, perinde est quis sit, illam qui perferat. Hortus æquè benè per canales ligneos quàm aureos irrigari aquâ potest: Ecclesia est hortus, ministri sunt canales; aurei sint fide vel lignei sacerdotes, parum interest, dummodò liquorem divinæ gratiæ suis plantis, imò Dei propinent. Legatus regis, etiam vitæ pessimæ, tamen privilegia conferre potest subditis: sic ministri legati 2. Corinth. 5, 19. 20. remissionis peccatorum privilegia Christi subditis, Psal. 2. *dabo tibi gentes hæreditatem,* cõferre possunt.

§. 7. Non prosunt *ex opere operato,* hoc est ob opus ipsum quatenus ceremonia est & non refertur ad finem à Deo destinatum v. g. si quis utatur medicamento, id omnino, sive credat sive non credat, tamen operatur: sic Judæi de circumcisione judicabant Romanorum 2. vid. Gerhard. §. 78. contra Pontificios, Bellarmin. Tirinum in 30. v. 11. Deuteronomii.

Characterem non imprimunt, contra scholasticos Dd. vide nostrum Gerhardum §. 95. de Sacram. Contrad. Pontific.

Convenientia cum verbo prædicato est 1. In efficiente causa, nam & verbum & sacramenta ab uno Deo. 2. In materia generatim considerata, nam & sacramentis & verbo Dei gratia & Christi bona nobis offeruntur, & obsignatur verbum testimonio Spiritus S. 2. Corinth. 1. v. penultim. 3. In objecto, ut verbum auribus: sic sacramenta oculis auribusque Christum cum omnibus beneficiis & gratiâ Dei offerunt. 4. In effecto; utraque fidem procreant, confirmant, stabiliunt, utraque dona & bona non per nudam σχέσιν, sed per realem exhibitionem porrigunt.

Necessitas sacramentorum absoluta non est; sed relata, ratione præcepti, medii, conditionis & confirmationis; hoc sensu sacramenta etiam ad justificationem referuntur. Hinc privatio sacramenti non damnat, sed contemtus: verbi gratia infans ante diem octavum in Veter. Testament. mortuus; nati infantes in deserto non circumcisi; martyres prius (& catechumeni) quàm baptisarentur interfecti; latro in cruce sine baptismo; Valentinianus Cæsar mortuus sine eodem, vid. D. Gerh. §. 53. de Sacram.

§. 8. *Similia* sacramentorum: omnia sacramenta in Judæis præfigurata esse, tradit Augustinus tom. 10. columñ. 1053. a. b. Sunt 1. *Aquæ salutares de fonte* Israëlis Esa. 12. nos potantes, Johann. 4. in vitam æternam. 2. Christi *vestes,* quibus se (α) involvit, ut eum ceu Magi in cunis deprehendamus: (β) ut cum induamus Galat. 3. baptisati Christum induistis: (γ) ut Christo ceu veste justitiæ Esa. 61, 10. operiamur, ne nudi inveniamur 2. Corinth. 5, 3. Confer Augustin. tom. 8. column. 110. c. 3. *Sigilla* divinæ gratiæ, quam nobis sacramenta obsignant Romanor. 4. circumcisio dicitur signum justitiæ fidei. 4. *Columnæ fidei;* ut illis domus: ita fides nostra nititur verbis Domini promissoriis, in utroque sacramento, baptismo & cœna. 5. *Compendia* divinæ gratiæ; horsum Cyprianus libr. 4. epistol. ad Magnum. 6. *Diplomata* regis regum, quæ gratiam & veniam obsignant. 7. *Radij pleni:* lux gratiæ magna in verbo est, radii majores sunt in sacramentis, quatenus hæc, ut visibilia Dei verba in oculos incurrunt. 8. *Portæ filiorum Sion;* porta ingressionis est baptismus, porta conversionis & confirmationis est cœna: per illam semel, per hanc sæpius intramus, Confer Augustin. tomo 8. column.

col. 36. (δ) 9. *Præsidia & loca munita* peccatorum: sicut vulneratis & fugatis militibus dux loca tuta & præsidia constituit; sic nobis Christus, dux ille Daniel. 12. vulneratis à peccato, Psalm. 37. & à Satana territis; est enim leo 1. Pet. 5. tuta præsidia constituit in Sacramentis, ad quæ confugere debemus: Hæc sunt cœlestia Asyla!

De Sacramentis V. Testamenti.

§. 9. Sunt 1. Ordinaria (α) Circumcisio Gen. 17. vid. hunc titulum supra suo loco. (β) Agnus Paschalis Exod. 12. Confer suprà tit. *Agnus*. 2. Extraordinaria, temporaria, analogicè ita dicta, non usque adeò omnibus obvia & perspicua, v.g. Transitus per mare rubrum Exod. 14, 22. Commoratio sub nube Exod. 13, 21. Numer. 9, 18. cap. 14, 14. Commestio Mannæ Exod. 16, 14. Potatio ex aquâ petræ Exod. 17, 16. Numer. 20, 11. 1. Corinth. 10, 1. 5. lucem intulit his Sacramentis D. Apostolus. Transitus Israëlitas securos præstabat à tyrannide: Nubes ab æstu diei, mediamque se posuit inter Israëlem & Ægyptios. Exod. 14. versic. 20.

Effecta. 1. Justificare homines verâ fide in futurum Messiam nitentes, contra Bellarmin. lib. 1. cap. 14. de Sacr. Schol. in 4. Sentent. 2. Ipsa Christi beneficia conferre, non umbras; quod docent Anabaptistæ, contra Apoc. 13, 8. Act. 15, 11.

§. 10. *Agnus paschalis ut comedendus?* 1. Habitus, Exod. 12. (α) Renes cingamus cingulo castitatis, & concupiscentias omnes crucifigamus: Galat. 5. vers. ultim. (β) Pedes muniendi sanctis meditationibus & operibus, velut calceis adversùs peccatorum spinas; ut peccata vincamus, ne regnent in corpore nostro Romanor. 6. (γ) Baculus in manibus, hoc est opera bona; si cor plenum fide est, manus operum non sint vacuæ, est enim fides per charitatem efficax Galat. 5. 2. Modus comedendi festinanter, hoc est, ad cœlestem patriam contendendum piâ aviditate, Philip. 3. *Conversatio nostra est in cœlis.* 3. Materia; agnus totus comedendus: ita nobis nihil est de præsentia Christi dubitandum. Vel significatur tota charitas, quâ Christum amplecti debemus, inque ea esse radicati Eph. 3. 4. Lactucæ agrestes notant pœnitentiam, ob amaritudinem doloris in contritione. 5. Locus: una domus notat animorum concordiam: Act. 4. *Cor credentium unum.* 6. Tempus servationis; diebus 4. agnum servabant Judæi: sic nos ritè & maturè ad sumendum verum agnum, nos inquam, præparemus 1. Cor. 11. *probet, &c.*

Commemoratio & significatio agni. Significabat liberationis ex Ægypto memoriam sartam sanctamq; conservandam esse, ut non semel Moses innuit. Agnus simplex purus notat Christi integritatem: sanguis postibus inspersus vim sanguinis Christi, qui Diabolum pellit à cordibus nostris. Addebatur gratiarum actio: sic & nos in sacra cœna Christum laudare eique gratias agere debemus. Agnus occidebatur, ut prodesset: Christus pro nobis mortuus est, ut nihil nobis deesset, ipseque noster cibus fieret. Joh. 6. *Panis quem ego dabo pro mundi vitâ.* Ista in nocte, qua Agnus paschalis celebrabatur, angelus cædis primogenitos Ægyptiorum necabat: Christus nocte illâ, qua traditus, cœnam instituit, Diabolum vicit & infernum: Joh. 16, 33. cap. 14. v. 36.

Discrimen inter Mannam & Eucharistiam:

1. A πȣ̃ *Missionis*; Manna de suprema regione aëris Ps. 78. *Panis* Euchar. de cœlo, Joh. 6. v. 55.

2. *Effecti*: Manna erat cibus ad vitam corporalem, Eucharistia in spiritualem, Joh. 6. *manducaverunt Man & mortui sunt.*

3. *Objecti*: solis Hebræis; Eucharistia etiam gentibus donatur credentibus.

4. *Corruptibilitatis* adjunctæ, quæ erat in Man; nam altero die corrumpebatur, & significabat legalium constitutionum rituumque infirmitatem.

5. *Defectus*; Man solùm esuriem sedabat; at qui carnem Christi comederit, is nec sitiet, nec esuriet, Joh. 4. c. 6.

§. 11. *Differentia Veteris & Novi Testamenti sacramentorum* patet 1. E diversis sedibus institutionum. 2. E diversa materia & forma utrorumque: alia materia Vet. Test. sacramentorum, alia Nov. Testament. alia utrobique forma: in efficiente & aliis externis convenire possunt. Quare Vet. & Nov. Testament. sacramenta malè ἁπλῶς & per omnia inter se comparantur, cum dissimiles causæ (formales) &c. & circumstantiæ ubique inveniantur: quæ ubi sunt, comparatio non procedit, fatente Paræo, col. 1154. in Roman 8. contra sociorum opinationem.

Sacramenta Novi Testam.

§. 12. *Non sunt nuda signa.* Heliogabalus pictis ferculis suos parasitos excruciabat & macerabat, Lamprid. in Heliogabalo: Certè non pictis ferculis, non signis nudis suos Deus pascit, sed vero CHRISTI sanguine in baptismo nos abluit, vero corpore CHRISTI nos pascit, vero ejusdem nos potat sanguine. 1. Corinth. 10. v. 16. *Panis, quem frangimus, annon, &c.*

Claritas: notiora suo modo, quàm verbum simplex, ratione nostri, qui cum verbo elementum videmus, verba cum hoc conjuncta audimus, quæ promissiones obsignant, confer D. Mylium in art. 13. August. conf. Lobechium in eundem.

Analogia generalis ratione finis & effectus, est; ut, circumcisio sacramentalis applicat circumcisionem spiritualem, & obsignat fide utentibus: baptismus applicat mortificationem veteris Adami. Romanor. 6. *Crucifixus vetus homo. Alia analogia specialis* partium sacramen-

cramenti inter ſe, quæ eſt relatio externi elementi ad rem cœleſtem, quæ exhibetur, non nudè ſignificatur in hoc ſacramento. In ſacramentis Vet. Teſt. fuit illa futuri Chriſti ſignificatio: quæ ceſſat in ſacramentis N. T. in quibus eſt Chriſti præſentis exhibitio: Col. 2. v. 18.

§. 13. *Quantitas:* duo ſunt in N. T. prolixè id probat D. Gerhard. in L. C. Significata per aquam & ſanguinem 1 Joh. 5, 7. ſeq. Auguſt. tom. 8. col. 1482. b. fluxerunt è latere Chriſti, idem tom. 9. col. 1111. c. Non ſeptem; contra Pontificios, quod addititiis illis definitio ſacramenti eſſentialis non competat, ut fuſius (α) noſtri probant; ut bene Auguſtinus tom. 2. col. 577. ad Januar. *Nullum* (ait) *ſacramentum, niſi præceptum in ſacris ſcripturis.* (ϐ) Vetuſtas verè Catholica plura non agnovit. (γ) Pontificii verò mirè inter ſe ipſi digladiantur de hoc numero ac definitione eorundem ſacramentorum: Vid. Hartmanni Springelii bellum de extremâ unctione: Et Tractat. de hodiernis Hæreticis. Primum Novi Teſtamenti eſt Baptiſmus; vid ſupra tit. *Baptiſmus.* Secundum S. Euchariſtia.

De S. Euchariſtia.

§. 14. Ardua hodiè nobis eſt concertatio cum Pontificiis; de cujus fonte ſic ſcribit Caſſander epiſt. 2. ad Epiſc. Monaſterienſem: *Euchariſtiæ negotium multis perplexitatibus & inexplicabilibus ſcriptis à Scholaſticis præſertim ſcriptoribus involutum & obſcuratum eſt, &c.*

Sedes hujus doctrinæ eſt in verbis inſtitutionis Matth. 26, 26. 27. 28. Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 1. Cor. 11, 22. ſeq.

In cap. 6. Johannis non propriè agi de S. cœna, multis probant rationibus noſtri. Fatentur Calvinus in 6. Johan. Petrus Molinæus in lib. vernaculo, dicto Scutum fidei, compluribus argumentis.

Nomina Cœnæ 1. Cor. 11, 10. menſa Domini 1. Cor. 10, 21.

Typi: Manna, Exod. 16, 15. Joh. 6, 48. *agnus Paſchalis* Exod. 12, 3. 1. Cor. 5, 7. cap. 10, 1. 2. ſeq. vide Promtuar. alleg. c. 19.

§. 15. *Cauſa* (α) efficiens & princeps ſeu autor & Dominus hujus Euchariſtiæ eſt Chriſtus, juxta utramque naturam, verax, omnipotens, omniſcius (vid. ſuprà tit. *Chriſtus:*) quem audire ſumus juſſi Matt. 17, 5. non mutare ejus teſtamentum Galat. 3, 15. (ϐ) Impellens interna ſummus Chriſti amor. Cum quis morbo laborat, amici ſoliciti ſunt de remedio: Chriſtus de ſe non fuit ſolicitus morti vicinus, morbos ablaturus omnes noſtros, ſed de nobis; nobis igitur de pharmaco corporis & ſanguinis ſui proſpexit. (γ) Miniſterialis verbi miniſter ordinarius 1. Corinth. 4, 1. diſpenſans totum ſacramentum, non ſacramenti ſolum elementum c. Calvin. Etiam ſibi poteſt in caſu neceſſitatis porrigere Sacramentum D. Hunn. §. 669. Epitom. credend.

§. 16. *Materia* 1. terreſtris, panis & vinum: panis verus ſive azymus ſive fermentatus, rotundus ſive oblongus. Oblatæ quoque verus ſunt panis, non diffitentibus quibusdam Calvinianis, cum ratione materiæ, tùm ratione formæ & effecti. Azymus panis in Eccleſia Latina eſt, non in Græca, Toletan. lib. 2. inſtruct. Sacerdot. cap. 25. §. *Quinto debet:* (Ergo non ex Chriſti inſtitut. c. Bellarm. lib. 4. c. 7. de Euchariſt.) inſtitutus ab Alexand. P. Platina in ejus vita. Pol. Vergil. lib. 5. c. 9. de Invent. rerum. Fractio panis in uſu olim erat Eccleſiæ c. 29. Caſſand. in Liturgicis fol. 66. oper. 2. Materia cœleſtis eſt corpus & ſanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Matth. 26. hoc eſt corpus meum: Item, hic calix eſt Nov. Teſtamentum in meo ſanguine. Hunc in S. cœna corruptibilem eſſe, blaſphemavit olim Paulus Samoſatenus apud Baron. tom. 2. fol. 657. n. 25. 30. 35. 40. fol. 658. n. 5. 10. 15. ex Euſeb. lib. 7. c. 22. Ipſum corpus & ſanguinem ſuum commendavit Dominus, Auguſt. tom. 8. column. 235. a. ſecuri accipite ſanguinem, quem fudiſtis Auguſt. tom. 8. col 420. c. Miſcendum eſſe vinum cum aqua, tradit ſchola Pontificis, Baron. tom. 2. annal. f. 90. n. 40. nullo præcepti Chriſti fundamento nixa, meritò obeliſco transfixa.

Quondam Chriſtiani locum, in quo Cyprianus ſanginem fuderat, *menſam Cypriani* vocabant, Baron. tom. 2. fol. 614. nos multò rectiùs Euchariſtiam hoc nomine dignamur? Olim omnia *fœdera ſanguine ſanciebantur* Geneſ. 15, 9. igitur & novum fœdus ſanguine firmandum. Livius lib. 1. cæſa porca fœdus eſſe ictum tradit: cæsâ ſanctiſſimâ Chriſti carne noſtrum icitur fœdus: Confer Cyrill. libr. 10. contra Julian. ſub fin. Cœna igitur *pretioſiſſima eſt:* in hac enim non duas gemmas Cleopatræ valoris maximi ac pretii ſummi, non Mauſeolum vel ſepulchrum ſplendidiſſimum (ſicut Artemiſia Caſiæ regina ejusmodi extruxit.) Sed proprium corpus & ſanguinem Chriſtus nobis legavit; non pallium, ut Elias: Chryſoſtom.

§. 17. *De utraque ſpecie* hiſtorica quædam. *Carolus V.* paulò ante mortem accepit diploma Pontificis Pii IV. de poteſtate utriusque ſpeciei in S. cœna Laicis exhibenda; quod diploma ad Salisburg. Epiſcum Papa miſerat. Vehementer ergo Cæſar lætatus, Deo gratias egit, quod impetraſſet illud demum, quod tot literis ſupplicibus Auſtriæ populi à Cæſare petiviſſent, Dreſſer. millenar. ſexto pag. 505.

Exuſto Johanne Huſs & Hieronymo „ Pragenſi Conſtantiæ, Bohemi circiter tri- „ ginta millia hominum confluxerunt & „ trecentas menſas in campis patentibus ere- „ xerunt, ex quibus populo ſacramentum ca- „ licis adminiſtrarunt, Æneas Sylvius cap. trigeſimo ſexto hiſtoriæ Bohemicæ fol. 106. Oper.

Sexaginta Patribus Tridenti commiſſa eſt de utraque ſpecie diſputatio, 36. patres affirmarunt eſſe dandam; ſed res pro more Ro-

mam

mam delata, & conclusum est à Papa negativè f. 1148. epist. 53. Cassandri; qui ait, *multorum offensione hoc esse factum*.

Libro de communione sub utraque specie Cassandri, offensi sunt Colonienses Papistæ, eumq; librum seditiosum vocarunt; ut refert Cassander fol. 1170. sub finem epistolæ 72.

Plus mille annis fuit in Ecclesia occidentali, fatente Cassandro artic. 22. Consult. Roffens. cap. 3. part. 1. fol. 2. contra Luther. de captiv. Babyl. Confter. c. 10. Enchirid. Cusanus epist. 2. ait, hanc consuetudinem (sub unâ) irrepsisse: E. ante fuit utraque species in Ecclesia veteri. Communio itaque sub utraque in Ecclesia veteri fuerit; imò ipse Martinus V. Romæ dedit utramque speciem, Cassander f. 248. 249. NB. Dux Johannes filius Georgii ducis Saxoniæ, petiit sibi dari sub utraque specie cœnam; sed aliter persuasus est à monacho Augustiniano: Et Pater eum jussit in solum Christum respicere, spretis propriis meritis, Strignicius conc. 16. in passion. Olim Lislæus cum Pio IV. P. P. de usu Calicis egit, Galliæ Legatus; nec planè Papa illum rejecit: Verùm Lutheranismi se suspectum fuisse Cardinalibus in Conclavi, idem conquestus est, teste D. Chamier. in Panstrat.

Pro utraque specie fortiter pugnavit D. D. Mentzerus in Erleuterung gegen die Lucernam Padæbornens. 1614. for. 12.

§. 18. *Modus ineffabilis*, mysticus, inde illud: *Modum nescimus, motum sentimus, præsentiam Christi credimus*. Item illud ex hymno: *Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides præter rerum ordinem.* In S. Eucharistia mens expavet, intellectus deficit: omnia sensa hebescere, omnem rationem evanescere, prorsus Dialecticorum inquisitiones abesse, hoc solam fidem probare & agnoscere, ait Augustinus Barbosa in 1. Decret. fol. 7. num. 12. Modus enim præsentiæ Christi planè ineffabilis est & singularis: & describitur quodammodo 1. Negativè. 2. Positivè. Negativè: non animæ soli. Positivè: Christus adest corpore & sanguine suo, etiam symbolis pane & vino, tam verè, quàm olim præsens erat arcæ propitiatorii & Cherubim, Luther. tom. 2. Islebiensi fol. 135. b. epist. ad Elect. Saxon.

19. *Ad formam* spectat 1. Consecratio Matth. 26, 26. sive benedictio 1. Cor. 10, 16. cujus finis (α) Significatio, sacram modo actionem suscipi. (β) Elementa à profano usu separari. (γ) Christum à nobis rogari, ut sacræ huic actioni benedicere velit, eique interesse. Apud Pontificios consecratio tacita est, contra usum veteris Ecclesiæ, fatente Durando lib. 4. c. 35. Rat. 2. Distributio, sive fiat in manûs, sive in os. Spectat huc quæstio de panis fractione, quam liberam esse καὶ ἀδιάφορον non dubitamus; nec ob illam scindenda Christi Ecclesia, fatente Zanchio in Ep. 3. Sacrificatio Missatica addita est in Papatu; rejecta ob multas rationes: vid. Hunn. §. 708. Epit. Credend. Gerh. in Conf. Cath. quæ distributioni è diametro repugnat. 4. Unio sacramentalis panis cum corpore, vini cum sanguine. 5. Communicatio ex parte communicantis fit acceptione panis & vini, & per hæc corporis Christi sanguinisque comestione & bibitione.

Rejicitur (α) Transsubstantiatio, quæ 1. Nova est. 2. A quibusdam scholasticis rejecta. 3. Ipsi naturæ sacramentorum contraria. 4. Scripturæ ignota. 5. Paulo adversa 1. Cor. 10, 16. c. 11, 26. 27. 28. 6. Absurda, sequeretur enim Christum duo corpora, alterum ex Maria, alterum ex pane creatum & confectum habere. 6. E sanguine Christi acetum, è corpore Christi vermes producerentur, cum utrumque fiat in asservato pane & vino. (β) Rejicitur Concomitantia Pontificia.

§. 20. *Effecta & consequentia* Eucharistiæ. 1. Corroboramur & confortamur hoc cibo, sicut Jonathan melle 1. Sam. 14. Elias cibo 1. Reg. 19, 8. (α) Cordi vigor fidei accrescit. (β) Nervi spiritualis intellectus confirmantur. (γ) Animæ nostræ musculi corroborantur & virtute novâ implentur. 2. Christo inserimur & incorporamur Joh. 6. & in adoptionis jure confirmamur; cibamur enim ut filii corpore & sanguine filii ejus, cui vivens Deus pater est. 3. Amoris Christi recordamur; olim calicibus Eucharisticis inscripta erat imago pastoris, oviculam gestantis in humeris Tertull. teste l. de pudicit. cap. 7. ab init. Vespasianus Cæsar aviæ suæ Tertullæ argenteo scypho usus est in festo & solennitatibus, Sueton. Nos Christi calice Eucharistico gavisi, ejusdem memoriam gratissimâ mente recolere fas est; *In mei* (ait Dominus) *commemorationem*.

4. Per aquas peccatorum ducimur; sicut pallium Eliæ divisit Jordanem 2. Reg. 2. & benedicimur: 1. Chronicor. 16. *David populo benedixit*; sic nobis Christus: benedicto cibo & potu à terrenis ad cœlestia subvehimur; sicuti & cibus ille terrenus non est, nec ad terram sed ad cœlum nos pascit Joh. 6. 5. In spe sustentamur, fore, ut angelus cædis prætereat, Exod. 12. Alleg. In requie animæ consolidamur; jubet ad se nos Christus venire Matth. 11. *venite ad me, &c.* venimus fide & requiem invenimus in vulneribus Jesu Christi, Esa. 53, 5. Matt. 11, 19. 6. Ad immortalitatem servamur; pasti enim sumus immortali carne & sanguine Christi, Roman. 6. *Mors ei ultrà non dominabitur*; vivificâ carne, non ergo moriemur. Olim Ægyptii æreas imagunculas suis cadaveribus adjungebant, ut hæc ab illis servarentur. Cam. p. 1. hor. subcis. c. 14. nostra verò corpora virtute corporis & sanguinis Christi ad immortalitatis spem conservantur. 7. Consolatione afficimur: sicut mater lactans cibansq; filium, eundem solatur; sic Christus in cœna nos pascendo consolatur his verbis: *ego in te maneo, tu in me* Joh. 6. 8. S. Cœna oculos animæ ad pugnam contra inimicos spirituales reficit & instaurat, 1. Sam. 14, 29. alleg. V. Prompt. Tit. de Cœna.

§. 21. *Objecta*, quibus communicatur, sunt digni & indigni. Indigni verò non sunt infirmi in fide, ut vult Bucerus; sed illi qui 1. Non rectè credunt de hoc sacramento. 2. Non

seriò

seriò, non devotè accedunt, ut olim Usa ad arcam 2.Sam.6. & profanant hoc epulum, ac si esset vulgaris cibus & potus. 3. Non pœnitenter accedunt, non grato animo, qui accedunt ut Judas proditor, ut Petrus abnegator. (utrumque in Liturgiâ Veteres deprecati sunt, & hortati catechumenos, *ut cum timore Dei & fide accederent* Catechumeni, ut refert Aret. Loc. 68. probl. sub finem.) 4. Qui propriis operibus confidunt, & non solis Christi meritis, sed propriis satisfactionibus 1.Cor. 11. v.27. sequentib. Similes (α) Bethsemæis, qui quod arcam Jehovæ indignè tractassent, gravi pœnâ affecti sunt. (β) Chaldæis, qui flamma fornacis consumti sunt. Dan.3,22. (γ) Hamani, qui suo incommodo proprioque vitio superbiæ suspendium meritus est ad epulum regium accedens, Est. 7, 9. seq. sic tu cave, accedas non superbus, sed humilis, & in epulo Christi gratiam consequere. (δ) Matth. 22. convivæ illi indigno, carenti veste nuptiali: sic non, nisi veste justitiæ Christi tectus gratus eris sponso ipsi, nempe Christo. (ε) Israëlitis, qui non veniebant omnes in terram promissionis 1.Cor.10. *prostrati sunt:* sic nec omnes, qui ad Eucharistiam accedunt, in felicitatem possessionis vitæ æternæ admittuntur, nisi qui verâ fide accedunt; quâ Israëlitæ caruerunt Hebr. 4. adeoque Deo non placuerunt 1.Cor. 10. (ζ) Judæ proditori, August. tom. 8. columm. 1651.b. sicut Manna distinctos sapores habuit Numer. 11. sic Eucharistia diversos effectus pro genio eorum, qui illa utuntur. (η) Levitic. 22, 21. *impurus aut peregrinus non accedat:* cave sis Impurus impœnitentiâ, aut peregrinus & hospes infidelitate: vide, quem comedas panem, qui est sacrificium Dei tui, hoc est, corpus filii ejus in sacrificium semel datum est; id ne indigne tractes. Numer. 28, 2. Confer præceptum Domini atque ad cœnam applica. (θ) Corpus Domini est velut arbor scientiæ boni & mali, D.Rungius p. 119. in Genes.1. Sacerdos vitio laborans altare accedere prohibetur Levit. 21, 23. sic tu homo dispice atque intrà te descende: exue vitia, deplora, pœnitentiâ & cor contritum spiritu Deo offeras.

Excluduntur à S. cœna 1. Amentes, qui se probare non possunt. 2. Abstemii. 3. Apertè infideles & increduli. 4. Manifesti hæretici. 5. Præfracti peccatores & impœnitentes 1. Cor. 5, 11.

§.22. *Adjuncta. Tempus*, quo sumebatur Eucharistia, olim erat varium. 1. Initio Ecclesiæ populus quotidiè communicabat. 2. Anacletus P. deinde statuit, ut toties homines communicarent, quoties ad Ecclesiam venirent. 3. Fabianus P. tandem statuit, ter in anno communicandum, & non frequentius; nempe festo Paschæ, Penteconstes, & nativitatis Domini. 4. Ultimò, Innocentius P. quia homines pigri & negligentes erant, tandem præcepit, ut semel in anno communicarent. Hæc Oonsel p. 659. 660. sermon. spiritual. Judicet verò Christianum pectus, quid sentiendū sit de his Paparum constitutionibus & mandatis; sintne proficua, & utilia saluti hominum? & animabus sitientibus solatifera?

§.23. *Reiteratio:* Sæpe ad Domini cœnam est accedendum. Rationes inter alias hæ possunt reddi. 1. *A Christi præcepto*, dicentis; hoc facite quotiescunque, &c. frequentia usus omnino hic subinnuitur. 2. *A severo Christi judicio* in eos: qui hoc ipsius mandatum negligunt & consilium spernunt, à bonitate, benignitate ejusdem intimius gustandâ recedunt. 3. *A turpi:* discipulus præceptori non obtemperans debitam turpitudinis notam incurrit; tu vis Christi discipulus esse & disciplinæ Christi tesseram negligis ac despicatui ducis. 4. *Ab honesto:* id quod diligimus, libenter oculis usurpamus; si amas Christum, cur non desideras sæpe cum Christo per cœnam conjungi. 5. *Ab æquo:* Christus pro te mortuus est; ergo sæpè pro tanto beneficio ei gratias age. 6. *A simili;* Ut Israëlitæ non semel sed sæpe Pascha utebantur: Sic & nos Pascha nostro Christo 1.Cor. 5. 7. *A scandalo*, quod præbes tuo proximo, si S. cœnam negligas. 8. *A periculo*; potest te mors incautum adoriri & securum opprimere: vid. Luther tom. 5. Jen. fol. 200. Confer. Proverb. 1, 24. Cum Israëlitæ Manna fastidirent, graviter à Deo puniti sunt. 9. *A necessario:* Ut nutritione, refectione, corroboratione semper indigemus; hæ verò omnes contingunt in S. cœna. 10. *Ab exemplo* piorum Christianorum; Johann. Hunniad. Matthiæ regis Hungariæ pater, noluit ad se deferri sacramentum, sed ipse æger in templum deportari voluit. 11. *A magnitudine* oblati thesauri in S. cœna, qui est animæ anima, lux, justitia, gratia Dei, remissio peccatorum. 12. *Ab exaltatione* gaudii Spir.S. quod in hoc epulo renovatur. 13. *A dulcedine* fœderis cum Christo, quod in cœna renovatur. 14. *A testificatione publica*, nos esse Christi membra. 15. *Ab inflammatione* cordis ad cantandum Deo, eique agendas gratias. 16. *A Certificatione* remissionis peccatorum.

§.24. *Remotio impedimentorum*, quæ nos ab usu S. cœnæ retrahunt: hæc verò sequestranda planè sunt; nempe 1. Indignitas & infirmitas, plus justò nos absterrentes. 2. Cordis rebellio & pravitas, quæ se tueri assolet prætextu pravæ dispositionis, deficientis præparationis, vigentium in foro litium pendentiumque. 3. Conscientiæ accusatio ob peccata gravissima. 4. Dilata cum proximo reconciliatio: Quibus singulis sua sunt opponenda antidota.

Miraculositas. Euripi fluxum die septies repetitum non valuit Aristoteles comprehendere, & ob id in illum se conjecit, ut volunt: sic multa ingenia in hoc mysterii Euripo velut submersa sunt. Ezechiel vidit fluvium intumescentem, &c. Ezech. 47, 3. seq. sic cœna est oceanus sanguine Christi intumescens, quem transgredi pedibus rationis non possumus. Æger bibere jussus potionem amaram, clausis eam oculis bibit, salutarem fore persuasus; ita claude oculos rationis, & Christo crede

promittenti, & librum hujus mysterii non lege, sed vora, ut Ezechiel cap. 1. & 3. id est, simplicitati fidei innixus CHRISTO fidem habe, nec dentes subtilis scrutinii huic mysterio infer.

§. 25. *Præparatio ante perceptionem Eucharistiæ:* Præparare nos debemus, 1. Corinth. 11. probet se homo. Jacob sacrificaturus suis præcepit, vestimenta purgarent Gen. 35. corpus Christi Deo oblatum in sancta cruce sacrificium est: hoc manducaturus (semel enim oblatum est) lava vestes cordis, corporis, conscientiæ, conversationis, ut dignè de hoc pane comedas 1. Corinth. 11. Israelitæ Ægypto egressuri in desertum, nihil relinquere volebant Ægyptiis, Exod. 10, 26. ita nihil mundo relinque, non cor, non affectus, non cogitationes. Omnia isthæc in hunc agnum Dei conversa sunto, ut illum unum spectes, in illo uno omnia studia tua sint defixa. Arca Testamenti summo studio tractanda, quantò magis sanctissima Eucharistia. Modus vero probationis ita se habet per partes:

I. An habeat cor contritum, quod exigit Deus Ps. 34. & 51. Esa. 57. c. 66. 1. 2. Hujus signa sunt 1. Suiipsius coram Deo accusatio Psalm. 51. *tibi soli peccavi:* instituatur è libro conscientiæ & codicillis cordis proprii. 2. Indignatio in seipsum: 3. Confusio, Daniel. 9. *nobis confusio:* 4. Confessio & denudatio vulnerum, ex quibus sauciata est anima: 5. Humiliatio & pavor coram Deo 2. Sam. 24. Luc. 15. Dan. 9.

II. Cor fidele, solo CHRISTO innixum. Hujus actus & signa: (α) Desiderium gratiæ: (β) affectus filialis in Deum patrem, non murmur in Deum, ut judicem iratum: (γ) gaudium & spes in Dei gratia, Ps. 103. Ps. 25. v. ult. Psal. 130. v. ult. (δ) Fiducia cordis appellans à Dei justitia ad Dei misericordiam: (ε) Applicatio promissionis Evangelicæ & animæ nostræ consolatio Thren. 3. *Dominus pars mea.*

III. Sanctum propositum: signa illius 1. firma animi destinatio ad abjicienda opera tenebrarum: 2. peccatorum detestatio: 3. consecratio nostri in hostiam viventem Deo Rom. 12, 1. 2. 4. Charitatis erga proximum exercitatio. 5. Carnis solicita mortificatio. 6. Frustratæ mortificationis dilutio quotidiana per quotidianam pœnitentiam.

§. 26. Ad præparationem etiam spectant hi actus. (α) Ruminari Christi institutionem; ut animalia fissis ungulis Deo grata erant Lev. 11. (β) Reverenter accedere ad eam, ut calceos cum Mose exuamus ad rubum accessuro Exod. 3. nec imprudenter hanc arcam cum Usa tractemus 2. Sam. 6. Sed cum Petro dicamus Luc. 5. *Homo sum peccator.* (γ) Devotè: descendit Zachæus & festinavit Christum excipere Luc. 19. sic & tu propera, ut Christum, quem in verbo vidisti, dignè recipias in cordis domo. Magi in præsepio Christum adorarunt Matth. 2. tu adora eundem, qui te in cœna corpore suo cibat, potatque suo sanguine. (δ) Non indignè accedendum; sicut ii qui 1. neq; Christum, neque Deum, neque peccatum, neque legem & iram Dei agnoscunt: 2. se non explorant, probant: 3. Christum non ex animo desiderant: 4. non animum habent verè emendandæ vitæ: 5. mox ad vomitum redeunt, ut *canis* 2. Pet. 2. 6. cum ira & odio accedunt: 7. crapulâ hesternâ occupati: 8. consuetudinarii, qui pro more solent accedere ad Eucharistiam: 9. ceremoniales, qui nudâ ceremoniâ utuntur: 10. Superbi, qui vestes suas ostentant &c.

§. 27. *Officia post perceptam Euchar.* 1. Novitatis vitæ studere, & abigere carnem peccati latrantem Gen. 4. hinc Israëlitæ pascha edentes baculis erant instructi Exod. 12. 2. Pugnare cum Satana: postquam ex petra Israëlitæ aquam bibissent, mox cum Amalek pugnare jussi sunt: sic & tu cum Satana & ejus regno. 3. Deo credere, spem in eo collocare: Gen. 28. *si dederit Dominus mihi panem &c.* en, dedit panem vivum de cœlo Joh. 6. sit ergo & tibi in Deum, quem timeas, colas, observes. 4. Obœdire ei; sicut Nebuchadnezar pueros elegantes sibi in ministerium adsciscebat Daniel. primo: sic ministrare debemus Deo nostro in elegantia morum & pietatis. 5. Unitatem colere, ob unum corpus CHRISTI, de quo omnes participamus 1. Corinth. decimo, unus sanguis, quo omnes inebriamur. 7. Perterrefacere hostes; sicut Israëlitæ illito postibus sanguine, angelum cædis avertebant Exod. duodecim. sic Christi sanguinem Diabolo ostende & fugiet Jac. 4, 7.

§. 28. *Abusus varius* circa S. Eucharistiam. Missas facere 1. pro tempestatibus: Lullus in epist. ad Denchard. apud Plessæum lib. 1. c. 9. p. 247. de Myster. l. 2. ad imbres ciendos hortendus abusus Eucharistiæ; vid. D. Calixt. de transsubst. Th. 34. 3. pro bello, Carol. libro sept. c. 103. & pro confirmanda pace, inter Paschalem II. & Henricum V. Imperatorem. Sigebertus ad ann. IV. Nauclerus Genes. 38. vol. 2. Cuspin. in Henrico V. Rex Ungariæ Amuratho II. hostiam dedit in pacis signum, Joh. Lewenclav. in pand. Turc. c. 116. 4. Pro exploratione facinorum Concil. Wormatiense can. 15. Sigebert. in Chron. ad ann. 870. Continuator Reginonis ad annum 908. de Frideric. Archiepiscop. Moguntinens. Cranzius Saxon. libr. 4. cap. 43. Schaffnaburgensis ann. 1050. 5. Pro urbibus & munitionibus sacrandis, Anastas. in Leone IV. 6. Pro abigendis incantationibus, Concil. Segelstadiense can. 6. 7. Pro obtinendo silentio apud conspiratores: sic Garnetus & alii apud Pet. Molinæum cap. 4. de Monarch. Papali. 8. Destinantur Missæ Sanctis: si de Sancto Gregorio, liberat animas è Purgatorio; si de Sancto Rocho, à peste; si de S. Antonio Eremita, pecudibus medetur; si de S. Apollonia, dentium sedat dolores.

Amentib. & morituris in os effuderunt olim Eucharistiam. Hostiam abluerunt. Eandem vino intinxerunt, ut Anabaptistæ Monasterii in Westphalia. Basilius partem hostiæ secum inhumari præcepit, Amphilochius in vita Basilii. Infantibus etiam olim Eucharistiam

dederunt, Joh. Maldonat. in c. 6. Joh. Benedictus hoſtiam corpori demortui monachi impoſuit, ne illud terra, quod ante erat factum reſpueret, Gregor. dial. 2. c. 24. Hoſtiam conſecratam ſanctificare vinum, quod tamen conſecratum non eſt; Ordo Rom. colum. 75.

Refert Samſon illuminatus G. nn. 6. §. 1. nonnullos noſtra Euchariſticâ ſeſe immunes vulnerum præſtitiſſe.

S. cœna canibus projecta effecit, ut canes dilaniaverint nefandi facti autores, p. 60. lib. 2. Opt. Milevitan. Anteſignanus Anabaptiſtarum Monaſterii Weſtphalorum fractam hoſtiam in terram projecit, dixit; *Ecce! ubi hic ſanguis & caro? ſi hoc Deus eſſet, ſeipſum certè à terra elevaret, inq; altari ſe ſtaturus eſſet.* Idem ſimilam vino conſperſit, recitatisq; inſtitutionis verbis, omnes accedere juſſit & comedere, teſte Henrico Dorpio fol. 394. tomo 2. Germ. Witteberg.

Communio privata, quâ Laicos, ajunt Dd. Pontificii, ſolum ſecum panem accepiſſe & donum pro reverentia ſumſiſſe. Hanc propugnant Pontificii Doctores.

Miſſa privata rejecta à Caſſandro artic. 24. conſult. Rheginon. in Concil. Nanetenſ. Miſſa autem dicitur ab emittendis Catechumenis, quod fiebat ante conſecratam Euchariſtiam, Durand. libr. 4. c. 1. Rational. vide Caſſandr. c. 17. in Liturgic. *Miſſa ſicca* (navalis) dicitur, cum verbum Dei perlegitur, explicatur, ſed non diſtribuitur cœna ipſa, fol. 84. Caſſand. in Liturgic. Durand. lib. 4. cap. 1. Socrates libr. 5. c. 22. Thomas Waldenſis lib. 6. tit. 4. c. 35. Doctr.

Circumgeſtatio S. cœnæ rejecta à quibusdam Pontificiis Dd. vid. D. Gerhard. in Confeſſ. Cathol. Olim circumportatio Euchariſtiæ non erat in uſu, Eraſmus tract. de amabili Eccleſiæ Concordia; Caſſand. art. 22. Conſult. Bellarm. libr. 4. c. §. *ſecundo*; aſſervatio enim à Chriſto non eſt inſtituta: Mortonus, in Apolog. p. 252. ſep. ex Eſpenſæo novam eſſe oſtendit circumgeſtationem; è lib. 2. c. 2. de adorat. §. Non obſtat.

Adoratio Euchariſtiæ 1. nullibi præcepta à Deo: 2. à Chriſto non eſt inſtituta. 3. Solidis rationibus deſtituta.

Fœderis pactio per tripartitam Euchariſtiæ hoſtiam, mox elapſo ſex menſium ſpatio fracti: quale (ut Luth. memorat in c. 15. ſub fin. Gen.) fuit inter Julium P. P. Cæſarem Maximil. & Ludovic. Gall. Regem.

§. 29 *Varia nomina & ſimilia* S. cœnæ. *Arbor mirabilis*: memorat Plin. lib. 6. 32. dari arbores è quib. aqua poſſit exprimi: Chriſtus arbor vitæ dat aquam vitæ. *Aqua ex petra* Sir. 24. 40. In S. cœna triumphat *imago Chriſti* vincentis: ſicut Ælius Hadr. voluit imaginem Trajani triumphare, qui morte interceptus non potuit de Parthis victis triumphare. *Convivium*, (α) quod cœleſtis Abraham nobis inſtituit, Alleg. Gen. 21. & c. 18. (β) pretioſisſimum, ob ſanguinem filii Dei & carnem ejusdem Joh. 6. (γ) ditiſſimum ob dona egregia, juſtitiam, vitam ac pacem. *Cibus* non corporeus, ſed ſpiritualis: cœleſtis, datur n. à Deò: Joh. 6. *Panis de cœlo deſcendens*; ita ſe Chriſtus nuncupat: appetitum nobis novum ingenerans: ſuavitatem animab. inducens Pſ. 34. *guſtate & videte &c.* nos in melius immutans; agnus n. Chriſtus à nobis comeſtus, nos ceu feros lupos in ovillam naturam convertit; atque huc reſpexit Luth. T. 2. Witteb. Germ. de ſpiritual. hac immutatione loquens, quem ſenſum Lutheri, malitioſiſſimè cavillatus eſt Calviniſta Fontanus in Antibotſacco. *Cibus* eſt, divinâ virtute nobis præparatus, in cruce velut coctus, aſſus: nutriens nos in æternum, Joh. 6. non eſuriet. Ambroſ. in Pſal. 118. ſerm. 18. §. Chriſtus mihi cibus; Heſychius lib. 1. in Levit. c. 2. §. *carnem ſuam* &c. Sicut corpus cibo ſervatur & nutritur: ſic anima noſtra cibo corporis Dominici, non per facultatem recipientis, ſed per facultatem cibi recepti, qui eſt Chriſtus: hic enim præparat animi organa, eaque diſponit, ut mediante eſu ſacramentali verè nutriat hic cibus; verè enim cibus eſt, etſi non ſit corporeus, ſicut vera vitis eſt Chriſtus, etſi corporea non ſit, ita ut vim in palmites ſuos tranſmittat.

§. 30. *Donum* omnium bonorum optimum: quid enim Dominico corpore & ſanguine pretioſius dari poteſt? *Hæreditas* noſtra cœleſtis à Chriſto nobis relicta jam jam morituro (etſi contra pugnet Becanus præludio 2. §. 16.) *Lac*, quod ex uberibus Chriſti ſugimus; ſicut ægroto infanti non poteſt propinari amara potio, eam verò mater accipit, digerit & pharmaci inſtar infancti lactanti mater communicat: ſic omnes non tàm ægroti quàm mortui eramus, amariſſimum paſſionis pharmacum JESUS bibit, moriendo nobis ejus vim in cœna communicat, cibando & potando. *Man* verum & cibus conveniens animæ; cibi corporales non ſemper ſtomacho aut epati conveniunt, noſter verò cibus ſemper convenit animæ. *Memoriale* charitatis Dei patris Johan. 3, 16. filii quoque, ſe pro nobis dantis Gal. 2. *Myſterium* maximum; id agnoſcit Calvinus in Epheſ. 5. *ut in ſtuporem detur*; quod tamen Beza p. 66. colloq. Mompelgartenſis aliò detorquet. *Panis dulcis*. Allegor. Judic. 14. non aureus, cujus generis panes Caligula convivis apponi juſſit, ut oculos paſcerent. *Paſcua* animæ, Ezechiel. 34. recubare faciam oves meas. *Pelagus* infinitæ bonitatis Chriſti. *Ros* ſimul cum Manna deſcendens Exod. decimoſexto. *Sacrificium* vitæ, laudis & gratiarum actionis, Auguſtinus tom. 8. colum. 229. a. b. c. *Speculum* charitatis Dei, omnipotentiæ, ſapientiæ, virtutis vivificatricis. *Teſtimonium* de CHRISTI obœdientia, ex juſſu patris pro nobis mortui. *Torrens* beneficiorum Dei. *Theſaurus* quem nobis reliquit pater & frater noſter Jeſus Chriſtus 2. Corinth. 12. v. 14. *Vitulus ſaginatus* ille, quo nos ceu acolaſti pœnitentes ſatiamur Lucæ 15. *Margarita ſpiritualis*, oculos & cor noſtrum confortans.

Gratia tibi CHRISTE, paſtor vere!

SACRIFICIUM.

§. 1. Dicitur aliàs hostia, oblatio; græcè θυσία.

I. *Levitica: Varia* fuerunt (α) Holocaustum, quod totum cremabatur Levit. 1. c. 6. Dicitur עולה Græc. ὁλόκαυστον. Huc refer juge sacrificium עולת תמיד unus scilicet agnus manè, unusque vesperi immolabatur. Notat Christum 1. Pet. 1. Apoc. 13, 8. qui ut sacerdotem seipsum obtulit: Psalm. 110. *sacerdos in ætern.* (β) Sacrificium pro peccato חטאה Lev. 4, 5, 6. capitibus Psalm. 40. *holocaust. & sacrific.* Ose. 4. comedunt peccata i. e. victimas pro peccato. Erantque vescæ eorum carnes, si sanguis non inferebatur in tabernaculum testimonii; non vescæ, sed cremandæ extra castra, si inferebatur Levitic. 6. c. 10. Hebr. 13. *quorum animalium sanguis.* (γ) Hostia pro delicto אשם Esa. 53. CHRISTUS posuit animam &c. 2. Corinth. 6. partim cremabatur, partim comedebatur à sacerdotibus. (δ) Mincha מנחה munus, sacrificium cibarium è simila, frugibus farina munda; addebatur verò pecudum quorumcunque sacrificiis. Estque 1. vel è delitiis farinæ triticeæ nondum coctæ: 2. è panibus vel placentis coctis in clibano, sartagine, patellis: 3. ex spicis de primitiis frugum igne tostis, oleo ac thure impositis oblatum. (ε) *Sacrificium Eucharisticum* s. pacificum Luther. Danck-Opffer. (ζ) *Sacrificium laudis* Levitic. 7. partim cremabatur, partim à sacerdotibus comedebatur. (η) Oblatio primitiarum & primogenitorum, illarum erant quinque genera: vid. tit. Primitiæ. (θ) Oblatio decimarum, vid. titul. Decimæ. (ι) Sacrificium arietis in consecratione sacerdotum Levitic. 8. (κ) Oblatio vituli & hirci in consecratione festi expiationis, Levit. 16. Hebr. 9. (λ) Vaccæ rufæ oblatio Numer. 19. (μ) Immolatio agni in Paschate Exod. 12. 1. Corinth. 15. Vid. Chytræum, Brentium in Levit. Doct. Frantzium in schol. sacrificiorum.

§. 2. *Causa* Efficiens princeps Deus, jubens offerri eadem: Ministerialis, Levitæ, Sacerdos.

Materia, 1. non homo, Levit. 17. Deo enim non placent victimæ humanæ, quæ Satanæ placuerunt, hisque coli voluit. Deus ea prohibuit Psalm. 106. v. 38. Jerem. 7, 30. 31. à gentilibus tamen frequentata sunt, vid. Johann. Ravisium Textorem column. 54. 55. officin. & ab Achaz & Manasse 2. Regum 16. c. 21. Sed 2. res à Deo præceptæ; (hinc illæ formulæ: Deus locutus est ad Mosen: Deut. 12. *quod tibi præcipio:*) ac (α) quædam animalia, hinc nomen victimæ v. g. bos, capra, columba, hœdus, passer, turtur, vitulus: (β) *res solida*, & dicitur immolatio rei inanimatæ, v. gr. panis, in frusta sectus: simila, sartagine, craticulâ, clibano tosta: sal urebatur: thus adolebatur: triticum conterebatur: manipulus spicarum virentium torrebatur Levit. 2, 6. has levabat sacerdos in altum & vibrabat ante. (γ) res liquida, & dicitur libamen v. gr. oleum, aqua, sanguis, vinum. 3. Ex sanguine sacrificia: hæc notant, iræ divinæ gravitatem, quam sanguinis effusio adumbrat Gen. 9. peccati abominationem Psalm. 51. libera me de sanguinibus Deus &c. Hebr. 9. vers. 22. Redemtionis per sanguinem Christi adumbrationem 1. Joh. 1, 7. 4. Non opes injustæ Sir. 34. vers. 21. integra non clauda Deut. 17, 6.

§. 3. *Forma*, modus à Deo præscriptus. *Finis* sacrificiorum 1. Dei honor & agnitio: 2. Ministerii & congressuum publicorum conservatio: 3. Doctrinæ de futuro Messia propagatio. 4. Messiæ passuri præsignificatio Johann. 1, 29. Ecce agnus. 1. Johann. 1, 7. Coloss. 1. per sanguin. Matth. 26. sanguis N. Testamenti. 5. Ecclesiæ Judaicæ à Gentilibus disterminatio.

Objectum, cui offerenda: soli Deo. non Diabolo Levit. 17, 7. Deut 32, 17. 2. Chron. 11, 15. Ps. 106, 37. 1. Cor. 10, 20. non Baccho, Veneri, Mercurio, sagenæ Habac. 1, 16. sic Daniel. 3. statuæ.

Subjectus locus ordinarius, Tabernaculum testimonii, seu locus à Deo electus Levit. 17. qui non obtulerit &c. Deut. 12. *cave, ne omni in loco*, &c. ne cultus corrumperetur privatis conventiculis: Plato libr. 10. de Republ. quædam in hanc sententiam habet; v. Es. 55, 3. c. 66, 17. hinc excelsa prohibita, colles, montes.

Extraordinarius, Dei jussu præceptus. 2. Sam. 2, 4. 18. horreum Arafnæ. Nam in Gibea alias erat locus tabernaculi.

Multa erant, ne 1. Israëlitæ ad mores gentilium deflecterent, sed intra metas verbi se continerent: 2. Ut multitudinem peccatorum consiederarent, tot indignorum sacrificiis: 3. Imperfectionem sacrificiorum agnoscerent Hebr. 10.

§. 4. *Effecta* sacrificiorum: de his variè scholastici disputant. Nos statuimus, sacrificia verè credentibus in CHRISTUM profuisse & obsignasse beneficia Messiæ. Sine fide Deo non placent Prover. 15, c. 20. immolatio impiorum est abominatio. Justorum placent Prov. 25, 8. 9. Non avarorum Sir. 35, 14. non sanguinolentorum Esa. 1. *manus vestræ &c.* non furum Jerem. 7. Sed piorum. Agnoscunt Gentiles, Aristoteles in Rhetor. Plato in Alcibiade: *Deus* (ait) *animum respicit, an sanctus & justus aliquis existat.*

Non expiant peccata absolutè Sir. 34, 23. Ose. 6. misericordiam volo &c. Psalm. 50. Jer. 6. sed relatè, quatenus fiebant verâ in Christum venturum fide: sic Abel fide Heb. 11. Abraham Joh. 8. Erant enim sacrificia media applicatoria beneficiorum Messiæ: Psalm. 51. *asperges me hyssopo & mundabor.*

Uniformia amat Deus, ut unus Deus: multiformia desiderarunt multiformes Deastri Gentilium, Æsculapius gallum, Bacchus asinum & caprum, Ceres porcam, Diana cervam & canes, Faunus capram, Hercules taurum, Isis anserem, Priapus asinum &c. vid. Text. col. 57. 58. officin.

Cessarunt tandem; apparente luce disparet caligo: sic Christo verâ luce Joh. 1. c. 12. caligo sacrificiorum cessavit: Hebr. 10. lex umbram habebat futurorum bonorum.

§.5. II. *Ethnica:* originem trahunt à patribus, à quibus accepta hæc doctrina tandem obfuſcata eſt & adulterata. Ritus deſignat Homerus lib. 1. & 2. Od. 3. Herodot. lib. 2. de capite ſacrificii, cui omnia mala nuncupabant Ægyptii: confer cum hoc ritu Levit 16. Wandali olim per ſacrificia futura explorabant, propè Lumitzium; referente Richter. pag. 9. Axiom. Oecon. Humana ex hominibus: vide Lyram in cap. 20. Levit. & in 4. Reg. c. 19. Sanctium in 4. Reg. c. 3. in Amos 2. Philip. Camerar. part. 2. cap. 59. hor. ſubciſiv. Dixerunt Ethnici ſua ſacrificia medicamenta: ſic Heraclitus Philoſophus apud C. Rhodigin. libro 22. c. 2. A. L. Ad illa olim compulſi Chriſtiani, Antonius Benbellona capit. 8. etiam ut thura adolerent, Tertullianus. Actus illorum erant, libare; litare; fundere vinum, lac, aquam Diis manibus Philip. Camerar. part. 1. c. 58. hor. ſubciſiv.

III. *Chriſtiana: Chriſti* vid. tit. *Chriſtus:* Verè Chriſti ſacrificium, optimum eſt medicamentum. *Martyrum* in paſſionibus pro Chriſti nomine, vid. Cyprianus epiſtol. 77. ad fratres, *Chriſtianorum* Rom. 15, 16. *beneficentiæ* Philip. 4. Cyprian. epiſt. 79. munus à Cypriano miſſum ad eos, qui ad metalla damnati erant, ſacrificium dicitur, vid. Baron. tom. 2. f. 598. num. 25, 35. *noſtrûm ipſorummet* Rom. 12, 1. 2. *Gratiarum actionis* Oſe. 14. (Hoc ſenſu quoque cœna dicitur Auguſtino & aliis ſacrificium, quod grata memoria CHRISTUM celebremus, fas ſit: ſic enim Auguſtin. lib. 10. c. 5. de civit. Dei: *Sacrificium hoc viſibile inviſibilis ſacrificii Sacramentum eſt*. Chryſoſt. homil. 17. in epiſt. ad Hebr. *Et nos offerimus quotidie, ſed* (&) *rememorationem mortis* ejus facimus; & una eſt hæc victima, quia ſemel oblata eſt.) *Cordis pœnitentis* Pſalm. 51. & obſequio Dei ſe devoventis: eu devotio etiam in S. cœna locum habet.

Huc ſpectat Sacrificium 1. orationis. Pſalm. 141. v. 2.

2. Patientiæ. 2. Tim. 4. v. 6.
3. Fidei. Phil. 2. v. 17.
4. Carnis mortificatæ. Rom. 12. v. 1.
5. Liberalitatis. Phil. 4. v. 18. 19.
6. Gratiarum actionis: Pſ. 50, 23.
7. Verbi prædicationis. Rom. 15. v. 16.

§.7. Materia (α) totus homo cum vitiis carnalibus 1. Cor. 9. *caſtigo corpus meum:* 2. Cor. 5. *Superindui cupimus:* Rom. 12, 1. 2. Errant Platonici, qui ſolam mentem Deo offerendam eſſe dicebant; corpus verò ex elementis, affectus verò malos à Dæmonibus immiſſos eſſe dicebant: Plato in Timæo. (β) Cor Exod. 29. pectuſculum de ariete: purum Levit. 1, 9. 13. Inteſtinorum lotio ſignificat puritatem cordis Deo gratam eſſe. (γ) Omnia: nam primitias Deo offerebant Iſraëlitæ Exod. 34. ut innuerent, omnia Deo offerenda eſſe, cum ipſe omnia dediſſet.

Alii ſic procedunt: Sacrificia ſunt 1. *Animi*, cum intellectum, voluntatem, appetitum, omneſque actiones Deo conſecramus. Horum pertinet humilitas cordis Pſ. 51, 19. abnegatio noſtri Tit. 2, 11. crucifixo carnis Gal. 5 24. & ſtudium fidei, ſpei, charitatis. 2. *Corporis* Roman. 6, 12. 19. 1. Corinth. 6, 19. 3. *Animi & corporis conjunctim:* (α) in genere omnia bona opera noſtra. (β) in ſpecie, oratio, gratiarum actio, laus, confeſſio, obœdientia, juſtitia Pſalm. 4. Eſai. 6, 6. miniſterium Rom. 15, 15. 16. Suntque hæc univerſalia, ratione 1. *loci*, debent enim fieri omni loco, ubique Johann. 4, 21. 1. Tim. 2, 8. Malach. 1, 8. 2. *temporis*, ſemper 1. Theſſ. 5. verſ. 17. 3. *Perſonarum*, à quovis 1. Petr. 2, 9. Apoc. 5. verſ. 10.

§.8. *Cui offerenda?* Soli Deo Exod. 22. v. 20. Roman. 12, 11. ut & ſuprà dictum eſt. Vid. Chryſoſt. in 2. ad Timoth. 1. homil. 1. confer Exod. 22, 13.

Qualia? (1) Sancta, ἅγια, q. d. ſine terra, non ſint terrea, ſed cœleſtia, Matth. 6. *quærite primùm regnum* DEI: Roman. 12. non ex rapinis Eſai. 61. v. 8. (2) Chriſti ſanguine conſecrata: in eo enim ſolùm omnia pura ſunt. 1. Joh. 1, 7. (3) firma & fixa, ex voce *Sancio:* hinc Sancta dicuntur, quod lege obœdientiæ nos Deo obſtringamus Luc. 1. *ſerviamus ei in juſtitia* &c. (4) Viva, vid. Luther. in Deut. 26, 14. Gloſſ. *ut ſpiritu DEI acti vivamus* Galat. 2. Homines ocioſi mortui ſunt. Seneca tranſiens hortum vel agrum hominis ocioſi & voluptatibus dediti dixit: Hic ſitus eſt Vacia, (id enim hoſpiti nomen erat) innuens ocioſos mortuos eſſe: juſtus verò vivit fide Habac. 2. *& vivo in carne filio D E I* Gal. 2. viventes igitur per fidem operemur; hæc enim per charitatem efficax eſt Galat. 5, 6. ſi ſecus, mortua erit fides Jacob. 2. ex qua cor ſpontaneum 2. Chron. 29. v. 31. (5) Suo modo *cruenta*; mactanda olim ſacrificiorum animalia erant: ita peccatum mactandum, ſi Deo offerre volueris gratum ſacrificium Coloſſ. 3. *mortificate membra veſtra:* Galat. 5. *crucifigenda caro.* (6) Non manca vel mutila; Levit. 21, 20. igitur non ſimus (α) claudi in via Domini rectè incedendo Pſ. 125. verſ. ult. (β) cœci, viam greſſuum neſciendo Johan. 12. 1. Joh. 2. (γ) parvo naſo, diſcretione carendo 1. Joh. 4, 1. *probate ſpiritus:* (δ) fracti manu vel pede, nihil boni operando: (ε) gibboſi, terrena ſapiendo Phil. 3. Coloſſ. 3. (ζ) lippi, mundum nimis diligendo: (η) albuginem habentes, noſtram (quæ nulla eſt) juſtitiam admirando, ut ille Phariſæus Luc. 18. (θ) ſcabioſi, carnis concupiſcentiæ obſequendo, vide Gregor. p. 2. paſtoral. c. ult. Rudolph. Flaviacenſ. in h. l. Cyrillus lib. 12. de adoratione. (7) Non ex rapinis offerenda ſacrificia: qui enim ſic offert, eſt inſtar ejus, qui aſinum mortuum putidumque Deo offerret, Chryſoſtom. homilia 72. in Johannem.

Erant etiam *ſacrificia Eccleſiaſtica* olim, id eſt, munera & oblationes, coram Eccleſia oblatæ, ut cederet earum pars in Eleemoſynas, pars in uſum S. cœnæ, Cyprian. ſerm. 1. de Eleemoſyn. Juſtinus vocat προσφορὰς vid. etiam Tertull. in Apolog. Irenæus lib. 4. c. 32. adverſus hæreſes.

Con-

§.9. *Convenientia sacrificiorum cum Sacramentis*, est 1. in causa efficiente, instituente; utrorumque enim Deus est autor. 2. In symbolico significandi, modo: v.g. mactatio, oblatio animalium, &c. quæ omnia significabant, Christum hominem pro nobis passurum esse. *Discrepantia:* in sacrificio Deo aliquid damus; at in Sacramentis Deus nobis aliquid donat: In illo nihil accipimus; at in hoc accipimus: In illo alia est externa forma & actio; in hoc eadem non est.

SACRILEGIUM. V. *Furtum*.

§.8. Exempla sacrilegorum. v. Meiger. p. 248. Nuclei. Prompt Exempl. f. 422.

SADDUCÆI.

§.1. Orti anno mundi 3640. autore quodam Sadduco, qui doctus fuerat ab Antigono, liberè vivendum esse: vid Nic. Serarium in trihæres. Judæorum.

Sectarii apud Judæos, quasi צריקים justi dicti; cum tamen essent Epicuræi. Christiani, factis Deum negantes Tit 1. his, & de resurrectione fluctuantes. v. *Tit. Resurrectio.*

§.2. *Doctrina:* Omnia in hominis potestate sic esse, ut sibi vel felicitatis vel miseriæ existere possit autor: Non dari decretum divinum, non resurrectionem, ut dictum: Animas cum vita extingui. Non dari præmia vel supplicia post hanc vitam: Angelos esse motus à Deo homini aspiratos: Præter libros Mosaicos & divinas leges nihil accipiebant: omnia pro traditionibus humanis habebant, si credimus Sixto Senensi lib. 2. Biblioth. v. Tradit. A Pharisæis dissentiebant Act. 23, 7. 8.

Zelus eorum Act. 5, 17. Tentant Christum Matt. 22. Luc. 20, 27. Ad Johannem veniunt Matt. 3, 7.

Sadducæos imitantur Sociniani, negantes corporum eorundem numerô resurrectionem.

SÆVITIA. *v. Tyrannis.*

SAGENA. *v. Rete.*

SAGITTA.

§.1. I. *Dei.* (α) vindictæ & justitiæ Deuter. 32, 23. 42. Psalm. 7, 14. & 64, 8. Huc sagittarum excussio Dei ex manibus hostium Ezechiel. 39, 3. (β) Tentationis spiritualis & erroris 2. Sam. 22, 15. Job. 6, 4. Sagittæ Domini in me: Psal. 18, 15. & 38, 3. & 77, 18. & 144, 6. vid. Pinedam in Job. 1. v. 4. (γ) Symboli & prædictionis propheticæ 2. Reg. 13, 17. (δ) Doloris & calamitatis Job. 34, 6. (ε) Pestis Ps. 91, 5. juxta quosdam: Et Apollinis sagittas in Græcos missas pestem esse, Gentiles ipsi agnoverunt.

§.2. II. *Christi* sagittæ sunt verbum prædicatum, quod sagittarum instar penetrat corda hominum, fatente Petro Johan. 6. *Domine quo ibimus?* &c. Romanor. 1. *potentia Dei:* 2. Cor. 10. *arma militiæ nostræ.* &c. sicut & fidelib. gladius, scutum, galea, &c. tribuuntur. Hinc etiam Christus se vocat *electam sagittam*, quod verbo pœnitentiæ corda primùm vulnerat Actor. 2. compuncti sunt corde, Esa. 49, 2. (deinde eadem sanat verbo Evangelii Luc. 10. ceu pius ille Samaritanus) vulnerat quoque cor nostrum sagittâ intimæ charitatis, quæ est filia fidei: vide saucium cor Pauli Roman. 8. versib. aliquot ultimis. Vulnerat hostium corda fulmine legis, & concionibus acutissimis, quibus errores Pharisæorum aliorumque perstrinxit, vid. Matth. 5, 6. cap. 13. Luc. 12. Matth. 12.

§.3. III. *Hominum* sagittæ variæ sunt. 1. Victorię & debellatorum hostium Num. 24. v. 8. 2. Sam. 1, 22. Jer. 4, 29. c. 6, 23. 2. Symbolum denunciationis. 1. Sam. 20, 20. 21. seq. 2. Reg. 13, 18. 3. Impiorum activæ tribulationis, hoc est, cum illis pios persequuntur consiliis & machinationibus occultis Psal. 11. v. 2. paraverunt sagittas, &c. Psal. 64, 5. affectibus impotentibus atque efferis Psalm. 57. v. 5. quibus impii ducuntur cœco in pios impetu. Linguâ & convitiis Psal. 120, 4. Prov. 25, 18. c. 26, 18. Jerem. 9. v. 8. 4. Felicitatis domesticæ, quæ ex πολυτεκνίᾳ sperari assolet Psalm. 127. v. 4. 5. *Seductionis* Proverb. 7, 23. mulier impudica cor transfigit sagittâ, admotis scilicet libidinis incendiis. 6. *Bellicæ expeditionis* & promtitudinis Es. 5, 28. & sævitiæ Es. 13, 18. 7. *Vastitatis notæ* Es. 7, 24. quam Deus inducturus erat Jer. 50, 9. 10. cap. 51, 11. 8. Vitæ fugacitatis Sap. 5, 12. & garrulitatis Sir. 9, 12. 9. *Malæ concupiscentiæ;* quis enim negat has sagittas nobis infixas esse, quæ omnes assiduè pungunt & vellicant Rom. 7. Heb. 12. Cupidinis sagittarios à Poëtis fingi notum est. 10. *Divitiæ & voluptates* mundi sunt sagittæ venenatæ. Olim venenatis sagittis ictorum animalium caro exsecabatur, ne vescentes læderentur, vid. Ambros. lib. de Noë, & arca c. 25. Mundi voluptas est caro venenata; nî exsecueris, læderis ab ea, Gal. 6. *à carne corruptionem metes.* Rom. 8. *moriemini.* 11. Baspehmiæ quoque in Deum sunt sagittæ toxicatæ. 11. Sagittæ Tyrannicæ in Christianos olim Martyres jaculatæ. Vid. *Tyrannus.* 9. Modi Tyrannidos, &c.

Scopi sagittarum sunt pii, cum divinæ iræ atque humanæ tyrannidis telis configuntur, ac si utroque conspirassent conferto velut agmine irruere, Thren. 3, 12. Job. 16, 3.

Diaboli tela vid. Tentatio, infra.

SAL.

§.1. (1) Leviticum, quod in sacrificiis adhibebatur Lev. 2, 13. Num. 18, 19. 1. Chron. 13, 5. Marc. 9, 49. Et quis neget, Numam Pompilium per κακοζηλίαν imitatum fuisse hunc ritum? jussit enim salsâ molâ Deos coli & fruge. Notabat [α] prudentiam & sapientiam: [β] Evangelii doctrinam, additam legi. Vid. Prompt. Alleg. Tit. *Evangelium.* [γ] verbum Dei, quo carnis corruptio impeditur. (2) Humanæ nativitatis Ezech. 16, 4. solebant veteres recens natos infantes sale conspergere ad densandam cutem.

(3) *Divinæ maledictionis* & iræ Deut. 29, 23. Gen. 14, 3. & c. 29, 26. Jos. 15, 62. Soph. 2, 9. Psal. 106, 34. (4) *Humanæ* desolationis, eversis enim civitatibus sal inspergebant veteres Jud. 9, 45.

(5) *Amicitiæ* ſymbolum : Græci hoſpitibus ante dapes ſal apponebant, ut ſignificarent, amicitias & longum durare & diligenter conſervari debere.

§. 2. (6) *Sanctæ prædicationis* Matt. 5, 13. vos eſtis ſal terræ, vid. Promt. Alleg. cap. de Scriptur. cap. de Miniſt. ideoque mittendum à ſacerdotibus, Ezech. 43, 24. nempe ſal legis & pœnitentiæ aſſiduè ſpargendum eſt 2. Tim. 4, 1. 2. ſeq. illud enim nimias voluptatum humiditates abſumit : à putredine corruptionis mundanæ conſervat Tit. 2. verſicul. 5. 6. 7. virtutem Spiritus S. in nobis quaſi conſtringit, ut juxta eam piè vivamus Pſalm. 119. verbum tuum lux ſemitis, &c. Hoc ſal veterem hominem pungit ac mordet, cum ſpargitur, exemplo Judæorum Actorum ſeptimo verſicul. 45.

(7) Fœderis & pactionis: Levitic. 2. In omnibus olim fœderibus ſal adhibitum. Alexand. ab Alexand. libr. 5. c. 21. Genial. Sal dierum.

(8) Amicitiæ ſal v. Pierium lib. 31. Hieroglyphicor.

§. 3. *Sal habere, eô condire ſermonem.* Marc. 9, 50. Coloſſ. 4, 6. Verbum Dei in corde ejusque fœdus ſanctè & incorruptè conſervare, nobis ipſis ut maneat ſapidum, etſi in aliis ſuâ ipſorum culpa fiat inſipidum. Alii de *ſapientia & diſcretione accipiunt*, quâ omnes ſemper præditos eſſe oporteat, habito variarum circumſtantiarum reſpectu. Ad Coloſſ. verò ſal modeſtiæ, gravitatis & diſcretionis intelligendum, ut Gentiles iſta dulcedine cum gravitate miſtâ in amorem fidei Chriſtianæ pertraherentur. Confer ſi placet Anshelm. in h. l.

Sal inſulſum fit & evanidum, nempe Doctorum Eccleſiæ Luc. 14, 34. Marc. 9, 50. 1. Saporem & acrimoniam amittendo; ita miniſtri verbi *adulantes* vitiis hominum, eaque vix levio brachio tangentes Ezech. 13. v. 8. fiunt ſal infatuatum. Vel cùm *impiè viventes* ipſi reprobi fiunt 1. Corinth. 9. Vel cum falſas doctrinas ſpargunt, quæ nec ſapiunt afflictis animabus, nec debitâ acrimoniâ hominum mentes vellicant, ſed eas potius ſecuras reddunt Ezech. 13. v. 7. ſeqq. v. 18. ibid. 2. Ideò enim projicitur quoque ſal, ut ſarmentum inutile Ezech. 15, 2. 3. 4. cùm à Deo ipſo Mal. 2, 9. tùm etiam ab Eccleſia. Cyprian. lib. 1. epiſt. 4. *Propter quod* (ait) *plebs obſequens præceptis Dominicis & Deum metuens à peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ſe ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere, quùm ipſa maximè habeat poteſtatem vel eligendi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi.* Hæc ille. Conf. prompt. tit. *Apoſtoli Sal.* Miniſtri. Alleg. 1547.

De natura ſalis, Plinius libro 31. cap. 7. 8. 9. Philo libro de offerentibus victimas: Sal conſervator eſt corporum, ſecundo poſt animam ordine.

Conſecratio ſalis deſcripta p. 139. 140. 141. Ritualis Romani. Commixtio ejusdem cum aqua, quâ aſpergunt domos, agros, vineas d. l. Ritualis. Omnia ἄτερ γραφῆς! *Quis requiſivit hæc?*

Salis fœdus, firmum conſtans fœdus Numeror. 18. 2. Corinth. 13. in Chriſto, qui 1. Pellit omnem, ut ſal, putrefactionem. 2. Nos condit & præſervat. 3. Sanat vulnera, Pſal. 38. vulnera mea. 4. Grata facit plurima ſacrificia.

Sal quoque eſt *tentatio*. Vide Lutherum in Evangel. Marc. 16. die Aſcenſionis Domini.

SALIVA.

Jejunâ olim juraſſe homines teſtatur Moſes Geneſ. 26, 31, & Lyra in h. l. Prodeſſe contra ictum ſerpentum, Plinius lib. 28. c. 4. hiſt. natural. *v. Baptiſmus.*

SALIX.

Salices Eſ. 44, 4. notant Evangelii tempus, quo floruerunt Apoſtoli, pii flore Evangelii. Bonos & malos notari his putat Greg. M. lib. 31. c. 5. Moral.

SALOME.

Soror Joſephi, ſponſi Mariæ: Mater filiorum Zebedæi. vid. Marc. 15, 41, & Matth. 27. verſ. 56. Accedit ad Chriſtum, pro filiis interpellans Matth. 20. (notat nomen Salome pacificam) Interpellavit verò pro filiis 1. Ob *Intimam* Johannis & Jacobi cum Chriſto *converſationem*. 2. Ob maternam dilectionem Sirach. 36, 23. 3. Ob regni terreni imitationem, cujus ſocios fieri diſcupiit filios. 4. Ob ſervitiorum Chriſto præſtitorum æſtimationem.

SALOMO.

Rex Iſraëlitarum, filius Davidis.

Eccleſiaſtes ejus deplorat 1. Vanitatem. 2. Miſeriam hominum. 3. Monet de prudentia contemnendi curas hujus mundi.

Videtur prædicaſſe in templo Jeroſolymitano, ſic Joſua cap. 24. Joſias 2. Regum vigeſimo ſecund.

Salvatus ne ſit? vid. Peter. in Romanor. numer. 129. vid. Drexelium tractat. vigeſimo ſexto.

Arbitramur. *omnino ſalvatum*, cum reſipuerit, judice Eccleſiaſte ſuo, de quo jam paulò antè.

Gloria ejus. 2. Chron. 9, 7. Matth. 6. v. 29. Crœſi gloria deſpicatui ducta Soloni. Vide Chryſoſtom. Hieronym. in Matthæum ſexto. *Lectus* Salomonis eſt Eccleſiæ typus. Cantic. 3. verſ. 7.

SALTATIO.

§. 1. *Honeſta* ciendo corpori & animalium naturæ apta non rejicienda. Religioſa pia & licita v. g. Moſis & Mirjam Exod. 15, 20. quos ideo Philo appellat ἡγεμόνας χορῶν, duces chorearum. Sic David 2. Sam. 6. 1. Sam. 18, 6. In Syria Chriſtianos die reſurrectionis Chriſti præ gaudio exilire, ſcribit P. Martyr. Gregor. Magn. miratur non Davidem pugnantem, ſed ſaltantem, ſic Judith. 15, 14. Jerem. 31. verſicul. 5. 6. 13.

Licita ſecund. Albert. 4. diſtinct. 16. ut ſit, quinque requiruntur 1. Tempus debitum. 2. Ho-

2. Honestæ personæ. 3. Honestus modus; ne simul saltent Clerici & religiosi, cum secularibus mulieribus. 5. Sonus & cantus sint de honestis rebus: adde 6. Locus non sit sacer. 7. Intentio non sit libidinosa. His tamen positis omnibus censet D. Rivetus, ut incessum filiarum Sion Esa. 3, 17. sic nec choreas peccato carere, in cap. 20. Exod. quippe arctè inter se conjunctas. Dissentiunt etiam hîc P. Martyr class. 2. cap. 2. Locor. Comm. §. Mihi sanè: & Timpler. lib. 3. c. 5. Ethic. general. quæst. 8. Autor tractatûs de saltationibus non tolerandis, inscripti Henrico III. Galliarum Christianissimo regi, ann. 1581. Johan. Ludov. Viv. libr. I. cap. 12. de off. fœm. Chr.

§. 2. *Ad modestiam temperanda*; olim in Theatris moderatores quidam erant constituti, qui saltatores, ne immodestè se gererent in officio, continebant. Suidas in voce ἐπιμέλητα.

Lascivia culpanda ob varias causas: quia [1] A Deo prohibita est omnis lascivia Rom. 12, 13. monet Spiritus S. ne ambulemus in κώμοις; at Suidas dicit, quod κῶμος sit μέθη καὶ ὀρχισμός, temulentia & saltatio. Ezech. 25. v. 6. percussisti pede, &c. *interficiam te*. Tob. 3. v. 17. *nunquam cum ludentibus miscui me*. Eccl. 9, 4. *cum saltatrice ne assiduus sis*. [2] *In Ecclesia Christiana olim non tolerata*, Concil. Laodicæn. can. XIII. Non oportet Christianos euntes ad nuptias tripudiare vel saltare, sed honestè cœnare vel prandere, sicut Christianos decet. [3] *A patribus improbata*; sic enim (α) Arnobius lib. 2. adv. Gentes: Idcirco animas Deus misit (εἰρωνικῶς loquitur) ut res sancti atque augustissimi nominis Symphoniacas agerent & fistulatorias artes, &c. quibus animarum alia lasciviens multitudo incompositos corporum dissolveretur in motus, saltitaret & cantaret, orbes saltatorios verteret, ac ad ultimum clunibus & coxendicibus sublevatis lumborum crispitudine fluctuaret. (β) Ambrosius de Elia & jejunio cap. 18. *Illæ* (mulierculæ impudicæ) *in plateis inverecundos viris sub conspectu adolescentulorum choros ducunt, jactantes comam, trahentes tunicas, scissæ amictus, nudæ lacertos, plaudentes manibus, saltantes pedibus, personantes vocibus, irritantes in se juvenum libidines motu histrionico, petulanti oculo, dedecoroso ludibrio: spectat corona adolescentum & fit miserabile theatrum.* (γ) Augustin. contr. Petilian. cap. 6. queritur de Episcopis, qui cum choreas coërcere debebant, ipsi choreis potius interessent. (δ) Chrysostom. hom. 56. in Genes. Nuptias, Jacobi scil. audivistis, sed non choreas. Easdem vocat Diabolicas, sponsum & sponsam corrumpi saltando, & familiam fœdari. Idem homil. 48. vides nuptias, choreas non vides: nam illa tempestate non perinde ac hodie lasciviebant. Homil. 49. ibid. Hodie Christiani homines non dimidium sui regni, non caput alienum, sed suam ipsorum animam tradunt in perniciem. Subjicitque Diabolum unà saltare, ubi lasciva saltatio instituitur. Plura vide sis apud Basilium sermon. de Ebrietate & luxu: Ephrem. in serm. quod Christianis à lusu abstinendum sit: Gregor. Nazianz. orat in Christi natalem; Ambros. lib. 3. de virginib. Augustin. serm 25. de tempore. [4] A similibus: Lasciva saltatio est 1. Similis *fumo*, solem intellectus nostri obscuranti: Apocal. 9. fumus; allegoricè applica. 2. *Est incendium* plurimorum vitiorum, nempe libidinis, ambitionis in ordine ducendarum chorearum, litigiorum & homicidiorum: ἐκ τοῦ ὁρᾷν γίγνεται τὸ ἐρᾷν, id est, ex videre fit amare: vel, visus parit amorem. 3. *Gladius est* igneus species mulieris, ait Hieronymus: facilè vulneratur aut ad minimum commovetur is, qui choreis lascivis indulget. 4. *Fovea periculosa*, in qua Diabolus homines facilè tentat tribus modis, visu, tactu, colloquio: illa enim tria in choreis frequentantur sine pudore ullo. 5. *Pompa Satanæ in choreis* conspicitur, est enim in his superbia in vestitu; libido in saltu; faustus in corde; fiducia in pulchritudine; studium placendi hominibus, non Deo; contemtus proximi, qui vestitu pretioso tibi non par est; vagus oculorum cursus; pedum ad libidinem compositus motus; & multa alia vitia, ex quibus omnibus Satanæ Pompa constat. 6. *Stultitiæ indicium*: exules enim sumus in hac valle lachrymarum, in regione umbræ mortis sumus; & saltamus? & cantamus? cur non potius dicimus cum Israëlitis Ps. 137. Quomodo cantabimus canticum Domino in terra aliena? in valle lachrymarum sedemus, cur non potius flemus? 7. Diabolicum servitium: (sic enim Ephrem. Syrus in Encomio Psalmorum: *Ubi*, ait, *Psalmus adest cum compunctione, ibi & Deus unà cum angelis; at ubi Diabolicæ cantiones sunt, ibi & ira Dei & væ, remuneratio risus: ubi sacri libri adsunt & lectiones, ibi justorum est lætitia, & auscultantium salus; ubi autem citharæ & tibiarum cantus, atque tripudia perstrepunt, ibi virorum pariter ac mulierum sunt tenebræ, Diabolique festum celebratur.* Hæc Ephrem ille) quod tandem pœnas attrahit. Herodias fractâ glacie caput amisit, acie illius resectum, corpore, sub undis saltante, capite super aguas glaciè constrictas, Niceph. libr. 1. c. 20. hist.

§. 3. *Intempestiva* non permittenda, v. g. cum diebus Dominicis saltationes exercentur & cultus divini nominis atque honor negliguntur 1. Cor. 10. *populus surgebat ad ludendum*, Exod. 32. verè nostri coram vitulo libidinis saltant suæ atque crapulæ.

Damnosa, qualis fuit Herodiadis saltatio Matth. 14. Marc. 6. & eorum omnium, qui ornant se ad choreas, illi enim 1. Superbiunt. 2. Aliorum corda ad luxuriem accendunt. 3. Eaque inducunt, ut similem ornatum alii quoq; concupiscant. 4. Inde jurgia inter maritum & uxorem cumulantur, ut huic ille de similibus prospiciat. Accedit Dinæ obambulatio, quæ sine dubio cum choreis conjuncta fuit, more Ethnico Gen. 34.

§. 4. *Ethnica*: olim in sacris adhibita Gentilium, de qua testatur Cœlius Rhodigin. lib. 5. cap. 3. Antiq. lectionum: quam Israëlitæ imitati sunt Exod. 32. Et Plato lib. 2. de legib. commemo-

memorat, singulis Diis choreas fuisse olim consecratas. Bacchus quoq; χόρειος dictus est, Plutarch. sympos. 3. confer Honor. Augustodunensem de antiquo ritu c. 139.

Militaris, quæ olim in armis exercebatur: ἐνόπλιον Plato nuncupat; & laudat Quintilianus lib. 1. orat. institut. ceu bello utilem. Meminit & illius Xenophon. apud Athenæum: Thraces (ait) ad tibiam saltabant armati, & in sublime facili ac levi saltu corpora subjiciebant, ac gladiis ita utebantur, ut alter alterum non feriret: nemo erat, quin verum putaret esse vulnus; at compositè, qui percussus erat, cecidit. Trichoriâ etiam Lacedæmonii, autore Lycurgo, saltatione utebantur. Senum prima erat cantio; nos fuimus strenui juvenculi: puerorum; præstantiores omnes olim futuri sumus: juvenum; At nos sumus, vel experire si velis.

§. 5. *Theatralis* & scenica, quæ fit in scenis, vid. tit. Theatrum.

Mixta, in qua virgines & adolescentes mixtim saltant, vel viri cum mulierib. in nuptiis, conviviis aliisq; congressibus. Hanc saltationem probant Scholastici; & Cajetanus sentit, in nuptiis & festis diebus choreas rusticis, ne in graviora peccata incidant, prohibendas non esse in summ. v. Choreæ, & ex hoc Barth. Fumus in Armilla ibid. recitat, qui tamen §. 4. optat, ejusmodi choreas annihilari, atq; ab his homines paulatim abduci. Huic astipulatur Joh. Busæus in Panario v. Remed. v. Choreæ. *Nunquam* (ait) *tàm moderatæ esse videntur moraliter, ut omnes occasiones & pericula delinquendi absint.* Hæc ille: quæ Cajetano & Azorio opponi possunt.

§. 6. *Saltationes rurestres*: Tradunt Rabbini, choreas olim in vineis agitari solitas fuisse à filiabus Jerusalem, his ferè verbis: Decima quintâ die mensis Ab (Julii scil.) filiæ Jerusalem egrediebantur in vestibus albis, & choreas ducebant in vineis: quid verò dicebant? Adolescens attolle oculos tuos & vide, quam tu velis eligere ex omnibus; ne respicias pulchritudinem, siquidem fallax est; at eam, quæ Deum timet, laudes.

Interdictæ saltationes Clericis expressè, c. *Presbyteri* dist. 34. è C. Laodic. c. 29. censet tamen securius esse in totum ab illis abstinere non solùm Clericis & religiosis, sed etiam secularibus Joh. Busæus in Panario v. Choreæ, Remed. v. d. l.

SALVATOR & SALVO.

§. 1. Vox accipitur ὑποστατικῶς, sic filius: οὐσιωδῶς, sic omnes tres personæ sunt unus salvator Psal. 88. 2.

Deus solus est Salvator Apoc. 7. ei soli salus datur, neque n. Deastri salvare possunt Ps. 94. equi, virtus & robur viri non salvant Psal. 33, 17. non Assur, id est, omnes potentes Ose. 14, 4. non robustus Amos 2. v. 14. nec ascensor equorum ibid. v. 15. nec. auxilium frustraneum hominum Thren. 4, 17. non gladius Ps. 44. v. 7. Ergo dicamus Jerem. 3, 23. In Domino Deo nostro est salus. Salvat verò Deus 1. temporaliter à miseriis mundi 2. Tim. 4. v. 18. & laboribus Apocal. 14, 13. (2) Spiritualiter à nequitiis peccati Roman. 7. 3. æternaliter à suppliciis inferni Ose, 13. 1. Corinth. 15.

Ergo ad hunc Salvatorem debemus 1. semper recurrere tanquam ad rupem Psal. 71. 2. in eo sperare Psal. 22. 3. in eodem triumphare 1. Cor. 15.

Salvator pater α amore: β consilio: γ missione filii; Christus filius sanguine, doctrinâ, medicamento carnis suæ Esai. 53. vers. 5. 6. sequent.

Magistratus salvat temporaliter, liberando & tuendo subditos, profligando hostes nostros.

Ministri verbi instrumentaliter 1. Tim. 4, 16. Jacob. 5. 20. quatenus verbum salutis prædicant, atq; hoc ipso multos ad salutem convertunt. Sic epistol. Judæ vers. 23. *salvari dicuntur de igne*, quicunq; verbo divino commonefiunt, ut ad frugem fidei & melioris vitæ redeant.

§. 2. *Homo salvat animam suam*: 1. è Sodoma fugiendo Gen. 19, 19. 20. seq. 2. verbo Domini obsequendo; sicut ovis vitam salvat, pastoris vocem sequendo: 3. animam pro Dei gloria perdendo, sic enim salvatur: 4. hostes fugiendo; hi sunt caro, mundus, Satanas: fugiendo per fidem & iis resistendo fide: sicut David fugiens salvus est 1. Sam. 19, 12. Jac. 4, 7. resistite Diabolo & fugiet à vobis.

A quibus salvemur? universis malis & tribulationibus 1. Sam. 10, 19.

Qui salventur? Omnes credentes. Marc. 16. Qui crediderit &c. Rom. 10. *Salvus erit.* etiam *infantes*. v. Infans. *Fœmina*: Galat. 3. *non est hic* vir vel fœmina. 1. Timoth. 2. *Salvabitur per generat.* Contra Wilhelm. Postellum, qui fœmineum sexum nondum esse reparatum blasphemavit, ut refert Catechism. Jesuitic. libro 1. capit. 10. pag. 91.

SALUS.

§. 1. 1. In genere, salus & salutis Deus Ps. 18, 3. & 47. & 51. Ps. 24, 5. & 27, 9. Psal. 62, 8. & 91, 6. & 95, 1. Esa. 12, 2. c. 33, 2. c. 56, 1. Ose. 13, 9. 2. notat auxilium 2. Samuel. 10, 11. Psal. 60, 13. 3. Christum ipsum, Luc. 3, 6. Gen. 49, 18. Etiam Chaldæus Onkelos sic exponit de redemtore, quem desideraverit Jacob. Esa. 49, 6. Roman. 13. v. 12. 4. Doctrinam Evangelii Hebr. 2, 3. quod omnem salutis viam nobis aperiat, sic Joh. 4, 22. patefactio Evangelii salus dicitur. 5. Ipsam vitam æternam Roman. 8, 23. 24. quæ speratur 1. Pet. 1. vers. 9. quæ una est omnibus fidelibus 1. Petr. 1, 10. Actorum 15, 6. Est hujus vitæ, Remissio peccatorum Luc. 1, 76. 77. & sanctificatio, alterius liberatio ab omni malo culpæ & miseriæ.

§. 2. *Causa* salutis est Deus 1. Sam. 10, 19. Tit. 2, 11. procreando & volendo eam 1. Tim. 2, 2. Eph. 2, 8. 5. Hebr. 7, 25. c. 8, 8. cap. 10, 14. Christus Luc. 3, 6. Gen. 49, 18. Esa. 45, 17. Hebr. 9. 12. per suum ipsius nomen Act. 4, 12. c. 15, 14. in eo enim omnes salutis partes continentur Col. 1, 13. 14.

verſ. 13.14. & homines juſtificantur Epheſ.2,8. Actorum 4,11. 1. Corint. 3. v. 11. vid. tit. Juſtificatio.

Ubi datur ſalus? In Eccleſia per verbum & Sacramenta. Eſai. 46. *Propè feci juſtitiam meam, non elongabitur, & ſalus mea non morabitur: dabo in SION ſalutem meam,* & in ISRAEL *gloriam meam. Per Quod?* Per verbum Rom. 1, 16. 1. Cor. 15, 2. *Quomodo apprehenditur?* ſolâ fide, hæc enim eſt ſalutis medium; fidei enim in Chriſtum tendentis intuitu ſalvat nos cœleſtis Joſua, ut olim Rahabam Joſua; Joſ. 2.

Stulta ſalus Ethnicorum: hi enim ſalutem Deam faciebant Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 20. nempe, cum ſolum Deum ſalutis cauſam facere debuiſſent & agnoſcere, illi Deam finxerunt, divinum nempe numen ſexu mortali ſordidantes. Ædem eidem Deæ conſecraverat C. Junius Bubulius: Tu Chriſtiane, cordis tui domum Deo conſecra; cognitione ſalutis, quæ eſt in remiſſione peccatorum imbue Lucæ 1. verſ. 76. & eris templum Spiritus Sancti 1. Corint. 3. verſ. 16.

Propior eſt ſalus, quam ſperabamus Rom. 13, 12. ſalus (α) Dei, quam ille nobis dat & in verbo offert: (β) ipſe Chriſtus, ſalus noſtra, ſicut pax eſt noſtra Eph. 2. (γ) remiſſio peccatorum, Luc. 1. v. 76. 77. Johannes præibit ad dandam ſcientiam ſalutis &c. Propior eſt, non poſſeſſione (nam & in V. T. pii ſalutem poſſederunt) ſed revelatione & clariori patefectione. In Evangelio Rom. 16. v. 26. Eph. 3, 9. 10.

§. 3. *Officia noſtra erga ſalutem:* Eam non negligere Rom. 13. 2. Cor. 6. cum tremore & timore operari Philip. 2, 12. opera tenebrarum abjicere Rom. 13. galeam ſalutis induere Eph. 2, 17. æſtimare eam è ſola Dei gratia, non meritis Rom. 4, 2. Pſal. 32. *Propter hoc ad te orabit omnis &c.* Salutem non aliunde expectare quàm à ſolo Deo: non à ſanctis; ille enim ſolus eſt cornu ſalutis Pſalm. 18, 3. quod omnem det ſalutem & protectionem Pſal. 18, 36.

Alia officia ſalutis cupidorum, quæ exequi fas eſt ſanctos. *Cogitando* 1. Dei juſtitiam ſummam, quæ nobis nihil debet, & judicii rigorem: 2. *Diaboli* inſidias & fallaciam, tuæ ſaluti inſidiantis 1. Pet. 5, 8. Luc. 22. Satanas expetivit &c. 3. *Noſtrûm omnium fragilitatem;* quàm enim facilè à recta via exorbitamus? in multis labimur omnes Jac. 2. 4. *Sanctorum labilitatem,* quoties enim legimus eos in ſcelera lapſos fuiſſe? huc Moſes, Aaron, David, Manaſſes, Petrus & innumeri alii, Adam, Lucifer. 5. *Plurimorum apoſtaſiam* Luc. 8. ad tempus credunt: incepit Judas, Demas, Galatæ, benè, ſed omnes lapſi graviſſimè Galat. 4. Actor. 1. 1. Timot. 1. 6. *Sanctorum metum & ſupplicationem,* qui enixè ſtudent, ne ſalute excidant 1. Cor. 9. caſtigo meum corpus: Pſ. 119. orat David, ut ad finem usq; ſervet ſermones Domini. Vovent ſemper Apoſtoli, auditores ut ſint conſtantes, monentq; 1. Cor. 9. 2. Tim. 2. 1. Pet. 5. 7. *Cordis noſtri perverſi profunditatem* ipſi non aſſequimur Jer. 17. ſemper igitur rogandus Deus eſt, ut cor mundum in nobis creet Pſalm. 51. 8. *Artifex tegularius* etſi peritus, tamen metuit ſibi ne tecto decidat; timeamus & nobis, ne nequitiæ ſpirituales Eph. 6. nos dejiciant. Qui propè regem ſtaret, ſemper ſibi timeret: ſic coram DEO ſtamus, eum ſemper metuamus Pſalm. 139.

SALUTATIO.

Eſt actus charitatis verbo & nutu, proſpera quæque proximo optans precansque.

Quadruplex eſt: Optationis & voti 2. Reg. 18. Salve rex: 2. Gratiæ Rom. 1. Gratia vobis & pax: 3. Gaudii Tob. 5. Gaudium tibi ſemper: 4. Benedictionis Ruth. 2. Benedicat tibi Deus: Omnes concurrunt in ſalutatione Angelica: Lucæ 1.

Sit ſincera: Olim Ethnici ſalutaturi juramentum addebant: Terent. in Hecyra: Salve, me Caſtor: Et tu Ædepol Syre.

Ritibus olim ornata Zwinger, folio 169. b. Theatr. §. Quomodo.

Non exigenda moroſius. Ut iis qui pejore corpore præditi non ſuccenſemus: ſic ne iis, qui non reſalutant, malâ enim ſunt præditi mente: ita Socrates fol. 170. apud Zwing. in Theatr. *Pauli ſalutatio.* Rom. 16. eſt 1. Indicium charitatis & amicitiæ, 2. memoriæ Sanctorum. 3. Deſiderii ſalutis fidelium. 4. Signum gratitudinis erga amicos & ſervos Chriſti fideles, benè de Eccleſiâ meritos, & pias mulieres, quas ſalutari quoque juſſit Paulus, regni Dei promotrices. Erga ignobiles & pauperes, qui præcipui ſunt in hoc Catalogo ſalutandorum, juxta illud. 1. Cor. 1. *non multi nobiles* &c. 5. Signum honoris, quo benè meriti digni ſunt.

Manifeſtus hæreticus non ſalutandus 2. Johann. 1. Ave non dicito: de Marcione loquitur Johannes. Optat. Milevitan. p. 22. adv. Parmenion. Conf. & tit. *Hæretic.*

SAMARITANUS.

Samaritani qui fuerint 2. Reg. 17. Joſeph. libro 9. c. 15. Antiq. libr. 11. cap. 8. odio habebant omnes Jeroſolymis adorantes vid. Maldonat. in Luc. columm. 183. Johann. 4. verſ. 19. 20. ſequentibus.

Johan. 8. Chriſtus Samaritanus ex odio nominatur (norant enim Judæi Chriſtum ex Samaria oriundum non eſſe Marc. 6. v. 3.) Samaritanos odio plusquam Vatiniano proſequebantur Johann. 4, 20. Non erat Chriſtus Samaritanus nativitate, educatione, habitatione, non informatione Matth. 10, 5. Erat tamen Chriſtus Samaritanus 1. myſticè, verus cuſtos Pſ. 121. 2. opere ipſo miſericordiæ nobis exhibitæ. Luc. 10. v. 33. 3. collectione Samaritanorum in regnum ſuum, per Evangelii prædicationem. Luc. 17, 11. Luc. 10. Chriſtus Samaritanum adducit, docturus, etiam inimico benefaciendum eſſe, quod non intellexit Legisperitus Matt. 5. exiſtimans ſolos amicos, Judæos aut juſtos ſibi proximos eſſe; Chriſtus verò oſtendit, etiam hoſti hoſtem proximum

esse: imò omnem opis nostræ indigum proximum, nec hunc patriâ, amicitiâ &c. definiendum esse.

SAMOSATENUS.

(Paulus) Hæresiarcha. Ejus quale ingenium fuerit Vide Baron. tom. 2. annal. folio 677. num.25. sequent. secutus est errorem Artemonis. Baron. d. Tomo fol.628. num.30.sequent. Damnatus Synodo Ephesina. folio 686. numero 20.

SAMUEL.

(1) Mater ejus *Anna*, 1. Samuel. 1. (2) Consecravit Filium Deo: (3) ab Eli educatus fuit. (4) Exemplum obsequentis discipuli præbet (5) & Zelosi: 1. Sam. 15. vers. 18.19.20. (6) fidelis Sacerdotis, æquissimi Judicis (7) compatientis: valde namque luxit Sauli lapsum 1. Samuel. 15. (8) Triennis templo consecratus putatur. (9) Ephod indutus fuit, quod in tabernaculo serviret, & quis olim futurus esset, hoc significaret habitu. (10) verè Samuelem apparuisse, affirmant Dd. Pontificii. Negant alii Tertullian. lib. de anima c. 57. Justin. q.50.ad Gentes. Augustin. q. V. T. q. 27. & lib. 2. c. 23. de doctrina Christianâ. Jus Pontific. c. 26. q. 5. c. Nec mirum. Basil. in. c. 8. ad Esai. quos recitat ipse C. Sanctius in capite 28. libro 1. Regum numero 13.

SANCTIFICO.

1. Notat externam sanctificationem & destinationem personæ ad certum officium, dignitatem.

2. Communem & internam fidelium præparationem per dona Spiritus Sancti.

I. *Deus sanctificat* 1. Corinth. 6. per nomen Christi: Christus nobis sanctificatio factus est 1. Corinth. 1. Spiritus Sanctus in baptismo Ephes. 5. Tit. 3. vers. 5. per sanctuarium Ezechiel. 37. v. 28.

II. *Homo sanctificat* (α) nomen Dei (cui opponitur, polluere nomen Dei) Ezechiel. 36. vers. 20. 21. 22. (β) annum Levit. 25. 10. proclamando nempe, sanctum esse: (γ) diem Exod. 20. v. 8. (δ) seipsum Levit. 20. vers. 7. (ε) sacerdotem, id est, pro sancto habere Levit. 21, 8. (ζ) primogenitum Levit. 27, 26.

Sanctificatio legalis erat typus internæ sanctificationis, à Christi Spiritu præstandæ Exod. 29. v. 39. cap. 30. v. 25. c. 37, 27. Levit. 8. vers. 9. Confer Rom. 6. v. 19. *Per immundos impedita*: sic hodienum impii sanctificationem nominis Dei impediunt 2. Sam. 12. Roman. 2. Confer Augustinum Tomo 8. col. 1117. a. b.

SANCTITAS & SANCTUS.

§. 1. *Vox ambigua*: attribuitur, 1. Deo, qui est ipsa sanctitas: Esa. 6. Sanctus, Sanctus, Sanctus, (vocatur hæc formula *Trishagion*, quod puero revelatum fuisse olim, scribit Damascen. lib. 3. cap. 10. de orthodoxâ fide. Baronius ad ann. Christi 446. ex Nicephoro) & Sanctus Israëlis Esai. 5, v, 19. cap. 1, 4. coram quo nemo subsistere potest. 1. Sam. 6, 20. Sanctus Sanctorum Christus Dan. 9, 14. seq. 2. Angelis, sunt enim sancti sanctitate innatâ, & non nisi sancta agunt. 3. Hominibus, qui sancti sunt inchoativè & imputativè, ob Christi meritum fide apprehensum. 4. Sanctis rebus; sic Levit. 2, 3. Ezech. 36. v. 38. panem de Sanctis comedere i. e. de decimis & primitiis Levitic. 21. vers. 22. Sanctus Jehovæ, id est, consecratus Deo Numer. 6, 8. Scientia Sanctorum intelligentia, id est, intelligentia est res sanctas cognoscere Proverb. 8. v. 10.

Sanctitas vera est (1) *imputata* per fidem in Christum 1. Cor. 6. v. 11. c. 1, 30. Jerem. 23. Es. 4. v. 3. 4. Coloss. 1. vers. 22. (2) *inchoata* ex fide per Christum Luc. 1. v. 75. Rom. 6, 23. (3) *consummata* in gloria per Christum: 1. Cor. 15. abolebitur ibi planè peccatum & mors, Basilius in Ascetic.

Infantum non merè civilis, neque merè spiritualis, sed Ecclesiastica sive legalis 1. Cor. 7.

Adultorum merita propugnat Bellarm. tom. 1. fol. 201. G. H. tom. 3. fol. 225. B. C. Estius in 4. fol. 288. D. E. T.

Sanctitatis *caussa efficiens Princeps est Christus*, Pater, Spiritus Sanctus: Tit. 3, 5.

(Vox sanctificationis ambigua: notat n. 1. regenerationem.

2. Justificationem. 1. Cor. 1, 30.

3. Totam nostram salvationem. Hebr. 10. vers. 10.)

Organica *offerens* est verbum & Sacramenta, quibus vera sanctitas offertur & confertur. *Fides* in Christo veram sanctitatem apprehendens.

Oppositum. Sanctitati veræ opponitur:

§. 2. *Sanctitas hypocritica & simulata*, 2. Tim. 3. Habent μόρφωσιν pietatis &c. Esai. 58. vers. 5. Confer Augustinum Tom. 7. col. 1116. b. lib. 6. contra Julian. Hieron. Epist. 54. ad Marcellum Tom. 2. Hac inclarescebant olim 1. *Cynici* Philosophi, teste Tatiano, orat. contra Græcos apud Baron. tom. 2. folio 155. n. 5. n. 10. Judæi Es. 58, 2. 3. 2. *Novatiani*, Novatus iis, qui ad mortem peccaverant, ideo veniam denegavit, quod ea austeritas ad Sanctitatem faceret Baron. tom. 2. fol 510. num. 1. 5. 3. *Montanistæ*, moribus exculti & abstinentes, Baron. tom. 2. fol. 188. n. 25. è quibus larvam sanctitatis Diabolus assumsit, teste Hieronymo epist. 54. ad Marcell. cum ante Ecclesiam per *Gnosticorum* sordes evellere non posset: Episcopos iidem Montanistæ tertio loco locabant, non primo ut Pontificii, Baron. d. l. nolebant peccata confiteri, quasi justi essent. 4. *Valentiniani* se perfectos dicebant, Baron. tom. 2. fol. 115. n. 5. 45. 5. *Galilæi & Gymnosophistæ*, Zwing. fol. 40. b. Theatr. 41. 5. *Pseudo-apostoli*. Oecumen. in Col. 2. Humiliabant se nonnulli & perhibebãt, se non esse dignos accedere ad Deum, angelos esse invocandos, ut viam ad Deum pararent. Sic quoq; Pharisæi Matth. 6, 5. c. 23, 27. Luc. 18. Coloss. 2, 22. Baalitæ. 1. Reg. 18. 6. *Sanctus & sanctissimi* dicuntur à Dionysio Valerianus & Gallienus Cæsares Ethnici, sed eo sensu, quo

Actor.

Actor. 24. Felix Optimus dicitur: Et ſanctum id dicitur, quod à Deo donatum eſt. Ita Cicero pro Archia Poëtas ſanctos dixit.

Miracula non faciunt Sanctum. Nam 1. Thomas de Aquino nullum miraculum fecit: Et tamen Sanctus. Quid? quod tot ſcribitur feciſſe miracula, quot quæſtiones determinavit Gerſon part. 2. lit. A. fol. 39. Paulus primus Eremita, Maria nullum miraculum, fecerunt. Multi facientes ſigna pejores extiterunt. Multi dicent mihi in illa die. Gerſon d. l.

Nec locus. Paphnutius Eremita putans ſe ſanctum eſſe, accepit reſponſum, ſe eſſe ſymphoniaco, qui in proximo vico quæreret victum arte cantandi, ſimilem.

Antonius putans ſe ſanctiſſimum eſſe, audivit vocem de cœlo: Antoni nondum veniſti ad menſuram coriarii, qui eſt Alexandriæ. C. Brentius f. 466. in Eſ. 35.

§. 3. *Signa ſanctitatis* 1. opera bona & fidei fructus: Gal. 5, 6. Matt. 7. a fructibus eorum agnoſcetis. 2. Lucri & emolumenti corporalis fuga & vitatio. 3. Levium perſuaſio, gravium operatio; ſcilicet ut in ſe durus ſit ipſum, in alios benignus. Secus faciunt Phariſæi Matth. 23, 4. & operum magiſtri, v. Chryſoſt. hom. 73. in Matt. 4. Honorum ac ſublimium locorum deſpectio, ne in aulis commoretur. 5. Humilitatis ſectatio; Hæc Laurent. de Aponte, loco jam memorando.

Obſcum cognitu: imponit enim ſæpè ſanctitas falſa & hypocritica, fatente Laurentio de Aponte in c. 7. Matt. f. 149. n. 13. *Multos æſtimatos* (ait) *& vocatos ſanctos audivi, quos cum pertractaſſem, nec mediocriter ſpirituales probavi.* Optimè igitur cum laudaretur Bernhardus ut Sanctus, reſpondit epiſt. 7. *quia laudabilium ipſe mihi conſcius non ſum, ignoſco ignorantiæ: tu etiam vides in facie. Deus in corde.* Hæc ille.

Sancti in lumine Col. 1. lumen eſt Evangelii, per quod Coloſſenſes illuminati atq; è poteſtate tenebrarum erepti ſunt: in hoc lumine lumen Deum videmus Pſ. 36. ipſamq; lucem Johann. 1. & admirabile lumen 1. Pet. 2. v. 9. conf. 2. Cor. 3. & 4. etſi in hac vita non ſit perfectum, nec conſummatum 1. Cor. 13. Sunt & tenebroſi Sancti. v. Philoſophi, Juriſtæ, veram ſanctitatem ignorantes: Lutherus in 14. poſt Trin. Epiſt. è Col. 1. §. Er nennet es aber.

§. 4. *Lapſus ſanctorum* nobis ſint exemplo 1. Corinth. 10. ſæpè conſiderandi, ad excitandam 1. veram pœnitentiam & contritionem: 2. veram humilitatem, ut infirmitatem noſtram cognoſcamus Jer. 10, 13. 1. Cor. 10, 12. Rom. 11. v. 20. Pſ. 86, 4. 3. filialem timorem Philip. 2. & fiduciam in ſolo Deo ponendam Pſalm. 51. v. 1. 4. Orationem pro peccatorum remiſſione: 5. patientiam in cruce: 6. verbi divini meditationem: 7. mundi contemtum &c. 8. ſcripti ſunt, ut agnoſcamus Dei erga peccatores bonitatem Ezech. 18, 33. c. 3, 11. Rom. 2, 6. 9. probandam ſcripturæ veritatem: nam in hac ipſa propriorum lapſuum noluerunt eſſe immemores. Eorum hiſtoriis ritè utendum: Mörlin. in Pſ. 42. p. 120. §. Wozu ſind nun.

Immodica laus ſanctorum: Ignatium inſcripto nomine ſuo chartæ, non pauciora quàm olim Moſes fecit, miracula patraſſe, ſcribit P. Valdero, ordinis Auguſtinianorum Archimandrita in cœnob. Hiſpalenſ. in feſto beatificationis Ignatii p. 55. 56.

§. 5. *Sanctorum vitæ* multis falſitatibus corruptæ, quas tollere ſe velle promiſit Baron. in Martyrologio p. 8. §. Concordii Epiſcopi. Idem fatetur Melchior Canus Epiſcopus Canar. in Loc. Comm. Georg. Caſſander in oper. agens de S. Catharina, de S. Greg. Georg. Wicelius in Hagiolog.

Circa ſanctos, qui nunquam fuerunt, v. Georgius, Chriſtophorus, fatente M. Cano lib. 11. c. 6. Locor. Comm. Vergerio in Concil. Trident. & ſuo modo Caſſander art. 21. Conſultationis, & fol. 278. 279. operum, de S. Catharina, cujus hiſtoriam fabuloſam eſſe ibidem perſpicuè docet.

§. 6. *Canoniſatio* Sanctorum 1. *Errori obnoxia:* ſic enim ſtatuunt multi Pontificii, quos eo nomine carpunt Tanner. Tom. 3. Theol. Scholaſtic. diſp. 4. dubio 7. n. 287. 288. g. de Valent. tom. 3. col. 292. A. 2. *Novitas;* anno Domini 803. Leo III. S. Suitbertum primus canoniſavit, teſte Bellarmino, Baronio, A Lapide in c. 44. Siracid. Secundus fuit S. Udalricus, Epiſcopus Auguſtanus, an. 993. à Johanne XV. Pontifice. Sanctus Bonaventura anno 1480. & alii. Gerſon part. 2. fol. 39. lit. C. memorat, *Sanctos olim non fuiſſe Canoniſatos, ſed ex certiſſima vitæ ſanctitate cultos:* & lit. a. *non fuiſſe publicè cultos, ut ſanctos, ſed nec in canone miſſæ poſitos.* 3. *Partos Canoniſationis* ſunt (α) nominis illius Sancti in faſtos *relatio:* (β) feſti in honorē Sancti illius celebrandi *indicatio*, vid. Bullam Sixti IV. Pontificis: (γ) Miſſarum celebratio, ut vult Cornel. à Lapid. qui hoc urget d. l. Nos commemorationes ſanctorum factas eſſe non negamus, & phraſeων ambiguitatem in voce *Miſſa, offerre,* ſæpiuſculè annotavimus, & S. Gregorii (è libro 7. epiſtol. 29.) tempora jam deplorata fuiſſe, probè novimus.

Fiducia Sanctorum non eſt in ſua juſtitia, ſed Dei. Vide Confeſſ. Pighii Controv. p. 56. a. §. non itaque in ſua. §. non dicit, carebo, &c. & ibidem pag. 6. §. quod verò. Confer ſuprà tit. *Meritum.*

Paſſiones ſanctorum fuerunt martyria & confeſſiones, non ſatisfactiones & meritoriæ. Auguſtinus dicit: Nullius martyris ſanguis pro nobis effuſus eſt. Vide ſupra titul. *Martyr.*

§. 7. *Sanctorum officia & affectiones:* nihil, præter Deum, deſiderare Pſal. 73, 26. pro remiſſione peccatorum orare, Pſal. 32. *Propter hoc orabit ad te:* gaudere Dei præſentia: Pſal. 18. *Cum Sancto* Sanctus eris.

Gubernari arcano impetu. Sic Abraham mactans filium. Gen. 22. verſ. 11.

Elias ædificans altare in monte Carmel, 1. Reg.

1. Reg. 18. Simſon lacerans leonem. Luther. in Geneſ. 22.

Omnium *Sanctorum Feſtum* 1. Novemb. a Bonifacio III. circ. ann. Chriſti 610. inſtitutum, in Pantheo celebratum.

Poſteà à Gregor. 4. ad Cal. Novembr. translatum anno 834. Mantuan. lib. 11. Feſtor. Durand. lib. 7. cap. 34. Crantzius in Metropol.

Solùm Romæ celebratum; ſed poſteà Occidentalibus Eccleſiis à Gregorio dicto obtruſum. Baron. in Not. Martyrologii.

Finis 1. Ut omiſſi dies feſti ſuppleantur & 2. Negligentia hæc expietur.

3. Turba ſanctorum invocetur, ut exauditionem precum nobis impetrent. Confer Jacob. de Voragine legenda 157.

Invocatio Sanctorum: vid. tit. *Oratio*.

Honor illorum à noſtris non abjicitur, ſed debito modo præſtatur: Sanctos

1. Amando, 1. Theſſal. 5. verſ. 13. Philipp. 2. verſ. 29.

2. Doctrinæ eorum ſubſcribendo, 2. Pet. 3, 2. 2. Theſſ. 2, 15. Heb. 13, 7.

3. Inſignia dona divinitus data deprædicando. 1. Theſſal. 5, 12. Pſal. 112, 5. Proverb. 10, 7. Sirach. 45. v. 46. Sapient. 4. v. 7. 8. Matth. 26, 6. Pſal. 105. 106.

4. Opera collaudando.

5. Deo gratias agendo, Galat. 1, 24. 1. Cor. 15. v. 10.

6. Virtutes imitando, Hebr. 6, 12. & 14. 2. Pet. 1. v. 18. Phil. 2, 15. c. 3, 17. 1. Corint. 11. verſ. 1. Heb. 13. v. 7.

§. 8. *Congreſſus* Sanctorum ſunt utiles valdè, nempe, ut ſe mutuo ſolentur pii, Roman. 1. v. 11. ac contemplentur ac amplectantur: Sic Jacob cum Joſepho filio congreſſus Geneſ. 45. De rebus divinis loquantur Luc. 24. ut diſcipuli Emauntici: mutuisque hortationibus erigantur, 1. Theſſ. 4.

Cultus & honor non detrahitur illis ab Evangelicis: (contra cavilla quorundam ex Pontificiis) nam & Sanctorum 1. memorias ſolenniter recolimus: 2. Deo gratias agimus pro ſingularibus illis miſericordiæ divinæ vaſis: 3. Eorum virtutes ad imitandum proponimus: 4. Conſtantiam invictam publicè, cæterasque virtutes commendamus. Epiphan. contra Antidicomarianitas: *Sint Sancti cum honore, & quies eorum in gloria; non autem convenit ſanctos ultrà quàm debet honorare; ſed honorare Dominum ipſorum. Ceſſet ergo error ſeductorum, neque enim Deus eſt Maria: nemo ergo in nomen ejus offerat, ſuam enim animam perdit.* Hæc ille folio 312. 313. quæ meritò opponimus Drexel. p. 1052. 1061. Drexel. oper. German.

Olim ſolùm invitabantur, ut pro nobis orarent, non ut miſericordiam impetrarent, teſte Caſſandro f. 242. oper.

Eorum *meritis* licentiùs veteres abuſi ſunt Caſſand. folio 262. 263. Oper. Abuſum meritò aſpernati Evangelici.

SANCTUARIUM. *v. Templum.*

SANGUIS.

§. 1. Vocis varia acceptio: notat enim 1. *Sanguinem* corporis: 2. *Sanguinea peccata* non niſi effuſione ſanguinis luenda: Pſalm. 51. Libera me de ſanguinibus: 3. *Pecuniam:* Auguſt. ſerm. 5. è quadraginta novis, recitat hæc verba: Male ſerve, fidem mihi non ſervas? neſcis, quia emi te? neſcis, quia ſanguinem meum ego pro te numeravi? Hæc Auguſtin. hoc pietatis proceleuſma eſto! 4. *Ultionem & vindictam:* Geneſ. 42. ſanguis ejus exquiritur. 5. *Perditionem*, Ezech. 3. Sanguinem ejus de manibus tuis exquiram. 6. *Culpam & reatum* ſanguinis effuſi, Eſai. 1. manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine: 7. *Cognationem carnalem*, Joh. 1. qui non ex ſanguinibus &c. 8. *Hoſtiam ſanguineam* 1. Johann. 5. *Chriſtus venit per aquam & ſanguinẽ:* 9. *Occiſionem* Matt. 23. in *ſanguine* prophetarum, Geneſ. 4. vos ſanguinis.

Qualis v. Christus ſit in ſanguine ſuo redemptor, egregiè docet D. Luther. fol. 445. b. in 24. Dominic. poſt Trinit. poſtill. Eccl.

§. 2. *Sanguinis eſus prohibitus* Act. 15. vid. Cornel. à Lapid. in h. l. non tamen abſolutè, vide Levit. 16, 26. & Lutheri gloſſ. ibid. &c. 17, 10. Apoſtoli hîc conſiderandi, ceu (α) Eccleſiæ *fundatores* (miniſterialiter) 1. Cor. 3, 10. (β) *Charitatis & libertatis moderatores:* Ad utramq; namq; reſpiciebant Apoſtoli, ne hac vel illa abuterentur Neophyti ex Chriſtianis, ac Judæi converſi ſcandalizarentur. (γ) Scripturæ obſervatores: nihil enim præter ſcripturas tradiderunt Apoſtoli, cum his ipſis conſona eſſet prohibitio ſanguinis eſûs. (δ) *Conſcientiarum curatores:* nam ut illas non læderent Neophyti Chriſtiani veſcendo ſanguine, nec aſciti ex Judæis læderentur, ac ſi Chriſtiani legem Domini præfractè transgederentur; ideo utriſque conſulturi, illam ceremonialis legis particulam *ad tempus* retinuerunt. Hæc omnia, quid facere poſſint ad ſtabiliendas hominum traditiones (non Apoſtolorum) charitati & libertati Chriſtianæ, ſcripturis & conſcientiis inimicas, maximè non video. Sed hæc ad Polemica magis, quàm noſtra.

Sanguinis ſparſio. 2. Chron. 29, 22. & alibi ſæpè notat fidelem beneficiorum Chriſti applicationem in cordibus noſtris.

Sanguinolentia hæreticorum, vid. tit. *Hæretici. Sanguinolenti* à Deo puniti. *v. Homicidium:* Et Meiger. lib. 3. c. 13. Nucl. exempla.

Sanguinis profluvio plurimi perierunt, vide Textorem in officin. col. 514. Amuleta ſanguinem ſiſtentia deſcribunt Medici. *v. Amuletum.* Chriſti ſanguis ſanguineorum delictorum optimum eſt amuletum.

SANITAS.

§. 1. Eſt diſpoſitio ex humido & ſicco, calido & frigido, naturæ conveniens: Galenus de ſanitate tuenda lib. 1.

Duplex ſanitas: Animi, quæ eſt à virtute & bona conſcientia: *corporis*, ab arte eſt, Maxim. Tyrius

Tyrius differt. 41. V. Galenus, Medici.Horst. de tuenda valetud.

Miraculosa olim per oleum Jac. 5, 14. Severus Imperat. à Christiano quodam sanatus est oleô, Tertullian. libr. ad Scapulam c. 4. ex hoc Baron. tom. 2. fol. 316. n. 40.

A Deo petenda: is enim solus præstat sanitatem Ps. 107. vers. 18, 19. 20. sic Ezechias petiit Esa, 38. v. 3, 21. & impetravit 2. Regum 20, 5. & ægrotus ille Johann. 5. versu 9. Pythagoras monebat, à Deo tria esse petenda: *formam, divitias, bonam valetudinem.* Ethnici sacra faciebant pro bona valetudine.

Pro recuperata gratiæ agendæ, exemplo Hiskiæ Esa. 38, 16.

§. 2. *Conservanda labore:* ociosi enim in morbos incidunt, vid. Plut. libr. de tuenda valetud. Ignavia corpus hebetat, labor confirmat, Cornel. Cels. lib. 1. cap. 1. *Dextrè gubernanda;* ita Tyberius à trigesimo ætatis anno suo arbitratu, sine medici consilio valetudinem moderatus est. *Medicamentis* curanda: Ægyptii singulis mensibus triduo se pungunt, ne in morbos incidant: vid. titulum *Medicus. Et temperantiâ;* hinc Diogenes Cynicus eos culpabat, qui inter sacrificia pro sanitate facta, contra sanitatem cœnarent. Laërtius lib. 6. de vitis Philosophor. Xenophon libr. 5. de memoralib. Socrat. Idem lib. 1. instit. Cyri: Fugiendi ergò cibus potusque qui non esurientes nec sitientes ad edendum & bibendum alliciunt. *Et ciborum dignotione;* hanc imperabat Socrates, teste Xenophonte lib. 4. de illius memoralib.

Summum est donum naturalis sanitas 1. ob corporis perfectionem, quæ sine sanitate nulla est: 2. ob functionum facilitatem; 3. ob comparationem: quid enim divitiæ sine sanitate Sirach. 30. vers. 14. 15. 16. Quorsum ægri hominis pecuniæ? Plato in Eryxia. Horatius eleganter.

Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil
Divitiæ poterunt regales addere majus.

§. 3. Est optimum bonum hominis sanitas, judice Simonide & Aristotel. apud Clementem Alexandrin. libro quarto Stromat. Dionem libro 38. Hinc Ethnici sanitatem Deam constituerunt olim.

Est *condimentum:* si enim sis sanus, omnia bene sapient, nempe quia ægris ne quidem assa placent, Plutarch. de tuenda sanitate.

Est *desiderabile bonum*, quod cum amisimus, demum agnoscimus, Plutarchus libro de animi tranquillitate. Unde ad felicitatem duo requirebat Thales: *valetudinem corporis & animi eruditionem.* Est animi & corporis *harmonia:* mores enim sequuntur temperamentum corporis, ait Galen. de illa: vid. Platon. in Tymæo.

Exempla: Zeno nonagesimo ætatis anno sine morbo incolumis atque integer vitæ, vitâ excessit, Laërt. lib. V. de V. P. Xenophilus Musicus centum & quinque annos sine morbis vixit.

§. 4. *Animæ* sanitas fit, cum peccata remittuntur, Ps. 6. sana me Domine: per justificationem, Jer. 17. sana me Domine & sanabor; itaque sic dicit peccatori reconciliato Deus Marc. 5. Vade in pace & esto sana (sanus) per baptismum; ut Naaman in Jordane sanabatur 2. Regum quinto.

Ad sanitatem animæ tria pertinent: 1. Malam animæ complexionem corrigere; ut mala complexio purgantibus corrigitur: sic contritione & pœnitentiâ anima nostra. 2. Vires reparare, per acediam & vecordiam dilapsas; quod fit [α] oratione [β] pœnitentiâ. 3. Eas in bono statu conservare; quod fit, si devotè oremus, piè vivamus, & novos peccatorum morbos contra conscientiam nobis non cumulemus, Johann. 5. *noli amplius peccare.* Quin etiam in spirituali motu perseveremus novæ obœdientiæ, (sicut motu corporali sanitas conservatur quoque) ut humor noxius peccatorum expellatur quotidie, calor dilectionis confortetur, gratiæ appetitus augeatur, venter malorum operum subinde evacuetur: Quæ omnia ritè ad analogiam fidei applicentur.

§. 5. *Sanamur à Christo* [α] *si sistamur* coram illo, ut Lucæ decimoquarto hydropicus: Sistimus verò nos CHRISTO in Ecclesia, extra quam non est salus, audiendo sanam doctrinam Tit. 2. vers. 1. [β] *Agnoscamus* morbum peccati, ut ille hydropicus, ut illa Cananæa Matthæi 15. [γ] *Cessemus ab omni* opere servili, id est, peccato, & quieto corde ad medicum sitiente animâ accedamus. [δ] Præbeamus manum Domino, nobis suam Spiritu Sancto in verbo porrigenti: funem apprehendamus, quo nos Deus vult extrahere ex puteo peccati Proverb. 1. *renuisti.* Est enim medicus Exod. 15. Matth. 9. Lucæ 6. vers. 19. omnes corporis infirmitates & iniquitates animæ tollit, Psal. 147. v. 3. Os. 14. v. 5. Luc. 4, 18. Psalm. 41. v. 5. sanat in ipso sperantes Prov. 28. vers. 25. verè pœnitentes Esa. 6, 10. Matth. 13, 15. Joh. 12, 40. Act. 28, 27. aversos à Deo Jer. 3, 22. morbidos Ose. 7, 1. Jer. 17, 24. Etiam corpora Gen. 20, 17. Num. 12, 13. 2. Regum 20. v. 5. terram sterilem 2. Chron. 7, 14. Psalm. 60, 4.

§. 6. *Media*, per quæ sanet CHRISTUS? 1. per verbum Ps. 107, 20. conf. Sap. 16, 12. Tit. 1, 9. 1. Timot. 1, 10. c. 6, 3. in quo pacem annunciat Es. 57. creavi pacem &c. sic discipulos sanavit verbô, Pax vobis Joh. 20. Luc. 24. 2. Fidem in Christum, in quo solo pax ossibus, Ps. 38. conscientia Rom. 5, 1. 3. Baptismum, Ezech. 47. sanavi aquis, vid. Promt. alleg. tit. Baptismus. 4. Crucem & tribulationem: 5. Vulnerum alligationem Esa. 1. c. 30, 26. Jerem. 30, 17. 6. Vulnera propria (Christi salvant) Esa. 53, 5. 1. Pet. 2, 24. 7. Pœnitentiam Cantic. 3. *Vadam ad montem myrrhæ:* cor conteratur, os confiteatur, manus justè & sanctè operetur. 8. Orationem Tob. 8. orabant pariter; huc pertinent exempla, Christum orantium & ab eodem sanatorum, ut leprosi Matt. 8. *Paralytici.* c. 9. Cananææ c. 15. &c. 9. Sui (Christi) incarnationem:

hac enim morbidam carnem nostram sanavit, 2. Reg. 20. sol spiritualis retrocessit, humiliavit sese, ut nos sanaremur. 10. Sacræ cœnæ usurpationem: pellit namque mortem panis vitæ Johann. 6.

§. 7. *Quæ impediant sanitatem?* α. Abjectio medicinæ spiritualis Esa. 6, 10. Jerem. 46, 11. Joh. 12, 40. β. Morbi negata agnitio. Apoc. 3, 17. γ. Obduratio cordis Joh. 12, 40. δ. Mundi dilectio 1. Johann. 2, 15. ε. Concupiscentiæ sectatio: ζ. Medici extra CHRISTUM quæsitio, solùm enim in pennis solis CHRISTI sanitas Malach. 4, 21. Apoc. 12, 14.

Quæ (suo modo non positivè sed remotivè respectu nostri) conservent? 1. Principaliter Dei gratia Phil. 1, 6 10. 11. 29. cap. 2, 13. 2. Jugis oratio ad Deum Ps. 86, 12. & 119, 5. 3. Pœnitentia quotidiana: 4. Perseverantia in statu pœnitentiæ, ne sis instar lunatici. 5. Fuga omnium eorum, quæ spiritualem sanitatem impediunt. 6. Usura quotidianorum electuariorum, quæ sunt [α] jugis Dei memoria, omnia intuentis: [β] devota oratio: [γ] mandatorum Dei meditatio: [δ] peccati damnorum consideratio.

SAPIENTIA.

§. 1. Vox ambigua. (1) Essentialis sapientia est ipse Deus, sapiens dictus Esa. 31, 2. Job. 9. v. 4. Roman. 16, 27. 1. Cor. 1, 25. Ectypa sapientia Dei conspicitur in creaturis, pluviis, mineralibus, animalibus. Vide Meiger. lib. 1. cap. 2. Nuclei. (2) Hypostatica sapientia ipse ὁ λόγος, filius Dei Prov. 8, 1. 12. c. 9, 1. Matth. 11, 19. Luc. 7, 37. c. 11, 49. 1. Cor. 1, 24. de officio Christi: sapiens erit Jerem. 23, 5. Hujus typus Salomon fuit, docens in Academiâ, templo viciâ, sapientiam. Vide Ar. Montan. in Apparatu, ex hac sapientia Gentiles plurima hauserunt. v. Clem. Alexand. in Strom. & Euseb. lib. de præpar. Evangelic. (3) Sapientia metonymicè pro eo, qui docet nos sapientiam, 1. Cor. 1. *Christus factus est nobis sapientia.* (4) Sapientia serpentina Gen. 3, 1. (5) Pro sapientia hominis Gen. 41, 33. Deut. 1, 13-15. cap. 4, 6. cap. 16, 19. & alibi sæpè: *(6)* Pro vana & imaginaria sapientia, vel impiâ Gen. 41, 8. Exod. 7, 21. Job. 5, 13. Esa. 9. vers. 11. 12. c. 29, 14. *(7)* Pro prudentia Prov. 17, 2. *(8)* Pro sapientiâ revelatâ & Theologicâ 1. Corinth. 3, 11. 12. Matth. 23, 34. Luc. 21, 15. Actorum 6, 3. 10. 1. Cor. 2, 6. Ephes. 1, 8. 19. quæ non est hujus mundi 1. Corinth. 1. non carnis Matth. 16. sed occulta illa Psalm. 51. Ideò noluit S. Martinus cum hæreticis disputare, ne in litigiũ rationis pertraheretur. Vide Luther. folio 442. b. Domin. 4. post Trin. Postill. Eccles. *(9) Pro innata intelligentia* Job. 35, 11. quæ & ipsa Dei donum est, quod è privatione rationis patescit Dan. 4, 31. *(10) Pro malitiosa sapientia* faciendi malum Jerem. 4, 22. *(11)* Pro philosophica sapientia in Aristotele, Platone, aliis. Augustin. libro 7. de Genes. ad liter. Scripturæ exigua cognitio humanæ philosophiæ præferenda est. *(12)* Pro politica sapientia gubernandi Rempubl. Terent. *Istud est sapere, qui, ubicunq; opus sit, animum possis inflectere:* cujus verò finis sæpè est calamitosus, ut Cicero dixerit tandem: *ô me nunquam sapientem!* Sapientia mundi detrudit in exitium. Esa. 47, 11. 1. Cor. 1. divitiis confidere facit Psal. 49, 11. mysteria Dei non cognoscit Matth. 11. 1. Corinth. 1. à Deo *confunditur.* Obad. 1, 8. 1. Corinth. 1.

§. 2. *Descriptiones* Sapientiæ sanctæ. Est (1) cognitio voluntatis Dei Coloss. 1, 9. Sap. 15, 3. (2) Contemtus mundi, in quo nihil nisi vanitas. (3) Meditatio ultimi scopi, quem ignorant stulti 1. Joh. 2, 15. 16. (4) Insidiarum mundi cognitio. (5) *Pœnitudo* peccatorum. (6) Contemtus præsentium commodorum. (7) Desiderium futurorum bonorum, Bernhard. c. 60. in florib. (8) Temporis gratiæ cognitio Luc. 19. Jerem. 8. 2. Cor. 6. Rom. 13. Est pura mens apud Deum, & vita laudabilis apud homines. Gregorius Nazianzenus in Apologia Thom. de Kempis libr. 2. c. 1. §. 7. de Imitation. Christi. *Sapiens est, cui sapiunt omnia, prout sunt, non ut dicuntur, aut æstimantur.*

Causæ: Efficiens & donans Deus Jacob. 1, 5. 6. 7. Coloss. 2, 13. dat spiritum sapientiæ Esa. 11, 1. Ephes. 1, 17. Spiritum revelationis Sirach. 1, 1. Matth. 11. *nemo cognoscit patrem, nisi cui filius voluerit revelare.* Ergo revelat filius, & quidem per spiritum 1. Corinth. 2. v. 15. Revelans Proverb. 9, 10. Sirach. 1, 16. Proverb. 2, 6. Sir. 1, 7. 8. 9. in verbo suo Sir. 1, 5. 33. per filium, quem nobis *sapientiam fecit* 1. Corinth. 1. & jussit audiri eundem Matth. 3. *Hunc audite.* Spiritus Dei, qui lucem sapientiæ accendit Ps. 51. *occulta sapientiæ manifestasti mihi.*

§. 3. *Sapientiæ partes,* velut: Deum scire, ejusque voluntatem Jerem. 9. vers. 23. *me novisse.* Mandata observare & custodire legem Prov. 28. v. 7. Deuter. 4. sapiens populus: Ephes. 1, 17. Spiritus sapientiæ Coloss. 2. v. 2. malum odisse Job. 28, 28. timere Deum Psalm. 111, 10. Proverb. 1, 7. meditari opera ejus Psalm. 107. v. 43. sapientiam in Christo quærere 1. Corinth. 1. vers. 31.

Alii dicunt, requiri sapientiam legalem 1. Thess. 4. *Hæc est voluntas Dei:* & evangelicam Johan. 6. *hæc est voluntas ejus,* &c. Fides vera de Deo, hujusque notitia Sap. 15, 1. 2. vita sincera & dilectio, 1. Joh. 3, 17. Ignatius epist. ad Ephes. *Initium vitæ est fides, finis verò dilectio: hæc verò duo in unitate facta perficiunt hominem Dei.* Intellectu spirituali Dei mysteria assequi Coloss. 1. vers. 9. Rejicitur igitur carnalis intellectus & crassus, mysteria Dei ad lanceam rationis cœcæ appendens. 1. Corinth. 2, 14. 2. Cor. 10, 4.

§. 4. *Finis* sapientiæ: 1. Dei gloria: 2. Hominis directio & gubernatio & ædificatio: 3. proximi salus, fruentis sapientiâ proximi Sir. 20, 33.

Respicit [α] *præsentia,* ut ea bene disponamus; sic jubet Apostolus 1. Corint. 7. præsenti necessitati consulere Luc. 6. væ divitibus, præsentia minùs curantibus: idem docuit in epulone tristis eventus Lucæ 16. [β] *Præterita,* ut ex iis vitam emendemus, 1. Cor. 10, 11. *Hæc in figura facta sunt,* &c. [γ] *Futura,* ut iis rectè pro-

provideamus; sic Joseph septem annos: novissimorum recordemur Sir.7. v.40. in futurū colligamus, ut formicæ Prov.6. v. 6. talentum rectè impendamus Matth.25. v. 14. divinæ voluntati nos subjiciamus, ut Maria Luc. 1. *fiat mihi secundum verbum* &c. mortem meditemur Genes. 18. *pulvis* & *cinis* sum. cap.3, 17.18. Eccles. 12. v. 7.

§. 5. *Subjectum*: nulli hominum congruit sapientia in *summo gradu*; ideò omnes sapientes Græciæ aureum tripodem sapientissimo donandum (ex oraculo Apollinis) accipere noluerunt. Datur tamen sapientia iis, qui sunt Deum diligentes Sirac.1, 10. timentes Prov. 15. v.33. qui propriæ sapientiæ renunciant 1. Cor. 1. ult. integri Sir.4, 18.19. & justi Sir. 1, 16. pii Sap. 1. *sapientia non intrat* animam &c. intelligentes Prov.14, 33. verbum Dei considerantes Ose. 14. v. ultim. *Quis sapiens, & intelliget ista?* simplices & parvuli Matth. 11. v. 27. stulti 1. Corinth. 1. *credentes*: orantes; sic orabat Salomo 1. Reg.3. David Psal. 119. Sir. 39, 6.7.

Etiam *mulieribus* datur Sir. 1. v. 16. pauperibus & divitibus Sirac. 10, 34. non stultis, hypocritis, superbis, contumacibus Sir.15, 7. Prov. 24, 7. Sir. 6, 21. Debet esse *in bono* Rom.16, 20. datur enim mundi sapientia in malo, 1 Corint. 14, 20. Luc.16, 8. hanc improbat Deus, illam laudat: simplicitas in malo rectè congruit sapientiæ in bono; sicut Grammaticus fabrilia nescit, etsi Grammaticen sciat, Origen. in Roman. 16. lib. 10.

Versatur circa omnia genera Entium; Pythagor. apud Stobæum serm. de virtute. (Intellige Philosophicam sapientiam.)

§. 6. *Effectus & Commoda* sapientiæ: Amorem sui conciliare Sirac. 1. vers. 15. felicitatem procreare Prov.3, 13. 22.23. 24. 25. 26. Benedictionem impetrare Sir. 4, 14. fructus ferre virentes Sir. 1. v. 27. securum facere: cognitionem sui dare Gen. 19. *pulvis* sum. Conservare nos Prov.4, 6. à malis corporalibus & spiritualibus Prov.2, 16. c.4, 4. Cor præservare Prov.4, 23. & dirigere c.23, 19. charitatem erga alios habere c.22, 17.18. custodire c.28, 7. Amore erga sapientes nos induere: intellectum suo splendore illuminare: mentem sancto amore inebriare, Greg. in moralib.

Dignitatem regiam conferre, Horat. lib. 1. epist. 1.

Ad summum: sapiens uno minor est Jove: dives.
Pulcher, honoratus, liber, rex denique regum.

Divitias adferre Prov.4, 24. c.3, 16. c.4, 8.9. cognoscere DEUM, non creaturam solam, quod facit sapientia Philosophica: Eruditionem adferre Prov. 13. 14. Sir.4, 17. & exaltationem Prov.4, 1.2. fortitudinem, exemplo Martyrum: honores Sir. 1, 24. c. 11, 1. c.4, 12. Prov.4. vers.8. Sirac.4. v.14. humilitatem Proverb. 30. v.2, 3. intelligentiam legis Proverb. 2. vers. 9. loquelam discretam dare Prov. 5, 2. c. 16, 23. c. 17. vers.27. & suavem Proverb.3. v.22. seq. Consilia mala mutare per salutarem discretionem: Mirabilia efficere Sir. 1. v. 15.

Divites facere. Cicero in Paradoxis memorat, quod Stoici solos sapientes divites esse dixerint. Verius de Christianis dicimus, nos in Christi sapientia divites esse. 1. Corinth. 1. *ditati estis*. Solemur his divitiis, non inhiemus terrestribus.

§. 7. Obœdientes efficere: vid. Lactant. lib.3. c.30. Instit. ut mandata Dei suscipiamus Prov. 10, 8. & consilio bono obsequamur c.19, 20. patientes convitiorum c. 19, 11. potare nos & reficere Sirac.51, 32. Prov.9, 6. Præparare nos instrumentis ad omnem casum; sicut nautæ instructi sunt suis instrumentis: prudentes facere Prov. 13, 10. c. 16, 21. nam docet viam ad superna, ut vitemus inferna Prov. 15, 24. & veram à falsa doctrina secernamus; non sic Hymenæus, non Philetus 1. Tim. 1. v. 19. præmeditatè agamus Prov. 15, 14. c. 13, 16. optima eligamus Luc. 10. v. 42. societatem malorum vitemus Prov.2, v.12. bona probemus Prov.14, 9. Spem confirmare, Prov.24, 15. robur dare Eccl.7, 19. viam amabilem præstare Prov.3. v.17. & rectam c.2. v.20. Vitam dare Prov.3. v.16, 22.23. Sirac. 4, 13. Prov.4. v.11. longam c.3, 16. adeoque animam non lædere c.8, 34. 36. 39.

§. 8. *Affectiones*: *Occulta* est Psal. 51. *cœlestis*, de cœlo Jac.3, 17. *Imperfecta* tantùm est, ita ut à parvis sæpè animalculis eludatur Prov. 30, 24. seq. vide Basil. Magn. de Formic. contr. Eunomium differentem. *Pacifica* Jac.3. v.17. etenim spiritualiter sapientes pacem quærunt, ad pacem invitant, similes angelo Iride vestito, pacis signo Apoc.10, 1. Marc. 9. v. 49. pacem habent inter seipsos, confer Gregor. Nazianz. orat. de pace, Cyprianus de Unitate Ecclesiæ, Bernh. in Apol. ad Guilielm. Gregor. Magn. pastor. c.23. *Humilis*, non obstinata Jac.3 v.17. Bernh. serm. 36. in Cantic. vid. tit. Humilitas. *Misericors*. vid. tit. Misericordia. *Necessaria est* in omni statu 1. *Ecclesiastico*, ut bonum ordinem observemus 1. Cor. 14. mysteria cognoscamus Matt. 11. nec tamen ultra quàm par est, sapiamus Prov. 27. Hæreticos ex scripturis rectè expositis confutemus Es.8, 20. Joh. 5, 39. 2. Tim.2. 2. *Politico* Prov. 11, 14. Eccles. 10, 16. Esa.3. v.2. 3. *Oeconomico* 1. Tim. 5. vers. 8. Prov. 17. Sapient.9. *Moderata*, Rom.12, 3. *V. Arrogantia. Amor sui. Humilitas.*

§. 9. *Præmia* sapientiæ: Excipi à sapientia ceu matre & sponsa Sirac.15, 1.2.3.6. in ea requiem invenire Sir. 6. v. 29. delectari ab eadem d. l. gloriam nancisci Sir. 37, 27. & autoritate apud homines vers.29. & nomen æternum Sir.15, 1.2. sequent. cibari à sapientia & potari: corroborari: non pudefieri: exaltari: coronari d. l. consolari Sir. 6. vers. 24. tristitiam & gaudium convertere: securitate gaudere Sir. 6. vers. 30. ornari d. l. v. 31. 32. Dei cognitione facilè imbui Sir. 8. v. 33. largiri protectionem, corroborationem, liberationem, libertatem & gloriam Sirac.6, 30. Omnia hæc in Josepho patent, sapiens namque cum esset, à Deo protegebatur, in tribulatione corronorabatur, è car-

carcere liberabatur, libertati denique & gloriæ reddebatur Gen.41.per tot. Præſtantia præ auro & argento, Prov.2.v.4.5. cap.3,14.15. c.16, 16. omnibus ſcientiis Sir. 1, 2. 3. 4. Pretioſitas, cara enim eſt ſapientis anima Prov.17,27.

§.10. *Officia noſtra* circa ſapientiam: (1) *petere eam* Jac.1,5 Socrates idem diſcipulis ſuis injungebat; maximè, ut Rempubl. gubernare poſſis: vide Richter. axiom. hiſtoric. fol. 131. (2) *Amare, non contemnere:* ſapientia enim viri magni eſt habenda Sir.2, 16. Prov.2. v.2.3. c.23, 22. quia ad nos clamat, ergo veniamus Prov.8, 1. virum ſapientem efficit Sir. 6, 18. Prov.18, 2. agricolæ ſuo fructus dat d.l. v.19, 20. unit nos ſibi, ut unum cum ea cor faciat Sir.51.v.28. doctrina ejus vera eſt Prov.8,10. Pretioſa, placet oculis Prov. 23, 25. regnum ejus dulciſſimum Sirac. 34. v. 3.4.6.7. habitatioque ſecuriſſima, amabilis muſica præ omnibus Sir.41,20. Ergo non contemnenda Prov. 1, 20. ſequent. radix enim ejus non computreſcet Job.28. v.12. Sapient. 3,15. (3) *Quærere in tempore,* donec verbum prope eſt in corde Roman.10. (4) *Diſcere eam* Eph. 5. ut nobis aſpera non ſit Sirac. 6, 21. Stulti verò eſt, mox abjicere ſtudium ſapientiæ, ſimulac difficultatem & gravitatem ejus ſenſerit; ſicut lapis nimis gravis abjici à nobis ſolet d.l. Sir. (5) *Laudare* Prov.8.v.12.ſequent. c.26,21. (6) *Diligenter cuſtodire,* ubi eam acceperis Sir. 6, 28. eſto ἐγκρατὴς adverſus Satanæ, mundi, carnis inſultus, & proprias cogitationes: Pſ.119. cuſtodivi ſermones tuos, teſtimonia tua conſiliarii mei. Contra argutias *hæreticorum;* S. Martinus his cum diſputare noluit: *Syncretiſtarum*, deceptorum. 1.Reg.13. Vide eleganter Luther. in 24. Domin. poſt Trinit. Epiſt. Col. 1. Avaritiæ, impatientiæ d. l. fol.442. a. b. 443. a. 444. a. Moderatè tamen ſapiendum Rom 12. Prov.15,27. ne judicia DEI rimemur d.l. v. 2. ne cum Thalete in foveam cœlum contemplante incidamus, & ab ancilla derideamur, Plato in Theot.

§.11. *Similia* ſapientiæ: *Alligatura* eſt ſalutaris, quâ cœleſtis medicus vulneratam animam, ceu chirurgus manum, conſtringit. *Arx* ſupereminentiſſima, longiſſimè tranſcendens omnes ſcientias philoſophicas. *Arbor* vitæ Prov.3.v.13.ſeq. *Morus* arbor, quæ tardè flores, prima verò fructus profert: ita ſapientia non ſe præcipitat, ſed lentè procedit, & mox fructus profert. *Aurum* puriſſimum, quo frons noſtra exornanda Exod. 28. *Aqua ſalutaris* 1. ad lavandam animam: 2. ad potandã mentem ſitiantem: 3. ad coquendũ in corde divini verbi cibũ, ut in ſpiritualẽ ſuccũ convertatur.

Fons vivus Proverb.16. v.22. *Gubernator* ſapiens in navi. *Cochlea* cornibus omnia probant, priuſquam ingrediantur: ita prudens omnia priùs tentat, quàm aggrediatur. *Janua* mentis, mentem enim per ſe videt, per ſapientia conſilia & opera animus hominis perſpicitur. *Lac* ſpirituale, quod præbet Deus in Eccleſia, cujus typus fuit terra promiſſa Exod. 3. quod dedit Corinthiis Apoſtolus 1.Corinth. 3. *Lapis* probationis in lucta adhiberi olim ſolebat, ut in illo ferendo vires ſuas periclitarentur: ita ſapientia probat fortium animos, & vecordium hominum. *Lapis Lydius,* qui diſcernit aurum ab argento, pretioſum à vili. *Lapis quadratus,* qui ſibi ſemper eſt ſimilis, quoquo verſum feratur, vide Auguſtin. in Pſ. 86. *Lux* reverà exiſtens, tenebræ verò è lucis privatione fiunt, in ſe nihil ſunt: ita ſapientia, ubicunque eſt, lux eſt, hac abſente, meræ ſunt tenebræ in mundo. *Lux* ſuaviſſima, Gregor. in moralibus. *Lumen* illuminans mentem, ſicut contra ſapientia mundi obſcurat corda Rom. 1. *obſcuratum eſt cor inſipiens eorum.*

§.12. Sicut *Medicus ægrotis* ſe attemperat: ſic vir ſapiens hominibus. *Margarita* cœleſtis ſplendidiſſima, in corde hominis micans, Hieronymus in Danielem. *Odor bonus,* qui longè lateque ſe diffundit & vicina quæque exhilarat: ſic quoque ſapientia ſe extendit, ut proximum juvet, & illum in neceſſitate exhilaret. *Panis,* quo conſcientia intus in vadum tranquillitatis deducitur, nec ſentit eſuriem. *Sol* in mundo. *Sidera* mundo contrarium iter intentant: ſic vir ſapiens non pergit mundi viâ. *Stola* eſt gloriæ Sirac.6. v.32. Socrates mentem ſapientis Templum eſſe dicebat. *Torques* aurea Prov.1. v.8.9. Sir. 6. v.30. quâ pii ornantur & decorantur. Sapientes quoque virgines Matt. 25. domum ſuper petram ædificantes Matt.7. ſervus ille prudens Luc. 12.

Oppoſita ſunt (1) Αὐτοσοφία, quâ ſe corrigi non ſinit homo. Prov. 12, 1. conſilium non admittit Prov.12,15. (2) Stultitia, vid. ſuo loco: Inſipientia vid. tit. Stultitia.

(3) Sapientia mundi: (α) Confunditur à Deo Rom.1,21. Viret.lib.2. c.11. de idololatr. præcipitatur à Deo Job.5,13. excœcatur Eſa.29.v.14. & perditur 1.Cor.1, 19. vanitatis accuſatur Jer. 49,7. eſt *aqua* in ſanguinem verſa Exod.7. *Abominatio* Ægyptiorum DEO non immolanda Exod.8. gladio punitur Ezech.28,4. nam à DEO prohibetur Prov. 3, 7. eſt enim humana 1. Cor. 2.v.4. & carnalis 2.Cor.1,12. & terreſtris Jac.3,15. conf. Auguſt. t.9. col.1066. d 1067.a. de mundi ſapientia. (β) Hominem ad *terrena incurvat,* qui enim mundum diligit, è mundo habet quod ſapit, Auguſt. tom. 10. colum. 125. a. b. cor machinationibus tegit, ſenſum hominis verbis velat, quæ vera ſunt, falſa demonſtrat, & quæ falſa ſunt, vera oſtendit Greg. part. 1. paſtoral. (γ) *Fallacia bona* pro veris ſubſtituit; v.gr. Goliathi fortitudinem, fallax bonum, mox enim à Davide cæditur 1.Sam.17. *Abſolonis* venuſtatem, quæ mox ſuſpendio terminatur 2.Sam.18. Pharaonis potentiam, quæ in mari rubro frangitur Exod.12. Achitophelis calliditatem, mox fune ſolutam. 2.Sam. 17,23. Nebucadnezaris magnificentiã, beſtialitate mulctandam Dan.4.v.27. honorem in Haman, tragico exitu finiendum Eſth. 3. verſ. 5. opulentiã in Tyro, vaſtitate puniendam Ez.17. vel morte repentinâ, ut Nabal 1. Sam. 25. & dives ille ruſticus Luc. 12. Ut equus ob umbram ſe in

mare præcipitat: ſic ob umbram rerum terrenarum multi ſe inferno immergunt 1. Tim. 6. v.9.10. vanâ mundi ſapientiâ deluſi. Sicut *talpa* extra terram nihil curat: ſic nec mundi ſapientes cœleſtia anhelant, terrena duntaxat ſapiunt, Phil. 3,19. Pſ. 17,24. (δ) Ad ſilentium redigitur, Chriſto loquente: Luc. decimo quarto.

§.14. *Illi* (Phariſæi) *tacuerunt*, ut Exod. 7. virgæ magorum abolitæ ſunt &c. ſic mundi ſapientia 1.Cor.1. v.19.20. Job.5,13. (ε) A piis meritò reſpuitur: S. Martinus noluit diſputare cum hæreticis, è ratione argumenta petentibus, ne & ipſe cogeretur è ratione rationis ſpicula petere; quod exiſtimaret, hac ratione myſteria cœleſtia contaminari, Lutherus Dominic. 2. poſt Trinit. fol. 442. b.

(ζ) Hæc quoque impedit, quò minùs vera ſapientia impiis detur, Matth.11, 25. *abſcondiſti hæc à ſapientibus:* Obſerv. (1) Deum non planè abſcondiſſe myſteria ſua ſapientibus mundi, nam miſerat diſcipulos ſuos ad prædicandum: (2) Chriſtum increpaſſe eos, qui Evangelium contemſerunt Matth. 15, 19. 20.21. ſequent. quî increpaſſet eos, quibus abſolutè abſcondere voluiſſet? (3) ipſi ſapientes mundi ſpreverunt divinam ſapientiam, irriſerunt Apoſtolorum diligentiam Matth. 15. v.14. (4.) quia filium Dei revelantem myſteria rejecerunt Matth.15,27. non receperunt Joh. 1. *non vultis ad me venire* Joh. 5. dilexerunt tenebras magis quàm lucem Joh.3,18. (5) Satan eſt, qui abſcondit in cordibus malorum Evangelii lucem 2.Corinth. 4,3. (6) Timentib. Dominum revelantur myſteria Pſ.25,13. & Chriſtus ex oppoſitione declarat, cum ait, *νηπίοις* revelata eſſe: confer Sirach. 3.v.21. mundo ſe non patefecit, quia Chriſtum ſpernit, incredulitate rejicit Joh. 12. v. 14. Et Chriſtus propriè pro revelatione agit gratias; incredulitatem verò Judæorum, quæ hic taxatur, lachrymis deplorat Luc. 19. ubi etiam additur cauſa illius abſconſionis: *non cognoviſti tempus viſitationis.* Quam malitiam quoque Deus noſter deteſtatus eſt Deuter. 32,29. (7) Quomodo denique condemnabit eos Deus, ſi (juxta Calvinianos) abſoluto decreto illis lucem notitiæ ſubtraxit.

§. 15. (4) Carnis Rom. 8.9. *eſt inimicitia adverſus Deum.* Matth. 16.

(5) *Ethnicorum*, quæ ſolidè hominem non erigit, exemplo Catonis Uticenſis, vide Plutarch. in parallel. ſolùm creaturam cognoſcere facit.

(6) Imaginaria *δοξοσοφία* fugienda Prov. 3, 5. cap.26,12. Rom.12,6. Eſa. 5. Sir.7. verſ. 26. hominem enim in detrimenta præcipitat, Sir. 7,16. Proverb.16,25. Eſa. 44, 25. ſtultitiam in homine denotat Prov. 17, 10. c. 26. v.16. cum ille tantùm ſapientiam à ſapientibus haurire debebat, Sir. 8,12, fefellit multos Sirac.3,26. inceſſit diſcipulos plerumque cap.34,11. ſeq. Effectus ejus eſt, alios tacitè culpare, Sir. 6. prohibita eſt, Sir.6. *ne videaris tibi ipſi nimis ſapiens.*

(7) Politica, quæ aliquando magnos parit luctus, v. gr. Ahitophel, Sir. 21, 15.

SAPONARIA.

Fullonum: vid. Borith. Hac nos lavat Chriſtus quotidie, meriti ſui efficacitate: ſit nobis quotidiano, adverſus peccata quotidiana, ſolatio, mundare nos Dominum in ſua Eccleſia. 1.Joh.1, 7. *Sanguis JESU CHRISTI* filii Dei mundat nos ab omni *peccato.*

SAPPHIRUS.

Gemma pretioſiſſima, coloris cœrulei, punctis collucens aureis. Plinius libro 37. capite nono.

Habet ſcintillam relucentem, virtutis indicem. In anima verè credentis lux fulget Spiritus Sancti, animam luce fiduciæ in Deum beantis, & ad lucem operum bonorum eandem impellentis.

Vulneribus medetur pulveriſatus, lacti admixtus. Lac Evangelii miſce 1. Petr. 2. cum Sapphiro Dei miſericordiæ & ſanabitur anima peccatrix: ora quoque cum Davide Pſal. 41,5. Sana animam meã, Spem notat, Apoc.21.

Dicitur enim firmare animum in bonis.

Eodem ſenſu ſpes Anchora dicitur. Hebr. 6. v. *Anchora.*

Spiritum fortitudinis. Eſa. 11. qui datur filiis Dei, & timorem expellit. 1. Joh. 3.

Gratiam Dei. Ut enim Sapphirus vegetat, & integra membra conſervare dicitur: ſic Gratia Dei nos vivificat: nos audaces facit, ut Sapphirus: Roman. 8. *ὑπερνικῶμεν*, Phil. 4. Omnia poſſum. Reſtringit ſudorem peccati, & ſanguinis fluxum, (ut memorat Dioſcorides de Sapphiro) ſic Dei gratia. Amat caſtimoniam, ſedat tumorem, febrim reprimit, venenum expellit, diſcordes reconciliat, cor lætificat & confortat. Eſa.54. *In Sapphiris fundabo te.* Tobiæ 13. portæ ex Sapphiro: Sapphiri illi notant Apoſtolos Chriſti Apoc. 21. Epheſ. 2. cœleſtia docentes & deſiderantes, Phil. 3.

Imperium & ſummum Sacerdotium: Pierius lib. 41. c. 38. Hieroglyphicor.

SAREPTA.

Vel Sarpat. v. Sidon. & Joh. Mattheſii Sareptam Germanicam.

SATAN.

§. 1. Ex Hebræo adverſarium notat, à שטן adverſatus eſt, Pſalm. 71,13. & 109, 20. Juſtinus componit ex Satan & Nas, h. e. ſerpens: in Dialogo cum Tryphone. Malè: non congruè. Tribuitur 1. malo illi angelo: 2. cuilibet Chriſto renitenti Matth. 16, 23. 2. Samuel. 19. v. 22. Marc. 8, 33.

Varia nomina Satanæ: vid. tit. *Diabolus*, item tit. *Angeli mali.*

Varia hujus effecta & opera: *Sanguinem humanum ſitit:* in Eccleſiam furit Apoc.12,5.6.7. Apollo 14. pueros occidi voluit, pro uno Androgeo, Athenis perempto, Chryſ. hom. 5. in Tit.3. Porphyrius libr. 2. de Abſtinentia & libr. 2. de ſacrific. dicit, *Dæmones effuſo ſanguine gaudere, turpibus & obſcœnis verbis; hortantur ad libidinem, vitium;* ſimulant defunctorum animas: NB. *Apparitio* ſup. ſuo loco. Euſeb. lib.4. c.11. de præparat. Evangelica.

Discordias in Ecclesia excitat, Nicephor. Gregoras libr. 6. c. 1. p. 10. ad peccata inducit 2. Chron. 22. v. 1. 2. Joh. 13, 1. 2. *Conscientias malorum semper divexat*; huc spectant *furiæ* Ethnicorum, de quibus Textor p. 615. officin. Somniis homines decipit, Luth. tom. 10. Witteberg. Germ. in Genes. 15. fol. 322. col. b. Præstigiis homines deludit; victima olim in fontes Jordanis projecta consumebatur, hanc fallaciam Asterius sustulit, Eusebius libro 7. cap. 14. histor. Eccles.

Circumit nos ad devorandum, ut Haman Esth. 7. v. 6. Latro est, animas occidit & corpora, vid. part. 1. prompt. Exemplor. p. 190. §. Urbanus. Stat contra Dei Ecclesiam 2. Chron. 21. v. 1. Monstrat hominibus mundum Matth. 4. sed Deus contra monstrat terram promissam Deuteron. 34. vers. 2, 3. 4. Impellit ad peccata 2. Chron. 21, 1.

Conversatur suo modo inter filios Dei Job. 1. v. 6. 9. 12. *Oppugnat pios* Zachar. 3, 1.

Terret homines; sic Brunonem Episcopum Würtzburgicum, cum Cæsare Henrico, vectum Danubio. Vide Aventin. lib. V. annal Boiorum.

Cribrare satagit homines Luc. 22, 31. Circumvenit homines 2. Corinth. 11, 2. Colaphizat 2. Cor. 12. Habitat inter suos Apoc. 2, 13. Impedit bona 1. Thess. 2, 18. Intrat in homines Lucæ 22, 3. Johan. 13. v. 27. Obsidet eos: vid. tit. Obsessi. Matth. 15. Ludificatur miseros homines; de spectro Rübenzahl vid. fol. 191. part. 1. prompt. Exemplor.

§. 3. *Ligat* morbis diuturnis Luc. 13. v. 16. plagis homines afficit Job. 2. v. 7. Operatur subdolè 2. Thess. 2, 9. Terret homines, vid. Aventin. lib. 5. de Episcopo Brunone, cui mortem prædixit Satan in forma Æthiopis. Prompt. Exemplor. part. 1. fol. 190.

Novit abscondita, eaque suis revelat: de cane Itali illius Andreæ, vid. Prompt. Exemplor. d. l. Rapit verbum Dei è cordibus Marc. 4. v. 15. Repræsentare potest defunctorum corpora post mortem, Manlius lib. 1. L. Comm. vid. Luther. Colloq. Mensalia. De P. Benedicto IX. vid. Naucler. & Platinam. Tentat Matt. 4. v. 1. seq. vid. Tentatio. Apoc. 12. Actor. 5, 3. 1. Cor. 5, 7. Transfigurat se in angelum lucis 2. Cor. 11, 14. Simulat se odisse diras & imprecationes, vid. historiam part. 1. Promt. Exemplor. folio 189. §. D. Martin Luther sagte.

Terret homines, v. gr. Brunonem Episcopum Würtzburgicum Danubio vectum, quod brevi illum visitaturus esset, testibus Hermanno Contracto, Aventino libro 5. annalium. Zwinger. De quô paulò ante dictum.

Septem modis homines in peccato detinet: 1. suggerendo, peccata esse levia: 2. alios peccare, qui tamen & ipsi salvi esse velint. 3. Deus est mihi beneficus, pro anima mea passus est, nô me sinet perire: 4. Deus vult, nullum desperare: 5. si pecco, possum etiam pœnitere cum Maria Magdalena & aliis. 6. si debeo salvari, non obstabunt peccata; si damnari, nil juvant opera: 7. suggerit, vitam prorogatum iri, non mox adesse mortem, posse differri pœnitentiam.

§. 4. *Variis modis primos homines tentavit* (α) infirmiorem sexum aggrediendo, Evam scil. ita maximè hodienum infirmas animas aucupatur: (β) Solam Evam adoriendo, absente Adamo: (γ) formam serpentis induendo, quâ se occuluit: (δ) benevolentiam simulando, ac si maximè consultum caperet honori protoplastorum: (ε) arduam rem objiciendo, non leviculam, ut ita genus humanum in æternum exitium præceps ageret: (ζ) suadendo ea, quæ carni erant grata, nempe honorem, sapientiam &c. (η) verbum Domini calumniando, eique detrahendo: (θ) à fide & obedientia Dei abducendo; huc 2. Corinth. undecim. respicit Paulus.

Subjecta Satanæ & locus: 1. in hominibus obsessis: 2. in aëre, igne, terra, &c. Vide Scaliger. Exercit. 355. Cœl. Rhodig. libr. 2. c. 4. 5. 7. Antiq. Lect. 3. in vitiosis hominibus; in quibus singula quæque vitia suos habent Diabolos: v. gr. fornicatio, ebrietas, avaritia, tumultuum in Rebuspubl. Dan. 10. vid. Cassianum lib. 5. collat. 5. & 6. institut.

§. 5. *Adjuncta* varia: [α] *Potestas* tenebrarum Actor. 26, 18. Coloss. 1, 13. ἐξουσία notat regnum Satanæ, quod constat ignorantiâ Dei & regni ejus, conjuncta cum perpetuis pœnis & tenebris 2. Thess. 1, 7. 8. 9. & vi ac potestate in peccatores Hebr. 2. mortisq; imperio Hebr. 2, 14. 15. adde & efficaci operatione in filiis diffidentiæ Eph. 2, 3. iisque excœcandis 2. Cor. 4. ac de peccato in peccatum trudendis 2. Tim. 2. v. ult. Non tamen est *absoluta hæc potestas*, sed à Deo, ut justo judice super peccata, Satanæ concessa, ceu tortori Matth. 5. sicut & potestati tenebrarum sua erat divino permissu hora Lucæ 22, 53. Christo patiente Zachar. 3, 2. Matth. 8. Magna etiam est potestas in supposititiis fœtibus obtrudendis, quos Wechselbälge vocant, vid. fol. 118. promt. Exempl. part. 1.

[β] *Impudentia*: Satan vult esse Deus, ideo exegit sacrificia ab hominibus, Augustinus libr. 10. c. 7. c. 16. de civitate Dei, idem epistol. 49. Impudens quoque exinde, nam profligatus semel, tamen revertitur Lucæ 11. ut Benhadad 1. Regum 20, 22. [γ] *Diligentia*, quærit quem devoret 1. astutè, sub specie veri & nominis boni. Athanas. disput. 1. cont. Arianos fol. 112. 2. diligenter & sedulò, circumit enim nos 2. Petri 5. Job. 1.

[δ] *Malitiæ excellentia*, Eph. 6, 12. vocantur diaboli spiritualia nequitiæ, in qua phrasi magna est emphasis. [ε] *Fraudulentia* & dolus, hinc dicitur serpens curvus Esa. 27. [ζ] *Casus de cœlo*. Luc. 10. v. 18. nempe expulsus est de cœlo Ecclesiæ per prædicationem Evangelii: Conteritur à Deo sub pedibus Rom. 16, 20. [η] *Profunditas Satanæ* Apocalyps. 2. vers. 3.

Contritio Satanæ 1. Activa, Dei.

2. Passiva Satanæ, qui conteritur inchoativè in hoc, consummativè in altero seculo. Alluditur ad Genesin cap. 3. versu decimo quinto.

Officia

§. 6. *Officia* contra Satanam: orare contra illum, Matth. 26. *vigilate & orate ne intretis in tentationem:* vigilare 1. Pet. 5. ei non credere: cavere, ne Satanæ tradamur 1. Cor. 5, 5. 1. Tim. 1, 20. ne fiamus synagoga Satanæ Apoc. 2, 9. cap. 3, 9. non ire post Satanam 1. Tim. 5, 15. non fœdus facere cum eo. Nobilis quidam pactus cum Diabolo, cum fœderis annulum abjecisset, protinus furiosus est factus Zwinger. fol. 15. a. Theatr. *Diaboli tentationes & insultus elidere clypeo scripturarum & Evangelij*, quò referas licet conflictûs Satanæ & Christiani, à Perkins. descript. Tom. 1. oper. col. 1031. seq.

SATIETAS & SATUR.

Satietas notat in scripturis affluentiam & copiam ac plenitudinem: Psalm. 16. vers. 11. Psalm. 103. 4. Satias nos bono: i. e. facis nos bonis omnibus abundare, temporalibus & æternis. Saturi Luc. 6.[21] sunt 1. qui res mundanas bonis spiritualibus præferunt. 2. Dei verbum fastidiunt. 3. Propria justitiâ turgent. 4. Voluptuarii & Epicuræi. De satietate vitæ æternæ ita scribit Cyprianus serm. de ascens. Domini c. 9. *Non gustabunt*, quàm suavis sit Dominus: Sed implebuntur & satiabuntur dulcedine mirificâ. Nihil illis deerit, nihil oberit. Omne desiderium eorum Christus præsens implebit &c. Erit Deus omnia in omnibus, & illius præsentia omnes corporis & animæ appetitus implebit. Hæc ille.

Satietas 1. *credentium* Matt. 5.[6] satiabuntur: 2. *creaturarum* Psalm. 104.[28] satiabitur terra: 3. *resurrecturorum* Psal. 17. v. ult. 4. *malorum* in hac vita, Sirac.[31.24] 5. *saturitas divitis* non sinit eum dormire: 5. *damnatorum* Prov. 1.[31] saturabuntur consiliis.

Ut corpus hausto vento non satiatur: sic spiritus hominis non satiatur rebus corporalibus, sed tantùm inflatur, Bernhard. de diligendo Deo.

SATISFACTIO.

Reperitur hæc vox in scripturis, non quoad literas & syllabas, sed *quoad rem ipsam*, quæ *declarata est* I. Per *Levitica Sacrificia*, in quibus pecus mactabatur, & huic culpa imponebatur, ut pro hac moriendo satisfaceret.

II. Per diversos loquendi modos, v. g. Christum nostra in se peccata recepisse Es. 53. 1. Petr. 3. portasse. Joh. 1. 29.

Animam dare Matth. 20. v. 28. vel seipsum 1. Tim. 2, 6.

Donari nos dono, per unius justificationem, Rom. 5, 18.

Repropitiare peccata Hebr. 2, 17. constitui in propitiatorium Rom. 3. v. 28. seq. fieri pro aliquo peccatum 2. Cor. 5. v. 21. Sanguinem pro remissione fundere Hebr. 9, 22. mori propter peccata, Rom. 4. v. 25. nos ab illis mundare. Itaque satisfactio

§. 1. 1. *CHRISTI*, declaratur ea 1. susceptione reatus omnium peccatorum totius mundi. Joh. 1, 29. Esa. 53. Christus enim hanc eluit colluviem.

2. Mortis ignominiosissimæ acceptatione. Phil. 2. obœdiens usque ad mortem.

3. Dolore peccatorum & interna satisfactione sensu damnationis. Hinc Psalm. 22. Ut quid me dereliquisti. Matt. 26. Anima mea tristis ad mortem. Huc anxietas cordis, dolor summus animæ, sudor sanguineus.

4. Externa miseria, in perpessione paupertatis Matt. 8. obœdientia Legis. Obœdientia filialis parentibus præstita Luc. 2. Labor proficiscendi, ambulandi, docendi terrâ, marique Johann. 4. Meus cibus est, &c. Actorum decimo.

5. Probra, convitia, contumeliæ, quibus affectus est Dominus Ps. 22. Es. 53. captivatio & constrictio, flagellatio, coronatio, crucis bajulatio ad ignominiam & tormentum. Crucifixio ipsa, summum illud & supremum supplicium. V. Lipsium libro secund. cap. 1. de Cruce.

6. Sola hæc satisfactio nos liberat plenissimè: Vide Luther. Tom. 1. Jen. German. in Psalm. 130.

§. 2. II. Satisfactio Ecclesiastica quæ habet causas quatuor: Prima, Natura sui ipsius lævis. Secunda, laxior & cohortatoria magis, quàm vera Patrum dicendi forma. Tertia, immodica rituum in Ecclesia primitiva usurpatio. Quarta, nimium intenta & superstitiosior externi cultus adfectatio.

III. Ordo ritus hic erat. 1. Satisfacturi, cum signis reatus, extra portas Ecclesiæ constituti flebant & fidelium orationes lachrymis expetebant: Hinc dicti προσκλαίοντες. 2. In vestibulo, inter catechumenos locum habebant. 3. Transibant in ordinem ὑπόπτων, ac orabant inter competentes. 4. Admittebantur, ut spectarent communionem, hac tamen illi exclusi. Tandem expectabant in certo loco (dictus ille fuit μέθωσις) plenam reconciliationem, impositis Episcopi manibus, ac tandem inter communicantes recipiebantur: Et tum pax plena erat, ut loquitur Cyprianus. Vide Tertull. de pœnitent. Euseb. lib. 6. c. 34. lib. 5. c. 28. lib. 6. c. 25. Sozom. in Tripart. libr. 9. c. 35. Niceph. lib. 6. c. 2. Cyprian. lib. 3. ep. & 16. & lib. 1. epist. 3.

SATYRI.

Hebraic. שעירם pilosi, Esa. 13, 21. Verè Dæmones, etiam assentiente Hieronymo & subscribente Johanne Apoc. 18. v. 2. respiciente ad h. l. Esaiæ (Levit. 17. 2. Chron. 11.) & Chaldæo interprete in d. l. Esaiæ. Olim etiam Dæmones sub specie Faunorum & Satyrorum in sylvis colebant. Vide Sabin. in Metamorph. Ovid. p. 19.

SAXUM volvens. Prov. 26, *v. Pœna*.

SCALA.

1. *JACOBI*, Christum notat, qui viam ad cœlos nobis patefecit Joh. 1. v. ult. V. Promtuar. allegoriarum Titul. Christus. 2. *Sacra Scriptura* est scala, in qua per quosdam quasi gradus ad intelligentiam rerum cœlestium

provehimur, Laurent. Justin. c.3. lib. de casto connubio animæ; Isidorus Pelusiota libro 1. epist. 369. 3. *Scala salutis* & congeries causarum salutis est Joh.3,16.17. constat tribus gradibus [α] dilectione DEI: [β] donatione filii: [γ] apprehensione fidei; architectus est Deus, ministri.

4. *Erroris* est, quævis falsa doctrina, ut Pharisæorum, Sadducæorum & hodiernorum hæreticorum quorumvis. 5. *Superbiæ:* debilis hæc scala est, in qua scandentes & dejiciuntur fractâ scalâ, & præcipitantur 1. Petr. 5. Nilus orat. de superbia. 6. *Humilitatis & virtutis,* per quam paulatim scandere debemus, Chrysost. hom. 82. in Joh.7. *Pietatis exercendæ,* Basilius catenâ in 1. Psalm.

8. *Fiduciæ* in hominem collatæ fragilis scala est, Jerem. 17,5. Psal. 146, 3. Esa. 36,6. & ruinoso parieti innititur, qui est auxilium humanum Ps. 62. v. 10. 9. *Creaturarum* scala, per quam ad rerum invisibilium cognitionem ducimur Rom. 1. Richard. Victor. 10. *Tutissima scala,* fides in Christum: scansuros variis tentationum lapidibus adobruere conabitur Satan (ut olim Thebani Canapœum, Diodor. Sicul. lib. 5.) sed frustra.

SCANDALUM.

§. 1. *Quid?* vid Thom. 2,2. q. 45. art. 1. Est omne *dictum vel factum, quo quis alter, per se, deterior redditur.* Calvin. in epist. pecul. tractatu. Dictũ esse putant ἀπὸ τοῦ χάζειν, aut χωλαίνειν, quod notat claudicare, ut scandalum sit offensio animi, ut lapis est pedi. Alii à σκάμβον, quod est curvum lignum: dicitur quoque tigillum in instrumentis, quistus capiuntur mures, vulpes, lupi: Hesychius, σκάνδαλον τὸ ἐν μυαγρίαις.

Forma scandali spectatur in causa vel occasione imitationis & offensionis; etiamsi offensio actu non sequatur aliquando: v. g. Matt. 16. v. 22. Petri oratio erat scandalum (etsi Christus actu non in id impingeret) sicut tendiculæ sunt tendiculæ, etsi nil captum sit. Idololatria quævis scandalum est Ezechiel. 14. vers. 3.

§. 2. *Divisio* scandali: (1) Est vel dictum, v.g. cum obscœni sermones nos offendunt, 1. Corint. 15. *corrumpunt bonos &c.* vel factum, cùm morib. læditur homo, v. gr. cum *scortum Israëlita* introduxit in suum tentorium Num. 25.

(2) Aliud in errores præcipitat; aliud præcipitatos confirmat, v. gr. simulatio Petri, cũ præsentibus Judæis à Gentilibus abstineret, infirmiores verò discipuli confirmabantur in errore, quod lex Mosis servanda esset, contra Roman. 14. *ne fratri detur scandalum.*

(3) Per se, cujus culpa ab autore ejus est profectum; vel per accidens; sive, aliud datum, aliud acceptum: passivum & Pharisaicum. Hoc est: cum mali bonâ doctrinâ & probatis moribus offenduntur: v.gr. Christus & Apostoli sic offenderunt Judæos Joh. 6. doctrinâ de pane cœlesti: beneficiis & moribus, cum paralyticum sanat Christus Matth. 9. vers. 2. 3. cap. 15. vers. 12. Johann. 7,46.52. Actor. 9. v. 14. Marc. 6,3. Actor. 13, 42. Correptione malorum morum Matt. 23. vel cum offenduntur mali, quod hypocriticas hominum constitutiones floccipendimus. Matt. 15. Coloss. 2. quod mores ipsorum improborum non imitemur: hoc enim offendit eos, 1. Pet. 14. vers. 4.

In Christo scandalum quomodo fiat? Matt. 1. Lutherus Domin. 3. Advent. in verba Matthæi hæc distinguit. Vid. etiam Staplet. Domin. 3. Advent. p. 48. 49. Petra scandali Christus est, non per se, sed per accidens Roman. 9. vers. 33. capite 11. vers. 9. 1. Cor. 1. vers. 23.

Tollit scandala Christus; hinc D. Bernhardus oravit hunc in modum: *O mi Domine JESU, tolle scandalum de regno tuo, hoc est, anima mea, ut regnes tu, qui debes in ea:* Hæc ille. Sic Matth. 18. Christus loquitur de scandalo in nobis: si pes &c.

§. 3. *Causa efficiens* Satan accepta in membris: id est, cum mali & perversi rebus in & per se bonis concuti & perturbari sese patiuntur; invidet enim Satan Dei gloriæ, & sanæ fidei doctrinæ, ideoque allaborat, ex his facere scandalum. Varia scandala Christianis objicit in via currentibus 1. Corint. 9. Luc. 8. Et est Satanæ finis, scandala procreantis, [α] Homines fascinare Galat. 3. & excœcare 2. Cor. 4. [β] à veritate eosdem abducere, Johan. 8. est mendax: in ore pseudo-Prophetarum 1. Reg. 22. [γ] errores confirmare 2. Thessal. 2. efficaciam erroris: [δ] Dei gloriam obscurare: [ε] Ecclesiam pessundare falsâ doctrinâ & impiis moribus. [ζ] conscientias immodico libertatis usu perturbare. *Permittit verò* Deus scandala, ut electi probentur 1. Corint. 11. area purgetur Matth. 3. & paleæ à tritico separentur. *Administræ;* qui scandala per se dant & objiciunt, sunt organa Satanæ: v. g. pseudo-apostoli apud Galat. Gal. 3. Huc spectant affectus pravi, autoritatis defensio, odium inveteratum, præconcepta opinio, persuasio sapientiæ, obduratio animi Joh. 2. quæstus.

§. 4. *Modi* scandali varii sunt: vita impia, luxu Num. 25. Marc. 6. indicto Eph. 5. scurrilit. facto Numer. 25. Simei & Casbi. Falsa doctrina, de traditionibus humanis à Christo rejectis, Matt. 15. quâ Pharisæi Judæos scandalisabant. *Scandalum* Gentilium mundanorum fit, cum hi ab hominibus Evangelio addictis offenduntur: v. gr. si Christiani Magistratui rebellarent, sique libertatem Evangelii in carnalem verterent securitatem 1. Corint. 10. vers. 32. Scandalum mutuum Christianorum in Adiaphoris committitur, si 1. doctrinam falsam confirmes Galat. 2. v. 3. 4. 5. Coloss. 2,20. Hebr. 13,9. 1. Corinth. 10, 17. 28. & veram pessundes: 2. Heterodoxos confirmes. 3. orthodoxos turbes, ut olim Galatas pseudo-Apostoli: 4. Eos, qui liberè utũtur adiaphoris, condemnes Rom. 14. v. 3. 4. 10. 11. Coloss. 2,16. 5. Malis exemplo malo præeas 1. Cor. 10, 30. Gal. 2, 14. 2. Corint. 6. v. 14. 15. 16.

§. 5. *Magnorum virorum perniciosum,* sicut oculis læsis, vel capite lethaliter vulnerato corpus

perit & inutile redditur: ita quoq; claris viris cadentibus maxima pars Ecclesiæ ruit, Chrysostom. homil. 1. de verbis Apostoli: *modico vino utere.* Sicut ea quæ de alto cadunt magnum edunt sonitum: sic quoque magni viri si cadant, magnam de se, eamque non bonam, spargunt famam. Ergò, quò quis major, majorique est scientiâ & gradu, eò pejus scandalum: vid. Basilium Magn. in Regul. brevior. numer. 64. & Deus sanguinem eorum, qui hoc pacto inducuntur ad peccandum à manibus illorum repetet.

§. 6. *Necessarium* (ex hypothesi) ubi enim triticum, ibi & palea: sic ubi verbum Dei, ibi quoque est palea scandali.

Supplicia eorum, qui scandala procreant Matth. 18, 7. Apocalyps. 2, 14. 1. Johann. 2. versu decimo.

Scandalo accepto occurrere debemus 1. oratione pro proximo: instructione, &c.

SCARABÆI. vid. *Bruchus.*

SCELUS.

Scelerate dicta & facta: vid. Fulgosum lib. nono capite undecimo, exempla & dicta sceleratorum.

SCHADDAI.

Nomen Dei Genes. 17, 1. cap. 28, 3. c. 35, 11. ab uberibus ita dictus, quæ præbet nobis ceu mater, infinita beneficia præstando & populo suo Israël & nobis omnibus, Luther. in capite 17. Genes. Deus mammeus: Græci *πολυμαστὸν* finxerunt.

SCHAMMAI.

Nomen senioris cujusdam Judæorum: vid. supra: *Parrhesia.*

SCHESAC.

Jerem. 25. vers. 22. nomen festi putatur esse. Alii Regem Babylonis intelligunt, Jerem. 51. v. 40. Et Babylon est Sesac, quæ coluit Deum suum. Hieronymus putat, literas hic commutari: & pro ב poni ש &c. & sic occultè nomen Babel exprimi, ob metum Chaldæorum. Alii Schesac explicant byssum, saccus. Hieronymus in nominibus Hebraic. Id est byssus tua regia mutabitur in saccum. Alii, numerum senarium accipiunt: q. d. Jeremias: Appropinquat finis tuus, ruina tua, sabbathum casus tui. Alluditur ad Regiam Persarum quæ Susa dicitur. q. d. Sesac transibit in Susa, id est, transibit in Monarchiam Persarum, quorum insigne erat lilium. Conf. infra: *SESACH.*

SCHISMA.

§. 1. Ἀπὸ τοῦ σχίζειν dicitur, rumpere, discindere, qualis scissura est in sectione lignorum; hinc German. Schieden: item Schindeln; Græcè, *κλάσματα τοῦ ξύλου*; & per Metaphoram ad sententiarum divortia vox translata est, & ad homines, qui charitatem & communionem Ecclesiæ scindunt.

Quid? Pelag. in Can. schisma, c. 24. q. 1. *Schisma*, inquit, *quod græcum nomen est, scissuram notat;* sed in unitate scissura esse non potest: non ergo unitati communicat, qui schismaticis *communicat.* Opt. Milevit. libr. 1. adv. Parmen. pag. 14. 15. describens schismaticos sic inter alia: Catholicum facit simplex & verus intellectus, intelligere singulare & verissimum sacramentum & unitas animorum. Schisma verò soluto pacis coagulo dissipatis sensibus generatur, livore nutritur, æmulatione & litibus roboratur, Augustinus Tom. 9. col. 561. c. Schismatici sunt, qui rete disrumpunt è Joh. 21. capit.

§. 2. *Quotuplex?* 1. est *malorum* à malis sese ab invicem separantibus, sic Johann. 9, 16. c. 10, 9. 2. *Bonorum* à malis 1. Cor. 11. v. 12. & c. 3. vers. 3. 3. *Diffidentium* in sacrorum communione & ritibus, vid. Euseb. lib. 5. c. 23. hist. 4. *Excedentium* Ecclesia vera vel se separant à radice matris Ecclesiæ, invidiæ falcibus amputati, errando rebelles abscedunt, Opt. Milevit. d. l. E. non sunt schismatici, qui ab Ecclesia falsa exeunt v. gr. Babylone. 5. *Opinantium & errantium*; v. gr. Victor Episcop. Roman. Asianos, pascha cum Judæis celebrantes, damnans schisma induxit; sed ab Irenæo fuit admonitus, abstineret schismate. 6. *Ejectorum*, cum boni ab Ecclesia pelluntur. 7. *Cedentium* ultrò, cum nempe fides & Sacramenta sunt corrupta: sic nos à Pontificiis secessimus.

§. 3. *Causæ* 1. *Efficiens* princeps Satan, delectatus odiis hominum & dissidiis: in paradiso primùm fecit schisma: zizania plantat Matt. 13. animos hominum exacerbat Judic. nono. 2. *Ministræ*, homines, in quibus vitia regnant maxima: v. gr. ignorantia veri: admiratio vanæ sapientiæ: *αὐθάδεια* & admiratio propriæ sapientiæ: odium & vehementia affectuum, in Donatistis: Error præconceptus: suspicio de proximo concepta, v. g. Joh. 7. putant Christũ esse Galilæum: *Temeritas* recedendi ab Ecclesia, quâ laboravit Emericus Donatista apud Augustin. epist. 164. *Ambitio & studium* dominandi in Episcop. Romanis, reliquos Orientis episcopos tandem pessundantibus, seseque conficientibus mutuò: *Superbia & fastus* justitiæq; propriæ fiducia; hinc August. tractat. 1. in 1. Joh. epist. *Unde* (ait) *facta sunt schismata? Quando dicunt homines, non justi sumus: cum dicunt homines, nos justificamus immundos, nos sanctificamus impios.* Hæc ille. Hinc vide originem præsentium Schismatum.

§. 4. *Modus* schismatis est, cum aptus ordo membrorum Ecclesiæ inter se juxta cujusque membri conditionem turbatur, sive in doctrina fidei, sive cultu Dei, sive in charitate erga proximum, & communicatione mutua membrorum cum capite: Roman. 12. sicut in uno, &c. Ephes. 4. crescamus in illo, &c. 1. Corinth. 14. non potest oculus dicere, &c. Differt igitur schisma ab hæresi, vide Irenæum lib. 4. c. 43. August. cap. 10. de fide & symbolo, Hieron. in cap. 3. ad Titum.

Subjectum in quo vel subjectiva materia schismatis est multiplex: v. g. res externæ & politicæ:

ticæ: diſſenſio de eligendo magiſtratu, vel ſchiſma ſententiarum: negata charitas & obedientia etiam Epiſcopo, vid. Cyprian. lib. 4. epiſt. 9. Profeſſio vitæ; in hac ſchiſmatici ſunt inter ſe monachi, infinitos ordinum variorum magiſtros commenti. *Doctrina* vel fides, cujus unitas cum ſcinditur, ſchiſma oritur. *Feſtorum celebratio*, ut, quo die Paſcha celebrandum. Ad ſubjectum quoque Pontificem referimus, quippe & ille ſchiſmaticus eſſe poteſt, ut diſputat. Greg. de Valent. tom. 3, diſp. 3. quæſt. 15. de ſchiſmat. punct. 2.

Errant, qui protinus ſchiſmaticos eſſe eos putant, qui plura fundamenta ſcripturæ habent; ſequeretur enim, omnes Patres ſchiſmaticos fuiſſe, quippe illi in confirmandis doctrinis varia argumenta adhibuerunt. Futile igitur eſt, quod Urſinus paginâ 496. Catechiſmi objicit, Lutheranos ſchiſmaticos eſſe; ſcilicet non videns id manticæ, quod in tergo eſt.

§. 5. *Effecta & conſequentia* ſchiſmatis & ſchiſmaticorum: diſtrahunt & ſcindunt Eccleſiam Actor. 14, 4. cap. 23, 7. Irenæus lib. 4. c. 43. ceu ſpirituale rete Johann. 21, 11. & Chriſti tunicam lacerant, quæ inconſutilis erat, ut Eccleſiæ unitas ſignificaretur. Seipſos quoque in varias ſectas ſcindunt, verb. grat. Marcionitæ, vid. Epiphan, hæreſ. 42. Anabaptiſtæ, de quibus Henric. Bullinger. peculiari libro. Chriſto non ſerviunt, ſed ſibi. Lites ſeminant, vinculum pacis rumpunt, odia ſpargunt, ut in Eccleſia Galatarum, Galat. 5, 15. Scandala pariunt, ut in Eccleſia Corinthiorum 1. Corinth. 10. Blaſphemari nomen Dei faciunt: in diſcrimen ſalutis ſe conjiciunt, cùm enim ab Eccleſia ſe ſejungant, eo ipſo ſeſe privant communione bonorum in Eccleſia vera diſtributorum, nempe ſpiritu & ſanguine, corporeque Chriſti, à quo illi per ſchiſma ſeparantur, Cyprian. lib. de Unitate; *non poteſt poſſidere indumentum Chriſti*, (gratiam) *qui ſcindit & dividit Eccleſiam Chriſti*. Charitatem violant & ab hac reſiliunt. Auguſtinus libro de fide & ſymbolo capite decimo: *Schiſmatici diſciſſionibus iniquis à fraterna charitate diſſentiunt.*

§. 6. *Affectiones* [1] *Turpitudo* & difformitas: vid. Auguſtin. epiſtol. adv. Parmenian. tom. 7. oper. nempe cum quis recedit ab eo, quod & ipſi ſalutare & neceſſarium eſt; quod eſt unitas Eccleſiæ. [2] *Neceſſitas* hypothetica, quæ oritur ex eo, quòd mali & boni, pacifici & iracundi, probi & improbi in Eccleſia concurrunt, unde non poteſt non fieri, ut aliquando hi à ſe invicem ſeparentur. [3] *Gravitas*: graviſſimum eſt peccatum (α) læditur enim Eccleſiæ unitas & charitas & jucunditas Pſal. 133. *Ecce quam bonum, &c.* ergò malum & grave, ſi fratres non coëant in unum: (β) pœnæ atroces ſequuntur ſchiſmaticos, v. g. pœna Jerobeam: Irenæus lib. 4. c. 34. Deus ad iram provocatur, Chryſoſt. hom. 11. in epiſt. ad Epheſ. ſanguine hoc peccatum non expiatur Chryſoſt. d. l. ex Cypriano: ſingulari vindictâ vindicatur, Auguſt. l. 2. c. 6. de baptiſm. cont. Donatiſtas; ſic Core & Dathan abſumti ſunt à terra: rex contemtor libri Domini Jer. 36. bellicis calamitatibus mulctatus eſt. [γ] Officio ſuo non utuntur legitimè, ſive legitimè non exequuntur. (4) *Differt ſchiſma* ab hæreſi: hæc enim 1. eſt in doctrina & fidei articulo fundamentali: 2. lædit fidei ſinceritatem; ſchiſma pacis unitatem: 3. ſchiſma in fine fingit hæreſin, ut juſtè ſeceſſio facta eſſe putetur: 4. hæreſis eſt, ubi latet; ſed ſchiſma mox erumpit in factiones: 5. hæreſis prius ſpargit falſa dogmata, deinde adſciſcit ſequaces; ſic Arius. Igitur omnis quidem hæreſis eſt ſchiſma, ſed non omne ſchiſma eſt hæreſis.

§. 7. *Exempla* ſchiſmatum in Eccleſia Africana, Cyprian. epiſt. 39. Romana per Novatum Baron. tom. 2. annal. f. 503. 504. ſeqq. Donatiſtarum, Auguſt. libr. 2. c. 6. de Baptiſmo contra Donatum. Anabaptiſt. ob vanas rationes noſtras Eccleſias flagellantes. Paparum Romanorum: v. g. Greg. XII. & Benedictus, uterque depoſitus Piſis, & in Concilio Conſtantienſi ſurrogatus eſt Martinus V. dejecto etiam Johanne, Piſis electo.

Vitanda ſchiſmata. Num. 16. jubet Dominus: *ſegregate vos à tabernaculis* Core, Dathan, Abiram, hominum factioſorum: idem & nobis faciendum, à tabernaculis & conſiliis ſchiſmaticorum recedendum. Oſeæ 9. omnes contaminantur, qui panem luctus edunt &c. ſic contaminamur peccatis, ſi aſſociemur ſchiſmaticis: 1. Tim. 5. *Aliorum peccatis ne communicaveris.* 1. Reg. 13. Vates ille occiditur, qui panem comederat in Bethel loco idololatrico; qui ſocius eſt ſchiſmaticorum, panem cum eis comedit, in manus irati judicis (cui abominatio eſt unitatis ſciſſura) incidit. Exempl. Orthodoxi olim Chriſtiani domos ſchiſmaticorum, aliàs publicas ac cultui deſtinatas, reliquerunt, portisque egreſſi ſub dio orarunt, recenſente Baſilio M. epiſtolâ 69. ad Epiſcopos Galliæ & Italiæ. Vide plura apud Cyprian. lib. 1. epiſt. 3. epiſt. 6. lib. 3. adv. Judæos tit. 68. 78. item ſermon. 6. *Simile*; Contagioſos morbos, venena, ſerpentes, morbida pecora, ne & ſana inficiantur, fugimus; picem abjicimus, ne polluamur: ita ſchiſma eſt contagioſus morbus, venenum peſtiferum, morboſasque Chriſti oves reddit.

§. 8. *Tollenda* ſunt meritò ſchiſmata inter Evangelicos: 1. ob unitatis & pacis ſtudium omnibus injunctum: 2. ob neceſſitatem correctionis; ſic olim Auguſtinus Donatiſtas corripuit c. 7. lib. de corr. Donatiſtarum: §. veri autem Martyr. & c. 16. §. Annon. 3. ob exemplum Pauli Rom. 16. 1. Cor. 1. c. 3. Phil. 3, 1. 2. Auguſtini, corripientis Emericum Donatiſtam, quod ab Eccleſia receſſiſſet, epiſt. 164.

SCHOLA.

§. 1. *Neceſſitas* ſumma eſt ſcholarum: per has enim quoque pueri ad Chriſtum veniunt Marc. 10, 14. & in iis educantur Epheſ. 6. v. 4. Linguæ addiſcuntur, vid. Auguſt. lib. 2. c. 11. de doctrina Chriſtiana: Lutherus in exhortat. ad

Sena-

Senatores Germaniæ de aperiendis ſcholis f. 474. De hac neceſſitate vid. etiam Platon. dialog. 6. de Republ. Dion. lib. 52. *Homines dum adhuc pueritiam agunt, ludos literarum frequentant: ita ſtatim à puero diſcentes & exercentes omnia ea, quæ adultis ſunt uſurpanda & ad omnia negotia aptiores habebis:* Hæc ille.

§. 2. *Utilitas* ſcholarum: nam ſpiritualia bona animarum conſervant, v.g. agnitionem & cultum veri Dei: Magiſtratus ſolùm bona temporalia non quærat, Luther. tom. 5. Jen. German. fol. 179. b. Magiſtratui ipſi ſapientiam dant, quâ imperia reguntur. Luth. d. l. fol. 180. b. §. Nun ſieheſt du. Contra Satanam pugnant: docent enim credere & orare, quibus armis Satan vincitur; hinc Julianus Chriſtianos, ne ſuos in pietate inſtituerent, impedivit. Juventutem ſummis ornamentis induunt: efficiunt enim ſcholæ, ut in his enutriti fiant angeli Malach. 2. miniſtri DEI 2. Cor 5. ſal terræ Matt. 5. Luth. tom 5. Jen. Germ. fol. 175. a. §. Du biſt. Statum quoq; fori & chori conſervant, Luth. d. l. f. 174. ſine ſcholis namque utriusque Status collabaſcit. Sine illis omnia tenebris involvuntur; ut apud Turcas, & olim quoque apud monachos. Omnes ſtatus in ſcholis erudiuntur in pietate & probitate, Luth. d. l. f. 176. a. §. Ein Pred. Idem in Evangel. Domin. 2. Adventus, fol. 31. a. Poſtill. Eccleſ. Puerum modò bimulum plus ſcire, quàm olim 20. Doctores. Contra Diaboli regnum plantatur, cum ſcholæ negliguntur, Luth. d. l. f. 177. a. §. Wiederumb. Et barbaries ſumma reducetur tandem Luth. tom. 5. Jen. f. 181. b. §. Thut man: & homines manent in amore divitiarum, ut ſues in cœno, d. l. Luther. & conſcientiæ eorum, qui ſcholas neglexerunt, in morte lædentur, Luth. d. l. §. Wie wilt du. Olim lætabantur parentes, ſi filium educaſſent, qui Miſſam legere didiciſſet. Sunt quoque parentes *DEI vicarij*, ut ait Plato in Menechemo: Seneca de beneficiis cap. 28. Ne igitur liberi ſuis parentibus maximas, ut facere aſſolent, moleſtias creent, (Juſtin. c. de Epiſc. & Cleric.) gnavam in educandis illis locent induſtriam, opus eſt, ne pro honore ignominiam, pro dono exitiū olim perſentiſcant. Plura de ſcholarum utilitate leges apud G. Tholoſan. libro 4. de Republ. c. 11. §. 6. lib. 12. c. 6. §. 3. c. 18. §. 9. lib. 23. c. 21. §. 11. c. 27. §. 6. 7. lib. 15. c. 1. §. 15. 25. l. 17. c. 20. §. 6. l. 18. per tot. Zanchium tom. 7. oper. part. 1. col. 416. Orat. peculiari D. Luth. paſſim in tomis oper. præter ea quæ paulò ante adduximus; Tom. 2. Jen. Germ. ſcripto ad Senatores Germaniæ vernaculo: T. 5. Jen. Germ. fol. 186. de ſtipendiis ordinandis.

§. 3. *Exemplum Principum ac Magiſtratuum*, qui ſcholas amârunt & plantarunt: Dan. 1, 4. 5. Nebucadnezar erudiri curavit Danielem. 2 Reg. 2. v. 5. Eliſa ſuos habuit commilitones in ſchola prophetica. Trajanus Imperator largiſſima egenis ſtudioſis ſtipendia in civitatibus Italiæ dari juſſit: *Cuſpinian.* Romani divites tributa pendebant, Liv. lib. 11. Dionyſ. Halicarnaſſ. teſtibus. Carolus M. in Saxonia Epiſcopatus aliquot fundavit, ut eſſent ſcholæ, in quibus ſonaret doctrina Evangelii: vid. Chytræum in Metropoli Saxoniæ. Conſtantinus Magnus egenos ſtudioſos fovit. Alexius Commenius collegium exſtruxit. Alfredus Rex Angliæ bonam partem opum ſuarum dedit ſtudioſis. Alphonſus Arragonum & Neapolis Rex Scholas frequentavit, audiens lectiones Theologicas: Abbas Panormit. lib. 1. n. 39. f. 32. de dictis & factis Alphonſi. Johannes Fridericus Wittebergæ, qui prandium lautum in arce apparari juſſit in promotione Caſpari Crucigeri, & Johannis Bugenhagii: Pom. Annal. facult. Theol. f. 36. in Acad. Witteb.

Contrà Hoſtis rei ſcholaſticæ fuit Julianus, qui Chriſtianorum ſcholas deſtruxit, Tripartit. libro 6. c. 17. Turcæ hodiè eaſdem faſtidiunt. In ſcholis fabuloſa de Chriſto & ejus paſſione prælegi fecit Maximinus in opprobrium Chriſtianorum, Euſeb. lib. 9. c. 5. hiſtor. Eccleſ.

§. 4. *Exempla ſcholarum. Patriarchales:* v. gr. Adami, Noæ, Enochi, Moſis & reliquorum, qui populum DEI docuerunt; huc illa verba, congregavit Moſes &c. Gen. 18, 19. Deuter. 6. v. 7. 8. Conf. Franciſcum Philelphum in colloq. *Propheticæ*, 1. Sam 3, 1. c. 10, 5. & c. 6, 12. 2. Reg. 9, 1. Sethi poſteri duas columnas, alteram lapideam, alteram lateritiam erexerũt, Joſeph. l. 1. c. 3. Antiquit. *Apoſtolicæ* Luc. 6, 13. in his ipſe Chriſtus ſummus Doctor fuit, quem & Apoſtoli & alii Luc. 10, 1. audiverunt: hi rurſus ſuas pòſt Scholas aperuerunt, ſive domi privatim, ſive publicè; quo referri poſſunt 2. Tim. 3, 10. & 14. Actor. 13, 14. 42. 2. Tim. 2. v. 2. *Johannitica ſchola*, in qua eruditi ſunt diſcipuli Johannis Joh. 1, 28. Matth. 11, 2. *Judaica & Academica ſchola* fuit Solymis, in qua Phariſæi docebant Matt. 22. v. 15. 16. & Paulus inſtitutus fuerat olim Actor. 22, 3. eratque in varia velut collegia diſſecta: ut, Libertinorum, Alexandrinorum, Cilicum, Aſianorum Actor. 6. v. 9. *Philoſophica*, ut Athenienſium, ex qua prodierunt adverſarii Pauli Act. 17, 18. *Corinthiorum* Actor. 19, 8. *Chriſtiana*, ut Alexandrina, de qua Euſebius lib. 5. cap. 9. Antiochena, in qua Pantænus docuit &c.

Schola Dei triplex: 1. *Naturæ*, in qua liber naturæ, codex Eremitæ Antonii: 2. *Gratiæ*, liber ſcripturæ: 3. *Gloriæ* 1. Cor. 13.

§. 5. *Errores* ſcholarum, ut Solymitanæ Matt. 23. Alexandrinorum, Libertinorum, Actor. 7. Tempore INTERIM, vid. Luth. tom. 2. Jenenſ. fol. 40. 42.

Varia prædicata. Etiam peregrini doceant in ſcholis, ſi apti ſint ad docendum: nam & per illos Athenienſium ſchola inclaruit, Plutarch. de Exilio: vid. G. Richter. axiom. Eccl. 395. Sed breviter, doceant omnes & methodicè, ne ſeſquipedalibus commentariis juventuti magis obſint quàm proſint. Diſciplinam moderatè tractent, Ambroſ. lib. 1. c. 50. de officiis: & pietatem; quæ ut negligatur ſæpè, queritur

Ben.

Ben. Justinian. in Ephes. 6. fol.216. Parentes domi ea non corrumpant, quę in scholis rectè proposita sunt: sint igitur specula liberis, in quibus ea intueantur filii, quæ audiverunt in schola. Sint *stellæ*, quæ lumen pietatis liberis suis præbeant, Plutarch. de educat. pueror. *Examina publica huc spectant*, vide de his Hyperium part.1. opusc. p.364. *Institutio publicorum* collegiorum, in quibus juventus erudiatur ad suscipiendam Ecclesiarum gubernationem Hyper. d. l. p.305.

Scholæ sunt *hortus Dei & seminaria*, in quibus novæ plantæ subinde educantur, quæ deficientibus paulatim sufficiuntur.

SCHOLASTICI.

Doct. Pontificii Theologiam tricis implicuerunt, otiosis quæstionibus ætatem triverunt, de Justificatione doctrinam corruperunt, syllogismis omnia involverunt; Simon de Cass. libro octavo de Gestis Domini §. multi etiam.

SCIENTIA. *Conf. Sapientia.*

§. 1. *Plura scientium genera:* Bernhard. serm.26. Cantic. Canticor. col.680. a.b. *Sunt, qui scire volunt* eo fine tantùm, ut sciant, & turpis *curiositas* est. Et sunt, qui scire volunt, ut sciantur ipsi, & turpis *vanitas est*, &c. Et sunt item, qui scire volunt, ut scientiam vendant, verbi gratiâ pro pecunia, pro honoribus, & turpis *quæstus* est. Sed sunt quoque qui scire volunt, ut ædificent, & *charitas* est: Et item, qui scire volunt, ut ædificentur, & *prudentia* est. Horum omnium soli ultimi duo non inveniuntur in abusione scientiæ, quippe qui ad hoc *volunt intelligere, ut BENEFACIANT.* Columna. 680. Edit. Paris. Ibidem admodum copiosè de modo acquirendæ scientiæ, deque hujus objectis differit.

§. 2. *Duplex scientia:* 1. *generalis*, quod sit res, quâ animæ in cœlum ferantur: 2. *specialis*, quâ circumstantias scimus; talis non est scientia in rebus omnibus Jos.14. vers. 5. Exemplum in Thoma.

Scientiam & sapientiam aliis communicare debemus, sic Joh. 20. discipuli: *Vidimus* (dicunt Thomæ) *Dominum*.

Scientia non sit *superba:* sic Gnostici sibi excellentem scientiam adscribebant, fol. 302. Espensæus B. c.1. oper. Sed sit *humilitate & charitate ornata:* solet enim scientia tollere humilitatem, nempe qui multa scit, sibi ipsi placet & superbit 1.Cor.8,1. Lumen humilitatis non obscurent radii scientiæ; *superbia* quoque velut *ventus est*, dispergens scientiam, ne prosit homini proximo, & custodem virtutum omnium removens, qui custos est humilitas. *Ergo scientia inflando hominem non pervertat, sed charitas ædificando erigat.* Gregor. in Moralib. Et Bernhard. super Cantic. Canticor. ait: *Sicut cibus indigestus* pravos gignit humores, corpus non nutrit, sed corrumpit: sic scientia stomacho animæ ingesta, si decocta igne charitatis non fuerit, non prodest, *sed obest.*

Scientia rerum obscurarum non prodest, Thomas à Kempis lib.1. cap.3. ibid. §.5. Vitandæ quæstiones.

Imperfecta est; itaque dicamus cum Socrate: Hoc unum certò scimus, nos nihil scire.

SCINTILLA.

Pro unico filio, 2. Samuel.14,7. in quo mater adhuc vivere videbatur etiam post mortem. (Confer Sir. 30, 4.) cui vitæ lampada brevi traditura esset. Ut lucernæ nomen pro posteritate ponitur. 1.Reg. 11,36. cap. 15, 4. 4. Reg. 18, 19. Psalm. 132, 17.

SCOPÆ.

Scopæ Dei quibus evertit terras Esa. 14, 23. Notatur 1. Eversionis & vastationis totalitas: omnia nempe vastatum iri, nihil superfuturum esse. Scopæ enim totum evertunt, nil faciunt cæmentorum, quod machinæ murariæ, quod arietes faciunt, reliquum. 2. Eversoris sedulitas & intentio omnia ejiciendi: Hinc ait Spiritus Sanctus: *Scopabo in scopa.* Et addit *terens*, ut notet indefessum studium Dei vindicis. Sic Ezech. 26. In limpidissimam *petram.* 3. Reg. 14. vers. 10. de domo Jerobeam: *sicut fimus*, & cæt.

SCORPIO.

§. 1. Animal noxium; solus inter insecta hominem ictu necans venenoso, latens sub lapidibus, solem fugiens, terrâ muscisque vivens. Eadem verò vox notat quoque teli genus, sed recurvi, 1. Macch. 6, 51.

Cædere scorpionibus 1. Reg. 12, 11. id est flagris, quæ aculeata & recurva fuerunt, Germ. Widerhacken. Atq; his plurimi expositi martyres, vid. Baron. in Not. ad Martyrolog. & annalib. Alia sunt lora, quæ *plumbata* dicuntur, quòd illa globulis plumbeis communita fuerint, & instructa. Fuit quoq; teli genus, de quo Vegetius de Re militari. His plumbatis quoque martyres cæsi sunt, ut eorum Acta testantur: apud Baron. Tom.2. De *voce*, consul. Sipont. Episcop. colum. 120. cornu copiæ. Pergimus: Scorpio.

§. 2. *Imago* 1. *Diaboli* & Dæmonum: [α] sub quovis lapide scorpius: in quovis loco insidiatur Diabolus 1.Pet. 5,8. in quovis ferè tecto seu domo suum regnum machinatur. [β] Symptomata & graves affectus incurrunt percussi à scorpiis: gravissimis periculis expositi sunt à Satana vulnerati. [γ] Blandimenta sunt scorpiis: blanditias quoque Satan, quibus struit insidias, voluptatibus carnis, mundi delitiis, cassibus illis periculosis 1.Tim. 5, 9. [δ] Scorpionum varii colores: variæ sunt artes Satanæ, mille doli; hunc injustitiâ, illum libidine, istum avaritiâ tentat.

2. *Hypocritarum* & virulentorum auditorum; Ezech. 2. cum scorpionib. habitas: nempe blandiuntur tibi, & tamen noxia in caput tuum moliuntur. Ezech. 33, 31.

Homo scorpius homini [1] Venenô linguæ: [2] fraudulentiâ cordis, &c. Psalm. 55. vers. 22.

SCOR-

SCORTATIO.

§. 1. Πορνεία: vox notat generaliter omnes actus impudicos. Fornicatio verò dicta est à fornicibus, in quibus olim meretrices corpore quæstum faciebant: N. Perott. in cornu Copiæ, col. 578.

Alia (1) *Spiritualis*: quæ fit, si idola & alienos Deos colas: Oseæ 1, 2. fornicans fornicabitur terra à Domino. Exod. 34, 15. 16. Levit. 17. v. 7. c. 20, 5. 6. Num. 15, 39. Deut. 31, 16. Judic. 2, 17. c. 8, 27. 33. 2. Chron. 21, 11. 13. Psl. 73, 27. Psl. 106, 39. Esa. 23, 17. Jer. 3, 1. 6. 8. 2. Chron. 21, 11. 13. Scortatio Jorami vocatur *via regum* Israël: Confer Ezech. 16. versf. 15. 16. 25. sequent.

§. 2. (2) *Corporalis*: quæ verè est peccatum; etsi hoc olim Græci negaverint [ut notat Guido Carmelita Loc. 21.] & Martinus de Magistris. Olim legibus Romanis ignorata & partim excusata, sed Dei interdicto vetita: vid. August. c. 71. q. in Exod. Sacerdotem fornicationis causâ non esse summovendum, docent Canonistæ 3. q. 7. can. lata. Extr. de Bigamis, & can. si quis de Laic. dist. 34. Can. Fraternit. eod. Sic ob scortationem non deponebatur Clericus, Panormitan. in can. Extra, de consanguinit. & affinitate §. *Non debet Abbas* Dist. 82. Nisi esset fornicarius notorius, Panormit. in c. maxim. Dist. 81. Extra de cohabit. Clericor. & mulier. si autem Abb. Vid. Joh. Ivellum f. 292. pro Apolog. Ecclesiæ Anglicæ. Olim jejunio 10. annorum expiabatur Scortatio; sed Martinus in Dictionario dicit: Ecclesia multos ejusmodi canones exsufflavit, quia onerosi sunt: Hæc Martinus ille Pœnitentiarius. Fornicatio igitur tolerata in Romana Ecclesia c. si quis de Laic. dist. 34. c. Fraternit. eod. cap. 3. q. 7. can. Lata. Extr. de Bigamis. Scortatio prælata conjugio, vid. tit. Conjugium in Oppositis.

Causa impellens & movens est Satan, libidini fomenta subministrans & occasiones suggerens. Ose. 4, 12. c. 5, 4. Adjuvans, doctrina hæreticorum, impudicitiæ magistra: v. g. Basilides, Carpocrates, Prodici. Occasio scortationis; discursitare in plateis Prov. 7, 8. exemplo Dinæ: dare verba blanda, linguâ uti mellitâ Prov. 5, 3. ferocem esse Sir. 19, 3. ac morum petulantiâ de animo testari Prov. 5, 4. sq. associare se mancipiis venereis: frequentare gurgustia spurcis libidinib. sacra: Lupanaria, de quib. *sup.*

§. 3. *Effecta & consequentia* scortationis. I. *Respectu Dei*. 1. Is ad iram commovetur scortatione. Ordo ejus invertitur; scortatio namq; ab ordine conjugii longissimè aberrat, qui in eo consistit, ut vir cum muliere procreet sobolem, eamque educet, ac mutuas sibi operas præstent. 2. Sanctitas deturpatur; vult enim & in nostris membris sanctificari 1. Corint. 6. sed scortator membra Dei facit membra scorti. 3. Gratia avertitur: scortator enim cum sit peccator (perseverans) à Deo non exauditur Joh. 9. *Casta Deus mens est, castâ vult mente vocari: & castas jussit pondus habere preces.* 4. Ab eo maledictio incutitur: Gen. 49. *non cresces*, quia *maculasti* &c. Nomen Domini ob eam scortationem blasphematur: 2. Sam. 12. *blasphemare fecisti nomen Domini*. 5. Deus suo peculio spoliatur: corpus enim nostrum, non fornicationi, sed Deo consecrandum 1. Cor. 6, 13. ceu artificium & peculium creatoris & sapientissimi opificis.

§. 4. II. *Respectu scortatoris*: (1) Hic animam perdit, 1. Cor. 6. scortator non hæreditabit &c. (2) bona sua dissipat Prov. 5, 10. (3) famæ suæ maculam attrahit: (4) stultitiam committit. Prov. 6, 33. cap. 7, 21. Ose. 4, 11. Genes. 34. 7. quid enim stultius est, quam quod facies scorti sit fornicatori cœlum; risus illius solatium; austeritas, terror; verba blanda, refocillatio? (5) Sanitatem corporis destruit, Sir. 19, 2. 3. quod enervatur & debilitatur. (6) Conscientiam vulnerat. (7) sapientiam perdit: (8) lites sibi creat & mortem, sic Amnon interficitur 2. Sam. 13. (9) Hominem aliquando ob fornicationem occidit; sic David Uriam 2. Sam. 11. (10) Animam infra corpus dejicit; animæ namq; nuncium remittit, corpori obsequium suo præstat in utriusque perniciem. (11) Ignem accendit, non nisi proprio sanguine extinguendum. (12) Satanam sibi comitem adjungit. (13) Scorto se perdendum addicit Prov. 5, 2. 3. c. 6, 26. (14) Seipsum à Deo revocat, ut non ad Deum, sed ad scortum oculos convertat, Ose. 5. Spiritus fornicationis excœcavit eos: Dan. 13. non viderunt &c. (15) Seipsum facit suem, ut pluris habeat prostibulum putidum, quam lectum jugalem & castum thorum: (16) Facit se captivum, ut non facilè vinculis scortationis exire possit, etsi velit: Venus enim dulcis dæmon; ita Simson, David. (17) Exercet injuriam in corporis humani officinam, hanc enim & scortum & scortator corrumpunt, ut in ea fœtus procreari nequeat, promiscuâ feminum confusione præpeditâ. (18) In proprium quoque corpus Rom. 1, 24. Contumeliis afficiunt corpora sua, polluendo, enervando, in servitutem meretrici sordidissimæ liberum corpus tradendo, sanguine quoque Christi mundatum, & manu sapientissimi artificis non ad scortationem, sed ad castam sobolis procreationem affabre fictum. (19) In primam etiam hominis creationem & matrimonii institutionem; in utraq; Deus membra hominis certo ordini astrinxit, atque extra hunc homini facultatem utendi membris suis plane sustulit. (20) Attrahit hostem nunquam quieturum: sic enim Hieronym. in 1. Cor. 6. *Alia peccata* forinsecus sunt, quæ post factum pœnitudinem habent, & licet invitet lucrum, mordet conscientia; sola libido etiam in ipso tempore pœnitendi præteritos stimulos patitur, & titillationem carnis & incentiva peccati, ut per hæc quæ corrigi cupimus cogitantes, rursum sit materia *peccandi*. Hæc ille: quod ipsum se quoque expertum fatetur epist. 22. ad Eustoch. Omnia vitiis implet Lev. 19, 29. Ethnicam impietatem sequitur: de meretricibus Ethnicorum lege J. Ravis. 1293. offic. Fornicator è templo cordis Spirit. S. exstruit templum Veneris; ut olim in eo loco, in quo Christus sepultus fuit, Ethnici temp. Ven. exstruxerunt.

§. 5. *Fugienda* ſcortatio ob cauſas plurimas: nempe 1. Dei iram & judicium Hebr. 13. fornicatores, &c. 2. Omniſcientiam Sir. 23. Prov. 5, 20. hoc argumento Paphnutius Abbas Thaidem nobile ſcortum ab impudicitiæ ſtudio avertit, peccata ſua lachrymis profuſis largisſimè deplorans, Zwing. f. 3088. col. b. 3. Juſtitiam Dei, in inferendis ſuppliciis provocat. Num. 25, 24. viginti quatuor millia occiſa. Judic. 19, 20. tota tribus Benjamin occiſa. 4. Violationem noſtræ redemtionis, ſumus namque membra Chriſti & nos ipſos reddimus membra ſcorti, 1. Cor. 6. 5. Unionem turpem, quæ fit in ſcortatione contra Dei ordinem, jungitur enim vir mulieri, non ut mutuo ſint perpetuo adjutorio, ſed tantùm tranſeunti voluptati. 6. Malorum plurimorum cumulum, quæ ſibi ſcortator attrahit: v. gr. ut ſunt anxietas in appetitu, quæ hominem omni ratione privat: arefactio Sir. 19, 3. ſatietas in pœnitentia; poſt factum pœnitet actum Prov. 5. abſinthium: ſapientiæ deſtructio Prov. 7, 5. Oſe. 4. *Scortatio & vinum auferunt cor:* timor & ſolicitudo: ſumtus, deprædatio Prov. 22, 14. fœtor & fœditas: *erubeſcentia, quæ eſt rei non decentis fuga: vulneratio* Prov. 7, 26. contaminatio: infamia Sir. 23. in plateis, &c. vermis mordentis conſcientiæ Sir. 19, 3. interitus miſerabilis, ſicut aves bovesque intereunt Prov. 7, 27. in infernum deductio Prov. dict. loc. Fiunt aliis exemplo Sir. 19, 3. honoribus fruſtrantur Prov. 5, 8. bona dilapidantur, Prov. 5, 10. cap. 29, 3. gemitus cumulantur c. 5, 11. ſq. hæreditate privantur Jud. 11. Jephta ejectus. Pompejus M. militem occidi juſſit, quod manum pudendis mulieribus ſub veſte admoviſſet. Hei pietas! ubi priſca fides? ubi illa hodie caſtitas?

Sex argumenta ſuggerit Apoſtolus 1. Cor. 6. à ſcortatione dehortantia: 1. à creatione; corpus non eſt noſtrum, ſed Domini v. 13. 2. à reſurrectione glorioſa, ſi corpus ſit caſtum: 3. à Chriſti appropriatione, corpus noſtrum eſt Chriſti membrum v. 15. 4. à Spiritus Sancti inhabitatione; is enim in nobis, ceu templis habitat: 5. à corporis dedecore & contaminatione v. 18. 6. à corporis noſtri redemtione per Chriſtum v. 20.

§. 6. Fornicatio vitatur: fugiendo perſonas impudicas Sir. 13, 1. Prov. 6. Sir. 9, 3. 2. Sam. 11, 2. ſaltationes: oſcula: ſuperbum habitum: lavacra promiſcua: ebrietatem Prov. 23, 9. otium, Hieron. ne te Diabolus inveniat otioſum.

Fornicatio curatur Ethnicè amori indulgendo, eumque explendo: ſic Hippocrates Perdiccam, ardentem amore pellicis paternæ, Philæ! Eraſiſtratus Antiochum, amore Stratonicæ, conjugis patris ſuæ, curavit.

Fornicatio curatur Chriſtianè: 1. conſiderando dolorem, qui ſequitur; cavendum eſt vulnus, quod dolore curatur: 2. temperanter vivendo Rom. 13. verſ. 14. 3. conjugio utendo: 4. vas purè conſervando in ſanctitate Levit. 11. verſ. 44. 5. Honeſtatem famæ ſectando Sir. 47, 22.

§. 7. *Locus ſcortationis* Num. 25. verſ. 8. Jerem. 5. verſ. 7. Baruch. 6. verſ. 9. Spectant huc quoque lupanaria: Cornelius Agrippa capite 94. de vanitate ſcientiarum. Corinthii, Cyprii, Babylonii, aliique Ethnici Græci nonnihil à meretricio quæſtu ærario ſuo addiderunt; quod quidem in Italia non rarum, ubi etiam Romana ſcorta, in ſingulis hebdomadis Julium pendent Pontifici: qui cenſus annuus ſæpè excedit viginti millia ducatorum. Idem ſcribit: Sixtum IV. nobile lupanar exſtruxisſe: Oleaſter in capite 23. Deuteronom. turpe illud lucrum Eccleſiæ è lupanaribus acquiſitum damnat, §. Diſplicuerunt Deo ſemper & cæt. Quæritur autem: An lupanaria (quæ olim publicarum libidinum conſiſtoria vocavit Tertullian. libr. 3. ad uxorem) ferenda ſint? Neg. contra Bellarmin. libro ſecundo de amisſione gratiæ & ſtatu peccati capite 18. §. dicet. Verba Bellarmini hæc ſunt; *In rebus humanis non peccat Magiſtratus, ſi meretricibus certum locum urbis incolendum attribuat, quamvis certò ſciat, eo loco ipſas non bene uſuras eſſe:* Allegatur in eandem ſententiam pro lupanaribus Samuel de Lublino p. 512. n. 13. tit. Luxuria. Auguſtinus libro de Ordine cap. 4. Contra vide eundem lib. 2. cap. 20. de Civit. Dei: lib. 14. cap. 18. ubi hanc ſententiam rejecit. Thomas libro 4. de regimine princip. c. 14. Lyra in cap. 19. Geneſ. & c. 24. Deut. Confer Johan. Marianam lib. de ſpectaculis cap. 16. C. Eſpenſæum folio 732. 733. oper. Rejicimus verò & improbamus ejusmodi lupanaria 1. ob interdictum Dei Deut. 23, 17. caſtum numen Deus eſt: 2. quia meretrices ſunt juventutis peſtes. Origen. lib. 4. cont. Celſum: publicorum ſcandalorum faces: 3. quia Judæi non permittebant hæc turpia; multò minus eadem tolerare debent Chriſtiani: 4. quia ortum trahunt ex Ethniciſmo, ut docet Hieronymus ad Ocean. & Dæmone Lactant. lib. 6. c. 23. Tacit. in Annalibus. Sueton. in C. Caligul. Seneca lib. 6. epiſtol. 98. 5. quia exterminata ſunt à piis magiſtratibus. Ludovicus rex Gall. meretrices publicas totâ Galliâ, Gangvinus libro 7. hiſtor. Philippus IV. totâ Hiſpaniâ: Pius V. Româ omnique ſtatu Eccleſiaſtico ejecit, loco tamen ipſis dato juxta mauſolæum, ibidem concluſis, ſanxitque, ne inde vel die vel nocte evagarentur, ſacellum eis attribuit Cornel. à Lapid. teſte in Sirac. cap. 19. verſ. 3. 6. Quia labem non exiguam aſpergunt fidei Chriſtianæ; hinc Huſſitæ Pontificios acriter eo nomine carpſerunt, Æneas Sylvius lib. 2. c. 50. hiſt. 7. Quia plurima incommoda pariunt: ut juventutis corruptio, matura ejusdem ad eadem lupanaria aſſuefactio, cædium tacita perpetratio, lenarum cumulatio: conſumto enim ætatis flore meretrices lenæ fiunt, centuplô pejores, quod variarum ſint artium peritæ, v. Matth. Atzpilenet. cap. 17. n. 195. manual. V. noſtr. D. Thumm. in Decal. Bald. p. 1192. de caſib. conſcientiæ.

§. 8. *Adjuncta.* 1. Turpitudo, quæ non tam eſt in furto Prov. 6. quàm in ſcortatione: hæc enim eſt turpe ſpolium, cum homo tollit membra

Chriſti

Christi eaque facit membra meretricis 1. Cor. 6,15. 2. Detestabilitas coram sanctis angelis & piis hominibus, sumere membra Christi, eaque facere membra meretricis. 3. Gratum quoque est hoc vitium Diabolo: Alleg. Job. 40. Behemoth in locis humentibus gaudet: Tùm quoque nos animâ & corpore polluit. 4. In Deum contumeliosum: nam vir honestus ægrè fert, filiam suam scortari: atqui omnes sumus DEI filii & filiæ. Deinde, à libidine vincitur scortator, ut id faciat, quod Deus prohibet. Adde, templum Dei, quod est nostrum corpus, violari. Denique, corporales delitiæ summis in Deo delitiis præferuntur; quod sine contumelia Dei fieri non potest. 5. Damnosum quoque: tollit enim hoc vitium (α) vires & bona corporis Job. 31, 9. 11. 1. Corinth. 6, 13. 9. 15. Jud. 16. Simson: (β) famam honestam Sir. 9, 10. c. 41, 21. c. 3, 16. (γ) bona fortunæ Prov. 29, 3. perdet substantiam: c. 6, 26. Sic Lucæ 15. filius prodigus: (δ) bona animi Ose. 4. v. 11. *fornicatio & vinum auferunt cor:* (ε) terram contaminat: Levit. 19. ne prostituas filium &c. Menalippus cum Comoëthonem virginem in æde Dianæ stuprasset, terræ sterilitatem, hominibus luem induxit: Zwing. f. 53. a. Theat. (ζ) Proximum scandalizat Num. 25. coram omnium turba filiorum. (η) Nomen DEI blasphemare facit. Amos 2. iverunt pater & filius ad unam.

§. 9. *Pœnæ* corporales Lev. 19, 29. c. 20, 10. Deut. 22, 21. 22. Num. 5, 11. combustio Genes. 38. v. 24. Levit. 21, 9. Jer. 29, 22. 23. damnatio Heb. 13, 4. exhæreditatio cœlestis 1. Cor. 6, 9. Eph. 5. v. 5. E cœtu Dei expulsio Deut. 23, 17. Sed in Ecclesia Romana non excommunicantur meretrices; excommunicantur vero Lutherani. Causam adfert Martinus Alphons. Vivald. quia laqueis legum indignæ sint: in candelab. aureo tit. de Conf. num. 60. ut citat Majerus de vulneribus Ecclesiæ pag. 67. ex Edit. Brixiens. Scortationem quoque promovent Pontificii Dd. quidam. Vid. p. 530. 531. Nigr. de implet. legis, pluribus illud ostendentem.

§. 10. *Exempla Scortationis.* Thamar Gen. 38, 24. filiæ Midianitarum Num. 25, 6. c. 31, 16. Apoc. 2. Delila Judic. 16, 1. peccatrix Luc. 7, 57. & Joh. 8. v. 3. Gen. 34, 25. Jer. 5, 7. Jud. 20, 5. 44. Gen. 12, 17. 2. Sam. 2, 10. 1. Sam. 2, 22. 25. cap. 4, 17. Romani Gentiles huic vitio litantes tandem in reprobum dati sunt sensum Rom. 1, 23. Confer Fulgos. libr. 6. cap. 1. Corinthii olim fornicationibus dediti: colebant enim Cothym, dæmonem, præsidem effœminatorum & impudicorum: vid. Suidam V. Cothys: & Herodot. in Clio: Strabonem lib. 8. qui ita: *Fanum Veneris Corinthi ita erat locuples, ut plures quam mille habuerit meretrices, quas viri & mulieres illi Deæ nuncupaverant.* Inde quoque phrasis est apud Græcos, κορινθιάζειν, lascivire, genio indulgere. Athenis verò sacra in honorem Deæ (quæ Cotyto dicta est) impudicæ celebrata esse legimus apud Juvenal. Satyr. 2. Intererant & Baptæ, sic dicti, quod aquâ calidâ istis sacris initiarentur. Perott. col. 573. in cornu.

Huc pertinent molles 1. Cor. 6. Cynædi masculorum concubitores 1. Cor. 6. v. 9. lenones vid. ff. de ritu nuptiar. l. Palam. Omnes contra sextum præceptum peccantes.

§. 11. *Mores meretricum:* Proverb. 2, 16. 17. emollire eloquia: cap. 5. 3. 4. favum stillare: capit. 7. v. 5. sermones lenire: cap. 9, 12. tumultuari &c. cap. 22, 14. foveam esse: Eccles. 7, 27. laqueum esse.

Vestitus scortorum. Olim varii coloris vestibus amicta apud Romanos, vid. Hieronym. in Helvid. Tertullian. de cultu fœminar. Suidas in V. ἑταιρῶν l. 7. §. si quis de jurejur. P.

Testimonia Ethnicorum: Solon lege eos à concione summovebat, qui scortationi vel impudicitiæ operam dedissent; Diogen. in vita Solonis. Demosthenes, ne dicant aut decernant scortatores, orat. in Androtionem. Cicero: Impudicus ne concionetur.

§. 12. *Similia:* Absinthium hominum in senectute: Amaritudo est scortum; Acies gladii, qua vulneratur homo. Charybdes olim dictæ meretrices: Sidonius Apollin. lib. 9. epist. 6. Fovea profunda Prov. 22, 14. c. 23, 26. Ambubajæ, quod circa amœnissimam Bajarum regionem versarentur, corpore quæstum facientes Sueton. in Nerone cap. 27. *Gallinæ*, quod perdant & spargant omnia. *Gladius* ad capiendas animas efficacissimus, quo pereunt fortes Proverb. 6. & hoc eodem occisi Israëlitæ Numer. 25. Gluten ad capiendas animas aptissimum. *Gurges* qui totum hominem planè absorbet, ut nil nisi libidines cogitet, inque his submergatur. Ambros. in 1. Corinth. 6. *Ignis* semper ligna expetens, è quibus ardeat; in conscientia quoque ignis, semper ardens. *Lapis* Asbestus semel accensus non potest restingui, Augustin. lib. 21. c. 5. de civit. Dei; sic quoque fornicatio. *Latrocinium Satanæ*, quod in obscuro fit. *Limaces* apud Plautum dictæ meretrices, quod devorent bona, sicut limax folia plantarum arrodit. *Lupæ* à rapacitate. *Mel* venenatum. *Nebula* cordis occupans oculos. *Paries* est, ne lux divinorum monitorum mentibus scortatorum illabatur. *Pestis*, corpus CHRISTI dimembrans; (rectiùs forte scindens.) *Pestis juventutis. Rete*, quo omnes homines trahuntur ferè. *Seps* serpens quidam est, qui morsu suo efficit, ut omnia membra dissolvantur hominis; non alius est serpens, scortatio. *Sordes*, quæ membra CHRISTI coinquinant 1. Corinth. 6. v. 15. vid. Chrysostom. in 1. Corinth. 6, 18. ubi docet sola scortatione totum corpus fœdari atque deturpari; quippe quæ in toto corpore sui ardoris fontes habeat, ut loquitur Theophyl. in h. l. Apostoli. *Venenum* tacitum animis hominum illabens.

SCRIBA & SCRIBO.

§. 1. Scriba I. Hebræis ספר notarius, literator Psal. 45. 1. Corinth. 1. γραμματεὺς nominatur ex Esa. 33. legis expositor, Epiphanius hæres. 15. Augustinus libro 29. cap. 26. cont. Faustum, ortum trahere scribæ putantur, è tribu Ischa-

ſcar. 1. Paralip.2,12. Scriba aulicus; 2. Arithmeticus, qui notat ſumtus: hiſtoriographus, conſignans res geſtas 2.Reg.12. cap.15. cap.19. 3. Interpres legis & dubiorum caſuum conſultus: Eſdr.7,6. expeditus ſcriba in lege. A Davide & Eſra conſtituta fuiſſe horum collegia, nonnulli ſtatuunt, perpetuâ ſerie ad Chriſti tempora derivata. Matth. 13. *Omnis ſcriba doctus ad regnum cœlorum.* Horum ſcribarum ſæpè fit mentio apud Evangeliſtas Matt. 5,20. cap.16,11.c.22,23.c.23,13.qui tamen diſtinguunt inter voces haſce, γραμματεύς, qui eſt ſcriba; & νομικός, qui eſt ſuperioris cõmatis interpres legis Moſaicæ. At Lucæ 10,25. νομικός Matth. 12,28. ſcriba dicitur. 4. Apud Romanos ſcribæ erant librarii, publicas rationes ſcribentes, & has Magiſtratui ſuggerentes; Feſtus Cicero 3. de legibus; vel ſcribæ ærarii Cicero pro Cluentio.

§. 2. *Deus ſcribit in cor*, cum ſui timore illud imbuit Jer.31,33. c.32,40. & Spiritu S. donat, illud regenerans 2.Cor. 3.

Scribere manu ſuâ Domino Eſ. 44,5. 1. Tyrones militiæ duci ſua dabant nomina, ſeque in ſervitium & omnem periculoſæ ſortis aleam conjiciebant; Hieron. 2. Paulus ſic ſcribit manu ſua: Paulus ſervus Jeſu Chriſti. 3. Olim & Gentiles & Chriſtiani ſervis ſuis notas certas, nomina ſuorum Dominorum, vel aliud aliquod ſignum imprimebant, vid. Cœl.Rhodig.lib.7.c.31. Antiq. Lection. Huc referuntur philacteria Judæorum & ת Ezech.9,3. Macch. 2. folium hederaceum in honorem Bacchi inuſtum Judæorum corporibus. Apoc.7.cap.14. Signum crucis, quo ſe Chriſtiani adſcribunt Chriſto, ut fidem in eum liberè profiteantur. 4. Tyrones militiæ olim &c. folio 440. n. 16. Sanctius in c.44. Eſaiæ: & proleg. ſuper Cant. Cantic. idem Sanctius.

Gentes & populi olim in metalla, argentum, æs ſcribebant, Greg.Tholoſ.p 665.col.b. n.20. de Republ.

Scriptores ſibi non placeant. Non eſt tutum ad poſteros venire noſtra iſta ſcripta, quæ ut balbutientes & indocti conficimus, ait Athanaſ. in epiſt. ad agentes vitam ſolitariam, fol.627. tom.2. oper.

De his qui multa ſcripſerunt vid.Textorem p. 759.

§. 3. Libros edendi & ſcribendi neceſſitas: Latrones, ne occidant; veneficæ, ne totam terram inficiant; blaſphemi, incendiarii, deſtructores ædificiorum, annon omnes cavendi? ſic pravarum doctrinarum autores, vid. Calvin. folio 604. opuſculor.

S.Patrum veſtigia quidni premeremus? tot ſcriptis pro veritate dimicantium: Non eſt deſerenda, ſed ſcriptis defenſanda veritas, Hilarius l.7.de Trinit. ſub initium. Scribimus ea, quæ æterna ſunt, pro Reipubl. ſalute, dixit Cato Major, teſte Vegetio lib.2.c.3. de re militari. Horſum plurimi Doctores referendi, qui contra Manichæos ſcripſerunt, apud Centur. Eccleſ. Magdeb. & Baron. Tom. 2. f.704.

SCRIPTURA. *v. Verbum Dei.*

SCRUPULUS. *v. Conſcientia.*
It. DESPERATIO in Oppoſit.

SCRUTARI: *v. Verbum Dei* §. *officia.*

SCULPTOR & SCULPTILIA.

Textor in Officin.col.937. de ſculptoribus, cælatoribus, ſtatuariis.

Sculptile פסיל quod ad cultum proſtat, abominatur Dominus Exod.20.

SCURRILITAS.

Vitium, modum excedens & rationem in lætitia Sapient.14,28. Impii cum lætantur, inſaniunt; Sirac. 27,14. ſermo eorum moleſtus eſt, ac riſus peccatum.

Exempl. Convivium Belſazaris Daniel.5,4. Herodis Marc.6,21. Subjectum in quo, verba; hinc ſcurrilis lingua: vid. tractat.12. Hierem. Drexel.

SCUTUM.

1. Propriè dictum: olim in uſum militibus. 2. Fidei ſcutum Epheſ. 6. (α) tenendum *contra diffidentiam* circa promiſſiones Dei; (β) *contra emiſſa tela* in nos; (γ) contra omnia *terriculamenta*; (δ) *Contra metum vulnerum:* declinabimus enim hoc ſcuto, ne vitalia animæ lædantur. Scutum hoc eſt *firmum:* Ajax ſcuto ſeptemplice uſus fuit; at ſcutum noſtræ fidei longè eſt firmius. *Salutare;* hinc dicitur ſcutum ſalutis. *Impenetrabile*, excipit enim omnia tela, eaque repellit; durum igitur ſit. Non *amittendum* à nobis; Germanis olim erat dedecori amiſiſſe ſcutum. *Pingendum* nomine JESU; olim numina in ſcutis pingebantur, hinc ſcuta in ſepulchris ſunt inverſa, ne facies numinum aſpectu cadaverum polluerentur.

Scutum avertens Dei iram & perditionem eſt pœnitentia: ſic vocat illam R. Elieſer in Pirke avoth. c. 4.

In *clypeo ſedebat* olim is, qui Imperator eligendus erat, vid. Nicephor. Gregor. lib.3. hiſt. Roman. de Theodoro: Chriſtus Deus noſter ipſe clypeus eſt ſuorum.

Alciati emblema eſt: Miles ſcuto ſe protexit, & eidem inſedit, flumen trajecturus: ſic Deus ſcutum nobis eſt & terrâ & mari.

Scutum idololatricum quondam fuit Pomeranis, quod nemo præter ſacerdotem tangere auſus fuit: D.Cramer.lib.1.c.32.hiſt.Eccl. Pomeranic.

SECURIS.

Matth.3. poſita *ſecuris* ad radices arboris. Intelligunt quidam Roman. qui mox vindictâ de Judæis ſumturi erant, ac eoſdem funditus deleturi; idque per Titum fuit peractum. Arboris vero Metaphora frequens eſt Matt.7,17. c.12,33. Pſ.1,3. & 37,35. & 52,10. & 92,13. Eſa.10, 15. Rex Aſſyriæ ſecuris dicitur, puniens Judæos 1. Dei juſto Judicio. 2. Promerito ſupplicio. 3. quia fructus pœnitentiæ fruſtra ſperaverat Deus: Eſ.5. *protulit labruſcas.* 4. Acuta ſanè & penetrans illa ſecuris fuit, quâ infrugiferas arbores reſecuit Dominus. Ezech.15. verſ.2. ſeq.

Matth.3.v.10. Inſervit admonitioni ad pœnitentiam, conſolationi ad laudandam DEI patientiam. Rom.2. *an neſcis* &c.

SECURITAS, *confer Acedia.*

§. 1. Securitas *licita* ſub Deo tutiſſima, Pſ. 141. v. ult. Pſ.3. v.ult. Pſ.91,2.3.4. Aliàs eſt

Vitium, quo quis eſt ſine cura & timore Dei: eſt abſentia timoris debiti; huic enim opponitur. Eſt mater negligentiæ Greg.Magno in Regiſtr. Vox ſecurorum Pſ.10, 6. Eſ.28,14.

Quæ ad ſecuritatem adhibent homines? 1. Dilationem pœnarum à Deo factam Sir.5,4. quæ tamen ad pœnitentiam magis invitare debebat Rom.2. 2. Miſericordiæ abuſum Sir. 5,5.7. 3.Crapulam & commeſſationem Luc.21. rerumq; abundantiam Ezech.16. 4.Bonarum operationum jactantiam; hinc Greg. Magn., (referente Euſtach.Fidanſa lib.3.c.9.autoritat. ſanctarum.) *Sæpe*, inquit, *mens dum de virtutis ſuæ ſecuritate reſolvitur, inſidiante adverſario, inopinatæ culpæ telo perforatur.*

§. 2. *Fugienda* 1. à timore Dei; hominem præpotentem & iratum timemus, quantò magis Dei iram, Chryſoſt.hom.14.in Matth. 2.A majeſtate Dei, rationem olim nobiſcum ſubducturi Lucæ 19,12.13. Matth.25,14. Luc.16, 1.2. 3. Ab inſidiis Satanæ; Saneballat opprimere Judæos volebat Nehem.4,11. ita Satan id agit, ut te opprimat ſecuritate & impœnitentia. Agnus intra caveam cum lupo nunquam eſt tutus, ait Cyprian.lib.de ſingularit. Clericorũ. *Nonnulli callidi hoſtis inſidias non tentati, ſed proſtrati agnoſcunt*, ait alicubi Gregor. Magn. 4.A jure Dei, quod à nobis poſtulat, Malach.1. ubi timor meus? ait Dominus: & judicio ejus Pſalm.75,5.ſeq. 5. A vilitate hominum, coram Deo ſubſiſtere non valentium Gen.3,7.8. Geneſ. 4, 9. 6. Ab utilitate pavoris: *beatus enim qui ſemper pavet.* Proverb.28. verſ.14. 7. A citationis ſeveritate; ita Nathan citat Davidem, pœnitentiæ concione 2. Sam.12. Noa antediluvianos Gen.6. Loth Sodomitas Gen. 19, 2.Petr.2. 8. A periculo ſecurorum; Simſon in ſecuritate vincitur, in ſinu Delilæ deliteſcens Jud.16. David in otio 2. Sam.12. Salomon in gloria & ſecuro otio; in hoc eodem Sodomitæ Ezech.16. & virgines fatuæ Matth. 25. in via pereunt Pſal.1. v.pen. Amos 9,10. 9. Ab inſcitia ſecurorum; gloriantur de die craſtina, quod ſtultum. Prov. 27,1.

Fugienda in reb. proſperis Sir. 11,27. Loth exercitio malorum probatus inter Sodomitas ſanctus fuit, in monte verò ſecuritate corporis ſalvatus, cum filiabus peccavit: ait alicubi Auguſt. de conflictu.

§. 3. *Vox ejus:* Deus non videt Pſ.94,7. Mortis memoriam abjice: ſic enim dicere ſolent: An ſterben muß man nicht gedencken. Mundi amicitiam cole: Ede, lude, bibe 1.Cor.15. Flagellum inundans non veniet ſuper nos Eſ.28. Non veniet malum ſuper nos Jer. 5. Peccavi & nihil mali mihi evenit Sir. 5, 4.5.6.7. Deus me non obſervat: ℞ ſed lege Sir.16,15.16.12. Trepident, cogitantes, Chriſtum judicem omnia videre & in judicio accuſaturũ, ut Nerva f.81.b.Th.Zw.

Excitandi ſecuri. Ut Jonas dormiens ipſa Dei irâ furente excitatus eſt à nautis Jon. 1. ita miniſtri, qui navigio Eccleſiæ præſunt, ſecuros peccatores excitent Rom.2,5.Eph.5,8.Eſ.1.lavate vos: Rom. 13, 11.

§. 4. *Effectus* ſecuritatis: Cogitare, quod pœnæ ſint ceſſaturæ Jer.37,9.10. Deum non habere præ oculis Pſ. 54, 5. Non cogitare, quod mala ſint ventura Thren.1, 9.7. Gloriari de die craſtino Prov.27. dormire in lectis eburneis: inſultare Joël.3, 4. canere & comedere: ſubſannare Prov. 14. c.19. os improbum ridet iniquitatem: cibis & voluptatibus indulgere Matth. 24, 35. pœnas indictas & harum præſagia non curare Matth. 24, 39. Jer.4, 22. c.5,3.12. inſtar fæcis jacere Jer.48,11.12. ſuæ confidere malitiæ Eſa. 47, 10. ſapientiæ v. 11. Verba Dei contemnere Ezech. 20,49. irridere Jer.23,34.35. pœnarum dilationem fingere Ezech. 12, 23. 27. 28. ſibi imaginari, Deum non videre peccata Ezech. 9, 9. c. 8, 12. ſecuritati indulgere, erit Ezech.13,10. perhibere, quod nemo verba Dei audiverit Jerem. 23, 18. conf. v.20. non timere Deum Eſ.57, 11.14. calamitatibus piorum non affici Eſa.56,1. & 57, 1. Putare, ſe procul eſſe à die malo Amos. 6, 3.

§. 5. *Exempla* ſecuritatis: Belſazar Dan.5.confer Joſephum lib.10. antiquit. Matth.24. mundus antediluvianus: Luc. 12. ruſticus ille dives: Matth. 25. virgines fatuæ. Securitas erga hoſtes: Ungari 1522. pacem contemnentes, quam obtulerat Solymannus, Belgradum & regem Ludovicum falcatis enſibꝰ ſciſſum amiſerunt.

Pœna: Tremor Eſa.32, 10.amara potio Jer. 8,14. ſero nimis ſapiunt Thren. 1, 9. c.4,12. ſerò nimis dolent Jerem.4, 10. puniuntur à Deo Eſ.47,8.9. habent infelices cogitationes, quas Deus prævidet Ezech.11,3. 5. potu acerbo inebriantur Jer. 8, 14. opprimuntur tandem Jer. 51, 39. & 57. Luc.21. 1.Theſſ.5.

§. 6. *Allegoriæ & ſimilia.* Jonas ſopore gravi oppreſſus dormiebat in navi, maximis obnoxius periculis Jonæ 1. ſic peccatores altùm ſæpè ſtertunt, ſed excitandi ſunt à miniſtris verbi Epheſ.5,8.Eſa.1,16. Rom.13, 11. Behemoth ſub umbra requieſcit inque ſqualore: ita peccatores ſecuri ſunt umbra, umbrâ mortis Lucæ 1, 79. remoti ſcilicet à ſole juſtitiæ Malach. 4. in his igitur requieſcit Behemoth Lucæ 11. verſu 26. Si ſerpens in lecto tectoque tuo jaceret, non eſſes ſecurus; ſed ecce ſerpens diabolus, ſerpens peccati & impœnitentiæ ſub tuo corde latet. Aves fiſco capiuntur & caſſibus implicantur Eccleſ. 9. v. 11. cave ô homo, ſecuritas eſt fiſcus, caſſes habet Satan 2.Timoth. 2. v.ultim. ſperne fiſcum ſecuritatis, ne capiaris. Eques quidam Romanus multum æris alieni conflârat, & tamen vixerat in deliciis toto vitæ ſpatio; ejus demortui lectum emere voluit Auguſtus Cæſar, ut in eo lecto decumberet, in quo tam ſecurus debitor, totque nominibus aliis obſtrictus jacuiſſet. *O quanta nos manet peccatorum copia debitorumque!* nec tamen de ſolvendis èis cogitationem curamve ſuſcipimus. *Somnus* eſt ſecuritas: 1.in ſomno

delirant homines: non secùs securi variis rerum temporalium deliriis ac umbris divexantur. 2. Sibi videntur divites esse cum non sint, evigilantes verò cassi sunt opum: Esa.29,8. ita multi securi videntur sibi abundare divitiis, cum sint pauperes Apocal. 3, 17.18. 3. Dormientibus hominibus, vigilat Satan Matth. 13. vers. 25. ita securis stertentibus diabolus insidiatur, ut intret ædes cordis, Joh. 13, 2. 27. nos juguler, bona spiritualia rapiat, per tenebras eosdem raptet.

Emblem. Pingitur domus, in qua gaudentes, saltantes, luxuriantes, quam circumvolant Diaboli, cupidissimi animarum rapiendarum; subtus verò fossa est ignibus referta: in hujus mundi domo non secus versantur impii; 1.Pet. 5. Diabolus circumit: Esa. 30. fossa parata est: 2.Cor.2, 11. confer.

SEDEO.

1. Deus sedet; i.e. regnat judex. 2. Homo sedet in valle mortis Lucæ 1.vers.80, *v. Vallis.* 3. CHRISTUS sedet, vid. *CHRISTI sessio.*

SEDUCO, & SEDUCTOR.

I. Deus seducere dicitur, non activè, sed judicialiter & permissivè; vid. Aug. lib. de grat. & libero arbitrio c. 23.

II. Diabolus. Apoc.12.v.9. 2.Corint.11.v.3. 1.Tim.2,14.

III. Homo *seducit* verbis pestiferis Eph. 5,6. v.tit. *Tentatio:* doctrinâ falsâ Es.9,16. Apoc.13, 14. c.18,23. Ephes.5,6. 2.Tim.2, 13. *vid. tit. Haeretici, Minister.*

IV. Peccatum & securum cor, Jacob.1, v.26. divitiæ, Matth.13,22.

SEDITIO. *Conjuratio.*

§. 1. Est motus populi in rebellione & jugi magistratus excussione consistens; vel, quietis publicæ perturbatio: bellum ad hostes, seditio spectat ad cives, ceu partes unius multitudinis.

Causæ efficientes & procreantes 1. Satan, homines malos impellens ad inobœdientiam erga magistratum, quem Deus honorari voluit Rom.13. cui honorem, honorem. 2. Consortium pessimorum ac maledicentissimorum hominum; 3. nimia suppressio & servitus subditorum 1.Regum 12. it. affectio immoderata, quâ alii graventur: it. novorum morum inductio: it. impositio tributorum; 4. opulentia quoque & inopia faces seditioni admovent, ut docet Plato dial. 2. de Rep. 5. conceptus dolor aliquis in administrantes: v. G. Tholos. lib.23. de Rep. c.5. si quærant commodum privatum, & ad utilitatem paucorum potentium cuncta referant: qui fuit, tempore Syllæ, status Reip. Rom. Honor, quæstus, novitas, contemtus, dissimilitudo, multum ad seditionem faciunt.

Seditiosus is dicitur, qui dissensiones facit, discordias gignit, aut movet, amatque seditionem, (Cic. 3. in Verrem: *Malus civis, improbus consul, seditiosus homo*) vel proditionem tractat. Seditionarius quoque dicitur d. 49. *can. sedition.*

Adversus v. Tyrannum non datur seditio Thom.2. q.12. cum regnum Tyrannicum non ordinatur ad bonum commune, sed privatum Tyranni Bart. tr. de Tyrannid. quæ cautè tractanda sunt; ne in Magistratus Jura peccemus.

Exempla seditionis & perfidiæ (v. Fulgosum l.9. c.6.) Dathan, Coreh, Abiram: Num. 16.v.12.13. Israelitæ: Numer.16.v.41.42. c.20,3. Ephraimitæ. Jud.12,11. Absolom. 2.Sam.15, 10. 11. Simei. 1.Sam. 16, 6.7. Seba. 2.Sam.20, 1. 2. Hadad Idumæus. 1. Reg.11, 14. Rosan. v.23. Jerobeam. v.26. Marc.15.v.7. Luc.23. vers. 18. Theudas. Act.5.35.36. Judas Galilæus. v. 37.

§. 2. *Quodnam malum?* 1. Omnia turbat: fingit Homer. Aten Deam Junonis mentem disturbasse, à pleno cornu rixas & discordias hominib. infudisse, ideoque à Jove capillitio prehensam in terram dejectam cœloque exturbatam esse: verè hæc in seditionem quadrant, omnia mala parturientem. 2. *Bellis & cædibus complet;* id significavit Homer. in sua Βατραχομυομαχία. De sævitia & sanguinolentia seditiosorum, quam exercere solent, vid. Joseph. de bello Judaico Sir.26,5. 3. *Et incendiis:* solent enim alii aliorum domos incendere, agros vastare, opes spoliare. Virgil. *Jamque faces & saxa volant, furor arma ministrat.* 4. *Et litibus:* quarum principia sæpè levia sunt, mox verò de maximis rebus contendere homines facit, ut factum Syracusis. 5. *Tacitum malum,* quod etiam in præparatione animorum consistit; 6. *Tragicum;* hoc enim tragici eventus sequuntur. Factionibus Guelphorum (id est eorum, qui Romano Pontifici Alexandro addicti erant contra Fridericum Barbarossam.) & Gibellinorum (hi erant Cæsari jam dicto faventes) tota ferè Italia consumta est & vastata vid. Johan. Naucler. Gener. 38. Claud. *de Mondain* de seditios. p.19. a.b. 7. *Impetuosum;* hinc tempestati seditio comparari potest: populus namque furit instar tempestatis, ut rectè dicat Poëta *sævitque animis ignobile vulgus.* 8. Latum & diffusum: est in urbe, exercitu, classe, campo. 9. *Urbibus damnosissimum:* Plato dial. 5. de Republic. Nullum malum dicit esse perniciosius, quam quod urbem dividit.

§. 3. *Signa præcedentia* sunt eversiones Rerumpub. v.gr. successores Alex. M. intestinis bellis everterunt monarchiam Græcorum: Imperatores Romani de rerum summa decertantes: Regnum Galliæ intestinis dissidiis nec leviter, nec semel conquassatum est. Pulso Xerxis exercitu Græcæ civitates se ipsas everterunt, vid. Richter. axiom. Politico 10. & 23.

Sedata seditio 1. traditis ejus autoribus vel excisis vid. 2.Sam.18. v. 16. c.20,22. Luc.23,19. Act.19,29. Comparatione & similitudine; sic Menenius Agrippa populum Rom. qui à Patribus secessionem fecerat in Aventinum, similitudine membrorum corporis in ventrem conspirantium &c. placavit, & in gratiam reduxit, Livius lib.2. hist. 2. Averruncatur etiam hoc malum *amore, beneficiis,* fiduciâ subditorum; quibus artibus olim Roma crevit, floruitque. Ergo peccavit Sylla, ausus Romano

in

in foro haſtâ ſtare ac dicere: ſe vendere prædam ſuam, quæ erant civium honeſtorum bona. Sint ergo tria in Magiſtratu (α) Ratio, ut diſcernat juſtum ab injuſto, licitum ab illicito: (β) recta intentio in bonum publicum, non privatum; (γ) perfecta ſtabilitas, ut ne corrumpatur, & ſalutaria conſilia audiat.

§.4. *Falsò impacta Doctoribus Eccleſiæ* & aliis 1.Reg.18,17.18. 1.Eſdr.4,12.13.18.19. Eſther.3,8. cap.13,14. Amos 7,10. Matth.26.v.64.Actor.4. verſ. 18.

Pœnæ ſeditioſorum: Core, Dathan Num. 16,13. Abſolon 2. Samuel. 18, 9. Seba c. 20, 21. Simei 1. Regum 2. v. 41. Zambri c. 16, 18. Zedekias 2. Reg. 20. v. 24. hinc jure civili graves pœnæ in eoſdem conſtitutæ vid. Claud. de Mondain. de ſedit.jam dictum. Jure Canon.à ſacris ordinibus arcentur d. 46. c. Seditionar. jam promoti, honoribus privantur c.11.q.1. c. conjurat. incorrigibiles brachio ſeculari dantur gl.c.final.de teſt.cogen. Quod ſi fiat in Eccleſia per Laicos ſeditio, ultimo ſupplicio afficiendi ſunt cap.1. q.1. Can. principat. Marcel. in l. minimè ff. de rel. ut ſumtibus. Exempla punitæ ſeditionis vid.2. part.horar. hiſt.Didaci Apolepht. p. 413.

SEMEN.

§.1. I. *Phyſicè dictum:* non ſine miraculo latet in terra,vid.Athanaſ.tom.1. fol.837.a.b.c.ſeq. orat.de ſemente ad Luc.8. de quatuor ſeminis generibus. Eſt donum Dei Pſalm.104. v.14. benedictionis divinæ quotidianum documentum,exemplo Iſaaci Gen.26,12. Levit.19. v.19. non diverſo ſemine ager ferendus.ut Ægyptii ferebant in honorem conjunctionis ſtellarum,quas venerabantur. *Tropol.* Verbum Dei non commiſcendum cum verbis hominum Jerem.23,28.Matth.15,9. Miniſter vera doceat, ſed & piè vivat, conf.Brentium,Chytræum in Levitic.

§.2. II. *Spirituale:* (1) *Semen verbi*, 1. Petr.1,23. Lucæ 8,11. cujus cauſa ſeminans Chriſtus: qui [α] patrem non excludit Joh.15,1. Pater meus agricola eſt. 1.Corinth.3. vos eſtis Dei agricultura; [β] omnia ad patrem retulit pro more; [γ] veram humanitatem ſuam, in qua viſus 1.Joh.1,1. 1.Tim.3,16.ſementem verbi ſui fecit; [δ] & charitatem ſignificavit. Cur verò verbum Dei ſemini comparetur, latiùs oſtenſum fuit in Promt. Allegor. tit. Scriptura. Exhortatio ad auditores, ceu agrum Dei: Chryſoſt. hom.1. in Joh. *Date, ut in terram bonam ſemen jaciamus: curate, ut, ad recipiendum præparemini.* (2) *Fidelium:* v.g. omnes in Chriſtum credentes Eſa.53,10. Apoc.12,17. Semen Abrahæ unum ratione fidei, ſed duplex ratione V. & N. Teſt. Rom.4. Huic opponitur ſemen Diaboli Gen.3,15.17. (3) *Chriſtus ſemen* mulieris Gen.3,15. c.22,18. Pſ.89,5.30.37. Act.3,25. Rom.9,7. Gal.3,16.19. Heb.11.18. v.titul. Chriſtus. (4) Liberi & poſteri hominum Geneſ. 4,25.c.7,3. c. 9,9. & aliàs ſæpè. (5) Semen bonorum operum & virtutum; ut agro ſemen committimus; ſic animæ virtutis ſementem Phil.1.v.11. Gal.6, 8.9.

SEMINO.

1. Deus ſeminat, i.e. plantat, locupletat benedictione Jer.31,27. Oſe.2,27. Zachar. 10, 9.

2. *Homo:* quid? dolores Job.4. v. 8. jurgia Prov. 6,14. 19. juſtitiam Prov.11,18. verba inania Act.17,18. corpus 1. Cor. 15. iniquitatem Prov.22,8.in ſpiritum & carnem ſeminant homines, ab illo vitam, ab hoc corruptionem metimus Galat.6,7.8. In lachrymis ſeminamus Pſ.126, 5.6.*pœnitendo* ob peccata cum Petro & Davide: *Patiendo* miſerias hujus vitæ Pſal.84. valle lacrymarum. In benedictionibus ſeminamus 2.Cor.9, 6. i.e. liberaliter damus.

SEMITA.

1. In Aëre, terrâ, aquâ Gen. 49, 17. Ceraſt. in ſemita: ſic alibi. 2. *DEI* ſemita, in qua ſe duci toties petit David Pſal.75,5. & 25,3.4. & 27,11. & 119, 35. in qua ambulare debemus Eſa.2,3. Mich.4, 2. & viam Domino parare Eſa.40,3. Matth.3,3.Marc.1,3. Luc.3,4. *Semita judiciorum* DEI Eſa. 26, 8. 3. Semita juſtitiæ Proverb.2,8. cap.12, 28. Eſa.40,14. bona Proverb.2,9. vitæ cap.2,19. cap.5,6.cap.15,24. ſapientiæ cap.3,7. æquitatis cap.4,11. judicii cap.8, 20. c. 17,23. antiquæ Jerem. 6, 16. 4. Semita hominis, quam obſervat DEUS Job. 13, 27. Pſ.142,4.dirigenda ad lumen Pſ.119,105. ſit recta, non curva Pſ.125. v.ult.

SEMIVIVUS.

Luc. 10, 30. malè pro viribus liberi arbitrii adhuc reliqui in homine corrupto adducitur: 1. cum eo loci nihil agatur de libero arbitrio: 2. tantùm ſcopus parabolæ ſit docere, quis ſit proximus: Lyra ait: ſublata eſt vita gratiæ, manſit vita naturæ. Rectè Lyra. Et hominem mortuum in peccatis,docet ſcriptura Epheſ.2, 5. *Eramus mortui in peccatis.*

SENATOR & SENATUS.

Vid.tit.Magiſtratus: it. Conſiliarius.

Senatus à ſenio & ſenectute ſic dictus: non enim niſi ſenes deſignabantur ſenatores: vid. Exod. 18, 21.

Olim apud Romanos ſummis honoribus ornatus.

Octavius Auguſtus ſingulos ſenatores ſalutavit in curia ſedentes: diſcedens nullo ſe movente,Vale dixit.Tiber. Cæſar ſenatoribus aliquando aſſurrexit,ac de via deceſſit. Claudius Imperator medius inter conſules ſeſſum ivit. Veſpaſianus;non oportere maledici Senatori.

SENECTUS.

§.1. *Longævitas:* multorum annorum decurſus. Ambroſius prolixum vocat ſpatium lib. 2. de Cain & Abel. דבא de ſenectute dicitur; lege retrorſum & erit אבד periit,quod ſenectus & mors arctè cohæreant. Et Plautus in Bacchid. ſenem exſanguem appellat mortem. Aug. ep. 110. ſenectus aliam ætatem, quam ſperet, non habet. Exempla longævorum vid.Gen.5,4. ſequent. c.9,28.29. c.11,10. ſeqq. c.23,1. c. 25, 7. & 17. c.35,28. c.47,28. c.50,26. Exod.6,16.18.20. Numer.33,38. Deuteron.31,2. cap.34,7. Joſ.24, 29. cap.14, 11. 1.Sam. 4,15, 18. 2.Chron. 24,15. Job.42,6. Tob.14,1.2.16. Judith. 16, 28. Vide

P.Camer.part.2. c.68.hor.fubcif. Didac.Apolepht.part.3. p.875. hor.recreat. Joh.Bapt. Fulgof.lib.8. c.14. Initium ejus non ufq; adeo definitum; communiter annus 56.vel 60.dicitur fenectam inchoare: conf. Galen.l.5. de fanit. tuenda: Terminus ad an.70.80.à Mofe reftringitur Pf.90,11.fq.

§.2. Privatio fenectutis (cum quis fenium non attingit) loco pœnæ eft 1.Sam.2,3. Impiorum longævitatem ita depingit Ambrof. lib.2. de Cain & Abel cap.ult. *Apertè* (inquit) *vox* DEI clamat: Erratis, qui putatis hic effe omnem vivendi gratiam: non intelligitis, non advertitis, fenectutem hanc miferiarum effe veteranam, proceffionemque ætatis, ærumnarum ftipendia, & Scylleo quodam ufu circumfonari nos quotidianis naufragiis, tundi fluctibus, in fcopulofis habitaculis degere & *in his delectari* &c. Ergo & ifti Cain longævitas indulta vindicta eft, eò quòd vixit in metu & prolixum fpatiû multo cucurrit & infructuofo labore, quâ pœnâ nihil gravius, quàm ut quis ipfe fibi majorum caufa *pœnarum fit*. Hæc Ambrof. digniffima omninò omni memoriâ. Vide quoq; fis Philonem, qui lib. *Quis rerum divinarum hæres?* veram fenectutem in prudentia ac animi conftantia confiftere docet, idq; exemplo Abrahami (Gen.15,15.) cõfirmat. Chryfoft.hom.37.in Gen. *Sane* (ait) *qui in via virtutis* ambulavit, hic verè converfus in fenectute bona, *vita defungitur*. Melior eft fenectus morum, quàm annorum: meritorum, quàm temporum, ait Rich. Victor de differ. facrific.

§.3. *Senectus animæ eft*, cum in hac 1. charitas refrigefcit Matth.24, 12. 2. pietas & devotio decrefcit; 3. ducamus in lectum cœleftem Abifag, fapientiam, nempe ut ab ea calefiamus; vide allegoriam Claudii Efpenfæi in c.2. ad Tit. fol. 514. nec animæ noftræ fenium ac vitiorum rugas contrahamus.

§.4. *Officia noftra* circa fenes; (1) Eos non contemnere: peccant hic impii Sap.2,10. Gibeonitæ Jud.19,22. pueri de Bethel 2.Reg.2,23.24. contra Dei præceptum Sir.8,9. Sic olim etiam Gentiles fecerunt, vid. Euripid. in fupplicibus: qui fenium vocat *ineluctabile*, quod extrema odii habeatur linea. Idem in Hercule vocat *onus*, Æthna monte gravius. (2) Honorare ut 1.Sam.12,19. 1.Tim.5,17. Lev.19,32. Prov.16,31. Sir.32,4. Spartani colebant fenes maximè; hinc Prov. In fola Sparta expedit fenefcere. Apud Romanos Senatori 65. annos nato licebat à confiliis abeffe aliquando, neque id ei fraudi fuit, Alex. ab Alex. lib.4. c.11. Gen. dier. Sic apud Romanos fenes primo loco in conviviis difcumbebant: in triumphis præcedebant: in templis foli fedebant: in Senatu primi fententiam dicebant: in victu, folis cœnare, & in fecreto licebat: in teftimoniis nudis illorum verbis credi neceffum erat: fenes quoque ex publicis fumtibus ali, etiam ad delitias, præcepit Lycurgus. Cato Cenforinus (narrat Plutarchus in Apophthegmatib.) de nepote feni avo immorigero hanc fumfit pœnam: (α) virgis eum cædi publicè juffit; (β) procul urbis finibus eum exulare juffit: (γ) hæreditate fpoliavit. In Græcia olim perjuri, homicidæ tangentes canos fenum tutiores erant, quam fi ad afyla vel templa fefe proripuiffent. (3) Tolerare, fi repuerafcant Sir.3,14.15. (4) Obœdire, nifi impietatem mandent Sir.4,26. (5) Confiliis eorum obfequi, non refragari; ut Rehabeam 1.Regum 12. & capit. 20. verf. 8, 9. (6) Laboribus eos levare Numer.8,25.feq.

§.5. His officiis inter alia adverfatur *barbara crudelitas* in fenes. Barbaries Derbica in Perfis fenes pro hoftiis mactabat & immolabat; mulieres fenes præfocabat: Strabo lib. 18. Ælian. libro 2. cap.1. variar. hiftor. Pomponius Mela lib.3. c.5. Hyperborei fenes fertis redimitos poft epulas de rupe prærupta in mare præcipitabant, Plinius libro 4. cap.12. Solinus cap.26. Idem fecerunt Tybareni Eufeb. lib.1. cap.3. de præparat. Evangelica. Indi, Herodot. in Thalia & Melpomene. Maffagetæ cædebant fenes in frufta atque devorabant Tertullian. lib.1. cap.1. contra Marcion. nec pepercere parentibus Derbices & Hyberni. Sardi fuftibus cædebant Ælian. l.4. cap.1. variar. hiftor. Incolentes infulam Co, fenes aconito necabant, fupra 60.annos natos, vid. Tiraquellum ad Alexandrum ab Alexandro. Cafpii feptuagenarios vel domi claudebant, vel in loca abdita detrufos fame ac fiti conficiebant. Apollonius Thyanæus fuafit, ut peftis pellendæ caufa fenex quidam lapidibus obrueretur ac necaretur Joh. Wolfius in c.18. Deuter.

§.6. *Accidentia plurima* fenectutis funt, quæ illam ætatem moleftam reddunt: (quamvis Gabriel Palæotus diverfum probare conetur libro de bono fenectutis.) Oculorum caligo Gen.27. verf.1. cap.48. v.10. caloris inopia 1.Regum 1. v.1. inidoneitas ad obeunda munia Jof.23,1.2. conjugium Ruth.1. v.12. expectatio diei mortis Genef.27. verf.2. fatietas vitæ Genef.35,29. 1.Chron.23,1. cap.29,28. 2.Chron.24,15. defectus virium Gen.35,28. fenfus morbi 1.Reg.15. v.23. plurima corporis incommoda Ecclef.ult. tædium in filiis 1.Sam.2. v.22. mors tragica & fubitanea 1.Samuel.4,18. ingratitudinis fenfus 1.Sam.12,2. delectatio in liberis 1.Samuel.17,12. Job.42,16.17. defectio à Deo 1.Regum 11. v.4. Dubitatio de promiffis Dei Lucæ 1,18. Senfus calamitatum plurimarum: v.g. Adam videt Abelem interfici à Caino fratre: Noah diluvium: Abraham perpetuum exilium: Heli facerdos filiorum interitum: Senes modò mortem conjugum, filiorum. Dubia expectatio rerum & timor. Avaritia: *omnes ad rem attentiores fumus, quam fat eft*, Terentius in Adelph. Faftidium annorum præfentium. Laudator temporis acti Se puero, ait Horatius de arte Poëtica. Garrulitas fenum. Oblivio & dementia. Deformatio vultus: Juvenalis Satyr.10. Sed quàm continuis &c. nempe feni eft teter vultus; deformis pellis; pendentes genæ, rugæ; trementia labra; calvities; madidi nafi infantia; gingiva inermis frangendo pani; gravis eft uxori, fibi, natis; torpens palatum; gelidus fanguis; debilitas membrorum.

Virtu-

§.7. *Virtutes & requisita* senum. Hi sint pii, ne pusillos scandalizent Matt.18. Sir.25,8. Instituant & educent juventutem Deuteronom.32. v.7. Genes.18. Abraham. Doleant de peccatis juventutis, deque iis non glorientur: Psalm. 25. *delictorum juventutis &c.* Sint Sapientes Sirac.25,6.7. Job. 12. v.12. Felix Respublica, in qua juventus laborat & senectus consulit. Sint sani in fide: optimam civitatem quidam philosophus dixit, quæ habeat nigros lapides & capita cana in senatu; à Pyrrho interrogatus. Sint sobrii, non ebrii; ut Lothus & Noah Gen.9. & 19. ne, ut juvenes corpus senectuti, ita senes sua corpora morti tradant ante diem Tit.2,1. Hieronym. epist.2. ad Nepotian. Sint casti: Juventutem à vitiis cohibeant, ne delinquant. Sint seduli in precibus: Mater effœta Gregorii Nazianzeni, huic & fratri Cæsario plurima bona contulit, atque mala ab utroque precibus suis avertit. Jacob pro filiis suis orat Gen.49. Contemnant voluptates ut Barsillai 2. Sam.19. v.35.36. Sint pii, ut bona senectute fruantur. Gen. 15. v.15. c. 25,7.

§.8. Expectent mortem lubentes cum Simeone Luc. 2. & illa ætas γῆρας dicitur, quod debeant senes τῆς γῆς ἐρᾷν, terram amare, Isidor. Pelusiota lib.5. epist.251. Constanter mortem pro Christo subeant: Simeon Hierosolymorum post Jacobum episcopus vir annorum 120. tormenta sustinuit incredibili fortitudine. Polycarpus Christum maledictis incessere aut mori jussus: *Octoginta* (ait) *annis & sex Christo servio, nec ulla in re ab eo læsus aut offensus sum, quomodo regem meum blasphemarem?* De hoc Euseb.lib.4.c.15. Niceph. l.3.c.35.hist. De illo Simeone Euseb.lib.3.c.32. Niceph.l.3.c.16. Confer 2.Macch.6,34. Joh.21, 18. & Augustin.tractat. 123. in Johan. §. *Non crucifixus*, sed utique &c.

In senectute se rectè gerant: Ps.25,7. ne memineris &c. Chrysostom.homil.7.in epist.ad Hebr. de Davide: *Hæc dicit* (ait) *tanquam in senectute se rectè gerens.* Non colant diffidentiam aut avaritiam, sed confidant in eo, qui ipsos à juventute inde nutriit, Ps. 22. in te projectus sum à juventute mea. A Deo & Medico solatium, non à Rhetore vel Cicerone vel sophista petant: vid. eleganter Guevarr. tom.1. epistol. ad Francisc. Nunnesium Medicum p.208.209. Ament nepotes Gen.48,10. & filios 1.Sam.8,1. & subditos Jos.24,1. ego senui. Expectent diem mortis Gen.27,2. sint fideles, ut Barsillai 2.Sam.19,31.32. In cineres majorum fortium suorum non mingant, nec se ebrietati dedant; aliàs curatores iis constituendi sunt, vid. Plur. in Comment. de fortuna Romanor. apud Guevarr. p.516. t.2.ep. Sed de his virtutibus senum vid. porrò Guevarr. tom. 2. epist. & dissert. p. 512. 513. Edit. Latin.

§.9. *Bona atque commoda* senectutis sunt: 1. Assidua mortis, judicii, peccatorum meditatio. 2. Omnium mediorum ad virtutem & pietatem exercendam suppeditatio: vid. Cyprian. lib. de 12. abusionibus seculi. Rom. 4. Abraham jam senex credens: Sara Hebr. 11. v.12. Simeon timens Deum: item Hanna Luc.2. Zacharias & Elisabeth Luc.1. 3. Si vegeta sit senectus, ut Calebi Jos.14,11. 4. Vacua est à perturbationibus animi: 1.Corinth.13,11. vir factus evacuavi ea, quæ erant parvuli: vid. Chrysost. in epist. ad Hebr. nom.7. Plinius lib. 3. epist.1. 5. Experta est complurima: Alexander M. non nisi à sexagenariis ordines duci voluit Justin. libr. 11. hinc veteranorum militum laus celebratur, non tyronum. Ideo libris scribendis aptissima ætas, de quo Cato in libr. de senectut. §. *Est etiam quietæ &c.*

Mortem piorum senum sequi solent turbæ & discordia. Leontius veteris ecclesiæ Doctor in consultatione graviori, canos suos apprehendens dixit: Hac nive liquefacta plurimi luti erit. Mortem Lutheri tristis vastatio politiæ & Ecclesiæ secuta est. Plato: Deus aufert bonos viros, civitati calamitatem immissurus.

§.10. *Dignitas & præstantia* senectutis est: 1. in honore debito Levitic. 19,32. Sirac. 8,7. cap. 25,6. 1.Timoth.5,1. 1.Petr.5,1.5. Proverb.16,31. 2. In corona Proverb. 10,32. 3. In canis Proverb. 20,29. Sap. 4,8. hinc ipsi Deo cani tributi Daniel 7,9. Esa.24. vers.23. 4. In officiis, quæ commissa sunt natu grandibus à Deo, ut Exod.3,16. cap. 24,1. Numer. 11,16. Deuter. 22. v.15. 5. In supplicio, quod deficientibus senibus minatur Dominus Thren. 5,14. vid. paulo ante. 6. In judiciis Doctorum, qui dignitatem senectuti attribuunt cap. 25. q. 5. c. decreta Patrum. Greg. Nazianz. orat. in plag. grandinis: Ambros. lib. 2. cap. 8. de Jacob & vita beata. 7. In testimoniis Ethnicorum; Plato vult seniores imperare, libro 3. de legibus & 5. de Republica. Aristoteles 7. Politic. cap.14. vid. Guevarram part. 2. epist. p.506. 507. Olim à juvenibus ad curiam Romæ senes ducebantur: illi valvis affixi curiæ eosdem reducebant, Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. Confer l. semper titul. de jure immunit. Huc spectant senum privilegia, de quib. Gregorius Tholosanus in syntagm. & Tiraquellus de Jure primogenit. 8. in ratione: Antiquissimum enim quodque est gravissimum; antiquitatem in muris, templis, domibus; cur non & in hominibus magnifaceremus? Est igitur senectus quasi quædam æternitatis imago.

§.11. *Medium perveniendi ad bonam senectutem*, est (α) adolescentiæ pia institutio: Exod.20. ut sis longævus: Hieron. *senectus eorum*, qui adolescentiam suam honestis actibus instruxerunt, & in lege Domini meditati sunt die & nocte, ætate fit doctior, processu temporis sapientior, & veterum studiorum dulcissimos *fructus metit.* (β) Laborum moderatio & recreatio. (γ) Juventutis malæ transactæ emendatio; (δ) Diligentiæ in studio virtutum excitatio; (ε) Temperantia; (ζ) oratio. Plura vide apud Holcoth. lect. 49. in libro Sapientiæ de senectutis affectionibus. Pined. in Eccles. 12. v.1.

Con-

Conſolatio ſenum. Eſa.46,1. ſeq. portat nos Deus usq; ad ſenectam, dies & annos noſtros novit Pſ. 139. Indefeſſa eorum diligentia; Alexand. Epiſc. ſenex licèt, ſtrenuè contra Arium labores exantlavit, Athanaſ. tom. 1. f. 132. lit. C. Spes: ſic David Pſal. 71. *docuiſti me à juventute, non me deſere in ſenectute.*

§. 12. *Vitia* ſenum: Iracundia; Moroſitas, cui ſenes utplurimùm ſunt ſubjecti; Avaritia, Auguſtin. ſerm. ad fratres in Eremo; Omnia in homine ſeneſcunt vitia, ſolùm avaritia non ſeneſcit, vid. Caton. de ſenectute. Tria hujus ſunt ſigna; (α) ſenis per nummos recreatio; (β) nummorum veneratio, ſi eos non attingat, ſed centum clavibus obſignet; (γ) negata liberalitas in pauperes vel cauſas pias.

Similia. Senectus ara omnium malorum, quia cuncta ad hanc recurrunt. Ambulator tremulo gradu. Ut arbor vegetiores habet radices, jam fructibus latis & foliis delapſis: ſic quoque vir ſenex corruptis carnis fructibus, marcentibus floribus voluptatum. Baculus vacillans, cui viator innititur; ita ſenilis ætas ſemper vacillat & infirma eſt. Cloaca omnium malorum. Fæx totius vitæ, vid. Petrum Bleſenſem epiſtol. 6. Hyems: Inde ſenilis hyems tremulo venit horrida paſſu (Ovid. lib. 15. Metam.) Morbus, Terent. in phormion. Onus: χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστὶν ἀνθρώποις βάρος; ſenectus eſt difficile onus hominibus. Confer Senecam epiſtol. 12. 30. 61. Hieronym. lib. 2. in Amos proœm. Gregor. Nazianzenus morbum ſenectam, onus Siculis ſcopulis gravius appellat. Onus Æthnâ monte gravius. Cicero de Senectut.

Exempla ſenum v. Abraham, Rom. 4. Moſes, Deuteronom. 34. Noë, Joſephus, pater curæ Chriſti, Simeon Luc. 2. David 1. Reg. 1. Iſraël: Aurelius Auguſtinus. E profanis, Maſiniſſa Rex, qui 90. annos natus, nudus caput & pedes iter fecit, ſine ephippio equum conſcendit.

SENIORES.

1. In populo Dei erant 70. ſeniores Exod. 24. Numer. 11. ſedebant illi in portis jus dicentes Deuteron. 21. Thren. 5. ſenes deficiunt in portis. Ad portam auſtralem fuiſſe hunc conſeſſum putant 1. Esdr. 10. 3. Esdr. 9. 2. In Eccleſia N. T. ſeniores ſunt presbyteri, ſine quorum conſilio nihil agebatur 1. Timoth. 5. Actorum 15, 11. 21. 3. Viginti quatuor ſeniores in Apoc. 4, 4. notant totam Eccleſiam triumphantem.

SENNACHERIB.

Rex Aſſyriorum, filius Salmanaſſeris. Nomen notat pacem ligatam. Clade divinitus afficitur Eſa. 37. 3. Regum 19. A filiis interficitur. Epitaphio honoratus in templo Ægyptio, Herod. lib. 2. *In me quis intuens, pius eſto.*

SENSUS.

1. Corporalis. 2. Spiritualis. Coloſſ. 1. v. 9. quâ ſentimus fructum & efficaciam divini verbi in corde noſtro; *ſuccum habentes* Luc. 8. & verbum conſervantes in puro corde Matth. 12. Lucæ 2. 3. Senſus Scripturæ *V. Verbum Dei.*

SEPARO.

Non ſeparat mors, non crux nos à Deo, ſed potiùs conjungit Rom. 8. Separati tamen mortui dicuntur, non ἀληθῶς, ſed φαινομένως: loquitur enim David, ut cum tentatione confligens (ſunt enim mortui beati in Domino Apoc. 14. Sap. 3.) ſive δοξαστικῶς è vulgi ſenſu & judicio & acerrimo crucis ſenſu, in quem etiam pii aliquando pertrahuntur.

SEPTEM & SEX.

Prior numerus perfectionem indicat in ſacris literis & plenitudinem. Sex verò & ſeptem indicant multas & frequentes afflictiones Job. 5, 19. ut Prov. 6, 16. Sex iſta odit Dominus, & ſeptimum abominatur anima ejus.

SEPTUAGIES SEPTIES.

Matth. 18. numerus finitus *pro infinito*, pro more ſcripturæ; obſervant hoc quoque priſci Doctor. Chryſoſt. hom. 62. in Matth. Nicet. ad orat. 42. Greg. Nazianzeni, Aug. lib. 1. c. 17. contra Adverſ. Leg. & Prophetar.

SEPTUM.

Templi. 2. Reg. 11, 8. 2. Chron. 23, 14.

Eſt & ſeptum virtutis, de quo in Tabul. Cebetis.

SEPULTURA.

§. 1. *Multiplex:* (1) Commeſſationis ebrioſæ: hâc olim Pacuvius præſes Syriæ tempore Tiberii quotidiè crapulæ deditus lecto commiſſus ſepultusque, aſtante ſervorum accinentium catervâ: Seneca epiſt. 12. libr. 1. Prohibet illud Apoſtolus Rom. 13. *non in comeſſationibus.* (2) τῆς αὐτοχειρίας, cum quis ſibi mortem conſciſcens ſeipſum quaſi ſepelit; quod feciſſe Labienus commemoratur, Cœlius Rhodigin. lib. 11. cap. 13. Antiquit. (3) Violenta eorum, qui vivi ſepulti ſunt, ut Chryſanthus, Daria, Marcellus, Caſtulus, apud Baron. in Martyrolog. (4) Superſtitioſa eorum, qui in ſepulchris habitarunt, ut mortis ſibi memoriam refricarent, Roſweid. libr. 1. pag. 230. vel ſepulchris ſe vivos intulerunt, ut Polemon ille apud Suidam V. Polemon. Et eremita ille apud Drexel. p. 167. tract. 2. Roſweid. l. 10. (5) *Spiritualis*, quæ fit (α) per baptiſma in Chriſti mortem, ut in Chriſto juſtificemur Rom. 6. Cardin. Contarenus libr. de juſtificatione, cujus verba citat D. Gerhard. artic. 23. p. 693. Confeſſ. Cathol. (β) ſi quis in peccatis totus ſepultus ſit, neque reſurgere cogitat Jerem. 20. Ibis in captivitatem in Babylonem & ibi ſepelieris; ſic peccator inſepultus eſt, ac captivus in Babylone mundi: Pſalm. 5. ſepulchrum patens eſt guttur eorum: Numer. 11. ſepulchra concupiſcentiæ. (γ) Si quis eſt hypocrita Matth. 23. ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis.

§. 2. *Definitio.* Sepultura eſt actus charitatis erga mortuum: Gen. 50. *Joſeph patrem vitâ functũ ſepeliendum curavit:* ſic Joſephus de Arimathia

Sal-

Salvatorem nostrum: Tobias mortuos Tob. 12. Primò vox sepeliendi occurrit Gen.15. sepelieris in canitie: Genes.49. sepelite me: c.50. asportate ossa mea. v. Ambros. libr. de Tobia c.1. August. lib.1. c.13. de Civ. Dei & lib. de cura pro mortuis c.7.

Vespillones sunt tumulatores cadaverum, mortuos ad sepulchreta olim deferentes, vespertino tempore, sine pompa; ut vult N. Perottus in cornu copiæ col. 342. Hodie ii sunt, qui fossas fodiunt & demissa cadavera terrâ adobruunt.

Causæ, quibus homines ad sepulturæ officium inducti, sunt 1. Ipsa pietas, amicis debita: Lucæ 7. filius Nainiticæ viduæ. 2. Lex naturæ, quæ jubet & hos diligere post mortem, quos vivos in honore & delitiis habuimus. 3. Horror ob cadavera; qui est pars sensus iræ Dei ob peccatum in nobis. Removenda igitur corpora à sensibus. 4. Eorundem fœtor noxius maximè spiritibus vitalibus. 5. Spes resurrectionis: *quidnam sibi saxa cavata? quid pulchra volunt? &c.* Prudent. in hymno: *Jam mœsta quiesce querela.* 6. Honesta defuncti memoria. 7. Commonefactio vivorum necessaria de mortalitate. 8. Corporum ratio: fuerunt enim organa Spiritus S. & tabernacula 1. Cor. 6. vid. August. c. 3. libr. de cura pro mortuis. Chrysost. hom. 66. in Genes.

§. 3. *Modus sepeliendi* varius apud varias nationes: Textor recenset col. 606. officin. varios modos inhumandi homines. Erant olim κοπιάσαι, qui mortua corpora curabant ac sepeliebant, Epiph. in Expos. fidei Cathol. Narratur Novell. 49. const. 61. de 8. mulieribus olim feretrum præcedentibus ac psallentibus in deductione funerum.

Funera larvata olim apud Romanos, Camerarius notat part. 1. pag. 447. seq. oper. subcisiv. cap. 96. Nero sustulerat veneno Germanicum, Cæsaris Tiberii Claudii ex Valeria Messalina filium: constabat fratricidium ex apparentibus in corpore maculis; ergo gypso corpus demortui lini jussit, sed illum imber detersit & scelus manifestum reddidit. Larvata quoque erant funera eorum, qui ruinâ ædium detriti erant, vel alio casu mutili facti: eorum loco larvæ quædam ostendebantur, faciem eorum repræsentantia. Larvas hodie funeribus injiciunt, qui malorum vitas Encomiis ornant immeritis: Confer P. Camerar. part. 1. c. 96. hor. subcisivar. In loco profano humari liberorum corpora, carpit Cyprianus lib. 1. ep. 4. in Martiali.

§. 4. *Subjectus locus*: extra urbes olim, lè LL. duodecim tabularum. Luc. 7. filius Nainiticæ viduæ. Cœmeteria, dormitoria olim visitata à Christianis, ob spem resurrectionis firmandam Euseb. lib. 7. c. 10. 12. Hieron. in Ezech. 40. Baron. tom. 2. f. 370. n. 40. 45. annal. quoque mortui sunt excitandi: Minut. Felix in Octav. Tertull. de corona militis. Commune sepulchrum est terra, ait Chrysost. tom. 1. f. 2. lit. L. Intra urbem solùm triumphis clari sepeliebantur, Plut. q. 79. in Problematib.

Tempus: olim noctu sepeliebantur; hinc faces primùm adhibitæ sunt, Persius Satyr. 3. Tacit. lib. 3. annal. Sueton. in Aug. Chrysost. hom. 4. ad Hebr. ait: *ideò & lampades accendi, ut significetur, mortuos deduci ad summum illum præmiorum distributorem.*

§. 5. *Subjectum*: Mortui sepeliendi. Si boni, honorificis titulis ornandi: Probo Imperatori positus in sepulchro hic titulus: PROBUS VERE PROBUS HIC SITUS EST. Baron. tom. 2. f. 709. annal. non enim in mare sunt abjiciendi, ut olim Lothophagi fecerunt; non volucribus objiciendi, ut Persæ & Parthi Herodot. l. 4. non devorandi cum Massagetis Hieron. lib. 2. adv. Jovin. Bonis honor sepulturæ rectè tribuitur: Sir. 44, 13. *Sepulta sunt in pace corpora eorum, & vivent nomina eorum in æternum.* Etiam punitorum corpora sepelienda: vid. l. 1. ff. de cadaveribus punitorum: excipe, nisi læsa sit majestas V. ibid.

Corpus verò Domini considera, ut 1. corpus sine peccato proprio: 2. suâ vi resurgens Johan. 2, 3. non moriturum rursus, ut olim illa, quæ in V. & N. T. revixerunt; 4. ferens secum nostra peccata; 5. sanctificans nostra sepulchra: *v. tit. Christus: supra.*

Qui sepultura non honorandi? Jer. 16. non plangentur & non sepelientur &c. c. 22. sepulturâ asini sepelietur. 1. Regum 13 non inferetur cadaver tuum: Es. 24. projectus es de sepulchro tuo: Confer Es. 14. vers. 19. Circumcelliones olim sepulturâ privabantur, qui se de montium cacuminibus præcipitabant, aliosque, qui ipsos occiderent, conducebant. Optat. Milevit. lib. 3. pag. 106. 107. Item, qui Crimine Læsæ Majestatis tenentur l. 1. ff. de cadaveribus punitorum. Sepulturæ privatio magna pœna 1. Reg. 14, 11. 12. c. 16, 4.

§. 6. *Loculi sepeliendorum*: olim erant pretiosi, August. tom. 10. col. 104. c. *Divitum marmorata videntur*, sed non *videntur loca tormentorum*, ait Chrysost. tom. 1. colum. 149. lit. m. In hisce folia computrescunt Dan. 4, 7. sic omnis gloria mundi in sepulchris computrescit Esai. 40. *omnis caro fœnum est &c.* Sunt peregrinantium dormitoria: omnes sumus peregrini Psal. 39. ager emtus terra est.

Sepulchra mortuorum non violanda: quod fecisse Reformatos in Galliis, memorat Claud. Espens. in 2. Tim. 4. Digress. XIX. Heliogabalus ad agitandas quadrigas, Onuphrius Panvin. in additionibus ad Platin. de Rom. Pontificibus: Improbat quoque Plato lib. 5. de Republ. Sepultis parcendum, nec eorum cadaveribus injuria inferenda ff. de injur. 47. tit. 10. Violatio sepulchrorum, pœna Jer. 8, 1. 2. 3.

§. 7. *Sepeliendos comitari debemus*; 1. ut pietatem exerceamus: quod enim tibi vis fieri, alteri quoque feceris. 2. Orationi studium impendamus Psal. 39. doce me Domine &c. Psal. 90. 3. Commune naufragium mortalium meditemur. 4. Amicos lugentes consolemur 1. Thess. 4. 5. Vanitatem mundi detestemur. 6. Illud τὸ SEQUENDUM EST assiduè ruminemur; vid. Luth. in Postill. Occon. part. fest. p. 242.

Cere-

Ceremoniæ ſint honeſtæ: Chytr. lib. de vita & morte pag. 89. ſeq. varias recenſet. Ethnici olim dabant roſas mortuis, iis faces præferebant, quos irridet Q. Minutius Felix in Octavio, quòd his illi non indigerent. Olim ad Baſilicas martyrum ſepeliebantur, quia ad eas fiebant preces & conciones, ut ingruente perſecutione martyrum exemplo ſeſe ad conſtantiam accenderent.

§. 8. *Defectus ſepulturæ:* 1. ſi projiciantur cadavera mortuorum: 2. ſi aëri expoſita exareſcant; quod uſu receptum eſſe apud incolas novi orbis, memorat Benzo in hiſtoria novi orbis l. 1. c. 23. & inſularum Arranicarum, apud Ortel. tabul. 10. theatri, de Hibernia. Apud Indos Occidentales: Petrus Martyr de rebus Oceanic. *Privatio* ſepulturæ: Hac ſpoliati olim Chriſtiani, in Tyberim projecti. Baron. tom. 2. annal. fol. 725.

§. 9. *Exceſſus.* 1. Si ſepultura ſit nimis ſumtuoſa: 2. Superſtitioſa; nempe ſi quis terrâ, non niſi conſecratâ, ſepeliri vult, vel non niſi in ſacro loco. 3. Si habitu Monaſtico Dominicani vel Franciſcani ſe patiatur involvi, inque eo ſepeliri; ut Albertus Pius, Carporum Comes: Rudolphus Agricola: Chriſtophorus Longolius: Baldus, Jure Conſultus: Joh. Franciſcus Picus. Vid. Eraſmum libro 25. epiſtol. epiſt. ad Nicolaum Mallar. Vid. etiam Geſner. præfat. in paſſion. Chriſti. Marcus Fuggerus Johannis filius Cappucinæ veſti ſe involvi, terræque mandari voluit, ann. 1614. referente Pontano p. 25. Bellarior. Atticor. ibidemque Eraſmum acriter carpentem.

§. 10. *Sepultura abſolutè neceſſaria non eſt:* cum & pii aliquando ſepulturâ careant. Non igitur nimis anxiè eſt quærenda: cœlum ubique patet. Zwinger. fol. 44. a. b. Theatr. fol. 72. a. §. Anaxagor. & b. Monica: Confer Auguſtin. quæſt. ſuper Geneſin: Sed *nec contemnenda* cum Diogene Cynico. Monica mater Auguſtini etſi Marito Patritio in ſepulchro conjungi vellet; ægrotans tamen Oſtiæ in Italia dixit: *Nihil longè eſt Deo, & agnoſcet in fine ſeculi, unde meum corpus excitandum ſit:* Auguſtinus lib. 9. & 11. confeſſion.

Sepulchrum: domus ultima, certa, non declinabilis, manſio inevitabilis, requies hominum. Sepulchrum ſuum quidam Comes Italiæ nominavit portam inferni: ideò illi hoc nomen inſcribi curavit. *Quid reliquerit* [addidit] *in his terris ſe ſcire, ſed quid reperturus ſit, ſe neſcire:* ô inania verba! ô vocem Chriſtiano indignam, dignam porco Epicuri de grege!

§. 11. *Adjuncta* ſepulchrorum ſunt Epitaphia: vid. Drexel. tract. 2. §. 11. §. 170. varia recenſentem. Theſaurus ſepulchro inferendus. Lineas ex margaritis duas ſepulchro ſuo inferri voluit matrona nobilis, l. ult. ff. de auro & argent. legat: Nos Chriſtum ſepulchris, ut margaritam, inferamus, vitam redditurum, Joh. 6. Agathæ ſepulchrum ab Angelis fuiſſe poſitum, memorat Cornelius à Lapid. in Eſa. 53. folio 442. capit. primo. Fides ſit penes Autorem.

Moſes à Deo ſepultus ſignificat Chriſtum, qui Moſis ſynagogam, legem ceremonialem & moralem, quoad maledictionem, abrogaturus erat in N. T.

Sepulturæ curam, graſſante magnâ peſte, ſuſcepit D. Cyprianus unà cum Eccleſia ſua. Ponticus in vita Cypriani.

Direptio ſepulchrorum Davidis, divinitùs cæde duorum militum punita: Facinus expiare niſus fuit Herodes, marmoreo rurſus ædificato. Joſeph. lib. 7. c. ult. Antiq. Judaicar. Tandem illud planè corruit, referente Dione Caſſio, ſuperſtitibus tamen quibuſdam. Hieronymus epiſtol. decimaſeptimâ ad Marcellam.

SEQUI.

§. 1. I. *Virtuoſum & laudabile.* Sequimur Deum, idque fit variis modis: (α) pronâ voluntate: Matth. 8. ſequar te, quocunque ieris: (β) omnium derelictione Matt. 19, 28. (γ) ſui abnegatione Luc. 9. (δ) crucis portatione: (ε) impedimentorum averruncatione. Illa verò *impedimenta ſunt* 1. *bona terrena* mundi: Matt. 4. relictis omnibus ſecuti ſunt Chriſtum: 2. *ſcandala* & exempla mundi Matth. 18. Philipp. 3. *amor mundi* nimius, &c. (ζ) Velocitate & celeritate: non tardè; neſcit tarda molimina Spiritus S. gratia. Ambroſ. (η) Prudentiâ, ut finem reſpiciamus, ipſum Deum, ſummum bonum, quem ſequendo aſſequimur. (θ) Propinquè, non à longè: Petrus à longè Jeſum ſecutus legitur Matt. 26. (ι) Fideliter, ut Caleb Num. 32, 11. Joſ. 14, 14. (κ) Humiliter Phil. 2, 2. 3. ſeq. (λ) Patienter: 1. Pet. 2. *reliquit veſtigia.*

§. 2. Sequimur agnum 1. in hac vita corporaliter & ſpiritualiter, ut olim diſcipuli Chriſtum ſecuti, & multi è populo Judaico Matth. 4. v. 29. cap. 8, 1. c. 12, 15. Solùm ſpiritualiter verò omnes fideles in Chriſtum credentes, quem non viderunt Johann. 20. idque fit, Chriſto ejusque doctrinæ adhærendo Johann. 8. verſ. 12. cap. 10. verſ. 4, 27. cap. 12. verſ. 19. veſtigia ejus ſequendo 1. Petr. 2. verſ. 15. pro Chriſto moriendo Johann. 21. verſ. 19. 21. ei miniſtrando; ſic olim mulieres piæ Matth. 27. verſ. 55. Marc. 15. v. 41. Luc. 23, 49. 55. cap. 8, 1. 2. 3. manſuetudinem imitando, Matth. 11. mitis ſum: & patientiam exercendo 1. Petr. 2. Et meritò ſequimur Deum ut Dominum ſervi, redemtorem captivi, ſummum bonum miſeri, creatorem creaturæ, liberatorem vincti.

§. 3. II. *Sequi vitioſum* & vituperabile; cum vitia & vitioſos homo ſequitur: v. g. ſuas cogitationes Numer. 15, 39. & ſpiritum Ezech. 13, 2. peccata aliorum 2. Reg. 13, 2. 2. Petr. 2, 2. gentes idololatricas 2. Reg. 17, 15. 34. avaritiam Job. 31. verſ. 7. Ezech. 31. v. 33. Jerem. 8, 10. iniquitatem Ezech. 36, 21. munera Eſ. 1, 23. luxuriam 2. Petr. 2. v. 2. doctrinam fabuloſam 2. Petr. 1. v. 16. viam latam Matth. 7.

III. *Angelicum:* angeli ſequuntur Chriſtum Ezech. 9, 5. Apoc. 19, 14.

IV. *Æternum,* quod fiet in æterna vita: Apoc. 14. *ſequuntur agnum quocunque iverit.*

§. 4. *Non unius sunt generis, qui Deum sequuntur.* (1) Sunt *mundi* per castitatem Apoc. 14. hi sunt, qui cum mulieribus &c. (2) *Nudi* per paupertatem: Matth. 19. Ecce relinquimus omnia,& te secuti sumus. (3) *Prompti* per obœdientiam&humilitatem: Luc. 9. si quis vult&c. (4) *Quidam ex cupiditate*, ut illi qui Christum sequebantur,ut ab illo pascerentur Joh.6. sicut & Gehasi Elisam sequebatur 2. Reg. 5. (5) Alii ex *infirmitate*,ut à Christo sanarentur: (6) Alii ex *charitate* ut Marc. 15. mulieres piæ Christum secutæ.

§. 5. Bernhard. (α) quidam sunt,qui non sequuntur Christum, sed *fugiunt*, qui peccare non desistunt: (β) quidam non sequuntur, sed *præeunt*, quia suas sententias Christo præferunt: sic Petrus Matt. 16. *Domine hoc non accidat tibi*: (γ) quidam sequuntur, sed non *assequuntur*, qui segniter agunt, & ad vitæ finem non perseverant Luc. 8. (δ) alii *sequuntur* & *consequuntur*, qui in fide & pietate perseverant usque ad finem vitæ.

Matthæus secutus est Christum 1. *Ardenter*, exarsit ignis ad Christi intuitum: 2. *Celeriter*, non deliberavit prius secum: 3. *Pœnitenter*, abjecit enim telonium: 4. *Liberaliter*, Christum convivio excepit: 5. *Charitativè*; adduxit enim alios publicanos secum: 6. *Constanter*,non retrospexit: 7. *Obliviosè*, obliviscitur opum suarum: 8. *Fortiter*; non curat Christum despici à Pharisæis Matth. 9.

Consequentia & præmia eorum, qui Christum sequuntur, sunt: *bonorum copia* Matt.19. *Honoris adorea* Matth. 19. sedebitis &c. *Vita æterna*: *Lucis copia*, non ambulabunt in tenebris Johan. 8. vers. 12. *Erroris absentia*; non enim errabunt, qui Christum lucem secuti, in luce ambulant Johann.12. Confer tit. *Exemplum*: it. *Imitatio*. Trahe nos post te, ô piè CHRISTE!

SERAPHIM.

I. *Serpentes igniti* hoc nomine dicti Num.21. II. *Titulus* angelorum & nomen,qui ita appellantur à שרף quod notat accendere, urere; quasi charitate ardentes. Vel, ut aliis visum, urendo consumentes,accendentes ad combustionem: qualis fiebat in regum exequiis ex incensione rerum odoriferarum; atque huc refer ea, quæ habet R. Mardochai in Concordant. hac voce שרף. A modestia Christiana alienus est vel maximè Seraphicorum Doctorum titulus, plicarum tricarumque autoribus ac magistris olim tributus. Ille verò è Cherubim carbone purificans linguam Esaiæ c. 6, 4. gratiam Spiritus S. notat, quâ solâ per fidem mundamur: vid. Promt. Allegor. tit. *Spiritus Sanctus*. Philosophemata Dionysii c.7.de cœlesti Hierarchia,ceu incerta minimè amplectimur, de prima hierarchia horum Seraphim. Neutrum genus in hac voce non agnoscimus, cum sit masculinæ terminationis; juxta Hebræorum regulas. Dionysium secutus infelici pede Isidorus lib.7. cap.5. de Originibus & moderni Dd. apud Pontificios.

SERMO.

§. 1. Variè dicitur: 1. de filio Dei, quem non nemo sermonem (è Græco λόγος) vertit; rectiùs tamen Verbum dicitur: de quo Theologi. 2. De verbo Dei προφορικῷ, quod est sacra scriptura, Prov. 30. sermo Dei est ignitus clypeus omnibus sperantibus in se. Estque hic sermo aliquando durus incredulis,non suâ culpâ, sed hominum recipientium Joh. 6. durus est hic sermo. 3. De ministerio prædicationis: 1.Corint.12. alii datur sermo sapientiæ&c. Prov. 8. de rebus magnis locutura sum &c. sit quoque sincerus & verax *sermo prædicationis*. Cui opponitur *Eloquentia* humana 1. Cor. 2. sermo dulcis, Rom.16. χρηστολογία. De hac loquitur Irenæus præfat. lib. 1. Suadenter illi (hæretici) illiciunt per verborum artem: Inculcant errones illi importunè: Quærite. Hos Tertullianus vocat mentes dolis refertas, lib. de præscript. Rursus Irenæus præfat. lib.1. Error secundùm semetipsum non ostenditur. Ibidem comparat falsos Dd. falsis gemmariis & argenti corruptoribus. Tertullian. lib.1. adv. Valentin. Nihil magis curant, quàm occultare, quod docent. Alibi, *pro lacte aquam gypsatam propinari docent*. Hæc ille. Hoc sermone utuntur falsi prophetæ, contra veros prophetas: Olim usi Manichæi hac blandiloquentiâ etiam in scriptis,ut refert Baron. tom. 2. folio 703. 4. Vox quoque sermonis usurpatur de sermone conversationis; ille vero sit bonus, castus, & fructuosus & ferax Matt 5. Ephes. 5. vers. 3.4.

§. 2. *Materia*: Sunt 1. *res sanctæ*. Optabat Cyprianus eo ipso, cum de eo loqueretur, necari. Ut refert Pontius in vita Cypriani, & hic ipse lib. de pudicit. 2. *Graves*: Eph. 5. scurrilis sermo prohibetur, est enim similis loco periculoso in mari,quem Scyllam appellant. 3. *Seriæ* Chrysost. in 2. ad Thessal. cap.1. tom.4.fol.324. L.M.4. *Non scandalosæ*, hi enim sermones ceu cancer & pestis fugiendi, Cyprianus epist. 8. lib. 1. Idem epist. 3. lib. 1. prohibet colloquia cum hæreticis, cum maculatis sacerdotibus, cum Samaritanis epist. 6. 5. *Non spurcæ*, obscœnæ aut turpes Eph. 5. hæ enim scandalum præbent, & castimoniam mentis turbant & aculeos in animis hominum relinquunt. Nam aspectus impudicus & turpiloquium sunt prostibula castitatis, ait Basilius de vera virginit. tom.2. oper. Confer Clem.Alexandrin.lib.6. (alii lib. 2.) c. 6. Pædagogi. Huc spectant obscœnæ imagines; vehiculum scortationis vocat Chrysost. in h. l. Aristotel. 7. Politicor. cap.ult.vult scurrilia ex urbe proscribi. 6. *Non mordacia verba*, quibus proximum perstringamus, ut Jesabel regem Jehu 2. Regum 9, 31. Athalia regem Joas 2. Reg. 11, 14. 7. *Cum vita congruat*: ne sis similis farrario, quo farina discutitur, pollinem & farinam extra mittit, furfures sibi retinet; sic ii, qui bene loquuntur & tamen malè vivunt. *Speculo sunt* similes, quod maculas ostendit aliis, seipsum tamen non videt. *Cotis acuit* cultrum,seipsum non

non acuit ad secandum. *Pictor* fœdus optimam pingit imaginem.

§. 3. *Affectiones:* Sermo sit accommodatus tempori Sirac. 22. v. 6. non blandus, aut fictus Proverb. 29. non insulsus Sir. 27, 14. sermo stultorum molestus est c. 21. v. 19. Mal. 2, 17. Sed moderatus Prov. 17. qui moderatur sermones suos, prudentissimus est: intra terminos conclusus; ut aqua evanescit, quę diffusa per areæ planitiem certis canaliũ marginibus non concluditur: sic quoque oratio nimis diffusa auditorem fallit, Greg. Nazianz. l. 3. de Theol. Finis quoq; bonus sit & intentio bona cum loqueris.

§. 4. *Effecta* boni sermonis: Fugat dæmones, hi namque sanctos piorum sermones abominantur: Hominem ædificat ad pietatem & honestatem: Pios recreat Lucæ 24. nonne ardebat cor nostrum &c. Devotionem crescere facit, exemplo Emaunticorum discipulorum: sic Luc. 1. Mariæ & Elisabethæ colloquium. Simile; quod navibus est flatus, hoc animis hominum est sermo & colloquium mutuum Chrysost. homil. in 2. ad Thess. c. 1. folio 325. tom. 4. col. a.

SERPENS.

§. 1. 1. Propriè dictus à *serpendo* nomen habet, animal venenatum, homini maximè infestatum, quod Satan subiit, protoplastos decepturus. Narrat Philippus Melanchthon in explic. Evangelii, in festo Paschæ, in Africa præstigiatores esse, qui serpentes circumferant vasi æreo inclusos atque à Satana obsessos, qui illos quoquo versum rapiat moveatque. Recesset idem è Philippo Dn. Camer. cent. 2. oper. subcisiv. p. 163. His quoque saltantibus serpentibus putant ædes à serpentibus liberari.

2. Diabolus serpens: vid. Promtuar. Allegor. 1. Occultè serpit Satan, ut serpens Gen. 3. 2. Cor. 11. 2. Serpendo sese applicat v. g. Evæ. Serpentes Africani caput virgineum pulcherrimum ostendere tympanis insonantibus, referunt Philippus Melanchthon & Camerarius d. l. Non falleris, si dicas, caput Diaboli esse mundum scandalosum & voluptuosum: 3. Venenum evomit erroris & mendacii: 4. Nidum sibi tandem construit Luc. 11. Joh. 13. Satan in cor Judæ. 5. Veneno lethifero hominem enecat, mendacio & contradictione Gen. 3. Vincendus fide & oratione Jacob. 5. & sanguine agni Apoc. 12. ceu ser pens salivâ hominis extingui dicitur August. in c. 3. Joh.

Numer. 21. serpentes Dipsades (α) sitim immittentes: (β) calore urentes Luther. in postil. Eccles.

§. 2. 2. Homo serpenti similis, quoad prudentiam & miseriam: (α) rependo in terra per varias miserias Sir. 40. in terra ceu valle flexuosa ac tenebricosa. (β) Circumferendo venenũ peccati Rom. 7. (γ) Conculcationes perferendo; uti serpentes in via sæpe conculcantur & calcibus tunduntur: ita homines in hac vita. (δ) Declinando eos, quibus sumus exosi (sic enim suos quoque osores declinant serpentes.) Matt. 10, 22. Eritis exosi omnibus hominibus propter me; v. 23. fugite in aliam civitatem. (ε) Venenum semper deponendo; id enim facere creduntur serpentes, ad fontem accedentes: sic nos peccati venenum nunquam non ad Christum fontem accessuri, deponere debemus pœnitentiâ & precibus, deponamus odia, affectus sinistros Coloss. 3. (ζ) *Aures obturando* ad vocem incantatoris, ut vim suam amittat: sic nos ad hæreticorum voces obturare aures fas est, non prurientes habere 2. Tim. 4. (η) Prudentiam imitando, quæ tanta est in serpente, ut hic olim prudentiæ symbolum & imago fuerit. Sanguinis, lactis & vini avidissimi esse perhibentur: nos sanguinis Christi in baptismo quo mundamur 1. Joh. 1, 7. & vini in Eucharistia, & lactis Evangelii 1. Pet. 2. simus nunquam non avidissimi; Et ministri, Apostolorum successores hæc tria suis proponant auditoribus: 1. Corint. 3. lac vobis dedi.

§. 3. 4. Christus serpens. Ut serpens Mosis omnes devoravit serpentes Magorum Exod. 7. vers. 12. sic Christus omnia inferni serpentis venena extinguit, Augustin. in illa: sicut Moses serpentem &c. Vid. Prompt. allegor. tit. de Christo.

5. Peccatum serpens: *vid. tit. peccatum.* Et promptuar. allegor. 6. Mors est serpens, *vid. tit. Mors.* Adde his, promptuar. allegoriar. suis titulis: 7. Voluptas quoque non est serpenti dissimilis, illa enim, ut hic, facilè illabitur hominum animis, hisque se insinuat.

Ethnici olim coluerunt serpentes & dracones; sic Babylonii draconem, ut est apud Danielem. Ophitæ serpentẽ (ô cœcitatem!) coluerunt. Apud Lucianum legitur, impostorem quendam serpentem circumduxisse, è quo responsa petebantur, expulsis prius, quos ferre non poterat, Christianis. Lanuvii Romani quoque Draconem coluisse leguntur apud Propertium. Lithuanorum & Samogithiorum epulas, olim serpentes incantationibus evocati, solenniter appositas, certo festo delibabant; hoc facto in latebras se rursus proripiebant, Joh. Meletius in epist. ad Gregor. Sabinũ de relig. & sacrificiis veterum Borussorum.

Ad serpentes referimus aspides cum Arist. lib. 9, c. 29. de animal. Aspis surda Psal. 58. v. 5. dicitur Palamnis, quæ obturare alteram aurium caudâ, alteram terræ infigere creditur; Augustinus, Euthymius, Theodoretus. Fusè de his aspidibus agit J. Bustamantinus libro 3. cap. 11. de Reptilibus edit. 1620. Lugduni. Varia serpentum genera recenset J. Ravis. col. 208. officin.

§. 4. Draco occasio cruentissimi prælii. Refert Camerar. centur. 1. Oper. subcisiv. p. 309. edit. 1607. Reges Angliæ & Galliæ produxisse exercitum in Normandia instructissimum, jamjam manus conserturum: suasu verò ducum factum est, ut ambo reges ad colloquium pacificum venirent, sine sanguine prælium composituri; itaque conveniunt illi in vicino sacello mixturi sententias de pace sine cæde ineunda. Id dum agunt, ecce è latebris insignis magnitudinis Draco egressus, seseque paulatim

latim advolvens utrumq; regem ad extrahendum gladium compulit; hi verò ſtrictis gladiis ſacello prodeuntes utrumque exercitum in furorem conjecerunt, protinus ineundi prælii, quod multorum millium cæde & ſanguine terminatum eſt.

Singulare. E medulla ſpinæ dorſi ſerpentes naſci ait Camerar. part. 1. hor. ſubciſiv. c. XI. D. Franzius p. 718. hiſtor. animal.

§. 5. Serpentum inter ſe conflictus, ſi quà contingant, bella ac ſtrages hominum portendere, obſervatum eſt, vid. Camerar. part. 1. c. 68. 69. hor. ſubciſiv. Illos cum ſexu fœmineo cap. 60. ibid. memorat Camerar. Multis id meritò præſtigias Satanæ videtur ſapere.

Prudentiā ſerpentum Mat. 10, 16. explicatur v. 23. Eſt verò multiplex ſerpentum prudentia: 1. In ſalute ſua procuranda; tempore veris ſingulis annis exuit veterem cutem, novam induens: 2. oculos hebetes fœniculo curat: 3. homines ſibi adverſos fugit: 4. vocem pavonum faſtidit: 5. ab afflatu cervorum ſibi cavet, Solinus c. 22. 6. caput præprimis accuratè cuſtodit objectu totius corporis: 7. ad inſidiandum gnaviter in via excubat, lege D. Frantzium in hiſt. animal.

SERRA.

1. Inſtrumentum mechanicæ artis. 1. Reg. 6, 7. 2. ſupplicium pœnæ 2. Sam. 12, 31. 1. Chron. 21, 3. confer Amos 1, 3. Judic. 8, 26. Eſa. 25. triturabitur Moab. Gell. l. 20. c. 1. ait: debitoribus, qui ſolvere non poterant, lege 12. tabularum irrogatum eſſe ſupplicium, ut debitor diſſecaretur in partes. Erant quoque ſerrati currus apud Palæſtinos, quibus paleas comminuebant in eſum animalium: Hieron. in Eſ. 25, 10. 3. Rex Aſſyriæ Eſa. 10, 15. quo inſtar ſerræ uſus fuerat Dominus in amputandis & reſecandis putribus lignis Ezech. 15, 4. & arboribus Matth. 7, 19. c. 3, 10.

SERVA. conf. ANCILLA.

Virtutes: Fidelitas, pietas, D. Saccus fol. 336. 337. in epiſt. Dominic. Erias & Charmium ambæ ancillæ Cleopatræ, hâc mortuâ illæ præ dolore feſtinam mortē oppetiēre, Plutarch. in vita Antonii circa fin. A. Humilitas: oppoſitū ſuperbia v. g. Hagar. Gen. 16. vid. hîc Chryſoſt.

SERVIO & SERVUS.

§. 1. A ſervando dicti ſervi, quod in bello capti ſervarentur, Auguſt. quæſt. in Geneſ.

I. *Chriſtus ſervus* non ſemel dicitur, Eſ. 53, 11. juſtificabit &c. c. 49, 6. parum eſt mihi. Ratione mediationis, interceſſionis, redemtionis, prædicationis: quibus officii partibus non ſibi, ſed nobis ſervivit: Rom. 15. miniſter circũciſionis, id eſt, circumciſorum Judæorum dicitur: Eſ. 43, 24. ſervire me feciſti: V. p. 624. part. 2. M. Fabri Exerc. & p. 625. Matt. 20. venit filius hominis miniſtrare: Joh. 13. diſcipulorum miniſter factus eſt, pedes eorum lavando. Phil. 2. formā ſervi aſſumſit. Sic autem ſervus fuit, ut tamen τῇ κλήσει omnium eſſet Dominus, atq; hæc ſervitus naturæ Chriſti humanæ frequenter à Patribus attribuitur, Greg. Nazianz. orat. 1. & 35. Cyrill. Anath. def. 6. Negant quoq; alii Dd. Chriſtum eſſe ſervũ, cũ eum conferunt cum Prophetis: horum enim eſt caput & Dominus. vid. Athanaſ. orat. 3. contra Arian. non longè à principio: Auguſt. tract. 3. in Joſ. ſive etiam ſtatum gloriæ Chriſti in cœlis conſiderant, Chryſoſt. hom. 13. ad Hebr. In ſpecie ſerviit Chriſtus nobis 1. *In vitæ ingreſſu,* ſervi ſubſtantiam & naturam induendo. Hebr. 2, 14. Joh. 1, 14. pauperiem perferendo. Matt. 8. ſanguinem in circumciſione fundendo. Luc. 2. in Ægyptum fugiendo. Matth. 2.

2. *Progreſſu.* Baptiſmo ſe ſubjiciendo in ſalutem ſervorum, prædicando, miracula operando. Actor. 10. viam veritatis docendo Joh. 3. & quidem cum virtute: Marc. 7. eſuriendo, ſitiendo, Johan. 4. vim hoſtium experiendo, Luc. 4. Joh. 8. patiendo pro nobis in corpore, anima, Pſ. 22. Matt. 26. *V. Chriſti paſſio:* Sanguineas guttas protuberando. Servitus hæc Chriſti omni creaturæ erat impoſſibilis, utiliſſima, graviſſima, ſolatii pleniſſima.

3. *Egreſſu & fine vitæ.* Pro nobis luendo mortem, orando pro nobis, plagas terminando, ne æternis plagis afficeremur. Eſ. 53. *Caſtigatio pacis,* &c.

§. 2. II. *Homines ſervi:* Pii in Eccleſia Eſ. 43. c. 44. Job quoque ſervus appellatur Job. 1. & ſeipſos pii vocant ſervos Pſ. 119. Pſ. 116. Joſ. 24. Rom. 1. 1. Petr. 1.

(1) *Deo* ſervientes cultu ſive externo ſive interno, ſive utroq; conjunctim Deut. 6, 13. c. 11, 13. c. 13, 4. c. 28, 47. Joſ. 22, 5. c. 24, 15. 1. Chron. 28, 9. 2. Chron. 30, 8. c. 33, 16. Matt. 4, 10. Mal. 3, 18. Luc. 1, 74. Act. 20, 19. Rom. 1, 9. c. 7, 6. Hæc ſervitus Deo exhibita ſit *prompta & hilaris,* ut Deo ſis acceptus, Sir. 35, 20. *ſervi Deo in reverentia & religione* Heb. 12, 28. moriamur, ut fideles ſervi Dei Joſ. 24, 29. vivamus Domino, ut ſervi fideles Joſ. 24. v. 14. omnibus diebus Luc. 1, 74. humiliemus nos Mich. 6. v. 8. obediamus Deo Mal. 1, 6. expectemus omnia bona Pſ. 123. 3. ſerviamus ei in ſanctitate Rom. 6, 13. non niſi ei ſoli ob beneficia tot & tanta ſerviamus Deuter. 2, 7. Et quidem ſervi Dei *ſunt omnes homines* Matth. 18, 23. [α] *Jure creationis* Mal. 2, 10. Job. 10, 8. Pſ. 139, 15. [β] *regenerationis* Johann. 3, 5. Eph. 5, 26. 1. Pet. 1. v. 22. Jacob. 1, 18. [γ] *redemtionis* 1. Pet. 1, 19. Apoc. 1, 5. [δ] *gubernationis,* ut ſtulti ab aliis gubernantur ſervi Gen. 9, 25. c. 27, 37. ſic Deus nos ceu ſtultos per verbum gubernat & ſpiritum. Pſ. 143, 10. Eſtque hæc ſervitus 1. *honorifica,* ſervire Deo: 2. *magnifica,* ſervire maximo regi: 3. *utilis* Joh. 12. qui mihi ſervivit, hunc honorabo: 4. *beata,* erunt enim hi ſervi ſemper cum Domino ſuo: Joh. 17. *Pater volo, ut mecum ſint &c.* Huic cultui *opponitur ſervitus Diis* alienis præſtita Deut. 4, 28. *mundana* ſervitus turpis 1. Joh. 2, 15. *hypocritica,* quæ nos chamæleontibus ad quemvis locum ſeſe configurantibus ſimiles reddit.

§. 3. (2) *Chriſto,* ceu Domino & Deo Pſal. 72, 11. & 102, 26. cum Heb. 1, 14. 23. Dan. 7. 14. Rom. 14, 18, c. 16. 18. Col. 3, 24.

(3) *Eccleſiæ Dei* Eſa. 60, 12. Dan. 7, 27.

(4) *Homini:* v. g. cum populus populo ſervit Gen. 15. v. 14. frater fratri Gen. 25, 23. ſervus Domino Exod. 21. v. 2. etiam moroſo ſerviat

Ephes.6,6. optandum verò, ut digno Domino serviat Sir.25,11. Illa verò servitus viro libero non nocet: Est licita Christianis: nam (α) Euangelium non abolet politicas ordinationes Galat.3,28. 1. Cor.7,21. (ϐ) Multi pii, Jacob, Joseph, David, &c. servi fuerunt. (γ) Confer Lactantium lib.5. c.16. §. Nihil, nec alia causa, &c. (δ) Errarunt igitur Essæi inter suos æqualitatem, sublatâ omni servitute, accuratè artèque tenentes Joseph. l.18. c.2. Antiquit. & Philon. libro: Quod *omnis probus* liber. Et Porphyr. lib. de abstinentia.

(5) *Elementis mundi* Galat.4. v.3.9. vid. tit. Elementum supra: Item, *Ceremonia*.

§. 4. (6) *Mammona:* atq; hæc servitus nihil est aliud quam avaritia. Estque [α] terribilis: nam ob pecunias Dei gratiâ excidere, annon horrendum est: ac in Dei iram incidere: [ϐ] stulta, nam divitiæ armant in nos manus latronum, Chrysost. in verb. Nemo potest duobus Dominis servire; hominum mentem obtenebrant, ne possint facere de divitiis suis, quod volunt, Ecclesiast. 6. Est aliud malum, &c. divites subjugant, ita ut illi divitiis servire cogantur, nec per eos liceat mercari cœlum: Eos à Deo retrahunt, à præceptis ejus atque obedientiâ. [γ] Impia quoque est servitus; impium sanè est duobus Dominis, contrariis nempe servire. Ecce enim contrarietatem! Deus jubet proximi bona conservare; Mammon jubet proximi bona diripere: ille suadet castitatem; hic luxuriam: ille vult nos fidere in solo Deo; Mammon verò in fluxis & caducis opibus. [δ] Misera: annon enim est miserum, servire ventri suo tanquam Deo? Philipp.3. *Quorum venter Deus est:* ad pascua terrena abjici, & Dei oblivisci? [ε] *Spiritualis*, mentis, quâ dives servit opib. Matth. 6. *Mammon*, [ζ] Turpis servitus terræ: Aurum enim nihil est, nisi terra sulphurea, dicente alicubi *Bernhardo*: Malus servit vitiis, injustitiæ, rapinis, homicidiis, avaritiæ, quæ ei potu & cibo interdicit, ut genium suum defraudet, ut Comicus loquitur, cum tamen ille Mammonæ servus nihil secum auferat, sed nudum in terram illum Mammon transmittit Job.1. 1. Timot.6. vers.8. Dominæ denique servit, quæ gravia præcipit, nec requiem permittit Jerem.16. *servietis Diis, &c.* Dominæ, quæ suos cultores excœcat & mole ac moli terrenarum rerum alligat, ut olim Simson Judic.16.

§. 5. (7) *Peccato:* servitus autem peccati est, cum nostris cupiditatibus servimus, sive carni, sive sensualitati vel appetitui sensitivo, in qua fœda est affectuum rebellio: Joh.8. *Qui facit peccatum, servus est peccati.* Rom.6,19. vocatur servitus impuritatis. Hieronym. epist. ad Simplician. Ambros. lib. de Jacobo & vita beata; August. lib.4. c.3. de Civit. Dei. Servitus carnis dicitur Rom.7,25. Hujus servitutis *funes* sunt: *Concupiscentia prava*, avaritia, scortatio, ebrietas, mendacium, vana gloria.

Merces, damnatio & mors æterna.

Imperat nobis peccatum, eo semel jam admisso: Ut olim Valentinianus I. electus Cæsar rogatus, ut sibi Imperii socium adsisceret, dixit: Vestrum fuit, me attollere ad dignitatem; Res v. gerere, mei est arbitrii. Vos quieti estote: Ego curabo, quid facto opus sit. Niceph. libr.11. cap.1.

III. *Servus* Luc.14. missus: Theophyl. ipsum Christum intelligit: alii Johannem Baptistam: collectivè omnes Prophetas, Patriarchas, Apostolos, pios Doctores, qui omni tempore ad cœnam Domini invitant, intelligamus.

IV. *Servitus alia* est legalis & plena timore servili Rom.8,15. Gal.4,24. Heb.2,15. *alia ceremonialis* Galat.2,4. *alia Evangelica & filialis*, cum in libertate spiritus Christo servimus: Luc.1. liberati à manu inimicorum serviamus ei, &c. *servitus animi* erga Dei legem Rom.7,25. servitus justitiæ Rom.6,20. sit spiritualis Rom.1,9. nempe in novitate spiritus, non in vetustate literæ Rom.7,6. non peccati Rom.6,6. sit sincera erga solum Deum, non claudicans Ps.33,15. non præstetur creaturæ Rom.1,25. V. Gen.15. Prædicta est à Domino Servitus Israëlitarum in Ægypto: 1. docet Deum nostri curam gerere. 2. determinare tempus passionis nostræ. 3. Compensare crucem: 4. punire malos 2. Thess.1,6.

§. 6. *Virtutes servorum.* Sint *pii*, ut Joseph Gen.39. Daniel Dan.1. & 6. qui Dominos suos benedictione augeant Gen.30. antequam venirem ad te. *Sapientes* Sir.10,28. *Prudentes* Prov.14,35. *Compatientes suis Dominis* 2. Sam.13,31.37. *Obœdientes* erga æquos & iniquos 1. Pet.2,18. Genes.16. *dixit Hagaræ angelus*, &c. Eph.6,5. Col.3,22. Tit.2,9.10. 1. Pet.2,18. (Apostoli verò solicitè servorũ obedientiã urgent:

1. Ob Dominos infideles, qui diffidebant servis Christianis.

2. Ob servos, ut commonefierent obedientiæ.

3. Ob heterodoxos, qui dicebant, non decere servos fideles, ut servirent,) ne tamen servi in iis imperantibus obediant, quæ sunt contra Deum Gen.39,8. in lascivia, vel alia impietate perpetranda. Sic Joab ægrè populum numerari permisit, 1. Chron.22,6. confer 1. Sam.22,17. Joh.7,46. 1. Sam.28,7. 2. Sam.11,4. c.13. 28.29. Sint *fideles* ut Jacob Genes.30,29. Eleazar Gen.24,1. Joseph, Gen.39,8. part.2. histor. recreatit. Apolepht. p.492,249. fidelis ille negotiator Matt.25. Act.10,17. Fulgos. l.6. cap.8. 2. Sam.17. omnia exequemur, quæ rex præcepit. Non serviant ad oculum Eph.6,6.7. veteres olim illos gravissimè puniebant, Meiger. p.931. Nuclei: non *adulentur*, ut Doëg 1. Sam.22,17. confer Apolepht. part.2. hist. recreat. p.360. Fidelium servorum exempla recitat Macrob. l.1. c.11. Saturn. Val. Max. l.6. c.8. Appionis servus indutus heri vestibus se in lecto pro Domino occidi passus: Richard. Dionæus. Idem fecit servus Panopionis Valer. Max. d.l. Lazari Despotæ Serviæ servus mortem Domini ultus, Amurathem imperatorem Turcicũ pugione interfecit. C. Besoldus part.2. histor. Cõstantinopolitanæ. Mauritii ducis Saxoniæ servus ictus Turcarũ corpore suo excepit, ne trucidaretur princeps: Dresser. part.4. Isagog. Lu-

cas

cas pictor lachrymis impetravit gratiam Johanni, Saxonum duci, Chytræus l. 10. Saxon. Diligant servi Dominos suos: Johan. 4. servi centurioni Domino suo occurrerunt. *Commoda Dominorum quærant* Genes. 47. Joseph locupletavit regis ærarium. *Eos observent* Proverb. 27. honorent 1. Tim. 6, 1. Mal. 1, 6. *Eis obediant* Rom. 6. v. 16. sincerè: disciplinæ sint patientes; non sic Hagar. *Taciturni*, ut ancilla Judithæ c. 10. *Diligentes in procurandis* Domini commodis 2. Reg. 5, 3. Act. 10, 7. Gen. 24, 10. c. 30, 29. c. 39, 8. Genes. 39. Joseph intravit domum Pacifici, non rixosi Gen. 13. facta est rixa: Non ignavi ut Luc. 12. Sint grati erga Dominos [α] vivos: [β] mortuos; hos enim pileati & lanâ albâ caput operti lugebant, Alexander ab Alex. lib. 3. c. 7. genial. dierum. Sint justi & fortes, dominum custodiant Prov. 27. v. 28. vid. paulò ante, ubi de fidelitate servorum quorundam fuit dictum.

§. 7. *Causæ* ortæ servitutis recensentur verbi gratia: (α) *Avaritia* hominum inexplebilis, Chrysostom. hom. 21. in Ephes. (β) *Peccatum*, inquit idem Chrysost. d. l. servitutem peperit; sic Cham ob peccatum factus est servus fratrum Genes. 9. (γ) *Adversitas* & odium: sic Joseph venditus est ad aliis serviendum.

Hinc servorum quidam 1. *nati in servitute* Genes. 14. c. 17. 2. *emti* Genes. 37. ut Joseph: 2. Macc. 8. Thraces olim sale emebant sua mancipia; qui venum exponebantur, eorum pedes notabantur cretâ: Juvenal. Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis. Christus suos emit sanguine. 3. *Conducti* Genes. 29. c. 30. sic Christiani in vineâ Domini Matt. 20. 4. *Capti* in bello: sic & nos Hebr. 2. 5. *In pretium solutionis accepti* 2. Reg. 4. & venundati: sic nos sub peccatum Rom. 7. venundati. 6. *Apolides* olim dicebantur servi, qui perpetuo in opus dabantur, in insulas, ad metalla, salinas. Erant quoque alia servorum genera, de quibus Ravisius in officina, col. 423. seq. tit. de servis & libertis.

§. 8. *Miseria* servitutis & pistrini olim, in quod servi detrusi, ligneo circulo eoque lato coërcebantur, ne qua ratione farinam vel cibum ori ingerere possent, Julius Pollux l. 7. Zwing. folio 3711. b. ad molendum cogebantur Judic. 16. v. 21. ære venundabantur, instar pecudum: servitio illis exire non licebat, sed instar mancipiorum ad unius Domini imperium perpetuò adstricti: nullam mercedem lucrabantur: contemtissimo habitu ac vestitu utebantur: Cibo vilissimo alebantur: laboribus intolerabilibus premebantur: senio confecti abjiciebantur: ædibus ejiciebantur ægroti, contra quam sævitiam Claudius Cæsar peculiarem legem tulit: delinquentes murænis objiciebantur; Dio in Augusto narrat illud fecisse Asinium Pollionem: virgis cædebantur l. in servorum. ff. de pœnis; infames olim erant. *Ritus* manumissionis varii indicantur ex parte, apud Tertullianum capite quinquagesimo septimo de Resurrectione notis Pamelii illustrato; & Fabrum libro secundo capite decimo Semestr. Alii circa servos ritus à Fuggero in Lexico notati. vid. *Servus*.

SERVO & SERVATOR.

I. *Servare sermonem Christi* Joh. 8. v. 51. 52. 55. cap. 14, 15. 21. 23. 24. cap. 15, 10. 20. 1. Johan. 2. vers. 4. cap. 3. v. 24. Apocal. 3, 8. non legem, sed Evangelium significat Dominus: vultque homines in illum credere, Brentius in cap. 14. Johann. Luth. in Postill. Eccles. Johann. 17. v. 6. cap. 14, 15.

Præcepta Domini. Genes. 26, 5. Levit. 18, 4. Deut. 28, 45. c. 33, 9. Ezech. 44, 8.

Vias Malach. 2, 9.

Pactum Psalm. 78, 37.

II. *Deus, Christus servat* Ps. 12, 8. *bonos inter malos*. Sic Noam, Lothum, Abraham, Israëlem in Ægypto, in Babylone.

Fidem pacti & Testamenti. Ps. 89, 29.

Pacem. Es. 26, 3.

Ecclesiæ vineam. Es. 27, 3.

Messiam. Es. 42, 6. c. 49. 8.

Depositum. 2. Tim. 1, 12.

Fideles in nomine Patris Joh. 17, 12. à malo: Joh. 17, 15. Apoc. 3, 10. Omnes homines, maximè fideles. 1. Tim. 4. v. 10.

III. *Angeli non servantes principatum suum*, Judæ epist. v. 6. nempe à Deo deficientes. 2. Pet. 2, 4. propria voluntate. Per ἀρχὴν nonnulli accipiunt statum honoris, in quo fuerunt. V. Basil. sub finem Orat. Quòd Deus non sit *autor peccati*. Clemens l. 3. Stromat. Chrysost. hom. 7. ad popul. Antioch. putat, primum Angelorum Apostatam dictum fuisse Sathæl, qui ex defectu boni, fecit *initium mali*, cum Deus nihil mali fecerit. Gentiles igitur irrisione Dei, qui Dæmonibus Apostatis à Deo divinum honorem tribuerunt. In Exhort. ad Gentes. & lib. 5. Stromat. docet ex Platone Gentium Philosophis Satanæ malitiam notam fuisse.

SESACH.

Dicitur Rex Babel Jerem. 51, 41. cap. 25, 26. Luth. in Gloss. marginal. missis multorum cabalisticis & allusivis notationibus & explicationibus hujus vocis apud Cornel. à Lapid. in Jerem. 25, 26. certè. Herodot. de festo Sesach celebrato tempore expugnatæ Babylonis à Cyro præscriptum reliquit lib. 1. folio 35. Alii Sesack explicant *byssum tuum*, q. d. Propheta: Rex tuus purpurâ & bysso indutus ultimò destruetur. De festo Babyloniorum, quod dicitur Sacech, legendus Berosus lib. 1. rerum Babylonicar. Cœl. Rhodigin. lib. 18. c. 29. A. L. Xenophon. lib. 7.

SEVERITAS DEI. Vid. *Deus, ira, justitia Dei. Plaga*.

SEXUS.

In causa salutis, non est apud Deum discretio sexus. Galat. 3. ut fœdus sit error Wilhelmi Postelli, fœmineum sexum salvatum non esse delirantis, ut suprà quoque monuimus.

SIBILUS.

1. DEI, vocantis hostes *vid. tit. Bellum*.
2. Hominis ludibundi Jer. 18, 16. c. 19, 8. c. 25, 9.

Jerem. 49, 17. cap. 50, 13. c. 51, 37. Thren. 2, 15. 16. 3. Serpentis: Sapient. 17, 9. συρισμὸς Græcis, quo plenus aër fuit, terrens Ægyptios: En peccati pœnam, ob malæ conſcientiæ culpam!

SIBYLLÆ.

Decem olim floruiſſe perhibentur, ſpiritu fatidico afflatæ. Inter has Erythræa maximè clara eſt. Fuerunt verò reliquæ Perſica, Lybica, Delphica, Cumæa, Samia, Cumana, Helleſpontica, Phrygia, Tiburtina. Alii tantum duas ſolum cognoſcunt, Mart. Capella. De his copiosè Lactantius, Varro in lib. rerum divinarum. Servius in 6. Æneid. Gell. libr. 1. c. 19. noctium Atticar.

Carmina Sibyllæ Græco-Latina edidit Sebaſtianus Caſtalio; hæc carmine Latio Heroico expreſſa, illa tamen ſub initium Nov. Teſtam. à Chriſtianæ fidei addictis hominibus compoſita eſſe, exiſtimat M. Martin. in Lexic. V. *Sibylla:* nec facilè quis abnuerit. Addend. Sebaſtian. Caſtalio præfat. in Carmina Sibyllæ Græcolatina. Baronius in apparat. col. 10. 11. 12. Annal. de Sibyllis fusè agit.

Nomen habent à voce σιὸς, quâ Æoles Deos nuncupant, & βȣλὴ ſententia ſeu conſilium Iſiodor. lib. 8. c. 8. de Originibus. Narrat Cicero 2. de divinat. Sibyllæ verſus olim Romæ in cauſis dubiis obſervatos eſſe, ac Sibyllinos ſacerdotes adhibitos, qui libros ejus aperirent, & proferrent. Idem teſtatur Cicero de Aruſpicum reſponſis: aliàs ad eorum lectionem non quilibet promiſcuè admiſſi ſunt, ne populus Romæ novis rebus excitatis turbas daret, Caſaubon. exercitat. ad Baron.

§. 1. SICCITAS. Conf. ARIDITAS.

Multiplex eſt 1. *in hac vita*, de qua in ſeq. 2. In altera vita eſt impiorum cruciatus, de quo Luc. 16. *linguam meam:* Eſt defectus omnis ſolatii: ſenſus ignis inferni Joh. 15, 6. *areſcet.*

In hac vita eſt ſiccitas *inopiæ* atque paupertatis toleranda patienter: vid. tit. *Paupertas. Indevotionis* corrigenda omnino in precatione & exercitio pietatis.

Tempeſtatis in terra, cum pluviæ non cadunt: fœnum exareſcit Eſá. 15, 6. & vites Joel. 1, 10. arbores v. 12. 19. montes Hagg. 1, 11. Amos 4, 9. Quod pœna divina eſt 1. Reg. 17, 1 Deut. 28, 23. Job. 12, 25. Pſ. 107, 33. Jer. 12, 4. ob malitiam hominum, cap. 14, 1. 2. Joel. 2, 20. Oſe. 2, 3. Amos 1, 2. c. 4. 7. Hagg. 1, 11. (Huc referas loca Matth. 12, 43. impiorum corda) Cauſa verò eſt peccatum eorum, qui terram incolunt Pſ. 107, 34. Eſt & ſiccitas

§. 2. *Humanæ imbecillitatis:* in homine ratione ætatis: ſenectus verè eſt ſiccitas, abſumto humido radicali: ſicca vel arefacta manus 1. Reg. 13, 4. ratione membrorum; ſic arida manus, quam Chriſtius reſtituit Matt. 12. v. 10. oſſa Job. 30, 30. Pſalm. 102, 4. ſuccus Pſal. 32, 4. & 38, 8. Cor Pſ. 102, 5. Anima Pſal. 63. & 143, 6. ſicca eſt vel deſiderando & ſitiendo Deum, vel agendo pœnitentiam: hac enim ſuperflua abſumuntur; nam ut Iſraëlitæ per ſiccū mare profecti Pharaonis manibus elapſi ſunt: ſic nos per pœnitentiam Diaboli accuſationibus elabimur. Morte omnes exareſcimus Pſ. 90, 6. pœnis Dei Pſ. 102, 12.

Mundanæ conſolationis. In mundo ſiccitas: hic enim eſt fons, ad quem veniens aquas non invenit Jerem. 14. v. 3. exſiccat nos curis & vaſtatione Thren. 4. v. 8. Ezech. 37, 11. Oſe. 9. v. 16. Ephraimi radix exaruit Joel. 1, 12. *Abſtinentiæ* ſiccitas eſt nihil aliud, quàm ſobrietas & temperantia; vid. ſuo loco. *Peccati*, cum aquâ gratiæ homo deſtituitur, cujus brachium facilè frangitur Zachar. 11. brachium ejus &c. *Impietatis:* impii inſtar graminis exareſcunt Pſ. 129. v. 6. Eſa. 40, 24. ob ſubitum interitum, qui impios manet, Exod. 14. Pharao merſus Pſ. 129. v. 6. 7. *Conſolationis* divinæ; ſicci conſolatione pii Eſa. 35, 1. id eſt vacui: urit enim pios ſenſus iræ Dei Pſ. 22. & 38, 1. ſeq. ignis fulminantis legis Gal. 3. v. 13. 14. 22. flamma conſcientiæ mordentis Pſ. 38. ignitus aër Diaboli, nos tentantis, Eph. 6. v. 12. 13. & noſtræ ſaluti inſidiantis 1. Pet, 5, 8. *Plurimæ calamitatis:* Pſ. 22. *aruit ceu teſta virtus mea;* Verba ſunt Meſſiæ, deplorantis extremam miſeriam ac calamitatem (Confer Pſ. 102. v. 12.) cui ob peccata noſtra immerſus erat.

Ficus arefacta Matt. 21, 19. imago eſt gentis Judaicæ, quæ nullos fructus tulit regno Dei dignos d. l. Matt. Eſ. 5, 4. 5. & cujuslibet impœnitentis; veniet tandem Dominus & fructus poſcet, Matt. 7. *omnis arbor, quæ non bonos fructus &c.* Joh. 15. *palmes non ferens fructū &c.* Pſ. 1. non ſic impii &c. ſicca ſunt ligna Luc. 23, 31. ergo projiciendi, exurendi Joh. 15, 6.

SICHOR.

Torrens dividens Ægyptum à terra Cananæa. Dicitur etiam Rhincorurus. Jeroſolymis octodecim miliaribus diſtans. Jer. 2. v. 18. Alii Nilum intelligunt.

SICLUS.

1. *Vulgaris*, valuit quatuor drachmas; aliàs dictus Stater Matth. 17. Joſeph. lib. 3. cap. 12. Antiq. 2. *Sanctuarij*, qui aliquantò gravior & ponderoſior erat, quàm vulgaris. 3. Aureus: 4. Argenteus. Sicli 30. proditori dati faciunt duodecim Ungaricos Flacio in Clav.

SICUT.

1. Non eſt ſemper *æqualitatis:* Luc. 6. ſicut & pater veſter miſericors eſt: 2. *Similitudinis* ἀναλογίας: 3. *Veritatis & ſinceritatis*, Hebræis Caph Æmuth, Oſe. 4, 4. Job. 24, 14. Geneſ. 15. verſ. 33. Epheſ. 5, 2. Confer Druſium lib. 2. Animadv. cap. 42. Sudor Chriſti ſicuti ſanguinis guttæ, vid. Flacium hac voce, *ſicut.* Matth. 6. ſicut & nos dimittimus, hoc eſt, verè dimittimus; hanc enim dimiſſionem Chriſtus exigit Matt. 18. ſive involvitur conditio in ſubjecto cui debet remiſſio contingere, nempe, ut & homo remittat proximo Luc. 11. *Sicut teipſum* Matt. 22. diliges proximum: vid. tit. Charitas. Johann. 5. ſicut honorificant patrem &c. de æquali patris & filii honore (quippe quod ſint ejuſdem eſſentiæ) rectè explicat Cyrill. lib. 2. c. 141. in Johann.

SIDON.

Urbs potentissima mari Phœnicio adjacens Palæstinæ, trans Libanum sita, quasi venatrix dicta à צוד venari: alii à piscibus, quos Sidones appellare, Phœnices commemorantur. Clara navigationibus, ortu præstantium Philosophorum, Astronomorum Homer. Iliad. ψ. adjacente Sarepta, è qua vidua illa fuit Luc. 4, 26. quæque inter Tyrum & Sidonem sita officinis metallicis insignis Joseph. lib. 3. cap. 13. Antiquit. & Ustrinis 1. Regum 17. à צרף ussit, combussit, dicta Sarpat, sive Sarepta. Illa quoque Sidon multas dedit colonias, quæ ex illa deductæ, nempe Tyrum in Syria, Uticam in Africa, Hipponem, Leptim, Carthaginem: vid. Strabonem.

SIDUS. V. SYDUS. infr.

SIGNACULUM & SIGILLUM.

Ponere super cor Cantic. 8, 6. hoc est, intimo cordis affectu aliquem complecti Hab. 2, 24. in oculis habere, singularem curam alicujus habere, ut annuli & monilia pectori, digitis apponuntur. Sigilla in Apocalyps. variè exponuntur à Dd. Vide Perer. Disp. in Apocal. maximè nostrum *D. Cluverum* in Comment. *hujus libr.* Facimus sanè cum eis, qui per hæc signacula intelligunt obsignationem Spiritus Sancti in cordibus Electorum. 2. Tim. 2, 19. ut etiam *Acasar* statuit & Johannes indicat, Apoc. 14, 1. Alludit propheta ad historiam τῆς Rahab Jos. 2. & Ezech. 9. & Exod. 12. de postibus Israëlitarum agni sanguine notatis. Signaculũ sive sigillum fuit circumcisio, quo confirmata est Abrahamo justitia Rom. 4. indigitatur ergo usus communis Sacramentorum. Sigillum Confessionis alio, quàm Pontificii, sensu admittimus. Vid. D. Balduin. in Casibus conscient. D. Dieter. pag. 123. **Von der Beicht.** Tractat. Vernacul.

SIGNUM.

§. 1. Est res, quæ præter speciem, quam sensibus ingerit, aliud aliquid ex se facit in cogitationem venire (signatum scilicet) August. l. 1. c. 2. de doctrin. Christi.

Multiplex est: 1. Aliquando signi vox significat *miraculum* vid. tit. Miracula: Exod. 3. v. 12. cap. 4. v. 8. Ps. 78. v. 43. & alibi sæpe. Etiam Christi & Apostolorum, quibus vera religio est confirmata Marc. 16. 2. Cor. 12. *Signa verò* fallacia sunt Antichristi 2. Thess. 2. (α) ratione finis: ad fallendum comparata. Matt. 24. *Si possibile electos.* (β) ratione fictionis, sunt enim ab hominibus conficta: (γ) ratione causæ principis, quæ est Satan mendax. Ergo signa non attendenda, á vera fide abducentia Deut. 13, 2. vid. glossam Lutheri.

§. 2. 2. Signa, *judicium extremum antecessura*, de quibus Matth. 24, 38. Luc. 21, 34. Et de his fusè disputant Scholastici Thom. p. 3. q. 59. artic. 6. Suarez & Greg. de Valent. ibid. Lombard. in 4. d. 48. ejusque interpretes. Nos à literali horum signorum sensu minimè recedimus, alios, qui mysticis indulgent conceptibus, missos facientes.

In cœlo: v. g. eclipsis solis, lunæ: naturalia scilicet horum defectuum principia, sine tamen certitudinem illius diei repræsentantia. Metuenda omnino (α) quà iræ Dei mox insecuturæ indicia: Zwing. fol. 94. b. *Archelaus Macedonum rex in solis deliquio rerum naturalium ignotus, attonitusque festinantibus occludi Regiam imperavit, ac, quod in magno facere mœrore assolebat, filio comam decuti jussit*, ex Cœl. Rhodig. lib. 7. c. 18. lection. antiquar. (Ad conspectam Alexandri statuam olim expalluisse dicitur Cassander, Plutarch. in Alexand. quantò magis nos ad signa iræ Dei.) (β) Quà naturæ hominum nociva, & summarum calamitatum significativa: sic ipse Christus jubet metui Luc. 21, 11. & pluvias monetur effugere Achab 1. Reg. 17. (γ) *Non verò sunt metuenda* Jer. 10, 2. ac si vim quandam astra in se continerent in homines, ob quam illis cultus & religio deferenda sint, ut olim Plato in Epinomide deliravit, astra (scribens) animata esse, eaque ab hominibus ceu Deos cœlestes adoranda. Quem errorem gentilem Judæi imbibisse videri possunt, astra adorantes. Sed contra hoc delirium lege Lactant. l. 2. c. 5. Instit. divin. Basil. hom. 3. in Genesin. Cyrill. lib. 3. c. Julian. Damascen. lib. 2. c. 6. & alii.

3. *Dei signa, non semper magnifica*, aliquando vilia: v. g. Bethlehemiticæ cunæ Lucæ 2. fasciæ. Memorativa, quæ alicujus rei memoriam refricant, ut Iris Genes. 9. Esa. 54. Lapides ex Jordane Jos. 4, 6. vid. Num. 17, 10. c. 21, 8. serpens æneus.

§. 3. 4. *Signum filii hominis est* ipse filius hominis in nubibus redux futurus, ad judicandum in justitia totum terrarum orbem Act. 17. Mat. 24, 30. quanquam Chrysost. Hieronym. Bedæ aliisque recentioribus signum crucis intelligendum esse videatur, paulò ante Christi adventum appariturum. Sed prior expositio simplicior est; sæpe petiverant Judæi signum, dederat signum resurrectionis Matt. 12. addit suæ ad judicium reversionis.

5. *Obsignativa* & *μεταδοτικὰ signa sunt sacramenta*, vid. tit. Sacramentum: fœderis signa, quæ Deus respicit Gen. 9, 16. c. 17, 11. Exod. 12, 13. Rom. 4, 11, (& huc suo modo spectat Iris Gen. 9, 12. seq.) Ita verò signa dicuntur, ut ὁλικῶς significent totam Sacramenti substantiam in re terrena & cœlesti, sacramentali ordine tractata; μερικῶς verò ipsa *elementa terrena signa vocantur*, non in se, sed respectu rei invisibilis & boni cœlestis. Item, exhibitiva signa sunt Sacramenta, quod Deus reverà per sacramenta exhibeat per se gratiam, veniamque; etsi impiis per accidens illa gratia spreta in judicium vergat 1. Cor. 11.

6. Rem futuram antecedentia signa, ut, scissura pallii per Achiam prophetam facta significat Jerobeamo, futuram regni Israëlitici scissionem.

§. 4. 7. Signa *διατακτικὰ temporum, mensium sunt astra* Genes. 1, 14. 2. Reg. 23, 5. Matth. 16, 3. itemque rerum ruri agendarum; non verò rerum in ausis suis contingentium effectiva.

8. *Signum pro nota*, Caino imposita Gen. 4. 15. vel qualiscunque rei indicium. Caino canem additum fuisse somniant quidam, qui eum hinc inde comitaretur; alii literam fronti ejus inscriptam; alii perpetuum cordis corporisque tremorem, quo laboravit jugiter fraterni sanguinis cæde maculatus; Nos ἐπέχωμεν. Autor est P. Berchor. in omnibus avaris esse signum Cain, scil. tremorem capitis & perpetuam rerum amittendarũ formidinem.

9. *Pro commonitorio pietatis & memoriali* Deuter. 6, 8. c. 11, 18. Exod. 31, 13. sicut eas res, quas amore prosequimur, signare solemus.

10. *Pro signo personali*; cum prophetæ in signum esse dicuntur, portentosè aliquid agentes jussu Dei, ad significandum aliud aliquid. Pœna & supplicium quoque signum personale dicitur Ezech. 14, 8. Deut. 28, 46. Num. 16, 10. Core, Dathan & Abiram.

§. 5. 11. *Signum ipse Christus* non semel dicitur. (α) ratione *aggregationis*; ut in bello milites ad vexillum sese congregant; sic gentes ad Christum: Genes. 49. ipsi erit adhæsio &c. Esa. 11. (β) *Discretionis*; solent turmæ hosticæ signis discerni; sic qui sub Christo duce merent, suis signis vel sacramentis distinguuntur à reliquis cœtibus. (γ) *Collectionis*: ipse namque Messias per signum prædicati Evangelii in nationibus signum gratuitæ remissionis peccatorum levavit Esa. 11, 12. & illud exaltavit ad populos Esa. 49, 22. (δ) *Contradictionis* Luc. 2, 34. Christo namq; omnes infideles contradicunt, Judæi & Græci 1. Cor. 1. Johan. 8. Turcæ, Tartari omnes suas in Christum collimant infidelitatis sagittas: omnes conspirant, schola philosophorum Act. 17. Theodoret. de curandis Græc. affect. Sapientes hujus mundi 1. Cor. 1. synagoga Judæorum 1. Cor. 1. Galeni & aliorum incredulitas, Ariani, Sociniani. Ergo non potest unitas fidei sperari: 1. quia ingenium Diaboli & mundi non mutatur: 2. manebunt dissidia ad finẽ mundi: 3. non offendamur plurimos offendi in hoc lapide: 4. nos adhæreamus huic lapidi, Christo.

§. 6. 12. Psal. 74. *Signa nostra non videmus*. 1. Explicant quidam de pristino statu & flore tam chori, quàm fori, quod emarcuerit. 2. Alii; non habemus signa, quæ liberationem ex hac captivitate polliceri videbantur. 3. Alii; sensum esse, non experti sumus vera esse, quæ olim tradita nobis sunt oracula. Sed prima est simplicior, textuique vicinior explicatio.

13. Esa. 7, 13. Signum est incarnatio filii certò promissa. (α) Ingens sane & augustum valde hoc signum est 1. ob summam consolationem, semen scilicet Abrahæ à λόγῳ assumtum esse: 2. *Ob amoris significationem*, qui summus eluxit in filii incarnatione Johan. 3, 16. (β) *Mirabile*: ob incarnationis mysterium 1. Tim. 3, 16. virginitatis florem illibatum, angelorum ingens gaudium Lucæ 2. piorum jubilum. (γ) *Delectabile*: verè enim hoc incarnationis signo angeli delectantur 1. Pet. 1, 12. & omnes pii gaudent hoc bono Phil. 4. gaudete in Domino. (δ) *Stupendum insuper*: Jos. 10. sol stetit; stupemus miraculum: sed ecce annon sol justitię stetit in incarnatione? annon in tenebras velut versum est lumen claritatis cœlestis? Johan. 1. lux in tenebris lucet. (ε) *Consequens* demum ipsam Solymarum liberationem; sunt enim quædam signa, quæ rem promissam sequuntur, ut Exod. 3, 12. sacrificabitis Domino in monte hoc.

§. 7. 14. Ezech. 9. *Signum Tau notat* Dei curam erga electos & pios, quos sibi in manibus signatos habet, nunquam iis eripiendos Joh. 10. Es. 49. Vir ille cum atramentario notat Christum mediatorem & intercessorem, pro nobis interpellantem 1. Tim. 2. Rom. 8. Pii reprobis mixti Ecclesiæ præsentis statum figurant, in qua boni malique Matt. 13. Tau verò integrè hic scriptum est, ultima nempe literarum, ut significaret Deus, eos ereptum iri, qui ad finem usque perseveraturi essent.

15. Job. 31, 35. Ecce signum meum omnipotens &c. verè enim fit signum nostrum evidentissimè nos liberans, nosque ab ipso fidelissimè signatos esse, reipsa ostendens.

16. Signum crucis, vid. tit. Crux.

§. 8. *Signa à Deo non sunt petenda hodiè*: nam 1. non extat Dei mandatum: 2. non promissio: 3. periculosum est; potest enim Satan fallacia signa supponere: 4. Anabaptistæ olim ad signa provocabant, eaque à Deo expectabant, ut Muncerus apud Sleidanum libr. 5, 5. Matth. 16, 4. rejicitur libido petendi signa 1. Cor. 1. Confer de hac quæst. Balduin. in casib. Consc. D. Laurent. in Comment. 1. Sam. 14. cap. Luth. in c. 15. Gen. p. 334. Edit. Lat. oct. form.

SILENTIUM. Conf. TACITURNITAS.

§. 1. 1. *Dei* silentium est, cum auxilium nobis subtrahit, proculque à nobis videtur abesse Ps. 83, 2. Ps. 109. ne tacueris: & Ps. 35. ne taceas: & 28. ne taceas. Esa. 42. v. 14. tacens multo tempore; sive etiam ad nostra peccata connivere, Soph. 3, 17.

§. 2. 2. *Hominis* multiplex est: *Impij*, qui tacet, cum loqui fas erat, ut Jojakim Jerem. 36, 23. 24. Aulici Herodis, Johanni necem parantis Matt. 14, 9. 10. sic Pharisæi Luc. 14. v. 4. Impiè silet in foro, qui non, quod fas est, loquitur Psalm. 58, 2. vel coram judice nil potest loqui, ut calumniator: in choro, qui est canis mutus Esa. 56. in thoro, qui ad impios filiorum domesticorumque mores connivet, ut Eli 1. Sam. 3. *Cessantis* inq; fide & spe quieti, Exod. 14. quiescetis & tacebitis, Psalm. 62, 2. & 131, 2. si non silere feci: Ps. 37. tace Domino, 2. Reg. 18. silet populus ad verba Rabsaces insultantis & blandientis. (Nos quoq; ad consimiles mundi blanditias minasque sileamus, ne pravis colloquiis corrumpamur.) Atque hoc silentium lætâ aliquando gratitudine rumpitur Es. 62, 6. *Dolentis*; Thren. 3, 51. non tacebit oculus meus, id est lachrymari non cessabo, doloremque animo meo egerere. Ab impiis *colloquiis abstinentis*; tale silentium non habuit Eva, vid. Chrysost. de colloquio Evæ & serpẽtis loquentem in Gen. 3. *Peccata celantis*, Psalm. 32, 4. quod est silentium

in malo. *Merita ſua nonprædicantis*, ſed in ſecreto, ſi quæ habet, illa ponentis: quo ſpectat egregius Chryſoſtomi locus homil.28. ad popul. Antiochen. §. Quotidie Dominum offendens &c. *Auſcultantis*, Eſai. 40. tacete ad me Inſulæ: & ſapientiam *admirantis* Job. 29,11. ſilebant ad conſilium meum. *Metuentis* Dei juſtitiam, potentiam, ſapientiam: gratiâ quarum monet David hoſtes ſuos, ſileant Pſalm.4. ſilete: Zach. 2. verſ. 13. ſileat omnis caro. *Segnis* & timidi Judic. 18, 9. 2.Sam. 19. ut quid tacetis. *Ignorantis* ſilentium vituperabile, negligentis, malitioſi, Luc. 14. tacuerunt: *Impœnitentis*, Pſalm. 12. ad Dominum non clamant. Jam *ſepulti* vel vicini ſepulchro Pſal.115,17. & 94,17. Ab impudentibus *divexati*. vid. tit. Reſponſio; hinc ſuadet Juſtinus Martyr epiſt. ad Zenam, ſilentium tenendum adverſus clamitantem.

SILEX.

1. Propriè Deuteron. 8. petra ſilicis id eſt duriſſima petra. 2. Impropriè cor durum, vel forte ad patiendum Eſa. 50. verſ.7. Jerem.1,18. Ezech. 3. v.8. quò illud Poëtæ referas: *ſtat tibi corde ſilex*. At piorum cor molle, carneum, quod Deo aurem applicat, ſemen verbi recipit. Luc. 8.

SILOH.

Geneſ. 49. derivant 1. à שלה tranquillum eſſe, felicem. Thargum vertit משיחא Meſſiam. 2. Alii, Filium ejus, ſcilicet virginis. 3. Alii, filium ſecundinæ, quod in ſecundinis conceptus ſit, confer Pagnin. R. שלה

SIMEON.

1. Filius Jacobi Patriarchæ Geneſ. 34. v. 25. c.48. v.5. typus Chriſti, Origen.hom.35. ſuper Matt. Auguſt. in Pſalm.80. Ambroſ. in lib.2. de Spir. ſancto præfat. Greg.M. homil.1. in Job.1. 2. Notat tribum Simeonis Judic.1,3.17. 3. Harimi filium Eſdr. 10, 31.

4. *Senem illum tempore* Chriſti Luc.2,25.34. quem Lyra putat ſacerdotem, alii etiam ſummum, alii plebejum & obſcurum hominem, præceptorem Gamalielis, de quo Actor. 5, 34. & Hillelis filium, quem Hillelem Jonathan Paraphraſtes Chaldæus (qui 40. annis ante natum Chriſtum Targum edidit) ut præceptorem audiverat. Accepit Chriſtum in ulnas, & id accepit, quod petimus Pſalm. 67. Auguſtin. tom.8. col.688. b. c. d. Accepit lucem & veritatem, quam David mitti petebat Pſal. 43. E carcere hujus vitæ eductus fuit, ut David olim petebat Pſal. 142, 8. Docet Chriſtum deſiderandum eſſe: vita enim hominis & ſanctorum omnium nihil eſſe debet, quàm (ut olim Chriſti venturi in carne) venturi ad judicandũ in gloria Auguſt. tom.8. col.137. b.c.d. Ejuſdem Simeonis Cantic. vid. tom. 4. Giſſ. p. 466. Fab. de Simeone incredulo Eſa. 7. v.11. expunxiſſe literam ה &c. ex Pſeudo Egeſippo refellitur p.140. Rivet. Apolog. pro Mariâ,

SIMILITUDO.

1. Parabola. vid. tit. Parabola. 2. Idea alicujus rei, vulgò Abriß 2. Regum 6. vel ſpecies. 3. imago: 4. rei cum re convenientia; ſic homo ad Dei ſimilitudinem conditus legitur, Gen. 1 c.2. vid. tit. Imago Dei.

Similis ei nemo: de certo facti genere exponitur, eſtque auxeſis 2. Reg. 18, 5. & cap. 23. de Joſia eadem extat phraſis.

SIMON.

Apoſtolus Domini, cujus memoriam celebramus ultimo inter ſanctos loco anniverſariè: dicitur Cananæus à patria Cana; item Zelotes, à fervore. Alius Simon conſanguineus Domini Matt.13, 55. Alius Judæ Iſchariotis pater Johan. 6, 71. cap.13, 12. Simon Petrus, Bethſaida oriundus Matth.4. v.18. cap.10. v.2. Joh.21,15.16.17. Simon *leproſus* Matt.26, 6. Marc.14, 3. Simon *Phariſæus* Luc. 7, 40. ſeq. Simon coriarius Actor, 9, 43. Simon *Magus* Actor.8,9. ſeq. mors Simonis Magi: arte Satanæ volans in aëre precibus Petri & Pauli Apoſtolorum dejectus eſt. Simon *Cyrenenſis* bajulus crucis Chriſti, quam tamen ipſe ſucceſſivè, Chriſtus portavit debilior factus, Judæis tyrannico furore ad necem Chriſti maturandam accenſis: quod eſt 1. documentum, nobis quoque crucem portandam eſſe Matth. 16. 2. Alienigena fuit, ut diſcas, alienigenas Chriſtum non reſpuere. 3. Qui Simones ſunt, h. e. ſermonis divini auditores, hi crucis gloria mactantur; 4. è villa gentilitatis progreſſuros eſſe Ethnicos & Chriſti crucem amplexuros, docet idem Simon.

SIMON Magus.

Ejus doctrina non congruit Lutheranæ, ut falsò ſcribit Bellarmin. lib.4. de Not. Eccl. Id fuſius oſtenſum à D. Gerhard. in Conf. Cathol. Thoma Mortono in Apol. & Hartm. Springl. de hodiern. Hæretic.

SIMONIA.

§. 1. Eſt peccatum mortale (Tolet. lib.5. cap. 85. ex Caſibus Conſcientiæ) ex ſuo genere, quo ſpiritualia officia & dona pecuniâ redimuntur. De quo fuſiſſimè agit Bonacina in oper. mortal. Gregor. de Valent. tom. 3. in Thomam, &c. Leſſ. lib. 2. de Juſtit. & jure cap. 35. Buſæus in Panar. Vid. Simonia; & omnes Caſuiſtas.

§. 2. *Cauſæ*: Ambitio; Cyprian. de tentat. & jejunio; omnia tentans avaritia. Cordis nequitia Actor. 8. v. 9. Contra Dei præceptum, Gratis date Matt.10,8. Ambroſ. c.5. de dignit. ſacerdot. Satan, cujus ſunt negotia & nundinationes Cypr. d. l.

Modus; ſi accipiatur pecunia ab iis qui ordinantur, judice Baſilio epiſt. 76. qui Epiſcopi fiunt per pecunias Ambroſ. c.5. libr. de dignit. ſacerdotal. vide latè Bonacinam de his diſſerentem.

Effecta; Pecuniâ beneficia, præbendas vendere, conferre: Sub titulus & allegationibus Eccleſiæ crumenam augere, Syneſ. epiſtol. ad presbyter. nunquam quieſcere, ſed omnia officia perrepere, Cyprian. de tentat. & jejun. pervertere omnem ſtatum Clericorum, Greg. M. lib.7. epiſt.113. lib. 4. epiſt. 55. confer quoque c. Non ſatis; Extr. de Simonia; c. ſane 15. q. 3. l. ſi quemq. 29. C. de cleric. & Epiſcop. c.

ſicut Extr. de Simon. c. de cæteris 1. q. 1. c. ordinamus: eod. c. Quicunque ſacr. 1. q. 1. c. pervenit 1. q. 3. c. cum deteſtabile: de Simon. in Evtravag. De malis Simoniæ vid. Eſtium in 2. Macch. 4, 7. p. 646.

§. 3. *Supplicia:* de his prolixè Gratianus in decretis, decretalibus, extravagantibus. Sunt verò 1. Excommunicatio: 2. Suſpenſio: 3. Reſtitutio pretii dati & reſignatio rei ſpiritualis, cum poteſt reſignari: 4. infamia: 5. privatio omnium beneficiorum.

Adjuncta: Turpiſſimum eſt vitium; ſunt enim in eo 1. ambitio: 2. avaritia: 3. ſacrilegium: 4. hæreſis, & prima quidem, Tertull. libr. de præſcript. hæreticor. Frequentiſſimum vitium Ambroſ. lib. de dignit. epiſcopali c. 5. Greg. M. lib. 7. epiſt. 110. ut taceam Neotericorum querelas, de quibus alibi.

§. 4. *Simile.* Agrippæ præpoſteri naſcuntur, ita, ut pedes primùm utero emergant: ſic Marcus Agrippa & Nero: non aliter ii functionibus præſunt, qui per Simoniam exambiunt eaſdem. Eraſm. in ſimilibus. Sacrilegium eſt, Cyprian. de tentat. & jejun. Ut in templo Hieroſolymitano erant vendentes & ementes: ſic hodiernum in Eccleſia: Hilarius, Hieronym. Theophyl. in c. 21. Matt. Nicol. Clemanges c. 11. & 15. de corr. Eccl. ſtatu & Chryſoſtom August. tractat. 10. in cap. 2. Johann. Fusè in hoc vitium dicentem vide Johann. Buſæum in Panario, Altenſtaig. in Lexic. Nos hic pedem figimus: in ſimonia minimè.

SIMPLICITAS. Candor, Integritas, ſinceritas.

§. 1. Simplex quaſi ſine plica fallacitatis vel doli. Græcis ἀκέραιος; quaſi ſine cornu ab α privativo, ἀπὸ τοῦ κεραῶ, quod eſt miſcere, quod dolis miſtus non ſit. Matt. 10, 16. vel ἄκακος. Rom. 16, 18. Heb. 7, 26. de Chriſto dicitur. Eſt verò ſimplicitas Chriſtianorum virtus, quæ non eſt ſerpentis ait Tertull. f. 248. n. 40. contra Valentin. Eſtque hæc virtus doloſitati contraria & præcipitur Matt. 10. ſimplices eſtote, ſicut columbæ: Greg. lib. 1. moral. monet, ut ſimplicitatem columbæ aſtutia ſerpentis inſtruat, & rurſus ſerpentis aſtutiam columbæ ſimplicitas temperet (Rom. 16, 19. ſimplices in malo Matth. 10, 15. 1. Corint. 14, 20. Epheſ. 5, 15.)

Voto exoptanda: è Pſ. 25. v. penult. ſimplicitas rectumque tuum me Chriſte gubernent! non tamen illa, quæ diſcretioni opponitur, ea enim in vitio eſt. Oculus ſimplex Matt. 6, 22. Luc. 11. v. 34. eſt purus affectus, Deo obſequens & ſincerus Rom. 12, 8.

§. 2. Simplicitas quoque in fide eſt, cum quis nõ eſt ſufficienter inſtructus in illa Rom. 2, 17. 19. 20. iiq; facilè ſeducuntur Rom. 16, 18. vel cum quis ſimpliciter verbo credit 2. Cor. 11, 3. Simplices in ſcriptura etiam vulgus, veritatem inveniunt, quam docti & ſapientes non inveniunt: Maldonat. col. 119. in Luc. 2. NB.

Simplex imprudens aliquando eſt 2. Sam. 15. 11. cum quis peccat ignoratis circumſtantiis.

Odium: mali odio habent ſimplices Prov. 29. verſ. 10. mundoque, quia de mundo non ſunt, inviſi Joh. 15. cap. 17. immundo mundi & ſimplices mundo.

Chriſtianæ libertatis adjunctum eſt; unde illa ſub nomine ſimplicitatis venit 2. Cor. 8, 21. c. 9, 11. Eſt enim *ſimplicitas obedientiæ*, quâ quis ſe Deo & ſuperioribus ſubjicit Epheſ. 6, 5. Col. 3, 22. Pictura ſimplicitatis in columbis Mat. 10. Cant. 1, 15. conf. Chryſoſt. hom. 34. in Matth. Exempla: Gen. 20, 6. c. 25, 27. 2. Sam. 15, 11. Job. 1, 18. c. 33, 3. Phil. 2, 15. 1. Pet. 1, 22. 1. Regum 9, 4. Job. 2, 9. Frater Ambroſii Satyrus. V. illum ſerm. de obitu fratris. Simplicitas converſationis & communis charitatis etiam inter Ethnicos & alios. Quorſum pertinent varia integritatis exempla apud Meiger. lib. V. c. 36. Nucl. hiſtor.

Præmia. Simplices à Deo diliguntur: Pſ. 55: virum doloſum abominatur Dominus; ergò ſimplicem amat. A peccatis præſervantur, ut Abimelech Gen. 20, 5. cuſtodiuntur Pſal. 116, 6. illuminantur Pſal. 119, 130.

§. 3. Simplicitas ſit conſtans, qualis in Jobo fuit Job. 2. Durabilis eſt; ſicut corpora ſimpliciora ſunt durabiliora. Limpida & clara, ſicut corpora ſimplicia cœleſtia lucidiora. Apta unioni; facile enim homines ſimplices in ſimplicitate coëunt. Plena ſolatii 2. Cor. 1. converſati ſumus in ſimplicitate, in hoc mundo. Apoſtolum imitatus Auguſtinus ita ſcribit: ſenti de Auguſtino quicquid libet, ſola in oculis Dei conſcientia me non accuſet, Lib. cont. Secundin. cap. 1.

SIMUL.

Duplex: 1. *Temporis*, quæ tempore ſimul ſunt. 2. ſubjectorum κοινῇ; & notantur omnia ſubjecta. Hoc ſenſu omnia ſimul creaſſe dicitur Deus Eccleſ. 18, 5.

SIMULACHRA & STATUÆ.

Diis conſecrata primùm ab Ægyptiis, Herodot. fol. 40. *Locuta* aliquando (vi Diaboli) v. g. ſimulachrum fortunæ Auguſt. l. 4. c. 19. de Civ. Dei: fatente Cornel. à Lapid. in c. 65. Eſ. fol. 354. A. 2. Mennonis ſtatua Natal. Comes libr. 6. c. 3. Flammam è pectore eructantia ſimulachra. Herodot. memorat in templo Junonis id factum eſſe, fol. 158. Plura admiranda operata ſimulachra: Statua Niobes lachrymata æſtate, Natalis Comes lib. 6. c. 13. Veneris noctu riſit: Idem lib. 7. c. 16. Dianæ irata ingredientibus, placata egredientibus. Idem Natal. Comes vid. plura apud Zwing. fol. 1331. Theatri. Vanum ergo & evanidum eſt argumentandi genus hoc, quod à ſtatuarum effectis petunt cultores illarum.

SIMSON. (aliis Samſon.)

Hebr. *Sol eorum*, vel *Sol lætitiæ*. Erat enim ſol futurus Iſraëlitis, in tenebris ſedentibus. Arias exponit: Sol diruens, ſcilicet Philiſtæos: filius Manoë, Danita, præclarè multa geſſit, Judic. 13. v. 14. ſeq. I. Chriſti typus. V. Prompt. allegor. n. 881. 739. 1253. II. Exemplar boni Magiſtratus, pro ſubditis dimicantis. III. Herois fortiſſimi. Jud. 16. conf. D. Chytr. in l. Jud. c. 14, 15. Ambroſ. epiſt. 24. ad Vigilium. IV. Monet

de

de Ecclesiæ Dei calamitate, oppressione, conservatione, liberatione, de lapsibus, infirmitatibus Sanctorum &c. V. de vera luce Christo, nos illuminante Mal.4.v.2. Luc.1. Oriens ex alto.

Ex hac Simsonis historia fabulas de Hercule suo Ethnicos mutuatos esse, putat Casp. Sanchez p.805. in minores prophetas.

SIMULATIO.

§. 1. *Confer tit. Dolus: item Æquivocatio.*

Exempla Simulatorum: Abraham Gen. 12, 13. c.20,2. c.27,19. c.44,5. à peccato infirmitatis vix excusari potest, cum divinis niti promissionibus in solidum debuisset; sed & id nævi in sanctis Dei viris de nostra nos commonefaciat infirmitate, deque orandi studio, ne in consimiles tentationes inducamur. 1. Sam. 21. Achis simulantem Davidem: 1. Samuel. 18. Saul filiam Merob despondens Davidi: Davidis hostes Ps. 28, 3. Uxor Jerobeami 2. Reg. 14. 2. Sam. 13, 5.

Simulatio Dei sancta Genes. 22. vers. 11. 12. simulat se velle nos occidere, cùm tamen vivificet; percutere, cùm tamen sanet Joh.5. projicere à facie, cum recipiat; relinquere, cùm tamen præsto sit. Ut pater simulat se velle eripere pomum, tantùm, ut probet filii erga se amorem. Sed qui tentationem Abrahami, divinitùs factam & simulationem bonam, de absoluto decreto & occulta voluntate, cum Beza interpretantur, næ gravissimè cespitant; siquidem aliud est exploratio & probatio, aliud verò simulatio. Christi simulatio Matt.15. (α) ut fidem accenderet magis & desiderium inflammaret: (β) preces multiplicaret: (γ) patientiam & humilitatem exerceret: (δ) ad finem fuit bonum, & ut delatum bonum præstaret: non sic Calvinistica sese habet simulatio, quæ fit ad malum.

§. 2. *Actus*: fit 1. in verbis, cum pacem homines loquuntur cum proximo, officiaque prolixè offerunt Sirac. 4, 34. in corde malum occulunt Psalm. 28. Prov. 11. estque hæc simulatio sicut novacula: Psalm. 59. excitans justorum querelas Psalm. 109. Lysander exuvias vulpinas induendas esse dicebat, lupinâ proditâ. 2. In vultu. Prov. 10. fingens vultum damnum dabit: 2. Sam. 13, 5. 1. Reg. 4, 6. c. 16. machinatur malum: capit. 26. jaculatur in abscondito. 3. In animo, struit insidias Prov. 29. 4. In signis exterioribus, & fidei professione; de qua variè disputant Scholastici tit. de actu fidei exteriori. 5. In affectu, cum quis dolorem simulat de alicujus morte.

§. 3. Simulatio amicitiæ & obsequii fit tribus modis: (α) in statu & professione, v. gr. cum Judas Apostolum se esse finxit: (β) in gestu & operatione, cum osculum Christo dedit: (γ) in elocutione, cum Dominum Rabbi vocavit.

Hypocritica justitiæ Lucæ 20, 20. & 47. Simulatio Davidis peccato contaminata 2. Samuel. 12. v. 9. 10. Falsi mundi speculum, charitati adversum.

Prohibita: Rom. 12. dilectio sit sine simulatione: Jacob. 3, 17. 1. Pet. 2, 1. Simulatio verò strategematica in bellis justis non improbatur, Jos. 8, 17. 20. Judic. 20, 32. 41. Simulationis licitæ exempla congerit Marulus p. 371. seq. de modo benè beatèque vivendi.

Effectus & consequentia: offenditur Deus, cui sinceritas curæ est Psal. 55. virum dolosum &c. abominatur Dominus. Læditur proximus & evertitur Prov. 11.

SIMULTAS.

Inter amicos & consanguineos plerumque gravissima, Camerar. part. 1. cap. 92. hor. subcisivar. Conf. *Discordia: Inimicitia: Litigia.*

SINAI.

§. 1. Mons illustris: סיני forsan à סנה rubus, dumetum: in Midianitide situs & Amalekitarum ditione, versus Austrum respectu Judææ; inde Australes dicti סינים Sinim Esa. 49. Pars ejus est Horeb. Exod. 19, 1. 11. cap. 16, 1. Justinus lib. 36. Sinæum vocat.

Clarus septem miraculis, ut sunt: 1. Dei in rubo apparitio, unde etiam Sinæus dici gaudet Psalm. 68. 2. aquarum ex eo datio Exod. 17, 6. 3. victoriæ obtentio ab Amalek Exod. 17, 10. 4. legis datio Exod. 19. 5. Mosis jejunatio: 6. legis tabularum fractio: 7. Eliæ facta apparitio 1. Reg. 19.

§. 2. Figura 1. *Mundi* & status nostri in eo: (α) ob ariditatem; fertilem verò Josephus montem hunc tradit: mundus aridissimus est Ps. 68. (β) Dei irati majestatem, quæ in monte Sinai promicuit: sic hodienum ira Dei revelatur de cœlo Rom. 1, 18. in mundo. (γ) ruborum ac spinarum copiam: ita in mundo varii rubi & spineta, quæ nos pungunt vellicantque. Item 2. *Ecclesiæ*: 1. ad quam & nos tentoria spiritualia figere debemus, ut olim Israëlitæ ad radices montis Sinai. 2. In hoc monte erat lux Dei: in Ecclesia lucet nobis per verbum Dominus, Ps. 36. in tuo lumine videmus lumen. 3. Audiuntur quoque in Ecclesia tonitrua divinarum comminationum. 4. Explicantur coruscationes divinorum miraculorum, promissiones æternorum gaudiorum.

SINAPI.

Granum Matth. 13, 31. cap. 17, 20. vid. Ambros. tom. 3. serm. 1. & 11. Promtuar. allegoriar. num. 1257.

SINCERITAS.

§. 1. (1) *Cordis erga proximum*, intemerata ac illibata charitas; hac virtute εἰλικρινεῖς esse jubemur Philipp. 1, 10. & diligere ex puro corde 1. Tim. 1. Deo namque exosa est omnis cordis duplicitas Ezech. 20, 39. Jacob. 1, 8. Apoc. 3, 15. 16. Confer. 1. Cor. 5, 8. ubi cum voce ἀζύμοις, 2. Cor. 1, 12. Θεοῦ, quod cap. 2. v. ult. à contrario est explicatum: 2. Petr. 3, 1. cum voce διάνοια conjungitur. (2) Oris erga eundem Zachar. 8. 1. Thess. 2, 3. (3) Est in corde bono: sicut boni fundi bonus est ager; ita si cor bonum sit, ager quoque bonus, id est, sincerus erit; atque hanc sinceritatem Deo præstamus in cultu, proximo verò in charitate. (4) In fide promissionis servanda: Carol. V. sincerè servare voluit

luit salvum conductum Luthero datum, quàm ut aliorum sequioribus Wormatiæ congregatorum consiliis obsecundare animum suum induxerit.

§. 2. *Effectus:* non revelare secreta Prov. 25,9.10. Omnia in meliorem partem accipere, juxta illud Oratoris: Quò quisque est melior, eò minus alios esse improbos suspicatur. Multos amicos sibi parere Sir. 6,5. Excitare de se famam existimationemque bonam in veritate dicenda Prov. 12,17. Respondere ita, ut sis gratus Prov. 24,27. Deo placere c. 12, 22. Gaudere cum gaudentibus Roman. 12,15. exemplo Davidis & Jonathanis 1. Sam. 20,13. Ruth. 4, 14. Tob. 11,20. Esa. 39,1. Luc. 15,6.9. Dolere cum dolentibus Rom. 12,10.15. Coloss. 3,12. Sirac. 7,12. c. 38,16. 2. Sam. 1,26. Joh. 13,33. Act. 8,2. c. 9. v. 37. Prov. 24. v. 17. Job. 31,29. Confer tit. *Candor.*

Præmia sincerorum: prosper successus & benedictio: defensio eorundem Prov. 2,7.8. Laus & encomia, Didac. Apolepht. part. 2. p. 629. hor. recreatit.

Supplicia eorum, qui non sunt sinceri: infortunium sibi maturant: celerrimè confringuntur Proverb. 6,15. odio Deus eos prosequitur Prov. 11,21.

Opposita: Hypocrisis & simulatio: vid. tit. *hypocrisis:* Conf. Prov. 26,23. Genes. 37,28.31. Matt. 14,9. Claudicatio Psal. 35,15. Mendacitas; hæc veritati adversatur: Arrogantia, quâ quis sibi arrogat, quæ non habet. Dissimulatio, qua homo ea abnegat quæ habet, eaque extenuat. Adulatio: vid suo loco. Dolositas Ps. 55. virum dolosum & sanguinolentum abominatur Dominus.

§. 3. *Effecta* falsorum hominum: machinari mala Proverb. 3,29. omnia in deteriorem partem exponere Sirac. 11. v. 32. excitare litigia Prov. 6. v. 12.13. insidiari proximo Prov. 3. v. 14. multa splendidè pollicere verbis, & nihil præstare Sirac. 4,34. verba falsa comminisci Esa. 59,13. causas pro lubitu flectere Sir. 19,22. tegere odium Proverb. 26. c. 10, 18. c. 27,6. fodere foveam & malum Prov. 16,27. Sirac. 29,23. tendere retia: architectari dolos Sir. 13. quærere animam innocentis 1. Sam. 19. c. 18. sermone blandiri Ps. 55. vers. 22. & 62,5.

Exempla dolosorum & callidorum: Joab. 2. Sam. 3.27. c. 20,9. Ismaël Jerem. 41,6. Confer Didac. Apolepht. part. 1. p. 384. horar. recreat. *Pœnæ:* maledictio Deuteron. 27. vers. 24. Lapsus in foveam aliis paratam Job. 15. v. 35. Psalm. 7. v. 15. & 35,8. Dan. 6,24. 1. Reg. 21,23. 2. Sam. 17,1. Esth. 7,10.

SINE.

De vero Deo prædicatum notat totalem causæ influxum, non partialem. Estque hæc particula nō συναιτιολογικὴ, sed ἀπαρνητικὴ; non conjungens causas, sed longo intervallo separans: Joh. 15. *Sine me nihil potestis facere.*

SINUS.

Sinus Abrahæ: vid. tit. *Vita æterna.* Lutherus explicat de verbo promissionis, in quo Abraham & omnes in V. T. fideles acquieverunt, in postill. Eccles. Dom. I. post Trinit. de divite & Lazaro.

SION.

§. 1. ציון Mons urbis Jerusalem, ad meridiem situs: significat signum, speculam. Verè enim Christi ecclesia est signum, cui contradicitur; & specula Domini: vid. Philon. de Interp. nomin. Hieron. de locis Hebraic. Eusebium libr. 6. c. 24. demonstrat. Evangel.

Quid filia Sion? Est ipsa urbs Jerusalem sic dicta, quod ab arce Sion & turre David defendi poterat, & templum (quod erat in declivi lateris parte) & civitas inferior protegi & defendi poterat: sicut filia à matre defenditur: ut notat alicubi Hieronymus.

§. 2. *Sion typus est Ecclesiæ* N. Testam. Davidis arx & civitas in eo sita erat 1. Chron. 11, 5. sic Christi civitas est in Ecclesia. Deo dilecta fuit Sion Ps. 78, 68. sic Christo Ecclesia Eph. 5,25. 26. A Deo fundata Sion Esa. 14,32. sic quoque Ecclesia Matth. 16. ædificabo Ecclesiam. Altissimus fuit mons Sion Esa. 14, 32. sic quoque Ecclesia Altissimi altissima Psal. 91. & 46. Pulcherrimus: sic Ecclesia, Cantic. tota pulchra es amica mea. Sanctus dicitur Ps. 2,6. Esa. 65, 10, Joel. 3,17. sic Ecclesia. Securissimus: sic Ecclesia Matt. 16. portæ. Fœcundissimus: sic Ecclesia Gal. 4. Sed & tu, ô fidelis anima, sis Sion contemplationis cœli altitudine Phil. 3. operū bonorum pulchritudine, vitæ sanctitate, fidei securitate, fructuum spiritûs fœcunditate.

SIRACH vel SIRACIDES.

Floruit sub Ptolomæo Lagi, rege Ægypti, qui astu urbem Judæorum Jerusalem ingressus, graviter eosdem afflixit, multos captivos abduxit, teste Josepho libr. 12. cap. 1. Antiq. Jud. Ille Ptolomæus quoque Soter dictus est, sed falsò. Hunc sequitur Ptolomæus Philadelphus; de illo Sir. 51,3.

Fervens in religione Sirach monuit, ne Judæi in Ægypto deficiscerent, ideò delatus regi Ptolomæo Lagi.

SITIS.

§. 1. 1. *Corporalis,* 2. Samuel. 17,27. aliquando est pœna Deut. 28, 48. & plaga Judith. 7. v. 13, 14. Thren. 4,4. piorum δοκιμασία 1. Corinth. 4,11. 2. Cor. 11,27. vel ἰλασμὸς Matth. 4. Sitis summa impios Ægyptios afflixit, aquis Nili in sanguinem versis: Nilus enim dulcis est, ejusque aquis pro vino utuntur incolæ, vid. Ps. 78. Exempla porro sitim passorum Gen. 21,14.15. Exod. 17,1.2. Judic. 4,19. c. 15,18. 2. Reg. 3. v. 9. Esa. 5,13. 1. Cor. 4,11. 2. Cor. 11,27.

2. *Spiritualis est gratiæ Dei,* quam sitire semper fas est; hoc sitire est desiderium; quod enim sitis corpori, id desideria sunt animæ: Illa tamen vires frangit & debilitat; non sic sitis spiritualis. Vide Eliæ exemplum, qui semel refectus pane ac cibo 40. dierum iter confecit 1. Reg. 17. Præterea, qui siti spirituali laborant, hi quò magis implentur gratiâ spiritus, eò magis quoque Deum desiderant, & flamma charitatis in iisdem augetur Sir. 24. qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibent me, adhuc sitient.

3. Sitis

§. 2. 3. *Sitis Christi* ἱλαστική, expiatoria, Joh. 19. vers. 28. Christus illam nostri causa toleravit. Psal. 69, 22.

4. *Sitis vitæ æternæ*, Joh. 7, 37. quam Spiritus S. extinguet in vita illa, cum satiabimur, Psal. 17. v. ult. Matth. 5. & Dominum à facie ad faciem visuri sumus 1. Cor. 13. 1. Joh. 3. & aquam vivam potaturi Apoc. 22. erit enim ibi fons perpetuò saliens Joh. 4. fons aquæ salientis in vitam æternam.

Sitis, quæ in vita æterna esse negatur, opponitur siccitati & ariditati, quæ non erit in altera vita; non verò desiderio & perpetuæ delectationi, hæc enim manebit, perpetuò namque bibemus ex aquis vivis Apoc. 7. & 22. Sitis beatorum est signum robustissimæ sanitatis, summæ perfectionis, summæ charitatis nunquam satiabilis Sir. 24.

§. 3. 5. *Sitis auxilii & solatii Dei* Psal. 42. & 63. quam similitudine cervi & vigilis Psalm. 130. illustrat.

6. Sitis peccati & pravorum affectuum est in odio, avaritia, ira, vindicta. Non planè tollitur à nobis in hac vita: Rom. 7. sentio aliam legem &c. id quod doctè atq; orthodoxè observat Tolet. in c. 4. Joh. annot. 12. Minuitur quidem aliquando, verùm sicuti pondus minuitur ei, qui portat illud, cum ipsi haustum vini, quo vires recreantur, præstas.

7. Est quoque sitis *perpetis paupertatis*: quo sensu dixit Paulus; usque ad horam præsentem, & sitimus & esurimus & nudi sumus. Origen. tom. 13. in Johann.

Sitis quoque notat (α) rei non habitæ desiderium: (β) rei habitæ licet, habendæ tamen perfectius desiderium; (γ) sitis quoque est fastidii, cum ab objecto desiderato excludimur, ut verum fiat illud: Ut quem semper habent, semper habere velint: Hæc sitis erit in altera vita.

SMARAGDUS.

Exod. 28, 17. c. 29, 10. Apoc. 21, 19. c. 4. 3. Ezech. 8, 13. 1. Signum *virginitatis*, quæ florida & viridis esse debet, omni labe vacua: hanc castitatem Deo debemus, præstare in vita non possumus, quamdiu oramus: Dimitte nobis debita nostra. 2. *Boni exempli*: ut smaragdus etiam aërem virore suo tingit; hinc dicitur Hebr. ברקת fulgurans, quod tamen de Carbunculo exponit Schindler. in Lexic. Pentagl. 3. Regni Judaici, semper virorem conservaturi Genes. 49, 10. usque ad Messiæ adventum; illud enim per smaragdum significari volunt. 4. Pietatis nitentis coram Deo & hominibus Matth. 5. luceat lux vestra coram hominibus. 5. Majestatis divinæ, quoties Smaragdino colore apparuit, quæ omnia liquido inspicit, scit, contemplatur. 6. Regiæ opulentiæ Ezech. 28, 13. 7. Evangelicæ claritatis: Hermes olim in tabula Smaragdina lapidem pretiosum exhibuit. In tabula Evangelii videmus Christum, viridem Smaragdum prædiis gratiæ conspicuũ: De natura & excellentiis Smaragdi V. Solin. c. 19. Bedam super c. 21. Apoc. & ex his Pererium in Apoc. IV. Disp. 7.

SOBRIETAS.

Σωφροσύνη est virtus generalis complectens in se 1. *Modestiam*, quæ omnes animi corporisque gestus moderatur. 2. *Humilitatem*, ne homo de se ultra, quàm par est, sentiat aut sapiat, 1. Tim. 2, 9. Rom. 12, 3. 3. Ne quis alterum præ se contemnat: Mal. 2, 10. Luc. 18, 9. 4. moderationem voluptatum & rerum suavium ad gustum & tactum pertinentium. Dicitur à Chrysostomo (ut taceam Aristotelem) ἀπὸ τοῦ σώζειν τὴν φρόνησιν Tit. 2, 6. 5. *Sanitatem*, quæ recipitur: Marc. 8, 15. de Dæmonio sanato dicitur Luc. 8, 35. 6. *de moderatione intellectus* accipitur Rom. 12, 3. 7. *de moderatione sacra officii* 2. Cor. 5, 13. 8. *de prudentia Theologica*, 2. Tit. 1, 7. Act. 26, 25. 9. *de pudicitia muliebri*, Tit. 2, 5. & castitate Tit. 2, 12. 1. Timoth. 2, 15. 10. *de temperantia ministrorum verbi* 1. Tim. 3, 2. Tit. 1, 8. & senum Tit. 2, 2. Hæc omnia suis locis pertractantur.

SOCIETAS.

§. 1. I. *Dei cum hominibus*, quæ nihil aliud est, quam cum fideli gratiosè præsto est Dominus & prope: Psal. 145. *prope est Dominus omnibus invocantibus eum*, Psal. 91. *cum eo sum*, Ps. 23. in valle tenebrarum ades mihi, Esa. 41, 10. c. 43, 23. &c. Hæc societas aliquot modis contrahitur ac conservatur (α) *in fœdere & conditione DEI stando*; sicut manet societas inter eos, qui commune lucrum aucupantur & utilitatem sectantur: ita quoque in diem mortis, imò in æternum facit Deus nobiscum societatem. Esa. 55. *gratia perpetua*: dummodo Christum lucrificemus nobis Phil. 3, 9. (β) *Bonorum communione fruendo* ff. pro Societ. l. in societ. sic Deus vult nos frui suis bonis, gratiæ in solo, gloriæ in polo 1. Joh. 1. Joh. 17. *pater volo, ut ubi ego sum &c.* Phil. 3. *conversatio nostra in cœlis est.* (γ) *Modum contractæ societatis attendendo*: contrahitur enim vel per *verba*, vel per *literas*, vel per *nuncios*, vel *consensu*: sic quoque societatem inimus cum Deo, *verbis* in baptismo, *literis* in S. scriptura, *nunciis* cum divini sermonis Doctores audimus, vel *consensu* & mente, quoties pleno quasi fidei impetu totique in Deum ferimur &c.

Societas Ecclesiæ cum Christo est: Malè igitur sibi solis hunc titulum arrogarunt Jesuitæ, quos eo nomine taxavit Melchior Canus Episcopus Canariens. lib. 4. cap. 42. Loc. Comm. At hunc perstringit Johannes Lorinus in 1. Johann. 1. fol. 17. lit. C. D.

§. 2. II. *Hominis cum homine* societas est vel *boni cum bonis*, vel *boni cum malis*, vel *mali cum malis*, Prov. 1, 10. 11. seq. Esa. 5. Væ qui &c. *Optima est boni cum bonis* societas: hac enim simus 1. meliores: 2. sapientiores Proverb. 13. v. 20. 3. sublevamur quoq; hac societate: Eccles. 4. væ homini soli &c. Genes. 2. adjutor. Exod. 4. v. 16. 10. 4. consolamur quoque, & auxilia bonorum sentimus: Joh. sexto socii juvabant Petrum: 5. Deum exhilaramus Psal. 133. *ecce quàm bonum* &c. 6. benedictionem illius impetramus, ibidem d. l. vers. ult.

Conf. tit. *Solitudo.* 7. mutua auxilia præstamus: Græcorum fabula est, quod cœcus claudum in humeros sustulerit, atque ita ambo iter felix fecerint. Moses ab Aarone eloquentiam mutuatus est. 8. damna multa fugiamus; Monachus solus est dæmon solitarius, dixit Thomas de Aquino: citante à Lapid. in Genes. fol. 369. column. b. 9. DEO placemus: Psal. 16. *in sanctis delectatio mea.* Sic societas bona est (α) vitæ humanæ *vinculum*, quo homines colligantur invicem: (β) *tutamen*, Seneca 2. de ira cap. 31. (γ) Lapidum fornicationi simillima est, qui omninò caderent, nisi invicem obstarent. Seneca epistola nonagesima quinta. Paulus cum discipulis Damasci conversatus est magno plantandi Evangelii bono.

§. 3. *Societas malorum fugienda*, Prov. 24. v. 1. 2. quò spectant (1) *Admonitiones & hortationes DEI*, quibus monet, ut sedem Satanæ fugiamus Apocal. 29. certè mundus Satanæ est sedes; hic enim est princeps Eph. 6. & DEUS mundi 2. Corinth. 4. Malis non associemur. Proverb. 1, 30. 11. seq. *ne ambules:* Inter spinas lilia crescamus Cantic. 1. maneamus lilia, spinæ non fiamus. Mundo non conformemur; Deuteronom. 18, 9. *cum veneris in terram.* Per viam malorum non gradiamur, Prov. 4. vers. 11. & quid quæso aliud est mundus, quàm via, quam stabulum pessimorum hominum? Babylone exeamus Esa. 52. hæreticos in fide, malos in vita fugiamus: Tit. 3. *hæreticum hominem* &c. 2. Tim. 2. *si quis se emundaverit ab his &c.*

(2) *Damna è mala* conversatione orientia: nam boni mores corrumpuntur, 1. Cor. 15. cum fornicatoribus homines fornicantur 1. Cor. 10. Pii malis scandalisantur; monet ideò Dominus, ut *eruamus oculum*, *abscindamus pedem*, Matth. 18. hoc est, socium qui nos scandalisat, Confer Clem. Alexandr. lib. 3. c. 4. pædagog. Conf. Ezech. 36, 20. In peccata inducuntur; Petrus consortio malorum addictus Christum negat Matth. 26. ita malis immixti Christum negamus, aut connivendo aut apertè negando: Conf. Prov. 16, 29. Deut. 20, 9. Augustin. lib. 3. c. 8, 9. Confess. in furtum inductus est: Loth ab Abrahamo separatus jacturam bonorum fecit, captus est ab hostibus; deinde incestum commisit Gen. 14. & 19. Gordiana Gregorii M. amita Laicarum puellarum consortio seducta est. Greg. M. Dial. lib. 4. c. 16. & homil. 38. in Evangel. In tentationes varias cadunt, prout malitia est varia, sic quoq; variè tentantur, qui malorum necessitudine utuntur, exemplo Judæ: Et in ignominiam se præcipitant; quidam Philosophus videns juvenem malo socio comitatum, dixit eidem: cum his ambula, ob quos non suffundaris pudore. In pœnas publicas conjiciuntur; ita Jos. 7. ob societatē τῦ Achan adverso prælio Israëlitæ succumbunt: Conf. Sir. 22, 14. 15, 16. c. 12, 14. Act. 9. comites Sauli unà cum Saulo perterrefiunt. Ergo alienis peccatis ne communicaveris 1. Timoth. 5. v. 22. societatem impiorum ne dilexeris.

§. 4. (3) *Exempla:* Fugit consortium malorum Tobias c. 5, 14. 15. Israëlitæ à tabernaculis τῦ Core, Dathan & Abirami Num. 16, 26. sic & nos à malis secedamus, à Babylone fugiamus 2. Cor. 6, 17. Lothus à Sodomitis Genes. 19, 34. 2. Pet. 2, 8. Jobus in terra pius vixit, Job. 1. à malis se separavit, justitiæ litavit, cap. 31, 16. 17. Polycarpus oculos claudebat & aures obturabat, ne Marcionem audiret aut videret, teste Irenæo lib. 3. c. 3. Paulinus episcopus concilio Mediolanensi excessit, cum Auxentius Arianus virus suum proponeret; fors ad annum Christi 369. conf. hic Bisciolam.

§. 5. (4) *Similia & allegoriæ quædam*, Deut. 18. 9. jubet Deus non conversari nimis cum populis, quorum terras Israëlitæ occupaverant. Levit. 13, 45. leprosus os tectum habebat, ne halitu venenato alios inficeret: sic mali bonos reddunt conversando pejores, 1. Cor. 15, 34. Genes. 19, 15. Lothus ab Angelis Sodoma est eductus, ut doceret Deus à pravis nos sejungere, Matth. 18, 7. oculus scandalisans eruendus: sic socius pravus à bonis moribus abducens, fugiendus est, Apoc. 18, 5. *fugite è Babylone, popule mi:* certè mundus Babylon est, vid. Promt. Allegor. Psal. 5, 10. *sepulchrum patens guttur malorum*, quis verò non caveat sepulchrum, ne in illud incidat? Matth. 2, 9. stella non luxit Magis apud Herodem commorantibus: divini stella favoris tibi obscurabitur, quantisper tua mens cum malis conversabitur. Gen. 46, 34. noluit Joseph fratres suos in Ægypto vivere, sed in terra Gosen separatos, ut doceret, Ægyptiorum moribus (h. e. malorum) abstinendum esse, Exod. 22, 31. caro à bestiis dilaniata non comedenda; indicat Deus, malis, qui bestiis non sunt absimiles, communicandum non esse, Rudolph. Flav. in cap. 3. Levitici. Incantatoris à serpente percussi nemo miseretur, Eccles. 12. ita nemo tuam dolebit vicem, si malis commixtus ab iisdem lædaris. Ut pestis facile hominem inficit: ita quoque societas malorum te corrumpit, Basilius in homilia *quod Deus non sit autor mali.* Picem malorum sociorum qui tangit, ab illo coinquinatur Sirac. 13. certè mali socii pix sunt (α) viscositate vitiorum; (β) adhæsione; (γ) implicatione; (δ) nigredine. Fermentum totam corrumpit massam 1. Corinth. 5. ita prava societas pravorum mentes bonorum. Balneo egressus caves, ne conspurceris: sic animum custodi, ne à malis corrumpatur. Annon acetum vinum, lutum farinam, aqua lac corrumpit? sic quoque bonos mali. Contagioso halitu afflatus mox concipit morbum. Ipsum quoque aconitum contactu nocere dicitur: non secus improbi. Symphoniam Musicam qui attentè audiverunt, ejus sonum semper secum circumferunt: ita malorum sociorum mores nunquam non tibi præsentes sistis. Anima tua instar speculi est, cui si obtuleris imaginem

nem pulchram, pulchram reddit: sic quoque anima reddit mores illius, quo cum conversaris maximè. Torpedo piscis omnes pisces appropinquantes segnes & torpidos reddit: sic quoque malorum societas. Sicut canis rabiosus venenum ei, quem momordit, infundit: ita quoque malorum conversatio. Vide quomodo idololatræ olim socios suos in Baal jurare docuerint Jer. 12, 16. 17.

§. 6. *In specie non est conversandum* 1. *cum malis:* 2. Chr. 30. v. 37. Non eas in consilio impiorum Psal. 1. non cognoscas malignum Psalm. 101. mali namque trahunt alios in peccatum, v. g. Luc. 14. Princeps Pharisæorum socios: Eva maritum Gen. 3. Prov. 1. fines Tyri & Sidonis relinquendi Matth. 15. h. e. pessimi mundi. Non sedeas cum viris vanis Psalm. 26. v. 5. sed Ecclesiam malignantium odio habeas, ibidem Psalm. 106. v. 38. & malos ut porcos, Clemens Alexandr. lib. 3. cap. 11. pædagog. Psal. 31. v. 7. odi observantes vanitatem: Sirac. 42. v. 8. qui adjungunt se impiis. 2. *Cum magnatibus.* Thomas à Kempis lib. 1. c. 8. de imitat. CHRISTI. 3. *Iracundis* Prov. 22, 24. Quod si omnino cum iis conservandum sit, placida responsione & lenitate verborum iram mitigemus Prov. 15, 1. cap. 18. vir comes amicos sibi adjungit: cap. 25. lingua mollis frangit duros. Genes. 4. Abel occiditur, conversatus cum iracundo Caino. 4. *Audaculis* Sir. 8, 18. Odiosis Prov. 23. v. 6. Simulatoribus Prov. 23, 7. 8. superbis Sirac. 31. v. 1. Nimis familiaribus Sirac. 13, 15. Prov. 25. v. 17. Divitibus & potentibus Sir. 13, 16. 17. 18. Stultis & insipientibus Prov. 29, 9. Sirac. 27, 13. 5. *Hæreticis:* cautè sanè & circumspectè. Cyprian. lib. 3. c. 78. ad Quirin. Cum hæreticis nec loquendum. Cum superstitiosis: sic olim Abraham in Ur Chaldæorum Gen. 11, 31. cap. 15, 7. 6. *Mulieribus:* periculosum namque est conversari cum illis Prov. 7, 14. seq. Conf. G. Perald. tom. 2. p. 27. Summæ. Busæum in Panar. V. Mulier. Ne cum mulieribus conversentur Clerici statutum olim est, & hodiè inculcat Cornel. à Lap. in 1. Pet. 2, 11. dist. 81. c. 21. sed si forte: cap. 29. Archidiac. cap. 23. oportet: non recipiendæ in monasteria c. 18. qu. 2. c. 20. pervenit ad nos.

§. 7. *Sed conversandum est cum bonis:* etiam in conviviis Sirac. 9, 23. ut nos benedictio Dei sequatur Gen. 35, 1. 2. seq. c. 39, 5. conf. 1. Sam. 19, 20. 21. 1. Reg. 3, 14. Dan. 2, 24. Act. 2, 3. cum æqualibus & paribus Sirac. 13, 19. 20. 21. cum peregrino, sed tamen cautè Sir. 8, 22. sapientibus & senibus Sir. 6, 35. 36. c. 8, 10. Proverb. 13. Magistratu & dominis Proverb. 23, 1. 2. 3. Sir. 9. cum ignotis, fide eorum prius explorata Proverb. 19, 8. Mich. 7. noli credere. Beneficialem vocat bonam conversationem Cassiod. lib. 11. epist. 40. conf. Clem. Alex. lib. 3. c. 11. Pædagogi: Senec. epist. 11. 15. & 94. Homo noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se, Plinius lib. 4. epist. 27. ex bono socio ædificatur, Clemens lib. 5. Stromat. allegans Psalm. 18. vers. 26. Scalig. 1. Epidorp. Symmach. lib. 1. epist. 39.

§. 8. Est tamen *ubi & cum malis conversandum* 1. ob eorum *correctionem:* ut enim cervi halitu suo venenum antris extrahunt, & purgant: sic quidam piâ conversatione malos ad frugem vitæ melioris reducunt; Basil. in Psalm. & odorem suarum virtutum instar aromatis spargunt. Basil. in Gordian. Martyr. ita Christus cum Pharisæis conversatus, ut eos lucrificaret. 2. *Ob nostrum profectum:* nonnunquam enim & à malis doctrina colligitur velut aurum, & vilis terra relinquitur, & apes flores colligunt, relictis herbis. 3. *Ob debitum & officium charitatis,* ad lucrifaciendum proximum. Paulus & Christus cum Judæis Luc. 15. 1. Cor. 9.

Aliàs malæ societatis plura sunt damna: 1. Iræ Dei excitatio, 2. Chron. 19, 2. 2. Reg. 8, 27. 2. *Calamitatum multiplicatio,* Judic. 1. & c. 2. 2. Sam. 21, 1. 1. Reg. 22, 32. 2. Chrō. 20, 36. c. 25, 7. 8. 3. *Seductio simpliciorum,* 2. Sam. 15, 11. 4. *Turpitudo,* cum nobis malos socios adsciscimus, Esdr. 4, 1. 2. seq. 5. *Doloris multiplicatio,* Ps. 120, 5. Esa. 6, 5. Ezech. 2, 3. 4. 6. *Salutis nostræ periclitatio,* Act. 2, 40. salvamini à generatione ista prava: Philipp. 2, 15.

SODOMA & SODOMIA.

§. 1. Sodomæ subversio Amos 4, 11. Ezech. 16, 50. horrenda: 1. Quatuor civitates eversæ: Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim Ose. 11, 7. contra Lyram, qui putat etiam Sehor eversum fuisse; contra Josephus negat. 2. *Magnitudo loci,* secundum longitudinem traditur in se continuisse duo & septuaginta millia passuum, superq; quingentos passus: secundum latitudinem prope novem & decē millia passuum. Arist. lib. 2. meteor. putat fabulam esse de mari salso vel mortuo. 3. Evaporatio aëris fœtidi & pestilentialis. 4. Omnium plantarum corruptio, vid. Brocard. part. 1. cap. 7. Itinerarii, Joseph. lib. 5. de bello Judaico: Solinum cap. 37. Tacit. lib. 5. histor. 5. Omnium hominum in illis locis eradicatio Esa. 1. nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, &c. 6. Et damnatio; contra Hieron. in cap. 1. Nahum. qui quosdam inferno eximit, sed falsò.

§. 2. *Peccata Sodomæ* Ezech. 16, 49. recensentur; sunt autem 1. superbia d. l. 2. contemtus prædicationis Lothi 2. Pet. 2. 3. Luxuria, ibidem apud Ezechielem. 4. pacis malè collocatæ abundantia d. l. 5. Immisericordia erga pauperes ibidem. 6. Oppressio piorum, verb. gr. Lothi, Gen. 19. 7. abominanda alia peccata quævis: 8. Colligatio hominum ad perpetranda peccata Gen. 19. *à puero usq; ad senem.*

Sodomia est teterrimum vitium, castis auribus & mentibus & scitu & auditu horrendū abominandumq;: de quo sic scribit Huldricus Episcopus Augustanus in epist. ad Nicol. Papam A. 4. b. *Multos ejusdem consilii* (de castitate monastica) *assentatores hominibus, non Deo, pro falsa specie continentiæ placere volentes, graviora vides committere; patrum scil uxores subagitare, masculorum ac pecudum amplexus non abhorrere:* Hæc Huldricus, Episcopus ille. Extant & plurimæ aliorū virorum de hoc

vitio querelæ; Attamen Johann. de Caſa librum pro Sodomia ſcripſit, teſte Sleidano. Rectiùs ſcribit Ambroſ. Catherinus pag. 247. Clavis: *Denuò* (dicit) ſunt *excitati, qui Sodomiticum* & nefandum ſcelus probant. D. Albanus memorat, Romæ tentatam fuiſſe pudicitiam ſuam à quodam Sodomita p. 6. §. Unterdeſſen/ tractat. vernac. Münch-Eſel.

§. 3. *Ortum debere creditur Cretenſibus*, apud Herac. in Politiis: quibus iſti facinori nihil turpitudinis ineſſe perſuaſum fuit, conf. Joh. Rav. Textor. 1323. in officin.

Graviſſimum peccatum c. 32. q. 1. ex Auguſtino Geneſ. 19, 15. Judic. 19, 22. 23. Rom. 1. v. 26. 27. à quo ipſe Diabolus abhorret, poſtquam patratum eſt, Antonin. part. 2. tit. 5. c. 4. §. 2. graviſſimè à Deo punitum & puniendum, Geneſ. 19, 24. Levit. 18, 22. cap. 20, 13. Ezech. 16, v. 49. 50. Sap. 10. v. 6. 7. 1. Corinth. 6. v. 9. 10. etiam à magiſtratu, 1. Reg. 14, 24. cap. 15, 12. cap. 22, 47. 2. Reg. 23. v. 7.

Pœnis inſignitum de jure civili; eſt verò pœna illius, exuſtio Sodomitæ per ignem. Bonacin. in compend. hoc tit. n. 2. de Jure Canon. privatio omnis privilegii clericalis, dignitatis. Huc pertinet Bulla Pii V. allegata à Bonacina, quæ extat in tomis Bullar. Papar. F. Cherubini. Tacendum hic merito & piè, quæ de alia Sodomiæ ſpecie narrant Caſuiſtæ Bonacin. Sylveſt. tit. Debitum conjugale. Samuel de Lublin. in ſumm. part. 2. de vitiis, Cajetanus in 2. quæſt. 154. Azor. tom. 3. lib. 3. ut liquidum fiat, quantis turpitudinibus homines ſeſe conſpurcent, & fidei Chriſtianæ labem inurant. Aboleat hæc ſcelera Deus noſter, caſti conjugii autor!

SOL.

§. 1. Propriè dictus planeta ille, præſtantiſſimum Dei artificium, & maximum ſapientiæ ejus argumentum, Sir. 43. Manichæi ſolem navim eſſe triangulam garriebant: Anaxagoras lapidem ardentem dixit ſolem, Auguſtinus libro 18. cap. 41. de Civ. Dei. Euripides auream glebam eſſe ſomniavit. Ac quidem Anaxagoras exilio & 5. talentis ob hanc opinionem multatus eſt, ut ſcribit Laërtius in vita Anaxagoræ.

Occaſus ſolis: ſicut mater, ut infans dormiat, velum obducit; ſic ſol ſub veſperam vultum, ut quieti vacemus Pſal. 104.

Verè retroceſſit tempore Hiskiæ, Eſa. 38, 8. contra P. Burgenſ. & alios: (α) ab aperta litera textus d. l. & 2. Reg. 20. (β) à fine Dei, qui voluit hoc ſigno confirmare regem; (γ) à collatione Sir. 49. (δ) à communi Patrum conſenſu: Auguſtin. lib. 2. de mirab. ſcript. cap. 48. Dionyſ. epiſt. ad Polycarp. Theodoret. in Pſal. 29. Hieron. Cyrill. &c. (ε) à collatione teſtimonii Herodoti in Euterpe ſcribentis, bis ſolem exortum eſſe ubi nunc occidit, & bis, ubi nunc oritur, illic occidiſſe.

Obſcuratus creditur, cum Atreus occiſorum filiorum membra Thyeſti, fratri ſuo, apponi curaſſet. Zvving. f. 2793. theatri.

§. 2. Stetit ſol tempore Joſuæ c. 10. quod docet 1. de ſumma Dei bonitate, quâ ſe univerſo orbi, quem ſol illuſtrat, tanquam potentiſſimum Deum manifeſtavit; 2. de ineffabili Dei majeſtate, veritate promiſſionum, verâ præſentiâ in Eccleſia, pro qua pugnat Dominus; 3. de negata piorum confuſione; ſperans in Dominum non confuſus eſt: Pſ. 22. Patres noſtri ſperaverunt in te. 4. de efficacia precum, quas ipſo die Joſua coram Deo effuderat in vera fide, quæ vel montes transferre poteſt Matth. 17. 5. Virtute fidei, quæ Deum vincit & creaturas; creſcamus igitur quotidie in fide. 6. Tremenda Dei majeſtate, quâ ſibi omnes creaturas habet ſubjectas; 7. Libertate DEI, cauſis ſecundis non alligati, ordinem naturæ, quoties ipſi viſum eſt, mutantis; conſervantis Jonam in mari, Danielem in ſpelunca leonum; 8. ſumma Eccleſiæ conſolatione in calamitatibus; 9. præfiguratione mortis Chriſti, tunc enim ſol obſcuratus, Theodoret. & judicii extremi, ut eſt apud Rupertum.

§. 3. 1. Dicitur Deus ſol, & Salvator noſter Jesus Christus, Malach. 4. ſol juſtitiæ. Verè ſol Dominus clarisſimus (α) *miraculis* Act. 10. Luc. 24. Joh. 1. vidimus gloriam ejus: Eſa. 35. tunc aperientur oculi, &c. (β) *prædicatione*, quæ undique luxit tempore Chriſti & Apoſtolorum poſt ejus aſcenſionem; (γ) *depulſione* tenebrarum, hæ denſæ erant in mundo Johann. 1. *lux in tenebris lucet:* diſpulit has Chriſtus gratiâ: Tit. 2. *apparuit gratia DEI ſalutaris omnibus hominibus*: Eramus populus ſedens in tenebris, Matth. 4. venit Chriſtus, & fecit, ut lux eſſemus, Eph. 5, 8. Sunt & calumniæ tenebræ, famam obſcurantes; ſed & has Chriſtus ſuperavit Joh. 8. *quis ex vobis arguet me de peccato*; Hebr. 7. ſegregatus à peccatoribus. (δ) *Celerrimi motûs ſol eſt:* movit ſe Chriſtus ſol juſtitiæ, celerrimè prædicando; Rom. 10. in omnem terram exivit &c. ac in toto orbe inclareſcendo: Occultus eſt ſolis motus; occultus quoque regni Chriſti modus. (ε) *Gaudeamus ſole;* ſum ſale contentus, ſi modo ſole fruar: quis non gaudeat Chriſto, gaudii omnis ſumma Eſa. 61, 10. Luc. 10. *gaudete, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis:* Philip. 4. gaudete in Domino &c. (ζ) *Exſiccat* ſol herbas: ſic Chriſtus humorem dilectionis mundi pellit & ſui nos amoris jaculis petit. (η) *Diei præeſt* ſol Pſal. 136. dies vera eſt Dei agnitio, extra quam omnia ſunt tenebræ; huic præeſt Chriſtus, monens de ſomno ſurgere, Rom. 13. (θ) *Velari poteſt* ſol nubibus: ſic Chriſtus paſſionis nubi involutus. Eclipſin pati: eandem ſubiit Chriſtus in paſſione. (ι) *Illuminari:* illuminatus eſt Dominus in cœleſtis patris præconio; hic eſt filius meus dilectus Matt. 3. cap. 17. (κ) *Ruber fieri:* ruber quotidie fit Chriſtus, cum de ſanguine ejus, in quo noſtræ colorandæ ſunt veſtes Apocal. 7. & mundandæ, 1. Johann. 1. v. 7. quotidiana prædicatio inſtituitur. &c.

§. 2. Eſt quoque Chriſtus ſol (1) *adventu primô.* 1. radiis juſtitiæ ſuæ nos illuminando: factus enim eſt nobis juſtitia Jer. 23. c. 33. 1. Corinth. 1. 2. *de thalamo ſuo*, inſtar ſponſi progrediendo Pſ. 19. & 40. 3. *in ſtadio officii ſui decurrendo* Actor. 10. benefecit &c. 4. *protinus affulgendo:* ſic Chriſtus preces ſuorum exaudit & deſideria: Marc. 5. hæmorrhouſa mox ſana facta eſt. 5. eclipſin paſſionis ſuſtinendo. (2) *Adventu ſecundo* 1. illuminando occulta cordium; 2. irradiando ſuper triſtia piorum corda; 3. lætificando pios, Luc. 21. gaudete, quia redemtio &c. 4. diſpellendo omnem caliginem, quæ homines in hac vita occupat; 5. oculos noſtros vegetando, ut ſolet ſol aquilarum oculos vegetare; 6. eximiam lucem producendo; ſicut eximium & ſingulare eſt ſolis lumen; non ſic candelæ, non ſic lucernæ lumen. Homerus ſolem vocat indefatigabilem: CHRISTUS ſol juſtitiæ indefatigabilis extitit (α) laborando; (β) miraculoſè ſanando; (γ) proficiſcendo. *In altera quoque vita Chriſtus ſol erit non moriturus* Eſ. 60. Apoc. 22. ſemper nos recreaturus: nos inſtar ſolis fulgebimus; Matt. 13. juſti fulgebunt ut ſol. Chriſtus *eſt unus ſol in Eccleſia* 1. Timot. 2, 5. intercedendo pro nobis vi meriti proprii, quod ſancti facere non poſſunt: illuminando Joh. 1. conſolando nos in cordibus. Deum eſſe unum ſolem, credunt Perſæ Juſtinus lib. 1. cap. 10. hiſtor.

§. 3. 2. Certè & *vir pius Chriſto inſitus ſol eſt, charitate enim calet* Gal. 5. v. 5. 6. *lucet* interius cognitione & diſcretione, *exterius* verò conſilio & exemplo ſinceræ vitæ: *movetur & movet laborando*, pergendo in ſemita bonorum, aliis quoque prælucendo; Matth. 5. luceat lux veſtra coram hominibus: currit, ſed non in vanum 1. Corint. 9. ſed gaudet currendo Pſ. 19. & currit gaudendo Pſ. 119. & diligenter currit: influit in alios, pietatem docendo: medium tenet, juſtitiæ fines non excedendo Lucæ 1. ambulabant ambo &c. ſurſum ſolis inſtar fixus vir pius, Philipp. 3. *Converſatio noſtra eſt in cœlis:* ſplendet bono exemplo Philipp. 2. non iraſcitur, ſed benefacit, ut ſol ſplendens impiis Epheſ. 4. non ſuccumbat ſol &c.

§. 4. 3. *Magiſtratus ſol, vid. tit. Magiſtratus.* Perſæ reges ſuos ſoles dixerunt; imo Sapores rex ſe fratris ſolem nuncupavit, epiſt. ad Conſtantium Imperatorem; ſic Horatius lib. 1. Satyr. 7. Brutum Aſiæ ſolem. In caſtris regum Perſarum ſuper tabernaculum regis promicuit ſolis imago cryſtalleo incluſa globo, cui ignis prælucebat, Curtius libro 3. Xenoph. libro 8. pædiæ Cyri. Procopius lib. 2. belli Perſici; Ammian. Marcellin. libr. 23. Tertull. c. 16. Apolog.

4. Eſt quoque *ſol tribulationis*, qui nos pungit uritque Pſal. 121, 6. urens nos; Pſal. 66. venimus in aquam & ignem: exſiccans cor mœrore.

5. Gaudii, quem ſolem Deus oriri facit Tobiæ 12.

6. *Sol vitæ æternæ Chriſtus.* Mirum Socratis dictum: *Scando aërem, ſolemque deſpicio.*

Quantò verius nos dicamus: Solem mundi deſpicio; ſolem Chriſtum videre deſidero: Hieronym. refert illud de Socrate, in cap. 54. Eſaiæ.

SOLATIUM. *conf.* CONSOLATIO.

Multiplex eſt (1) *Dei: fundatiſſimum* in verbo veriſſimo: Rom. 15. *quæcunque ſcripta ſunt, &c.* potentiâ Dei infinitâ, quod poſſit juvare Pſal. 77. Joel. 2, 21. bonitate, quod velit: ſapientiâ, quod modum noverit opitulandi, ſemperq; noſcat. *Conſtantiſſimum*, non fluxum & caducum, ſed ſolidum eſt & ſtabile: lætiſſimum Jerem. 45. Cauſa enim efficiens princeps Deus eſt, qui nos conſolatur Eſa. 38, 17. Pſal. 4, 2. hinc dicitur Deus conſolationis 2. Corint. 1. v. 3. & ſæpe pios conſolatus eſt Geneſ. 15. v. 1. c. 26, 24. c. 46, 3. Num. 21, 34. Rom. 15, 5. *Chriſtus conſolator Iſraëlis* Luc. 2. v. 25. *Spiritus Sanctus conſolator* Joh. 15, 26. angelus Geneſ. 21, 17. miniſter conſolationis: item homo Geneſ. 35, 17. c. 37. v. 37. c. 43, 24. c. 50, 19. Exod. 14, 13. c. 20, 20. Num. 14, 9. Deut. 7, 21. c. 31, 6. 1. Sam. 12, 20. c. 4. v. 20. c. 22, 23. *Cauſa media inſtrumentalis verbum Dei.* Pſ. 94, 19. Jerem. 15. Pſal. 119. & Sacramenta: 1. Sam. 17. David conſolatur ſe circumciſione. §. 1.

§. 2. (2) Spiritûs Sancti ſolatium: non ſemper ſentitur Pſal. 69, 22. ſed ſub fide occultum manet, ſicut vis in ſemine; 2. Cor. 7. intus pugnæ, extus terrores. Luther. in 1. Pentecoſt. fol. 137. b. huc illud Pauli 2. Cor. 4. quotitie tradimur in mortem. Huic ſymptomati non aliâ viâ occurrendum, quàm precibus & meditatione verbi, Eſa. 61, 1. Pſ. 77. 2. Cor. 1. Joh. 14. non relinquam vos Orphanos.

(3) *Angelorum: hi quoque* ſolantur, monentque timorem abjicere, Luc. 1. ne timeas Zacharia; ne timeas Maria: conſternatum Danielem angelus erigit Dan. 9. mulieres terrore percuſſas Marc. 16.

§. 3. (4) *Philoſophorum & mundi:* non eſt ſolidum, etſi enim Platonis de immortalitate animarum dialogum Cato Uticenſis legiſſet, in maximis anguſtiis conſtitutus; tamen tranquillam mentem inde non hauſit, Luc. Florus lib. 4. cap. 4. hiſt. Rom. Plutarch. in Caton. Uticenſ. Gellius lib. 13. Lactant. lib. 3. cap. 18. inſtit. Plinius lib. 5. Itaque ejuſmodi conſolatores *vitreum vas* lambunt, ſed pultem non attingunt, ut eſt in fabulis: telas arenarum texant, ut loquitur alicubi Chryſoſtomus: aquam paluſtrem afferunt: herbas aridas loco ſolidi pabuli ſuggerunt: ad ciſternas ducunt: cicatrices deliniunt ſolùm; vulnera ipſa non curant: ſunt tibicines pro funere, mortuum non vivificantes, ut Matt. 9.

Fontes conſolationum Ethnicarum ſunt 1. Præmeditatio rerum & calamitatum futurarum. 2. communis neceſſitas vitæ. 3. dignitas virtutis. 4. Inutilitas mœroris. 5. Bona conſcientia. 6. Exemplorum copia. 7. Com-

moda. 8. Collatio eventuum. 9. Spes læti exitus, incerta licèt.

Libra consolationis Rom. 8, 18. in hac duo pondera 1. Miseriæ. 2. Gloriæ: hæc libra in corde tuo appendenda, ad hanc bilancem omnia mala trutinanda. Adde superpondium, i. e. Solicitam creaturarum expectationem, servitutis solutionem, vanitatis abolitionem, piorum expectationem.

(5) Amicorum. Deficiente solatio homo facilè vincitur; sicut civitas facilè expugnatur, obstructis aquarum canalibus, vel si hi obstructi, vel ab hostibus intercepti sint, ut 2. Sam. 12. v. 27. In captivitate Jerem. 29, 1. signa ejus: sic Christus Luc. 21. erunt signa &c. in odio mundi Esa. 59, 15.

Subjectum recipiens consolationem est anima; aliquando verò vix influit in animam Exod. 6, 9. exemplo Jacobi Gen. 45. Ps. 77. renuit anima consolationem.

Objectum contra quod sunt tentationes, quibus quæ opponenda remedia, vid. part. 2. M. Zachar. Fabri in exercitio pag. 640. ad 662. & apud varios librorum consolatorior. autores.

Officia circa consolationem: 1. E scriptura illam haurire; 2. credere illi Job. 15, 3. recordari illius; 4. mutuò nos consolari 2. Corint. 2, 7. 1. Thess. 4, 14.

§. 1.

SOLICITUDO.

Aliàs Latinis cura, quod cor urat, dicta: *Cura cor occultis agitatum motibus urit*: Græci vocant μερίμναν, ἀπὸ τοῦ μερίζειν τὸν νοῦν, quod cor dividat & scindat per diffidentiam & dubitationem. Differt à σπουδῇ, quæ notat curam & licitam & moderatam, Hieronym. super Matth. 6.

DEI solicitudo pro nobis ad providentiam illius spectat, & est 1. paterna; 2. vigilans semper; 3. perpetua; 4. fidelis. 1. Pet. 5, 7. ipse curat, Psal. 40. 18. & 55. 23.

§. 2. *Multiplex* est; (1) *Sui ipsius*, cum quis se intra orbitam pietatis & justitiæ continet: Deut. 4. custodite solicitè animas vestras Mich. 6. solicitè ambulare. Hoc significant multi oculi in animalibus Ezech. 1. fortes illi vigiles, armati Cantic. 3, 7. similitudo Apostoli 2. Corint. *thesaurum in vasis fictilibus*; vide ne vas frangas, prospice ne ambulando cadas. Architectus semper lineam & circinum in manu habet. Solicitudine non pigri Rom. 12. v. 11. (α) Genes. 3. in sudore; (β) in Christianismo & pœnitentia Ps. 95, 8. (γ) in charitate erga proximum Gal. 6, 9. (δ) in oratione, & verbi auditione Psal. 19, 13. Jacob. 1. (ε) in Magistratu: (ζ) Patresfamilias in domo.

(2) *Officii & laborum in eo*: hæc cunctis præcepta est, Gen. 3. in sudore vultus tui &c. Roman. 12, 8. Sir. 38. v. 26. Ut nauta non potest esse sine cura: ita nec ista vita, dummodo vitæ cursus soli Deo committatur. Piscator dormiens nil accipit. Miles segnis victor non evadit. Agricola negligens nihil metit. Pastor dormiens gregem non custodit; melior erat pastor Jacob Genes. 31. 40. *somnus recesserat* ab oculis meis, inquit Labano; simus igitur omnes vigiles in nostris excubiis, cætera Deo committentes. Solicitudo illa officii abigit & excludit suggestiones voluptatum temporalium, Chrysost. Sequitur protinus officium, ceu corpus umbra.

(3) *Pietatis, qua homo* studet exteriori ornatu spreto hominem interiorem exornare, quæ sola est sanctorum cura; Bernhard. super Cantic. Huc refer illa verba D. Pauli 2. Cor. 4, 16. digna quoque nobis, quibus parta est æterna hæreditas & parata, ut & nos paremus ad regnum, 2. Pet. 3, 11.

(4) *Solicitudo pro salute*; Christus Luc. 12. nolebat dividere hæreditatem, sed saltem animas curare Marc. 6. nec spatium manducandi habebat: ita totus intentus erat nostræ saluti, & tu hanc negligis ô homo! fatigatus sedit super fonte & tamen laboravit, ut converteret Samaritanam Johann. 4. tu quoque fatigatus semper tamen tui tuorumque mediteris conversionem: sic pro nostra salute oravit Christus. §. 3.

(5) *Cura proximi, & de proximo*, eoque vel simpliciter considerato, vel lapso & errante, hic enim in viam reducendus est & corrigendus Rom. 14. 1. Chrysostom. tom. 5. fol. 109. d. tom. 1. fol. 3. d.

(6) *Solicitudo mundi, per simulatam paupertatem*, quæ ab immundo spiritu proficiscitur, vid. Gerson. tr. de solicitudine Cleric. part. 2. lit. S. f. 36. applicatque huc illud Matt. 23. circumambulant arida.

(7) πολυπραγμονικὴ de aliorum laboribus & statu; qualis erat Petri Johan. vigesimoprimo. v. 21.

(8) *Peccati cura, ut ab eo abstineamus*, vitamq; emendemus: vid. tit. Pœnitentia: itemque cura de salute nostra (de qua etiam paulò ante) quæ laudabilis est, nobisque præcepta Matt. 7. *Intrate per portam angustam*: bona & agros spinis sepimus, ne pessundentur Sirac. 28. quantò magis cœlestia bona spinis Christianæ solicitudinis munienda sunt: atque hæ spinæ nunquam non pungere nos debent Philipp. 2. vers. 13. Luc. 13. v. 24. Ps. 119. 109. 120. Psal. 86.

§. 4. (9) *Diffidentia de causis* & eventibus rerum, atque hæc ipsa est curiositas; item cura mundi & rerum mundanarum: cujus effecta sunt, omnem mentis tranquillitatem tollere: labores & curas accumulare Ps. 39. & 49. & Ps. 78, 19. 20. 21. Matt. 6. nemo potest &c. Luc. 8. Oculos mentis excœcare: dubios nos reddere; *quem fugiam video, quem sequar non video*, dixit olim Cato de bello Civili Pompeji & Cæsaris. Immoderatis cogitationibus nos adobruere: anxietatem cordi parere: orationem postponere & spei scutum abjicere: suggerere vana & falsa fiduciæ objecta, v. g. robur humanum, consilia humana, sapientiam humanam, fœdera: conficere hominem & ægrum reddere Prover. 12, 25. succum bonum menti subtrahere, quò minus reddatur fœcunda fide & spe, sicut sentes,

zizania bonæ terræ ſuccum perdunt & ſegeti ſubtrahunt.

§. 5. *Cauſæ diſſuadentes ſolicitudinem ventris*: Matt. 6, 25. 26. nemo poteſt duobus Dominis ſervire &c. Itaque hæc ſolicitudo (α) Prohibita à Chriſto d. l. Luc. 12, 21. c. 21, 34. Pſ. 55. 1. Cor. 7, 32. Phil. 4, 6. 1. Pet. 5, 7. ergo in Deum rejicienda Pſ. 37. & 40, 18. *Dominus de me cogitat.* Sic Abraham fecit Gen. 22. Deo confiſus, fore, ut de ſacrificio ipſi proſpiceret. (β) In providentiam Dei injuria: ſolicita fuit pro nobis antequam eſſemus, quantò magis nobis proſpiciet, qui ab ipſo creati ſumus. Deinde, uti ſolius Dei eſt creare, ita quoque ejus eſt curare; ergo Dei officium non affectemus: imus quotidie ad Deum ceu hoſpitem opulenti convivii; ne dubitemus de cibo: ad fontem omnis boni currimus, & dubitabimus de aquis gratiæ? Nec eſt, cur diffidamus, Deum conſiderantes; potens enim eſt, poteſt ergo ſubvenire: pater eſt, vult ergo ſubvenire: omniſcius eſt, ſcit ergo ſubveniendi mille modos & vias. (γ) *Bruta* & cœca: annon enim vides, oves, boves, corvos & omnia animantia Deo curæ eſſe; multò magis de ſalute hominum ſolicitus erit cœleſtis pater 1. Corint. 9. Matt. 6. Pſalm. 146. (δ) *Ignominioſa*: nam terrenis parentibus curam liberorum non detrahis; & Deo fideliſſimo auſis negligentiæ culpam impingere? abſit! confer Luc. 11. verſ. 11. 12. ille dedit animam; ergo multò magis ea dabit, quæ corpori neceſſaria ſunt. Si rex te invitaret ad epulas, nihil dubitares de regis liberalitate: ſic quoque de Deo cogita, occupa locum in vocatione, quem dederit Dominus & enutriet te. (ε) *Supervacanea* Pſalm. 127, 2. Matt. 6, 27. nihil enim hæc proficit vel efficit. Bernhard. in Pſalm. 90. hoc conſiderans, noſtras curas & ſpes vocat abjectas, miſeras & vanas; & idem fert David judicium Pſ. 127. Alphonſus Rex Arragoniæ dicere ſolitus eſt: centenarius curarum noſtrarum non tollit minimam partem unciæ crucis noſtræ. (ζ) *Omni virtuti Chriſtianæ adverſa*: nam diffidentia illa repugnat 1. fidei in Deum, de quo optima ſperare te ſemper, ceu ſervum de Domino, fas eſt. 2. Charitati, quâ Deum diligere jubemur, inque eum ire; at qui cura ventris diſtrahitur, à Deo recedit. 3. Spei, quâ certò Dei auxilium & opem præſtolari debemus; at diffiſus Deo nullâ ſpe erigitur, ſed diffidentiâ cruciatur. 4. Invocationi, quæ planè nulla eſſe poteſt in homine Deo non credente, ſed ſuis ſolùm oculis. Rectiùs fecit Hiskias, qui literas Sennacheribi, plenas contumeliarum & minarum coram facie Domini expoſuit, Deoque rem omnem commiſit 2. Reg. 19, 15. cor tuum ſi eſt epiſtola multis curarum literis ſcripta, age exponas eam coram Domino, ipſique vias tuas revela Pſal. 37, 15. Pſal. 55, 23. & 145, 18. 19. vide Gregor. M. epiſt. 64. 5. Spiritus Sancti operationi, quæ inefficax redditur in homine avaro; ut enim ſpeculum pollutum imaginem non recipit: ſic nec anima polluta vitio diffidentiæ erga Deum, ſpiritum Christi capit. (η) Damnoſa & terrena Prov. 12, 25. Eccl. 3. v. 9. Planè namque hæc cura à cœlo nos abſtrahit, inque terram defodit, ut ſolem juſtitiæ intueri non poſſimus, vid. Greg. Nazienz. orat. 2. de Theolog. Rumpit Dei ſervitium, cui vacare non potes Matth. 6. Gravat te inſtar oneroſi lapidis, Chryſoſtom. tom. 2. fol. 143. (θ) vulnerat te inſtar gladii: inficit te vitiis ceu peſtis: ſenium inducit Sirac. 30. v. 26. corda gravat Lucæ 21. v. 34. ſemen verbi ſuffocat Lucæ 8. v. 14. cogitationes diſtrahit: obvius venti flatus vocem clamantis frangit: ſic interna mentis cogitatio rerum externarum ſolicitudine extenditur & frangitur.

§. 6. *Solatia contrà ſolicitudinem* ventris ergo ſint hæc: 1. Dei omnipotentia, quæ ſuos conſervat: 2. Dei veritas & promiſſio, panem quotidianum pollicentis, Matth. 6. quantò magis &c. 3. exempla piorum; David Pſal. 37. commenda Domino &c. Pſal. 55. jacta curam tuam &c. 4. CHRISTI inſtructio Matth. 6. 5. Mirabilis piorum Iſraëlitarum conſervatio in deſerto, Joſephi, Jacobi in exilio, Eliæ, Eliſæi. 6. Panis verbi Dei ſuffectio. 7. Curarum fruſtratio: quid enim efficis, etſi cures? nihil Pſalm. 39. 8. Conſideratio oculi Dei Pſalm. 34. oculi Domini ſuper juſtos. 9. Corvorum contemplatio & plurimorum aliorum animalium, quibus omnibus de cibo Deus proſpicit. Una noſtra cura eſt, ut curis vacemus, ait D. Lutherus Dom. 4. Adventus in epiſt. vid. Brent. in Domin. Invoc. in Poſtill. p. 114. ad 119. Gilbert. ſerm. 2. in Cant. Canticor. in operibus D. Bernhardo adſcriptis: ubi Chriſtum introducit ut lectulum, cui curæ noſtræ implumes adhuc committendæ, donec ipſe nos enutriat.

Curæ duæ maximè cor pungunt: (α) ſuſtentationis corporis, cui medetur Chriſtus Matt. 6. (β) mortalitatis Sir. 41, 31. mors quàm amara &c. huic occurrit CHRISTUS Luc. 7. de filio Nainiticæ viduæ.

SOLITARIUS. *v. Unicus.*

Solitarium eſſe eſt confidere unicè in Deo & in eo ſecurum eſſe Thren. 3. v. 19. Deut. 33, 18. Exod. 14. v. 24. *vos tacebitis*: Eſa. 30, 15. Jerem. 15. v. 17. *ego ſedebam ſolus.* Pſalm. 102. *ſolitarius in tecto.* Dixit olim Antiſthenes, ſe hoc ex Philoſophia didiciſſe, ut ſecum poſſet loqui & verſari, teſte Laërtio in ejus vita. Tu homo Chriſtiane, id diſce ex divina ſapientia, ut poſſis in corde tuo ex verbo Dei cum Deo loqui, & coram ipſius oculis verſari Pſal. 19, 15. *meditatio cordis mei coram Te Jehova.* Huc ſpectant encomia vitæ ſolitariæ, quietæ, à rebus mundanis avocatæ, Deo vacantis, ſeſe ad tempus à ſocietate hominum & turbis abſtrahentis, Eliæ deſertum 1. Reg. 19. Johannis eremus Matth. 3. CHRISTI ad orandum ſeceſſus: Greg. Nazian. orat. 16. & 28. Tertull. c. 1. libri de Pall. *Vita meliore magis in ſeceſſu fruâre, quam in promptu.*

SOLITUDO.

§. 1. Confer tit. *Eremus*: it. *Monachus.*

Laudata & amata Antonio, qui dixiſſe dicitur:

citur: *Monachus extra solitudinem est instar piscis*, qui est sine aqua vel extra eam: Idem scribitur 20. annis nullum hominem vidisse. Hilarion domum sibi extruxit quatuor pedum latitudine, altitudine verò quinque pedum, ut refert Hieronymus. Commendata Arsenio per vocem de cœlo delatam, hanc: *fuge homines & salvaberis*; si credimus Nicephoro libro 11. c. 23. Plinio libr. 9. epist. 36. Plutarch. de curiositate, Publ. Scipioni apud Ciceron. libro 3. officior.

§. 2. *Fugienda, non amanda*, non sectanda, quia 1. *nuspiam est mandata*, quin potius Deus ipse sententiam ferens dixit; *non est bonum hominem esse solum*. Eliæ dixit in deserto agenti: *Elia quid facis hic* 1. Reg. 19. 2. *à Deo damnata* Genes. 2. *non est bonum* &c. dicit sapientia divina; est bonum, dicit stultitia humana. 3. *Periculosa*: solitarii namque homines variis modis à Diabolo tentantur, Cornelius à Lapid. plurima recenset exempla in 2. Cor. 11. *Monachus solus est dæmon solitarius*, dixit Thomas de Aquino, teste Cornel. à Lapid. in Gen. fol. 369. col. b. confer Ecclesiast. 4,10. Genes. 3,1. c. 19, 32. 2. Sam. 12,2. solus David flammas impuri amoris concipit. 4. *Damnosa* (α) auget enim melancholiam, dolor namque & mœror sequuntur solitudinem, Plutarch. de tranquillitate: Tacit. lib. 3. hist. cap. 85. de Vitellio; (β) subtrahit operam suam proximo, dum sibi vivit, non proximo; (γ) charitatem subvertit, cum civile non sit hoc vitæ genus, Plutarch. de tuenda sanitate §. Neq; tutum, neq; facile, neq; civile, neque homini, sed conchylio. (δ) Vocationem negligit, eique se subducit & societati humani generis, Senec. libro de tranquillitate animi cap. 3. §. *Si omnem conversationem tollere* &c. Sueton. lib. 8. in Domitian. 5. *Misera*, cum enim solitarius cadit, non est qui sublevet eum Eccles. 4.10. 6. *Arrogans*: Plato epist. 4. extrem. ad Dionem Syracusanum; Seneca epist. 56. recrudescit ambitio in illa latebra.

§. 3. *Utilem* tamen solitudinem aliquando dicimus esse ad serviendum Deo: idque ita, atque hac lege verò consonum esse dicimus 1. si mens ad attentionem excitanda est; 2. ut exoneremus animam variis, quibus distrahimur, occupationibus Matth. 6. *intra in cubiculum tuum*. Sic olim Tiberius Cæsar à curis Reipubl. se subtraxit, Tacit. 4. annal. Scipio Africanus apud Ciceron. lib. 3. officior. Non tamen locus semper eximit curas, Seneca epist. 55. Vidi ego in villa hilari & amœna mœstos, vidi in media solitudine occupatis similes. Sic (α) solitudo licita & exilii est, de qua Cyprianus in epist. *Solus non est* (dicit) *cui Christus in fuga comes est*: solus non est, *qui templum Dei servans ubicunq; fuerit, sine Deo non est*. (β) Mentis, quâ Deo vacamus, atq; cogitationes à rebus humanis abstinemus. (γ) Solitudo culpæ & peccati, per quam homo solus est & à Deo separatur & à sanctis; vid. D. Bernhard. in epist. ad Carthus. ubi ait: *Verè solus est, cum quo Deus non est*: conf. Thomam Aquin. in Apocal. c. 12. p. 373. 374. cum grano salis legendum.

SOLVO. *Confer supra CAPTIVITAS, REDIMO.*

Christus I. *Solvit pro nobis* debitoribus. Facti verò sumus Dei debitores

1. *Accipiendo* Domini bona, eaque dissipando. Luc. 16. dissipasset bona.

2. *Promittendo*. Promisimus Domino obsequia in baptismo: Renuncias Satanæ &c.

3. *Juramento* quoque nos Deo adstrinximus. 1. Pet. 3. baptismus fœdus conscientiæ.

4. *Remisit* quoque debita Deus, ut & nos proximo remittamus Matt. 6.

5. *Præcipiendo* Deus nos debitores constituit. Debitum igitur solvere debemus.

II. *Captivos solvit è lacu*. Zach. 9,11. Esa. 49. v. 25. Ps. 68, 16.

E carcere Psal. 107, 14. ut Josephum, Danielem, Petrum Act. 12.

Per mortem. Psal. 142, 8. Luc. 2, 29. Philip. 1. vers. 23.

E tentationibus: Ps. 18. & 116.

Huc spectat pretium solutionis. Matt. 20, 28, 1. Cor. 6, 20. c. 7, 23. Act. 20, 28. 1. Petr. 1. v. 18, 19. 1. Tim. 2. v. 6. Gal. 1, 4. Tit. 2, 14. Heb. 9. v. 15. Marc. 10. v. 45. Heb. 9. v. 15. Apoc. 5, 9. λύτρον, ἀντίλυτρον.

SOLOICISMUS

Evangelistæ Lucæ impactus videtur, cum quis soloicophanes tribuit Evangelistæ, Beza in Luc. 23. vers. 20. & ibidem: *Potest excusari Soloicismus*. Tatianus Paulo Apostolo idem vitii tribuit.

SOMNIA. *confer VISIO.*

§. 1. *Somnia neglecta* ab Epicuro, quem sequitur Cicero libro 1. de divinatione: *attenta* à Pythagoræis & Platonicis; & hodiè à quibusdam Christianis certo tamen gradu & respectu.

Triplicia sunt. 1. *Naturalia*, quæ ex causis naturalibus existunt, & temperamentum quoque hominis arguunt; de quibus Poëta Claudianus: *Omnia quæ sensu volvuntur vota diurno, Tempore sopito reddit amica quies*. De his quoque Eccles. 5. vers. 6. *ubi multa sunt somnia, ibi plurimæ sunt vanitates & sermones innumeri; tu verò Deum time*: Sirac. 34. v. 1. *somnia extollunt imprudentes* &c. confer. August. lib. de spiritu & anima cap. 25.

2. *Diabolica* somnia, quæ Diabolum habent autorem, & ab eo immittuntur; prohibita Levit. 19, 20. 26. 27. Jerem. 27, 9. ut homines superstitionibus implicet Greg. M. lib. 4. c. 48. Dialog. (si modò sint Gregorii) à verbo Dei abducat Deuteron. 13. v. 1. libidines in iis accendat, aut ad rerum occultarum notitiam eos perducat. Refert Augustinus libr. 12. capite tertio de Genesi ad liter. Dæmoniacum per visa indicasse horam, quâ presbyter ad eum venturus esset.

§. 2. 3. *Divina* à Deo immissa Joel. 2, 8. Exempla præsto sunt: Josephi Gen. 37. Abimelechi c. 20, 3. Jacobi c. 28, 12. c. 31, 11. Labani c. 31. v. 24. Pharaonis, de futura annonę caritate c. 40, 1. 2.

Mar-

Mardochai futura dignitas Esther.11,2. Nebucadnesaris Dan.4. conf. 1. Reg.3. Matth.1. c.2. c.27. 1.Sam.26. Act.16. Cypriano in somno ostensum est, fore, ut pateretur, & eventus postea vertente die respondit: *Pontius in vita Cypriani.* Sic scribit, Cyprianus, multa suo tempore in somno patefacta esse Ecclesiæ Christi proficua: quibus ille multum tribuit. Polycarpus paulò ante martyrium in somno sibi videre visus est, cervical suum flamma absumi: Baron. tom. 2. annal. fol. 172. n. 35. & 40. Augustin. libr. 3. c.11. confess. narrat de matre sua, quam angelus in somno mœstam consolatus sit, & bene de filio (hærente adhuc in Manichæismo) sperare jusserit. Vid. quoque Richter. p. 400. Axiom. Oeconomic. de Monica. Mater Greg. Nazianzeni in somno videt sibi promitti à Deo filium, quem à Deo sub voti religione, illum nuncupandi Deo, petiverat & exoraverat. Frater Nicolaus, eremita Helvetius vidit Papale caput coronatum cum tribus gladiis ex facie ejus exeuntibus, & tribus in eam tendentibus, Flac. in catal. testium veritat. Lutherus probat somnium cuidam Medico objectum, qui animæ immortalitatem & resurrectionem corporum in dubium vocabat; huic medico dormienti apparuit pulcherrimus juvenis, qui familiariter eum allocutus est, & interrogavit, num noverit eum? id cum dormiens negaret, & tamen fateretur, quod videret & audiret eum, inquit medico juvenis: Quomodo me vides, ô adolescens, cum oculi tui somno clausi sint? quomodo audis me, cum aures tuæ non sint apertæ, sed dormias? disce igitur & crede alios esse oculos spirituales, quibus credentes in Christum videant, cum per mortem corporis istius oculi clausi & perpetuò extincti sunt: in cap. 15. Genes. Somno comperit Julianus, Constantium vita excessurum esse, Zwinger. theatr. 145. a. §. Julian. Imperat. Reno, se Martyrem futurum, apud Baron. tom. 2. fol. 618. num. 35. annal. Negat tamen Aristoteles, somnia à Deo immiti, cui subscribit Epicurus; Plato non item. Vid. Tertull. lib. de anima. Philo Judæus quinque libros de somniis divinitus immissis scripsit, teste Hieron. lib. de illustr. viris.

Calphurnia videt Julium Cæsarem maritum ferro confossum in somno. Valer. Max. lib. 1. Conf. Promtuar. exemplor. part. 2. fol. 199. a. b. Johann. Bapt. Fulgos. libro primo capite quinto.

§. 3. *Difficulter agnoscuntur ejusmodi visa;* quod agnoscit August. epist. 100. ad Evodium: V. tit. *Visio.* Immittuntur quoque *malis hominibus;* sicut Deus solem suum oriri sinit super bonos & malos Matth. 5. Hoc placet Tertullian. lib. de anima; suntq; hæc dona quidem *à Spiritu S.* sed non *cum Spiritu S.* Sic uxorem reddere jubetur in somno ipsi Abrahamo Abimelechus Rex Gerar Gen. 20. Pharao Gen. 12. Utq; immittantur nobis, fas esse à Deo rogare, statuit Petrus Martyr in c. 7. Jud. v. 15. sub finem Comm. Tutius verò est abstinere à petitione talium revelationum, quippe periculosarum; judice quoque ac adstipulatore Dn. D. Balduino libro tertio cap. 6. de Casibus Conscientiæ pag. 807.

Divinare licet ex somniis 1. si sint divina: 2. si de temperamento hominis ferendum sit judicium, Conimbric. in lib. Aristot. de divination. ex somniis: 3. si adsit donum interpretationis, quale in Josepho fuit.

§. 4. Aliàs non observanda somnia Levit. 19. ordinariè illis non est credendum Sir. 34, 5. 6. 7. *Nec in iis fidei dogmata fundanda:* Carpocrates per somniorum visiones & per assessores Dæmones gloriam aucupabatur Niceph. lib. 3. c. 14. Tartari objecta sibi in somno adorant. M. Olear. in Itiner. Pers. fol. 212. Enthusiastæ temporibus Cypriani Ecclesiam lancinabant, somno se tradentes & objectas in eo phantasias prophetias esse jactitabant, teste Prateolo lib. 5. hæres. 12. Messalian. Niceph. lib. 11. c. 14. Anabaptistæ Sleidan. lib. 10. comment. H. Bullinger. de error. Anabapt. Mahomet sua quoque somnia jactitavit, quibus homines miserè decepit. Nec minus olim Pseudo prophetæ somnia sua ostentarunt Jerem. 23. v. 17. 26. 27. seq.

§. 5. *Somniis territi:* Job. 7, 14. *terres me in somniis* Dan. 2, 1. Nebucadnezar cap. 4, 2. Sap. 18, 19. Eruditi Jud. 7, 13. Nero somniis turbulentis à Deo flagellatus est, Zwing. fol. 21. in theatr. §. *Turbata:* Etenim matris, præceptoris, honestissimorum civium, Christianorum plurimorum sanguine manus suas conspurcaverat; ergo non miremur, Neronem ad propriæ conscientiæ tribunal vocatum, atque ejusmodi terriculamentis meritò exagitatum fuisse.

De Zwinglii somnio (vid. tom. 2. oper. in subsid. Eucharistiæ fol. 249. Zwinglii) eruditè Dn. D. Wellerus part. 1. contra Masson. p. 301. ad 328. quod mollire satagit Crocius p. 117. 118. 119. contra descriptionem hominis Calviniani, sed frustrà; cum illa expositio verborum Mosis nec in Mose extet, nec è contextu solidè probari, imò ne INVENIRI quidem possit; ut aliàs à nostris est ostensum. Affinis huic est revelatio Johanni Foxo Anglo facta circa menses 42. Apoc. 11, 2. probante Roberto Aborto c. 8. demonstr. Antichristi.

§. 6. *Tria genera visionum* tradit Augustinus lib. 12. de Gen. ad lit. c. 3. 1. Genus *visionum corporalium*, quæ oculis subjiciuntur verè; 2. *Spritualium*, quòd phantasiæ subjiciantur, & circa imaginationem occupentur, quæ etiam offeruntur nonnunquam hominibus simplicioribus. 3. *Intellectualium*, quod solum judicio & mente comprehendantur.

De variis *Ethnicorum somniis* agit Valerius Maximus libro primo capite septimo factor. memorabil.

De somniis confer J. B. Fulgos. libro primo cap. 5.

Eventus somniorum & consequentia Didac. Apolepht. 3. part. historic. p. 928. & Ben. Perer. in Daniel. fol. duodec. seq. operum.

SOMNUS.

§. 1. De ſomno vide D. Theodoric. in c. 5. v. 11. Eccleſiaſtæ Salomonis. Et Perer. in Prophetiam Danielis de Somniis.

Multiplex eſt; 1. *ſomnus devotionis*, quo pii indormiſcunt, Deum tamen in corde habent Eſa. 26. Jacobi ſomnus Gen. 28. 2. *Securæ impœnitentiæ*, ut Jonæ 1. & animæ ſomnus in malo Auguſtino eſt oblivíſci Deum: in Pſal. 63. Deus meus de luce ad te vigilo. Vita (ſubdit) & mores veſtri vigilare debent in Chriſto, ut ſentiant alii pagani dormientes, & ad ſomnum vigiliarum veſtrarum excitentur & ipſi, ſomnum excutiant & incipiant in Chriſto vobiſcum dicere: Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. 3. *Mundanæ proſperitatis*, quà delectantur impii, ut ſomno.

4. *Damnationis*, Jerem. 51, 39. dormient ſomnum ſempiternum; confer Berchor. V. Somnio. V. Dormire.

5. *Negligentiæ*: ſi miniſtri non faciant officium Eſa. 58. v. 22. magiſtratus delicta non puniat Rom. 13. auditores epicureiſmo litent: ſi à falſis doctrinis ſibi non caveant; nam multiplicantur zizania dormientibus hominibus Matt. 13. nempe (α) cum ſe ſecuritati dedunt: (β) verbum Dei negligunt; (γ) ſceleribus connivent: (δ) luxuriæ vacant.

§. 2. 6. Mortis ſomnus, qui ſubitò irruit, ſenſus ligat, finit miſerias, ſpem reſurgendi includit, laborum oblivia inducit; anima non dormit; excitamur tandem. Ethnici quoque *ſomnum & mortem fratres eſſe dixerunt*; Gorgias Leontinus jam morti vicinus cum interrogaretur, ut valeret? dixit: bene quidem, ſomnus enim jam me incipit tradere fratri ſuo. Idem de Diogene Cynico refert Laërtius lib. 6. de vitis Philoſoph. 7. Naturæ ſomnus, phyſicus & propriè dictus, eſt quies & ceſſatio motus in ſenſibus, de cujus cauſis tractant philoſophorum ſcholæ. Nimius eſt in vitio, Clemens Alexand. lib. 2. c. 9. Pædagogi.

Septem dormientes huc referendi ſunt, qui tempore Decii in ſpelunca ſe occultaſſe, ibidemque usque ad tempora ultima Theodoſii Junioris per 200. annos dormiiſſe dicuntur, de his die 27. Julii, Baron. in Martyrol. Rom. Surius tom. 4. hoc die: Niceph. lib. 14. c. 45. Sigebert. in Chron. ad ann. 447. Greg. Turonenſ. de gloria confeſſorum, recitant hanc hiſtoriam, de qua dubitat Baronius d. l. nec eam definire audet, Sigebert. Albert. Crantzius de 7. pueris Lubeccenſib.

SOPHISTÆ.

Confer titul. *Philoſophia*: item. *Teſtis falſus*.

Dicuntur ii 1. qui fallaciis in argumentando utuntur, vid. Ariſt. de Elench. Sophiſt. & de variis Sophiſtis Textor. columnn. 780. officin. Plato etiam χρηματιστὰς eſſe dixit, id eſt, ſuum quæſtum aucupantes; alibi Sophiſticam vocat artem Φανταστικὴν, quod imitatoria ſit, attamen in opere erret, nec verè concludat. 2. Doloſi & falſi teſtes, v. g. filii Jacob Geneſ. 37, 32. duo illi ſenes Dan. 13, 36. 3. Apud Iſocratem illi, qui plus promittunt, quam poſſunt, Sophiſtæ audiunt. Olim quidem in bonam partem accipiebant, eum, qui ſapientiæ peritus eſſet, Sophiſtam nuncupantes.

Sophiſtiæ Logicæ ſunt rejiciendæ, Origen. in c. 8. Exod. Auguſtin. ſerm. 87. de tempore. Ariſton dicere ſolebat, ſophiſtarum argutias ſimiles eſſe aranearum telis, in quibus multum eſſet artis, nihil utilitatis; rectè judicatum: garriunt ſuas nugas, Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. *canes indoctæ & laſcivæ.*

SORDITIES. *v. Adulatio.*

Eorum eſt, qui alienas menſas captant Sir. 41. v. 30. 31. Sordes aurium, vid. tit. Auditor. Mentis, vid. Peccatum: malorum, vid. tit. Societas. Sir. 14. hominem ſordidum divitiæ non decent.

SORS.

§. 1. Sortiarii, venefici: de his L. Danæus tractat. peculiar.

Vox ſors variè accipitur: 1. pro ſtatu & conditione vitæ Pſal. 31, 16. in manibus Domini ſortes meæ: Sap. 9, 2. *hæc eſt ſors noſtra.* 2. Auguſtinus tamen per ſortes Pſalmo dicto *gratiam*, quâ ſumus ſalvati, intelligit, quia in ſorte non eſt electio (noſtra ſcil.) ſed voluntas Dei. 3. *Pro hæreditate*, ſicut olim Iſraëlitis hæreditas terræ per ſortes dividebatur Pſal. 77, 5. & etiamnum fieri aſſolet. 4. *Pro eo, quod ſequitur peccatum*, ſupplicium nempe Pſ. 10. *impiorum ſors.* 5. *Pro ipſa terra Canaan*, v. g. ſors Juda, ſors Benjamin, Pſal. 124. ſuper ſortem juſtorum. 6. *Sors* κλῆρος eſt univerſa Chriſti Eccleſia 1. Petr. 5. 7. *Pars ſortis ſanctorum* Col. 1, 12. ad quam Coloſſenſes idonei facti ſunt, eſt, quod Coloſſenſes vocati ſint ad participationem Eccleſiæ ſanctæ, omniumque Chriſti (1. Cor. 1, 9. 1. Joh. 1, 6. 7.) bonorum, ad quam nullis meritis ſed ſola Chriſti gratia acceſſerunt Eph. 1, 11. Auguſtinus in Pſalm. 30. *Non video ullum meritum, quo de univerſa impietate generis humani me potiſſimum ad ſalutem elegiſti, ad tunicam Domini perveni*; hæc ille. 8. Pſal. 16. v. 6. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara eſt mihi: gaudet Chriſtus de ſua Eccleſia, ſibi à patre donata Pſal. 2. & 68. vid. tit. Hæreditas.

§. 2. *In V. T. uſus ſortis* Joſ. 18, 8. (α) *in terræ diſtributione* Num. 26, 55. c. 33, 55. c. 36, 2. Deut. 1, 38. Joſ. 15, 1. c. 16, 1. c. 17, 1. c. 18, 8. 10. c. 19, 1. c. 21, 4. etiam Græci in deductione coloniarum. (β) *Sacrificii electione* Levit. 16, 8. (γ) *Delicti exploratione* Joſ. 7, 14. Jonæ 1, 7. 1. Sam. 14, 41. (δ) *Regis electione* 1. Sam. 10, 20. 21. & Levitarum 1. Chron. 24, 1. ſeq. cantorum 1. Chron. 25, 8. janitorum Neh. 1. 10. & 11. c. (ε) *Jure verò civili* & Canon. in Eccleſiaſticis beneficiis prohibitus eſt, c. ult. Ext. de ſort. in fine. l. ſacris c. 47. de Epiſc. & Clericis. Veneti ſorte utuntur in reb. militaribus, diſſentiente ſenatu, Hadr. Barland. de Ducib. Venetis. Ezech. 21, 19. Rex Babylonis.

Sorti-

§. 2. *Sortilegi* ſocietatem cum Diabolo habere Auguſtino viſi ſunt tom. 10. col. 696. d. & ex Diabolo futura dicere tom. 9. col. 1149. b. conf. tit. Divinatio: & cum Mathematicis digni eſſe, qui carpantur tom. 9. col. 56. d.

Sortes divinatoriæ Eſth. 3, 7, & c, 6. miſſæ ad explor. tempus oportunum occidendi Judæos Wolfius in Eſth. 3. Sorte quomodo utendum p. 174. tit. 44. Salmuth. in Pancirol. Superſtitioſa fugienda Arcular. in c. 1. Act. Balduin. in caſib. Conſcient.

Vide de Sortibus F. Lambert. tract. de Vocatione Matthiæ per Sortem.

Erant verò ſortes vel 1. chartulæ. 2. vel fabæ, eæque vel albæ vel nigræ. 3. vel calculi. 4. vel laminæ. Subjectum erat urna recipiens, vel hydria. Cicero. Act. 4. in Verrem.

SPARGO : ASPERGO.

(1) Sparſio ſtatuarum, id eſt, demolitio. 2. Chron. 34, 4. (2) Famæ. Matth. 9, 31. (3) Pœnæ Jer. 31, 10. Zach. 1, 19. 21. (4) Liberalitatis. Prov. 5, 16. (5) maledictionis. Job. 18, 15. (6) Sparſio ſanguinis 1. *ſignificat prædicationem de Chriſto.* 2. Chronic. 30. verſ. 16. 2. *Meriti Chriſti applicationem.* Vide Exod. 24. v. 6. cap. 29. verſ. 12. 16. 20. 36. Levit. 1. v. 5. 11. cap. 8, 3. 8. 13. cap. 4. 6. 17.

SPECTRA.

§. 1. Confer tit. Angelus. Sunt verò apparitiones ſive terrentium, ſive blandientium. Bruto vigilanti ſpectrum apparens ab illo interrogatum, quis eſſet, reſpondit: ego ſum tuus Cacodæmon, in Philippis me videbis: nec caruit reſponſum eventu. Refert Alex. ab Alexandro, quosdam diſſolutos juvenes à ſpectro divexatos fuiſſe, quod illos vivos voluit abripere. Nec dubium eſt, Saulum à malo ſpiritu ac Satana ſive ſpectro ita divexatum fuiſſe. 1. Sam. 16. Piſiſtratus tyrannus inter dormiendum conſpicatus eſt virum, tetra ac immani ſpecie ipſi aſſiſtentem, ac auribus ipſius hunc ingerentem verſiculum: *ὀδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων τίσιν ἐκ ἀποτίσει*, nemo hominum injuſtorum pœnam non luit, id eſt, certisſimè luit; Græcis enim duplex negatio fortior eſt.

§. 2. *Cauſa permittens & immittens* eſt Deus, juſtus judex, iram ſuam indicaturus cùm erga homines, tùm ipſa hominum vitia, certis locis ac temporibus perpetrata, quæ etiam eam ob rem infeſta nonnunquam redduntur. Patet id exemplo Athenodori Philoſophi, is ſpectris infeſtam domum vili pretio emens, eam incoluit, ac ad lumina accenſa obſervavit locum, è quo ſpectrum prodierat, catenis vinctum, ſqualidum, lacerum; igitur manè effoſſa terrâ reperit cadaver hominis occiſi ab hoſpite priore domus, ibidemque inhumati. Re ad Senatum delatâ, inquiſitum eſt in autorem ſceleris, & tumultus ſpectri expiravit. Vide Plin. lib. 7. epiſt. p. 241. 242. Conf. Dominic. Viperam de V. R. Chriſtianæ. lit. O. pag. ult. & O. 6. b.

Exempla horrenda ſpectrorum vide in Promtuar. Exempl. ad 2. Præcept. Theatr. Diabolor. Loca ſubjecta ſpectrorum, v. g. Aquæ, flumina. vid. Philip. Camerar. part. 2. cap. 16. horar. ſubciſ. de ſpectro apud Danubium apparente, & part. 2. cap. 74. Cacodæmone Cumantino & Schiltacenſi.

Dicuntur ſpectra ab inuſitato verbo ſpecio: dicuntur quoque *Φαντάσματα*; ſed hæc vox latisſimæ eſt ſignificationis: de quo Lexicographi & B. Aretius probl. 113. Refertur quoq; hæc vox ad apparitiones animarum, quas Papatus confinxit, vid. tit. *Anima.*

Formæ & modi apparitionum varii. Camerar. dict. loc. cap. 15.

Quomodo abigenda? Precibus ardentibus? Contemtu, Luther. in Colloqu. Menſalib. fol. 84. à. Dom. 1. poſt Trinit. fol. 192. a. Non diſputandum cum ſpectris: piè etiam eſt vivendum. Vid. Luther. de Epiſcopo precibus Satanam abigente.

SPECTACULA. *Conf. Ludi.*

§. 1. *Spectacula* meritò referuntur ad *concupiſcentiam oculorum* 1. Joh. 2. v. 15. 16. Olim etiam ludi dicebantur, ſic dicti vel à Lydis, qui ex Aſia migrantes in Hetruria conſediſſe putantur, duce Tyrrheno; ſive à ludendo. Lydos Romani imitati; inde Romulus primus omnium Conſualia, poſt alios quoque ludos Reges, Conſules, Ædiles celebrarunt. Multa quoque à Græcis iidem mutuati eſſe putantur. Lacedæmonii inſuper ac Perſæ hujusmodi ludis indulſerunt, quorum illi hos quoque ad accendendos bellatorum animos atque exercendos eosdem neceſſarios eſſe judicarunt.

Finis; Exhibebantur, *vel ut numen placaretur*, vel cultu afficeretur divino, *vel pro ſalute populi, ſive etiam gratiæ hujus conciliandæ ergo*; conf. Tertull. lib. de ſpectac. c. 5.

Adjunctum ſtudium ſpectaculorum, quod ſummum fuit, Zwinger. fol. 2983. theatr. conf. Chaſſanæum part. 12. conſid. 66. Pancirol. part. 1. tit. 18.

§. 2. *Diſtribut.* Varii ludi fuerunt: Apollinares, Capitolini, Compitalitii, Circenſes. (Circum verò Soli conſecrabant olim Gentiles, Tertullianus cap. 8. de ſpectaculis) Conſuales, CeReales, Florales, Gladiatorii, Martiales, Megalenſes, Seculares, &c. contra quos ſuum ſcripſiſſe librum videtur Tertullian. qui eſt de ſpectaculis anno 12. Severi Imperatoris apud Carthaginem celebratis.

§. 3. *A ſanctis Patribus* gravisſimè olim taxati: 1. Quod illos Ethnica idolomania non leviter commaculatos fuiſſe, credibile ſit. 2. Obſcœna in theatris plurima audirentur, vide Tertull. in Apolog. cap. 38. 2. Animi hominum in varias ſectas ac partes diſtraherentur; quod à Chriſtianis debet eſſe alienisſimum, Tertull. d. l. 4. Vanitatibus oculi paſcerentur, v. gr. cum ſpectarunt quadrigas in circo currentes, fœminas nudas, gladiatores & feras inter ſe committi; hinc Ethnicis & aliis ſpectacula erant oculorum ſolatia, quibus paſti ſunt, Tertull. de ſpectac. c. 1. 5. Sanguis humanus temerè effunderetur, nempe à gladiatoribus in mutuam perniciem commisſis, & à partium ſtudio.

ſtudioſis donis & muneribus ad beluinam rabiem accenſis. 6. Multa bona in corruptelam vererentur; doctè id oſtendit Tertull.lib. de ſpect. c.1. 7. Fœdus baptiſmi, quo Satanæ & pompæ ejus ſit facta renunciatio, violaretur. V. Tertull. lib.de ſpect. c.4. 8. Ac ſimulachra Deaſtrorum ludos Circenſes longo agmine antecederent, thuraque inter eundum Diis adolerentur Tertull.c.7. lib.de ſpect. 9. Ipſa etiam elementa in ludis iſtis colerentur, ut docet Tertull. 10. Ipſique mortui ſanguine hominum effuſo propitiari crederentur. vid. Tert. c.12. lib. de ſpect. 11. Omni Chriſtianæ charitati adverſarentur: etenim furor, ira, bilis accendebantur olim in ſpectaculis; alienisſima illa vitia meritò à Chriſtiano corde. Pluraque alia in hanc rem ſcitu dignisſima ſcribunt Tertull.d.l.Chryſoſt.tom.1.hom.in illud Pſ.119. *In proximo es Domine, & omnes viæ tuæ veritas*: fol.163.167. & tom.2. hom.7. in c. 2. Matth. ubi docet, impudicis aſpectibus nudarum fœminarum oculos ad libidinem induci &c. Idem homil. 40. ad pop. Antioch. Aug. tom.9. col.1130. d.1131.a. lib.ad catechum. c.1. ſpectacula *Diaboli pompam appellat*. 12. Itaque meritò à nobis hodienum rejiciendi ludi omnes ſcenici, in quibus morum caſtimonia periclitatur, & illicitæ concupiſcentiæ actus repræſentantur quocunque modo, ad accendendos quocunque modo concupiſcentiæ depravatæ ignes, V.D. Rivetum in c. 20. Exod. 340. ſeq. Mart. in c.14. Jud.

Sed de variis ſpectaculis lege ſis Textor. col.909. in offic. Zvving.in theat.Chryſ.hom. 8. de Pœnit.& 62.ad pop.Antioch.Iren.l.1.c.1. Tertull. c. 38. Apol. Minut. Felic. in Octavio §.Nos qui morib. Lact. lib 6. c.20. Inſtit. div. Aug.l.1. c.33.de cauſ. Evangeliſt. Ethnicus homo Plutarch. in moralibus; ut ex monito Socratis cavendū eſt ab eduliis & potu, ad edendum & bibendum invitantibus; ſic quoque fugienda ſunt ſpectacula & ſermones, qui ſui deſiderio homines eos afficiunt, ad quos talia non ſpectant.

SPECULUM.

§. 1. 1.Cor.13. *Videmus in ſpeculo*. 1. Quidam ſimpliciter de ſpeculo. 2. Alii de perſpicillo ſenum vel vitro viridi, quæ ſcripturæ ſuperimponitur. 3. Alii de cancellis ligneis vel vimineis per quæ merces confuſo obtutu luſtramus. 4. Alii creaturas exponunt, in quibus Deus videtur Rom. 1. Act.14. & 17. 5. Chriſti humanitatem & Sacramenta V. Theodoret. in h.l. 6. Rectius ac multo ſimplicius ipſum *Dei verbum eſt ſpeculum*. Jac. 1. in quo nævos noſtros contemplari ac emendare jubemur.

Duplex.

§. 2. 1. *Lex divinæ juſtitiæ ſpeculum eſt*: docet 1. quod Deus ſit juſtus, quod nos peccatores, ducit ad medicum, inculcat Dei judicium. 2. *Evangelium* v. divinæ miſericordiæ. Bernh. ſerm. in Evang. de 5. panibus.

Fictum nobis eſt *ſpeculum Trinit.* de quo Greg. in lib.4.c.3.4. dial.& L.2.c.35. Bromiard. in ſumm. V. Aſcend. c.25.n.18. in quo ſancti cognoſcere noſtra perhibentur. Nos ſcripturam deſideramus. De Chriſti cura ac malorum notitia noſtrorum minimè dubitamus: cum Eſaia potius probè intelligentes, Abrahamum nos neſcire c.64. Leo ſerm.11. de quadr. *Artifex miſericordia Dei ſplendidiſſimum in mandatis ſuis condidit ſpeculum, in quo homo mentis ſuæ faciem inſpiceret, & quàm conformis imagini divinæ, & quàm diſſimilis eſſet cognoſceret.*

Speculis necatur Baſiliſc. venatori alligatis, in quibus ſua ipſius imagine reflexa ipſe extinguitur. Vives in lib.18. c.13. Auguſt. de civ. Dei. Teterrimum eſt peccatorum ſpeculum in conſcientia ſine fide in Chriſtum.

Exod. 29. v. 30. ſpecula notant quemlibet Chriſtianum debere ſe explorare, an ſit factor verbi, Jac. 1.

Pelluvium ex ſpeculis Exod. 38, 8. variè exponitur: de ære politisſimo accipit Lutherus in verſ. h. quem ſequimur.

SPECULOR.

I. *Fidei.* Mich.7,7. in Hebr. אצפה ſolicitè & anxiè exſpecto, 2. Cor. 3, 18. ſpeculamur gloriam Domini.

II. *Civilis gubernationis & curæ.* 1. Sam. 14, 16. 2. Sam. 13, 34.

III. *Eccleſiaſticæ*, Eſa. 21, 6. c. 52, 8. c.56, 10. Jerem. 6, 17.

IV. *Corporalis Chriſti viſionis.* 2. Pet. 2, 16. Joh. 1, 14. 1. Joh. 1, 1. ſeq.

SPELUNCA.

Templum fit latronum. 1. cum homines idolis ſerviunt & tamen coram Deo ſeſe ſiſtunt in templo Jer. 7, 9. 10. 2. Cum falſa doctrina & ceremoniæ in templo proponuntur. 3. Adeoque animæ occiduntur. 4. Avaritia, nundinationes exercentur. 5. Cum corda noſtra fiunt ſpeluncæ vitiorum ſuperbiæ, impœnitentiæ, odiorum, ſecuritatis, indevotionis. Hanc ſpeluncam cave inferas templo Dei. Inferebant Phariſæi aliiq; falſi Doctores, quos Chriſtus carpit Luc.19. 6. Eſt & mundus *ſpelunca latronum*, in qua latro Satan Pſal. 17. latrones falſi Dd. Joh.10. avari & prædones uſurarii, qui pauperes occidunt, Tyranni Evangelium perſequentes. 7. deniq; *ſpelunca mortis* omnes manet, è qua nos liberet omnes Jesus! Amen!

SPERMOLOGUS.

Dictus Paulus, q. d. Seminator verborum. Act. 17, 18. Oecumenius putat, σπερμολόγον eſſe aviculam exiguam, vilem, abjectam, neq; eſui, neq; delectationi aptam, quæ ſemina in triviis ſparſa colligat. Meminit etiam harum Baſil. homil. 5. Hexaëm. Ariſtot. in hiſtor. animal. Euſtath. in 5. Odyſſ. Diſce 1. Pauli patientiam. 2. Mundi temerarium Judicium. Ingratitudinem erga Dei verbum.

SPERNO.

Spernere & contemnere I. Deum, fit. 1. Idololatriâ, Ezech. 20, 28. 2. Inobedientiâ, Luc. 7, 30. 3. Cultu hypocritico, Malach. 1. v. 6.7. Eſa. 1, 2. Jer. 33, 8. Ezech. 20, 27. cap. 22, 8. 4. contemptu miniſtrorum Luc. 10. verſ. 10. Johann. 12. verſ. 48. 1. Theſſal. 4. verſ. 8.

II. Proximum. 1. Judicando eum temerè Roman. 4,10. 1. Corint. 16,11. 2. Calumniando magistratum Epist. Jud. v. 8. Confer *Contemtus.*

SPES.

§. 1. I. Dictam volunt à sponte. Isidorus: quasi pes, quo procedimus in optando. Ac veteres etiam numero plurali Speres dixerunt, monente Festo: Sed hæc Philologis linquimus. Dicitur quoque refugium: Psalm. 46. vers. 2. & 90. vers. 1. & 44. vers. 22. & alias sæpe in Psalmis. Jerem. 16. vers. 10. Huc Phrases, sperare, spem ponere in Deo Psalm. 40. vers. 1. gloriari in Deo ut salutari nostro Psalm. 62. vers. 3. Fidere Hebr. 2. vers. 13. Expectare Psal. 27. confidere Psalm. 2. *Beati qui confidunt in eo.* Collocare fiduciam Proverb. 22. dicere: Domine, tu es petra mea Psalm. 18. pars mea Thren. 3. Deus meus Ps. 25. Ps. 71. mea arx Psalm. 18.

II. Variè accipitur. 1. Pro fide Heb. 6. v. 11. 1. Pet. 3, 15. 2. Metonymicè, pro re speratâ. Roman. 8. v. 24. Galat. 5, 5. Philipp. 1, 5. Ephes. 1, 18. Col. 1, 5. Tit. 2, 13. 3. Physicè pro affectu τοῦ θυμικοῦ, qui est homini cum brutis communis. 4. Pro aspectu spei καὶ τῇ ἀποκαραδοκίᾳ. Rom. 8, 19. 5. Pro habitu divinitùs dato, qui inflectit voluntatem ad exspectandum bonum à DEO promissum.

Causa Efficiens.

§. 2. Deus est qui dicitur Deus spei. Rom. 15, 13. Rom. 5, 2. cap. 15, 4. & 13. 2. Thess. 2, 16. Tit. 3, 7. 1. Pet. 1, 3. Huc spectat meditatio voluntatis divinæque bonitatis in corde fidelis conversi Ps. 4. v. 5. 6. & exemplorum in Deo sperantium non confusorum. *Oritur ex fide* cumque hac conjuncta est. A simili. Cothurnix traductura mare alteram alarum instar remi in mare deprimit, alteramve elevat instar veli in aëre. Sic fides in mari miseriarum natat; credit tamen Christo dicens: *Domine salva nos; perimus.* Matt. 8. At spes lassam animam sublevat. Esai. 40. Qui confidunt Domino &c.

Materia.

§. 3. Objectum in *quo sperandum, Non in creatura ulla vel auxilium humanum.* Est enim carnale brachium. 2. Chron. 32, 8. Esa. 30, 1. 2. 3. c. 31, 3. Arundo fracta. Es. 36. mons caliginosus. Jer. 13, 16. baculus arundineus Ezech. 29, 6. 7. 16. à quo deserimur Esa. 47, 14. quod vanum est Thren. 4, 17. noctuam, ad quam venatorem fugiens passer se confert, mox ab eadem devoratur. Hedera Jonæ mox evanescens Jon. 4. indigna fideli animâ Cant. 8, 5. itaque spes in homine locata nil prodest Ps. 60. v. 12. Non in *locis munitis.* Obad. v. 3. 4. *montibus* Amos. 6, 1. non *in potentia* Amos. 6, 13. Non in operibus fidendum, ob Dei judicia districta Thom. à Kempis lib. 1. c. 7. de Imitat. Christi.

Sed *in Deo* Os. 12. v. 9. Conf. August. Tom. 8. col. 167. b. ejus misericordia Ps. 13. Domino Ps. 26. & 32. & 115. qui solus potest juvare Sir. 34, 15. & fidelis est Sirac. 2. v. 12. 13. & scutum est Ps. 18. in nomine Domini Ps. 52, 10. Es. 50, 10. in Dei verbum Psal. 119. Ob 1. *Promissiones Dei* in quibus spes fundatur. 2. *Summam auxilii securitatem:* Est enim nomen Domini arx Prov. 18, 13. 3. *Liberatoris majestatem.* Promittitur tibi, qui te liberaret, homo ipse liberandus & tanquam magno aliquo auxilio exultas; promittitur ille liberator, qui liberatore non indiget, & quasi ad fabellam desperas, ait August. tom. 8. col. 1683. d. Cant. 8, 5. è deserto hujus mundi lassa viâ, exhausta siti, nullo nisi sponsi præsidio, nixa. Quo brachio? brachio spei &c. quo humero? humero dilectionis non vacillantis. Rom. 8. *Quis separabit nos.* v. 6. Ibid. *Innixa sponsa super dilectum* præfert nobis exemplum, in solo Christo spem, ceu unicè nobis dilecto. Ps. 18, 2. ac omnis tranquillitatis autore. Johan. 16, 33, & salutis fundamento 1. Cor. 3, 11. omnem nobis figendam esse; quia in eo omnis mali remedium: omnia namque bona fecit: omne in malis solatium, omne in adversis gaudium Ps. 73, 28. Omne præsidium Psal. 145, 5. Non *in mundum:* Hic enim est domus ruitura Chrysost. hom. 32. ad Heb. Non in *opes & thesauros.* Jer. 49, 4. non in munitiones Jer. 48. v. 7. Non in homines: Hæc enim spes 1. noxia est. 2. vana. Hæc spes confundit Jer. 2, 27. sed in vita æterna: 1. Cor. 15. speramus in Christo non solùm in hac, sed & in altera vitâ. 2. Tim. 1, 12. Ps. 60, 5. Job. 19, 21. 2. Tim. 4.

SPEI tria fundamenta sunt.

§. 4. 1. Charitas adoptionis, id est, quod nos Deus in filios adoptaverit, 1. Johan. 1. dedit potestatem.

2. Veritas promissionis, verè enim Deus promisit, se velle nos liberare. Ps. 38, 16.

3. Potestas redditionis (quod verè possit id, quod promisit, præstare) Bernhard. serm. 3. de septem fragment. Eph. 3. potest superabundanter facere.

Defectus SPEI.

Hac enim aliquando excidisse videmur. Thren. 3, 18. Jon. 2. Hiskias Es. 38.

SPES Vocationis nostræ.

Est, quæ nobis vocatis proponitur: Estque expectatio omnium vitæ donorum, quæ nobis in verbo proponuntur, v. g. justitiæ, gratiæ & vitæ æternæ: hæc omnia à Christo, per Christum & in Christo expectamus, qui vocavit nos Romanor. 5, 3. cap. 8. 1. Corint. 15. v. 8. 1. Pet. 1.

Quid sperare debeas?

In genere: *Omnia bona.* Alexander M. in Asiam proficiscens, omnia amicis distribuit, soli Perdiccæ nihil reliquit. Perdiccas igitur rogans, quid sibi Alexander reliqui fecisset? Respondit Rex: *Spes meas.* Cui Perdiccas: Ergo consortes erimus. Idem dicamus de Christo: nihil habuit in terris: nihil pii habeant cum terris, in terris nihil nisi spem cœli & gloriæ cum Christo habeant: Roman. 8. expectamus redemptionem filiorum Dei. Plutarch. in Alexand.

Effecta & consequentia adjuncta eorum, qui sperant in Domino.

§. 5. Servant ejus præcepta. Sir. 32, 28. non deficit illis bonum d. l. solatium illis suppetit Sir. 2, 9. Ps. 39, 9. sentiunt Dei dulcedinem Psal. 36, 8.

 sicut

ſicut liberi certâ ſpe à parentibus ſuis toti pendentes. Omnia bona de Deo concipiunt Sirac. 2. v,9. & ab eodem exſpectant. Pſ. 27,14. & 37. v.34. & 40,1. Lætificantur. Prov. 9,11. cap. 13, 12. proteguntur ſub alis Dei. Pſ. 57,2. E tribulatione liberantur. Pſ. 22. & 40, 2. Exemplo Suſannæ. Corroborantur à Dei bonitate. Pſ. 21,8. confortantur, 2. Macchab. 7. v.4. Exaudiuntur à Deo Pſ. 40, 2. Quà mentem ad Deum elevantur. Ea. 40. qui ſperant in Domino &c. non confunduntur Sir. 2. v.11.12.7. Eſa. 49. Pſ. 25. vid. Joh. Arnd. lib. 2. c.50. de vero Chriſtianiſmo. Exurgam aliquando, & denuò regnabo, dicebat Soldanus captus Capuæ, in vinculis detentus, conſpectâ rotæ circumvolutatione, Cuſpinian. Nos Chriſtiani preſſi cruce in his terris, dicamus ſpe pleni: Captivi ſumus in hoc mundo: ſurgemus aliquando non confuſi, regnabimus cum Chriſto. Roman. 8, 17. Apoc. 3, 21. Conf. ſi vis Belliolan. lib. de fide, ſpe, charitate. Non commoventur. Pſ. 22. nec infirmantur. Pſ. 26. Sed beatificantur. Eſ. 30. Beati omnes, qui exſpectant te. Prov. 16. Qui confidit Domino, beatus eſt. Spes irrequietum animum ſedat & componit. Pſ. 42, 11. 12. Deo modum non præſcribit. Thren. 3, 29. Deo ſe ſubjicit d.l. curas in Deum jactat Pſ. 55,23. ſtant firmiter in Domino. Pſal. 125. Refert Ambroſ. in Hexaëmero, piſcem eſſe maritimum, qui oborta tempeſtate rupi ſeſe proximè adjungit, nullis fluctib. ſeſe divelli patiatur. Sic tu in mari hujus mundi inſtar piſcis natus: Chriſtus tua rupes ſit: huic firma ſpe adhære. Pſ. 73. & 18. & 42. Nunquam te à Chriſto divellant. Rom. 8. Crucem lenit & mollit. Pſ. 71,1. Conf. Drexel. Tract. 2. p.138. in prodr. æternit. omne bonum exſpectant à Deo. Pſal. 52,11. & 69,7. & 119,166. Thren. 3,24. Dan. 12,11. Rom. 8,19. Hebr. 11,10. Tit. 2, 13. Rom. 8, 19, Prov. 22, 22.

Spes beata. Tit. 2,13. (vid. Luth. tom. 2. Isleb. de hoc. 1. Concion.) quæ 1. nos beatos faciet. Rom. 8. ſalvi facti ſumus ſpe. 2. in Chriſto beatos facit. 1. Cor. 15, 3. in mundo piis ſpes non eſt. Pſalm. 39.

Spes humana, vana. Cornel. à Lapid. in c.5. ad Rom. Atqui fiducia in operibus vana ſpes eſt; vera eſt, quæ in ſolis Chriſti meritis locatur.

Sola ſpes & fiducia divinæ miſericordiæ fixa & firma eſt, in omni tentatione in ſolo Chriſto fundata. Pulchrè Bernh. ſerm. 9. in Pſal. qui habitat: *Hæc una mihi omnium promiſſionum cauſa: hæc tota ratio meæ expectationis: Prætendat alter meritum, ſuſtinere ſe jactet pondus diei & æſtus, jejunare bis in ſabbatho dicat; poſtremo non eſſe ſicut cæteros homines glorietur. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt: ponere in Domino meo ſpem meam &c.* & conf. ſerm. 60. in Cant. *Miſeratio Domini meritum meum* L. *non commov.*

§. 6. *Quando & quibus in Caſibus.*

In omni caſu & afflictione V. *terræ motu.* Sic olim Chriſtiani Deo confiſi ſunt, trepidantibus contra gentilibus, deſperantibus, ſuaque ſacra relinquentibus. Euſeb. lib. 4. c. 12. Hiſt. Eccl. & ex eo Baron. ad ann. Chriſti 154. fol. 138. *Rebus triſtibus*, Sirac. 11, 27. Paula Romana matrona canebat in mœrore: quid triſtis es anima mea? Hieron. in Epitaph. Paulæ. *Paupertate.* Sir. 11,23. Soldanus ſub Ludovico Pio vaſtans Italiam Capuæ carceri incluſus nunquam riſit, niſi conſpectis rotis currus dixit: ſic res vertuntur humanæ: Forſan & ego rurſum imperabo. Cuſpin. Nos in mundo humiliati, certò triumphabimus in cœlis. Rom. 8.

Incurſione Satanæ, qui conſcribit adverſum nos infernales copias, mundum, carnem: Hic para animum. Sir. 2,1. *Hoſtium inſultatione.* Pſ. 42. Exod. 14,9. ſuper mare caſtra locare juſſi Iſraëlitæ. Mare ſunt tribulationes: in his caſtra ſpei noſtræ figenda ſunt, non timendi fluctus. *Anxietate.* Philomela inter fulmina & tonitrua gaudet & cantat: ſic quoque credentes in morte etiam ſperant. Si illabatur fractus orbis: licet ſæviat mare Pſ. 46. *In morte:* Job. 13. Occidet me; tamen ſperabo in eum. Actor. 7. Stephanus fide & ſpe plenus animam Chriſto reddit. Thomas Morus jamjam moriturus, filiâ ob propinquam Patris mortem lamentante ſub Henric. IX. Angliæ Rege, ſe erexit hoc ſolatio: quod Chriſtus *Petro jam penè aquis immerſo manum porrexerit* Matth. 14. Hâc ſe ſublevandum eſſe, non dubitare: hanc ipſi Chriſtum porrecturum eſſe. Igitur Spe gaudere debemus:

1. Ob Deum, ſpei noſtræ & gaudii ſolidum fundamentum.
2. Ob Dei in cruce præſentiam.
3. Crucis lætum exitum.
4. Liberationem temporalem. Pſ. 13.
5. Æternam. 2. Tim. 4.
6. Spei certitudinem in cœlo fixæ, non mundi cœno.
7. Negatam confuſionem.
8. Promiſſiones DEI, in quibus ſumma dulcedo.
9. Exempla Sanctorum, Spe gaviſorum. Job. 19, 23. Heb. 11. 2. Tim. 4. repoſita mihi eſt corona Juſtitiæ.

Similia. §. 7.

Ala, cujus beneficio ad DEUM fugimus. Auguſtin. Tom. 8. col. 1593. a.b. Spes comitem habet patientiam: atque his alis velut aquilinis Eccleſia volat. Apoc. 12.

Aloë in aëre ſuſpenſa creſcit: Sic Pii non in terris, ſed aëre ſpei augeſcunt. Rom. 5. *gloriamur ſpe.*

Anchora Hebr. 6, 19. quam in terram cœli benedictam præmittere debemus, ne in mundo naufragium faciamus. V. Aug. tom. 8. col. 658. c. ſumus enim in aquis conſtituti tribulationis Pſal. 18, 7. & 66, 12. & 69, 2. in his abyſſus abyſſum invocat Pſal. 42, 8. Ejicimus ergo ſpei anchoram lætam ἔκβασιν expectando. 1. Cor. 10,13. non enim fallit hæc anchora: nam terra eſt ipſe Deus, in hoc figitur anchora: & funis eſt fides, quo tenetur. Aquilæ novas ſubinde pennas acquirunt. Serpentes novâ induuntur cute. Sic quoque fide & ſpe augeſcamus, ut habentibus addatur Matth. 25.

Baculus

Baculus mentis, cui cor innititur.

Cothurnix alterâ alarum pro remo utitur, alterâ volat, maris aquas traductura: sic fide & spe mare hujus mundi tranandum est Hebr. 6.

Galea est, ictus hostis excipiens, & magnos præ se spiritus ferens.

Gemma animæ. 1. prætiosissima. 2. fulgentissima, 3. Virtuosissima. Lucerna, quæ noctu lucere debet è Prov. 31. Aug. tom. 10. col. 159. d. 1510. a.

Lilium 1. fragrantissimum. 2. candidissimum. 3. Refrigerans æstum crucis. Oculus ad Deum.

Ovum pullus non est: ex eo tamen pullus fit; sic spes nostra non accipit mox, quod sperat August. tom. 10. col. 116. & pulli sub alis Gallinæ, nos sub Dei præsidio speramus Aug. tom. 10. col. 119. Specula est, è qua Deum nostrum exspectamus. Unguentum animæ, quo in cruce delibuti sumus.

OPPOSITA.

§. 8. I. *Spes impiorum.* 1. Impia, quia sine Deo. 2. Vana & inutilis: quia in vanis occupata. 3. Fugax Sap. 5, 15. fixa namque est, si fixa dici debet, in rebus vanis & fugacibus. Est itaque instar pruinæ, citò fugientis.

II. *Absentia omnis spei veræ* 1. Thess. 4. v. 13. quæ fuit in gentilibus omnis spei anchorâ destitutis, Deum ignorantibus, à vera vita abalienatis Ephes. 4, 26.

III. Desperatio, quâ quis desperat, Sir. 2, 14. 15. 16. 17. filia incredulitatis Ps. 78, 24. Nos missâ vocis Homonymia aliquid dicere de vitio hoc annitimur. Est v. totum hoc nihil aliud, quam cum cor hominis fiduciâ suâ à Deo recedit: quod quomodo fiat, ex iis erit conspicuum quæ jam dicentur. Confer *OBDURATIO.*

Causæ

§. 9. Non paucæ sunt, quæ ad hoc vitium concurrunt. I. *Earum princeps Satan est*, homines à Dei verbo abducens, eorumque mentes, ne videant claritatem Evangelii, excœcans 2. Cor. 4. Adminicula sunt: (1) si mens non sit persuasa, bonum salutis expetendum esse, (2) si statuat se illud nullo modo assequi posse. (3) Fiducia in propriis meritis: tantùm verò abest, ut quis in istis cõfidere possit aut debeat, ut magis quis in illa inveniat, ex quo desperationis ansam capere possit, etsi in medium id consulat Joh. Busæus in Panar. V. desperatio. pag. 62. Ad opera autem bene acta respiciendum esse, ceu antidotum desperationi opponendum. Referam verbis P. Bellarm. lib. 2. de arte moriendi cap. X. quod merito opponi possit: *Johannes* (ait Bellarmin.) *Climacus refert*, monachum quendam valde venerabilem, Stephanum nomine, cum annos circiter quadraginta in Eremo vixisset, jejuniis, vigiliis, lachrymis, precibus, aliisq; virtutibus se exercuisset, ad exitum tandem pervenisse. Cum autem in extremo illo agone constitutus à dæmonibus multorum criminum reus fieret, ut ad desperationem impelleretur, repente obstupuisse animo, & apertis oculis clarâ voce respondere cœpisse aliquando quidem: Ita sanè, revera ita est; sed pœnitentiâ & lacrymis crimen dilui. Aliquando verò: non est ita; mentimini. Deinde rursum: Verum loquimini, sed flevi, sed ministravi. In quibusdam tamen: verè me accusatis, & quid respondeam non habeo. Atq; ita obiit, ambiguum relinquens, salvusne an reprobus esset. Hæc igitur & alia ejusdem generis exempla nos monent, ut ante horam illam solicitè conscientiam nostram expurgemus, & *nunquam de misericordia Domini diffidamus.* Hæc Bellarm. Tu verò considera, Lector, Eremitam meritis confidentem, & confidendo fluctuantem & submersum tandem fluctibus dubitationum. Fidat igitur nemo meritis: merita nunquam desperandum erigent, ruere magis facient. Hinc P. Berrhonius V. desperatio, ait: *Boni de meritis præsumentes faciliter corruunt.* (4) Incredulitas. Ut enim fides cor stabile reddit: sic incredulitas vagum & mobile: Tantò pejor incredulitas, quantò pertinacior. (5) Ignorantia Dei, ut veracis, omnipotentis, misericordis. Qui enim credit Deum esse veracem, omnipotentem, misericordem, nunquam ab hoc bono recedet. Conf. Bernhard. serm. 37. 38. in Cant. Cantic. (6) Peccata multa, maxima enormiaque cum inveterata consuetudine peccandi. Vid. August. serm. 88. de tempore. Sicut navis nimio pondere gravata, rimis occipit fathiscere ac tandem mergitur. Cain enormi fratricidio ad desperationem adactus est. (7) Ignavia à pietate & verâ pœnitentia abhorrens, ipsaq; securitas & veræ pœnitentiæ abjectio. (8) Nimia consideratio propriæ indignitatis, Tristitia animi. Sirach. 14. Felix, qui non habuit animi tristitiam & non excidit *à spe sua.* Illam quoque Satan adauget, illum ignem exsufflat, ut gaudium Spir. S. extinguat. (9) Abjuratio & blasphematio agnitæ veritatis Evangelicæ, spontanea liberaque. Ad quam nonnulli referunt Exemplum Francisci de Speira, de quo Sleidanus. Quanquam W. Musculus dubitet quadrare historiam, eò quod pœnitentiæ quasi in Francisco indicia fuerint, nec cuiquam sit datum nosse, quo animo vitam clausisse censendus sit.

§. 10. II. *Fiducia in propria potentia*, quâ corruit Xerxes contra Græcos, Darius contra Alexand. Magn. Antiochus Magnus quintus Rex Syriæ. Apries Rex Ægypti contra Amasim. Crœsus contra Cyrum. Miceslaus Rex Poloniæ. Pompejus contra Cæsarem, &c.

III. *In divitiis locata fiducia.*

IV. Mala conscientia, ut v. gr. Saul, Achitophel.

V. Perseverantia in peccato & consuetudine peccandi.

Materia.

§. 11. Desperationis est *dubitatio de voluntate Dei*, veritate, potentia & bonitate. De potentia V. 2. Reg. 7. de misericordia Gen. 4. minor est iniquitas de veritate Gen. 3. serpens dixit ad mulierem.

Effectus, operationes, Consequentia Desperationis.

Offendit Deum. Inde Hier. in Psal. 108. do-

cet, Judam plus peccasse in desperando, quàm Christum prodendo. Cor ejus *pervertit*, nempe cor Patris in cor severi judicis. Malè: nam sicut pater filiorum miseretur: sic & nostri DEUS Psalm. 103.

Fingit sibi ex Deo idolum terribilissimum & execrandum. Negat in Deo veritatem, charitatem, omnipotentiam &c. V. Aug. cap. 23. Manualis. Generat murmur pervicax in Deum. Facit, ne Deus liberet: sicut spes inducit ad liberandum Ps. 91. novit nomen meum &c. dubitat de potentia Dei, ut 2. Reg. 6. Eques ille. Psal, 78. Israëlitæ. de voluntate Dei, ut an velit me salvum fieri. v. g. Sic desperavit Petrus Ilosfanus in Hungaria, Thomas de Baluere in Scotia, fax & tuba persecutionis Evangelicæ; Franciscus de Speira cujus extat historia; Saul desperans de auxilio Dei, Cain, Judas, Ahitophel. Hercules dixit: Terra me prohibebit, ne illam attingam: Mare non dabit transitum: instar Ixionis movebor, apud Euripidem in Hercule furente. V. Zwing. fol. 78. a. Theatr. Terra (dixit Hercules) prohibebit, ne illam attingam. Mare non dabit transitum. Instar Ixionis movebor.

Auffert fidem. Ut enim aqua flammam: sic desperatio omnem extinguit fiduciam. At væ cordi sine fiducia! Animam jugulat. Mortem enim Spiritualem inducit, quod minus homo ex fide vivat. Ei naufragium parat: sicut amissâ anchorâ navis perit. Gignit impatientiam: corde scilicet non sedato. Pacatur verâ fide, quæ abest à desperatis. *Tollit vires.* Sicut spes auget vires Es. 40. Qui sperant in Domino: Ergo qui desperant, viribus *fraudantur*. *Parit malitiam deploratam.* Jerem. 18. desperavimus &c. & projectam peccandi audaciam. Joh. 8. qui peccat. Mortem ultroneam (est paratus ad inferos descensus. Isiodor. l. 2. c. 12. de summo bono) ita Saul, Judas, Achitophel. Imò mortem sempiternam. Adeoque *exilium inducit*, ne cœlum homo adeat: quid ei enim cœlum, cui sordet cœlorum dominus? Imò infernum, modo ejus tormenta desinerent, ad tempus adire optarint. Memorabile est, quod ex relatu optimi cujusdam senis habeo desperationis exemplum, in quodam divini olim verbi ministro, qui de veniâ Dei desperans, hinc inde vagatus, tandem se eximiæ magnitudinis in saxo stitit, dixitq;: cum gaudio intrarem infernum, etsi scirem, tot in eo annis, quot hic lapis continet arenulas, tot pœnas daturum esse: Finis tamen tandē futurus esset. Jam verò omnis mihi gratia Dei præclusa: Interminabilis ira Dei oculis meis mentique meæ jugiter obversatur. O vocem horrendam! omniq; gemitu ac singultu dignissimam. Serva nos ô Jesu in tua fide: nos serva sanguine, arce à nobis ob vulnera tua, Jesu, tam tetrum desperationis fulmen! in tuis vulneribus nostra erit, Jesu, fiducia!

§. 12. *Adjuncta.*

Desperatio est *peccatum* 1. *Gravissimum:* lædit enim Dei bonitatem, veritatem, justitiam, adeoq; in divinam peccat majestatem. 2. *Diabolo gratissimum:* Gaudet enim animarum nostrarum interitu, quem desperatio secum trahit. 3. *Angelis inimicissimum:* Hi enim gaudent super peccatore pœnitentiam agente Luc. 15. Ergò tristitiâ summâ affici eos, certum est, ubi omnis cessat pœnitentia: quod in desperatis contingit. 4. *Insidiosissimum:* Facile namque subrepit, nec cessat Satanas illud ingerere modis, queis potest omnibus. Circumit enim nos, ut inveniat quem devoret 1. Pet. 5. ipsaque corruptio naturâ nos à Deo abducit, quò longius, eò periculosius. 5. *Difficillimum*, ita, ut ex cassibus peccati hujus non facile possit homo elabi. 6. *Turpissimum:* Beda in c. 24. Prov. Negat enim Deum esse verum, misericordem &c.

Remedia desperationi opponenda.

§. 13. Varia ea sunt: recensebimus quædam. PRIMUM. Misericordiæ Dei profunditas & sinceritas, quam luculentissimè nobis probat Deus miserator unicus. (1) Nullum peccatorem *spernendo* Joh. 6. Qui ad me venit [ait Jesus] eum non ejiciam foras. (2) *Expostulando* de morte peccatorum Ezech. 33. & 18. quare moriemini domus Israël? (3) *Invitando* Matth. 11. Venite ad me omnes. Esa. 45. convertimini ad me. Os. 14. Sanabo vos. (4) *Manus expandendo* quotidiè Esa. 65. (5) *Deplorando* si nolint venire homines. Matth. 23. volui te congregare: & tu noluisti. (6) Misericordiam suam *exaggerando*, cum docet, cunctis eam peccatis antecellere. Psalm. 130. Apud te est miseratio &c. Chrysostom. Homil. 2. in Psalm. 50. Quid (inquit) est peccatum ad Dei misericordiam? Tela araneæ, quam ventus dissipat. Hæc Chrysost. Quid gutta ad mare? Miseratio Domini mare est, in quo extinguuntur peccata & projiciuntur, Mich. 7. Annon scintilla in mari protinus extinguitur? (7) *Filium mittendo* ne judicet, sed salvet mundum Joh. 3. Inde quoque est, quòd nullus peccatorum à Christo rejectus, omnes in sinum veniæ recepti. (8) *Monendo peccatores*, caverent sibi à damno, & iræ divinæ incendio. Jerem. Mane mittebam ad Israël &c. Luc. 14. misit servos. (9) *Omnibus hominibus annuntiando*, ut resipiscant, Actor. 17. Sincerè verò annuntiat is, in quo mille doli, tenebræ Deuteron. 32. (10) *Filium dando.* Johann. 3. v. 16. 1. Johan. 4, 9. ut per eum vivamus, non judicemur. Joh. 3.

§. 14. SECUNDUM. *Memoria passionis Domini nostri Jesu Christi vulnerumque ejus.* 1. Joh. 1. v. 7. Sanguis Jesu Christi Filii Dei emundat nos ab omni peccato. Heb. 6. non conculcandus Christi sanguis. Apoc. 1. lavat nos suo sanguine. Roman. 3. placamentum in sanguine. Ephes. 5. Christus dilexit nos. Johan. 15. à dilectione ejus mors &c. Roman. 5. Deus probat charitatem suam. Egregiè D. Bernhard. serm. 61. in Cantic. *Peccavi peccatum grande, turbatur conscientia, sed non perturbabitur; quia vulnerum Domini recordabor, nempe vulneratus propter iniquitates nostras.* Hæc Bernh. qui ibidem multa alia docet de Christi vulneribus mellitissimis verbis. *Memoria blandissimæ invitationis.* Matth. 9. Venite ad me omnes, qui laboratis. Summæ

Christi

Christi humanitatis erga peccatores: quorum gratia se venisse non obscurè indicat Matth. 9. vers. 13. quos bono esse animo jubet, Matth. 9. vers. 2. Confide fili: ac monet, ne peccent amplius.

§. 15. TERTIUM. *Oratio, qua mentem ad Deum eleves,* eique tuas explices necessitates. Vincula inferni Ps. 18. Casses mortis Ps. 116. Eumque invoces in die angustiæ. Falluntur qui ad Mariæ invocationem confugiunt, cujus nullum extat præceptum, promissio nulla: dolemus, in id erroris præcipitium olim D. Bernhard. actum fuisse serm. 2. super: Missus est: & frustra illum nobis commendat Busæus in Panario. Voc. desperat.

§. 16. QUARTUM. *Pœnitentia seria tantopere* nobis, tamque prolixè nobis commendata. Chrysost. in Ps. 50. Homil. 2. millies pœnitens, millies Ecclesiam ingredere.

QUINTUM. Consideratio eorum, qui maximis, immersi peccatis, tandem tamen DEO propitio emerserunt, nunquam repulsam passi, nec quicquam à Deo deserti, nisi hunc prius illi dereliquerint. Referas huc Protoplastos, Mosen, Aaronem, Davidem, Manassem, Petrum, Paulum, pluresque alios divinæ miserationis obsides 1. Timoth. 1. exemplo nobis præstitutos, quos intuentes de venia Dei nostri non desperemus. Ninivitæ, Latro in cruce, Matthæus Publicanus, Petrus, Johann. 8. mulier in adulterio deprehensa, Maria Magdalena Luc. 7. Vid. Marulum lib. 2. cap. 12.

SEXTUM. *Ponderatio similium dulcissimorum,* quibus paternam nobis suam benevolentiam signat altissimus. Hinc audit Pater. Psal. 103. magis misericors quàm mater. Esa. 49. Magnus Deus remittens peccata Mich. 7. En magnum creditorem & liberalem Dominum. Matth. 18. O stultum debitorem, si desperet de eo, cujus habet nullas larga indulgentia metas.

Distributio.

§. 17. 1. Desperatio alia inchoata, alia consummata. 2. Alia curabilis, alia incurabilis. 3. Alia finalis, alia temporaria. 4. Bona est, si de tuis viribus in te & ex te desperes. Si de hominum auxilio & stabilitate mundi. Omnis hæc in laude est desperatio. Sola spes felix in Deo sita. 5. Mala est de judicio temerario, quo de salute proximi mala ominaris, ac velut desperas. Secus jubet charitas omnia sperans. 1. Cor. 13.

Antidota

§. 18. Desperationis plurima ex præcedentibus sunt repetenda. 1. Dei invitatio seria ad pœnitentiam Ezech. 18. v. 32. cap. 33, 12. Esa. 1, 16. Jer. 3. v. 1. 2. Misericordiæ Dei amplificatio. Sir. 17, 28. 3. Meriti Christi latitudo, 1. Joh. 1. v. 9. 4. Multitudo exemplorum eorum, qui de atrocissimis peccatis agentes pœnitentiam à Deo recepti sunt. Chrysostom. homil. 2. in Psal. 50. §. Nolo dicas, blasphemus sum &c. adducit ibi plurima exempla, Petri, Pauli &c. Hieronymus ad Lætam epist. Nunquam sera est conversio. Latro de cruce transiit ad paradisum. Vid. etiam August. Serm. 11. de verbis Domini. 5. Pœnitentiæ via, per hanc ad gratiam redire possumus. 6. Passionis Christi recordatio & memoria. 7. Angelorum super uno peccatore exultatio. Cur ergo desperes? Ecce tui conversionem non solùm Deus sed & angeli exspectant. 8. Blandissima Christi invitatio. Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis. Conf. Drexel. Tract. 2. p. 138. Oper. Germ.

SPINÆ.

§. 1. 1. *Propriè* sic dictæ, ob peccata inductæ agro Genes. 3, 18. homine in miseriam conjecto (ut rectè dixerit Seneca: Quem miserum videris, hominem scias) suffocant semen Luc. 8.

2. *Culpæ, & sunt peccata, quæ nos pungunt in corde,* Psalm. 38. vel malitiæ, quâ ardent, æstuantque mali. Psal. 118, 12. ferocientes, dolore & irâ ringentes. Pungunt hæ spinæ triticum, impii Ecclesiam. Marc. 4, 7.

3. Pœnæ, & supplicia malorum sunt. 2. Samuel. 23, 6. Tribulationes verò Piorum sunt illis utiles, dum enim pungunt, nos ungunt. Esa. 26, 28. vexatio dat intellectum.

4. Vicini mali. Sicut Lilium inter spinas. Bernhard. serm. 48. in Cant. Cantic. & hostes & Tyranni, qui tamen tandem comburuntur. Et quivis Impii. Psal. 58, 10. Esa. 9, 17. cap. 10, 17. Ezech. 28, 24. 2. Reg. 14, 9.

5. Divitiæ sunt spinæ. Vid. divitiæ.

§. 2. 6. Spinæ conscientiam pungentes sunt 1. Turpitudo peccati. 1. Sam. 15. c. 24. stultè feci. 2. Repræsentationis ratione. Sic Abelis sanguis clamans ac repræsentatus Cainum vulneravit. Sic 1. Maccab. 6, 12. 3. Infamiæ & odii publici. 4. Necessarii timoris circa mortem. 5. Incertitudinis vitæ. 6. Reddendæ rationis metus. 7. Horroris supplicii sempiterni. Hi sunt perpetui sonitus & spinæ malæ conscientiæ. Job. 15, 21. Prov. 28. Fugit impius nemine persequente. Conf. August. l. 2. Confess. Job. 9, 14. Quis restitit Deo & pacem habuit? & Gregor. in h. l. lib. 2. c. 9.

SPHÆRULÆ PRECATORIÆ,

V. *Oratio sub finem tituli.*

SPIRITUALIS. V. supr. CLERICI, LAICI.

Videri voluerunt Anabaptistæ Spirituales, pleni Zelo Reformationis illorum, quæ Zwinglius non reformârat. H. Bullinger. p. 9. de Erroribus Anabaptistarum.

SPIRITUS.

§. 1. 1. Bonus. V. Angeli. 2. Mali, vid. ibid. & tit. Satan. 3. Sanctus Spiritus tertia SS. Trinitatis hypostasis. Ipsa verò vox variè accipitur. Vid. August. Tom. 9. colum. 845. d. 846. a. Nam vox Spiritus notat (1) Deum in essentia. Joh. 4, 24. (2) Deitatem Christi, 1. Pet. 3. v. 18. (3) Motus spirituales. Joh. 3, 6. (4) Doctrinam Evangelii, Rom. 7. v. 12. 2. Corinth. 3. vers.

verſ. 1. ſeq. (5) Prædicationem verbi. 2. Theſſ. 2. v. 8. (6) Varia dona Spiritus S. 1. Cor. 12. v. 4. viſibilia. Joh. 7. v. 39. Actor. 19. verſ. 6. (7) Donum prophetiæ & ſapientiæ. 2. Reg. 2. verſ. 9. (8) Viſiones divinas. Apocal. 1. v. 9. (9) Angelos. Pſal. 104. Hebr. 1. v. 14. 1. Reg. 22. v. 11. (10) Animam. Pſal. 31. v. 6. Vitam. Jac. 2. v. 26. Motum cordis. Pſalm. 51. v. 12. (11) Animam viventis. Geneſ. 6. v. 16. (12) ventum Geneſ. 8. v. 1. (13) Quamlibet vim moventem. Ezech. 1. v. 20. cap. 37. v. 7. Spiritus bonus ſi appareat, ſolet eum, cui apparet, primum percellere, deinde perculſum erigere; notante Caſſiano. Vid. Gen. 32. v. 30. Joh. 5. v. 13. Judic. 6. v. 12. Dan. 10. verſ. 8. Marc. 16. verſ. 5. Confer *VISIO. APPARITIO.*

S. Spiritus.

§. 2. Eſt verus Deus. Negavit hoc Macedonius Vid. Athanaſ. tom. 2. Oper. Dial. 2. Probatur hæc Deitas variis fundamentis deſumptis: 1. ab expreſſo nomine Dei Sp. S. attributo. 2. à cultu divino. 3. Operibus divinis, paſſim in libellis Methodicis. Vid. Epiſt. Athanaſii ad Seraphionem. tom. 2. Oper. fol. 26. 27.

Notis perſonalibus inſignitus. Videl. Voce Act. 13. v. 2. Beneplacito. cap. 15, 18. Voluntate 1. Cor. 12. v. 11.

Perſona ſubſiſtens in ſe, diſtincta à Patre & Filio. (1) Quia Perſonæ definitio ei competit. (2) Vocatur alius. Joh. 14, 16. (3) Miſſus à Patre & Filio. (4) Diſtinctus à donis. 1 Corinth. 12, 8. (5) Creditus in ſymbolo. (6) Diſtinctus à Patre & Filio in Baptiſmo. Matth. 3. v. 16. 17. Contra Negantes, Servetum, qui ſaltem vim eſſe dixit. Photinianos. Catech. Racov. p. 245. Socin. contra Wietz. p. 488. Campan. Anabaptiſtas.

Procedit à Patre & Filio. Quia (1) mittitur ab utroque Joh. 14, 26. c. 15, 26. (2) accipit omnia à Filio. Joh. 16, 14. (3) dicitur Spiritus Filii. Rom. 8, 9. (4) Una eſt Filii & Patris ut eſſentia, ſic ſpiratio.

Occulta ejus notitia Joh. 3. neſcis unde veniat &c. Philoſophi quædam de Patre & Filio Deo tradiderunt, nihil de Spir. S. notante Auguſt. q. 25. ſuper Exod.

Qui eum nobis acquiſiverit?

§. 3. Chriſtus, Dominus & Salvator noſter. Johann. 16. mittam vobis à Patre Paracletum. Act. 2. Chriſtus effudit hoc, quod videtis. Luc. 11. Pater cœleſtis dabit Spirit. S. Joh. 14. Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis Pſal. 68. Dona accepit. Chriſtus quoque mittit Spiritum S. Joh. 15. Moſes aſcendens legem accepit Exod. 24. Chriſtus verò aſcendens Spiritum Sanctum.

Datur per verbum & Sacramenta.

Galat. 3. verbum nempe Evangelii, non legis. Act. 10. Petro concionante Spiritus S. cecidit in omnes attendentes verbo. Quidam huc illud Zach. 6. referunt: Requieſcere fecerunt Spiritum meum in terra aquilonari. Datur juxta ſubſtantiam. Luther. in Pſal. 51. Bellarm. lib. 2. c. 22. de Chriſto.

Quis mittat & donet?

§. 4. Pater & Filius Joh. 15. Cum &c. quem ego mittam. Simile: ut calor eſt à ſplendore & Sole: ſic Pater eſt Sol, Filius ſplendor: ab utroque eſt calor Sp. S. Joh. 16. Paracletus veniet, quem ego mitto vobis. Chriſtus Matth. 3. Joh. 1. Spiritu Sancto & igni baptiſaturus eſſe prædicitur. Exod. 28, 3. Replevi Spiritu prudentiæ. Implevi Spiritu Dei Exod. 31, 3. cap. 35. v. 31. Nehem. 9, 20. Spiritum tuum bonum dediſti Rom. 5, 5. Eſa. 42, 3. dedi Spiritum meum ſuper eum. Num. 11, 29. Eſa. 44, 33. *effundam Spiritum meum* Ezech. 39, 29. Eſa. 63, 11. *poſuit in medio Spiritum Sanctum.* Ezech. 36. v. 26. Spiritum novum ponam v. 27. c. 37. v. 6. dabo vobis & v. 10. Hag. 2. v. 6. jubet Dominus in medio Iſraëlitarum manere. Qui poteſt auferre de Spiritu, is etiam donat Num. 11, 25. Pſal. 51. Spiritum Sanctum tuum non auferas à me. Ergo idem Deus confert.

Ipſe quoque Spiritus Sanctus ſe donat *irruendo.* Num. 24. v. 2. Judic. 14. v. 6. 19. Ezech. 11. v. 5. *induendo* Judic. 6, 34. 1. Chron. 12. v. 18. 2. Chron. 20. v. 24. *inſiliendo.* 1. Sam. 10. v. 6. 10. cap. 11, 6. *ſuper homines veniendo* Jud. 3, 10. cap. 11, 29. cap. 13, 25. 1. Sam. 10, 20. 23. 2. Reg. 2. v. 15. *& requieſcendo*, 2. Chron. 15. verſ. 1. 2. Chron. 20, 14. *ingrediendo.* Ezech. 3. v. 24. *habitando in nobis*, Rom. 8. v. 11. 1. Corinth. 3. v. 16. cap. 6. v. 19.

Dona Spiritus Sancti.

§. 5. *Sunt flumina lætificantia urbem* Pſal. 46. ſic dona Spiritus Sancti Eccleſiam Dei lætam & amœnam reddunt. Vid. Auguſtin. Tom. 10. colum. 1602. a. *Oleum ſunt, quo omnia unguntur in Eccleſia.* Sicut olim in tabernaculo oleo ſacro inungebantur. Inde phraſis ungi. Eſa. 61. Dominus unxit me. Daniel. 9. ungatur Sanctus Sanctorum. Act. 4. quem unxiſti. 2. Cor. 1. unxit nos Deus. 1. Joh. 2. vos habetis unctionem.

Oleo verò dona Sp. S. comparantur.

1. Ob *ſubtilitatem.* Oleum enim liquor ſubtiliſſimus: ſic dona Sp. S. ſubtilia ſunt, interna ſunt, non ſemper oculis obvia. 2. Ob *penetrationem* ſine ſtrepitu: ſic dona Spir. S. mentem penetrant, & ſuaviter Corda trahunt, ducuntque. 3. Ob *vim medicam* olei ſuavem & mollem: ſic dona Spiritus Sancti ſuavia ſunt, & animam ſanant, non mordent, non ſauciant, ſed dolores cordis mitigant, vel unica hujuſce olei gutta omnem morbum pellit. 4. Ob *Uſum Athletarum*, qui olim oleo inungebantur, coronam adepturi: ſic in militia cœleſti pii oleo Spiritus Sancti unguntur & corroborantur. Docent id ſuo Exemplo Apoſtoli, robuſti milites adverſus perſecutores Judæos & Gentiles Rom. 8. non mors &c. divellet me &c. 5. Ob *purgat.* illuſtrationem olei: ſic Spiritus Sancti dona nos purgant, illuſtrant: 1. Joh. 2. Unctio docet vos de omnibus. 1. Corinth. 2. Spiritualis homo omnia dijudicat. 6. Ob *odorem*, qui maximè eſt in balſamo, aliiſque unguentis: ſic quoque dona Sp. S. ſuaviſſimum odorem ſpargunt in mini-

miniſterio. 2. Cor. 2. Chriſti bonus odor ſumus &c. In oratione bonus odor ſumus. Pſ. 141. In vita odor honeſtatis &c. Matth. 5. Luceat lux veſtra. In nominis & Evangelii prædicatione. Cantic. 1. Nomen tuum eſt ſicut oleum effuſum. 7. Ob *lætificationem*. Veteres enim oleo lætitiæ utebantur Pſalm. 104. Oleum exhilarat faciem. Matth. 9. Unge caput tuum. Luc. 7. *Oleo caput meum non unxiſti*. Pſal. 45. Olei lætitiæ fit mentio: ſic Spir. S. dona ſunt oleum *illud lætitiæ*, omni oleo triſtitiæ (quo etiam veteres uſi, teſte Martiali lib. 3, Epigramm. 9.) opponenda. 8. Denique ob *ſupernatationem*. Omnibus liquoribus oleum dominatur, nulli ſubeſt: ſic gratia Spir. S. primas tenet. Omnium gratiarum verus fons eſt.

Aurea ſuppellex. Sicut Rex vel princeps in eo loco, in quo hoſpitium parat, auream ſuppellectilem reponit: ſic Sp. S. occupaturus hoſpitia cordium Apoſtolicorum, varia ibi dona repoſuit, nempe linguarum, miraculorum, aliorumque τῶν χαρισμάτων.

§.6. *Non tamen ſemper conſpicua ſunt* Spiritus Sancti dona. Auguſtin. Tomo 9. columu. 829. c. d.

Fluunt à Deo. Ut pater ſit πηγὴ καὶ αἴτιον. Fons & cauſa. Filius ὁ ἀπόςειλας, mittens Spiritum Sanctum in corda. Spiritus Sanctus ὁ διανέμων, diſtribuens dona. Baſil. cap. 16. de Spiritu Sancto.

Septem recenſentur. 1. Sapientia. 2. Intellectus, 3. Conſilium. 4. Fortitudo. 5. Scientia. 6. Pietas. 7. Timor. De his Gregor. ſuper Ezech. *Sumus* (ait) *per ſapientiam maturi, per intellectum providi, per conſilium cauti, per fortitudinem animoſi, per ſcientiam diſcreti, per pietatem miſericordes, per timorem humiles*. Hæc ille. Sed fuſius de his ſcholaſtici in libr. ſentent. & Sebaſt. Fiſcher. Syſt. Theolog. p. 325. Bernhard. col. 425. Oper. *Significata olim per* ſeptem ſcaphos candelabri aurei Exod. 26. Apoc. 4. & 7. Lampades ardentes ſunt *ſeptem Spiritus Dei*. Apocal. 4. Zach. 7. *ſeptem oculi*.

Apparitio ejus. 1. *In columba* Matth. 3. 2. *Igne*, Act. 2. 3. *Nube*. & 4. in feſto Pentecoſtes ſingularis in *linguis igneis*, (1) opponuntur hæ carnalibus & vafris linguis philoſophorum, quibus ſuperbiebant. At illos & has victuri erant ſuis linguis & verbis Apoſtoli. (2) notatur *neceſſitas linguarum* in Eccleſia cuſtodiendarum. (3) *Ignea Sp. S.* natura: tùm, quoad arguendum malos, tùm, quoad inflammandum bonos. (4) *Ut olim lex data fuit per ignem*. Exod. 19, 16. ſic Evangelii lex promulganda ignem habuit comitem: olim holocauſta conſumpta Levit. 9. ſic Apoſtolorum corda Deo oblata, conſervata, amore Dei toſta, ut olim ſpicæ Levit. 2. toſtæ oblatæ ſunt. (5) Ad *ſignificandam Evangelii naturam*, quæ eſt ignea, & animos penetrat, & peccatorum quiſquilias exurit. Cyrillus Hieroſolymitan. Catecheſ. 17. & corda inflammat auditorum. Gregor. homil. 30. in Evangel. & mundum illuminat. (6) *Autoritatem Apoſtolorum*: olim enim per ignem Prophetæ autorabantur. Eſa. 6, 6. Sir. 48, 1. Ezech. 1, 13. ſic quoque Apoſtoli igne hoc cœlitus demiſſo. (7) Mundi ignem, quo purgandi erant Apoſtoli ac mundandi.

§.7. *Aliæ novæ linguæ notant* 1. Animi fortitudinem. 2. certitudinem. 3. vim & operationem novam linguarum.

Repente ſonitus factus notat id, quod dicit alicubi Ambroſius: neſcit tarda molimina Spir. S. gratia. *Sonus* notat Spirit. S. afflatum internum, quo mentes hominum excitat & trahit. Joh. 6.

Repleri de Sp. S. ejusdem vim & potentiam: non fruſtillatim agentem, ſed donis undiquaque abundantem notat.

Sedere ſupra ſingulos eſt omnes donis Sp. S. frui. Rom. 12. 1. Cor. 12. Unicuiq; datur manifeſtatio. *Ventus*, in quo Sp. S. apparuit. Movet omnia ventus: quidni & Spir. S. Diruit arbores, domos; Spir. S. omnes munitiones adverſus Chriſtum directas. 2. Cor. 10. Occultè operatur. Joh. 4. ſic & Spiritus S. Penetrat omnia: ſic & Spiritus Sanctus. Refrigerat; ſic Spiritus S. in æſtu eſt refrigerium. *Venire* dicitur. 1. non phyſicè: corpus enim non eſt, ſed 2. Hyperphyſicè; venire enim dicitur, cum operatur, vimque oſtendit ſuam, quo ſenſu Deus venire dicitur. Gen. 18. Joh. 14. veniemus ad eum. A ſimili: ut ſol tum demum oculis lucere dicitur, cum cœli oculi aperti ſunt. Sic etiam Spir. S. dicitur venire, cum apparet. Vid. Lombard. 1. ſent. diſt. 7.

Cultus & adoratio & Perſonalitas Sp. S.

§.8. Certè honoratum cultu latrias Sp. Sanctum ex Eſa. 6. probat. Athanaſ. Tom. 1. fol. 109. nec diſcrepat locus Act. 13, 2. in quo Spiritus S. dixiſſe commemoratur. *Quum miniſtrarent Domino, jejunarentque, dixit Spirit. Sanctus: ſeparate mihi Paulum & Barnabam &c. Vid. Caſſand. p. 298. 299. Oper.*

OPERA SP. S.

§.9. *In regno naturæ*. V. creatio Pſ. 33, 6. verbo Domini cœli formati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis exercitus eorum. Gen. 1. *Spiritus Domini incubabat aquis*, ſcil. virtute illas omnipotente fovendo, quod vox Hebræa מרחפת liquido indicat, ab avibus pullos ſuos tegentibus deſumpta. Job. 33, 4. Spiritus Domini formavit me &c. c. 29. Spiritus Domini ornavit cœlos, v. 13. ibid.

§.10. *In regno gratiæ* varia ſunt Sp. S. opera, ſi nempe reſpicias Dei Filium incarnatum. Huc ſpectat: *ſupervenire ſuper Mariam* Luc. 4, 35. *Implere* Chriſtum Luc. 2. Eſa. 11. v. 2. Matth. 3. Actor. 20. v. 38. Joh. 3. Luc. 4. Plenus ſpiritu. Eſa. 42. dedi *ſpiritum meum ſuper eum*. Eſa. 61. Spiritus Domini eſt ſuper me. *Ducere* eum in deſertum Matth. 4. *Facere miracula*. Matth. 11, 18. in Spiritu Dei ejicio dæmonia. *Teſtari de Chriſto*. Joh. 15. eumq; *clarificare publicè*, quod fit (1) *Charitatem Chriſti infundendo*. (2) *Chriſti Deitatem* confirmando. (3) illumq; in toto orbe promulgando. Aug.

Tom. 9. col. 493. c. d. (4) Miracula efficiendo. (5) *Martyres confirmando* in morte & afflictionibus. (6) *Teſtes omnis generis excitando*, ceu Chriſti confeſſores. (7) Tyrannos ac perſecutores damnando, arguendo, puniendo. *Privatim* etiam teſtatur Spiritus Sanctus de Chriſto (1) In noſtri converſione. (2) In noſtra invocatione. Zach. 12. Spiritus precum dicitur, Rom. 4. Abba Pater. (3) In corroboratione teſtium Chriſti in cruce & Martyrio. Vid. de Macedonio, Theodulo, Tatiano, Socratem lib. 3. c. 13. Sozom. lib. 5. c. 30. de Laurentio Ambroſium lib. 1. officior. cap. 41. de Theodoro Ruffinum libro 1. cap. 35, 36. Inſtit. Eccleſ. Socrat. lib. 3. cap. 16. & confer, ſi vis, Baron. ſub finem ferè Tom. 2. Annal.

Spir. Sancti gratia ſummum donum.

§. 11. Stola prima, quâ Acolaſtus eſt indutus, Luc. 15. Participatio ſanctitatis & bonitatis Dei, puritatis & nobilitatis. Hac Jeſum induimus. Galat. 3. Chriſtum induiſtis. Vitiorum amorem exuimus. Illuminamur hac, ceu ferrum igni. Transformamur in DEI imaginem. Vivimus per eam in Chriſto, Galat. 2. Vivit in me Chriſtus, inde *vita gratiæ* dicitur: quæ fluit à gratia, tanquam ſupernaturali. Ornat nos hæc gratia. Eſa. 61, 10. Hæc aurea eſt *veſtis*, qua ornata eſt ſponſa, Pſal. 45. Hæc eſt *ſcutum*, quo defendimur. Deo nos reddit gratos: Sumus enim ejus uncti. *Sponſa*, ob gratiam hanc. Regnum, quod ille regit. Templum, in quo Spiritus Dei habitat 1. Cor. 3. *Domus*, in quam venit, Joh. 14. *veniemus ad eum.* & pulchros. Cantic. 6. v. 9. *Quæ eſt iſta*, quæ &c. & beneplacentes, ut ſit in nobis Domino beneplacitum ceu filiis ſuis. Jugum Domini nobis dulce facit. Animam reformat, intellectum illuminando, voluntatem ad obedientiam flectendo. *Spiritus S. gratia Apoſtolorum pectora implevit ſuâ gratiâ:* ut habet Vetus ille hymnus. Appetitum ſenſitivum per caſtitatem, humilitatem, & temperantiam refrænat.

§. 12. Quod ſi *reſpicias fideles & infideles, in his variæ ſunt operationes & effectus* v. g. *Arguere* mundum. Joh. 16. Judicare in homine Gen. 6. Conteſtari. Nehem. 9, 30. Zach. 7. opera hæc ſunt correctoria & Elenctica. *Ædificare Eccleſiam.* Eſa. 32. v. 15. Zach. 7. v. 12. *Roborare nos.* Ideò dicitur Spiritus roboris: Vid. Eph. 3. Qui confirmat nos contra omnes dubitationes. Arrhabonem eſſe 2. Corinth. 1. id eſt, certos nos reddere, quod à Deo empti ſimus: ſicut in emptione aliquid datur, quod ſit teſtimonium confirmati emptionis contractus. Tertullian. de reſurrectione carnis. Quemadmodum nobis Arrhabonem Spiritus reliquit: ita & à nobis Arrhabonem carnis accepit, & vexit in cœlum, pignus totius ſummæ illuc aliquando redigendæ: ſecurè eſtote caro & ſanguis &c. *Agere* Ezech. 1, 12. *Confirmare* vitã æternam. Hinc pignus dicitur Rom. 8, 15. & obſignari eo dicimur. 2. Cor. 1. *Congerere* Eſa. 34, 16. *Clarificare* Chriſtum. Joh. 16. Hoc eſt prædicare & clarum facere verbo & miraculis per miniſtros, & prædicatum ſermonem in cordibus obſignare. *Confortare.* Spiritus namque Sanctus præcedit nos, cum hoſtibus ſpiritualibus belligeraturos. 2. Sam. 5. cum audieris ſonitum &c. *Conſumere* corda ut ſpiritualia holocauſta v. 2. Chron. 7. allegor. *Conglutinare* animos. Scribit Pindarus, Argonautarum voluntates Adamantino vinculo conglutinatas fuiſſe. Nugæ hæ ſunt: Rectiùs de vinculo charitatis dixerimus, hoc credentium mentes, effectore Spirit. Sancto, conglutinatas eſſe. *Defendere* contra malum ſpiritum Eph. 6. gladium ſpiritus. *Calefacere* nos: ſicut ignis calefacit; ſic Spir. S. *Dijudicare* ſpiritualiter. 1. Cor. 2. docere Joh. 14. docebit vos omnia Luc. 12, 12. *Dei voluntatem* Pſalm. 143. Profunda verò eſt doctrina Spir. S. 1. Cor. 2. ejusque myſteria profunda. 1. Corinth. 2, 14. ut prophetet populus. Num. 11. 1. Sam. 9. docet orare. Joh. 4. Rom. 8. *Orationem.* Hinc Zach. 13. Spiritus precum dicitur. *Ducere* (1) ſine eo enim non poſſumus Jeſum dicere Dominum. 1. Cor. 12. 3. Ergò dux eſt neceſſarius. (2) Ducit à tenebris ad lucem, (3) à morte ad vitam, (4) à terra ad cœlum; Ergò dux eſt utiliſſimus. (5) *Ducit volentes & ſpontaneos:* Pſ. 110. 3. *Populus tuus, populus ſpontaneitatum.* Ergò dux non eſt violentus. Dux bonus à Deo datus Esdr. 9. (6) ducit ex ſeipſo natos: Filii Dei à ſpiritu Dei nati ſunt: hos eosdem ducit Dei ſpiritus. Ergò dux eſt ſui generis, ſuorumq; minimè immemor. (7) ducit modo ſingulari Sp. S. nempe illuminando mentem Eph. 1, 17. voluntatem flectendo. Adjuvando. Phil. 1. velle & perficere.

§. 13. Media ſubminiſtrando v. g. miniſterium verbi, auditum, lectionem, meditationem, excitationem. Sic Domini ſpiritus irruit in Simſonem. (8) In omnem veritatem ducit, non mathematicam, ut voluit olim Felicianus Manichæus, quem refutat Aug. l. 1. c. 10. & 11. contra eundẽ & tract. 97. in Joh. non furtivam illã veritatem, de qua omnes hæretici gloriantur. (9) Ergò duci à ſpiritu eſt α) obtemperare ductui Sp. S. β) actus Sp. S. habere, qui ad Gal. 5. deſcripti. γ) Homines non eſſe ἀγόντας ſed ἀγομένους. ε. quid ſibi volunt, qui liberum arbitrium architectantur? δ) Aliquo motu agi omnes homines, ſive ſit amplexationis Chriſti, vel averſationis alterutrius. ε) Eſſe quoq; geminum motorem; malum alterum, alterum bonum. Bonus nos ducat, deducat, doceat verum & bonum, dedoceat malum & falſum. *Dare* ſcientiam opific. Exod. 31. Implevi eum ſpiritu. *Eloquium* præſtare. Actor. 2, 4. *Illuminare.* Eſt enim ſacer ignis, in Baptiſmo, quem veteres illuminationem vocârunt, validiſſimè operans. Act. 9. 18. ſquamæ de oculis Sauli detractæ notant ignorantiam virtute Sp. S. pulſam è corde Pauli. Ut oculus non niſi aëre lucido illuminatus videt, ſic veritate cœleſti, ceu lumine Spiritus Sanctus mentes noſtras illuminat, ut videant. Auguſtin. Tom. 9. colum. 272. a. b. *Impellere.* Ezech. 1, 12. Apoſtolo Rom. 8. eſt

duce-

ducere, agere. Hi ſunt filii Dei, qui à Spiritu Dei ducuntur. *Implere* Eccleſiam. 2. Chronic. 5. *lætos reddere homines.* Pſalm. 51. Spiritu princip. confirma me. Roman. 14. v. 17. *Loqui* in Prophetis & miniſtris. 2. Samuel. 23. §. 14. Matth. 10. Marc. 13. v. 11. *Miniſterium verbi curare*, miniſtros conſtituendo. Actor. 20. cap. 13, 2. Zachar. 7. verſ. 12. Mich. 3. repletus ſum. Præconium eorum dirigendo. Actorum 16, 6. Excitando. Ezech. 1. Rotæ ibant. Actor. 18. v. 25. *Mundare.* 1. Corint. 6. v. 11. *Magiſtratum excitare* ad Heroicos impetus. 1. Samuel. 11. Saulum. 1. Chronic. 12, 18. Abiſai. Judic. 6. Gedeonem. *Prædicare futura* Sirac 1. Actor. 11. verſ. 28. cap. 20. verſ. 23. cap. 28. verſ. 25. *Prohibere*, ne peccemus. Numer. 14. Alius Spiritus in Caleb. *Purgare* affectus pravos, ne dominentur in nobis. Roman. 6. non regnet peccatum. *Prophetas & extraordinaria Dei organa impellere ac movere.* Matt. 22. David in Spiritu vocat Dominum. 2. Pet. 1, 19. 20. Luc. 1. Johannes in utero impletur Spir. ſancto. 1. Sam. 16. directus eſt Spiritus Domini in David. Ezech. 8. v. 3. cap. 11, 1. Spiritus levavit me. Conf. Ezech. 43, 5. 1. Reg. 18, 12. *Purificare* cor noſtrum à tribulis peccatorum. §. 15. *Regenerare* Joh. 3, 5. *Remittere peccata.* Johan. 20. accipite Spir. S. quorumcunque &c. Allegor. Judic. 13. Spiritus laceravit vincula. *Renovare* Tit. 3. per lavacrum regenerationis. Pſalm. 51. Spiritum rectum innova viſceribus meis. *Reſponſum dare.* Lucæ 2. *Roborare.* 2. Timoth 1. Spiritum roboris dedit nobis. Signare nos Epheſ. 1. à filiis hujus ſeculi nos diſcernere, non carnali circumciſione (ut olim Judæi ſignati Geneſ. 17.) ſed ſpirituali, ut DEI filios, ad DEUM Abba clamantes. Chryſoſt. in Eph. 1. *Solari afflictos:* hinc dicitur paracletus. vid. Actor. 9, 31. Johan. 15. Cum autem venerit paracletus &c. *Sanctificare.* Levit. 10, 8. *Suggerere* omnia. Johan. 14. *Scrutari* profunda. 1. Corinth. 2. *Orare* pro nobis. Romanor. 8. Spiritus interpellat pro nobis. *Perſeverare* in nobis & manere apud nos v. Levit. 6. Ignis ſemper ardebat. Spiritus ſanctus in corde noſtro perſeverabit. // *Teſtari.* Teſtatur. I. Publicè (α) per miracula varia. Marc. 16. (β) Martyria Apoc. 12. (γ) perpetuam ſeriem doctorum in Eccleſia. Epheſ. 4. (δ) τιμωρίας Eccleſiæ hoſtium & Hypocritarum. II. Privatim (α) in converſione ad Deum. (β) In obſignatione ſcripturæ, quod hæc ſit Dei verbum. (γ) Invocatione & precibus. Zach. 12. Rom. 8. Abba. (δ) in cruce, tentatione & concurſu malorum. Huc ſpectat illud Eſa. 51, 12. dicamus & nos ex his Prophetæ verbis: Domine tu conſolator noſter es: quid timeamus homines, qui tamen moriuntur? & filios hominum, qui tamen inſtar fœni conſumuntur. *Vivificare*, vitâ nempe gratiæ & gloriæ: Johann. 6. v. 63. quanquam etiam Auguſtinus hoc ipſum de vivifico Chriſti corpore explicet. Tom. 8. colum. 231. a. *Ungere* nos. 2. Corint. 1. 1. Joh. 2. unctio omnia docet. *Vegetare* nos: quod enim anima eſt corpori, hoc eſt Spiritus S. animæ. V. Auguſtinum lib. de gratia N. Teſtamenti.

Mittitur Spir. Sanctus.

Non ut ſit homo (ſic enim ſolus Filius mittitur) ſed ut ſit *cum homine.* Auguſtinus lib. 4. c. 20. de Trinitate.

Subjecta, quibus detur Spir. Sanctus? vel qui capiant Sp. S.?

§. 16. *Non mundus:* hic enim illum non capit. Johan. 14. *Non vaſa cordis impura:* ſicut apes vas impurum non ingrediuntur. Chryſoſtom. homil. XV. in Epiſt. ad Epheſ. *Non anima prava.* Sap. 1. *Sed credentes.* Joh. 7. Hoc dixit de Sp. ſuo quem accepturi erant credentes. *Mundi corde* Matt. 5. *Petentes.* Luc. 11. Pater dabit Sp. ſanctum petentibus. *In tabernaculo Domini habitantes.* Num. 11. *Gentes.* Act. 10, 45. c. 15, 8. non minus quàm Judæi Spir. ſancti facti ſunt participes. *Verbum audientes.* Actor. 10. Cecidit Spiritus ſanctus &c. 1. Corint. 6. verſ. 19. *Spiritui huic non reſiſtentes.* Actor. 7. vos ſemper reſtitiſtis Spirit. ſancto: qui ſunt Domus David, Zachar. 12, 10. *Semen & liberi Eccleſiæ.* Eſa. 44. effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum &c. cap. 59. Spiritus meus, qui eſt in te, & verba, quæ poſui in ore tuo, non recedent ab ore tuo & de ore ſeminis tui poſt te &c. Omnis caro, Joel. 2. effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Etiam infantes & pueri. Joel. 2. prophetabunt filii & filiæ veſtræ. Judic. 13. Crevit puer & benedixit ei Dominus, cæpitque ſpiritus Dei eſſe cum ipſo in caſtris &c. Luc. 1, 13. Johannes replebatur ab utero Spiritu ſancto. Nullus verò in peccato mortali conſtitutus, accipit Spiritum ſanctum. Quidam Epiſcopus labe ſimoniaca infectus non potuit eloqui partem τῆς δοξολογίας & Spir. S. Vid. Naucler. Gen. 37. fol. 709. 710. Chron.

Habitat igitur Sp. S. in his

§. 17. Quibus eſt affectuum *humanorum evacuatio.* Aſſidua Oratio Luc. 11. Vera humiliatio. Humili Joſepho Pharaonis ſomnia revelata ſunt, non ſapientibus Ægypti. Geneſ. 41. ſic humilibus ſua myſteria Spir. S. revelat. Didymus Alexandrinus Alexandro Macedoni dixiſſe fertur: Deus paratus eſt tibi dare ſapientiam: ſed non habes, in quo eam excipias. Nimium enim ſuperbus es. In civibus V. T. non minus, quàm Novi. Quod contra Weigelianos obſervandum eſt, opinantes, in ſolo N. T. Spiritum adoptionis eſſe: quod falſum: nam & in V. T. fideles habebant ſpiritum adoptionis: Vid. Pſ. 51, 13. & 143, 10. Pſal. 106. v. 33. Eſ. 64. exacerbaverunt &c. Huc illud Eſa. 6. Sanctus, Sanctus &c. non excluſo Spir. ſancto: qui & ipſe invocatus eſt. Adde fidem non defeciſſe Patribus. At illa eſt donum Spiritus ſancti principale. *A ſimili:* Pater quidam habet duos filios; Senior moritur patre adhuc ſuperſtite, junior deinde hæreditatem capeſſit mortuo patre. Et tamen filius ille major natu æquè hæres fuit, ac minor, etſi mortem non viderit patris ſui: Sic Vet. Teſtam. Cives filii Dei fuerunt & hæredes & capaces

Spir.

Spir. sancti. Esa. 64. Ubi est is, qui Spir. sanctum posuit in medio illorum. N. T. Cives filii Dei minores natu à morte Christi ejusdem Spir. S. capaces, hæreditatis ejusdem.

Extinctio Spir. S. Fit,

§. 18. Cum ejus gratia supprimitur. Simile: si lucernæ aquam vel lutum injeceris, protinus extinguitur. Si auri lutum intuleris, impeditur auditus. Si lucernæ desit oleum. Sic Spir. S. expellitur aqua voluptatum humanarum, luto cupiditatum terrenarum, si oleum fidei non servetur in conscientia pura.

Excutitur Spir. S.

1. Errore in fidei fundamento. 2. Peccatis contra conscientiam regnantibus, ut Saul 1. Samuel. 15, 16. Ephes. 4. nolite contristare Spir. sanctum.

Adjunctus honor & Pietas debita eorum, in quibus Spir. S. habitat.

Lev. 21, 12. Non egrediatur sanctuario, quia sancta corona, sanctum oleum super caput ipsius: uncti à Spir. sancto non egrediantur Ecclesia, sive per falsam fidem, sive per impiam vitam, sed cogitent, se spiritu sancto unctos esse, coronâ cœlesti, oleo non terrestri. Summa igitur ope niti debemus, ut Spir. sanctum retineamus V. Psal. 132, 3. 4. 5. 6. Applica!

Varia nomina & similia Spir. S. naturam, & operationes quadantenus illustrantia.

§. 19. *Anima*: Ut enim corpus sine anima mortuum est: sic anima hominis sine Sp. S. ejusque gratia mortua est, nec vivit vitam Deo placentem. *Architectus Spiritualis*. Exod. 31. Cor Ahaliabi impletum Spiritu fuit ad Architecturam. Sic Spir. S. est summus Ecclesiæ suæ ædificator & architectus. Cui Apostoli, aliique subordinantur 1. Cor. 3. *Arrha*. Pulchrè Augustinus: Qui nos dignatus est oppignorare, multum paratus est dare. tom. 9. col. 258. c. Olim sponsæ *ferreus annulus* mittebatur. Plin. lib. 33. c. 1. ad notandam fidei constantiam. At filius Dei sponsus Ecclesiæ, ipsum Sp. S. nobis Arrhæ loco dedit, perpetui amoris obsidem.

Aqua viva. Nam quod aqua viva præstat *sitienti*: id Spir. S. aqua viva & cœlestis animæ siti oppressæ. Sitis hæc est 1. gratiæ divinæ desiderium: Hoc Spir. S. suo supplet solatio. 2. Iræ Dei sensus, quem lenit Spirit. S. solatio Evangelii & pacem instillat. Roman. 5. v. 1. exit illa aqua de Petra Christo Exod. 17. Præbetur *ambulanti ac peregrinanti*: à quo? Resp. à Christo duce & pastore nostro. Psal. 23. Joh. 4. vers. 14. cap. 7. v. 37. apud hunc enim est fons vitæ. Ac *sitienti* Esa. 55. vers. 1. adeoque *ad Christum venienti*. Johann. 7. vers. 37. Operatur hæc aqua quatuor. 1. Sitim auffert. Joh. 4. v. 14. non sitiet. Matth. 5. Saturos reddit. 2. vivificat & irrigat. Joh. 4, 11. 3. *Refrigerat*. Est enim in æstu crucis temperies. Esai. 30. dabit aquam &c. 4. Mundat. Eph. 5. Christus purificat Ecclesiam lavacro aquæ in verbo. Adde, quod mundanam pellat sitim: Etenim Spiritu sancto pleni non sitiunt profanam terram: Phil. 3. in cœlo conversantur, & ea, quæ cœli sunt, quærunt &c. Col. 3. hauritur vero illa aqua haustro fidei. Johann. 7. v. 39. accepturi credentes illam. Basis omnis pietatis & orationis. Ut enim domus basi innititur: Sic omnis pietas & oratio gemitibus inenarrabilibus Spiritus sancti innititur. Roman. 8.

Calor cœlestis 1. accensus à sole Christo: §. 20. 2. corda liquefaciens, ut calor solis nivem liquefacit; huc allegoricè quidam illud Ps. 19. v. 7. referunt. 3. Frigus acediæ & odii pellens: 4. Uniens corda nostra Deo; ut calor liquefacta metalla unit.

Charitas: Fons vivus, ignis, charitas & spiritualis unctio, ut habet hymnus: 1. Essentialiter, nam Deus est charitas 1. Johan. 4. 2. Causaliter, efficit namque charitatem in cordibus nostris.

Columba portans ramum olivæ Gen. 8. Olea pacis symbolum; pacem dat & obsignat Spiritus sanctus Rom. 14. *Corona nostra* Lev. 11, 12.

Digitus Dei Luc. 11. v. 20. Ambros. c. 2. lib. de Spiritu S. Augusț. serm. 6. de verbis Domini.

Dux noster Rom. 8. *hi sunt filii Dei, qui spiritu Dei ducuntur*. 2. Pet. 1, 21. φερόμενοι sancti Dei Prophetæ. August. serm. 43. de Verbis Domini, explicat de motu & impulsu (α) ad capessendam *pugnam*, in qua nos Deus adjuvet: (β) ad omne *bonum* faciendum; sic declarat lib. de grat. c. 25. lib. de corrupt. & grat. c. 2. ubi eleganter ea persequitur Augustinus §. *Sed potius*. (γ) ad filiale *obsequium*, nam addit: hi sunt filii Dei, conf. 1. Johann. 3. vers. 1. (δ) ad *exemplum Christi*, à Spiritu sancto in eremum ducti Matth. 4. v. 1. Luc. 4. v. 1. & omnium Sanctorum, qui à Spiritu S. ducti sunt. Simus igitur grati, nam datus est nobis Spiritus sanctus, (ergo pro dono grati simus) & ab hoc spiritu ducimur. Grati simus, nam optimè nos ducit spiritus: etenim à tenebris ad lucem, à morte ad vitam, à terra ad cœlum, à falsitate ad veritatem in fide, à malitia ad justitiam in vita per Evangelii verbum Act. 26, 18. Simus spontanei, ducuntur enim spontanei à Spiritu Dei Rô. 8. Ps. 110. *Populus tuus populus spontaneitatum*. Simus humiles, non enim ex nobis, sed ex Deo sumus idonei, Deus nos ducit, vires arbitrii nos seducunt, vid. Aug. in sententiis num. 310.

Duc me, nec sine Te, sine me, Deus optime, duci:
Nam duce me pereo; te duce salvus ero.

Figulus: nam 1. Sp. S. vasa h. e. discipulorum corda in festo Pentecostes, & hodienum in tabernaculo Ecclesiæ excoquit, confirmat, consolidat: 2. sine hoc figulo lutum informe sumus, nullis meritis præparatum: 3. Omnibus modis ingratum. *Fons* (α) terram Ecclesiæ fœcundans Genes. 2. fons ascendebat &c. vid. Rupert. hic: (β) irrigans plantas Dei, pios, Cyrill. Hierosolymit. catech. 16. (γ) semper aquis gratiæ circumfluens Ps. 46, 5. (δ) mœstos refocillans.

Ignis Matt. 3, 11. verè cœlestis ad 1. illuminandum & accendendum ad Dei amorem: 2. coquendum, ut cibo cœlesti vescamur: 3. fabricandum, ut lapides fiamus 1. Pet. 2, 4. 5. 4. implendum thuribulum cordis nostri, vid. Aug. tom. 9. col. 669. b. de angelo implente thuribulum §. 21.

ribulum de igne altaris: 5. accendendum consolationis fomitem in cordibus noſtris, & fovendum Joh. 15, 26. 6. ſignificandum Dei beneplacitum; olim enim Deus affectum paternum ſignificaturus igne ſacrificantes exaudiebat Levit. 9, 14. 1. Reg. 8. c. 18. in ſacrificio Eliæ: Judic. 6, 13. 2. Chron. 7. 7. ardendum ſemper in corde noſtro: Allegor. Levit. 6. v. 9. 12. 8. penetrat hic ignis, Cyrill. Hieroſolymit. Catech. 17. purgat ſordes Eſa. 14.

Lumen verum, in quo ſolo lumen, patrem luminum & lumen de lumine, filium Dei videmus Pſal. 36. lucens nobis in itinere pietatis Deuter. 33. v. 8. ut toti lumen ſimus, toti pulchri, nulli tenebrarum confinio fœdi, ſubtiles ſpirituali intelligentià. Hanc lucem nobis Dominus ſplendeſcere facit 2. Corint. 4, 6. 2. Tim. 1. v. 10. ſola hæc lux noſtras tenebras illuminat. Simile: noctu, abſente ſole, aperias licet feneſtras, nulla tamen lux illabetur: ita omnia hominum tenebricoſa ſunt ſine Spiritus S. lumine, Epheſ. 5, 8. *Lucerna*, ex qua cor noſtrum in medio habet oculum, & reſpicit in librum, cui hæc verba ſunt inſcripta: *Verbum Domini manet in æternum.* Emblema ſacrum.

Mel fluens de petra Deut. 32. dulciſſimum mel de Chriſto petra 1. Cor. 10. fluens. *Mediator*, non redemtionis 1. Timot. 2, 5. ſed conſolationis & informationis.

Nauclerus animæ noſtræ, Chryſoſt. in illa Rom. 8. *ducuntur ſpiritu Dei.* *Nubecula* parva quidem, ſed mox ingens pluvia 1. Reg. 18. interpellante pro nobis cœleſti Elia, Chriſto Jeſu, Allegor.

Oleum Exod. 27, 20. vid. Promtuar. Allegor. lætitiæ Pſ. 45, 8. Rom. 14, 17. *Oſtiarius* verus Joh. 10, 20 vid. Aug. tom. 9. col. 339. b.

§. 22 *Paracletus* Joh. 14, 16. c. 15, 26. c. 16, 7. (α) conſolando nos. (β) intercedendo pro nobis Rom. 8. v. 26. (γ) cauſam noſtram tuendo in foro conſcientiæ: Rom. 8. dat teſtimonium cordi noſtro Advocatus noſter. *Pluvia* ſalutaris miſſa in feſto Pentecoſtes Auguſt. tom. 8. col. 691. d. grandis vid. Nubecula.

Radius à Chriſto ſole, nos 1. calefaciens charitate: 2. illuminans claritate & veritate, in quam nos ducit Joh. 14. 3. fulgens donorum multitudine: 4. transformans nos in Chriſti claritatem 2. Cor. 3.

Semen 1. Joh. 3, 9. (α) ex quo nati: (β) creſcimus inſtar graminis Eſ. 44. (γ) vireſcimus fide & fructibus. *Signum* filiorum Dei; non ſignum qualis erat circumciſio, Chryſoſt. homil. 2. in epiſt. ad Eph. quæ erat 1. cruenta: 2. doloroſa: 3. viſibilis; ſpiritualis illa circumciſio gaudii plena &c. *Sol*, ſine quo non videmus ſolem Chriſtum, qui enim caret ſole Spiritus ſancti, ille Chriſtum non videt.

Spiritus (1) gratiæ Zach. 12. facit enim 1. ut gratiam in Chriſto agnoſcamus: Rom. 5. fide acceſſum habemus ad Deum: 2. gratiam Dei fide apprehendamus, eſt enim fides opus Spiritus S. 3. gratia Dei gaudeamus Rom. 14, 4. exſiccans ſpirituales peccatorum undas, ut Gen. 8. adduxit ſpiritum &c. Ambroſius de ipſo Spiritu S accepit. (2) Precum (α) efficienter, quia Spiritus S. efficit, ut clamemus, atque orare poſſimus Rom. 8. *Per quem clamamus Abba Pater.* (β) Confirmativè: confirmat enim noſtras preces ut arrha 2. Cor. 1, 22. (3) Sanctificationis, qui nos ſanctificat 1. in fide & veritate: 2. in vita: 3. in communione & unione cum Chriſto, Epheſ. 4. unus Spiritus. (4) Veritatis Joh. 14, 26. nam (α) divinam veritatem confirmat Spiritus S. quæ eſt veritas fidei Joh. 17. ſermo tuus veritas eſt. (β) Veram pacem in conſcientia conſolidat Rom. 14, 17. regnum DEI non eſt eſca. (5) Adoptionis, quod hanc in nobis obſignet. 2. Cor. 1. v. ult.

Ventus 1. fœcundans: 2. refrigerans; hinc dicitur in hymno, *dulce refrigerium.* 3. Cum pluvia Evangelii Pſ. 68. conjunctus. *Unguentum*, quo Chriſtus unctus eſt in (α) conceptione: (β) baptiſmo, (γ) reſurrectione, ut olim David ter unctus, nempe in domo patris 1. Sã. 16. deinde in Hebron: & tandem à toto Iſraël.

Officia & monita.

§. 23. (1) *Curandum, ut ne amittatur Spir. S.* nam Amittitur verè Spir. S. etiam ab electis; quod ſcriptura luculenter probat (α) dictis Ezech. 18, 26. Luc. 8, 13. c. 11, 24. Joh. 8, 34. c. 15, 2. Rom. 8. v. 13. cap. 16, 20. 1. Cor. 9. v. ult. c. 10, 12. Galat. 5, 4. Matt. 18, 32. 1. Tim. 1, 5. & 19. c. 4, 1. Heb. 3, 6. c. 6, 4. 5. 6. 2. Pet. 1, 9. c. 2, 20. Apoc. 2, 4. c. 3, 2. (β) Exemplis: Adam & Eva in peccatum prolapſi & ſuppliciis mactati: Aaron, quem ob idololatriam conterere voluit Dominus Deut. 9. v. 21, Saul: David adulter, homicida 2. Sam. 11. & 12. Petrus Dominum ter abnegavit: Paulus multo ſanguine innocentium conſpurcatus 1. Tim. 1. Salomo 1. Reg. 11, 15. Ninivitæ Nahum. 1. (γ) Aliquot gravibus rationibus apud D. Battum de poſſibil. Apoſtaſia ſanctorum; it. Lobechium in Auguſt. Confeſſ.

(2) *Orandum eſt aſſiduè, ut Spir. S. in nobis ſemper ſit efficax* è Luc. 11. v. 11. Chriſti promiſſione, Dei Patris cœleſtis bonitate Rom. 8, 32. Chriſti perpetuâ pro nobis interceſſione ibid. v. 34. Curandum, ut hunc ſpiritum habeamus, nam qui ſpiritum Chriſti non habet, non eſt ejus Rom. 8. ut Deo noſtro ſanctuarium faciamus, ut Exod. 25. Moſi præceptum fuit & Iſraëlitis: domum Deo noſtro ædificemus, quæ ſolicitudo Davidem cepit Pſ. 132. ſolennitatem feſti paremus Domino pro frugibus & primitiis ſpiritus Rom. 8. primitias ſpiritus accepimus, ut olim Iſraëlitæ Exod. 34. allegoricè applicat: Ut Deo in ſpiritu ſerviamus Rom. 14, 18.

(3) *Cavendum, ne exacerbetur & triſtitiâ afficiatur* Pſ. 106, 35. Eſai. 64. peccatis contra conſcientiam, ea igitur vitanda ſunt: ne blaſphemetur Matt. 12. Luc. 12. v. 10. ſive fide falſâ, ſive vitâ ſceleratâ & diſſolutâ.

(4) *Non abjicere veram doctrinam Spiritus S.* ſed etiam fideli corde conſervare, ut ſacrum ſancti Spiritus depoſitum.

(5) *Ambulare in ſpiritu* Galat. 5. non enim vocat quempiam DEUS, ut ſegnis ſit, ſed ut ambulet & viam mandatorum currat Pſal. 119.

(6) *Proba-*

§.24. (6) *Probare nosmet ipsos, an sit in nobis Spiritus S.* Deprehenditur autem esse in homine ex effectis & motibus; hi sunt: agi à spiritu, Romanor. 8, 14. 15. gaudere in Deo Rom. 14. v. 17. dicere Jesum Dominum 1. Corint. 12, 3. Orare Zach. 12. dicitur spiritus precum: desiderare vitam æternam Philip. 3. sublevari à Spiritu Romanor. 8. audire ardenter verbum Dei Eph. 1, 17. fugere peccatum; etenim ut speculum impurum non capit imagines rerum: sic mens peccato dedita non capit Spiritum S. Basil. lib. de Sp. sancto.

(7) *Terrena fastidire debemus:* ut enim febri correptus fastidit cibum; sic mens repleta Spiritu S. fastidit mundanas voluptates, delitias & nequitias, Macar. hom. 9. his enim tanquam cibis nutritur mundus 1. Joh. 2, 15.

(8) *In timore Dei versari*, ne hunc Spiritus S. thesaurum amittamus; sicut custodes regii sigilli vel thesauri maximè soliciti sunt, neutrum ut horum amittatur, Macar. hom. 16.

(9) *Spiritum S. æmulari*, ceu filii spirituales, affectu sancto, vitâ sanctâ, & ad omnem pietatem compositâ: vid. Chrysostom. hom. 13. Oper. imperfect.

(10) *Spiritum malum ejusq; opera detestari ac fugere*, quod nos facturos esse in baptismo sanctissimè recipimus.

Augetur Spir. sanctus, quà donat 1. cum homo pius vocatur ad officium. 2. cum ordinatur ad officium; sic in Stephano post ordinationem magis magisque se dona Dei exseruerunt Actor. 6. 3. cum precibus ardentibus solicitatur: 4. cum talentum commissum rectè impenditur Matth. 25, 29.

SPIRITUS MALUS.

Vid. Satan. it. Angelus malus. Pangentes cum illo fœdus aliquando abjecto pacti initi annulo, furore correpti sunt: vid. Zwinger. fol. 15. a.

SPLENDOR.

Tribuitur Deo, Christo, Esa. 60, 3. Habac 3, 4. Apoc. 22, 6. Job. 29, 3. Lucæ 1. 2. Cor. 4, 6. *cœlo.* Daniel. 12, 3. *Soli, Lunæ, stellis* Matth. 17, 3. cap. 24. Daniel. d. l. *Fulguri.* Luc. 17, 24. *Igni:* Job. 18, 5. Ezech. 1, 13. *Crystallo.* Apocal. 21, 1. *Mosi.* Exod. 34, 29. *Regibus* Ezech. 18, 7. Dan. 4, 36. *Prosperitati.* Job. 18, 5. *Luxui* Luc. 16, 19. Apoc. 18, 4. *Lætitiæ.* Es. 59, 9. *Liberationi.* Ps. 18, 29. 2. Sam. 22, 9. *Spirituali cognitioni.* 2. Pet. 1, 19. 2. Cor. 4, 6. *Doctrinæ.* Matt. 5, 15. Luc. 11, 33. & hujus fonti, *Verbo.* d. l. Petri. *Justitiæ imputatæ.* Apoc. 19, 8. Esa. 60, 3. *Vitæ innocentiæ.* Matth. 5, 16. Phil. 2, 15. *Gloriæ vitæ hujus* Luc. 16, 19, *alterius* Dan. 12, 3.

SPOLIATIO.

Spoliare. Vox notat I. Exuere Exod. 33, 6. Luc. 10, 30. II. Persequi, vastare, affligere Psal. 119, 161. Esa. 10, 6. III. accipere stipendium. 2. Cor. 11, 8. IV. Defraudare pauperes, pastores Prov. 1, 13. Mal. 3, 8. 9. V. hostes infernales vincere. Coloss. 2, 15. Confer tit. Rapina: it. Templum. V. Bellum: Num. 7. (1) Propriè dictum; est pœna Dei Jerem. 17, 3. ob idololatriam Ezech. 25. v. 6. Jerem. 48, 12. è rapinis sacrificia odit Deus Esa. 61, 8. punit spoliatores Job. 22. Esa. 3. Prov. 1. Dat Deus spolia illis, qui ipsi serviunt Ezech. 29, 19. 20. (2) Spolia mundi sunt opes & divitiæ, quibus divites tandem spoliuntur 1. Timot. 6. (3) Philosophorum & Ægyptiorum spolia sunt axiomata sapientiæ & prudentiæ moderatè adhibita, ut Exod. 3. c. 22. *non exibitis vacui.* (4) Peccatorum, quibus nos in dies spoliare debemus, Rom. 6. sepulti sumus &c. Duces militiæ *prædam* relinquant militibus. Gen. 14. Camer. part. 1. horar. subcisiv. cap. 78.

Ea olim per ignem sanctificata. Num. 31, 23.

Qui non spoliandi? Naufragi: C. Theodos. lib. 13. Tit. 9. 6. Constit. 5. Justiniani: lib. 11. Tit. 5.

Sepulti. Henrici Imperatoris cadaver spoliatum exuviis.

Qui spoliandi? Victi 1. Sam. 31. vers. 8. 9. 2. Sam. 23, 10. 1. Chron. 10, 8. 9. 2. Chron. 20, 25. 2. Sam. 2. v. 21. ideoque luctui dediti. Mich. 1, 8. Confer. Num. 31, 54.

Qui spolient? 1. Christus potestates infernales Coloss. 2, 15.

2. Hostes, spolia dividentes. Genes. 49, 27. Zach. 14, 1. Ps. 68, 13. Luc. 11, 22.

Usus spoliorum.

Spolia olim in templis suspensa. Joseph. lib. 15. c. ult. A. J. & sacerdotibus data. Gen. 14, 20. Heb. 7, 2. 4.

Exempla prædatorum terrâ marique: Pompejus M. pyratas viginti mille, trium mensium spatio devicit. Plutarch. in Pompejo. Insignis pyrata Margaritus fuit. Cuspinian. in Henric. Confer Saxon. Grammatic. lib. 7. & 8. Ravis. in officina; Meiger. lib. 5. c. 22, 23.

SPONGIA.

I. ἱλαςικὴ meritò Christo tribuitur, aceto peccatorum nostrorum impleta Matt. 27, 48. II. δοκιμαςικὴ, quæ aceto tribulationis impletur & amaritudine. III. παρακλητικὴ, quam exoptemus miserè obsessi in mundo, tanquam arce miseriarum vallati: Exemplo Gilmeri obsessi à Duce Belisario, qui panem, Spongiam, citharam petiit sibi mitti, Zonar. tom. 3. annal. fol. 129. col. c.

SPONSALIA.

Sine approbatione parentum irrita: vid. Johan. Rivii oper. fol. 851. pecul. tractat. Autores de conjugio, Tarnov. Menzer. Balduin. in casib. conscientiæ. Luther. Tom. XI. in c. 37. Gen. fol. 30. a. b.

Esse solùm hanc approbationem parentum de honestate, non de necessitate, tradunt D d. Pontificii, de quibus fusius D. Gerhard. in Confess. Catholic.

SPONSOR.

Sponsor Novi Testamenti dicitur Christus Hebr. 7, 22. pro alio satisfactionem spondens, vel cavens: pro nobis satisfaciens 1. Timot. 2, 6. Heb. 1, 3. cap. 7, 27. ἀνάδοχος alias dicitur fidejussor, quia Christus pro nobis fide jussit & fidem exsolvit, in cruce moriens, morte testamentum

mentum confirmans. Erat quidem V. Teſtamenti mediator, quia omnes ſancti per hunc ad Deum venerunt, Johan. 14. *nemo venit ad patrem niſi per me*; idem tamen Chriſtus inſuper eſt mediator: qui titulus eſt grandior hoc titulo, quo ſponſor vocatur: plus enim eſt *eſſe mediatorem*, quàm ſponſorem; imò hic ſponſor eſt quaſi pignus pro nobis factus (nam ἔγυος οὐσία dicitur Græcis oppignorata ſubſtantia) dans pignus Teſtamenti novi, nempe corpus & ſanguinem ſuum, ceu pignora ſalutis æternæ & remiſſionis peccatorum, Luc. 22. Hic calix eſt novum Teſtamentum &c.

SPONSUS & SPONSA.

§. 1. Cognati tituli ſunt ſocer, ſocrus.

I. *Sponſus propriè dictus*, qui legitimâ methodo ambit & exambit conjugem, ſacro eidem juramento addictus ad capiendum eam in matrimonium. Deducunt philologi à ſponte, nam is ſpondet, qui propria voluntate aliquid dicit: Et ſponſus, cui ſpondetur puella, ſponſus dicitur: à mutuo pacto ejus, qui alteri in matrimonium locare promittebat ſponſam, & illius, qui ſpondebat ſe illam ſibi ſociaturum eſſe, Ulpianus l. 1. ff. de ſponſalibus.

Officia ſponſorum temporalium: 1. orare Deum: 2. præmeditari ſortem conjugii, cum tot malis conjunctam Gen. 3. 3. non primò ſpectare divitias, has enim lites ſequuntur Sir. 25. v. 30. & luxus & fiducia & morum licentia; 4. Chriſtum ad nuptias invitare. Joh. 2.

§. 2. *Officia ſponſæ & virtutes*: pietas & timor Dei: oratio pro felici connubio: modeſtia in geſtibus & moribus: verecundia Geneſ. 24. Rebecca inſigne hujus ſpecimen edidit: diligentia, ut ſponſo ſuo placeat: obœdientia, quam præſtet ſponſo caſtè: Pſ. 45. *Filia obliviſcere domum patris tui*; loquitur de ſpirituali ſponſa David.

Antiquitates: Gratulabantur eis olim: ficubus, bellariis, palmulis etiam ingreſſuri perfundebantur Theodor. Zwinger. folio 179. a. ſponſæ olim velabantur; hinc Hebræi חפה ſuum obſervant, vid. Gen. 24. Rebecca velata; & Latinis nuptæ inde appellantur. Sacrificia & convivia celebrabantur, quæ προγάμεια vocabant; ſacrificia verò προτέλειαι, id eſt inſtitutiones dictæ. Emebant olim ſponſi ſponſam Oſe. 3. verſ. ſecund. vide Riberam in h. l. Jacobus Rachelem ſeptennii ſervitio Geneſ. 29. v. 18. David Michalem 100. præputiis, Zipora Moſen ſanguine filii Exod. 4. Sic quoque Romani, vid. Gellium libr. 18. cap. 6. Noct. Attic. Ciceronem oratio. pro Muræna. Dabant ſibi invicem cautiones, in quib. conſenſum ſuum de ineundo matrimonio conteſtabantur, & fidejuſſiones; ut notat Servius in 10. Æneid. — gremiis abducere pactas. Sponſæ lampades & faces præferebantur prius, quàm iret ad thalamum, Briſſon. de ritu nuptiar.

§. 3. II. *Spiritualis* ſponſus Eccleſiæ ſanctæ eſt Deus & homo Chriſtus Pſalm. 19. v. 6. & 45. Eſa. 61. verſ. 10. Oſe. 2. Epheſ. 5. 2. Corinth. 11. Apocal. 19. v. 14. ſequent. amans nos Epheſ. 5. 2. gaudens nobiſcum Eſa. 62. communicans ſe nobis Ezech. 16. Johann. 17. prodiens de thalamo Pſalm. 19. verſ. 6. (adagiô dictum putant interpretes de viro læto, hilari, rubicundo, veſtibus ſplendidis ornato, confer Eſa. 61. v. 10.) gignens nos 1. Petr. 1, 23. Jacob. 1. veſtiens nos Eſa. 61. v. 10. tolerans rugas noſtras Epheſ. 5. mortuus pro ſponſa: adoptans nos Joh. 1. glorificans nos 1. Theſſal. 4. Coloſſ. 3. & in æternum nobiſcum commorans 1. Theſſ. 4. v. ultimo.

Sponſa eſt α. Eccleſia, quod ardentius ametur à Deo; ſolent enim ſponſæ ardentius amari nondum alligatæ vinculo conjugali quàm uxor, Bernhard. lib. de paſſione cap. 3. β. Anima fidelis: Bernhard. ſerm. 7. in Cantic. Canticor. *Sponſa* (inquit) *illa dicitur, quæ amat; amat autem quæ petit oſculum, non petit libertatem, non mercedem, non hæreditatem, ſed oſculum, more planè caſtiſſimæ ſponſæ ac ſacrum ſpirantis amorem* &c.

Sponſa hæc caſtam habeat animam 1. Petr. 1. ſponſum Chriſtum diligat Johann. 21. ut Petrus.

Modus deſponſationis ſpiritualis fit unione Chriſti cum Eccleſia, mediante fœdere Dei & fide Oſe. 2. baptiſmô collatis. vid. tit. Unio cum Chriſto.

§. 4. *Effectus & fructus*: Verbo ſapientiæ conjuncta anima fit ſapiens, incorruptibili verbo fit incorruptibilis &c. vid. Baſilium Magnum libro de vera virginit. Pauperes ditat ſponſus Chriſtus Matt. 11. pauperib. &c. cœcos illuminat Luc. 2. Joh. 12. nudos veſtit Eſa. 61, 10. captivos liberat Zach. 11. famelicos cibat Johann. 6. Matth. 26. mortuos vivificat Epheſ. quinto.

Chriſtus quoque *ſanguinum ſponſus*, ut Exod. 4. de Moſe ait Zipora: nam 1. ſanguine nos ſibi circumciſus deſponſavit Luc. 2. 2. ſanguine nos potavit in S. Cœna. 3. ſanguine ſuo martyres inebriavit; 4. ſanguine nos ſibi in cruce acquiſivit.

Socer. Requiſita ejus: α. juſtitia, ut promiſſa ſervet Geneſ. vigeſimonono, *nonne pro Rachel ſervivi tibi & cæt.* β. amor erga generum, tanquam ex quo familia ipſius ædificatur. γ. Studium pacis conſervandæ inter plures generos.

SPURII.

§. 1. Qui matre nobili, patre ignobili: nothi, qui de patre nobili, matre ignobili nati ſunt; ſi fides Iſiodoro habenda eſt lib. 9. cap. 5. Dicitur à σπορᾶ ſeminatione.

Perverſi homines: Manfredus Friderici II. Spurius patrem Cæſarem pulvinari ſuffocavit: Conradum avitum hæredem veneno ſuſtulit Philipp. libro 5. Chronic. Jugurtha nothus fuit belli Jugurthini fax. Abimelech ſanguinolentus fuit, Judicum nono: interficiens ſeptuaginta fratres, ut ſolus rerum potiretur.

Aliquando tamen frugi: Themiſtocles ex adulterio matris, quæ dicta eſt Abratonum, natus eſſe perhibetur. Theſeus & Romulus ſpurii cum eſſent, à Diis procreati olim ſtultitiæ Gentilium viſi ſunt. Johannes Andreas patre Andrea presbytero & matre concubina. Albanus martyr quidam è patris inceſtu cum filia; autor Johann. Textor. column. 371. officinæ. Huc P. Lombardus, Petrus Comeſtor, aliique referendi ſunt, ſi Textori credimus. Jephta vir fortis & fidelis Judic. 11. Hebr. 11. Spurii ad ſummos honores evecti, vid. Paleottum peculiari tractatu de iis. Sunt recipiendi: olim undecimus nepos demum in congregationem Judæorum lege divinâ Deuter. 23, 2. adſcitus.

§. 2. *Pœnis aliquando obnoxii* ob delicta parentum Deut. 23, 2. Eccleſiam ingredi, id eſt, publico in ea fungi officio prohibentur; Jephte tamen vel oraculo Dei, vel ſummâ ſuadente neceſſitate dux electus eſt, virtutique habitus eſt honos, ſpuriorum ſolatio. Optimè Plutarchus de liberorum educatione: *καλὸς τῆς παῤῥησίας θησαυρὸς εὐγένεια.* Et paulò ante docet, *perpetuam eſſe exprobrationem iis qui non benè nati ſunt.* Chryſoſtom. homil. 23. in Roman. Etſi ſpurio innumeras pecunias reliqueris, hoc tamen adhærebit, ut ſit ignominioſus in domo, ignominioſus in urbe, ignominioſus in foro, ſive ex ſcorto ſit, ſive ex ancilla. Exhæredatio etiam olim pœna erat ſpuriorum, ut prodit Ariſtophanes in Avib. Confer tamen l. licet patri c.

Nec contrahebant affinitatem, ibid. Ariſtoph. Nec diuturni eſſe ſolent Sap. 3. Spes tamen vitæ æternæ illis præcluſa non eſt, nuſpiam enim cœlo excluſi eſſe leguntur. Ac favorabilis eſt Juris Canonici ſententia diſt. 56. ex Auguſtino: *Undecunque homines naſcantur,* ſi parentum vitia non ſectentur, honeſti & ſalvi erunt; ſemen enim hominis, ex qualicunque homine, Dei creatura eſt, & eo malè utentibus malè erit, non ipſum malum erit: ſicut autem boni filii adulterorum nulla eſt defenſio; ſic mali filii conjugatorum nullum eſt crimen *nuptiarum.* Hactenus Jus Canon. Poterat etiam ſpurius matri ſuccedere, ut eſt in ff. ad Senatus-conſult. Tertullian. l. 1. poteſt etiam de matre conqueri, ſi in teſtamento eum præterierit l. 29. ff. de Teſtamento inoffi cioſo. Diſt. 56. cap. Presbyterorum *ſpurii educati* in Monaſteriis ad ſacros admittuntur ordines. Ibid. Nunquam docetur è Chryſoſt. peccatum patris filio fraudi eſſe non debere, ſicut nec mala vita obeſt peccatori ad frugem reverſo. Cap. *Naſcitur:* Habuerunt ſpurii manum opificis Dei, eos finxit Deus, eis animam dedit. Cap. ſatis perverſum: Indignum eſſe (ait Gregor.) filios mulctari ob patris voluptatem. Capit. Dominus: Si Chriſtus dignatus eſt ſpurios in ſua genealogia recenſeri, cur nos eos non admittemus ad miniſterium. Poterant etiam olim fieri decuriones ſpurii Romæ, l. Generaliter ff. de decurionib. nempe ſuadente neceſſitate, & invitante virtutum excellentiâ in ſpurio, quâ legitimis antecellat.

§. 3. *Parentes eorum ignominioſi* in vita & poſt mortem, Chryſoſtom. hom. 23. in Rom. poſt namque eos manebunt turpitudinis monimenta, ait ibidem.

Negliguntur plerumque à parentibus: Hoc argumento ſuadet Chryſoſtomus patientiam in adverſis, quod his ceu filii caſtigemur inſtar legitimorum atque emendemur, in h. l. ad Hebr. homil. 29. Hos tamen illi honorare debent, cum ob naturalem obligationem, tum etiam ob ſanguinis conjunctionem, quarum neutra vitiô inordinati concubitus tolli debet.

SPUTUM & SALIVA.

§. 1. 1. Chriſti ſputum Marc. 7, 33. planè extraordinarium fuit; notat, omnia in Chriſti carne ſancta eſſe: ſic Johann. 9, 6. è ſputo & limo fecit pharmacum cœco: & Marc. 8, 23. Fabula Cornelii Taciti de Veſpaſiani ſputo, quo cœcum ſanaſſe ſcribitur, libr. 4. de exceſſ. Neronis.

2. Chriſtus conſputus, vid. Chriſtus patiens, Eſa. 50, 6.

3. Conſputi homines, id eſt, extremâ ignominiâ affecti Job. 30, 10. & debitâ culpæ notâ inſigniti; quò referenda phraſis Num. 12, 14. Deut. 25, 9. quidam etiam ſine culpâ ſputo deturpati, & tamen patientes Ethnici, ut Solon, Phocion, Diogenes Cynic. Socrates & alii, apud Zwinger. vol. 12. lib. 1. folio 2687. §. Ignominia.

§. 2. Saliva in baptiſmo olim non fuit adhibita, ſed demum introducta ſucceſſu temporum, fatente Strabone c. 26. de rebus Eccleſiaſticis, §. *Sicut autem ſupra oſtendimus &c.* Bellarminus quæ protulit pro ſaliva veterum teſtimonia, ea omnia refutavit Vaſquez, ut notat Chamier tom. 4. libro 5. cap. 16. §. 34. ſeq. qui Vaſquez etiam oſtendit Ambroſium non agere de ſaliva.

SQUAMA, pinnulæ.

Squamæ Actorum 9. notant 1. cœcitatem Pauli; 2. tegmen cordis; 3. duritiem ejuſdem; 4. naturam ſerpentinam, quâ hactenus præditus fuerat: Gregor. Nyſſen. orat. de S. Baſilio. 4. Colligationem arctiſſimam membrorum Chriſti inter ſeſe, Gregor. M. in Job. libro 33. Moral.

Squamigeri piſces mundi Judæis Levitic. undecimo. Lutherus in Deuteronomio. Per pinnulas, quæ ſunt piſcibus vice alarum, quibus regunt curſum ſuum, ſignificatur *Doctrina fidei, quæ verbo DEI* regit & agit corda in hoc mundo. Squamæ vero ſunt velut *arma & ornatus corporis* eorum, ſine quibus cætera natantia ſunt velut nuda. Significat autem, fidem *non eſſe otioſam,* ſed operoſam per ſpiritum charitatis. Si qua igitur ſunt ſquamoſa ſine pinnulis, ſignificant operarios ſine fide & verbo, ut ſerpentes; ſi qua pinnulas habent ſine ſquamis, ſignificant eos, qui habent verbum ſine fructu & opere, ut an-

ut anguillæ, murænæ &c. Alia nec pinnulas nec ſquamas habent; ſunt qui nec opere nec fide valent, ut vermes & ſanguiſugæ; his omnibus veſci non licet nec communicari. Hæc Lutherus. Audiat hæc calumnia, quæ garrit, opera bona ab Evangelicis reſpui.

STABILIS, STABILIO.

1. Deus ſtabilit, cum aliquid confirmat, ſolidat, firmum reddit, fundat; ſic paſſim ſcriptura loquitur de terra, regno, cœlis. 2. Cor ſtabile, fide plenum, non vacillans Hebr. 13, 9. 1. Cor. 15, 58. Coloſſ. 1, 23. 3. Homo hominem ſtabilit benedicendo Gen. 27, 37. confer tit. Perſeverantia: item Conſtantia.

Stabilitati opponitur Inſtabilitas in via probitatis. Opponitur perſeverantiæ phraſis: Recedere à via Exod. 32. Matth. 18. Servus ille nequam. Qui templo egreſſi mox obliviſcuntur concionis. Exod. 10. v. 16. 17. capite 9. 27. cap. 11, 28. Pharao inſtabilis. 1. Samuel. 15, 24. mox perſequitur Davidem cap. 19. Actor. 8. v. 9.

STADIUM.

§. 1. Eſt menſura 125. paſſuum, vel 625. pedum: vid. Guid. Pancirol. part. 1. titul. 26. Gymnaſia Ethnicorum exercitiis ejuſmodi curſoriis athleticis dicata, fuſè non minus quàm eruditè deſcribit Laurent. Joubertus tom. ult. oper. fol. 200. ſeq.

Athletæ qui? Omnes nempè, qui in Gymnaſiis exercebantur v. g. παλαισταὶ luctatores; δρομεῖς curſores; πύκται pugiles; δισκόβολοι, qui diſcum in ſublime jaciunt; & ἁλτικοὶ, ſaltu contendentes. Athletarum præſtantiſſimi erant palæſtritæ, ſive luctatores, qui & βαρεῖς dicti ſunt, cibis ſucci craſſi & viſcoſi ſunt uſi, Galenus libro primo facult. aliment. capite de Tritic. & panis azymis utebantur; panis ipſe dicebatur κωλίφιον, à robore membrorum. Lucta verò Græcis eſt, πάλη: fiebat in hunc modum: 1. Luctantes ſe mutuò ſupplantabant; 2. fronte ſe arietantes concurrebãt inſtar arietum; 3. in cœno & pulvere fiebat; 4. crebrò alter alterius elabebatur manibus; 5. mutuò ſe conturbabant in arena, ceu foſsâ; 6. pulverem quoque ſpargebant in morem Gallorum, ut notat Lucianus; ut adverſarii lubricitatem eluderent, inſperſo corpori illius pulvere.

§. 2. *Stadium Chriſtianorum*, generale eſt Chriſtianiſmus, in quem per baptiſmum ingredimur. Speciale eſt 1. ſtadium vocationis. 1. Cor. 7, 17. 2. crucis & tribulationis; 3. verbi divini & ſermonis, extra quod ſtadium nemo currere debet.

Quomodo in eo currendum? vid. tit. Curſus & Currere.

STAGNUM. *v. Mare; it. infernus.*

STARE.

§. 1. Dicitur 1. de obſervantibus rem aliquam attentè: Apoc. 12. Draco ſtetit ante mulierem. 2. de ambulantibus coram Deo; ſic Elias dicit: *Vivit Dominus, in cujus conſpectu ſto.* 3. de Deo, qui ſtat à dextris ad opitulandum, Pſal. 16. *eſt mihi à dextris, non movebor;* Actorum ſeptimo, Stephanus videt Jeſum ſtantem à *dextris DEI*, i. e. paratum ad auxiliandum. 4. de Diabolo, qui ſtat ad accuſandum, malefaciendum Pſal. 109. Zachar. 3. 5. de Angelis, qui miniſtrare dicuntur Hebr. prim. 6. de Fidelibus, qui ſtant in fœdere 2. Reg. 23. id eſt, in eo penitus acquieſcunt: eſt enim fœdus pactio gratioſa Dei, quâ conſcientia tranquillatur.

§. 2. *Stamus in Evangelio:* 1. Confitendo illud, non vacillando in eo, Eph. 4. non ſimus pueri, Matth. 11. non negavit & confeſſus eſt; Rom. 10. ore fit confeſſio, vid. tit. Confeſſio. 2. Conſervando verbum Luc. 10. ſtando per fidem Roman. 11. v. 20. patienter ſtando Rom. 5, 2. 3. Pugnando fortiter pro doctrina Evangelii & ex ea Epheſ. 6. gladio ſpiritûs: ſic olim ſuos Moſes hortatus eſt Exod. 14. ſtate & videte. 4. Habitum cinctorum conſervando Epheſ. 6. ſtamus cincti. Ignominioſum olim erat in caſtris quempiam verſari diſcinctum; Exauctorati quoque milites diſcingebantur Herodianus libro 2. l. Titius 25. l. quod dicitur ff. de Teſtament. militari: ſumus in caſtris Eccleſiæ, cincti gladio ſpiritûs & veritatis Epheſ. 6. v. 14.

§. 3. *In terra non eſt ſtandum*, Geneſ. 45. deſcende ad me, ne ſtes; id eſt, maneas in terra, fame preſsâ. Idem dicit nobis cœleſtis Joſeph: Aſcendite ad me ô mortales, ad me & ad cœleſtes aſcendite: veſtra eſt in cœlis converſatio, quia ibi theſaurus veſter. Eundo, ſtando, ſedendo omnis vita conſumitur (τὸ enim jacere ſub ſedere complectimur) nos eamus in via pietatis, ſtemus in fœdere divinæ fidelitatis, ſedeamus & quieſcamus in ſpe divinæ miſerationis & mentis noſtræ in Chriſto tranquillationis.

Stare à longe eſt 1. filialiter timentium; 2. confitentium Eſræ 9. Luc. 18, 3. Eſa. 29, 2. 3. Hos Chriſtus propinquos reddit Epheſ. 2. in ſuo nomine accedere jubet Joh. 14. ego ſum via: omnia obſtacula removet. Vid. Cyprian. ſerm. de cœna Domini.

Stare in judicio vid. Holcot. in V. Sapientiæ verba: Tunc ſtabunt juſti.

STATER.

1. Samuel. 9. verſ. 18. Matth. 17, 27. V. SICLUS, mediam unciam pendebat, hoc eſt quatuor drachmas, & eſt tertia pars denarii. Aliàs δίδραχμος dictus, quod liquet è Matth. 17. Acceſſerunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum &c. V. Athanaſ. Kircherum in Lingu. Ægypt. reſtit. p. 585.

STATERA.

1. Juſta Levitic. 19. verſ. 36. Proverb. 11. v. 1. 2. Baſil. in Pſalm. 61. Statera eſt liberum arbitrium, diſcernens in eligendo bonum, à qua homo diſcedit, temporalia æternis præferens.

STATUA, TITULUS. *Confer Simulachrum.*

§. 1. *Nebucadnezaris* ſtatua quibusdam viſa eſt illa ſagena Hebr. 1, 16. quod ſuis viribus ac copiis laudem victoriarum tribuerit, atque ſuam imaginem in campo Dura erexerit, ſive piſcem, quem Aſſyrii colebant, Decreto dictum, Plinius lib. 5. cap. 23. Cœlius Rhodig. libro 23. cap. 5. Antiq. Lection. Macrob. lib. 1. cap. 30. Saturnal.

Non adorandæ, nec iisdem genua incurvanda: Dan. 3. Tres pueri exemplo ſunt fortibus confeſſoribus; & hoc reſpectu prohibitæ à Deo Lev. 16, 1. quod fatetur H. Stephanus in phraſ. Hebræis. Aliàs memoriæ & recordationis ergo licitæ Gen. 28, 18. 22. c. 31, 44. c. 35, 20.

Erigi ſolebant olim non niſi iis, qui de Repub. præclarè erant meriti: Seſoſtri regi Ægypti ob bellicas virtutes: Ariſtogitoni & Armodio ob Athenas Tyrannide liberatas; ſic Phocioni: Iſocrates ſtatuam in Olympia meruit facundiâ: Mithridates Platoni ob inſignem ſapientiæ laudem ſtatuam erexit: Beroſo ob veriſſimas rerum prædictiones ſtatuam inauratâ lingua Athenienſes poſuerunt. Vide Meiger. p. 948. Nuclei.

§. 2. *Statua ſalis* Gen. 19, 27. uxor Lothi facta; i. e. in cumulum lapidum vel ingentem lapidem, in teſtimonium inobœdientis incredulitatis; vetuerat namque Angelus ne retroſpicerent educti: monemur, ne à Deo ad mundum retroſpiciamus, commoda terrena amemus, ne in opere deficiamus, Luc. 9. Auguſtin. lib. 16. c. 30. de Civit. Dei; & libr. 2. quæſt. Evangel. q. 43. ex illo Luc. 17. memento te uxoris Loth. Veſtigia hujus ſtatuæ ſuo etiam tempore extitiſſe, memorat Joſeph. lib. 1. c. 12. Antiq. Judaic. Et mira de ea ſcribit Tertullian. carmine de Sodomâ qui legendus. §. ipſaq; imago ſibi &c. Plato lib. 9. de legib. pulchrè: τὰς τῶν κακῶν συνουσίας φεῦγε ἀμεταστρεπτί. Videtur hinc ſumpta eſſe Niobes *fabula*.

STATUO.

1. Deus pactum ſtatuit; ita ſæpè legitur: decreta ſua, mortem homini; oves in judicio. 2. Homo, in variis actibus, ſacrificialibus Levit. 16, v. 10. quæ facilè è circumſtantiis textûs eruuntur. 3. Satan, Matth. 4. verſ. 5. ad tentandum.

STATURA.

Ab homine augeri non poteſt Matth. 6, 27. Eam Deus non reſpicit 1. Sam. 16. Eſa. 10, 33. excelſi ſtaturâ exſcindentur. Zachæus Chriſto gratus, brevis ſtaturâ Luc. 19. Goliathus Deo inviſus. 1. Sam. 17.

STATUS Hominum.

1. Politicus, de quo 1. Inſtit. JCt. & Politic. 2. Theologicus, quem juxta homo conſideratur (α) in ſtatu inſtitutionis, ut ad imaginem Dei creatus fuit &c. (β) deſtitutionis, quà homo eſt ſub peccato, lege Dei & pœnis peccatū conſequentibus; (γ) reſtitutionis per Chriſtum; (δ) conſummationis in altera vitâ, videatur noſter Hafenreff. in Loc. Comm.

Status ſuperborum maledictus à Deo Sir. 33. v. 10. ſeq.

Multi de ſtatu vitæ diligendo ſcripſerunt L. Leſſius: Theoph. Bernhardin.

STELLA.

§. 1. 1. *Naturalis*, creata à Deo die quarto creationis. Eſt vero ſtellarum copia inenumerabilis homini, Deo non item Geneſ. 15. Pſ. 147. Geneſ. 22. Arguit Dei potentiam & benedictionem ſeminis Abrahami Deut. 10. 1. Reg. 4. ſic quoque Chriſtianorum eſt numeroſa copia, Eſa. 53. videbit ſemen. Sapientiam, dat enim ſtellis curſum ſuum Pſal. 136. Magnitudinem Dei, maximas ſtellas creantis; maximus igitur illarum creator Sir. 43. De hac vaſta magnitudine ſtellarum vid. Corn. à Lapid. f. 48. in Gen. & Lorin. in Pſ. 146. ita ut vel una ſtella aliquot milliaria Germanica ſuperet. Stellas animatas fuiſſe, docuit Origenes lib. 1. c. 7. de principiis: confer Contarenum ſub calcem operum ſuorum. In ſtellis ſigna futura eſſe, dicitur Lucæ vigeſimo primo. Doct. Hunnius de imminuto & debilitato ſtellarum lumine accipit.

2. *Præternaturalis*, qualis illa Magorum Matth. 2. Vide egregium Prudentii hymnum de hac ſtella. Stella anno 1578. menſe Novembr. & Decembr. in Caſſiopoeia apparens, inſolita planè, vid. Chytræum p. 554. 555. in Deuteron.

§. 2. 3. *CHRISTUS ſtella* Apoc. 22, 16. Num. 24. ſtella ex Jacob, oriens in cordibus noſtris 2. Petr. 1. v. 19. 20. lucens in via vitæ Joh. 22. & in umbra mortis: ſpargens radios ſuos per verbum, 2. Corinth. 3. pulcherrima ſtella Pſal. 45. omnes illuminans Joh. 1. ſanans nos Malach. 4.

4. *Miniſtri* Apoc. 1, 20. cap. 2, 1. luceant vitâ Matth. 5. 1. Timoth. 4. 1. Cor. 9. ult. abigant tenebras errorum: cœlo ſint non terræ aut opibus affixi, Philip. 3. non ſapiant terrena: contenti ſuo ſplendore ſint 1. Corinth. 15. ſtella anteſtat ſtellæ claritate, ſic 1. Corinth. 12. Epheſ. 4. Matth. 25. Rom. 12. 2. Reg. 2. Stella cadens Apoc. 8. Arius exponitur. Apoc. 12. verſ. 1. mulier duodecim ſtellarum eſt Eccleſia à duodecim Apoſtolis ædificata, vide Chryſoſtom. homil. de Pentecoſte. Matth. 24. ſtellæ de cœlo cadent; de propriè dicto ſtellarum curſu accipit Maldonatus in h. l. ſic ſtellæ cadunt de cœlo, cum Doctores à veritate Evangelii deficiunt; quod maximè impletum volunt interpretes tempore Domitiani, Diocletiani: vide Euſebium libro octavo capite 3. hiſtor. Eccleſ.

5. *Verbum Dei* ſtella, lucens in loco tenebricoſo, ſecund. Petr. primo, illuminans oculos Pſal. decimonono & pedes Pſalm. 119. verſu 105. Epheſ. 1. verſ. 17. Sedentes in umbra mortis: Ut olim Onias lumen in templo ſparſit: ſic verbum Dei perpetuum lumen in templo Dei luceat Sir. 50, 6.

§. 3. 6. *Pii* stellis comparari possunt 1. ratione conversationis: illæ enim in cœlo vel polo lucent; sic pii in terris, Matth. 5. luceat lux vestra; & lucent luce intimâ cordis pii. 2. Adhæsionis; stellæ cœlo inhærent: sic pii Christo adhærent, nullis malis ab eo separandi Rom. 8. 3. Ob igneam naturam stellarum: sic pii ardent charitate erga Deum & proximum, Matth.22. diliges Dominum &c. 4. Tendentiam ad cœlum & in cœlo, non sunt stellæ in terris, nec anhelant terras: sic pii ad cœlum suspirant Philip. 3. Conversatio nostra est in cœlis. 5. Influentiam in inferiora: sic boni pietatis exemplo aliis prælucent. 6. Situm; stellæ in alto fixæ sunt: pii in altissimis, cœlestia desiderando Phil. 3. 7. Motum, is velocissimus est in stellis: sic pii motu moventur obœdientiæ ad observanda Dei præcepta, Ps. 119. viam mandatorum tuorum cucurri. 8. Firmitatem, stellæ enim durant in motu & sede sua: sic pii perseverant jugiter Luc. 22. vos perseverastis &c. 9. Plenitudinem lucis in virtute: sic pii fructibus justitiæ sunt repleti Coloss. 1. 10. Ordinem, cui parent stellæ, nemini nocendo: sic pii procedant ordine pietatis erga Deum, probitatis erga proximum, castitatis erga semetipsos Tit.2,11. Obœdientiam, in cursu Deo obtemperant Ps. 148. & 136. sic nos curramus viam mandatorum Dei Ps.119. Ezech.20. 12. Lucis mutuationem à sole: sic piorum omnia benè dicta, facta proficiscuntur à Christo: hanc lucem sequuntur, in hac luce omnia possunt Philip. 4. extra hanc lucem nihil scivit Paulus 1. Cor. 2. nihil æstimavit Paulus Phil. 3. 13. Laudem Dei Ps. 148. sic pii semper Ps. 34, 1. Deum laudant. 14. Splendorem: sic pii (ac inprimis ministri verbi) prælucere debent bono exemplo Matt. 5. luceat eorum lux, Phil. 3. estote imitatores mei: 1. Pet. 5.

§. 4. 7. *Vitæ æternæ claritas stellis comparatur* Dan. 12, 3. 1. Cor. 15. quæ continget cœlestis sapientiæ Doctoribus. Magna claritas Mosis Exod. 34, 29. major claritas Doctorum erit in altera vita. Durans in perpetuas æternitates, ibid. Dan. Quàm modica est passio? si ad hanc gloriam æternam? certè labor, dolor, cura, solicitudo hujus vitæ nihil est ad hanc lucem: ea meditatio inserat animis nostris patientiam, firmet spem.

8. *Magistratus* pii possunt etiam stellis comparari; huc respexit Demas Orator, qui defuncto Alexandro exercitum Macedonicum Cyclopi comparavit, cui est effossus oculus; quod illi Alexander oculus, dux, ductor fuisset.

Confer de Stellis M Zachar. Fabr. Exercit. pietatis part.1. medit.7. p.518. ad 557.

STELLIO.

Levit.11,30. Simia est ob fraudem sic dicta. Stellionatûs accusantur, qui dolo malo aliquid egerunt l.2.ff. Stellionat. Confer M. Delrio Adag. CCLXXXV.

STEPHANUS.

§. 1. De hujus historia Alcuinus librum scripsit, Durand. lib.7. c.42. Rational.

Diaconus fuit primitivæ Ecclesiæ Act. 6, 6. 7. Nomen hoc significat coronam: pulchra equidem primitivæ Ecclesiæ corona fuit, fulgens gemmis fidei, spei, constantiæ. Corona meritò audit (α) humiliter lapidata; (β) sublimiter coronata: (γ) variis virtutibus ceu floribus ornata, vid. August. tom.8. colum.584. d. Post mortem demum hoc nomen ei inditum fuisse, quidam putant, cum ante Nathanaël vocatus sit: dicitur quoque Protomartyr & Levita; certè optimum Deo sacrificium obtulit, h.e. seipsum, sanguinem pro CHRISTO fundens. Parentes ejus non commemorantur; pios tamen & probos fuisse, patet ex educatione Stephani, sacrarum literarum peritissimi; vid. c. 7. Actor. à Gamaliele institutus esse creditur Actor. 5, 34.

§. 2. *Effecta & res gesta.* 1. Locutus est egregiè pro Christi gloria, inque eo completum est illud Domini promissum Matth. 10. non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris mei: August. tom. 10. col. 1191. a. est velut angelus terrenus, Christi laudes celebrans. 2. Oravit pro inimicis; ergo est spiritualis pater Pauli, hunc enim ille precibus obtinuit Chrysost. tom. 3. fol. 182. 3. Disputavit contra ceremoniarum cultum, quo Judæi Deum placare studuerunt D. Luther. in festo D. Stephan. postill. Ecclesiast. 4. Animam CHRISTO commendavit ut judici, sicut David Ps. 31. ut adjutori Psal.121,2. ut patri viduarum Psal. 68. ut fidelissimo sequestro, Tertullian. conservatori certissimo, vindici æquissimo, colligatori accuratissimo, qui illam in fasciculum viventium colligaturus esset.

§. 3. 5. Fuit in eo ardor & zelus; hinc Augustin. tom.8. col.1182. ad eum illud Davidis Ps. 104. facis servos tuos flammam ignis, accommodat, quod instar ignis arserit amore erga Christum, Joh. 15. nemo majorem habet dilectionem &c. igitur speculum summæ dilectionis fuit. 6. Constantia in Christi fide; bonum igitur sarmentum in vite Christo fuit Aug. tom. 10. col. 1167. c. d. Plenus fide; sic rectius dicitur, quàm *plenus gratiâ*; etenim concio Stephani docet, quàm fuerit *fide* & cognitione Dei plenus. 7. Fortitudo; pro vinea Ecclesiæ alter velut Naboth mortem oppetiit 1. Reg. 21. Benè igitur clypeus dici potest, turri munitæ Ecclesiæ Dei appensus Cantic. 4. Dux fortis, qui instar Joabi primus ausus est vallum Jerusalem conscendere 1. Chronic. 21. Primus est Aminadath, qui mare martyrii ingressus est.

Primus martyr ante legem Abel, in lege Achimelech, inter prophetas Zacharias, inter Apostolos Jacobus, & omnium primus Stephanus; ergo est spiritualis Banajas 2. Sam. 23. & David Psalm. 27, 11. sequent. 8. Lapis fuit (sub lapide Christo Ps. 118. Esa. 8. Matth. 16. cap.21. Ephes. 2. inter spirituales lapides Christianos 1. Petr. 2. Ephes. secund.) (α) splendens fide

fide Act. 6, 6. & 8. quâ præditus fuit, ceu unus ex 70. discipulis Christi, ut putant nonnulli: (β) offendens, nempe hostes veritatis in collegiis Judæorum: (γ) Immobiliter persistens Act. 6, 10. c. 7, 54. vid. Matth. 10, 20. Act. 7, 59. contra lapides. 9. Stella fuit in manu Christi conservata Apoc. 1, 10. fulgida fide & confessione, extincta tandem morte.

§. 4. *Mors. Arca* Noæ Deo propior facta, aquis diluvii sublevata: noster Stephanus lapidum imbribus ad Deum compulsus. *Scala* fuit per mortem ad CHRISTUM ascendendo; sicut CHRISTUS scala cœli nobis factus est nascendo, hic tamen solus meritoriè. *Josua* similis: hic enim solem Jos. 10. Stephanus verò ipsum justitiæ solem Jesum Christum stantem vidit, fide & precibus stare fecit. Ut *nauta* adhuc mari innatans littus à longe prospicit: sic cœlum Stephanus. *Verè opticus* mirabilis, vidit namque ea, quæ vix alius: Noe arcam, Abraham angelos, Jacob scalam, Moses rubum, Aaron virgam, Gideon vellus, Josua solem, Jeremias virgam, Ezechiel Seraphim: at quis Christum vidit stantem à dextris Dei? solus Stephanus. Ipsum CHRISTUM vidit, non martyres, ut olim Æmilianus, de quo Prudentius hymn. peri steph. Verè tamen CHRISTO potuit dicere: *tu sanguinum sponsus mihi es* Exod. quarto.

STERILITAS.

§. 1. 1. *Terræ* vid. tit. siccitas.

2. *Mulierum sterilitas*: septem recensentur steriles mulieres, quæ tamen postea pepererunt, ut Sara Gen. 15, 2. Rebecca Gen. 25, 21. Rachel Gen. 30, 2. Mater Simsonis Judic. 13. Anna Mater Samuelis 1. Sam. 1. Sunamitis 2. Reg. 4. Elisabeth, Mater Johannis: atque omnes ex his nati præclarissimi extiterunt.

Est igitur sterilitas quædam δοκιμασία & probatio *fidei, patientiæ & humilitatis*. 1. Fidei: hæc exercetur, cum id, quod promisit Deus, aufertur, vel differtur; sic Abraham Rom. 4, 19. 20. seq. 2. Patientiæ, quæ roboratur diutina rei expectatæ dilatione Prov. 13, 19. 3. Humilitatis, ut agnoscamus verè dona Dei esse liberos Psal. 127. & 128, 3. 4. Quædam τιμωρία & supplicii inflicti, ut cùm Deus sterilitate impios punit, ut Ose. 9. vers. 12. Nero, Domitianus, Caligula ob libidines nefandas prole caruerunt, Esa. 48. Jer. 22, 30. de rege Chama, Gen. 20, 18. c. 29, 31. c. 30, 2. Deut. 28, 15. 16. 1. Sam. 1. v. 5.

§. 2. *Consolationes pro sterilibus*: 1. Exempla piarum fœminarum sterilium, tandem tamen à Deo exauditarum Gen. 16, 1. c. 25, 21. c. 30, 1. 1. Sam. 1, 6. 2. Sam. 6, 23. 2. Reg. 4, 14. Luc. 1, 7. 2. Calamitates ultimorum temporum, quib. beatæ steriles esse prædicantur Luc. 21, 25. c. 23, 29. Jer. 20, 17. 3. Gratia Dei, quæ omnibus præstat liberis, ut olim Elkana suam Hannam solatus est 1. Sam. 1. 4. Potentia Dei, quæ sæpè prolem natam datamque subtrahit, ingentibusque matres adobruit doloribus vid. 2. Regum 4. 5. Incommoda & pericula prægnantium, de quibus vid. titul. Pario. 6. Dei providentia, benè, quid prosit nobis, prospicientis. 7. Securitas sterilium, quæ non tenentur rationem reddere de prole, quam non habent, non indigent solatio super morte prolis, non angunt se animi ob liberos morituræ confer: Sirac. 16. vers. 2. 4.

Sterilibus non insultand. Tradunt Hebræi, Pheninnæ (quæ sterili Hannæ insultarat) tot fuisse liberos mortuos, quot Hanna pepererat. Niobe, Ethnica mulier, Latonæ insultans, filiis & filiabus superbiens, ab Apolline Latonæ filio omnibus liberis privata est, (vid. Diod. Sicul. lib. 5. Ovid. 6. Metamorph.) post immenso confecta dolore, instar lapidis diriguisse scribitur.

Sterilitas deprecanda; sic Isaac Genes. 25. v. vigesimo, suppliciter, instar יעתר deprecatus est Jovam: Chrysostom. putat in h. l. 20. annis orasse Isaacum Deum suum pro sterili Rebecca.

§. 3. 3. *Spiritualis* sterilitas Galat. 4, 27. gaude sterilis, quæ non paris; nempe ecclesia ex gentibus (α) ante fuerat sterilis nondum conversa: (β) à Deo deserta; (γ) silvestris judicata à Judaica synagoga, de prole sua intolerantissimè judicante; (δ) quia paucos habuit initiô prædicati Evangelii liberos.

STERNUTAMENTA.

Olim pro ominibus habita, Niphus lib. 1. c. 8. de Auguriis.

STIBIUM. *2. Reg. 9, 30. v. Fucus.*

STIGMA.

Stigmata portat Apostolus Gal. 6, 17. nempe plagas, vibices, vulnera è lapidatione & vinculis: Argumenta 1. amoris erga Deum suum & perseverantiæ; 2. fidelitatis; olim servis stigmata inusta, ne ab aliis vendicarentur, sua se gerere ait Apostolus. 3. Infidelitatis Galatarum, Paulo non credentium, qui tamen stigmata Christi portabat in corpore suo.

STILLARE.

Esa. 45. *stillate cœli desuper*: Proverb. 3. de rore: Psal. 65. de pinguedine accipitur: de doctrina Deut. 32. denunciante pœnas Ezech. 20. furore Dei Dan. 9. 2. Chron. 12. lachrymis Job. decimosexto.

STIMULUS.

§. 1. *Stimulus carnis* 2. Cor. 12, 7. 1. Stimulus carni h. e. paratus, appositus; patitur ergo caro stimulum. Simile: sicut cani indomito palus alligari solet, ursi naso circulus includi. 2. Theophylactus Veneris insultus intelligit, corpore tàm exsucco tot vigiliis sacro, laborioso minimè dignos. 3. Hieronymus adversam valetudinem accipit & cephalalgiam. 4. Thomas Aquinas (referente Erasmo) morbum Iliacum fuisse existimat. 5. σκόλοψ notat anxietatem & dolorem summum conscientiæ puto, ob latrocinia in Ecclesia, primo Timoth. primo.

Gal-

§. 2. *Calcitare contra stimulum* Actor. 9. v. 5. cap.26. vers. 14. metaphora à bobus desumta 2.Samuel.6. vid.Senec.libr.de ira c.16.de Cajo Caligula: connotat verò ille stimulus 1. Dei potentiam, cui nemo resistere potest; 2. Iram Dei, quæ tandem sequitur malitiosos tyrannos & persecutores; 3. Judicium conscientiæ, contra quam sæpè peccant homines: quem stimulum sensit David 2. Sam. 24. *Percussit ei cor*,&c. 4. Sunt & piorum lachrymæ,gemitus & preces τὰ κέντρα, contra quæ frustra nititur tyrannus.

STOICI.

§. 1. Statuebant omnia fato fieri, Chrysipp.lib. περὶ προνοίας, apud A.Gellium lib.6.c.6. sic ait: Fatum est sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum & catena volvens sese & implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexio est. Bullinger.Dec.3. serm.10. f. 162. Fatum Stoicum erat Dei consilium,secundum quod universum erat dispositum; confer jam Bezam vol.1.fol.314. §. nos neque: Tractat. Theolog. Danæus in Augustin. de hæresib. p. 128. Candidè igitur Grynæus suum esse Stoicorum fatum agnoscit Disput. de consol. Ethnicâ & Christianâ c. 7. p. 458. Rectè, ait, à Stoicis dictum &c. Fatum hoc 1. prima erat & suprema causa, D. Gesner. in lib. Cicer. de fato p. 51. sicut decretum absolutum est suprema causa absolutæ electionis & reprobationis. 2. Erat quoque causarum cum fato necessaria & immutabilis connexio, Gellius libr. 6. c. 2. noct. Atticar. Gesn. p.47.166.189.197. in lib. Cicer. de fato. 3. Contingentiæ omnis negatio & sublatio, nam omnia necessariò fieri docebant Philipp. in Dialect. p.250. Gesner. p. 44. in lib. Cicer. de Fato: & voluntatem humanam ex ordine causarum connexarum tollebant, ut fatetur Martyr. fol. 134. in 1. Corinth. & class. 2. L. C. c. 2. §. 34. class. 3. c.1. §. 54. Eandem & hodierni Calviniani, Rennecher. in aurea salutis catena p. 28.29. Calvin. 1. 17. 9. institut. Zanch.lib.5.de N. D. c. 1. q. 4. th.2. confer D. Meisn. prob. 2. p. 228. doct. Calvin. Et Calvinum libr.3. c.23. §.9. Institut. 4.Occasionis ad peccandum suggestio: docebant Stoici Deum hanc suggerere Plutarch.p.26.tom.3.de Stoic. repugnant.

§. 2. Insuper Stoici mali culpam Deo transcribebant Plutarch.de Stoic.repugnant. p.26.27. 28. Hemming. in opusc.columnn.317. num.40. idem Plutarch.tom.3. p.446. asserit,quod primum vitium Dei providentiâ extitisse affirmaverint. Deum per malos genios operari: Plutarchus pagin.29. d. l. & tomo 3. p. 446. asserit, docuisse eosdem, quod Deus tyrannis & latronibus indigeat, ut per hos pia opera efficeret.

Visionibus à Deo immissis multa tribuebant,Cicer.de natur. Deorum. Vituperabant quidam vitia, tamen eadem ad res multas utilia censebant; prout Calviniani quoque docent, peccata gloriæ Dei illustrandæ inservire, Kurtzer Anhang p.123. è 2.Sam.12.v.7. Nolebant tamen videri, se tollere omnium rerum contingentiam D.Gesn.p.74. de fato. At hoc quidem peperit curiosa causarum investigatio. Plotin. lib. de fato c. 1. & 2. sicut & hæc eadem Calvinisticum & absolutum decretum; quantò rectius faciunt, qui Stoicum hoc delirium damnant, ut Gualther. part. 1. hom. f. 174. à Pezel. part.2. object. p. 187. 192. Hemming. in c. 1. ad Ephes. ad v.4. & thes. 4. in idem 1. caput: in c.6. ad Ephes. ad verba: *Ut bene sit tibi*. In epist. ad Hebr. ad verba: *orate pro nobis*. In epist. Judæ ad verba: *proscripti*. In cap.1. ad Rom. ad verba: *mentionem faciam*: in cap.9. ad Rom. ad similitud. *de figulo* &c. Philipp. in art. Bavaric. p. 369. Tomo 1. oper. Idem Hemming. in via vitæ folio 550. num. 40. & fol.317. numer. 25, 37. opuscul.

STOLA.

1. *Propriè* dicta vestis oblongior, in qua apparuit angelus Marc. 16, 5. 2. *Humanitas Christi* Genes. 49. Lavabit stolam suam &c. Ambros. *Bona stola est caro CHRISTI, quæ* [α] *omnium peccata operuit*; [β] *omnium delicta suscepit*; [γ] *omnium errores texit*: *bona stola, quæ* [δ] *universam induit vestem jucunditatis: lavit* [ε] *hanc stolam in vino, quando, cum baptisaretur, Spiritus S. descendit &c.* 3. *Habitus Pharisaicus* Marc. 12, 38. Luc.20, 46. 4. *Gloriosus ille* status vitæ alterius Apoc. 6, 11. c.7, 9. 13. 14.

STOMACHUS.

I. Corporis.

II. Animæ est memoria Bernhard. colum. 680. lit. I.

STIPULA.

1. Impiæ vitæ Jerem. 13. Nahum. 1. Mal.4.
2. Falsæ doctrinæ 1. Cor.3. v.12.

STORGE

Naturalis inclinatio & amor inter prolem & parentes &c.

στοργὰς naturales reliquit Deus, 1. ut doceant nos de ineffabili Dei patris erga filium amore; 2. de amore nostro erga proximum; 3. de amore erga nostros, Kerner in Ruth. 1. versu decimosept.

STRATAGEMATA.

Licita esse contra hostes, patet ex multis exemplis à Deo probatis. Vid. Didac. Apolepht. part. 1. horar. historic. p. 511. Fulgosus lib. 7. c. 4. Justin. libr. 22. hist. refert de Hannibale, quem in suas partes Prusias rex traxit conflicturus prælio navali cum Eumene: ille Hannibal ollas ac lagenas, quibus serpentes incluserat ac viperas in naves projecit Eumenis, qui plus hostibus periculi ac negotii facessivere, quàm milites; & sic cum duobus hostibus confligendum fuit, victorque evasit Hannibal, Zwinger. Theatr. folio 1867. Meiger. p.15.28. Nucl.hist.Sabell.f.56.Polyæn. de Stratagematibus. Simon Quichelberg. de Stratag. biblicis.

STRIDOR Dentium. *v. Infernus.*

Ad literam & propriè intelligendo, fatente Marſilio de Piſa f.208. tom. 3. Encyc.

STRIX. *v. Magia.*

STUDIA. Induſtria.

Studium 1. propriè dicitur intentio animi perpetua, cogitatio ac meditatio in opus aliquod intenti: & tribuitur Deo Pſal. 109. nota facite in populis ſtudia ejus; hominibus Pſ. 9. & alibi. 2. Notat etiam adinventiones humanas ac traditiones: Eſa. 58. ecce cum jejunatis, manent ſtudia veſtra.

Multis adamata; exempla recenſet Meiger. p. 268. Nuclei.

Laborioſa juventuti, ſed tamen jucunda ſenectuti otia, ut ait Cicero.

In ſacris vocationis officiis non ſimus pigri ſtudiô. 1. non vagabundi in propoſito pio & honeſto; 2. non tædioſi; 3. ſed aſſidui, ſeduli Roman. 12.

STULTILOQUIUM. *v. Lingua.*

STULTITIA & STULTUS:

Item Temeritas.

§. 1. Hebræis נבל notat (1) *Stultitiam cum ſcelere & induſtria peccandi conjunctam*: etenim vitium Dinæ illatum ſtultitiam vocant Geneſ. 34. Deuter. 22. & ſacrilegium Joſ. 7. & adulterium Judic. 19. & obſtinata Nabalis immiſericordia immiſericordi dedit nomen 1. Sam. 25. ſtulti: Hoſe. 2. perditam & perverſam omnino vitam ſignificat Pſal. 75. v. 5. 2. Samuel. 13, 3. aliquando etiam pœnam ſtultitiæ Job. 42. verſ. 9. (2) *Securos, impios, ſine timore Dei viventes* Job. 5. vidi ſtultum, radicem agentem: Pſal. 14. dixit *ſtultus in corde ſuo* &c. & Pſalm. 53. v. 2. Pſalm. 74, 22. Jer. 4. verſ. 22. (3) *Non intelligentes.* Deut. 32. populus ſtultus & non ſapiens: Roman. 1. Lucæ 24. ô ſtulti &c. Matth. 13. verſ. 17. 19. (4) *Ignobiles* 2. Samuel. 3. num Abner morte ſtultorum morietur: 1. Corint. 1. ſtulta elegit Deus. (5) *Divites* Prov. 19. melior eſt pauper &c. quàm ſtultus &c. Luc. 12. *Stulte, hac nocte &c. ſic Nabal ſtultus* 1. Samuel. 25. (6) *Naturâ vecordes & ſtultos* Prov. 17. centum plagæ ſtultum &c. (7) *Avaros*, qui ſtultè fiduciam in opibus locant Eſai. 32. hoc ſenſu Nabal omine & re gaudere dicitur. (8) *Perverſos naturâ* Proverb. 22. ſtultitia colligata eſt in corde pueri. (9) *Incredulos*, ſic Matt. 25. ſtultæ virgines. (10) *Ethnicos ſtultos* Rom. 1. confer Eſa. 46, 6. 7. Ut ſcriptura ſtultos vocat omnes peccatores; ſic quoque Ethnici peccatores. In ſpecie ſtultum eſt, ſolem & lunam Deos eſſe putare: Diagoras Herculem ligneum, quem lingua orarat, tandem in fruſta ſectum, Vulcano tradidit: Hermes Ægyptius agnoſcens altiſſimum Deum, tamen idola coluit, atque hæc olim eliminanda Ægypto prædixit: Socrates *per lapides & canes juravit*, deteſtaturus idola, ea tamen colens: Idem mox cicutam bibiturus Æſculapio gallum gallinaceum offerri juſſit.

§. 2. *Effecta & notæ ſtultorum*: Omiſſis melioribus pejora ſectari; ſic impii cœleſtia relinquunt, terreſtria amant Prov. 27, 22. Hebetem eſſe 1. Corinth. 2. *Animalis homo &c.* Præſumere de aliis & ſe, Sirac. 10. ſtultus juxta ſuam viam ambulans, omnes exiſtimat ſtultos eſſe: Rom. 1. dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Eſa. 44, 15. Jerem. 49, 7. Rom. 12, 3. 1. Corinth. 3, 18. 19. cap. 4, 6. 2. Cor. 1, 12. cap. 10, 5. Sapientiam deſpicere, Prov. 1, 7. 22. Tardum eſſe ad credendum Luc. 24. ô ſtulti &c. Promtum ad vitia Proverb. 14. impatiens operabitur ſtultitiam: Proverb. 10, 23. Sirac. 4. ſtultus complicat manus; cap. 10. *ſtultus verba multiplicat*: Eſa. 19. *fatua loquitur*. Pſ. 94, 7. *ſtultus non intelligit ea*: garrulum eſſe Proverb. 9, 13. cap. 14, 33. *diffamare proximum* Proverb. 10, 18. iracundum eſſe Proverb. 12, 16. c. 27, 3. ſibi bene placere Prov. 12, 15. nolle admittere correctionem Prov. 12, 1. nolle à malo deſiſtere cap. 26, 11. c. 27, 22. lætari in ſtultitia c. 15, 21. ac peccatum pro ludibrio æſtimare c. 14, 9. fluctuare inſtar rotæ Sir. 33, 5. ſomniis confidere Sirac. 34, 1. 2. 3. abuti Dei verbo ad perniciem Prov. 26, 9. temerariè agere Proverb. 14, 16. decipere ſe falſis opinionibus Sir. 34, 1. laudem ſapientiæ ſibi arrogare Prov. 26, 7. ſuum cor ſeducere Prov. 19, 3. putare, quod Deus non videat, Job. 24. v. 15. ſuam ſtultitiam prædicare Proverb. 13, 16. veram doctrinam non tenere memoriâ. Sir. 21. verſ. 17. c. 22, 7. 8. 9. Proverb. 18. v. 2. Juſtos æſtimare ut perditos. Sapient. 3. moleſtiam creare, eſt enim inſtar plumbi non ferendi Sirac. 22. verſ. 18. 18. confer Geyleri ſpeculum fatuorum. Hujus ſupplicia vid. Drexel. tractat. 4. Vernac. p. 440.

§. 3. *Pœnæ & conſequentia varia*: eſt enim *ſtultitia* abominationi hominibus Prov. 29, 9. abſentia honoris & contemtus Prov. 26, 1. 8. deſpectus Sir. 20, 33. Prov. 3, 35. Odium ſapientiæ Prov. 17, 16. Pericula, terror Prov. 10, 14. Servitus aliis præſtanda Prov. 11, 30. non videre dies bonos c. 19, 10. virga in tergum c. 10, 13. c. 26, 3. diſciplina eorum ſtulta eſt c. 16, 22. moriuntur tandem in ſtultitia Prov. 10. 21. indigni reſponſo Prov. 17, 22.

Fraudulentia Prov. 14. v. 8. pertinacia c. 14. verſ. 24.

Exempla ſtultitiæ in Cham, Mirjam, Rehabeam, Simei, Herode, &c. Nabal. Pſyllis, qui contra ventum Auſtrum pugnantes arenis adobruti. Confer Sabellic. folio 37. b. ſequent.

STUPRUM.

Committitur in virgine: oppoſitum caſtitati vitium, vid. Doct. Thumm. in Decalog. p. 437.

Pœna; 1. mors & tragicus exitus; ita Sichem interfectus eſt Gen. 34. Ammon occiſus ab Abſolomo. 2. Sam. 13. 2. Pluvia ignis & ſulphuris Gen. 19. 3. Bella Judic. 20. 4. Ignominia publica Sirac. 23. 5. Ignis Levitic. 21. Gen. 38. 6. Ignominia punita Exod. 22. (α) ducat ſtupratam; (β) dotet. 7. Turpitudo 2. Sam. 30. David abſtinuit ab his, quas Abſolon ſtupraverat.

STYLUS.

1. Scripturæ S. *divinus*, de quo Rivet. c.28. Isagog. & disput. nostra de Autorit. S. Scripturæ Witteberg. edita: *Simplex*, *penetrans*, *augustus*.

2. Simplex aliàs quoque esto, Augustinus libro 4. capite 11. de doctrin. Christ. §. Bonor. ingenior. maximè 1. Corinth. 2, 14. *Confer supra sermo*.

SUAVIS.

1. Dominus (α) *corde* erga nos & affectu patrio plenissimo; (ϐ) *ore* placidissimo, *verbo* suavissimo: (γ) *opere & manu* potentissimâ ad liberandum nos: Psalm. decimooctav. *misit manum ex alto*.

2. *Jugum Christi suave* Matth. 11, 27. 1. ob crucis mitigationem; 2. præmiorum cœlestium promissionem; 3. Christi amorem, quo vincimus grave jugum tribulationis mundi Rom. 8. v. 35. 36. seq. *Quæ dura sunt laborantibus, mitescunt amantibus*, ait August. 4. Remotionem Sarcinarum ceremonialium. 5. Salutarem crucis exitum 1. Corinth. 10. vers. decimotertio.

SUBDITI.

§. 1. Subditi 1. *In statu Hierarchico* suo modo sunt auditores, quoad obœdientiam Ecclesiasticam; hinc ministri præesse dicuntur vid. tit. *Minister*. Sunt 2. *Christo subditi*, qui offerre debent (α) aurum patientiæ. 1. Petr. 1, 6. 7. & 2. Pet. 1, 7. (ϐ) argentum fidei 1. Pet. 1, 7. (γ) *gemmam* charitatis Eph. 3, 19. (δ) Sericum bonorum operum Matt. 5. *Luceat lux vestra*. (ε) pelles arietis nostræ constantiæ in pietate, Roman. 8, 35. (ζ) unguentum bonæ conscientiæ. 3. In statu Politico cives Magistratui certis legibus subjecti, v. tit. *Civitas*. 4. In Oeconomico, uxor, liberi, servi, ancillæ hero vel Domino suo vid. tit. *servus*, *Herus*.

§. 2. *Virtutes* subditorum & actus laudabiles, cum oppositis. *Benedicere* regi pro nobis 3. Reg. 8. *quare benedicentes regi* &c. Eccl. 11. *ne malèdicas regi*. *Orare pro magistratu*, ei vitam longævam precari Tertull. c. 35. Apolog. sic olim Christiani etiam pro *Ethnico* vid. Tertul. lib. ad Scapulam: (& rectè, sic enim præcepit Apostolus Rom. 13. & 1. Tim. 2.) Optat. Milevit. lib. 3. adv. Parmen. p. 64. Origen. lib. 8. contra Celsum. pietatem & timorem Dei exorare. 2. Sam. 24, 23. sic Arafna pro Rege David. Et *gratulari*; sic olim Romani, & 1. Reg. 1, 37. 47. 2. Reg. 11, 12. & 1. Reg. 1, 25. 39.

Alere Magistratus Gen. 47. quinta pars regibus debebatur; *dare censum* Matth. 22. Roman. 13.

Defendere eos; Abner Saulum regem non custodiens graviter peccavit 1. Sam. 26. contra Abisai regem tutatus est 1. Sam. 21. Princeps Würtembergicus tanto sibi amore subditos devinxerat, ut hi ipsi esse pro muro crediti sint ab eodem, Saurius folio 238. Diarii.

Gaudere de eorum salute, vid. Zwingerum folio 45. b. §. Augustus: & 46. a. Germanic. Condolere 1. Sam. 19. v. 2. 3. *deflere*. vid. Niceph. Greg. lib. 10. f. 60. col. 1.

§. 3. *Obœdire* & fidelitatem præstare 2. Sam. 15. respondit Ethai: c. 16. dixit rex Sibæ: cap. 20. *adhærere* regi: Num. 27, 11. juxta os Josuæ: Roman. 13, 3. Suadetur eadem obœdientia (α) ab utili; (ϐ) honesto: (γ) jucundo; (δ) apibus suo Regi obsequium præstantibus. Non tamen *absolutè & simpliciter*: non enim tenemur obœdire magistratui in rebus divinæ voluntati oppositis; sic rectè negavit Naboth vineam Achabo, quia Deus distractionem fundorum & possessionum in V. T. prohibuisset. Dan. 3. peccant Babylonii adorando statuam. Herodis servi Matt. 2, 17. trucidando infantes: Joab populum numerando 1. Chron 21. Uriam necando 2. Sam. 11. alii Nabothum 1. Reg. 21. Laude verò digni sunt, qui in tabulis non obœdiunt; sic obstetrices in Ægypto Exod. 1. Bileam Num. 22, 12. Juvenes Dan. 3. Moses Exod. 2, 1. Servi Saulis, qui nolebant extendere manus 1. Sam. 22, 1. Petrus & Johannes Act. 4, 18. Tob. 2, 9. vid. Augustin. in epist. 166. Hieronym. in epist. ad Ephes. Ambros. in Ps. 124. de militibus Juliano servientibus: Matt. 22. *quæ DEI sunt*.

§. 4. Solonis Apophthegma: *Obœdientia civium civitatem salvam esse effecit*. *Opponitur obœdientiæ* 1. seditio, vid. tit. seditio. 2. *Defectio* 2. Reg. 17. Hoseas à rege Assyriorum; 2. Chron. 36. Zedekias à Rege Nebucadnezar defecerunt. Item 3. *inobœdientia* 1. Sam. 8, 7. Rom. 13, 2. quæ tamen multa mala producit Sir. 7, 7. 8. 9. c. 42, 21. 22. 4. *Rebellio subditorum* Act. 5, 37. quæ punita à Deo tragico interitu, Numer. 16. Core, Dathan, Abiram; 2. Sam. 20. Siba capite mulctatus, rebellis: lapidatione Levit. 24. prostratione 2. Reg. 19. Sennacherib 2. Chronic. 32. 5. *Contumacia*; sic Israëlitæ murmurant contra Mosen Exod. 14, 12. & aliàs sæpè: Samuelem 1. Sam. 8, 5. Bethulienses contra Oniam Judith. 7, 13. Eam sequuntur pœnæ Jud. 23, 3. 8. 9. seq. 2. Pet. 2, 9. 10.

Honorare vivum mortuumque Magistratum Rom. 13, 7. sic Gaaladithæ 1. Sam. 31. 2. Sam. 2. 1. Chron. 10.

Devotionem quoque vestium subjectione declarare. Zwing. fol. 46. b. §. Ducum: & gratulatione 1. Reg. 1, 31. 34. & agnitione onerum, quæ portat Magistratus 1. Sam. 9, 22. 24. Apud Ægyptios solebat sacerdos regis virtutes ad aram stans deductis hostiis, & pietatem in Deos laudare magna voce, audiente populo, Diod. Sicul. Zwinger. fol. 4214. col. 2. §. *apud Ægyptios*. *Non detrahere*, non maledicere Exod. 22. vers. 28. Eccles. 10. vers. 20. *in cogitatione tua regi non detrahas* &c. additur ibid. periculum: quod & Ethnicus vidit Juvenalis satyr. 9.

> *— Secretum divitis ullum*
> *Esse putas? servi ut taceant, jumenta loquantur*
> *Et canis & postes & marmora.*

Xenophon lib. 8. Pædiæ Cyri dicit: Principis multæ sunt aures, multi oculi &c. Vegetius lib. 2. c. 5. dicit: Imperatori, cum Augusti no-

men accipit tanquam præſenti & corporali Deo, fidelis eſt præſtanda devotio, & impendendus pervigil famulatus; Deo enim vel privatus vel militans ſervit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat autore.

§. 5. *Non contemnere* 2.Pet.2,10. nam contemtus ille in Deum recidit 1.Sam. 8,7. At contemti magiſtratus ſpecimina refert Ivellus Epiſc.Sarisbur. apolog. pro Anglicana Eccleſia, cum Rom. Pontifex gaudet dici Dominus dominantium: Auguſtinus Steuchus: Antonius de Roſellis. Clemens V. in Concilio Viennenſi: omne jus regum omnium à ſe pendere: Zacharias Papa I. Chilpericum Gallorum Regem de regno dejecit: Idem regnum Alberto Germanorum regi adjudicavit. Henricus VII. veneno periit ſumtâ Euchariſtiâ. Clemens VII. Franciſcum Dandalum ducem Venetiorum, Regem Cretæ & Cypri, catenis vinctum ſub menſam ſuam abjecit. Cœleſtinus Papa diadema non manu, ſed pede impoſuit Henrico VI. &c. vid. ſuprà tit. Magiſtratus.

Manſuetudo: ne ſumant de Magiſtratu etiam tyrannico ſupplicium; ſic David noluit interimere Saulum, cum poſſet 1.Sam.24. *Non occidere* ſive telo, ſive veneno, ſive venenatâ hoſtiâ, ut ille Monachus Imperatorem Henric. VII. ſuſtulit: Mortem enim magiſtratus à ſubditis illatam horrenda ſolet vindicta ſequi; exempla recenſet Didac. Apolephtes part. 1. p. 279. hor. hiſtoric. Etiamſi quoque ſubditi nonnunquam pœnas luant ob peccata Magiſtratus 2. Samuel.24. verſ.15. tamen non occidendus. Ob laſciviam Paridis periit totum regnum: Lacedæmoniorum Reſpubl. ob duos juvenes ſpurcos & libidinoſos, Plutarchus in Pelopid.

§. 6. *Servare juramentum fidelitatis Magiſtratui,* à quo malè ſubditos Papa ſolvit, vid. Widrigthon p.315. in diſcuſſione. *Non conſpirare,* mirabiliter namque ejuſmodi conſpirationes deteguntur, Zwing. f. 28. b. §. *Tempus agend.* Confer Eſther.5. *Non arma contra eos capere;* ſicut nec olim Chriſtiani fecerunt tempore Marci Aurelii Imperatoris. Tertull. capit. 37. Apolog.

Amare & obœdire placitis magiſtratûs 2. Chron.30,12. *Triſtitia non afficere* Pſal.106,33. *Non percutere* Prov.17. malum eſt &c. In eundem *oculos convertere,* ut 1.Reg.1,20. *Converſari prudenter cum Magiſtratu,* ut hujus iram caveamus Prov.16,14.15. Sir.9,18,20. Nec cum judice litigare Sir.8,17. *ſed honorare:* Sir.d.l.& c.4,7.c.10,24. eſt enim hic honoris cenſus magiſtratui dandus Theoph. in c.22. Matth. *Bona exempla* imitentur, mala fugiant, Camerar. part. 1. c. 66. hor. ſubciſiv. *Bene meritum non abjicere,* ut olim Samuelem Iſraëlitæ, Athenienſes Themiſtoclem Zwing. f. 162. a. Theat. *Sed perpendere onus,* quod portant: ſignificatum 1. Sam. 22, 24. armô. Dare ei quod ipſius eſt Matth. 22. *Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris;* hinc Joh. Petrus Ferrarienſis cenſet in Practic. for. reſponſ. rei conventæ §. Præſcriptiones, donationem Conſtantini revocandam eſſe.

§. 7. *Etiam Magiſtratui infideli & hæretico eſt obœdiendum:* id jubet Apoſtolus Rom. 13, 1. ſine exceptione: probat exemplum Iſraëlitarum Jer.29,7. Baruch. 1,11. imò Chriſtus jubet Cæſari dare quæ ſunt Cæſaris (Cæſar verò tum erat Tiberius) Matth. 22. ipſique ipſus tributum ſolvit Matth.17,27. & ad Cæſarem Paulus provocavit Act. 25, 11. & populus Iſraël Salomoni idololatræ 1.Reg.11,5. Amaſiæ 2. Chron. 25, 14. Manaſſe, ibid. c. 33, 2. obœdivit. Quo verò pacto liceat reſiſtere Magiſtratui, perverſam fidem imperanti, diſputant Noſtri D. Thumm. in Decal. Backmeiſt. Diſp.3.th.4. Balduin. in Caſib. Conſc. Tolerare debemus, ſi nos Magiſtratus ob fidem perſequantur; dicamus igitur cum Lucio magnas gratias, quod liberemur iniquis Dominis, & ad bonum & clementem Dominum proficiſcamur, teſte Juſtino Martyr. in Apolog. & ex hoc Baron. tom. 2. f. 157. ann. num. 35.

§. 8. *Mortuos Magiſtratûs lugere & deflere,* Ambroſ. tom. 3. orat. de obitu Valentiniani: & poſtea honorare 2.Chron.32, 33. illisq; parentare, vid. Ambroſ. tom.3. orat. ſuper Theodoſio Imperatore. *Solvamus bono principi lachrymas ſtipendiarias,* ut Ambroſ. conf. Eſr.7,27. Perſæ veſtes dilaniabant audita Xerxis clade. Herodot. lib.8. Probatur à *ſimili:* ut orphani ob parentes defunctos Thren.5,3. lugent; ſic ſubditi mortem Magiſtratûs. A *pœna* Dei ſingulari, quam metuere fas eſt Eſa.3,1.2.3. 2.Reg. 23,29. Joſias in media ætate mortuus. *Ab officio communi* humanitatis; cum juniorem Cæſarem viderent Conſiliarii aulici flere, ob amicum mortuum, & hoc nollent, reſpondit Marcus Antonius: *permittite illi, ut homo ſit, neq; enim vel Philoſophia vel imperium tollit affectus.* conf. Sir.38,16. Joh.11, 35. Luc. 7, 7. *A conteſtatione amoris,* quem debemus Magiſtratui, ob pacem hactenus conſervatam, ob clementiam exercitatam, ob beneficia exhibita, conf. 2. Sam. 2. Dan. 4. arbori latè frondenti comparatur Magiſtratus. *A contrario;* non dicas cum Anaxagora Stoico, amittente duos filios: ſcio mortales fuiſſe. *A minori;* doles arborem cadere frugiferam in horto tuo; multò magis dole ob mortem Magiſtratûs. Jonas deploravit hederam extinctam Jon.4. ob ſciſſuram parietis dolet paterfamilias. *Ab exemplis Gentilium:* Ægyptii omni luxu abſtinebant, mortuo rege Zwing. f.*99*.b.100. conf. f.*96*.a.b. Cecrops Athenis conſtituit, ut Orationes Funebres haberentur; huc præficæ, epicedia, epitaphia, columnæ: Pittacus unus ſeptem ſapientum edictô cavit, ne plures tribus locarentur columnæ ad ſepulchrum: Artemiſia regi marito ſplendidum Mauſoleum, ſepulchrum inter miracula mundi relatum, exædificavit. *Ab exemplis ſacris:* Deut.34. Moſes triginta dierum luctum fecit: 2.Sam.1. David luget ob mortem Saulis & Jonathanis: 2.Chron.35,25. Joſiam ipſe luget Jeremias Propheta. *A turpi* ingratitudine, cum enim bonus Magiſtratus contemnitur, mox venit tyrannus; poſt ſpretum Samuelem Saulus, poſt Salomonem Rehabeam, poſt pios

reges

reges venit Nebucadnezar, Antiochus, Ptolomæus Lathurus, Pilatus, Titus: conf. Luc. 13, 3. Job. 34, 29. Eſa. 10, 5. *A ſigno iræ Dei*, quod eſt mors Magiſtratus: nam Deus tollit morte Magiſtratum (α) ob peccata populi Prov. 28, 2. Thren. 5. (β) ob commodum Magiſtratus 1. Regum 22, 20. Noa in arca abditur reliquis pereuntibus, conf. 2. Reg. 20, 21. cap. 23, 29. Ut Paterfamilias tempore pluviæ triticum in horreum recondit; ut tempore belli vaſa pretioſa in locis tutis abſcondis; ut pater domum vocat filium peregrinantem: ſic Deus pium Magiſtratum evocat terris. Poſt mortem Joſephi Exod. 1. verſ. 2. 3. 8. magnæ calamitates Iſraëlitas affixerunt, Act. 7, 18. 2. Chron. 20, 22. c. 12, 28. c. 21, 6. 16. c. 33, 9. Jud. 16.

§. 9. *Præmia* bonorum ſubditorum: 1. liberatio, ſic bonus Loth Geneſ. 19. 2. bonæ conſcientiæ conſervatio. Rom. 13, 5. 6. 3. inter publicas clades defenſio, ut Simeon Luc. 2. Zacharias, Eliſabeth, Joſeph & alii ſub Herode.

Supplicia malorum: 1. temporalia eaque varia; 2. æterna, ſi non reſipiſcant.

Similia ſubditorum: Apes ſub rege ſuo mellificant; ſubditi ſub magiſtratu vitam tranquillam ducunt 1. Tim. 2. Liberi ſub Magiſtratu ceu parente. Membra ſub capite; caput Magiſtratus eſt, ſubditi membra: in hæc ab illo ſpiritus fluat pacis & juſtitiæ Pſ. 85, 11. Oves ſub paſtoribus paſcuntur: ſub pio Magiſtratu ſubditi nutriuntur, vid. tit. Magiſtratus.

SUBJECTUM Eſſe.

Vid. tit. Subditi, Servi, Liberi: CHRISTUS ſubjectus parentibus Luc. 2. non eo ſenſu, quem Dd. Pontificii quidam fingunt. V. Rivet. in Apolog. pro Maria, p. 151. 152.

Subjici invicem in timore Epheſ. 5. v. 21. eſt 1. Agnoſcere, Deum velle, ut inter homines ordo ſit ſuperiorum & inferiorum, qualis eſt ordo membrorum in corpore Rom. 12. 1 Cor. 12. 2. Juxta hunc ordinem alter alteri ſubjectus eſſe debet, rex populo, populus illi, per debita officia; ſicut & Chriſtus rex Eccleſiæ huic ſervit, & Judæis & Gentibus: vid. Rom. 15. Miniſter circumciſionis &c. Eſtque hæc ſubjectio ordinis, charitatis & ſpontaneæ è charitate fluentis devinctionis, ſubordinationis; cujus finis eſt gloria DEI & ſalus proximi. 3. Sic creaturæ omnes ſibi invicem ſubordinatæ, terra aquæ, aqua aëri, aër ſphæræ ignis, cuncta verò cœlis. 4. Impellens cauſa eſt timor DEI, charitas proximi, mandatum Dei Epheſ. 5, 21. 5. Verſetur hæc ſubjectio in omnibus ordinibus & ſtatibus, quorſum etiam d. l. Apoſtolus reſpexit.

SUBSCRIPTIO.

Eſt rei placitæ confirmatio, manus propriæ aſſignatione conteſtatio. Vide l. ſicut §. Non videntur 15. ff. quib. modis pign. & l. 1. verſ. ſubſcript. ff. de conſt. princ. vid. porrò Beſoldum Theſ. pract. p. 382.

Bona fide fiat, ſic Paulus epiſt. ſubſcripſit 2. Theſſ. 3. v. 17. 18. Anshelm. in h. l. Erant enim ſuppoſititiæ literæ miſſæ 2. Theſſal. 2. Contra hanc fidem peccavit Arius: it. Euſebiani, Ariani Athanaſ. tom. 1. col. 671. b. c. d. it. Zanchius Auguſtanæ Confeſſioni non ſine dolo ſubſcripſit. it. Sociniani parati ſubſcribere ſymbolo Apoſtolico, ſcil. ſenſu Sociniano, quem edito eodem Symbolo, dictisque ſcripturæ ſuo ſenſu imbutis conveſtito expreſſerunt; ut dictum. Videatur quoque D. J. Froboſius lib. 1. ſ. 19. §. 4. Inſtit. hiſtorico-Theolog.

SUBSISTENTIA.

Terminus metaphyſicus, ſcholis Theologorum frequentatus: notat 1. partes eſſentiales; 2. modum exiſtendi vid. Jun. tom. 2. col. 39. 40. oper. defenſ. 1.

Quædam completa, quædam incompleta, quâ ſubſiſtit anima poſt factam ſolutionem à corpore: conf. Doct. Scharfium p. 1070. 1071. Theor. tranſcendental. quod contra φλυαρίας Socinianorum obſervandum.

Eſt proprietas proprii maximè, contra Becan. p. 476. Manual.

SUBSTANTIA.

1. Subſtantia notat ſubſtantiam ab alia diſtinctam: ſic humana ſubſtantia ſpecie non diſtincta. 2. Subſtantiam ſubſiſtendi modis diſtinctam, ejuſmodi eſt ſubſtantia S. Trin. non diviſa, nec quoad eſſentiam diverſa; ſed eadē & ſimpliciſſima. Hoc ſenſu veteres ſcribunt, ſubſtantiam divinam reſpuere numerum, Hilarius lib. de Synod. fol. 326. ſq. Ambroſ. l. c. 1. 2. de fide, & lib. de Spiritu S. c. 3. Prudent. Boët. libro 1. c. 3. de Trinit. Lombard. libro 1. diſt. 8. ſentent.

Subſtantialis unio non ratione modi corporalis, qui fluat è ſubſtantia corporis contra Weigelianos & Fanaticos. V. D. Himmel. & Thumm. de Weigelianiſmo; ſed ratione veræ exhibitionis corporis CHRISTI: ſic loquitur Damaſcen. lib. 3. c. 3. Orth. Fidei. Concedunt hanc phraſin Calvin. fol. 1158. 1159. opuſc. Laurent. p. 23. de conjunctione ſignorum, Perkins. tract. de Euchariſt. p. 851. 853. Tollatur igitur vel tandem noſtræ ſententiæ calumnia!

SUBVERTO.

1. Deus ſubvertit, i. e. funditus tollit, delet, extirpat Geneſ. 13, 10. c. 19, 21. ſeq. Eſai. 13, 19. & quidem per hoſtes, tyrannos, ignem &c. 2. Regum 5. per Aſſyrios, alii Syros accipiunt, Amos, 4. v. 11. Jon. 3, 4. Jerem. 19, 17. Hag. 2, 23. & alibi ſæpè. Eſt opus divinæ iræ & juſtitiæ & zeli Johan. 2, 15. 2. Homo, vaſtando ſubvertit. Num. 21. 3. Deuter. 7, 5. c. 12, 2. Joſ. 10, 2. fallendo, perſuadendo Num. 32. v. 7. 9. Tit. 2, 11. c. 3, 11. Secunda hæc vaſtatio eſt humani vitii, altera & prima eſt divini ſupplicii, & juſti DEI judicii.

SUBULA.

Exod. 21, 6. *perforabat aurem ſervi fidelis & ſervæ* Deut. 15, 12. ſignificabatur 1. obſervantia & ob-

& obœdientia, quâ Domini juſſa ſive mollia, ſive dura excipere debebat ſervus. 2. Timor ſervi acutâ ſubulâ notatus, ut ille timor cor ſervi penetraret, usq; ad manumiſſionem, quæ anno jubilæo contingebat Levit. 25, 40. confer Hieronym. in c. 1. ad Galat. Spectabat hæc lex ad 4. præcept. de officiis ſervor. vid. titul. *Servus:* & lib. 4. Pandectar. ſive ff. Non minus Chriſti typus innuitur, fidelis illius ſervi: Pſal. 40, 7. Aures (ſic enim dicit ipſe) fodiſti mihi; nempe, Chriſtus cruci quâ manus, pedes ſuffixus, obœdientiam conteſtatus Heb. 5, 6. ſeq. cap. 10, 5. Adde, commonefieri fideles officii ſui, ut habeant aures apertas ſubulâ Spiritûs Sancti, perforatas non clauſas in templo Domini, non incircumciſas: Joh. 8. *qui ex Deo eſt, verbum Dei audit*, vid. tit. Auditor: non duras Eſa. 6. Actor. 7.

SUCCENDO. *V. Ignis. it. Plaga.*

SUCCESSIO.

§. 1. Triplex in jure civili: 1. *Juris* v. hæredes: 2. *Rei* v. legatarii, emtores. 3. *Functionis*, ut ſuccedanei, ſucceſſores in functione. Nullo horum modo Papa eſt ſucceſſor Chriſti; Brutum fulmen p. 40.

Deinde 4. ſucceſſio *in doctrina*, quâ eadem doctrina conſervatur & continuatur Pſal. 132, 13. De hac Patres loquuntur, Tertullian. præſcript. adverſ. hæret. c. 37. *Sum* (ait) *hæres Apoſtolorum, ſicut caverunt teſtamento, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adjuraverunt, ita teneo.* Gregorius Nazianzen. orat. de laudibus Athanaſii: *Succeſſio* (ait) *fidei & pietatis propriè ſucceſſio exiſtimanda eſt*, &c. Epiphan. hæreſ. 55. Hieronymus epiſt. ad Heliodor. alleg. diſt. 40. cap. 12. multi, ut mox dicend. Irenæus lib. 4. c. 43. *Obaudiendum in Eccleſia iis presbyteriis, qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, & qui cum Epiſcopatus ſucceſſione* CHARISMA VERITATIS CERTUM ſecundum beneplacitum Patris acceperunt; reliquos verò qui abſiſtunt à principali ſucceſſione & quocunque loco colliguntur, ſuſpectos habere, vel quaſi hæreticos & malæ ſententiæ, vel quaſi ſcindentes & elatos & ſibi placentes, aut rurſus ut hypocritas, quæſtûs gratiâ & vanæ gloriæ operantes hoc: Omnes autem hi decidunt à veritate. Hæc ille. Confer cap. 44. ibid. Rurſus Tertull. lib. de præſcript. *Ubi vox Apoſtolorum* &c.

5. *Loci:* atque hæc non mox facit ſucceſſionem, diſtinct. 40. c. 12. *Multi.* Bernhardus ad Eugen. Ubi non eſt paſtus ovium, ſed faſtus hominum, non Petro, ſed Conſtantino ſucceditur. Pſalm. 78. repulit Dominus tabernaculum Siloh, & poſtea Gibeam elegit. contra hanc loci ſucceſſionem diſputat Stephanus Actorum 6. Jesus Nazarenus demolietur hunc locum &c. Fruſtra de hac Jer. 7. gloriabantur Judæi, vid. Antiſchiller. p. 111. ſeq.

§. 2. 6. *Officii & functionis;* Olim etiam ſucceſſores deſignabantur ab eis, qui adhuc in vivis erant, officiisque ſuis fungebantur, ut Teotecnus Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus Anatolium Euſeb. lib. 7. cap. 32. Alexander Epiſcopus Alexandriæ Athanaſium, Niceph. l. 8. c. 44. Sozomen. lib. 2. c. 17. hiſt. Alexander Epiſcopus Conſtantinopoleos nominavit duos, Paulum & Macedonium, ſuper quibus magna deinde orta eſt contentio, Socrat. libro 2. capit. 6. Sozom. l. 3. c. 3. Accedebat tamen conſenſus Cleri, ſine quibus nihil erant ejuſmodi denominationes ſucceſſorum.

7. *Paparum ſucceſſio* incerta & dubia eſt ob incertam illorum calculationem atque ordinem, quod ſolidè juxtimque evidenter commonſtravit D. Hunnius in Pelle ovina, Papatui detractâ. Confer quoque Antonin. part. 2. vol. hiſtorial. tit. 16. fol. 182. §. 13. col. 2. capit. 1. §. Aliqui ponunt Baſilium. Heerbr. volum. 2. Diſput. p. 905. Mylius in A. Conf. p. 123.

Per malos Pontifices *interrupta*, v. gr. Anaſtaſius ſecundus ita ſe geſſit, ut Clerus Romanus ab eo ſeceſſerit: Liberius & Felix Arianâ labe infecti ſunt: Johannes XI. Scortator: Johannes XIII. monſtrum: XVIII. latro: Viceſimus tertius multis ſceleribus infamis fuit: Sylveſter II. Magus; vid. Platinam & alios. Vide quoque G. Genebrard. in Chron. apud D. Rivetum p. 454. Iſagoges: quorum hic fatetur, *multos Pontificum Apoſtaticos & Apotacticos fuiſſe:* lib. 2. ad ann. 901. (En qualis ſucceſſio?) *Imò monſtra fuiſſe & turbatam eſſe ſucceſſionem, ut olim ſub Antiochis* Chronol. lib. 4. Sec. 2.

SUCCOTH.

Locus primæ manſionis Iſraëlitarum, ſic dictus à tabernaculis סכך: Texit. hinc ת: plur. Exod. 12, 37. Locus in regione, quæ Græcis dicitur Trogloditica.

SUDOR & SUDARIUM.

Sudor 1. *Officii* & laboris unicuique impoſitus: 2. *Magiſtratûs* vid. tit. Magiſtratus: 3. *Miniſterii:* Lutherus in Gen. 3. dicit: *Oeconomicus ſudor magnus, Politicus major, Eccleſiaſticus maximus.* In ſudore non cingent ſe Levitæ, Ezech. 44, 18. Lutherus in margine: *non decere miniſtros, ut deſtituant Dei verbum, & ruſticis ſeſe laboribus implicent, poſthabito labore ſacris ſtudiis debito* Sir. 39. v. 25. Hieronymus exponit de alacri & ſpontaneo Miniſtrorum, quo Deo ſerviant, ſpiritu. 4. *Sudor ſanguinis:* eum poſſibilem eſt ſtatuit Ariſtoteles lib. 7. de hiſtor. animal. & libro 3. cap. 5. de partibus animal. Lutetiæ quidam robuſto & valente corpore præditus auditâ capitis ſententiâ ſudaſſe ſanguinem narratur à Maldonato in cap. vigeſimumſextum Matthæi. Chriſti ſudor omnium maximus, cuſtodiendus vid. tit. Chriſtus.

Sudarium Lazari Joh. 11. notat peccati vincula, quibus conſtringimur, quæ nemo niſi Chriſtus ſolvere poteſt.

Sudarium Pauli ſanat Actor. 19. verſ. 12. quia Apoſtolus erat, & doctrinam Evangelii ſignis confirmabat.

SUF-

SUFFERO. V. *Charitas; it. Patientia: it. Tentatio.*

SUFFICIENTIA.

Item ſufficit, vid. tit. Αυτάρκεια. it. Contentatio: it. tit. *Liberum Arbitrium.*

SUFFITUS. V. *Odor.*

SUFFRAGIA.

Pro mortuis, vid. tit. Oratio: it. Electio, in qua geſtibus ſignificabantur ſuffragia Act. 14, 23. 2. Cor. 8, 19.

SUFFOCATA & SUFFOCO.

§. 1. Suffocatis olim veſci lege divinâ cautum erat Levit. 17. repetitâ Actor. 15, 20. 29. obſervata ad tempus in Eccleſia primitiva Tertull. in Apolog. fol. 29. §. Erubeſcat error &c. Origenes lib. 8. contra Celſum: idem in epiſt. ad Roman. cap. 2. lib. 2. fol. 484. ab init. 483. ut ne Judæi recens in Eccleſiam vocati offenderentur, ſed potius Chriſtianis reconciliarentur Auguſtin. lib. 32. c. 13. cont. Fauſtum. Lex de illis ſublata modò; Hebræi in Midras Thehillim in Pſal. 145. verba, *ſolvit* compeditos, notant, tempore Meſſiæ omnem ciborum delectum abolitum iri.

§. 2. *Divitiæ ſuffocant*, cum cogitationibus perniciosis corda hominum opplentur, & ab attenta verbi divini auditione abſtrahuntur Matth. 13, 7. Marc. 4, 7. Luc. 8, 7. Gloſſa interlin. in Matth. 13.

Ezech. 36, 13. ſuffocare ſuam gentem, id eſt orbam reddere: quod ob peccata Iſraëlitarum factum eſt, qui terrâ ſua orbati, in exilium pulſi ſunt & captivitatem. En fructus peccatorum! En pudendos fructus! Ecce Dei iram! Colendus igitur vitâ piâ Deus; Deus pura mente colendus nobis, ne orbi fiamus!

SUGGESTIO. V. *Concupiſcentia.*

Suggerit Spiritus S. 1. nos admonendo de officio noſtro: 2. linguæ verba imponendo. 3. memoriam renovando & confirmando. 4. metum humanum pellendo. 2. Tim. 1, 7. V. tit. Spiritus S. confer 2. Tim. 2, 14. Tit. 3, 1.

SUGO.

1. Propriè, mel de petra Deut. 32, 13. ubera. 2. Nutriri Eſa. 60, 16. 3. Conſolationem haurire Eſa. 66, 12. 4. Puniri Ezech. 23, 34. Pſal. 75, 9. Eſa. 51, 16.

SULCUS, SULCARE.

1. Diſtincta agri portio, rigatur à Deo Pſ. 65, 2. Pſ. 129, 4. notatur perſecutio Eccleſiæ.

SULPHUR.

1. Propriè dictum & *Phyſicum*. 2. *Inſtrumentum iræ divinæ* Gen. 19, 24. 25. Deut. 29, 23. Job. 18, 15. Pſ. 11, 6. Ezech. 38, 22. ad inferendam ſterilitatem & vaſtitatem. 3. *Inferni monumentum* Apoc. 14, 10. c. 19, 20. c. 21, 8. 4. *Blaſphemæ doctrinæ ſignum* Apoc. 9, 17. 18. 5. Voluptatis mundanæ, quæ tandem accenditur igne furoris Dei Luc. 16. exemplo epulonis.

SUMMA.

Eccleſ. 12, 13. Finem loquendi &c. Vulgat. Oſiander reſtituit: Summam *rei totius*. Et rectè: In Hebr. סוף פסוק Chaldæus hæc refert ad auditionem, in Judicio extremo futuram. Sed minus ad literam & textus συνέπειαν: neque enim in judicio valebit tunc timere Deum, niſi quis timuerit hunc ante Judicium. Itaque ſenſus Eccleſiaſtæ eſt. In timore Dei excolendo omne punctum eſſe poſitum, & hunc in ſe omnia complecti. Maximum ſanè pietatis Encomium, memori menti inſcribendum, ut timor Dei ſemper ſit præ oculis noſtris, ad fugiendum peccatum.

SUMMISTÆ.

Autores Pontificii, qui varios caſus Practicos ordine Alphabetico pertractarunt, certis titulis diſtinxerunt, verbi gratia: Summula Cajetani. Sylveſtri Barth. Fumi armilla, Samuel de Lublino. Gul. Peraldi ſumma virtutum, vitiorum &c. dextrè legendi, accuratè judicandi, ut excerpamus, relictis quisquiliis, utilia, triticum ſeligamus, rejectâ palearum ſtrue, & ſtipulis doctrinæ fidei & veræ juſtificationis coram Deo, adverſantibus.

SUMTUOSITAS. V. *Liberalitas in Oppoſit.*

SUPER & SUPRA.

Supra naturam i. e. ordinarium naturæ curſum Deus multa facit: 1. teſtis eſt ſcriptura Epheſ. 3. *ſupra quod intelligimus.* 2. Exempla; ſic Aſina locuta, ferrum natavit, vinum aqua fuit, ſenex generat, virgo parit. 3. Confeſſio F. Junii in cap. 22. Numer. fol. 469. 470. Spindler. in Evangel. de 4000. cibatis, Muſcul. in Rom. 4, 18. Perkinſ. p. 169. explic. Symboli. 4. Patrum Eccleſiæ & priſcorum Doctorum, myſteria Dei, ſupra captum noſtrum evehentium: Juſtinus. Τὰ ἡμέτερα ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν κτισῆς τῆς φύσεως. V. *Myſteria.*

SUPERBIA. *Conf. Arrogantia.*

§. 1. Eſt elatio animi, exultatio effrenis, cum læſione proximi & diſpendio honoris divini; ſic Ægyptus vocatur ob ſuperbiam & animi elationem *Rahab*. Pſ. 87, 7.

Multiplex eſt: Alia *occulta*, alia manifeſta: alia in corde, alia in verbis, geſtu & ſermonibus Dan. 3, 15. cap. 4, 30. Matth. 19, 20. Dan. 5, 20. 23. Proverb. 12, 23. alia in veſtibus, vid. tit. *veſtis*: alia in Deum, alia in proximum Proverb. 13, 16. Conf. Johan. Arnd. lib. 1. cap. 42. de vero Chriſtianiſmo: alia *corporalis*, alia *ſpiritualis*. Eſt verò ſpiritualis ſuperbia, cum quis in donis Dei gloriatur, tanquam ſuis; ſed fugienda eſt 1. quia ſoli Deo eſt gloria danda, à quo omnia habemus 1. Cor. 4. *quid habes, &c.* 2. Quia Deus punit hanc ſuperbiam Matth. 6, 5. Luc. 18. Phariſæus. *Si vis eſſe alienus à gratia*, jacta tua merita Auguſtin. in Pſal. 31.

Septuplicem aliàs ſuperbiæ lepram recenſet Bernhard. ſerm. 3. de Reſurr. lit. A. B. 1. in

proprietate possessionum: 2. Gloriâ vestium. 3. Voluptate corporum. 4. &5. In ore dupliciter Vid. Bernhard. 6. &7. In corde dupliciter, propria voluntas, quæ se dominio Dei subtrahit; & proprium consilium, cum quis suum errorem sequitur, nec Dei voluntati se subjicit, &c.

Gradus duodecim constituunt alii, v. g. curiositas, mentis levitas, inanis lætitia, jactantia, singularitas, arrogantia, præsumtio, peccatorum defensio, simulata confessio, rebellio, libertas, consuetudo peccandi.

§.2. *Causa* princeps 1. Joh. 2, 16. Satan, seductor generis humani: Procreans (α) ignorantia propriæ infirmitatis. (β) Amor sui nimius, & admiratio sui, Daniel. 4. Hæc est illa Babel; Luc. 18. non sum sicuti. (γ) Vana fiducia in rebus, quæ vel non habentur, vel non diu retinentur v. g. in bonis corporis Act. 12, 21. vel meritis vid. August. in Ps. 85. (δ) Abundantia rerum corporalium Ose. 13, 6.

§.3. *Effecta* superbiæ: efferre se contra Dominum Jer. 48, 26. se admirari Dan. 4. sua bona cum aliis conferendo extollere: in Deum peccare, Prov. 21, 4. ejus odium attrahere Sir. 10, 7. Prov. 6, 6. c. 17, 6. Dei bona non agnoscere Os. 2. 1. Cor. 4. Deo vero gloriam adimere: ex amico Deo inimicum facere; non rependere Deo, ut facere debemus 2. Chronic. 32, 25. 1. Pet. 5. jactitare sua bona Luc. 18. Zwinger. f. 2565. 2850. theatr. cupere honores, ut L. Metellus, Maximinus genua osculis honorari voluerunt, Jul. Capitol. in Maximino, Plutarch. in Sertorio.

Reddere hominem (α) crudelem & tyrannum Prov. 13, 16. Sir. 29, 16. (β) Perturbatorem omnium, vide Haman & Adoniam 1. Reg. 1. Core, Dathan Num. 16. Alexand. M. qui totum terrarum orbem perturbavit: (γ) stultum & gloriantem in suis cupiditatibus Sirach. 20, 12. Dan. 4. Hæc est illa Babylon. (δ) obliviosum, nempe ut homo obliviscatur Dei, humilitatem præcipientis; angelorum gregis, eandem exemplo suo confirmantis Es. 6. tegunt pedes; suimet ipsius & aliorum hominum, qui lapsi sunt, præcipitesque acti superbiâ; ut Lotos arbor facit oblivisci patriæ, &c. sic superbia cœlestis patriæ oblivionem inducit. (ε) *Brutum*, adimit enim omnes sensus & judicium, ut ruinam non animadvertant, sicut nec ebrii: nec suavitatem Dei agnoscant, nec palpabilem Christi humilitatem, nec odorantur exemplorum bonorum odorem, nec vident pœnarum propinquitatem. (ζ) Famulum Satanæ, nam Job. 41. est Rex super omnes filios superbiæ.

§.4. *Omnia bona destruere*, sic Luc. 18. Pharisæus fecit, Stapletono judice; qui ergo hodie meritis confidunt, omnia bona destruunt. Iram Dei exasperare, 1. Reg. 19, 11. visus est Prophetæ ventus fortissimus, montes disrumpens. Ventus est ira Dei fortissima, quæ disrumpit montes; hi verò montes sunt superbi & elati Esa. 40, 4. cap. 2, 14. 1. Petr. 5, 5. Sirach. 20, 7. Deum non glorificare; ædificaturi Babel non Dei, sed suum nomen glorificare volebant Genes. 11. non secus superbi.

Multa mala efficere, nihil boni efficere Sir. 3, 20. quæ sunt, deficere à Deo Sirac. 10, 14 ciere contentiones, rixas & odia Sir. 10, 7. Contemnere alios, sic Hagar Dominam Gen. 16. Goliath Davidem 1. Sam. 17. Philip. 2, 3. 2. Sam. 18. titulos erexit sibi. Ruinam sibi attrahere 2. Chron. 26, 16. exemplo Usiæ, Esther. 5, 10. superbiens ruit, nec enim se possunt exaltare tandem Psalm. 66, 7. Sed tandem præcipitantur Obad. v. 4. 5. Clades bellicas sibi attrahere Jerem. 46, 16. 17. 20. & v. 7. 8. ibid. Alere spem irritam, hypocritæ spes peribit Job. 8, 13. Superbus verè est hypocrita, cujus spes verè est tela aranearum. Vexillum Christi turpitudine afficere; in vexillo Christi est humilitas Matth. 11. Johan. 15. hanc qui conculcant, næ deturpant Christi vexillum. Procreare hypocrisin. Cum Antisthenes Cynicus Philosophus pallium suum pertusum jactitaret, Plato ei dixit: video per pallium tuum tuam vanitatem.

§.5. *Trudere de peccato in peccatum.* Polluere hominem plus quàm fornicatio & adulterium, Chrysost. hom. 15. in Johan. Elongare hominem à Deo. Fidem hominis impedire Joh. 5. Semetipsum fallere Jerem. 49, 16. Obad. v. 2. 3. Efficit hominem Deo rebellem Deuter. 32, 15. Cogitationes hominis dispergere, ut ille nusquam sit quietus. Timorem Dei abjicere Jer. 5, 24. 26. imò Deum ipsum Job. 22. 17. Exilium inducere Sir. 21, 5. 6. Sui depressionem sibi accelerare Luc. 18, 14. Matth. 23, 12. Job. 22, 29. Proverb. 9. 23. Jac. 4, 6. 1. Pet. 5, 5.

Cor elevare Ose. 13, 6. 2. Chron. 32. Superbè loqui Ps. 73. & Psal. 37, 35. Superbire de victoria 2. Chron. 25. Superbos gestus præ se ferre, nempe oculos elatos Prov. 30, 13. Psal. 101. locum occupare non debitum Luc. 14. Confidere suis opibus & virtutibus, ut Pharisæi Luc. 18. Prov. 25, 6. Sir. 3, 20. Gloriari de iis quæ non habet, ac si haberet: confer Jer. 9, 23. 1. Corint. 1. Prov. 12, 23. Sir. 20, 11. Inflare hominem Ps. 10, 2. Inflammare hominem cupiditate propria: Impellere ad omnia peccata Sirach. 10, 14. 15. Contumeliam attrahere Proverb. 11, 3. Sectari suam perditionem Prov. 17, 19. Præcipitare hominem Sir. 3, 26. 28. Stultos reddere homines Rom. 1. stulti facti sunt. Superbire vestibus & honoribus Sir. 11, 4. Apponere etiam alios capillos, quod genus superbiæ carpit Clemens Alexandr. l. 3. pædagog. c. 11. 12. Opes, opera & divitias ostentare Esa. 39. Hiskias.

§.6. *Fugienda* igitur (1) *Ob testimonia divina*, quæ docent (α) nos non debere post oculos nostros scortari Num. 15, 39. at superbi juxta suos oculos scortantur: (β) Dei non oblivisci Deut. 8, 14. Ose. 13, 6. (γ) Alienos Deos non habere Deuter. 17, 3. (δ) Ob superbiam Deum homines humiliare 1. Samuel. 2. vers. 28. Proverbior. 6. versicul. 17. Luc. 14. versic. 8. Romanorum 1, 30. cap. 11, 8. (ε) Infantes nos imitari Matt. 18, 3.

(2) *Ob exempla tragica* & supplicia, Adami Gen. 3, 16. Babylonicorum Gen. 11, 5. Nebucad-

nefaris Daniel. 4. Mirjam Num. 14, 18. Core, Dathan Num. 16, 31. 32. Osiæ 2. Chron. 26, 19. Herodis Act. 12, 21. Absalomi 2. Sam. 18. Hamanis, Angelorum malorum Jud. ep. Chaldæorum, qui superbiebant potentia 2. Reg. 25, 5. vestitu Ezech. 23, 15. fortalitio Jer. 51. famâ Esa. 13, 9. tandem à Deo succisi. Goliathi 1. Sam. 17. Sir. 47, 5. Pharaonis, Tyriorum Ezech. 26. Holofernis Judith. 1. Impiorum Ps. 37.

(3) *Ob considerationem originis nostræ*, è luto sumus ut Adam Gen. 1. & cinis ut Abraham Gen. 19. Et vicissitudinis rerum humanarum; Romani porrigentes coronam triumphatori, addebant hæc verba: memento te hominem esse.

(4) *Ob considerat. redemtionis Christi*, superbia enim nostra Christum cœlo detraxit August. tom. 8. col. 99. b. Sic Christo vult præcedere superbus, non sequi eum, quod faciunt humiles August. tom. 8. col. 58.

(5) *Superbiæ turpitudinem*, nihil enim turpius est superbiâ, quâ creatura à creatore deficit Sir. 10, 14. Turpe etiam est pulverem & cinerem superbire Sir. 10, 9. 10. seq. Hinc Totilas Gothorum rex Româ captâ dixit: non superbiendum nobis, sed Deum præ oculis habeamus, mutationes fortunæ extimescamus (nam Belissarius septem millibus ducenta millia Gothorum ceciderat) Crantzius lib. 3. Sueciæ, Zwing. fol. 2524. col. a. Theatr.

§. 7. (6) *Ob pœnas* superbiæ Ps. 31, 25. est nuncia ruinæ Prov. 16, 18. c. 18, 12. sicut Saulus arcum triumphalem erexit, post lapsus est. Abominatur eam Dominus Prov. 16, 5. pudore adobruit Sir. 10, 21. perdit ut sterquilinium Job. 20. 7. Deprimitur, ut in Pharaone Exod. 5, 2. c. 14, 27. Nebucadnesare Esa. 14, 13. Ezechiel. 28, 2. Tyri Rege. Detestatur Deus superbos Amos 6. Prov. 16, 5. Væ illis imprecatur Esa. 5. væ qui estis sapientes in oculis vestris. Omnes superbos eradicat. Sir. 3, 19. exscindit Esa. 51, 10. vastat Jer. 48, 26. 27. nomina delet superborum Sir. 3, 20. humiliat Prov. 25, 7. domos eorum destruit Prov. 15, 25. punit eos per filios proprios 2. Reg. 16, 37. per vermes 2. Macch. 9, 8. 9. Actor. 12, 23. per exilium: Gen. 3. Adam: resistit illis Deus Ezech. 33, 18. Fugienda quoque superbia.

(7) *Ob allegorias & comparata.* Aranea muscas capit: superbus res vilissimas affectat; tela verò araneæ est res vilissima, scopis protruditur, pedibus conculcatur: sic etiam superbi pedibus Superborum conculcantur, ejiciuntur sedibus suis, Luc. 2. deposuit potentes de sede. Cornua à DEO confringenda Psalm. 75. Ebrietas spiritualis est superbia, quæ omni ratione hominem spoliat. Elementum ommium malorum, Timon Philosophus. Fumus & nebula est: Exod. 12. in igne & fumo apparuit Deus legifer; ut doceret, se verum ignem simplices illuminare, superbos verò nebulis & fumo involvere; Sic Matthæi 11. gratias ago tibi, &c. Fur, qui de cauterio gloriatur, turpissimus: ita superbus gloriatur de se, qui tamen habet cauterium rebellionis erga Deum in sua conscientia. Mater peccati est, α. ob contemtum Dei Sir. 10. β. ob primum peccatum Adami: γ. ob scaturiginem, quam è superbia trahunt omnia peccata. Plumæ avis offerendæ in locum cineris projiciebantur Levit. 1. Tu abjice plumas superbiæ, si vis te Deo hostiam placentem offerre Roman. 12, 2. Ponderat superbus in una lance omnia sua bona, in altera proximi vitia; sed suorum planè obliviscitur vitiorum: sic Pharisæus Luc. 18. Pulvis dispergitur à vento Psal. 1. sic superbus à Deo, Luc. 2. dispersit superbos. Regina omnium vitiorum Gregor. lib. 31. c. 34. Moral. Vena nequitiæ, Cassiodor. in Psal. 18. Ventus, qui Adamum è Paradiso, Angelos è cœlo, Nebucadnezarem regno expulit, qui montes superbos dissipat Esa. 40, 4 1. Petr. 5, 6. Sir. 10, 7.

Subjectum in quo superbia.

In corde. Matth. 15.

Capillitio. Vide Es. 3, 19. 1. Pet. 3, 3.

Gestibus. Ps. 101, 6. Prov. 6, 16. 17.

Verbis Luc. 18. Gratias ago tibi, quod non sim sicut cæteri homines.

Titulis & nominibus: Sapor Rex Persarum appellavit se Regem Regum, Herodot. lib. 2. Menocrates medicus Jovem, Domitianus Imperator Dominum & Deum.

Remedia contra superbiam V. L. Granatens. p. 533. ad 545. ducis peccatorum.

Historia.

Superbiam Crœsi residentis in solio aurato derisit Solon, & interrogatus, vidissetne aliquid pulchrius, respondit: Vidi Gallos, pavones & Phasianos in longè meliore flore. Chrysostom. & Hieron. in Matth. 6. *Salomon in Gloria.*

§. 8. *Exempla Superborum*, 1. *Sacra:* vid. paulò ante hoc tit. Refer huc Papam Romanum, qui super omnes se effert, vid. Gregor. lib. 6. epist. 30. Catalog. testium veritat. Aventinum lib. 4. annal. p. 217. seq. Hunn. præfat. lib. de Ecclesia. Pelarg. in Damascen. l. 4. cap. 17. Bernhardum lib. 3. de consid. ad Eugen. Huc spectant tituli & nomina Papæ, attributa atque axiomata: Romano Pontifici omnem humanam creaturam subesse dicimus Extrav. Com. titul. 8. cap. 1. de Majorit. & Obœd. Clemens VI. in Bulla sibi hanc potestatem assignat in inferis & purgatorio, ut quantum quantum velit, animarum numerum per suas indulgentias liberare ac confestim in cœlis collocare posset: Refer admonit. Fidel. Witteberg. pag. 224. ubi & plura alia commemorantur. Non prætereunda summa illa superbia *Manetis*, qui se Manem vocavit, quod linguâ Persica notat homiliam, disputationem. Posteri Mannichæi dici voluerunt, ut qui Manna funderent Augustinus Hæres. 46.

2. *Profana:* Hannibal successu pugnæ Cannensis neminem suorum civium in castra admisit, nulli, nisi per interpretem, re-

ſponſum dedit. Hanno Carthaginenſis aves à ſe condocefactas has edere voces, Deus eſt Hanno, quaqua verſum emittebat, ut eandem famam ebuccinarent. Heroſtratus Epheſinum templum incendit, nominis aucupandi gratiâ. Cajus Princeps ſeipſum inter Divos retulit & ſtatuas ſibi nomine Jovis Maximi, erigi juſſit, vid. Textor. in officin. columnn. 1159.

SUPERÆDIFICO. V. *Ædifico.*

SUPERGREDI.

1. Theſſalonic. 4. vid. tit. Juſtitia: it. Mercator.

SUPERSTITIO.

§. 1. Confer tit. *Pietas in oppoſitis.*

Superſtitio eſt nimia & inanis religio: eſtque in exceſſu poſita. Cicer. de nat. Deorum: Qui totos dies precabantur & immolabant, ut ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati. Lactantius ſuperſtitioſos vocat, qui ſuperſtitem defunctorum memoriam colunt. Iſiodor. lib. 8. Etymol. c. 1. l. 2. c. 28. Superſtitio dicta eſt quaſi ſuperſtatuta & ſuperflua obſervatio. Servius in 8. Æneid. Eſt timor inanis ſuperſtantium rerum, puta cœleſtium & divinarum, quæ ſupra nos ſtant.

Caret Dei mandato: fingitur à corrupta natura hominis, quæ ſuo arbitratu Deum vult colere, ſed fruſtra Matth. 15. Augetur hominum avaritiâ Part. Daniel. Fovetur inani hominum timore: Pſalm. 12. timuerunt, ubi non eſt timor. Damnata in Jure Canon. v. cauſ. 26. q. 5. can. non licet. c. non oportet. c. ſi quis. c. quicunque. c. aliquanti. c. auguriis; ubi etiam concilia allegantur. c. ſortes. c. contra.

§. 2. *Effecta* ejus & adjuncta: Credere ſpectris & apparitionibus; id quomodo ſub Papatu fiat, notius eſt, quàm ut probari debeat: confer Rivium f. 91. oper. ſeq. Timere ſidera cœli, Jerem. 10. Obſervare tempora Galat. 4, 10. vid. cap. 26. q. 5. Can. non licet. Cultum ad locum alligare Johan. 4. Hoſtem conari propellere ſuperſtitionibus; ut olim Conſtantinopolitani fecerunt 1453. oppugnati à Turcico exercitu, Camerar. centur. 2. hor. ſubciſiv. Abſtinere à cibis, ſi hoc fiat ob ſomnia hominum & fabulas, &c. Cornel. à Lapid. in Coloſſ. 2, 23 Characteribus morbos pellere, qui tamen à Deo curantur Pſalm. 103. Serpentes domare adjurationibus. Suſpendere Evangelium à collo, vid. Chryſoſtom. in Matth. 23. in opere imperf. Parere diſſidia & cædes. Fingere miracula, quibus ſuperſtitioni decus concilietur & autoritas. Futura inquirere per ſortes, auguria, oracula: vid. tit. Oracula. Mentem hominis turbare: qui enim ſuperſtitioſus eſt, quietus eſſe non poteſt, ait Cicero Ethnicus lib. 1. de finib. bonor. & malor. Exercere idololatriam; cum mortuis cultus defertur, ſoli Deo debitus: atque id colendum eligitur, de quo Dei mandatum non extat Coloſſ. 2, 23. Deſtinare templa Sanctis & iis ſacrificare, Auguſtin. l. 8. c. ult. de Civit. Dei: Martyribus noſtris neque ſacerdotes inſtituimus, neque offerimus ſacrificia. Tempeſtates velle depellere geſtibus. Confer P. Camerar. part. 2. c. 11. & 41. hor. ſubciſ. Prompt. Exempl. fol. 86. & 404.

SUPPLICATIO.

1. Ethnica olim in publicis calamitatibus inſtituta, cujus meminit Livius ſæpè, & alii. 2. Chriſtiana pro vivis. 3. Impia pro mortuis: quia (α) ſine ſcriptura, non enim jubet orare pro mortuis. (β) Rejecta à Chryſoſt. in c.. Matth. (γ) inepta, qui enim mortui ſunt, ſunt vel damnati, vel beati: iis non proſunt preces noſtræ; hi non indigent.

SUPPLICIUM.

1. Divinum, vid. tit. Plaga: it. Pœnæ. 2. Humanum Magiſtratus vid. tit. Magiſtratus.

Varia ſuppliciorum genera recenſet Camerarius part. 1. c. 87. hor. ſubciſiv. Martyrum V. Tyranni. §. modi. Mitiorem ſententiam in ſuppliciis, cum cauſa ſubeſt, ſequendam eſſe, oſtendit P. Camerar. part. 1. c. 100. hor. ſubciſiv.

SUPPORTARE.

Supportare in charitate, vid. tit. Charitas: in Effectis,

SURDUS.

§. 1. 1. *Deo* attribuitur ſurdities, cum non audit ſtatim preces noſtras ad voluntatem noſtram. Pſ. 83, 1.

2. *Corporaliter* is eſt, qui auditus ſenſu privatus eſt, idque fit juſto Dei nutu & judicio Exod. 4. v. 11. Deo tamen curæ eſt talis, ideò vetuit, ne ſurdo mala imprecemur Levit. 19, 14. & Chriſtus ſurdos non ſemel curavit Marc. 7, 31. c. 9, 24.

3. *Ethicè* ſurdus eſt, qui etſi audiat, prudenter tamen ita ſe gerit, ac ſi non audiret Pſal. 38, 13. 14. inimicorum luſus & ſubſannationes: poteſt dici ſurditas patientiæ vel perfectionis. Surdi ad clamantia peccata ſimiles ſurdis illis, qui ad Cataduppas Nili habitant, qui planè ſurdi eſſe perhibentur.

§. 2. 4. *Spiritualiter* ſurdi 1. Qui exiſtimant legem naturæ ſibi eſſe ſatis ad benè vivendum atque æternam ſalutem. 2. Qui perhibent, Dei verbum eſſe obſcurum. 3. Quidam carnales, ſuæ ſolum carni viventes Pſ. 58. Aſpides ſunt; ſic Pharao, Judas, Judæi. Eſt ſurditas perverſionis & malitiæ. 4. Immiſericordes in proximum; ſurditas immiſericordiæ. 5. Gentiles nondum converſi, ſurdi dicuntur Eſa. 43, 8. ſurditas inſipientiæ. 6. Judæi excœcati, ſeſeque obdurantes Eſ. 42. v. 18. qui ad aureos Deos confugiebant, & graves ideò pœnas ultricis numinis ſendebant. 7. Stupidi, qui non audiunt, non tam probè aſſequuntur ea, quæ dicuntur.

§. 3. *Cauſæ ſurditatis ſpiritualis:* (α) Ut excellens ſonus lædit organa auditûs: ſic mundi ſolicitatio & murmur carnis nos inducunt ad non audiendum Dei verbum; avaritia dicit, ſuperbia dicit: pecca, ſuperbi, &c. voluptas ait, mihi ſervi; hic ſonus excellens lædit ſenſum ſpiritualis auditionis. (β) Ut aures obturatæ aliqua

qua

quare non audiunt: sic Diabolus obturat aures securitate, Psal. 56. sicut aspis: terrenarum rerum amore. (γ) si fluxus vel humor apostema faciat, surditas efficitur: noxius humor est quævis insusurratio, sive luxuria carnis & voluntatis humanæ; Ecclesf. 21. verbum Spiritus audivit luxuriosus & displicebat ei. (δ) Si intra aurem ventositas quædam interclusa sit, auditum impedit, ita si vanitas mundi aures tuas præoccupaverit, cum fructu Dei sermonem non audies, imò ne quidem audies.

Diabolus facit surdos 1. securos homines reddendo, ut claudant aures ad monita & conciones: 2. Cor eorum incrustando Es. 1, 5. 3. aures obturando, ne audiant voces pauperum.

SURGO.

§. 1. *Surgere variè dicitur.* I. *Deus surgit* Num. 10, 35. Psal. 68. v. 1. Psal. 132, 8. II. Homo surgit. Estque hæc surrectio, (ut sic loqui liceat.) 1. *Pœnitentium*, Eph. 5. *surge qui dormis &c.* Luc. 15. *surgam & ibo ad Patrem meum:* Esa. 60. Surge, illuminare. Ps. 95, 8. Rom. 13, 12. 2. *E mortuis resurgentium*; sic de Christo dicitur, surrexit, non est hic: & sancti à miseria mortis ad vitæ gloriam resurgent. 3. *Bellantium* & inimicorum, Luc. 21. surget gens contra gentem. Non posse surgere contra hostes, est, non posse vincere. Jos. 7. 4. *Accusantium*, Matth. 12. surgent Ninivitæ: accusaturi scilicet gentis Judaicæ ingratitudinem. 5. *Nascentium*, Deut. 34. non surrexit ultra propheta in Israël sicut Moses, id est, non extitit, non natus est ejusmodi propheta sicut Moses. 6. *Liberatorum*, Ps. 20, 9. illi incurvati sunt & ceciderunt, at nos surreximus. 7. *Liberandorum*, Ps. 44, 27. *Surge* Domine: Ps. 7. v. 7. 8. *Excitantis*, & ponitur vice adverbii hortantis Gen. 28. Surge vade i. e. citò proficiscere. Num. 9, 5. Surgite, benedicite Jehovæ; sic Nehem. 2, 18. 1. Chron. 22, 18. 1. Reg. 17, 7. Judic. 18, 9. 9. *Diligenter* rem curantis 1. Chron. 36, 15. Jerem. 7, 13. 25. metaphorâ à diligente patrefamilias desumptâ. 10. *Succedentis*. Num. 32, 14. surrexistis pro patribus vestris, h. e. in eorum locum estis suffecti, Exod. 1, 8. Jud. 10, 1. 1. Reg. 8, 20. 11. *Revalescentium* Dan. 8, 27.

§. 2. *Cantic.* 2. *Surge* propera &c. (1) Surge (α) à somno acediæ: (β) ab humanis ad divina: (γ) à terrenis ad cœlestia Coloss. 3, 1. 2. seq. (δ) ab exilio ad patriam Philip. 3. (ε) à siti ad potum Psalm. 62. (ζ) à tenebris ad lucem Ephes. 5. (η) à sordibus ad puritatem Esa. 1. (2) Propera 1. ob viæ longitudinem: 2. latronum periculositatem: 3. hostium vigilantiam: 4. Sponsi festinationem, ut cum illo ingrediaris ad nuptias Matth. 25. 5. Multiplicis in mundo calamitatis fugam: 6. Desiderii ardorem. (3) Quis surget? Amica Christi, per fidem illi juncta: Columba, carens felle invidiæ, simplici corde prædita, gemens columba nocte dieque Luc. 18. Formosa, Christi sanguine. (4) Cur surgat? ut veniat, filia ad patrem Psal. 45. Sponsa ad Sponsum Apocal. 19. exul ad patriam Psalm. 39. sitibunda ad fontem Psal. 42. Joh. 17.

Surgere jubetur Saulus Act. 9. (& prophetæ Ezech. 2, 2. Dan. 8, 17. c. 10, 9. seq. Matth. 17, 7. Apostoli) ut significaret Deus, se illum nolle plane morti emancipare, velle, ut iter continuaret, velle se Saulum reformari instar ollæ inutilis Jer. 18.

SURSUM.

1. Loci; sic aves cœli sursum, stellæ cœli &c. 2. *Affectus & fidei*, sic corda sursum habemus in cœlo, cum utimur S. cœnâ; ut olim sacerdos in S. cœna intonabat: Sursum corda; populusque respondebat: Habemus ad Dominum. Ergo non depravanda hæc phrasis; non opponenda præsentiæ corporis Christi, in quod (α) intendere nos vult Canon Nicænus, asserens, agnum illum in sacra mensa jacere: (β) Christum omnium pertractari manibus, etsi in cœlo sedeat cum patre, Chrysostom. lib. 3. de sacerdot. (γ) Sursum illud non esse loci, tradit Athanas. Orat. contra Gregales Sabellii §. Discant sursum illud &c. (δ) Augustinus quoque perspicuè docet, Christum sic esse sursum, ut simul sit in terris & deorsum tom. 10. col. 156. d. Quomodo col. 157. a. col. 158. c. & sit hic tom. 9. col. 397. b. §. Christus etiam in terra est &c. conf. tom. 10. col. 1530. b. sed de his latiùs in collegio Christo-logic. adversus recentes Christomachos.

SUSCIPIO

In Christo aliquem, est idem, quod amo, amplector, foveo aliquem Matth. 18. v. 5. & Roman. 16, 2.

SUSCITO.

Variæ est significationis: 1. Cum *de Deo* prædicatur, qui suscitat bonos gratiosè, & malum pœnæ justè; ut passim testatur Scriptura. 2. *Christus* suscitat Johan. 12, 9. 17. & corporaliter & spiritualiter mortuos Ephes. 5, 13. Idem seipsum propriâ virtute suscitavit, Joh. 2. erigam illud: cap. 10. habeo potestatem &c. Eleganter Augustinus serm. 8. colum. 29. a. tom. 10. oper. contra blasphemiam Socinianorum. 3. Suscitatur homo à Deo ad pœnitentiam, voce legis; vid. Augusti. l. ante dicto.

SUSPENDO, dium.

1. Supplicium extremè malorum Gen. 40, 19. c. 41, 13. Esth. 7, 10. vid. tit. Crux. 2. Sam. 17, 23. Matth. 27, 5. Act. 1, 8.

2. Maledicti suspensi Deut. 21, 23. Gal. 3, 13. Christus suspensus sustulit maledictionem: sit summo solatio.

3. Job. 7, 15. Votum præ nimio dolore conceptum arguit carnis nostræ in tribulatione infirmitatem, doloris gravitatem: sit cautelæ: sit correctioni.

4. Suspendere organa Psal. 137, 2. Pollices sibi præscidisse Levitas, ne cogerentur canere fidibus, memorat vetus historia, Sebast. Lepusc. in collectan. Heb. p. 282.

SUSPICIO, verb.

1. *Christus suspexit in cœlum* Marc. 7, 37. ut doce-

doceret (α) omnia bona à Deo fluere: (β) hunc exorandum esse Jac. 1. (γ) grato animo dona Dei agnoscenda: (δ) non in terra defixos esse oculos debere: (ε) humili gestu quoque colendum esse Deum.

2. *Miserationis* Christi intimæ est, nos suspicere, ut convertamur ad ipsum; sic Zachæum Luc. 19, 5.

3. *Exercitii fidei*, cum cœlos suspicimus, Gen. 15, 5. Job. 35, 5. fit commonefactioni.

4. *Reverentiæ & humilitatis* 1. Chron. 22, 20. in Arnan & hujus quatuor filiis. Sit nobis exemplo.

SUSPICIO, nomen.

§. 1. Est assensus formidolosus uni parti contradictionis cum tanta formidine oppositus, ut animus inter ITA & NON fluctuet, neutri firmiter inhæreat.

Oritur 1. ex ignorantiâ nostrimet, quod nostra vitia non videamus, aliena facilè observemus: 2. è timiditate & melancholia: 3. è malitia propria, ex qua judicat pravus proximum; sic fornicarius alios putat esse fornicarios, superbus superbos: 4. è superbia; sic tyranni, alios dominari velle, semper suspicantur: 5. ex invidia, sicut oculus non sanus non rectè judicat: 6. inimicitiâ: 7. ex injuriâ: 8. ex nequitiâ animi: 9. avaritiâ: 10. gulâ &c. nam his aliisque vitiis prout quisque deditus est, ita proximum in consimilium vitiorum societatem suspicando trahit.

§. 2. *Fructus* ejus est (α) judicium temerarium de proximo, & ejusdem læsio 1. Samuel. 1. Eli lædit Annam: 2. Reg. 5, rex Israël scidit vestes mali affectus à rege Syriæ imminentis suspicione ductus. (β) Judicii nostri circumgyratio; sicut iis, qui capitis vertigine laborant, ipsa ædificia in gyrum agi videntur: sic ii, qui suspicionibus laborant, incertitudine judicii in circulum velut aguntur. (γ) Homines letho dat; exercitus Cinnam ducem, qui Pompejum interfecisse falsò creditus erat, interfecit: cum tamen Pompejus clam noctu abiisset, Zwinger. Theatr. fol. 26. b. §. Prætoriani. Artaxerxes teste Plutarcho, plurimos magnatum suorum, iratus ac suspicione ductus interfecit; sic Herodes, de quo Josephus lib. 17. c. 7. Antiq. Judaic. Sic Jugurtha, teste Salustio; Phalaris, tyrannus sævissimus; Tryzus, si Æliano credimus, omni se colloquio etiam privato subditorum abstinuit, perpetuo metu exagitatus. (δ) In exilium pellit Theodosii conjugem, vid. plura apud Zwinger. fol. 138. & infr. tit. zelotypia: Promtuar. Exemplor. fol. 394. part. 2. Huc spectant etiam

§. 3. *Causæ* fugiendæ suspicionis: 1. repugnat enim *charitati*, hæc mala non cogitat 1. Corinth. 13. 2. *Christi mandato* Matth. 7. nolite judicare: Exod. 20. non loqueris falsum testimonium. 3. *Judicat ut cæcus* de colore, cum nulli pateat cor & intentio proximi. 4. *Deo jus eripit*, is enim solus scit corda 1. Reg. 8. & consilia cordium manifestat 1. Corinth. 4. 5. *Superbia litat*: oritur enim suspicio ex præsumtione, hæc verò est filia superbiæ. 6. *Injustitiæ servit*, dum injustè judicat; Justè judicans quatuor observet (α) intentionem ejus, de quo judicat: (β) dilectionem in se habeat, & ex ea judicet: (γ) veram habeat cognitionem, non ex sua opinione: (δ) ut proferat judicium secundum rectam rationem prudentiæ ad proximum. Sed qui suspiciosus est omnia hæc negligit: Johann. 8. vos secundum carnem judicatis &c. 7. *Se negligit*, dum enim alios judicat, sui obliviscitur: in alienis vitiis sumus lynces, in nostris talpæ; in suo quisque negotio hebetior est, quàm in alieno Quint. Curt. 8. *Atque torquet*, sibique timet; Masinissa rex multis odiosus salutem suam custodiâ canum vallavit: Dionysius Syracusanus non amicis, sed barbaris suis se credidit. 9. *Discordias in conjugio excitat*, hæ enim oriuntur ex suspiciosa zelotypia: Et multa mala parit Meiger. p. 1297. Nuclei. 10. *Innocentes damnat*; sic Christus damnatus, ac si ope Beelzebubi miracula faceret; hinc væ dicitur illis judicibus Es. 5.

§. 4. *Remedia*: 1. Verita à Deo 1. Sam. 17, 28. c. 22, 13. Zachar. 8, 17. Matth. 15. Ideoque suspicio privato arbitratui non fuit relicta Num. 5. Vid. *Zelotypia*. 2. Maturè suspicioni occurrendum; sic fecit Titus erga Patrem Vespasianum, cui suspectus affectati regni ergo, mox celerrimè Romam venit, patri se obtulit, dixitque: *Veni, pater, veni*, Sabellic. lib. 10. c. 2. *Suspiciones etiam peccati fugere debemus*; Cæsar dimittens uxorem, cujus pudicitia à Clodio tentata esse dicebatur, dixit, domus Cæsaris non solùm crimine, sed & suspicione hujus liberam esse debere.

Aliquando justa est, circa verba adversarii noti. Augustin. libr. 4. cap. 6. contra duas epistolas Pelagii: Posset (ait) bene intelligi, si non ab istis, quorum sensus notus est, diceretur.

Exempla Didac. Apolepht. part. 2. Histor. hor. p. 566. conf. Thumm. p. 538. in Decalog. Zwinger. vol. 4. lib. 1.

SUSTENTO.

Sustentatio 1. *Dei generalis*, quâ omnes creaturas sustentat Actor. 17. in ipso (Deo) vivimus &c. Jerem. 23, impleo cœlum. 2. *Gratiosa credentium* Johan. 17, 15. seq. per Spiritum S. & fidem 1. Pet. 5, 10. 3. *Gloriosa beatorum in cœlis*. 4. *Jejunè nimis de Christo phrasis* hæc usurpatur, carnem sustentari à λόγῳ; cum aliud sit sustentatio, alia verò τοῦ λόγου in carne habitatio Coloss. 2, 9. nullo loco interrupta, ut perperam credatur ὁ λόγος in cœli loco solùm unitum esse carni assumtæ, eundem λόγον in terris esse extra carnem, vel sine carne, & totum λόγον sic esse in carne, ut totus sit extra carnem, quod Nestorianum, absurdum & διάλλακτον dogma est, vid. colleg. Christologic. si vis: & nostros D. Mentzer. in Antimartin. Hutter. p. 18. contra Hospin. Concord. Concor. Martinius quoque fatetur p. 64. seq. Mentzeri Antimithetum,

rhetum, creaturas extra Dei hypoſtaſin conſtitutas eſſe; cum verò intra hypoſtaſin τȣ̃ λόγȣ caro Chriſti aſſumta ſit, frigidè nimis ſuſtentari dicitur.

5. Suſtentatio miniſtrorum, vid. tit. Miniſter. it. tit. Auditor.

SUSURRO.

§. 1. Eſt, qui intendit diſcordiam diſſeminare, & alienat hominum, maximè amicorum, animos clandeſtinis calumniis & obtrectationibus, à Satana odii omnis ac mendacii fonte inductus ad hoc vitium.

Adjuncta: Revelat ſecreta Proverb. 11. c. 20. Domino eſt abominabilis Proverb. 6. Violat Chriſti præceptum & Dei Levit. 19. Maledictum eſt hoc vitium in præſenti & futuro, Sir. 28, 15. Sunt pravi advocati ſuſurrones: falſi teſtes: Deo & hominibus odibiles. Suffodiunt plantas proximi Sir. 12. Tendunt inſidias proximo. Seminant dolos, lites, diſcordias. Ethnicorum proprium Rom. 1, 29. In occulto fratrem vulnerant. Bilingues ſunt, modò pungunt, modò ungunt. Stultum eſt vitium, ſibi enim nocet ſuſurro Sirac. 21, 37. Ingrati Deo ſuſurrones: hic enim dedit linguam ad benevolentiam multiplicandam, Sirac. 6. *verbum dulce &c.* at ſuſurrones abutuntur illâ ad multiplicandam inimicitiam. Turpius eſt furto Sir. 5. v. 16. 17. Amorem hominum ſibi conciliantes Dei amorem negligunt. Turbat Eccleſiam 2. Cor. 12, 20. & politicum ordinem: fratrum amorem Proverb. 6. lædit charitatem proximi: majus peccatum eſt, quàm detractio, Thomas 2, 2. q. 74. art. 2.

§. 2. *Exempla*: Antipater Herodis filius patri ſuccedere in regno cupiens, ſeniores fratres ſuos ita exoſos reddidit, & ſuſpectos ſuis ſuſurris Herodi fecit, ut eos occideret; ſed fraus detecta fuit, ipſeque ab eodem Herode jam animam agente occiſus eſt, teſte Joſepho. 2. Samuel. 16. Siba ſuſurro opprimit Dominum ſuum Mephiboſethum.

Similia: Serpenti & aſpidi ſimilis eſt ſuſurro; Sagittanti in occulto; Caſſes tendenti; Venenum linguæ miſcenti; Vento mare commoventi; Fornaci, corda ad peccata accendenti; Furi & ingrato, qui malè bonis ſui Domini utitur; Seminanti zizania.

Officia noſtra: 1. Contemnere ſuſurrationes: 2. Eas non audire aut recipere; Bernh. lib. de conſiderat. ad Eugenium. Confer Drexel. Tract. 12. p. 1859.

SYDUS. V. *Stella*.

§. 1. Sydera unde dicta? ab inſidendo, Varro l. 6. de linguâ latina. Cauſa efficiens princeps Deus, creator, vid. tit. Cœlum, it. Stella.

Lumen illorum Ægyptiis ſubtractum Sapient. 17. v. 5. imago tenebrarum infernalium Matth. 8.

Conſiderationes ſiderum à Deo rejiciuntur: nempe è ſyderibus rerum eventus divinaturi Eſa. 47. v. 13. dicti מודיעים ſcire facientes fata τῆς Jeruſalem ex aſtris, quibus Iſraëlitæ multum tribuebant: hique novilunio, aſtrorum aſpectus, oppoſitiones & ſtellarum conjunctiones ponderabant, vid. tit. Divinatio. Quicquid hujusmodi eſt divinationum, eſt ſanè conjecturis incertis affine; carpitur itaque iſta humana mentis curioſitas â Domino.

§. 2. Adj. *Defectus*: ſignum mutandi ſtatus rerum, Juſtin. l. 22. c. 6. hiſt. ad quas mutationes non raro ipſe Spir. S. digitum intendit. Error ſiderum typus malorum, à verò ſole Chriſto aberrantium epiſt. Jud. v. 13.

Copia & multitudo ſiderum fidei Abrahamiticæ fuit magiſtra Heb. 11. Gen. 15.

Sydus Dei Rempham Amos. 5, 26. Act. 7, 34. Saturni ſtellam intelligunt Vatablus, Kimchi, quam Perſæ vocant Chuvan: Hieron. luciferum, Reginam cœli Jerem. 7. ſive ſtellam matutinam luciferum, quam olim coluiſſe Phœnices & Syri, probat Lil. Gyrald. l. 13. ſyntagm. qui etiam Kiun dictus fuit, à radic. כוה ardere, urere; vel à radice כון dirigere. ſive *idola Moloch*, per quæ Satan reſponſa dabat Iſraëlitis, quæ LXX. Interpretes explicant per Rempham: Oecumenius in c. 7. Actor. putat, fuiſſe lapidem pellucidum, in ſumma fronte τȣ̃ Moloch ſculptum; ita Satan, ut ſimia Dei, imitari voluit figuram ſummi Pontificis in Vet. Teſt. laminâ aureâ fulgentis; id idoli Rempham dictum putant à ῥομβάζω, quod eſt bajulo, bajulabant enim hoc idolum hujus cultores: & ſequitur pœna debita huic inſaniæ; nempe translatio Iſraëlitarum in terras Aſſyriorum remotas, facta per Salmanaſſarem 2. Reg. 17, 6. Joſeph. lib. 9. cap. ult. antiq. Et ſic quoque trans Babylonem captivi abducti ſunt; quorſum reſpicit Stephanus Act. 7. ut indicet hos idololatras traductos eſſe in Perſidem & alias longius diſſitas regiones; ut Bedæ & Hieronymo placet.

SYLLOGISMUS.

Dianoia, quâ poſitis antecedentibus neceſſariò concludatur. Sic Ram. lib. 2. Dial.

Non eſt ſemper neceſſarius in conflictibus Theologicis, quod contra Bezam in Colloq. Mompelg. ſeſſ. 23. Mart. p. 88. Jeſuitas in Ratisbon. invictè oſtendit D. Meiſ. part. 1. phil. ſobr. p. 378. ſeq. Nec à Chriſto & Apoſtolis frequentatus, nec priſcis Dd. gratus, v. diſt. 37. §. *omnem. Ab Hæreticis olim deſideratus.* v. Artemonitis: Euſeb. l. 5. c. 29. hiſt. Eccleſ.

Scholaſtici olim omnia ſyllogiſmis involverunt & intricarunt, ut queritur Simon de Caſſia l. 8. de Geſtis Domini §. Multi etiam Doctores. Arianus ille ſophiſta in Concilio Nicæno confiſus ſyllogiſmis, tandem vi veritatis victus Chriſti fidei manus dedit Ruffin. l. 3. c. 3.

Pontificii humanam duntaxat fidem ſuadent ſuis ſyllogiſmis, quibus probant, hunc vel illum Pontificem infallibilem eſſe; ſiquidem fide divina id certum eſſe non poteſt, quod doctè oſtendit Rivet. c. 20. §. 22. ſeq. Iſagog. in S. Scriptur.

SYLVA.

1. Propriè dicta: 2. Exercitus ob copiam ita dictus Eſa. 10, 18. 19. 3. Loca Judææ munitiſſima Zachar. 11, 2. 2. Reg. 9, 23. 4. Terra depo-

pulanda aliquando, in ſylvam fore, prædicitur.

SYMBOLUM.

§. 1. Ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν, non à σὺν & bolus, ut inepta habet gloſſa in Decretalib. l. de ſumma Trinitat. 1. Notat annulum, vel aliud aliquid arrhæ loco datum ei, qui cœnam apparabat, Cauſabon. in l. 3. c. 31. Athenæi. 2. Symbolum militibus datum. 3. Symbolum ſacramentale, quod eſt duplex (α) ſubſtantiale, ut, panis, vinum, aqua: (β) rituale, ut forma baptiſmi in nomine Patris, Filii &c.

Apoſtolicum Eccleſiaſticum: *ſcriptum eſſe ab Apoſtolis*, negat Laurentius Valla, & Eraſmus; quos carpit Gregor. de Valent. tom. 3. col. 116. b. At ſunt complures rationes, quibus aſtruitur, olim hoc ſymbolum hac formâ, quæ illi modò eſt, in Eccleſia non extitiſſe, nec primùm, nec ab Apoſtolis præciſè compoſitum fuiſſe.

Non eſſe ſcripturam Canonicam, docet Greg. de Val. d. l. quod non à Spiritu S. dictante, ſed dirigente profectum ſit.

§. 2. *Nec ab Apoſtolis conſcriptum* eâ formâ, quâ modò eſt, plurimis rationibus demonſtrari poteſt (1) *A defectu probationis*; unde enim hoc probabitur? quæ adferuntur, facilia ſunt ſolutu: nam ſermo 115. Auguſtini ſpurius eſt, Auguſtini non eſt; oſtendit hoc *Rob. Cocus in cenſur.* Decretales epiſtolæ Johan. Raynold. in Cenſ. lib. Apocryph. Chemnit. tom. 2. Locor. Comm. falſæ ſunt; quod probat Blondellus in Pſeudo-Iſiodoro C. Clementis epiſt. 1. ad Jacob. Gerh. Voſſius diſſert. 1. cap. 22. 23. de tribus ſymbolis. Irenæus lib. 1. c. 2. retulit quædam ſymboli Apoſtolici membra & doctrinas, non verò ipſum ſymbolum, cujus plurimas aſſertiones planè omittit, de Spiritu S. Eccleſia, Remiſſione peccatorum &c. Idem reſpondend. ad Tertullian. de præſcript. Ambroſ. epiſt. 81. vocat ſymbolum Apoſtolorũ pro ſtylo recepto; nil ultra addit. Sic quoque Ruffinus, Hieron. epiſt. ad Pammach. Leo, Chryſoſtom. Et notum eſt, dici priſcis Apoſtolicum, quod S. literis conſonum eſt; ſic Hilarius Concilium Nicænum Apoſtolicum vocat. (2) *A ſilentio ſcripturæ*: nuſpiam enim Lucas memorat, Apoſtolos aliquod ſymbolum compoſuiſſe; aliàs rerum geſtarum fideliſſimus conſignator. §. 3. (3) *A ſilentio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*, in qua nihil ſolidi extat pro affirmativa ſententia: Quæ enim loca Patrum objiciuntur, incertæ traditioni nituntur. Deinde, non omnes Patres hoc tradunt, ſed quidam; igitur traditio particularis eſt. Adde, ſpuria Patrum ſcripta adduci; & quoſdam eorũ de Symbolo profeſſionis fidei agere, quod diverſum erat à Symbolo Apoſtol. (4) *A materia diſſona* in hoc Symbolo Romano, & ſcriptoribus tàm Græcis, quàm Latinis: nam apud Ruffinum in expoſit. alia ſunt hujus Symboli verba; alia vero in Symbolo Romano. Id docet collatio utriusq; exemplaris. Sed & Romanum illud Symbolum Apoſtolicum longè aliter ſe habuit ante Nicæn. Concilium, quàm modo recitantur ejusdem verba, quæ non conveniunt verbis Priſcorum, catecheſin tractantibus, non Herme Iſagogæ, non Catecheſei Dionyſii Corinthei, non Clementis Alexandrini hypotypoſei, non Origeni de principiis, non Cyrillo Hieroſolymitano, non inſtitutionibus Theophili, non Commentariis Cyrilli Alexandrini, aut cujusquam alius verbis. Ex quo patet, ignotum illud Eccleſiæ Doctoribus fuiſſe, qui aliàs verba illius Symboli religioſè obſervaſſent. Patet idem ex Tertull. lib. de velandis virginibus cap. 1. apolog. adv. gentes: c. 47. de præſcript. adv. hæret. c. 13. lib. de Trinit. adv. Prax. c. 2. Novat. lib. de Trinit. Auguſtin. lib. de fide & Symbol. lib. quatuor de fide ad Calechum: non retinet numerum articulorum in Symbolo Rom. expreſſorum. Ruffinus in ſuo Symbolo omittit, Eccleſiam Catholicam, communionem ſanctorum. Auguſtinus alicubi: Vitam æternam. Hæc liquidò oſtendunt, Symbolum illud Romanum tantæ autoritatis non fuiſſe, Apoſtolicæ ſcilicet: nec ab Apoſtolis conſcriptum fuiſſe. Videatur Ruffinus; ipſe in Expoſit. Symboli, varietatem hujus Symboli agnoſcit in Eccleſia Romana & Aquilegienſi. (5) *A diſſenſu* eorum, qui dicunt illud ab Apoſtolis ſcriptum fuiſſe; ubi enim & quando hoc ab illis congeſtum fuerit ſymbolum, ambigui ſunt; nec diffitetur hoc Greg. de Val. tom. 3. Bayus in Inſtit. Rel. (6) *A negato hujus Symboli uſu* in Eccleſia Hieroſolymitana; quod ſi Apoſtolos autores habuiſſet, ſine dubio illud Eccleſiæ Primariæ tradidiſſent; Jam verò aliud ſymbolum expoſuit Cyrillus Hieroſolymitanus, ut apparet ex illius Catechiſmis. §. 4. (7) *Ab obſcuritate*: Eccleſiis orientis ſymbolum illud ignotum fuit; quod ſi illud Apoſtoli tradidiſſent, certè illis Eccleſiis non fuiſſet obſcurum. Nec dici poteſt, ubi ſcriptum ſit? certè Romæ non ſcriptum, ſed traditione conſervatum, tradit Hieronym. epiſt. ad Pammach. Dicunt, ab Apoſtolis ſcriptum Hieroſolymis, antequam diſcederent in orbem univerſum. Verùm gratis hoc dicitur, non probatur; Ruffinus fatetur in expoſit. Symboli, traditionem eſſe; ſic Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 27. vocat ſymbolum traditionem, quia non habeatur ex ſcripturis. (8) *Ab imperfectione* ſymboli hujus usque ad ſeculum quartum, quod oſtendit Parckerus de deſcenſu Chriſti ad inferos, quo quidem ſeculo demum apparuit hâc formâ, qua nunc eſt. Nec primum Symbolum Apoſtolicum eſt, nam baptiſmi formula, ut profeſſio S. Trinitatis fuit primum omnium Chriſtianorum ſymbolum: vid. D. Croc. ſyntagm. cap. de Evang. & Symbolo Apoſtol. pag. 1112. ſeq. Tertull. cap. 13. Præſcript. adv. hæreſes, & in apolog. cap. 47. §. 5. (9) *A fine*: Finis Symboli non eſt, ut ſit nota abſoluta orthodoxi, quâ hic diſcernatur ab hæretico & orthodoxo. Probatur (α) à negata veterum intentione, qui pro ſimplicibus ſolùm hanc formulam conſcripſerunt. (β) A fallacia

erran-

errantium; non ſtatim frater eſt, qui ſymbolum accipit, niſi accipiat 1. ſano ſenſu: 2. ab orthodoxis intento: nec doceat diverſa & contraria & oppoſita, ut rectè monet Valentia tom. 3. col. 146. d. 147. a. 4. nec neget veræ fidei conſectaria, quæ omnino revocanda ſunt ad propoſitiones in hoc ſymbolo contentas. γ. Ab imperfectione ſymboli, nec continet omnia fidei capita in ſe ad ſalutem creditu neceſſaria, ſed quædam ſolùm: D. Schilter. p. 16. Catech. Et ſunt multa ad ſalutem neceſſaria; quæ non ſunt in ſymbolo expreſſa; in aliis ſymbolis plenius explicata, Vincentius Lyrin. cap. 32. Hinc non valet collectio: Hoc non extat in ſymbolo. E. non eſt creditu neceſſarium! nam multa ſunt ad ſalutem neceſſaria, quæ ſymbolo Apoſtolico non inſunt, ut mox oſtendam. δ. A perfectione ſoli S. Scripturæ debita: hæc enim ſola eſt adæquata norma omnium controverſiarum, huic ſoli nihil addi, nihil ſubtrahi debet, Thomas 2. 2. q. 1. artic. 9. Atqui ſymbolo Apoſtol. multa ſubinde labentibus temporibus addita, ſubtracta multa. Imò ex ſcripturis ſanctis ſymbolum probatur, vid. Ruffin. expoſit. ſymbol. E ſcripturis ſcriptum eſt, Cyrill. Hieroſolymit. catech. 5. §. Quoniam tibi erg. & ſuperadditis aliis ſymbolis plenius explicatum, quod paulò ante ex Lyrinenſi dictum eſt. Non ergo ſymbolum eſt paris cum ſcriptura autoritatis, contra J. Bajum l. 1. Inſtit. c. 27. ſiquidem è ſcripturis probantur articuli ſymboli ceu ſummo principio.

Itaq; finis ſymbolorum in Eccleſia hic ſemper fuit 1. comprehendere quædam primaria fidei capita: 2. Non quod illa ſola ſint neceſſaria, ſed pro variis temporibus in controverſiam vocata. 3. Quæ verò extra controverſiam poſita, omiſſa; v. g. in ſymbolo Nicæno omiſſus articulus: Credo unam Eccleſiam; & tamen ſcitu & creditu neceſſarius eſt. In Apoſtolico non fit mentio Electionis, & tamen quis neget, hanc ad ſalutis & fidei fundamentum pertinere.

§. 6. Error igitur manifeſtus eorum eſt, qui (α) Omnes habent pro fratribus, qui modò ſymbolum Apoſtolicum ſe credere profitentur, Calixt. in Dedic. de Comm. ſub utraque, par. 1. reſponſ. c. Moguntinos §. 28. Epic. ad Coll. Thorun. §. 18. (β) A ſcriptura canonica ad dubiam traditionem nos abducunt; Eſſe ex traditione ſymbolum, urgent Pontificii, Valent. tō. 3. col. 340. c. dubiam verò eſſe, patet ex dictis. Ab incorrupta ſcriptura ad corruptum fidei ſymbolum, ſed & varium, nos traducunt: vacillare enim fidem verborum ſymboli, patet ex collatione Exemplarium: Et tempore Hieronymi & Ruffini nullū fuit exemplar ſymboli authentici, ſolum verba traditione conſervata fuerunt. (γ) Romanæ Eccleſiæ palpum obtrudunt, ac ſi ex illius ſymbolo petenda fides eſſet, ut patet ex epiſtola Ch. Ranzovii, ad D. Calixtum Romæ datâ. Non enim interpretatio ſymboli eſt ſolius Romani Epiſcopi c. Bajum l. 1. c. 29. Inſtit. ſed totius Eccleſiæ ex ſcriptura. (δ) Bellum priſco Veterum indicunt zelo: omnes in ſocietatem fraternitatis admittunt, qui modo ſymb. Apoſtolicum recipiunt; contra zelo accenſi Veteres tuendæ veritatis rejiciebant falſos Dd. imò ne in ſyllaba quidem illis cedebant, quod docuit Baſil. M. ſuo exemplo. (ε) Eccleſiam heterodoxis produnt, qui ſub ſymbolo venena errorū ſuorum propagare ſtuduerunt, ut docet Aug. lib. de fide & ſymb. c. 1. Certè Sociniani non ita pridem ſymbolum Apoſtolicum ediderunt, flore oraculorum duorum conveſtitum. Recipientne hos in fraternitatem Syncretiſtæ? Et Jonas Schlichting. Præf. Diſp. c. D. Meiſner. ad ſymb. provocat. (ζ) Faciunt latibulum hæreticis, latere volentibus ſub ſymbolo: v. g. latuerunt olim Sociniani, V. Schlicht. c. Meiſn. Præf. ad Paſtores; ut modò dictum. Macedoniani, Socrat. l. 4. c. 12. Sabelliani: Arminiani: Arius Ruffin. l. 1. c. 10. & Ariani Socrat. l. 1. c. 8. 14. & 23. Photinus olim ſymbolum explicuit, Ruffin. in expoſit. ſymboli apud Cyprian. Heraclius Cæſar ſymbolum recepit, errorem hæreticum retinuit. Factio Photiniani edens Symbolum & dictis ſcripturæ illud conveſtiens, ante non multos annos idem fecit. (η) Chriſtianis offendiculum pariunt, cum illi audiunt, nullum diſcrimen eſſe inter Lutheranos & Papiſtas, Calvinianos, Arminianos, omnes ſub Pallio Symboli Apoſtolici latitare volentes.

§. 7. *Nomina & Encomia* Veterum in ſymbolum Apoſtolicum: Lydius lapis, ad quem omnia dogmata probare fas eſt. Lectio quotidiana, indies repetenda, juxta Ambroſ. l. 3. de Virg. Signaculum cordis, horis antelucanis recitandū ac cordi affigendum. Juramentū militiæ Chriſtianæ, cujus ſacramento Chriſto adſtricti ſumus. Teſſera fidei, nobis à Deo per Chriſtū data, quâ utimur in quotidiana militia adverſus Diabolum, mundum infidelem, ut nos diſcernamus ab hoſtibus. Incentivum orationis. Memoriale baptiſmi, quo in nomine Patris, Filii & Spir. S. baptiſati ſumus. Apotheca conſolationis, quam ex 1. 2. 3. articulo haurimus. Symbolum militiæ unum, non chartulis aut membranis inſcribendum, ſed cordibus retinendum, Cypr. in ſymb. Apoſt. Conviviū ſpirituale, ad paſtum animæ & ſacra ſymbola, Euſeb. Emyſſ. hom. 1. de Symbolo. Fons ſpiritualis, anguſtus (ſi verba ſpectes) manans magnis fluviorum laticibus: ſic quoque Symb. Apoſtolicum verbis contractum, ſenſu locupletiſſimum eſt Pet. Chryſ. ſer. 61. in ſymb. Radix parva, ſed mox ingentes protrudens ramos d. l. Chryſ. Pretioſum unguentum, confectum (α) ex pretioſiſſimis aromatibus fidei: (β) odor ejus omnes fines terræ fragrantiæ ſpiritualis potentiâ implevit, Paſchal. de Spir. S.

§. 8. *Expoſitores* ſymboli Veteres, Cyrill. Hieroſ. catech. 4. Chryſoſt. hom. 1. 2. in ſymb. Ruffinus apud Cyprian. Aug. l. 4. de ſymb. ad Catechum. & lib. de fide & ſymb. Idem in Enchiridio: Pet. Chryſol. ſerm. 57. Recentes quam plurimi ſunt commentatores catechetici.

Quantitas: Quatuor ſunt œcumenica ſymbola: 1. Nicæn. Ario; 2. Conſtantinopol. Macedonio;

cedonio : 3. Ephesinum Nestorio : 4. Chalcedonense Eutycheti oppositum.

Symbolum Christianorum sit : Resipiscamus. Sicut Pertinax Imperator dixit : Militemus. Severus imperator : Laboremus. Ælius Spartianus in histor. horum Cæsarum.

SYNAGOGA.

§. 1. 1. Accipitur pro tota Judæorum Republ. & Ecclesia V. Testamenti ; vid. in Psal. 81. Aug. in verb. *Deus stetit in synagog. Deorum* & Numer. 4. *Principes synagogæ.* Num. 16. Principes synagogæ. 2. Pro quocunque bonorum & malorum cœtu, Psal. 87. synagoga potentium quæsierunt animam meam. 3. Pro loco, in quo Judæi conveniebant, Luc. 7. synagogam nobis ædificavit : Ejusmodi loca frequentia erant. Hebræi vocant בית המדרש domum doctrinæ Erant. v. synagogæ scholæ Judæorum, sicut hodie sunt collegia in Academiis, Romæ pro Scotis, Anglis, Græcis: vid. Act. 6, 4. Joh. 16, 2. à synagogis facient vos h. e. omni bonorum consortio vos eliminabunt, nec dignos esse prædicati verbi auditu vel oratione vos judicabunt ; hæc enim & alia opera exercebantur in synagogis.

§. 2. *Origo* : 1. Quidam putant, erectas fuisse primùm synagogas in captivitate Babylonica à Judæis, templo extorribus, cujus vices synagogæ subierint. 2. Rectius dicimus, etiã Judic. 20. synagogarum fieri mentionem, dicitur enim populus convenisse in Mispath, Ecclesia ; at tũ temporis in Siloh arca erat, ergo Mispath locus ordinarius non erat : nec ab hac Rabbini abhorrent sententia. 3. Easdem notari existimant voce Ecclesiæ, in plur. num. adhibitæ in Psalmis v. g. Ps. 26. in Ecclesiis benedicã: Ps. 68. in Ecclesiis benedicite Deo. In his v. synagogis Scribæ & Pharisæi maximè docebãt; sicut Pontifices & sacerdotes templo præerant. Viri synagogæ magnæ symmystæ & Esdræ, num. centum & viginti dicti. Ansohe Neneseth Haggedolah, viri synagogæ magnæ ; V. Genebrar. ad an. mundi 3638. J. Buxt. c. 11. Comm. Masorethic. Elias Levit. præf. tert. in Masoreth. Archisynagogus Princeps scholæ, sicut hodie Cancellarius, Decanus Facultatis Act. 13, 15.

§. 3. *Opera sacra* in synagogis: 1. explicare scripturam sacram singulis sabbathis Act. 15. Luc. 4. c. 15, 21. Joh. 18, 20. Ordo : qui primi erant docebant, deinde provocabantur & alii ad docendum, si essent periti Luc. 2. c. 4. Act. 13. V. Joseph. lib. 2. contr. Appion. Philon. l. 3. de vita Mosis. Idem in libro ; Omnes probos esse miseros. Quanquam alii velint, non nisi jussu Archisynagogæ quempiam ad docendum accessisse. 2. Orare Judit. 6. Convocatus est omnis populus in Ecclesia. Matt. 6. amant in synagogis orare. Materia orationis : orabant pro adventu Messiæ, pro communib. necessitatibus. 3. Publica delicta redarguere, castigare, publicamq; injungere pœnitentiam, Matt. 10. in synagogis vos : Matt. 23. Marc. 13. Act. 22. c. 26.

Numerus synagog. Act. 6. Quidam de synagoga. Numeratas v. Jerosolymis fuisse quadringentas & octuaginta synagogas, putant nonnulli. Et huc verba illa Esaiæ referunt c. 1. Plena fuit (Jerusalem) judicio & justitia ; hinc tot gentes ibidem institutæ sunt, Act. 2. Erant & aliæ plures extra Jerusalem hinc inde in Galilæa Mat. 4. Damasci Act. 9. &c. vid. Act. Apost.

Curatæ synagogæ. Tiberius eas, quas trans Tyberim struxerant Judæi, permisit frequentari, ac cultum à Judæis exerceri. Gentiles officii & pietatis ergo in gratiam Judæorum aliquando ejusmodi synagogas extruebant, Luc. 7. centurio Gentilis.

Olim synagoga Judæorum à Christianis incensa est, Ambros. epist. 29.

SYNCRETISMUS.

Et mixtio religionum in fundamento fidei discrepantium est impia, illicita, damnosa, periculosa, conjuncta cum alterutrius partis manifesta suppressione.

Rejectus semper à martyribus & constantibus fidei confessoribus : V. Eus. passim : à militibus Christianis, tempore Juliani hist. tripartit. l. 6. c. 39. à Basilio, qui dixit : cras idem ero. Testimonia Dd. Lutheran. contra Syncretism. V. Luther. Dom. 24. post Trin. fol. 443. a. §. Jetzige Disputatio. Musæus Domin. 11. post Trin. in epist. p. 209. b. a.

Religionis Pontificiæ (V. Drex. in Ling. Politic. c. 46.) & Evangelicæ conciliatio impossibilis visa est Salisburgensi episcopo, colloquenti cum Philippo an. 1530. in Comitiis Augustan. 1. Cum Lutherani non possent facere id, quod Pontificiis placet. 2. Cum Pontificii nolint suscipere fidem Lutheranam. 3. Cum neutra pars alteri cedere velit ; adeoque planè impossibilis sit syncretism. D. Paul. Laur. conc. 29. de pass. Dom.

Evangelicæ & Reformatæ irreconciliabilis, V. D. Hülsemanni Calvinismum irreconciliabilem, nervosissimè, istis Irenicis, occurentem.

SYNECDOCHE.

1. Grammatica, quam agnoscit Lutherus in verbis: Hoc est corpus meum tom. 3. Jen. f. 530. Idem in c. 6. Joh. vocat figuram serm. Brent. p. 54. Apol. Filii pro patre Hoffm. p. 110. a. part. 1. contra Bezam, Joh. Cassian. l. 6. de incarnat.

2. Rhetorica, quæ non est in proposit. *Deus passus* in carne, vid. Antimart. D. Mentzeri. Et sup. *tit. Christus.*

SYNEDRION.

§. 1. Dicitur à σὺν & ἕδρα, sella, sessio ; ut σύνεδρος sit consessor, assessor : Ergo synedrion est ejusmodi assessorum collegium ; etenim Judæi suã gavisi sunt αὐτονομίᾳ, indulgente Augusto imperatore Joseph l. 14. c. 10. c. 13. l. 16. 12. l. 19. 5. ubi Cæsar ipse mentionem juris illius, quod olim Hircano concessum erat, injicit.

Causa & origo à Mose est, qui olim 70. seniores populo præfecerat. Exod. 18. Confer Lorin. fol. 392. in lib. Num.

Instrumenta. 1. Summus sacerdos : 2. Judices ordinarii ; hi dicuntur primates à Josepho : principes Luc. 23. 13. 35. populi Act. 4, 8. Luc. 24, 20. seniores Matth. 27, 12. 41. c. 28, 11. Marc. 15, 1. populi Matt. 27, 1. senatus populi Luc. 22, 66. senatus filiorum Israël Act. 5, 21. primores populi Luc. 19, 49. prætores templi. 3. Ministri ; 4. Populus sua scita proponens.

Partes

§. 2. *Partes* hujus 1. Politia Ecclesiastica i. e. personæ Ecclesiasticæ. 2. Politia civilis i. e. personæ officium Magistratûs gerentes, nec enim hæ synodis exclusæ sunto, quod illarum quoque intersit de causa religionis dispicere: vid. tit. Magistratus,

§. 3. *Norma*: Lex Mosis erat, & jura à populo Judaico recepta.

Effectus synedrii & αὐτονομίας erat: exercere potestatem, etiam gladii (quamvis de hac nonnulli dubitent) favere tamen sententiæ huic videtur accusatio adulteræ, utiq; ex hac potestate: & persecutio Pauli Johan. 8, 1. seq. Actor. 22, 5.

Adjuncta. Autoritas synedrii Romanis præsidibus nunquam non suspecta, vid. Joseph. l. 20. c. 8. Antiquit.

Sublatum ab Herode; ita tamen, ut alii post hos deinde suffecti fuerint, nec enim Herodes omnem Judæis libertatem abstulit legum rituumque sacrorum, vid. Joseph. lib. 16. c. 6. Antiquitat. Quin & τῷ *Schammai* seniori pepercit, vitâ eum donavit: Joseph. lib. 14. c. 17. Antiquit. Judaic.

SYNODUS.

Congregatio Ecclesiasticarum & aliarum personarum ad tractandas causas, Ecclesiæ fidem aut mores concernentes. Eventus earum rarò felix, teste Gregorio Nazianzeno: verba ejus mox recitabuntur. Eas frustra petebant Ariani Athanas. tom. 1. fol. 673. lit. c. §. Frustrà igitur.

Necessaria non est, antequam falsa dogmata rejiciantur. 1. Quia Spiritus sanctus hoc non requirit, sed præcipit cavere Pseudoprophetas Matth. 7. 2. Nec Apostoli falsas doctrinas damnantes priùs synodos coëgerunt; Gal. 1. Paulus anathema dicit ei, qui aliud Evangelium prædicaverit: Johannes Nicolaitarum dogmata sine synodo rejecit. 3. Nec Ecclesia primitiva, quæ damnavit sine synodo Ebionem, Cerinthum & alios hæreticos. 4. Moderna, nam sine prævia synodo articuli Smalcaldici, Confessio Ecclesiarum Saxonicar. conscripta. 5. Ipsi Reformati facto ipso hoc postulatum refutant: nam consensus, concordias, confessiones, nostrorum proscriptiones in syntagmatis disputation. Leydensium, Genevensium, Gedanensium, Herbornensium, sine prius institutis synodis, sine nobis ad illas vocatis, adornarunt contra nos, nostris in consilium non adhibitis. Cur igitur nostris eandem libertatem ereptum eunt? 6. In multis auditi sunt synodis Calviniani, Marpurgi, Maulbrunnæ, Mompelgarti, &c. sed frustrà, prout olim Ariani, ut paulo ante dictum ex Athanasio; & Pelagiani apud Augustin. tom. 7. lib. 4. c. ult. contra duas epistol. Pelagianor. §. *Quid est ergo*, quod dicunt, &c. 7. Adeoque synodi ab orthodoxis Patribus rejectæ: Athanasio, Augustino, jam dictis: Gregor. Nazianzeno epist. ad Procopium: Ego (scribit ille) si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, ut omnia Episcoporum concilia fugiam, quoniam nullius concilii finem lætum faustumque vidi, nec quod depulsionem malorum potius, quàm accessionem & incrementum habuerit; pertinaces enim contentiones & dominandi cupiditates, &c. ne ullis quidem verbis explicari queunt, &c. Hæc Nazianzen. epist. 55. fol. 859. edit. Lewencl. Rejectæ 8. ab Illustris. Principibus, anno 1569. Julio Brunswicens. & Wilhelmo Hassorum duce; verba extant apud Hutter. p. 462. Concord. Concordis.

SYRENES.

Esa. 13. Syrenes in delubris voluptatis. Augustinus lib. 2. c. 30. de Civit. Dei docet, esse aquatiles fœmellas, lascivas, voluptuosas, testaturq;, se eas defunctas vidisse in quadam maris mediterranei exundatione. Poëtæ fingunt, esse eas filias Acheloi & Calliopes, mare Siculum habitantes, formâ sursum versus fœmineâ, piscis verò inferiori parte, quæ cantus dulcedine sopiant, sopitos submergant. Vide Crinitum, Marullum, Ovidium: Sunt vero 1. Imago meretricum; ut enim Syrenes (α) sopiunt nautas cantus amœnitate, (β) sopitos mergunt. Ita scorta voluptate carnis procos sopiunt, sopitos in profundum damni spiritualis & corporalis conjiciunt. 2. Voluptatum in mundo. 3. Pravorum sermonum, vid. Basil. Orat. de legendis Ethnicor. scriptis.

SYRIA.

Aram dicta à filio Sem, regio Asiæ minoris, & Mesopotamia, Syria fluviorum, ab occasu mare, à meridie Judæam, à Borea partem Ciliciæ & Armeniæ terminos habet, ab ortu Euphraten, Golnitz p. 242. Compend. Geographic. Joach. Vadian. de trib. par. terræ. Reges ejus longo ordine recenset Bouldæcus in cap. 2. Jobi. Helwic. in Tabul. Chronol.

SYROPHÆNISSA.

Marc. 7. dicitur, quod esset è finibus Tyri & Sidonis; harum enim urbium Syrophænices vocat Strabo lib. 16. fol. 495. Plin. l. 5.

SYRTES.

Act. 27, 17. à σύρω, quod significat traho, dicti aliàs brevia: Virg. In brevia & syrtes & saxa latentia torquet: loca vadosa, scopulosa maris Africani. Sunt imago 1. Scandalosorum hominum, qui alios offendunt, Matt. 18. Væ mundo à scandalis. 2. Tentationum, quas Satan ad malum objicit Jacob. 1. 3. Sunt & carnis nostræ Syrtes amor mundi, favoris humani aucupia, quibus efficitur, ut fidei naufragium homines patiantur, 2. Tim. 4, 9. Demas me reliquit. 4. Syrtes falsæ doctrinæ, in quas Hymenæus & Alexand. impegerunt 1. Timot. 1, 20. Libera nos Christe ab his & omnibus malis! Amen!

T.

TABEAL.

Esa. 7, 6. Significat, *bonum Deum.* Designatur Rex, sed non à Deo, Notat 1. Irrita consilia contra Ecclesiam Dei. 2. Nomina rebus sæpe non consentire. Non enim nomine hoc dignus erat Tabeel, sed trux & sævus.

TABERNACULUM.

§. 1. 1. Sacrum illud *ac portatile templum* vel potius tentorium à Mose exstructum ex ordinatione Dei Exod. 25. v. 10. per Bezaleelem. Exod. 31. v. 2.

2. *Tentorium à Davide erectum* circa tabernaculum Dei, instinctu Spiritus Sancti 2. Samuel. 6, 17. Act. 7, 48. hoc enim in illo positum fuit.

3. *Cœlum* Psal. 18, 12. & 19, 5. Tabernacula illa æterna Luc. 16, 9. Apoc. 22, 3.

4. *Regnum Davidis*, Typus Regni Christi Amos 9, 11. Act. 15, 16.

5. *Ecclesia Dei* Es. 33, v. 20. c. 54, 2. Zach. 12, 7. Psal. 84, 1. Heb. 9, 11. Per quod tabernaculum Christus ingressus est, idque cœleste est, non manufactum. Hocce est tabernaculum David Amos 9, 11. Act. 15, 16.

6. *Tuguria ex arboribus frondentibus* Levit. 23, 34. Deut. 16, 13. Estque hoc tabernaculum gratiosæ in fidelibus habitationis. Rom. 8, 19. 1. Cor. 3, 16. 2. Cor. 6, 16. Eph. 3, 17. 2. Tim. 1, 14. 1. Reg. 6, 12. typicè præfiguratum 1. Chron. 8, 15. Zach. 14, 16.

7. *Tabernacula hominum.* Gen. v. 9, 21. & aliàs sæpe.

8. *Sedes beatæ vitæ.* Luc. 16, 9. Apoc. 21, 3. Psal. 15. 1.

9. Humana Christi natura. Johann. 1, 14. c. 2, 19. Col. 2, 9. Hebr. 9, 11. (juxta quosdam) vocatur *perfectius tabernaculum & majus*, cujus Spiritus sanctus δημιουργὸς Luc. 1, 36. Materia non aurum, non argentum, sed sanguis purus ex Maria. Modus mysticus & cœlestis. Incorruptibile tabernaculum. Psal. 16, 12. Gloriosum. Philip. 3, 21. templum Coloss. 2, 9. Deitatis.

§. 2. 10. Corpus nostrum 2. Cor. 5, 4. 2. Petr. 1, 13. 14. 1. Partibus anima & corpore integratum. 2. *Fragile* ob multos morbos Sir. 10, 11. 3. Portatile ab animâ nimirum, quâ absente cadit. 4. Ventis obnoxium & concussioni Job. 14. v. ult. 5. Semper reficiendum cibo, potu, medicina, diæta Sir. 10. 6. Tandem morte corruens & deponendum 2. Petr. 1, 13. 7. Erigendum supremo die judicii, redivivo è cineribus corpore, Dei virtute. 8. In cœlestem gloriam deducendum Phil. 3. *Conversatio nostra est in cœlis, &c.* Hebr. 11, 13. 14. Mich. 2, 10. Psal. 39, 13.

11. *Mundum dici tabernaculum* Hebr. 9, 11. putat Justinianus Jesuita, quæ explicatio textui literæ minimè est verisimilis, aut conveniens.

Festum tabernaculorum V. supr. *Festum. Docet*, 1. Nos peregrinos esse in hoc mundo, 2. Cor. 5, 6. 2. Ipsam Ecclesiam in his terris peregrinari: in solo cœlo stabiles eam sedes habituram ac fixuram esse in æternis tabernaculis Hosianna in eo cantatum. V. supra.

Convolutio tabernaculorum à pastoribus fiebat interdiu: Cant. 1, 5. Es. 24, 20. tabernaculum unius noctis Gen. 31, 33. & 25. sub vesperam & noctem eadem explicabantur. Hinc vitæ humanæ tabernaculum 2. Cor. 5, 7. *Sumus in hoc tabernaculo* 2. Petr. 1, 13. Depositio tabernaculi.

TABULA.

Tabulæ lapideæ Mosis notant cordis humani duritiem, quod non capit spiritualem legis sensum & rigorem Rom. 7. *Lex spiritualis: ego autem carnalis* (nempe ex parte, non ex toto.)

2. Carneæ 2. Cor. 3. quas Apostolus opponit tabulis Mosis lapideis, & respicit ad locum Prophetæ: *Dabo vobis* cor carneum Ezechiel. 11, 19.

3. Cordis tabulæ in judicio extremo recitabuntur Ambros. Tom. 4. Oper. in Psal. 1. fol. 474. *Tabulæ cordis recitabuntur, si benè egeris, manebis tabula. Vide ne tollas Spiritus sancti gratiam, &c. ne scribas atramento flagitia tua, &c.*

4. Tabula Smaragdina est Evangelium. V. *Smaragdus.*

TACITURNITAS.

Confer supra SILENTIUM.

§. 1. Oracula Scripturæ de hac: Jacob. 1. *Tardus ad loquendum.* Refrenanda lingua ibid. 2. Timot. 2. *Profana & vaniloquia devita.* Prov. 17. *Qui moderatur sermones suos, &c.* Tempus est tacendi & tempus loquendi Ecclesiast. 3, 7. *Lingua placabilis est lignum vitæ.* c. 29. *Os lubricum operatur ruinas.* Matt. 12, 36. *Homo reddet rationem de quolibet inutili verbo.*

Media sunt. (1) linguæ à malo cohibitio Ps. 34. Prov. 8, 13. c. 4, 24. Psal. 39, 3. Job. 39, 37. (2) Cohibitio ejusdem à communicatione nostrorum secretorum Sir. 8, 21. vide 1. Sam. 35, 36. Nehem. 2, 12. Judith. 10, 2. Act. 23, 22. (3) Responsi nostri matura præmeditatio Prov. 18, 3. Sir. 5, 14. c. 11, 8. (4) Sermonis nostri mitigatio sale mansuetudinis. Proverb. 15, 1. *Responsio mollis frangit iram.* Vide 1. Sam. 25, 36. Jud. 8. Pharisæi tacent victi à veritate Matt. 22. Cum Christus respondisset ex lege causam non urgent.

§. 2. *Materia circa quam occupata est. Consilia quæ clam habenda.* Tob. 12, 7. Prov. 11, 13. c. 25, 9. Sir. 8, 21. c. 41, 29. 1. Sam. 20, 23. sic fecit Papirius Senator Romanus. Valer. Max. lib. 2. c. 6. Persæ maximè fidelissimi Marcellin. lib. 23. Zeno Val. Max. lib. 3. c. 3. Cornel. Tacitus lib. 2. Annal. *Pietatem & cultum* Eccles. 5, 1.

Judicium de re Sir. 5, 13. 14. cap. 33. vers. 4. Job. 18, 2.

Pœnitentiam. Ne peccatum excuses, sed taceas. Ambros. in Ps. 38. Tom. 4. Oper. Idem 1. officior. c. 2.

Commissa, ut inquit Poëta: *Nequit commissa tacere.*

Aristo-

Aristoteles interrogatus, Quis secretum cognitum servare posset? respondit: Qui carbonem ignitum lingua continere poterit. Vide Ambros. in Psalm. 40. verba: *Egrediebatur foràs,&c.* Et Sirac. 42, 29. Prov. 25, 11. c. 22, 33. c. 19. vers. 12. Confer Drexel. Tractat. 12. pag. 1844. sequent.

In Confessione revelata. V. *Tit. Minister.* numer. 40.

Institutum & Consilium bonum, Sir. 8, 21. Si enim divulgaveris, mox obicem ponent mali, & Satan: Hinc Consilium à Communi silentio dictum esse putat Festus. Adde Prov. 25, 9. Sir. 8, 22. non omni homini cor tuum manifestes. Delila omnia secreta Simsonis prodidit. Lacus Palæstinæ est, in quo omnia injecta natant, ita secreta commissa multis in ore natant & fluunt, in corde silentio non teguntur.

Commoda & utilitates. Pericula avertere. Grues ex Cilicia devolantes lapillos in os sumunt, ut Taurum montem aquilis plenum, tutò transvolent: Ita silentium hostium technas eludit. Vid. Arist. lib. 9. c. 10. de natura animalium.

Non offendere, Sir. 23. vers. 7. non perire c. 22. v. 33.

Non cadere, Sir. 28, 29. Jacob. 1, 19. Sapientiam ostendere Proverb. 10, 13. 14. 19. c. 16, 23. c. 17, 27. c. 29, 11. Sicut garrulitas ostendit Impium Prov. 15, 28. c. 29, 11. Ecclesiast. 10, 12. Sir. 20, 13. c. 21, 19. Prov. 13. Qui custodit os suum custodit animam.

Taciturnitatis damna. Qui tacet, consentire videtur, c. 6. Qui tacet. De regulis Juris: Id tamen multis modis restringitur & limitatur à commentatoribus, qui videantur.

§. 3. *Exempla sacra & profana.* Vide partis secundæ paginam 576. horarum recreatir. Didaci Apoleph. & Meiger. libro 5. capit. 45. Nuclei historiar. Pythagorici discipuli toto biennio conticebant. Agatho ut taceret & disceret silere, toto triennio lapidem ore tenuit conclusum. Pambo Abbas initium Ps. 39. *Dixi: custodiam vias meas;* multo tempore meditatus plenè ediscere non potuisse, liberè professus est suo magistro: Socrat. lib. 4. c. 18. hist. Ecclesiast. Zeno omnium difficillimum esse dicebat, sermonem continere. Eleathus jussus arcanum enunciare restitit tormentis, exspuens exesam linguam in faciem Tyranni: Clem. Alexand. lib. 4. Stromat.

Paulus Simplex, Pauli primi Anachoretæ discipulus toto triennio siluit: Alii toto septennio. Christus ad calumnias falsò impactas nihil respondit, tacuit.

Job. c. 39, 37. *Leviter locutus sum:* monet suo exemplo, quod satius sit cohibere linguam, quàm vias Dei judiciaque ipsius temerè scrutari velle. Ergo in his sancta opus est taciturnitate. Ps. 39. v. 3. 4. 11.

Sir. 23, 1. *Quis dabit ori meo custodiam & super labia mea signaculum*, ut non cadam in ipsis, & lingua mea perdat me. E. arx vitæ est silentium.

Montanistarum hæreticorum olim summum erat studium taciturnitatis: solebant enim narib. & labiis digitum præponere, ne loquerentur l. 65. c. de Hæretic. Philastr. cap. 77. de Hæresibus.

Exempla superstitiosi silentii apud Eremitas recenset Marulus lib. 4. p. 403. 404. & sqq. Et Hieron. lib. de instit. sanctar. virginum ad Eustochium.

TALENTUM.

1. Propriè nummarium & ponderale. Matt. 18, 12. Hebr. ככר Sexaginta minæ sacræ: v. Buxtorf. in Lex. Hebr. Chald. Aliàs metallum dictum, pressiori, panis instar, forma conflatum. V. Schindl. in Lexic. Metaphoricè est (1) *Donorum* à Deo concessorum Matt. 25, 15. seqq. de quibus nobis in judicio reddenda est ratio. 2. *peccatorum*, ut in nota parabola Matth. 18. quod egregiè explicat Athanasius Tomo 2. quæst. 93.

Judaicum continet 600. aureos nummos. Decem millia talentorum faciunt summam sexagies centum millium aureorum. Sechzig Tonnen Goldes. Confer Sebast. Münster. in capit. 30. Exodi, Chemnit. CCXXXVIII. Harmoniæ. Kircher. in supplemento linguæ Coptic. p. 584. Ægyptium talentum ait esse pondo 120. talento Hebræorum 5. libris minus.

Debitum multorum talentorum nihil aliud significare videtur, quàm crimen universæ legis violatæ, ait Bell. Tom. 6. Conc. 45. Colum. 537. a. & intelligit de solis hominibus impiis & sceleratis. Veriùs tamen est, agi hic de universis omnium hominum peccatis. Tria namque sunt de quibus egit ibi Salvator: 1. est nostra miseria summa. 2. Dei misericordia erga nos amplissima. 3. nostra ingratitudo turpissima. De voce τάλαντον vide Jul. Polluc. in onomastico. Gesner. in Lexico.

TALIO.

Spectat hic Titulus ad locum de Justitia Dei. Itemque de Pœnis peccati Matt. 18. Servus ille nequam experitur hanc pœnam, nolens remittere debitum. Prov. 21. *Quicunque obturaverit aurem ad clamorem,&c.* Matt. 7, 2. *Quacunq; mensura aliis metimini, metientur eà vobis.* Jacob. 2. *Judicium* absq; misericordia ei, qui non præstiterit misericordiam. 1. Sam. 15. v. 33. *Agag* exemplum præbet talionis. §. 1.

In genere delicti. Judæi in horto Christum capiunt per milites Romanos. Ab his eisdem Judæi quoque capiuntur & vastantur, urbe & templo excisis. *Joas* interficiens Zachariam filium Jojadæ sacerdotis à servis vicissim interficitur 2. Reg. 12. v. 20.

Valentinus Imperator 80. presbyteros supplices navibus alligari ac comburi jussit: Idem postea fugiens hostes Scythas, alii Gothos, in casa combustus est. *Cosroës* occidit Patrem suum, ille rursus à filio occiditur Siroë dicto: *Cuspinianus* refert.

Jojakim interfecit virum sanctissimum Uriam. Rursus interficitur ab hoste & sepulturâ

afini fepelitur 2. Regum 24. *Adolphus* Imperator manu Alberti Auftriaci confoditur in pugnâ 1298. *Albertus idem* interficitur à Johanne duce Carinthiorum.

Agamemnon Tatulum interfecit Clytemneftræ maritum, illâ in uxorem ductâ: *Ægysthus rursus* Agamemnonem interfecit Trojâ redeuntem. Poftea Ægyfthus & mater Clytemneftra à filio Orefte occifi. Euripid. in Iphigenia. v. *Camer.* part. 1. pagin, 462. horar. fubcifivar.

In organis corporeis: Rudolpho Duci Sueviæ, creato ab Epifcopis & Papa Imperatori contra Henricum Quartum Cæfarem, manus in pugna in agro Lipfienfi amputata fuit: Hanc Epifcopis oftendit, dixitque, hæc eft manus quâ Domino meo Henrico (Cæfari puta) fidem dedi. Tacitè exprobrans Clericis, quod tantæ cladis ipfi fabri & faces extitiffent.

Quidam Patrem malè cæfum *capillis ad limen* domus ufque pertraxerat. Tractatus à filio idem deterius, extra limen protractus in lutum, exclamavit petiitque, ut tantùm ad limen domus, (cum id ante feciffet fuo patri) protraheretur.

§. 2. *In iisdem inftrumentis.* Brutus & Caffius fe eisdem, quibus olim C. Jul. Cæfarem, ipfos obtruncarunt gladiis.

In eisdem membris corporeis: Conftantinus VI. oculos effodi juffit Niceph. Idem Conftantinus oculis privatus eft, matre id procurante. Cufpin.

In Loco: Jefabel periit eo, quo olim lapidatus erat Naboth loco, fecund. Regum nono.

Antiochus Epiphanes à Romanis in ordinem eft redactus, qui ante pupillum fuum læferat Dan. 11. v. 30. *Ægyptij* fuffocantes pueros Ifraëliticos aquis rurfus fuffocantur Exod. 1. & 14. & primogeniti eorum necantur, & aquæ in fanguinem vertuntur. *Adonibefek* Jud. 1, 7.

Fratres Jofephi fummo mœrore afficientes fratrem, in fummas deinde anguftias conjecti funt Genef. 42. *David* Bathfabæam vitians, fentit ultionem & flammam ab Abfolone Concubinis conftupratis. 2. Sam. 11, 12. Sic Dionyfius junior in urbe Locrenfium filias vitiavit, Locrenfium maximas domus occupans. At expulfo hoc regno fuo à Dione, Locrenfes uxorem Dionyfii unà cum filiabus publicè proftituerunt, & vitiatarum virginum affines iis abufi funt. Ælianus libr. 9. Babylon Jerem. 50. v. 14. 15. c. 51. v. 6. 49. Edomæi Ezech. 35. v. 11. Pf. 137. Obad. v. 15. Accufatores Danielis Dan. 6, 24. Haman Efth. 7, 20. Neoptolemus Achillis filius Priamum ad Jovis aram occidit: qui Delphis ab Orefte viciffim occifus eft: Inde Proverb. *Neoptolemi vindicta.* Vide Paufan. in *Meffeniac.*

Jefabelæ filiæ Herodiadis, faltu fuo caput Johannis meritæ caput amputatur à glacie. Niceph. lib. 1. c. 22. hift. Perillus bovem æneum inveniens ipfe primo omnium in eo combuftus eft à Phalaride Tyranno. Ovid.

Ipfe Perillæo Phalaris permifit in ære
Edere mugitus & bovis ore queri.

De Pannonio in infula Chio lege Herodotum lib. 8. Plura exempla funt apud Camer. Cent. 1. c. 98. horar. fuccifiv. Richter. Axiom. 28. Oeconomic. & p. 267. num. 7. Axiomat. Ecclef.

Philippus Imp. fcelere acquirens imperiū, idem decus fcelere amifit. Ex his difcamus 1. Dei juftitiam, qui peccata punit eo tempore, quo ipfi vifum eft. 2. Fugiamus fecuritatem. 3. non offendamur, videntes ad tempus impios non puniri: Etenim tarditas illa pœnæ hujus gravitate compenfatur, ut fcribit Valer. Maxim. 4. Patientiam exerceamus. 5. Deo vindictam relinquamus.

TANGO.

I. 1. Tangit *Deus* in ira puniendo. 2. In gratia: fanando corporaliter, fic Chriftus tetigit mortuos, vel fpiritualiter tangit corda convertendo, ora mundando & fanctificando Jer. 1, 9. per Spiritum Sanctum. 3. Cruce nos ad fe pertrahendo Ef. 26. 4. Lege peccata nobis oftendendo Rom. 3. *Ex Lege agnitio peccati.*

II. *Angelus* bonus, labia purgando Efa. 6, 6. 7. Figuratur mundatio animæ.

Malus lædendo 1. Johann. 5, 18. Job. 2. v. 5.

III. *Homo* tangit 1. reverentiæ exhibendæ ergo 2. Reg. 4, 27. Matt. 28. v. 9. Sic apud Græc. Homer. Iliad. *α.* v. 466. 2. *Fide* Matth. 9. 20. v. 21. Marc. 5. v. 27. 3. *Hominem* ut lædat Gen. 26, 11. Ruth. 2, 9. Pf. 105, 15. Zach. 2, 8.

TARDUS.

I. ארך־אפים. *Ira.* In Hebr. de Deo dicitur, quod fit longanimus nec ad iram pronus, vel cum horam auxilii differt. Pfal. 40, 18. 2. Pet. 3, 9. tardari dicitur.

II. *Homo tardus* 1. *ad laborandum.* vid. diligentia in oppof. 2. tardus ad *loquendum* Sirac. 28, 28. Jacob. 1, 19. ne quis publicè in Ecclefia loqui præfumat 1. Cor. 14. 3. Ad *credendum.* Lucæ 24. 4. ad *irafcendum* Jac. 1. v. 19. Athenodorus Philofophus fuafit Augufto, ut 24. literas Alphabeti prius recitaret, quàm iræ locum daret.

Zeno Philofophus Athenis in convivio Legatorum nihil loqui voluit, juvenibus multa garrientibus: Caufam rogatus à Legatis dixit: Scitote Athenis virum effe, qui inter pocula tacere novit. Conradi Cæfaris veriverbium fertur fuiffe: plura tecum; pauca cum aliis loquere. Confer Thomam à Kempis de Imitat. Chrifti lib. 1. c. 10. Sirac. 28, 28. Ezech. 33. 30. Luc. 11, 28. Proverb. 1, 8. c. 7, 1. c. 12, 13. c. 25, 11. Ezech. 3. v. 7.

TARSUS.

Mater urbium Solino capite 47. dicta. Metropolis Ciliciæ, quæ eft Regio Afiæ minoris. Patria Divi Pauli, Actorum vigefimofecundo; dicta à Tharfe filio Jonis filii Japhet, Jofephus libro primo antiquit. Judaic. Genef. 10. verf. 4. diftans ferè 80. milliaribus Hierofolymis. Libertate donata à Julio & Augufto ob fidelitatem utrique in bellis præftitam, celeberrima ob Academiam florentem quæ ipfi Ale-

Alexandr. & Athenienſi anteibat. Strabo lib. 14. Hinc diſcipulorum ex Cilicia fit mentio Act. 6. v. 9.

TARTARI.

Ceremitæ dicti: negant reſurrectionem mortuorum & baptiſmum infantum, M. Olearius fol. 211. Itinerarii Perſici. Sacrificant ob ſola commoda temporalia: adorant omnia in ſomno objecta: exercent Polygamias & inceſtus. M. Olear. fol. 212. d. l.

Rex Tartarorum voluit Ducis Moſchorum faciem demitti coram ſuâ imagine. M. Olearius f. 216. Itiner. Plura apud Geographos: In deſcript. Tartar. in Atlante Major.

TARTARUS. *V. Infernus.*

Dicitur à ταράττω, quod eſt facio tremere. Verè tremunt impii (1) ob iram Dei, 2. Theſ. 1. v. 6. 7. (2) Ob pœnas graviſſimas inferni, Matt. 8, 22. c. 22, 13. Judæ epiſt. v. 6.

TAUTOLOGIA.

Eſt ejuſdem vocis, & improvida ac ſine cauſa facta repetitio: Quintilian. lib. 7. c. 3. Inſtitut. orat. Non eſt in ſcriptura: Socinus in 1. Joh. 1. v. 1. non admittit ipſe. Malè eam noſtræ objiciunt Calviniani fidei circa rem Euchariſticam. V. D. Schilter. p. 799. 800. Catechiſ. Hunnius p. 349. de cœnâ.

TAXA

Pœnitentiaria eſt catalogus mulctarum, quibus peccata olim ſub Papatu expiata ſunt, pecuniariarum. Ipſum Catalogum vide apud Dominum Hunnium. Tractat. de indulgentiis. Cauſſ. recuſati Concilii Tridentini Wilh. Muſcul. in Loc. Comm. De hac peccatorum indulgentiâ Papæ conqueſtus eſt Nicol. Clemanges de Corrupto Eccleſiæ ſtatu. Paulus Jovius in Leone X. Claud. Eſpenſæus Theolog. Pariſienſis in operibus fol. 479. ubi Romanam curiam turpis lucri accuſat; addit: *Hæc lucra turpia, odio Pontificis Romani ficta ſint, ſi non, quod ait & conqueritur ille:*

Proſtat & in quæſtu pro meretrice ſedet.

Liber palam ac publicè hic impreſſus, & hodieque, ut olim, vænalis, *Taxa Cameræ*, ceu *Cancellariæ Apoſtolicæ* inſcriptus, in quo plus ſcelerum diſcas licet, quàm in omnibus omnium vitiorum Summiſtis & Summariis & plurimis quidem licentia, omnibus autem abſolutio empturientibus propoſita, &c. Mirum hoc tempore, hoc ſchiſmate non ſuppreſſum, tot tamque fœdorum, tamq; horrendorum ſcelerum, velut indicem, adeò infamem, ut non putem, in Germania, Helvetia, & ubicunque à Romana ſede defectum eſt, opus proſtare majore hujus ſcandalo: & adeò tamen non ſupprimitur ab Eccleſiæ Romanæ fauiſſoribus, ut tantorum & talium facinorum licentiæ ac impunitates, in facultatibus legatorum, illinc huc venientium, bona ex parte innoventur atque confirmentur adverſus (ſi Deo placet) quæcunque fatalia reſtituendi, ac etiam quoſcunque Spurios, Manſeres, Baſtardos ex quocunq; coitu illicito, &c. *Hæc Eſpenſæus.*

TECTA.

Forma eorum apud Judæos acuminata non fuit, ſed plana & juxta lineam rectam: Vide Marc. 2, 4. Actorum 10, 9. Deuter. 22, 8. Judic. 9, 51. Eſa. 37, 21. Judic. 16, 27. 2. Regum 19. v. 26. Sophon. 1, 4. 5. Luc. 5, 19. Synecdochicè ponitur pro toto ædificio.

Nolle deſcendere tecto, notat fugam in anxietate celerrimam Jerem. 46, 5. c. 48, 6. c. 49, 8. Zach. 2, 6. 7. Matt. 24. Prædicare ſuper tecta eſt publicè docere, ſine formidine, Matt. 10. v. 27. *Abuſus* eorum: In eis ſuffierunt Diis ſuis Jer. 32, 29.

TECUM.

Pſalm. 73, 25. Notat I. deſiderium Aſſaphi perveniendi ad cœleſtem gloriam.

II. Contemtum rerum terrenarum, & fiduciam in ſolum Deum.

III. Damnat Epicureos, nihil curantes cœlum.

IV. Monet pugnandum eſſe contra carnem, mundum, Satanam, nos à Deo abſtrahentia: Quis mihi in cœlo ſcil. det; ut Pſal. 4. Quis me, &c. 2. Sam. 22. Quis det, &c.

V. Monet cogitationes noſtras compeſcendas eſſe verbo Dei, noſque jugi Dei ſolatio frui.

VI. Solatur nos, quòd Deus nos non abjiciat, non derelinquat nos, Pſ. 10, 1. Eſa. 49. Quòd crucem noſtram intueatur, eamque ad finem bonum perducat, 1. Cor. 10. v. 13.

TEGO; Operio.

I. *Deus tegit peccata* Pſ. 32. 1. ut *Cadavera* tegimus ne pateant tranſeuntibus. 2. *Quo tegit?* non pallio cœruleo Mariæ, non veſte acu pictâ Alexandri, ut nec chlamyde Conſtantini Magni; ſed veſte juſtitiæ Jeſu Chriſti, Ezech. 16, 8. quam induimus in baptiſmo Gal. 3. 27. Eſa. 61. v. 10. 3. *Cur tegit?* ut non revelentur Thren. 4, 22. nec luci exponantur Judicii extremi.

II. *Tegit homo peccata* proximi illa tolerando, diſſimulando, charitate ſufferendo 1. Pet. 4, 8. Prov. 10, 12. coram hominibus: coram Deo non tegit peccata *charitas*, ſed Chriſti ſolius pretii *caritas.*

TELA.

Tela ignita Satanæ ſunt ſimilia malleolis & ignitis telis Babylonicis. Ammianus Marcellinus lib. 33. hiſtor. Veget. lib. 4. de re militari. Cæſar de bello Gallico libr. 5. Julius Frontin. lib. 4. c. 7. Stratagemat. vide Bart. Cæſium lib. 3. c. 7. Mineral.

TEMERITAS. *V. Fortitudo.*

Exempla ſunt Num. 14, 40. 41. Deut. 1, 42. 2. Chron. 20, 21. 37. c. 35. 22. Matt. 26, 51. Joh. 11, 16. Act. 19, 16. Sir. 8. verſ. 19. cum audacia non eas in via.

Confer *Fortitudo* in oppoſit.

TEMPERANTIA, Abſtinentia.

§. 1. Aliquando etiam *abſtinentiæ* nomine venit, (quanquam hoc ſua ſit natura generalius, omnemque actum, qui concupiſcentiæ cuivis repugnat, ſubindicare videatur.) Quid? *Virtus moderans omnes commotiones & cupiditates animi in prætermittendis voluptatibus.* Auguſtino eſt afflictio coërcens appetitum ab his, quæ turpiter appetuntur. *Cauſa Effic.* prima Spiritus S. Gal. 5. v. ult. Ejus n. fructus quoq; eſt temperantia. *Corrumpens* cauſa eſt delectatio menti ſurrepens, quâ marcet temperantia; ut Greg. M. alicubi loquitur: *Materia in qua.* In cibo & potu. Rom. 13. *non in comeſſationibus.* Clemens Alex. lib. 2. c. 1. 2. Pædagog. 2. Reg. 4. herbæ Dan. 1. obſonia 1. Tim. 5. victus Joh. 6. panes quinque & duo piſces ſufficiunt. *Subjectum* in quo, & qui? Omnes ſint temperantes 1. Petr. 3, 7. Epiſcopi 1. Tim. 3, 2. Senes Tit. 2, 1. 2. Adoleſcentuli & adoleſcentulæ Tit. 1. v. 5. 6. *Subjectum circa quod* eſt cibus, potus, Venus, ſomnus, quorum reſpectu diſtribuitur variè temperantia.

§. 2. *Effectus & actus ſunt.* Quæ corpori utilia *probare* Sir. 37, 30. Affectus frænare v. 31. Ibid. ne corporalia deſideria nos urant. *Cibos diſcernere* Sir. 36, 20. non omni delicato cibo ſe replere Sir. 37, 32. modicis & aliis *contentum* eſſe Dan. 1. 1. Tim. 6. Matt. 12. Spicis. Eliſæus pane hordeaceo 2. Reg. 4.

Non captare lautitias; hanc enim cupiditatem Deus punit Num. 11, 34. Luc. 16. Confer Sir. 31, 19. *Multa non alunt, ſed inquinant*, ait Seneca. Prov. 25. Comede quantum ſatis eſt. *Surgere ſuo tempore* & domum abire. Sir. 32. v. 25. 16. In conviviis *moderatè edere & bibere.* Olim enim quantum quisque biberet explorabant Chriſtiani, cum ſe ad cantandum provocarent. Tertull. in Apologet.

Effecta & Commoda alia. Conducit ſanitati, longævitati Sir. 37, 33. *Caſtitati* Rom. 13. v. ult. Col. 2, 13. *Sapientiæ*, ideò culta à Patriarchis, frugaliter vita functis. *Eremitis* Perſis. Accipiter cibo onuſtus non capit aves, ſic homo intemperans reb. agendis eſt inidoneus. Terra moderatè irrigata ſemen producit, ſic cor moderato victu ſuſtentatum fructus producit. Cœlum vaporibus vacuum ſerenum eſt; ſic & animus. *Utilitates*, Reddit hominem *levem &* expeditum ad labores vocationis exequendos Sir. 32, 24. ad pugnam contra diabolum: Baſilius hom. 2. de Jejuunio. *Purum*: Ut lapis Amiantos in igne purus eſt. Sic cor hominis purius redditur temperantia & expeditius. *Jucunditatem* præſtat cum utili junctam Sir. 31, 33. 34. 35. 36. 37. *memoriam, judicium conſervat*, ſapientiam cuſtodit, magiſtra eſt ſtudiorum, curatrix cogitationum piarum, mater orationis.

§. 3. *Neceſſitas.* Sicut milites, nautæ, agricolæ temperantiæ ſtudent, ſi rectè velint militare, navigare, arare: ſic Chriſtiani ejusdem ſint virtutis ſtudioſiſſimi: Chryſoſt. orat. 1. adverſus Judæos: ſine eâ namq; nec Eccleſia, nec familia regi, nec periculum declinari poteſt. Hæc n. affectus temperat, deſideria ſancta multiplicat, confuſa ordinat, ignem libidinis extinguit. Imò eſt *portus*, in quo omnes vitiorum ſileſcunt tempeſtates. Debitum eſt Tit. 2, 11. 12.

Modus acquirendi temperantiam. Laudanda quidem virtus, ſed & via ad eam quam diligentiſſimè commonſtranda eſt, Ad hanc ſpectat 1. *Ardens oratio.* Eſt n. temperantia donũ Sp. Sancti. Hic ergo illam ut det, orandus. Sir. 23. 2. *Otij vitatio*, verſutè ex hac intemperantia Eſau maluit cibum accipere quàm quærere. Gen. 25. Modici igitur labores Chordam mentis intendunt, ut Deo vacet, non otio & crapulis. 3. *Spiritualium rerum meditatio*: hanc quĩ ſuſcipit, nũquam de eſcis cogitabit. 4. *Delectabilium vitatio & curioſitatis.* Qui enim ſæpè delectabilia tractant, tandem ab his capiuntur: ut vini formâ, varietate eduliorum ciborum aut condimentorum. *Senſualis appetitus* paſcitur delectabilib. Sic Eva viſu ligni concupiſcentiam intemperantiæ contraxit. Sir. 21. *Fuge quaſi à facie colubri peccata.* Et quàm plurimi mala ſocietate ad peccandum inducuntur. 5. *Mortalitatis noſtræ Conſideratio.* Carnem paſcis! Quid paſcis? paſtum vermium; paſces vermes carne, qaum paſcis: *Caro cadaver* atque terra es Gen. 3. & in terram reverteris. Sir. 7. *memorare noviſſima & nunquam peccabis.* 6. *Cœleſtium epularum ponderatio*: nam ſic vitam & hujus vitæ epulas amemus, ne cœleſtes perdamus: ſic epulo Luc. 16. & dives ille Luc. 12. Nabal 1. Sam. 25. Apoc. 19. *Beati qui ad cœnam agni vocati ſunt.* 7. Trutinatio malorum, quæ crapulam ſequuntur. Sunt verò: mentis hebetudo, virium defatigatio, ventris & capitis gravedo; nimia afflictio partis noſtræ dignioris. Horat.

Atq; affligit humi divinæ particulam auræ.

8. *Appetitus frenatio* ſub jugo temperantiæ.

Neceſſaria ob Satanæ inſidias 1. Petr. 5, 9. ob carnis petulantiam & pronitatem in peccata.

Temperantiæ feſtum *νηγάλια* erant ſacra Veneris honori dicata, in quib. pro vino aqua melle diluta bibebatur, teſte Plutarch. de valetudine.

§. 4. *Temperantiæ Eremiticæ & Monaſticæ Exempla.* Hier. ſolitudinem pro Paradiſo, populi frequentiam pro carcere habuit: Sacco vili amictus latebras Syriæ perreptavit, herbis victitans. Patroclus Anachoretâ vino abſtinebat, aquam melle perfuſam bibebat. Paulus Eremita aquâ & fructib. palmarum vivebat.

Hilation in deſertis Syriæ locis breviſſimum inhabitavit tugurium, caricib. & junco textum: Totis decem annis cellulæ ſepulchro ſimillimæ incluſus fuit. Vide Beyerling. in Theatr. fol. 27. a. Plura quoque lege apud Textor. p. 1254. ſequentib. in officin.

Commoda temperantiæ enarrat Ludovic. Cornarus Venetus Tract. de vitæ ſobriæ commodis. Vide ejus opuſcula fol. 916.

Tres uvas in vite naſci, quidam Philoſophorum olim dixit. Primam neceſſitatis: ſecundam delectationis: tertiam furoris: ſiquid. vinum malus eſt cõſiliarius: *Nox & amor vinumque nihil moderabile ſuadent*, inquit Poëta ille.

Catenæ spirituales: Sapiens Castellanus milites hostibus faventes catenis ligavit, & tunc adversus hostes procedit. Sic diabolus est hostis extraneus, caro sævus ille rebellis & internus. Hic catenis temperantiæ ligandus est, ne nos prodat.

§. 5. *Exempla temperantium profana.*

Porus Rex Indorum aquâ & pane vivebat. Socrat. pane & lacte. Plato olivis, pane, aquâ. Masinissa Rex Numidarum semel interdiu vescebatur, & sine pulmento. August. Cæsar brevissimi cibi fuit. Lacedæmonii nullam disciplinam abstinentiâ potiorem esse ducebant. Ministrorum temperantia Ezech. 44. versu 21. Ægyptiorum *sacerdotes perpauci* erant cibi: Raro pane usi, oleo solùm in olerib. Ovis & lacte abstinebant patientes triduanæ inediæ. Persarum magi farinâ & oleribus vivebant. Pomis & farinâ Indorum Gymnosophistæ. Zeno aquam bibebat pro vino. Jul. Cæsar vini parcissimus erat. Conf. Sabellic. fol. 39. 40. Exempl.

Brachmanni Indi Gymnosophistæ Ægyptii Polenta, Oryza, pomis victitabant, saltem ut animum ad sapientiæ studium transferrent. Cato senior Gubernator Hispaniarum, tenui victu usus fuit, eoque nautico: *Val. Maximus.* Socrates temperantissimus fuit. Anacharsis Philosophus. Philinus solo lacte totam vitam suam toleravit. M. Curtius solis rapis: Athenæus. Polemon Athenis crapulâ deditus, abjecit intemperantiam & se totum philosophiæ dedidit, à Xenocrate Philosopho, cujus ille scholam ebrius ac serto ornatus ingressus fuerat, contra ebrietatem declamitante ad meliorem frugem redactus.

Exempla sacra: socii Danielis, Dan. 1. Paulus Philip. 4. Nazareni vino abstinebant Num. 6. Rechabitæ Jerem. 36. Plura exempla sunt apud Didacum Apolephi. part. 1. p. 700. hor. recreatit. Meiger. p. 1127. Nuclei. Prompt. Exempl. p. 366.

§. 6. *Similia.*

Aspis virtutum. Temperantia n. abjectâ ipsa virtus abjicitur omnis. *Arx vitæ. Baltheus,* quo caro frenatur, 1. Pet. 2. *Columen mentis. Condimentum ciborum.* Omnia enim dulcia reddit temperantia. *Frenum* cupiditatis. *Habitaculum sapientiæ.* Socrates, impossibile esse, ut sapientia in ventre bis pleno de die habitaret, censebat. *Lima carnis.* Mater sanctitatis. Basilius homil. 1. de Jejunio. Chrysost. homil. 39. in Matt. *Medicamentum* acre, quo vermes expelluntur è membris corporis & visceribus animæ, Basilius homil. de jejunio. *Myrrha amara*, quæ carnem nostram præservat à putredine vitiorum ne mollitiâ corrumpatur. *Navis* temperata sarcinis fluctibus & submersione elabitur, sic temperans cupiditatum fluctus superat. Basil. l. d.

Itaque modis omnibus huic virtuti incumbendum est, quod assiduè nostræ Ecclesiæ hominibus inculcatur, ut non nisi calumniæ litare voluisse Johannes Bourgesius libris tribus de continentia editis censendus sit, probaturus scilicet sectam Lutheri & Calvini omni temperantiæ planè inimicam esse. Editi sunt Duaci 1638.

Opposita varia.

§. 7. I. *Stupiditas* per quam homo abstinet ab omni licito usu cibi: vita Monachorum quorundam & Anachoretarum. Vide Roman. 13. Col. 2. Es. 58. Hoccine jejunium, &c.

II. *Luxus Conviviorum* aliarumque deliciarum: 2. Sam. 13. Absolon instituit convivium. Belsazar Dan. 5. Nabal. 1. Sam. 25. Plato juveni cutem curanti dixit: Quo is, ô juvenis miser, carcerem tibi ædificare pergis?

III. *Nimia corporis* negligentia ac abstinentia, de quâ læsis tandem functionibus animi sui hocque inidoneo reddito acerbè conquestus vel tandem est Divus Bernhardus. Testis est autor qui vitam illius descripsit. Vide supra Eremiticæ exempla.

INTEMPERANTIA.

§. 8. Qua quis vel abutitur voluptatibus corporis præsentibus. 2. vel dolet de absentibus. Dicitur ἀκολασία.

Dissuadetur Luc. 21, 34. Amos 6, 12. Jacob. 4, 1. c. 5. v. 5. Ezech. 16, 49. Eph. 5, 18. Prov. 20, 1. Rom. 13, 13. Sir. 37, 32. vide etiam cap. 31, 19. cap. 32, 20. 21. 24. 30.

Exempla gulosorum & bibonum: Holofernes, Belsazar, Herodes, Antiochus Magnus vinosus & libidinosus fuit. Timocreon Rhodius, cujus hoc Epitaphium:

Multa bibens, tum multa vorans, mala denique dicens
Multis, hic jaceo Timocreon Rhodius.

Vide Ravis. colum. 1260. officin. Meiger 1135. Nuclei. Camerar. part. 1. c. 94. horar. subcisivar. Prompt. exempl. fol. 474. seq. part. 2.

Effecta. Inducit securitatem. Olim Ceres caput papavere cincta pingebatur; ut significarent veteres, intemperantes somno & securitati indulgere. Vide effecta papaveris apud Plinium & Dioscoridem. Et oblivionem vigilantiæ. Hoc significavit Epaminondas, squalidus cogitabundusque incedens temperansque: in hunc cùm familiaris quidam incidisset, miratus, solum Epaminondâ sic, tota urbe Thebanorum in epulas & vina effusorum, solennè agentes, respondit: Quo vobis omnibus crapulari & vitulari liceat. Plutarchus in Apophthegm. Ventrem Deum facit Philip. 3. Tertullian. libro contra Psychic: *Deus tibi venter est, & pulmo templum & aqualiculus altare.* Corpus lædit inducendo ægritudinem & infirmitatem. Animum lædit, læso corporis temperamento: inutilis & noxia est Sir. 31. v. 23. Hosti suo carni fert suppetias: turpis, brutis enim evadimus similes. Corrumpit ingenium, memoriam, judicium. Gignit imprudentiam.

Inflammat spurcum turpis libidinis ignem.

TEMPUS.

§. 1. Hebr. חדל, tempus cessans, finem habitu-rum,

rum, transitorium, fugax: Psal. 42, 2. Quid sit? Interroga Philosophum. Respondit: Est duratio motus secundum prius & posterius. In sacris literis verò variè accipitur. Notat enim 1. *dies status* & festos, Hebræis מועדים dictos. 2. *Certum & oportunum tempus.* Actor. 1. Domine num in tempore hoc, &c. Col. 2. Sapienter ambulate redimentes tempus. Estque nihil aliud quàm occasio & oportunitas rei gerendæ. Hinc veteres: *Fronte capillata est, post hæc occasio calva,* 3. Annum, Daniel. 7. Usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis Apocal. 10.

Oportunitas ejus observanda prudenter Eccles. 3, 1. c. 8, 5. Sirac. 20, 6. c. 32, 20. Rom. 12. 11. Gal. 6, 10. Ps. 32, 6. Eccles. 9, 10. Esai. 55, 6. c. 65, 12. Jer. 13, 16. Jud. 6, 27. *Mundo concreatum* August. tom. 9. col. 813.

Distinctio temporis à Deo facta. Gen. 1. c. 8. v. 22. Gratiæ tempus non est negligendum Deuter. 30, 14. 1. Chron. 15, 2. c. 20, 2. c. 26, 5. Esa. 4, 14. Ps. 85, 10. & 145, 18. Jer. 20, 21. Ose. 5, 6. Sap. 6, 20. Matt. 3. v. 10. Jac. 4, 8. sed bene collocandum. Gal. 6. Sir. 51, 38. Est enim vitæ tempus electionis nostræ August. tom. 8. col. 515. d.

§. 2. *Tempus adventus Christi in carnem* Esa. 2, 2. 1. Timot. 4, 1. 2. Tim. 3, 1. Hos. 3. v. ult. 1. Cor. 10. Heb. 1. v. 1. Gratiæ & salutis 2. Cor. 6. Eo tempore bene utendum & surgendum Cant. 2. *Surge propera amica mea, columba mea formosa mea & veni.* Amica est Ecclesia fidelium. Joh. 15. Amici estis Christi. Hanc enim sanguine suo Act. 20, 28. redimit. *Columba* est ob fidei simplicitatem, & oculorum pulchritudinem, ob alas spei. *Ecce oculi mei tuum salutare viderunt:* Luc. 2. Es. 40. instar aquilæ formosa: sat in se deformis homo. Hominum cœtum, Ecclesiam suam formosam fecit Dominus Ezech. 16. Eph. 5, 25. *Surgere* debet per pœnitentiam, Eph. 5, 13. à somno omnium vitiorum, ab humanis ad divina, à carnalibus ad cœlestia, à tenebris ad lucem, à sordibus ad mundiciem, à Satana ad Deum Actor. 26. *Properare* ob vitæ brevitatem: nostram tarditatem; viæ longitudinem: patriæ remotionem 2. Cor. 5. Sarcinæ *gravitatem*, latronum & insidiantiũ vigilantiã: Hi sunt Satan, mundus, caro. Cursus triumphum & victoriam, ut & apprehendendam coronam, & aliis præcursurus, propera cũ sponso introëas, non excludaris Matt. 25. *Exempli tui evidentiam.* Ut & alii properent, sibi exemplum ex te & Ecclesia sumentes: Jam enim hyems transit: hoc est tempus oportunum est.

§. 3. *Redimendum.* Eph. 5, 16. Rom. 12. v. 11. Col. 4, 1. Gratiam à Deo oblatam *accipiendo:* Prov. 1, 24. Cant. 5. versu sexto. Heb. 4. versu sexto. 2. *Pretium tempori ponendo.* Sic Lutherus gloss. in Eph. 5. nam sunt multa pietatis & vocationis obstacula atque impedimenta: non commessando Es. 5, 3. *orando.* Matt. 6. *Domine libera nos à malo.* 4. *patiendo:* sicut peregrinus multa patitur inter peregrinandum, & sicut ambulator & miles, & nautæ multa patiuntur, & morus exacto frigore demum floret. 5. *sperando:* sicut viator sperat tempestatẽ mox cessuram esse. 6. *non offendendo*, nempe ne offendamur malitia mundi. 7. *Prudenter ambulando* etiam circa res medias. Sic Paulus Timotheum circumcidit, Titum non circumcidit. 8. *Benè collocando* in rebus gravibus & necessariis. Augustinus sermon. 24. de verbis Apostoli, quia facile transit. 9. *Non in vanum adhibendo.* Seneca Epist. 118. libro de brevitate humanæ. Et Ep. 11. in delitias, in nequitias, vanitates, &c. 10. *sapienter conversando*, Tertullian. lib. de fugâ in persecutione. 11. *Occasionem* benefaciendi & discendi captando, & quævis bona operando Galat. 6. operemur donec tempus est. 12. *Pœnitentiam agendo* Roman. 13. vers. 8. Tamerlanes Rex Tartarorum obsessurus urbem, albis tentoriis, quæ figebat, pacem, rubris ignem & gladium, atratis mortem minitabatur. Nobis alba gratiæ Dei placeant tentoria. *Alexander Magnus* candelam accendit urbem obsidens, veniam promittebat, quando adhuc candela ardebat. Gratia divinæ candelæ nobis lucet adhuc: agamus pœnitentiam, bene usurpemus Domini, dum adhuc lucet, clementiam, postea nulli erimus. Occluso semel ostio fatuis virginibus, nunquam postea iis patuit aditus. Matt. 25. Pythagoras discipulis præceptum dedit, ut considerarent 1. tempus matutinum, deliberarentque, quid in illo essent acturi & per totum diem. 2. *Vespertinum*, & examinarent sese, quidnam egissent. Ita & nos matutinum vitæ nostræ tempus & vesperam mortis ac Judicii nunquam non meditemur. 13. *Curis & negotiis secularibus nos subducendo.* Augustin. serm. 24. de verbis Apostoli. Tempus dissolutionis 2. Tim. 4. v. 18. Sic 2. Pet. 1. præscit Petrus. 1. Notetur Pauli promptitudo ad monendum & obedientia. 2. Solatium in morte. 3. è carcere scripsit: Argumentum patientiæ. Tunc etiam Petrus Romæ fuisse dicitur. Egesippus libro 3. cap. 2. de bello Judaico. *Deo tempus quoque consecrandum.* Exod. 12, 41. Noctem illam solemnem habere jubentur Israëlitæ, qua Ægypto fuerant egressi. Hujus vitæ tempus nox est, quam nunquam non solemnem agere debemus, Deoq; gratias agere pro redemptione nostri Col. 1, 12. 13. *Ob amissum omnino dolendum.* Certè pœnituit temporis amissi D. Bernh. ac tempore nihil est pretiosius: semel n. transmissum, nunquam redit. Redit aurum, sanitas, alia bona: Non sic tempus. Exigetur quoque à nobis tempus impensum in judicio, ut alicubi *Anshelmus* monet.

§. 4. *Tempus malum.* Eph. 5, 16. 1. Dies *mali non in se*, quî enim tempus, quod est duratio motus secundum prius & posterius, malum in se esset. Sed 2. *ob varios respectus*, nempe, *hominum malitiam.* Hieron. virtutes faciunt dies bonos, vitia malos. Vid. Amos 5, 13. *miseriam*, in quam ob peccata incidunt Joel. 1, 12. August. serm. 1. de verbis Apostoli. Origenem homil. 1. in lib. Jobi. *Stultitiam*, qua laborant tempore non utentes, tempore veniæ & resipiscentiæ, cum tamen dies appropinquarit Rom. 13. & Deus gratiam offerat. 2. Cor. 6.

Viam

Viam temporis hujus viscosam & periculosam, captiosam. Viscosa est via hujus temporis ob mundi scandala, periculosa ob Satanæ molimina, captiosa ob laqueos voluptatum. *Vanitatem*, cui homines sub ultimum tempus se potissimum dedunt 2. Timot. 3. vid. Bernh. serm. 6. ascens. Dom. Caligula Cæsar qui trib. totis annis regnavit, doluit sua tempora non esse mala, quia nomen ipsius inclarescere non posset. At hodie pessima sunt tempora. *Celeriter transit.* Ægyptii pingebant olim virum, qui clepsydram comedebat. Orus in Hierogl. ut significarent horam horâ trudi. (Horat.) *Truditur dies die novæque pergunt interire lunæ*, &c. Instar fluvii Ps. 90. Rotæ Isidor. Pelusiota lib. 2. epist. 158. Quod tempus rotæ speciem imitetur, in sese torqueatur & convolvatur. *Vaporis* Jacob. 4. v. 13. 14. seq. *Sagittæ* celerrimè propulsæ. Sap. 5, 12.

§. 5. *Tempus aptum reb. gerendis non negligendum.* Sicut arbores inveteratæ transplantari non possunt, trabes magnæ exsiccatæ non flecti, equum senem nemo mansuefecerit, morbus diuturnus non potest curari. Caro vermibus scaturiens frustra sale conditur. Hostibus jam occupantibus urbem tardè nimis resistitur. Quis balsamum reconderet in vale, luto oblito & pleno. *Deo non præscribendum.* Vid. Patientia in opposit.

Fatalia quædam tempora. Annus centesimus est fatalis Principibus. Æqualia intervalla memorabiles sæpè & similes eventus producunt, &c. Fusius hoc persequitur Richt. axiom. œcon. 5. 6. seq. Certe Augustum mensem Christianis contra Turcas militantibus infaustum fuisse sæpissimè historici prodiderunt. Domui Austriæ senarium numerum esse ominosum, idem Richterus commemorat Axiomat. 7. Huc spectant *anni Climacterici* de quibus idem Autor. d. l.

Ultima diligenter consideranda. Apoc. 1, 3. Beatus qui, &c. ob pericula multa. Apoc. 12. v. 12. Ob peccata & scandala multa Matth. 24. 2. Tim. 3. Ob propinquitatem judicii, ad quod nos præparari fas est Luc. 21. Ob paucitatem fidei Lucæ 18. Ob calamitates plurimas ultimi seculi. Dan. 12.

§. 6. *Quatuor genera hominum non agnoscentiũ tempus visitationis.* 1. *Epicuræi* Esa. 22. v. 13. 1. Cor. 15. Sapient. 2. 2. *Nescientes* præfractè & increduli: scilicet non credentes Deum supplicia inflicturum esse. 3. *Voluptuarij* qui voluptatib. sese gravant Lucæ 21. Cavete, &c. 4. *Securi* qui dicunt Deus est misericors, Satan non est usque adeò teter & horridus.

Mala tempora superanda 1. Spe meliorum serenanda, 2. omnis in Deo fiducia ponenda Ps. 52. v. 2. Sic Maria per montana proficiscens eo tempore, quo omnia in Judæa turbata erant Luc. 2. Sic Josaphat 2. Chron. 19. 3. *Oratio sedulò frequentanda.* 4. *Mens solatio divinæ protectionis erigenda* Ps. 27, 5. 5. *Pœnitentia seriò agenda.*

Mortis tempus. v. Mors. Item Deut. 31. v. 14. Mortis tempus destinatum. Job. 14. & sequent.

Tempus gratiæ non negligendum.

§. 7. *Amonito* Pauli 2. Cor. 6, 1. 2. 3. Psalm. 95, 8. Hodie si vocem, &c. Heb. 4, 15. Non dicamus, cras, cras; quod incertiss. Jac. 4, 13.

Allegoria. In Prosabbatho tantum Manna colligebant Israëlitæ, ut in ipso Sabbatho sufficeret, quo Manna non inveniebatur. Exod. 16, 22. Prosabbathum est hæc vita, in qua Domino peregrinamur 2. Cor. 5, 6. 7. aliud vero Sabbathum expectamus Esa. 66, 23. Heb. 4, 7. Igitur Manna spirituale tempore vitæ colligamus, & vigilemus, ut surgamus de somno Roman. 13, 12. & in azymis sinceritatis manna comedamus 1. Cor. 5, 7. 8.

A simili. Ægroti observant tempus, quo possint à morbo liberari, ne invalescat, aut inveterascat: Johan. 5, 7. 2. Reg. 5, 4. 5. seq. sic nos peccati morbo Ps. 6, 3. affecti, in tempore Medicum, qui est Christus, & medicinam, quæ est fidelis pœnitentia, quæramus, ut sanemur. Si quis magnum in Dominum offendat, protinus id agit, ut pauper illum sibi reconciliet. Deus noster Dominus est dominantium, cui peccamus Psalm. 51, 5. Igitur verâ pœnitentiâ nobis illum reconciliemus. 2. Cor. 5. vers. 20. Tob. 3. v. 13.

Misericordiam facies, &c. In hyeme nemo agrum colere potest: in tenebris nemo tutò ambulat: sic peccatum est hyems animæ: in vere igitur pœnitentiæ laborandum est, tenebræ relinquendæ: Eph. 5, 11.

A propensione majori Dei ad miserandum, quàm irascendum. Greg. M. Deo proprium est misereri. Revertitur igitur paulatim ad misericordiam Deus, etsi peccatori irascatur. Rom. 5. v. 8. Hab. 4. v. 2. Os. 11, 7. 8. Psalm. 103. v. 8. seq. Sir. 18. v. 12. seq. 2. Sam. 24. v. 14. Hoc fit solatio. 1. Tim. 1, 15, 16. Mich. 7, 18.

§. 8. *Ab exemplo omnium creaturarum.* Quælibet creatura suum facit opus in tempore. Cœlestia corpora lucent inferioribus. Arbores producunt fructus suos: sic homo in tempore luceat; ut fructus ferat. Joh. 15. *Ego posui vos, ut eatis & fructum feratis.* Philipp. 1. *fructibus justitiæ repleti.* Ægyptii non prospicientes sibi tempore famis, Pharaoni bona sua tradere opus habebant. Gen. 47, 19. Ita si nobis tempore gratiæ non prospexerimus & caverimus à fame spirituali verbi, in Satanæ potestatem facillimè inciderimus 2. Tim. 2, 25. Pharao tempore fertilitatis & copiæ sibi horrea condidit: sic in tempore illustris Dei, & uberrimæ cognitionis horreum animæ replendum est fructibus spiritualibus, qui sunt fides, spes, charitas, vigilantia, patientia; his anima stipanda, his conscientia in sanguine Christi munienda. 1. Pet. 4, 1. sequent. & v. 4. sequent. eodem capite.

Tempus gratiæ est tempus clarum, quia intellectus illuminatur, voluntas regenita flectitur ad eligendam vitam æternam, per Spir. Sancti gratiam. Est tempus *seminationis*, fructuum bonorum, Cantic. 2, 11. Hyems transiit, flores apparuerunt.

Tempus *calidum*, non lutosum vel pluviosum, calefaciente S. Spiritu fideles. Roman. 5. Effusa est *charitas*, &c.

Tempus *messionis*. Gal. 6. v. 9. *Tempore suo metemus non deficientes*: & metimus sementem gratiæ, sanguine Christi sparsam. Hujus enim sudor sanguineus in terram decurrebat, ut decurrentem sudorem Christi, donec in terra es, fide haurias: nec hanc occasionem præterlabi patiaris. Rom. 13. v. 12.

TEMPORALIA. *Vide Terreni, Item Gloria mundi, Opes. Divitiæ.*

TEMPLA.

Templum multiplex.

§. 1. I. *Universus mundus* Dei templum est, fatentibus Ethnicis. Macrob. lib. 1. cap. 14. in somn. Scipionis. Aristoteles de mundo (si is Autor est) citat Empedoclis verba: *Omnia plena Deo.* Olim Ethnici Christianis hoc exprobrarunt, quod nulla templa haberent: qui ita responderunt: Deum habere res omnes pro templo: se Dei templa esse. Habebant alias domos precatorias tempore Minutii Felicis: ad annum Christi 211. Vide Baron. ad hunc annum.

II. *Dei* Psal. 11. v. 4. *Deus est in templo suo.* Imò Deus erit ipse templum in altera vita Apoc. 21. v. 22. in quo ipse Deus 1. lux. 2. panis. 3. gaudium erit piorum, ut sit omnia in omnibus. 1. Cor. 15. v. 28. Jonæ 2. *Veniat oratio mea ad templum sanctum tuum*, id est, *ad Deum ipsum*.

III. *Christi caro templum Deitatis.* Coloss. 2. v. 9. quod destructum à Judæis Joh. 2. resuscitatum à Domino ibid. v. 21.

(Est & ubi pius *tria ædificet templa*: 1. Pacis. 2. Sapientiæ. 3. Virtutis. Sic Constantinus M. fecit, tria templa materialia ædificans: Nos spiritualia. V. Pax: Sapientia: Veritas. Niceph. lib. 7. cap. 47.)

§. 2. IV. *Pii sunt templa Spiritus S.* 1. Cor. 3. v. 16. Ephes. 2, 20. 2. Cor. 6, 16. adeoque tota Ecclesia est templum Dei, in qua ille habitat: quam Spir. S. illuminat: in qua lampas verbi ardet. Ornamentum hujus templi sunt 1. Sana doctrina, vox Christi, quam oves sequuntur. Johan. 10. Lux æterna illa cœlestis veritatis. Psalm. 119. v. 105.

2. Ministrorum & auditorum innocentia. Hac enim ornatur Christi doctrina Tit. 2. v. ult. ne Domini nomen blasphemetur. 2. Sam. 12. Rom. 2, 24. Es. 52, 5. Ezech. 36, 23. 26.

3. Ευταξία 1. Cor. 14. *Omnia fiant ordine & decenter*: Sicut in corpore physico omnia ordine fiunt.

4. Singulorum membrorum εὐλαβεία & integritate. Tit. 2. v. 11. 12. seq.

5. *Sacerdotes* in hoc templo sunt Christiani. 1. Pet. 2, 9. sacrificia duo in illo. 1. Expiationis, quod est Christi mors. Ephes. 5, 2. Col. 1. v. 20. 2. Gratiarum actionis in verbi prædicatione & auditorum ob temperatione cum carnem mortificant. Rom. 6. v. 7. Et in spiritu vivunt, credendo, & ex fide operando. Galat. 5. v. 6.

6. *Ara* gemina est in hoc templo. 1. *Crucis* Christi, super quâ verâ fide nitimur: *& cordis fidelis*, in quo thura nostra adolemus. Apoc. 8. vers. 4.

7. *Lavacrum* est Baptismus. Tit. 3. v. 5.

8. Panis propositionis est Christus in S. cœna. Joh. 6, 53. 1. Cor. 10, 16.

§. 3. V. *Materialia templa & loca sunt*, quæ sacro cultui sunt destinata.

(Nota: etiam templum dici Salomonis porticum, ubi Christus sæpè docuit. Johan. 8. v. ult. Actor. 3, 1. è qua ejecit vendentes Matt. 21. vers. octav. in quam omnibus fas erat ingredi.)

VI. Templum *mysticum* Ezechielis notat totam Ecclesiam N. Testamenti. Ezech. 40. sq. Lutherus Præf. in hunc Prophet. Non tertium, quod sibi Judæi fingunt. Vide D. Müllerum in Judaism. Hamburg. edit. D. Hafenreff. de eodem.

VII. *Conscientiæ* & proprii cordis, quod sæpe ingredi debemus; nosque ipsos & vitam contemplari, ne templum Domini destruamus. 1. Cor. 3.

VIII. Vitæ æternæ. Apoc. 7. v. 15.

Templa Impia.

§. 4. Præcipuè numerantur Astaroth, Beli, & Baalis, Dianæ, Nesrath, Rimmonis, Babel, Dagon: Ita in mundo sunt septem templa quæ impii frequentant. 1. Iracundiæ. 2. Luxuriæ. 3. Avaritiæ. 4. Acediæ. 5. Superbiæ. 6. Gulæ. 7. Invidiæ.

Templum Judæorum.

1. Sub Salomone extructum sumptuosè. 1. Reg. 7, 8. In Dei honorem & populi excitationem, de quo fusè Pineda de rebus gestis Salom.

2. Sub *Zorobabele* & Esdra. Esdræ. lib. 1. & 2.

3. Ædificatum quoque templum ab Herode totis 8. annis, quod subsedit tandem ad aliquot cubitos in terram teste Egesippo lib. 1. cap. 36. Risner. fol. 90. b. Historiæ urb. Jerusalem: ut Deus ostenderet, personam ædificantem non esse gratam fide.

Malachiæ 3, 1. *Venit Dominus ad templum suum.* 1. Ergo non venit amplius: frustra eum expectat Judæus. Hagg. 2. Repentè veniet desiderium Gentium. Hoc, *repente*, non est Judæorum *lentè*.

2. Venit in templo oblatus Luc. 2, 22.

3. Ad *Templum suum* venit. Ergo est verus Deus Messias noster, cujus solius est illa domus: Huic enim soli dedicatum fuit templum. 1. Reg. 8.

4. Venit *terribilis*, ob paupertatem & humilitatem Esaiæ 53. Vultus ejus absconditus, despectus. Psalm. 22. *Vermis*, calamitosus scilicet.

5. Venit docendo, repurgando, vendentes ejiciendo. Joh. 2. Luc. 19. Malach. 3. conflabit filios Levi, &c.

Quomodo templum ingredi non fuerit fas Gentilibus. Vide Act. 24, 6. & Lorin. fusè in hunc locum.

Origo.

§. 5. Olim Patriarchis *quilibet locus liber erat* aptusque cultui: libero cœlo Abel usus, rem sacram faciens Gen.4. Nec aliter visum Abrahamo, Jacobo, qui lapidem in Bethel unxit. Gen. 28. v.19. Postmodum cultus Domini jussu restrictus ad tabernaculum, cujus ideam præmonstrarat Dominus, Exod.25,9. Hebræis המשכן à radice ישב eratque typus Christi, carnem assumpturi, & apud nos tabernaculum fixuri Joh.1. v.14. Duravit Leviticum tabernaculum annis circiter 478. usque ad templum Salomonis. Cæterum tabernaculum illud tandem in templum Salomonis transiit. Olim, מקדש sanctuarium dictum 1. ob sancti Dei inhabitationem, 2. sanctarum rerum tractationem, 3. sanctorum donorum exhibitionem & 4. populi sanctificationem. Domus Dei quoque dictum est. 1.Reg.8,29. Ps. 122. v.1. seq. Luc.19. v.46. Jer.7. v.4. Esa.56,7.

Qui templorum Autores.

§. 6. Itali suum Janum, Græci Epimenidem primum faciunt templorum autorem. Sed hæc nostris posteriora sunt, quæ Patriarchis & sanctis viris templa accepta referunt. Fabianus vero P.P. ædificia in cœmeteriis primus *extrui* jussit. Baron. Tom. 2. fol.430. n.14.20. Sub annum Domini 268. imperante Galieno, Valeriani filio, templa aliquot locis ædificata sunt à Christianis: eadem à Diocletiano rursus eversa. Euseb. lib. 8. Niceph. lib.7. c.3. Cedrenus in Compendio anni 283.

Dedicatio.

Non sunt Angelis dedicanda, aut Sanctis. August. Tom.V. lib.22. cap.10. de Civit. Dei. Idem lib. de cura pro mortuis habenda. Idem Tom. 2. Epist. ad Deo gratias, respons. ad quæstion. 3. Maximin. Arian. Idem Ep. 49. ad solut. quæst. 3. Bellarmini argumentis satisfec t Hospinianus fol. 65. seq. de Origine Templorum. De Encæniis vide Conciones M. Erasmi Winteri Lipsiæ editas: ut & Georgii Kilii.

Exempla Dedicationis.

Tabernaculi dedicatio Exod. 40. v.1.2. ornata donis Principum Num. 7,1. Templi Salomonici 2.Reg. 7. & 8. vastati per Babylonios & post reparati à Zorobabele 1. Esdr. 6. Joseph. libr. 11. c.4. Antiquit. Judaic. à Macchabæo post superatum Antiochum 1. Macc. 4.2. Macc. 2. & 8. Joseph. libr.12. cap.10. Antiquit. Horum Encæniorum mentio fit Joh. 10 vers. 22.

Actus in Dedicatione frequentati olim.

§. 7. 1. Dei honor & celebratio cui soli dedicata olim templa, non Angelis, non Sanctis. Vide Num. 6. hoc loc.

2. Divinarum promissionum commemoratio de præsentiâ Dei gratiosâ apud populum, de ejusdem defensione. Exod. 20. versu 24. 1. Regum 8. vers. 29. Ps. 132. v.14. sequent.

3. Verbi divini inculcatio & repetitio. Vide Dedicationem Esdræ & Nehem. 12, 31. seq. & Macchabæi, 1.Maccab.3. v. 45. 46. & Athanasium Apol. ad Constant. Imperatorem. folio 531.

4. Populi commonefactio ad devotionem & gratiarum actionem. Vide Gregor. Nazian. de usu Encæniorum. Orat. 43. in nov. Dominic. fol. 708.

5. Accensio luminarium in festo dedicationis. Drusius lib. 4. præteritorum.

Actus Dedicationis Pontificiæ.

§. 8. 1. Episcopus templum circumit. 2. Hunc Clerus populusque sequuntur. 3. Parietes aspergit hyssopo. 4. Pulsat ostium dicens: *Aperite portas principes vestras.* Intus respondet Diaconus: Quis est ille Rex Magnus dic? 5. Ingressus Episcopus ait: *Salus huic domui!* cruces facit, in pavimento adscribit literas Asphabethi, cereos adhibent ardentes: Sanctum spectandum proponunt, cui dedicantur ædes: Conf. Isidor. lib.1. cap.35. de Ecclesiæ offic. Raban. lib. 2. c. 45. instit. clericor. Durandus lib. 1. c.6. Rational. Conf. f. 444. de origine Dedicat. Hospinian. de Templis.

Ejus dedicationis errores & abusus.

1. Mandata hominum, per quæ illæ dedicationes peraguntur. Nuspiam enim hæ præscriptæ sunt.

2. Ceremoniis vim adscribunt, sine ulla Dei promissione: v. g. parietis aspersio, ostii pulsatio, &c.

3. Anniversarias celebrationes instituunt, quas nec Moses, nec Salomo, nec Zorobabel instituit: Solus Judas Macchabæus frequentavit.

4. Mercatus & negotiationes conjunguntur huic festo.

5. Idem festum maximam partem potationibus & helluationibus consumitur; teste experientiâ.

6. Solis Episcopis *jus dedicandi* adscribitur: imo & Rom. Pontifici. Concil. Wormat. c. 3. Quod tamen integræ est Ecclesiæ. Athanasius Alexandrinum, Eusebius Hierosolymitanum templum jussu Constantini dedicarunt.

7. Nimis multum huic actui tribuitur. Putant n. Pontificii, non posse nisi in dedicato templo preces audiri, verbum prædicari, Sacramenta administrari, Missam celebrari. Concil. Wormat. Cap. Missarum solennia. depelli hoc ritu Satanam, &c. Concil. Coloniens. c.14.

8. Abutuntur etiam templis dedicatis, Asyla statuentes eadem. De his supra vide Asylum.

9. Requiruntur etiam oleum & luminaria, quasi oleo & luminaribus constet sacer cultus.

10. Consecrantur etiam altaria, mappæ, calices, patinæ, vestes, cœmeteria, omnia sine verbo Dei. Nati hi errores partim ex Ethnicismo, partim Judaismo, Gratian. in princip. distinct.

distinct. prima de Consecrat. c. 2. Tabernac. id fatetur §. *Si Judæi qui umbræ legis deserviebant, hæc faciebant; multò magis nos, quibus veritas patefacta est*, &c.

Reconciliatio templorum.

§. 9. Fit à Pontifice: 1. si sint eversa: 2. cæde maculata: 3. vel libidine: 4. vel cadavere hominis excommunicati impura reddita. Nititur exemplo Christi vendentes & ementes olim ejicientis Johann. 2. quod tamen ad probandam hanc rem nihil facit.

Situs templorum.

Ad orientem olim templa & altaria exstructa, Tertullian. in Apolog. Et distinct. Juris Canon. 84. ob reditum Christi ab oriente ad Judicium extremum: ex illo Matth. 24, 27. loco. Isidor. libr. 15. sive ob ortum Christi è sepulchro sub auroram illucescentem. Steph. Durant. lib. 3. c. 6.

Finis.

Finis templorum 2. Chron. 2, 4. & 5. Congregatio populi Dei Ps. 122. v. 1. seq. 2. Cultus exercitatio Psalm. 29. v. 9. 3. Peccatorum deploratio, & confessio 1. Reg. 8, 37. seq.

Templa improbata quibusdam.

§. 10. Sed malè; qui putarunt esse templa certaque loca cultui destinata improbanda: Eustachius & Waldenses Pseudapostoli, qui è suis, quas adducunt rationibus, plus concludunt, quàm præmissæ secum ferunt. Hos secuti sunt quidam nostrâ memoriâ Fanatici, refutati scripto Rev. Minister. Lubec. Hamburg. Lunæburg. Nam Patriarchæ pro conditione suâ subindè loca certa cultui destinarunt & consecrarunt. Et habere certa loca, non *est legis ceremonialis*, quæ abrogata est; sed habere locum, est necessitatis moralis. Cum enim homines ad cultum conveniant, in loco nos convenire necessum est, sive sit templum, sive alius locus, Joh. 4. *Neq; in monte hoc, neque Hierosolymis*, &c. agit Christus de abrogatione Sacerdotii Levitici, & cultus Dei in omni loco amplificatione: *& adorare in* Spiritu & veritate, non opponitur templis & certis locis; sed superstitioni, quæ se absolutè ad hunc vel illum locum astringit, quâ Samaritani & Judæi laborabant. Et huc quoque spectat 1. Tim. 2. *in omni loco*, &c.

Honesta omnino templa.

§. 11. Siquidem honestum est, ut locus sacris rebus certus assignetur, nec his profana admisceantur. Johann. secundo. Christus è templo ejicit vendentes & ementes & Luc. 19. Huc spectat Conc. Gangrense. Can. 5. distinct. 30. Can. 10.

Necessaria.

1. Ob populi convenientis frequentiam, quæ templis contineatur. 2. Cultus concordiam. 3. Precum conjunctionem.

Non tamen nimis ornata.

Huc illud. *Dicite Pontifices, in sacro quid facit aurum?* dixit olim Persius Poëta.

Hieronym. Epist. ad Demetriadem, Constantinum obiter perstringere videtur, quod templa nimis magnificè extruxerit: sic & Liberius ad Nepotian.

At D. Bernhard. serm. ad clerum in Synod. Rhem. *Plus* (dixit) *nitent calcaria, quàm altaria.*

Consecranda.

Per preces & conciones solennes; non per chrismata, unctiones, missam. Vide Jus Canon. de consecrat. Ita Salomo suum templum consecravit.

Frequentanda.

Etsi Idololatrica, hac tamen lege: 1. Ne communicemus cum Idololatris: 2. Eis non conniveamus, Idolis honorem exhibendo: 3. Palam profitendo nos non approbare ritus Idololatricos. Vid. D. Balduin. in Cas. Conscient. & 2. Reg. 5.

In pios usus convertenda.

Etsi Idololatrica fuerint; nec planè abominationi habenda; aut funditus semper & absolutè tollenda. Contra zelum nonnullorum nimis fervidum. Consentit Zanchius lib. 1. in 4. præcept. col. 710.

Erigenda & extruenda.

Ut Genes. 25. Abraham plantavit nemus: Vid. Tharg. Jerosolym. in h. l.

Varia.

Templa à tuendo dicta: Festus.

§. 12. *Conventicula*: erant ædes, in quibus Christiani conveniebant; modò in his, modò in aliis: prout olim Patriarchæ non uno in loco cultui vacabant. Vide Edictum Maximiniani & Constantini Cæsarum pro Christianis.

Oratoria: ob preces ibi factas dicta. Augustin. Epist. 109.

Dominica, Κυριακή; scilicet locus Domino Jesu consecratus.

Basilica: q. d. Regia à Christo Salvatore nostro & Rege, cui consecrata sunt templa.

Ecclesia quoque vocatur locus ille sacer; colligendæ Ecclesiæ dictus. C. de S. Eccles. *Socrates.*

Sacella, parva loca sacris dicata: erant & subterranea, quæ Cryptæ appellabantur.

Martyria; ob sepulchra Martyrum. Concil. Chalcedonens. Cyrill. Hierosym. Catech. 14.

Synagogas habuerunt Judæi: *Vide suo Tit. Synagoga.*

Σεμνεῖα vocat Philo loca fidelium, quæ Romæ habuerunt, teste Eusebio libr. 2. capite 16. vers. 17.

Cryptæ quoque & cavernæ terræ aliquando locum miseris Christianis præbebant: Tertullian.

Nec tempore Minutii Felicis Tyrannis permisit templa. Objicientibus Ethnicis responderunt Christiani, se Deum in cordium suorum templis colere & venerari, ut suprà dictum num. 1.

Preces & vota in iis facienda.

§. 13. Unde templum dicitur domus precationis. 1. Reg. 8. & 9. Matt. 21. Luc. 18. & c. 2. Act. 3. Et quidem attentè. Numa instituit referente Plutarch. ut sacra faciente Sacerdote præco clamaret: Hoc age. Conf. Eccl. 4. v. 17. Super quæ Biblia Veneta 1551. Venetiis edita, cum annotat. Rabbin. *Scito te ingredi in domum Dei, qui paratus & propinquus sit videre, contemplari, audire omnia vota tua, preces, intentionem.*

Reverenter habenda.

§. 14. 1. Hinc sacerdotes non nisi nudis pedib. ingrediebantur olim Templum. Theodoret. in Exod. q. 7. Procopius in Exod. Rabbi Moses Gerundens: Abulens. in Exod. 3. Ribera de templo lib. 2. Juvenal. Satyr. 6.

Observant ubi festa mero pede Sabbatha Reges
Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Berenice, soror Agrippæ Regis, uxor Herodis Joseph. libro de bello Judaic. cap. 26. *nudipes* ante tribunal stetit, vota solutura pro Hierosolymis: sic & Egesippus: sic & hodie *Saraceni ac Ethnici nudis pedibus templa* ingrediuntur. Ac spectant horsum nudipedalia Gyrald. Dial. 10. Tertull. cap. 40. Apologetic. Ægyptii sacerdotes, non nisi papyraceis calceis ob puritatem utebantur. Herod. libr. 2. & 5. Cicer. 2. de Legibus refert legem Ethnicis sacerdotibus latam. *Ad divos adeunto castè: pietatem adhibento; opus amovento: qui secus faxit, Deus ipse vindex erit.* Quò referas non ineptè Epitheta domus & Templi Dei. Genes. 28. vocatur illa terribilis. Lev. 19. *à sanctis meis timebis.* Psal. 67, 36. Mirabilis Deus in sanctis suis. Ps. 64. *Sanctum est templum tuum mirabile in æquitate.*

2. Quia precibus Ecclesiæ illo loco congregatæ rogatus Deus precantes audit 1. Reg. 8. 34. 50.

3. Quia preces piorum ibi conjunguntur.

4. Ibi fidei unitas significatur, ex quâ clamamus.

5. Ibi Deus exaudit. 1. Reg. 8. misso igne. 1. Chron. 7. v. 1.

6. Ibi cœlum aperitur. Genes. 28. Johann. 1. v. ult.

7. Exemplo Gentilium. Nam ab his templa eorundem (Tibullus lib. 1. Eleg. 2.) ornabantur, limina spoliis. lib. 2. Æneid. postes eorundem etiam sertis inumbrabant veteres.

Decem miracula in Domo Sanctuarij V. Testamenti.

§. 15. 1. Mulier ob nidorem carnium nunquam abortivit. 2. Neq; unquam caro fœtuit. 3. Musca in domo mactationis conspecta non fuit. 4 Casus nocturnus in die Expiationis sacerdoti non accidit. 5. Pluviæ non extinxerunt ignem in strue lignorum. 6. Ventus non vicit columnam fumi. 7. Nullum vitium repertum est in Gomer aut panibus facierum. 8. Stabant coarctati & adorabant dilatati. 9. Serpens aut scorpio nunquam læsit quenquam Solymis. 10. Nec dixit homo socio suo, angustior mihi est locus, quàm ut possim pernoctare Hierosolymis. Sebast. Lepusc. Decad. 8. Galatin. lib. 4. c. 8. de Arcan. Cathol. Veritat.

Non ex loco ante adhibito ad profanos usus, æstimanda templa.

§. 16. *Alexander* Imperator teste Lampridio, cum Christiani, quod locum cauponis ædificandæ Ecclesiæ ergo occupassent, accusati fuissent ita rescripsit: *Melius esse, ut locus ille Dei cultui inserviat, quocunque modo: quàm ut popinis dedatur.*

Sed in nostram salutem impendenda.

Ut seminans non seminat, ut seminet; sed ut metat: alias & damnum sementis patitur: Mercator navigat, ut rem augeat: sic nos templa frequentemus, ut cum spirituali messe & lucro secedamus. Ita Simeon Christum invenit, inventum ulnis comprehendit, prehensum confessus & Christo gavisus: sic & nos templa adeamus cum gaudio Psalm. 84. v. 1. 2. & humilitate Ps. 5. v. 8.

Renovanda & ædificanda.

§. 17. 2. Chron. 24. v. 7. 10. 11. ut in his habitet & sit Deus Gen. 28. Verè Dominus est in loco isto: & ego nesciebam.

Desideranda.

Psal. 84. v. 2. 4. & 42. v. 2. 3. seq. & Ps. 26, 8. & 27, 4. & 122. v. 1. seq.

Frequentanda.

A Dei præcepto. Psalm. 100. *Venite ante conspectum Domini.* Exod. 16. *accedite coram Domino.*

Ab *exemplo* Davidis & Sanctorum.

Ab *utili*: ut metamus segetem spiritualem pro animabus nostris, merces lucremur cœlestes. Chrysost. hom. 5. ad populum Antiochen. ut gravati mole peccatorum, in templis Christum, refugium nostrum, quæramus. Rom. 3, 23. 24. Exod. 21. *Constituam tibi locum refugij.* Confer Chrysost. hom. de non contemnendâ Ecclesia. Heb. 10, 25.

Custodienda sanctè 2. Chron. 23. abominationibus non replenda. Ezech. 8. v. 10.

Discendum in templis, ut hauriamus fidem veram & vitam sinceram, oremus medicum, ut sanet nos. Is est Jesus Christus, in medio suorum præsens Matth. 28. & spirituali mercatu fruamur, Chrysostom. homilia 21. in Genesin.

Nugari in illis non debemus Chrysostom. homil. 7. in Ep. ad Eph. nec prætextu illorum impiam vitam tegere; ut Jer. 7. Hic est templum Domini.

Maturè ad illa veniamus, ut institores, opifices, aurifices ad negotiationes & operas suas summo se conferunt manè. Cæsar: Arelatens. serm. 29.

Reverenter illa accedamus. Ecclesiast.4. v. 17. Vide Pinedam in h. l. Risu nos abstineamus. Chrysostomus homil. 15. ad Hebr. & tumultibus omnibus Chrysostom. homil. 36. in 1. Corinth.

Eadem omnibus tabernis præferamus, vinariis, cerevisiariis, ut ex hac cœlesti & odorifera taberna, odorem bonæ fragrantiæ hauriamus: 2.Cor.2. vers.15. & medicinam cœlestem accipiamus. Chrysost. homil. 51. in Johan. & hom. 21. in Genesin.

Ut aulam cœlestem ingrediamur habitu pio & decenti: ac si coram summo Rege sisteremur, sicuti & sistimur. Chrysostomus homilia 15. ad Hebræos.

Inq; illis perseveremus; etsi per duas (aut plures) horas commorandum sit: cum plures horas theatris, ornatui corporis, mercatui tribuamus. Vide Chrysostom. hom. de non contemnenda Ecclesia.

Templa non spolianda. Vide Bona Ecclesiastica.

§.18. 1. Maccab. 7,34. 2. Maccab.5. v. 15. Dan. 5. Sozomen. libro 5. cap. 7. Theodoret. libro 12. c. 11. 12.

Non profananda,

1. *Idololatria.* vide Jerem. 2. v. 12. Roman. 1. vers.23. Matt. 7. vers.15. Ezechiel. 8. vers.10. sequent.

2. Vitâ mala, cùm Doctorum, tùm auditorum. Rom. 2, 21. & Luc. 19. Ezech.20. vers. 10. sequent.

3. Negotiatione & pollutione per peccata Sir. 27, 2.

4. Cultus neglectu serii & veri. Deuteron. 29, 19.

5. Nugis, gerris & confabulationib. Vide Chrysost. hom.36. in 1. ad Corint.

6. Gestibus pravis & immodestis deturpando Chrysost. serm. 15. in Heb.

Sed reverentur habenda.

§.19. 1. Ob Dei jussum, qui voluit in tabernaculo omnia reverenter agi: in quo ipse erat præsens. Exod.20. Ubicunque nominis mei memoriam, &c.

2. Ob Dei & angelorum habitationem in templis. Exod. 25, 9. Huc Christi promissio Matt. decimo octavo: *Ero in medio eorum.*

3. Ob nomen. Est enim templum domus orationis & sanctuarium. Exodi 25. versu 8. 9.

4. Ob Christi zelum, ejicientis templo profanatores Matt.21. v.12. ne tu ergo sis profanus.

5. Ob exemplum gentilium, qui templa sancta semper habuerunt: & Turcarum, sua templa nudis pedibus ingredientium, ut supra dictum.

Sed precibus conjunctis destinanda & divini sermonis reverenti auscultationi. Vide Chrysostomum homilia 29. ad populum Antiochenum.

Osculati olim sunt templa, sicut & altaria; ob reverentiam sacrorum in illis vel peractorum, vel repositorum, de quo usu disserit Chrysost. hom.20. & 30. in 2. ad Cor. & Luth. sermone in festo dedicationis.

Non destruenda.

§.20. Olim ea destruxit Imperator ille ad annum Christi 729. 730. In Belgio & Galliis zelus quorundam inordinatus plurima templa solo æquavit: non sic Christus, non sic Paulus, uterque docuerunt in templo polluto, Matth. 21,12. Luc.19,45. Actor.19, 8. destrui non jusserunt. Ingentibus templis destructionem temerè optat Beza part. 1. Respons. ad Acta Colloquii Mompelgart. p.29. §. Me quod attinet, &c.

Non contemnenda: sic olim Eustachius quidam, cujus fit mentio in Concilio Gangrens. templa Divis consecrata irridens, quem carpit Alphons. à Castro voce *Templum:* de quo tamen adhuc disquiri posset, sicut & de Thaboritis & Waldensibus ibidem rejectis ab Alphonso.

Olim quinque solùm fuerunt Constantinopoli.

1. Apostolorum.
2. Irenes, sive pacis, post Concil. Nicænum.
3. Sophiæ à Constantio ædificatum.
4. Deiparæ Virginis.
5. Sancti Theodori Martyris à Speratio, Senatore Clarissimo ædificatum.

Majestas Templi Judaici.

§.21. Magna fuit, quia 1. à Deo mandatum.
2. Splendidissimè ornatum à Mose. Exod. 25. seq.
3. A Salomone magnificè ædificatum 1. Reg. 8. per tot.
4. Rerum sanctissimarum erat receptaculum.
5. Præsentiâ Dei inter Cherubim decoratum.
6. A Deo in nube apparente glorificatum. Exod. 40. 1. Reg. 8.
7. Divinitus vindicatum, quoties illud læderetur. Chaldæi paulò post amiserunt imperium hoc templo exusto. Pompejus Magnus & Cassii infelicissimi totâ vitâ exstiterunt spoliatâ hac æde.

Idem planè jam abolitum.

1. Ob scelera in eo templo commissa, quæ sunt 1. Idololatria. 2. Occisio Zachariæ. Matt. 23. Hinc maledictus hic est locus, ut olim terra. Gen. 3. v. 17.

2. Ob superstitionem Judæorum templi hujus æternitatem sibi pollicentium. Jerem. 7. *Templum Domini, Templum Domini,* &c.

3. Ob demonstrationem iræ Dei super Judæos stillantis, toties à Christo prædictæ: Lucæ 19. Matt. vigesimo tertio, volui te congregare, &c.

Hanc

Hanc confirmarunt *globi ignei*, tempore Juliani Cæsaris è terra prorumpentes, ac restauratores Solymorum ab opere deturbantes. Teste Marcellino Historico.

Frustra igitur novum Hierosolymis templum, in quo AntiChristus sessurus sit, à D. D. Pontificiis expectatur: quod nullum aliud est, nisi Dei Ecclesia, in qua omninò AntiChristus sessurus est 2. Thess. 2. plurimis veterum nobis astipulantibus.

Templarii.

§. 22. Olim certi ordinis viri armis accincti vias publicas tuebantur, ut Christianis impunè liceret visere loca sacra, & templum Hierosolymitanum. Incepit ordo Anno Christi 1110. juxta alios 1128. sed hunc Clemens V. tandem sustulit; quod decimas dare renuerent. Patriarchæ Jerosolymitano rebelles essent, Regiisque affluerent divitiis. Vide Hospinian. fol. 168. de Origine Monachatus. Philip. lib. 4. Chronic. Raphael. Volaterran. lib. 21. Polyd. Virgil. lib. 7. c. 8. de Inventor. rerum, Gul. Tyrium in Histor. de bello sacro. Platinam in Clemente V. Genebrard. in Chronic. circa ann. Chr. 1311.

TEMPORALIA. *Vide Felicitas Mundi.*

TENACITAS. *Vide Avaritia. Liberalitas.*

TENEBRÆ.

§. 1. Genes. 1. *Tenebræ super abysso:* sed Deus è tenebris splendescere fecit lucem 2. Cor. 4. Erant verò hæ tenebræ nihil nisi lucis defectus, vel negatio lucis in abysso; non erat res aliqua. Silentium est, ubi sonus non est. *Nuditas res* non est, sed *negatio vestis*. Inanitas dicitur ubi non est corpus. *Fallunt Manichæi* asserentes olim, tenebras æternas esse. Vide August. contra Manich. lib. 1. Durasse quoque videntur tenebræ unius solùm noctis spatio: est enim lux post primam statim noctem creata. De Sarcasmo Manichæorum, ac si *Deus in tenebris habitasset*, vide Augustin. lib. 22. cap. 11. contra Faustum Manichæum.

Creare tenebras dicitur Deus Esa. 42. v. 16. cap. 45, 7. nempe cum lumen felicitatis subtrahit & mala pœnæ immittit: v. g. sicut Sol occidens tenebras efficere dicitur: nempe cum aërem non illuminat.

§. 2. *Peccati & malitiæ*, morum, non oculorum. Augustin. sent. 343. v. tenebræ amoris erga res terrenas, divitias, voluptates. Vide Chrysost. in 1. Cor. 4. verba: *Illuminabit occulta tenebrarum*; ubi ita: *Avari tenebris vexantur acquirendarum opum: luduntur enim falsâ re, tenebricosâ imagine.* Augustin. serm. 8. de verbis Domini. Dilectoribus & infidelibus plenus est mundus: hos appellat Apostolus (Eph. 6.) tenebras. 1. Thess. 5. *Vos non estis in tenebris*, id est non securè vivitis, non flagitiosi estis. Vide Chrysost. hîc.

Intellectûs, *inscitiæ*, *ignorantiæ* Eph. 5. v. 8. Johann. 1. Lux in tenebris, id est in errore, & impietate Chrysost. hom. 4. in Matth. lucet. Esa. 9. Populus sedens in tenebris. 1. Joh. 2. Tenebræ præterierunt. Conf. Rom. 13. Nox transiit. *Mortem & errorem tenebras vocari* à Johanne c. 1. (Lux in tenebris lucet) indigitat Chrysost. in h. l. Inde Phrases, ambulare, manere, esse in tenebris, in 1. Joh.

Eph. 4. *Intellectus tenebris*, i. e. inscitia, *obscuratus:* Vide Theodoret. in c. 4. ad Eph.

Gentilium tenebræ densæ.

§. 3. 1. *In cultu falso.* Gal. 4. serviebatis iis, &c.

2. *In cultu vario.* 1. Cor. 12. ad Idola muta.

3. *In legibus absurdissimis* ac moribus turpissimis, quibus se Gentiles oblectarunt. Vide Theodoret. de curand. Græcorum affectionibus. Euseb. lib. 6. de præparat. Evangelica.

Calamitatis & miseriæ. Psal. 112, 4. Oritur in tenebris lumen. Mich. 7. si sedero in tenebris. Psal. 35, 6. Via ejus tenebræ & lubricitates, id est afflicta, misera, & calamitosa. Confer Ecclesiast. 5, 16. Job. 15, 23. 30. 2. Sam. 22, 29. Psal. 18, 29. Nahum. 1, 9. Esa. 8. Aspiciemus terram, & ecce tenebræ, id est calamitas notata cap. 13. Stellæ non fulgebunt, &c. Joël. 2. dies tenebrarum.

Sepulchri & status mortuorum Psal. 88, 13. Numquid in tenebris mirabilia tua cognoscentur. Job. 10, 21. terra tenebrarum. Esa. 32. v. 14. Tenebræ & palpatio factæ. Loquitur de vastatis turribus, dirutis & in speluncas versis, quæ olim Hierosolymis fuerunt. Vide Hieron. in h. l. Sunt ergo quoque tenebræ vastationis, quæ urbibus justo Dei judicio imminent. Timeant igitur Dominum incolæ magnarum urbium.

Damnationis æternæ & inferni: & dicuntur exteriores Matth. 8, 12. c. 22, 13. id est tormenta maxima & interminabilia. Esa, 66. *Vermis eorum non morietur.*

Infidelitatis & ignorantiæ tenebras exponit *Abulensis* in Matth. 8. q. 36. prædicato interim omnibus Gentibus Evangelio. Remigius intelligit captivitatem Judæorum, in Æthiopiam & Indiam, calentissimas Regiones; Hyrcaniam & Scythiam, rigidissimas diventorum: sed omnes aberrant (etiam Maldonatus in h. l.) à Christi scopo & literali sensu, ut rectissimè observat Marcellin. de Pisa tom. 3. Encyclopæd. fol. 208. 209. 210. ubi suorum sententias accuratè è sensu Christi refutat, ipsaque textus literâ.

§. 4. *Ægyptiæ.* Exod. 10, 21. Sap. 17, 2. cap. 18, 1. sereno die offusæ. Vide Philonem.

Quin etiam ipse ignis splendor victus fuit Sap. 17, 5. Conf. D. Theod. in lib. Sapient. Perer. Disp 2. in Exod. Monent 1. de æternis tenebris. 1. Thess. 5. v. 6. 2. de Deo solo lucis corporalis & spiritualis autore. 3. de hominum impotentia sine Deo nihil agere valentium. Joh. 15. Sine me nihil, &c.

Siciliæ: quæ duobus diebus durarunt Cic. lib. 2. de Natura Deorum. Significant luctum & calamitatem publicam. Florus lib. 4. cap. 6. Histor. Epit.

Loci obscuri & secreti. Matth.10. Quod dixi vobis in tenebris. Esa.45,19. Non locutus sum vobis *in loco terræ tenebrarum.* Et 1.Corinth. 4. Secretæ cordis machinationes abdita *tenebrarum nuncupantur.* Confer Job. 34. v. 22.

Cimmeriæ, igne tamen lucente temperatæ teste Cicerone, à Cimmeriis dictæ, qui fuerunt Populi ad Bajanum & Avernum sinum siti, subterranea domicilia incolentes, in cuniculis delitescentes. *Erat illis specus famosus, tenebrosus, in quem nemini fas erat ingredi, nisi prius Deos manes placasset.* Vide Strabonem.

§. 5. *Absconditæ Majestatis & judiciorum Dei*, Quod David innuere videtur Ps.18. Posuit tenebras latibulum suum: Arnobius de invisibilitate hic exponit: assentiuntur Gregorius Nazianzen. Orat. de Theolog. & alii. Cyrill. l. 3. c. cap. 3. in Johann.

Potestatis Diabolicæ Coloss. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum id est Principis tenebrarum Eph. 6.

Tenebræ solis in meridie prodigiosæ. Anno 1128. Sol in ipso meridie Paderbornæ tenebris obductus est: Id fuit signum prænuncium conflagrationis oppidi, mox insecutæ. Chron. Saxon. Metropolis Saxoniæ.

Per multos dies duravere. Ann. Christi 263. sub Gallieno & Faustino Consulibus. Baron. om.2. fol.642. Præprimis verò Christo patiente, prodigiosæ, imò extraordinariæ, tempore plenilunii. Vide Dionysium in epist. ad Polycarpum, quem Apollophanes Sophista oppugnare ausus. De his tenebris testatur quoque Phlegon, & Trallianus scriptor Ægyptius, teste Euseb. lib. 4.

Tenebræ exteriores. Matth.8. sunt inferni tenebræ 1. Augustin. epist. 120. ad Honor. explicat de societate Dæmoniorum pœnali. 2. alii de corporis tenebris, interiores esse mentis. 3. Beda de æterna damnatione. 4. Maldonatus omne id, quod extra Dei regnum est. 5. Barradius tenebras tartari extra mundi splendorem siti. 6. Alii crassas & densas intelligunt, adeoque palpabiles, ob crassos vapores, quales Exod. 10, 21. Putat Basilius in Psal. 28. Deum ab igne semoturum esse vim illam illuminatoriam & hanc solis piis esse cessuram. (super illa verba:) *Vox Domini intercidentis flammas ignis.* &c.

TENEO.

1. *Deus tenet.* Psalm.73, 23. Tenuisti manum, ut pater infantem, ne caderem: præoccupasti per gratiam, ne desperarem: vacillantem apprehendis jugiter, ne caderem, Deus mi.

2. *Homo* in vitio tenet superbiam. Sir.10. avaritiam.

In virtute 1.Thess.5. Quod *bonum est tenete.*

In perseverantia Apoc.3. *Tene* quod habes Apoc. 2.

In patientia crucem Exod.12. *Tenentes baculos.*

In militia clypeum Eph. 6. & gladios.

In oratione thuribulum fidei.

In prudentia omnia ad salutem necessaria.

TENTATIO.

Vocis ambiguitas.

I. Tentatio interior fit, cum innata concupiscentia nos ad peccandum solicitat. Jac.1. Gal. 5. Rom. 7. quod omninò peccatum est; contra Scholasticos in 2. dist.21. §. 1.

II. Exterior fit 1. A mundo, qui suadet, blanditur, exempla peccandi suggerit, scandala nempe, incitando, impellendo.

2. A Diabolo, variis modis. Vide infra.

Exemplum hujus est in Protoplastis & Christo, qui exterius solum tentati sunt. Vide Scholast. in 2. distinct. 21.

Tentat homo Deum.

1. Diffidendo Deo, & de ejus auxilio Psal. 78, 19. 20, 21, 22. §. 2.

2 Pericula amando. Sirac. 3. & 2. Sam. 2. Abisai.

3. Non credendo Luc.1. Zacharias Ps. 78. At quomodo dabit panem?

4. Deo tempus præscribendo Judith. 7.

5. Petulanter peccando. Numer. cap. 25. Exod. 32.

6. Hypocriticè Deum colendo. Malach. 3. vers. 8.

7. Legis jugum imponendo. Act.15.

8. Media ordinaria spernendo. v.g. Abbas Johannes omni cibo se abstinuit dicens: *Deum tamen ipsum conservaturum esse*; ut refertur.

9. Signa à Deo petendo. Matth. 12. v.38. Luc.11, 29. Joh.2, 19. Sic Herodes, Zacharias Luc. 1. Chrysost. hom.12. *Anima morbida signis non superatur.*

10. Scopticè de Christo Deo statuendo: quod faciunt Photiniani: & de Majestate & gloria Jesu Christi, jejunè, prout ratio philosophatur, sentiendo, quod faciunt Calvinianorum Dd. plurimi.

Causa bonæ tentationis

DEUS.

§. 3. *Permittendo:* Jobi tentatio ad bonum erat Deo indulgente. Non enim Deus quempiam tentat ad malum. Jac. 1.

Moderando: Gregor. alicubi: *Nisi misericors Deus cum viribus tentamenta modificet; nullus profectò est, qui malignorum Spirituum insidias non corruens portet.* Gen.22. Isaacus ligna portabat ad sacrificium eaque tali pondere, ut sustinere posset Gen.22, 7. Sic Deus jugum crucis nostris attemperat viribus. 1. Cor.10, 13. Ut Christus super fluctibus maris gressus est Matth.14, 25. Joh.21, 6.7. Ita Deus quasvis tribulationes sedat Augustin. tom. 9. col. 728. & super mari angustiæ nos gradi facit: Esa.43, 10. Zach. 10, 11.

Modi divinæ tentationis.

1. Interrogando, verbi gratia, Cain ubi est frater tuus? Genes. 4. vers. 9. Sic impiorum conscientiæ à Lege interrogante tentantur.

2. Difficilia præcipiendo; v.g. cum Abraham jubetur filium immolare. Gen.22,2.

3. Largiendo ea, quibus uti & abuti possumus: v.g. honores, divitias, delectationes hujus mundi. Caveamus abusus. 1. Cor.7,31.

4. Ad tempus deserendo: Esa. 54. *ad modicum dereliqui te*. Ps. 13. per tot. Ps.94,3.

5. Permittendo, ut impii insæviant: Gen. 39. v. 16. seq. in Josephum uxor adultera: in Jobum Satanæ & hostium malitia. Job. cap.1. per tot.

Finis & effectus varii.

§.4. Ut quisque se probet: Augustin.tom.8.col. 630.ad Ps.80. Conf. ibid.col.310. b.c.

Tentatio est Dei de viribus nostris interrogatio. Augustin. tom.8. col. 541. d.

Ut discamus 1. Dei virtutem 2. Cor.12. v.9.

2. Fidelitatem. 1.Cor. 10, 13.

3. Nostram imbecillitatem exemplo Petri. Matth. 14, 30.

4. Vigilantiam exerceamus adversus tentationes. Matth. 26. *Vigilate & orate, ne intretis. &c.*

5. Illuminationem consequamur. Psalm. 18. vers. 29.

6. Concupiscentiarum turpitudinem detestemur, quæ in tentamine patescunt. Galat. 5. v. 17.

Conservemus thesaurum virtutum: nempe spem Job. 5, 17. Rom. 12. Psal. 62. v.9. Psal. 56. v.5. Psal.18, 2. 3.

Diligentiam acuamus, & videamus, quomodo ambulemus: Eph.5, 15. & acquiramus. Simile. Sicut ignis flatu premitur, ut crescat: & cum extingui videtur, incrementa sumit: Ita pietas, cruce & tentatione, major acquiritur. Rom. 5. *Tribulatio parit patientiam, &c.*

Infirmitatem agnoscamus. Psal. 38. vers. 7. dixi, &c.

Igitur non cadamus, in cruce humilitatem discamus, cum defectus nostros videmus: ad Deum clamemus, ut nos conservet. Ps.27,8.9. Psal. 37, 24.

Fidem probemus. 2. Cor.13. v.5. Probate vos, &c. 1.Pet.1, 7.8. Ps.66,10. Esa.48,10.

Nos corroboremus: Exercitatio enim fortes reddit. Æstimemus thesaurum, qui in nobis est, cui Satan invidet. Confer Joh.Ferum. in Matth. 14.

Securitatem fugiamus: sicut miles in excubiis constitutus, undiquaque providus est, & in tentatione fortis: sic Christiani milites in tribulatione & cruce.

Honores nostros amplificatum eamus. Non detrahit honori piorum tentatio, quin potius eum clariorem reddit; v. gr. Abrahami. Vide Drexel. Tract. 19. pag. 849. op. Vernacul.

Diuturnam obsidionem urbis alicujus, antequam expugnetur, esse argumentum fortitudinis certum est: sic & tu fortiter tolera tentationem quæ est spirituale prælium (& spiritualis velut obsidio.)

1. Atrox qualitate Apocal. 12, 7. Draco enim sævus militat contra nos.

2. Horrendum Matth. 13, 25. quia noctu non quiescit Satan.

3. Artificiosissimum Ephes. 6, 11. callidus idem hostis, indefessus. 1. Pet.5, 8.

4. Mixtum minis & promissis Satanæ: Matth. 4. *hæc omnia tibi dabo*, mundum ostendit.

5. Insidiosissimum, quia à serpente infernali nobis imminet.

Abrahami decuplex.

§. 5. 1. Patriæ derelictio. Gen.12, 1.

2. In Ægypto ob famem peregrinatio. Genes. 12, 14.

3. Saræ raptus. Gen. 12, 18.

4. Divulsio à Lotho. Gen. 13.

5. Cum quinque Regibus belligeratio. Gen. 14.

6. Hagaris ejectio Gen. 16.

7. Circumcisio Gen. 17. ejusdem & totius familiæ.

8. Saræ per Abimelech privatio. Gen. 20, 7. seq.

9. Hagaris expulsio. Gen. 21.

10. Filii Isaaci immolatio Gen. 22.

§.6. *Quatuor sunt graves tentationes.*

1. Dubitatio contra fidem,

2. Contra Dei misericordiam,

3. Contra Deum ipsum,

4. Contra vitam propriam, cum quis ut manus sibi inferat violentas, malis suggestionibus solicitatur.

Redduntur etiam graves.

1. Metu malorum, à quibus nobis metuimus. Prov.1,26. Matt.24. Luc.21,25. Dan.12,1.

2. Mole malorum, cum ea premimur affatim. Psal.38. v.1.2. seq. Ps.65, 4.

3. Diuturnitate malorum: cum ea diu durant. Ps. 13. usque quò Domine!

4. Qualitate personarum affligentium: v.g. si sint amici, si cognati. Job. 19, 14.

5. Defectus auxilii divini & humani. Psal. 60, 12. Thren. 1,2. Esa.49, 14.15.

6. Angore animi Ps.22. Cor meum liquefactum, Sir.38,19.20. Exemplo instar omnium esse poterit Abrahami de offerendo filio tentatio; omnino gravissima, ob seq. rationes.

I. Ratione materiæ: offerre jubetur (α) non bovem, (β) non famulum, sed filium: (γ) eumque unicum: (δ) dilectum: (ε) risum suum jucundissimum: (ζ) in quo omnes datæ promissiones, (η) natum in senio.

II. Ratione causæ: Offeres, non ait Deus aliis dabis offerendum, sed tamen tuismet manibus. V. Origen. hom.8. in Gen.

III. Ratione finis: ut mactes, cremes, offeras, & cui? Illi Deo, qui spem seminis in hoc Isaac figendam jusserat: An ergo hoc verbum fallax fuerat? an obliviosus sui Deus? In holocaustum, id est ut totus flammis absumeretur, totus in cineres iret.

IV. Ratione temporis: Nunc, confestim, statim hac nocte. Et obtemperavit Abraham. ut de hoc illud, quod olim Pyrrhus de Fabricio Ro-

Romano dixit, meritò dici posset: Citius solem à suo cursu posse reflecti, quàm Fabricium à suo proposito.

Proficiunt tentati.

§. 7. 1. In scientia.

2. In gratia. 2. Cor. 12. Virtus mea, &c.

3. Gloria. Apoc. 2. Qui vicerit, ei dabo, &c.

Tentationis aliquot modi.

Ac si Deus nos desereret Esa. 49. Nos non audiret orantes Thren. 3. v. 8. 9. & 44. Ps. 34. v. 5. 6. 7. Psal. 28. v. 1. 2.

Duratio brevis.

Eph. 6. horula est v. 13. in Græco: die illâ mala. Simile: Torrens cessantibus, quæ de montium jugis descendunt, aquis, tandem decrevit: Ita crux brevi durat, quæ instar torrentis Psal. 110. *De torrente in via bibet.* Ps. 130. Vespera durat fletus.

In altera vita locum non habet. Huc illa Augustini explicatio: Dominus conservat introitum (nempe in tentationibus) & exitum (egressum è tentationibus) tom. 8. Oper. col. 1431. d.

Necessitas.

§. 8. Tentatio namque est cos, ad quam virtus nostra acuitur. Plutarchus in opusculis refert, quendam Regem deliberatum habuisse delere civitatem, quæ subditis ejus valde fuerat infesta: At subditi contra excidium loci deprecati, *Noli,* dixerunt, *delere cotem juventutis nostræ.*

Subjectum homo pius.

Quantò magis pius, tantò magis tentationibus subjectus. Sic Christus, Moses, Job, David, Tobias, Joseph, Maria, &c. Confer Drexel. Tract. 19. c. 11. & c. 8. de Thropisto. Thom. Kempis l. 1. c. 13. de Imitat. Christi. Augustin. in Psal. 60. post init.

Quot modis Religiosi vexentur, multis exemplis declarat Drexel. Tr. 19. p. 951. quæ demonstrant, à perfectione hos homines longissimè abesse, ut frustra illam sibi somnient.

Christi tentatio passiva, Matth. 4.

§. 9. 1. *Sponte ab eo* suscepta est, sicut & pro nobis homo est factus & mortuus est; Esa. 53. oblatus est, quia voluit.

2. *In nostri* ædificationem directa: ut & nos tentationi assuefiamus.

3. *In solatium.* Hebr. 2, 4. Christus enim principe mundi tentatus superavit. 2. Sam. 23, 21. Benaja *hosti eripuit hastam, quâ eundem interfecit:* Ita Christus armis Satanam exuens, & palatio exuens Luc. 11. baculo verbi innixus, triumphum de illo reportavit.

Docet quoque hæc tentatio: 1. DEUM esse.

2. Hunc juvare nos non armis, sed nomine suo, *turri fortissimâ* Prov. 18, 10.

3. Suum esse prælium. 1. Sam. 17, 47. non nostrum.

Ut David olim in deserto vexatus fuit 1. Samuel. 23, 14. Sic Christus cœlestis David à Saule infernali, qui odiis ardebat in Dominum.

Christus solus in deserto tentatus monet pios solos in cruce relinqui, atque ab omnibus destitui hominibus. Ps. 88, 9. 19.

Modi tentationis Diabolicæ.

§. 10. 1. Bona rapiendo Job. 1. v. 13. 14. seq.

2. Imagines malas imprimendo animæ: & cogitationes malas suggerendo. V. *Cogitatio.*

3. Sanguinem commovendo & incitando ad peccandum: David 2. Sam. 11. v. 2. 3. seq.

4. Tentando & decipiendo.

(1) Suadendo bonum ob malum.

(2) Sub specie boni. Sic pejerare pro rebus alienis vel suis conservandis, Satan inducit.

(3) dissuadendo bonum tanquam malum; v. g. *pietatem sectari, mundum odisse.*

(4) Dissuadendo bonum, ut incurrat in vanam gloriam homo.

(5) Quando dissuadet malum, ut in pejus malum graviusque nos conjiciat, v. g. Cum dissuadet intemperantiam in victu, ut inducat ad indiscretam abstinentiam quod pejus est, ut liquidò fatetur Sebastianus Fischerus pag. 102. Syst. Theol.

(6) Arma spiritualia auferendo: sicut olim Philistæi omnes officinas ferrarias Israëlitarum ditione exterminabant 1. Sam. 13. Ita Satanas galeam salutis, scutum fidei, & gladium spiritus excutere satagit Ephes. 6. ne triumphemus.

(7) Arma diabolica inferendo, v. g. tentationes, suggestiones, mundi scandala, carnis illecebras, divitiarum amorem, voluptatumque 1. Johann. 2. v. 15. 16. 1. Timoth. 6. v. 9. 10. Hebr. 3. v. 13.

(8) Fontes consolationum obstruendo V. Judith. 7. v. 6. 7. Ita Satan è cordibus hominum fiduciam tollere satagit. Ita quondam Salvatori dixit: Es tu filius Dei, &c. quasi dicat; abjice hanc fiduciam; me sequere. Hæc omnia tibi dabo, &c. Matth. 4, 8. 9. 10.

Alii sic procedunt.

§. 11. Tentatio Diaboli est I. Immediata cum se videndum præbet, ut Matth. 4. assumptâ formâ.

II. Mediata, cum tentat pios

(1) Per malos homines, socios, avaros, scandalosos.

(2) Per propriam carnem, peccatis deditam.

(3) Per cogitationum malarum immissionem, Johann. 13. Sic Judæ immisit tales cogitationes.

(4) Per spolium divini verbi è cordibus hominum Luc. 8. Idem tentavit in Thessalonicensibus. 1. Thess. 2. 18.

(5) Per separationem Patris & Filii JESU Christi, quam nititur in cordibus aliquando fidelium efficere. V. Luth. eleganter in Explicat. Evangelii festo Pentecost. Postill. Eccles. fol. 145. b. §. Da siehestu/etc. & f. 146. a. Darum hüte dich.

(6) Per incrustationem technarum suarum & fucum. Fallit enim homines vitiis sub specie virtutum: est enim scorpio latens Satan: Insidiator vaferrimus. Vid. Drexelium Tract. 19. cap. 1. §. 1. seq.

Deter-

Determinatio & permiſſio tentationis Diabolicæ.

§.12. A Deo fit Job. 1. v. 12.

Augmentatio ejusdem fit per nimiam hominum ſocordiam, acediam, ſomnolentiam pravam, cujusvis inclinationem, quâ Satan abutitur.

Victoria aliquando conceditur Satanæ ob varias & juſtas cauſas. Vide Drexel. Tract. 19. cap. 7. p. 911. quæ tamen omnia ad fidei analogiam reducenda ſunt, & prudenter diſtinguenda. Nec enim ita vincit Satan, ut non tandem ſub pedibus fidelium conteratur: & ſanguine agni vincitur tandem & debellatur.

Tentatio Diabolica.

§.13. Comparari poteſt ollis ac lagenis, quas Hannibal ſerpentibus repletas in navas hoſticas Regis Eumenis projecit: qui plurimum periculi crearunt militibus, eosque ab acie removerunt. Juſtinus lib. 22. Sic tentatio diabolica eſt ſerpens in olla cordis noſtri, nos mordens & impediens.

Cur tentet? Quod in caſtra Joſuæ cœleſtis tranſierimus: Joſ. 10. Cananæi adverſus Gabeonitas bellum moverunt, quod ſe ad Joſuam recepiſſent: Ita nos Diabolus in caſtris Chriſti ſervientes oppugnat. Sir. 2. Oremus cœleſtem Joſuam dicentes: Domine non retrahas manum à ſervis tuis, &c. ut olim Gabeonitæ orarunt: etſi ſint numero multi diaboli, non tamen te deſeret Dominus Deut. 7. Judith. 5, 1. Iratus Holofernes quod Judæi rupes ſuas cuſtodirent & præſidiis munirent: Ita rupem ſuam Deum, & Baptiſmi fœderis rupem ſervantibus infenſus eſt Satan.

§.14. *Chriſtum:* Sicut olim Rex Balaac Bileamum in altum montem duxit. Num. 23. v. 13. 14. Applic. Matth. 4.

Chriſtianos: Durius tractabat Israëlitas Pharao, quàm ſuos ſubditos. Sic Diabolus Chriſti ſervos Sir. 2. Mi fili, &c.

Pios: Gen. 37. Joſeph impensè amatus à Jacobo, odio habitus eſt à fratribus: Sic pii à Satana odio habentur. Dux hoſticus hoſtis ſui & ducem & milites odio proſequitur: ita Satan & Chriſtum & Chriſti diſcipulos.

Infirmos: Vid. Deut. 25, 17.

Solitarios. V. Gen. 2, 18. cap. 3, 1. cap. 19, 32. Matth. 4. Eccleſ. 4, 10. 2. Sam. 12, 2.

Incipientes: Sic Chriſtum initio officii ſui. Matth. 4.

Divites ſpecialiter: Sicut latrones non ruſticis & mendicis, ſed divitibus mercatoribus inſidiantur: Pyratæ navibus non ſaburratis, ſed onuſtis pretioſiſſimis mercibus.

Finis: ut nos in abyſſum detrudat. Matth. 8. Ut porcorum olim corpora in mare: ſic animas & corpora in infernum agitat Satan præcipitia.

Modus.

Tentat 1. Gulâ. 2. Vanâ gloriâ. 3. Avaritiâ Gregor. Homil. 16. Gulæ cibum Satan, vanæ gloriæ illud: Eritis ſicut Dii, objecit: Avaritiæ illud: Scientes bonum & malum. Sic quoque his modis Chriſtum aggreſſus eſt.

Locus.

Omni loco tentat. Non enim locus pellit Satanam Greg. M. lib. 8. epiſt. 45. etiamſi eremum ingrediaris. *Adjuncta:* Tentatio eſt §.15.

Aſtuta: Ut venator viridem induit habitum, piſcator hamum ineſcat, auceps ſuum rete operit: ita Diabolus vel Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis 2. Cor. 11. ut nos circumveniat 2. Cor. 2. Joab oſculo circumvenit Abner, 2. Sam. 3. Et rector tenebrarum inde etiam dicitur: quod in tenebris & occulto dominetur. Eph. 6.

Continua: Ut Potipharis uxor indies laceſſebat verbis Joſephum Gen. 39. Sic Diabolus ſemper ad peccatum incitat & impellit. Etiam *in morte & agone illo* graviter tentati; non *diffitentibus Pontificiis.* Indigemus igitur vel tunc maximo ſolatio.

Aſſidua: ſicut ſcorpius & ſerpens, cum vulnerantur ab homine, altius contra eum inſurgunt. Ita Diabolus gladio ſpiritus vulneratus omnem inſultum intendit.

§.16. *Gravis, non levis.* 1. Ob tentantem, qui ſerpens eſt callidus ille Gen. 3. Apoc. 12. Sævus eſt enim leo 1. Pet. 5, 8. truculentus, quia ruber Draco Apoc. 12. Piorum ſanguine inde ab Abel huc usque tinctus.

2. Ob varium modum tentationis: novit enim inſultus μεθοδείας. Eph. 6. 1. Pet. 5, 8.

3. Ob varia arma, quibus nos impetit: quæ ſunt & corporalia, & ſpiritualia.

4. Ob potentiam Satanæ, qui eſt bellicoſus, audax, Gigas, potens, veteranus.

5. Ob inſtantiam & durationem.

6. Ob locum omnem, eumq; commodum tentationi, quem obſervat Satan. Matth. 4. Chriſtum in Eremo aggreditur: & ſolitariis locis aliàs Satan utitur. Vide Num. 23, 13.

7. Ob tempus mortis, quo maximè tenta- Satan.

8. Ob finem: non gerit hoc bellum ob bona corporalia, ſed ſpiritualia: ut deglutiat. 1. Pet. 5. v. 8.

§.17. *Profunda:* Hinc altitudo Satanæ adſcribitur. Apoc. 2.

Utilis: Nam I. humiliat nos. 1. Pet. 5, 8. Pſal. 18, 36.

II. Informat: Eſa. 29, 19. Sir. 34, 11.

III. Roborat animam, ut tegula cocta munit domum.

IV. Revocat à voluptate.

V. Coronat. Apoc. 3.

VI. Chriſto & ſanctis nos conformes reddit, Rom. 8. Heb. 12.

Accommoda hominum ingeniis: Piſcator, venator omnibus inſtructi ſunt artibus, ad capiendos piſces & feras: ſic Diabolus ille venator Pſ. 91. Catilina dominatum Romæ affectans, avaris divitias, guloſis voluptates, libidinoſis libidines procreavit. Non aliter Satan. Sichemum amore illicito. Adamum ambitione, Davidem adulterio, Abſolomum ambitio-

ne, Esavum gulâ cepit. Simus ergò vigiles & prudentes: simus animalia, quæ intus erant plena oculis. Apoc.4.

§. 18. *Resistendum Diabolo*: Sicut Moses & Aaron Pharaoni Exod.5,20. Annon Satan Pharao nolens suo nos servitio exire? 2. Tim. 2. Stamus contra hunc, per gratiam 1. *vocationis*, quâ à Satanæ regno sequestrati. Col. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum. 2. *redemtionis*, quâ Christi sumus peculium. 3. *vocationis & sanctificationis* Rom.1,7. 1.Cor. 6, 11. c. 15,1. Eph.6,14. Philip.1,27. 1. Thess.3, 8. Vide Drexel. Tract. 19. part. 3. c.l.

Ut Simson vi Spiritus leonem in via obvium laceravit: invento deinde in eodem melle Judic. 14. Sic Diabolum nobis in via vitæ obvium undique laceramus atque pessundamus virtute Spiritus Sancti Eph. 6, 12. Jac. 4. fide: & reportabimus victoriam lætissimam Apocal. 12. *Vicerunt eum sanguine agni.* 1. Sam. 17. David impactis Goliathi fronti silicibus eundem prostravit. Sic nos Satanam, fide, oratione, spe de Satana triumphabimus. Vide Judæ Epist. v. 20.

§. 19. *Et quidem contra Satanam pugnando principio.* Maximum saxum in montis cacumine positum difficulter movetur: at semel præcipitatum retineri non potest: Ita initiis tentationum ad peccata resistendum est: semel in illa præcipitatis rarò est medela.

Solet enim mox post pietatis opera tentare Exod. 17. *postquam Israëlitæ bibissent ex petra, mox ab Amalekitis oppugnati sunt.* Ita post Baptismi aquam è petra Christo protinus ab infernali hoste solicitamur: sicut Christus mox post baptismum. Matth. 4. Sic Marci 9. Spiritus impurus ab homine discessurus, eundem discerpsit: Ita Diabolus multiplicat tentationes mox discessum paraturus.

Animus humiliandus. S. Antonius in eremo aliquando mundum retibus coopertum vidit: & exclamavit: Mi Domine, quis effugiet illa? & audivit vocem dicentem: Sola animi dimissio. Autor est Joh. Lud. Vives lib. Conc. & discord. quarto. Marulus lib.2. c.4. Zwing. in theatr. 1385.

Tentatio carnis.

§. 20. Dicitur aliàs *lucta carnis & spiritus*: Vide Rom.7. Galat.5,17. 1. Pet.2.v.11. Hebr. 12. v.2. Augustin. libro de Contin. cap. 2. v. 7. lib.8. Confess. c. 11. & serm. 45. de Tempore: Vide si vis Perkins. Tract. integro, & Johann. Rivium peculiari libello de hac lucta, quæ est prælium

1. Internum Rom. 7. per tot. in omnibus potentiis.
2. Indesinens. Hebr. 12, 2. 3.
3. Difficillimum. Rom. 7. Miser homo! Quis me liberabit de corpore mortis hujus?

In morbis vel maximè tentamur. Vide Luther. tom.2. Isleb. fol. 331. seq.

Tentatio summa restat homini in ultima mortis hora: de qua Petrus Posnaviensis f.501. n.287. Dom. 20. post Pentecost. apparere homini dæmones, illum ab his infestari, homini peccata exprobrare, ostendere ei pœnas infernales, iram Dei.

Varia nomina & similia.

§. 21. *Cribratio spiritualis* Luc.22,31. ut enim triticum ventilabro purgatur & paleis exuitur: Ita tentatione mens purgatur.

Ut ignita *tela* semper urunt, & urendo pergunt: Sic quoq; Satanæ tentationes Eph.6.

Ut venenatæ pilulæ saccaro teguntur: ita diabolus fraudes suas recti specie tegit.

Flamma excoquens animam, æstu summo:

Jactatio in mari hujus mundi Psal.107. Ut enim navis fluctibus agitatur: sic mens hominis variis cogitationibus agitatur & perturbatur. Ignis nos probans.

Interrogatio Dei: quâ interrogat, quænam sint vires nostræ? Aug. tom. 8. col. 541. d. Quæ in Deum fiducia? quis in illum amor?

Lusus parentum cum filiis.

Procella discutit flores: sic tentatio fidem, spem & patientiam excitat: vel dispellit flores mundi, disjicit gloriam ejus: ut ne ei adhæreamus, quia gramen est. Esa. 40.

Sal quo salimur, ne putrescamus. Luther. in Evang. Marc. 16. die 1. Paschæ.

§. 22. *Signa amoris Dei.* Tentationibus enim suos filios exercet Deus, Hebr. 12. *Quos amo hos arguo & castigo.* Apoc. 3. 1. Sam. 20.

Si sagittæ crucis sint intra nos, bonum est signum; si extra nos, malum est. Ps. 73. 5. *Non sunt in labore hominum.*

Spinæ quæ pungunt rosas Bernhard. serm. 48. in Cantic. Vide quomodo cautè ambules inter spinas; In terra sunt, in aëre sunt, in carne tua sunt.

Timor nocturnus. Augustin. Tom. 8. colum. 1602. d.

Ventus commovens hortum, excitans odorem spiritualem florum.

Vesica capiens solatia Dei Luth. in Postil. Eccles. fol. 7. a. die Paschæ.

Volatus, qui fit dextrâ alatâ in altum tendente, quâ à sinistra appensus gravis remoratur lapis. Hoc Hieroglyphico olim veteres usi.

Officia varia circa tentationes.

§. 23. *Considerare brevem earum durationem* & ad futuram gloriam disparitatem Rom. 8. 18. *Non sunt condignæ &c.*

Mater Symphoriani filium jamjam martyrio vicinum hortata est, cœlum suspiceret, æternitatem cogitaret, non vitam eripi, sed meliore mutari. Surius ad diem 22. Augusti. Athanasius à Juliano in exilium pulsus dixit fratribus: *Bono animo estote: nebula enim est & brevi evanescet.*

Superare fide, spe, patientia. 1.Cor. 10. v. 13. ut possitis ὑπενεγκεῖν sufferre Rom. 8. 37. ὑπερνικῶμεν supervincimus. Est enim hominis militia super terram Jac. 1. 2. Omne gaudium existimate, &c.

Christi tentationes ponderare: Ut simus parati cum eo crucem portare. Ut enim olim servi unà cum Dominis cremabantur: Sic quoque per crucis ignem nobis eundum est cum Domino nostro, sed non comburemur

Esa.

Esa.43. Quoniam adest nobis Dominus: Psal. 23. *Si ambulavero in valle.*

Crucem amaram reddere dulcem. Ab exemplo Christi qui primus crucem portavit. Exod. 15. Aquæ in Mara injecto ligno dulces sunt redditæ: Injice Christum aquæ crucis tuæ & mox dulcescet.

Gaudere in tentatione. Vide Gaudium.

§.24. *Fide superare tentationes:* sicut Jacob Gen. 32. Ut enim domus benè contignata stat immota: nec ventis concutitur: sic cor pii hominis: Sir. 22, 19. *sicut domus,* &c.

Proximum consolari: Vide Consolatio. eique optimè consulere.

Cautè agere in ea. Ut duci militiæ sol, ventus, pulvis cavenda in acie. Vegetius l. 4. c.14. de re militari: sic vide, ne ad solem tribulationis, ventum persecutionis, & pulverem mundani maris non offendaris.

Vigilare: Sæpe enim cedit tentator ad tempus: sed mox ex improviso aggreditur hominem Luc.11.²⁴Spiritus immundus revertitur ad locum priorem. Vide vigilantia.

Cor præservare. Prov.4. Omni curâ cor serva. Matth.10. Estote prudentes sicut serpentes: non frustra cor nostrum tàm solicitè natura muniit & involvit, ut doceret nos, cor maximè muniendum esse: ostium mentis claudendum esse, ne intret tentatio: Principiis obsta, serò medicina paratur.

Spicula tentationis effugere. Pii enim virtute Spir. S. velut secundis alis subvecti effugiunt tentationes, Satanæ tela: Chrysost. Homil. 22. in epist. ad Hebr. Esa.40.³¹Pennis subvecti ut aquilæ.

§. 25. *Eam perferre ac tolerare.* Scimus enim (1) Quod Deus sit in propinquo ad opitulandum Luc.18. (2) Ira ejus momentanea. Ps.30. Esa.54. (3) habeat causas dilati auxilii. (4) brevi accepturi simus aliam vitam post hanc. Ergò tolera crucem in vita in qua es, & habebis quam nondum habes. Quomodo toleras? ut non vincaris à tentationibus. Augustin. tom. 8. col. 613. a.

(5) *Esse quoque hanc vitam militiam perpetuam.* (6) Variis affectuum vicissitudinibus obnoxiam.

Instanter orare: sic fecit Moses Exod. ut moderetur Deus tentationem. Jer. 17. Non sis mihi formidini.

Firmiter credere in Deum, qui oculis corporeis non ostenditur: quod pulchrè explicat Augustinus in Psalm.41. tom.8. oper. col.376. b.c.d. contra tentationem, ac si Deus nos deseruisset, insultantibus hostibus nobisque dicentibus: Ubi est Deus tuus?

In Dei fidelitatem spem omnem ponere 1.Cor.10,13. Fidelis est Deus: *Nos humiliare sub potenti manu Dei,* 1.Pet. 5, 8.

Cogitare, quod vita nostra stabilis non sit, sed misera satis & afflicta. Hinc vides, sanctis Dei mox varias unâ superatâ tentationes ingruere. Psal.42. abyssus abyssum invocat. Sumus in valle fletus: Ps. 84. serimus in lachrymis Psal. 126.

Ad cœlum, in quo nulla est tentatio, aspirare. Philip.3. *Conversatio nostra est in cœlis.*

§.26. *Fugere duodecim stultitias in tentationibus debemus:* id ut fiat

1. Exarma animum ad tentationem, antequam tenteris. Sir.2. v. 1.

2. Assume arma spiritualia: v.g. preces, gemitus, suspiria. Ephes. 6. *Induite armaturam DEI.*

3. Non abjice arma in acie ipsa.

4. Muni omnes aditus, per quos Satanas facilè te invadere potest.

5. Resiste Satanæ omni loco & tempore.

6. Occide tentationem gladio Spiritus. Ephes. 6.

7. Propriæ carni resiste, ei non adulare.

8. Hostem sive propinquum in carne, sive remotum oppugna.

9. Hosti tentanti occurre, non expecta venientem.

10. Peccata linque: ne peccatis hostem profliga, non odiis odia, non malum malo propulsa.

11. Pigritiæ & somnolentiæ non te dede, non securitati lita.

12. Cogitationibus malis resiste. His petit cor tuum Satan: non adigas illas per cor, sed retroversa cuspide Satanæ cor, tui potiundi spe frustrata, vulnera; secus qui faxit duodecim stultitias committit.

Divisiones variæ.

§.27. I. Tentatio est *vel divina, vel humana, vel diabolica:* Bernh. in Cant. Impulsus eversus sum, ut caderem, & dominus suscepit me. Quæris, quis ille sit impulsor? non est unus: Impulsor est diabolus, impulsor mundus, Impulsor homo. Quis ille homo sit, quæris? Quisque sui.

II. Alia est *major* ad sanguinem Hebr. 12. alia *minor.*

III. *Aspera fit* per crucem: Vide Tribulatio.

IV. *Vana fit* per præsumptionem de propria dignitate & mentis. Luc. 18.

V. *Dubia, cum* quis in ambiguo hæret, velitne Deo, an mundo servire.

VI. *Fraudulenta:* qualis est Satanæ, & mundi & carnis.

VII. *Alia est probationis,* quæ à Deo: Genes.22. 1. Cor. 10, 13.

Alia *examinationis:* Ut Joseph fratres suos tentavit.

Alia *præcipitationis,* & hæc est à Diabolo.

§.28. VIII. Alia est *Satanæ*, alia *Mundi*, alia *carnis.*

IX. Tentatio *diffidentiæ* Psalm.78. Israëlitæ DEUM tentaverunt in deserto. Huc spectat: An signa liceat à DEO petere? Affirmant Theologi quidam è Genes. 15. 2. Reg. 20. Quod erit signum? &c. Negant alii: Vide D. Balduin. lib. 4. cap. 5. Cas. VII. Conscient.

X. Alia est spiritualis, alia corporalis.

XI. *Tentatio hominis* ad hominem est, cum quis ab alio ad peccandum inducitur. Vide Prov. 28,10.

XII. *Tentatio carnis*. Vide Lucta.

XIII. *Tentat homo Deum* Exod.17,7. Num. 14,22. Judith. 8,11. Matth.4,7. 1.Cor.10,9.

§.29. *Exempla tentationum promiscuè.*

Abraham Genes.22. *Isaac*, *Jacob*, *Joseph* Hebr.11,17. *Israëlitæ* Exod.15,25. & c.16.v.4. Deut.8,2.16. cap.7,19. c.13.3. Exod.20,20. Judic.2,22. c.3,4. *Jacobus* Gen.32. *Saul*. 1.Chron.21,1.2. *David*, *Hiskias* 2. Chron.32, 31. *Elias* 1.Reg.19. in deserto, *Salomo* 1.Reg. 10,1. *Job* in calamitatibus, Job.1,11. *Tobias* Tob.4. *Hiskias* Esa.38. *Christus* Matth.4,1.2. *Judas* Joh.13,2. *Cananæa mulier* Matth. 15. Confer Psal.88,15.16. quæ huic mulieri congruunt optimè 2.Cor.11,3. *Discipuli Christi* Luc.22,31. *Paulus* 2.Cor.12,7. c.7,6.1.Thess.18. 2.Cor.2,11. Ephes.6.v.12.

TEPIDUS. TEPOR. FRIGIDITAS.

Confer Acedia.

§.1. Apoc.3,16. Tepidus est, qui non justo zelo & amore gloriam Dei, suamq; salutem procurat, sed in utraq; remissior est, quàm par erat.

Est stultus non operans. Theoph. in c.7. Matt.

Calidi aliàs satis homines sunt in rebus ad cultum Idololatricum necessariis. Patet exemplo mulierum Israëliticarum, quæ satis promptè detractis sibi inauribus vitulo deastro velificabant: ut rectè observat Cajetan in 32. Exod.

Caussa tepiditatis est ignoratio sui, cum homo dicit: *dives sum & locupletatus & nullius egeo*, &c. Apoc.3,16. Conf. Gregor. l.34. moral.c.23. Animi *humani mobilitas* & inconstantia, copia variarum tentationum, quibus homo tandem opprimitur, ut fatiscat.

Concupiscentia innata, quæ est instar adversi fluminis, imo fluctus, contra quos remis assiduè velisque contendendum est.

§.2. *Effectus tepiditatis*: Efficit ut Christiani tandem ingruentibus procellis ruant, nec consistant.

Signa tepidi sunt. 1. Esse remissum & pusillanimum. 2. deficere sub onere. 3. virga & calcaribus indigere. 4. remisse gaudere, pusillanimum, tristemque esse. 5. raro & brevi tempore compungi. 6. cogitare solùm ea, quæ sunt temporalia ut animalia. 7. tepidè conversari. 8. obedire sine devotione. 9. loqui sine circumspectione. 10. orare sine intentione. 11. legere sine suimet ædificatione. 12. non terreri Gehennæ meditatione. 13. pudore non confundi: 14. à ratione non frenari. 15. disciplina non coërceri. Ex Bernhardo serm. 6. de Ascensione Domini.

Judicium & supplicium tepidi. Majus hoc erit, quàm infidelis. Vide Ambros. in Psal. 118. *Negligentiam* (ait) *graviori damnat judicio, quàm impudentiam. Qui enim calorem fidei non habet, tolerabilius illi fuerat fidem non accepisse, quàm neglexisse*. Hæc Ambros.

Evomuntur à Deo i.e. rejiciuntur. Apoc.3. & à Dei amicitia repelluntur, sicuti stomachus rejicit tepidam aquam vel cibum crudum vel betam semicoctam, quæ mox vomitum ciet.

Execrationi subjiciuntur & pessundantur: sicuti ea, quæ per vomitum ejicimus, pessundamus ac detestamur: Ita Deus detestatur tepidos.

Ad lethalia peccata facilè inducuntur, adeoque obdurantur. Ut vestimentum & tineam generat, & nutrit: ita ignavia non solùm ex se gignit desperationem, sed alit & fovet. Chrysost. de lapsu. Vide plura supra Tit. Acedia. Joh. Climachum cap. de Acedia. Item Tit. Fervor. Tit. Diligentia, Ignavia.

§.3. *Remedia teporis.*

1. *Fervens* Dei amor. 1.Joh.4. diligamus. &c.

2. *Studium bonorum operum.*

3. *Meditatio divini præcepti*, quod jubet nos ferventes esse spiritu Rom.12. v.11. nec defodere talentum. Matth.25. sed laborare in Domini vinea. Matth.20. & non deficere. Eph.3. Luc.8.

4. *Meditatio æterni gaudii & supplicii*. Illius quidem sedulis, hujus verò ignavis.

TERGUM

Dei notat 1. Imperfectam Dei in hac vita cognitionem. Ita Bernhardus serm. 61. super Cantic. Canticor. cui plures alii adstipulantur, v.g. Augustinus de essentia divinitatis & quæst. 54. in Exod. lib. 4. de Symbol. Idem lib.3. de Trinit. c.17. Cyrill. l.13. c.2. Thesauri, Hilar. l.4. de Trinit. Irenæus lib.4. c.17. Hieron. in Matth. 8. & alii.

2. *Projicere peccata post tergum*. Esa.38.17. i. e. remittere, ea non adspicere.

3. Jer.32.40. *Non revertar* à tergo eorum, ut benefaciam eis, i.e. non cessabo benefacere.

4. Cum in malis nos Deus non audit, tergum dicitur *obvertere*. Jer.18.17.

In homine *notat*: Ezech. 8,16.

Inobedientiam & rebellionem adversus Deum Esa.1,4. cap.50,5. c.59,13. Jer. 2,27. cap.15,6. Sophon.1,6. Jer. 32,33. 2.Chron.34,33. *Non recesserunt à tergo Jehovæ, Dei patrum suorum*, id est perseverarunt in fide veri Dei.

Genes.19,25. Uxor Lothi post tergum respexit: quid illud? nempe 1. Ori Domini obediens non fuit, in suam viam & cogitationes declinans, ut Esa.56,11.

2. Cor illius à Deo retrocessit. Sic. Ps.44,19.

3. Hoc imitatus Satan, ut sui retrospicerent vetuit apud Theocritum & Virgilium.

TERMINUS.

1. Vitæ. Vide Vita.

2. Agri non mutandus Deut. 19,14. Olim impunè occidebatur, qui transferebat terminos, veteri lege Numæ apud Dionys. Halicarnass. lib. 2.

TERRA. TERRESTRIA.

§.1. *Non sunt curanda* 1. Terra namque transit unà cum omnibus, quæ in ea sunt 1. Cor.7. v.31. 1. Joh. 2,17.

2. Terræ non sumus nati, sed cœlo, Phil. 3. Conversatio *nostra est in cœlis*.

3. Nec

3. Nec terrena sapere debemus Phil. 3, 17. sed superna quærere. Coloss. 3, 1. 2.

4. *Cor nostrum ibi esse debet, ubi thesaurus* noster est. Matth. 6, 21. Vide *Thesaurus* suo loco. Coloss. 3. Quærite quæ sursum, ubi est Christus.

5. *Mundum diligere non debemus:* nec ea quæ in mundo sunt. 1. Joh. 2, 15. seq.

6. *Non simus similes talpis:* qui tantum in terra & sub terra laborant.

7. *Non Israëlitis, non nisi* lateribus coquendis in Ægypto emancipatis.

8. *Non humi defixas* animas geramus.

Terra promissa

§. 2. Israëlitis fuit 1. *Speciosa*, ob fructuum ubertatem, florum venustatem.

2. Spatiosa ob loci amplitudinem. Vide Brocardum, in descriptione terræ sanctæ. 1. Chron. 4.

3. *Pretiosa* ob Domini hæreditatem.

4. *Montosa*, Psal. 125.

5. *Bellicosa*, ob viros fortes in illa habitantes. Confer Palæstina s. l.

Terram movere Ps. 60. v. 3. est maximas mutationes immittere, vastitatem & bella. Fundamenta ejus nemo potest investigare. Jerem. 31. v. 37.

Initia terræ. Prov. 8, 23. id est antequam crearetur terra. Hinc illa phrasis Ps. 90, 3. Coloss. 1, 15. Joh. 17, 5. Eph. 1, 5.

Via terræ universæ est mors. 1. Reg. 2. Clamor, cum injustè possidetur. Job. 31, 38.

Terra est velut materfamilias à Deo fœcundata Ps. 65, 10. Sir. 40, 27.

Oblivionis est sepulchrum. Ps. 88, 13.

Viventium Ps. 27. id est eorum, qui in hac terra vivunt: Est præterea terra

Communis apotheca omnis carnis. Parit enim 1. Animalia, quorum carnibus vivimus. 2. corio tegimur. 3. lacte nutrimur. 4. lanâ vestimur. 5. Herbas dat, quibus utimur ad cibum & medicinam, adeoque est cornu copiæ.

Terra dicta sic, quod pedibus hominum teratur. Junil. in lib. 1. Mosis.

Ambiguitas vocis.

§. 3. Notat 1. *Elementum terræ.* Gen. 1. Damasc. lib. 2. c. 10. de O. F.

2. Hominem *ex terra factum.* Gen. 3. Terra es, & in terram reverteris. Esa. 1, 2. c. 24, 5. Gen. 6, 11. c. 9, 13. c. 41, 57. Jer. 3. Terra, terra, terra, audi vocem Domini.

3. Incolas terræ. Oseæ 4.

4. Proventum Gen. 3, 17. Esa. 1, 7.

5. Regionem Matth. 9. v. 26. Luc. 4. v. 25. Marc. 15, 33. certam quoque, non absolutè omnem terram, Vide Matth. 29. v. 45. Luc. 4. v. 25. cap. 2. v. 1. 1. Reg. 17. v. 9. 1. Sam. 30. v. 16. Act. 11. v. 26.

6. Ipsam Canaan, quæ Dei terra dicitur Psalm. 85. v. 1. ob singularem respectum: cum aliàs omnis terra sit Dei. Exod. 9, 29. & 19, 5. Psal. 24, 1.

§. 4. *Terra spiritualis.* Anima est terra, sale verbi Dei condienda, ne putrescat: Macar. homil. 1. Augustin. lib. 1. de serm. Domini in monte, Vos estis sal terræ; subdit: Non illa terra, quam pedibus calcamus, sed homines, qui in terra habitant; vel etiam peccatores, quorum condiendis & exstinguendis putoribus Apostolicum salem Dominus misit.

Ecclesia terræ est similis. 1. Ut teritur terra pedibus calcantium: sic Ecclesia tribulationibus.

2. Humectatur: sic Ecclesia humore gratiæ Spiritus S. irrigatur, & lachrymis pœnitentiæ indies humectatur.

3. Fructum fert: sic Ecclesia Psal. 66. Terra dedit fructum suum.

4. Arida est: Sic Ecclesia sicca esse debet & cassa voluptatum humanarum; ambulare per vallem lachrymarum Ps. 84.

5. Aranda quoque est Ecclesia per aratrum legis & pœnitentiæ. Trituranda tribulationibus, irriganda donis Spiritus Sancti.

6. Scabellum est Dei pedum Esa. 66, 1. In Ecclesia Dei sunt pedes. 1. Præsens est in ea, eamq; gubernat. 2. ambulat in ea. Apoc. 1.

§. 5. *Terrenus homo* 1. Cor. 15. id est peccator, in statu corruptionis constitutus, terreni Adami imaginem referens.

Ferrea terra, sterilis Deuteron. 28, 23. Levit. 29.

Inferior sepulchrum. Ezech. 26. c. 31, 14.

Terra Israël descripta in charta Jos. 18, 9.

Sic patria cœlum in charta verbi nobis est descripta.

Quomodo ea vendenda. Levit. 25, 35. 24.

Terra bona Luc. 8. sunt (1) homines qui abstinent à peccatis. (2) qui ferunt fructum centesimum Heb. 6, 7. 8. seq. (3) Qui largiorem benedictionem à Deo accipiunt. Hebr. 6, 7. (4) Qui imbrem divinæ gratiæ accipiunt, (5) & novos subinde fructus ferunt: Spiritus nempe & bonorum operum.

Recta Ps. 143. iter rectum, via justa.

Siticulosa. Ps. 143. v. 6. hic mundus est.

Secus viam Luc. 8. ipse Dominus explicat de iis, quibus Satan eripit semen verbi.

Inferiores partes terræ Ephes. 4. Hieron. de inferno in h. l. Theodoret. de morte. Psal. 139. de alvo matris exponitur.

Vir terræ, agricola Gen. 9, 20.

Via universæ terræ mors est 1. Reg. 2. v. 2.

§. 6. Oblivionis terra, mors & sepulchrum. Psal. 88, 13. Columnæ terræ. Ps. 75. de vi terræ, quâ perstat, Basilius homil. 1.

Projici in terram, Apoc. 12. est occupare locum in terrenis hominibus, postquam se Satanæ imperio obnoxios reddiderunt. 2. Tim. 2. vers. ult.

E terra esse. Joh. 3, 31. Est terrena sapere, suæ cœcitati esse derelictum, ignarum Dei & rerum cœlestium.

Invisibilis dicitur Gen. 1. Quod (secundum Basilium) aquis velata fuerit & tecta Homil. 2. in Hexaëm.

Stabilis est: scilicet ex toto: ex parte aliquando fit mobilis: nempe cum movetur.

Divisa inter homines Gen. 10, 5. 1. Chron. 1, v. 19.

Exu-

Exurenda olim 2. Pet. 3. adeoque planè transibit, Matth.5, 18. Luc.21,31. Pſ.102.

Cauſa efficiens Deus Gen.1,1. Pſ. 90. & 102. Eſa.45. Coæterna igitur non eſt, contra Felicem Manichæum Auguſtin. libr. 1. de hæreſibus.

Motus terræ.

§. 7. *Varii fuerunt:* Eorum hiſtorias à condito mundo ad an. 1590. conſcripſit Valentinus Fabricius Lobenſteinienſis : Conf. Aretium in Problemat. f.484.485. ut minimè dubitandum ſit reverà dari motum terræ: etſi hanc immobilem eſſe Scriptura dicat 1. Chron. 16, 30. Pſal.125, 1. Eccleſ.1, 4. quod de tota terræ mole accipiunt quidam: non ignorantes terræ partem aliquam moveri poſſe.

Tempore Chriſti qui accidit, multas urbes disjecit: Jeruſalem verò pepercit Dominus, ne concideret: Euſeb. in Chronic. ad annum Chriſti 33. ad ipſam usque Bythiniam. Maximum ſanè hunc motum fuiſſe teſtatur Plinius lib.3. c.48. his verbis: Maximus terræ memoriâ mortalium exſtitit motus Tiberii Cæſaris principatu duodecim urbibus Aſiæ unâ nocte proſtratis. Hæc ille. At in annum 18. Tiberii incidit mors Chriſti. Phlegon Græcus hiſtoricus origine Aſiaticus. l. 14. teſte Suidâ. Nicephor. lib. 1. c. 14. narrat fuiſſe quatuordecim urbes. Antonin. Tit. 6. c. 41. §. 2. Auguſtin. lib. de mirabilibus Scripturæ. Ex quo patet erraſſe Originem qui in cap. 27. Matthæi aſſerit: tantùm Hieroſolymis vel ad ſummum in Judæa duntaxat terram tremuiſſe. Confer de terræ motibus Didac. Apolepht. part. 2. p. 678. hor. recreatit.

§. 8. *Efficiens prima Deus eſt.* Job. 9. v. 5. Nahum. 1. v. 5. Non motus aquæ contra Thaletem Mileſium.

Adminiſtræ Angeli. Matth. cap. 28. verſ. 2. Eſa. 6. v. 3. 4.

Impellens & procreans cauſa non eſt religio Chriſtiana. Tertull. cap. 40. Apologet. cui olim Gentiles imputabant ejusmodi terræ motus: ſed hominum peccata, ob quæ tremit terra, quaſi illa deteſtatura.

Materia ſunt craſſi, denſi vapores, viſceribus terræ incluſi, erumpere volentes: non ignis terræ incluſus, contra Anaxagoram Philoſophum. Vid. Böhmium in Paſſionis Explic. Fromond. Libert. l.4. Meteorol. p.216.

Effectus & fines: aliquando cauſavit abortum omnium gravidarum mulierum. Sabellic. lib.8. Ennead. 9.

Tremorem meritò hominibus incutit, ut iram Dei metuant, & pœnitentiam agant. Zach. 14. v. 5.

Gloriam Dei patefacit 1. *Potentiæ*, quâ maſſam terræ movet. Num.16, 31.

2. *Bonitatis*, quâ ſolâ ſtat terra: & cum movetur, à Deo conſervatur, ne planè corruat: Conf. Pſal.75, 4.

3. *Juſtitiæ & iræ:* Utramq; enim terræmotus innuit. Pſ.18, 8. Eſ.13, 23. Amos.1, 1. Zach.14, 5. Hoc quoq; agnovit Ethnicus Pauſan. l.7. agens de Helice & Buri. Non, ait, lenta aut ſegnis Dei ad pœnam expoſcendam ira eſt.

Exempla.

§. 9. Amos 1. v.1. Zach.14, 5. Matth.24, 7. c.28, 2. *Tempore Neronis* apud Plin. l.2. c. 38. Paul. Oroſ. lib. 7. Herodis Aſcalonitæ, quo terræmotu 30000. hominum interierunt Zonar. t.1. Joſeph. l.1. c.27. belli Judaic. Juliani demortui. V. Hieron. in Vita S. Hilarionis: Amm. Marcellin. l.26. hiſt. Meminit Plato & Marcellin. ultra Herculis columnas inſulam fuiſſe, Africâ & Aſiâ majorem, cujus Reges & Ægyptum & Lydiam ſubjugârunt: quam terra dehiſcens unà cum bellicoſis iſtis hominibus abſorpſit. Idem refert Tertull. c.39. Apolog. Ficinus in Compend. noviſſ. cap.4. Petrus Hiſpal. Sylva p.4. c.3. Theodoſ. Niceph. lib.14. c.46. qui terræmotus ad ſex menſes duravit.

Juſtiniani: Niceph. l.17. c.13. an.1509. Conſtantinopoli inſignis fuit. Vid. Wolffium ad hunc annum Lect. memorabil.

Antiochiæ olim ſummus. Vide Xiphilin. apud Aurelium præfat. in Epit. Baronii p.104. Conf. Nucleum Meigeri p. 1412. Obenheimium p. 880. Exemplor. Non taceo ingentem terræmotum, qui Weſtphaliam, patriam dilectiſſimam, an. 1612. & 13. ingenti tremore, ad imminentem ædium ruinam concusſit, quem ipſemet Puer ſenſi duodecennis, calamitatum bellicarum prænuncium, poſt inſecutarum.

§. 10. *De ſingularibus quibusdam homines commonefacit.* v.g. Terræmotus tempore Chriſti paſſi de æterna ejus potentia & Deitate.

Item de vi & efficacia mortis Chriſti, apertis ſepulchris & redivivis corporibus, quæ terræ ſinu amplius contineri non poterant.

Cæterum ille, *tempore Chriſti paſſi*, *terræmotus* teſtatus quoque eſt de duritie Judæorum & ſævitia, de qua etiam ipſa terra teſtimonium perhibuit.

Chriſti reſurgentis triumpho terra motu gratulata eſt; & de Chriſti potentia, quia ſepulchro redivivus exceſſerat, teſtata eadem, nos aliquando è terræ gremio reſurrecturos.

De præſentia Dei in Eccleſia preces noſtras audientis. Act.4, 31. c.16, 25.26.

Multa mala cùm culpæ, tum pœnæ prædicit. v.g. Eccleſiæ perturbationes, afflictiones, Rerumpublicarum everſiones, &c. Vid. Matth. 24. v.2. Marci 13. v.8.9. Luc.21, 11. Apoc. 17. verſ. 18. 19.20.

Anno Chriſti 1298. *tempore Bonifacii octavi* qui ſextum decretalium evulgare auſus, hoc anno, & Jubilæum annum primus introduxit, anno 1300, horribilis terræmotus extitit: teſte Suffrido Platina in vita Bonifacii VII.

Terræmotus tempore Valentis Imperatoris. Vide vitam Athanaſii.

Trajani, apud Dionem in Ulpio Trajano.

§. 11. *Subjectum eſt terra*, ſive montoſa, ſive plana, utrobiq; namq; pollet Dei vis & potentia. Corte Ferraria urbs Italiæ nobiliſſima, æqualis campi Felix, horrendo motu concuſſa 1570 die 17. Nov. totius anni ſpatio, cum inſigni ædificiorum jactura. Tremor terræ ſecutus etiam aciem commiſſam; Florus l.11. c.6. Hiſt.

Ægyptum nunquam tremuisse, autor est Senec.l.6. c.26. nat.quæst.Civitate Amaseâ ingenti terræ motu concussa,inconcussum duntaxat mansit templum, cujus fundamenta jecerat Gregorius Thaumaturgus: teste Gregorio Nysseno in vita Gregorii hujus.

Adjuncta terræ. Inventio terrarum novarum. Vid. p.365. Meiger.in Nucl. Histor.

Pollutio Levit.19,29. Ps.106,38. scortatione nempe & sanguine. Deut.18,25.

Fertilitas. Exempla vid. ap.Meiger.p.422. in Nucl. Histor.

In terra & mari mutationes efficit terræmotus, nempe *ædificiorum subversionem.*

Montium scissionem. Mons Casius concussus est tempore Trajani,ut cacumen ejus nutans oppressionem subjectis urbibus minari videretur.

Alii montes subsedere. Dion. in Trajano. an.1584. Mons quidam in ditione Bernatum, motu violento alios montes superans, pagum 90. familias habentem totum oppressit: exceptâ dimidiâ domo, in qua paterfamilias cum uxore & liberis in genua provolutis Deû fuerat veniam indulgentiamque precatus. Confer Plin. l. 2. c. 38.

Alveorum maris & fluminum variationem.

Species terræmotus.

§.12. Aristoteles in libello de mundo recenset septem Species. 1. est ἐπικλίντης inclinatio, Plinius vocat ruinam. Hoc motu urbes prosternuntur, flumina avertuntur.

2.βραστὴ fervescens sursum,pulsus agitatio: quo Friburgum Brisgojæ concussum 1509.

3. χασματίας hiatus terræ dehiscentis. Ita Cyllene concussa est.

4. Φρυακτὴς Ruptor, cum terra subsidet.

5. ὤστης Trusor, pulsor, qui uno impulsu omnia evertit.

6. παλματίας Concussor, vibratio est terræ, instar hastæ jactata vel tremor.

7. Μυκητίας mugitus, cum valido sono terra concutitur.

Terra multa hominibus commoda præstat.

§.13. *Requiem* enim & basin præbet: nec enim cum avibus volare, nec piscium instar natare in aquis possumus. Terræ igitur innitimur, terram terimus: quæ navis instar aut insulæ, aquis innititur eisq; supernatat.Ps.24,12.Act.17.

Monet de origine nostra: ex terra enim sumus: de corruptione nostra; terra enim erimus aliquando. Gen.3. de peccato, ob quod terra maledicta.

Veraq; humilitate: Quid enim se homo effert? Terra est Sir. 10.

Exilio in his terris: Si enim mundus non patitur te vivere in hac, in aliam fuge terram.

Mortalitate: Pedibus enim terram calcamus olim nobis dormitorio futuram. 2. Sam. 14. cœlo aperto cum Stephano.Act.7.

Resurrectione: Job.19. Scio quod Redemptor meus vivit, & suscitabit me de pulvere. Chrysost.hom.30. de Gen. Patriam tibi & nutricem & matrem, & mensam, & domum posuit terram Deus, sed & tibi sepulchrum hanc eandem dedit,Hæc Chrysost. optimè quidem. Patria quidem terra est, sed transiens: nutrix est,sed corporalis: mater est ob ortû, qui peccato infectus est; mensa est ob cibum, quem corporalē exhibet; domus est, sed fragilis: 2. Cor.5.Sepulchrum,sed quod nos olim Christo reddet. Relictâ igitur terrâ, cœlum veram patriam,matrem,nutricem,mensam suspiremus.

Christi λύτρω: Is enim se in pulverem terræ abjici ac sepeliri voluit, ut nos redivivos morte suâ educeret terrâ.

Quiete in morte: Ea in terris est reposita.

Sorte durâ reproborum: Qui in terra scripti sunt Ps.68. Jer. 17. Electorum felicissimâ, quorum nomina in cœlis scripta sunt.

Pietate: In terraenim versantes,è terra quotidiè petamus panem à Deo nostro.Matth.6.

Obedientiâ: Matth.6. petimus, fiat voluntas tua, ut in cœlo sic & in terra.

§.14. *Summa Dei bonitate*, quâ è terris res homini utilissimas producit: Est enim terra hortus Dei in quo vegetabilia.

Omnipotentiâ: Nam terram super maria fundavit,Ps.24,1.2. at quale fundamen aquæ? expandit super aquas eandem Ps.135,6. ut in his consistat. 2.Pet.3,5. nec subsidat, cum sit gravissimum corpus. Job.38,5.6.Esa.40. v.12. quod agnoscit quoque summè mirandum esse Arist. l.2. c.3. de cœlo §. Τάχα, &c. Conf. Job.26,7. Ps.93,1. & 104,5. Esa.42,5.

Veritate Dei in promissis. Esa. 66,12. Hæc & alia plura consideremus & attentis mentibus perpendamus verba D. Hieronymi in c.1. Esa. Audi terra verbum Domini. Terra,quia de terra es: terra, quia terrena sapis: terra quia in terram reverteris; & nisi pœnitentiam egeris in inferni terrâ ardebis.

Thesaurarium Dei, in quo metalla.

Gemmarium, in quo Gemmæ, & lapides pretiosi.

CancellariaDei: non est vel minima herba, quæ Dei imaginem non referat: cura creatoris ac bonitate ejusdem in apricum ducta.

Schola providentiæ. Si enim Deus gramen ita vestit: Quantò magis,&c. c.Matth.6.

Cella Dei. Vinum enim producit & panem Ps. 104. & aquas ad sitim animantium omnium sedandam.

Terra consistit in aquis.

§.15. 2. Pet. 3. Deus enim terram super aquas fundavit. Psal.24,2. 1. Quia sine fulcris subsistit. V. epist.Luth. ad Philip.Melancht.in Comitiis August.hærentem. 2. Quia natat velut in aquis. 3. Prominet aquis. 4.Prohibet Deus, ne maris fluctus terram adobruant.

Reservatur ad ignem 2.Pet.3,10. ut comburatur Ps.102, 26.27. Luc.21, 22.

Contaminatur peccatis. V. *peccati effectus.* Atque hæc peccata terram premunt. Esa. 24. per tot. Et terra peccata aperit Esa.26,27.

TERRENA. *V. Felicitas. V. Charitas. Thesaurus.*

TERRICULAMENTA. *V. Spectra.*

TERROR.

§.1. Multiplex est in sacris literis, deque variis subjectis dicitur.

Deus terribilis non semel prædicatur esse, nempe *ob clementiam & bonitatem.* Exod. 15, 11. terribilis atque laudabilis faciens, &c. Psal. 89, 8. Jer. 33, 9.

Justitiam erga peccata: Exod. 14, 24. 25. Psal. 2. In indignatione perterrefaciet. Orat. Manass. Deum vocat terribilem. 1. Thessal. 1. v. 7. 8. ob adventum Deuter. 10. personam non accipit. cap. 28, 66. 67. cap. 32, 25. Psal. 25. Esa. 10. confringet.

Omniscientem gubernationem. Psal. 65. atque omnipotentem. Psal. 66, 5. Jacob. 2. Dæmones contremiscunt. Exod. 23. v. 27. *& omnipotentem;* cum sopitis Tyrannis tandem per Constantinum pacem Ecclesiæ reddidit: & afflictæ, nostro ævo, Germaniæ.

Huc *terror Panicus*, de quo 1. Sam. 14, 15. 2. Sam. 6, 9. 10. 2. Reg. 7, 6. 7. 2. Chron. 14, 18. c. 17, 10. c. 20, 29. Neh. 6, 16. Esth. 8, 17. c. 9. 2. 3. Ps. 105, 38. Esa. 17, 14. c. 19, 16. 17. c. 30, 31. c. 31, 9. Deut. 11, 25. Gallienus filius Valeriani paternis cladibus territus pro Christianis edicta promulgavit. Baron. tom. 2. fol. 635.

§. 2. *Castigatio piorum terribilis.* Vide Gen. 15, 12. Abrahamum invasit terror, qui notat. 1. Abrahami tentationem. 2. populi Israël futuram afflictionem. 3. tristium & lætorum mixtionem: 4. elationem ob tam amplas revelationes esse fugiendam, ut 2. Cor. 12. 5. prægustandas esse amaritudines prius, quàm vitam æternam ingrediamur. Sic quoque Gen. 28. Jacob territus, visâ scalâ. Fratres Josephi non semel territi gerunt imaginem piorum, Gen. 42. v. 28. qui variis afflictionibus terrentur, exercentur, Psal. 88, 5. 6. Exemplo Abrahami Gen. 15. Job. 30, 15. Davidis Ps. 18. Torrentes Belial. Discipulorum Joh. 14, 1.

Homo terribilis. Activè, si videlicet terreat corporaliter: v. g. Tyranni terribiles, imagine bestiæ illius significati Dan. 7. Conf. Ezech. 32. v. 23. 24. 27. 32.

Tonitru, vel Ecclipsis. Vid. Theat. Zwing. fol. 94. b. Cajus Cæsar ad tonitrua lecto se abscondit, caput peplo involvit.

Ostenta, Zwinger. fol. 1383.

Absconditus quidam terror militum & equorum. Zwing. fol. 92. 93. Theatr. §. Fuere Scriptor.

Spiritualiter: Sic Ecclesia est terribilis Ps. 68, 14. acies castrorum. Cantic. 6. terribilis ut acies. Gen. 28. locus terribilis ob præsentiam & manifestationem Dei.

§. 3. *Homo terribilis passivè:* Si nempe terreatur ab alio principio, puta à mala conscientia. Job. 15, 21. Sonitus terroris in auribus ejus Levit. 26. sonitus folii Esther. 7, 16. Nero paulò ante mortem, visus est sibi, videre animas eorum, quos ipse occiderat, ipsi acerrimè resistentes. Crescentius Legatus Rom. paulò ante mortē, cane territus. Sic Brutus viso terribili, cujus verba: Hodiè me Philippis videbis.

Simile: Ut Melancholia, niger humor phantasiam lædit, & tristia quævis ingerit: sic mala conscientia tristibus cogitationibus animum imbuit.

Peccato: Deut. 28, 65. Psal. 6, 3. 4. Esa. 33, 14. Hic terror sedandus memoriâ vulnerum Domini Jesu. Bernhardus: Turbabor, sed non perturbabor, quia vulnerum Domini recordabor.

Lege, & peccatis. Vide Luther. tom. 4. Witteberg. f. 218. a. Germ. ab init. Exod. 20. v. 18 19. 1. Sam. 16, 4. c. 28, 20. Jerem. 36, 16. Eum terrorem sustulit Jesus, legi satisfaciens Rom. 8. v. 1. 2. 3. Psal. 22, 2. Visione angeli cædentis 1. Chron. 22.

§. 4. Persecutione Diaboli: Ps. 18, 5. Ps. 31, 4. Ps. 55, 5. Psal. 64, 2. Cogita Deum tibi adesse, qui modum tentationi imponet, & Diabolum profligabit 1. Cor. 10, 13. Jac. 5. Sap. 17, 3.

Calamitate: Exod. 12, 35. 1. Sam. 15, 37. Jer. 14, 20. c. 30, 5. c. 46, 5. c. 48, 1. 39. 43. 44. 46. cap. 49, 29. Thren. 2, 22. Joel. 2, 11. 31. Prov. 1, 33. Exemplo Gallieni de quo paulò ante.

Hostibus: Esa. 7. Deut. 1. territi Israëlitæ Exod. 14, 10. Jos. 2, 9. 1. Sam. 17, 11. Esa. 20, 5. cap. 21, 34. c. 24, 17. 18. Jerem. 6, 25. c. 8, 15. c. 15, 8. Jos. 9. Gabaonitæ. Habac. 1, 7. cap. 2, 17. Sophon. 2, 11. 1. Pet. 3, 14.

Somno: Job. 4, 14. 15.

Tentatione v. g. cum *Deus se occulit* Ps. 88, 16. Psalm. 31. Psal. 104, v. 29. & afflictas piorum mentes.

Perterrefacit. Job. 6, 4. c. 30, 15. 16. 21. cap. 9. v. 34. cap. 13, 21. Jerem. 17, 17. tribulationibus: Vide Luther. tom. 4. Witteberg. Germ. fol. 218. a. ab init.

Patefacit. Exod. 3, 6. c. 20, 18. 19. Judic. 6, 22. c. 13, 22. Deut. 10, 17. Job. 6, 4. Esa. 2, 10. Atque huc referendæ patefactiones Angelorum, quibus homines sancti non leviter perculsi sunt: adde quoque & impii 2. Maccab. 3, 24. 25. Luc. 1, 12. 29. Act. 10, 4. Dan. 10.

Occulte corda movet 1. Sam. 11, 7.

Pœnas immittit 2. Chron. 15, 6.

Vel Diabolus persequitur. Vide paulò ante.

Vel hostes. ibid.

Vel Rex terret Prov. 20, 2.

Signis & ostentis. Sap. 17, 3. Matth. 27, 54. Marc. 9, 5, Apoc. 11, 13. Lege & suppliciis. Sic Gad terruit Davidem 1. Chron. 22.

Miraculis & insolitis rebus. Luc. 4, 36. c. 5, 9. c. 24, 5. 22. 37.

Dissuadet verò terrorem Dominus.

§. 5. Esa. 8. v. 12. 13. c. 44, 8. cap. 51, 13. c. 54, 14. Jerem. 10, 2. Matth. 24, 6. Philip. 1, 28. 2. Thess. 2, 1. 2. 1. Pet. 3, 14.

Ei quoque *opponenda sunt solatia*

1. A Dei bonitate & misericordia.
2. A blando patris nomine.
3. A promissione, Deum nolle irasci. Esa. 54. cap. 57.
4. A Christi redemptione, quâ Pater placatus est.
5. A Christi monitione. Joh. 14. Non turbetur cor vestrum. Esa. 41. Ne timeas adsum tibi.

TESTA.

Notat vastationem Jer. 19. v. 1. 2.

TESTAMENTUM.

Fœdus DEI Eſa. 59. verſ. 20.

§. 1. Notatio : à teſtando nomen habet: Quidam quaſi teſtatio mentis ; ſed hæc alluſio magis eſt ad rem, quam nominis notatio. Ulpian. Eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem fieri volet.

Homonymia.

1. Accipitur *pro quovis fœdere* : διαθήκη enim vox Græca & pro fœdere, & pro teſtamento uſurpatur & promiſſione. Pſ. 105, 45.

2. *Notat fœdus morte teſtatoris confirmatum*; Et hoc eſt novum Teſtamentum, Heb. 9, 16.

3. *Fœdus adhuc confirmandum* : Et ejuſmodi fœdus eſt illud gratiæ ſub V. Teſtamento.

4. *Fœdus quodlibet* : Hoc ſenſu etiam legis pactio fœdus dicitur Hebr. 8, 24.

5. *Codicillos vel librum*, in quo conſignata eſt teſtatoris voluntas, 2. Cor. 3. Sic V. Teſtamentum occultum Judæis.

6. *Aliquando notat totum fœdus gratiæ*, quod inde à primo Evangelio duravit, porroque durabit ad finem mundi. 1. Cor. 11. donec Dominus veniet.

7. *Aliquando verò partialiter notat bonum teſtamentarium*; v. g. Corpus & ſanguinem Domini JESU CHRISTI : Vel ipſam rem teſtatam; nempe gratuitam remiſſionem peccatorum & vitam ipſam. Illud tamen bonum teſtamentarium ſimul quoque eſt ſigillum Teſtamenti gratiæ , quatenus CHRISTUS nobis per ſuum corpus & ſanguinem omnia beneficia ceu rem teſtatam confert, applicat, & obſignat.

Dei Teſtamentum.

§. 2. *Duplex I. Evangelicum de Chriſto*, vel *exhibendo* Gen. 3, 16. c. 12, 23. vel *exhibito*. Luc. 1, 72. Zacharias de fœdere DEI loquitur cum Patribus pacto, & jam conſummato Gen. 22, 6. Jer. 31, 33. Heb. 6, 13.

II. *Legale*, quod pactum eſt ſuper obedientiâ plena legi præſtanda Exod. 24.

Cauſa efficiens fœderis gratiæ eſt Deus miſericors & omnipotens Gen. 17, 1. 2. 3. Abrahamo, ejuſque ſemini Gen. 15, 17. Act. 2, 39. c. 3, 15. Rom. 4, 16. 23. c. 9, 7. 8. Galat. 3, 28. 29. Adamo hoc fœdus revelans Gen. 3, 16. c. 12. & gratiam promittens, Rom. 4, 16. Galat. 3, 17. Hebr. 6, 13. & utrumque ſuâ gratiâ præveniens. Non enim ex meritis datur, Deut. 4, 31. c. 7, 7. c. 9, 4. ſed gratiâ Luc. 1, 54. 55. 72.

Recipiens eſt fides : Gen. 15. Credidit Abraham Deo Gen. 15. v. 6. Rom. 4, 3. 22. Galat. 3, 6. 14. 22.

Promerens eſt Chriſtus; Galat. 3. Semen illud: Non opera legis, Gal. 5. Hebr. 9. Mediator Teſtamenti.

Materia teſtamenti eſt juſtitia in Chriſto. Hæc enim res eſt, quæ nobis donatur, Rom. 8, 3. ut fieremus juſtitia Dei.

Benedictio, Geneſ. 3. verſ. 14. hoc eſt à maledictione liberatio, Geneſ. 15. verſ. 6. c. 22, 17. 18. Actorum 2, 38. 39. cap. 3, 25. Roman. 4. verſ. 3. Heb. 6, 14.

Vox fœderis ambigua eſt.

§. 3. 1. *In genere etiam cum rebus creatis* fœdus iniiſſe Dominus dicitur, Geneſ. 9. verſ. 9. 10.

2. *Gratuitam notat promiſſionem* erga fideles Galat. 3, 16. 17.

3. *Noſtram fidem.*

4. Signum *fœderi additum*, Geneſ. 17. verſ. 10. & 13.

In ſcripturis fœdus & Teſtamentum conjunguntur : ut dici poſſet Teſtamento-fœdus.

Media cauſa vel mediator fœderis eſt Chriſtus ſolus Gal. 3. 1. Tim. 2, 5. Malach. 3. Angelus fœderis. Heb. 8, 6. c. 9, 15.

Moriendo pro nobis.

Obſignando Teſtamentum ſuo ſanguine, Heb. 8, 6.

Orando pro nobis Rom. 8, 3. 1. Joh. 2, 1.

Reconciliando, 2. Cor. 5, 19.

Efficaciter operando in nobis per Spiritum, Gal. 3, 8. c. 4. miſit Spiritum filii ſui.

§. 4. *Subjectum* : omnes gentes Gen. 22, 18. Act. 3, 25. Gal. 3, 8.

Etiam infantes: Gen. 17. Ero Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Matth. 19, 14. Sinite parvulos ad me venire. Comprehenſi ſunt quoque ſub ſemine Abrahæ Act. 2, 39. Gal. 3. cui facta eſt promiſſio in patre Abraham. Huc 1. Cor. 7. filii veſtri ſunt ſancti Ezech. 16. Act. 3, 25.

Nov. Teſtamentum aperit Teſtamentum vetus : Chriſto in monte transfigurato apparuerunt Moſes & Elias. Hi notant Prophetas: hi apparuerunt promiſſionibus de CHRISTO impletis, 1. Pet. 1. Luc. 24. hoc eſt per Evangelium in quo clarificatus ille CHRISTUS prædicatus eſt 1. Pet. 1, 12.

Datur quoque recto ſenſu

Triplex *Teſtamentum* I. Adami & Abrahami, Gen. 3, 16. c. 12. c. 15. c. 22.

II. *Moſis*, Exod. 24. Gal. 3.

III. *CHRISTI*, Matth. 26. Hebr. 8, 6.

Adjuncta.

§. 5. *Confirmatio ejus per mortem* Teſtatoris, Heb. 9. v. 16. 17. nempe Chriſti; quæ multis facta eſt modis. Cornel. à Lapide fol. 1357. b. a. 2. in Danielem.

Solida firmitas juramento confirmata Pſal. 110. Juravit Dominus & non pœnitebit eum. Heb. 6. Gen. 22, 16. Gen. 17, 7. Eſa. 54, 8. 9. Luc. 1, 54. 57. 72. 73.

In Chriſto fundata : Luc. 1. verſ. 72. Galat. 3. verſ. 16. 17.

Sigillis communita, Geneſ. 17. verſu 10. 11. 13. Hebr. 6. verſ. 13. in utroque Teſtamento & in Veteri quidem ſacrificiis Gen. 4, 3. 4. ſignis Gen. 9, 13. Circumciſione Gen. 17. agno paſchali Exod. 12.

Acceſſio legis ſupervenientis, Gal. 3. Subintravit Lex.

Contemptus: qui fit, si hoc testamentum Evangelicum cum Galatis contemnamus, Galat. 3.

Antiquitas. Est enim Evangelii Testamentum longè ante legem datum Adamo, Abrahamo. Gal. 3.

§. 6. *Testamentum liberalissimum.* Legavit enim Deus omnia bona cœlestia, Ephes. 1. vers. 3. omnem benedictionem, vivificationem Eph. 2,5. gratiam 1. Cor. 1, 4. 5. Non aurum, vel auream suppellectilem, ut olim Carolus M. (Aventinus lib. quart. Annalium Bojorum folio 222.) maximam partem opum post mortem, triennio ante, pauperibus testamento legavit.

Constans testamentum, quod non aboletur (sicut humana testamenta aliquando aboleri possunt. Vide Fulgos. lib. 7. c. 7.) Ps. 89. v. 35. Esaiæ 54. c. 55. Gen. 9, 13.

Ditissimum.

Vere Regium.

§. 7. *Officia nostra circa Deum testatorem, & ejus Testamentum præcipua sunt:*

Amare Deum bonum & misericordem erga nos, qui cœlestia bona nobis legavit.

Christum, qui bona Testamenti suo sanguine nobis est promeritus.

Honorare eundem jugi observantia Deum nostrum.

Gratis animis recordari sæpissimè Testamenti divini.

Non contemnere Testamentum cum Epicureis in verbo oblatum, in Sacramentis collatum.

Non addere Testamento aliquid, quod faciunt Justitiarii, qui per bona opera salvari se posse existimant. Gal. 3, 15.

Non addere traditiones non scriptas.

Non falsare testamentum, bona ex eo tollendo: v. g. Gratiam Dei universalem, meritum CHRISTI universale: Corpus & Sanguinem Domini, ut Calviniani.

Non dubitare de fœdere Dei, an sis in gratia: Ecce gratiam tibi offert Deus.

Non deficere à testamento DEI, ut Israëlitæ, Exod. 32. Num. 20, 10. 1. Cor. 10, 5. Matth. 11. Væ tibi Chorazim. Judæi hodierni: Ecclesiæ Asiaticæ.

Omnes qui Deum verè non agnoscunt, ut Turcæ, Tartari, Judæi, Solimani.

Colere non debemus Deum juxta cor nostrum, sed prout se revelavit in fœdere suo.

Gratias semper agere Deo.

§. 8. *Novum præstat Veteri.*

Regio Elementaris obnoxia est variis affectionibus, mutationibus, vicissitudinibus, impressionibus meteorologicis: At cœlestis Regio non item; habet solem ipsum; non est subjecta tenebris. Ita Novum Testamentum habet ipsum solem, tenebras fugat, Rom. 13. & umbras, corpore præsente Col. 2. Vetus autem Testamentum umbras habebat, sacrificia & typos varios, Hebr. 10. v. 1.

Charitate lucere debet. Synagoga V. Testamenti fundata fuit ab una fraternitate, nempe Mosis & Aaronis. At Ecclesia fundatur Ephes. 2. in duabus fraternitatibus Matth. 4. Petri & Andreæ, Jacobi & Johannis.

Vespera est Vetus Testamentum.

§. 9. Novum vero mane est lætum, gaudium nobis reddens, orto sole Justitiæ JESU CHRISTO Mal. 4. eoque ex mortuis redivivo Rom. 14. vers. ultim.

Nubes tenebricosa Vetus, sed novum Testamentum nubes lucida Matth. 17.

Mons igneus, Heb. 12, 18. Exod. 19. Igneam vim V. Testamenti Deique iram contra peccatores significabat.

Pactum servitutis, Rom. 8. vers. 17. Gal. 4, 22. sed Novum Testamentum est pactum libertatis.

Velo olim tegebatur Sanctum, Exod. 26. vers. primo.

Notatur V. Testamenti *obscuritas*, umbram futurorum bonorum habentis, Coloss. 2, 18. Hebr. 10, 1.

Dura erat militia in eodem, nempe sub spe futuri Messiæ, Esaiæ 40. vers. 1. Expediit hanc Messias præsens militiam.

Discrimen Veteris & novi Testamenti est substantiale. Nam V. Testamenti substantia in obedientia legi rigorosè præstanda sita fuit, Exod. vigesimoquarto. Leges ceremoniales verò erant Typi Messiæ satisfacturi pro nobis. Vide D. Franz. in Dedic. Scholæ Sacrificiorum: Quatenus vero *onerosi* actus, ad V. Testamentum.

§. 10. *Testamentum Hominis.*

Non est spernendum, Gal. 3.

Eo non abutendum ad proximi suppressionem. Erat Leontio cuidam Atheniensi Philosopho filia nomine Athenais, à patre erudita: hanc præcognovit pater splendidam futuram: ideoq; centum modò aureos legavit ei; filios ex asse hæredes instituit. Exigitur Athenais paternis ædibus, quæ à matertera Constantinopolim ducitur. Exponitur causa Pulcheriæ Augustæ Theodosii Junioris sorori. Hæc capta ingenio & formâ puellæ, in filiam eandem sibi arrogat, fratri despondet, per Atticum Episcopum baptisari jubet: quæ postea Augusta appellata fuit, mutato nomine Eudocia. Zonaras Tomo tertio Annal. Nicephor. lib. 14. c. 22. 23. Tripartit. lib. 11. c. 17. Socrates libro 3. capite 21. Paulus Diacon. libro 14. &c.

Non captandum: Tertullianus libro de Patientia sub finem dicit ejusmodi homines aucupari orbitates. Confer Juvenal. Satyr. X. *Aruntius & Aterius* à Seneca libro sexto de Beneficiis perstringuntur hujus avaritiæ nomine.

§. 11. Testamentum duodecim Prophetarum: quod est Tom. 3. Biblioth. Patrum: suspectus liber est Cornelio à Lapid. in caput 49. Genes.

Humanum: Quid sit de jure, &c. Vide JCtos & Wolffium in 2. Reg. 20. commentar. Varium & multiplex, cujus exempla recenset novem Drexel. Tractat. 2. §. 10. pagina 168.

TESTIMONIUM.
TESTIS.

§. 1. *Testimonium Dei* de Filio 1. Johan. 5. huic credendum. Ibid. Ps. 81, 9.

2. *Spiritus S.* fundatur in verbo ipso: Es. 59. *Spiritus meus, qui est in te, & verba quæ posui in ore tuo. &c.* Et prædicatio Evangelii testimonium dicitur, & hujus prædicatores testes, Actorum 4, 33. c. 10, 41. Joh. 15, 27. 1. Johan. 5, 9. cap. 1. v. 1. 2.

3. *Pii & Fidelis:* quod sentit in corde per Spiritum sanctum, Rom. 8. in solo verbo fundatum.

4. Est *Ecclesiæ*, & est externum de S. Scripturâ: per hoc, non ob hoc, credimus. V. Disquis. de Autor. Scripturæ.

5. *Aliud Ecclesiæ Apostolicæ*, aliud *Præsentis.*

6. *Aliud historicum:* sic Ecclesia testatur hoc Evangelium esse Matthæi: aliud dogmaticum; scilicet hoc esse divinum Evangelium, quod etiam ex internis κριτηρίοις ipsius Scripturæ dignoscitur. Vide sis, Disquisition. *gemin. de Autoritate scripturæ.*

7. *Necessarium* aliud, aliud *non necessarium.* Ita CHRISTUS accepit testimonium à Johanne: cum satis de seipso & filius & pater essent testati. 1. Joh. 5.

8. *Domesticum & privatum*, si non adjuvetur aliis adminiculis, non valet. lib. 5. C. de Probationibus.

§. 2. 9. *Testimonium hominis* est testis dictum, sive contestatio veritatis asserendæ ergò facta, sed ritè.

Huc Testimonium eorum, qui sub Papatu vixerunt: Vide Lectiones Wolffii memorabiles.

10. *Proprium* testimonium est oculati, qui oculis vidit id, de quo testatus est.

Testimonium creaturarum contra impios, Deut. 4, 26. cap. 32. Esaiæ 1.

Testimonium Adversarii, è vi veritatis profectum, magni est valoris. Conf. infrà hoc Titulo. num. 6. Vide Baron. Tom. 2. fol. 835. n. 50. Bellarm. lib. 3. c. 1. de verbo Dei. §. Accedit postremò. lib. 4. c. 16. de Notis Eccles. §. Tanta est vis. Et tom. 6. oper. conc. 4. de verit. cathol. §. veritatis. Salmero in Rom. 5. disp. 51. §. At quoniam. Greg. de Val. lib. 1. de Unit. & Trin. §. Omnibus penè in opusc.

11. *Testimonium S. Joh. Baptistæ:* Vide supra Tit. *Johannes.*

12. *Conscientiæ* Testimonium, Rom. 2, 15. 2. Cor. 1, 12. Act. 24, 16. Job 27. 6. 1. Joh. 3, 20.

13. *Vitæ piæ & inculpatæ:* Hæc enim de fide nostra testari debet, quæ per charitatem est efficax Galat. 5. Sicut opera de Christo testimonium perhibuerunt, Joh. 5, 36. Matt. 11. v. 2. Luc. 24, 19. Joh. 10, 25. 32. cap. 14, 11. cap. 15, 24. cap. 9, 37. Ita & de nobis, ut ambulemus sicut Christus 1. Joh. 1, 6.

Tria Testis requisita.

§. 3. 1. *Scientia*, ut sciat veritatem: Johann. 3. v. 2. Matth. 22, 16.

2. *Candor & bonitas*, ut aperiat veritatem: Matth. 22, 16. non curas quemque.

3. *Autoritas*, ut sit omni exceptione major. Tales testes Apostoli fuerunt, omni exceptione majores.

Verax sit testis, Prov. 14, 5. non mentiatur: Ut eripiat vitam Proverb. 14. v. 25. testis verax.

Veracitas hæc præcepta Zach. 8. vers. 16, 19. Ephes. 4, 25. c. 6, 14.

Præmia ejus: Ps. 15, 2. *Loquitur veritatem in corde suo.*

Dignitas: Est enim pars imaginis Dei Eph. 4, 24. dicere & amare veritatem. Itaque testis sit

Non falsus, sed, ut supra dictum, verus, candidus, Prov. 24, 29 c. 19, 5. Exod. 23, 1. Non jungas manum &c. Exod. 20. *Non loqueris testimonium falsum.* 1. Reg. 21. Deut. 23, 1. 2. 7. prohibet *falsum testimonium* seu rumorem assumere: jubet à sermone falso recedere, Ephes. 4. v. 5.

Decipit: Proverb. 14, 25. *Dolosus mendacia loquitur.*

Similis est hastæ, gladio, sagittæ, Proverb. 25. v. 18.

§. 4. *Pœnæ & supplicia falsorum testium:* Confer quoque *Accusatio falsa* suprà.

Pœnam Dei sentient, Proverb. 19, 5. Ps. 35, 11. Eam non evadent, ibid.

Pœnam talionis sentiat: Reddatur ei, sicut fratri facere cogitabat, Deuteronom. 19. versu 16.

Odio est Deo: Proverb. 6. Mendacem linguam & testem mendacem odit Dominus. Proverb. 19. Mendax testis non erit impunitus. Testis mendax peribit. c. 21.

Romani olim falsos testes de Saxo Tarpejo præcipitabant. Gellius lib. 20. cap. 11. Noctium Atticar.

Exempla: 1. Sam. 22, 9. Doëg. 2. Sam. 15. Absolon. 2. Regum 16, 3. 3. Reg. 21, 13. adversarii Nabothi. Dan. 6. v. 12. Matth. 26. v. 61. 62. Actorum 6, 14. Esth. 5. Haman. Amos. 7. *Amasia* 2. Sam. 16. Siba Dan. 13. v. 36. Calumniatores Christianorum olim, omnes falsi testes.

Pœnæ.

§. 5. Oleo ferventi eos olim necabant Helvetii. J. Stumpffius lib. 7. Helvetiæ.

Perfidus in testimonio. Hujus si vis Exempla vide apud Zwingerum folio 3553.

De Deo falsò quis testatur: 1. Qui negat de Deo, id quod verum est. 2. Qui tribuit Deo, quod falsum est. 3. Qui malum, quod Deo tribuitur, laudat. 4. Bonum verò vituperat.

Unius testis vox de seipso sufficit: v. gr. Amalekita ille asserens, Saulem manu ipsius interiisse, jure à Davide cæsus est 2. Sam. 1. v. 6. Excipe, nisi fortè extorta sit confessio: nisi fortè alia ratio convincat, & testificationi pondus addat.

Non valet de alio. Hinc in ore duorum vel trium testium consistit omne verum. Vide Deut. 17, 6. c. 19, 15. Numer. 35. vers. 30. Matth. 18, 16.

Sunt tamen & plures testes considerandi, an sint legitimi, an subornati, an conspirent in unum mendacium. C. 4. q. 3. Dignitas, fides, mores, gravitas in testibus examinanda est, & audiendi non sunt, qui adversus fidem testificationis suæ vacillant.

Conspirant enim aliquando in unum falsi testes: ut 1. Reg. 21, 13. Matth. 26, 60. Sozomen. lib. 2. c. 22. contra Athanas. Illi, qui Narcissum olim accusarunt.

§. 6. *Testimonio inimici non creditur.* Gloss. cap. 3. q. 5. C. Accusat. C. per tuas, & ibi Gloss. in verbo Inimicitias cap. Extr. de Simonia. Qualis vero illa sit *inimicitia* exponit Camerar. Part. 1. c. 91. Hor. Subcis. *Confessio verò inimici* propria plurimum valet: Irenæus (teste Eusebio libr. 5. capite 8. histor. Eccles.) Marcionem è Marcione confutare se velle promisit. Idem fecit *Miltiades* adversus Montanum (Eusebius lib. 1. c. 16. histor.) Basilius adv. Eunomium. Augustin. adv. Manichæos. Vid. Origenem homil. 9. in Numer. Gregor. Nazianz. Orat. in laudem Basilii.

Falsi testes exosi Ethnicis.

Juvenal. Satyr. 8.

ambiguæ si quando citabere testis
Incertæq; rei, Phalaris licet imperet, ut sis
Falsus, & admoto dictet perjuria tauro,
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam vivendi perdere causas.

Testis testari debet

§. 7. (1) Vocatus à Judice. (2) Aliquando non sit vocatus: v. gr. si sciat in perniciem conspirari publicam à malis, aut contra tertiam personam.

Peccati falsi testis.

Isidor. de summo bono: Testis falsidicus *tribus est personis* obnoxius: Primùm quidem *Deo*, quem perjurando contemnit: consequenter *Judici*, quem mentiendo fallit. *Postremò innocenti*, quem mentiendo lædit. Itaque *debemus Considerare*, quàm gravis sit res de proximo testari. Hinc sanxit Dominus, ut testes primò manus ad supplicium fonti inferendum accommodarent, ut doceret Dominus, linguam tam verè testari debere, quàm justè posset manus inferri. Deut. 13, 9.

§. 8. *Omnem falsitatem cavere.* Nam qui falsò testatur, peccat

1. *In Deum* qui est fons veritatis, Osor falsitatis Psal. 5. v. 5. *Odisti omnes operantes iniquitatem.*

2. *In Justitiam,* & veritatem ipsam, & lucem, omnibus tenebras inferre moliens.

3. *In proximum,* quem lædit, mendaci lingua occidit, malo exemplo scandalisat.

4. *In semetipsum:* animam namque occidit Sap. 1, 8. 10. 11. *mentiendo: famam* interimit, sibi *infamiam* creando: *fidem* amittit: *pœnam* Dei sibi attrahit Prov. 19. & damnum, aliis paratum, ipsus incurrit, ut supra dictum.

5. In Judicem ipsum, Dei personam DEI jussu gerentem, & justitiæ præsidentem Sap. 6. v. 45. Committitur vero falsitas, si quis de verbis alicujus testatur alio, quàm quo pronunciata sunt sensu. v. g. Falsi testes, CHRISTI verba de templo referentes.

Testimonium Spiritus Sancti.

§. 9. De nostri filiatione includit plura, v. gr. ut sunt. 1. Amor ad perpetuò obediendum Deo.

2. Continua *Dei gubernatio* ac paterna, quâ ad bona opera dirigatur, ac à peccatis gravioribus custodiatur homo, cui testis est Spiritus Sanctus.

3. *Humilitas* juncta cum aliis virtutibus.

4. *Odium* ingens peccati ac zelus extirpandi illud, Basil. interrogat: 296. breviori.

Bernhardus de quadruplici modo orandi tria recenset signa ac testimonia filiationis.

1. Si surgas desiderio supernorum: Phil. 3. *Conversatio nostra &c.*

2. Si corpus à voluptatibus eleves. 1. Pet. 2. *abstinete* à carnalibus.

3. Si quæ retro sunt obliviscaris. Philip. 3. vers. 13.

Origenes verò docet sentiri hoc Spiritus Sancti testimonium, si

1. Deo per omnia obedientiam præstes.
2. Virtutes Christi per omnia exprimas.
3. Sacram Scripturam exerceas & ames.
4. Si te Spir. Sanctus ad precandum excitet.

Ex quibus omnibus sequitur sensus voluptatis cœlestis.

Vide Ambrosium Epist. 22. ad Orontium. D. Bernhard. sermone 2. de Annunciat. Augustin. serm. 6. de verbis Apostoli, & Bernhard. Epist. 107.

§. 10. Falsum testimonium non est dandum ei qui rem malè egit. Sic Christiani Syriano Præsidi testimonium denegabant, cum peteret, ut Christiani testarentur, quod nullum occidisset. Athanas. f. 856. B. C.

TETRARCHA.

Idem, qui Ethnarcha, Toparcha, Præses militaris provinciæ: In 3. Toparchias divisum Herodis Magni regnum, inter Archelaum, Antipam, Philippum. Matth. decimoquarto. vers. 1.

TEXTURA.

I. Vitæ brevis. Esai. 38, 12.

II. Bonorum operum, quæ piorum propria est.

III. Aranearum, quæ est avarorum, divitum, hæreticorum, impiorum.

THA-

THABOR. *Hebr.* תָּבוֹר.

Mons celebris, situs in tribu Zabulon versus austrum Ps. 89. v. 13. Jos. 9, 21. Judic. 4, 6. Hinc Proverb. *Sicut Thabor inter montes.* Vide Jerem. 46, 18. Egesippum lib. 4. c. 4. Joseph. lib. 4. c. 6. Hieronym. in Ose.

Creditur in eo Christus *glorificatus*. Matth. 17. v. 1. distante 14. milliarib. à Jerusalem.

Viridis semper arborum frontibus & herbis & floribus. Ponitur pro ipso occidente. Psal. 89. v. 13. quod ad occidentem Palestinæ foret situs. Alius Thabor mons in Galilæa superiori in tribu Naphtali ad campum Chasor in quo (ut alii volunt) Christus glorificatus. 2. Petr. 1, 18.

Porrò ille Thabor *fertilis*, ferisque insignis & avibus, quarum cantu loco conciliatur amœnitas. Adrichom. in Descriptione terræ Sanctæ.

Rotundus & æqualis omni ex parte.

Ose 5. fit ejus mentio. Notatur ibi summa idololatria, quâ capti sunt homines, sicut feræ & aves in monte Thabor; vel Tyrannis, quâ constituti sunt & hoc in mundo speculatores, qui Israëlitas prohiberent, ne ad urbem Jerusalem itarent, ad rem sacram Deo faciendam.

Torrens Gison fluit ad radices hujus montis, & petit lacum Gennesareth. Altitudinem putat Josephus esse triginta stadiorum. Vide Burchard. & Risnerum in descriptione terræ sanctæ.

THALMUD.

§. 1. Judæorum, describente Nauclero, volum. 1. Generat. 14. 5. circa hæc tempora, folio 510. Riveto in Isagog. Buxtorf. in caput 1. Synagogæ p. 476. 477. 480. 481. Neandro in Grammatic. *est Volumen plenum deliriis & blasphemiis Judaicis* (Vide P. Galatin. lib. 1. c. 2. 3. 4. 5. de A. C. V.) *contra fidem Christianam & religionem: continens omne jus divinum & humanum Judæorum.*

Partes ejus. 1. *Mischna*, quæ constat Thesibus & Aphorismis. Significat reiteratam lectionem.

2. *Gemara*, quæ continet explicationem textus, varias quæstiones & dubia, horumque decisiones: Buxtorf. in Lex. Rabbin. R. למד.

§. 2. *Refutatus & impugnatus* peculiari libro per Hieronym. de sanctâ fide, Judæorum conversorum non infimo.

Magistri ejus. Sammai, Hillel, Akibah, Joseph, Filii Asmonæorum, innumeri alii Rabbini. R. Asse & R. Hammai.

Tempus. Anno 150. post ultimam Hierosolymorum devastationem, Judæ Simonis filius glossas Rabbinorum, qui ante & post Christum scripserunt, congessit, quod volumen *Mischna* vocavit. Anno 300. post eandem vastationem Rabbi Johanam & collegæ Mischna & alia scripta congessit, quod Thalmud vocarunt Hierosolymitanum. Babylonicum vero anno CHRISTI 436. Babylone confectum à R. Asse & R. Hammai, quod absolvit R. Mayr. R. Asse filius.

Indices Tractatuum in Thalmud contentorum conscripsit Sixtus Senens. p. 144. seq. lib. 2. Biblioth. S.

Blasphemias in Christum. Ibid.

Contumelias in Sanctos. Ibid.

Mosen, superstitiones.

THAMUS.

I. *Adonis* Deus vini, sive Bacchus, Ezech. 8, 14. Luthero in margin. teste. Adonis, de eo vide Macrob. lib. 1. c. 26. Saturnal. Putat Prado fuisse Osirim, Regem & Deum Ægypti. Alii nomen hoc ab Hebræo אדון derivant quasi Adonai Oni Deus doloris.

II. Junius mensis dicitur quoque Thamus: Sebastianus Münster in Kalendario Hebræo.

THEATRUM. *vide Spectacula.*

THEOLOGIA.

§. 1. I. Vox Græca origine: compositione & derivatione ἀπὸ τοῦ θεολόγου, Vox hæc notat Theologum περὶ τοῦ θεοῦ λέγοντα, qui de Deo differit: καὶ περὶ τῶν θείων & de divinis rebus.

Lactantius libro de Ira Dei capite undecimo Græcos *Philosophos*, de Deo differentes, Theologos fuisse dictos memorat. Hoc sensu occurrit apud Platonem libro secundo Politicorum; Aristotelem sext. metaphys. capite primo. libro 11. cap. 7. libro 10. cap. 6. libro de Mundo capite primo. Plutarchum de defectu Oracul. Sueton. in vita Augusti.

Sic quoque Latini Philosophi dicti sunt Theologi, Augustin. lib. 6. cap. 5. lib. 8. cap. 1. de Civitate Dei. Cicero lib. 3. de Natura Deorum.

In Novo Testam. primus Johannes *Theologus est dictus.* Et Dionysius Areopagita de cœlesti Hierarchia cap. 13. Esaiam Prophetam Theologum vocat.

Greg. Nazianzenus hoc quoque nomine insignitus est, quod de mysterio S. Trinitatis disseruerit.

II. *Ambigua.*

§. 2. Notat. 1. *Sermonem* Dei activè, hoc est, quem Deus revelat.

2. *Sermonem de Deo nostrum.* Vide Augustinum libro octavo capite primo de Civitate Dei.

3. *Theologiam Ethnicam.*

Genus. Sapientia est Alstedio in Præcognit. Theologic.

Polanus lib. 1. cap. 13. de Syntagm. Jun. cap. 2. de Theolog.

Thomæ, Scoto & aliis: Aliis Scientia, nonnullis Prudentia; quibusdam doctrina; aliis habitus.

Causæ.

Efficiens est Deus revelans, ipseque Dei filius. Johann. 1. Ephes. tert. per Spiritum Sanctum. 1. Corinth. 12. versu tertio, Matth. 11. 27. Et verbum revelatum internum & externum.

Materia. 1. Ex qua, ſunt res & doctrinæ cœlitus patefactæ. 2. Circa quam, Deus, Angeli, homo.

Forma, eſt ipſa veritas divina, infallibilis, quæ ſola conſtituit Theologiam, eamque ab omnibus aliis ſcientiis & doctrinis diſtinguit.

Finis eſt 1. Dei gloria. Jerem. 9. v. 23. Johann. 17, 3.

2. Internus finis eſt fides: Joh. 20. Hæc ſcripta ſunt, ut credatis. Luc. 1, 76. Rom. 15, 4. 2. Timoth. 3, 16.

3. Externus eſt vita æterna: Joh. 20. Ut vitam habeatis.

§. 3. *Requiſita futuri Theologi.*

1. Orare diligenter, Sir. 38. Pſ. 119.

2. Animum *à cupiditatibus mundare*; ſicut oculos purgamus, rem accuratiùs inſpecturi. Vide Athanaſ. libro ſecundo de Incarnat. Domini.

3. *Meditari* eloquia Domini Pſalm. 1. die, nocte.

4. Tentationes ſufferre: *non tentatus qualia ſcit?*

De ſacris ſtudiis non deſerendis vide A. Hyper. part. prima Opuſculorum pagina 1. ſequent.

§. 4. III. *Diviſio.*

1. *Vera,* vel falſa.

2. *Chriſtiana,* Ethnica &c. De his latè Alſtedius libr. 1. Præcognit. Theolog. pag. 7. 8. ſequent.

3. *Judaica.* 4. *Turcica.* De hac vide Dionyſium Carthuſ. Richel. Et illâ vide Thalmud.

5. *Archetypa,* quæ eſt in ipſo Deo formaliter & eminenter. Is enim ſe novit perfectisſimè. Ectypa eſt illa revelata de DEO ſcientia.

6. *Scholaſtici* duplicem ſtatuunt Theologiam 1. Speculativam & 2. Practicam. Deinde triplicem ponunt Theologiam: 1. Unionis in CHRISTO, ut θεανθρώπῳ. 2. Viſionis, Spirituum in cœlis. 3. Revelationis, hominum in Eccleſia militanti.

§. 5. 7. *Naturalis*; quæ vel eſt Inſita, communis illa notitia de Deo, quam fruſtra negant Photiniani; vel Acquiſita, nata è contemplatione operum & creaturarum, Roman. 1, 20. Hebr. 11, 3. Neutra ſufficit ad ſalutem, ſed potius ambæ ſunt imperfectæ, lubricæ, ita, ut hac Theologiâ nemo ſalvetur. Confer Raimund. de Sabunde Theolog. naturalem, Venetiis 1581. form. 8. excuſam.

Supernaturalis, quæ in ſolis ſcripturis revelata eſt: & ad ſalutem efficax.

8. *Beatorum,* quæ eſt Theologia viſionis: *Viatorum,* ſive Theologia viæ, quæ nobis in hac vita communicatur. Differunt hæ inter ſe claritate, obſcuritate. 1. Corinth. 13. verſu duodecimo.

9. *Ethnica Theologia agit* 1. De Diis. 2. Dæmonibus, quæ fuit vel μαγία de pellendis; vel θεουργία de adjurandis Dæmonibus. Vide Euſebium libro 4. de præpar. Evangelicâ. Auguſtin. libro 6. c. 5. de Civit. Dei.

10. Varro in libris ſuis de antiquitatibus, (teſte Auguſtino lib. 6. c. 5. de Civitate Dei) ponit Theologiam, quam vocat μυθικὸν vel fabuloſum Poëtis frequentatum, φυσικὸν Phyſicis, πολιτικὸν ſacerdotibus Ethnicis commiſſum.

§. 6. *Adjuncta.* Veræ & cœleſtis Theologiæ eſt Antiquitas. Nam Moſes omnium antiquiſſimus Theologus. Vide Joſephum lib. 1. contra Appionem. Clement. Alexandr. libro 1. Stromat. Lactant. lib. 4. cap. 5. Inſtitut. divinarum. Auguſtin. libro 18. c. 37. de Civitate Dei. Ipſi Cecropi Athenienſium Regi coævus fuit, Euſeb. præfat. Chronici ſui, qui 200. annis antiquior fuit vetuſtiſſimis Gentilium ſcriptorib. Lino, Zetho, Amphione, Muſæo, Orpheo: imò ipſe etiam Mercurio Triſmegiſto, primo Ægyptiorum Magiſtro. Auguſtin. lib. 6. c. 37. de Civitate Dei.

Proinde è Scriptis Moſis plurima Ethnici hi ſcriptores deſcripſerunt: teſtibus Clemente Alexandrino lib. 5. Stromat. Tertull. cap. ult. Apologetic. Auguſtin. lib. 2. cap. 4. de Doctr. Chriſtian. Theodor. libro de curandis Græcorum affectionibus. Conferatur quoque Auguſtin. Eugubinus lib. de perenni Philoſophia. Hannibal Roſſæus in pymandr.

§. 7. *Dignitas:* Eſt enim ſcientia ſumma: Doctrina CHRISTI, quam diſcimus à Patre Joh. 6. qui miſit CHRISTUM Joh. 17. Sermo ejus Johann. 17. Sapientia omnia continens: omnium inventrix Gregor. Nazianzen. in Apol. Latus & brevis ſermo, ut eam vocat D. Bartholom. Dionyſ. Areopagit. cap. 1. de myſticâ Theol.

Neceſſitas ſumma Theologiæ, abſolutè & ſecundum ſe ſpectatæ: non verò juxta eum modum, quo accuratè de rebus fidei diſquiritur: quod non eſt de neceſſitate omnium, qui ſimplice fidei apprehenſione credit, quod Thomas ipſe agnoſcit Parte 1. quæſtione 1. artic. primo.

THEOPHILUS.

1. Salvianus explicat hunc in modum: *Lucam* ſcripſiſſe & dedicaſſe hunc librum *Amori* Dei, qui eum ad ſcribendum impulerit. Planè hoc à litera eſſe alienum, agnoſcit Cornel. à Lapide in h. l.

2. Alii putant *quemvis fidelem* hoc nomine intelligi: Sic Ambroſius, Epiphanius, Origenes.

3. Chryſoſt. Theophyl. Oecum. & alii cenſent fuiſſe *hunc Senatorem quendam* præcipuum Antiochiæ, quæ eſt Baronii conjectura; vel aliquem provinciæ præſidem.

4. Alii *hominem fuiſſe privatum* cenſent, quo maximè collimat Chryſoſtomus.

Simus verò & nos 1. Theophili erga Deum; 2. Κράτιστοι optimi adverſus proximum:

mum: 3. Diligentes ad ædificand. proximum: 4. Soliciti, ut nomen nostrum sit in cœlis scriptum Luc. 10, 20.

THERMÆ.

Dictæ ἀπὸ τοῦ θερμαίνειν à calefacere, quòd aquæ sint calidæ, vel à fornace, vel aquis naturâ calidis è terrâ ebullientibus.

Magnis sumptibus extructæ ab Aureliano Imperatore, Commodo, Antonino, Maximiano, qui Christianos ad effodiendas thermas Romæ & Carthagine damnavit, ut eorum animos tantis laboribus frangeret, quos gladio non poterat frangere: Baron. Tom. 2. fol. 759. n. 20.

Vid. Andreas Baccius Elpidianus Medicus singulari de Thermis libro.

Debent esse communes, ut & alia è terrâ emissa. P. Camerar. parte 2. horar. subcisivar. cap. 69.

THESAURUS.

§. 1. Et Deo & homini, sed diversimodè, attribuitur. *Deo est thesaurus*

1. *Sapientiæ* infinitæ, Coloss. secundo versu tertio.

2. *Providentiæ* & gubernationis creaturarum: Vide Jobum. 38, 22. Ps. 33. 7. Ps. 135, 2. Jer. 10, 13. c. 51, 16.

3. *Supplicii*, quod hominibus impiis reservat, Deut. 32, 34.

4. *Gratiæ*; is erat populus Dei, nempe thesaurus spiritualis: Vide Exod. 19, 5.

Thesaurus cognitionis Dei, quo omnia peccata nostra habet conclusa: Deut. 32. *An non hæc condita sunt in arcis meis* (quanquam hæc alii verba Dei de suppliciis accipiant.)

Martyres sunt *thesauri immarcessibiles*, in eodem vigore manentes, suæ gloriæ & memoriæ fulgorem emittentes: Non sic aurum, domus, vestis. Chrysost. in Juvent. & Maxim.

Thesaurus 1. ærarium. 1. Reg. 7, 5. 2. *granarium* 2. Chron. 11, 11. Joel. 1, 17. Neh. 12, 12. Exod. 1. 11. 2. Chron. 8, 4. c. 17, 12. c. 32, 27. 3. Bibliotheca vel *Grammatophylacion* Esdræ 5. 17. c. 6, 1.

Opes mundi & bona mundana, Hebr. 11. vers. 16.

Privatæ divitiæ sive justæ sive injustæ. Amos. 3, 10. Jacob. 5, 3. Esaiæ 45. v. 3. Roman. 2. versu 3.

Ecclesiasticæ in captivos erogandæ, Ambros. lib. 1. c. 28. Officior.

§. 2. *Corporalis licitus est*, ut congeratur 1. Si requirat *necessitas*: v. g. Parentes ob necessitatem filiorum thesauros colligere tenentur.

2. Si publica *flagitet necessitas*, regni aut conservandi, aut defendendi. Atque sic regibus concessum est colligere thesauros. Roman. 13.

Illicitus terrenus est, si nimio studio, posthabitâ pietate quæratur; quod maximoperè cavendum ob ipsorum naturam thesaurorum: aut enim 1. *Veterascunt* ut vestimenta. 2. *aut ab ipsis Dominis luxuriosè consumuntur* Luc. 12. v. 19. seq. 3. aut ab *aliis vi vel dolo* auferuntur. Matth. 6, 20. Amos 3. v. 10. 11. Thesaurorum temporalium colligendorum amor nimius 1. similis appetitui prægnantium, carbones & alia incongrua appetentium. 2. quærit, quod infra hominem est, temporales nempe opes. 3. Lepra spirituali nos inficit, 2. Reg. 5. ut *Gehasi*. 4. hominem deliquio cruciat, cum opes fugiunt: aut hæ cum immensa solicitudine custodiuntur. 5. semper accendit morbum plus habendi. Basil. homil. 7. ex variis. 6. Hominem ebriosum reddit, ut plus opum bibere velit: *Bibe aurum quod sitisti* dictum Parthor. in M. Crassum. 7. Stultos homines efficit, qui immensas opes cumulant, *quos tres in universum cubiti ad sepulturam expectant*. Vide Basilium dictô locô. 8. Omnes homines odio prosequi efficit: pauperes, quibus nihil dat è thesauris: divites, quos, si potest, defraudat, circumvenit: vide Chrysostom. homil. 31. in Matth. 9. Infidelitatem cordis ostendit: *Si in alieno non fuistis fideles*, quod vestrum est, quis dabit vobis? ait Dominus Luc. 16, 10. 10. *Gloriam æternam negligit*: nam gloria opum fluxa & caduca est. 11. Hominem belluis deteriorem reddit: Hæ enim habent modum: Avarus non; hic enim semper rapit, nunquam satiatur. Vide August. serm. 25. de tempore. 12. In abyssum irremeabilem hominem trudit, insatiabilem. 13. Instar scarabæi lutum volvit. 14. ab infernali Pharaone impulsus lateres coquit. 15. in alieno solo frustra ædificat, in terra, in quâ vivit precariò. Tanta igitur studio colligendi opes & thesauros inest fœditas.

Igitur segnes non simus ad spir. thesauros comparandos: Matt. 6. *Colligite thesauros*, &c. *non perituros*.

Cogita pericula urinatorum, in profundum sese ob thesauros demittentium. Plantans vineam sustinet æstum, laborem; Mercenarius sudorem; Pugillatores coronam. Multi ad exitium laborant. Et tu ad salutem segnis & remissus es? Chrysost. homil. 4. de verbis Esaiæ vidi Domin.

Fodiendi & investigandi thesauri spiritualium divitiarum: sicut ii, qui ramenta auri inveniunt in terra, à fodiendo non desistunt.

§. 3. *Piorum thesaurus* est ipse Deus Esaiæ 33, 6. Evangelii verbum Matth. 13, 44. 2. Corinth. 4. Cœlum ipsum. Matth. 19, 21. Marc. 10, 21. Lucæ 12, 33.

Dona Dei spiritualia 2. Cor. 4, 7.

Portamus thesaurum nostrum in vasis fictilibus. (Vide suo loco vas.) Thesaurus est vera Dei cognitio omni auro, argentoque præferenda Ps. 119. quippe quâ salvamur Esaiæ 35. vers. ult. & quæ cunctis pretiosis longissimè anteferenda est Phil. 3. Tertullian. c. 44. lib. de Resurrect. carnem nostram testam esse ait, in quâ lumen cognitionis Christi à Deo accensum sit. Chrysost. verò imbecillitatem humanam hic indigitari, primamque corporis ex limo effictionem autumat.

Malorum thesaurus est Dei ira, quam sibi accumulant, Rom. 2. August. lib. 1. contra adversar. Legis & Prophetar. Idem in Ps. 49. Deus manifestè veniet & non silebit.

Piorum thesaurus est Deus Esaiæ. 38, 6. Jer. 9,23. Matth.6,20. Luc.6,43. cap.12,33. c. 18, 22. Num. 6, 18. 19. Pietas, charitas. Vide Augustin. in Psal. 47. §. *Ponite corda.* Hieron. in Regul. Monach. ad Paul. & Eustoch. Chrysolog. sermon. 25.

Remissio peccatorum. Hic thesaurus invenitur 1. in Evangelio, Luc. 24. Buß und Vergebung der Sünden. 2. In absolutione publicâ Ministri. 3. In absolutione vel annunciatione privatâ ministri: sive etiam fidelis (in casu necessitatis & mortis) Christiani consolantis. 4. In corde proprio: si verâ fide apprehendas vocem Evangelii: *Confide fili.* Huc illud Thren. 3. v. 24.

Politicus. Venetorum publicus. Vide Camerar. part. 1. cap. 64. hor. subcis. de colligendis. Idem Part. 2. c. 73.

Thesauri publici non expilandi, quod fecit C. Cæsar, apud Appianum & Lucanum: sed pauperibus erogandi, quod fecit Tiberius II. Græcor. Imperator.

THESSALONICENSES.

Macedoniæ Metropolis: vide Plinium libro 4. cap. 10. Volaterran. libro. octav. Geograph. Hujus Conditor Philippus Rex Macedonum.

Nomen vel à Thessalis devinctis, vel à filia Thessalonicâ, matre Cassandri, vel ab uxore Philipppi Regis, ut placet Straboni.

Nomen antiquum: Olim Therma dicta est, de quâ Herodotus lib. 7. Thucydides. Item Halis: Nunc dicitur Salonica, aliis *Emathia.* Floruit civibus & artibus, teste Strabone.

Prædicavit in ea Evangelium Paulus Actor. 17. unà cum Sila, 1. Thessal. 2. v. 1. 2. 5. 6. 7. cap. 3. vers. 2. Hunc Silam & Timotheum in eâdem urbe Paulus reliquit, qui Timotheus ad Paulum deinde rediit Corinthi agentem, Act. 18. v. 5.

Epistolam scripsit Corinthi, non Athenis, contra Athanas. in Synops. Theodoret. proloq. in hanc Epist. & Syrum: & Oecumenium, anno Christi 52.

Ordo. Censetur prima esse Epistolarum à Paulo scriptarum: Chrysost. Theodoret. præfat. in hanc Epist.

Claritas. Fuit patria Theodori Gazæ, qui post captam eam in Italiam se contulit, excitatis in ea Græcæ Linguæ studiis. Nobilitata est cæde duodecim millium civium à Theodosio seniore interfectorum. Vide histor. Ecclesiasticam.

THEUDAS.

Impostor, secturus Jordanem, instar Mosis, qui mare rubrum divisit: Vide Joseph. lib. 20. c. 4. A. J. Hunc sequutus Judas Gaulonites, vel Galilæus. Joseph d. l. Actor. 5. vers. 36. Item Dosithæus Samarita. Joseph. libr. 18. c. 5. Antiq. Simon Magus. Seductor quidam Ægyptius Actorum 21, 38. Joseph. Euseb. Benchobhabh, stellæ filius, Manes Persa, David Elcos, David Georgius &c.

THOMAS.

§. 1. *Notatio nominis* varia est apud veteres. Explicant enim hoc nomen (1) per abyssum. (2) Gemellum Genes. 35, 27. (3) dubium & incertum. Joh. 14. Domine nescimus, quò vadas.

Fuit typus Judæorum, nolentium credere Apostolis de Resurrectione Christi; ut nec Thomas eisdem credidit. Docuit in Parthia, Persia, Hyrcania, Bactriana, Abyssiniâ, Æthiopia meridionali: Niceph. lib. 3. c. 40. Hasta trajectus à Sacerdote Ethnico: Ruffin. lib. 2. c. 3. Socrat. lib. 4. c. 18.

Causæ incredulitatis septem.

§. 2. 1. *Absentia à collegio Apostolorum,* Joh. 20, 24. Hinc privatus est apparitione Christi vespera diei Paschæ factâ, ut & dulcissimâ Christi concione.

2. *Aspernatio omnium testium* de resurrectione Christi testantium, non credidit Petro, non Johanni αὐτόπταις, non mulieribus.

3. *Rationis dominatio. Non credam,* nisi videro, ait: sic hodie multi: Non video corpus Christi, E. non adest in cœna.

4. *Cordis obfirmatio,* quæ in Thoma, *Non credam.*

5. *Verbi Christi de sua resurrectione oblivio.* Matth. 12. c. 16. Joh. 2. Luc. 18.

6. *Singularitas* S. Thomæ, quâ se à reliquis discipulis sequestravit.

7. *Erroris Judaici vetustas* de regno Christi politico inchoando.

§. 3. *Exemplum fragilitatis nostræ,* & divinæ clementiæ in Christo, qui illum non rejecit, etsi non credentem: sed potius sustentavit.

Documentum spei in Deo locandæ, qui nos pœnitentes non est abjecturus.

Solamen adversus parvam fidem, ob quam Deus nos non abjiciet: sit modo fidei oculus in Deum intentus; sit licet non usque adeò acutus: sit manus ægra mendici, potest tamen apprehendere Christum: & thesaurus bonorum cœlestium in exiguâ tamen fidei cistâ benè asservatur: Sit instar grani sinapis, &c. non tamen abjiciet eam Dominus.

Thomæ delictum molliunt Ambros. August. Cyrillus in Joh. sed his reclamat litera textûs apud Johan. & reliqui Patres.

THRONUS.

§. 1. I. DEI gloriam, Imperium & Majestatem notat. Esaiæ 6. Matth. 5. Thronus Dei cœlum: Apoc. 6, 16. c. 5, 1. Ps. 45.

In medio throni esse, est versari in gloriâ infinitâ, & Majestate Dei. Apocalyps. quinto.

In medio 4. animalium, & 28. seniorum esse significat gloriosâ præsentiâ cohabitare beatis in cœlo.

II. *Imperii,* qui thronus ubique. Psal. 103. v. ult.

III. *Judicii,* in quo sedebit in ultimo Judicio. Matth. 26. Apoc. 20. Vidi thronum magnum &c. adumbratus 1. Reg. 10. in throno

Salo-

Salomonis: duodecim leunculi sunt 12. Apostoli Matth. 19. omnes pii. 1. Cor. 6. Ezech, 1. thronus firmissimus 1. Chronic. 17. flammiger. Dan. 7, 14. seq.

IV. Thronus gratiæ *solus* Christus. Rom. 3. v. 23. per quam ad Patrem, Johann. 14. Nemo venit &c.

Non Maria: contra Bellarmin. Tom. 6. col. 627. b. cum eô Maria non miscenda, ut fecit Gerson part. 2. folio 37. Mariam advocatam Throno gratiæ conjungens, ad quam cum fiducia accesserat: Hebr. 4. *accedamus* ad thronum gratiæ *cum fiducia*, non in homine Jerem. 17.

V. *Thronus dignitatis regiæ*, cujus ornamenta sunt 1. Sublimis sapientia. 1. Reg. 3. Salomo sapiens.

2. Prudentia: in administrandis causis subditorum.

3. Justitia: Proverb. 15. Justitiâ firmabitur thronus.

4. Constantia in bono administrando, & mala perferendo, quæ pio magistratui ingruunt.

5. Clementia. Prov. 20. roborabitur clementiâ thronus ejus.

THUS.

Orationem, cultum, devotionem notat. Psal. 141. Ascendat precatio mea sicut thus. Confer Levit. 2.

In altari thus adolendum: Sic non nisi in Christi nomine, ceu altari Apoc. octav. fundendæ preces.

Thus probatur candore. Album enim quod est & mundum, bonum est: sic oratio sit munda, non lite, non livore 1. Tim. 2. spurca.

Carbone. Si flammam mox concipiat atque emittat: sic oratio flammam habeat & devotionis in se: charitatis extra se: sic tamen ut & ipsa charitas sit flamma ad Deum tendens in cultu & devotione, ad proximum internæ charitatis externâ exercitatione.

Thus oblatum Christo notare potest. 1. Orationem Apoc. 5. 2. CHRISTI Deitatem, Deo namque thus adolebatur. 3. Officium sacerdotale. Basil. hom. de natura Christi. Hilar. can. 1. super Matthæum. Ambrof. Rupert. Fulg. Orig. Hinc illud Hieronymi:

Aurum, thus, Myrrham, regique homini que Deoque.

TIMOR.

§. 1. *Ambigua vox.*

1. Notat *Religionem* Job. 4. v. 6. & cultum Dei. Esaiæ 29. Timuerunt me mandatis hominum. Jonæ. 1. Timeo eum, qui &c. Apoc. 14. Timete Deum: Ps. 34. Timorem Domini docebo vos. &c.

2. *Obedientiam.* Rom. 13, 7. Ps. 2. Servite cum timore.

3. *Reverentiam* & cultum. Rom. 11, 20.

4. *Pusillanimitatem*, quæ fortitudini opponitur Deuteron. 20. Si exieris &c. noli timere.

5. *Timorem reverentiæ* sive filial. Eccles. 12. v. ultimo. Time Deum & observa ejus mandata.

6. *Servilem* & conscientiam consternatam, 1. Johann. 4. Timor non est in charitate. Psal. 14. Timuerunt, ubi non est timor. Proverb. 28. Fugit impius, nemine persequente.

Synonyma & Epitheta.

§. 2. Dicitur *Pietas* 1. Timoth. 4. Proverb. 19, 1.

Justitia & Sanctitas. Luc. 1, vers. 75. Ephes. 4. vers. 24.

Disciplina vera. Sir. 1, 34.

Θεοσέβεια.

Sapientia. Sir. 1, 20.

Servitus Dei. 1. Sam. 12, 24.

Causa efficiens princeps est Spiritus Sanctus.

Homines impios non debemus timere. Prov. 3, 25. Sed Deum, qui potest animam perdere, dixit olim Theonylla, Martyr illa, apud Baron. Tom. 2. f. 710. Annal.

Homonymia.

Significat aliquando 1. *totum Dei cultum* in verbo præceptum: cui opponitur cultus electitius Job. 4, 6. c. 15, 4. Vanus timor. Luther. in c. 22. v. 12. Gen. Matth. 15.

2. *Corruptionem* legitimi judicii de reb. metuendis aut non metuendis.

3. *Metonym. rem ipsam timendam* Proverb. 1. & Deum, objectum timoris filialis. Numer. octav. Genes. 31. Esaiæ 8. vers. 14. Jos. 22. v. 25. c. 24. v. 14.

4. *Cultum falsi Dei.* 2. Regum. 17. Judicum 6. v. 10.

5. *Impiorum timorem.* Psal. 14. *Timuerunt, ubi non est timor.*

6. *Dominium* hominis in creaturas. Gen. 9. 2. *Timor vester sit &c.*

7. *Externa pericula.* Esaiæ. 8. & malum sterilitatis Esaiæ. 7.

8. *Divinum terrorem* Psal. 9. 1. Chron. 14. 1. Samuel. 14.

9. *Theologicum* erga Deum. Esaiæ 9.

10. *Humanum* erga homines.

11. *Castigationem* Dei paternam, quam timere debemus. Job. 31. *Pavor mihi contritio à DEO.*

12. *Quamvis pœnarum* divinitus inflictarum *congeriem.* Esaiæ 24. Jer. 48.

13. *Timorem* naturalem sine peccato, qualis etiam in CHRISTO fuit. Matth. 26. vers. 38. Hebr. 5, 7.

14. *Diffidentiam* ex incredulitate. Esa. 8, 12.

15. *Timiditatem* in confitendo. Apocal. 21. vers. 8.

16. *Timorem* Reverentiæ. Exod. 3, 6. Marc. 9, 32. Luc. 9, 45. c. 5, 26. c. 7, 6. Marc. 4, 41. Luc. 1, 65. c. 8, 25. Hebr. 11, 7.

17. *Obedientiam* Magistratui debitam Roman. 13.

18. *Humilitatem* erga Deum, quæ efficit, ne confidamus nostris operibus bonis, peccata vitemus 2. Cor. 7, 11. Heb. 12, 28. Ps. 2, 11.

19. Sub-

19. *Subjectionem* debitam 1.Pet.3,15. c.2,28. in omnem statum. Vide *Auditor*, *Mulier*, *Conjugium*.

Quid Timor Dei? Est agnitio iræ Dei, justitiæ, sapientiæ, potentiæ adversus peccata, cum odio & detestatione eorum conjuncta.

De causis timoris Dei in significatione generali & speciali.

§. 3. *Causa efficiens timoris DEI* est Spiritus Sanctus, quia dicitur Spiritus timoris Esaiæ. 11. dans cor, quod Deum timet.

Per verbum & Sacramenta cor ad timorem Dei impellens.

Accedit amor Dei, Matth.28,8.

Causæ nos ad timorem Dei *impellentes* multæ sunt:

Mandatum DEI Ps. 2, 11. & 33, 8. Esa. 8, 13. Heb.12, 18. Eccles. 12.

Majestas DEI, quæ elucet in Bonitate, *Justitiâ*, *Omniscientiâ*, Mal.1, 6. Omnipotentiâ, Ps.33, 8. 9. 10. 11. apparitione singulari, Ezech. 43,4. c.44,4. Dan.9. c. 10.

Præmia: Respicit Deus miseros, ipsum timentes Esaiæ 57. c.66. 2.

Eripit à malis: Ps.25,12.13.seq. & 34,10. Psal. 11. tot.

Debitum nostrum, quo Deo obstricti sumus, ut eum ceu Patrem revereamur, ceu Dominum timeamus, Mal. 1.

Exemplum omnium Creaturarum, quæ Deum timent, & ad ejus nutum contremiscunt.

Pœnæ & supplicia Deum non timentibus inflicta. Huc Saul, Cain, Achitophel, Pharao, Nebucadnezar.

Conscientiæ indoles, cunctis hominibus insita, ut Deum timeant. Rom. 2. Ostendunt opus Legis scriptum in cordibus suis.

Materia Timoris DEI.

§. 4. I. *Ex quâ?* Sive partes timoris Dei variæ recensentur. Sunt verò hujus

1. *Agnitio DEI* ex operibus ipsius, ex Creatione Rom.1,17. seq. Adoptione Roman. 8, 15. Joh.1. dedit. Affectione paterna Esa. 49. Psal. 103. Providentiâ & conservatione, admirabili rerum castigatione. Jer. 31.

2. *Obedientia:* Sumus enim Dei filii; grata ei est hæc obsequentia exemplis Sanctorum firmata. Vide *Obedientia*.

3. *Commendatio* rerum nostrarum. Ut ei commendemus 1. Paupertatem & egestatem nostram, morbos &c. Ps. 50. Psal. 91. Hostium vindictam quæ soli Deo linquenda. Rom. duodecimo.

4. *Castigationis toleratio:* Mich. 7. Iram Domini portabo.

5. *Culpæ deprecatio*, Exemplo Manassis, Petri, Ninivitarum.

6. *Vitæ emendatio* & nova obedientia: Matth.3. Facite fructus dignos pœnitentiâ.

Alii in tribus putant consistere.

1. *In iræ divinæ extimescentia.* Lev. 19. vers. 32. Deuter.9. v.19. Matth.3, 16. 17. Psal. 110, 11. & 115, 15.

2. *In filiali confidentia:* Matth.9. Confide fili: remissa &c.

3. *In spontanea obedientia:* Exemplo Abrahami Gen.22. & aliorum.

II. *Materia circa quam, sive Objectum, quod timere debemus, est* §. 5.

DEUS: Majestatem æternam lædere gravius est, quam temporalem Novell. de Hebræis.

Sir.7. v.33. Hunc enim omnes creaturas timere fas est. Cassander Antipatri filius, Alexandro suspectus nomine defectionis, toties expalluit, quoties Alexandri statuam duntaxat viderat, Zwing. Theat. 95. fol. Tota hæc mundi compages Dei statua est, & beneficentiæ illius imago, ad quam expallescere debemus, & nihil contra hunc artificem agere, quin potius ei obedire. Jos.6. v.16. Prov. 1, 26. 27. c.10,24. Es.66,4. Ezech.11,8. Jerem. 42, 15. 16. Judicia Dei observare Exod. 9, 20. 2. Sam. 6,9. 1.Chron.13, 12. Ps.119, 20. Hagg. 1. vers. 12. Hebr. 1, 17.

Atque hic *timor includit* 1. totum DEI cultum. 2. Omnem reverentiam. 3. Agnitionem divinæ bonitatis. 4. Curam fugiendi offensam Dei. 5. Serium studium vitandi peccata. 6. Humilitatem.

§. 6. *Itaque non timendi* 1. *Homines*, quia Deus nos defendit, Prov. 29, 25. Matth. 16, 18. Qui metu alicujus potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat. C. Quisquis. C. XI. q.3. Num. 13. Israelitæ magis homines terræ incolas timuerunt, quàm Deum.

2. *Non Mors:* quia Dei ordo est super omnem carnem. Sir.42,5. quia omnibus necesse est mori, ibid. v. 6.7. Vide Tit. Mors.

3. *Non Magistratus magis, quàm Deus*, Actor. 4. v. 19.

4. *Non res vanæ, aut falsæ:* Ps.53, 6. Illic trepidaverunt, ubi non est timor.

5. *Non latrones:* Eos non (dixit Hilarius) timeo, quia paratus sum mori. Sabellic. libro 8. cap. 8.

6. *Non potentes hostes*, Ps.64. & 59. Matth. 10. Nolite timere eos, qui corpus occidere possunt.

7. *Non mundus.* Hinc timor mundanus, quo Deum postponimus, & ea, quæ in mundo sunt, magis quàm Deum amamus. Prohibuit illum Dominus, Luc. 12. Nolite timere &c. Huc spectat vita, fama, opes, favor hominum. Sic CHRISTUM abnegavit Petrus à mundo sibi metuens. Joh. 12. ne extra Synagogam projicerentur, quidam sibi metuerunt. 2. Timoth. 4. Demas mundi amore captus fuit &c. Vide August. lib. de Grat. & lib. arbit. c.18. Gregor. Nazianz. Orat. 1. de Pace S.. Nihil proinde timendum est.

8. *Non Tyranni:* Exemplo Theodori Philosophi apud Zwinger. folio 72. b. S. Theodor.

9. *Non amissio libertatis Politicæ.* Johan. 11. vers. 48.

10. *Non*

§. 7. 10. *Non temporalia adversa*, Crux, tribulatio: Quia 1. à Deo immittuntur. 2. nobis remedium sunt utile. Vide Tit. *Tribulatio*. 3. sine tribulationibus in peccatorum vinculis constricti manent homines. 4. inimicus quoque ille timor est libertati filiorum Dei, qui prompti sunt ad patiendum.

Sed in negotio salutis cum timore & tremore progredere. Bernhardus: Time cum arriserit gratia; time cum abierit; time cum denuò revertitur: & hoc est, semper pavidum esse. Idem alibi in sermonibus: *Primus* timor est ne cruciemur à Gehenna: *Secundus*, ne gloriâ visionis Dei excludamur: *Tertius* ne anima à gratia Dei deseratur. Adde: *Quartus est*, cum de nostris infirmitatibus cogitamus; omninò timere debemus. Greg. in Moralib. *Quintus*. Novimus nos adhuc in mari periculoso versari, nec planè immunes esse à procellis: laqueos nobis infinitos esse objectos, innumeros hostes, foveas plurimas nobis in viâ difficultatis objici, illam arduam esse, latronibus obsessam, pontem esse angustissimum, per quem nobis sine titubatione transeundum est, ne in flumen damnationis incidamus. Et si in fine titubaverimus, cadere possumus. In perpetua acie versamur, qua nondum finitâ, triumphum nemo sibi facile finxerit. Vide Euseb. Emyssen. hom. 4. ad Monachos.

Subjectum timoris Dei recipiens

§. 8. *Boni*. Cor hominis fidele est: Spiritu Dei spontaneo imbutum: Ps. 110. Populus Spontaneitatum. Rom. 8. Hi sunt filii Dei, qui spiritù Dei aguntur. Hic timor dicitur filialis, timor reverentiæ.

Causa efficiens est Spiritus adoptionis: Rom. 8. Non enim accepistis &c. Galat. 4. misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra. Jesa. 11. Spiritum timoris Domini. Jer. 32, 40. Indam meum timorem in corda eorum: & v. 39. Non vero timeat magistratus Nehem. 6, 11. non milites Deuter. 20, 8. non confessores Evangelii Apoc. 21, 8. non ministri Eccl. 2. Tim. 1, 7. Matt. 10. Nolite timere. Non pii Esai. 50. non morituri. Es. 26. non afflicti. Psal. 55, 6. non navigantes Jon. 1, 10. omnes omni tempore, omni loco filiali timore imbuti esse debemus.

Objectum: ne offendat Deum: ne ab eo separetur; ne incurrat ejus judicia, filialiter &c. Joel. 2, 11.

Effecta & Consequentia: Clamare Abba Roman. 8. Desiderare irruptam erga Deum charitatem: Psal. 119. Utinam firmentur viæ meæ. &c. vers. 5. Est initium Sapientiæ Ps. 111. Proverb. 9. Sir. 1.

Parit humilitatem: Augustin. lib. 1. cap. 9. de Sermone Domini in monte. Timor Dei congruit humilibus, de quibus dicitur: Beati pauperes spiritu.

Effectus varii boni timoris.

I. *Causat timor Dei affectus bonos.*

§. 9. 1. *Lætitiam* cordis: Sirac. 1. vers. 13. etiam in omni cruce, ut quævis adversa in pium incurrentia, protinus ceu scintilla in mare delapsa, extinguantur, nec gaudium cordis illi auferre possint.

2. *Odium* mali & peccatorum. Prov. 8. v. 13. Qui enim Deum timet, timet quoque flagella, quibus peccatores visitare solet: sicut morigeri pueri sibi timent, cum socios nequam flagellari vident ob scelera in scholis. Chrysost. in 1. ad Timoth.

3. *Confidentiam*, ut nihil timeamus, quia Deus est asylum: quia beatus est: quia Dei potentia magna est. Sir. 34.

II. *Efficit varias virtutes.*

§. 10. Pietatem & reverentiam Dei. 1. Sam. 2, 30.

Obedientiam: ut faciamus, quæ Deo placent Sir. 2, 19.

Sapientiam Sir. 1, 20.

Humilitatem cordis. Sirac. 2. vers. 20. 2. Samuel. 24.

Fidem Sirac. 2. vers. 18. ut verbo Dei credamus.

Honorem parentum. Sir. 3, 8.

Fortitudinem. Sirac. 41, 26. Dat enim cor & animum magis quàm aurum & argentum ibid. Sirac. 34. Qui timet Dominum nil trepidabit.

Impedit peccata & mala. Proverb. 16. v. 6. Sir. 1. vers. 27. Sicut ferrum putredinem tollit à carne: sic Dei timor peccatum. Timor medicamentum, charitas, sanitas; Augustinus in tract. 9. in epist. Johann. sicut navis exoneratur tempestate ingruente: sic timor Dei impellit nos ut temporalium jacturam faciamus lubentissimè. Idololatriam. Sir. 15, 13.

§. 11. III. *Præmia impetrat.* Fert secum omnia bona Sir. 1, 20. Divites facit Psal. 33. Non est inopia timentibus Dominum. Ad vitam promovet Proverb. 19. vers. 23. eam prolongat, cor delectat Sirac. 1. Timor Domini delectat cor. Satietatem procurat Proverb. 19. vers. 23. benedictionem Sirac. 41. Apponit vitam 19. Proverb.

Sanitatem ossium & umbilici adfert. Proverb. 3, 8.

Prosperitatem successumque confert in omnibus. Sir. 11. v. 12. 13.

Ditat spiritualiter Ps. 112. & 23.

Sapientiam gignit. Ps. 111. Initium sapientiæ est timor Domini.

Dat pacem & salutem Sir. 1, 23.

Omnibus bonis domum, & cameras thesauris implet Sir. 1, 21. Ut bene sit nobis & consolationem habeamus tempore oportuno Sirac. 1, 19.

Imò in ultimâ necessitate benedictionem obtineamus. Sir. 1, 13.

Expellit peccatum & reprimit vitia.
Cautum facit hominem, ut Josephum.
Sapientiam gignit.
Dissolutè vivere impedit.
Mentem stabilit. Sirac. 27. Nisi in timore &c.

Cavet

Cavet ne de bonis operibus præsumamus. Isiodor. de Summo Bono §. Sæpe quæ apud hominum &c.

Lacrymas movet & expellit: Sicut Petro, qui flevit timore & amore compulsus.

Est ergo radix & custos omnium virtutum.

§. 12. *Adjuncta.* Filiali timori accidit *imperfectio*: Inde vocatur Initialis, imperfectus, qui non planè expellit timorem, quod aliàs facit charitas, 1. Johann. 4. Vide Augustin. Tract. 9. 1. Johann. 1.

Etiam beatis hunc quidam tribuunt timorem, ex illo Job. 26. *Columnæ cœli contremiscunt ad nutum Dei.* Est verò hic timor reverentiæ & admirationis; quæ gloriam vitæ æternæ & beatitudinis non excludit.

Præstantia: Eo enim nihil melius Sir. 23, 37. facit nos omnibus antecellere, Sir. 25, 14. 15. 16.

Dulcedo, Sir. 27, 37.

Æstimium DEI: Timens Deum in magno est apud ipsum honore, Sir. 10, 27.

Et honor: Sir. 10, 23. Timor Dei honorabitur Sir. 1, 11.

Pulchritudo Sir. 41, 28.

Sinceritas; ut ne sit timor hypocriticus:

1. Serviendo Deo falso corde.

2. Quærendo gloriam apud homines, ut illi Joh. 12.

3. Prudenter discernendo id quod credimus: 1. Cor. 10. Judicate quæ loquor.

4. Superbiam vitando: Luc. 1. Serviamus Domino cum timore. *A pœna:* ne Deus in apricum ducat tuam hypocrisin: te præcipitet. Sir. 1.

§. 13. Conjungitur etiam cum *gaudio & amore*; Sic enim timemus, ut simul gaudeamus & amemus: Ergo Bernhardus timorem & amorem duo brachia appellat, quibus Deus apprehenditur (de considerat. ad Eugenium) stringatur & teneatur; Juxta illud: *Tenui & non dimittam eum* Cantic. Cantic.

Sicut is qui habet thesauros, ob hos gaudet; ob latrones in via, & fures domi timet. Mercator navigans prospero vento usus, mox contrarium timet, fluctus metuit. Qui membrum clavo affixum habet, illud immobile servet: sic Deo crucifixi cavent motus peccati, ne regnet Rom. 6. Basil. in Ps. 33.

Cum spe: In peccatoris pectore incessanter debet spes & formido conjungi: quia incassum misericordiam sperat, si non & justitiam timeat: Incassum justitiam metuit, si non etiam de misericordiâ confidat. Gregor. in Moralibus.

Cum tremore: Ps. 2. Servite Domino in timore & gaudete in tremore. Est enim Christus Rex majestate summâ verendus: sicut filius & gaudet Patre probo, simulque ob autoritatem ejusdem trepidat. Ut filius ex charitate amat Patrem, cavet ejus offensam; conjux fidelis maritum: subditus frugi & bonus civis Magistratum: sponsa sponsum. Hinc dicitur castus timor ex 1. Pet. & 2. Cor. 11. desponsavi vos uni.

Similia.

§. 14. *Ager est benedictus* Sir. 41, 28.

Anchora est mentis: pondus timoris. Greg.

Asylum pro se & suis, Prov. 14, 26. Quisquis enim Deum timet, firmum in Deo habet asylum: Prov. 18. Nomen Domini est turris fortissima.

Corona nos ornans Sir. 1, 11. & sapientes nos reddens Sir. 1, 22.

Coticula virtutum: has acuens, ne rubigine consumantur otii vel securitatis.

Fons vitæ: Fluunt enim è pietate varii rivuli, Proverb. 14.

Hortus benedictus, Sir. 41, 27. in quo virtutum flores variarum.

Habenæ, quibus homo intra pietatis cancellos retinetur; his vero excussis, instar ferocientis equi insanit: Psal. 32. *Ne sitis sicut mulus & equus.* Chrysost. hom. 5. de verbis Esaiæ.

Miles gladio acuto vitia abigens.

Janitor cordis ab hoc vitia depellens abigensq;: sic *Josephi cor* abstraxit à scortatione.

Lignum instar fornicis fabrefactum subjicitur testudini lapideæ extruendæ. Hac extructa lignum projicitur, nulli usui commodum. Ita consummatâ charitate timor expellitur, 1. Joh. 3. Timor non est in charitate.

Nauclerus navim inter medios fluctus servat; sic timor Dei animam. Chrysost. homil. de fide Annæ.

Paradisus est, Sir. 40.

Radius solis, ingressus domum omnia in ea illuminat: Ita timor animam illustrat, & tenebras tristitiæ pellit.

Radix sapientiæ, Sir. 1. cui tutò fidelis innititur, à ventis tentationum minimè movendus; sicut quercus altis defixa radicibus.

Rivulus è corde hominis amore pleno proficiscens Sir. 1, 17.

Sapor spiritualis. Times Dei justitiam, times Dei potentiam, & sapit tibi Deus justus & potens, quia timor est sapor: Ps. 111. Initium sapientiæ timor Domini.

Scaturigo vitæ, Proverb. 14, 27.

Terriculamentum adversus vitia & Dæmones.

Vigil est omni tempore & pacis & belli: Illius quidem ne securi: Hujus verò ne pusillanimes fiamus.

Suadetur filialis timor.

§. 15. *A mandato Dei*, Deut. 6, 2. 13. Gen. 32. timeo Dominum. 2. Reg. 17, 39. Ps. 33, 8. Vide Timor DEI. Levit. 30. Time Dominum. Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis. Matth. 10. Timete eum qui & corpus & animam in Gehennam mittere potest.

A promissione felicitatis corporalis & spiritualis, Deut. 28. Ps. 34. & 112. 1. Tim. 4. Deut. 5, 29. Ps. 34, 12. Jer. 32, 39. 40. Ps. 91, 15. Sir. 20, 29. Tob. 4. Multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus à peccato.

A voto, Deuter. 5, 29. Ps. 81, 14. Esaiæ 48, 8. ipsius Dei.

A la-

à *lamento Dei* ſuper eos, qui non timent eum. Jer. 5,23. 24. cap. 44, 10. Malach. 1, 6.

à *Potentiâ Dei*, cui merito debetur timor. Pſ. 33, 9. 10. 11. *Omniſcientia*, ſcit enim omnia quæ gerimus. *Juſtitiâ*, reddet enim unicuique juxta quod eſt meritus; meritò ergo in omnibus actionibus eum timeamus.

Ab augmento Spiritus S. Sir. 34,14. Qui enim Dominum timet, ei majora ſemper donorum incrementa creſcunt. Salomon timens Dominum redditur ſapientior. 1. Reg. 3.

Ab exauditionis precum bono. Pſal. 34, 18. & 145, 19. Bonum ſanè inæſtimabile, exaudiri à ſummo bono.

§. 16. à *Dei miſericordia* Pſ. 103. Miſertus eſt Deus timentium ſe. Malach. 4. Timentibus meum nomen orietur Sol juſtitiæ.

à *Liberatione piorum*. Pſ. 119, 8. Prov. 29,23. Eccl. 7,9. Eccl. 33. Timenti Deum non occurrunt mala, ſed in tentatione Deus illum conſervabit. Act. 10. Qui timet Deum, acceptus eſt ei.

à *Divitiarum conceſſione & præmiis*. Prov. 14. Timor Domini prorogat vitam. Timentes Dominum *à Deo docentur*. Pſ. 25. Docebit eum in viâ, quam elegit: benedicuntur Pſ. 112. Erudiuntur, ut fiant ſapientes Pſ. 25. conſolatione eriguntur, proſperabuntur, Sir. 1. multis bonis locupletantur Tob. 4. bonâ famâ mactantur Judith. 8.

à *felicitate*. Prov. 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus. Eccleſiaſt. 15. Beatus, cui donatum eſt habere timorem Domini. Pſ. 112. v. 1. Beatus vir, qui timet Dominum &c.

§. 17. *Diviſio.*

Multiplex eſt timor:

1. Naturalis timor mortis & adverſitatum: Joh. 21. Ducet te alius.

2. Humanus, quo quis pelli ſuæ timet. Job 2, 4.

3. Mundanus, ne rebus ſuis ſpolietur quis: Matth. 8. *Gergaſeni*.

4. Servilis, è ſolâ Legis conſideratione ortus: Lex enim iram operatur. Rom. 4. 15.

5. Carnalis, qui idem eſt cum mundano.

6. Filialis Rom. 8. è ſpiritu adoptionis ortus.

7. *Timor reverentiæ* in patriam, cui ortum debemus.

Timor juſtitiæ debet in omnibus eſſe.

Pietatis Pſ. 111. v. ult.

Tentationis, ab hoc nemo eſt immunis in hac vita; Undique enim & ubique Satan inſidiatur nobis. 1. Pet. 5, 8.

Timor fidelis diligentiæ & ſtudii Rom. 11. v. 21. Time.

§. 18. Effectus ejus eſt *terreri cōminationibus* Luth. in c. 49. Gen. *Ritè fungi officio ſuo*, 2. Chron. 19, 9.

Admirari res divinas. Luc. 1, 65. Marc. 4, 40. c. 5, 15. Eſt verò &

Timor Panicus in bellis Jer. 48, 41. c. 49, 5. Pſ. 75, 7. 1. Sam. 14, 15.

Exempl. Militibus Antonii Triumviri. Plutarch. in vita Antonii. Plura extant exempla apud Zwingerum in Theatr. Richt. in Axiomat. Cæterum timor filialis ſignificatur per *Simile*. *Eſt ferramentum*, quod vulneris putredinem tollit: Auguſtin. in 1. Joh. 4.

Fons vitæ Prov. 14, 26. timor Domini eſt fons vitæ. Munimentum Prov. 14. v. 26. & c. 10. v. 27.

Corona pretioſa Sir. 1. v. 21. radix ſapientiæ. v. 24. d. l.

§. 19. *Mali non timent Deum:* nec enim hujus timorem recipiunt. Hic timor *dicitur ſervilis*.

Cauſa ejus eſt peccatum & mala conſcientia. Prov. 10, 29. Eſt quidem à Spiritu Sancto per legem excitatus, ſed non cum Spiritu Sancto, ut veteres diſtinguunt.

Servilis eſt præparatio ad filialem, ortus ex lege pædagogo Gal. 3. & tremenda Dei majeſtate. Videtur nihil niſi contritio eſſe, ſine gratiâ & fide in Chriſtum, Dominum noſtrum.

Baſilius vocat *pædadogum* in 1. c. Eſaiæ & εἰσαγωγικὸν in Pſ. 32. Auguſtin. *Pædagogum* ad caſtum timorem, Conc. 25. ſuper Pſ. 118. *ſaluberrimum* lib. de Catechizandis rudibus c. 5. *comparat ſetæ* linum (ſeu potiùs filum) introducenti: Tract. 9. ſuper 1. Johannis Epiſtolam.

Utilis eſt ad Juſtificationem, teſte Eſtio in Rom. 8, 15. fol. 111. nempe, quia Pontificiis eſt quædam diſpoſitio ad juſtificationem, quod minimè concedimus. Etenim hic timor non ducit ad Juſtitiam per ſe, nec charitatem introducit. Eſtius lib. d. Id ipſe fatetur. Itaque hic timor ſervilis

Diſſuadetur 1. à Dei prohibitione. Luc. 1, 30. c. 2, 10. Deut. 3, 22. c. 31. v. 7, 8.

â Natura hujus timoris, quod ſit contrarius adoptioni. Luc. 1,30. Rom. 8, 15. Auguſt. tom. 8. col. 1750. d. & 1633. b.

à Simili: Eſt valva, per quam omnia mala intrant in hominem. Job. 15, 13. Sap. 17, 12. 13. 1. Joh. 4, 18. ut ſunt: diffidentia, impatientia, fuga & receſſus à Deo &c. Adeoque eſt peccatum in ſe, quia eſt diffidentia, pro Luthero id rectiſſimè aſſerenti in articul. *contra Leonem X*. Contra Gregorium de Valentia Tom. 3. colum. 596.

Cauſa illius, Homo, ſe ipſum magis quàm Deum amans Auguſt. in Pſ. 118. conc. 25.

§. 20. Differentia à timore filiali conſiſtit in objectis. Nam ſervilis timor reſpicit Deum iratum: Filialis, placatum: Ille Legem, hic Evangelium. Ille ſine fide: hic cum fide conjunctus.

Effecta ejus; Averſari Deum, Pſ. 81, 12. 13.
Fugere ab eo, Gen. 3, 8. ut Exod. 19. Iſraëlitæ.
Horrere, Jacob. 2, 19.

Objectum, timet Gehennam Apoc. 6, 16. c. 9, 6. Oſ. 10, 8. Eſ. 2, 19. Luc. 23, 30. Auguſt. d. l. in Pſ. 118.

Subjectum hujus timoris, quilibet irregenitus.

Conſequens timoris ſervilis, terror mentis, tremor cordis, fuga à Deo.

Damnatio, quia eſt peccatum: Confer. Matt. 25, 25. 28. 29. 30.

Expulſio à charitate 1. Joh. 4, 18. Hæc enim ſervilem timorem expellit, ſive non caſtum.

Bonitas, quatenus efficitur à lege, ut ſit occaſio & initium timoris filialis, ſano ſenſu, juxta quem veteres Dd. illum laudibus ſuſtulerunt maximis.

III. *Timor mundanus*, quo timetur mundus & ea, quæ in mundo sunt. Vide de eo supra.

IV. *Superstitiosus & idololatricus*, quo timent homines signa cœli Jer. 10. v. 2.

Deastros Gentilium, à quibus nihil timendum Jer. 10. v. 14. 15.

Satanam ipsum, à quo sibi timent Gentes.

Opposita Timori.

§. 21. Intimiditas, quæ est vitium, quo homo nihil timet eorum, quæ timenda sunt, v. g.

(α) Qui propriam vitam non amantes, se ipsos interficiunt, ut Achitophel, Judas. 2. Samuel. 17, 23. Matth. 27, 5.

(β) Qui superbiunt, v. g. Pharao Exod. 5. *Quis est Dominus?* 1. Sam. 17. Goliath. Nebucadnezar, Haman, Leviathan.

(γ) Qui sibi applaudunt temerè, ut Amalekita ille 2. Sam. 1. v. 6. 7. coram Rege Davide.

(δ) Qui nimium sunt audaces, temerarii: v. g. Pueri, stulti, bruta, præcipites in arduis consiliis. Martiales, iracundiæ dediti. Ita Aristoteles memorat, *Celtas nihil timuisse*. Luc. 18. Judex ille iniquus nec Dei, nec hominum timens. V. Cajetan, voce Intimiditas & Scholasticos in 3. dist. 34. *Conf.* PUSILLANIMITAS.

TINEA.

§. 1. I. Divini supplicii & vindictæ: Job. 5. v. 19. Oseæ 5, 12. huic se comparat Deus 1. *Ob lentum populi Israëlitici*, ob peccata, consumptionem & *corrosionem*. 2. *Divinæ misericordiæ exhibitionem*, quod mox non discerpat populum ut leo, sed longanimitate suâ ad pœnitentiam ducat Rom. 2. *An nescis quod longanimitas Dei te ducat ad pœnitentiam*. 3. *Pœnitentiæ maturationem*, ne fiat Deus ex tineâ leo, omnia depopulans. 4. *Pœnarum originem*. Ut enim ex ipso panno tineæ nascuntur: sic è peccatis ipsis hominum pœnæ oriuntur. 5. *Subjectorum varietatem*: indicat Dominus se velle punire Israëlitas, nempe (α) In anima, eam perturbando. Rom. 2. Conscientia accusante, stimulis peccatorum exagitata, formidine exanimatâ, oberrante illis ob oculos tristi patratorum peccatorum imagine. (β) In corpore, morbis, plagis. (γ) In bonis, spoliis, rapinis, bellicis exactionibus. (δ) In gloria externa, qua olim Israël cluebat, qua spoliabitur, Deo justo judice. 6. Tineæ expulsionem, quæ fit odoriferis: non aliter mitigatur pœna, nisi pœnitentia, & oratione odorifera. Confer Hieron. in h. l.

§. 2. II. Est quoque tinea peccati, quo homines consumuntur V. Greg. l. 5. c. 28. & l. 11. c. 25. in Job. §. Tinea damnum facit &c. invidiæ, rodens felicitatem proximi. *Vide Invidia*. Estque hæc *tinea deformitatis*. Peccatum enim quodvis animam exedit & deformat. Hinc nascitur

III. Conscientiæ malæ tinea, cor hominis arrodens.

IV. Concupiscentiæ malæ, nunquam non dentes infigens.

V. Hæreticæ doctrinæ, qua vestis Ecclesiæ, quæ est unitas, arroditur & deformatur, aurum fidei obscuratur.

VI. Infernalis pœnæ, ad consumendos impios. Esa. 66. Vermis eorum &c. meritò sempiterna dicitur tinea.

TINNIO. *Vide Plaga. Confer Aures.*

TINTINNABULUM.

I. Exod. 28, 34. In veste Aaronis notabant 1. Mirucula Christi & opera de Christo testantia. Joh. 5, 36. 37. c. 7, 31. 2. Prædicationem sonoram Evangelii in toto orbe. Matth. 28, 19. Rom. 10. Coloss. 1, 2. 3.

II. In nobis sint bona opera, quibus de fide testemur & Deum glorificemus. *Aurea* sint oportet, h. e. à Deo præcepta, qui frustra mandatis hominum colitur Matt. 15. Sint in fimbria, non in pectore: In hoc solùm sit fidei Christum resonantis tintinnabulum. In illa sint operum erga proximum tintinnabula Tit. 2, 14. c. 3, 9. c. 2. v. 10.

TITIO. *Vide Tyrannus.*

TITULUS. *Vide Statua, Sepulchrum.*

§. 1. I. *Magnifici tituli & nomina rejecta ab Alexandro Severo*. Lamprid. c. 8. in Alexandro, qui Magnus dici noluit c. 11. à mulieribus Trajani, nomen Augustarum respuentibus: Symmacho nomen Magnifici. l. 4. ep. 42. *Affectata nempe*: nomen Dei à Menocrate. Cæl. Rhodig. l. 11. c. 16. Jovis, Plutarch. in Apophtegmat. à Dionysio Juniore nomen Filii Apollinis, Plutarch. l. 11. de fortid. Alexand. à Dario Regis Regum Curt. l. 11. à Cajo Cæsare filii astrorum & Cæsaris Optimi, Svet. Quæ Principum arrogantia lepidè perstricta est à Chrysost. serm. 57.

II. *Tituli sepulchrorum* monumenta. Gen. 35, 20. Brocardus dicit fuisse pyramidem elegantem, in cujus basi erant. 12. lapides dispositi juxta numerum duodecim liberorum Israëlis. Conf. 1. Macchab. 13, 30. Actor. 2, 29. & Joseph. l. 7. Antiquit. c. ult. & Hieron. ep. 17. ad Marcell. ad hoc sepulchrum preces recitantem.

§. 2. III. *Tituli librorum, quos frontes voluminum* dixit Seneca c. 9. de tranquillitate, & Titulus quasi à tuendo dictus, Junius p. 16. col. 2. ab initio in Not. ad Tertull. Fines horum; ut lectorem excitent. Senec. c. 13. de Vita beata. Autorem de suscepta abs se materia commonefaciant. Plin. l. 5. epist. 6.

IV. *Titulum olim habere dicebatur res, quæ Deo* consecrata, & titulo crucis notata erat. Baron. tom. 2. fol. 50. ad annum Christi 112.

TOBIAS.

Vir maximè pius & patiens. Significat bonum vinum, vel Dominum esse bonum.

1. Est nomen Levitæ sub Rege Josaphato 2. Chron. 17.

2. Viri è tribu Naphthali fugientis Idololatrias Jerobeam, de quo extat liber ille, quem S. Munster. etiam Hebraicum edidit. Atqui hic Liber Tobiæ non est Canonicus; Multa id dubia ostendunt: Quis n. credat, Satanam & quidem ante orationem, suffitu posse fugari. Tob. 6, 9. c. 8, 3. cum ne quidem oratione sua fugare potuerit Satanam Paulus. 2. Cor. 12. v. 8. Quis credat Dæmonem agere rivalem, quod & fabulosum est & ipsi Physicæ contrarium? An Angelus se potuit dicere Dei filium? Naphthalitam ex ca-

ex captivitate Ninivæ? c. 3, 7. & c. 4,21. & 9, 3. Sara dicitur habitasse in Rages Medorum: Et tamen c. 9. angelus cum Tobia proficiscitur in Rages. Quæ ineptiæ? Duas vero fuisse Rages gratis dicitur. Fuisse locum vicinum Rages refutatur ex textu: ibi enim dicitur in urbe Rages. Officium intercedendi & preces Deo offerendi, quod nullius est angeli, solùm Unius Angeli fœderis Jesu Christi Joh. 16. Quicquid petieritis patrem in nomine meo &c.

In Tobiæ vitam peculiari libello commentatus est Drexelius. Tractat. 25. Opuscul. & Fabianus Justininus, Episcopus Adiacensis, alii.

TOLERANTIA. *Vide Patientia, Mansuetudo.*

§. 1. Est fructus charitatis. 1. Cor. 13. Charitas *tolerat omnia*. Sperat omnia. Eph. 4, 2. *Supportantes invicem in charitate.*

Alia per I. *Charitatem*: cum quis proximum tolerat, ex sola charitate: qualis est inter membra corporis tolerantia, 1. Cor. 12. v. 12. sequent.

II. *Necessitatem*, cum quis non charitate, sed aliis adductis causis proximum tolerat: qualis tolerantia sæpe in Politicis rebus animisque occurrit.

Effecta: stare contra omnia spicula fortunæ lib. x. Ælian. c. 40. hist. animal.

Tolerare injurias: Vide Plutarch. de Teleclo Rege in Apopht. Tom. Moral. qui fratri dicebat: Discas, ut ego, ferre injurias. p. 494. ab init.

Non esse morosum, sed facilem ad proximi defectus, adeoque perferre morositatem fratrum, amicorum.

Sperare, quod frater correcturus sit sua vitia & ad meliorem frugem rediturus: sic charitas omnia sperat. 1. Cor. 13.

Reddere venerabilem eum, in quo tolerantia est, è Chrysost. Stobæus serm. 72.

Subjectum est infirmitas fratris, in qua animus moderatus occupatur. Estque jugum hoc suave (non jugum legum humanarum, Matt. 15. Confer. dist. 19. c. in memoriam, non jugum Jesabelis. Apoc. 2, 20. 21. gravia sanè juga!)

Suasio Tolerantiæ.

§. 2. 1. *A Dei tolerantia*: Si proximum tuum ferre non potes, quomodo te feret Deus? Rom. 2. v. 4. 5. c. 9, 22. Cur v. tolerat Deus peccatores?

I. *Ad ostendendam* generalem & indefinentem erga omnes *bonitatem*. 1. Tim. 2, 4. 5. Sap. 11. Misereris omnium, amas animas. Joh. 24. *Dedit* ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam. Sir. 18. v. 12. 1. Timoth. 1. v. 15. 16.

II. *Hominum malitiosam pervicacitatem*, qua non ducitur ad veram pœnitentiam: Roman. 2. v. 5. Thesaurizas tibi &c. Sir. 5. v. 4. 5. 6. 7. c. 16, 12.

III. *Suppliciorum gravitatem*. Psalm. 32. Valer. Maxim. libro primo. *Lento gradu* ad vindictam sui divina procedit ira, & tarditatem supplicii pœnæ *gravitate compensat.*

IV. *Divinam potentiam*, quam tandem exerit: v. g. in Caino, Pharaone & omnibus impiis puniendis. 2. Thess. 1. Justum est coram Deo &c.

V. *Ultimi judicii certitudinem*. In hoc enim multorum malorum supplicia rejiciuntur, d. l. 2. Thess. 1.

2. *A fortitudine*, cujus filia est tolerantia Senec. epist. 67.

3. *A fragilitate humanæ naturæ*: Omnes enim sumus imperfectioni obnoxii. Jacob. 3, 2. *In multis labimur omnes.*

A Simili, membrorum sese tolerantium: auri quod in fornace fit splendidius. Maxim. serm. 72. Incude: Ignat. apud Stobæum. Membra sumus, ad invicem inserviend. Rom. 12. Aurum simus, ad splendescendum charitate.

Ab exemplo Christi suorum discipulorum infirmitatem ferentis animo æquissimo, Matt. 20, 20. seq. Luc. 22, 24. 25.

Herbæ ab incisione crescentis Maxim. serm. 72.

A præcepto ejusdem, Joh. 13. Ephes. 4. v. 23. Rom. 15, 1. Gal. 6, 2. *Alter alterius onera portate.*

Oppositum: Jurgia, contentio. Prov. 1, 13. Inter superbos semper contentio.

Vindicta.

TOLLO.

I. *Christus* tollit peccata Joh. 1, 29.

(α) Culpam & pœnam in se suscipiendo Es. 53, 4. 5.

(β) Pro utraq; satisfaciendo 2. Cor. 5. v. ult.

(γ) Dominium peccati virtute Spiritus S. in nobis supprimendo. Rom. 6. v. 6. 12.

Sicut olim aries expiatorius peccata populi sustulit Levit. 16. v. 21. Hebr. 9. v. 13. 1. Petr. 2, 24.

(δ) Remittendo peccata. Matt. 9, 2. Rô. 3, 24.

II. *Homo* nemo tollet gaudium Joh. 16. id est, æternum erit, nullo fine clausum. Tertullian. lib. de spectacul. Cyprianus de immortalitate.

TONDEO.

1. *In luctu* barbam vel comam Mich. 1, 8. Job. c. 1, 8. Jer. 7, 20. Esa. 15. v. 2. Ezech. 27, 31. Ritus Judæis cum Gentibus communis: quâ etiam rasurâ capitis servilem conditionem significabant, vel captivitatem: Vide Pompon. Lætum de triumpho Diocletiani. Vel rei dimissionem: Vid. Plutarchum in Cicerone. Sueton. in Tiberio. Et confer Genes. 41, 14. 4. Reg. 23, 29. Jer. 52, 33. Tonsura alia est Prophetarum & significativa, Ezech. 5. 1.

2. *In monetâ*, id est, cum moneta circumcisa justo deest pretio: quod tonsuræ genus Legibus quoque vetitum.

3. In fidei Romanæ professione: tonsi olim fuere Longobardi, Anastas. Bibliothec. in Hadriano. PP.

4. Tonsura clericalis: Vide Ordo. Sic olim in Syria & Ægypto tonsas viduas & mulieres, memorat Hieron. epist. 48. ad Sabinianum: Palladius in Lausiac.

5. Ovium olim erat magnæ lætitiæ argumentum: Rupert. lib. 7. c. 42. in Genesin. Confer. 1. Sam. 25. v. 36.

6. Martyrum olim opprobrium. Metaphrastes de S. Faustâ & Acta S. Charitinis. Apulejus l. 2. de asino aureo: Cyprian. lib. de Idol. vanitate.

7. Absolutorum à crimine: Plutarch. in Ciceron. Hinc Josephus absolutus, tonsus fuit, Gen. 41, 14.

TONITRU *Vide Fulmen & Terror.*

I. *Physicum.* Illud olim timebant *Ethnici*, si accidisset sub diremta comitia Liv. l. 40. Vitiosè fuisse creatum Magistratum, portendere videbatur Livius l. 23. Ad tonitru Cajus Cæsar sub lecto se abscondit, caput peplo involvit, Sueton.

Colebant fulgura, ne fierent. August. lib. 8. c. 10. de Civitate Dei.

II. *Theologicum est verbum Dei prædicatum.* Psal. 68, 34. V. *Prompt. allegor.*

III. *Iræ divinæ* Exod. 19. Psal. 77. Esa. 29. Ejusmodi tonitru refutavit blasphemiam Maximiani Cæsaris, victorias suas Diis fictitiis adscribentis; apud Baron. tom. 2. fol. 766. n. 35. seq. annal.

TORCULAR.

Apoc. 19, 15. Christus calcavit, hoc est, omnes hostes in irâ sibi subjecit Es. 63. Torcular passionis solus Christus calcavit, V. Prompt. Allegor. Tit. de Christo.

Insignis calamitatis & crucis, Thren. 1. v. 15. torcular devastationis.

Exundans: Joel. 3, 13. notatur exundantia Dei, ob peccata, supplicia. Torcular inferni. Vid. Prompt. alleg.

TORRENS.

1. Propriè dictus torrens, minor fluvius, & rivus veluti.

2. Belial Psal. 18. gravis Satanæ tentatio.

Cedron: Hebr. קדרון ater, turbidus, celerrimi fluxus, Jerusalem & montem Oliveti interfluens, copiosis aquis è nive liquefactâ, quas in mare mortuum exundat, per divisum Oliveti montem. Æstate plerumque siccus est. V. 1. Reg. 2. Jerem. 31, 1 Macchab. 15. 2. Sam. 15. Joh. 8.

Typus diluvii peccati, culpâ primi Adami in nos exundantis. Rom. 5, 12. 1. Cor. 15, 45. seq. v. 21. 22.

Multiplicium passionum in Christum instar aquarum multarum irruentium: in morte crucis adobruentium.

3. Qui bibit de torrente mortis. Ps. 110. v. ult. Esa. 25, 8. Ose. 13. v. 14. 1. Cor. 15. v. 55. 56. 57.

4. Cum Christo torrentem mortis olim superabimus Psal. 23. v. 4. Joh. 11, v. 26. cap. 14. Vivo ego, & vos vivetis.

TORRIS.

Amos. 4, 11. notatur paucitas eorum, qui erepti sunt: Confer Zach. 3, 2. ubi Josua ereptus dicitur è flammis captivitatis Babylonicæ, non extinguendus à Satana.

TORTOR & TORMENTA.

§. 1. 1. *Satanas.* Mat. 5. v. 25. minister tormentorũ.

2. Duo tortores sunt in hac vita, *Primus dolor, Secundus timor.* August. tom. 9. col. 795.

Finis: per tormenta disquisitio, Fulgos. l. 8. c. 4. Non efficiunt, ut homo fateatur verum Zwinger. fol. 141. 422. 2922. efficiunt, ut homo contra veritatem loquatur. Meig. p. 1710. in Nucleo Histor. Promptuar. Exemplor. fol. 1. a. b. part. 2.

§. 2. *Caussæ: Inventores*, sævi homines, v. g. Perillus ænei tauri; Aruntius Paterculus equi ænei: Et ille à Phalaride; hic ab Æmilio Censorino combusti. Plutarchus in Parallel.

Subjecta 1. Malefici. 2. Christiani olim. Vide Tertullian. Apolog. c. 11. multis torturis fracti aliquando.

Varia olim v. g. Fidiculæ, nervi. V. Cæl. Rhodigin. lib. x. c. 5. Antiq. Lectionum.

Triplex tormentum in morte impiorum. 1. *Doolr* in vitæ exitu, de amittendis opibus & voluptatibus.

2. *Horror* in transitu, per vallem mortis tenebrosum.

3. *Pudor* in Dei conspectu. Apoc. 6. Bernh.

Tormenta bellica à Bertholdo Nigro inventa, Monacho illo, teste Sebastiano Munstero in Chronic.

Modus tormentorum: his non occidendi rei, l. aut dam. §. Necea. ff. de Pœnis. Sæpè tamen occisi Christiani, vi tormentorum: Varia eaque sævissima Christianorum tormenta sunt constantiæ eorum viva argumenta.

TOSTUM.

Tostum genus sacrificii Eucharistici ex spicis tostis, & spicis Deo oblatis. Lev. 2, 14. Jos. 5, 11.

TOTUS.

Totus Christus & totum Christi. Latè de hac Phrasi in Colleg. Christol. Disp. 14. contra strophas Reformat. è Scholasticis hac distinctione abutentium.

Totalitas à nobis requiritur in lege (Diliges &c.)

1 *Subjectiva*, ut in omnibus potentiis, viribus & facultatibus Deum timeamus. Hoc enim est; ex toto corde.

2. *Objectiva*, ut omnia præcepta servemus, erga Deum & proximum, in nullo illorum deficiamus.

3. *Adjunctiva*, ut omni tempore sine omni obedientiæ ruptura Deo serviamus. Vide *Impletio Legis.*

TRADITIO.

Vocis ambiguitas.

§. 1. I. Notat ipsam fidem: Irenæus l. 1. c. 3. ipsam prædicationem fidei, Baron. tom. 2. fol. 105. n. 45. 50. fol. 106. n. 1.

II. Ipsum scriptum Dei verbum, Euseb. l. 4. c. 8. Instit. Eccles. Actor. 6. 14. 1. Cor. 15, 3. Peres. fol. 2. b. postill. secundo. Bellarm. effugia à Sibr. Lubberto lib. 7. de princip. Dogmat. Christian. refutata sunt.

III. Perpetuam doctrinæ successionem apud Patres.

IV. Ritum Ecclesiasticum Hier. ad Lucian. & in Haggæum. Tertullian. de Corona milit. c. 34.

V. Histo-

V. Historicam de Sacris libris Testificationem, quam Ecclesiæ libenter concedimus. V. Disquis. de Autorit.

Judæorum Traditiones

Narrat Epiphanius hæres. lib. 1. tom. 3. fol. 97. a. b. Matt. 15. c. 23.

Pharisæorum

Sixtus Senensis p.146. seq. Biblioth. sanctæ, pro quibus illi ex sua δευτερώσεις pugnabant, sive ex Cabbala, & Tradita lege oretenus; Vid. Sixtum lib. 2. Vid. Genealogiam Biblioth. Sanctæ.

Turcarum

De Abrahamo, plurimæ sunt apud Cornel. à Lapide fol. 324. in Genes. & Dionys. Rikel. c. Mahum.

Pontificiorum.

§. 12. 1. *Sunt multæ* & variæ.

2. *Certo numero non expressæ*, nec definitæ: Imò illarum numerum nondum etiam rogati expresserunt.

3. *Imperatæ & obtrusæ*: Traditiones tum ad fidem, tum ad mores pertinentes pari pietatis affectu ac reverentiâ (nempe quâ libri V. & N. Testamenti recipiuntur) suscipiendas, & venerandas esse, Tridentin. Concil. Session. 3. quod tamen negat Erasmus in cap. 7. Marc. Paraphras. Vide Caus. XI. recusati Concilii Tridentini. Et Nacliantes Episcopus Fossæ Claudiæ, cum nimis duram esse gloriationem dixisset de Traditionibus (*eas nempe pari pietatis affectu suscipiendas & venerandas esse*, quâ ipsummet Evangelium) Tridento excedere, & veniam à Papa petere jussus est. (P. Vergerius p. 119. in Epist. ad Regem Poloniæ) quod tàm temerarius fuisset decreto Papæ contradicendo.

4. E Scripturis illas non posse probari quidam fatentur: v.g. Ignem purgatorium Petrus à Soto in Confess. Cathol. de Purgatorio.

Indulgentias. Durandus 4. d. 20. q. 3. Antonin. Florent. part. 1. Tit. 10. c. 3. Summ. historiar.

Invocationem Sanctorum, Canis. in Catech.

Cultum Imaginum, Thomas in 3. dist. 9. q. 1. &c. Marsil. in 3. q. 8. art. 2. dub. 2.

Transsubstantiationem, Petr. de Aliac. in 4. q. 6. Scotus, Biel, Lect. 40. in Can. Missæ.

§. 13. Septem Sacramenta Alexand. ab Ales part. 4. q. 8. memb. 2. art. 1.

Sacramentum Confirmationis. Scotus 4. distinct. 7. Articul. §. *Quod si sciscitoris &c.* columna secund.

Auricularem confessionem, Nicol. de Orbell. 4. d. 17.

Cœlibatum Sacerdotum, Panormitan. C. licet.

Huc facit Confessio Glossæ Juris Canonici in C. Cum Matth. Extr. de Celebratione Miss. Multa servat Ecclesia, *quæ ab Apostolis non sunt tradita, quæ tamen cum sint longâ consvetudine approbata, non sunt minoris autoritatis.*

Faciunt traditiones, ut Dei Verbum contemnatur, Luther. in Postill. Eccles. fol. 147. in festo Pentecostes: S. Darauß. Joh. Ferus in Matt. 15. *Quod Christus Pharisæis hic dixit* (Quare transgredimini *Præcepta Dei propter Traditiones vestras*) *etiam nobis esse dictum sciamus &c. Pessimas hominum corruptorum consuetudines pro Traditionibus vendunt.* J. Hoffmeist. 20. Dom. Cantate.

TRADITOR.

Ii olim dicebantur, qui sacros codices igni concremandas Gentilibus tradebant: Baron. tom. 2. fol. 809. annal.

TRADO.

I. *Christus* se tradidit pro nobis (1) Non ut Sacerdos Leviticus pro se quoq; sacrificabat, Heb. 9, 7. (2) Pro nobis hostibus se tradidit. Rom. 5, 8. non pro amicis. (3) Ut singuli subsumant, pro omnibus esse mortuum Christum, adeoq; etiam pro se: 1. Tim. 2. Qui se dedit &c. pro OMNIBUS.

II. *Deus* tradit 1. Judicialiter. 2. Desertivè. 3. Ordinativè Rom. 1. tradidit eos in sens. reprob.

In manum tradere: V. *Bellum*. Num. XI.

Satanæ, excommunicare est. 1. Cor. 5. v. 5. Subditur namque Satanæ potestati & vinculis excommunicatus, 2. Tim. 2. v. ult.

III. *Homo* tradit corpus ad comburendum 1. Cor. 13, 3. Galenus Gymnosophista, & Indus alius, sine motu, ignis flammas pertulerunt combusti: Plutarch. in vitâ Alexandri M.

TRAHO.

De Deo dicitur Joh. 6, 45. *Nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum. Trahit verò*

1. Monitione: quæ crebra, seria, non cessans.

2. Doctrinâ, verâ ac salutari: Johan. 8. *Si quis &c.*

3. Revelatione Cyrill. in d.l. Johan. Matth. 11, 27.

4. Ut reddat hominem currentem Bernhard. serm. 2. super Cant. Cantic. *Trahe me post te.*

5. Tribulatione Es. 26. v. 16.

6. Funibus beneficentiæ Ose. 11. Jer. 31, 3.

7. Vocatione per verbum omninò trahit. Est enim potentia Rom. 1, 16.

8. Per Sacramenta, Baptismum & Cœnam, sigilla gratiæ, fidem confirmat.

9. Per promissiones Es. 41. v. 10. c. 43. v. 2. 3.

10. Per pœnarum comminationes: Ose. 6. v. 1. c. 5. v. 5. 6.

11. Per mortem & beatum ex hac vita excessum trahit nos Deus in requiem.

12. Homo trahit Deum fide, precibus: Drexel. Tract. 15. p. 346. Oper. maximè Lutherus in Joh. 16. Amen, Amen dico vobis.

TRANQUILLITAS animi. V. *Quies*. *Item Conscientia.*

TRANSACTIO.

Passaviensis V. Acta Comitialia Imperii. V. Benbellon. Part. 2. c. 12. & nostrum Thumm. in Decalogo.

TRANSFUGA.

1. *Qui ad hostes* in bello transcurrit.

2. *Tempore induciarum* ad hostes confugit. l. postlim. 19. §. 8. ff. de captivis & postlim. Pa-

triam relinquit, gratitudinis illi debitæ immemor.

Spiritualis transfuga est, qui cœlestis patriæ oblitus, Satanæ se tradit mancipium, peccato, mundo. Magus, Apostata, voluptuarius 1. Johan. 2, 15. æternam infamiæ notam contrahit, nisi resipiscat.

TRANSGREDIOR.

Vide Peccatum, Pecco.

Vetat Pietas transgredi jussa Dei, Prov. 1, 26. 27. c. 10, 24. Esa. 66, 4. Ezech. 11, 8. In Hebr. פשע transiliit: de cujus Emphasei, vide J. Forsterum in Lex.

TRANSFORMATIO.

Vide Christus. V. Corpus.

I. *Miraculosa*, v. g. Glebæ in Adami carnem conversio Gen. 2, 7. Virgæ Aaronis in colubrum conversio Exod. 7, 10. in signum divinæ missionis.

II. *Instantanea* erit in die Judicii; 1. Cor. 15, 51. 1. Thess. 4, 15. corporum nostrorum transformatio.

III. *Christi* in monte. Matth. 17, 5. gloriæ præludium.

IV. *Regeneratio* ad imaginem Dei amissam: 2. Cor. 3, 18. transformamur de claritate in claritatem.

TRANSEO.

1. De cœli & terræ interitu, Luc. 21. v. 33.

2. De securitate ac salute piorum in malis, Ps. 141. ultimo versu.

3. Accessu pœnarum, Thren. 4, 21.

4. Unione Personali: sic Lombard. 3. d. 7. ait: *Hominem in Deum transivisse.*

5. Unione Sacramentali; Sic Panis transit in corpus: Et ita veteres loquuntur, non tamen ex sensu hodiernæ Romanæ Ecclesiæ & Scholæ.

6. Respectu Politicæ obligationis: Ita Servitus Patrum transit in filios.

7. Divinæ ordinationis: Ita decimarum oblatio transiit ab Abrahamo in Levi, ut posteros Abrahami, Hebr. 7, 9.

8. Ultionis: sic peccatum Adami transiit in posteros, Rom. 5, 12.

9. *Fœderalis pactionis*, cum partes fœdus pangentes per partes sacrificii transirent, Genes. 15, 18.

TRANSMUTATIO.

Jacob. 1, 17. Non est apud Deum παραλλαγὴ

1. Ob summam Dei fidelitatem in servandis promissis.

2. Ob constantem in benefaciendo voluntatem. Vide Ps. 146, 6. Num. 23, 19. 1. Sam. 15, 29. Job. 33, 14. Ps. 33, 4. Deut. 32, 4. Mal. 3, 6. Ezech. 12, 25. Esa. 31, 2.

3. Ob sinceritatem. Apud homines est παραλλαγὴ, non apud Deum; non alia signi, alia beneplaciti voluntas. O infelicem illam, imò infelicissimam παραλλαγὴν, quam sibi pingunt & fingunt absoluti decreti fabri!

TRANQUILLITAS

Vide Quies animi.

TREMOR.

I. *Hominum*, tempore belli Ezech. 38, 19. 20. 21. Est pœna à Deo inflicta Obad. v. 9.

II. *Terræ*, tremor est secutus olim legem promulgatam Psal. 68, 8. Aciem commissam Flor. l. 2. c. 6. Epit. Hist. Confer *Terræmotus.*

Christi resurrectionem, qui tremor indicat: (1) *Lætitiam terræ* gestientis ob Christi *resurrectionem*, quæ ante tristis fuerat *ob ejus* passionem. (2) *Christi potentiam* ut Joh. 6. (3) Angeli descensum. (4) Fugam custodum & militum. (5) Majestatem Christi olim ad judicium rediturі. Ambros. lib. x. in Luc.

(TRIA & Quatuor.)

Numerus qui valdè rem exaggerat. Amos. 1. Sunt, qui septem explicent; sed rectiùs Tria in scripturis rem valdè exaggerant. Prov. 30, 15. 21. 29. Matth. 13, 33. Esa. 40, 12. De numero ternario, ut multitudinis principio Ethnicis quoque sacro, Vide Plinium lib. 18. cap. 3. Macrob. libro 1. cap. 6. Saturnal. Cum additur Quatuor, vel quantum magis res exaggeratur; ut Exod. 20, 5. ita hoc loco Amos insignia scelera castigantur.

TRIBULATIO.

Varia nomina, quocunque demum respectu indita.

§. 1. Æstus. Esa. 25, 4. tribulatio, quod urat.

Afflictio amara 4. Reg. 14, 26. mala Ecclesi. 1, 24. 1. Sam. 1, 11.

Spiritus Eccl. 8. v. 6. Psal. 44, 20. Exod. 2. v. 11. cap. 3. v. 7. 9. cap. 4. 31. Ps. 18, 19.

Angor 1. Sam. 1, 6. Ps. 25, 17.

Angustia, vocatur στενοχωρία, quæ propriè est *loci angustia;* Notat verò in piis tribulationem, Roman. 8, 35. 2. Cor. 2. v. 4. Psal. 119, 143. 2. Cor. 6, 4. c. 12, 10. Israëlitarum in Ægypto Exod. 6, 9. Josephi Gen. 42, 21. Piorum, Esa. 26, 16. 2. Cor. 4, 8. Huc quadrat vox צר apud Hebr.

In Impiis *terrores conscientiæ*, & impossibilitatem fugiendi in die judicii, Roman. 2, 9. & Threnor. 1, 3. comprehenderunt eum inter angustias.

Aquæ, Ps. 18, 17. Ps. 69, 2. Jer. 8, 14. c. 9, 15. Thr. 3, 4. 5. Psal. 144, 7. Caligo. Thren. 2, 1. Joel. 2, 2.

Calix, Psal. 75, 9. Matt. 20, 22. Joh. 18, 11. Marc. 10, 38.

Castigatio, Ps. 118. v. 8. Jer. 30, 11. cap. 31, 18. c. 46, 28. Hebr. 12, 6. Apoc. 3, 19.

Collisio, Ps. 37, 24. Gen. 25, 22. alleg. de utero Rebeccæ.

Conturbatio, Ps. 42, 7. & 55, 3. 5. Ps. 88, 17. Ps. 109, 22.

Correptio, 1. Cor. 11. à Domino corripimur. Os. 5, 9. Jer. 10, 24.

Crux, Matth. 10, 38. cap. 16, 24. Luc. 9, 23. c. 24, 27. *Ab effectu:* Cruciat enim nos, & carnem nostram crucifigit, Gregor. hom. 37. in Evangel.

Ab Objecto: Veterem namque hominem crucifigit Esa. 26. *Domine in angustia &c.* 1. Corinth. 11, 38.

A Conformatione nostri ad imaginem filii Dei: ut enim hic cruci suffixus; sic & nos cruci tribulanti subjecti sumus: eique affixi, & eâdem transfixi.

§. 2. Dolor, Psal. 18, 5. mortis d. l. Psal. 38, 18. Ecclesf. 2, 23.

Dura, Ps. 60, 5. quæ verò? Ibidem explicatur.

Expugnatio, Ps. 129, 2. Ps. 35, 1. Ps. 109, 3.

Flagella, Ps. 35, 15. Ps. 38, 18. amara è dulci manu Dei.

Fluctus, Ps. 42, 8. Dei Ps. 88, 8. omnes fluctus.

Fovea, Psalm. 57, 7. quam persecutores parant.

Fuga, Ps. 55, 7. quam optat David, ob inimicos infestos.

Funes mortis, Ps. 18, 6. Impiorum Ps. 124, 7. nos in calamitatibus cingentes Psal. 142, 5. Psal. 69, 12. 2. Tim. 4, 16.

Horror, Job. 7, 14. Ps. 55, 5. Job. 30, 21. animam percellens.

Humiliatio, 2. Chron. 32, 26. Ruth. 1, 21, 1. Sam. 2, 7.

Ignis. Ps. 66. v. 12. Vide Promt. alleg. Tit. Tribulatio.

Indignatio, Es. 26, 20. Job. 3, 26. Ps. 30, 6. Ps. 102, 15.

Ira, Bar. 4, 6. Ps. 18, 9. Ps. 102, 11.

Laqueus, Ps. 66, 11. Ps. 57, 7. Ps. 91, 3.

Luna Ps. 121, 6. radiis nos pungens.

Mœror cordis, Prov. 15, 13. V. supra n. 1. *Angustia &c.*

Mala 2. Sam. 12, 11. videtur enim carni crux mala.

Militia Job. 7. v. 1. adversum omnes dolores & cruces.

Mortificatio Ps. 44, 23.

Occisio Ps. 44. d. l.

Pavor Job. 4, 14. c. 9, 34.

Percussio Ps. 69, 27. Ps. 102, 5. Es. 19, 22.

Plaga Ps. 39, 11. 38. Job. 23, 2.

Sagittæ Dei Job. 6, 4. Ps. 18, 15.

Sceptrum impiorum. Ps. 125, 3.

Sol, Psalm. 121, 6. inde crucis æstus 1. Petr. 4, 12.

Supplantatio Ps. 41, 10.

Tempus malum Eph. 5, 16.

Terror Psalm. 88, 8. Vide hic num. 2. *Horror.*

Timor Ps. 55, 3. Job. 16, v. 6.

Torrens Ps. 18. v. 6. & 110. v. ult. & 124, 4.

Tremor Ps. 55. v. 3. seq.

Tribulatio Spiritus Job. 7, 15. c. 15, 24.

Dies tribulationis Ps. 18, 7. & 20, 2.

Turbatio Job. 16. Johan. 14, 1. ne turbetur cor vestr.

Turbo Esa. 26. v. 3. 4.

Venditio Ps. 44. v. 13.

Ventus turbinis & tempestatis. Ps. 55, 9.

Vinum compunctionis Ps. 60, 4. Jer. 8. v. 14.

Virga Ps. 89, 33. Esa. 10, 5. 2. Sam. 7, 14.

Visitatio. Proverb. 19, 23. Psalm. 17, 3. Psal. 89, 33.

Causa permittens & moderans tribulationes, & quæcunq; causæ vicem subeunt suo modo.

§. 3. *Deus est*, inducens in infernum & reducens 1. Sam. 2, 6. nos corripiens 1. Cor. 11, 31.

Crucem dans in vexillum omnibus Christianis, non soli Ignatio, ut Ribad. l. 2. c. 11. de vita illius garrit.

Chirurgo similis, qui remedia applicat vulneribus, etsi illa his afferant dolorem, Ose. 6. vers. 2.

Musico, qui claviculâ chordas attrahit, ut eò melius resonent; Sic cruce & tribulatione mentes nostræ ad Deum elevantur; Ps. 25. *ad te levavi.*

Equiti calcar adhibenti, quô piger equus excitetur.

Patrifamilias, qui dat potum domesticis: sic Deus dat crucis calicem. Matth. 26, 36. Joh. 18, 12.

Huc pertinent variæ de Deo phrases, quæ dicitur probare. Ps. 66, 10. ut aurum & argentum. Sir. 2, 5. 1. Pet. 1, 7.

In desertum ducere. Matth. 4. v. 1. Os. 2, 14. nempe crucis.

Ducere in infernum 1. Sam. 2. v. 6. & reducere.

Tentare Gen. 22. *Tentavit Deus Abraham.*

Percutere Job. 5. v. 18. 19. *Dominus percutit.*

Plagis afficere. Thren. 3. v. 33.

Calicem præbere Psal. 75. v. 6. sic præbuit filiis Zebedæi Matth. 20.

Velle occidere Exod. 4. vers. 24. 25. etiam Mosen dilectissimum.

Panem dare angustiæ Job. 3, 24. Psal. 80, 5. Psal. 102, 10.

Castigare Ps. 39, 13. Jerem. 2, 19. Hebr. 12, 6. Apoc. 3, 19.

Irasci Psal. 90, 8. & super Oratione fumare Psal. 80, 5.

Ob peccata Jerem. 30, 15. indignari & vulnerare.

Morbos immittere Sir. 38, 15. Exod. 15. v. 26.

Superinducere malum Nehem. 9, 33. nempe pœnæ & supplicii.

Non parcere Thren. 3, 42. Daniel. 9, 13. nec differre pœnas.

Prosternere: 1. Cor. 10, 5. *Prostrati sunt in deserto.*

Auferre: Job. 1, 21. Dominus abstulit: Dominus dedit &c.

Tradere injusto justum Job. 16, 11.

Onus imponere Psal. 68, 20. nempe commune illud Onus Crucis.

Tenebras creare & malum Esa. 45, 6. Amos 3. 6. quibus etiam pii involvuntur.

Atque hæc omnia justo consilio, sapientissimoque Deus noster immittit 2. Thess. 1. v. 6. in nostram salutem.

Idem Deus adest in cruce. Allegor. §. 4.

Orante, & pugnante Josua stabat Sol, Jos. 10. nobis orantibus & pugnantibus Deus adstabit. Ps. 23. *adest mihi.* Ps. 91. *Cum eo sum in tribulationibus.*

Mensuram illam: Ut medicus novit, quantum sanguinis sit mittendum; ita Deus aquas moderatur Esa. 43, 2. *tribulationis* & calicem.

Vas fictile vacuum igni appositum frangitur, plenum non item; sic novit Deus nos suis donis replere, ne in malis fatiscamus.

Emblema. Cor mersum in mari Deus manu è nubibus porrectâ extrahit tandem, his verbis Ps. 68, 23. *E profundo maris quosdam adducam.* Stante arcâ in Jordane aquæ non obruebant Israëlitas Jos. 4. sic quantisper nobis Deus astat in cruce, non hæc ad nos adobruet. Esa. 43. v. 2. *non fluctus.*

Tres pueri in fornace Babylonicâ confortabantur Daniel. 3. sic pii in fornace tribulationis.

Gen. 28, 20. Exulem Jacob solatus est Dominus repositâ de Christo promissione: sic nos unica *in Christum* spes consolatur: Job. 9. Scio, quod redemptor meus vivit: &c. Genes. 8, 1. Deus recordatus est Noachi in arca: sic nostri in cruce. Esa. 49. *non obliviscar tui.*

§. 5. *Emblema.* Cordi in igne posito manus è cœlo infundit aquam, Sol è cœlis aërem inspirat: sic pii in cruce reficiuntur à Deo. Esa. 57, 15.

Israëlitæ in calidissimo Arabiæ deserto umbrâ tutelari nubis fruebantur: Exod. 14, 19. Psal. 78, 14.

1. Mundus est desertum. Psal. 63. v. 2. 3.

2. Calidus ob ignem tribulationis 1. Petr. 4, 12.

3. Dei præsentia nubes est nos protegens. Esa. 25, 4.

4. Manna & aqua consolationis nobis quoque non deest. Ps. 89, 17. Ps. 94, 19.

Sicut medicus imponens aliquod emplastrum urens non mox tollit illud, licet sit præsens: sic nec statim liberat Deus; etsi sit præsens, Augustin. tom. 8. col. 1678. a. b.

Nauclerus optimè navim gubernat, ne mergatur: Sic Petrum Petrique socios Matt. 14. servavit; nos quoque servabit, ne crux noceat: sicut Sauli lanceam vertit, ne Davidem feriret 1. Sam. 19. v. 9. 10.

Probus aurifaber scit moderatè metallum probare, ne planè pereat: sic aurum fidelium Deus probat, Esa. 48, 10.

Æger homo baculo innititur: Ægri cruce Deo & baculi verbo Ps. 23. & gaudemus & nitimur & sustentamur.

Temperat calicem Dominus Matt. 26, 36. ut bibere servi cum Domino Jesu possimus: nos temperemus animos oratione & patientiâ nostros.

Novit citharœdus, quantum intendenda sit chorda: sic Deus crucem, pro viribus nostris intendit, 1. Cor. 10. v. 13.

Hyemem temperat, & æstatem Dominus, quidni & crucem? quam suis imposuit.

Quare non est Deus noster, sicut olim in certaminibus erat Agonothetes. Hic enim & de eventu erat dubius, & neutri poterat ferre suppetias. Utrumque potest Deus noster: utrumque præstat. Est enim omniscius, verax & omnipotens 2. Pet. 2. Novit *Dominus suos è tentatione eripere:* sic Israëlitas ex Ægypto.

Descendit cum Josepho sapientia in carcerem Sap. 10. sic Christus nobis adest in carcere vitæ nostræ usq; ad seculi consummationem. Matth. 28. *Ecce ego vobiscum sum.*

§. 6. Satan quoque nos tribulat. Gen. 3, 15. insidiando, cribrare volendo Luc. 22, 31. contra nos pugnando Eph. 6, 12. devorare volendo 1. Pet. 5, 8. tentando Apoc. 2, 10. c. 12, 12. Gen. 3. *Ponam inimicitias.*

Mali hostes fidei. Ps. 116, 10.

Stulti Prov. 13, 19.

Impii Prov. 29, 27. Esa. 59, 15.

Mundus Joh. 15, 19. 1. Joh. 3. v. 11. 12. Caini proles.

Persecutores Romanor. 8, 35. & Tyranni quivis.

Angeli mali, sive boni: 1. Chron. 21. 2. Reg. 19. *in castris Assyr.*

Pseudodoctores, qui EcclesiamDei tribulant, pungunt: Matth. 7. v. 15. Actor. 20, 28. 2. Petr. 2. v. 1. 2.

Calumniatores Psal. 64. & 86. & 119. per totum.

Cœtus impiorum Psal. 94. Thren. 4.

Sacerdotes & Prophetæ ventri dediti Philip. 3. v. 18, 19.

Tyranni, vide Tyrann. Infra.

Cognati & amici deserendo nos. Psalm. 27, 10.

Supplantationem magnificando Psalm. 41. v. 7. 8. seq.

Persequendo Ps. 55. v. 15. 16.

Subsannando Psal. 79, 4. Tob. 2. v. 16. Psal. 42. v. 4. 11.

Procul recedendo. Psal. 35. v. 12.

§. 7. *Inimici:* nos circumvallando, Gen. 19. Psal. 3. Ps. 6. v. ult. in fugam v. omnes tandem conjiciuntur.

Sagittas parando Psal. 11. v. 2. quas Dominus frangit.

Consultando Psal. 35. v. 19. 20.

Gloriando 2. Reg. 19, 17. 18.

Furendo Ps. 17. sicut leo, Ps. 74. *Ne tradas bestiæ animam turturis.*

Mundus & Diabolus, *qui veram Ecclesiam* affligunt multis variisque modis ac methodis.

Ob Deum cui adhæremus, Psalm. 16. & 44.

Nomen Dei Exod. 15, 2. cui adhæremus Psal. 33. ult.

Regnum Christi Psalm. 2. Quare fremuere gentes.

Cultum Domini. Exod. 5. sacrificemus Domino Ps. 44. *Non obliti sumus* Te: Psal. 69. *Zelus domus tuæ &c.*

Confessionem. Ps. 116. *credidi.* Psal. 119. *Non sum tui oblitus, & servus tuus loquitur de statutis tuis.* Psal. 120. *belligerantur cum loquor.* Vide hodiernum Evangelicæ Ecclesiæ statum.

Zelum:

Zelum: inimici facti sunt mihi: Ps. 119, 13. 18. 69. 78. 88. 112. seq.

Vitæ innocentiam: Sap. 5. v. 3. Danielis 6. Propheta aulicis exosus.

§. 8. *Modi varii afflictionum & materia ex qua: velut:*

Maledictiones. v. g. 2. Sam. 16. Simei, maledicit Davidi.

Opprobria Ps. 69, 11. Rom. 15. v. 3. in Christum jacta: sic & infideles.

Condemnatio Psal. 88. *Æstimatus sum cum descendentibus in infernum.* Sap. 5. v. 1. seq.

Fames. Rom. 8. v. 36.

Contemptus & odia Joh. 15. *Mundus vos odio habet.*

Derelictio & angustia. Vide hoc Titul. num. 1. 2.

Ignominia 2. Corinth. 6. 5. seq. 1. Cor. 4. v. 9. 10.

Verba dolosa. Psalm. 5. v. 10. Roman. 16, 16. 17. 18.

Vituperatio sectantium bonam fidei semitam. 2. Pet. 2, 2.

Obtrectatio & calumniæ bonorum. V. suprà Tit. *Calumnia.*

Testimonia falsa: V. *Accusatio falsa* supra & *Testis falsus.*

Ingratitudo Ps. 35. retribuebant mihi mala pro bonis.

Exilia v. s. l. Titul. *Exilium.* & Titul. *Persecutio.*

Cædes v. Homicidium.

Carceres Jer. 37. Vid. Tit. *Carcer.* supra suo loco.

Sepultura ignominiosa. V. *Sepultura.*

V. Tit. Plaga.

Subjectum crucis.

§. 9. Pii sunt. Ecclesia Ezech. 9. *Incipite à sanctuario meo.* 1. Petr. 4, 17.

Exod. 12. Cemedentes agnum Paschalem simul *lactucas sylvestres edere jubebantur:* 2. Tim. 3. *Omnes qui piè vivere volunt &c.*

Etiam Magni Viri Joh. 4. Regulus, 2. Reg. 5. Naëman leprosus verum invenit medicum.

Justi Ps. 34, 20. multis in vitâ tribulationibus expositi.

Servi Dei, Sir. 2, 1.

Crucis candidati Martyres. Apoc. 12, 11. non dilexerunt animam.

Patriarchæ, adversitatum exemplaria. Hebr. 11.

Prophetæ omnibus injuriis obnoxii. Actor. 7.

Apostoli 2. Cor. 4. v. 5. 6. 7.

Discipuli Christi Matth. 11, 29. Luc. 14, 27.

Ejus sectatores Matth. 16. 24.

Hæredes cœli Actor. 14, 22.

Piè viventes 2. Tim. 3, 12.

Fines

§. 10. *Effecta & commoda varia tribulationis.*

Agnoscere facit peccata 1. Reg. 17, 18. Dan. 9. Genes. 42. Jerem. 30. v. 11. c. 46, 28. Thren. 3. 40.

Et tandem evigilat conscientia, tribunal illud, excitata à tribulatione. Vide Sap. 17, 10. Eccles. 13, 10. c. 30, 17. 2. Cor. 1, 12. 2. Chron. 33. Dan. 4. Luc. 15. Ps. 89.

Ambulare nos facit in via ad gloriam. Sic Christum sequamur in hac via. Luc. 24.

Amputatio vitium spiritualium, ne incrassescant.

Appropinquare Deo. Luna plena longius à sole distat; non plena propior illi est: Sic pii diffidentes sibi, & egeni Deo propiores.

Amare crucem: Sic Andreas Apostolus desiderasse crucem memoratur: in Actis ejus ab Achaja conscriptis.

Benedictionem affert. Jacob in crucis formam composuit manus, Josephi filiis benedicturus Gen. 48, 14.

Nemo à Deo benedicitur, nisi cui forma crucis imposita fuerit, id est, ut tribulationes ferat.

Conformes Christo reddit. Rom. 8, 29.

Confitetur Deum Philip. 1, 12.

Compellit ad Deum: Sic Jairum ad Christum Augustin. epist. 87.

Clarare nomina piorum: Quis nosset Noam, Jobum &c.

Hectora quis nosset, felix si Troja fuisset:
Publica virtutis per mala facta via est.

Commoda multa præstare: Vid. Drexel. c. V. Tract. 13. p. 78.

Conformare nos imagini filii Dei Rom. 8. 29.

Desiderium ingenerare vitæ æternæ Es. 35.

§. 11. *Exaltat ad Deum, ut fluctus Noæ arcam* elevarunt: Ita crux cor tuum ad Deum Es. 26, 20. in angust. &c. Vide exempla Tobiæ, Lazari, Josephi, Mardochæi, Davidis &c. cruce exaltatorum. Prov. 15, 33. c. 18, 12. Excitare ad preces ardentes Es. 26. v. 20. c. 28, 19. Exercere nos: Heb. 12, 1. Sicut ferrum splendet ab usu, aliàs rubigini obnoxium: sic lucet pietas, malis exercita.

Electos nos reddere. Esa. 48, 10.

Desiderium cœli instillare, ut de patria illa cogitemus in exilio hujus vitæ.

Extollere justos: Ut cetus non devoravit; sed servavit extulitque Jonam: sic quoque crux pios.

Exemplo spei & *patientiæ aliis prælucere* Ps. 22, 5. & 34, 5. Sir. 2, 11. Jacob. 5, 10.

Et gloriam parere: Si quis calamo prælietur contra ignem, calamus consumitur; ignis fit clarior: sic crux nos nostramq; justitiam reddit clariorem. Malitia instar calami consumitur. Chrysost. hom. 54. in Act. Ejusmodi calamus erat Pharao Ægypti, Ignis Israëlitæ: Fideles in eis aurum: stramen increduli.

Fructificare: sicut Amygdalus arbor non dat fructum, nisi percussa: Ita David, Manasse, cruce percussi pœnitentiæ fructus ediderunt.

Glorificat nomen Dei, quod sit solus omnipotens Esa. 37, 20. Ezech. 39, 7. Joh. 9, 3.

§. 12. *Humiliat:* Deus nos includit laternæ tentationum, crucis, humilitatis, ne ventus superbiæ extinguat lumen gratiæ in nobis. 2. Cor. 12. *Ne extollar.* Alexander vulneratus se homi-

hominis filium esse sensit, non Jovis, ut ei persvaserunt Sycophantæ.

Facit nos orare: Vid. Drexel. Tract. 13. c. 3. p. 66.

Deum quærere, Ps. 77, 36. Esa. 26. v. 16. c. 28. Ose. 6, 1.

Eum ex animo timere, Psal. 119. v. 120.

Ostendit nos consortio cœlestium ex gratia dignos esse. Ut olim Romæ Candidati sine tunica descendebant ad comitia, ut eorum vulnera conspicerentur pro patriâ accepta. Ita crux tolerata ostendit, cœlestis Patriæ cives. Vide Apocal. 7. v. 13. 14.

§. 13. *Impedit voluptatem.* Vasa figulina cocta non facilè franguntur, nec adhærescunt: Ita vasa gratiæ in fornace crucis siccata non adhærent mundo: Gal. 6. *Mundus crucifixus. Nec franguntur tribulationibus:* Israëlitæ pressi in Ægypto non scortabantur, non murmurabant, crescebant ut palma irrigata: Sic pressi cruce mundi, crescimus fide, spe, à peccatis quoque nos abstinemus. Impedit quoq; *ne damnemur* 1. Corinth. 11. ne superbiamus: 2. Cor. 12. *Ne extollar.*

Præparare nos ad militiam spiritualem, ne simus delicati milites. Non nisi concinnati lapides ædificio templi adhibiti sunt 1. Reg. 6. sic pii, cruce cæsi, fide politi.

Ornare nos: Sicut statuarius statuam variis ornat modis; sic Deus cruce pios.

Ad appropinquandum Deo: Sicut cervus canibus axagitatus sponte suâ ad hominem confugit.

Probare (Richterus p. 226. 227. Ax. Oecon.) fidem, constantiam: Sir. 2. sicut aurum. Dignitatem nostram: Sap. 3, 5. Sir. 27, 6.

Promovere Dei gloriam Joh. 9. & ad Deum: Ut aqua ab artifice in angustas collecta in altum prosilit: Ita cor nostrum angustiis constrictum ad Deum sese erigit.

Pungere nos: ne flores mundi carpere in animum inducamus. Gregor. lib. 23. Moral. Prudentiam instillat mentibus.

Purgare: Joh. 15. *Purgabit palmites.* Job. 23, 10. Ps. 16, 3. Augustin. in Ps. 61. *Venit tribulatio mea, veniet & purgatio mea. Nunquid lucet aurum in fornace aurificis? In monili lucebit, in ornamentiis lucebit &c. Quod vult artifex facio, ubi me ponit, tolero.*

Præparat, ut sigillum Dei recipiamus: Sicut cera non nisi mollis formam sigilli recipit; Ita cruce mollimur & imaginem passionis recipimus, Rom. 8. 29.

Parturire nos facit, Es. 26. v. 21.

§. 14. *Probat fidem,* Zach. 13, 8. Sap. 3, 5. Sir. 2, 5. Tob. 12, 13. 1. Pet. 1, 6. Roborat eandem.

Splendere facit pietatem: Ut ignis sub cinere à vento exsufflatur; Ita pietas non nisi in tribulatione micat, 1. Pet. 1. *Ut fides vestra auro nitidior.*

Ut luna noctu, non interdiu videtur &c.

Rubus ille Mosis non consumebatur; sed illustrior reddebatur Exod. 3. Sic pii in cruce. David decennali quassus exilio egregios Psalmos composuit, hymnos parturiit & gemitus.

Et fortitudinem: Candidati Romæ sine tunicâ descendebant ad Comitia, quo eorum vulnera pro patriâ conspicerentur: Plutarch. in Quæst. Rom. Sic crucem tolera fortiter & cum Christo dimica pro Christo, æternos tibi cœlorum candidato honores distributuro, ut supra quoque diximus.

Subtrahit nobis mundi dulcedinem; sicut mater ablactatura puerum absynthio mammas tingit. Multæ sunt mundo mammæ: has tingit absynthio *crucis* Deus.

Testatur de judicio extremo, Mal. 3, 17. 1. Pet. 4, 17. Heb. 11, 35.

Vincere efficit nosmetipsos, 2. Cor. 1. *ne fiduciam in nobis &c.*

Symptomata varia, ac consequentia crucem.

Ab amicis deseri Psal. 88. 9. 10. Psal. 38. Psal. 142, 5. Psal. 69. v. 22. 2. Tim. 4, 16. §. 15.

Dicere: nos à Dei facie esse rejectos, Psal. 31, 29. animam à Deo repudiatam esse, Psalm. 88, 15.

Corda tristibus cogitationibus replet: v. g. Deum esse nobis inimicum Deuter. 1, 27. *terribilem* Job. 30.

Consolationes ad nos non spectare. Ps. 77.

Nos è cruce non emersuros esse. Psal. 69. v. 1. 2.

Deum dormire, quem idcirco excitamus precibus Psalm. 83, 2. Matth. 8. *discipuli excitant* Christum.

Incitare alios ad persequendum Psal. 71.

Insultare nobis hostes: qui dicunt, *ubi Deus tuus?* Psal. 42.

Illudere Psal. 22. v. 7. *Ego vero opprobrium.*

Quærere Ubi sit Deus noster? Psal. 42.

Tristitiâ affici. Psalm. 42. *Conturbata* anima: fieri pelicanum Psalm. 102. *locustam* Psal. 109. parturientem Esa. 26, 21. cap. 38. gementem v. 14.

Terreri hostes: Cum vident pios ita affligi, 1. Pet. 4.

Tandem Dei gratiam agnoscere, Psalm. 31, 8. 9. & de salutari crucis ἐκβάσει 1. Cor. 10, 13. gaudere sibi. Psal. 66, 16.

Piis gratulari de liberatione. Psalm. 34, 3. & 35.

Gaudere de auxilio Dei Psal. 13. vers. penultim.

Laudare Deum post tribulationem Ps. 116, 4. Psal. 18. v. 4. *Invocabo nomen Domini.*

Agnoscere magnitudinem liberationis. Sicut Israëlitæ egressi Ægypto servitutem se serviisse maximam intellexerunt. Ut *Sol* nebulis involutus postea gratius splendet, gratiusque ver est post elapsum hyemem. Sic post crucem Dei auxilium Psal. 18. *Invocabo Dom.*

Adjuncta.

§. 16. *Duratio:* Longa videtur piis Jer. 37, 16. Ps. 13. Domine usque quò &c.

Brevis tamen est & nubecula citò transitura. Sic enim olim Athanasius dixit, in exilium pulsus: Socrates lib. 3. histor. c. 12.

Apoc. 6.

Apoc. 6. *modicum sustinete.*

Non æterna. 1. Reg. 11. v. 39.

Ordo: sequitur tribulatio hominem, etsi huic peccata sint remissa. Vid. 2. Sam. 12. Gen. 3. v. 15. 16. Greg. Magn. in Moral. sub fin. ferè capitis.

Solatium in cruce, Deum sui fœderis recordari Exod. 6. v. 5. crucem determinare 1. Reg. 11. vers. 39.

Solatium post crucem. Jer. 31. v. 14. Confer Psalm. 86. vers. 18. Sol post pluviam. Risus post lachrymas.

Ingrata homini Crux. Ps. 66. Durum nobis præstitisti. Psal. 80, 5. 6.

Connexio: nulla calamitas sola. Psal. 42. Ezech. 7. vers. 5. 6. 26. Job. 1. & 2. & 16. Jonæ. 2. v. 4. 6. Ps. 34. Multæ tribulationes.

Communis est piis. 1. Pet. 5. v. 9. omnibus in hac carne viventibus. Job. 14. v. ult.

Ignominia & contemtus Psal. 31, 12. calamitates sequitur. Sed tamen crux non est digna gloriâ æternâ Rom. 8, 18.

1. Ratione *durationis:* Illa brevi tempore durat, at hæc in æternum.

2. *Levitatis:* illa levis, hæc gravis. 2. Cor. 4.

3. *Occupationis:* illa est in paucis malis; hæc in omnibus bonis.

4. Illa *mixta malis bonis*; hæc non mixta, sed purissima.

Ut stilla aquæ modica vino infusa deficit à se tota & saporem vini induit: Sic omnis amaritudo crucis dulcescit infusa, & comparata vino æternæ gloriæ. Macar. Hom. 15. *Si fieri posset*, ut quis ab eo die, quo conditus est orbis, ad extremum usque judicii diem viveret, ac per omne illud tempus non laboraret modò, verum etiam extrema quæque supplicia pro Deo pateretur, nondum essent labores ejus & cruciatus digni, quibus æternæ vitæ premium *redderetur:* Hæc ille. In eandem sententiam scribit Origenes in h. l. & Anshelmus ex hoc suum sumsit Apophtegma: si homo mille annis serviret Deo ferventissimè, non meretur de condigno dimidium diem esse in regno cœlorum. Hæc Anshelm.

Mitigatio, quæ à Deo est. Joel. 2. *Bonus & misericors Dominus &c.* Thren. 3. consumpti sumus:

§. 17. *Multa est.* Vid. Histor. Sanctor. Hi enim non unam, sed multas experti sunt calamitates, V. Jacobi, Davidis, & cæterorum sanctorum vitas. Psal. 18. tribulationes multæ, aquæ multæ, Ps. 40, 13. *Circumdederunt me tribulationes sine numero.* Job. 6, 1. 2. Ps. 34, 19. Ps. 94, 19.

Signum est amoris Dei. Apoc. 3, 19. *Quos amo, hos castigo & arguo.* Zach. 13, 9. Hebr. 12, 6. Sap. 3. v. 6. Tob. 12. Alleg. 1. Sam. 20, 21. Sagittæ crucis juxta te pacem cum Deo subinnuunt: Sunt hæ tribulationes sagittæ aureæ, argenteæ, cum medela protinus conjunctæ. Has amplectamur, ne nos lædant sagittæ Dei infernales, inobedientibus debitæ. Est quoque tribulatio peccatorum moneta. Dan. 9. Peccavimus Domine. Psalm. 106. peccavimus cum patribus nostris.

Unica & sola non est, sed mox altera alteram trahit. Ps. 42. abyssus abyssum invocat.

Derisio tribulatorum.

Psal. 69. v. 12. 13. 1. *Deo adversa*, qui non vult afflictum affligi. 2. *Charitati inimica*, quæ condolet Roman. 12. v. 15. quæ alienis miseriis afficitur. 3. *Contraria misericordiæ.* §. 18.

Aliquando diu durat crux.

Vide 1. Sam. 1. v. 7. respectu nostri. Momentanea est respectu Dei & vitæ æternæ. 2. Cor. 4. v. 17. Hinc (1) illi gemitus: *usque quò Domine* Psal. 6, 4. & 13. v. 2. 3. (2) Querelæ de nostra infirmitate. Psal. 69, 4. Dei oblivione Ps. 77, 8. 9. 10. Silentio. Ps. 83. v. 2. Job. 30. v. 20. Es. 49, 14. (3) Exempla. Jerem. 29. v. 10. Exod. 12. v. 40. Luc. 13, 11. Matt. 9. Joh. 5, 5.

Frequens est & frequenter à Deo immittitur ob diversos fines. V. supra: *Finis effectus crucis.*

Collata ad æviternitatem tribulatio brevis est. Psalm. 30, 6. Esa. 54, 7. Jer. 31, 14. Joh. 16, 16. Rom. 8, 18. 2. Cor. 4, 17. à Deo definita Job. 14, 5. Sap. 11, 22. Genes. 15, 13. Jer. 29, 10.

Beatitudo sequitur crucem. Luc. 24, 26. Actor. 14. v. 21. Matth. 5, 5. Adeoque terminus crucis & *Finis est tandem lætus.* 1. Cor. 10. v. 13. contra tristis est exitus malorum, à Deo determinatus. Jerem. 29, 10.

Mixtura crucis & lætitiæ bona. Ps. 30. *Vesperi fletus: manè gaudium.* 1. Sam. 2. *Dominus deducit in infernum, Dominus educit.* Bernhard. epist. 136. *Si tristitia semper accederet, quis sustineret?* Si semper prospera, quis non contemneret? Sed rerum tanta gubernatrix sapientia harum, pernecessariâ vicissitudine electis suis cursum vitæ moderatur temporalis, ut nec adversa frangant, nec læta dissolvant, quum potius ista ex illis gratiora, & illa ex his tolerabiliora reddantur. Benedictus igitur *per omnia Deus:* hæc Bernh. §. 19.

Mitigatio tribulationis à Deo promissa Levit. 26. *Non penitus abjiciam vos.* 1. Cor. 10, 13. *facit exitum tribulationi ut possimus portare. Exemplis confirmata.* Judic. 2, 3. 6. 10. cap. Deus populi sui, majores pœnas promeriti, misertus esse commemoratur 2. Samuel. 24. 1. Chron. 21. grassante peste, quam abstulit Dominus, populi internecione. 2. Reg. 13. cap. 14. Thren. 3. misericordiâ non consumpta, Ezech. 10. *pepercit oculus meus super vos.* Tob. 3. post tempestatem sol oritur.

Cur verò mitigatur? Et quando?

I. *Ex parte Dei*, (1) *qui respicit pœnitentiam.* 1. Sam. 7. *Si in toto corde revertimini.* Job. 8. *Evigilabit ad te.* 1. Reg. 8. Salomo de hac loquitur pœnitentiâ: *si clausum fuerit cœlum:* 2. Chron. 32. non venit ira, quòd Rex, subditi, se humiliâssent. cap. 33. Exemplo Manassis, cujus pœnitentiam respexit Dominus. (2) *Servat promissi fidem* Ps. 106. *Memor fuit* sui Testamenti. Deut. 6. *Recordare* servorum tuorum. Ps. 119. *vivificat nos* juxta verbum suum. Eloquium suum. (3) In se sperantes servat. Es. 33. Danielem. Dan. 6. credidit Deo suo. Ps. 25. nemo confunditur. Rom. 5. *Spes non confundit:* clamantes audit Ps. 22. Jud. 2. c. 3. Israëlitas. 2. Reg. 19. Salomonem. 1. Reg. 8. Josaphatum. 2. Chrō. 18. c. 20. Davidem. Ps. 18. Pauperem. Ps. 34. Tribulatum. Ps. 50. Ps. 18. & 86. Ps. 102. & 106. & 107. §. 20.

quiri-

quiritantem. Psal. 70. *Egenus & pauper sum.* Psal. 109. Gloriam nominis sui respicit, non demerita nostra, Psal. 79. *Adjuva nos Deus propter gloriam*, Esa. 37. protegam civitatem propter me. Esa. 48. *Propter me* faciam, nomen meum, non propter nos. Ezech. 36. Dan. 9. Audi nos *propter dominum*. Dan. 3. *propter nomen tuum.* Et bonitatis & misericordiæ. Psal. 31. *quàm magna bonitas tua* &c. Psalm. 143. v. ult. Michæ 7. volens misericordiam est Deus.

II. *Ex parte Piorum*, quorum respicit preces. Paulò ante id demonstratum. Innocentiam: Ps. 17. *probasti cor meum.* Ps. 35. *sine causa foderunt foveam.* Dan. 6. *delictum contra Regem non fecit infirmitatem* Psal. 125. sacrificia. Jud. 20. 1. Sam. 14.

III. Ex parte impiorũ, superbient. furentium, calumniantium, blasphemantium. Deut. 32. v. 27. cap. 9, 28. Psal. 41, 12. 2. Samuel 16. Psal. 76. & 74. Psal. 137. Ps. 89. Ezech. 36. *ut confundantur.* Psal. 86.

Affectio.

Est dilatio ejusdem mitigationis. Hinc Habac. 1. usque quò Domine.

De Variis in cruce officiis

§. 21. *Nostris mixtim. Non putare quod Deus ex ira sua nobiscum agat.* Est enim pater, medicus noscens quid nobis conducat, quid humiliet nos, quid sanet, quid vigiles nos reddat. *Vincere sensum carnis*, quæ à cruce abhorret fiduciâ filiali ac indicio Sp. S. qui ait, ne cũ mundo condemnemur, 1. Cor. 11, 31. at cum Josepho exaltemur. *Agnoscere cœcitatem*, quæ impedit, ut non videamus virgæ crucis utilitatem. *Considerare, quod afflictiones nostræ minores sint*, majora peccata nostra, quibus meriti sumus 1. execrationem. 2. iram Dei. 3. infernum. 4. Satanæ tyrannidem. *Quod Christus pro omnibus peccatis Deo satisfecerit. Quod ipse nostras infirmitates portarit.* Es. 53. Cruces nostras sanctificârit. Ideò tribulationes non possunt nobis nocere. *Ponderare, quod infinita bona acceperimus à Domino:* Job. 2. *Si bona suscepimus* &c. Huc referatur Plinii secundi Epistola consolantis eum, qui lugebat mortem defunctæ maritæ. Quod Christus suarũ prælu- xerit nobis tribulationum exemplo: quas patientissimè portavit, quod in mediis malis bonis Dei fruamur, fide, spe & patientiâ, quæ si non darentur à Deo, in tribulationibus penitus collabasceremus. 2. Corint. 6. Non imitari pueros, qui irascuntur sublatis crepundiis, & pretiosioribus donis suppositis. Ne irascaris Deo tuo, tollit terrestria crepundia, ut det tibi cœlestia dona. Non degeneres filios, qui vellent servi potiùs esse, quam filii. Qui non vult ferre crucem, renuit filiationis lucem. Omnium enim filiorum Dei est tolerare Crucem Psal. 73. Heb. 12. *Non putare nostras calamitates esse pejores*, graviores, quàm sunt aliorum tribulationes: Quod si tu quoq; gravior esses peccator? An decet contra justum judicem indignari? *Gloriari in nostris afflictionibus* Rom. 5. *Sapientiam carnis abjicere*, quæ dissuadet Crucem, amat delitias mundi, diligit hujus amicitias: quæ Deo invisæ sunt. Jac. 4. nec quærit in Christi cruce solatium, nec attendit hujus crucis exemplum, fastidit confor- mem fieri imagini divinæ Christi afflictissimi. Rom. 8. *Attendere similia*, quibus Dei amor & intentio in cruce nobis ob oculos ponitur: Est enim Deus *Agricola*, arans aratro crucis cor, ut semen recipiat; *Medicus* noxios humores purgans; *Mater* ablactatura infantem, tingens mammas amarore, fovens tamen eundem in sinu; *Pastor* ovem aberraturam pedo; *Pater* virgâ, scuticâ, flagellans immorigeros filios, consolans, ut Genes. 3, 16. afflictos parentes nostros, frugem à filiis expectans emendationis Heb. 12. *Magister artis* discipulum suum corrigens, ut artificium addiscat, supercilium ponat; *Chirurgus* putridam carnem præscindit, ne pars sincera trahatur. *Theriace* etiam ex venenatis componitur, in spem sanitatis conservandæ, propinatur ut sanetur homo. De quo non est spes sanitati, non datur Theriace: sic Deus noster sanat nos Theriace crucis.

§. 22.

Eques plus justo habenas laxans ferocem reddit equum in præceps se acturum: ita frenum crucis nobis immittit Dominus. Auriga moderatur cursum equorum in orbita, ne deflectant. Sic Deus per crucem moderatur carnis lasciviam.

Hortulanus sæpe munit hortum: sic nos Deus cruce munit & coërcet, ne carni laxemus habenas.

Vinitor luxuriantes vites putat, circumcidit; sic Deus carnis nostræ luxuriam domat,

Torcular exprimit succum; sic cruce Deus preces promovet, succum lachymarum exprimit, gemitus efficit.

Aurifaber aurum ignibus explorat. Sic nostra fides cruce probatur, 1. Pet. 1. v. 7. 8. Sirac. 2. sicut aurum &c.

Lapicida angulos rectos format admoto ferro: Cruce nos format Deus ad ædificium spirituale. 1. Pet. 2.

Triturator ventilabro paleas disjicit: solidum seligit triticum: Ne sis palea in cruce: sis triticum quod ventus non dispellit, in patientiæ Xysto & luce.

§. 23. *Milites fortes* Dux in bello probat: sic nos Dominus in tribulatione.

Nautas prudentes ostendit gubernaculum navis:

Nauclerus summus Deus est, qui in mari tribulationis nos exercet, ut ad portum cœlestis patriæ aspiremus.

Speculum proponitur, ad contemplandam faciem: Qualis tu sis, Deus in crucis & tentationis speculo tibi ostendit. Sic Petro; Sic Davidi. Et ut te, ô homo, agnoscas, imbecillitatem pervideas, crucem Dominus immittit, gratiam promittit dicens: Sufficiat tibi gratia mea 2. Cor. 12.

Scholæ Dei, discipulos facit Deus, ut discant DEI.

1. *Justitiam*, peccatis nostris non parcentis.

2. *Bonitatem*, in medio iræ miserantis, Habac. 2. nos liberantis. Ps. 91.

3. *Veritatem*, promissa servantis. Psal. 50. Eruam te.

4. *Sapientiam*, media ordinantis ad juvandum nos, & spes precesque nostras ad optatum finem ducentis.

5. *Omni-*

5. *Omnipræsentiam:* Nemo enim par esset ferendis tribulationibus, nisi Deum præsentem haberet in tribulationibus, Es. 41, 10. c. 43, 2. 3. sequent.

6. *Severitatem Dei*, ut peccata agnoscamus: Gen. 42. Fratres Josephi v. 21. *meritò hæc patimur, quia peccavimus &c.* Num. 21. peccavimus: v. 7. *quia contra Dominum locuti sumus.* Ps. 51. *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci.* 2. Sam. 24. *Peccavi Domine.*

§. 24. *Examinare utilitates tentationum & tribulationum, quod nempe*

Fides probetur, excitetur; ut motâ face crescunt flammæ:

Vidi ego jactatas motâ face crescere flammas, ait Poëta. Deut. 8. Ipse Deus est fortitudo tua. 2. Corinth. 1. *Ne fiduciam poneremus in nobismet ipsis:* Sic crevit Abrahami fides, Davidis, omnium Sanctorum: 1. Samuel. 17. Dominus liberabit me.

Gratiarum actio erga Deum excitetur & oratio: 1. Sam. 7. non cesses orare pro nobis. 2. Chron. 32. Manasses orat cruce pressus. Matt. 8. Discipuli periclitantes in mari. cap. 15. Syrophænissa. Jonas in ventre ceti, cap. 1, 2. Jonæ Prophet.

Peccatum vitetur. Cum enim homo tribulatur, à peccatis enormibus cessat, Deum timet.

Timor Dei *excolatur* in tribulationibus.

Humillitas *procreetur* & mansuetudo.

Patientia *exerceatur* & mundi contemtus, quo nihil est salutare magis.

Felix tandem crucem eventus sequatur: v. g. In Abrahami tentatione, Isaaci persecutione, Israëlitarum oppressione in Ægypto, Josephi exaltatione.

Beatitudo calenti desiderio *expectetur.*

Auxilium Dei nobis probetur: Ut enim Sol 166. vicibus terram superat; Ita auxilium Dei majus est omni totius humani generis miseriâ.

Non deficere à Deo: Sir. 2. Væ his qui non perdurant! V. *Constantia. Perseverantia.*

§. 25. *Non fluctuari:* Es. 7. Si non credideritis, non permanebitis. Sed *spe* auxilii divini nos *sustentare*, Ps. 13. v. 7. & gratitudinem vovere.

Præmeditari eam: Sir. 2. v. 1. Tela prævisa minus nocent. Nautæ ventos prævident; sic nos crucis tempestates: ideo illas discipulis suis prædicit Christus Joh. 15, 17. 18. seq. c. 16. v. 4.

Causam salutarem crucis considerare: Hac enim ignoratâ anxietas oritur. Vide Chrysost. in 1. Thess. 4.

Dulcem reddere crucem injecto verbi divini ligno, eoque dulcissimo: sic Israëlitæ Exod. 15. Psalm. 119, 92. Nisi verbum fuisset tuum mihi solatio, &c. Ps. 94. v. 19. Jer. 15, 16. Roman. 15, 4. Matt. 10. Omnes capilli numerati. C. Hegesias Cyrenaicus ita de calamitatibus humanis peroravit, ut homines sibi mortem consciverint: Valer. Maxim. libr. 8. c. 9. Cicer. libr. 1. Tuscul. Quæst.

§. 26. *Exempla aliorum considerare*, qui cruci subjecti: cor Dei patrium in cruce occultatum: peccatum, cujus nos commonefacit crux: communem miseriam, cui omnes subjecti sunt: humilitatem & pœnitentiam, quam exigit Deus: Vitam & gloriam sempiternam, quæ crucem sequitur, *ponderare.*

Solon Atheniensis amicum tristissimum in arcem duxit, ac considerare jussit omnium ædificiorum clades præteritas, præsentes, & futuras.

Demosthenem à populo expulsum mœstumque senex quidam hunc in modum consolatus est: *Pericli* (dixit) *similis sis: Noli animum despondere.* Nos dicimus: *Christo similis sis, crucem suam portanti!*

Gravitatem ejus non intueri. A simili: qui iter facit, non ponderat itineris longitudinem: qui fluvium transit, non attendit ad fluxum aquarum: sic nec crucifer tribulationis durationem.

Pœnitere: Sicut David in cruce. Contrà Es. 9. Populus non est reversus ad Dominum.

Læsionem aliquam carnis ferre, & nihilominus Deo *agere gratias*, quòd te jamjam mari peccatorum suffocandum pro suâ bonitate extraxerit, etsi carnem tuam læserit; sic læsit Paulum & tamen extraxit 2. Cor. 12. Sic Jobum Jobi 1. Sic Jacobum Gen. 32.

§. 27. *Non imputare causas crucis Evangelio*, aut ejus ministris, ut olim Judæi Jerem. 44. Ethnici apud Tertull. Judæi in deserto.

Patientiâ vincere. Vide Patientia.

Sperando in Deum, Ps. 42, 12. Thren. 3, 26.

Animam tristitiâ exuendo. d. l.

Vindictam Dei expectando, Ps. 94, 12.

Iram Dei portando, Mich. 7, 9.

Confusionem non formidando, Rom. 5, 3.

Necessitatem patientiæ considerando, Heb. 10. v. 35.

Christum semper intuendo, Heb. 12, 1. seq.

Lætitiâ læti exeamus è mundi Ægypto: gavisi cum Apostolis Act. 5. Rom. 5.

Sicut Caligula conquerebatur de suorum temporum felicitate: Suetonius in Caligula. Conquerantur pii de suâ felicitate; de cruce gaudeant.

Emblema. Angelus de cœlo monstrat coronam cordi, quod telis est transfixum.

Perstare & perseverare in cruce: Matth. 10. Qui perseveravit ad finem. Cap. 26. Non mea, sed tua voluntas fiat! Huc spectant exempla sanctorum perseverantium, Patriarch. Apostolor. Martyrum.

Nos cognoscere, quàm miseri simus. Mosis manus leprosa monuit eum de leprâ Exod. 4. vers. 6. sic nos crux de miseriâ.

Deo tempus non præscribere, Judith octavo.

Non murmurare. Vide Murmur.

Non irridere tribulatos: V. Irrisio, item, Tit. Inimici.

Distributio crucis varia.

§. 28. Est enim Tribulatio *domestica*, vel *communis.*

Domestica rursum varia est:

1. *In bonis*, paupertas: ut Jobi exemplum docet, Jacobi exulis Genes. 32. Davidis Psalm. 40. Pauper sum.

2. *In morbis.*

3. *In nobis:* Si anima tentetur, & conscientia nos perterrefacit. Psalm. 18. *Torrentes Belial.*

4. *In sterilitate* conjugii: Genes. 15. v. 2. 1. Sam. 1, 8. seq.

5. *In liberis:* si sint immorigeri ut Cain, Genes. 4. Esau, c. 26,35. c.27, 34. 46.

Mali & degeneres, ut Absolon. 2. Sam. 15. Esau Gen. 26. Ismaël Gen. 21.

Infelicis conjugij

Morte functi: Gen. 37, 34. Si sint. Matth. 2. vers. 18.

Ægroti. Joh. 4, 47. 2. Sam. 12. Si à parentibus separandi Gen. 42, 36. c. 44, 29.

Defectu aliquo laborantes, ut Mephiboseth. 2. Sam. 9.

6. *In doctrinâ:* si oriantur hæreses & simultates inter Isaac & Ismaël; Inter Cain & Abel.

Mali in vita mores. Augustinus in Psalm. 49. & libro 18. c. 51. de Civit. Dei.

§. 29. Causæ, ob quas Deus immittit crucem domesticam, sunt præcipuè hæ

Commonefactio de pœnis. Genes. tertio vers. 18. 19.

Incitatio ad orandum. v. Anna sterilis orat 1. Sam. 1, 10. David ægrotante filiolo. 2. Sam. 12. v. 21. 22.

Probatio nostri. Tob. 12. v. 13. 14. Psalm. 66. vers. 10.

Impulsio, ut ad Deum accedamus v. Regulus ad CHRISTUM venit. Joh. 4. vers. 47. Syrophœnissa Matth. 15.

Gregor. *Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt.*

Humiliatio. Sic filia Jephtæ patrem humiliavit, emisso voto: Judic. 11, 35. Vide suo loco: *votum.*

Visitatio paterna peccatorum. 2. Sam. 12. v. sequent.

Magnitudo crucis domesticæ: Hinc illud, *Domestica mala majora sunt, quàm ut lacrymis defleri possint.* Herodot. libro 3. de Psammenito Rege Ægyptiorum, capto à Cambyse.

Summa amaritudo ejusdem: quia hæc

1. crux semper ob oculos versatur,

2. premit nocte atque die,

3. nosmetipsos & nobis charissimos vellicat & pungit.

§. 30. Tribulatio *communis* est publica calamitas, cui etiam pii involvuntur, v. g. Gen. 14. Loth cum aliis Sodomitis. Gen. 12. c. 26. c. 43. Abraham, Isaac, Jacob famis supplicio involvuntur. Bello Jonathan cum Saulo 1. Sam. 31. Captivitati Jeremias. Jerem. 49. c. 40. Exilio cum falsis Prophetis. Thren. 4. Mich. 3. *Zion ut ager arabitur;* vastationi Populus cum Magistratu. 1. Regum. 20. Jer. 15. 1. Chron. 21. Excidio filii v. Filii Saulis. 2. Sam. 21.

Sunt verò hæ calamitates *variæ pœnæ*, quib. Deus peccata visitat: v. Pestis, Damna, Orbitas, Exilium, Grandinatio, &c. Vid. Tit. Plaga. Mutationes Imperiorum, Diluvia, Fames. Vide suo loco. Urbium excidia, Expugnationes, Clades in bellis acceptæ, seditiones, Naufragia, Terræ motus, Tyrannis.

§. 31. His tribulationibus (de quibus singulis suo loco) quoque obnoxia est Ecclesia, ob causas sequentes.

I. *Ex parte nostri* (α) Peccatum inhærens, & prava concupiscentia, in cujus notitiam penitiorem cruce inducimur. (β) Exercitatio nostri in fide, spe, oratione, pœnitentiâ: Psalm. 119. 71. *Bonum est Domine, quod humiliasti me.* (γ) Castigatio enormium delictorum: v. g. Adami peccatum, Davidis adulterium & homicidium &c. (δ) Probatio nostræ constantiæ in adversis. Hebr. 11.

II. *Ex parte Dei*, (α) ut ejus bonitas, misericordia nobis patefiat in liberatione à cruce & malis. (β) Judicii extremi super hostes nostros venturi memoria 2. Thess. 1. v. 2. (γ) Legis sanctimonia sit ob oculos, cujus violatores Deus malis exercet.

III. *Ex parte Christi* ut (α) Crucem illius feramus Matth. 16. (β) Imagini ejusdem conformemur, Rom. 8. (γ) olim etiam cum eo regnemus. Rom. 8. 17. 2. Tim. 2, 11.

IV. *Ex parte Diaboli*, ut (α) sentiamus calcaneum peti ab eo, Gen. 3, 16. (β) hostilem animum ejus discamus, Apocal. 12. (γ) contra illum oremus & pugnemus, Eph. 6, 16. Matth. 6. Libera nos à malo.

§. 32. I. Alia est δοκιμασία: De qua Ps. 66. 1. Pet. 1. Rom. 5. Sir. 2. Probantur namque fides, spes, charitas, patientia.

Alia τιμωρία: quæ est *pœna, sive punitio profecta* ab irato judice: v. g. Conflagratio Sodomorum, Diluvium Noachicum, Submersio Pharaonis, Excidium Sennacheribi, 2. Reg. 19.

II. Alia μαρτύριον: in hominibus ob Dominum occisis, Apoc. 6. Ps. 44. Apoc. 12. Sub decem Persecutionibus, maximè sub Diocletiano: Vide Martyrium suo loco.

Alia λύτρον CHRISTI pro peccatis nostris solutum, Matth. 20.

III. Alia gravis, alia levis.

Gravis, Ps. 69, 2. 3.

Levis, 2. Cor. 4, 17. 1. Cor. 10, 13. Hebr. 12, 4. Es. 54, 8. 9. Joh. 16. modicū & non videbitis me.

IV. Alia divina; quæ à Deo.

Alia humana, quæ ab hominibus proficiscitur; 1. Samuel. 24. vers. 11. capite 26. versu 19.

Alia Satanica: Exemplo Jobi, Job. primo. Pauli. 2. Corinth. duodecimo, 1. Thessal. tertio vers. 5.

Similia & Allegoriæ calamitatum & tribulationum.

§. 33. *Absinthium* à mundo nos abstrahens. Ita amaritudo tribulationis, ne condemnemur cum illo 1. Cor. 11. 32.

Ægyptius labor cœli desiderium nobis pariens: Sicut olim Israëlitæ ad Palæstinam suspirabant, pressi laboribus, doloribus, plenis gemitibus, Exod. 2. v. 23. Genes. 15. v. 13.

Altare

Altare thymiamatis, Exod. 30, 1. Nostra precum thymiamata Apoc. 5, 8. Psal. 141, 2. non olent, nisi imposta altari crucis, hujusque sint accensa flammis.

Amaritudo hujus vitæ amarissimæ, Ruth. primo. Non Naëmi, sed Mara nuncupari voluit ob crucem.

Antrum piorum, quo eorum corda arantur: Ps. 129. v. 1. seq. Sæpè me oppugnarunt &c. Sulci trahuntur in corde nostro, quoties dolore afficimur. Qui trahant sulcos, inimici sunt, & DEI hostes.

Arbor mirabilis, cui serpentes appropinquantes, statim moriuntur: Ælianus libr. 9. cap. 27. variar. histor. Confer Plin. lib. 16, 13. Ita pii in cruce tandem triumphant & hostes enecant, superant, qui aculeatis nos linguis vulnerant & mordent, Psalm. 55, 22. Ps. 57, 5. & 59, 8. & 64, 4.

Aqua, per quam Christus nos ad se vult venire: Vide Matth. 14. v. 30. Sine hac aquâ ingredi non possumus ad vitam æternam, Act. 14, 22. 2. Timot. 3, 12. sed dum plenâ fiduciâ ambulamus, non submergemur. Territi vero à fluctibus pusillanimitatis submergimur, Psal. 30, 9. & 69, 1. 2. Matth. 14. v. 30. sed clamantes cum Petro eripimur d. l. Matt. Ps. 50, 25. orantes cum Davide: *libera me*: Psal. 18. extraxit me ex aquis multis.

Aqua (1) nobis turbida. (2) sed sana: Ps. 119. Bonum est Domine. (3) à Deo mota, Johan. 5. à Deo crux data. (4) purgans nos, qui sumus vasa fœtida, ob peccata & concupiscentiam malam.

Aquæ salsæ nutriunt pisces sapidiores & majores: sic Christiani in aquis tribulationum, & sapiunt magis Dei cultum, & in virtutib. crescunt: nos servantes, ut Jonam: faciunt nos orare, non perire, Jon. 1.

Aquæ Noæ vehebant arcam: nos Crux ad cœlum vehit.

Aquæ mundantes olim, Num. 19. v. 17. seq. Heb. 9. (1) ex cinere: (2) ex lixivio & sanguine fiebant. Ita crux variis ex partibus, omnibus ad purgationem facientibus, conflatur: Ps. 94, 19. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, &c.

Area Dei, in qua ille triticum discutit. Matt. tertio.

Aurum urit mitius & leniter fovet insitâ virtute; & vulnus eo factum celeriter coit: ita crux vulnerat & simul sanat.

Bellum Dei Patris, & filiorum suorum. Genes. 32. Ut Jacob luctatur &c. Sic pii cum Deo. Job. 30. mutatus mihi es in terribilem.

§. 34. *Calix amarus* 1. è dulci manu Dei, scilicet Patris:

2. Felle mundi & aceto miseriæ mixtus: hunc tibi Christus præbebit, ut Actorum 9. versu decimo sexto.

3. Nos expurgans à fæcibus mundi: ne Babylonis Spiritualis poculô Apocal. 17, 5. inebriemur.

4. Ordinatus à Deo pro mensura, Ps. 75, 9. 1. Cor. 10, 13.

5. Sanctificatus exemplo & gustatione omnium sanctorum, Actor. 14, 22. 2. Timot. 3. Psalm. 73, 9.

6. Acceptandus libenter: Augustin. Tom. 8. column. 1153. c. *Castigatio*, quâ (vide quoq; *virga*, infra) castigat Deus, ne peccare delectet: Augustin. in Psal. 98. Tertullian. lib. de patient. *O servum illum beatum, cujus emendationi DEUS instat, cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit!* Lactant. lib. 5. c. 23. §. Nemini debet mirum videri &c.

Concussio spiritualis: sicut gemmarius Adamantem concuti sinit, probè sciens, eum non frangi; sic pii cruce, Psalm. 102. v. 11. & legis malleo.

Casus, à quo tamen resurgimus, Mich. 7, 8. Surgam.

Currus Christi triumphalis, quem unà cum Christo conscendemus: Rom. 8, 17. Si compatimur &c. Coloss. 3, 4. Erimus cum eo in gloria.

Dolor parientis. Es. 26. vers. 21. Johan. 16, 21. §. 35. (Confer Ps. 41, 7. Es. 13. 8. c. 21. 3. Jer. 4. 31. cap. 6, 24.)

1. Illum sequitur, nato homine, gaudium, Joh. 16. Ita tribulatione finitâ, gaudium insequetur, 1. Petr. 1, 9. Joh. 16, 23. Es. 35, 10. c. 51, 11. Apoc. 21, 4.

2. Ille dolor signum est, adesse in utero infantem: Sic tribulatio ostendit, nos esse Dei filios in utero Ecclesiæ matris, Galat. quarto vers. 28.

3. Ob peccatum venit dolor: sic quoque tribulationes, peccatorum monetæ, Gen. 42, 21. Luc. 15. *Pater peccavi.*

4. Ordinatus est ille dolor à Deo, Genes. 3. v. 16. sic quoque tribulationes à Deo in bonum nostrum ordinantur, Gen. 50. v. 20. c. 45. 6. 7. 8. Psal. 105, 14.

5. Tempore certo venit dolor parturientis: sic quoq; tribulationi suū tempus est & hora.

6. Ille efficit gemitus; sic quoq; tribulatio: Ps. 50. Invoca me: Psalm. 22. Patres nostri clamaverunt.

7. Ille desiderium accendit liberationis expetitæ: Sic tribulatio, Roman. 8. vers. 23. 2. Corinth. 5, 4.

8. Promovet dolor ille partum: sic crux promovet pietatem, orationem: Es. 28. *vexatio dat intellectum.*

9. Solus Deus educit ex utero homines, solus habens clavem uteri, (Pluviæ, cibi, sepulchrorum; juxta Paraphrastem Hierosolymit. in capit. 30. Genes.) Sic solus Deus liberat ex cruce.

10. Admiranda Dei in nativitate hominis opera. Summa sunt Dei in tribulatione judicia: Ps. 4. Deus mirificat sibi Sanctum suum.

Ergastulum Dei quodvis. *Exodus* piorum: §. 36. Nam per tribulationes mundo exeunt; Impii verò tribulationibus puniuntur, Cyprianus contra Demetrianum: dolorosi laboris sarcinam offerens.

Fel, quo permixtum est hujus vitæ mel.

Felpiscis oculos Tobiæ restituit, Tob. 11, 15. Afflictio & tribulatio multorum oculos aperit, ut videant quanti sint pretii, roboris quàm pauci. Id Petrus expertus est Matth. 14. v. 30. c. 16, 22.

Flagellum Dei 1. omnes ad currendum incitans in viâ mandatorum Dei.

2. Humilians carnis proterviam & superbiam.

3. Ad Deum ire compellens, Joh. 4. v. 11. ut aquas vivas ex illo hauriamus, Esai. 55. v. 1. sequent.

4. Hominem in officio continens invocationis, pietatis.

5. Damnationem arcens: 1. Corinth. 10. *à Domino corripimur, ne cum pravo mundo damnemur.*

Fossa profunda, Psalm. 40. vers. 3. & 69. in qua submergemur, nisi Deus manum præbeat, quâ nos 1. apprehendat, 2. confortet, 3. sublevet. Estque hæc fossa multiplex, longa, lata, alta, profunda. Ob tribulationum varietatem.

Fornax est mundus: (ut olim Israëlitis fuit Ægyptus.) In hoc ardet palea, aurum purgatur. August. in Ps. 60.

1. Accendit illius ignem Dominus, crucem immittendo, quæ urit carnem, instar ignis. Ps. 66. 12.

2. Subinflant ignem hostes nostri. Zachar. 1. v. 15.

3. Ligna semper adjicit mundus, ut luculentius ardeat. Zach. 1. d. l.

§. 37. *Frenum & Scutica DEI* Ps. 32. v. 10. qua compellimur, si ad Dominum venire renuamus.

Fulgura terram feriunt, sed cœlum illustrant: Ita fulgura crucis terrenam carnem feriunt, sed animam illustrant: sic Paulum vox prostravit: Lux illuminavit, Actorum nono vers. 3.

Fulmen non lædit palmam: Sic nec crux justos lædit, transeunt hunc ignem incolumes, Ps. 23, 4. Es. 43, 2.

Janua gloriæ, per quam CHRISTUS in cœlum penetravit; Luc. 24. Sic & pii. Act. 14, 22. 2. Timot. 3. v. 12.

Jejunium gratum, quod Deus curat. Psalm. 102. miscui cum fletu potum meum, Psal. 42. Non curat adscititiam crucem, Esa. 58, 5. Zachar. 7, 5.

Ignis 1. in rubo: sed hunc non consumens, Ita nec crux pios. Exod. tert. 1. Petr. quart. v. duodecimo.

2. Aurifabri scorias liquefaciens & expurpurgans: Ita scoriæ sumus, nigræ peccato, sed crucis ignis purgat. 3. Ignem thuris accensi in manu sua forti animo pertulit Martyr Barlaam! sic ignem tribulationis alacris atque invicti magnitudine animi toleremus. Vide Basilium Magnum Oration. in Barlaam Martyr.

Judicium Dei, 1. Pet. 4. vers. 17. 1. Corinth. 11. vers. 30.

Jugum 1. Suave, exemplo CHRISTI, Matth. 11. ult.

2. Attemperatum à Deo, 1. Cor. 10, 13.

3. Abbreviatum, Matth. 24. vers. 22. ob electos.

4. Æternis præmiis ornandum: Roman. 8. *Non sunt condignæ &c.*

Lictor Dei, nos (1) trahens ad tribunal conscientiæ nostræ, Genes. 42, 21. (2) & Dei, Esa. 64, 6. 7. (3) vinculis constringit tribulatio, Esa. 26, 21.

Lignum nobile, quo nos Deus in ordinem sacræ militiæ redigit: Ut olim Centuriones milites tardius progredientes ligno vitis impellebant. Plinius lib. 14. cap. 1. Tacit. lib. 1. Annal. Juvenal. Satyr. 8.

Manus Dei, quâ nos Deus tangit: Gen. 27. §. 38. Isaac Jacobum manu tetigit benedicturus: calent hæ manus Dei; sed tolera quisquis es genuinus Dei filius, ut sis benedictionis consors.

Medicamentum amarum mortem abigens.

Mons arduus per prærupta cum CHRISTO ascendendus: Matth. 17. *ascenderunt in montem.*

Nox Job. 35, 10. quâ Deo canere debemus: Vide Luther. in Gloss. marginali. h. l.

Panis lachrymarum, Psalm. 80, 6. & Psalm. 102. vers. 10.

Phlebotomia Dei, quâ noxium sanguinem separat.

Pilulæ amaræ, humore noxio nos liberantes.

Pædagogus spiritualis ad Deum nos ducens.

Pondera agitant horologium: sic crux pios.

Potio amara; sed restituens sanitatem.

Sic Christo potio aceti cum felle mixta propinata Joh. 21, 17. Eadem fidelibus propinatur, quæ est crux.

Amystis, potus olim apud Thraces erat, qui clausis oculis raptimque bibebatur: Ejusmodi potio crux est, quæ clausis rationis humanæ oculis Ps. 73. v. 16. bibenda est: fructusque ex ea locupletissimus expectandus.

Procella (V. Ventus:) quibus corda piorum agitantur.

Rhamnus arbor amara in omnibus partibus; ex succo tamen radicis fit medicamentum, oculos clarificans & secundinas extrahens: Ita tandem crux oculos nobis aperit, & secundinas devotionis extrahit, & ad timendum Deum mentes inflammat.

§. 39. *Rubus*: in eo, non cedro, Deus Mosi apparuit; ut significaret in spinis crucis sedes nobis hic esse fixas. Exod. 3. v. 2. accede ad rubum nudis pedibus!

Saburra, quâ navis cordis pressa medium tenet in mundi mari: 1. Cor. 11. *ne condemn.*

Sagitta 1. Cœlestis Jonathan 1. Samuelis vigesim.

2. Jubens medicum quærere: Es. 16. In angustia quæsiverunt te, Domine.

3. Sagittæ mundi, quibus in hoc orbis amphitheatra conficimur, ut olim Christianos sagittis confici jussit Claudianus Imperator: V. Infra *Tyrannus.*

Schola in quâ discimus 1. noscere Deum.

2. Nos ipsos, quàm imbecilles, quàm parvi animi simus.

3. Mundi vanitatem, omniumque ejus bonorum operumque: Eccles. 1. *Vanitas vanitatum &c.*

Speculum divinæ bonitatis & nostræ infirmitatis: illius, quia Deus in cruce nos sustentat; hujus, quia in cruce mens facilè vacillat.

Spinæ queis pungimur, si rosas velimus decerpere immortalitatis. Rom. 8, 23. Actorum 24, 12.

Splendor Dei nubes penetrantis, Psalm. 18. vers. 13.

Scopæ nos verrentes, & purgantes domum cordis nostri.

Tempestas, Ps. 55, 9. excitata ab hostib. nostris: Vide allegor. 1306. in Prompt.

Tenebræ, à Deo illuminatæ, Psalm. 18. v. vigesimonono.

Tentatio 1. Cor. 10. v. 13. virium, fidei, cordis nostri.

Torcular Dei, in quo botros (pios) conculcat, ut liquorem (pietatem) exprimat, gemitus, preces, ut fragrantiam emittant. Thren. 1, 15. Conf. n. 1307. in Prompt.

Turbo, Ps. 55.

Vastatio Dei, quâ vastat carnem nostram, nè in ea hostis peccatum castra sua figere possit. Sicut olim Scythæ oppida & domos suas vastarunt, ne hostis locum hospitandi reliquum haberet.

Ventus, 1. Quassans flores in horto, ut fragrantem odorem spirent.

2. Naviculam corpis disjiciens.

3. Domum Jobi turbans.

Vexatio: Esa. 28. Vexatio dat intellectum.

Via aspera, & *iniqua*, ut per hanc ad cœlum contendamus: insuper angusta. Confer Matth. 7, 13. & Act. 14, 22.

Vincula mortis, Psalm. 18. quibus quotidie ligamur.

Virga Domini, Psalm. 89. vers. 33. Ergo puerorum more non in virgam, sed Patrem oculos flectamus nostros.

Triplex virga Dei ad Davidem missa est. 1. Vox Gaddis Prophetæ ad indicandam pœnam. 2. Lues ipsa pestifera. 3. Visio angeli terrifica, 1. Chron. 20.

Vulneratio Dei per sagittas acutas crucis, & gladium tribulationis.

§. 40. *Judicia Ethnicorum & Querelæ de Calamitatibus humani generis.*

Xerxes deflet ingentem exercitum, ex quo post centum annos nemo sit superfuturus; *Autore Herodoto.*

Homerus: hominem miserrimum esse animal inter omnia animalia, quæ repunt, volant, ambulant; Iliados P.

Thraces recens homines natos lachrymis excipiebant; mortuos risu & gaudio inhumabant.

Cato Uticensis, animadvertens Cæsarem prosperè agere, succumbere Pompejum, cœlum suspiciens dixit: *Magnum oportet esse in rebus divinis caliginem.* Plutarchus in Cat. Uticens.

Alius dixit: *vita non est vita, sed calamitas.* Optimum non nasci, aut celerrimè mori Aristoteles dixisse scribitur, Plutarchus in Consolatione ad Apollin.

Fontes Consolationum.

Ethnicarum sunt: 1. Rerum futurarum præmeditatio. §. 41.

2. Necessitatis & communis miseriæ contemplatio.

3. Virtutis adversus omnem dolorem exercitatio.

4. Stultitiæ frustra se torquentis reprehensio.

5. Bonæ conscientiæ exultatio.

6. Exemplorum inductio, fuisse semper complures calamitatibus subjectos bonos viros.

7. Commodi Reip. promotio, quod dolor impedire non debet, non privati calamitas.

8. Eventuum collatio, qui plerumque felices fuerunt.

9. Incertæ spei de læto exitu imaginatio.

De his fontibus consolationum Ethnicarum *Cicero* tert. Tusculanarum Quæstionum. *Plutarchus* Consolat. ad Apollon. *Seneca* de Consolatione. Narrat vero Cicero libro primo Tusculan. Quæstion. & Valerius Maximus libro octavo capite nono, quod de malis & calamitatibus hominum ita peroraverit *Hegesias Cyreniacus*, ut homines sibi ipsis mortem consciverint.

En vanas Ethnicorum consolationes! quia spem non habent, 1. Thessal. 4. vers. 13. Ephes. 2. versu duodecimo. Mentem non tranquillant: V. Plutarchum in vita Catonis Uticensis suprà allegat.

TRIBUNAL DEI.

Vide Justitia Dei.
V. Christus.
Judicium extremum.
Judex.
Conscientia.

TRIBUNI.

Qui olim apud Romanos, V. Johann. Ravis. Textor. column. 634. officinæ. Johann. Rosin. de Antiq. Rom.

TRIBUTUM. V. *Vectigal.*

TRINITAS. *vide Deus.*

TRISTITIA.

Opponitur gaudio: Est vero affectus, quo mens & anima dejicitur. Ægritudo permanens.

1. Impropriè creaturis inanimatis tribuitur, Matth. 16,3.

2. Deo, Ephes. 4,30. *Nolite contristari S. Sanctum; V. Spiritus Sanctus:* suprà.

3. *Hominibus:* Estque 1. *Tristitia juxta Deũ*, quæ est dolor ex contritione, & Deo placet: (si adsit fides) sicut radices arborum amaræ quidem sunt; fructus tamen dulces proferunt: Chrysostom. homil. 18. ad Popul. Antiochen. Hæc tristitia (1) Considerat numen iratum, Luc. 15. (2) Gemit ob peccatum perpetratum, Psal. 6. (3) Dolet ob supplicium paratum. (4) Timet ignem damnationis paratum.

2. *Juxta mundum tristitia*, quæ non est ob malum in Deum commissum, sed ob lucrum mundi amissum. Talis erat in Esavo tristitia. Dicitur *mundana*.

3. *Sensus* calamitatum acerbus, Hebr. 12. vers. 11.

4. *Tristitia* sempiterna damnatorum in inferno; V. *Infernus* suo loco.

5. *Hypocritica* tristitia Esai. 58,5. Matt. 6,5. seq. à Deo rejicitur.

Causæ variæ nobis tristitiam ingerentes.

§. 2. 1. *Satan* nimiâ tristitiâ hominem discrucians: Vide *Tentatio*. Vid. *Cogitatio*.

2. *Mala* in Hierarchiis piis movent tristitiam. In *Foro*, injustitia, Sap. 6,1.

Choro: Impietas, Jerem. 4. vers. 9. cap. 5,13. cap. 6,13.

Thoro: Infidelitas, lachrymæ, Malach. 2. vers. 13.

Odium viduarum & advenarum.

Avaritia & habendi cupido, 1. Regum 21,5. Confer mox: *derelictio opum*.

Calamitas domestica, quæ non satis exprimi potest: Hinc pictor ille, cædem Iphigeniæ luctuosissimam pingens, lachrymas & mœrorem cæterorum expressit: solius Agamemnonis, patris vultum velo cooperuit, ut summum patris dolorem indicaret. Vide Luctus supra. Conf. Sir. 38. 22,23.

3. *Peccata:* ob ea tristis David Ps. 38. & Jonathan ob Patris peccata 1. Sam. 20,34. Esdras. Esdræ 9,3. Israëlitæ Nehem. 8,9. Et meritò tristitiâ ob illa afficimur. (1) *Ob offensam* summi boni, quo sine nobis benè esse non potest. (2) *Ob damnum* animæ, quæ peccato vulneratur. Sirac. 21. vers. 1. 2. 3. (3) *Ob amissum donum vitæ*, quâ peccator (nisi pœniteat) frustratur.

§. 3. 4. *Somnia.* Genes. 40,7. à quibus sibi metuebant duo illi captivi, tristia quæque sibi fingebant.

5. *Degeneres* filii. Genes. 4. Cain. Esau Genes. 26,35. c. 27,34. 46. 2. Sam. 13,19. c. 18,32. parentibus tristitiam creantes.

Amittendi. Gen. 43, 6. exemplo tristis Jacobi.

Excidium patriæ. Nehem. 2. v. 1. 2. Luc. 19. Hierosolymarum.

Calamitas proximi, Psal. 35, 13. & 38, 7.

Stulti, Sir. 22. v. 10. 11. 12.

Nostra, Ps. 42, 6. & 43, 2. & 55, 3. 4. Job. 1, 20. 2. Cor. 2, 3.

Publica, Esther. 4, 1. 2. sequent. Jerem. 8. versu 21.

Ministro Dei illata, Daniel. 9, 14. Marc. 14. vers. 9.

Memoria damnorum præteritorum: Illa quoque hominis mentem excruciat. Hæc rescindenda est: Vide Senec. Epist. 97.

Immisericordia erga proximum, Matth. 18. vers. 31.

Abjectio Regis, 1. Sam. 15, 35.

Percussio proximi, 2. Sam. 6, 8.

Opum derelictio, Matth. 19, 22. Marc. 10. vers. 32.

Christi passio, Matth. 26, 22. 37.

Abitio, Joh. 16, 22.

Mors nostrorum corporalis: Luc. 7. Vidua Naimitica. 1. Thessal. 4, 12.

Spiritualis, Rom. 9, 1. 2.

§. 4. *Subjectum in quo* Cor est. Sir. 25, 17. 1. Sam. 1. v. 10. 15. Matt. 26, 38. Marc. 14, 34. Johan. 16, 6. Roman. 9, 2. Prov. 14, 10. c. 15, 13.

(Etiam cadit in Virtuosum: quod temerè negabant Stoici, affirmant Peripatetici.)

Pij quorum tristitia est 1. ob peccata, cùm propria, tùm aliena, Ps. 38.

2. Ob incolatum: Psalm. 120. Væ mihi, quia, &c.

3. Ob statum vitæ æternæ dilatum.

4. Ob auxilium Dei tardatum, Psalm. decimotertio.

5. Ob tentationum impetum, Ps. 42. Job. 6, 1. 2. seq.

Mollioris ingenij homines: Sicut vermes plurimi innasci solent tenerioribus lignis; sic tristitia animos cordium molliorum occupat. *Basil. de grat. actione.*

In hac solùm vitâ: In beatis namque non datur tristitia. 1. Quia Deus auferet omnem lachrymam, Esa. 25, 8. Apocalyps. 21. vers. 4. cap. 7, 16.

2. Quia omnis erit super beatos lætitia, Esa. 35, 10. in dextra Dei. Psalm. 16. v. ultimo, 1. Petr. 1, 9.

Subjectum circa quod, est omnis generis calamitas, miseria & mala, ob quæ in corde hominis tristitia excitatur. Vide supra Causæ.

Effecta & incommoda tristitiæ.

§. 5. *Orationis suavitatem impedit:* Sicut vinum aceto mixtum saporem gratum amittit; Ita oratio dolore & tristitia obnubilatur, ut mens Dei suavitatem non ita percipiat.

Enervat vires, & debilitat virtutem naturalem: Proverb. 17, 22. *Spiritus tristis exsiccat ossa.*

Adimit somnum, Dan. 6, 18. 14.

Facit inhorrescere nos, cum tristia audimus.

Infert dolores, imò dolores conduplicat. Est enim tristitia velut fluctus parvam scapham inundans & hinc inde disjiciens: sic cor nostrum nebulis tristititiæ obruitur.

Tollit lætitiam, ut sol in meridie nobis occumbat, Amos octav. versu decimo. Chrysostomus

ſtomus homilia ſecund. ad populum Antiochenum.

Impedit orationis noſtræ curſum, Chyſoſt. homil. 2. de diverſis.

Mortem infert. Sir. 38, 18. 19. Vide Hieronym. ſuper Jonam. Prov. 15, 13.

Inducit deſperationem, ſi ſit ſine ſpe & fide.

Exemplo Cain, Achitophelis, Judæ. 2. Corinth. 2, 5.

Vitam abbreviat, Sir. 30, 22. 23. 24.

Nihil efficit, Sir. 30, 24.

Impatientiam excitat, Proverbior. 18. verſu 14.

Fingit Deum noſtri oblitum eſſe, Pſalm. 42. verſu decimo.

Cor ſupprimit, ne cum amicis abiturientibus multa loqui poſſimus: Joh. 16. *Nemo interrogat me*, hoc eſt, interrogare pergit.

Eſt igitur *tinea* quædam triſtitia, quarum illa veſtem, hæc animum & cor exedit.

Illud irrequieto labore obruit: Labor ille eſt cogitationum, diſcurſuum, curarum, ſolicitudinum, perplexitatum: ut inſtar *argenti vivi* cor reddatur inſtabile. Inſtar *navis*, maris fluctibus agitatæ. Inſtar *maris* ventis concuſſi.

Scripturam non attendi, exemplo diſcipulorum facit triſtitia. Vide Lucæ vigeſimoquarto.

Sicut nubes condenſata ſplendorem ſolis intercipit, & à nobis avertit: ſic triſtitia omnem ſcripturæ lucē à nobis avertit, omnemque conſolationem impedit.

Sed hominem inanibus cogitationibus macerat. Eſt enim triſtitia crudele tormentum & dolor inexplicabilis. Chryſoſtomus Epiſt. 8. ad Olympiam.

Signa triſtitiæ varia.

§. 6. In aſpectu: vide Zwingerum folio 70. Theat.

In populo Dei præcipua fuerunt ſequentia:

Veſtis ſciſſa, 1. Sam. 4. Joſ. 7. Eſa. 35.

Jejunium, Jud. 20. Eſth. 4.

Aſperſio cineris ad caput, 2. Sam. 13.

Indumentum ſacci, Pſalm. 35. & 69. Eſt. 4. Joel. 1.

Tonſura capillorum, Jer. 7.

Voces triſtes v. g. Ululate paſtores, Jer. 25.

Vultus depreſſus, abjectus, 1. Samuel. 1, 18. Nehem. 2. v. 2. 3.

Tempus: non ſimus triſtes, *cum Deo ſerviendum eſt:* Levit. 20. Quomodo potui comedere eam (victimam) aut placere Deo in ceremoniis mente lugubri?

§. 7. *Ordo:* ſequitur gaudium. Prov. 14. Extrema gaudii luctus occupat.

Judicium de ſuâ quisque fert triſtitia, ac ſi omnium graviſſima foret: Vide Job. 6. verſ. 1. 2.

Tenacitas: difficulter corde pellitur externo gaudio. Prov. 14, 10.

Mutatio: Tandem enim in gaudium tranſit.

1. Infortunii translatione: Sic Jacobi, redivivo Joſepho, triſtitia in gaudium verſa.

2. Spiritus Sancti conſolatione. Roman. 5. gloriamur in afflictionib.

3. Hoſtium confuſione Pſalm. 6. v. ultim. & 25. ver. 3. Vide Titul. *Confuſio*, item. *Inimicus.*

4. Vitâ denique æternâ. In ea enim omnis delebitur, lætitiâ perpetuâ, temporalis triſtitia.

Similia & nomina.

Ærugo exedens cor, & depaſcens, ut ales §. 8. ille incontinentis Titii jecur.

Fumus animi obnubilans lumen fidei: Gen. 15. *Caligo* obruit Abrahamum.

Hyems ſequens æſtatem voluptatis.

Janua ad mortem, Chryſoſt. hom. 77. in Johann. Sir. 38, 18.

Lumen obſcurum, & tenebris mixtum.

Malum omninò phyſicè & moraliter.

Morbus nocentiſſimus animæ & viribus.

Nubes mentem obvelans. Chryſoſt. hom. 2. de diverſis.

Nox ſequens diem lætitiæ.

Tenebræ mentis.

Tinea cor rodens, ut ſupra diximus.

Tormentum animæ. Chryſoſt. Ep. 8. ad Olympiam.

Vermis exedens cor.

Remedia triſtitiæ varia.

Conſolationum ſpiritualium *uſurpatio*, quæ §. 9. è ſacris literis deſumendæ ſunt. v. g.

Dei recordatio. Pſ. 42, 7. & 77, 4. & ipſius conſolatio. Pſ. 4. v. 1.

Verbi meditatio. Pſal. 94. & 119. Jerem. 15. Dei ductatio noſtri Pſ. 78, 54.

Oratio aſſidua. Huc ſpectant (1) Dei promiſſiones Pſal. 50, 14. Pſ. 51, 14. (2) Exempla liberationis divinæ. (3) Dei miſericordia & conſolatio 2. Cor. 1, 3. (4) Exemplum Annæ orantis in tabernaculo. 1. Sam. 1. (5) Conſolatio D. Chryſogoni, qui Sanctam Anaſtaſiam è Pſalm. 42. ita conſolatus eſt: *Quid triſtis es anima mea?* Nicephorus libro decimoquart. hiſtor. ſub fin.

Converſatio in loco amœno & lucido. Avicenna: *Omne lucidum eſt lætificativum.*

Pietatis & honeſtatis in vita & fido Filii Dei *exercitatio:* hæc enim maximè conſcientiam in Chriſto lætam reddit. Rom. 5, 1. 2. Matt. 11. *requiem invenietis.*

Cordis noſtri *ſcrutatio.* Pſalm. 77. verſ. 7. & tentatio, ut illud ad Dei verbum conſtituamus.

Muſica: 1. Sam. 16. David citharam tangens expellit Satanam.

Conſcientiæ trutinatio: an nempe tuâ culpâ incideris in tentationem & triſtitiam. Caro enim adverſus ſpiritum concupiſcit. Galat. 5. v. 17.

Cum veris & probatis *amicis converſatio*, quæ ipſa minuit triſtitiam, non uno, ſed & aliis nobiſcum onus illud grave ferentib. nobis compatientibus. Geneſ. 24. Converſatio Rebeccæ leniit Iſaaci mœrorem.

De herba, *Nepenthes* quæ dicitur, vino mixta tristitiam pellente, scribunt Homerus & Plinius: Verbum solius Dei est vera herba Nepenthes.

Doctrina Ethnica non gignit solatium constans, 1. Thess. 4.

§. 10. *Solatij terreni rejectio:* Non prius dat manna (consolationem) quam Israël ex Ægypto exivisset. Tu à mundo recede, Deo te trade, & Dei suavitatem præstolâre!

Pulvinari, Nobilis illius ærati, empto non pepulit tristitiam Augustus Cæsar.

Rectiùs dextrâ fidei & charitatis sic tenendus est Deus, ut eum non relinquamus, etsi nos demergat in profundum, ait Thaulerus p. 830. oper.

Sic abigenda tristitia: huic pulvinari tutò incumbas, securè dormias.

Finis à Deo intenti *consideratio.* Is enim te probat & docet, tuum non fuisse hoc donum, gaudium nempe spirituale; sed à Deo profectum. Et jam Deum subtraxisse hoc donum, ut ipsius agnoscas gratiam, petas hoc donum ab eo, qui id solus dare potest, & agnoscas communem miseriam, cujus non infima pars cordis est tristitia.

Voluntatis divinæ consummatio. Hanc omnes sancti agnoverunt. Job, David, Abraham Gen. 22. Job. 1. Ipseque Dei filius: Matt. 26, 39. *Non mea voluntas &c.*

Tristitiæ nostræ finis & consummatio. Esa. 60. v. 20.

Consideratio præsentis vitæ, quæ non potest esse sine casibus nos tristitiâ afficientibus. Ita se David consolatus est in morte filii. 2. Samuel. 12. *Ego vadam* (dicebat) *potius ad eum* (puerum scilicet.)

§. 11. *Moderata* cibi & potus *usurpatio* & somni, & aromatum: Avicenna Tract. de Cordialib. *Omne*, ait, *aromaticum est confortativum cordis.* Ita Saul 1. Sam. 28. Elias 1. Reg. 17. Paulus Act. 9. mœrentes Prov. 31. tristes omnes cibo & vino refecti leguntur.

Tristitiæ antidoton: Toties inculcatur nobis præceptum de gaudio in Deo quærendo Ps. 5. & 33. & 97, 12. Philipp. 4. Ps. 97, 8. Zachar. 8. Ps. 98. v. 5. Confer D. Musæi Tract. Titul. Heilsamer Rath wider den Melancolischen Teuffel.

Officia nostra erga tristes.

I. Illis condolere, Rom. 12.

II. Erigere, Job. 4. vers. 4. V. supra *Consolatio.*

III. Impatientiam eorum tolerare, Gal. 6, 6. Alii aliorum onera portate.

TRITICUM.

§. 1. 1. Propriè dictum, frumenti lectioris genus.

2. Matt. 13, 28. tritico figurantur filii Ecclesiæ, electi, fideles, sinceri, justi, hæredes vitæ æternæ.

3. Triticum: *grani triticum* est CHRISTUS. Joh. 12. (Ita se vocat, ut ostendat 1. fore brevi, ut moreretur, & post mortem *prædicaretur* etiam Græcis, qui tum temporis illum videre volebant d. l. Johann. v. 21.) v. Allegor. 1650. in Promptuar.

2. *Mortificatum* in infidelitate Judæorum.

3. *Fructificans* in fide populorum. August. Tract. 51. in Johann.

4. *Cadens in terram.*

5. à Judæis *conculcatum* per varias passiones.

6. *Sepultum.* Esa. 53. Matth. 12. typo Jonæ. Rom. 6. 1. Cor. 15.

7. *Fructificans*, justitiam adferendo. Rom. 4. Coloss. 3. v. 1. 2.

Triticum & Zizanium differunt

§. 2. 1. *Autore.* Illud à Deo est; hoc vero à Satana.

2. *Triticum prius fuit;* Lolium à Diabolo inductum.

3. *Lolium noctu satum est.* Matth. 13. Triticum luce Joh. 3.

4. *Effecto & naturâ.* Triticum alit &c. non sic Lolium.

5. *Eventu* qui duplex est. 1. Combustio Lolii. 2. Tritici reservatio æterna in horreis Dei, Matth. 3.

Triticum Homo. item CHRISTUS. Vid. Promptuar. Allegor.

TRIUMPHUS. OVATIO.

§. 1. *Hæc* erat cum pedites incederent triumphatores, canebatur tibiis, immolabatur ovis. *Ille* cum triumphantes curru vecti, tubis classicum sonantibus immolabatur bos. Vide Plutarch. in vita Marcelli.

1. *Mundanus*, Politicus.

2. *CHRISTI* triumphus de inimicis: Coloss. 2. cœlestis, luculentissimus, gloriosissimus.

3. *Piorum in cœlis.* Ut enim olim triumphantibus

1. *Statua* in curribus triumphales constituebantur.

2. In his erat *corona aurea.*

3. *Sella curulis* eburnea.

4. *Eburneus* scipio.

5. Tota picta & palmata tunica. Pierius lib. 42. Hieroglyphicor. Julius Firmicus libro 4. capite 15. Tertull. de corona militis.

Gloriosa omninò erit beatorum statua, Corona aurea, gloriæ, justitiæ, vitæ.

Sella erit gloriosa Apocal. 2. *Dabo ei sedere mecum in throno meo*, ait Dominus noster.

Scipio & sceptrum erit undequaque gloriosum Rom. 8. *Conregnabimus &c.*

Toga & tunica planè erit palmis ornata. Apoc. 7. v. 9. *victoriis æternis condecorata.*

§. 2. De veterum triumphis legend. Johan. Rosinus lib. 10. Antiquit. c. 29. Ac triumphantibus à famulis acclamatum est olim: Respice Te. Vid. Camerar. Cent. 1. c. 12. Horat. subcisiv. & Rosin. d. l.

Signa triumphi & pompæ.

Laureæ insigne in fascibus & Epistolis præferebant sibi Imperatores Romani, qui hostes devicerant.

TROPHÆUM. *Vide Victoria.*

TROPUS.

1. Tropi τῆς ὑπάρξεως in divinis, quibus S. Triados Personæ distinguuntur: V. Fran. Junium. Com. 2. Oper. sub fin. *Confer Trinitas. V. Deus.*

2. Tropus Grammaticus, quem agnoscimus in S. Cœna; estque Synecdoche Grammatica.

3. Rhetoricus non est in verbis Sacræ Cœnæ.

Videantur Meisner. part. 1. Philosoph. Sobriæ.

Weber: p. 27. 29. controvers. de Sacrament.

Pfastradius pro Hofmanno, & alii.

TRUNCUS.

1. Propriè: Sic ille: *olim truncus eram ficulneus, inutile lignum.*

2. Homo comparatur trunco in sui conversione, ratione cooperationis ad gratiam, quæ in illo non est, antequam convertatur à Deo: non verò ratione receptivitatis, nec enim truncus homo est à Deo conversus.

3. Esaiæ 11. versu primo, notat regium splendorem familiæ amissum esse in posteris Davidis.

TUBA.

§. 1. 1. Propriè dicta, cujus usus *in bello.* Nehem. 4, 18. Esth. 18, 3. Num. 10, 9. Ose. 5, 8. *In cœtu* Ecclesiæ convocando. Num. 10, 2. 3. seq. *In itinere.* Num. d. l. *Festis* proclamandis, & lætitiâ publicâ Apoc. 18, 22. Num. 10, 8.

§. 2. 2. Metaphoricè & allegoricè tubæ (α) *Ministri* verbi divini, qui voce suâ nos invitant ad fidem & invocationem Dei: Clamant de Christo Jesu Es. 40. *Vox clamantis in deserto.* Sint speculatores Ezech. 33. confer Jerem. 6. 17. (β) Johannes Baptista singularis *tuba fuit adventus* Domini prænuncia Joh. 1, 29. Clara, sonora, indefessa, alta, non submissâ voce de Christo testificans.

(γ) Verbum *DEI tuba est iram* Dei denuncians in Lege, gratiam in Evangelio. Vide Lex. v. Evangelium. (δ) Omnis *homo tuba de* jure Dei laudes resonans, ob summa beneficia ipsi præstita Psalm. 103. *noli oblivisci.* Ambros. *Faciat sibi quisque homo tubas rationabiles, argento probato*, hoc est verbo Dei compositas.

Sit homo tuba laudationis, ut ob beneficia Deum suum laudet. *Orationis*, ut eundem in verâ fide invocet. *Prædicationis*, ut de operibus Dei cum proximo nunquam non assiduè loquatur. Tuba *majestatis DEI.* Exod. 19. v. 16. 19. capite 20. vers. 17. olim in Legis promulgatione.

Tuba resurrectionis. Matt. 24. v. 31. 1. Thess. 4. vers. 16. 1. Corinth. 15. ver. 32. majestatis divinæ index & signum: de qua curiosè præter rem homines disputant.

TUBICINES.

Tubicines Matth. 9. v. 23. De his ita scribit Tremellius in h. l. Edit. Syr. Mos valdè fuit antiquus apud Judæos, tibicines adhibere ad luctum mortuorum, quos Thalmudistæ vocant, חללין i. e. aulædos à חליל tibia. De hâc consuetudine multa *sparsim leguntur in Thalmudicis libris, & in scriptis Rabbinorum: præsertim autem in Thalmud Hierosolymitano &c.* Hæc Tremellius. Salmeron eundem morem Ethnicis placuisse, fusè notat in h. l.

TUMULTUS.

1. Tumultuum *signa* præcedanea sunt, fragor in Domiciliis: Richter. p. 10. num. 16. in axiom. polit.

2. Tumultus *animæ* spiritualis est turbatio illius orta ex lucta carnis & spiritus. Vide Psal. 39. vers. 7. & 42, 6. 12. & 43, 5. & 55, 3. & 77, 4.

3. *Hostium frementium* Psal. 2, 1. & 46, 7. 2. Regum 19. vers. 18. Psalm. 35. v. 17. & 65, 8. Esa. 25, 2.

TUNICA.

1. CHRISTI inconsutilis. *V. Christi passio.*

2. *Levitica* & sacerdotalis Exod. 39. Typus innocentiæ & sanctitatis Christi.

3. *Honestæ conversationis*, quam induere debemus. Rom. 13.

4. *Amoris*, quam dedit Jonathan Davidi 1. Samael. 18. vers. 2. 3. quam dividere non debemus.

5. *Peccaminosæ carnis*, quam pœnitentiâ quotidiana abluere debemus, & scindere corde contrito, ut fecit Thamar 2. Sam. 13. & expoliare. Cantic. 5. Confer Epistol. Judæ versu 23.

6. *Superfluitatis* Matth. 10. v. 10. Marc. 6, 9. non prohibet Christus necessarias vestes, sed tantùm delitias in vestibus. Sic prohibet habere loculos, & tamen ipse loculos habuit Johann. 6. aurum ipse dedit Matth. 17. Soleas gessit Matth. 6.

TURBO, OR.

Turbatur Cor. *Vide Cor.*

Mare, *Vide Mare.*

TURCISMUS. *Turca &c.*

Eorum ortus. Turco-papismi p. 19. *è Scythia orti.* Pint. in Ezechiel.

Biblia esse corrupta putant Turcæ.

Latè *propagatus* Turcismus: Cling. th. 12. V. R.

Ex multis hæresibus *conflatus*, Bellarm. Tomo 6. col. 704. c. d.

Successio Turcicorum Imperatorum. Seriem eorum recitat Meiger. in Nucleo p. 575.

Alko-

Alkoranus eorum codex. V. supra *ALKORANUS*. *Ganizari*, Turcarum milites Prætoriani: vid. Camerar. part.2. cap.24. Horar. subcisiv. *Miseria* Christianorum summa Turcæ deditorum: Camer. part. 2. cap. 25. hor. subcisiv. *Confessiones* Turcismi pro Religione Christiana: *1. Scripturam esse cœlitus delapsam: 2. Christum esse magnum Prophetam: 3. Christianos salvari* Azor. 4. &c. *Unde tantus flos huic Imperio?* (1) Ex peccatis & Idololatria *Germanorum*. Vide Lutheri conciones, contra Turcas. & (2) *Ex eorundem* dissensionibus & bellis intestinis.

Autores præcipui de rebus Turcicis: Zonaras Calchondylas, Richardus Florentinus, Achemenides, Bartholomæus Georgevisius, Antonius Mænavinus Genuensis, Ludovicus Vives de Mahumete & Alcorano, Volaterranus de Legibus Mahumetis, Lazarus Cuspinianus, Nicolaus de Cusa in lucubratione, Paulus Jovius de rebus Turcicis, Alcoranus Mahumeticus Sweigeri, Dionysius Carthusianus, Philippi Loniceri Chronica Turcica. Promptuar. exempl. fol. 84.

TURPITUDO. *V. Honestum supra.*

TURRIS, arx.

I. *Deus*. Arx fortissima Nomen Domini: Imo ipse Deus, Psalm. 61, 4. ad quem (1) confugimus: Nomen Domini turris &c. Proverb. 18. v.10. (2) In quâ defendimur ab inimicis nostris, Psalm.18, 3. Ps. 61, 4. Jud. 9, 51. (3) Ex quâ hostes oppugnamus, nos invasuros. Ps. 18. (4) In quâ arma invenimus, Ephes. 6. (5) Quam cingunt agmina angelica ceu Dei apparitores, Ps.34. Heb. 1.

II. *Potentes & magni*, Esai. 30. v. 25. capit. 2. v. 15.

III. *Excelsa ædificia* & loca munita, Es.33,18.

IV. Turris quoque *Ecclesia* est (1) ædificata à Deo. (2) conservata potentiâ Dei hucusque: (3) firma & solida quam defendit Dominus: Matt. 16. Portæ inferorum non prævalebunt adversus eam: (4) Petra CHRISTO innixa 1.Cor. 3. v.11. (5) veri Salomonis turris, ex quâ pendent mille clypei; hoc est spiritualia veritatis arma 2. Corinth. 10. Eph. 6.

Turrium ruina magnorum solet Principum mortem portendere: Flac. in Clav. v. turris.

TURTUR.

Avis nota I. Sacra hostiis Gen. 15, 9. significat Israëlitas turturum instar in Ægypto ingemitos olim esse: columbæ adjunctæ notant populi innocentiam, Lev.1,14. c.5,7. c. 12, 6. 8. c. 14, 22.

II. *Imago Johannis Baptistæ 1.* occultati in deserto, justo tamen prodeuntis tempore & Christum prædicantis. 2. multos CHRISTO filios gignentis per Evangelium, sicut turtur sine intermissione gignit prolem.

III. *Imago viduæ*, quæ (1) alicui marito non nubit: (2) sola versatur: (3) dolet mariti obitum gemendo, plorando: (4) commercia hominum vitat.

IV. *Concordiæ*: olim recens nuptis precabantur turturum concordiam.

V. *Ecclesiæ* Ps. 74, 19. quæ (1) gemit in his terris: (2) derelicta est: (3) simplex: (4) innocua: (5) bene observat tempus & diem salutis, 2.Cor.6. Jer. 8. v.7. (6) Vocem suam in Lege & Evangelio audiri facit.

VI. *In oblatione Christi:* Luc. 2. Turtures duo oblati notant 1. Christi humanitatem. 2. Sanctitatem. 3. Innocentiam. 4. Parentum preces ad Deum effusas.

TUTOR.

§. 1. *Tutor est*, qui habet potestatem in capite libero ad tuendum minorennem: Gal.4. v. 2. Est puer sub tutoribus & actoribus, [Græcè Oeconomis, Syr. Procuratoribus, ἐπιτρόποις.] Significatur lex, quæ suis 1. Præceptis populum Israël constringebat: 2. instar servorum illum regebat: 3. bona lex occultabat & celabat Judæos, ut tutor pupillum: 4. vitam dirigebat & præcipiebat, quæ facienda essent. 5. ad viam consequendi hæreditatem vitæ cœlestis Lex non commonstrabat, etsi ad Christum pædagogus esset Galat. 3. Lex Pædag. v. Prompt. Allegor. Tit. *de Lege.*

§. 2. *Officium tutorum*: Plato lib. de Legib. *Qui fœminam maremve tutatur, & qui de legum custodibus, hoc est magistratibus, tutorem observare jussus est, non minus orphanos, quàm si genuisset eos, diligat; neq; res illorũ secus quã suas gubernet, imò etiam affectu animi melius.*

Bona pupillorum tueri: cum enim Deus sit vindex, Ps.9. v.10.13.19. Prov.23. Eos instar filiarum tractare, ut Esth.2. v.7. & v.11.

Fidelitatem exercere: V. Dan.11. Non ut Antiochus Epiphanes. Uladislaum Hungariæ Regem & Bohemiæ non vult defraudare Fridericus III. Imperator, etsi eum Consiliarii hortarentur.

Mardochai bonus tutor, Esth. 2. v.7.

§. 3. *Infidelis tutor*. Polymnestor gener Priami, occidit Polydorum affinem suum, ac immensam auri summam ad se rapuit, postquam Troja excisa esset.

Andronicus tutor Alexii, qui erat filius Emanuelis Constantinopolitani Cæsaris, pupillum Alexium in aquas præcipitari jussit, ut bonis illius potiretur. Cuspin.

Michaël Palæologus tutor liberorum Theodori Lascari, hos occidit, ac imperii dignitatem ope Græcorum ad se transtulit 190. retentam annis: Münsterus in Cosmograph.

Ruffinus; Stilico: ille in oriente; hic in occidente, in Africa *Gildo*, tutores dati à Cæsare Theodosio filiis suis, Honorio & Arcadio. Ruffinus Alaricum Gothorum Regem in Græciam vocavit: sed post præcisum ei caput & manus Constantinopoli publicè affixa: Gildo fune strangulatus. 1. Macchab. 13. Tryphon. Vide Meiger. fol. 765. In nucleo Histor.

Subjectum tutelæ, sive quæ personæ fungi possint tutelâ. De his Justinian. libro 1. Institut.

Non *Clerici* libro 3. ff. §. Qui petunt tutores l. spadon. ff. de Excus. tutelæ Conf. Baron. Tom. 2. fol. 558. n. 15. 20. 25. seq.

TURPIS. TURPITUDO. TURPIA.

Quid turpe? In genere.

I. Quælibet res digna reprehensione: Sic Deut. 24. v. 8.

II. Pugnans cum honestate Politica vel Ecclesiastica 1. Cor. 14, 35.

III. Genitalia membra, quæ tegi jubet natura & per consequens indigitatur princeps quædam contumelia. Esai. 47. v. 8.

Opposita recenset Paulus Philipp. 4. v. 8.

Pertinent huc omnis generis peccata Matt. 15. v. 9. à Christo numerata. Eph. 4, 29. turpis sermo, obscœnus cap. 5, 4. & v. 12. turpia facta quæ dicere horremus, Ira, malitia, calumnia Col. 3. v. 8. Rom. 13, 12. Eph. 4, 22.

TURPILOQUIUM. *Vide sermo, jocus.*

TYMPANUS, UM.

Organon Musicum, pulsatum tempore status felicis & secundi Hebræis תֹּף־תֻּפִּים.

TYPUS.

Vox ambigua: Notat enim I. *Figuras Christi* in V. T. v. g. ut Num. 21. Exaltatus æneus serpens Joh. 3, 14. 15. Jonas in ventre Ceti Matt. 12. Tota Politia Judaica regni Christi typus fuit Apoc. 21, 2. Gal. 4. Joh. 2, 22.

II. *Comparationes quasvis*, si modo scripturæ consonæ sint, quas etiam allegorias dicimus.

III. *Exempla virtutum & vitiorum* 1. Cor. 10, 6. 11.

IV. *Exemplaria viva ad imitandum* proposita Philipp. 3, 17. 1. Thess. 1, 7. 2. Thess. 3. v. 9. 1. Timoth. 4. 9. Tit. 2, 7. 1. Pet. 5, 1. sive effigiandum & ad delectandum Exod. 25, 9. 40. c. 26, 30. Act. 7, 44. Heb. 8, 5.

TYRANNI. *Confer Martyrium, persecutio.*

§. 1. Tyrannus est *vel occupatione*, qui aliorum fasces injustâ oppressione invadit; vel imperium rectè acceptum *Tyrannicè gubernat.*

Est à DEO permittente & puniente homines Oseæ 13. v. 11. Judic. 3. v. 8. c. 4. v. 2. c. 10. v. 7. 1. Reg. 16, 2.

Tyrannidos modi varij & formæ exercitæ: Huc spectat *damnatio* Christianorum ad bestias.

Coactio ad paganismum: Sic fecit Diocletianus.

Cruciatus varii: vid. Nazianz. Orat. 1. In Julian.

Ad *ignem*, ad *aquam*, *Exilia* & deportationes, *Exustio* crudelis per flammationem, *Laceratio* corporum, mutilatio. Theodor. de Maximo Episcopo Hierosolymitano, *Occisio plurimorum*, *Tortura*, vide Euseb. lib. 6. c. 40.

De puero sub Decio Alexandrino. Henric. Zutphan. in Ditmarsia, Chytr. præfatio, in in Levit.

Sævitia in *Cineres occisorum*. Nicephor. lib. 3. cap. 23.

Trajanus combustarum virginum cineres æri misceri jussit, ex his vasa confecta in lavacro poni, omnes loti ibi vertigine capitis pressi concidebant: Tertullian. c. 2. Apolog. Euseb. lib. 3. cap. 30.

Causa permittens, (orthodoxo sensu) Deus Psalm. 44. vers. 15, 23. & 66. vers. 10. 11. 12. & Psalm. 79.

Efficiens, Magistratus malus, impulsus à Satanâ homicida Joh. 8. v. 44. & pseudodoctor armis sæviens. Vide Euseb. passim in historia Ecclesiastica de *moribus Arianorum*.

§. 2. *Tyrannorum varia effecta.* Contra stimulum calcant Act. 9. Christum persequuntur ibid. & Ecclesiam 1. Cor. 15, 8.

Subditorum liberos interficiunt Exod. 1.

Impia mandata proponunt. d. l.

Idololatriam propagant Dan. 3, 5.

Ministerium legitimum abolent 1. Reg. 12, 31.

Falsum sustentant 1. Reg. 18, 19. Veros Dei servos persequuntur. 1. Reg. 13, 4. c. 16, 8. c. 18, 10. cap. 22, 8. 2. Chron. 7, 10. c. 25, 15. 16. Jerem. 20. 2. c. 37, 5. c. 38, 6. Odio habent bonum. Mich. 3. Amos 5, 10. 1. Reg. 22, 8. Insidiantur aliorum vitæ 2. Reg. 12.

Contemnunt Dei verbum Jer. 36, 23. 1. Maccab. 1, 49. 50. Magnificant se supra populum Sophon. 2.

Eum devorant. Psal. 53. & duriter premunt viduas ac pupillos, oneribus gravant, injustitiæ vacant. Es. 59, 4. Prov. 17, 15. Jerem, 5. vers. 28. Eruunt oculum 1. Samuel. 11. Sæviunt in mortuos 1. Sam. 31. percutiunt recta monentem 1. Sam. 20. Omnia amarulenta reddunt Jerem. 50. v. 21. & immisericordiam exercent ibidem.

Sanguinem fundunt: ab anno 1562. ad annum 1584. ad quadraginta centum millia hominum bellis & pœnis ob religionem absumpta sunt, juxta nonnullorum calculum.

Maximinus omnes Ecclesiarum præsides sustulit & interfici curavit. Baron. tom. 2. folio 419. Euseb. libro 6. capit. 21. Tertullian. c. 37. Apolog.

Pharao Exod, 1. Jud. 9, 5. 2. Sam. 15, 10. 2. Reg. 11. 2. Chron. 21, 4. 1. Reg. 19, 2. Esth. 3, 6.

§. 3. *Conventus Christianorum prohibent.* Trajanus Cæsar hos vetuit coire, vide Plinium secundum in consultatione ad Trajanum Cæsarem. Vide eundem lib. 10. Epist. 43. Martianus libro 1. 9. & libro 3. Cajus libro 4. de Colleg. *Thus offerre Cæsaris imagini jubent.* Plinius secund. ad Trajanum Cæsarem.

In seipsos peccant. Jerem. 26, 19. Frustra Religionem orientem evertere voluerunt Nero, Domitianus.

Abstinere coacti sunt: Vide Nicephor. lib. 3. c. 23. de Trajano Cæsare, de Diocletiano, qui se fessus Tyrannide Imperio abdicavit. Et Confer Baronium Tomo secund. sub fin. ferè *Nihil effecerunt Tyranni:* Prudentius ita solatur se suosque:

Perdere nos frustra Consul Romane laboras:
Nam velut in sylvis decisa repullulat arbor;
Sic nostrorum uno centum de sanguine surgunt.

Corrigit Deus homines per Tyrannos: sicut felles & aliæ pessimarum ferarum partes morbis medentur; sic Tyranni ad virtutis studium excitant. Plutarch. in moralib.

Tyranni ignavos & socordes cives reddunt: non secus ac ludimagistri minis ac verberib. in pueros sævientes iisdem literarum odium conflant, à studiis abducunt.

§. 4. *Ordinem rerum turbant:* Sicut corpora cœlestia à motu suo discedentia varias plagas prænunciare creduntur ac mutationes efficere non sine pernicie; ut Cometa afficit res mortalium; & pestis hominum vitas depopulatur. Erasmus de Instit. Princ.

Subditos opibus emungunt. Nero delegans alicui officium semper dixit: *scis quibus mihi opus est, & hoc agamus, ne quis quid habeat.*

Omnia sibi licere putant. Sic olim C. Caligula aviæ monenti, ut quædam secus ageret, dixit: *Memento (ait) mihi omnia in omnes licere.*

Semper timent: Hinc Phalaris meliorem esse sortem subditorum Tyranno dixit; quòd hi solùm Tyrannum, hic vero & foris & domi omnes metuat.

Sanguinolenti sunt & cædibus pleni, ac vindictæ cupidi: vide Promptuar. exemplorum part. secund. folio 222. Tacit. lib. 6. annal. *Si recludantur Tyrannorum mentes, posse aspici laniatus & ictus, quando ut corpora verberibus, &c.* Olim dixit A. Vitellius Cæsar: hostem mortuum optimè olere & civem præcipuè. *Domini terribiles* Esai. 19, 4.

Tolerantur à Deo ut bonorum carnifices: Theodoret. sermone 6. de Græcor. affection. Aliquando *resipiscunt: Placidus* Dux insignis tandem Christo manus dedit. Aurel. in Epit. Baronii p. 96.

Executores divinæ pœnæ, Jer. 28, 14.

Tamerlanes Scytharum Rex rogatus causam sævitiæ, dixit immanissimo vultu: An tu me hominem esse putas, & non Dei iram potius, ad hominum perniciem in terris agentem. Zwing. Theat. fol. 50. b.

§. 5. *Puniuntur* Psf. 9. v. 21. Esai. 29, 23. c. 25, 5. 27. 2. Thess. 1, 5. 6. Justo Dei Judicio excœcantur, ut Pharao. V. Luther. Tom. 4. Witteberg. fol. 218. a §. Aber daß sie.

A tragicis eventibus Tyrannorum licet argumentari: sic Tertull. fecit c. 3. lib. ad Scapulam §. possumus æqui & exitus &c. Esai. 14. v. 11. cap. 15, 16. Jer. 50, 28. cap. 51, 5. 9. 11. Esai. 40. Principes in nihilum redigit. Jer. 18. vasa contundit Psalm. 2. vasa confringit. Sap. 4. cadere facit. Schändlich fallen.

Pharaonem Deus suffocat Exod. 14. Saul sese interficit 1. Sam. 31. Achab sagitta transfixus 1. Reg. 22, 34.

Athalia gladio periit 2. Reg. 11, 16.

Apriem suspendio tollit, Herod. lib. secund. Belsazarum interficit, Dan. 5. & Herodem, Act. 12. Herodes Ascalonita à Deo punitus. Antiochus Epiphanes à Romanis compescitur, à vermibus corrosus, Maccab. 6, 4.

Nero sibi ipsi mortem consciscit: Sueton. in vita Neron.

Decius à Gothis cæsus: corpus in paludem submersum. Antiochum Aureliani Prætorem de solio turbat. Henric. de Erfordia libro 6. cap. 29.

Teridatem Principem in Armenia, unà cum omnibus aulicis in sues commutat. Niceph. lib. 8. c. 35.

Julianum occidit in acie, Sozom. lib. 6. c. 2. Socrat. lib. 3, 18. Theodor. libro tertio capite vigesimo.

Trajanus Cæsar à Deo punitus, Aurel. pag. 102. Epit. Baron.

Dux de Alba consolationem Ludovici Granatensis moriturus accipere noluit, morti vicinus.

Philippus II. Rex Hispaniarum grege vermiculorum erosus, fato functus est:

Joas occisus 2. Chron. 24, 21. & 26, 27.

Confer de pœnis Tyrannor. Psf. 83, v. 12. seq. Job. 4, 16. c. 9, 13. c. 34, 24. 25. 26. c. 36, 6. Psal. 75. 11. Psf. 109, 15. 16. Psf. 52, 3. 7. Psal. 149, 7. 8. Prov. 10, 3. Sir. 10, 16. &c. Confer quoque Gregor. Nazianzen. orat. 2. in Julian. Ezech. 32, 24. maximè eorum, qui ministros Dei persecuti sunt. Meiger. lib. 1. cap. 26. Nucl. historiar. Didac. Apolephth. 1. Theil Histor. Erqvickstunden. pag. 178. ad 198.

§. 6. *Impediuntur à Deo.* Plautianus, Christianorum hostis sævissimus ac Severo Imperatori gratissimus, tandem ab eo occisus est, omnibusque bonis spoliatus, cunctæque ejus statuæ sunt destructæ. Dio in Severo.

Antiochus Epiphanes à Romanis compescitur Dan. 11, 30. Herodes Ascalonita à Deo punitus.

Herodes Antipas tandem in exilium missus est cum Herodiade & tandem inedia periit. Nauclerus Genes. 2. volum. 2. Alexander Cæsar Pontianum Papam in exilium pellens à Maximino occisus Cassiod. in Chron. Jul. Capitol.

Exempla Tyrannorum plura apud Zwing. fol. 1613. Theatri.

Plautiani exitus Tyranni, est à genero occisus, ditissimus fuit ex damnatorum bonis. Filiæ tantum dedit dotis, quantum 50. Reginis satis fuisset. Item Papinianus hostis Christianorum occiditur ab Antonino, justò Dei judiciò pag. 165. Aurel. Epit. Baronii Matth. 2.

Mortui sunt: Sic olim acclamatum est Partarito exuli. Paulus Diacon. lib. 5. c. 13. de reb. Gestis Lombard.

Tyranni non possunt delere Curiam & Ecclesiam Christi: Refert Athanas. q. 42. ad Antiochum: nullum infidelem potuisse è moneta Christianorum delere imaginem Christiani Regis & Crucis Christi.

Sit suo loco: Nos verius de CHRISTO & ejus Eccle-

Ecclesia hoc usurpamus: Matth. 16. Nemo delebit illam.

§. 7. *Moriuntur cum ignominia:* Sicut de illo dicitur? mortuus est ut Canis, regnavit ut Leo, intravit ut *vulpes*.

Mortuo Tiberio *Romanus populus oravit* Deos, ne illi nisi inter impios locum relinquerent: Sueton. Agnoscunt vitam omninò post hanc Ethnici aliam. *Gaudium ob mortem* Caji Cæsaris à Conjuratis occisi Joseph. lib. 19. c. 1. bell. Judaic. Neronis V. Constantis II. Guilhelmi Ruffi Anglorum Regis avarissimi. Clementis VII. P. Roman.

Tegunt ingenium Tyrannicum. Tac. lib. 6. Annalium. *Postremò in scelera & dedecora prorupit, postquam remoto pudore & metu suo tantùm ingenio utebatur.* Vide exemplum Christierni Regis Daniæ & Sueciæ apud Meiger. lib. 3. c. 13. Nuclei Histor.

Omnes metuunt Tyranni, & Tyrannos subditi. Vide Zwinger. fol. 1613. & 3902. in Theatr. Hinc se custodia muniunt. V. Johan. Baptist. Fulgos. lib. 9. c. 14. Meiger. in Nucl. histor. lib. 3. c. 14.

Graviter quævis Tyrannica facta à Deo puniuntur. Hinc Lyricus ille Poëta Horatius:

Ad Generum Cereris sine cæde & sanguine pauci
Descendunt Reges, & siccâ morte tyranni.

Exempla alia non pauca numero recitat Meigerus Nuclei Histor. lib. 3. c. 12.

Neronis cædes spectare noluit Seneca. Sueton. & ex hoc Vives in 6. cap. 11. Augustin. de C.D. Sub Galerio Augusto Euseb. lib 8. cap. 9. histor. Sub Maxentio Eusebius lib. 1. de vita Const. c. 27. seq. Licinio Euseb. lib. 10. c. 8. hist.

§. 8. *Similia & varia nomina.*

Apri vastantes vineam Dei Psal. 80.

Aquilæ rapaces.

Basilisci vel solo anhelitu homines pios enecantes. Caudæ titionum. Vid. *Titiones infra hoc tit. §. 10.* Ceti immanes. Ezechiel. 32, 2. cap. 29, 3. Habac. 1, 14. Custodes Jerem. 4, 16. malè feriati.

Crocodilus metuit sibi à Tentyritis & earum voce. Plin. lib. 8. c. 25. Natur. histor. Sic Tyranni timent sibi à gemitibus pauperum Psalm. 12. Si hos timuisset Pharao, in mari non periisset. Dracones Psalm. 58, 5. Esa. 27, 1. Jerem. 8, 17. Ezech. 29, 3. Psalm. 44, 20. Propter octo potissimum analogias 1. Ob sibilum contagiosum: Ita Tyranni sua mandata publicant.

2. Ob morsum venenatum: Ita Tyranni mordent animas, opes arrodunt subditorum.

3. Ob vigilias: Raró dormit Draco: Ita Tyranni vigilant, ut malum faciant.

4. Ob caudam in quâ maximam vim habent: Ita Tyranni in principio blandiuntur, postea virus tyrannicum exserunt.

5. Ob visum acutissimum: Ita Tyranni in prædam semper intenti.

6. Ob infectionem: Draco aërem inficere potest: Tyrannus veneno impietatis subditos inficit.

7. Ob insidias, enecando eum: ita etiam Tyranni insidiantur bonis, eos excœcare student.

8. Ob locum in quo habitat. Draco amat loca deserta: Ita Tyrannis nihil gratius est quam in occulto sævire, neces architectari.

Gigantes 1. Cœlum olim expugnare volentes. 2. montibus impositis montibus. 3. habuerunt agninos pedes: sic Tyranni hodienum ipsi Deo bellum indicunt, potentissimis sese associant, cumque his conspirant, consilia callida adhibent atque sanguinea.

§. 9. Flagella Christianorum. Sic Attila se flagellum Dei esse dixit. Fumus, 1. erumpens magno impetu. 2. diffundens se, ingenti spatio. 3. facilè verò dissipatur à Christo. Psalm. 68. v. 3.

Hyænæ devorantes filios Ecclesiæ, toto eos ore deglutientes.

Leones sævi & immanes. Zeph. 3. vers. 1. 2. 3. Prov. 28, 15. Psalm. 10, 8. Ps. 7, 3. Ezech. 9, 2. 3. cap. 32, 2. Nahum. 2, 11. 2. Tim. 4, 17. Jerem. 8, 17. Ejusmodi leo fuit *Commodus Imperator*, qui exuvias leonis gestavit & pro Deo sese gessit: Senatores in Theatro, ut risum inhiberent, *masticarunt folia è lauro, risumque dissimularunt.* Baron. tom. 2. fol. 268. n. 30. anno Christi 192.

Lupi: Ezech. 22, 7. Zeph. 3, 1. 2. 3. Hab. 1, 8. Athanasius sui temporis Arianos lupos vocat tom. 1. oper. fol. 134. Batto Dalmata à Tiberio rogatus, cur à Romanis unà cum suis toties defecisset, respondit: Vos in causa estis, qui ad greges vestros non canes aut pastores, sed lupos adhibuistis: Intelligit Tyrannos & *injustos exactores.*

Mallei, Jerem. 50, 22. quibus subditi contunduntur.

Mare, cui limites præscribit Deus. Jerem. 6, 23.

§. 10. Pardi crudeles 1. ferocissimi. 2. variis technarum maculis picti. 3. oculos Ecclesiæ (qui sunt fides in Christum & ejus cognitio) invadentes. 4. inimicissimi, sub quibus nihil est tutum, omnia suspecta, etiam quævis rectè dicta facillimè in accusationem læsæ Majestatis vertentes. Tacit. lib. 4. Annal. Vide Tiber. Calig. Neronis vitas. 5. pulchra pelle dulcium verborum vestiti. 6. astutissimi.

Sues Psalm. 80, 14. Matth. 7, 6. 1. omnia depopulantes, graveolenti. 2. frendentes dentibus.

Serpentes, 1. Ecclesiam devoraturi. 2. astuti. 3. vigilantes.

Titiones 1. fumigantes 2. in quibus est ignis 3. sed mox flammas ponunt. Esa. 7, 5. Ita duo illi exercitus irâ fumabant & sæviebant: at prædicit vates, mox eos in cineres versum iri. Ignem & arma spirabant, sed tamen caudæ erant futuri, pessundandæ ac dejiciendæ.

Turbines contra parietem, Esa. 25.

Ursi sævi, feri dilaniantes, horrendum inclamantes. *Vulpes* Exod. 1, 10. Matth. 2, 8. Luc. 13, 32. sævientes, cuniculantes.

Varij modi Tyrannidis exercitæ:

Claudius Imperator juſſit, Chriſtianos in Amphitheatris *ſagittis confici.* Baron. ad ann. Chriſt. 270.

§. 11. *Partitio Tyrannidis. Primò: Alia privata*, quæ eſt Crudelitas & immiſericordia; qualis illa erat crudelitas ſervi Matt. 18. verſ. 30. quæ æſtimatur (1) *Ex tempore:* vix egreſſus erat à Domino, mox factus elatior, mox crudelis. (2) *A conditione* conſervi, cui æqualis erat, nec tamen parcit æquali. (3) *A proportione* debiti remiſſi à Rege, exigendi à conſervo. (4) *Ab exactione* durâ (5) *violenta:* manum infert: (6) *immiſericordiâ:* Non audit petentem. (7) *denegat ſolvendi* ſpatium.

Alia publica.

Secundò. Quædam humana; quædam Diabolica, de quâ 2. Cor. 12. Angelus Satanæ colaphizans Paulum. Olim etiam perſuaſit mulieri cuidam Mediolanenſi, *ut ipſi Satanæ mactaverit puerum triennem*, pollicitus ut omnia conſequeretur. Wolff. ad annum Chriſti 1507. V. *Tentatio. Humana.* Britanni olim è ſectis captivorum fibris Deos conſuluerunt, Tacit. lib. 4. c. 30. annal.

Officia noſtra contra Tyrannos.

§. 12. 1. *Orare pro eis* 1. Timot. 2. v. 1. 2. ſeq. Non illos occidere ſpe meriti; ut olim docuit quidam Johannes Parvi, qui error in Concilio Conſtantienſi rejectus fuit, ſeſſion. 15. §. *Præcipua ſolicitudo.*

2. Si non reſipiſcant, *contra eosdem orare.*

3. *Fide eos vincere:* Apocal. 12. ſanguine agni.

4. *Morte contra eos præliari* & conſtanti Confeſſione nominis Dei: ſic veteres & recentes martyres.

TYRUS: צור.

Petra: olim Sarra dicta; hinc olim Purpura *Sarrana.*

Urbs Phœniciæ celeberrima ad mare Phœnicium ſita celebris memoriæ apud Scriptores ſacros & profanos: Ezech. 27. Curtius lib. 4.

Ei comparatur Ephraim, i. e. decem tribus Oſ. 9. Monet 1. *de urbium flore*, qui non eſt perpetuus: vaſtata enim tandem quoque Tyrus eſt.

2. *Juſtitia Dei* luxum urbium punientis.

3. *Varietate donorum.* Erat enim ager Tyriorum ſterilis: vide Act. 12, 20.

4. *Munitionum vanitate.* Nam ab Alexandro Magno tandem vaſtata fuit Tyrus, Ezech. 26, 12. Joſ. 19, 29. & potentiæ & ſuperbiæ. Vide plur. apud Adrichomium in deſcript. terræ ſanctæ.

Cingulum non erat Tyro: Notatur ſtatus Reipubl. turbatiſſimus, quæ Magiſtratu & Imperio deſtituta fuit Eſ. 23, 10. tota exilii fluctibus ſubmerſa. Confer: *Magiſtratus.* Item: *Cingulum*, ſuprà.

VACCA.

§. 1. I. *Leviticè* conſiderata, *rubra.* Num. 19, 2. Typus Chriſti: Hebr. 9, 13. V. Promptuar. allegoriarum. *Combuſta*, notat Chriſti ſepulturam; *Ætas* integra, notat ætatis Chriſti plenitudinem: & *rubeus color*, ſanguinis profuſionem: & *carentia jugi*, Chriſti innocentiam à peccato; Eſa. 53. dolus non inventus in ore ejus: Et *aſperſio ſanguinis* verſus Tabernaculum, ſanguinis Chriſti mundantis omnes in Tabernaculo efficaciam. Et *immunditia* comburentis vaccam, notat peccatum eorum, qui Chriſtum crucifixerunt: Et *cineres* ſparſi efficacem abluitionem, Hebr. 9, 13. in Chriſti ſanguine factam.

§. 2. II. *Trimula*, luxuriantem populum notat. Jerem. 48, 34. Oſe. 10, 5. Tyrannos, Pſalm. 68, 31. Amos. 4, 1.

III. *Idololatrica*, culta apud Memphiticos, & divinatrix. Vide Alexandr. ab Alexandro lib. 1. c. 29.

IV. *Hæretica*, Amos. 4. Notantur hæretici, ſi credimus Hieronymo in h. l. prophetæ.

V. *Laſciviens*, Amos. 4. luxurioſus homo fræna morum excutiens.

VI. *Symbolica:* Ut ſeptem vaccæ, quæ ſignificant ſeptem tempora, partim fœcunda, partim ſterilia; Gen. 41.

VACO. *V. Otium, Commeſſatio.*

Pſalm. 46, 11. vacare eſt fide tranquillum eſſe: vid. *Oratio* 1. Cor. 7. v. 5.

VACILLO.

1. Metaphoricè dicitur de his, qui verâ fide Deo non innituntur: ſive etiam, qui cœci ſunt, Eſa. 29, 9. Hebr. נוע notat nutare. Sic Thren. 4. moti ſunt cœci in plateis, & Pſ. 107. v. 27. Eſa. 24, 20.

VACUNALIA.

Olim menſe Novembri celebrata, quod agricolæ à colligendis frugibus vacarent: Ovid. 6. faſtorum. Sacra Deo noſtro ſint noſtra Vacunalia pro donis à terrâ perceptis, Dei benedictione, euchariſtia, Pſal. 65. verſ. ultim.

VACUUS, VACUA, VACUUM
eſſe, & cætera affinia.

§. 1. I. *Vacua omnia ſunt*, niſi ea Deus repleat bonitate ſuâ: Gen. 1. *Terra inanis;* poſtea verò *plena bonitate Dei*, Pſ. 104, 24.

Vacuus homo, at veniente gratiâ, plenus gratiâ, gratiam non ſentit vacuam 1. Cor. 15, 10. Non accipit in vanum gratiam, 2. Cor. 6. v. 1. Nec in vanum & vacuum currit, Gal. 2, 2. Philipp. 2, 16. 2. Pet. 1, 8.

II. *Vacuitas paupertatis:* Ab hac vacui Iſraëlitæ, Exod. 3, 24. Non vacua Ruth & alii, Ruth. 1, 21. 2. Reg. 4, 3. Prov. 14, 4.

§. 2. III. *Tenacitatis*, quæ eſt liberalitas, Exod. 34, 20. Deuter. 15, 13. Ruth. 3. 17. 1. Sam. 6, 3. Sir. 35.

IV. *Affectuum humanorum*, quæ eſt cordis devotio, ut illud ſit altare intus vacuum, Exod. 38, 7. Judic. 7, 16.

V. *Maledictionis.* Nehem. 5, 13.

VI. *Viæ malæ*, Job. 6, 18. Sap. 3, 11.

VII. *Quietis*, Job. 7, 3.

VIII. *Spolij & homicidij*, Job. 22, 9. Marc. 12.

IX. *Confuſionis* impiorum & fruſtratæ ſpei Eſa. 29, 8.

X. *Falſæ, doctrinæ* Eſa. 32, 6.

XI. *Operæ frustratæ κατὰ δόξαν*, Esa.49,4. & 55. v.11.

XII. *Justitiæ propriæ*, Matth.5. Qui esuriunt justitiam. Phil.3. non habens meam justit.

XIII. *Æternæ lætitiæ* vacuitas erit in damnatis. Luc.16.

XIV. *Otii & malitiæ*, Judic.9,4. cap.10,1. 2.Chron.13,7. Prov.12,11.

§.1. VADIMONIA.

Politica & Civilia, de quibus JCti.

I. Sponte *vadimonium præstitit Christus pro nobis*, Sponsor factus: Hebr.8,22. in Græco ἔγγυος: Satisfaciendo pro nobis, se sistendo tanquam debitorem Legis, Gal.4. subditum legi, Circumcisioni, Luc.2. Festis, Joh.7.

§.2. II. *Politicum vadimonium*, quo quis pro alio satisfacere spondet: Ad hoc requiritur

Prudentia: non præstemus facilè, Prov.6. 1.2.3.4.5. Prov.27,13, c.22,26.

Vires nostras consideremus, Sir.29,24.25. c.8,16. Nos ab iis liberemus, Prov.6,4.5. c.11. 16. c.17,18. c.20,16.

Justitia: Solvamus, si præstitimus, Sir.29, 19. Hinc Ethnicis *Vadimon* Deus erat, qui præerat vadimoniis, & scelera Tyrannorum in igne subterraneo puniebat; ut ait Plato de Republic.

VADO.

I. Vadit Christus ad patiendum. V. *Christi Passio.*

II. Homo variè ad varias vias, opera. V. *Via. Opera bona. Miseria. Obedientia.*

VÆ.

I. Nominascit: notans calamitatem magnam, Apoc.8,9.10.11. capp. & alibi.

II. Interjectio: 1. dolentis Esa.1,4. c.6,5. Jer. 10,19. Matth.11,21.

2. Imprecantis, Num.21,29.

3. Lamentantis, 1.Sam.4,8.

4. Comminantis, Matth.23,16. Luc.6,25.

5. Prædicentis aliquando æternum supplicium: Greg.hom.9.in Ezech.ait: Væ, sæpius solere accipi de æterno luctu, quàm de præsenti.

Notant veteres Christum *octo Væ* imprecatum fuisse Pharisæis: quæ ad vitam potissimum Clericorum applicat Joh.Gerson part.2. serm. facto in Cœna Domini, de vitâ Clericorum. Recensente illa Joh. Altenstaig. in Lexic. V. Væ.

VAGATIO. VAGUS.

§.1. I. *Mentis*, cum 1. hæc fluctuat, nec stabili fide fulta est: opponitur fidei parti, quæ Fiducia dicitur. Illa igitur frenanda est custodiâ cordis.

2. *Fluctuatio* in capessenda Religione Eph. 4. Ne sitis pueri, &c.

3. *Evagatio mentis in precibus*, quæ opponitur attentioni debitæ in precibus requisitæ.

4. *Vagatio in desideriis variis*, ambitiosorum, avarorum, voluptuosorum, Euripo mundanorum affectuum nunquam non jactatorum: Esa.37. Impii pacem non habent.

II. *Corporis*, quæ est erronum, vagabundorum, conscientiæ stimulis actorum: v.g. Cain profugus à Domini facie, Gen.4. Judic.9,4. c.10,1. 2.Chron.13,7.

III. *Sacra quædam vagatio* piorum in mundi exilio dicentium: Hebr.13. Non habemus civitatem manentem hic, sed futuram inquirimus. Et Hebr.11. v.37. Ibant, &c. Esa.58. Vagos induc in domum tuam.

IV. *Quædam castigatio malorum:* Ose.9. v.ult. Erunt vagi inter gentes, id est, in exilium pellentur, in Assyriacam captivitatem deducentur. Vide 2.Reg.17.

V. *Vitiosa quædam*, nempe in muliere impudicâ ac vaga, Prov.7. garrula, quæ non potest in uno loco consistere.

VAH.

Interjectio insultantis, opprobrantis: Matt. 27. Vah, qui destruis templum Dei!

VALEDICTIO.

Peracta I. *Voto & benedictione*, Gen.24,59. 60. c.28,1. seq. c.31.17.28.55. c.43,14. Ruth.1,9. 10. Tob.5,22. II. *Osculo & amplexu*, Tob.10,11. Act.20,37.38.

VALENTINIANI.

Hæretici, veritatem humanæ naturæ in Christo negabant, se perfectos esse asserebant. Vid. Irenæum adv. illos. Baron. Tom.2. fol.115. n.5. & 45. Anabaptistæ illorum soboles. Vide Urbani Regii librum contra Monasteriens. Anab. editum German.

VALETUDO.

§.1. Magnum corporis bonum, omni bono præstans, sine quo omnia tristia ac infelicia.

Corporis verò, etsi magnum sit bonum, Sir. 30. v.15. Tamen non est aliud, quàm longa ægritudo, cibis & medicamentis suffulta, Augustin. tom.10. col.751. a. in Ps.37.

Tria aliàs S hominibus bona sunt: *Sanitas, Sanctitas, Sapientia.*

Thales interrogatus, qui felix esset? respondit: Qui corpore sanus, animo verò eruditus. Et meritò: Est enim valetudo basis omnium bonorum.

Est corona vitæ, sine quâ omnis vita misera est, mors est, & inconstantiæ ludibrium.

§.2. *Ethnicis antiquissimâ* Dearum visa est. Primum obtinet locum, Plato lib.1. de Legib.

Curanda: Ob Dei *præceptum*, qui vult corpori honorem suum præstari, Coloss.2.

Monitum Siracidæ, c.37. v.32.33. seq. Fili mi attende, &c.

Ob *necessitatem:* Non enim sine valetudine quicquam in vitâ præstare possumus.

Ob *utilitatem.*

Ob *vocationem obeundam:* Ne simus ut caducus paries. Sic olim dixit Hadrianus Imperator: Zwinger. fol.135. Theat. Qui enim morbido corpore præditus est, quid quæso præstabit in vitâ humanâ? obeundis sanè functionibus pluribus impar est.

§.3. Non negligenda: Negligitur variis modis.

Intemperanter vivendo. Hippocrates lib.1. c.17. Aphorismor. Ubi cibus præter naturam ingestus est, morbos facit. Democritus eos, qui inordinatè vivebant, suæ valetudinis proditores dicere solebat, apud Maxim. sermon. 27. Itaque tria maximè servanda præcipit Medicus Clarissimus Levinus Lemnius: cap.29.

exhortat. ad vitam benè instituendam: *Primum*, non vesci citra saturitatem. *Secundum:* Non refugere laborem. *Tertium:* Conservare naturæ semen.

Huc pertinent damna ebrietatis multa variaque crapulæ incommoda, libidines, otia, mollities: juxta illud:

Balnea, vina, venus, laudem fugienda sequenti.

Galenus decimo quoque die jejunasse scribitur, nihil crudum edisse.

Medicinam contemnendo.

Affectibus immoderatè indulgendo. Hi enim valetudinem debilitant, magnamque vim habent ad prosternendum valetudinis thesaurum. Sic Tristitia occidit homines. V. Mathesium in c.30. Siracid.

Morbos immissos negligendo: quasi malum ipsum mali medicina esset.

Nimios labores portando. Exod. 18. His namque corpus exsiccatur; ac calidum nativum exsiccatur & deteritur: unde morbos existere necessum est. (Consule de his omnibꝰ Lessium fol. 902. Opusculor. D. Horstium. L. Lemnium.)

Notus versiculus:

Si tibi deficiant medici, medici tibi fiant
Mens pia, mens hilaris, requies, moderata diæta.

Confer Drexel. Tract.17. cap. X.

VALLIS.

§. 1. Esa.40.1. notat *afflictas mentes futurique* Messiæ spe ac expectatione toti pendentes.

Pauperes & justitiæ Christi cupidas Matt.5. Beati qui sitiunt justitiam, &c.

Humiles & depressas Es.57. & subjectas jugo miti Christi Matth.11. *Montes* verò notant superbos animos, propriâ justitiâ turgentes. Luc. 18. Gratias ago tibi, &c. Apoc. 3. (α) In valle venti non flant. (β) recipit vallis aquas. (γ) umbram præbet. Sic credentes & humiles turbine Mosis & fulmine execrationis non percelluntur. Recipiunt *aquas* gratiæ divinæ Esa. 44. *Umbrâ* divinæ misericordiæ gaudent adversus æstum Legis. Non turgent vento propriæ inflationis, sed in Domino humiles sunt, & implentur Luc. 3. *Omnis vallis implebitur.* (δ) Vallium locus est *inferior:* hic notat piorum *humilitatem.* (ε) *Vacuus* notat propriorum meritorum carentiam. (ζ) nives mox *liquefaciens:* Sic pii mundi vanitates respuunt. (η) *Fontes in vallibus* oriuntur: sic in corde humilium fontes lachrymarum.

Vallis Josaphat Joel.3. v. 2.12. V. Judicium extremum.

Cedron. Vide Joseph.l.14.c.7.8.l.15.c.14.l.6. c.7. de bello Judaico, per hanc equitavit Christus asinâ vectus.

Thyropæa, sita inter montem Sion & montem Acra, aliàs vocatur via Zion. Jer.50.

§. 2. II. *Vita humana est vallis lachrymarum* Ps. 84, 1. *per quam* nobis ambulandum est, 2. *nemorosa* & obscura, tristis & dura, 3. habitatio ferarum, & hominum malorum. 4. in hac nascimur cum lachrymis. Sap.7,3. nudi, miseri, V. Aug. l. 21. de Civ. Dei, c.14. Fer.4. hebdom. pœnit. §. *Meritò primum* plorat. Et D.Bernh.

III. Vallis *obscura mundus* est, in quo Sol lætitiæ non splendet, quod in eo θλίψιν habeamus. Joh.16. v. ult. In hac valle habitat latro Diabolus. 1. Pet.5.

IV. Vallis *tenebrosa crucis*, tribulationis & mortis. Psalm. 23. In hac ambulandum quidem, sed Christus in ea nobis adest. Matth. 28. Per hanc & ipse Christus ambulavit. De phrasi hac vide Job.3,5. c.10,21.22. c.24,17. Psalm. 44, 20. & 107, 10. Jerem.26.

§. 3. V. *Vallis filiorum Hinnon,* notat *statum damnatorum.* Matth. 5. mentio fit Gehennæ ignis. Ignis sanè inextinguibilis. Hæc est verè vallis occisionis Jer.19. c.7.v.31. Joh. 5, 8.

VI. Vallibus quoque similes *sunt homines, rebus terrenis & voluptatibus dediti: sunt enim* 1. *sordidi* pravis cupiditatibus, quæ in cor confluunt Matt.15. E corde hominis &c. 1. Joh.2,15.

2. *Halitibus peccatorum obscurati:* Ut valles fumosis halitibus occupantur. Halitus & vapores sunt ἐπιθυμίαι carnis.

3. *A cœlo remoti:* Ut valles à cœlo remotiores sunt, quàm montes. Sic dediti mundo corde alieni sunt à Deo. Joh.2,15.

4. *Steriles & infructuosi,* ut valles plerumq;

VALLO.

Deus protegit suos. Job. 1, 10. Vallasti eum & domum ejus. *Vallo circumdare. V. Obsidio.*

VANITAS.

§. 1. *Idolorum.* Jer.16,20. c.10. v.1.2.3.8.14.

Rerum humanarum atque hominum. Imò vanitas homo. Psal. 39, 7.

1. *In spe* mundanarum rerum.

2. *In rebus omnibus creatis;* quæ tendunt in nihilum: Rom. 8, 20. Omnis creatura vanitati subjecta. Ecclesiastæ 1, 2. *Vanitas* vanitatum, & omnia vanitas.

3. In bonis omnibus temporalibus. (α) Quia à vanis hominibus diliguntur Psal. 39, 8. Psal.17, 14. (β) Iisdem bonis mentes non satiantur. 1. Tim. 6, 17. sunt enim incerta. (γ) non sunt verè bona, sed tantùm apparenter. Chrysost. hom.22. ad popul. Antioch. Si quis una nocte haberet omnis generis delitias, facilè earum oblivisceretur: sic homines mundo adhærescentes ejusque divitiis.

4. *In delitiis* mundi 1. Cor.7, 31. præterit figura mundi.

5. *In amicitiis* mundi, quæ nos spe vanâ lactant & Dei inimicitiam adferunt Jac. 4. v. 4. mundi amicitia, &c.

6. *In laboribus hominum* summa vanitas. Psal.90. v.11. *Vanitas vitiositatis:* Est enim

7. *In peccatis & peccatoribus* multiplex vanitas. Sap.13,1. Vani sunt omnes, qui carent scientia Dei.

(α) *Ob instabilitatem.* Vanum est, quod pendulum & fluxum est. v.g. fumus, vapor: sic peccator instabilis & nutans caret fide vera, quæ sola tranquillat: caret Dei gratiâ, quæ sola facit εὐσηγέχηλως.

(β) *Ob sensus vanitatem.* Eph.4, 17. Gentes in vanitate *sensus ambulant* & rationi parent: Eph.2.

(γ) *Ob amorem vanitatis* Psal. 4, 3. Diligitis vanitatem.

(δ) *Ob cogitationes vanas Deo perspectas,* mutabiles, ineptas extra Dei verbum.

(ε) Ob

(ε) *Ob vanam conversationem.* 1. Pet. 1, 14.

8. *Vanitas corruptionis.* Sic omnes creaturæ vanæ.

§. 2. 9. *Vanitas variationis*, quæ est in superbia vitæ, omnibus annis variabili.

Vani facti Ethnici. Rom. 1. v. 21.

Subjectivè, in monte Eph, 4, 17.

Objectivè, occupati in vano Deorum cultu Actor, 17. in vanis mundi negotiis.

Finaliter: Vanitas ultimus fuit scopus.

Effectivè: nihil nisi vana obtinuerunt: ut canis in tenebris pro homine stipitem vel canem prensat. Ut pauper à paupere petens, nihil accipit.

In vanum accipere gratiam. V. *Gratia.*

Vana gloria. Vide *Ambitio. Superbia. Gloria.* Vanæ Quæstiones. V. *Quæstio.*

VAS.

§. 1. Vox *latissimæ significationis*, notans quodlibet instrumentum, &c. Vasa belli, arcus, sagittæ, arma bellica; transmigrationis, hoc est quæ necessaria sunt ad transmigrationem Ezech. 12, 3. utensilia nautica. Actor. 27, 17.

1. Vasa *Christianorum aurea & argentea* possunt in necessitate conflari. Ambros. l. 2. c. 28. offic. *Vasa aurea & argentea in cultu* à Papa Urbano primùm *invecta*, *teste* Baron. tom. 2. annal. fol. 404. num. 20. ann Christi 233.

2. *Levitarum.* Lev. 6, 28. c. 8, 11. Exod. 27, 19. Munditiem in his requirebat Deus, ad denotandam cordium munditiem.

3. *Hominum ipsorum*, quorum corpora vasa sunt. 1. Thessal. 4. *Vas suum* (id est corpus) *in honore.* 2. Corint. 4. Gerimus thesaurum nostrum *in vasis fictilibus*, id est corporibus fragilibus.

Vasa infirma omnes homines, ob carnem infirmam & fragilem. Es. 40. *Omnis caro fœnum.*

§. 2. 4. *Dei vasa*, quæ in furore expedit. Esa. 13, 5. Jer. 50, 25.

Vasa iræ, in quæ iram justè exercet. Rom. 9. v. 22. *Iræ vas* Pharao fuit, culpâ suâ, non conditoris. Basil in homil. quod Deus non sit causa malorum: *Ne* (inquit) v. g. *facturam aut supellectilem aliquam malam fuisse putemus: sic enim culpa justius in ejus conditorem, qui id vas præparavisset, transferretur: sed ubicunq; vasa audiveris, intellige nostrûm quemlibet ad aliquem usum esse factum, & diversis materiis uniuscujusque voluntatem Paulus hic comparat. Vasi aureo hominem simplicem moribus puris præditum, ac sine dolo: argenteo paulò meritis diversum, ac velut pretii dignitatisque æstimatione inferiorem, &c. Sic iræ vas sordidum diabolicam in se operationem suscipiens, propter imbutum ex corruptione fœtorem inutile, ac ad nullum amplius usum aptum dissipatione tantùm & interitu dignum: qualem Pharaonem nimiâ malitiâ incurabilem, aliis ob tot flagella inflicta utilem paulatim Dominus afflixit, diutius patientia obduravit, & postea tandem contrivit.* Origenes lib. 3. de Principiis statuit, Paulum Rom. 9. *absolutum illud* Dei jus faciendi ex eâdem massâ vasa vitæ & gloriæ, opposuisse *malitiosis & præfractis disputatoribus.* Ejusdem verò 2. Tim. 2. verum nobis ordinem apparere, ut sciamus quando vasa gloriæ fiamus.

Vas electionis Act. 9, 15. Paulus dicitur.

§. 3. *Vasa misericordiæ* præparata in gloriam Roman. 9, 23. Sunt electi non absolutè, sed relatè; ut perseveranter in Christum credituri: Vide *Prædestinatio.*

Vas confractum. Psal. 31, 13. notat hominem abjectissimum, nulli usui aptum. Huic se comparat David, quod pro ejusmodi vase ab hostibus reputaretur.

Sanctificatum: 2. Tim. 2, 21. nempe 1. à Spiritu Sancto 1. Cor. 6. Sanctificati estis regenerante, &c. Tit. 3, 5.

2. *Per Baptismum*, qui mundat nos. Ephes. 5, 15. 26.

3. *Per fidem.* Hæc enim veram sanctitatem Christi 1. Cor. 1. v. ult. apprehendit, qui est Sanctus Sanctorum. Dan. 9, v. 24.

5. *Vas figuli.* Psal. 2. notatur 1. potentia Christi, contrituri hostes suos instar ollæ. 2. homo, ob fragilitatem sic dictus: Psalm. 2. ut vas figuli confringit eos.

Vasa figulina omnes sumus: figulus Deus est. V. *Figulus.* Nos quoque Satan ceu vasa testacea confringere laborat: sed Deus est, qui nos consolidat & confortat. Esa. 42. *Calamum quassatum non confringet.*

§. 4. 6. *Vas conscientiæ*, in quo oleum fidei recipiendum. Matt. 25. & peccati fœtor abjiciendus: Psal. 38. *Vulnera mea putrescunt.* Ne sit anima tua similis meretrici illi, quæ habebat vas plenum abominationum. Apoc. 17.

7. *Idololatriæ*: Es. 65. Jus profanum in vasis suis.

8. *Vas cordis*, quod contineat succum sapientiæ non confractum, quod hac & illac perfluat. Sir. 21. *Cor fatui, quasi vas confractum.*

9. *Furoris.* Vide Bellum. num. V. Confer Virga.

10. *Desiderabilia vasa:* V. Bellum. num. 7.

11. *Vasa rubiginis cassa:* ejusmodi sunt corda nostra. Prov. 25. *Aufer rubiginem de argento & egredietur vas purissimum.* Rubigo hæc peccatum est, cui resistendum.

12. *Aurea erant Ahasveri vasa* Esth. 1. Sic corda nostra sunt aurea fide, solida patientiâ, constantiâ in cruce.

13. *Terrea vasa* non sint corda nostra terræ desideriis affixa. Coloss. 3, 1. Quærite quæ sursum sunt.

VASTHI.

Regina. Typus 1. Superborum. 2. Mundi, convivium Evangelii Christi aspernantis. Matt. 22, 1. Luc. 14. 3. Judaicæ Synagogæ à Christo repulsæ Actor. 13. 46. Matt. 23. *Tu noluisti.* Joh. 1. *Non receperunt eum.*

VASTITAS.

§. 1. Pœna Dei: Vide Plaga. Mich. 2, 4. *Vastando vastati sumus*, id est, miserrimè sumus devastati.

Vocabula Synonyma & cognata.

Desolatam esse: desolatio. Matt. 24, 15. Ezech. 6, 14.

Desertam esse Jerem. 50. v. 12. Ezech. 6, 14.

Inviam esse Jer. 50, 12. Joel. 2, 20.

Arentem esse, d. l. ibid.

Non habitari, sed redigi in solitudinem Jer. 50, 13.

Absorbere Esa. 42, 14.

Desertum perditionis Joel. 3, 19.

In solitudinem dari Jer. 25, 18. c. 49, 13.

Absorberi terram Esa. 49, 19.

Atteri, attritum esse Esa. 34, 24.

Calamitatem opprimere portas. Esa. 24.

Cinerem esse, Esa. 34, 12. dissipare Esa. 42, 14.

Vias desolatas esse. Esa 34, 8. Consumere Jer. 10, 25.

Attenuari, *concuti*. Esa. 33, 9.

Evacuari, *everti*: Esa. 24. 1. Vide totum caput.

Comedere aliquem Jer. 10, 25.

Terram maledictione vorari. Esa. 24, 20.

Confractione confringi Esa 24, 19.

Agitari, *sicut ebrium* Esa. 24. 20.

Auferri, *sicut tabernaculum noctis*, ibid.

Dirui civitates Levit. 26, 33.

Eas igne succendi Esa. 1, 7. ut & portas Nehem. 2, 3.

Devorari regionem Esa. 1, 8.

Terram fieri in picem. Esa. 34, 10.

Vastando vastari. Mich. 2, 4.

§. 2. *Causa ejus permittens*: *Deus judex*. 2. Reg. 19, 26. Esa. 42, 1. Jerem. 18. Ezech. 15, 8. Jerem. 4, 23. 24 26.

Impulsiva, *Peccatum*; ob quod Deus vastitates immittit, & cor à nobis avertit. Jer. 6, 8. Sunt v. peccata varia. v. g.

Persecutio Christi & fidelium Psal. 69. 26. Apoc. 17, 16.

Vita corrupta, ἀπιςία Esa. 5, 6. c. 34, 10.

Discordia: Matt. 12, 25.

Idololatria: Ezech. 6, 6. Ose. 14, 1. Zephan. 2, 4. 15.

Proditio. Actor. 1, 20.

Eam non curant homines. Jer. 12. v. 11. 13. Nullus est, qui recogitat corde.

Instrumenta, per quæ vastitas inducitur, sunt *Angeli*: angelus vastator feriens primogenitos. Exod. 12, 13. missus à Deo Judice, Gen. 15. *Judicabo gentem*. Exod. 3, 20. extendam manum meam. Conf. c. 5 v. 2. 9. Item *peregrini*. Esa. 17. Ezech. 35. per tot. *Reges* Esa. 37, 18. Sir. 10, 3. *Bellum*: Vide Tit. *Bellum*.

Pestis. Annonæ caritas. V. *Pestis suo loco*.

§. 3. Partes variæ vastationis. Ignis Jer. 11, 16. V. Bellum. num. 8. Joel. 2, 4.

Consequentia vastitatis. Psalm. 79, 1. 2. seq. Psalm. 80.

Prostratum jacere Jer. 49.

Homines & pecora exulare terrâ: Jer. 32, 43. c. 33, 20.

Terram destrui Es. 49, 19. delassari, confundi, fieri gramen. 2. Reg. 19, 26.

Tremere & vociferari, Jer. 10. v. 22.

Vulpibus exponi terram Thren. 5, 18.

Fieri in signum. Ezech. 14. 8.

In opprobrium & contumeliam. Neh. 2, 17. Jer. 49, 13. & sibilum Jer. 25, 19.

Ingemiscere. Esa. 24, 7.

Lugere terram: Esa. 34, 9.

Dispergi habitatores: Esa. 24, 1.

Stupere, sibilare. Jer. 50, 13.

Vepres & spinas fieri, Esa. 5. 6.

Ascendere fœtorem. Joel. 2, 20.

Sabbatha terræ placere. Levit. 26, 34.

§. 4. *Subjectum* cui inducitur vastitas.

Homines Levit. 18. qui evomuntur terrâ.

Civitas. Levit. 26, 31. Thren. 1, 4. Esa. 1, 7. c. 17, 9.

Regio, Exod. 23, 29. c. 26, 33. Esa. 24, 1. Jerem. 4, 27.

Campus. Es. 6, 11. c. 16, 8. Jer. 4, 26.

Viæ Esa. 33, 8.

Montes. Thren. 5, 18.

Altaria. Ezech. 6, 6.

Vitis. Ose. 2, 12.

Granaria Joel. 3, 19.

Sanctuarium. 1. Maccab. 1, 41.

Domus. Esa. 5, 9.

Speciale subjectum fuit proles primogenita & Regis, & subditorum in Ægypto, & animalium. Exod. 11.

Officia nostra in vastatione.

§. 5. 1. *Agnoscere Dei justam iram*, quam nostris peccatis promeriti sumus, ut Daniel. 9. Psalm. 106.

2. *Agnoscere veritatem Dei*, qui sæpius pœnas prænunciari jussit, ab hominibus susque deque habitas.

3. *Pœnitere & conteri*. Fugere spiritualiter in montem Sinai leges, & Sion montem Evangelii. Matt. 24, 16. allegoricè.

4. *Sperare de Dei bonitate* & clementiâ optima quæque, ac fore, ut vastitati finem imponat. Nehem. 2. v. 20.

5. *Vastitatem* inter appropinquantis judicii signa referre. Matt. 24, 14. 15. seq.

6. *Considerare iram Diaboli*, & furorem hominum adversus Evangelium.

7. *Mundum nobis pro exilio esse*, quod innuit nobis Dominus, clades hujusmodi nobis immittens, ob peccata, brevi terminando. Matt. 24, 22. seq.

8. *Omnia in mundo fluxa esse*, atque caduca. In solo igitur cœlo, patria vera spei nostræ anchoram jaciendam esse. Phil. 3. Nostrum πολίτευμα est in cœlis. Heb. 11, 16. seq.

9. *Conformes nos fieri debere* Christo & fidelibus per vastitates seculi hujus ambulantibus. Hebr. 13, 13. 14. Exeamus extra castra (ad Christum) c. 11, 38.

10. Potest vasta loca Deus restituere. Ezech. 36. v. 33. 38.

VATICINATIO. *Vide Securi. Item Divinatio. Prophetia.*

UBER.

I. Deo tribuitur ob charitatis vehementiam erga pios. Gerson Tract. 2. super Cantic.

tic. Mariæ. Gregor. Homil. 1. & 2. in Cantic. Cantic.

II. Sponsæ *ubera sunt* Baptismus, S. Cœna, Evangelii doctrina, è quibus multum solatii.

III. *Ubera Idololatriæ*. Ose. 2, 2.

IV. Sunt & mundo *ubera voluptatis*, honoris & avaritiæ, plena exitio & internecione. 1. Joh. 2, 15.

UBI.

Ubi sit Deus noster in tribulatione, quærunt impii. Psalm. 22. 42. & 71. & 115, 2. De *Ubique* esse, *Ubiquitate*, actum in Colleg. Christologic. Disp. 68.

VECTIGAL.

§. 1. Quomodo iniquum fiat, Vide B. Fumum in Armill. p. 396. col. a. b. Dicitur quoque Gabella. Dandum magistratui Romanor. 13, 7. Matt. 22.

En Christi exemplum & Pauli præceptum! Necessarium est. Fugiens tributi fumum, incidit in servitutis ignem. *Nicet.* lib. 11. c. 1. in Man. Com.

Utile. Aliquod damus ex bonis, ut totam eorum substantiam conservemus. *Species* tres apud Roman.

Tributum, φόρος, Roman. 13, 6. pro regione, agris. Stipendium datum militibus. Vid. Varin. Phavorin. in Lexic.

Vectigal, pro mercibus, τέλος, portorii nomine datum. Vide Alciat. in Comment. ad leg. *Inter publica*. ff. de Verbor. & rerum significationibus.

§. 2. *Capitatio* erat capitis tributum. l. *Unica*. de capitat. civium lib. 11. Codicis. Hæc omnia sanctè complexus D. Apostolus, ut Christianis obedientiam instillaret, etiam Magistratui Ethnico præstandam. Neque enim Evangelium abolet Politias. Confer Alex. ab Alex. lib. 4. c. 10. genial. dierum; Pet. Gregor. Tholosan. Synt. Juris lib. 3. c. 3. seq.

Sint moderata, Basil. in parænetic. Non (ait) corradendæ pecuniæ ex oppressione, neque ex lachrymis subditorum: Et cum dare non possunt subditi, mutuum potius petendum & reddendum est: Sic fecit Gelo Tyrannus apud Plutarch. in Apophtegm. Confer Salvian. lib. 4. de gubernation. Contra Caligula omnia vectigalibus exhausit, Sueton. c. 40. Etiam Urinarium instituit Vespasianus. Sueton.

Abrogata à Constantino Euseb. lib. 11. c. 2. Nerone: Sueton. testis. Anastasio Cedrenus in Compend. p. 294. & tabulas continentes descriptionem vectigalis in circo coram populo combussit.

Similia.

Sunt nervi Rempublicam sustentantes fructus, quibus Reipublicæ corpus pascitur.

VECTIS.

1. Maris. Job. 38, 6. quo mare conclusit Dominus.

2. Ægypti Ezech. 30, 18. cap. 34, 27. quos frangit.

3. Ecclesiæ Psalm. 147, 13. hos roborat vectes. Confer Amos. 1. v. 5.

VELAMEN.

§. 1. Multiplex est.

I. *Dei sive divinum*, *quod est*

1. *Scripturæ Sacræ:* Hac enim Deus suam majestatem velavit sub verborum signis, quam aliàs cognoscere nemo potis esset. Joh. 1. *Deum nemo vidit unquam.* 1. Cor. 13. *Videmus tanquam in ænigmate.* Aperitur hoc velum piis per Spiritum Sanctum, digitum Dei, qui dat oculos illuminatos. Eph. 1. 17. Impiis hoc velum proprio vitio & nequitiâ Satanæ 2. Cor. 4. apertum non est.

2. *Divinæ Providentiæ* & Potentiæ, Psalm. 61, 5. Ps. 63, 8. Ps. 139. Inexplicabilis enim est Majestas Dei omnia mirabiliter administrantis, neque enim illud velamen adaperire possumus. Psal. 147. v. 5.

3. *Christi velamen* caro ejus erat. Hebr. 10, 10. sub quo tota plenitudo Deitatis Coloss. 2, 9. & gloria Unigeniti. Johan. 1. vers. 14. *Vidimus*, &c.

§. 2. II. *Leviticum*. Num. 4, 6. 14. 25. Exod. 40. velum ante arcam Exod. 36. velum tabernaculi.

III. *Mosaicum:* Exod. 34. 33. 2. Cor. 3, 15. 16. Heb. 6, 19. Significatur hoc velamen Hebræâ voce Masveh. Græcâ, apud 70. Interpretes καλύμμα. *Onkelos* in Thargum vertit Beth appe, id est domum nasi.

Notat autem 1. *Legis naturam* humano intellectui minus obviam. Rom. 7. *Lex est spiritualis, Ego autem carnalis.*

2. *Ejusdem Majestatem & gloriam homini non portabilem:* sicut gloriam Mosis in facie ejusdem resplendescentem rectis contueri oculis Israëlitæ non sustinebant: Exod. 34, 34. 2. Cor. 3, 7.

3. *Rerum de quibus lex tractat* obscuritatem: Sunt vero quinque in lege Mosis. (α) *Leges* ipsæ. (β) *Promissiones*, (γ) *Vaticinia.* (δ) *Sacramenta.* (ε) *Typi.* In his omnibus est obscuritas & incvidentia: In comparatione N. Testamenti.

§. 3. 1. *In lege morali:* videtur enim homini, tantùm externam exigere obedientiam, cum tamen internam & totius cordis viriumque omnium postulet perfectionem: deinde non docet hominis *imperfectionem & imbecillitatem*, sed proponit & inculcat sua præcepta, ac si homo vires ea præstandi ipse haberet. *Proponit justitiam*, sed nos non penetramus ad illam internam justitiam, in lege requisitam: multò minus ad justitiam fidei intentam indirectè à lege. Rom. 10. Hinc adeò est, quod Judæi sibi ipsis *in externâ justitiâ consequendâ palpum* obtruserint, atque à verâ solidaque justitiâ desciverint. Matt. 10, 29. Luc. 18, 11. Rom. 10. vers. 2. 3. seq.

2. *In lege ceremoniali:* Obscuritas vitio hominum existimantium, verum Dei colendi modum monstrari in iis legibus; quibus ex opere operato attribuebant vim justificandi & salvandi.

3. *In forensi:* quæ solùm Politiam Mosaicam concer-

concernebat: eamque usque ad tempora Messiæ continebat: quod magnâ sui parte obscurum erat Judæis, ignaris temporum correctionis ac in sapientiâ legum suarum apprimè gloriantibus, suæque gentis prosapiâ elatis. Exod. 19. Matt. 3. *Sumus filii Abrahami.* somniabant insuper Judæi, hasce leges perpetuò duraturas esse Actor. 6. illamque templi sui gloriam nunquam desituram Jerem. 7. *Hic est templum Domini.*

§. 4. Secundò & tertiò: Promissiones, queîs addimus vaticinia: sub lege erant 1. Remoti luminis instar, cujus fulgor debilis respectu objecti longiùs distantis. Heb. 11.

2. *Obscuriores paulò*, ut illa Gen. 3. Semen mulieris, &c. in cujus intelligentia Eva atque Lamech graviter hallucinati sunt. Gen. 4.

3. *Involutæ* cum aliis promissionibus corporalibus, spiritualium figuris: quales erant de semine Christo: & semine Isaaco & Isaaci.

Quartò & quintò: Sacramenta atque sacrificia legis tanto splendore, quanto Evangelium, minimè radiabant. Hinc Christus vocat calicem N. Testamenti, non Veteris, quod pecorum *sanguine consecrabatur*, & 1. Cor. 5. *Pascha nostrum est Christus.* Circumcisio insuper nostra non est literæ, sed Spiritus. Sunt & nobis sacrificia, verùm spiritualia Romanor. 12, 2. Hebr. 13, 16.

§. 5. IV. *Humanum:* Hominis intellectus meritò velamen dici debet: cum divina mysteria non assequatur. 1. Cor. 2, 14. Eph. 4, 24.

Vestis dicitur velamen. Job. 24, 8.

Capilli velamen naturale 1. Cor. 11, 15. & Velamen mulieris, signum subjectionis Gen. 24, 65.

V. *Velamen morale & Ethicum*: Huc spectant virtutes variæ, quibus ornata debet esse Ecclesia, ut olim tabernaculum velo opertum erat insigni colore 1. Cocci, qui rubeus est, significans justitiam. 2. Purpuræ, roseus color est, notans patientiæ rigorem. 3. Hyacinthi, qui color cœlestis & aëreus est, indicans prudentiam. 4. Byssi, qui niveus & candidus est, innuens innocentiam. His quoque virtutibus Magistratus ornatos esse fas est. Maximè humilitas est virtutum velamen, quâ involvuntur, sicut pretiosæ merces. Ipse Deus gloriam arcæ suæ velo tegi jussit Num. 4.

§. 6. VI. *Est demum Velamen hypocriseως*, quo se impii contegunt. 2. Tim. 3. *Habent speciem pietatis, &c.* Excutit vel hoc velamen tandem Dominus Sir. f. Psal. 5. & mali Christiani quærunt sub libertate velamen malitiæ. 1. Pet. 2, 16. Contra Rom. 6, 22.

VII. *Velamen sepulchri* denique omnia claudit, in quo vermes nos devorabunt. Sir. 10. v. 13. Esa 14, 11.

VELLE.

I. Naturale, Actum voluntatis notat.

II. Spirituale est à solo Deo. Philip. 2, 13.

III. Infirmum tamen est hoc velle. Romanor. 7. quia imperfectè renovamur. V. Liber. arbitrium.

VELLUS.

Lana Gen. 30, 32. Job. 30, 20.

Ros in vellere: Judic. 6. Vide Christi Nativitas. Item. Vocatio Gentium suis Titulis.

VELOCITER.

Punit Deus Psalm. 6. v. ult. & gloriam malorum dissipat, cui ornandæ, & expoliendæ multum insumpserunt temporis. Hoc sit solatio contra *pompam malorum καὶ πολλὴν φαντασίαν*. Contra Dei *moram*, *auxilium tardantis*. Contra *florem malignantium*, qui citò marcescit, ut laurus Psal. 37. & 73.

——— *ut falce secta gramina.*

Hoc sit documento, non tardare Deum: etsi dicant impii: Ubi est Deus tuus? Ecce venit velociter!

VELOX

Ad audiendum 1. discendi salutaria.

2. Verbum solatii in cruce. Luther. in Jacob. 1. Psal. 40. *aures patefecisti mihi* Psalm. 5. mane speculabor.

VELUM.

1. *Tabernaculi*. Exod. 26, 31.

2. *Templi* scissum. Matt. 27, 51. multa notat V. Promt. allegor. Tit. *Christi passio.*

3. *Carnis Christi*, Hebr. 10, 20.

4. *Peccati velum*, quod nobis vultum Dei paternum intercipit: quod Christus morte suâ scidit.

5. *Judicii Politici.* V. c. 23. q. 4. cap. Guillisarius Clem. Roman. lib. 2. c. 52. Constit. Apostolic. Basil. epist. 79. vocat cortinas velum illud. Cod. Theodos. lib. 13. Tit. 9. Constit. 6. Justin. C. lib. XI. tit. 5. Constit. 5.

VENATOR.

§. 1. De variis venatoribus Textor. p. 977. Officin.

Venator Satan est. Psalm. 91. v. 3. animas sectans.

Laquei ejus multi sunt. Ibid. dicto Psalmo.

1. *Concupiscentiæ* & avaritiæ. 1. Tim. 6. Prov. 21. *Qui congregat thesauros*, &c.

2. *Consuetudinis malæ* in peccando.

3. *Hostilis persecutionis:* Hujusmodi laqueos Satan tetendit Davidi & omnibus sanctis per sua membra. Psalm. 66. deduxisti nos in laqueum.

4. *Insidiarum mundanarum.* Jerem. 5. Inventi sunt in populo meo, &c. Thren. 3. v. 3. & 52. c. 4. 18. 1. Sam. 24, 12.

5. *Luxuriæ & libidinis.* Eccles. 7. *Inveni mulierem morte amariorem, quæ laqueus venatorum est*, &c.

6. *Mortis vincula*, laquei. 2. Sam. 22, 6. Sunt gravissimæ tentationes, quibus fides Davidis examinata fuit.

7. *Conscientiæ:* qui laqueus injicitur 1. Cor. 7. cum aliquid conscientiæ obtruditur sub opinione necessitatis, quod tamen à Deo præceptum non est.

8. *Falsus Doctor* animas venatur. Ezechiel. 13, 18.

9. *Proximus proximum.* Mich. 7, 2.

§. 2. *Est & Venatio spiritualis*, quæ nihil aliud, quàm singulare aliquod studium alicujus spiritualis

ritualis boni assequendi, quod voce vernacula Jagen indigitari solet. Psalm. 34, 15. Hebr. 2. 14. 2. Tim. 2. v. 22.

Deinde *Venatio mundi*: B. Antonius vidit in visione, mundum esse plenum laqueis. Athanas. in Vita ejus.

Venatus quoque sumitur pro cibo vel commeatu. Job. 38, 41. Quis apparat corvo venatum suum? E stercore nidi nasci vermes quidam tradunt in pastum corvorum.

§. 2. *Exempla avidorum Venationis.*

Nimrod. Gen. 10.

Cyrus. Xenophon. Pæd. Cyri.

Domitianus.

Carolus Magnus.

Vide h. l. Jage-Teuffel. & Meiger. fol. 532. in Nucleo Hist.

Orion gloriatus, nullam ferarum ipsius manus effugere posse, ictu Scorpionis, irâ Deorum dicitur interiisse.

Nicias in fossam carbonariam incidens, venando vitam amisit.

Mithridates totos 7. annos venando consumpsit.

VENDO.

§. 1. Venditio I. *Spiritualis sub peccato*, quæ vel est ex toto. Sic Achab venditus sub peccato 1. Reg. 21, 20. 25. vel ex parte, ut renati & imperfectè renovati. Rom. 6, 7. 18.

II. *Propriè dicta.* 1. Res quæ venduntur ad vitæ necessitatem. 2. *Personæ venduntur.* Deut. 32, 30. Judic. 2, 14. ad servitutem. Deut. 15. Judic. 2, 14. c. 3, 8. c. 4, 2. 3. Vendentes è templo ejecit Dominus. Matth. 21. v. 12.

Quæstores indulgentiarum olim meritò ejecti: questi de his plurimi J. Bapt. Mantuanus. Cynus JC. ante tria secula, Petrus de Vineis, Et Cl. Espensæus.

§. 2. III. *Vendere omnia & dare pauperibus.* Matth. 13. v. 44. c. 19, 21. Luc. 22, 13. & 18, 22. non *de actu ipso*, ceu meritorio vitæ æternæ, venditionis accipienda verba Domini, sed *de affectu*, ut parati simus omnia relinquere & postponere, dummodo thesaurum cœli & verbi divini obtineamus Ps. 19, 11. & 119, 127. Philip. 3, 7. Et abjicere, si saluti æternæ adipiscendæ officiant. Nobis subscribit Guilielmus de S. Amore teste Bellarm. de Monach. cap. 9. §. Quarta exposit. Vide D. Gerh. tom. 3. Confess. Catholic. c. 3. de Consil. Evangelic. Adde, Christum non vovisse consilia, si Gersoni credimus, propos. tertia adv. Conclus. Matth. Grab. Ergo nec hoc loco ea docuit; quod etiam ex circumstantiis status liquidò evincitur: Fuit enim præceptum Christi Matt. 19. speciale tantùm, ut illud Gen. 22, 2. ex quo nihil sequitur: Nam sensus hic non est literalis; nec generalis ad omnes spectans, non ad Christum, non discipulos; quod fatetur Jesuita Tirinus: Igitur singulariter huic juveni dictum fuit, Consilia non stabilit.

Objectum vendibile: non *homo* Deut. 24, 7. Non *dona Dei*: 2. Reg. 5. 22. Dan. 5, 17. Matt. 10, 8. Actor. 8, 20. cap. 20, 35. 1. Corinth. 9, 15. 2. Corinth. 11, 9. 12. 13. V. *Simonia*. Vid. Bernh. V. Vendere & fusè Salmeronem Tom. XII. Tract. 27. fol. 181.

Justitia in vendendo. Vide Justitia suprà.

VENENUM.

1. Physicè dictum:

2. Metaphoricè: venenum peccati, mortis, ad omnes homines transeuntis.

3. Christus venenum mortis factus. Vide Prompt. Allegor. n. 861.

4. Diaboli *venenum*, quà Draco est. Vide Alleg. 166. d. l.

5. Hominum: Deuter. 32, 33. Psalm. 58, 5. Deut. 29, 18.

VENEFICÆ. VENEFICIA.

§. 1. Damnata veneficia Gal. 5, 20. & prohibita Exod. 22, 18. Levit. 19. 26. Deut. 18, 10.

Causa *princeps Satan est*, homicida ab initio. Ministerialis, Magi & Sagæ.

Effectus veneficum: mutare baculos in serpentes Exod. 7, 11. 12. c. 8, 7.

Seducere homines in errorem Jerem. 27, 9. Nahum. 3, 4. Apoc. 18, 23.

Resistere iis, qui verbum Dei annunciant. Actor. 13, 8.

Loqui è terra. Esa. 29, 4.

Damna corporibus inferre varia: id quod experientia affatim docet.

Exempla. Jesabel 2. Reg. 9, 21. 2. Chron. 33, 6. Manasses. Actor. 8. Simon. Actor. 13, 6. 7. Bar-Jehu.

§. 2. *Non consulendæ veneficæ*, Levit. 19, 31. c. 20, 6. Apoc. 21, 8. c. 22, 15.

Conversandum non est cum iis. 2. Reg. 17, 17.

Pœnæ veneficarum: Apoc. 9, 21. c. 22, 15. Act. 13, 9. 10. Exod. 22, 10.

Confunduntur: non enim pediculos facere poterant. Exod. 8, 18. Malach. 3, 5.

Gestiant incuti sibi supplicium. Zwing. fol. 75. Theat. b.

Vide plura sub Tit. MAGIA. G. Perkinsium in Βασκανολογίᾳ.

VENIO.

§. 1. Venire *Deus dicitur* 1. Cum se præsentem exhibet indubitatis signis.

2. Cum facit *mansionem gratiosam*. Joh. 14. Veniemus ad eum, & mansionem apud ipsum faciemus.

3. *In præsidium recipit*: sicut cervus pressus à canibus ad hominem fugit. Ventus in portum satis bonum naves propellit: Sic apud Deum, quem accedimus, omne nostrum positum est præsidium.

Ad Deum, quia Deus est noster Jer. 3, 23. sic venit Syrophœnissa.

Christus venit.

§. 2. 1. *Assumtione carnis suæ.* Joh. 1, 14. ut quæreret, quod perierat Luc. 19. & nos à lege liberaret. Gal. 4, 4.

2. *Animæ virtutum cassæ visitatione*, ut eam ditet: peccatum aboleat: & omnibus bonis nos cumulet, non fluxis illis Labani Gen. 30. sed æternis Eph. 1.

3. *Animæ virtutibus repletæ visitatione*, ut eam porro ditiorem reddat: & fructib. animæ nostræ delectetur. Cant. 5. Apoc. 3. Cœnabo

cum eo. Pessulum ostii m[illegible] aperui dilecto meo, Cantic. 5.

4. Judiciali apparitione in extremo die: Matth. 24. Atque exinde Christus vocatur ὁ ἐλθών veniens, qui venire debuit, promissus per Prophetas, & venit, 1.Joh.5. v.6. Joh.1, 15. Matth.11,3. Apoc.1,4. Hagg.2,8. Malach.3. v.1.2.

§. 3. *Venimus nos ad Christum*

Credendo in eum: Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c.

Vocationi per verbum obtemperando: Es.60. Filii tui de longè venient.

Ad fundamentum & nutrimentum nostrum *properando.* Omnia fundamentum appetunt, in quo quiescant: sic anima in Christo solo habet fundamentum 1. Cor.3,11. Actor. 4, 11. & solidum in solo hoc Christo nutrimentum Joh. 6,31.32. seq. in solo Christo auxilium contra hostes impugnantes, Psalm.27,1. & 23. per tot.

Ad hospitem charitate plenissimum, nos *recipientem*.

Ad *medicum omniscientissimum:* Os.6. sanabit nos.

Doctorem; ut informemur, Joh. 3.

Pastorem; ut pascamur, Psalm. 23.

Lucem; ut illuminemur: Johann. 1. Erat vera lux.

Fontem; ut potemur: Esa. 12. Haurietis aquas.

Dominum; ut præmia accipiamus. 2. Timoth. 4.

Regem; ut coronemur Apoc. 1. Coronâ Justitiæ.

Per quam viam?

Per Christum: hic enim est via. Joh.14.

Per crucem. Actor.14. Oportet per multas tribulationes ingredi in regnum Dei.

Non venire ad Christum

§. 4. Mortem adfert sempiternam. Joh. 5. Non vultis ad me venire, ut vitam habeatis.

Famem inducit. Luc. 14. Non gustabunt cœnam meam. Joh.6. Christus panis vitæ non spernendus.

Spoliat omnibus bonis: quæ sunt vita, justitia, sanitas animæ, pax cordis, vita æterna, pax cum Deo: hæc enim omnia à solo Christo veniunt. Johan.14. Matth.9. Romanor. 5,1. cap.8,1.

A Deo omnium bonorum fonte separat: hinc separationem patientur increduli à conspectu Dei. 2.Thessal.1.v.7.8.

Peccatores suorum peccatorum onere supprimit: Christus vocat Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, &c. Jam qui venire renuunt, sub onere succumbunt.

Pii veniunt

§. 5. Pio proceleusmate, cum alter alterum ad cultum invitat: Esa.2. Venite, adscendemus ad montem Domini. Luc. 2. Eamus Bethlehemum.

Veniunt mala super homines. Ventus turbinis super domum Job. c.1.

Mors. Psalm...

Calamitates variæ, ob culpam inobedientiæ. Prov. 1.

Veniunt bona. Immutatio Job.14. Cunctis diebus, quibus milito nunc, expecto, donec veniat immutatio mea.

Diabolus venit.

§. 6. 1. Ad seminanda Zizania. Matth.13,25.

2. Ad exploranda piorum sensa, eaque tentanda Job.1,7. c.2,2.

3. Ad occcupanda sua domicilia, quæ sunt irregenitorum corda. Matth.12, 44.

4. Ad rapiendum divini verbi semen. Matth. 13.

5. Ad devorandum. 1. Petr.5, 8. *quem devoret.*

6. Ad sæviendum. Apocal. 12. *Ecce Satan venit.*

7. Sicut Leo ad diripiendum.

Lupus ad dispergendum. Joh. 10. oves.

Latro ad occidendum. Joh.10. c.8.

Serpens ad insidiandum: Apoc. 12. *Antiquus ille serpens.*

Inimicus ad necandum animas, corpora.

O tristem, modisque omnibus deprecandum Satanæ adventum!

VENTER.

1. Pars corporis nota, differens ab alvo.

2. *Levandus* extra castra. Deut.23, 12.

3. Non *colendus* pro Deo. Rom.16,18. Philipp. 3,19. Psalm. 17,14. & 68, 31. Ezech.13, 19. 2.Petr. 2,3. Esa. 56. v. 11. Venite, sumamus vinum, &c.

4. *Fructus ventris* à Deo dandus. Deut.28,4.

5. *Calamitatis particeps.* Psalm. 31, 10.

6. *Cordis venter.* Habac. 3, 16.

7. *Divitiarum:* hic venter impiis tribuitur Psalm.17,14. Job.20,23.

8. Scientiæ, qui tandem rumpitur Job. 32, 19.

VENTILABRUM.

Matth.3, 12. Luc.3. v. 17. Johannes Christo attribuit: Notatur autem 1. *Doctrina Evangelii,* quæ distinguit bonos à malis. 2. *Est & ventilabrum* divinæ *omniscientiæ,* quo leves & superbos ventilat Dominus Luc. 18. Pharisæum & publicanum. Daniel. 6. Mene, tekel. 3. Ventilabrum *Judicii extremi,* quo legem juxta malorum opera judicabuntur.

VENTUS.

§. 1. 1. *Commoda ejus plurima in circulo naturæ,* de quibus abunde Physici; Certè *Deus ventos è thesauris suis producit.* Psalm. 104, 3. & 135,7. Jer. 10, 13. Aërem ventilat, ne putrescat.

Fruges hominesque refrigerat defessos.

Nubes ad pluviam cogit fundendam.

Navigantes promovet.

Ignem auget insufflando.

Aërem serenat: dispulsis, disjectisque vaporibus.

Siccat humida corpora, eaque penetrat.

Mundat fœtida.

Elevat in sublime stipulas & paleas.

Inspirat animalia, eorumque corda refrigerat.

Arbores agitat, ut folia abjiciant, & putridos fructus.

Corpora subit, subigitque.

§. 2. *Instrumentum supplicij Dei, & Potentiæ & gratiæ Dei indicium.*

Gen. 41, 27. *Vento urente* percussæ aristæ, excitatæ cicadæ. Exod. 10, 13. 14. & v. 19. *exsiccatæ* aquæ. Exod. 14, 21.

Ventis adductus *coturnicum cibus* Num. 11. v. 31.

Venti pennis vehi Deum, notat celerrimum ejus auxilium, quod Davidi præstitit.

Vento stipulæ, ira Dei impii disperguntur. Job. 21, 18. tolluntur. Job. 27, 21. projiciuntur Ps. 1, 4. Ps. 83, 14. Esa. 41, 2. Jer. 17.

Amos. 4, 9. fruges percussæ vento urente.

Jonæ 2, 4. *misit ventum magnum Deus in mare, iram itaque Domini significat.* Esa. 41, 26. c. 57, 13. Ezech. 13, 11. c. 27, 16. Ose. 13, 16. Est enim illa ventus verè mundana & sublimia omnia dissipans (1) Lege & verbo Jerem. 1. evellens *superbos*, ceu arbores Daniel. 4. Nebucadnezar. *Frangens* omnia excelsa. Luc. 1. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. (2) *Opere ipso*: Ita Pharao & omnes tyranni dissipati sunt.

§. 3. *Speculum humanæ fragilitatis.*

Homo ventus est: Job. 7. v. 7. folium, quod vento rapitur: Job. 13, 35. Vide Allegor. 396. in Prompt.

Medium apparitionis divinæ. Exod. 34, 6. 2. Samuel. 5, 23. 1. Reg. 19.

Donorum Spiritus S.

Vide Allegor. 103. in Promptuar. Allegor. c. III. Luther. Tom. 1. Isleb. fol. 358. qui Spiritum S. vento, mare rubrum exsiccanti, comparat. Vide ibi allegoriam jucundissimam!

§. 4. *Crucis & tribulationis.*

Ventus *valdè austerus.* Vide alleg. 1311. in Promptuar. Tentationis ventus. Allegor. 1352. Daniel. 7. venti pugnabant quatuor in medio maris: Mundus *sanè mare* tempestuosum est, sed in eo dominatur Princeps hujus mundi, & ventos ciet, qui corda piorum huc illucque variè impellunt. Verùm adest illis Dominus, qui dicit Matt. 18. Ubi duo vel tres, &c.

Imago præmij peccati.

Esa. 64. *Peccata nos sicut ventus abstulerunt:* Sunt peccata vento similia. Vide Allegor. 1351. 233. 303. in Promptuar.

§. 5. *Doctrinæ vanæ & hæreticæ.*

Ephes. 4. Vento doctrinæ non circumferri debemus. Vide Allegoriam 1573. C. XXI. Prompt.

Ventus siccus imago Tyranni. Jer. 4, 11. 12. 13. hostis vi bellicâ irrumpentis. Jer. 51. v. 1.

De ventis vide Franciscum de Verulamio in historiâ naturali & experimentali de Ventis.

VERAX. VERACITAS. *vide* VERITAS.

VERBUM.

Vox ambigua.

§. 1. Notat 1. *Verbum προφορικόν, prolatum* sive à Deo, sive ab angelis, & homine.

2. ὑποστατικὸν est ipse *Dei Filius.* Psalm. 33, 6. qui coram Mose Dei misericordiam deprædicavit. Exod. 34, 5. 6. 7. Joh. 1. v. 1. 2. 14. Apoc. 19, 13. 1. Joh. 5, 7. Ejusque *nutus* & *voluntas.* Hebr. 1, 3. Chaldæa paraphrasis sæpè utitur voce verbi מימר vel מימרי Memar vel Memra, quâ voce *non mandatum* vel λόγος προφορικός, sed ὑφιστάμενον νοερὸν significatur: quia huic verbo personalia attributa assignantur. v. g.

Benedicere: Gen. 1, 2. benedixit illis verbum, & dixit ad illos Verbum Jehovæ, confortamini, crescite.

Pacisci: Genes. 17, 7. Pactum inter verbum meum & inter te.

Subsannare hostes. Ps. 2, 4. Verbum Domini subsannabit eos.

Colloqui: Exod. 2, 25. dixit ad Verbum suum, ut liberaret eos. Psalm. 110, 1. dixit Dominus Verbo suo. Genes. 6, 6. dixit verbo suo. Gen. 8, 21. (Hebræi: ad cor suum.)

Subire conspectum: Exod. 19, 3. Ascendit Moses in aspectum verbi Jehovæ.

Loqui: sic ut vox audiatur loquentis. Gen. 3, 8. Audiverunt vocem verbi tui.

v. 10. vocem verbi tui.

v. 12. Eadem.

Gen. 6, 3. Exod. 3, 14. c. 14, 15. c. 20, 1. Deut. 1, 6. c. 3. v. 12. c. 32, 8. Esa. 8, 5. Addidit Verbum Jehovæ loqui ad me amplius.

Audire: Gen. 30, 22. Deut. 33, 7. Audivit verbum Jehovæ. In Hierosolymitano.

Decernere: Exod. 17, 21. decrevit verbum Jehovæ. Ibid. Dei Verbum suum ordinavit prælium. Deut. 34, 5. Os determinationis Verbi.

§. 2. *Creare:* Gen. 1, 27. Et creavit Verbum Jehovæ hominem. In Targ. Hierosolymit. c. 3, 22.

Et dixit verbum Jehovæ ad hominem: Ecce Adam, &c. unigenitus est in mundo, sicut ego unigenitus sum in cœlis excelsis.

Extendere cœlos: Num. 24, 6. Cœlos extendit Verbum Jehovæ.

Immittere pluvias: Genes. 19, 24. Verbum Jehovæ demittens pluvias benignas. Reversum Verbum demisit sulphur & ignem à facie Dei.

Educere populum ex Ægypto: Exod. 13, 18. Et duxit Verbum Jehovæ populum.

Ex. 14, 25. Verbum Jehovæ pugnat pro ipsis.

Exod. 15, 25. Ostendit ei Verbum Jehovæ lignum Ardiphne.

Immisit Verbum Jehovæ populo serpentes. Num. 21, 7.

v. 9. Si modò cor suum dirigat ad *nomen*.

Verbi Jehovæ & v. 10. Idem repetitur eum convaluisse.

Num. 27, 16. *Præficiat verbum* Jehovæ.

Deut. 18, 19. Verbum meum de eo vindictam sumet.

Gen. 28, 20. 21. Si fuerit Verbum Domini in adjutorium meum: Ibid. Verbum Domini in Deum.

Gen. 15, 16. Credidit in Verbum Jehovæ.

§. 3. *Adorari:* Num. 10, 35. Surge nunc ô Verbũ Jehova. Revertere nunc ô Verbum Jehova.

Audiri:

Audiri: Deuteron. 32, 3. Verbum Jehovæ loquitur.

Audire preces: Deut. 4, 7. Verbum Jehovæ audiens preces.

Redimere: Deut. 32, 39. Quando me infestabitur verbum Jehovæ, &c. Esa. 45, 17. Israël salvatus erit salvatione æternâ. Ose. 1, 7. Salvabo eos in verbo Jehovæ.

§. 4. 3. *Verbum Dei* notat totam doctrinam à Deo manifestatam: Estque hæc vel scripta, vel tradita: sed non differunt hæ essentiâ, sensu, mente vel materiâ; sed tantùm accidente, quod est scribi, prædicari, legi, cantari; re & essentiâ S. scripturæ ubique manente eâdem.

4. *Promissionem divinam* Ps. 119, 25. Ephes. 5, 26. Matt. 24, 35.

5. *Legem vel pactum*, Hagg. 2. v. 6.

Rem à Deo, vel auxilium promissum, Psal. 105, 18.

6. *Factum aliquod:* Deut. 19, 15. 2. Samuel. 11, 27.

7. *Eloquentiam*, garrulitatem, 1. Cor. 1, 17. c. 4, 19. 20.

8. *Prædicatum sermonem*, 1. Corint. 2, 4. 1. Johan. 2, 7.

9. *Summam & sententiam* alicujus, Gal. 5. vers. 14.

10. *Divinam vim* & potentiam, Hebr. 1, 3. Deut. 8, 3. Matt. 4, 4.

11. *Doctrinam Evangelij*, Rom. 10, 8.

12. *Rem, de quâ peculiaris* fuerat instituta tractatio, Matth. 19. v. 11. sive negotium quodlibet.

13. *Mandatum*, Luc. 5, 5.

14. *Fidei verbum* est Evangelium, Rom. 10, 8. sunt quoque plurima verbi Dei nomina. Dicitur namque *Canon*, Psalm. 19. Rom. 10. Philipp. 3. Galat. 6. isque unicus, non duplex; Contr. Pontif. Estque canon mensura infallibilis, ut definit Varinus Phavorinus in Lexic. *Regula* & principium unicum & summum. Vide nostros D. Hunn. Schröderum, Gerhardum in Exeges. Quædam etiam in Antivaleriano de hac Regula notavimus.

§. 5. *Causa efficiens princeps est Deus revelans* Pater, Filius, Spiritus Sanctus. Esa. 58. vers. 14. Ezech. 21, 32. Luc. 1, 70. Hebr. 1. 2. 2. Sam. 23, 2. Act. 1, 16. 2. Pet. 1, 21. docens nos utilia Esa. 48. v. 17. & in via bona ducens.

Instrumentales: Patriarchæ, Prophetæ & Apostoli, Luc. 1, 70. cap. 16, 29. Act. 10. v. 43. Luc. 24, 44. qui omnes jussu Dei scripserunt & docuerunt. Hodie verò Ministri proponunt hoc verbum; Nuncii cœlestis Josuæ, quos omninò recipere debemus, Jos. 2. 2. Cor. 5, 20. Matt. 10. qui vos recipit, me recipit: Ut servemur in die destructionis mundi.

Materia: Res & mysteria divina, in verbo revelata, libris Vet. & Nov. Testamenti Canonicis comprehensa: 1. utilissima. 2. maximè salutifera. 3. dulcissima & jucundissima: Luc. 24. Nonne ardebat cor nostrum. Psal. 19. Lex Domini lætificat animas. Augustin. lib. X. c. 4. & lib. 1. cap. 37. de doctrina Christiana, ad materiam Scripturæ tria refert. I. est Efficax fides. II. Laboriosa charitas. III. Spes tolerans.

Forma est ipsa θεοπνευστία, id est, Divina inspiratio, Luc. 1, 70. 2. Pet. 1, 19. Per hanc enim scriptura verè est divina scriptura, eò quod à Spiritu Dei immediatè sit profecta. Deus locutus per eam: Ps. 60. Deus locutus in sancto suo. Huc referimus ea, quæ de sensu Scripturæ agunt: *Hunc unum esse simplicem, literalem statuunt Evangelici;* non duplicem, aut quadruplicem. Contra Salmer. t. 1. Proleg. 1. n. 6. seq. Vide Luther. in Genes. 15. contra Lyram disputantem. Astipulatur nobis I. Justinianus in 1. Corint. 7. v. 21. qui docet à sensu literali & proprio non esse recedendum, nisi gravis ratio suadeat. II. Marcellin. de Pisa, tom. 3. Encyclopæd. qui multis & accuratè ostendit, *literalem sensum* & Christi intento congruum ubique sectandum esse; devios verò ab hoc veteres expositores corrigendos: explicans [illegible] verba Matt. 8. *Ibi erit fletus & stridor dentium* f. 208. 209. Literalis sensus est *in locis scripturæ, dogmata fidei*, vel præcepta Juris naturalis, continentibus. Fatetur id Gregor. de Valent. tom. 1. col. 59. d. Disput. in Thom.

E sensu parabolico-allegorico non potest argui: Subscribit Thom. 1. p. 4. 3. art. 10. ad prim. Perer. (nisi constet de sensu figurato) in Gen. incertum & varium esse sensum allegoricum.

Nec è mystico: habet enim minorem vim probandi, Bonfrer. fol. 73. in Pentateuch. nisi ipsa Scriptura mysterium explicet. Idem fatetur Martinez. lib. 7. hypotypos. p. 507. Bellarm. lib. 2. c. 20. de gratia & lib. arbitr. tom. 4.

De vulgata editione.

1. *Autor ejus* incertus est: non est Hieronymus, quod docet collatio veteris versionis Hieronymi, cum vulgata præsenti, quæ passim manibus Legentium versatur: Plura de hac in Contradict. Pontificiis.

2. *Vitiosa est:* quod fatentur plurimi Doctorum Pontificiorum.

3. *Dissona*, si conferantur editio Sixti V. & Clementis Octavi. Vide Bellum Papale Jamesii. Psal. 89, 39. *avertisti*, positum *evertisti:* Vitium inesse, fatetur Estius in h. l.

Et Psalm. 91. v. 12.

Exod. 12. v. 22. In Hebræo est: *In pelvi:* In eo namque asservatus fuit agni sanguis. Contrà Vulgata posuit: *In Limine.* Errorem hunc etiam Aug. Eugubinus in Num. 19. & Dietenberg. in Bibliis vernaculis observarunt.

4. *Tenebras offundens*, è sanctis linguis corrigenda: sic enim scribit & docet, contra Remigii & aliorum expositiones Marcellin. de Pis. fol. 678. 679. tom. 3. Encyclopædiæ.

Cum textus sacer vario & dispertito Idiomate prostet, ille incongruus est Scripturarum interpres, qui non est abundè tinctus notitiâ linguarum, quas consuluêre semper patres sancti, si quando vulgata Editio Latina tenebras offunderet.

Et fol. 679. Non est aspernandum linguarum suffragium, unde lumen affulget propitium iis, qui cœcutiunt in densâ *caligine Scri-*

ptura-

pturarum. In præfat. tertii hujus Tomi ſcribit: *Non defuere alicujus momenti homines*, improbantes me linguarum obſequio rimari literalem ſenſum Evangeliorum, cauſantes, hoc ſapere Rabbiniſmum, cui omnia conſtant ab apice dictionum & formulâ literarum. Hoc argumento velum obducunt ſuæ ignorantiæ homines imperiti. O ſordidos Patronos ignorantiæ, qui ſuam faciunt injuriam aliorum multiſciam diſciplinam! O homines inglorios, qui carpunt in me altam ſenſus literalis indaginem! Ibidem ad exemplum *Hieronymi provocat.* Hæc Marcellinus ille.

§. 6 *Finis ſemper eſt ſalus hominis* per notitiam Dei acquirenda, Johan. 20. verſ. 31. *Hæc ſcripta ſunt, ut credatis Jeſum eſſe Chriſtum filium Dei* &c. cap. 17,3. *Hæc eſt vita æterna, ut agnoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.*

2. Timoth. 3. v. 15. *Sacræ literæ poſſunt nos erudire ad ſalutem*, 2. Pet. 1, 19. 20. *Efficiunt ut lucifer tandem oriatur in cordibus noſtris.* Nos ædificant, Rom. 4,23. Ut diſcamus Dei leges, Ezech. 43. v. 11.

§. 7 *Effecta ac virtutes Scripturæ multa ſunt variaque:* Pſ. 19, 8. ſapientem efficere parvulum.

Illuminare, Pſal. 119, 105. Et lucere, 2. Petr. 1, 19. 20.

Lumen in ſemita præbere, Pſ. 119, 105.

Fructificare, Eſa. 55, 11. Confer 1. Reg. 8, 56. Pſ. 19, 14. & 67. Eſa. 22, 25. c. 32, 20. c. 58, 11. Jer. 1, 10. c. 23, 22. Matth. 8, 13. Luc. 8, 15. 2. Cor. 10, 14. Hebr. 6, 7.

De efficientia ſcripturæ differit Nicol. Serarius Pſ. 54. 55. prolegom. Scripturæ. Cornelius à Lapide Prolegom. in 5. libros Moſis. Bernhardus Sermone de utilitate verbi.

Chriſtus cohabitat iis, qui verbum tractant. Quæſitus Chriſtus inter cognatos non invenitur, ſed in templo medioque docentium, Luc. 2. Ita Chriſtus nullibi gratiâ ſuâ præſens reperitur, niſi ubi verbum ipſius piè tractatur. Huic qui ſtudio ſunt dediti, Chriſti amici ſunt: quos novâ benedictione Chriſtus cumulat; ceu olim arca domum τȣ Obed-Edomi, 2. Sam. 6.

A morte liberat, Joh. 8. v. 51.

Convertit homines, Jer. 23. v. 22. Quoſdam mox, quoſdam tarde convertit. Sicut ſcintilla fomitem aridum protinus accendit, non autem humentem; ſic verbum recenter lapſos (v. g. Petrum) citius convertit, quam qui conſuetudinem peccandi (v. g. Pharao) contraxerunt: Sic & Achab Jer. 13. v. 23. *Numquid Æthiops mutabit pellem?*

Salvat animas, Jacob. 1. v. 25.

Invincibiles præſtat, Num. 23, 21. Luth. in gloſſ. marg.

Credentes ſanctificat, Joh. 17, 17. Convertit, Act. 8, 30. c. 10, 44. c. 18, 23.

Ad Deum nos vocat 2. Chron. 26. Ut Cyrus Judæos invitavit ad ædificandam Jeruſalem.

Regenerat nos (non falsâ doctrinâ) Luther. egregiè in Epiſt. Dom. 4. poſt Paſcha.

Vivificat, Joh. 6, 69. Conſolatur, Rom. 15, 4.

Ad pietatem conformat, 2. Tim. 3, 16.

Fidem procreat, Rom. 10, 17. Actor. 11, 30.

Beatos reddit, Luc. 11, 28. Salvat, Marc. 14. Roman. 3. v. 21.

Ad omnem fortunam præparat? Sicut Diogenes dixit de Philoſophiâ, quod hæc illum præparaſſet ad omnem fortunam.

§. 8 *Verſio Bibliorum* olim annuâ celebritate culta eſt. Salianus tom. 5. annal. n. 91. nempe ea, quæ ſeptuaginta eſt interpretum.

Græca extitit ante Alexandrini & Perſarum tempora, quam Plato legit, Euſeb. lib. 9. c. 3. de præparat. Evangelic. & lib. 13. c. 7. Ex Hebræo autem interprete Platonem ſacras literas didiciſſe ſtatuit Auguſtin. de civit. Dei. V. Baron. tom. 2. fol. 381. n. 40.

Vertit Biblia Origenes, Euſeb. l. 6. c. 20.

Hiſpanica Biblia notis illuſtrata, non inutilibus & perſæpe veritati litantibus: interſerunt aliquando voces textui, huic majoris lucis inferendæ ergo.

Hebræa, corrupta eſſe falsò tradit Salmero, Tom. 1. Proleg. IV.

§. 9 *Difficultas ſcripturæ* oritur ex 1. *Infirmitate* noſtrâ, Origenes lib. 4. de princ. c. 1.

2. *Ignorantiâ:* quia non novimus quæ in ſcripturis ſint ſalutares herbæ, Hilar. in Pſal. 24.

3. *Terreno affectu:* Qui enim humi repit, ad cœleſtium oraculorum intelligentiam penetrare non poteſt. Qui minimè purus eſt, quomodo eam continget? Gregor. Nazianz. Serm. *Quod non ſemper liceat de Deo publicè contendere.* Arma ſpiritualia verbi terreni leones induere non poſſunt.

4. *Scripturæ majeſtate.* In hâc enim Deus abſconditur: Rimandæ igitur ſunt Scripturæ, Joh. 5, 39. Die noctequè meditandæ, Pſalmo 1. Conſiderandæ, Act. 17. v. 11.

5. *Et neglectu 1. Orationis:* Niſi enim Dominum oraveris, ut tibi pandat divini ſermonis myſteria, fruſtra operam impenſurus es.

2. *Meditationis:* Sicut enim nux frangenda eſt, ſi nucleum eſſe velis; ſic ſcripturæ perſcrutandæ ſunt, ut earum ſenſum atque vim adipiſcaris.

6. *Præconceptâ opinione*, quæ impedit quo minus veritatem diſcant homines. Huc illud Prov. 18, 2.

Cognita τοῖς Gentib. Scriptura. Plato eam legit, Clemens Alexandr. l. 1. Strom. Baron. tom. 2. annal. fol. 259. n. 40.

Ad eam, omnibus primum diſciplinis guſtatis, tandem venit Juſtinus Philoſophus & Martyr. (Baron. tom. 2. fol. 159. n. 40. Annal.) ut *ſolam ſapientiam.*

§. 10 *Prohibita* ſæpiſſimè Biblia à Pontificiis. V. Nigrin. de contemptu Scripturæ. Et lectores illorum vitâ privati. *Autoritas & dignitas Scripturæ* probatur: 1. *à genere* ipſius: eſt enim cœleſtis revelatio.

2. *A Cauſſa* principe, quæ eſt Deus, 2. Pet. 1, 19.

3. *A materia* & ſubjectis rebus, myſteriis ſummis.

4. *Ab effectis* admirandis hujus verbi. V. suo loco.

5. *A prædicatis sublimibus:* Dicitur enim: *Non solvi*, Joh.10. *dicere*, Rom. 9. *testari* de Christo, Joh.5,39. *Impleri, consolari*, 1.Macchab.12. *Prophetica*, 2.Pet.1,19. *Sacra*, 2. Tim.3,16. *Canon*, Gal. 6.

Puritas, Ps.12. Eloquia Domini eloquia munda. Ps.19. Lex Domini immaculata.

Rectitudo, Ps. 19. Mandata Domini recta, Ps. 33. Rectum est Domini verbum, Ose. 14. Rectæ Domini viæ.

Veritas, Ps.119. Omnia mandata tua veritas.

Fidelitas & certitudo, Ps. 93. Testimonia tua fidelia valdè (non sic hominum commenta.) Syr.17. Certa & firma tradam tibi.

Perspicuitas & Claritas, Syr.17. perspicuè te docebo. Est lux clara, Ps.119, 105.

Dulcedo verbi Dei: Hinc comparatur melli, Ps.119. Auro desiderabili, Ps.19. Hæc dulcedo verè egressa est ex ore leonis Christi, Apoc.5. pro nobis mortui, Jud. 14. Apoc.5. Hanc dulcedinem non sentiunt, quorum mentes ægritudine voluptatum mundanarum captæ sunt: Sues sunt gustu spirituali destituti.

Perpetuitas: Manet in æternum, Num,23,19. Ps.33,11.& 117,2. 119,80. Esa.40,8.c.51,6. &54,10. Matth.5,18.c.24,35. Marc.13,31. Luc.16,17. c.21,31. 1. Pet.1, 25.

Dilatatio, Syr.24. succrevi sicut Cedrus. Ps.1. Ut arbor plantata ad decursus aquarum.

§. 11 *Divina conservatio*; Sub Tyrannis & publicis Judæorum cladibus, sub Antiocho, captivitate Babylonica, dispersionibus Israelitarum variis.

Obsignatio S. Scripturæ fit per S. Sanctum, qui corda confirmat de certitudine & divinitate hujus verbi, Esai.59. v. ultim. Sicut potest Rex suis literis & edictis appendere sigillum, adeoque autoritatem dare. Ipse Bellarminus divinitatem scripturæ ex scripturâ probat.

Externum Scripturæ testimonium est, PER Quod, non OB Quod credimus scripturas esse divinas; ut per testimonium Samaritanæ Christus creditus est Johann. 4. De hâc obsignatione pluribus actum disquisitione de Autorit. Script.

Exempla lectorum Bibliorum.

§. 12 S. Brigitta, S. Domma & alii cum omni fructu biblia legerunt. Nicol. Serarius fol. 132. a.c. 20. prolegom.

Alphonsus Rex Arragoniæ aliquot vicibus.

Serò tamen à quibusdam: Andr. Carolstadius primum Biblia legit, cum octo annis Theologiæ Doctor fuisset; Referente Joh. Aurifab. præfat. in colloq. Mensalia D. Lutheri.

Adjuncta.

§. 13 *Veritas verbi*, Jacob.1,18. Johan.17. Sermo tuus veritas est 1. Ratione causæ principis, qui est Deus veracissimus. 2. complementi: Omnia enim in V. T. prædicta in N.T. completa sunt.

Duratio: Verbum Domini manet in æternum, V.D.M.I.Æ. fimbriis vestium aulicorum suorum pingi voluit Johan. Elector Saxon. Wolfius in Lectionibus memorabilibus. Et mansit & porrò manebit, frustra renitentibus hostibus.

Sibi non adversatur, Chrysost. tom.1. in Gen. f.5.6. Discordiæ illam accusavit Arius, Athan. Tom. 1. fol. 86. a. oper.

Canon ejus est sequendus, Chrysost. tom. 1. fol. 7. hom. 5. b. Gal. 6. Est enim μέτρον ἀδιάψευστον, ut definit Canonem Varinus Phavorin, in Lexic.

Officia circa Scripturam:

Et nihil addere, Proverb. 30, 6.

§. 14 Est enim lex Domini perfecta, Ps. 19. Unde prisci Dd. ad eam solam provocant. August. Epist. 2. ad Hieron. l. 1. c. 2. adversus Epistolam Parm. *anathemate damnat, quicquid extra legales & Evangelicas Scripturas traditur, lib. 3. contra literas Petiliani c. 6.*

Præter autoritatem Scripturarum *fidem nostram titubare*, dicit lib. 1. c. 37. de doctr. Chrysostom. dicit Christum & Ecclesiam in scripturis disci. Basil. in Ascetic. *peccatum esse dicit*, quod extra scripturas traditur. Plura in Patrolog. collegimus, adduximus. Secus Hosio visum, qui Scripturam facessere jubet apud Javellum in Apol. p. 108. 109. pro Ecclesiis Anglicanis.

Audire: V. supra Auditor. *Scripturam apprehendere*, Exod. 14. baculo Moses percussit mare. Luther. Tom. 1. Islebiens. fol. 358. c. apparitiones Spirituum.

Non supprimere: Pressum enim magis crescit, Jer. 36. v. 32. Confer Phil. 1. v. 18. 19.

Sed scrutari, Joh. 5, 39. Quæ? I. Christum, ut salutis caussam & Dei filium, Esa. 53. Joh. 17, 3. Philip. 3. II. Studium piæ vitæ, Psal. 119. per tot. III. Patientiam, spem, consolationem, Rom. 15, 3.

Servare ita, ut non sinamus ire pedem nostrum in viam malam, Psal. 119. v. 104. Id faciunt, qui Deum diligunt, Joh. 14. Si quis diligit me, sermon. &c.

§. 15 *Non lacerare:* Lacerant verò Scripturas, qui docent antequam discant. Hieron. Epist. ad Paulin.

Non contemnere: Qui verò contemnunt, thesaurum in eo verbo latentem ignorant, Syrac. 1. v. 31.

Humiliter ad Scripturas accedere. Rupert, in Matth. lib. 3. *Humilis conscientia* magnum est pretium emptionis, quâ scilicet aquæ Scripturarum (de his enim loquitur Rupertus) *redimuntur*.

Tranquilla quoque mente eas legere. Sicut nautæ in portu quieto confidentes somno sese recreant, Chrysost. hom. 7. De pœnitentiâ.

Repetere easdem & excutere tineas oblivionis à vestibus animæ, Chrysost. hom. 48. in Matth. Hanc aurifodinam Scripturæ, ut metalla spiritualia, diligentissime scrutari debemus. V. Pintum in 3. Ezechielis.

Rimari ceu aurifodinam, Chrysost. tom. 1. fol. 6. hom. 5. in Genesi.

§. 16 *Plantare.* Præceperat Deus, ut Iſraelitæ ligna pomifera plantarent, Levit. 19, 23. Ejusmodi lignum ſpirituale eſt verbum Dei in agro cordis plantandum, quod cor ſine hoc ligno mortuum eſt. Hoc lignum quoque in aquam crucis [Ex. 15. aquæ amaræ] noſtræ conjiciendum eſt, quia ſine illo amarisſima eſt. Pſ. 119. Niſi verbum tuum mihi ſolatio fuiſſet &c.

In corde reponere. Quod non fecit Pharao, Exod. 7, 23. cap. 8, 23. 29. 31. cap. 9, 21. 34. cap. 10, 3. 7. 11. 16. 17. 18. Tabulæ legis in arcâ reponendæ erant, Deut 30. Cor noſtrum ſit arca, in qua Dei verbum reponendum, idque die ac nocte meditandum, Deut. 6, 6. Pſal. 1, 4. cuſtodiendum in corde, Pſ. 37, 31. Pſ. 40, 9. Proverb. 7, 1. 2.

Repetere. Æthiopes ſingulis annis novum ignem accipiunt à Legato Regis proprio extincto, Zwinger. fol. 165. b. §. 9. Igne. Theatr. Sic nos verbi divini ignem accendamus, à Legatis Dei oblatum. 2. Cor. 5. Legatione pro Deo fungimur.

Non oblivisci verbi, Jacob. 1. Requiritur v. ad memoriam verbi conſervandam 1. Spiritualis diſpoſitio memoriæ, recipientis ſemen verbi, quam donat Spir. Sanctus, ſupplicibus verbis invocatus: Luc. 11. Dabit vobis Spiritum Sanctum. 2. Scripturæ, tanquam boni animæ, jugis exercitatio & indeſinens occupatio: Pſ. 1. Die ac nocte. Deut. 6. acues ea filiis tuis. 3. Delectatio omnis in verbo, quæ ipſa memoriam augebit. 4. Ruminatio verbi [Levit. 11. animalia ruminantia] & in ventre animæ tuæ illius decoctio. Hinc Bernhard. alicubi: *De quotidiana lectione aliquid in ventrem memoriæ demittendum eſt, quod fidelius digeratur, & rurſum revocatum crebrius ruminetur.*

Semper inveſtigare. Gen. 24. Rebecca quæſivit ex ſervo Abrahami: Quis ille vir nobis occurrens? v. 69. Ita 1. Servi Chriſti ſunt Miniſtri. 2. Chriſtus eſt vir ille Actor. 17. mox ad judicium venturus. 3. Quærere igitur asſiduè debemus de Chriſto & ejus cognitione ex verbo haurienda; donec ille noſter ſponſus ad nuptias nos introducat, Apoc. 7, 9. Gratianus Auguſtus petiit, ut Ambroſius ipſum doceret de Spiritibus ſeu Deitate ex ſacris literis, Ambroſ. epiſt. 25. 26. Nos Gratianum imitemur, filii gratiæ!

§. 17 *Singulis diebus colligere:* Eſt enim verbum Dei cœleſte illud Manna, quod asſidue colligendum, ut inter nos habitet opulenter, Col. 3, 16. Deut. 6, 6. Sicut corpus quotidie cibis refertur; ſic anima cibo verbi, Deut. 8, 2. Jer. 15, 16. Ezech. 3, 3. Matt. 4, 4. Quod ſi Manna contemnatur, ſequitur æterna fames & perditio, 2. Chron. 24, 19. Nehem. 9, 30. Pſ. 10, 17. Eſa. 42, 24. Deut. 28, 19.

Totam ei fidem habere, utpote fide dignisſimæ Scripturæ: Confer Nicol. Serarium cap. 7. Proleg. Biblic. q. 13. fol. 33. b. ſub fin.

Non contemnere. Eſt enim non hominis ſed Dei verbum, 1. Theſſ. 2. Hinc graviter omnes puniti, qui S. Scripturas ſpreverunt, earumque tractationes. Vid. Prompt. Exempl. part. 1. explic. tertii Præcepti. Nos non contemnimus, quidquid ſcribat Antonius Sanderus, Bruxellis editus, in Vindiciis.

Scripturas reverenter habere: Georgius Douſa in Itinerario Conſtantinopolitano, de turba in genua prolapſis coram Camelo, qui portaverat Alcoranum à mari, & ſudore illius Cameli ſe inungentibus. D. Cramerus ſub fin. Tract. 2.

Palam illud Dei verbum annunciare. Jer. 17. Vade & ſta in porta & dices eis, &c.

§. 18 *Semper geſtare.* Beata Cæcilia codicem Biblicum ſemper in ſinu geſtavit. Sixtus Senenſ. l. 6. annotat. 102. Bibliothecæ ſacr.

Non prohibere: Hoc enim punit Deus, Amos 7, 17.

Non rejicere, Jer. 8, 9. 1. Sam. 15.

Non recedere ab eo; eſt enim lux verbum Oris Dei vitæ. Eſa. 8. Non erit eis matutina lux. Pſal. 119, 106. *Ab eo non recedere ne quidem quoad ſyllabam:* Baſilius Magnus ne ſyllabam quidem divinorum eloquiorum labefactandam eſſe dixit. Theodoret. lib. 4. c. 19. Inſtit. Eccl.

Rectè explicare, ne luce privemur, ut monet Chryſoſtomus homil. 1. in Roman. Peccant hic hæretici 2. Petr. 3. pervertentes ſcripturas.

In eo verbo confidere. Athanaſius Epiſtolâ ad Africanos hoc uſus eſt ad eosdem confortandos oraculo: *Verbum Domini manet in æternum*, Tom. 1. Oper. Athanaſii fol. 718. lit. B. Uſi & noſtri: Johannes Elector Dux Saxoniæ in ſuorum famulorum veſtibus acu pingi curavit nitiales literas ihujus oraculi Eſa. 40, 8. V. D. M. I. Æ.

Aſſiduè legere. Maria Regina Hungariæ legit Biblia Latina teſte Luthero Tom. 5. Jen. p. 34. *ac velut comedere*, Jerem. 16. Pomiferâ ligna plantari Deus præcipit Levit. 19, 23. quæ fruges ſuppeditarent. Vere Dei verbum frugiferum eſt in agro cordis, ut ſuppetat ſolatii cibus.

Athanaſius Seraphionis Epiſtolam diligenter & cum gaudio in manibus tenuit & legit in deſerto agens. Athanaſ. tom. 1. fol. 344. Oper. mox ab initio Epiſt. ad Seraphionem. Sic nos ſacr. ſcripturam!

A puero etiam diſcere. 2. Tim. 3, 16. A puero ſacras literas noveris. Et ſingulis quidem diebus; ut Manna Exod. 16, 5 olim colligendum: contemptus verò verbi damna æterna parit, Nehem. 9. v. 30. Deut. 18. v. 19. *A majoribus illud verbum accipere*, 2. Tim. 1. Eunice & Lois.

§. 19 *Meditari ſemper.* Ut urinator in mare ſe demittit, foſſor metallorum in terram. Animalia, quibus aures præciſæ erant, non erant gratæ in ſacrificiis, Levit. 21.

Non relinquere. Saul relicto Spirit. S. gladio Pythoniſſas conſulens in proprium gladium irruit: Sic qui relicto Dei verbo rationem ſequuntur. Pilatus mox exiit, cum quæſiviſſet, quid eſſet veritas?

Vitam noſtram ad eam dirigere. Ut olim ad

motum nubis Iſraelitæ, Num. 9. v. 17. ſeq. Ne tollat Deus verbum ſuum ob peccata noſtra, Ezech. 20, 32. *Non ex eo prætextum quærere*, Jerem. 8, 8.

Obtemperare verbo. Factores ſitis, Jacob. 1. 1. Sam. 3. v. 8. 9. 10. 11. pœnæ indicuntur Eli: Sic iis, qui Dei verbum non faciunt & tantum audiunt.

Obtemperandum, etſi rationi noſtræ diſſono: Sic Abraham, Geneſ. 22. Rom. 4. Credidit in ſpem. *Totaque fiducia in hanc Scripturam recumbere*: Sic Thomas moriturus, Bibliis cordi appreſſis dixit: Credo omnia, quæ in hoc libro ſcripta ſunt.

VERBI DIVINI COMPARATA.

§. 20 *Ager optimus ac fertilis: Aqua ſalutaris: Armarium Dei*, quo Satan expellitur. Chryſoſt. Conc. 3. de Lazaro. *Arcus* quem tendit Deus in corda, Greg. M. l. 19. c. 23.

Aqua cadens in ſilicem cordis, eumque mollefaciens.

Stat nobis corde ſilex: Nam duri ſumus corde; Si non dat carnem Deus, Ezech. 11. v. 19. Adhibet igitur idem verbum ſuum ceu aquam mollefacientem corda noſtra: non obturamus corda, Pſ. 95. Rom. 2.

Ænigma NB. Elaborandum, & inquirendum.

Aurum quod in fodinis Eccleſiæ latens à nobis præ auro amandum & inquirendum eſt, Pſ. 12. Chryſoſt. hom. 2. in verba Eſaiæ: Vidi Dominum.

Borith, purgans ſordidas hominum mentes, Malach. 3. Hoc medio uſus eſt Salvator, Joh. 15. *Puri eſtis ob ſermonem meum.*

Carbo candens, Eſa. 6, 6. quo 1. Cor. 2, 14. (1) Intellectus (2) lingua (3) aures emundantur.

Canon 1. Reg. 7. Omnes lapides templi menſurans, 1. Pet. 2. Lapides vivi.

Cellarium cœleſtis Ioſephi, Gen. 42. In quod introducit nos Spiritus ſanctus atque illud aperit, ut olim Chriſtus diſcipulos Luc. 24. introduxit.

Cibus animæ, Matt. 4, 4. & mentis, Origen. Verbum Dei 1. Nutrit animas. 2. Refocillat in cruce Pſ. 94. Conſolationes tuæ &c. 3. Roborat in tribulatione: Pſ. 119. Niſi verbum tuum mihi ſolatio fuiſſet, periiſſẽ in afflictione mea.

4. Famem intenſiſſimi deſiderii noſtri ſedat, Pſ. 27.

5. Cibus in obſcurioribus, potus in apertioribus. Greg. l. 1. c. 31. Moral.

Cithara (1) lætificans cor, 1. Sam. 16. v. 23. Pſ. 137, 7. Apoc. 5, 8. (2) cantum varians. Modo enim B. durum eſt lex, B molle Evangelium.

Color ſpiritualis, quo animæ noſtræ ſunt tingendæ. Baſil. Hom. de legendis Gentil. libris.

Epiſtola, quâ Deus invitat nos ad accipienda dona Regia. Macarius hom. 36. allegans illud 2. Pet. 1. *Ut divinæ Conſortes naturæ fiamus.*

Calami fuerunt Prophetarum linguæ, Procopius Gazæus præfat. in Geneſ.

§. 21 *Favus deſtillans* in corda noſtra.

Fons, ex quo pietatem haurimus. Fevardent. in lib. 2. c. 46. Irenæi adverſus hæreſes, notâ 2. Chryſoſtom. hom. 3. in Geneſ.

Fluvius ex Eden irrigans Eccleſiæ hortum, Gen. 2, 10.

Flamma ardens, quæ rubum non conſumſit, etſi ardere Moſi viſa ſit, Exod. 3. Ita Dei verbum accendit corda noſtra, ſed non conſumit.

Gemma pretioſa. Chryſoſt. hom. 1. ad pop. Antioch.

Gladius ſpiritus, Eph. 6. quo 1. militamus contra Satanam. 2. qui non frangitur, ſed durabilis eſt.

Ignis eſt 1. Calefaciens pectora noſtra, Luc. 24. Nonne ardebat cor noſtrum in via?

2. Diſtinguens verum à falſo, ſicut ignis ſeparat heterogenea.

3. Lucens in loco mundi hujus tenebroſo. Vide Prompt. Allegor. n. 13. 29. 24.

Herba ſpiritualis, qua nos Chriſtus Medicus ſanat, Exod 15. Origenes homil. 8. in Levit. quærenda eſt ſolicite hæc herba.

Lucerna, Prov. 20, 27. Pſal. 119. quæ ſemper ex adverſo lucebat, Exod. 25. Sic Dei verbum, 2. Petr. 1, 19. 20.

Lumen, Lux. Vide c. 1. n. 3. Promptuar. Allegor. & n. 7.

Lignum vitæ præbens ſuccum & fructum & odorem.

Malleus conterens petras, Jerem. 23. v. 29. Heb. 4, 12.

Medicina, Sap. 16, 12.

Manna de cœlo. V. Auguſt. l. 83. quæſt. 61. §. 22

Mare. Ambroſ. ep. 44. in quo Elephas natat & agnus peditat. Habens profundos ſenſus.

Margarita lucida candore veritatis, ſolida firmitate æternitatis, undique ſibi ſimilis pulchritudine. Auguſtin. tom. 4. col. 368. confortans cor ad patiendum, illuminans oculos ad mirabilia legis videndum, Pſ. 119. Aperi oculos. *Medicamentum* Spirituale, quod nobis Deus præparavit. Origen. hom 1. in Pſ. 37. contra omnis generis morbos ſpirituales.

Myrrha odoratiſſima, puro cordis vaſe accipienda, Caſſianus Collat. 14. c. 14.

Odor ſpiritualis Chriſtolog. ſerm. 18. quem ſpirarunt Apoſtoli, 2. Cor. 2. 15. 16.

Oſtium per quod ad Chriſtum ingredimur. Non n. datur via ad cœlum, niſi per ſcripturæ oſtium. *Pabulum animæ* V. ſupra cibus.

Panis 1. Confortans animas. 2. Creſcens in ore Miniſtri. Eſ. 59. 21. Verba mea quæ poſui in ore tuo. 3. Nos creſcere faciens, Col. 1, 11.

Paſcua ſunt libri Scripturarum, Ambr. ſerm. 14. Paſcua, 1. viridantia, Pſ. 23, 2. Lætificantia. Pſ. 19. Lætificat animas.

Pratum floridum omnis generis flores oſtentans.

§. 23 *Pluvia humectans* ſuas animas, nos creſcere faciens in fide, pietate.

Regula prudentiæ in omnib. actionibus, Syr. 9, 22. Hanc commendabat Tobias filio ſuo, Tob. 4, 6. & David, Pſ. 119. v. 105.

Scala Iacobi per quam cœlum conſcendimus, Gen. 32. Hanc commendat Apoſtolus Rom. 10. Prope eſt verbum in ore tuo &c. non dicas. &c.

Speculum, 1. Cor. 13. v. 12.

1. Iræ in lege. Rom. 4. Per legem agnitio.

2. Gratiæ in Evangelio, 2. Cor. 3.

3. Cla-

3. Clarissimum & perfectissimum, Psalm. 19. 2. Tim. 3.

4. Durabile. Non confringendum, sed in judicio protrahendum.

5. Dans simul aquam quâ mundamur Christi sanguine, 1. Johann. 1, 7. & aquam, 1. Joh. 5, 7. mundam illam baptismi, Ephes. 5, 25.

Sol & ortus solis matutinus, quo exhilaramur in media tribulationis nocte. Emundandi ergo sunt oculi, ut recte scripturas contemplemur. Ambros. l. 4. c. 1. Hexaëmeron.

Statua Mercurialis viam nobis in mundo commonstrans tenebroso illo & Satanæ labyrintho.

Talentum & moneta 1. ex auro puro non traditionibus interpolanda, Ps. 12.

2. Sit rotunda & non mutabilis, sicut moneta est rotunda.

3. Exhibeat imaginem Dei nostri gratiosissimi.

4. Chara nobis sit hæc moneta scripturæ præ omni auro, Ps. 119.

§. 24 *Semen* Rom. 10, 17. Matth. 23, 3. Esa. 55, 10. fructificans in cordibus, Luc. 8.

Speculum 1. Divinæ essentiæ. 2. voluntatis. 3. Idiomatum Dei, bonitatis, iræ, misericordiæ. 4. Hominis miseriæ.

Tonitru Ps. 68, 34. Penetrans corda.

Thesaurus maximus, rimandus ut plurima bona inveniamus, Theodoret. serm. 3. de Cur. Gr. affect. Constantissimus, non fluxus, non caducus, non deficiens, sed perpetuo fluens. Animam satiens: non est apiculus, in quo non sit thesaurus, ait Chrysost. hom. 21. in Gen.

Thymiama sponte manibus terendum. Chrysost. hom. 13. in Genes.

Thus quod in corde coquendum est, ut odorem præbeat.

Turris David, Cant. 4, 4. à quâ mille Clypei dependent: ex hoc turri jacula dejicimus in hostes. Autor Oper. Imperfecti in Matth. homil. 10.

Peccata in Scripturam commissa.

§. 25 *Vituperare eam* & accusare contradictionis: Sic olim Arius teste Athanas. t. 1. oper. fol. 86. a.

Et contradicere summum equidem flagitium. Ahasveri Regis terreni scripto non contradicendum; multò minùs scripto Dei verbo, Esth. 8. v. 8.

Abjicere. Id qui faciunt, instar pulveris disperguntur, Nehem. 5. v. 12. 13.

Adulterare, ut olim Marcion & Manichæi fecerunt. *Sensum corrumpere*, quod faciunt omnes hæretici.

Verba pervertere. Sic Zwinglius recitans verba Lucæ, asserit Dominum dixisse: Hoc significat corpus meum, part. 2. oper. fol. ducentesimo & decimo §. 9. *Videndum ergo nunc.*

VERBA SAPIENTIÆ HUMANÆ.

§. 26 1. Cor. 2. v. 4. *Sermo meus & prædicatio mea non impersuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & veritatis.* Intelligit Apostolus verba 1. apta & acquisita ad persuadendum.

2. *Deprompta* ex sapientia humana, non divina, h. l. v. 5. In his verbis excellebant Philosophi Ethnici & oratores apud Corinthios. Pulchre Augus. lib. contra Felician. c. 2. *Nec præsumam unquam in sapientia verbi, ne evacuetur crux Christi; sed scripturarum autoritate contentus, simplicitati obedire potius studebo, quam tumori.* Basil. M. Epist. 32. *Veritatem non libere proloqueris, civilius magis quam religiosius auditorem involvens, dicendique facultate versutiam obtegens.* Hæc ille.

Sermo verò rudis non obest veritati cœlesti: non enim in verbis sapientiæ humanæ Paulus prædicavit, 1. Cor. 2. v. 5. & gentiles simplicem verborum apparatum in scripturis deridentes, vim tamen earundem senserunt, ut scribit Arnob. lib. 1. adversus Gentes. *Eandem sermonis simplicitatem laudat* Aug. l. 2. c. 13. de doctr. Christ. & Athanas. tom. 1. operum, fol. 838. lit. a, b. Niceph. l. 8. c. 42. *narrat*, quod Spiridion Triphillum Cedrensem Episcopum liberè carpserit, quod pro voce grabbati vocem lecti substituisset, ac si Domini verba emẽdare voluisset.

Eloquentium Exempla.

§. 27 Pericles: Ejus in labiis ipsa *Suada* sessitasse fingitur. Herculem Gallicum pingunt, ac si illius ex ore catena aurea in auditorum aures deflexisset.

Johannes quoque Chrysostomus nomen hoc ab eloquentia insigni habuit.

S. Paulus eloquentissimus, quod scripta & sermones ejus testantur. Augustinus inter alia & hoc in votis habuit: *Paulum audire disserentem.*

Abner eloquens, 2. Sam. 3. v. 17. 18. 19.

Studia. Demosthenes ad Speculum gestus suos examinavit, ut in perorante speciosi essent & decori.

Inania. Vel sermones inanes, Ephes. 5, 6. v. g. *Juvenis es*, dandum aliquid mundo est: *Deus misericors* est, non tàm rigide examinabit delicta tua. Syr. 5. v. 6. Deus non mox puniet, sera est & procul mortis hora.

Otiosa, de quibus Greg. 7. moral. c. 25. *Verbum (ait) otiosum est, quod aut intentione piæ utilitatis, aut ratione caret justæ necessitatis.* Basil. in Regul. brevioribus, Interrogat. 23. *quod non ædificat audientes*, quod sine utilitate dicitur & loquentis & audientis, Augustin. c. 18. lib. de verâ & falsa pœnitentia.

Blanda: Vide lingua.

Bene, antequam proferantur, ponderanda, Prov. 15, 2. c. 13, 3. c. 20, 15. Moderanda, Prov. 17, 27. Col. 4, 6. Jac. 1, 19.

Est hoc donum à Deo.

§. 28 Prov. 16, 1. Non omnibus concessum: Negatum enim est Mosi, qui impeditæ linguæ fuit. Sine charitate verâ, nihil est nisi æs tinniens, 1. Cor. 13.

Eloquentiæ effecta & vis. Vide Fulgosum lib. 8. c. 9. Exemplor.

VERBA *vetera, antiqua.*

1. Chron. 4, 22. *quæ?*

1. Autor Tradition. Hebraicarum putat, esse librum Ruth: Hunc refutat C. Sanctius in h. l.

2. Hebræi librum Genealogicum de progenie Davidis.

3. Vatablus: *hæc sunt prisca nomina Heroum*.

4. Lehem, pro Bethlechem poni, suadet C. Sanctius d. l.

Quicquid sit, nihil tamen decedit perfectioni scripturæ Canonicæ.

VERBA MITIA, Ambros. serm. 21. in Ps. 118. *Vulnus mentis oleo quodam mollioris alloquii & pacifici sermonis suavitate mitescit. Verborum pugnæ vitandæ*, 1. Tim. 6, 3. 2. Tim. 2, 14. 23. Tit. 3, 9. Chrysostom. E quæstione & contentione nihil inveniri potest.

VERECUNDIA. V. *Modestia. Pudor.*

§. 1 *Casta morum gestuumque moderatio totiusque corporis* ad cavendum omne scandalum.

Subjecta: Ethnici verecundiæ magis studiosi in balneis, quam Christiani. Camerar. part. 1. c. 34. hor. succis. *in mulieribus* maxime requiritur, 1. Tim. 2, 9. Gen. 18, 15. Matth. 9, 20. Marc. 5, 33. Luc. 1, 24.

Opponitur verecundiæ *obscœnitas*, Syr. 26. v. 12.

Fornicatio mulieris est in extollentia oculorum & in palpebris illius agnoscitur. Confer c. 23, 6. Rom. 13, 13. Eph. 5. v. 4. c. 4, 29.

Præpostera verecundia, Syr. 4, 24. c. 42, 20. Et Hæresis, cujus autores fuêre Turelupini, qui more Philosophorum Cynicorum eas corporis partes, quas natura generationi destinavit, nudas publicitus gestabant. V. Alphonsum à Cast. V. *Verecundia*.

§. 1 VERITAS, VERACITAS.

Ambigua vox.

Notat 1. Veritatem verbi Dei, Johan. 17, 17. Sermo tuus est veritas, hoc est verissimum est. Rom. 2, 8. Non obediunt veritati. Veritas opponitur τῇ ἀδικίᾳ injustitiæ, & significatur hac voce præscriptum Dei verbum, unica vitæ nostræ regula. Confer 1. Pet. 1, 22. Et μεθικῶς notat veritatem Evangelii, Gal. 2, 5. 14.

Justitiam more Hebræorum, 1. Cor. 13, 6. ubi veritas opponitur injustitiæ. *Justitiam* in judicibus, Exod. 18, 21.

Et *veritatem* in promissis, Gen. 32, 10.

Veritati studendum, Zach. 8, 16. Tantum veritatem & pacem diligite. Eph. 4, 25. deponentes mendacium. Thumm. p. 414. seq. in Decalog.

In Deo notat constantiam, Rom. 3, 7.

Ipse Christus veritas est, Joh. 14, 6. 1. Essentia. 2. Doctrina. 3. Objectiva & fundamentalis veritas, formalis, veritas originans & summa, ut Scholastici loquuntur.

Cognitionem Dei natura notam, Rom. 1.

Doctrinam Christi, 2. Joh. v. 1. 2. Petr. 1, 12.

In cultu opponitur non mendacio, sed ceremoniis externis & circumstantiis loci, temporis, Joh. 4. v. 23. c. 1, 17.

Notat sinceritatem & opponitur hypocrisi, Phil. 1, 18. 3. Joh. v. 3. In charitate & vita pia, Eph. 4, 21. Opponitur Ceremoniis, Joh. 4, 23.

§. 2 *Officia nostra circa veritatem varia sunt:* nempe

Defendere veritatem constanter. Joh. 18, 20. Exemplo Christi. Actor. 7. Stephani. Pauli Act. 23.

Ei cedere cum simus convicti. Sic Saulus Actor. 9.

Ad illam alios inducere. Sic fecit Paulus Galat. 6, 1.

1. Loqui pro se veritatem, Eph. 4, 25.

2. Amare eam, Zach. 8. v. 16. 19.

3. *Non incitare alios ad mendacia*, sicut ille nuncius fecit 1. Reg. 22.

4. *Alios veritate erigere:* sic fecit Josua & Caleb Num. 14. Nolite rebelles esse.

5. *Bonum dicere bonum, & malum malum.* Es. 5. Væ qui divitis malum bonum & bonum malum.

6. *Veritati locum dare*, Jos. 22.

7. *Justitiam palam facere:* Prov. 12. Veraces Justitiam palam faciunt.

8. *Spernere scandala:* Gregor. hom. 7. in Ezech. Melius est scandalum nasci, quam veritatem relinqui.

9. *Veritatem non onerare supervacaneis verbis*, Matth. 5, 37. Jacob. 5, 12.

10. *Armare se & cingere veritate*, Eph. 6, 14.

Commodum veritatis. Omnia bona adferre, Prov. 13. Legatus verax salubris.

Dei hominumque favorem impetrare; contra mendacium nulli non invisum est.

Consequens Veritatis.

§. 3 *Odium:* Sic Michæ odium peperit veritas, 1. Reg. 22. Jer. 36. Johanni.

Johannes Hilten, Monachus Franciscan. taxans mores sociorum & luxum in carcere vitam finiit, Philipp. in Apol. cap. de votis.

Laurentius Valla Civis Romanus & Canonic. negans donationem Constantini in exilium pulsus est; sed ab Alphonso Rege Neapolitano servatus. Sic Jacobus Naclantus Episcopus Klugensis in concilio Tridentino, hoc pulsus, quod veritati litasset. Confer §. 8. inf. & Meiger. p. 1324. Nucl. histor.

Opponitur. Fallacitas in servandis promissis Deo factis. Exempla Exod. 19, 8. Matth. 18.

Omnia tibi solvam, Exod. 8, 8. 1. Sam. 15, 30. Act. 8, 24. *Æquivocatio & Sophistica.*

Imprudentia, quâ quis minus cito credit alterius verbis. Gen. 39. His auditis: Dominus Josephi Potiphar &c.

Occultatio veritatis, quam esse licitam quinque regulis explicat Filliucius Tom. 2. moral. Tract. 40. fol. 390. n. 49. Prodit vero veritatem qui tacet. Christus: Nolite timere. XI. q. III. ex Augustino ad Casulan. C. Quisquis metu. C. XI. q. II. & testis qui se astrinxit C. l. De crimine falsi.

Desertio veritatis, contra quam scribit Augustinus lib. 13. c. 6. contra Faustum §. *Si nec scripturar. Confessi.* &c.

Malis vix persuadetur. Illi enim veritati resistunt. Athanas. Tom. 2. fol. 262. lit. D. De veritate nemo operarios mendacii persuaserit. 2. Tim. 3. Joannes & Jambres veritati restiterunt. Judæi. Cum falsitate non conciliatur Athanas. sub finem disputationis cum Ario. Coire nequeunt partes virtutis & veritatis cum partibus erroris.

Homi-

Hominum vitio ac culpa amittitur. Lactantius lib. 7. c. 7. docet priscos Philosophos studio contradicendi veritatem amisisse, §. Docemus nullam sectam &c.

Tædio ac nausea erga ipsam veritatem. 2. Thess. 2, 10. 11. Quoniam non receperunt &c.

§. 4 *Peccator circa veritatem 1. Cum vili penditur* & contemnitur, quod peccatum punitur gravissime 2. Thess. 2, 12. Joh. 8, 40. c. 18, 38.

2. *Cum ei falsitas præponitur.*

3. *Cum ei præponitur vanitas.*

4. *Cum supprimitur veritas.*

5. *Cum multiloquio læditur.* Bernhard. Periclitatur in multiloquio veritas.

6. *Cum in nummis quæritur veritas,* & in homine non curatur falsitas. Nummos nobismet ipsis præferimus.

Est etiam aliquando *veritas in immundis.* V. August. l. 1. c. 4. Retractationum.

Veritatis cognoscendæ lumen Deus est. Lactant. lib. de Ira c. 1.

Non consistit in verbis Scripturarum, sed sententiis, non in superficie, sed medulla, non in foliis, sed radice rationis. Hieron. in 1. ad Gal.

§. 5 Ascendimus ad veritatis domicilium per tres gradus. Lactant. lib. de Ira c. 2.

Primus est intelligere falsas Religiones, abjicere impios Deorum cultus. *Secundus:* Unius Dei summi creatoris ac conservatoris mundi cognitio. *Tertius,* cognitio ministri Dei ac nuncii, quem Deus legavit in terram, quo docente Justitiam Dei disceremus. De *primo* gradu (ait) excuti qui falsum intelligentes verum tamen non inveniunt, nec Deum colunt: De *secundo,* qui de majestate Dei legatum sciunt, eundemque divini & immortalis templi conditorem, tamen aut eum non accipiunt, aut aliter accipiunt quam fides poscit.

Amemus veritatem 1. ob Deum, qui verax est in omnibus promissis suis, Ps. 33. 2. *Differentiam* inter Satanam patrem mendacii & Deum, ne illius fiamus filii. 3. *Conservationem* societatis humanæ, quæ sine veritate stare non potest. 4. *ipsam honestatem* quæ veritati inest per se. 5. *Bonæ famæ* tutelam. 6. *Mendacii abominationem* Psal. 5.

Crescit, Deo dispensante; per adversarios crescunt præconia veritatis. Chrysost. hom. 4. in Gen. *Pressa v. crescit* Chrysost. hom. 4. de laudibus Pauli. *Oppugnatur, sed non expugnatur:* sic testes Christo oppositi sibi non constant, Matth. 26, 60. seq. Act. 6, 12. 13.

Confirmata ab adversariis, Augustin. Tom. 9. Tract. XII. in Joh. c. 106. c. Aperta veritas & clausos oculos ferit. Chrysost. 56. in Genes.

§. 6 *Anteponenda omnibus.* Socratis dictum est: Veritati *nullus vir est præferendus.* Nepos, Chiliasta, meritus optimè alias, rejectus ab Ecclesia, Baron. Tom. 2. fol. 654. n. 5.

Philoximus Poeta, nolens probare poemata Dionysii, in lapidicinam conjectus est: sed ex ea precibus Amicorum liberatus, tamen dixit: *Melius est vivere in lapidicina quam audire ejusmodi poemata.* Zvving. f. 71. a.

Nulla antiquitas. Jura veritatis sunt omni antiquitate ampliora. Baron. tom. 2. fol. 45. n. 30. Annal.

Non multitudo applaudentium. Athanasius tom. 2. fol. 247. oper.

Liberè dicenda. Veritas non amat Angulos. Bernh. serm. 6. de ascensione Domini.

Qui veritatem sequitur, Deum sequitur. C. Quisquis XI. q. 3.

Qui metu alicujus potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat. Ibid. C. Quisquis. V. *Confessio.* V. *Timor.*

Sincere quoque. Quod enim impurum est, purum esse non potest, Sir. 34, 4.

§. 7 *Amanda* Zach. 8, 16. Ps. 31, 25. ne ei contradicamus, Eccl. 4, 30. Ne amemus mendacem adversus fratrem, Eccl. 7, 13, sed *verbum mendax* detestemur, Prov. 13, 5. ne ventos pascamus, Prov. 10, 4.

Veritas acceptanda: Etsi ab uno asseratur, ut Joannes unus contra totum cœtum & concilium Judæorum. Unus Elias contra Baalitas 1. Reg. 19. Unus Michas contra plures pseudoprophetas c. 22. Theodor. l. 2. c. 16. Solitudine mera non minuitur verbum veritatis. Exod. 23. Non sequeris multitudinem. Non contemnenda 2. Thessal. 2, 10. Quia est salutis via 1. Tim. 2, 4.

Neminem timet, ad lucem provocat. Sic Christus Joh. 18, 20. Matth. 11. nunciate Johanni, quæ videtis & auditis &c.

Suppressa magis crescit, Jer. 36, 32.

E scripturis solis audienda, ut ea & audire & facere velimus, quæ Scriptura dicit. August. l. 10. c. 16. Confess.

Præmia eorum qui veritatē admittunt. 1. Dei amor. 2. Correctio vitæ. 3. Felicitas externa.

Arbogastus Gallus, Principes Gallicos prælio superans, Ambrosium Episcopum Mediolanensem amavit, liberrimum vitiorum taxatorem. Unde non mirati sunt Galli Principes se ab Arbogasto victos esse, qui Ambrosium potentem vel solem ad standum inducere in delitiis haberet.

Veritas judici custodienda. V. Judex. V. Magistratus.

§. 8 *Veritas parit odia & mortem:* carceres, exilia. Micheas 1. Reg. 22. In carcerem: sic & Hanania 2. Chron. 16. 2. Sam. 3, 7. 8.

Callisthenes Philosophus auribus, naso, pedibus est truncatus, quod negasset Alexand. M. adorandum esse. Curt. Daniel in foveam leonum conjectus, Dan. 6.

Sotades Poeta Cretensis, corripiens Ptolomæum Philadelphum, Arsinoen sororem pro conjuge utentem. Plutarch.

Exilia. Elias. Chrysostomus carpens Eudoxiam Augustam in exilium pellitur, in quo etiam mortuus est.

Achior veritatem dicens de Judæis in Bethuliam. *Fratres* Josephi Gen. 37, 4. 8. *Bileam* Num. 24, 10. 11. *Abimelech,* Judic. 9, 21. Saul, 1. Sam. 20, 33. *Herodes,* Matth. 14, 4. *Sacerdotes & Pharisæi,* Matth. 21, 45.

Mortem filiorum : Prexaspes, Consiliarius Cambysis, hunc, quod ob temulentiam malè audiret apud Persas, carpens, filii morte (hujus enim cor Cambyses sagitta ebrius transfixerat, Herodot. lib. 3.) multatus est hac exprobratione : *Vide annon temulentus medium cordis filii tui trajicere potuerim telo?*

Jojadæ filius Zacharias lapidibus obrutus, Matth. 23. quod Joam carpsisset.

Jer. 26, 6. 10. 11. Bileam Num. 24.

Michas 1. Reg. 22, 27.

Ahias 1. Reg. 14.

A simili. Ut nitrum effervescit & ebullit affuso aceto : sic impii, Prov. 25. Esa. 57.

Ulpianus, Jurisconsultus Alexandri Severi, penè interfectus fuisset ab aulicis, nisi purpurâ Cæsaris fuisset tectus.

A pœna eorum, qui odio habent veritatem. 1. Reg. 16. Regis manus exaruit, quam contra virum Dei extulerat.

Jerem. 28. Ananias necatur, quod Dei verbum veritatemque non audivisset.

VERMIS.

§. 1 1. Notat *mœrorem & supplicium æternum*, Marc. 9, 44. 46. 48. Esa. 66, 24. In conscientia cogitationes sese mutuò accusantes, Rom. 2, 15. Hæ erunt infernales Erynnes, de quibus Poetæ fabulati olim.

2. *Intimum Christi contemptum*, conculcationem & oppressionem, Psal. 22. v. 7. (in Heb. תולעת. Vermis ex quo color Cocci. Vide in hac voce Lexic. S. Pagnini, Joh. Merceri &c.) Esa. 53. *Novissimus virorum, res vilissima & abjectissima.* Contemptus ille Christi expiat æternum nostri contemptum & abjectionem, ipse *vermis factus*, ut ne nos æternus vermis morderet, Es. 66, 24. Marc. 9. docet, Christum cum suo regno contemptum esse in mundo. Instillat nobis patientiam tolerandi contemptum, vestit nos veste coccineâ suæ justitiæ, Es. 61, 10. Addunt alii, *Christum vermem dici*, quod 1. sicut vermis, è spermaticâ propagatione natus non sit. 2. Quod præterlapsa legis hyeme, ipse prodierit lætissimo vere Evangelii. 3. Quod Satanam hamo passionis suæ ceperit. Huc illa de Ichneumone & Crocodilo de quâ Plin. l. 8. c. 28. H. N. recitatio.

3. In vitis Sanctorum refertur, margaritas è vermibus pedum Simeonis Stylitæ natos esse. D. Georg. Major fol. 261. D. In vitis Patrum. Nos gaudemus margaritis pretiosissimis è Christi passione & meritis prognatis.

§. 2 4. Propriè Act. 12, 23. Herodes à vermibus est consumptus, 2. Maccab. 9, 9.

5. *Vermis in corde nostro*, præacutus, corneo, albo colore in corde Principis cujusdam olim repertus est, Johan. Hebenstreit. lib. de peste & Zvving. fol. 352. b. Theatri. Imago malæ conscientiæ & tormenti infernalis. Vide quoque Hippocrat. lib. 1. cap. 11. coac. prænot. 15. Galen. περὶ χυμῶν.

6. *Vermis divitiarum* est superbia : hæc enim illas consumit. Augustin. serm. 5. de verbis Domini.

7. *Conscientiæ malæ :* De qua illud Poetæ: *Nocte dieque suum gestare in pectore testem.* Hic malæ conscientiæ vermis, per seriam pœnitentiam & fidem in Jesu sanguinem (Heb. 9.) expellendus est.

8. *Inferni ardentis*, de quo etiam Num. 1. *hoc Titul.* Marc. 9, 44. 46. 48. Esa. 66, 24. Judith. 16. Dabit *Dominus ignem & vermes* in carnibus eorum. Vide Hieron. in cap. ult. Esaiæ. Ambros. in cap. 14. Luc. sub fin. Augustin. lib. 21. c. 9. de civitate Dei. Scholastic. in 4. dist. 50. Erit hic *vermis duplex :* 1. Quod damnati summum bonum & gratiæ tempus neglexerint. 2. Quod in immensum se malorum Chaos stultissimè præcipites egerint, Sapient. 5. v. 1. 2. seqq.

9. *Vermis concupiscentiæ* malæ corde expellendus : ut Christus templo expulit vendentes & ementes, Luc. 19.

VERSUTIA. V. *Dolus.*

VESICA.

Exod. 9, 9. *Plaga Dei* gravissima, Sap. 17, 7. Monet 1. *De ira Dei* gravissimâ.

2. *De conscientia* mala assiduè intus æstuante.

3. De dolosa Ægyptiorum *malitiâ* Israelitas opprimentium, turgente & inflata superbia, furoris in populum vesaniâ, quo respicit Origen. in lib. 2. Mos.

4. *De tertia Mosis* contra Magos & Ægyptios victoria, Sap. 17, 7.

5. *De talione* justa Dei. Laterum coctione per caminos cruciarunt Ægyptii Israelitas. Sic modo illi pulvere caminorum castigantur. Huc Lyra in hunc locum.

6. *De ira Dei* lento gradu procedente ad extrema supplicia. Inter quæ hæc ulcera, illæ vesicæ. Non profecerant virgæ pœnarum : Jam superadditur *supplicium camini.*

7. Vesica carnis nostræ per sal crucis & tentationis maceranda est, ut capiat Dei *solatia.* Luther. fol. 7. a. §. Aber. Postil. Ecclesiast. in die Pasch.

VESPA.

I. Vespa est *Symbolum maledicarum linguarum.* Hinc vespæ supra monumentum Archilochi (Poetæ maledicentissimi. Vide Plin. l. 7. c. 29.) volitare dicuntur. Alciat. in Emblematib. Caveto ne sis vespa in vita, ne te vel mortuum sequatur famæ sinistræ vespa, vel contentiositatis.

II. *Divinæ vindictæ & justæ iræ*, Sap. 12, 18. antecesserunt exercitum Israelitarum vespæ. Confer Exod. 23, 28. Deut. 7, 20. Jos. 24, 12. Monent 1. de summa Dei contra hostes populi sui *potentia.* 2. *Vanitate* consiliorum humanorum & potentiæ humanæ, quam facilè dissipat Dominus. Confer D. Franz. c. 9. hist. animal. 3. *Impotentia hæreticorum.* V. Epiphan. hæres. 44. contra Apellejanos. §. Tradunt dolorosam vespam &c.

VESPERA. *Confer supra MANE.*

Est I. *Dei vespera*, nempe tribulationis & calamitatis, Ps. 30. *Fletus vesperi.* Secum trahit hæc vespera terrorem cordis & Christi absentis

tis à nobis desiderium summum, quod Emaüntici discipuli suo exemplo probant, Luc. 24.

II. *Hominum vespera est* 1. Senectus & ætas senilis. Ultima mundi tempora, quibus Satan sævit, Apoc. 12. væ &c. Et circa vesperam lupi solent ferocire, Sophon. 3. Jerem. 5. Lupus ad vesperam vastavit eos.

2. Ipsa *mors est vespera*, qua dies vitæ finiuntur, sol occidit, & quæ dies promerita est, præmia dantur. Si sit justo hæc vespera, omnino dormiet, quiescet justus. Apoc. 14. Quiescent à laboribus.

§. 2 *Mundi vero* est ultima illa ætas & temporum ultimorum calamitas atque tribulatio varia, Dan. 12. v. 1. 2. Tim. 3. v. 1. 2. seq.

Bellorum cum occidit Sol pacis & ingruunt tenebræ calamitatum, tumultuum, cædium.

Hæreseωn cum stellæ de cœlo cadunt, Apoc. 9. v. 1. Lumen fidei & cognitionis obscuratur, homines in noctem errorum inducuntur.

Hominum vespera est (1) quando dies vitæ nostræ minuuntur. (2) Calor naturalis debilitatur, claritas sensim obscuratur, 1. Reg. 1. Eccl. 12. v. 2. (3) Nox mortis hanc vesperam comitatur. Vespera hęc docet nos velociter currere, & celeriter ambulare, ut ambulator in via appropinquante vesperâ velocius currit.

--ut queat optatam cursu contingere metam.

Tentationem peccati, vesperam dicit Gregor. lib. 8. moral. cap. 10. Ex vespera & manè dies, Genes. 1. Tota vita ex lætitia manè & vespera tristitiæ conflata est.

§. 3 *Mane comedere* dicitur Ecclesiastis decimo, qui se voluptatibus ac luxuriæ dedit, vel prosperitate extollitur præsentis vitæ.

Meditari debemus peccata diei præteriti, Eph. 4, 26. Elegantissimè Chrysost. tom. 5. serm. de pœnitentia fol. 63. c. d. e. seq. *Vitamque nostram examinare. Offeramus preces* Eucharisticas Deo. Theoph. in 14. Matth. *Meditemur* pericula nostra, Satanæ tenebrarum. Behüt uns Herr in dieser Nacht etc. Bewahr uns Herr für allem Leid / etc *Meditemur quoque Dei vigilantiam*, Ps. 121. v. 4. Ps. 4, 9.

Iram, Exod. 13, 15. Ps. 135, 8. Sap. 18, 13. Tuam quoque abjice erga proximum, Eph. 4, 26.

Horrorem noctis Sap. 17, 15. *Meditare.*

Cogitationes malas, Sir. 34, 6. Fugemus & abigamus terriculamenta nocturna, Esa. 29, 7. Dan. 5, 6. Vigiliam Angelorum, Dan. 4, 10. Heb. 1, 14. Ps. 34, 8. Actor. 12, 7. Pietatis memoriam, Ps. 63, 7. Sapient. 17, 5. Preces manè futuras, Marc. 6, 48. Thren. 2, 19. Ps. 92, 3. Et proposito honesto ac pio nos armemus.

§. 4 *Offeramus nos totos Deo & manè & vesperi.* Ut olim agnus manè & vesperi offerebatur. Cogitemus multos ire cubitum, qui manè non resurgunt. Somno utamur non ad pigritiam, sed ad requiem.

Zwinger. fol. 150. a. de Pythagorâ narrat, quod suis discipulis cubitum ituris mandaverit consideranda πῆ παρέβην, τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη: hoc est: Quid transgressus sis, quid feceris, quid decens non perfeceris! Hæc ille.

VESPERTILIO.

Non comedendum Israelitis, Levit. 11, 19. Deut. 14, 18.

Ut moneat Dominus 1. *Cæcitatem mentis* fugiendam, oculos illuminatos se desiderare in nobis, Eph. 1, 7.

2. Cordis *sordes peccaminosas* vitandas impuritatesque, Eph. 5.

3. Tenebras *mundi non amandas*. Joh. 3. dilexerunt tenebras.

4. *Idololatriam fugiendam*: Illa enim Idola vespertilionibus projicienda esse, ait Dominus Esa. 2, 20.

5. Neutralitatem sive fluctuationem in fide, quâ fit, ut homines in tenebris velut errorum circumvolent, & fœdis doctrinarum falsarum cibis (ut culices comedit vespertilio) pascantur: & neque mus, neque avis, (ut vespertilio) sunt ejusmodi Neutralistæ. Uno verbo, Irrisores solidæ Religionis; ut olim *Marani*.

6. Est quoque *imago Diaboli*, noctu grassantis in tenebris, mundi volantis, 2. Cor. 4, 3. 4. Eph. 6. Rectores tenebrarum: & eorum, qui sine donis animi & virtutibus derepente exaltati sunt: & malorum, qui [Vespertilionum instar] ad mala perpetranda se mutuo colligant. V. *Societas mala*. Et lucem fugiunt, ut hæretici. Et malarum cogitationum, cor circumvolantium.

7. *Divinæ potentiæ*, quæ etiam sine medio aëris perspicuo visum dat huic sive avi sive muri. V. Aldrovand.

8. *Omniscientiæ latissime* cuncta abdita pervidentis. Cujus modus omni rationi humanæ ignotus. Estque mysterium mysteriorum.

9. *Secularis & humana sapientiæ*, quæ cœlesti sapientiæ adversatur. 1. Cor. 2. *Sapientiam loquimur &c.* Et sibi bellè in tenebris cæci intellectus sapere videtur. Rudolph. Flav. in Levit. 11, 19.

VESPILLO. Vid. *Sepultura*.

Ezech. 39. v. 15.

VESTA.

Hinc Græcis ἑστία. Perfugium, I. Ad quam, ceu aram inopes auxilii humani confugiebant.

II. Terra quoque Vesta dicta.

III. Vestæ essendi fontem ascribebat Plato lib. 6. de Legib. Vide Euseb. lib. 14. de præparat. Evangelica. Perpetuo igne culta: in sacrificiis adhibita, quod putarint Gentiles Deum in igne habitare. Vide Goropium in Saxonic.

VESTIGIA.

§. 1 Dei in agris, Psal. 65. *benedictionis*: mari rubro, Ps. 77, 20. *liberationis*: Terra Judæâ, Christo in eâ ambulante, Actor. 10. v. 38. *beneficentiæ*.

Quædam *impervestigabilia*, Job. 11, 7. Rom. 11. v. 36. scilicet humanæ rationi.

Gratiosæ Dei in Ecclesia habitationis: de his Ezech. 43. Hic est locus vestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio Israel.

Fidei, Rom. 4. v. 12. Ergo fides eſt via, quam

1. Deus nobis patefecit, Ioan. 1. Filius enarravit.

2. Omnes fideles calcarunt: Rom. 4. Non ſolum autem ob Abraham &c. Chriſti, 1. Pet. 2, 21. id eſt Chriſtum imitari. Sunt vero veſtigia Chriſti

§. 2 1. *Rectiſſima.* Non ceſpitas, ſi hæc ſequaris. Joh. 12. Qui me ſequitur, non ambulat in tenebris.

2. *Dulciſſima.* Habes enim Chriſtum comitem in valle, Pſ. 23.

3. *Tutiſſima.* Non cades in via &c. in recto calle, Oſ. 14. v. ult.

4. *Gratiſſima* Deo & ejus filiis. Geneſ. 17. Ambula coram me.

5. *Mandata à Deo*, qui dixit Matth. 12. Hunc audite. Eſa. 30. Hæc eſt via, non ad dextram, non ad ſiniſtram.

6. *Præcepta a Chriſto.* Matth. 16. Tollat crucem ſuam & ſequatur me.

Suntque hæc veſtigia:

1. *Humilitatis.* Matt. 11. humilis.

2. *Charitatis*, Johan. 13, 1. ut illam imitemur.

3. *Beneficentiæ*, Actor. 10. ut in illa gloriemur.

4. *Patientiæ*, 1. Petr. 2. ut ad illam & in illa exercitemur: hoc enim eſt, *tollere* crucem, quod jubet facere Dominus: Matt. 16. Non tollit eam, qui abjicit, ſed qui patitur & perfert:

-----dolor hic tibi proderit olim,
Rite feret laſſis ſuccus amarus opem.

Mundi & Satanæ veſtigia ſunt

1. *Scandala* in mundo, Matth. 18. *Væ mundo à ſcandalis!*

2. *Peccatorum irritamenta*, quæ procurare ſolet, & homini objicere, 1. Joh. 2, 15.

3. Quæcunque *mala exempla*, paſſim in mundo obvia, Sap. 4. v. 12. Faſcinatio improbitatis obfuſcat, quæ ſunt honeſta.

Sanctorum, ſunt bona exempla, ad imitationem expreſſa nobis. Vide ſupra Tit. *exempla*, ſuo loco. Hæc imitanda, ut ad cœlum perveniamus; ſicut venator ſequens feræ veſtigia, eam tandem comprehendit. Exemplum præbet Apoſtolus Philip. 3. v. 12. & ſalutare monitum d. l. v. 17. & tot ſanctorum paradeigmata, Hebr. 11. quorum Sanctorum imitari veſtigia, commonefimus, Heb. 12. v. 1. 2. ſeq.

VESTIRE. Vide *Nudus.*

VESTIS, *Indumentum*, *Stola.*

§. 1 Veſtis multiplex. I. propriè dicta: eaque prima, ut Veſtes protoplaſtorum.

Cauſa prima induens veſtes, Deus, Gen. 3, 21. Id negans Calvinus 1. à litera recedit Textus. 2. ſuis contradicit. Rectius enim Borrhaius ex literis Hebræorum deducit: ישו לבם Jeſus cor eorum: & veſtes propriè dictas intelligit.

II. Spirituales. Huc ſpectant

Veſtimenta Salutis, Eſa. 61, 10. Induit me &c. Sunt omnia beneficia ſpiritualia à Chriſto nobis donata: quem induimus baptiſati, Gal. 3. Alii de *redemptione* populi Iſraelitici è captivitate Babylonica accipiunt, quod tum populus, abjectis exulum veſtibus, novo velut gaudio perfuſus ſit. Sunt verò hæc veſtimenta:

1. *Gaudii pleniſſima:* Ob hæc enim gaudet Eccleſia dicto loco, ne nuda inveniatur, Apocal. 3. v. 18. Veſtimenta peccatorum ſunt turpiſſima triſtitiæ & confuſionis pleniſſima, Geneſ. 3, 7. In illis vero exultemus veſtibus, Pſal. 131. v. 9. Sicut Joſeph è carcere eductus novis veſtibus induebatur, Gen. 41, 14. in ſignum libertatis & gaudii; ſic nos è carcere peccati liberati, Chriſti innocentiam ſeu veſtem induimus.

2. *Diviniſſima:* Dantur enim à Chriſto Deo & homine, 1. Tim. 2, 5. non parantur ab homine nec in terra, ſed in cœlo à cœli Domino, 1. Cor. 15. Ab Adamo primo veſtes peccati; ab Adamo ſecundo veſtes vitæ & ſalutis, Rom. 5. v. 1. 12. ſeq.

3. *Nuptiis ſacris convenientiſſima:* Nuptiæ enim fient in judicio extremo, Apoc. 21. v. 2. Felix qui his indutus eſt veſtibus, ne ejus turpitudo conſpiciatur, Apoc. 3, 18. ne ejiciatur, Matth. 22. v. 12. 13.

4. *Pulcherrima:* Hæc enim ſunt, quæ pulchram ſponſam reddunt, Apoc. 21, 2. & ideò pulchra appellantur, Pſ. 45, 13. aurea ſcilicet; non verò auro fulgentia terreſtri, ſed cæleſti, ut ſunt, fides, ſpes, charitas &c. Jactitent alii ſuum aurum, de quibus D. Bernhardus: Plus *nitent calcaria, quam altaria*, ſerm. in concil. Rhem. ad cler.

5. *Pretioſiſſima*, Pſal. 45, 9. Sunt confecta è myrrha crucis. Eſt enim crux amara, Aloë pœnitentiæ, Kez'a.

6. *Deo placentiſſima:* His enim ornati veſtibus ad Deum accedere poſſumus & debemus, Eph. 3, 12.

7. *Utiliſſima:* His enim veſtibus teguntur peccata noſtra, Pſ. 32, 1. Cum remittuntur ea & juſtitia Chriſti nobis imputatur, Rom 4. Hinc dicuntur veſtes ſalutis, id eſt, ſalutares, ſalutiferæ; veſtes corpora muniunt à cœli injuria Hæ veſtes à Dei ira nos aſſerunt. Has cum induimus fide, veteres Adami veſtes nos exuere fas eſt, ut ſimus hortus Domini non ſterilis, ſed fœcundus, Eſa. 61. v. ult.

8. *Eminentiſſima:* Magnificæ veſtes ſummi Sacerdotis fuerunt in Vet. Teſt. Exod. 28. Regum quoque veſtimenta, ut & ſponſorum eſſe ſolent: Hæc tamen Chriſti veſtimenta æterna, cœleſtia, Dan. 9, 24. Hebr. 9, 12.

9. *Amoris Chriſti ſignificativa:* Ut enim ſponſus amoris conteſtandi ergo veſtes ſponſæ donat & ornamenta, Geneſ. 24, 53. ſic quoque Chriſtus Eccleſiæ ſponſus, Oſe. 2, 19. Joh. 3, 29. Apoc. 21, 3. & maritus, Eſa. 54, 5. 2. Cor. 11, 2. verus ille Iſaac, pulchras veſtes ſponſæ mittens per miniſtros ſuos, Gen. 24, 53.

§. 2 III. *Veſtes monachorum.* Nicol. Cuſanus fol. 548. oper. lib. 7. excitationum, cum multa de habitu Religioſorum dixiſſet, tandem ſubjicit fol. 549. *Nonne experimur in omni apparentia ſanctimoniæ, ſeu cõmunibus Religionibꝰ cupiditatem*

tem se non posse occultare, sicut mens usurarii non potest diu latitare. Antè dixerat: *Vix fallacia eorum, qui sub Christi habitu apparent, potest sciri ob suam varietatem. Nam alius quidam sub hac veste, sub alia alius, alius sub capitio, alius sub hoc Religionis signo, alius sub alio Christo se militare asserit, licet penè omnes non quæ Christi, sed quæ sua sunt, quærunt. Omnes enim student avaritiæ à maximo usque ad minimum.* Hæc ille.

IV. *Mollia vestimenta quæ?* Matt. 11. v. 8. Pretiosa, delicata, ad luxum composita, à quibus etiam præcipui apud Ethnicos viri abstinuerunt. Vide Sabellicum fol. 17. 18. Exemplor. Alphonsi vox olim fuit: *Malo moribus & autoritate meos excellere, quàm diademate & purpura.*

V. Matt. 7. *In vestimentis ovium &c.* His notantur falsi Doctores, qui veris falsa miscent. Sic Gnostici olim lacti gypsum (quod est lethale, teste Plinio lib. 36. cap. 24.) miscuerunt. Irenæus lib. 3. cap. 19. sub finem. Non secus vulpinam, ovillam, lupina mutant errorum Magistri.

§. 3 VI. *Naturalis* vestis verò: corpus est vestis animæ: cutis est vestis corporis. Job. 10. *Pelle & carne me vestiisti.* Vide Gregor. Magn. in cap. nonum Jobi cap. 19. Exposit. morum, ad illa verba: *Abominabuntur me vestimenta mea;* ubi ait, Paulum ad Rom. 7. agere de his vestimentis, lege membrorum sordentibus.

VII. *Assumpta*, injuriæ cœli depellendi gratia; in qua requiritur, ut sint modestæ, non nimis *sumptuosæ: Humiliter gestandæ*, Sir. 11. In vestitu ne glorieris unquam & cavendus omnis est luxus. Lycurgus jussit, ut Lacedæmonii una solum veste uterentur. Quod si secundam adderent, demonstrare jubebantur, se pro illa jam solvisse pretium. Etiam à magnis viris Esther. 8. v. 15. Joseph, Gen. 41. Daniel, Judith, non abutaris vestitu. Vide Esa. 3, 18. Ezech. 7, 20. Esther. 14, 16. Matt. 11, 8. Marc. 12, 38. Luc. 7, 25. c. 16, 19. c. 20, 45. 1. Tim. 2, 9. 1. Petr. 3, 3.

§. 4 VIII. *Moralis* est quælibet virtus, quâ anima ceu veste induitur. Antisthenes Sybarita varias olim Deorum imagines in veste sua pinxit: nos varias Dei virtutes vitâ exprimere, fas est. Hæc custodienda est, ne nudi ambulemus, Apoc. 16. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, 2. Chron. 9. Fecit Salomo solium & vestivit auro mundo. Christus cœlestis Salomo & major Salomone, Matt. 12. credentes & fideles pro solio habet: in his enim habitat, 2. Cor. 6. Levit. 23. Hoc solium mundissimo virtutum auro ita vestit, ut fructibus justitiæ sint repleti, Philipp. 1. v. 11.

IX. *Triplex vestis*, quâ anima contra Satanam bellatura debet induta esse. Prima est *humilitatis:* hæc enim Satanæ est inimica, superbiæ Magistro; & veræ perfectionis scala. Secunda *castitatis:* Puras enim virgines amat Deus. Tertia *paupertatis*; Divites vix pugnant ritè, divitiis immersi. Rectiùs pauperes cum Christo in deserto Matth. 4. militant, terræ non affixi.

X. *Alterius vitæ* sunt vestes, id est, bona cœlestia, quibus superinduemur, 1. Corinth. 15. 2. Cor. 5. Esa. 53. Exsurge Jerusalem &c. induere vestimentis gloriæ tuæ.

XI. *Vestis maledictionis & pœnarum:* Psal. 109. Induit maledictionem, sicut vestimentum. Sunt etiam vitia vestes, quibus Satan homines vestit ac onerat.

XII. *Tria justorum* vestimenta: §. 5

I. *Lugubria sive luctuosa*, quæ assumuntur à piis ob blasphemias & insultus hostium; sic Ezechias 2. Reg. 19. ob proximorum obitum ac cognatorum. 2. Sam. 1. David audiens mortem Jonathæ. Ob casus & miserias amicorum: Psal. 35. Ego vero saccum induebam die; sic Jeremias in Threnis. Ob peccata ac pœnitentiam super his. Cilicium vestis vilior: hac usos Thomam Cantuariensem Episcopum, & Majolum, Sarinæ Episcopum, pluresque alios summis laudibus evehit M. Marulus lib. 3. c. 10. de instit. bene beateque vivendi. Nos illud Domini, Es. 58, 5. Numquid tale est jejunium &c.

II. *Honoris:* Ea accepit liberatus Joseph è carcere, Gen. 41. Sunt etiam virtutes & opera spiritualia ejusmodi vestes: His enim honor Dei extollitur: Matt. 5. Luceat lux vestra, Phil. 1. ad gloriam Dei, v. 11.

III. *Splendoris*, quibus vestibus ornabuntur in altera vita, 1. Cor. 15. Erit enim splendor in anima, in corpore. Olim Tarquinius Priscus aureâ tunicâ triumphavit, teste Verrio apud Plinium: nos stola immortalitatis ovabimus. Sophon. 1. vestis peregrina. Alii Babylonico habitu, alii de Idololatricis vestibus interpretantur.

Vestis luxuriosæ quinque sunt indicia. 1. Si sit superflua. 2. si nimis pretiosa, status conditionem exsuperet. 3. Peregrinum habitum sapiat. 4. Nimis mollis & ad voluptates comparata sit. 5. Si lasciva sit, & ad vanitatem ac peccati illicium comparata.

§. 6 XIII. *Vestis Christi sunt 1. Verbum & Sacramenta:* His enim se Christus involvit; in his inveniri vult.

2. *Vera ipsius humanitas*, quæ à veteribus solet dici vestis & amiculum Deitatis. Illam qui negant, Christum suis vestibus spoliant. Augustin. Tom. 4. col. 362. 2.

3. *Parta* à Christo nobis *justitia*, Apoc. 19. *Innocentia.*

4. *Dogmata splendida fidei*, quibus sponsa cœlestis decoratur, Ps. 45.

XIV. *Vestis veræ fidei* est, quæ omnia vincit. Saxo Grammaticus scribit, Frontoni cuidam fuisse vestem, quâ amictus nullis telis licet acutissimis lædi potuit. Id de fide Christiana certius dixeris, quæ mundum 1. Johan. 5. & principis mundi tela Ephes. 6. vincit.

Hypocrisis in vestibus 1. *Anabaptistica:* Herodes Atticus cuidam Sophistæ dixit: Video barbam & pallium, sed philosophum non video. Non ineptè hæc eadem dixeris de hypo-

hypocrita, simplicitatem veste perhibente, hypocrisin corde clausam habente. 2. *Pharisaica*, Matt. 23. *Novatiana.* Hæretici Novatiani vestibus albis amicti, ad indicandam puritatem, Socrat. lib. 6. c. 20. 3. *Monastica.* V. Augustinum lib. de opere Monachorum, idem l. 2. c. 9. de sermone Domini in monte. Professio vera & vita facit Monachum, non vestitus. C. Cusanus fol. 548. Monachorum vestes vocat tegumenta fallaciæ. Bernhard. l. 3. de considerat. ad Eugenium addatur.

§. 7 *Alba sive candida vestis.* 1. Index lætitię, 2. Innocentiæ, 3. Honoris, 4. Triumphi, Apoc. 3, 18. Hac veste non in campum Martium ut Romanorum olim Candidati (Alexander ab Alexandro l. 4. c. 3. Genial. Dierum) descendebant, sed in cœlum ipsum ascensuri sumus, Christo duce, 1. Thess. 4. tanquam liberi servi, qui veste alba utebantur. (Tertull. c. 57. de Resurrectione carnis.) Tanquam Reges: Olim enim Regum candidæ vestes erant. Casaubon. ad c. 89. Suetonii. Valerius Max. l. 1. c. 6. de Pompejo agens. Singularis olim vestitus erat 1. Regibus, 2. Regum filiabus, 2. Sam. 13.

Palmata vestis triumphatoribus data, nobis in cœlo danda, de Satana triumphantibus, Apoc. 12. vicerunt illum in sangvine agni, 1. Jo. 5.

Mutabilitas in vestitu odio digna: arguit enim 1. Superbiam. 2. Levitatem animi. 3. Lycurgus præcepit artificibus, ut vestes patrio ritu, non novo conficerent. 4. indicat polypragmosynen.

Sumptuositas verò cum gestantur calcei auro intertexti: vide Clem. Alexandrin. lib. 2. cap. 11. Pædagog. frenum fulget auro; & hoc eodem calcaria fulgent. Bernhard. serm. habito ad Clerum in synodo Rhemensi, ubi ait: *Plus nitent calcaria, quàm altaria*, ut & supra diximus.

Miraculosæ vestes Israelitarum non consumptæ, Deuteron. 8, 4. quin & cum hominibus crevisse censentur à quibusdam. Vide Tostat. Episcopum Abulens. in h. l. non quod sudore caruerint Israelitæ, ut putat Aben-Ezra; sed quod soliditatem eis Deus dederit, quam etiam dedit pedibus eorum, ut dicto loco Deut. sequitur: *Pes tuus non est subtritus.* Typus vitæ æternæ, quæ dabit vestes perennes. Est præterea Hebræorum *traditio*, majores, Ægypto egressos, 1. non mutasse nomina sua, 2. Linguam, 3 Vestes. Qui peccati Ægypto egressi, vestem retineant innocentiæ, nomina servorum Dei non mutent servitute peccati, linguam Deo confitentem non abjiciant. Est & ubi sub veste eximiâ lateat humilitas, & vera pietas. S. Ephrem, videns S. Basilium Episcopali habitu indutum, sententiam de sanctitate Basilii conceptam mutavit, donec videret flammam ex ore Basilii proficisci. Roschvveid. in vita Basilii.

§. 8 *Monitum* Pauli ad mulieres Corinthias de moderando vestium ornatu, 1. Cor. 11. Confer Baron. tom. 1. ad annum Christi 57.

Interdictum. Sirach. XI. ne extollaris in vestitu, 1. Tim. 2. 1. Pet. 3.

Superbia illa *parit curas*, Matt. 6. & inducit homines ad injustitiam, ut facere sumptus vestium possint. *Propria est aulicorum:* Matth. 11. Qui mollia gestant vestimenta, sunt in domibus Regum. *Impedit Christianam contentationem:* 1. Tim. 6. si habeamus vestes, &c. *Exitium turpe sequitur* homines vestibus superbientes, Jacob. 5. Ignem inextinguibilem attrahunt sibi, S. Ephrem de Agone. *Lasciviam excitat & flammas libidinum* in juvenibus, Cyprian. de habitu virginum. Foveam fodit, in quam incauti incidunt, Exod. 2, 1. *Christo inimicantur:* Hic enim nudus in cruce passus est pro tua superbia, & tu rursus peccas superbiendo, & Christum de novo quasi crucifigendo. Peccas *proximum defraudando & nudando*, ut vestibus luxuriari possis. *Seipsos ignorant:* Ideo se foris ornant; Intus verò nudi sunt. Basil. de legendis Gentilium libris. *Internum hominem negligunt.* Greg. Nazianzen. orat. contra Julianum, qui fœminam ornatam foris Helenam, intus Hecubam esse scribit in carmine contra Fucum.

Præcepta Domini negligunt: Esa. 58. Si videris nudum, vesti. At superbus respondet: non vestiam; me vestiam: vide Ambros. serm. in die Ciner. *Pecuniam non sine periculo & sanguine partam dilapidant:* longe dissimiles Davidi aquam Bethlehemiticam non sine periculo sanguinis acquisitam bibere nolenti. Tu mariti sumptus in sudore partos cum sanguine pauperis vestibus insumis, 2. Sam. 23. Jerem. 2. in alis tuis. *Infernalis pœnæ præludia parant.* Hieronymus Epist. ad Lætam monet hanc, ne flavos fieri capillos filiæ permittat, qui color ignem inferni referat. *Ædem Domini conspurcant.* Eam sic ingrediuntur fœminæ aliquando, ac si ad domum saltatoriam properarent. Chrys. in 1. ad Tim. 2. *Spolia & gemitus pauperum ostentant in manibus*, in capite &c. Chrysostomus in 48. Mundo cœnoque mundi implicant se torqnibus aureis, quibus in infernum aliquando pertrahentur. Sed Pauli vincula in cœlum: Humilitatis torques in cœlum. Utraque angeli exosculantur &c. Vide Chrysost. hom. X. in epist. ad Coloss.

Exempla Sanctorum non curant. S. Johannes, quo nemo major è muliere natus est, vilibus se vestibus texit. S. Bernhard. in festo S. Johann. *Aliis se deridendos propinant.* Vide Zonaram lib. 3. annalium de Perore, Rege Persarum, a Barbaris devicto. Tertull. lib. de habitu mulierum.

§. 9 *Stultitias plurimas committunt.*

Prima est: Dei admirabile opus (corpus hominis) Satanæ fastu & coloribus ornant.

Secunda: ab hostibus ornamenta capiunt, quod generosi milites nunquam facturi essent. Accipiunt à diabolo, ceu sartore omnis superbiæ summo, 1. Johan. 2, 15. ornamenta sua.

Tertia: Nudant seipsos in judicio Dei, cum Christus dicet: *Nudus fui, & non vestiistis me.* Deum enim se vestiunt, Christi fratres nudos relinquunt.

Quarta: Onerant corpora superfluo ornatu. Levior hic futurus, si parcior esset.

Quinta

Quinta. De ornatu corporis sunt solliciti, de animæ ornamentis nequaquam.

Sexta. Spoliant se laude humilitatis. Si esses humilis, diceret quilibet: En humilem! Jam cum superbus autem incedis, quis non dicat? En superbum pecus!

A sapientia Ethnicorum confunduntur. Hi enim agnoverunt, detestandam esse ornatus cujusvis luxuriem. Semiunciam auri impendere ornatui fas erat olim nobiliss. apud Rom. fœminæ. Martinus, postea Thuronensis Episcopus, nudo homini, hyemis tempore, partem pallii dimidiam dedit, ut se tegeret cum nondum esset baptisatus: Et tu baptisatus nihil das vestium; Plus vestimenti das pulveri & terræ & ventis exercendis, quam pauperibus & miseris tegendis, vestiendis.

Septima. Pro æterno honore & ornatu pauci temporis ornatum accipis, ô superbe! sic epulo paucis annis superbiit, æternis sæculis patitur in infernis. Vide Isiodor. Orat. 53.

Octava. Stultè faceret, qui cibum venenatum sumeret, quo paulo ante exstinctum vidisset socium. Et nos Christiani scimus, tot millia superborum æterna morte exstinctos esse: Et tamen plurimi eodem superbiæ cibo utuntur in sui necem & perniciem.

Nona. Domum corporis tui exornas, sed animam tuam deformas; perinde ac si quis aureis tapetibus domum tuam decoraret; te vero in cinere & cilicio nudum intonsumque relinqueret.

Decima. Rem vilissimam decoras: Solonis enim interrogati judicio, homo nihil est, nisi *putredo in ortu, fera in vita, & indomitum animal.* Esca vermium in morte, vide quid jam ornes? quid decores?

§. 10 *Tempus ornando inutiliter perdis.* Id enim non in ornanda anima insumitur, sed corpore. Hoc deflevit Pambo, apud Socratem in hist. Eccles. Titus Cæsar flevit recordatus se illa die nemini quicquam boni præstitisse: Fleas superbe, superba, totum quod diem superbiendo & pessimè agendo transegeris.

Undecima. Contemnit Ethnicorum & aliorum judicia de luxu vestium. Vestes molles Augustus vexilla superbiæ vocavit. Diogenes illis vestitos oves vocavit aurea lana ornatos, Laer. Diversicolores vestes Lacedæmonii mulieribus de fece populi concesserunt, non commatis superioris: Lacedæmonii per Ephoros quotidie explorabant vestitum civium, an legibus esset congruus. Crœsi pompam & ornatum inferiorem esse phasianorum plumis & pennis, Solon judicavit, apud Laert. Cornelia mater Gracchorum non in gemmis, sed liberis bene educatis, omne ornamenti sui genus esse sapiētissimè gloriata est. Vestium quoq; luxus in clericis male audit, Gers. f. 40. lit. a. b. part. 2. operum. Joann. Ducas, Cæsar Orientalis, peregrinitatem vestium infamiâ & personæ & familiæ illius mulctavit, Greg l. 3. Inst. Byzantin. Philippus Pulcher sericis vestibus interdixit, nisi quarum ulna 25. nummis redimi posset. Spectant huc constitutiones Caroli V. Benedictus IX. matrem egregiis vestibus indutam (lotrix verò fuerat) agnoscere noluit: vilibus vero suoque generi competentibus indutam recepit, agnovit. Cranz. lib. 8. Metropol.

Duodecima. Imitatur meretricem Babylonicam Apoc. 17, 4. Supplicia Dei cumulat, atque attrahit, Es. 3, 16. c. 17, 9. Ez. 27. c. 23, 6. Soph. 18. Omnibus superbis resistet Deus & holosericatis & pannosis, August. in Ps. 85. Tom. 8. In quo *luxus vestium consistat?*

1 In VARIETATE.

2. In NOVITATE.

3. In NIMIO SUMPTU ac COPIA vestium. Huc spectat vestitus Persarum & Sybaritarum.

4. In ORDINIS & conditionis nostræ NEGLECTU.

§. 11 *Animæ cultum impedit.* Hac enim cultura illa corporis negligitur. Bernh. Apolog. ad Gulielm. Abbatem: non ita (ait) curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus. Cyprian. lib. de disciplina & habitu virginum: auro & margaritis & monilibus ornatas virgines, cordis ac pectoris ornamenta perdidisse: Hæc Cyprianus. Ornamenta illa sunt, humilitas, cognitio sui, quod cinis, pulvisque sis, frustra ornatus; compassio, quam erga pauperes abjicis, te ornando, illos destituendo, nec eorum miserendo.

Decima tertia. Eidem (animæ) plurima scandala objicit, inque peccata inducit. Hæc sunt:

(α.) *Suspicio*, quam de nobis, in aliis nostri ornatus spectatoribus concitamus; sive de superbia, sive de lascivia, sive de prodigalitate nostra, quorum vitiorum testis est vestium luxus, Sir. 19, 27.

(β.) *Concupiscentia* prava. Tertull. de cultu fœminarum: Petiit alius simul in tua forma, si concupierit: & admisit jam in anima, quod concupivit, & factus es tu gladius illi.

(γ.) *Imitatio hujusce luxuriei*, quæ exemplo luxus vestiarii promovetur.

(δ.) Immisericordia erga pauperes. Quo enim quis superbior, eo tenacior erga egenos.

(ε.) *Cupiditas gloriæ*, quam vano homines vestitu aucupantur, nempe ut ab hominibus videantur.

(ζ.) *Neglectus Dei*, cui placet humilitas: illi vero hominibus suisq; amasiis placere student, & mundo, morbo hoc concupiscentiæ oculorum gravissimè decumbente, 1. Joh. 2, 15.

(η.) *Vana superbia*, quam ostentant.

(θ.) *Furtum:* Sæpe namque non suis, sed proximi bonis abutuntur ad luxum, cui deinde solvendo pares non sunt.

(ι.) *Curiositas:* cui addicti sunt omnes vestibus luxuriantes.

(κ.) *Stultitia* summa: Id enim cum animæ *periculo adquirunt, unde oculos hominum delectent*; ait Bernhar. alicubi. Hinc Lacedæm. solis meretricibus vestes floreas & auratas concedebant, Clemens Alex. lib. 2. pædag. fol. 95. 96.

(λ.) *Superbia: verè* hic dicere liceat, Sir. 10, 16. Sap. 5, 8.

Decima quarta: Contrariatur exemplo veterum Germanorum, qui modico amictu contenti fuerunt. Cornel. Tacitus de moribus Germanorum.

Objectiones eorum, qui luxum in vestibus defendunt.

§. 12 1. Non id intendo, ut aliquis sibi sumat scandalum. Resp. Etsi non intendas dare scandalum; reipsa tamen das, nec à negata intentione ad negandam rem ipsam V. C.

2. Deus non curat nostras vestes. Resp. Imo curat; respicit enim & vestes, Esa. 3. Luc. 16. & cor ejus, qui vestibus superbit.

3. In honorem Dei cedit, si corpus ab ipso formatum vestibus ornemus. Resp. Satis est in corpore ipso ornamenti à sapientissimo architecto profectum: nec illa re magis, quàm obedientiâ Deus honoratur.

4. Conditæ ideo sunt materiæ, ut iis corpus ornemus. Resp. debito modo, non ad luxum.

§. 13 *Amictus vero moderatus prohibitus non est,* Prov. 31, 21. 1. Tim. 2, 9. Theodoretus lib. 2. c. 17. narrat honestissimas mulieres Magistratuum & nobilium pro Liberio ab Arianis pulso sede, supplices Cæsari factas esse. Judic. 14. v. 13. ferialium vestium fit mentio, & Matth. 22. v. 12. nuptialium. Huc spectat *STOLA in sacris literis* frequens.

I. Josephi Genes. 41. v. 42. Notat vestem oblongam, honorificam & honoris ergo datam, qualis est Matronarum ad talos usque demissa. Etiam apud Græcos, virorum.

Superbiæ stolæ & hypocriseωs Pharisæorum sunt, Marc. 12, 38. Luc. 20, 46. 2. Macchab. 5. Vidi per aëra equites discurrentes, amictos stolis aureis.

Resurrectionis. Stolæ binæ Genes. 45. datæ fratribus Josephi, notare possent corporis & animæ felicitatem: August. serm. XI. de sanctis. Notat *Christi carnem* in persona τοῦ λόγου exaltatam, Eph. 1, 19. 20. quâ stolâ carnis suæ peccata nostra texit, Esa. 53. v. 5. Ps. 32. v. 1. Dedit idem stolas fratribus suis, Genes. 45, 22. sic Christus stolam dabit immortalitatis credentibus.

II. Messiæ stola, Genes. 49, 11. Ecclesiam significat. Esa 63, 1. Christi carnem cruore sanctissimo sparsam.

III. *Credentium stolæ albæ notant* innocentiam & gloriam, Apoc. 6, 11. c. 7, 13. 9. vid. supra: *prima stola, baptismi gratiam,* Luc. 15. Sanctis perpetem vitam agentibus stolæ albæ attribuuntur in Apoc. c. 6, 11. c. 7, 13. Hæ sunt stolæ gloriæ & triumphales, August. serm. 11. de sanctis, stolæ immortalitatis æternæ, Greg. in Exposit. Ps. 4. pœnitentialis. *Stola lætitiæ,* quam significavit Angelus ille Marc. 16. & hac stola 24. seniores induti fuerunt. Lavantur hæ in *sanguine agni: cum filii Dei justitiam* credentes sibi applicant, adeoque Christum induunt, Luc. 15, 22. *Stola prima* redditur filio prodigo, id est, in gratiam, quâ exciderat, recipitur. *Stola militiæ,* Ephes. 6. descripta. 1. Macchab. 14, 9. Induebant se gloria & stola militiæ: Fortitudinis bellicæ. 1. Macchab. 14. Induebant se gloriam & stolas belli.

IV. *Malorum, qui induti sunt stolâ* hypocriseωs & apparentiæ, Matth. 12, 38. Speciem habent pietatis, 2. Tim. 3.

§. 14 Taxandus porrò Vestium ille luxus. (1) Ob Exemplum Pauli, 1. Tim. 2, 9. Petri, 1. Pet. 3, 34. Esaiæ, cap. 3. ad moderationem rei vestiariæ hortantis. (2) Fœnum est pretiosius ipsis vestibus, Chrysost. in Matth. 6. Basilius concion. ad adolescentes. (3) Est peccatum publicum: Ergo publicè taxandum, 1. Tim. 5, 20. Syr. 10, 15. & idololatricum, de quo soliciti sunt Ethnici, Matth. 6. v. 31 & scandalum, cui resistendum, Matth. 18. ne in eo peccato confirmentur auditores aut ab aliis seducantur, ut existiment non esse peccatum. (4) Contradicit luxus ille ipsi Deo, qui vestes pelliceas primo homini dedit: has serico nos mutamus, & signum reatus nostri abolemus, quod erat simplex, minusque sumptuosa vestis. Bernhard. serm. habito ad Clerum Rhem. & Robertus de Licio tempore Friderici Tertii, Papæ & Cardinalium luxum & superbiam acriter perstrinxerunt. Platina, Erasmus de arte concionandi. (5) Contravenit exemplo Christi simplice vestitu contenti, nempe tunicâ & togâ.

Nudis pedibus olim incedebant Elcesaitæ, Philastrius c. 82. de hæresibus. Baron. T. 2. fol. 438. annal.

Vestis nuptialis: Ea carent etiam ii aliquando, qui volunt haberi filii regni, Matth. 22. Ecclesiast. cap. 4. v. 14. qui vestem justitiæ peccatis amiserant. Optat. Milevitan. l. 5. c. Parmenian. sub finem.

Vestis Sacerdotalis. Lineæ vestes Sacerdotum Exod. 28, 42. notant puritatem eorum & sanctimoniam officio illo dignam. Inconsutilis Christi significat Ecclesiæ unitatem. Christianorum quidam atris, quidam candidis vestibus usi sunt, Baron. Tom. 2. fol. 544. num. 20. seq.

§. 15 *Larvæ, quas vulgò Mascaradas vocamus,* vitandæ sunt: nam pugnant (1) Cum Dei interdicto, Deut. 22. v. 5. (2) Decreto Concilii Gangrensis: confer Ambros. Epistol. 15. (3) Deturpat ingenitam hominis formam, quæ tegitur & occultatur. (4) Multa flagitia caussat & inducit, ut sunt:

Contumelia in Creatorem, cujus artificium velo peregrinarum vestium tegitur ac involvitur.

Cædes. Athenodorus sub habitus fœminei velamine ad Augustum veniens gladium in hunc non seriò, sed periculi ostendendi gratiâ, quod vestibus mutatis subesset, strinxit.

Libido. Achilles sub vestitu fœmineo filiam Regis Lycomedis, ad quam missus erat, stupravit.

Suspicio. Julius Cæsar repudiavit Pompejam, quod apud eam Clodius in sacris sub habitu fœmineo fuisset. Plutarch. in vita Ciceronis.

Maximè v. ejusmodi mutatio vestium Clericos dedecet. B. Fumus in Armilla hac Voce; & Cajetanus in Summula carpit suos, qui larvis utuntur, & excusant excusationes in peccatis;

sed

sed addit Cajetanus: *NON EXCUSANTUR.* Larvata funera. Vide *Funus.* Vide *Mors*, *mortui.*

§. 16 *Luxus quoque vestium contrariatur rectæ rationi.* Vide Drexelium Tract. 9. libr. 3. c. 7. *Humanis legibus* & ordinationibus, Drexelius dicto loco. *Patrum veterum sententiis*, Drexel. Tractat. 9. libr. 3. cap. 6. *Piorum judiciis*, Drexelius dict. loc. cap. 9. *Animæ dignitati*, cui corporis ornatus præfertur, Drexelius Tract. 9. lib. 3. c. 1.

Fimbriam Christi vestis tetigit mulier, 1. quod indignam se contactu integræ vestis Christi judicaverit, juxta quosdam. 2. Vel quod fimbria apud Judæos sanctitatis insigne esset atque distinctionis Judæorũ à reliquis populis, Num. 15. v. 37. Hodie Judæi, fila octo ex lana contexta in panno quadrangulari, ad 4. angulos vinciunt, dicta ipsis ציצית. Confer 1. Sam. 24. de fimbria Saulis, Deut. 22. Vide S. Munsterum in cap. XV. Numerorum. *Finis* hujus legis vestiariæ erat. I. Mandatorum divinorum recordatio d. l. Scripturæ. II. Idololatriæ devitatio, Num. 15. III. Populi sanctificatio, & ab aliis nationibus distinctio ac separatio. IV. Sacramentorum N. Test. præfiguratio, utpote quibus, tanquam signis externis, (non exclusis tamen aliis eorundem finibus principalibus, de quibus Tit. *Sacramenta*) ab omnibus aliis cœtibus nos discriminat.

Cæterùm, communes has fimbrias dilatasse & majores fecisse, quàm erant illæ, Christus in Pharisæis carpit, Matt. 23. v. 5. Zachar. 8. decem viri fimbriam Judæi apprehensuri ac dicturi legentur. Ibimus vobiscum, quoniam audivimus, quod Deus est vobiscum.

Modus luxus in re vestiaria fit ratione I. *Materiæ*, si illa fit pretiosior, quàm facultates & conditio erat nostra, Luc. 16. Epulo purpurâ vestitus est tum Regibus & Censoribus Romanis propriâ, Ps. 45. v. 9. 10. 12. seq. Esther. 8. v. 5. Gen. 4, 42.

II. *Formæ*, si levitatem Gallorum & Hispanorum imitemur; si novitas ei admixta sit. Confer Abulens. q. 23 in Matth.

III. *Finis:* si non ob tegumenti vel modum ornamenti, sed luxus vestes adhibeantur, Es. 3. v. 17. 18. vel ad libidinem provocandam. Ejusmodi impudica vestis fuit, quam peculiari edicto vetuit Philippus IV. Rex Hispaniarum, teste Laurent. de à Ponte in cap. XI. Matthæi.

§. 17 *Caudæ in vestibus mulierum* graviter perstringuntur à Gulielmo Peraldo tom. 2. Summæ de vitiis c. 14. quòd 1. terram induant vestibus pretiosis. 2. Pulverem excitent. 3. Pulices colligant. 4. Pauperes non vestiant.

Corrigiæ calceamentorum. Ibid dict. loc. Peraldus, & vittæ croceatæ, d. l. Huc pertinet *mulierum ornatus* nimius, multis modis reprehensibilis: 1. Cum se ornant, ut aliis, præter viros placeant, Proverb. 7. *ad capiendas animas*, Ezech. 16. 2. Ut pulchriores sint aliis, quod ex superbia fit. 3. *Ex amore* vanæ gloriæ & laudis.

Quantitas magna vestium in vitio est: illæ enim à tineis absumuntur & proximo egeno subtrahuntur. Jacob. 5. Vestimenta vestra à tineis consumpta sunt. *Pretiositas* culpanda. Luc. 16. purpurâ & abysso. *Mollities* vestium. Matth. 11. qui mollia vestimenta gestant, in domibus Regum sunt. Habitus extraneus. Soph. 1. Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina. *Habitus histrionicus:* Bernhard. sermon. ad Clerum in Synodo Rhemens. sæpius hoc Titul. nobis laudatus.

§. 18 *Exempla eorum* qui, supra consuetudinem patriæ, luxu vestium usi sunt: 1. *Patrias peregrinis mutando.* Alexander Macedonicas vestes Persicis: quæ res animos Macedonum alieniores reddidit. Carolus Calvus Gallicas Græcis. 2. *Nova ornamenta assumendo.* Aurelianus Imperator, devictis barbaris ac Tyrannis, primus regio diademate usus est. C. Aurelius Diocletianus calceamento & veste gemmatis uti cœpit. Hos imitatus Aristobulus, Rex Judæorum, & Carolus Calvus, Rex Gallorum. Alphonsus Arragoniæ Rex, post devictos Turcas, falcato gladio usus est. Demetrius cursus syderum & motum cœli sibi acu pingi in veste curavit.

Scissio vestium, signum tristitiæ: Vide *Tristitia.* Sic Herodot. lib. 8. memorat, quod Persæ vestes laniaverint audita Xerxis clade. Confer Gen. 37, 29. 34. cap. 44, 13. Numer. 14, 6. Johan. 7, 6. c. 11, 34. 1. Sam. 4, 11. 2. Sam. 1, 11. cap. 3, 31. cap. 13, 19. 31. c. 15, 32. 1. Reg. 21, 27. 2. Reg. 5, 7. c. 6, 30. c. 11, 14. 2. Chron. 23, 13. c. 18, 37. c. 19, 1. Es. 37, 1. 2. Reg. 22, 11. 2. Chron. 34, 19. Esd. 9, 3. Esth. 4, 1. Job. 1, 20. c. 2, 12. Judith. 4, 14. 17. 1. Macch. 2, 14. c. 4, 39. c. 11, 71. Matth. 26, 5. Marc. 14, 63. Act 14, 14. c. 19, 22.

Verberatio vestium. Sic Persarum vestes, si quid mali commisissent, coram ipsis, nobilibus scilicet, flagellabantur, in pœnæ documentum.

Mutatio vestium sexus muliebris cum vestibus sexus virilis à Deo prohibita, Deut. 22, 5. Vide Fum. in Armilla voce *Habitus.* Et hoc Tit. n. 15.

Ordinationes vestiariæ Magistratui curæ sunto. Vide de Carolo M. Joannem Aventinum lib. 4. fol. 219. annal. Bojorum. Sic Deus ipse leges tulit de I. Vestitu Summi sacerdotis, Exod. 28. II. Levitarum, d. l. III. Communi, de quo hoc Tit. n. 16. §. *Fimbria.* Porro de vestium luxu & abusibus veteres & recentiores agunt scriptores. Cyprian. de habitu Virgin. Basil. de legend. Gentil. scriptis. Hieronym. in vita Paul. Chrysostom. homil. 18. in Genes. & 37. Idem sermon. de cohabitatione Regul. cum fœminis. Augustin. Epist. 199. Socrat. lib. 4. cap. 18. de Pambone histor. Eccles. Tertull. de cultu fœminarum. Gregor. Nazianz. Orat. advers. mulieres se ornantes, &c. D. Mengerius pag. 536. 537. in I. post Trinit. informator. D. Friedeborni Hoffarts-Geissel. Drexel. Tract 9. oper. Germanic. P. Camerar. part. 2. c. 39. horis subcisivis. Meiger. pag. 980. Nuclei histor.

VETULA.

Vetularum officia. vide Titul. 2. v. 5. *Confer MULIER.*

VETERA Verba. V. *Verbum.*
VETUS HOMO. *Vide Homo.*
VETUSTAS literæ Rom. 7, 6. *Vide Lex. Vide Literæ.*

VEXILLUM.

§. 1 *Signum militare* in vulgus notum, agmina militum diſtinguens &c.

I. *Singulare fuit* Conſtantini Magni (quod & Labarum dictum, & per ω ſcriptum, extat apud Sozomen. lib. 1. cap. 4. λάβωρον eidem) Conſtantino Magno cœlitus patefactum: Euſeb lib. 1. cap. 20. de vita Conſtantini Magni. Prudent. libr. contra Symmachum. In quo Chriſti nomen ſcripſit, non ſuum, quod alias Ducibus ac Imperatoribus ſolenne erat. Erat verò olim vexillum contus prælongus: Hujus vertex erat in formam literæ ρ. factus. Paulò infra erat litera X ſignificans Chriſtum, D. N. Infra X erat bacillus tranſverſus, faciens crucem: illi bacillo appenſa erat mappula ſive vexillum paſſum. A. Ricciard. comm. Symbolicor.

II. *Iſraelitica vexilla*, Num. 10. notant ordinem populi caſtra metantis ac per ſuas tribus diſtincti.

III. *Spirituale vexillum eſt Meſſias* ipſe, Gentilibus ſub ipſius ſignis militantibus, Eſ. 11. Hic eſt מושל ille Mich. 5. dux ſui populi, Joſ. 5. *Verè JEſus*, in quo exultamus, Habac. 3. verſ. 18. qui de ſuis hoſtibus triumphum egit, Coloſſ. 2. Hujus ducis nomen nobis vexillum eſt, in quo magnificabimur, Pſalm 20, 6. *Spernunt* impii hoc vexillum: nos in illo triumphamus, eoque ad ſalutem utimur multis modis.

§. 2 1. *Attollendo illud nomen JEſu*, in corde noſtro per fidem, ne illud deleat parva fides.

2. *Militando ſub hoc nomine.* Dei nomine confiſus David, Goliathum fudit prælio feliciſſimo, 1. Samuel. 17. Nos ſtygium Goliathum certò fuſuri ſumus, freti nomine JESU, ceu vexillo noſtro. Optimè Ambroſ. lib. 2. cap. 7. de Abrahamo: *Non aquilarum præfert imagines, nec dracones, ſed in cruce Chriſti* (nempe vexillo noſtro) *& in Jeſu nomine progreditur ad prælium: hoc ſigno fortis, hoc vexillo fidelis.* Sic & Auguſt. quem vide lib. 4. de ſymbolo ad Catech. ca. 4. *Ad militiam pertinet teſſera militaris*, quæ Ethnicis ducibus varia fuit: Apollo, Venus, Felicitas, &c. noſtra teſſera unum & ſolum eſt JEſu Chriſti nomen, teſſera efficaciſſima, juxtimque dulciſſima.

3. *Fundendo ſanguinem*, ut Martyres fecerunt, nominis Chriſti aſſertores, nomenclaturâ Cypriani, lib. 2. Epiſt. 6.

4. *Triumphando* ſub hoc vexillo: ſicut & Chriſtus triumphum egit de ſuis hoſtibus, nos ejuſdem fecit participes. Vexillum noſtrum non ſit lacerum & haſta ejus non ſit fracta. Olim erat ſymbolum mali conſultoris: Certè malorum in Eccleſiam conſilia fiunt vexilla fracta: Non tu ſis malus conſiliarius. Sit cum cruce Chriſti, cum hac ſubſcript. ἐπιθύμησα καὶ ἐκάθισα, h. e. deſideravi & ſedi: id eſt, Unum Chriſtum cupio; Uni milito; Unius hujus umbrâ requieſcere deſidero, in vita & morte.

VIA.

§. 1 I. *Dei:* (1) *Mandata*, Oſe. 14. v. ult. in quibus juſti ambulant. Eſtque nihil aliud quàm doctrina Dei, ſcriptura verbum. Dicitur alias via ſalutis, Actor. 16, 17. cap. 18, 25. 26. 2. Petr. 2, 2. Via DEI Pſalm. 103. v. 7. 8. & 119. ſæpiſſimè. (2) *Via judiciorum Dei* eſt imperſcrutabilis, Rom. 11, 36. in multis nempe caſibus. (3) *Via conſiliorum Dei:* itidem homini abdita & occulta, ibid. Roman. 11. (4) *Via potentiæ* & miraculorum, Pſalm 77, 20. Via tua in mari. i. potentia miraculoſa. (5) *Via gubernationis* rerum omnium, Deut. 32, 4. 2. Sam. 22, 31. Pſal. 77, 14.

II. *Via mundi excæcati.* Sicut ii, qui per nivem ambulant, oculos candore præſtrictos habent, ut videre accuratè non poſſint; ſic qui per viam mundi ambulant, vano ſplendore rerum momentanearum Eſa. 40. excæcantur, ut lumen non videant: lata eſt, Matth. 7, 13. ducens ad damnationem.

§. 2 III. *Hominis via peccatorum*, v. g. Caini via triplex mala. 1. Homicidii & odii. 2. Deſperationis. 3. Fiduciæ in propriis meritis, Hebr. 11. Pſ. 119, 3. Prov. 4, 19. c. 26, 27. c. 12, 15. c. 21, 2. c. 22, 5. Eſ. 5, 7. 10. (1) *Laborioſa*, Eſ. 59, 8. (2) *Periculoſa:* neſciunt ubi cadunt, Prov. 4. (3) *Triſtiſſima:* ob finem exitioſum, Philip. 3. (4) *Communiſſima*: multi in ea ambulant. (5) *Fallaciſſima.* Prov. 14. videtur juſta eſſe, ſed non eſt. (6) *Mala*, Eſa. 55, 7. (7) *Via ſpinoſa*, obſita ſpinis avaritiæ, Luc. 8. (8) *Tenebroſa* injuſtitiæ. (9) *Curva* & anfractuoſa malitiæ, Pſalm. 125. (10) *Cœnoſa & voluptuoſa.* (11) *Lapidoſa* cordium obduratorum & immiſericordium, Jacob. 2. (12) Via Cain, Bileami, Jud. Epiſt. v. 11. Exitus & finis viæ malæ, Job. 6, 18. Prov. 14, 12. c. 28, 18. Eccleſ. 2, 16. cap. 21, 11. Jer. 2, 36. c. 4, 18. Matt. 7. (13) *Via arcta*, eſt ratio conſequendi ſalutem, quæ difficilis eſt, & à paucis invenitur, quia non recte quæritur, Luc. 13. Ad patriam ſuperiorem non niſi per meatus difficiles armati milites revertuntur: Cyprian. Tract. de ſtella & Magis fol. 428. Edit. Baſil. 1540.

Juſtorum via eſt 1. *Sanctificata* à Chriſto. 2. *Preſſa à fidelibus* Dei filiis, ambulant in ea: Geneſ. 17. *Ambula coram me.* Ad ſcopum vitæ æternæ reſpiciunt, Philipp. 3. Obliviſcor eorum &c. Scandalis mundi non attendunt, Chriſtum cum Bartimæo ardenter invocant, Luc. 18. Lumen Verbi divini attendunt, Pſal. 119, 106. *Dicitur ſancta*, Eſ. 35, 8. *Laborioſa* eſt enim via 1. quotidiani laboris: Gen. 3. in ſudore vultus tui, &c. 2. quotidianæ pœnitentiæ. 3. *Ærumnoſa* 1. quia juſtus ſuam crucem tollere jubetur, Matth. cap. 16. 2. *Per multas tribulationes regnum cœlorum ingreditur*, Act. 14.

Angusta. Matth. 7. cruce obsita. Actor. 14. per multas tribulationes. In hac via DEUS ipse nos ducit, Psalm. 32. Esa. 30. cap. 48, 17. docet Psalm. 25. doce me vias tuas. Psalm. 143. doce me facere voluntatem: Dirigit, Psalm. 17, 5. & 25, 4. & 119, 35. Proverb. 4, 12. 18. cap. 13, 6. & 16, 9. & 20, 24. Esa. 48, 17. Remuneratur, Psalm. 24, 12. Proverb. 12, 28. Jerem. 6, 16. cap. 7, 3. Facilem præbet aditum ad opes & honores mundi, composita est in aspectu, Lactantius lib. 6. cap. 4. de vero Dei cultu.

§. 3 *Viæ Domini rectæ:* (1) quia à Deo monstrantur in verbo, Esa. 30. qui rectus est, Deuteronom. 32. (2) secundùm Deum & voluntatem ejus fiunt. (3) Ad Deum ducunt ambulantes: Sap. 10. *Justum deduxit Dominus per viam rectam.* (4) Omnia præcepta recta, dogmata recta, Psalm. 19. (5) *Ducit nos scriptura* rectè in via plana. Indicat quoque rectissimè Dei sinceram voluntatem, non abscondit eam. (6) Curvabilis non est scriptura, non est regula Lesbia, vel plumbea. (7) At viæ hominum non sunt rectæ. Stultæ sunt leges Ethnicorum, falsæ traditiones hominum. Matth. 15. *Frustra me colunt.*

Via media Christianorum: vide Augustin. lib. 4. cap. 3. ad Bonifac. & lib. 2. de peccatorum meritis, c. 35. *Lucida.* Proverb. 4. Justorum semita, quasi lux. *Triumphans:* Roman. 8. In his omnibus vincimus. 2. Corinth. 6. non destituimur, non confundimur. Intus sanè *pulchra*, foris verò *horrida*, *lætaque* est exitu beato vita & via, Apocalyp. 14. *Beati mortui in Domino.*

Sancta Perpetua in somnio vidisse narratur scalam, in cujus inferiori parte Draco formidabilis jacuit, dextrorsum verò & sinistrorsum gladiis plena fuit, per quam auream scalam unus solum isque parvus intrare potuit. Baron. tom. 2. fol. 328. n. 35. Una via est omnium Christianorum fidelium. Non probatur triplex via, quam docet

Antonius Suquet: 1. Ordinum, 2. Canonicorum, 3. Laicorum, quas vias nescit Scriptura, pressit superstitiosa natura, sive orbita verbi DEI.

Quomodo Domino paretur via?

§. 4 Luc. 3. Esa. 40. (1) Removendo omnia offendicula peccatorum. (2) Observando tempus gratiæ & regni Dei, Marc. 1. (3) Pœnitentiam agendo, Matth. 3, 2. c. 11, 17. (4) Humiliando nos coram Messia. (5) In Christum credendo. Hic enim per fidem habitat in nobis, Ephes. 3. (6) Desiderando usque & usque bona cœlestia, ne, dum amamus terrestria, negligamus cœlestia bona. (7) Omnia obstacula removendo, Esai. 57, 14. capite 62, 10.

Ambulare in viis Domini, includit 1. *Moveri* spiritualiter à Spiritu Sancto; sicut ambulans se movet physicè. Romanor. 8. qui spiritu Dei ducuntur. 2. *Non hærere* in viis mundi: sicut nemo simul in mari & terra ambulare potest. Una igitur DEI via eligenda est, Esai. 30. 3. *Progredi in eadem via:* Est enim ambulantium, semper progredi. Hæc est via; sic nostrum est proficere, crescere. Vide suo loco. 4. Tendere adeoque semper ad scopum.

Solatia rectè ambulantium: 1. *Comites* habent angelos ut Jacob, Gen. 32. 2. *Comitem* habent Deum, ut Israelitæ rectè ambulantes in via. 3. *Cadent* nunquam, Ps. 125. 4. *Transibunt* feliciter per vallem hujus miseriæ. 5. Venient tandem ad Christum, & finem fidei. Philipp. 1. cupio dissolvi & esse cum Christo. 1. Petr. 1. finem fidei &c.

Orandum semper pro felici ambulatione, Psalm. 25. Doce me vias tuas. Psalm. 86. Gen. 28. Jacob peregrinaturus orat Dei comitatem.

§. 5 *Modus & requisita ambulationis.* 1. *Cynosura* & Mercurialis statua sit verbum Dei. Esa. 8. ad legem & ad testimonium. Psalm. 119. Viam mandatorum tuorum cucurri. 2. *Christus* unicus ambulationis nostræ scopus, Hebr. 12. vers. 1. Philipp. 3. ut Christum comprehendamus. 3. *Exempla Sanctorum* intueri debemus, qui ante nos ambularunt. Ambula cum Noa in justitia, cum Abrahamo in fide, cum Isaaco in patientiâ invidiæ. Genes. 26. cum Jacobo in robore fidei, Deum vincentis. Genes. 32. cum Josepho in castitate, cum Jobo in patientia, cum Davide in constantia, &c. 4. *Fidei oculus sit semper apertus.* Cantic. 5, 2. Cor meum vigilat ad te. Quis enim clausis oculis ambulat? Offendit nempe, ne tu offendas, aperi oculos & Christum verum lumen intuere, Johann. 12. 5. *Diligens sis*, non somnolentus in ambulando. 6. *Gaudens ambula*, Psalm. 126. & 119. 7. *Ovando ambula.* 8. *Patiendo* injurias ambulatorum & peregrinantium. 9. *Perseverando* ambula. Vide *Perseverantia.*

§. 6 *Via angusta*, Matth. 7. Non illa Ethnicorum ad virtutem, de qua Simonides apud Clementem Alexandrin. libro quarto dixit, *virtutem in rupibus habitare aditu difficilibus.* Sed via Christiana, quam alii humilitatem, jejunia & alia exercitia; alii Christum ipsum intellexerunt. Saxosa est, spinis obsita, excubat ad eam Draco ut devoret. Vide Augustin. in Psalm. 36. Basilium in Psalm. 1. Bernh. in Psal. 91.

In lata via multi ambulant ob 1. Carnis proclivitatem. 2. Satanæ fallacitatem. 3. Errandi facilitatem. 4. Comitantium multitudinem. 5. Seductorum varietatem. Huc pertinet via publica, id est, vulgi errores, quos cavendos monebant Pythagoræi.

In angusta via pauci (Hugo in cap. septimum Matth.) ambulant. 1. Ob rationis cœcitatem. 2. Concupiscentiæ perversitatem. 3. Diaboli fallentis ac mundi subtilitatem. 4. Cadendi pronitatem. 5. Resurgendi difficultatem. 6. Retrahentium à via bona multi-

 plici-

plicitatem: Atque huc scandala referenda sunt. Est quoque charitatis via, 1. Cor. 12. v. ult.

1. Lucida est: ob verbum, exemplum.

2. Spinis caret: quia superat omnes difficultates charitas, in rosas convertit Deus.

3. Læta: quia etiam hostes complectitur.

4. Calcata à Christo & omnibus sanctis.

5. Æstu caret: quia ros spiritus sancti mitigat.

6. Monrosa non est: quia charitas non inflatur.

7. Caret saxis; quia charitas patiens est.

8. Pulverulenta non est; quia charitas non est avara.

9. Non lutulenta ex fœditate & lascivia.

10. Declivis: ad amandum enim propensa natura.

11. Secura; quia Deus in nobis manet.

12. Facilis; quia charitas est navis, quã mundum trajicimus, tempestates superamus, ad portum pertingimus: Nauclerus est Spiritus sanctus: Remiges angeli: Venti prosperi gratia Dei, inspirationes ejus: Contrarii venti, tentationes Diaboli, quæ Dei digito vincuntur.

Viatori decem necessaria sunt, ut notat Hugo Cardinalis in Ps. 23.

I. *Loci*, per quem transit, *fertilitas*: in loco pascuæ, ait David dicto Psalmo.

II. *Fluviorum amœnitas*: super aquam refectionis.

III. *Eundi voluntas*: animam meam convertit.

IV. *Viæ compendiositas*: deduxit me super semitas justitiæ.

V. *Viæ securitas*: si ambulavero in medio &c.

VI. *Consolatio in labore*: Baculus & virga tua.

VII. *Delectabilis refectio.* Parasti mensam.

VIII. *Exultatio.* Oleo caput meum impinguâsti.

IX. *Potatio*: Calix inebrians.

X. *Itineris continuatio* & perseverantia: Bonitas & misericordia subsequentur me &c.

VICINUS.

§. 1 Id est, qui nos proximâ cohabitatione, vel non adeò remotâ attingit.

Boni (1) laudandi vicini, Prov. 27, 10. Themist. agrum venditurus hoc addidit: *habet bonum vicinum.* (2) *Præstant* fratribus, à nobis locorum spatiis interclusis, Prov. 27, 10. (3) *Societatem utilem præstant*, & pacem fovent. (4) *Auxilio sunt* sibi invicem, & mutuas in communi incendio operas præstant. (5) *Sunt amici*, verè boni. (6) *Valde* utiles in quacunque necessitate. Porrò vicinorum est, sibi *invicem mutuas operas præstare*, 1. Pet. 4, 10. Sic tribus Simeon & Juda, Judic. 1. v. 2. 3.

Damna præcavere & avertere, Deut. 22. Si bos &c. Exod. 21. v. 75. c. 22, 5.

Ob adversas vicinorum res, tristitia affici, Rom. 12. 1. Pet. 3. Luc. 7. v. 11. Joh. 11. v. 31.

Limites non corrumpere, Deut. 19, 14. c. 27, 17. Prov. 23, 28. c. 23, 10.

Servos & ancillas non separare à Dominis suis, Exod. 20, 17.

Onera civilia ex æquo portare.

Mutuò dare, & usui: pro vicinorum exigentia.

Simul convivari, Gen. 29, 22. Tob. 8, 21.

Lites non serere, ut illi pastores, Gen. 13, 7. & Absalon, 1. Sam. 14, 30.

Felicibus vicinis non invidendum; Quin magis congratulandum est illis, Luc. 15. Ruth. 4. Contra Philistæi inviderunt Isaaco, Gen. 26. Opera pietatis cum vicino exercenda, sic vicinus cum vicino pascha manducabat, Exod. 12. Zach. 8, 21. Esa. 2, 3.

§. 2 *Mali vituperandi*: Zwinger. fol. 94. Uladislaus Locticus prælio cum Cruciferis confecto reperit inter cæsos Florianum Sharum virum equestris ordinis, ilia cohibentem, ne saucio corpore effluerent. Rex misertus comitibus dixit suis: *magnum profectò viri hujus dolorem esse.* At Sharus majorem (reposuit) esse, si quis in eodem pago malum haberet vicinum; cui Rex: *Age si convalueris, liberabo te hoc malo.* Postea expulso illo vicino, totus Floriano pagus regio munere cessit (*accommodent se vicinis*, ut Ruth & Naëmi, Ruth. 1.) *Illudunt proximo.* Ps. 80, 7. & 89, 42. eum seducunt ad peccata, Ezech. 16. Fornicata es cum Ægypti filiis, vicinis tuis, Num. 25. vicini Medianitæ. Septuplici pœna castigantur, Ps. 79, 12. Jer. 12, 14. *Damna vicinis* inferunt. Aliquid mali propter vicinum malum, Jer. 50, 40. Sodom. & vicini. Antiochus & Epiphanes Regi Ægypti infestus erat: Ps. 60. Ad bonos vicinos regredimur. Hi verò opera Dei considerent, non negligant, ut illi. Esa. 5. *Candidè conversentur*, Syr. 21, 26. modis omnibus opitulentur. Sic Hiram, 2. Sam. 5, 11. 1. Reg. 7, 23. 28. 29. non furentur, Syr. 42, 23. *gratulentur de successu*, 1. Reg. 5. Luc. 1. de prole, quæ est Dei beneficium contra morem Ethnicorum Thrausiorum. Herodot. l. 5. condoleant eisdem, si res minus ceciderint prosperè. Sic David Hanom, 1. Chron. 19, 1.

Vicinum assumere ad esum agni Paschalis Exod. 12 significat, Gentiles quoque suo tempore ad Evangelii communionem vocandas esse.

VICISSITUDO.

Piorum ante gloriam tribulatio, Esa. 49, 7. 1. Sam. 2. Deus ducit in infernum & reducit, Job. 5. Esa. 54. c. 61, 7. c. 60, 10. Psal. 30. & 71. Obad. v. 17. *Possidebit domus Jacob eos, qui se possederant*, Ps. 60. v. 2. 3. 5. 11. 12. Obumbratio vicissitudinis, Jacob. 1, 17, in Deo non est. 1. *Non in essentia.* Ps. 102, 3. idem permanes. *Non in attributis*, sapientiâ, potentiâ, justitia: Hæc enim omnia immutabilia sunt, Malach. 3, 6. Deus sum, & non mutor. Manet illius bonitas, veritas immutabilis, Ps. 146, 6. 1. Sam. 15, 29. Job. 33, 13. Num. 23, 19. Ps. 33, 6. Deut. 32, 4. Ezech. 12, 25. Es. 31, 2. Estque Deus veritatis, Ps. 31, 6. fidelis, 1. Cor. 10, 13. Ezech. 37, 14.

VICTIMA. *Vide Sacrificium.*

I. Divina, sancta, Christus: *Victimæ Paschali laudes immolant Christiani,* Hymnus ait.

II. *Humanæ*, oblatæ à Juliano, qui è jecore suspensæ passis crinibus fœminæ, belli contra Persas suscepti exitum voluit explorare, mactatæ prius in spelunca custodibus obsessa: Cedren. Godfried. Viterbiensis, Abbas Urspergensis in Chron. Idem fecit Ælius Lamprid. Valerianus Imperator: Eusebius testis lib. 7. c. 9. H. E. Galli Robert. Ganguin. lib. 19. histor. Francor. Confer Zvvinger. in Theat. & Lilium Gyrald. lib. 17. Synt. Deorum. Docent 1. *Satanæ sævitiam.* 2. Hominum *cæcitatem &* horrendas tenebras. 3. *Simiam Dei*, unicum pro nobis filium tradentis, Satanam esse. 4. *Divinam justitiam* adversus eos, qui non recipiunt lumen veritatis, 2. Thess. 2. Efficaciam erroris immittet illis, qui &c.

VICTORIA.

§. 1 I. *In Deo est excellentissimè*, quatenus ille vincit omnes creaturas & *essentiæ infinitate*, & *operum claritate, & proprietatibus suis omnia eminentissimè.* Omnia enim superat in bonitate, sapientia, potentia. Apoc. 6, 2. *Exivit, ut vincens vinceret*; nempe 1. Potentia sua regni hostes debellat. 2. *In veritate.* Hæc enim licet ad tempus sit pressa, tamen rursus emergit: sicut lignum ficûs in Ægypto aquis injectum mergitur, sed post rursus emergit; sic quoque tandem vincit veritas. Idem de fide quoque Christiana dixeris haud incommodè.

§. 2 II. *Piorum.* Apoc. 12. *Vicerunt per sanguinem agni.* 1. Virtutem ex eo capiendo. 2. Exemplum ex eo sumendo. 3. Amorem inflammando, qui vincunt mundum, Satanam, cum complicibus, sanguine agni, Apoc. 12. fide & armis spiritualibus, 2. Cor. 10. Eph. 6. cum omnibus tentationibus, 2. Cor. 6. cum potentia Satanæ, 1. Pet. 5. resistite fide: vide *Fides.* 1. Joh. 2. vicistis malignum. Apoc. 12. vicerunt.

Mustela, cum armata est ruta, dicitur basiliscum aggredi, eumque vincere: Christus est spiritualis ruta; hunc qui vera fide in corde habet, tutò Satanam aggreditur. Hebr. 11. Sancti per fidem vicerunt regna. Etiam diaboli regnum fide vincimus. 1. Joh. 2. Vicistis malignum. In bellis victoria & triumphus est donum Dei singulare, Judith. 16, 23. 1. Macchab. 3, 17. 2. Chron. 20, 17. Esth. 9, 2. Deut. 2, 36.

Agnovit hoc Trajanus, dux Valentis Imperatoris, quorum ille ideo sinistro Marte pugnasse exercitum Cæsaris scribit, quod viros Dei ex Ecclesia ejecisset. Theodoretus lib. 4. cap. 29. historiæ. Vincunt quoque Pii & fideles

Mundi incredulitatem & concupiscentiam, 1. Joh. 2, 15. 16. *Crucem:* ad metalla damnati sunt captivo corpore, sed corde regnante, ait Cyprian. Epist. 77. ad fratres. *Carnem propriam,* Rom. 7. 1. Cor. 9. ult. Gal. 5. crucifigunt carnem. V. *Concupiscentia domanda.* Hæc victoria soli Deo, qui est *Jehova nissi*, adscribenda, Exod. 17, 15. ad hunc solum manus nostræ extendendæ cum Mose, Chrysost. hom. de Mose: *Sola est laudabilis* hæc Victoria. Exercetur enim erga hostes 1. callidos, 2. internos 3. plurimos. 4. potentissimos. 5. familiarissimum scil. carnem. Malè Alexander M. qui tot populorum victor, *iræ tamen & tristitiæ succubuit*, ut alicubi Seneca commemorat. Aliquando victoriam Deus in somno significat: V. num. 4. hoc Tit.

Effectus victoriæ: perculsio etiam fortium animorum, Psalm. 46. Justinus lib. 9. cap. 5. histor.

§. 3 Gratiæ Deo vero pro *victoria agendæ.* Setho Atheniensium dux cum ob partam victoriam, captumque Cotym Regem ac fusum à civibus laudaretur, qui etiam tropæa ipsi erigebant, dixit: *Hæc diis deberi*, se solum laborem præstitisse. Plutarch. Itaque *non adscribenda idolis*, ut fecit Maximianus, fol. 766. Baron. tom. 2. non ex fertilitate Religio æstimanda. n. 15. 20. Ibid. Titus Imperator noluit coronari, post captam Jerusalem, quod soli Deo victoriam referret acceptam. Philostrat. l. 6. de vita Apollonii. Joseph. l. 7. c. 16. Belli Judaic.

Exempla victorum à piis, impiorum. Vicit 1. Sam. 14. Jonathan hostes. Gen. 14. Abraham vicit Reges. Exod. 2. Moses Ægyptium. Exod. 17. Israelitæ Amalekitas, Cananitas, Num. 21. Amoritas, Ibid. Ogum Regem in Basan, Ibid. Midianitas, Num. 31. Cananitas, Jos. 5. Jerichuntanos, Jos. 6. Haitas, Jos. 8. Judic. 1. Adonibesekum. Judic. 3. Moabitas.

§. 4 *Victor insolens* Rex Franciæ supplex olim venit ad Carolum Ducem Burgundicum, cui hic Dux induit thoracem Burgundicum. Huic confessio victoriæ inscripta erat: VIVAT DUX Burgundiæ; atque ita ornatum Regem Carolus Leodii suo exercitui ostendit. Witteberg. in programmatibus D. iiii. Confer 2. Chron. 25, 19. Victor *clemens* & facilis: vide Sabellicum fol. 54. Exemplor.

Victoriæ etiam in somno aliquando patefactæ: v. g. Gideoni Judic. 7. Theodosio, Honorio, Fulgos. l. 1. c. 5. Alexandro M. expeditionem in Judæos molienti, Chronic. Carion. à Philippo locuplet. l. 2. Sethoni, Ægypti Regi, Herodot. lib. 2. Huc spectant, quorum exempla commemorat Cornel. à Lapid. in h. l. & Th. Zvvinger. in Theatr. Exempla *illustrium victoriarum* vide Gen. 14, 14. Jos. 11. v. 1. 7. 1. Sam. 14, 6. 14. 2. Chron. 13, 14. & 14, 11. 12. & 24, 24. 1. Macch. 3, 6. 22. Sabellicum fol. 57. Paul. Orosium lib. 2. c. 9. & 11.

VICTUS.

Donatur à Deo, Genes. 1, 29. 30. Ps. 36. & Psal. 145, 15. & Psal. 147, 9. 10. Deut. 10, 18. paratur in sudore, Gen. 3, 19. non præpostera sollicitudine, Matth. 6, 25. Luc. 12, 22. 1. Tim. 6. Psal. 127. vide *Solicitudo.*

VIDEO.

(1) *Corporaliter*, sentire, Act. 2, 27. (2) Moraliter, est prudentem esse, circumspectè agere, Eph. 5, 15. (3) *Spiritualiter tantum*, v. g. Joh. 8. Abraham vidit diem Christi. 1. Pet. 1. non vidimus & tamen credimus. (4) *Spiritualiter & cor-*

poraliter: sic apertè Christum viderunt Apostoli, Joh. 1, 14. Huc pertinet *oculus simplex* Matth. 6, 22. Luc. 11, 34. Impeditur oculus ad videndum spiritualiter 1. *Opinionis* præconceptæ phantasmate: Hoc impedimento laborarunt Judæi de regno Messiæ corporali; sic & discipuli opinione hâc fascinati Christum non videbant. 2. *Pulvere terrenarum voluptatum.* 3. *Calce invidiæ.* Hæc si oculis injiciatur, hi non funguntur officio. 4. Scopi negata observatione veri: vide Phil. 3. *ad metam.* 5. Tenebrarum amore: Luc. 11, 36. *Vide, ne lumen, quod in te est, tenebræ fiant.* Videns propheta, 1. Sam. 9, 9. Obediens, Deut. 29, 4.

VIDUA.

§. 1 *Nominalia:* χήρα Græcis à χηρεῦν, quod est desolare, destruere. Dicitur etiam μεμονωμένη solitaria, sola, 1. Tim. 5, 5. *Viduertas* olim dicta est calamitas, ut scribit Sextus Pompejus. *Ambiguitas: Populus & civitas oppressa* vastataque dicitur vidua, Apoc. 18, 7. Esa. 47, 8. 9. Threnor. 1, 1. c. 5, 3. Ecclesia pressa, Esa. 54, 4. cui Deus subvenit tandem, Jer. 51, 5.

Dignitas viduarum, summa est, quòd earum tutor sit & judex ipse Deus: non sic dicitur Regum, Tyrannorum aut aliorum tutor.

§. 2 *Deus viduas fieri facit*, cum maritos ex hac vita avocat pro judicio, vel sapientiâ suâ, Psal. 109, 9. 13. *Conservat Deus* viduas, Deut. 10, 18. est judex viduarum, Psal. 67, 6. has suscipit, Psal. 145, 9. firmos earum terminos facit, Prov. 15, 25. consolatur easdem, dum calicem consolationis eis non subtrahit, Jerem. 16. v. 7. Patet id *exemplo viduæ Nainiticæ:* calix tribulationis in filii morte; calix consolationis in filii resuscitatione, Luc. 7, 11. *eidem propinatur.* Duo membra probè notanda in hac historia.

Exempla: 1. Reg. 17, 9. 10. 11. 12. 2. Reg. 4, 4. Ruth. 1, 3. 4. 5. 1. Reg. 17. 2. Reg. 4. Luc. 2, 35. c. 4, 25. Debora, Judic. 4. si credimus *Ambrosio lib. de viduis;* Hic non placet Hieronymo ad Furiam, cum illa Debora maritum habuerit. Judith, quam egregiis ornat laudibus Hieronymus ad Furiam, & Ambrosius. Chrysostomus hom. 10. in varia Matthæi loca. Paula & Marcella, Romanæ apud Hieronymum in Epitaphio Marcellæ. Vide plura apud Zvving. fol. 2270. seq.

Copia earum est index divinæ iræ, Jer. 15, 8. c. 18, 21. Ps. 109, 9. Es. 9, 17.

Tribulationes earum sunt variæ: *Calamitas* è morte filii unici, Luc. 7, 11. Confer. 2. Sam. 14, 7. *Oppressio*, Esa. 1. Exod. 22, 22. Psalm. 94, 6. Esa. 10, 1. 2. Jerem. 7, 6. c. 22, 3. Ezech. 22, 7. *Paupertas*, Actor. 6, 1. *Devoratio ædium viduarum*, Matth. 23. *Laus status hujus* apud Ambros. lib. de viduis, Augustin. *de bono viduit.*

Officia nostra erga viduas.

§. 3 *Amare eas:* amavit viduam populus Nainiticus Luc. 7. comitans filii funus unici defuncti. *Visitare eas*, ἐπισκέπτεσθαι, Jac. 1, 27. notatur hac voce omnis inspectio & cura in viduas impendenda; id enim vox ea notat: accipitur quoque de visitatione incarceratorum, Matt. 25, 43. gratiosa Dei visitatione, Luc. 1, 68. 78. *honorare,* 1. Tim. 5, 3. *Non nocere*, Exod. 22, 22. Deut. 27, 19. maledicitur is, qui justitiam erga viduas non exercet. *Non occidere*, Ps. 94, 6. *parcere illis*, Sap. 2, 10. & *defendere:* causa viduæ intret ad te. Bern. lib. 1. c. 10. de considerat. ad Eugen. *Non comedere earum domos*, Matth. 23. *defendere eas per viam justitiæ:* Es. 1, 17. defendite viduam. Ferdin. Imperator ministris viduam aditu intercludentibus dixit: *Sinite ad me venire viduas miseras; Has enim si non audiverimus, nos etiam Deus non audiet.* Confer Cyprian. lib. 3. ad Quirin. c. 113. Jerem. 5. causam viduæ non judicaverunt. *Non offendere per injustitiam*, Esa. 1, 23. Jer. 5, 28. Zach. 7, 10. Jerem. 7, 6. Sir. 35, 17. 18. 19. Prov. 23, 10. Ezech. 22. Confer Cyprian. lib. 3. cap. 113. ad Quirin. Job. 24, 3. Zach. 7, 10. Malach. 3, 5. Si viduam læseris, viduarum provisorem ad iracundiam provocabis, Chrysost. tom. 5. hom. 5. de pœnitentia, *non opprimere eas*, Es. 10, 1. 2. *Non accipere pignori vestes earum*, Deut. 24, 17. *Misereri earum*, 2. Reg. 4. ut Elisæus. 1. Reg. 17. ut Elias. Actor. 9. ut Petrus. *Prospicere de alimonia*, Deut. 14, 28. 29. c. 24, 19. 1. Tim. 5, 3. Job. 11. c. 29. ne eorum oculi contabescant. Paterno affectu *erga eas præditum esse*, Sir. 4, 10. Olim eques auratus creatus, in viduarum curam jurare tenebatur. Hector Boeth. lib. 12. Eliphas accusat Jobum, cap. 22. quod vacuas dimiserit viduas. Nulla vidua vacuo sinu reversa est à Cypr. In vita Cypriani Ponticus. *Consolari*, Job. 29, 15. Justinianus Cæsar prædatorem viduæ vestibus exui jussit, asinæ imponi, ac per urbem duci, ut cunctis innotesceret tam atrox facinus. *Sepulturæ locum non denegare:* Alphonsus Rex Arragoniæ sacerdotem, qui pro loco sepulturæ pecuniam à vidua exegerat, brachio-tenus vivum in terram defodi jussit. Philippus in Postill. *Bona earum tueri:* sic in publico censu illa olim Romæ conservata esse, tradit Sabellic. l. 4. Ennead. 5. cum bellum secundum Punicum gereretur.

Supplicia eorum, qui viduas violant: Magdonaldus, prædo Roffensis, viduæ, de injuria questæ ac ad Regem se ituram minitanti, solas ferreas pedibus affigi fecit: sed à Jacobo I, Angliæ Rege, strangulatus est. *Quales olim fuerint in tabernaculo?* nempe, quæ cultui Dei inserviebant. Chemnit. p. 157. Harmon. Evangelic. fusè explicat & persequitur.

§. 4 *Miseria viduarum:* I. Sunt solutæ vinculo, quod Deus in hac vita sanxit. Qui duo erant in carne, illi duo separantur, ut duplex caro fiant; altera in hac; altera in altera vita.

II. *Privatæ solatio, capite marito:* inde amaræ viduæ, amaritudine affectæ, Ruth. 1, 20. Eph. 5, 25. caput desiit esse maritus.

III. *Mortuo marito, omnes simul moriuntur consolatores.* Similes 1. turturibus: 2. amputatis truncis, dumeto. *Contemnunt spinam, cum cecidere rosæ:* Viæ complanatæ, Esa. 51, 23.

§. 5 *Viduarum solatia plurima:* Deus enim est omnis fidelis animæ maritus, Es. 54, 5. Ose. 2, 19. Deut. 10, 18. Dei pro ipsis cura ac providentia, Exod. 22, 22. Ps. 68, 6. & 10, 14. Sir. 35. Prov. 15, 25. Deus dicitur viduarum גואל redemptor, vindex

vindex, Proverb. 23, 10. Pſ. 132, 15. & 146, 9. *Christi erga eas miſericordia.* Luc. 7. Naëmiticam viduam. *Dei promiſſio paterna*, Jer. 49, 11. *exemplorum evidentia*, 2. Reg. 17, 9. 2. Reg. 4, 1. *Patrum nomenclatura:* Ignatius Ep. ad Tharſ. viduas altare Dei vocat, quod beneficia in viduas collata, Deo ceu ſe altari oblata gratiſſima ſint. *Dei exauditio*, Sir. 35, 27. Tob. 3, 24. 25. *Pœnarum in viduarum oppreſſores gravitas*, Eſ. 1. 17. *Væ* illis dicitur, Exod 22, 22. Deut. 16, 14. c. 24, 17. 19. 20. c. 26, 12. 13. & c. 27, 19. Sir. 4, 10. *Gladius* interminatur, Exod. 22, 24. Liberisq; eorum maledicitur, Pſ. 109, 10. 2. Maccab. 3, 10. Exemplum *Heliodori.* Plato lib. XII. de legibus: *Miſerorum cauſæ propriè ſunt Dei*, ac proinde nemo debet pupillos ac viduas affligere, ne Deum ultorem & hoſtem ſentiat. Auxilii viduis *præſtitii ſuavitas*, 1. Reg. 17, 12. 2. Reg. 4, 5. Ruth. 1, 5. c. 4, 1.

§. 6 Virtutes *pietas & liberalitas*, 1. Reg. 17, 8. Marc. 12, 41. Luc. 2, 36. c. 4, 25. de virtutibus vide 1. Tim. 5. & Hieronymum in h. l.

Pietas exemplaris: Judic. 5. Debora. Luc. 7. vidua Naëmitica. Luc. 17. Vidua illa precibus dedita, Luc. 2 v. 36. Tit. 2. Spes in Deo, 1. Tim. 5, 3. Oratio, ſic de Hanna 1. Sam. 1. 1. Tim. 5, 5. Luc. 2, 36. *Devotio*, Luc. 2. Jus Canonic. d. 81. c. ult. meritis & orationibus Eccleſiam adjuvent. *Obſequioſa* ad cultum: Olim honeſtæ viduæ depoſitis Oeconomiæ laboribus ſtudio Religionis militabant Deo precibus, jejuniis aliisque muneribus ſacris. Quibusdam harum vitium intulerunt filii Eli, 1. Sam. 2, 22. Horſum Hanna illa apud Luc. cap. 2. v. 37. atque illæ, de quibus Paulus 1. Tim. 5, 9. Ex quo loco illud non concluditur, tempore Pauli quasdam abjurato conjugio, voto ſeſe perpetuæ caſtitatis innodaſſe; nam ſecunda earum vota, non ſunt peccata 1. Cor. 7. judicanda: ſed quatenus 1. fidem ſervitii, qua Eccleſiæ miniſterio ſe ſponte dediderant, fregerunt: 2. Dei timorem excuſſerunt: 3. Contra Chriſtum laſcivierunt: 4. abjectâque pauperum curâ otio ſeſe emanciparunt: Et hæc eſt prima illa fides, cujus fractæ accuſantur. *Liberalitas*, Luc. 21. *Hoſpitalitas*, 1. Tim. 5, 9. *Temperantia*, Luc. 2, 36. Judith. 8. verſic. 4. *Caſtitas:* ut Juditha, Anna, Naëmi. Ambroſ. de viduitate: *Eſto vidua temperans & caſta. Tempera te primum à vino, ut poſſis caſta eſſe ab adultero: nec te ille tentabit, ſi te vina non tentant. Nam ſi Judith vidua vinum bibiſſet, utique cum adultero dormiſſet. Thamar neglectæ caſtitatis ab aliis accuſatur, excuſatur ab aliis.* Vide Lyram in Gen. 38.

Fugiant libidinem Barbaræ, quæ vidua fuit Sigiſmundi Imperat. paſſerum exemplum ſibi proponi exoptantis. Valeria nob. fœmina Servio nupta, cum poſt hujus mortem interrogaretur, cur nubere nollet? reſpondit: Quia Servius meus licet aliis mortuus ſit, apud me tamen vivit, vivetque ſemper. Confer de hac caſtitate Tertullianum in fine exhortationis ſuæ ad caſtitatem. *Fama bona*, Judith. 8, 8. & *irreprehenſibilitas*, 1. Timoth. 5, 7. *Converſatio* caſta, honeſta.

Vitia: Garrulitas, Otium, 1. Tim. 5, 13. Voluptas, 1. Tim. 5. §. 7

Veſtibus olim peculiaribus utebantur. Gen. 38. Thamar. Mulier Themitis lugubribus veſtibus induta fuit, 2. Sam. 14.

Viduarum miſer ſtatus: Ægypti viduam adumbrabant per columbam nigram, quæ ſola degeret. Turtur lugens maritum. *Truncus ſucciſus*, de quo quilibet ſibi ligna decidit; id eſt, quercu cadente quivis ligna colligit. *Scala depreſſa:* Via complanata, quorumvis inſultibus. Ætas ejus undiquaque moleſta; ſi vetus eſt, deſpicatui ducitur; ſi juvenca eſt, inſidias patitur. *Miſeriæ concatenatæ*; ſic Luc. 7. vidua privata & marito & filio. Iis ut plurimum pupilli adjunguntur, ad amplificandam eorum miſeriam in ſacris ſcripturis.

Liberi earum ſunt inſtar ſcintillæ, 2. Sam. 14, 7. ideo de amiſſione liberorum valde dolent, d. l. & Luc. 7. vidua Naimitica.

§. 8 *Vidua fit reſpublica*, cum malis oppreſſa jacet, Threnor 1. v. 20. & 1. Anima ſtulti & peccatoris *vidua eſt ſpiritualiter:* Auguſtin. tract. 15. in Johan. Caret enim intellectu, qui mariti vicem præſtat, & obtemperat quinque ſenſibus. Certè remotior allegoria eſſe videtur; etſi eam adduxerit Barradius Tom. 2. comment. in concord. lib. 8. c. 7.

Vidua ſacerdotis defuncti poterat duci in matrimonium à Sacerdote, Ezech. 44, 22. Sacerdos in V. T. eam non ducebat, Lev. 21. Ezech. 44, 1. Ut ſacrum ſemen intacto puroque arvo caperetur: 2. Virgo tenella in obſequium omnis modeſtiæ à viro traheretur: 3. Neque natales ſummi Sacerdotis cum aliis familiis temerè miſcerentur.

Viduæ à ſecundis nuptiis non arcendæ: 1. Tim. 5. v. 14. nubat in Domino. Theodoret. 1. Cor. 7. v. 8. & 9.

Celtæ olim ſuperſtites maritas occiderunt, & ſummo odio probroque habuerunt, eas ſecundum nubere. Sic Americani quidam: de illis vide Cluver. in Germ. antiqua. Romæ olim feſtis diebus nubebant, ut non haberent multos nuptiarum ſecundarum ſpectatores, Plutarch. in quæſt. Rom. Error Hieronymi merito notandus ſecundas nuptias improbantis. Vide *Tit. Conjugium.*

VIGILIA. Æ. *Stationes.* §. 1

1. *Eccleſiaſtica.*

Pro his ſtrenuè pugnat Card. Baron. & in annalibus, & in Martyrolog. ad diem 5. Januar. Jac. Bayus lib. 3. hiſt. c. 56.

Differentia: Statio fiebat interdiu. Quædam etiam ſine jejunio fuerunt diebus Domin. Adventus & Quadrageſimæ. Autore Gregorio.

Opera: 1. Jejunare. 2. In oratione perſeverare. 3. Ad ſepulchra Martyrum vigilare.

Ubi? In Cœmiteriis Martyrum populus vigilias agebat, & cibos ſanctificandos eo deferebant.

Adjunct. Jejunium. Bellarm. c. 22. de Jejun.

Statio: Vide Isidor. lib. 6. cap. ult. Etymol. Raban. lib. 2. de instit. Clericor. Tertull. lib. de conjugio.

§. 2 II. *Mathematicæ & distributivæ temporis nocturni.* Hinc quatuor olim vigiliæ Romanæ militiæ (à qua, inde à temporib. Pompeji, illis Judæi usi) frequentes sacris literis, Judic. 7. v. 11. 19. 1. Sam. 11. Luc. 2, 8. c. 12, 38. Matth. 14, 25. Marc. 13, 35. Thren. 2, 19. Prima vigilia conticinium. Secunda intempestum. Tertia Gallicinium. Alii sic vocant: Vespertinum, conticinium, noctem intempestam, Gallicinium tribus post mediam noctem horis. Luciferum: Alexander ab Alexandro lib. 4. cap. 20. Genial. dierum. Tiraquell. in h. Baron. T. 1. ad an. Chr. 34. Arnob. in Ps. 130.

Canon: Pro Vigiliis Ecclesiasticis, Can. 49. Concil. IV. Carthagin. De abusu hodiernarum in Ecclesia Romana Vigiliarum, ad luxum & impudicitiam, testatur experientia, & Marcellin. de Pise, Tom. 3. Encyclopæd. fol. 164. Alphons. de Mendoza in 1. Sam. 5. Can. 11. Concilii Antisiodor.

VIGILO.

1. *Deus* vigilat pro nobis: vide *Providentia Dei.* Huc phrases: *Oculos* Domini *apertos esse: non dormire:* Item, *curare* de nobis, &c.

2. *Angeli* vigiles. Vide *Angelus.*

3. *Homo*, vigil in choro. Vid. *Minister.* Esa. 62, 6. Matth. 24, 42. 43. c. 25, 13. c. 26, 41. Matt. 13, 33. Luc. 12, 34. 21, 36. Rom. 13, 11. 1. Corinth. 15, 34. 2. Tim. 4, 5. 1. Petr. 4, 7. cap. 5, 8. 9. 1. Thess. 5, 6. Col. 4, 4.

Homo fidelis expectans Dominum, Matth. 25. siquidem media nocte veniet, ut Exod. 11, 4. ut fur, 1. Thess. 5. Sed & in orationes vigilare debemus, 1. Pet. 4, 7. hoc est vivere temperanter, ut idonei simus ad cor nostrum erga Deum elevandum: Ps. 25. *Ad te levavi animam meam.* Ut fructum sequamur, Ambros. in Ps. 118.

Quotidiana tibi messis (vigiliæ & orationis) *quotidianus est fructus.*

VIGILANTIA.

§. 1 1. Notat *abstinentiam* à somno, *propriè* sic dicta.

2. *Metaphoricè* sedulam animi *prudentiam*, quâ nobis ab hostibus spiritualibus cavemus, ut securitatem fugiamus, 1. Petr. 5, 8. Ps. 63, 2. Ps. 3. Evigilavi & dormio.

3 *Dei providentiam jugem*, & amorem paternum erga nos. Jer. 31, 28. vel iræ accelerationem. Jerem. 1, 10. virga vigilante adumbratam. Confer Dan. 9, 14.

4. *Angelorum custodiam*, Daniel 4, 10. 14. 20. 23. Hebr. 1. v. ult.

Prima dici potest vigilantia Physica. Secunda Theologico-Ethica & moralis. Tertia Divina. Quarta Angelica.

5. Peccatum *vigilare* dicitur: cum conscientiæ stimulis homines agitantur, Threnor. 1, 14. Cave igitur, ne in peccatis obdormiscas, Eph. 5, 14.

6. *Politica* vigilantia est eorum, qui civitatem custodiunt, Psal. 127, 1. v. g. magistratus, milites, custodes.

7. *Pastoritia*, Luc. 2, 8. eaque *corporalis*. Spiritualis est Pastorum Ecclesiæ, Actor. 20, 31. Hebr. 13, 17. Apoc. 3, 2. & omnium in universum fidelium animarum. De hac postrema dicturi sumus porro. Est & *Magistratus vigilare* super populo suo. Sunt enim ποιμένες λαῶν, pastores populorum. Et militaris vigilia, 1. Macchab. 12. Jonathan præcepit vigilare, Jer. 5. v. 6. Leopardus vigilans.

§. 2 *Est etiam Vigilantia* in malo & studio vitiorum, v. g.

Mycerinus, Rex Ægypti, noctes diesque helluans se totum delitiis dedit, eisque invigilavit.

Latrones in regione Dæmonis ad occidendos homines perpetuo excubant. 1. Pet. 5, 8. *quærit, quem devoret:* Jobum solicitè observat cap. 1, 8. 10. Satan.

Fures ad capienda proximi bona, Matth. 6. v. 19.

Alii in Venere, lusibus, Job. 24, 5.

Avari in curis divitiarum, 1. Tim. 6. v. 9.

Causæ ad vigilantiam spiritualem hortantes variæ sunt:

Dei mandatum, Marc. 13, 37. *Omnibus dico, vigilate*, Matth. 26. *Vigilate & orate*; nempe & nos tentatione noctis circumvallati sumus in hac vita, non minus ac olim discipuli. Vigilemus, vigilemus!

Sumus sub Deo Domino Zebaoth, militiarum & exercituum: Vult ergo nos vigilantes esse. Job. 7, 1. *Militia hominis vita super terram.*

§. 3 *Necessitas nostra* ratione animæ & corporis, non nisi vigilantiâ servandorum. Utraque enim devorare satagit diabolus: corpus ut lædat, Job. 1. animam ut enecet. Joh. 8. *homicida* Diabolus.

Pericula varia undique, 1. Pet. 5, 8. Circumit nos Satan, sicut leo rugiens, &c. Matth. 26, 41. ne intretis in tentationem: leo, tentatio, dira pericula!

Fur est Diabolus, qui nostri cordis parietem consiliorum & illecebrarum jaculis perfodere tentat. Hilar. in cap. 24. Matth. En periculum!

Status mundi scandalosi & lubrici. Est enim mare periculosum, in quo Syrtes, Charybdes multæ, quas non nisi vigilantes effugiunt.

Christi adventus inexpectatus: Veniet enim sicut fur in nocte, 1. Thess. 5, 2. Confer Matth. 24, 42. 43. c. 25, 13. Marc. 13, 33. Luc. 12, 37.

§. 4 *Vigilantiæ utilitas* illustrata similibus. Milites humi, sub dio, non in lecto, nec sub tecto vigilant: Nos Christi milites sumus, 2. Cor. 10. v. 2. 3.

Cursor de nocte currit, ut iter expediat, & vigilat: Curramus in stadio nostro vigilando, Hebr. 12, 1.

Grues vigilant impensè, ut sibi prospiciant, Vigilantiâ opus est, si spiritus illos in aëre dominantes Eph. 6. v. 12. effugere velimus.

Nauta annon vigilat, ne navim illidat scopulis. *Piscator* tædia noctis perfert vigilando, ut capiat pisces: Ne te Satan hamo

hamo peccati capiat, etiam atque etiam prospice.

Pastor sub dio & noctu vitam agit; supponit lapidem capiti peregrinator. Excitatus scalam vidit Jacob. Chrysost. hom. 22. ad populum Antioch. Sic vigilantibus præsto est Dei favor.

Qui per *præcipitia ambulant*, summaque montium cacumina, solicitè cavent, ne dormitando nutent, præcipites lapsuri, ni vigilent. Exempla tot eorum, qui horrendum sunt lapsi, suadent vigilantiam.

Exod. 25, 37. *Lucernæ septem* ardebant coram Domino: Sic tua lux luceat coram Deo fide: coram hominibus charitate: neutram pone sub modio, sed fac splendere; illa ut efficax per charitatem, Gal. 5, 6. Hæc verò charitas per operationem.

Luceat *& lampas expectationis* & præparationis tuæ cum sapientibus virginibus, Matth. 25, 2. Omnes igitur vigilemus, Matth. 24, 43. 42. cap. 25, 13. Marc. 13, 37. Luc. 12, 37. cap. 21, 36.

Habac. 2. v. 1. seq. Sic & nos vigilando stemus in officio, & in Domino speremus.

Genes. 28. Jacob dormiens vidit tamen scalam: Sic Christum JEsum, sive vigilantes sive dormientes, jugiter videamus. Confer. Greg. l. 5. Moral. c. 22. alias 21. de quo & num. 4. ex Chrysost.

Cantic. 5, 8. *Dormio, sed cor meum vigilat.* Ægyptii vigilantiam significabant per *caput leonis*, qui dormiens oculos tamen apertos habere dicitur: ita etsi corpus dormiat nostrum; tamen anima nostra Deo vigilet.

Vigiliæ spiritualis 2. sunt Partes:

I. *Attendere lumini* spirituali, & oculos mentis habere apertos, Prov. 8, 17. 34.

§. 5 II. *Tenebras torporis* & negligentiæ spiritualis pellere. Gregor. M. hom. XIII. in Evangel. fidem, timorem, pietatis studium diligenter fovere. (Sicut contra *somnus spiritualis est cessatio & privatio timoris Dei, securitas.*) Atque hæc vigilantia datur à Christo, qui est Princeps militiæ cœlestis, autor summus vigilantiæ in passione. Origen. in Genes. hom. 15. *Utinam Jesus imponat manus super oculos ut videamus!* Optemus & nos: *Utinam vigilemus!*

Quatuor sunt causæ ob quas vigilemus.

§. 6 I. *Insidiæ Diaboli:* is enim à tergo vitiis insidiatur: à fronte variis mundi promissis nos tentat: subtus per varios fraudum cuniculos inexpectatus irrumpit, 1. Thess. 3, 5. Alias per voluptates nobis blanditur, per errores recta corrumpit. Matth. 13. *seminat zizania.*

2. *Internus Adam*, vetusque ille homo: Rom. 7. hostis in membris.

3. *Mundus fœdifragus*, qui ad sui amorem nos pellicere studet & scandalis seducere.

4. *Baptismus* noster, in quo vigilantiam sumus polliciti Deo nostro, ut partem obedientiæ.

Utilitates & præmia vigilantium.

§. 7 *Christus illis patefit:* Luc. 2. pastoribus vigilantibus Christus manifestatur; sic & nos spiritualiter vigilemus, Ps. 63, 2. Cant. 5, 1. Esa. 26, 9. Contrà securi & dormientes cœlo excluduntur, Matth. 25, 11. 12.

Hostis innotescit: Qui enim vigilat, hostem videt, dormiens non videt: ita securi diabolum non norunt, qui illos securos opprimit.

Ne te incautum opprimat somnus. Hostis fugam simulat & abitum, ut voti sui compos

Invadat urbem somno vinoque sepultam.

Sic diabolus, nisi vigilaveris, incautum te obruet, ut leo conteret, 1. Petr. 5, 8. Simus igitur animalia oculatissima, Apoc. 4, 6.

Ne insidiis circumveniat: sicut dormientes facilè pericula incurrunt (exemplo Saulis 1. Samuel. 26.) hostica.

Nec tuam beatitudinem impediat: Beati enim sunt, quos Dominus vigilantes invenerit, Luc. 11, 37. Apoc. 16, 15.

Vigilia sit perpetua; scilicet omni horâ: quia nescimus horam, quâ Dominus venturus est, Matth. 24, 42. c. 25, 13. Luc. 21, 36. *Omni tempore.* Constantinopoli fuit anno 459. Ordo Acæmetarum, hoc est, non dormientium: Erant enim divisi in tres partes, quarum primâ desinente, mox secunda succedebat, & quoque deinde tertia &c. tempore Episcopi Gennadii. Sic nos semper laudemus Dominum in solo, laudabimus in polo!

Prodest, ut caveamus insidias Satanæ; sicut oculus corporis prævidet eminus spinas, foveas, Macar. homil.

Impeditur verò vigilantia hæc:

§. 8 1. *Somno securitatis*, quo homines obruuntur: de eo Ecclesiast. 9, 12. Ps. 39, 7. Rom. 2, 5. 2. Tim. 2. v. ultimo.

2. *Gaudio mundi*, quo inebriantur: væ illis dicitur Luc. 6. v. 25. Somnoque spirituali immerguntur, à quo nos surgere debemus, Rom. 13, 12. Ephes. 5, 14.

3. *Oneribus, quibus defatigamur:* Hæc onera sunt curæ variæ, corda nostra prementes. Luc. 21. Cavete, ne corda vestra &c. Ps. 39, 7. 8.

4. *Crapulâ & comessationibus*, quibus extinguitur pietas, mater omnis vigilantiæ. Confer Chrysostom. hom. 9. ad pop. Antiochen. post medium.

5. *Blanditiis Satanæ ac mundi*, nos à sancta vigilantia abstrahentium.

Vigilantibus Deus gratis præmia confert, ut ille Cæsar, de quo part. 2. hor. recreatitiar. p. 251. Leo nempe Constantinopolitanus, è Cuspiniano historico: qui duas auri libras fidelibus custodibus dedit, punitis illis, qui munera acceperant. Vide Cuspinianum ipsum.

Patres de ea.

§. 9 Gregor. Nyssen. Orat. XI. in Cantic. Cantic. Ephrem de Compunct. cordis c. 2.

Augustin. serm. 17. ad frat. in Eremo, serm. 23. de verbis Domini.

VILLA.

§. 10 Villam emi, Luc. 14. D. Luth. intelligit sacerdotium Leviticum Judæorum, quod Messiæ regnum & Evangelium sprevit, & venire renuit ad cœnam Domini. Alii villam 1. Animæ,

mæ. 2. Corporis. 3. Fortunæ & bonorum hujus. Theophyl. avaros intelligit.

Iniquus Villicus, Luc. 16, 1. V. *Oeconomus.*

Imago iniqui villici, Esa. 22, 18. 19.

VINCTUS, VINCULA.

Confer Carcer, Catenæ.

§. 1 Ephes. 4. *vinctus in Domino*, ad Philem. v. 13. Heb. 11, 36. *Vincula* sane Pauli

1. A S. Sancto *prædicta*, Act. 9, 16. c. 28, 11.

2. A Judæis *procreata*, Act. 21, 27. 28. seq.

3. Amoris Pauli erga Christum *signacula*, Act. 20, 24.

4. Charitatis erga auditores Ephesios *monumenta*: non enim in carcere eorum obliviscitur.

5. *Honoris signa*: Vinctum esse propter eum, qui vinciri non potest, honos est. Hinc Babylas Martyr sepeliri voluit una cum catenis, ut in iisdem resurgeret.

6. *Innocentiæ documenta.* Est enim Paulus vinctus in Domino. 1. ob Dominum vel Domini confessionem. 2. In fide erga Dominum.

7. *Constantiæ incentiva.* Quia enim in Domino vinctus erat Paulus, & pro Domini fide, ideo fas erat, Ephesios non oblivisci præceptoris sui, qui ipsos fidem hanc docuerat.

Confer Chrysostom. hom. 8. & 9. super cap. 4. ad Ephes. Cyprian. libr. 3. Epistol. 25. lib. 4. Epist. 1.

§. 2 *Piorum vincula martyrii, ornamenta sunt* maximè gloriosa. His impensè gavisus est Cyp. Martyr, vide Baron. tom. 2. annal. fol. 595. n. 25. 30. & fol. 610. Hæc non incommode applicaveris ad locum Philipp. 3. Transformabit corpus humile, &c. n. 45. ibid. Vinculis nos quoque corporis exuet Dominus!

§. 3 Vincula Christi in passione nos monent de

1. *Infinita ejus bonitate*, pro nobis ligati.

2. *Nostri iniquitate*, qua meriti vincula eramus.

3. *Nostra liberatione* per eundem Christum.

Vincula symbolicè repræsentata.

Vinculum charitatis, quo vel Deo vel proximo agglutinamur: Indissolubile est hoc vinculum cum Deo, Rom. 8. Quis separabit nos, &c. Oseæ 11, 4. Jer. 31. In funiculis *charitatis*, Ezech. 28. v. 37.

Cum Deo v. Davidis cum Jonathane, 1. Sam. 18. v. 1.

Pacis: Eph. 4, 3. Coloss. 3, 14. Hoc vinculum si geminum est, vereque firmatum in corde, non rumpitur facile, sed constans est, iram compescens, & proximi infirmitatem lenitate sufferens, non mox concordiam scindens.

Corporis & carnis, quod morte solvitur.

Vincula calamitatis rumpit Deus solus, Psalm. 107, 14. Psal. 116, 16. Nahum. 1, 13. Jer. 30, 8.

Captivitatis corporalis v. Gen. 42, 16. seq. c. 43, 14. Judic. 15, 14. Job. 39, 8. Es. 10, 4. Spiritualis. Sic in mundo infinitis vinculis capimur, stringimurque.

Angoris & mortis, Ps. 18, 5. & 116, 16.

Prophetiæ & Vaticinii; significantia nempe futuram populi captivitatem, Jer. 27, 2. Fac tibi vincula.

§. 4 *Tribulationis*, quibus nos DEus ligat, ad exercendam orationem, fidem, constantiam. Heb. 13. Mementote vinctorum.

Vitiorum & malæ concupiscentiæ, peccatorum, inveterateque consuetudinis peccandi.

Pudoris, cum quis non vult confiteri peccata.

Impunitatis falso sibi promissæ, cum homo non timet peccare, quod putet Deum non punire peccata, Syr. 5, 4. c. 16, 12.

Seductionis, Ecclesiast. 7, 27. *humanæ* quidem, Prov. 7. Sicut bos ductus ad victimam. Sunt hæc vincula (α.) Immunditiæ. (β.) Avaritiæ. (γ.) Gloriæ. (δ.) Acediæ. (ε.) Taciturnitatis damnosæ in peccato confitendo.

Diabolicæ 2. Tim. 2. v. ult. His vinculis ac funibus constringit incredulos Satan.

(1) Ut cum eo operentur: Est enim efficax in filiis incredulitatis, Ephes. 2. v. 2. (Sicut boves simul vinciuntur, ut simul operentur.)

(2) Ut à Satana pascantur fugacibus hujus seculi voluptatibus: (His enim dicitur væ Luc. 6.) Sicuti equi ad præsepe pascuntur. Mundus est præsepe filiis hujus seculi, Psalm. 17. v. 14.

(3) Ab eodem domentur, sicuti tauri: vide Luc. 8. Dæmoniacum, applica ad impium.

(4) Ne effugiant, aut sibi consulant impii, à Satana constringuntur, Lucæ 11. custodit atrium suum.

§. 5 *At quomodo porrò vinculis implicat suos Satan?*

Hic injicit vincula

1. *Intellectui*, quem excæcat, 2. Cor. 4. ut non videat claritatem Evangelii.

2. *Voluntati*, ut DEO repugnet.

3. *Appetitui*, ut rationi rebellet.

4. *Oculis* ne videant, Luc. 8. *Auribus* ne audiant, Es. 6. Joh. 12.

5. *Pedibus* ne ambulent in via bona sed mala, nempe celeres ut sint ad effundendum sanguinem, Prov. 6.

6. *Collo*, ut hoc in Deum erigant dicentes: Quis est Dominus? Exod. 6.

Est enim Satan spiritualis animarum latro, piscator utens hamo cupiditatis, reti voluptatis, Ecclesiastæ 9. (Piscatorium rete olim Panagron dixerunt.) Venator, Tyrannus suis mancipiis dominans.

7. *Manibus*: his injicit manicas, ne bonum operentur.

8. Utitur insuper Epidromibus (funes sunt, quibus summæ imæque retium partes extenduntur & dilatantur) ut ne manibus ipsius impii elabantur.

§. 6 *Vincula damnationis* Epist. Judæ vers. 6. 2. Chron. 33. Sedechias vinctus in captivitate abductus est: Sic tandem impii in infernum.

Desperationis, quibus vinculis Cain fuit implicitus.

Procrastinatæ pœnitentiæ; cum quis ait: *sub finem vitæ agam pœnitentiam.* Vincula sunt cito rumpenda ei, qui vult salvari.

Christus est solus, qui bona vincula efficit, qui mala vincula destruit, nostri Justificatione, Regeneratione, Consolatione, Exolutione ab omni

omni malo. 2.Tim. 4. Eripiet me Dominus ab omni malo.

Officia

§.7 *Erga vinctos;* eorum (1.) Recordari, Heb. 10,34. c.13,13. (2.) Orare pro eis.

Olim Atheniensium concio miniatâ chorda constringebatur. Charitas sit illud vinculum, sanguine Christi rubricatum, quo nos in fidei unitate & charitatis sinceritate constringi fas est.

Es. 25. *Facies vinculi colligati:* quâ notatur 1. Summa miseria gentium ob metum mortis æternæ. 2. Summa tristitia & luctus eorum, qui mortuos deflent. 3. De Gogo & Magogo inteterituris explicant apud Seb. Munster. in h. l. Esaiæ. Vinculum perfectionis. V. *Perfectio.* V. *Charitas.*

VINDEMIA.

§.1 I. Propriè dicta.

1. Quid? Collectio uvarum ad torcular, & botrorum avulsio à vite.

2. Quis det? Deus, benedicens viti, vinum dans ut lætificet cor hominis, Ps.104,15.

3. Quibus det? Piis, Deum timentibus. Lev.26,5. Apprehendet tritura vindemiam. Jer.31,5. Etiam pauperibus vult quosdam relinqui racemos Deus. Vide Deut.24,21. Levit. 19,10.

4. Quo ordine instituenda? Lev.19,20.

§.2 *5. Quando?* Mich. 7,1. Apoc.14,8.

II. Impropriè: *Vastatio* & depopulatio.

Caussæ. 1. Quis procreans? Peccatum, Thren. 1,22. c.2,20. Jer. 6,9.

Exequens, hostis, Jer.49,9. Oba.v.5. Ps.80,13.

Malus & iniquus homo, Job. 24,6. Jer. 32, 25. Confer 4. Reg. 15. 1. Chron. 5. & 4. Reg.18. de Tiglath Pillesser qui hanc vindemiam instituit.

2. Quos? Apoc. 14,18.19. Jer. 6,9.

VINDEX. VINDICARE.

I. Deus, cujus est vindicta, Rom. 12,19. Es. 1, 24. Apoc.6,10. c.19, 2. Ps.18, 48. & 58,11. & 140, 13. 1. Thess. 4, 6. Es. 43,14.

Christus, Job. 19, 26. Es. 59,20. Rom. 11,26. Vide *Redemptor* suprà.

II. Homo. *1. Magistratus*, Romanor. 13, 4. Ose. 13, 10. 1. Sam. 8, 5. Ps. 72, 4. 14. Luc. 18, 3. 5.

2. Sancti, Ps.149, 7.

3. Privati: quibus interdicta vindicta. Vide Tit. seq. 1. Sam. 25, 27.

Extraordinaria Mosis, Act. 7, 26.

VINDICTA. ULTIO.

Confer Mansuetudo.

§.1 Prohibita, Roman. 12,17. Levit. 19. Sir. 10. Omnis injuriæ proximi. Hanc legem Pharisæi & Scribæ adulteraverunt & odium inimicorum suaserunt, quos corripit Christus duobus modis, Matt.6. I. Per formulam: *Antiquis dictum est.* II. Per Formulam simpliciter hanc: *Audistis, quia dictum est.*

Divina: quâ vindicat sanguinem justorum, Thren. 14, 13. gloriationes hostium, Ezech.35,13. 14. c.36, 2. peccata, Jer. 5, 9.

Quæ instar leonis excubat, Sir. 27, 32.

Sanguinem suorum asserit, Joel. 3, 19. 20. 21.

Patefacit eam Dominus, Psalm. 79. v.10. suo tempore.

Commodus Imperator, ut in Christianos sævus extitit: ita maximè truculentissimam in occidendis Romanis, qui ante plurimum humani sanguinis profuderant, Tyrannidem exercuit. Baron. ad annum Christi 182. fol. 255. n. 5. 20.

Perennis: Commodi, quem modo dicebamus, Imperatoris præfectus, Apollonium Christianum capite truncari faciens, tandem interfectus est, cum uxore, liberis, filio. Dio in Commodo.

§.2 *Hac vindictâ* gaudet pius, Ps. 58, 11.

A Deo præcepta. Num. 31. Ulciscere prius.

Cap. 25. Percutite Midianitas.

Deut. 7. ad internecionem.

Cap. 15. Amalek.

Judic. 16. Simson ulciscitur hostes.

2. Reg. 23. Josias combussit ossa Sacerdotum.

2. Chron. 20. David populum conteri fecit.

Vindicta mortis magnorum Principum.

Bessus Darium Regem jaculis confodi jussit, se Regem fecit. Hunc post Alexander M. per quatuor arbores in terram summâ vi ramis attractas discerpi jussit. Munster. l. 5. Cosmographiæ. Vide *Subditi.*

Ethnica: quâ maximè gavisi Ethnici. Hostium & civium mortem optimè olere dixit A. Vitellius Cæsar. O Tyrannicum murmur!

Per judicem licet ulcisci injurias.

1. Ob boni publici privationem.

2. Malorum correctionem.

3. Divinæ justitiæ manifestationem.

Injuriæ Ecclesiæ vel Deo ipsi illatæ non sunt tolerandæ, C. 23. q. 4. ex Epist. Augustini I. ad Bonifacium, ubi commendat Maximianum Episcopum, qui opem Imperatoris implorarat contra hostes Ecclesiæ; sic Elisæus 2. Reg. 2. vindictam exercuit.

§.3 *Humana privata*, olim receptissima: August. tom. 9. col. 626. c. d.

Eâ *homo* (proh dolor!) delectatur, Sir. 25, 9.

Hæc sit nostra ultio, ut salventur qui nos affecerunt injuria: Gregor. Presbyter. Orat. de Gregor. Nazianzeno. Ne in foro quidem soli quæramus vindictam, quâ nostro rancori satisfiat; sed tantum, ut fiat id quod justum est: quod solum etiam in lege talionis quærebatur, Num. 35, 19. Deut. 19, 20.

Arguit infirmum, fœmineumque animum: ut colligit Juvenalis, Satyr. 3.

Momento tantum delectat: ac perpetrata Vindicta perpetuis furiis hominem exagitat.

§.4 *Nullum fructum fert vindicta.* Quid enim prodest tibi, si proximo unum oculum eruas?

Fructum patientiæ perdit vindictæ cupidus.

Seditiones movet: Josephus refert militem olim Romanum Judæo cuidam posteriora ostendisse in festo Paschæ. Fit concursus Judæorum & præsidiariorum militum, & 20000. illorum perierunt.

Exemplum vindictæ privatæ ejusque horribilis, Zwinger. fol. 273. col. a. §. Mediolan. & Bodin. lib. 4. c. 1. de Repub. & Phil. Camer. part. 1. Hor. subcis. c. 84. ut sequitur §. *Etiam æternam.*

Causam per se justam, injustam facit, Ps. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala.

Se ipsum vult juvare, 1. Sam. 25, 31.

Sævit etiam in mortuos.

Christo jam mortuo vulnus inflixit.

Stephanus Papa corpus Formosi prædecessoris sui ignominiosissimè tractavit. Platina.

Fulvia, Antonii uxor, Ciceronis jam cæsi capite linguam aciculis conscidit.

Facit contra Christi præceptum, Matth. 5. Ne resistite malo.

Etiam æternam homini optat perniciem. Mediolanensis quidam inimicum ulturus quem in manu habebat, pugione faucibus admoto, se jugulaturum esse eum minatus, nisi renunciaret Deo. Ac renunciantem protinus confodit, egregiè sese ultum esse hostem gloriatus, quem & animæ, & corporis vitâ privasset. lib. 4. c. 1. Dæmonom. Bod.

§. 5 *Deo relinquenda*, Rom. 12, 19. Syr. 18, 1. Confer plaga. 1. Sam. 24, 13. Prov. 20, 22. Syr. 28. A Satana proficiscitur, 2 Sam. 19. v. 22. & ab inimico animo, Syr. 25, 19.

Prohibita. Levit. 19, 18. Non quæras ultionem. Prov. 20, 22. Non reddas malum pro malo. Confer Rom. 12, 12. 1. Thess. 5, 15. 14. Prov. 24, 29. Matth. 5, 44. Rom. 12, 19. 20.

Sanguinem manducare prohibuerat Deus, Lev. 7, 26. ut doceret ipsi sævitiam invisam esse.

Punitur à Deo: ut Moses cinerem sparsit super Ægyptios, Exod. 9, 8. Sic precatio eorum, qui opprimuntur, in cœlum ascendit contra eos, qui exercent vindictam. Vide Syr. 35. de Viduis. Ps. 137. *Memor esto Edom.* Proverb. 17, 13. *Qui reddit malum pro malo, ab ejus domo malum non recedet.* Confer cap. 24. Syr. 28, 1.

Mentem & conscientiam vulnerat, 1. Sam. 25, 31.

Eique offendiculum præbet, 1. Sam. 25. 31. 39.

Vindictam *DEI sibi attrahit*, Syr. 28. v. 3. seq.

In Magistratus & judices non exercenda. Vid. *Subditi.* Confer p. 642. Meiger. in Nucleo historiar.

§. 6 *Non cupidi vindictæ*: Vide Zwinger. fol. 2672. a. Coram Deo magni æstimantur vindictæ non cupidi, 1. Sam. 26, 24. 1. Sam. 24. David, 1. Sam. 18, 9. 10. c. 19, 10. c. 26, 7. 2. Samuel. 16, 10. Psalm. 7, 5.

Christus Luc. 9, 55. Vide C. 23. 4. 4. Christus, Stephanus, Actor. 8. vindictam non precatus.

Rex Israel, 2. Reg. 22, 6.

2. Sam. 2. Viri Gabes mortuo Saulo humanitatis officia præstiterunt.

Pericles suum convitiatorem lumine comitatus est domum: Basil. Orat. 21. Vide Valer. Maxim. lib. 4. de Architâ Tarentin.

Augustus injuriarum patientissimus. Vide Senecam lib. de Clementia.

Philippus Macedo criminatori suo xenia & dona misit: Senec. lib. de cohibenda ira.

Marcus Aurelius Imperator monitus, ut supplicium de rebellibus sumeret, Faustinæ conjugi dixit: *Nihil melius commendat Imperatorem Gentibus, quam clementia.*

Sese ulciscens, in supplicium Magistratus incidit, cui ultio commissa est, Rom. 13.

Nobile est genus vincendi patientia: Augustin. Epist. 5. Confer Tertullian. c. 5. de Patientia.

Ab effectu & conseq. Mansuetudine, privatæque vindictæ intermissione hostes lucrifiunt, Prov. 6, 7. Roman. 12, 20. 1. Sam. 24, 18. 2. Reg. 6, 23.

§. 7 *A turpi*: qui seipsos ulciscuntur, Dei officio soli, cui competit vindicta, se ingerunt, nec iræ Dei locum dant, Rom. 12.

Et Dei misericordiam revocant: Chrysostom. hom. 27. in Genesin.

A damno: Ut ignis igni non extinguitur; sic nec injuria injuriis. Chrysostom. homil. 18. in Matth. Exod. 21. Homicida etiam ab altari divellendus erat: Docuit Jehovah se non esse amicum iis, qui vindictam exercent; Imò ultores à Christo, qui est altare nostrum, sese separare.

Sibi ipsi malum conciliat ardens vindictâ; ut servus ille Matth. cap. 18. in jus denuò raptus est.

A negato omni fructu: Quem enim habes fructum ex vindicta? nullum.

Amittis omnem patientiæ fructum, causam justam, injustam reddis, ut diximus.

Peccas in Christi præceptum, Matth. 5. *Nolite resistere malo.*

A Commodo: Vita longæva placidos & mansuetos comitatur. Seneca lib. 2. cap. 33. de Ira.

§. 8. *A Damno*: Homo se ulciscens proprio gladio perit. Animam enim suam per vindictam occidit: inimico mortem corporis, sibi vero animæ infert: sibi plus nocens, quam proximo. Ignis in spinis seipsum consumit.

Dei pœnam sibi attrahit: Matth. 7. in quâ mensurâ mensi fueritis &c. Matth. 18. remisi tibi totum debitum. Itaque

Inimicitiæ in aqua sunt scribendæ; amicitiæ verò in æs, ait Isidorus Pelusiota Epist. 211. ad Eustath.

Christi exemplum negligit: Ille enim venit ad inimicos Hierosolymitanos, cum ramis olivarum, Matth. 21. venit mansuetus, Zach. 9. Sic & tu.

Imprudenter ædificat: Ut enim lapides cædendi, findendi, ut ædificio apti fiant; Sic injuriæ dissimulandæ, ira abscindenda, vindicta remittenda.

Dei cœlo se excludit. Ammonitæ templum ingredi prohibebantur: Ita ultores cœlo excluduntur, Syr. 28, 31. Esa. 58, 3.

Impurum se esse patefacit. Camelus immundus

dus olim censebatur, quod injurias ulcisci dicitur: Sic immundus omnis ille est, qui suis affectibus indulget.

Dei potentiam in se retorquet: Haman, Adoni-Bezek sese ulciscentes, ultricem Dei manum sunt experti. Punit quoque Deus eos, qui ultionis modum excedunt, Esa.10. quanto magis eos puniet, qui planè sese ulciscuntur; sicut olim David præcepit vindictam de Joabo sumi, 1. Reg. 2.

Majores turbas cumulat, & publicam sæpe tranquillitatem turbat.

In peccatum *sese præcipitat*, in quod se afficiens alterum injuriâ præcipitavit. Phocylides: μὴ μιμοῦ κακότητα.

§. 9 *Exempla eorum, qui vindictæ cupidi fuerunt.*

Darius Rex Persarum, Zwinger. fol. 182. Theatri a. §. Darius.

2. Sam. 16, 9. Simei Davidi maledicens.

Athenis olim cognati eorum, qui violentâ morte obiissent, hastam sepulchro defuncti infigentes significabant, se ejus necem vindicaturos esse. Suidas in voce ἐπενεγκεῖν.

Herodias ardens cupiditate vindictæ Johannem capite truncandum abs Herode impetravit, Marc. 6, 24. 27.

Justinianus Junior præcisus nares, regnoque pulsus; huic ope Bulgarorum regnum redditur: itaque quoties mucum naribus detersit, toties quempiam adversæ sibi olim partis excarnificari jussit. Blondus lib. 10. Decad.

Pingebant olim Romani Deam vindictæ Rhamnusiam, quasi cineres spargeret. Pompon. Lætus in compendio histor. Rom.

§. 10 *Exempla eorum qui malum pro malo non reddiderunt.*

1. Sam 10, 27. 2. Sam. 16, 20. Gen. 50, 19. Luc. 22, 50. c. 23, 3. 4.

Otto I. fratri Henrico remisit, & Lotharingiæ ei quasdam dedit civitates, denique totum Bavariæ Ducatum.

Indignus es Cæsaris irâ, dicebat Julius Cæsar de eo, qui ipsum offenderat.

Carolus V. capto Galliæ Regi ad urbem Pavi & noxam remisit, & sororem Eleonoram in matrimonium collocavit.

Henricus VII. hostiâ venenatâ pastus à Johanne de Monte Politiano, Monacho, eidem autor fugæ fuit, ne à ministris suis in frusta conscinderetur.

§. 11 *Benefaciendum potius inimicis.*

Non est consilium, (ut sentiunt Pontificii) *sed est præceptum* Dei, Rom. 12, 19. 20. Prov. 25, 21. 20. Matth. 5, 34.

Augustin. *Contende cum malo, sed de bonitate: Ipsa enim est vera contentio; vel certamen salubre, ut sit bonus contra malum, non ut sint duo mali.*

Simile de carbonibus, Prov 25, 21. illustratur exemplo Davidis, 1. Sam. 24, 18.

Exempla.

Gen. 50. Joseph fratribus: Vid. Ambr. lib. de Joseph, c. 12, §. *Quam pia fraternitas* &c.

2. Reg. 6. Elisa prohibet, ne Syri occidantur; sed officia misericordiæ præstentur.

Chrysost. homil. 83. super c. 18. Johann. *Nihil*, ait, *adeo Deum placat, ut inimicorum dilectio, & cum eis benefaciendi.* Cum quis te persequitur, non ipsum, sed Dæmonem instigantem considera: & adversus illum iram seda, & *miserere*, quod ita à Diabolo *irritetur*.

Exempla vindictæ propriæ sunt:

§. 12
Joab
Abner.
Absalon.
Haman.

Romani in urbe Araraci expugnata.

Theodoricus in Brunichilde.

Justinianus Cæsar Constantinopolitanus Leontium pedibus conculcavit.

Athenienses captivos Corinthios de scopulo deturbarunt.

Sleidanus lib. 4. de rusticis rebellibus tempore Caroli V. quomodo à Gregorio Truckſesh puniti sint.

Fabius Ursinus manus & os lavit in sanguine occisi, qui erat amicus Cæsaris Borgiæ: Sabellicus Ennead. X. lib. 8.

§. 13 *Vindicta est Domini*

I. *Jure:* ad illum enim spectat ulcisci suorum injurias & vindicare peccata, Jer. 5, 30. & populum suum, Es. 52, 22.

II. *Facto:* Ulciscitur enim ipse, Deut. 32, 35. Per creaturas, Syr. 4, 34.

Invisibiles angelos, Exod. 12, 29. 2. Sam. 24, 15. 2. Reg. 19, 35.

Deos suos, Magistratus, Rom. 13. Sap. 6, 5. Deut. 19, 20.

Talionem, Esa. 33, 1. Judic. 1, 6. 7. Matth. 23, 35.

Brutorum sævitiam, 2. Reg. 2, 24. c. 9, 36.

Hatto Archiepiscopus Moguntin. à muribus consumptus.

Ultio Dei 2. Thess. 1. v. 7. 8. includit quatuor: 1. Dei inspectionem. 2. Causæ justæ dijudicationem. 3. Decisionem. 4. Ereptionem. Vide 1. Sam. 24. v. 16. & demum etiam punit in inferno.

§. 14 *Vindicans sese*

Turbat tranquillitatem conscientiæ: 1. Pet 2. Hæc est gratia Dei, si quis ob conscientiam Dei suffert molestias.

Impedit orationem, quæ non potest fieri, si cor vindicta sit plenum: Quomodo enim orabis: *Sicut & nos dimittimus*; & non dimittis? *Et functiones officii.* Is enim non rectè præest officio, qui nihil nisi vindictam meditatur.

Provocat Dei pœnam, qui punit eos, qui seipsos vindicant, Ezech. 25. v. 12. 15.

Cibandi potius inimic.

Rom. 12. v. 20. 21. Synecdoche animadvertenda. Omnis benevolentiæ eis specimina exhibenda esse: 2. Reg. 6. Rex Judæorum cibat Assyrios milites in Samaria.

Balduinus 1. Rex Hierosolymorum fusis Arabi-

Arabibus, Satrapæ Arabis conjugem in partu laborantem non occidit; sed ancillas & ministras adjunxit, suo mantello texit, commeatu instruxit. Tirius de bello sacro l.10. c. 11. Zwinger. in Theat. fol. 2666. col. b. §. Balduinus.

§.15 *Reddenda, quæ ipsis eripimus.*

Sic Ptolomæus Lagi, Rex Ægyptiorum, cum classe navali Demetrium Poliorcetam exuisset, eandem ei reddidit.

Idem fecit hic Demetrius Ptolomæo Ægypti Regi. Plutarch. in Demetrio: Vide porro Zwingerum fol. 2666.

Muneribus afficiendi.

Consalvus Magnus Gallos Cajetâ excedentes multis equis liberaliter donavit. Jovius in Consalvo.

Noxa illis remittenda.

Sic Johannes Damascenus ei qui fuerat ipsum calumniatus.

Christus } de quibus suprà.
Stephanus }

Polycarpus.

Profana exempla: Alexandri M. apud Valer. Max. lib. 7. c. 3. Taxilis Regis Indorum, qui amico sermone Alexandri depopulantis arma ab India avertit: V. Plut. in Alex. Heracliensium, qui hostes suos, navibus exutos, amicissimè acceperunt: Sabellic. l. 8. Ennead. 4. Camilli, qui Romæ gravi pressæ obsidioni, quâ injustè pulsus fuerat, lectâ militum manu succurrit: Plut. in Camillo. Scipionis Africani & Tiberii Grachi: quorum ille dexteram dedit Tiberio Gracho; hic in illius collum ruit, abolitis odiis: utroque ad Jovis mensam accumbente. Liv. l. 38. Gellius l. 12. c. 8. noct. Attic.

VINEA.

§. 1 I. *Propriè* dicta.

II. *Vinea Ecclesiæ*, in quâ 1. Vitis Christus. 2. Palmites credentes. 3. Maceries præsidium angelicum & Magistratus. 4. Torcular crux.

III. *Interior vinea* in Christo & ejus pulchritudine depicta à Bernh. de passione Christi c.5.

IV. *De vinea Noachi* scribit Josephus, quod in partes illam diviserit, primam sanguine leonis, secundam agni, tertiam suis, quartam simiæ conspersérit: ut doceret, vinolentos aut efferos leones, aut pigras oves, aut sues sordidos, aut stultos rationis expertes evadere.

§. 2. *Causa princeps Deus plantans*, Ezech 19, 10. Ps. 80, 16. Esa. 5, 2. 3. Matth. 21, 33. Non crescit vinea nisi plantetur; hinc Dominus vineæ, Matt. 20, 8. Luc. 20, 13. expectat fructus, Marc. 12, 1. Luc. 20, 10. fœcundat & irrigat vineam, Esa. 5, 6. c. 55, 10. 1. Cor. 3, 6. 7.

Circumcidit vites cultro crucis, 1. Cor. 11, 31. Col. 2. v. 11.

Exprimit vinum per torcular crucis.

Ministræ causæ, operantes, Matth. 21, 28. Huc procurator, Matth. 20, 8. vineæ cultor, Luc. 13, 7.

Conducit operarios, Matth. 20, 1.

Mittit eos, Matth. 20, 2.

Erga omnes se benignum præbet Dominus, Matth. 20. v. 12. 16. Sicut David erga omnes olim erat munificus, 1. Sam. 30, 21. 22. 23.

Elocat aliis vineam, Matth. 21, 41. Marc. 12, 9. Luc. 20, 16.

Objectum cui commissa vinea? populo Israelitico, Es. 5.

Vitia colonorum.

Vineæ nempe: ferre labruscas.

Occidere filium ac hæredem, Matth. 21.

Summa Dei bonitas vineam inter nos plantantis, non ob nostra merita, 2. Tim. 1. Tit. 2. nos vocantis, 2. Tim. 1, 9.

Sedulitas: Horis distinctis egressus Dominus vineæ: 1. In pueritia alios. 2. Alios in ætate virili. 3. Senili alios. 4. In N. T. gentes. 5. In morte, ut latronem vocat in vineam.

Refectio inutilium palmitum, Joh. 15. per mortem, judicium.

Ros vineæ, gratia est Spiritus Sancti, Esa. 5.

Murus præsidium angelorum.

Turris Magistratus, Ministerium, in quo sunt vigiles.

Torcular est crux.

Pampinatio fit per legem & crucem.

Palmites terræ committuntur; sic nostra corpora, Ezech. 38, 12. Esa. 26, 14.

Officia nostra in Vinea Domini.

§. 3 1. *Christo adhærere*, 1. Cor. 6. Joh. 15. Rom. 11.

2. *Nos ad Christum alligare vinculo fidei* & charitatis, Rom. 8. c. 11.

3. *Ferre fructum* in Christo, Joh. 15. Coloss. 1, 10. Ps. 1, 3.

4. *Non reclinare nos in terram:* sicut enim perit palmes & putrescit, si in terra jaceat; sic & nos putrescimus, si terram sapiemus, vel per impatientiam terrena amabimus, Col. 3. vel in cruce non perseverabimus, Eph 3. ne deficiatis, Heb. 12.

5. *Non esse de vinea Sodom*, Deut. 32, 32.

6. *Non fieri vitem sylvestrem*, Jer. 2, 21.

Palmiti aut vitis debetur, aut ignis, ait Augustin. Tract. 81. in Johan.

7. *Amare cœlum:* Ut palmites, quo altius palo alligantur, eo melius, citiusque maturescunt, Coloss. 3, 1. Philip. 3. Heb. 13.

8. *Laborare, non stare in foro.* Sunt enim 1. Labores nobis ordinati: Gen. 3. In sudore vultus tui. 2. Sunt Deo grati, Tit. 2. 3. Impediunt otium, quod est pulvinar Diaboli, quodque hominem peccatis involvit. 4. Faciunt ut agnoscamur nos esse Christi opus, Eph. 2. Ipsius opus sumus, Rom. 6. servi facti, Luc. 1. Serviamus ei in justitia.

Mali vero operarii sunt, qui non retinent fidem & bonam conscientiam, 1. Tim. 1. 1. Cor. 10. prostrati sunt in deserto.

9. Non degenerare: sicut olim degeneres facti Judæi, Jer. 2, 21. Ezech. 13, 2.

10. *Venire ad vineam;* Contra Joh. 5. Noluistis *venire*. Matth. 22. Noluerunt venire. c. 23. Tu noluisti. Rom. 10. Expandi manus meas.

VINOLENTIA.

Confer Ebrietas.

Vinolenti 1. Stulti fiunt, Prov. 10.

§. 1 2. *Famam bonam amittunt*, 1. Sam. 25, 25.

3. *Sanitatem corrumpunt:* Propert. *Vino forma perit, vino corrumpitur ætas*, Prov. 23, 29. Syr. 32, 39.

4. *Mortem sibi attrahunt*, 1. Samuel. 25, 35. 2. Sam. 13, 28. Dan. 5, 29. Judith. 13, 10.

5. Bono-

5. *Bonorum animi jacturam faciunt*, ut in scelera ruant. Docent id Noah, Loth, multi adulteri, Prov. 23. v. 31. Os. 4, 11.

6. *Animæ periculum creant*, ut nec orent, nec Dei verbum curent.

7. *Damnationem sibi attrahunt*, Esa. 5, 11. 12. 22. Luc. 6, 24. 1. Cor. 6, 10. Gal. 5, 21. Luc. 16, 23.

8. *Naturam hominis vastat* & depopulatur.

Exempla.

§. 2 *Dionysius Junior* Siciliæ Rex totis aliquot diebus vinum bibit ingurgitando.

Mithridates proposito præmio talenti strenuos vini potatores provocavit.

Maximinus Cæsar duodecim cantharos vini exhausit: aliquando etiam 20. ut & 60. pondo carnis.

Fiemius duas vini urnas.

Sibarita Smindirides gloriatus olim se totis XX. annis nunquam orientem, nunquam occidentem solem intuitum fuisse.

Philippus Rex Macedoniæ Diothimus, Athenis dictus infundibulum. Athen. l. x. c. 12.

Tiberius Nero (inde Biberius dictus) Plutarch. in Vit.

Bonosus natus non ut vivat, sed ut bibat: laqueo se sustulit à quodam victus potando. Flavius Vopiscus. *Zeno* misere periit in sepulchro. Cuspin.

VINUM.

§. 1 *I. Creatura Dei:* Non fel principis tenebrarum, non creatura Diaboli; Sic olim docuerunt Manichæi. Hinc sine vino Eucharistiam celebrabant: Augustin. Severus hæretic. ad annum Christi 174. dicebat vitem ex Satana progerminasse. Contra Deus dat vinum, Ps. 104, 14. 15. Os. 2, 8. c. 9, 2. Es. 65, 8. Joel. 2, 24. Mal. 3, 11. De Severo vide Epiphanium.

Usus ejus moderatus.

Non interdictus Ps. 104, 15. Prov. 31. 1. Tim. 5. Justin. Epist. ad Zen. Vino utendum post lectionem.

Genitura ejus admirabilis.

§. 2 Augustinus in cap. XV. Johann. de Vite.

Aufert quoque Deus vinum, Joel. 1, 10. Esa. 5, 10. Os. 2, 8. 9. Es. 7, 23.

Bacchus & Dionysius non est autor vini: Non Urbanus, contra ineptias Ethnicorum & errores quorundam in Ecclesia Romana.

II. Vinum cœlestis doctrinæ in aquam falsi erroris vertunt hæretici. Hieron. l. 2. in Esaiam. Turcæ vino abstinent specie Sanctitatis.

Monet nos 1. De Omnipotentia Dei, vinum creantis mirabiliter.

2. Bonitate, homines vino lætificantis, Ps. 104.

3. Utilitate vini. (1) In administratione Cœnæ Domini. (2) In sitis extinctione. (3) In sanitatis conservatione. (4) In hilaritatis procreatione, Judic. 9, 13. Proverb. 31, 6. 7. Syr. 23, 32.

VIPERA.

Matth. 3. Genimina viperarum: quo nomine 1. significat Dominus extremam Pharisæorum malitiam. 2. Ortum eorum non ex Abrahamo, uti gloriabantur, sed à Satana esse. 3. Venenatam eorum doctrinam. 4. In conscientiis hominum lacerandis sævitiam.

VIRGA.

I. Propriè dicta.

II. Virga Dei crux. *V. Tribulatio.*

III. Ferrea Christi, Ps. 2. Apoc. 19, 15. 2. Thess. 2. Esa. 11. notat potentiam & robur Spir. Sancti, & officii Christi Regii.

Jerem. 1, 12. *Virga vigilans:* In Hebræo surculus amygdali, sine dubio in visione Prophetæ ostensus, significans pœnas in propinquo esse: Sicut amygdalus Januario mense viret, Februario floret, Martio fructus fert; Sic imminere paulatim calamitates Israelitis prædicit Propheta.

Pictores olim ingressuri ædes, eas virgâ primum percutiebant. Plin. Decad. 1. lib. 6. Plin. lib. 7. c. 30. natural. historiæ. Festus in voce Pedum.

VIRIDIS. VIRESCO.

I. Viredo propriè dicta.

II. Metaphoricè dicitur de justis, Ps. 1. Ps. 92, 15. Jer. 17.

Impiis florentibus, Ps. 37, 35. ad pauci temporis spatium.

III. Viror hominis [juxta versionem quorundam] est humidum radicale, Ps. 32, 4.

Integritas virium, Deut. 34, 7.

VIRES CORPORIS. *Vide Corpus.*

VIRGINITAS: VIRGO.

Virgo 1. dicitur à *virtute:* Fulgentius Epistola ad Probam.

2. *A viriditate:* Isidor. lib. XII. Origin. Vox illa variè usurpatur. 1. Propriè, Es. 7, 4. Ecce virgo concipiet.

Metaphoricè I. Ecclesia virgo, 2. Cor. 11, 2. Apoc. 14, 4. desponsata uni viro. V. Prompt. Allegor. 1362.

Virgines quinque prudentes Matth. 25. rectè notant omnes credentes. Est enim fidelium Ecclesia rectè virgo & sponsa, Ps. 45. Christo desponsata, Os. 2. 2. Cor. 11. Apoc. 14 cum mulieribus non coinquinatæ virgines sunt fideles, qui spirituali scortatione minimè se macularunt.

Priorem loci apud Matthæum explicationem approbat Lyra: Origenes homil. 32. in Matthæum. Autor operis imperfecti hom. 52. Eusebius Emyssen. & evincit textus: illi *enim dicuntur* virgines, qui vigilare debent, Matth. 25. v. 13. Atque hoc omnium in genere est Christianorum. Subscribunt Maldonatus, Jansenius & B. Hieronym. Nicolaus Gorran & alii. Duncenses in Thesauro citant ipsum Hieronymum.

Prudentibus quinque junctæ fatuæ notant malos piis in Ecclesia mixtos esse.

Fatuarum stultitia 1. Carere oleo, v. 3.

2. Emere velle, sed non in tempore, v. 10.

3. Venire serò, v. 10.

4. Vociferari frustrà.

5. Confidere in aliarum oleo, & niti suffragio & justitiâ aliorum. Hilar. Can. 27. in

Matth. ibid. negat posse aliorum merita applicari d. l.

§. 2 *Officia prudentium Virginum.*

1. *Accuratè considerare*, sitne oleum S. Sancti in lampadibus cordium.

2. *Præparare se ad Christi* adventum, Luc. cap. 12.

3. *Desiderare sponsum*, Philip. 3. Politevma &c.

Vigilare, Matth. 25.

II. Gens, *Populus, Urbs*, Esa. 47, 1. 2. Reg. 19, 21. Jer. 46, 11. Esa. 23, 12. c. 37, 22. Jer. 14, 17. c. 18, 13. Thren. 1, 5. c. 2, 2. Amos. 5, 2.

Castitas virginalis est expers contagionis integritas. Ambros. lib. de Virginib.

§. 3 *Alia est virginitas voto* facta ipsi Deo, quod vulgò votum castitatis nuncupari assolet; idque de consilio susceptum: de quo vide nostrum Chemnit. in Exam. Tridentini Concilii.

Hanc virginitatem *non posse solvi matrimonio* tradunt Dd. Pontificii. ex. 1. Tim. 5, 11. Busæus in Panar. Voti Solutio vide. Sed falsò: Vide Chemn. d. l. & Tit. de Votis.

Innuptæ, Ps. 78, 63. in Hebr. non laudatæ scilicet Epithalamiis, nuptialibus canticis & festivitatibus.

Infirmæ:

Ab Ario septuaginta sacræ virgines infectæ, Epiphan. hæres. 69.

Modestæ: non prodeant in publicum. Vide Joh. Ludov. Vivem c. XI. de offic. fœminæ Christianæ: p. 263. in voce, gestu, incessu, conversatione.

Taciturnæ

Vide Bernhard. super *Missus est*: sermon. 4.

Castæ: horsum Rebecca, Maria, Luc. 1. Sophronia. Quondam etiam castitatis tuendæ studio in puteos se præcipites egerunt: Vives p. 258. 261. lib. d. non castæ *olim occisæ*. p. 212. c. 7. Idem de Offic. Fœminæ Christianæ.

Sanctæ: corpore & spiritu: 1. Cor. 7. v. 34. Sanctitas hæc mentem & corpus immaculata conservat.

Temperantes:

Basilius lib. de Virginitate mox post initium. Piæ & verâ fide præditæ, timentes Deum, devotæ in precibus.

Humiles, ut Maria: Luc. 1. respexit humilitatem ancillæ suæ. Vide Fulgentium in Epist. ad Probam, Bernhard. serm. 1. super Missus est.

§. 4 *Virginum speculum est Rebecca* Gen. 24.

1. Laboriosa, portavit hydriam.

2. Curiosa non fuit; mox enim reversa.

3. Affabilis in colloquio cum Eleazaro.

4. Casta; non ipsa Eleazarum introducit.

5. Obediens; relinquit parentes.

6. Animosa, conscendens camelum.

Violatio Virginum: Vide *Bellum*. Num. 17.

Superstitio Virginum Milesiarum: Zvvinger. fol. 20. a. f. Milesiæ.

Superbia

Prohibita, Ps. 144, 12. Es. 3, 16.

Hyperbolicè sæpe laudata virginitas à Cypriano & Ambrosio lib. de Virginit. teste Augustino lib. 4. cap. 31. de doctrinâ Christianâ. S. Martyr. Cyprianus de habitu Virgin. Bernhardo Epist. 42. qui ait: De homine Angelum facit castitas.

§. 5 *Salutaribus monitis instructa* à Veteribus Guliel. Peraldus Tom. 1. Summæ: Tract. de Temperantia docet, sex præcipuè timenda esse virginibus:

Primum est *Superbia* ob hunc Virginitatis statum.

Secundum *Fatuitas*, quæ est defectus charitatis, Matth. 25.

Tertium *est Tepiditas*, quæ inde est, quod existiment virgines, se parum peccasse.

Quartum, *Macula peccati*, maximè conspicua in virginibus.

Quintum est, *Duplicitas cordis.*

Sextum est *Negligentia* perseverantiæ. Augustin. c. 44. & 51. de Virginit. hortatur virgines, ne in virginitate sua sese efferant, & contra conjuges obedientes triumphent.

Interim conjugium non damnantibus, C. si quis vituperat: dist. 31.

C. Quicunque. Ibid.

C. Tolerabilius. C. 32. q. 5.

1. Cor. 7. Beatior virgo: Id sic explicat Arias Montanus in h. l. *Beatior utpote, quæ minus molestiarum, minusque impedimenti habitura est, & spiritu & corpore sese totam in pietatis exercitationem tradat.* Cl. Espensæus in 1. Tim. 3. Nuptiæ licet plurimum difficultatis habent, sic tamen assumi possunt, *ut vitæ perfectiori impedimento non sint: Raro licet & planè difficile id sit.* Apostolus ad Titum hæreticis nuptias damnantibus ora obstruit, rem adeo pretiosam ostendens, ut cum ea quis possit *ad Sanctum Episcopatus solium subvehi.* Hæc Espensæus.

§. 6 *Explorata olim divino jussu virginitatis integritas*, Deut. 22. ubi ruptura membranæ non transversalis, sed oblongæ illius, quæ carunculas in cervice uteri connectit, intelligenda esse judicatur. M. Werenberg. Disp. 7. de humani corporis fabricâ. Extat de hac re justus ferè tractatus D. Melchioris Sebizii, Professoris in Academia Argentoratensi, De notis Virginitatis.

Virgines Vestales: Olim apud Romanos, quæ stupri convictæ vivæ defossæ sunt v. g. Oppia; Marcia v. incesti damnata est. Minutia ob suspicionem libidinis viva defossa est. Stupri damnata est Sextilia: sic & Tutia. Floronia stupri convicta violentas sibi manus injecit: Tam hypocritica erat virginitatis apud Gentiles custodia.

Virginitas non obtinetur semper

§. 7 1. Oratione: Nam fides certa & promissio desunt, quibus oratio innitatur.

2. Jejunio & loco solitario. Nam & Hieronymus ita se macerabat in Eremo, ut vix ossibus hæreret; attamen sola (scribit in Epist. ad Eustach.) libidinum incendia bulliebant. Hinc Origenes sibi genitalia amputasse fertur, quod stimulos sentiret. Idem recenset de quodam

dam Monacho Wierus lib. 3. c. 18. de præstig. Dæmon. nec deerunt præsenti tempori forsan exempla.

VIR

1. *Ambiguè* dicitur, & varias admittit phrases: v. g. Vir agri, belli, cogitationum, amicorum, Consilii Vir &c.

2. *Christus* dicitur vir, Ps. 80, 18. Esa. 53, 3. Ezech. 9, 2.3. seq. Dan. 10, 5. cap. 12, 6. Zach. 1, 8. c. 6, 12. c. 13, 7. Luc. 24, 19. Actor. 2, 22. c. 17, 31. 2. Cor. 11, 2.

3. *Angelus*, Ezech. 9, 2. Dan. 8, 15. 16. c. 9, 21. Zach. 2, 1. Luc. 24, 4. Act. 1, 10. c. 10, 30.

4. *Quilibet sexus masculini homo.*

Dignitas ejus

1. Creatus primo loco.
2. Primò non seductus, sed Eva.
3. Caput mulieris constitutus.
4. Ejusdem gloria est uxor.
5. Vir verò gloria Dei, 1. Cor. 11. v. 7. 8. 9. Vide Maritus suo loco.

Viribus suis non confidat, 1. Sam. 2. v. 9. Non roborabitur vir in fortitudine. Ps. 147. Non in tibiis viri beneplacitum est Domino.

Dignitatem sexus sui non contemnat.

Id fit, si quis cum Sardanapalo semper fœminis permistus vitam suam degat.

Qui habitu muliebri olim se fœminas esse finxerunt, Textor in officina Col. 418.

VIRTUS.

§. 1 *Variè accipitur:*

1. Pro fortitudine militari, Judic. 18, 7. 2. Sam. 17, 10. Jos. 6, 2.
2. Quâvis in rebus gerendis industriâ.
3. Exercitu, sive cœlesti, qui sunt angeli; sive terrestri, suntque Ecclesiæ militantis membra.
4. Effectu & operibus Dei admirandis. Inde dicitur, Deus virtutum.
5. Potentiâ & virtute Dei infinita, Matth. 26, 64.
6. Evangelio, Rom. 1, 16.
7. Potentiâ Christi miraculosâ, Luc. 6, 19.
8. Miraculis ipsis, Matth. 7, 22. c. 11, 21.
9. Ipsa hominis potentiâ totisque viribus, Marc. 12, 30.
10. Zelo prophetico, Luc. 1, 17.
11. Potentiâ speciali quâ suos roborat Deus, 2. Cor. 12, 9. Virtus in infirmitate &c. Confer Psal. 18, 36. 37. 38. 39. 40. & Psal. 138, 3.
12. Potentiâ peccati, 1. Cor. 15, 56.
13. Dotibus resurrectionis, 1. Cor. 15, 43.
14. Fructu resurrectionis Christi, Philip. 3. v. 10.
15. Spiritu operante virtutem, 2. Timoth. 1. v. 7.

Amatores virtutis.

§. 2 Horum exempla recitat Didacus Apol. part. 1. p. 376. hor. recreatit.

Honor virtuti multis modis olim collatus: 1. Per Panegyricos. 2. Statuas. 3. Columnas, Didac. Apol. part. 2. hor. recreatitiarum. p. 387. Est thesaurus: Vide *Thesaurus*.

VISCERA.

Vide Flac. in Clav. hac voce.

1. Notatur cor ipsum, Job. 36, 36.
2. Propriè corporis notas partes.
3. Intimam misericordiam, quæ Jerem. 31, 20. exprimitur: *Infremuerunt viscera mea:* Esaiæ 63, 15.

Huc spectat Græcum σπλαγχνίζομαι, toties de intima Christi misericordiâ prædicatum, Matth. 9, 36. c. 14, 14. c. 15, 32. c. 18, 27. c. 20, 34. Viscerationes olim dicebantur Romanis Epulæ populo datæ, quibus toti solidique boves appositi sunt, sine viscere. Vide Livium Dec. 1. lib. 8. idque in defunctorum honorem: v. g. Marcius ille Flavius matri suæ hoc modo parentavit.

VISIO. Confer *VIDEO.*

Multiplex est ejus vocis significatus.

§. 1 I. *Omnis prophetia* solet dici visio. Hieronym. in c. 12. Esaiæ. Habac. 2, 2. Proverb. 29, 18.

II. *Visio cujuscunque* rei hominibus objectæ: v. g. Juvenes visi pugnare in candidis paludamentis, apud Justinum l. 20. c. 3.

III. *Quodcunque oculis* subjicitur, Deut. 28, 34.

IV. *Visio magicis artibus procurata.* Bernæ 1507. vide Johan. Wolfium in Lectionibus memorabilib.

V. *Visio Dei* in altera vita: Vide *Vita æterna.*

VI. *Somnium nocturnum*, Job. 20. 8. Dan. 7, 1.

VII. *Apparitio sive noctu*, sive interdiu facta, olim in V. T. & in N. T.

VIII. *Responsio* à Deo facta, Thren. 2.

IX. *Comminatio.* Esa. 21. tristis visio.

X. *Tristis rerum facies*, Esa. 11.

XI. *Visio* & species *qualibet:* Num. 9. Visio ignis.

§. 2 *Est vero prophetica.*

Basil. in c. 2. Esaiæ: Tunc utuntur Prophetæ nomine visionis, cum manifesta rerum futurarum repræsentatio, velut in spectaculo quodam spectanda proponitur. v. Esa. 6. qua excidium Jerusalem prædictum esse latè explicat Granatensis Dominica nona post Trinitatis.

Ethnica.

Ethnicis enim quoque familiaris fuit visio & Ecstasis: Vide Plutarchum, de sera numinis vindicta de *Thespesio:* qui post mortem damnatorum pœnas vidisse, inque alium evasisse virum commemoratur. Mirum apparitionis animarum exemplum: multò magè mirandum, Christianos imitari Thespesii revelationem.

Angelica, Coloss. 2. Visio Angelorum.

Effectus Visionum.

§. 3 Narrat *Baronius* per nocturnas visiones olim multos ad fidem conversos fuisse, Tom. 2. fol. 324. 325. annal.

Visionibus & revelationibus angelicis, in novis fidei articulis, non esse credendum, sed SOLI Scripturæ inhærendum, docent argumenta complurima apud D. Gerhard. lib. 1. part. 2. c. 17. Confess. Cathol. Balduin. de casibus conscientiæ p. 555. seq. Quasdam suggeremus.

I. Respectu S.Scripturæ, quæ 1. sola *est Regula fidei:* ad quam omnes visiones revocandæ. C. Nisi cum pridem. 10. 1. Decretal. Tit. 9. ex Invoc.

2. Nunquam nos *remisit ad* novas revelationes.

3. Quin potius ab his *dehortatur*, Deut. 18, 11. Es. 8, 19. Luc. 16, 29. Gal. 1, 8. 9.

4. Monet *ut spiritus probemus*, 1. Joh. 4. Bonav. in 3. d. 9. q. 6. Salmer. Tom. fol. 1.

5. *Perfecta est*, & omnia continet: Arnold. de villa nova in Resp. ad Frid. Siciliæ Regem.

II. Respectu Satanæ, qui 1. fallit, 2. Cor. 11, 14.

2. Mentitur, Thom. 1. q. 117. art. 4. ad 2.

3. Se pro Christo venditat, Zvvinger. fol. 1500. a. apud S. Mart. Cornel. à Lapid. in 2. Cor. 11, 14.

III. Respectu animarum quæ sunt in manu Dei, Sap. 3. nec apparent, testibus veteribus Doctoribus: Thomâ q. 110. part. 1. art 3. ad 3. & q. 117. art. 4. Chrysost. hom. 19. in Matth. V. Maldonat. in Luc. 16.

IV. Respectu revelationum ipsarum, quæ sunt 1. Dubiæ: Autor Oneris Ecclesiæ, c. 1. §. 9. Salmero Disp. 26. in 1. Cor. 15. in 1. Joh. 4. §. cavend. disp. 25.

2. Deludunt homines: Tertullian. lib. de anima c. 9.

3. Suspectæ: Estius in 3. dist. 3.

4. Non mox credendæ: Estius d. l. Maldonat. in 16. Luc. Delrius lib. 4. c. 1. q. 3. §. 5.

V. *Respectu fidei nostræ*, quæ 1. non nititur revelationibus: Thomas part. 1. q. 1. art. 8. ad 2.

2. Sufficienter revelata extat in S. literis.

3. Fide divina nunquam apprehendere potest ejusmodi obscura testimonia.

VI. Respectu fidelium, visiones rejicientium. Sic Gerson: sit in cœlo non in hoc seculo visio tua, tota merces mea. Gregor. XI. de quo Gers. Tract. de Spirit. Exam. doctr. part. 2. consid. 3. Augustin. lib. X. Confess. scribit, se misericorditer salvatum esse à visionibus.

§. 4 Itaque notandus error Gregorii M. circa visiones: Has enim simpliciter admisit, illisq; plus justo tribuit. Merito reprehensus hoc nomine à Luthero in c. 22. Genes. p. 169. b. & M. Cano in L. comm. lib. XI. Tit. de Humanæ histor. autoritat. p. 540. *Theologum etiam admoneri* operæ pretium est, ne id statim illi persuasum sit, omnia, quæ magni autores scripserint, undique perfecta esse. Nam & labuntur aliquando [ut ille ait] & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati, vulgoque, ut dixi &c. Quæ ego eadem de Beda atque Gregorio jure fortasse ac verè dicere possum. Quorum ille in historia Angelorum, hic in Dialogis quædam miracula scribunt vulgò jactata & credita, quæ hujus præsertim seculi Aristarchi incerta esse censebunt. Equidem historias illas probarem magis, si earum autores juxta præfinitam normam severitati judicii curam majorem in eligendo adjunxissent. *Hæc Canus.* In Dialogis vero Gregorii multas visiones narrari in aprico est, adeoque sine judicio severiori scriptas esse liquet.

§. 5 *Non debemus vituperare omnes indifferenter.* Apelles peccavit hoc ipso, omnes prophetarum & Mosis visiones ludificatus, Euseb. lib. 5. c. 18.

Nec illas jactitare, ut olim fecit Manes: Augustin lib. 15. c. 5. 6. 7. contra Faustum. Natalius de quo Eusebius lib. 5. c. 28. quod à sanctis Angelis in somno admonitus fuerit. Hieronymus de intermittenda profanorum librorum lectione. Fanatici Weigeliani. Weigel. part. 1. postill. festo circumcis. p. 85. Quondam etiam Donatistæ, Augustin. lib. de Unitate Ecclesiæ cap. 16. Gregor. de Valent. Tom. 3. col. 95. in Thom. Gnostici. Sixt. Senens. lib. 2. Biblioth. S. V. Interrogationes Mariæ.

Spiritus apparentes quomodo discernendi?

§. 6 Joh. Malderus de Virtutib. fol. 772. dub. 4. Tract. 10. c. 8. de Magia. Ludovicus de Ponte, in tractatu, cui titulus *Dux Spiritualis*, tract. de discretione Spiritus boni §. 1. 2. fol. 189. Spiritus Sanctus nil potest [ait] inspirare, quod contradicat iis, quæ sunt in sacris litteris revelata, & à S. Conciliis declarata, & in tota Ecclesia recepta: quia Deus sibi non potest esse contrarius; nec una veritas alteri veritati adversari. *Et mox:* Quidquid Deus inspirat, iis conforme esse debet, quæ habentur in scriptura sacra. Hæc Ludov. de Ponte. Vide etiam Reiner. in Pantheol. V. *Anima separata*, c. 2. fol. 175. Petrus Thyræus lib. 4. c. 16. n. 17. de apparit. Signum bonæ visionis dat, quod falsum esse historia Simsonis Judic. 13. & Sauli 1. Sam. 28, 20. clarissime evincit. Idque fallaciarum genus luculenter ostendit D. Balduinus p. 555. & 556. de Casib. Conscientiæ.

Probare eas debemus.

§. 7 1. Joh. 4. Nolite credere cuivis Spiritui.

1. Cor. 12. Donum discretionis Spirituum commemoratur.

Gerson Tom. 1. oper. p. 577. monet, spirituales numularii simus, *ut monetam Dei a moneta Diaboli prudenter secernamus*, & falsariam illam fugiamus, & detrimentum Ecclesiæ caveamus.

Certâ via ac methodo:

Nempe ut consideremus

1. *Causam efficientem* vel originem visionis: sitne vere hæc à Deo profecta ac revelata?

2. *Subjectum cui?* Quibus moribus sit ille præditus, cui revelatio facta est? Si sanctis, si probatis, minimè probabile, Satanam isto homine ceu instrumento ad fallendum abuti posse. Si non petiverit visiones, novitatis ductus ardore ac impetu? neque enim Deus uspiam præcepit signum & visiones petere; quin magè vetuit, Matth. 16. ceu incredulitatis argumentum.

Materiam ex qua & res visione detectæ: v. sintne ejusmodi, quæ ad dogmata fidei vel morum constitutionem vel ad certorum eventuũ gubernationem, aut calamitatum in Ecclesia & Rep. prædictionem spectant &c. In doctrina fidei

fidei non valet nova revelatio: Gal. 1, 8. Si vel Angelus de cœlo &c. Pf. 19. Lex Domini perfecta. Actor. 20. Omne Dei consilium nobis patefactum. 2. Tim. 3, 16. Scriptura perfectum reddere hominem potest. Deut. 4. Non addetis &c. Itaq; visionibus Angelicis à verbo Dei nos abduci non patiamur, 1. Reg. 13, 11. 18. 19. 24.

At in reliquis revelationibus ceu concessis aliter se res habet: quippe si scripturæ sacræ respondeant, non omninò improbandæ: aut eventu ipso constantissimè & plenissimè comprobantur. Testimon. Lutheri. Tom. 10. p. 520. Witteberg. in Colloq. mensalib. p. 278. Tom. 6. Jenens. Germ. p. 156. Balduin. in 1. Tim. 4. p. 251. & in casib. consc. p. 559. & p. 554. aliquot rationib. ostendit, angelorum visionibus in doctrina fidei standum non esse.

§. 8 4. *Modum ac formam:* De hac regula

(α) Visio bona à Deo profecta, non quidem ab homine expetitur; attamen inscienti, ac tale quid non cogitanti à Deo immittitur, Augustin. Tom. 4. l. 2. quæst. ad Simplician. p. 274. *Nescientes afficit prophetiæ Spiritus.*

(β) Falsus Propheta, quoties & ubicunque vult, revelationem accipit & pronunciat: Christophorus Castro p. 56. præfat. in Proph. minores. In veris prophetis id non fit: Etenim per intervalla Spiritus se eis revelat, ut docet Hieron. in c. 33. & 35. Ezechielis.

(γ) Idem etiam multo opere sæpe, ac sudore revelationes ejusmodi ambit. Ita Magi Exod. 7, 11. 1. Reg. 18. Baalitæ, Amphiaraus, Amphilochius, Trophonius, Æsculapius apud D. Hoen Comment. in Apocalyps. p. 58.

5. *Finem & eventum:* ne fallax sit Prophetia & visio: vera enim non fallit: qualis fuit Michæ Prophetæ 1. Reg. 22. Bonus spiritus instruit: malus vero fallit, ait Augustinus de Spiritu & anima, cap. 26.

§. 9 6. *Notas visionum verarum* quæ sunt:

(α) Conveniant cum scripturâ & fidei analogiâ, Deut. 13, 1. 2. seq. Gal. 1. Rom. 12, 6. Luther. Commentar. in c. 37. Genes. 8. Rungius in c. 33. Exod. p. 1129. Idem in Genesin p. 1377. Balduin. in 1. Tim. 4. p. 253. Bidenbach. Decad. 8. Consil. 3. Gerhard. Tom. 6. p. 123. Loc. Comm. Gerson Tractat. de distinct. verarum vision. à falsis. Laudat D. Hunnius tractat. de Eccles. præfat. diversa vaticinia de Antichristo.

(β) Congruant eventui: Id est, eventus comprobet visionum veritatem. Deus namque est verax: Ergo loquens ex Deo fallere non potest, Jos. 23, 14. Esa. 34, 16. c. 44, 26. Jer. 28, 9. Ezech. 33, 33. Zach. 1, 6. Vide Athanas. in passion. Domini. Fallit, qui non loquitur ex Deo, Deut. 18, 22. Lactant. lib. de Relig. c. 4.

(γ) Miraculis aliquando carent: Sic David, Gad, Johannes nuspiam miracula leguntur edidisse. Balduin. in 1. Timoth. 4. p. 252. Miracula non sunt petenda à Prophetis, quia non omnes Prophetæ olim miracula ediderunt.

§. 10 *Quibus modis fiant apparitiones & visiones.*

1. Verbo & oratione simplici, Esa. 3, 1. Jerem. 7, 4.

2. Oratione comparatâ & parabolicâ, Esa. 5. Ezech. 16, 30. Dan. 7, 3. Apoc. 13, 1.

3. Actionibus Symbolicis ac typicis: v. g. cum Propheta Ahia pallium in 12. partes dilaceravit, 1. Reg. 11, 31. Esaias nudus incessit, Esa. 10, 2. Cingulum linteum Jeremias in fissura lapidis occultavit, vas fictile fregit, Jerem. 19, 10. jugum gestavit, Jer. 17, 18. Hoseas scortum ducere jussus est, Os. 1. Ezechiel obsidionem Jerusalem in latere depinxit, Ezech. 4. capillos suos cremavit, c. 5. vasa & supellectilem domo sua exportavit, c. 12. panem suum tremens comedit, Ezech. 12, 18. Agabus cingens se, Pauli captivitatem prædixit, Act. 21, 11.

Irenæus lib. 4. c. 37. Non solo sermone Prophetæ prophetabant, sed & actibus quos faciebant, secundum id, quod suggerebat Spiritus.

Exempla Prophetarum & videntium. §. 11

In seculo primo Agabus Actor. 21, 11. Barnabas, Simon Niger, Lucus von Cyrenen/ Cyrenaicus, Manahen, Judas, Silas, Jesus Anani in obsidione Jerusalem: Et prophetæ alii, qui fugere suaserunt Christianos in urbem Pellam, Euseb. lib. 3. c. 5. Carpus, de quo Dionysius Areop. Epist. 8. Zvvinger. in Theatr. fol. 3069.

In secundo Justinus Martyr dial. cum Tryphon. *Apud nos* (ait) *Christianos ad hæc usque tempora prophetica sunt munera, ex quo etiam vos Judæi debetis intelligere ea, quæ olim in genere vestro majoribusq; vestris essent, ad nos translata esse.* Irenæus lib. 2. c. 57. Alii præscientiam habent futurorum, & visiones, & dictiones propheticas. Lib. 5. c. 7. Multos audivimus fratres in Ecclesia, prophetica habentes charismata, & absconsa hominum in manifestum producentes ad utilitatem.

Melito Sardensis Episcopus Propheta habitus est à plurimis. Hieron. in Cabal. scriptorum. Phocas Episcopus Pont. Centur. 2. Magdeburg. p. 127. 177.

In tertio, Gregorius Neo-Cæsariensis. Niceph. lib. 6. c. 17. histor. Basilius c. 19. lib. de Spiritu sancto. Cyprianus lib. 4. Epist. 4. Methodius, vid. Biblioth. Patrum Tom. 3. Catalog. testium veritatis fol. 90.

In quarto: Antonius Eremita, de quo Eusebius. Zwinger. fol. 4052. Col. 6.

S. Cypriano visio est ostensa de suo Martyrio, vide Baron. tom. 2 fol. 593. annal.

Visio Renonis de Martyrio narratur à Baronio Tom. 2. annal. fol. 618. n. 35. 40. fol. 619. n. 5. 10. fol. 620. n. 15. fol. 627. 630. num. 5. 10.

(Aliàs verò Visiones & revelationes mulierecularum cavendas esse, monuit Gerson part. 2. de examine Doctrinarum, Consideratione 3.) Cæterum

Visiones oblatas non omnino respuendas (cæteris paribus) quidam probare volunt: §. 12

1. *A generali* Prophetia Joelis c. 2. v. 28.

2. *A Consensu* Augustini lib. 12. de Gen. ad lit.

ad lit. c. 21. & c. 13, 14. 17. 18. 19. 22. 26. sub fin. Epistol. 12. ad Evodium. Ad eundem Augustinum provocat Gerson de probatione Spirituum.

3. *A calculo nostratium.* D. Rung. Disput. 13. in 2. ad Corinth. p. 792. th. 18. D. Luther. in c. 22. Genes. Calvinianorum, Aretii Probl. 50. Proph. Lavat. in cap. 4. Jobi, sententiæ eidem subscribentium.

4. *Aratione:* Libertimæ Dei potentiæ limites præscribere non debemus. In alterâ demum vitâ prophetiæ cessabunt, 1. Corinth. 13, 8. 9. 10.

5. *A præcepto Apostoli* 1. Thess. 5, 20. 21. Prophetias non esse spernendas.

Visiones non sunt expetendæ.

§. 13 Quia prohibitæ & periculosæ. 1. Tim. 4, 1. taxantur qui spiritibus impostoribus attendunt, & facile homines à Spiritu, qui se in lucis angelum transformare potest 2. Cor. 11, 14. decipiuntur: v. g. Anatolius à Spiritu impostore seductus. (Vide Sulpitium Severum cap. XXV. in vita Martini: qui idem narrat, quomodo Satan apparuerit Martino) De his illusionibus vide Joh. Wierum lib. 1. c. 16. de præstig. Dæmon. Euseb. l. 5. c. 15. de Theodoret. & Montanistis quibusdam: de Muncero & Anabaptistis Sleidanus & Henric. Bullinger. Johann. Gastius de Erroribus Anabaptistarum.

Coloss. 2, 18. Omnis Angelorum prohibita est religio: At revelantibus illis credere pars est religionis. Notæ Pontificiorum, quibus bonum Spiritum à malo volunt distinguere, sunt fallaces: v. g. Notetur quod visio angelica in principio terreat, in fine hominis animum tranquillet: Id non est semper verum contra Tyræum lib. 4. c. 16. n. 17. De apparitionibus. Pineda in c. 4, 16. Jobi. Nam Angelus Domini Jud. 13. ab initio consolatus est; & Satan 1. Sam. 28, 20. suos exanimavit.

Forma etsi lucida admirabunda sit, non tamen mox evincit originem Angeli cœlestem: Vide Sulpitium Sever. c. XXV. de vita Martini. Nec si bona præcipiat, Bodin. lib. 3. c. 6. de Dæmonoman.

Veteris testamenti civibus propria fuit ratio institutionis Angelicæ: Erant enim pueri in V. Test. Gal. 3. v. 24. Quibus etiam variis olim modis Deus locutus est, Heb. 1, 1.

Sed nec Angeli habent mandatum docendi de Deo. Id solis ministris datum, Rom. 10, 15. Nec ullum habent angeli locum in ea, quæ in terris est hierarchia à Paulo descripta, 1. Cor. 12, 28. Eph. 4, 11.

Visio singularis à quibusdam asserta. Christum animæ fideli in morte apparere, ac eam consolati solere, putat Gregor. M. lib. 4. c. 14. 16. 47. Dialog.

Rejicimus visiones erroneas, Thren. 2, 14.

Ignatii Lojolæ: Vide Catech. Jesuit. lib. 1. c. 17. p. 187. 189. d.

Veterum Hæreticorum, profana sua dogmata flore visionum convestientium, Coloss. 2, 17.

VISUS. V. *Oculus.*

1. Admirabilis illius *structura.* V. Anatomicos.

2. *Operatio* & apprehensio. V. Opticos. Inde his peculiaris nata est disciplina, omni modo admirabilis. Si id est in humano visu; quantam censebimus inesse vim ac potentiam oculo illi, qui omnia videt, ut illius sapientiæ ac scientiæ nullus sit numerus, nullus modus, intelligentiæ creatæ obvius: ut vanum sit, exquirere velle rationem, quâ Deus, æternus ille λόγος, intra carnem suam, omnibus rebus præsens est, easque complectitur: quippe omnia dextera sua continens, Esa. 40, 11.

Visio vespertina, matutina, angelis tributa, de quâ suo more philosophatur Franciscus Georgius Tom. 1. problemat. 8.

VISITATIO.

§. 1 *I. Divina*, sive Dei ipsius. Estque vel *iræ:* Exod. 20. visitans iniquitatem Patrum &c. Jer. 5, 29. 30. c. 46, 21. 22. 1. Pet. 2, 12. In die visitationis: quidam de judicio extremo 1. Cor. 4. v. 5. accipiunt: Alii de revelatione innocentiæ Christianorum suo tempore manifestandæ. Vel *gratiæ:* Luc. 1. v. 68. visitavit & redemit populum suum; v. 78. Visitavit nos oriens ex alto. Job. 10. Visitatio Dei custodit Spiritum meum. Intelligitur providentia illius conservatrix.

Quem? Populum suum, Luc. 1, 68.

Vineam Ps. 80, 15. Leviathan Esa, 27. Oves Ezech. 34. Cor nostrum Psalm. 17, 3. Ecclesiam Esa. 60. Ponam visitationem tuam pacificam, iniquitates, Psal. 89. Esa. 26. Scelera Levit. 18. Hircos Zach. 10. Terram Psal. 65, 10. Esa. 29. v. 6. Superbiam Zach. 10. Militiam Esa. 24, 21. Incircumcisos Jer. 9, 25. Malos Os. 9, 7. Dies visitationis venit.

Quomodo? Præsentem se sistendo: Luc. 1. Visitavit nos oriens ex alto: Promissiones complendo, Gen. 21, 1. Liberando, Gen. 50, 24. Exod. 4, 31. Mori faciendo, Jer. 32, 5. Affligendo, Jer. 24, 22. Ps. 89, 33. Esa. 7, 1. In tonitru & concussione, Esa. 29, 5. Juxta vias, Os. 12, 2.

§. 2 *II. Humana.* Cum homo visitat 1. Hominem ægrotum: Sic Ochasias invisit Joramum Achabi filium 2. Reg. 8, 29. 2. Chron. 22. Sir. 7. v. 39. Non graveris &c. Matth. 25. Me visitastis. Luc. 1. Maria Elisabetham. Act. 7. Moses visitat fratres.

2. Pastor visitat Ecclesiam. V. *Minister.* Vide Joh. Gerson part. 2. fol. 43. Operum.

3. Visitat homo loca sacra. V. *Peregrinatio.* V. *Loca sancta.*

4. Pupillos Jacob. 1, 27. Orphanos, viduas. V. *Vidua. Orphani.*

5. Fratres Genes. 37. Joseph visitavit fratres.

6. Deum, ad eum veniendo & orando, Esa. 26, 16.

VITA.

Vox ambigua.

Notat 1. *Vitam* in Deo. 2. *Vitam Angelicam.* 3. *Hominum:* quæ vel est naturalis, vel spiritualis: Hæc rursus est vel hujus vel alterius vitæ: Hujus

Hujus vitæ est vel bona vel mala. Alterius vitæ est vel cœli vel inferni.

Vita aulica. V. *Aula.*

Vita hominis triplex est, 1. In utero materno, 2. mundo, 3. in altero sæculo.

Causa efficiens vitæ & determinans Deus, Job. 14, 15. Esa. 40, 6. Psal. 90, 7. 8. 9. Actor. 17, 28. In Deo vivimus. Philip. 1, 22. In carne. Dedit longævitatem Patriarchis; nobis vero abstulit justis inductus causis.

Vita nostra dicitur 1. *Non Causatione:* Solus enim Deus dat vitam.

2. *Non Dominatu:* Nos enim Domino vivimus Rom. 14. & servi sumus.

3. Sed *subjectivè:* Vasa enim nos Deus fecit, quibus vitam infudit.

4. *Adjunctivè*, ut vitam impendamus Deo, proximo, ut piè vivamus hic & beatè in altero seculo. Tit. 2. Piè, castè, justè.

§. 2 *Vita hominis naturalis & misera & brevis.* Significata multis modis: Expresis scripturæ dictis, testimonio Dei, Ps. 90. v. 10. Septuaginta annis, Job. 14, 1.

Vana. Ecclesiast. 1. Vanitas Vanitatum. Partes ejus I. Ingressus nativitas lacrymosa. II. Medium est tribulatio. III. Finis, mors.

Adumbrata nobis variis modis: v. g.

Interitu omnium rerum, Sir. 14. v. 18. 19. 20.

Cursu ætatis & temporum: Quàm enim facile labitur ætas, juvenilis, virilis, senilis? Vide Psal. 90, 10. Dies facile transit, Job. 7, 1. c. 14, 6. Et mox est miserrima, Psal. 130, 6.

In Solstitio: In cœlo & astris, Ps. 102, 27. Cœli peribunt, Matth. 24, 29. 2. Pet. 3, 10.

In motu cœli, qui certus ac determinatus est vitæque nostræ motum non perpetim duraturum subinnuit: Sole, Luna, quæ motum brevi spatio conficit, & subinde mutatur; sic hominis vita.

In Elementis: Igne & fumo, ceu flamma & fax facile extinguitur: Sic vita.

Aere: Aqua 2. Sam. 14, 14. Psal. 90, 5. *Flumine:* ut mare in uterum redit suum; sic homines in terram Gen. 3. *Nubes* citò transit Job. 7, 9. *Terra* Ps. 103, 14. Pulvis sumus, Gen. 3. Pulvis es v. 19. Ecclesiast. 12. Job. 17, 5. Sir. 10, 8. Job. 13, 12. *Stellis occidentibus: Meteoris.*

Herbis, arboribus, fruticibus. Eccles. 14, 10. Job. 13, 6. & 28. Esa. 40, 6. Omnis caro fœnum. 1. Pet. 1, 24. Jacob. 1, 10. Ps. 103, 15. Confer Basilium homil. XI. Hexaëmeri & Stobæum sermon. 96.

Piscibus, Ecclesiast. 9, 14. *Avibus*, Job. 9, 26. sicut aquila involans in escam.

Animalibus. Ecclesiast. 3, 18. Quotidie mactantur animalia: sic homines per mortem.

Quædam longævioris sunt vitæ, quàm homo.

Camelus centum, Elephantus trecentis annis vivunt.

Cervus aliquando captus, cui ante centum annos Alexander auream indiderat torquem.

Aquilæ non senio, sed rostro nimis adunco pereunt.

Tempore Imperatoris Friderici II. Piscis in lacu Heilbruntico captus est, qui 267. annis vixerat, quod colligere fuit promptum ex annulo aureo, qui pinnis ejus fuerat implicitus.

Naviganti. Is enim sive stet, sive sedeat, jaceat, vadat, impulsu navis ducitur; Sic quoque per momenta temporum ad mortem ducimur, sive vigilemus, sive dormiamus &c. sensus est Gregor. M. in Registr.

Umbris corporum, Job. 14, 2. Ps. 102, 12.

Homine ipso: In quo omnia docent fragilem mortalitatem. Nempe organa infirma: *Calor* fugax: *Humor* consumptibilis: *halitus* narium qui facile intercipitur, Jacob. 4, 14.

Vitam verò brevem longam efficimus Deo vivendo, Sap. 4, 15. & ad æternitatem adspirando. Bernhard. Epist. 253.

Longa vita. Si crux ferenda: Ps. 6. Domine, usquequò? Brevis videtur ei, cui bene est, quique suis indulget vitiis. §. 3

Satis longa, quæ proba & pia est, quæ se totam Deo transcribit, perpetui nominis famam sibi conciliat & Deo accepta est, Sapient. 4.

Non expetenda: Id enim vanum est. Est à Deo: vide Exod. 20, 12. Deut. 5, 16. 33. c. 6, 2. 3. c. 11, 9. 21. & Augustin. Tom. 8. Col. 1427. Sicut Dominus non citò servum fidelem absolvit, sed diu remorari cupit.

Non est petenda ut summum bonum. Augustin. Tom. 9. col. 260. d. tom. 10. colum. 152. a. b. c. d.

Est tamen benedictio. Etsi enim longæ vitæ multa mala adhæreant; hæc tamen sunt piis crux ad bonum. Non est inde quod cor hominis crescat usque ad annum 50. sicuti Ægyptii somniant, quos refutat Plinius lib. XI. cap. 37.

Promittitur longævitas; sed tamen cum exceptione crucis & castigationis. *Exempla* longævorum:

S. Simeon Episcopus Hierosolymitanus 120. Euseb. lib. 3. c. 26.

S. Paulus Eremita 100. & supra. *S.* Antonius 150. annis vixit: Vide Athanasium in vita *S.* Antonii, (si modo is est Athanasius.)

Malorum vita.

§. 4 Mali vivunt: *1. Velut corrigantur. 2. Vel ut boni per eos exerceantur.* Augustin.

Eos punit Deus hæresi, excæcatione: Vide Joh. Arnd. lib. 1. c. 38. de vero Christianismo, quia Christum abnegant, Arnd. lib. 1. c. 9. 10. d. l. qui tamen abnegare debebant omnem impietatem. Tit. 2. abnegantes impietatem. Vide *Impietas.* Tit. *Pietas in Opposit.*

Brevis vita, 1. Sam. 2, 33. 32.

Tres sunt *testes mortalitatis: 1. Deus* in verbo.

2. *Natura* in exemplo rerum nempe omnium.

3. *Experientia* in quotidiano cursu.

Ephemerum animal quatuor alis & totidem pedibus unius diei spatio vivit, Isidor. Clar. Orat. X. Sic vita hominis inter duos versatur terminos, mortem & vitam.

Apo-

Apophthegmata.

§. 5 Adrianus Cæſar Philoſophum interrogavit, quid homo eſſet? Reſpondit: mancipium mortis, hoſpes loci, viator tranſiens, acervus nivis.

Gregor. in Moral. *Hoc ipſum noſtrum vivere eſt, quotidie à vita tranſire &c.* Vita ſuis incrementis ad decrementa impellitur.

Seneca: Nemo, *quàm bene vivat, ſed quam diu, curat.*

Terminus & duratio vitæ.

§. 6 Præſtituta à Deo, Pſ. 39. v. 5. & Pſ. 139. v. 16. Job. 14. v. 6. Syr. 37, 20. Eſt in illius manibus, Pſ. 31. v. 14. 15. Capilli capitis noſtri numerati ſunt, Luc. 12, 7. Ne paſſerculus quidem in terram cadit ſine Dei voluntate, Matth. 10, 19. Nemo igitur vitam, Deo invito, nobis eripuerit, Pſ. 31, 14. 15. 16. Conſtituit quidam terminum triplicem vitæ: *1. Naturæ. 2. Gratiæ:* promiſit namque Deus vitam longævam in 4. Præcepto. 3. *Iræ.*

Porrò de termino vitæ lege Auguſtin. lib. 5. c. 17. de Geneſ. ad literam agens de Eccleſia. Hun. lib. de Providentia. Lyram in cap. 14. Jobi de hoc differentem. Et Rivetum in cap. 23. Exod. conantem ſuos purgare à doctrina abſoluti & fatalis vitæ termini.

Decurtatio fit

§. 7 Per curas, gemitus, Pſ. 31, 11. Peccata, Pſ. 55. Iſraelitæ in deſerto 1. Cor. 10. proſtrati. Ger primogenitus Judæ ob impiam vitam occiſus à Deo, Gen. 38.

Comparata.

Ædificium ruinoſum 2. Cor. 5. v. 1. 2. ſeq. peccato, ceu vento deſtruendum.

Anni tres, Luc. 13, 7. Aprilis inconſtans.

Aqua 1. Effuſa quotidie. 2. Præterlapſa, Pſ. 90. 3. Turbida calamitatibus. 4. Aqua nivium, Job. 24, 19. quæ facilè liqueſcit & dilabitur.

Aquila volatu præpropero ad cibum contendit; ſic vita noſtra ad mortem, quæ ob peccatum eſt.

Arundo Ambroſ. lib. 5. in Luc. c. 29. facilis quaſſatu.

Bulla citò evaneſcens Gregor. Nazianzen. Orat. ſuper illud: *Quatenus* uni ex his feciſtis.

Captivitas in qua ſemper τῆς Jeruſalem meminiſſe debemus, Jerem. 51, 50. mundus carcer eſt.

Carcer in quo 1. Catenæ & terrores conſcientiæ. 2. Mundus nos in carcere peccati concludit: curæ nos undique conſtringunt. 3. A Satana divexamur. Pſ. 18. Torrentes Belial. Clamor diffluens.

Cinis, Gen. 18, 17. Syr. 10, 9.

Curſus tranſiens, Job. 9, 26.

Caſtrenſis erat vita Iſraelitarum in deſerto variis in locis: caſtra præcedebat & ſequebatur angelus, columna nubis. Sic in excubiis, Eph. 6. vivimus contra hoſtes & hoſtium ultimum, mortem, 1. Cor. 15, 26. Peregrinamur, 2. Cor. 5, 6. Non habemus hic civitatem manentem, Heb. 13, 14. Sit ſolatio, Angelum Jehova nos præcedere noſtraque caſtra ſequi, Apoc. 12. *Comœdia*, Seneca Epiſt. 80. Epictet. alicubi: Cui num bene interfuiſſet, ſub mortem interrogavit Auguſtus Cæſar. Sueton. in Auguſt. c. 99.

Dies heſterna, Pſ. 90. v. 4.

Dolor parturientis tandem tranſit, Joh. 16. ſic vita noſtra.

Embryonum inſtar ſumus in hac vita. Denuo renaſcemur ad alteram vitam, quæ regeneratio erit cœleſtis.

Ephemerum animal ſic dicitur, quod ejus vita unius diei ſpatio continuatur: Ariſt. lib. 1. c. 5. de hiſtor. animal. Tale animal homo eſt, ut jam ſæpe diximus.

Ergaſtulum labore plenum, Job. 14, 1. Pſal. 90, 10.

§. 8 Exitus & ingreſſus. Pythagoras interrogatus, quid vita hominis eſſet? Ingreſſus eſt cubiculum ſubitoque regreſſus eſt: Innuens hanc vitam non eſſe niſi ingreſſum & exitum.

Fabula, Pſ. 90, 10.

Filum, quod mox abrumpitur, Eſa. 38. v. 12.

Flos marceſcens, Pſ. 103. Job. 14, 1. 5.

Flumen; ſic moriens naſcitur homo, Auguſt. tom. 8. col. 676. d.

Folium cadens, Syr. 14, 19. Job. 13, 25.

Fœnum arvi, Pſ. 102, 5. I. Creatum à Deo, Pſ. 104, 14. & 147, 8. II. Fragile fœnum vitæ, Job. 14, 1. Syr. 10. III. Sectile falce mortis, Pſ. 90, 6. IV. Areſcens Sole miſeriarum.

Fovea, quam deſcripſit Joſaphato Barlaam apud Damaſcen. in vita S. Barlaami.

Fumus, Pſ. 102. v. 4. 5.

Fundus miſeriarum ſine fundo. Fundus non fundus. Uno verbo, *Abyſſus.*

Gemitus perpetuus eſt vita, Pſ. 6. Roman. 8.

Gelu. Gutta ſi mari infundatur, abſorbetur; ſic vita noſtra ab æternitate.

Habitaculum triſtiſſimum hujus mundi.

Herba hodie germinans, cras areſcens.

Hoſpitium vita eſt in quo omnia relinquimus, quia terra ſunt: & terra lectus tuus erit. Terram gerimus, terram terimus; cur nos efferimus?

§. 9 Hyems 1. *Veracitate:* Omnia enim, quæ æſtate comparavimus, abſumit hyems. Sic vita noſtra omnia conſumit, ſe ipſam quoque.

2. *Triſtitiâ:* Cœlum & terra eâ induuntur; ſic omnia triſtia ſunt in vitâ humana.

3. *Canitie:* Omnia cana ſterilia in hyeme; ſic in vita. Captivos habet flores & omnem amœnitatem: Ita præſens miſeria filiorum Dei gloriam, Rom. 8. v. 18.

4. Fovet malas, bonaſque herbas; ſic vita hæc bonos & malos.

5. Inconſtans hyems, non ſecus hæc vita.

6. Finem diei deſiderat mercenarius, Job. 7. v. 1. ſeq. ſic nos præſentis vitæ.

7. Tempeſtates ſunt quoque multæ in hyeme.

8. Hac hyeme colit agrum cordis cœleſtis hortulanus, herbas tuetur à frigore eaſque tegit, cuſtodit hortum, & memoriam cujuslibet herbæ

herbæ retinet constantissimè, ubi eam posuerit: Non secus Christus aratro legis scindit agrum, per angelos custodit: novit omnes in manu sua signatos: Esa. 49. *In manibus meis ego te signavi.*

9. Est tamen in hac vitæ hyeme quædam tempestatum relaxatio: non deest vitæ nostræ calamitatum quædam mitigatio: in medio iræ recordatur nostri Deus.

10. Pallescunt quoque flores spirituales: quia & vita & radix eorum est abscondita, Coloss. 3. Confer Augustin. tom. 8. c. 1737. c. 1738. a.

11. Zizania hiems non tollit: sic in hac vita non desunt improbi lolia extinguentia, Matt. 13.

12. Sol Justitiæ Christus sub nebulis & nubilis tegitur crucis in hac vita, Malach. 4.

13. Sequitur tandem hyemem æstas, frigus transit. Sic post hanc vitam æterna sequetur æstas vitæ æternæ.

Incolatus. Advenæ sumus olim magno jubilæo reversuri ad possessiones nostras, Levit. 25. Induciæ vita nostra ad pœnitentiam, Augustin. tom. 10. c. 523. Iris. Ludus puerorum: Chrysost. hom. 24. in c. 7. Matth. §. Quo enim distam: Lanugo, Sap. 5, 15.

§. 10 Mare 1. Turbidum. 2. Cruentum, in quo se homines devorant. Augustin. tom. 8. colum. 1547. a. b.

Mors magis quam vita est? *Mortis habet vices, quæ lentis trahitur vita gemitibus.* Seneca in Hercul. Mons. In Persiæ eminentioribus locis tres montes reperiuntur. 1. Mons inconcinnarum vocum millium. 2. In secundo major strepitus occurrit. 3. In tertio lætus sonus auditur. Militia, in qua pugnandum contra Diabolum, mundum, carnem: toleranda, æstus, frigus, sitis, fames, & hostibus resistendum per prudentiam &c.

Munus est tota vita nostra, in quo alii aliis succedunt. Vide eleganter hoc explicatum Augustin. in Ps. 127. col. 1495. lit. c. d.

Mundus calamitatum.

Navis velociter transiens: sive stent, sive sedeant homines, donec ad portum mortis provehantur. Nebula, Sap. 2, 3.

Nidus ex festucis & luto coagmentatus, Chrysost. hom. 21. ad Theodor. Mon.

Nix, quæ facilè solvitur, Job. 24, 19.

Nosocomium in quo omnis generis ægroti.

§. 11 Nox, in qua 1. gemitus Psalm. 6. Augustin. Tom. 8. col. 1595. b. 2. Diem speramus Augustin. tom. 8. col. 1334. d. 3. In qua leo circumit, 1. Pet 5, 8. Augustin. tom. 9. col. 2686. Confer quoque Tom. 8. c. 1595. b. 4. In qua error facilis. d. l. Augustin.

Nubes transiens, Job. 7, 9.

Obsesio in qua petimus 1. Panem quo confortamur. 2. Spongiam in qua oculos abstergamus. 3. Cytharam ut calamitates deploremus. Hæc tria olim petiit Gilmerus Wandalorum Dux à Belisarii duce, à quo obsessus erat: Zonar. tom. 3. annal. fol. 120. col. c.

Pelagus profundum.

Plaga mortalis Augustin. t. 8. c. 1446. d.

Pomum putrescens, Amos 8, 2.

Punctum, cujus circumferentia est æternitas, Job. 14, 14. Sap. 5, 13. Ps. 90, 4.

Pupillarum instar sumus ob patrem absentem. Augustin. tom 8. c. 1690. c. d.

Profectio continua ad mortem.

Radius textorius, Job. 7, 6. Qui citò filum abrumpit. Ros.

Sagitta emissa ocyssime penetrans aëra.

1. Stola *dissuta* per negligentiam. 2. *Sordida* per luxuriam. 3. *Combusta* per iracundiam. 4. *Concisa* per invidiam. 5. *Tenebrosa* per avaritiam: Augustin. tom. 10. col. 449. d.

Septimana, quam claudit septimus dies, qui est æternitatis, Apoc. 14, 13. Joh 16, 20. Hi sunt sex anni servitutis, Exod. 21, 2.

Spuma super faciem terræ, Ose. 10, 7. §. 12

Spina quæ semper pungit. Augustin. tom. 8. c. 1165. c.

Stilla. Somnium & somnus, Ps. 76, 6. Sicut vero oriente Sole insomnia evanescunt: sic quoque veniente judicio & morte, vita hæc ærumnosa cessabit.

Tabernaculum, in quo adhuc pugnamus. Augusti. tom. 10. col. 1527. a. vide p. seq.

Tela mox scissa, Job. 7, 6. Esa. 38, 12.

Tentorium suo tempore dissipandum, Esa. 38. v. 12. 2. Cor. 5, 2.

Tortura; duo sunt tortores hujus vitæ: dolor, timor. Augusti. tom. 10, c. 159. d.

Tugurium pastorale, Es. 38, 11.

Tentatio perpetua, in qua Deus probare intendit fidei thoracem, Satan vero per rimas cor vulnerare. V. Drexel. tract. 19. p. 836.

Transitus per hanc vallem miseriarum.

Tabernaculum 1. Ambiens nos tempora vehens. 2. Incertum, parvum, mobile, caducum. 3. Volvitur tabernaculum, convolvitur sic vita. 4. Peregrini sumus in tabernaculis. Triennium, Luc. 13, 7. quo Deus à nobis expectat fructus.

Vespera plena fletus, Ps. 30. Confer August. tom. 8. c. 155. a. b.

Venatio. Etenim Satan venator, cupiens nos in laqueos mortis pertrahere, Ps. 91. tentationis, Ps 28, 5. Ventus, Job. 7, 7. Augustin. tom. 9. c. 775. b.

Vigilia nocturna, Ps. 90. v. 4. quæ cito transit & mane æternæ vitæ expectat.

Vitrum. D. Luth. apud D. Justum Jonam hospitans, inter prandendum vitrum vini propinabat, eidem addito hoc extemporaneo versu:

Dat vitrum Jonæ vitro vitrum ipse Lutherus,
Ut vitro fragili similem se noscat uterque.

Vestis quæ indies atteritur, Syr. 14, 18.

Via ad domum omnium viventium, Job. 30, 23. per vitam enim tandem ad mortem pergimus omnibus constitutam, Hebr. 9, 27. Sed hanc domum clave resurrectionis aperiet & nos in suam domum transferet, Joh. 14. v. 2.

Umbra, Sap. 1, 5. Job. 8, 9. c. 14, 2. Ob fugacitatem, voluptatem, vanitatem, 1. Chron. 30, 18. Umbræ transitus, Sap. 2, 5. 2. Chron. 29, 15. Job. 8, 9.

§. 13 *Hanc vitæ brevitatem semper considerare debemus*, 2. Sam. 19, 34.

1. Monstra ergo sunt, homines etiam amentes qui non considerant. 2. Securi, Dei iram contemnunt. 3. Phrenetici sumus cœci. 4. Similes latroni in cruce Christum blasphemanti. 5. Improvidi iræ Dei & pœnitentiæ. 6. Cani similes non videntes eum, qui projiciat lapidem. 7. Petamus igitur: doce nos, ut sciamus &c. Pf. 90, 8. Similes lapidi. Pharaoni non deponenti cor suum.

VITA.

Mutationibus miseriæ obnoxia. Vid. Augustin. Tom. 8. col. 375. a. Drexel. tract 9. p. 1033. Didac. Apol. part. 3. p. 831. fluxa incerta. Camerar. cap. 12. part. 1. hor. subcisiv. Mixta ex voluptate & miseria. Romani duas coluêre Deas: Angeroniam & Volupiam. Angeroniæ Sacerdotes in sacello Volupiæ sacrum faciebant, ut significarent, voluptates & dolores in vita mixtas esse. Zwing. in Theat. fol. 69. §. Voluptas. Peregrinatio est. Ægyptii non domos, sed sua sepulchra exornabant, quod in his commorandum: in illis verò ad tempus solùm manendum esse præscirent. Zwinger. fol. 22. a. b. §. Mortis.

Mox transit & momentanea est: Hinc Jobi 14, 2. flori comparatur.

Morti semper vicina.

§. 14 Refert Isidorus, Constantinopoli electo Cæsari recens, mox cœmentarium adstitisse, ac aliquot lapidum genera commonstrasse, ut ex his unum eligeret, ex quo sibi vellet fabrefieri loculum: Refert Camerar. part. 1. hor. subcisiv. cap. 12.

Christi amori postponenda.

Vide Matth. 10, 39. c. 16, 25. 26. Luc. 9, 24.

Metu plena.

Dolore, labore, metu, affectu, ergo diem lætum tibimet non tribue.

Brevis est. Ergo sic vive, tanquam coram Deo mox diversurus. Augustin. Tom. 10. c. 7. a. b. c. 160. d.

Sancta & simulata. Augustinus Epist. 152. col. 696. *Quisquis ab Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod à Christianitate disjunctus est, non habebit vitam, sed ira DEI manet super ipsum.*

Sancta & vera ad Christianismum multos ducit. Vide Sozomen. lib. 2. c. 4. & Baron. tom. 2. fol. 644. annalium.

Vana est vita.

1. In consiliis & proposito nostro, quod nostro arbitrio non regitur, Jer. 10.

2. In scopo nostro, quem non assequimur.

3. In curis & labore.

4. In vanitatibus mundi, quibus se homo frustra oblectat: Maturè igitur vitæ bene agendæ vias ineamus. Vide Drexel. Tom. 2. p. 112. Vernac. Perkins. col. 1707. oper. Exhortationem Levini Lemnii.

Porismata moralia, è consideratione brevis vitæ.

§. 15 Simus *prudentes:* nox enim brevis est vita. Iram Dei metuamus, ob quam velociter perimus, Psal. 90.

Fortes ad pugnandum adversus Diabolum & hostes nocturnos. Anaxarchus in mortario conclusus & contusus exclamavit: Tunde follem Anaxarchi, Anaxarchum non tundis.

Desideremus æternum diem & regnum, Luc. 22, 29. Vide Sanctorum desideria, 1. Reg. 19, 4. Psal. 120, 5. Psal. 142, 8. Rom. 7, 24. c. 8, 20. Luc. 21, 28.

Vigilemus ad adventum Domini, Luc. 21, 34. Matth. 24, 4. *Mitigemus labores* & dolores nostros pura conscientia labore officii & oratione.

Consideremus nihil esse stabile in hoc mundo.

Terrena *non sapiamus*. Terra namque relinquenda est.

In viribus & robore nostro *non confidamus*.

Vitia omnia, ambitionem, avaritiam *fugiamus*. Brevis enim vita est, breve gaudium æterno dolore emendum. Vide Luc. 16. exemplum epulonis.

Humilitatem amemus: Terra enim sumus, terra erimus, Gen. 18. pulvis & cinis sum.

Solemur quoque nos vitæ brevitate contra calamitates & miserias hujus vitæ æterno gaudio minimè pares, Rom. 8. v. 18. 2. Cor. 4, 17. Gen. 46, 7. Dies mali pauci. Apoc. 2. Decem diebus habebitis afflictionem. Deus ut vitam, sic crucem determinat, Psal. 56, 9. *Contra corporis nostri corruptionem*, quâ tandem liberabitur, 1. Cor. 15, 42. Phil. 3. *Contra vanum mortis metum.* Discedimus enim ex hac brevi vita ad æternam, tabernaculo fragili ad perpetuam, 2. Corinth. 5. E somno brevi vitæ ad æterna gaudia ad capessendas dotes in anima & corpore, pulli gallinacei excludendi ovo: sic nos è mundi & vitæ hujus ergastulo.

Non nimis *magno* vivendi *desiderio* nos *teneri* fas est, ob plurimas causas è præcedentibus fluentes. Confer Joh. Bapt. Fulgos. lib. 9. c. 13. de Exempl.

Abbreviata multis vita ob peccata. Sic Anastasio Imperatori nunciatum est decurtatos sibi vitæ dies esse. Psal. 55. Viri dolosi & sanguinolenti non dimidiabunt dies suos.

Juvenis sceleratus in Catalonia suspensus visus est barba crescere, & capillis canescere. Indicavit Episcopus loci longioris vitæ usum sibi hunc juvenem sceleribus præcidisse. Confer hoc Tit. num. 6. suprà.

VITA SPIRITUALIS.

De ea Phrases Scripturæ notandæ. §. 16

I. *Vivere in Spiritu*, Gal 5, 25. Significat (α.) Spiritum sanctum habere: sicut is, qui vivit naturaliter, animam in se habet: ut illum in cunctis ducem sequatur.

(β.) *Moveri* ab hoc spiritu ad omne bonum. Rom. 8. *Hi sunt filii Dei, qui spiritu Dei ducuntur.*

(γ.) *Sic operari* ut ad Dei gloriam contendamus.

(δ.) *Ad Dei legem vivere*, Jer. 9. v. 13.

II. *Vivere Deo*, Rom. 6, 10. c. 14, 8. Gal. 2, 19. 20. Christo, 2. Cor. 5, 15. Domino, Rom. 14, 7. Ex verbo Dei, Matth. 4. Secundum Deum, 1. Pet. 4, 16. Idque merito; est enim Deus Deus vitæ nostræ, Ps. 42. v. 9. 10.

III. In

III. *In Deo*, Gal. 2, 19. 20. Hebr. 9, 14. c. 12, 9. Spiritu, Gal. 5, 25.

IV. *Juxta* Deum, 1. Petr. 4, 6.

V. *In fide*, ex fide, Gal. 2, 20. c. 3, 11. Hebr. 10, 28. Rom. 1, 17. Habac. 2. Justus ex fide sua vivet.

VI. *Propter* Christum, Joh. 6, 57.

VII. *Hostiam* viventem se Deo exhibere, Rom. 12, 1. totum se Deo dare in obsequium.

VIII. *In Christo*, Roman. 6, 11. 2. Cor. 5, 15. tota intentione in Deum ferri. Quærere ejus gloriam. Commodum ejus, consecrare vitam suam Deo, non obsecundare propriæ voluntati.

A simili: ut mancipia & servi suis vivunt Dominis: sine Christo vivere nobis omnium sit gravissimum & molestissimum (sic dixit Cleopatra, ad tumulum Antonii mariti, quem manibus suis tumulaverat. Zwinger. fol. 99. a. §. Cleopatra.) D. Lutherus in mensa sua sæpe solitus est scribere: VIVIT; atque simul dicere, si non viveret Christus, nec una hora vivere cuperem: verum quia vivit ille, & ego vivam per illum. Confer eundem in cap. XV. Joh.

§. 17 Pii sunt templa Dei viventis, 2. Cor. 6, 16. quia Spiritus Dei vivi habitat in illis, 2. Cor. 3. v. 3. Non autem peccato vivere debemus, Rom. 6, 2. Non juxta carnem, Rom. 8, 12. 13. Sed tanquam viventes ex mortuis, Rom. 6, 13. Non in delitiis, Apoc. 18, 9. Sed piè, justè, castè, Tit. 2, 12. 1. Pet. 2, 24.

Ut viventes Christo, manna illud occultum habeamus, Joh. Arnd. lib. 1. c. 36. De vero Christianismo. Bona vita Christianorum Ethnicorum olim calumnias refutabat. Justin. in Apolog. ad Anton. Imperatorem.

Cursus est, 1. Cor. 9, 24. 25. Gal. 2, 2. c. 5, 7. Act. 20, 24. 2. Tim. 4, 7.

Currentium quidam sunt. 1. Qui *bene incipiunt*, sed deficiunt prius quam ad metam perveniunt.

2. *Pigrè incipiunt, sed* tamen ad metam *perveniunt*.

3. *Velociter* incipiunt & finiunt.

4. *Pigrè incipiunt &* in pigritia *subsistunt*. Bernh. Serm. XII. de Cœna Dom. col. 1356. lit. k.

Retrorsum ire non debemus, Jer. 15. Joh. 18. Milites retrorsum cadentes. Num. 14. Filii Israël in Ægyptum reversuri.

Obstacula cursus. 1. Mundi amœnitas abstrahens. 2. Asperitas viæ terrens. 3. Imbecillitas carnis. 4. Scandala mundi, Matth. 18. Hic enim objectis vanarum rerum speculis nos in cursu moratur. Sicut Isidor. narrat de tygridibus, quibus cum rapti sunt catuli, venatorem persequuntur: At hic objectis speculis animal moratur, in quibus se intuetur, & sic amittit catulos. Tu verò ô homo animam amittes, si specula inania mundi moratus fueris.

5. *Scrupuli & fluctuatio* mentis obstant pio cursui.

§. 18 *Officia cursorum*. I. *Viam Dei attendere*, eamque non (quod improborum est) abjicere, Job. 21. 14.

II. *Lucernam* verbi divini *adhibere* in hac via, Ps. 119. v. 106.

III. *Respicere* semper *ad Christum* in hoc cursu, ut 1. Agonothetam summum, 2. Tim. 4. 2. Dominum præsentem. 3. Cursus Magistrum præcurrentem, Heb. 12. 4. Consummatorem cursus, Heb. 12.

Itaque non debemus retrospicere, uti Lothi uxor, Luc. 17. Sed terrenorum omnium oblivisci, Phil. 3.

IV. *Sic currere ut comprehendamus*, Phil. 3. v. 14. seq.

V. *Respicere brabéum*, Phil. 3. 1. Cor. 9.

VI. *Omnia gravia abjicere*, quæ nos in cursu tardare possunt: curas mundi, amorem terrenorum omnium.

VII. *Orare diligenter*, ne in cursu deficiamus: Psal. 119. Curram viam mandatorum tuorum.

VIII. *Extendere sese*, Phil. 3, 14. Sicut & Christus in cruce sese pro nobis extendit.

IX. *Abstinere se ab omnibus*, Philip. 3, 13. adeoque se quasi *nudare*; ut abjectis vestibus Christus in cruce suspensus fuit. *Omnia relinquere*, Matth. 19, 27. Crates Thebanus ditissimus omne auri pondus abjecit amore philosophiæ ductus: sic nos omnia contemnamus præ Christi amore. Peccato circumstante nos *abstinere*, Hebr. 12, 1. Ne fiat nobis hoc peccatum echeneis, vel remora, piscis quæ naves currentes retardat, Gregor. Nazianz. in Carm. ad Virgines.

X. *Cogitare levitatem cursus*, Chrysostom. 1. Cor. 9.

XI. *Temperantiæ & castitati studere*, ut eo expeditius cursum consummemus, Luc. 21. Ne corda vestra graventur.

Adde his Cassianum lib. 6. c. 7. pluribus dissertantem de legibus cursorum.

Iter est. 1. Via ejus duplex, Matth. 7. Lata & angusta, Syr. 15. v. 18. mors & vita, Lactant. l. 6. c. 3. Institut.

2. Exitus est dispar. Unius ad vitam, alterius ad mortem, Dan. 12. Joh. 5.

3. Cincta est hæc via diversis angelis. Basil. in Ps. 1. tom. 1. §. Duces sunt: nempe viam arctam custodiunt angeli, boni scilicet: viam latam angeli mali. Ps. 17. *Latro in via*.

4. Sancti omnes & Christus ipse viam angustam secuti sunt. Invitant nos, ut illorum vestigia legamus.

Navigatio 1. Ob *undas* tumescentes, quæ notant mundi superbiam. 2. Ob *scopulos*, qui figurant hæreticorum fraudes, & mundanorum curas.

3. Ob *Syrtes*, quæ figurant mundi voluptates.

Indicia vitæ spiritualis sunt quatuor:

§. 19 I. *Vitiorum mortificatio*. Granum non fert fructum, nisi prius moriatur; sic homo prius sibi & carni moriatur crucifigaturque, quam vivat Deo, necessum est, Rom. 6. c. 7. 1. Pet. 2.

II. *Mundani solatii abdicatio*. Ut enim piscibus extra aquam, talpæ extra terram non est bene; sic nec animæ extra Dei solatium. *Domine* (ait alicubi Augustinus) *fecisti nos ad te, & inquie-*

inquietum est cor nostrum, donec redeat ad te. Idem amor patriæ habet delitiosum exilium, amarum.

III. *Spiritualis in bonis operibus ambulatio.* Gal. 6. Spiritu ambulate.

IV. *Virium comportatio omnium* ad serviendum Deo. Deut. 6. *Diliges Dominum Deum tuum* &c.

Vita carnalis, impia.

§. 20 Notatur phrasibus his fere:

I. Vivere secundùm carnem, Rom. 8, 13. id est carnis suggestionem, delectationem, assensum, mundanum scandalosum.

II. In carne Rom. 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.

III. Terrenum esse, Joan. 3. & de terra loqui.

IV. Carnalia sapere, Phil. 3.

Vita solitaria.

V. *Eremus*. V. *Monachus*. Confer Textorem col. 1253. Officin. Marul. p. 79. Sabellic. fol. XI. Exemplorum.

Privata & mediocris vita.

§. 21 Suis gaudet commoditatibus. P. Camerar. part. 1. c. 45. Huc spectat Ἀυταρκεια.

Christus vita mea est, Phil. 1. v. 21. Est verò Christus vita. I. *Causativè*: Est enim causa vitæ. Dat vitam 1. *Naturalem*, Joh. 1, 4. Act. 17. In ipso vivimus, movemur & sumus. 2. *Spiritualem*: movet enim Christus nos spiritualiter ad bene operandum, Gal. 2. Hanc vitam conservat in nobis Christus.

II. *Objectivè*; ut sit sensus: Christo soli vivo, Gal. 2. v. 20. Ipsi vitam meam consecravi, ille mihi exemplum est, ad quod vitam meam instituo.

III. *Adjunctivè*; ut sit sensus: Ego obediam Christo meo, sive moriar in his vinculis, sive vivam: Ego Christum magnificabo, ei me subjiciam sive in morte, sive vita.

VITA ÆTERNA.

§. 22 Agendum hic paucis de æternitate, eaque similibus adumbranda quibusdam:

Principio. Sunt qui æternitatem soli Deo rectè adscribunt, quod sit sine principio & fine, ac solus quidem: Angeli vero & homines non sunt præcisè æterni, quod principium habeant, sed perpetui. At quæ habent principium & finem, propriè sunt temporalia, & vegetabilia, bruta.

Est verò æternitas immensurabilis diuturnitas sine principio, fine, mutatione: Atque hæc soli Deo competit. Nos hic de perpetuitate vitæ illius à DEO promissæ nullumque finem habituræ agimus, Dionysius de divinis Nominibus: *Æternitas quid est? Est ævum ævorum.* Hæc ille.

Arena maris innumerabilis. Lapillus arenarius, quid quæso est respectu terrenæ molis totius ac integræ? Gutta aquæ nihil est comparata universo ac immenso mari: sic hæc vita gutta minor est, ad æternitatem comparata & collata. Chrysostom. hom. 28. in Epistolam ad Hebr.

Si cochleari exhaurires subinde mare, aquæ tamen exhaustæ in mare rursus recurrerent, adeoque nunquam exhauriretur: ita quoque nostro intellectu nunquam assequi possumus, quam infinita terminoque nullo circumscripta & contenta sit æternitas.

Si tota *cœlestis Sphæra numeris* conscripta esset, atque singulis annis unus solum numerus deleretur, finis certo expectari posset: At non sic in æternitate.

Si esset *mons tantæ magnitudinis*, quantæ est universa mundi machina, & singulis centenis annis avicula unicum lapillum auferret secum, finis omnino expectari posset: sed non ita in æternitate.

Est æternitas *circulus*, cujus centrum est semper, circumferentia nunquam: Nullo enim tempore terminatur. *Mare* inexhaustum perpetuis affluens ac circumfluens aquis semper in mare remeantibus.

§. 23 *Consideratione digna æternitas.*

I. *Ut cogitemus* reliqua omnia momentanea esse. Romæ recens creato Pontifici, eoque ad sellam ducto, qui præit stupam accendens, eidem acclamat: Beatissime Pater, sic transit gloria mundi. Totus mundus in die judicii stupa erit: transibit mundus cum universa gloria, 1. Cor. 7. v. 31. 1. Joh. 2. v. 15.

II. Intellectus *nostri angustiam consideremus*, qui quid sit æternitas non assequitur. Est enim æternitas ut domus tenebrosa, in quam si inducaris, parietes palpas, exitum non invenis.

III. *Fideliter Deo atque constanter serviamus.* Ob amorem Rachelis Jacobo erant septem anni, ceu unus annus, Gen. 29. Sic ob Christi amorem septem anni hujus vitæ sint tibi instar nullius æternitatem gaudii considerans.

IV. *Difficultatem perveniendi in vitam æternam* jugiter nobis ob oculos ponamus. Refert Papyrius Massonus Pium V. Pontificem dixisse: vix fieri posse, ut corruptis hisce temporibus ad æternam gloriam & tranquillitatem perveniat: referente D. Gerhardo lib. 1 part. 1. p. 140. Conf. Cathol. Est enim angusta via, Matth. 7. v. 13 14. Luc. 13. v. 23.

Verè datur.

§. 24 Patet è *variis testimoniis* de hac vita æterna loquentibus, cum in V. tum in N. Test. Contra Socinianos, qui negant fieri illius in V. T. mentionem; Smalcius de divin. Christi c. 7.

Ab expressis testimoniis: Matth. 25. Ibunt justi in vitam æternam. Joh. 3, 17. Habent vitam æternam; sic Joan. 6. Quia hanc dedit Pastor Joann. 10. ovibus, ipsumque cognoscentibus, Joan. 17, 3. ut donum, Rom. 5. Vitam æternam nobis dedit Deus, Rom. 6. Ipse enim est vita æterna, 1. Joan. 5. v. ult. Exod. 3. Ego sum Deus Abraham, Matth. 22.

A certa fiducia electorum, Job. 19, 25. & fide Patriarcharum, Hebr. 11. Fide Abraham &c. inquit: sancti ad æterna bona respexerunt.

A desideriis Messiæ, Hag. 2, 8. Johan. cap. 8. v. 56.

A promissionibus Dei, Ezech. 37, 1. Dan. 12. Matth. 19. Erimus ἰσάγγελοι.

Ejusdem justitiâ, qua decrevit piis olim æternum

num bene esse: v. g. Joanni Baptistæ innocentissimè trucidato; sic malè ibi bene.

A figuris & typis Enochi Gen. 5. Eliæ, & illustris est Dei revelatio ad Christi baptismum de cœlo facta Matth. 3. & c. 17. Christi transfiguratio.

A revelatione peccatorum, Gen. 4. donec revelabitur. At plurima sunt peccata, quæ in hac vita non revelabuntur, sed in altera demum, 1. Cor. 4. Ergo consequens est hominem post mortem esse victurum.

A phrasi, ad populum aggregari, Gen. 25. & 35. dicitur de Abrahamo & Isaaco: subinnuitur non periisse mortuos. Esai. 56. Viri sancti colliguntur.

Requiescere in cubilibus, Esa. 26.

Deum esse Deum Jacobi, Exod. 3. Matth. 22.

Dormire Dan. 12. Resurgent igitur.

Esse cum Christo, Philip. 1.

Nostrum πολίτευμα esse in cœlis, Phil. 3.

§. 25 *A nostro officio.* Debemus enim futuram civitatem inquirere, Heb. 13.

Non solum in hac vita in Christum sperare, 1. Cor. 15.

A vocatione Dei ad gloriam æternam, 1. Pet. 5. Et vitæ æternæ promissione. 1. Joh. 2. Hæc est promissio &c. cap. 5. Vitam æternam nobis dedit Deus.

A fine loci cœlestis, quem Christus nobis paravit, Joh. 14.

Creationis nostri non ad hanc lamentabilem vitam, sed longe potiorem.

Institutionis S. Ministerii. Incarnationis filii Dei.

A ruderibus hujus doctrinæ etiam in Ethnicis, vid. Cic. lib. 1. Tuscul. Quæstion.

Negavit vitam æternam Joann. XXIII. Papa Romanus, ut refert tom. 4. Conc. Venetiis excusorum & Crabbe tom. 3. Conc. Col. excusorum fol. 1060. Col. 6. §. Item quod dictus &c.

§. 26 *Causa efficiens, procreans. 1.* Quis det? Nempe Deus, qui nos ad Christum ducet, 1. Thess. 4. v. 14. ἄξει σὺν αὐτῷ, Rom. 5. v. 2. cap. 8. v. 18.

Causa promerens Christus. Rom. 6. v. ult. donum Dei vita æterna in Christo JESU! Non nostra opera: vide Eph. 2. v. 8. Tit. 3, 5. Rom. 6, 23. Eph. 2, 8. 9.

Fides est *instrumentalis causa*, Marc. 16, 6. Joh. 6, 40. 47. c. 20, 31. Offerens est Dei promissio, Joh. 5, 25. 2. Cor. 13, 4. 1. Thess. 5, 10. Joh. 6, 51. 58. 57. c. 11, 25. c. 14, 19. Rom. 6, 8.

§. 27 *Materia* & partes quasi sunt omnia bona, quæ in ista erunt felicitate ineffabili, v. g.

Deus, qui fuit hic nostra spes, erit ibi nostra res. August. tom. 8. col. 1685. d.

Christi conversatio & delectatio. 1. Thess. 4. v. ult. *Erimus cum Domino.*

Cyrus cum in bello nobilem virginem cepisset, eamque capitis damnasset, nobilis quidam suam pro illa vitam despondens, captivam liberavit. Uterque verò a Cyro invitati sunt honorificè, quod tantus illi amor placuisset: sic Christus nos Satanæ captivos liberavit sanguine suo, seque nobis desponsavit: Utriusque hujus amore Deus ipse, & nos in altera vita delectabimur.

Visio cœli. Cercidas Philosophus dixit, nolle se mortem timere, post eam se Olympum visurum esse.

Evigilatio animæ. Gregor. lib. 18. moral. Dum corpus obdormiscit in morte, anima evigilat in vera cognitione.

§. 28 *Cognitio in intellectu.* Ut in speculo tria videmus: 1. Nos ipsos, 2. Speculum, 3. Alios; ita in altera vita videbimus: 1. Deum, 2. Nos ipsos, 3. Alios. Vide Augustin. tom. 9. col. 814. d.

Joh. 16. *in illa die me non interrogabitis*; sic nec nos: Cognoscemus enim Deum de facie ad faciem in altera vita, docente Apostolo 1. Corinth. 13, 12. *Tunc a facie ad faciem.* Notatur his verbis αὐτοψία, quam dabit DEUS ipse.

Sicuti oculus solem non intuetur, nisi sole lucente: sic & nos Deum visuri non sumus, nisi Deo ipso illuminante. Quo respexit Chrysostomus in h. l. Apostoli. De hac visione, lege sis Drexel. Tract. 5. p. 617.

Obedientia & sanctitas in voluntate. Hæc enim legi Dei plenè conformis erit, ut est angelorum, Psal. 103.

Harmonia in appetitu sensitivo. Amor erga Deum sincerus.

Desiderium: quo feremur in Deum, ut amando desideremus, bibendo usque sitiamus, Sir. 24. Augustin. tom. 10. col. 683. b. Ut olim summo desiderio tacti patres terram lacte atque melle fluentem introire Hebr. 11. Moses & Abraham optarunt: sic nos usque & usque desiderabimus Dominum. Illi voto suo excidêre: Nos non item.

Officina præmiorum. Veterum quidam hæc recensent, 1. Erit in altera vita juventus sine senectute. 2. Sanitas sine morbo. 3. Abundantia omnium rerum sine defectu. 4. Pax perpetua sine bello. 5. Gaudia sine numero in anima & corpore. 6. Gloria sempiterna. 7. Securitas. 8. Complementum omnium desideriorum nostrorum in Deo: qui erit omnia in omnibus, 1. Cor. 15. Gaudia vitæ æternæ part. 4. Dionys. de 4. Novissimis.

Officina retributionis. I. Legalis, in malis puniendis, Rom. 2.

II. Evangelicæ, in vita æterna danda, Rom. 6. v. ult. Joh. 5, 24. In hanc remunerationem Thomas Morus respexit, vid. à Lapid. in Heb. 11, 26. col. b. sub finem.

§. 29 *Gaudium* Primo Quintuplex I. Ob corporis absolutionem. Rom. 7. *Miser homo quis me liberabit &c.* II. Vinculorum solutionem quæ sunt septem. 1. Fames. 2. Sitis. 3. Frigus 4. Calor. 5. Lassitudo. 6. Infirmitas. 7. Mors. Non rumpimus hæc vincula: famem & sitim non cibo vel potu, frigus non vestibus, calorem non vestium subtilitate, lassitudinem non per otium & quietem, infirmitatem non per medicinas. Mortis verò vincula nemo dissolvere potest.

III. Ob exilii nostri terminationem.

IV. Ob dæmonum hostiumque omnium confusionem.

V. Ob tenebrarum exterminationem. In corpore enim Spiritus ignorantiæ tenebris adobruitur.

Secundo quintuplex: 1 Ob victoriam carnis. Extra hanc enim vivunt animæ aliquantisper. 2. Ob defectum doloris & pœnitentiæ: quia non peccabimus amplius. 3. Sententiæ absolutoriæ auditionem. 4. Ob prægustum gaudii. 5. Ob peroccupationem æternæ hæreditatis. Et quidem gaudium

Continuum: tota vita erit Alleluja, August. §. 30 Tom. 10. c. 1550. c.

Absolutum: Erit enim perpetuum non tollendum, Hebr. 11, 26. Cyprian tract. de immortalitate animarum. Tertullian. lib. de spectaculis.

Purum ab omnibus curis.

Plenissimum ob causas gaudii omnes, & remotionem malorum omnium. Non enim mors, non casus, non infirmitas, non mala nuncia.

Ineffabile. Romani ad ludos olim invitabant his verbis: Venirent ad ludos, quos nec vidissent unquam, nec visuri essent deinceps. Zwinger. fol. 120. Theatr. Nos multò rectius illa de æterna vita usurpaverimus.

Ovans: Ut olim Græci sua corona ovabant, si quid prospere esset gestum. Zwinger. fol 154. Theatr.

Angelicum. Resurgente Domino angeli Mariam plorare vetuerunt: sic in altera vitâ omnes iidem angeli lachrymas arcebunt. Augustin. Tom. 9. col. 555. d. Occurrent nobis angeli, sicut peregrè profectis. Matth. 24. *Mittet angelos suos & congregabit electos*.

§. 31 *Solidum*. Gaudia hujus vitæ non sunt nisi turbida aqua, non limpida. At in altera vita solida erit, nullisque turbida motibus lætitiæ; Maximum ob devictos hostes, Satanam, peccatum, infernum, Esth. 9. v. 22.

Domini Gaudium. Matt. 25. Intrare jubetur hoc gaudium servus frugi 1. Domini illius Dominantium, 1. Thess. 4. ult. 1. Tim. 6. 2. *Gaudium servi plenum non est*.

Spirituale, sublime, mysticum: 1. Non corporale Turcicum, Judaicum, quod sibi infideles in cœlo somniant.

Absolvens nos à dolore in illa vita. Tob. 5. Quale mihi gaudium, si lumen cœli non videam? Sic quæ nobis quæso gaudia esse possunt, nisi cœlum, Dominumque de cœlo, in cœlo, & cœlorum lucem videamus.

Is verò est Jesus noster benedictus in secula: Exuet nobis saccum Deus, Ps. 30, 12.

Hinc *requies* vocatur, 2. Thess. 1. v. 7. Gerson in verba: Venite ad me *omnes*, hanc requiem describit. 1. Quod oculis visa non sit, 1. Cor. 2. 2. fit decor corporis & immortalitas. 3. Absentia doloris & laboris. 4. Sanitas inconcussa. 5. Dei visio perpetua. 6. Æternitatis inspectio fulgida. 7. Accubitus cum Majestate Dei æterna. Deinde requies vita æterna erit

(α) *à Multiplici* anxietate, quæ est in hac vita.

(β) *à Labore*, Apoc. 14, 13.

(γ) *A tristitia*, Apoc. 7, 17. Es. 35, 10. Apoc. 21, 9.

(δ) *A peccato*, Ps. 14. v. ult. Confer Ps. 16, 12.

Muri cœlestis Jerusalem alti sunt, Apoc. 21, 17.

1. Ob hostium incursionem: Nulli enim hostes supererunt in in altera vita: sed 2. Ob negatam *impiis ingressionem*, & 3. ob ingrediendi difficultatem. In hac urbe suspensa est corona vitæ, 2. Tim. 4. Clamemus, clamemus, ad hanc coronam, spinis mundi impliciti, anhelemus, hanc expectemus, Phil. 3. §. 32

Atque hæc corona nobis sit solatio, cum nobis pericula struuntur. Ita se consolatus est quandam Athanasius sub finem disp. 1. cum Ario Tom. 1. Concilior. fol. 134. lit. a. Sunt hæc præmia ædes cœlestes non subterraneæ & vallestres hujus mundi, 2. Cor. 5. Confer Ambros. Epist. 12.

Mutabuntur vestes captivitatis, ut coram Deo edere possimus, Jerem. 52. Allegoric. applicet:

Conferetur honor, Esth. 6, 9. Christus verè Princeps est, Esa. 9. Pacis, electis suis honorem collaturus. *Venite* [dicet] *benedicti* Patris mei, possidete regnum, Matth. 25.

Dabitur hæreditas, quæ erit cœlestium bonorum possessio. Hujus

Causa promerens Christus, Gal. 3. v. 9. 10.

Fides apprehendens, Gal. d. l. v. 11. 12. Justus §. 33 sua fide vivet. Maxima & summa, Ambros. Epist. XX. immarcessibilis. 1. Pet. 1, 4. Corona immarcessibilis.

Victoria de omnibus hostibus, Jos. 21, 44.

Schola visionis Dei. Videbimus enim Dominum.

Visionis hujus 1. *modus* ineffabilis est, de quo frustra multis litigant Theologi scholastici.

2. *Objectum*, quod videbitur, erit I. Deus, quem videbunt in essentia & idiomatibus, beati longè melius, quam in hac vita. II. *Mystica* in hac vita clausa, in illa aperta: v. g. de Christi persona, de unione duarum in Christo naturarum, de prædestinatione, de horribilitate inferni & pœnarum infernalium. III. *Societas* angelorum & animarum beatarum. IV. *Habitaculum illud cœlestis majestatis*, in quod translati sunt. Joh. 17. *Volo, ut ubi sum, etiam illi sint quos dedisti mihi*. V. Inferni profunditatis. VI. Creaturarum multitudinis.

Stolæ.

Quinque olim Benjamino datæ, Gen. 45, 22. Quinque nobis dabuntur in altera vita, 1. Cor. 15, 43. Prima *Incorruptibilitas*. Secunda *Gloria*. Tertia *Virtus*. Quarta *Spiritualitas*. Quinta *Claritas*, v. 42. d. l.

Sufficientia omnium bonorum.

Josuæ 5. *defecit Man*. In vita æterna non §. 34 deficiet panis vitæ, Joh. 6. Ego sum panis vitæ. Non potus. Non jejunabimus ibi: quia Deus nobis panis erit; sicut Mosi fuit quadraginta diebus ac noctibus, Exod. 34. Nec erimus in tenebris. Deus enim *lumen erit*, 1. Cor. 13, 12. 1. Thess. 4, 17.

Specta-

Spectaculum omnium bonorum

Videbimus 1. Deum omnis boni fontem, Pſ. 36. Apud Te eſt fons vitæ. 2. Poſſidebimus Deum. 3. Pacem, Auguſt. tom. 8. col. 933. a 4. Sanctos angelos. 5. Patriarchas. 6. Prophetas. 7. Apoſtolos. 8. Omnes denique electos, in Chriſto adoptatos, Eph. 1.

Manſiones multæ erunt in vita illa. Joh. 14. in domo Patris mei multæ ſunt manſiones, ait Salvator noſter.

Deus cœlum & terram reddet longe pulcherrima. Luther. tom. 4. Jenenſ. fol 159. Auguſtin. tractat. 4. in Johan.

§. 35 *Peregrinationis noſtræ finis.*

Patinæ in Apocalypſi ſignificant piorum peregrinationem jam abſolutam eſſe: Milites Gothofredi Bulionæi, captis Hieroſolymis, ſignum abſolutæ peregrinationis urbi intulerunt. Æmilius lib. 4. Cœlis inferamus trophæa!

Summa gloria terminata.

Major erit illa Ahasveri: major pompâ illa Romani Senatus, quam Fulgentius ſprevit, præ futura gloria Romæ à ſe conſpectam. Sigonius lib. 16. Imperii Occid. Vide Zwing. fol. 25. a Theatr.

Præmiis ornata.

In vita æterna Deus eſt munerator copioſiſſimus, remunerator æquiſſimus, liberator piiſſimus. Bernhard. ſerm. 57. in Cantic. Cantic. Omnia hæc illud de divite & Lazaro facile applicaveris. In ea tamen ſunt gradus, Dan. 12. v. 3. 1. Cor. 3, 8. c. 15, 41. Sicut in ſtellis organis muſicis Pſ. 150. magna eſt diverſitas, Auguſt. tom. 8. col. 1754. C.

Superat omnes afflictiones.

§. 36 Rom. 8. v. 18 2. Cor. 4. v. 17. Ut pondus grave res leves ſuperat: ſic æterna gloria hujus vitæ afflictiones. Omnes, ſummas, graviſſimas.

Gaudium adfert. Ideo vita æterna de ſtella matutina nuncupatur: *Stella*, ob fulgorem & gaudium: *Matutina*, quia oritur poſt mortem hujus ſeculi, Apoc. 2, 28.

Requiem præbet. Optima in cœlo eſt requies ac lectus, è quo ut ſurgas, nemo jubebit. Præmiis pios afficit. Erit enim ibi cœleſtis Salomo. Vide Allegor. 1. Reg. 2, 7.

Libertas in ea vita.

1. A Satana, qui projectus Apoc. 12. meritò, ut accuſator.

2. A morte quæ devicta 1. Cor. 15. in Chriſto Jeſu!

3. Ab inſidiis mundi, quæ eliſæ. Pſ. 125. v. 7. *Funis ruptus eſt.*

4. A peccato quod plane ſublatum, 1. Corinth. 15.

5. A miſeria quæ funditus extirpata, Apoc. 21, 4.

6. A ſacco corporis hujus peccaminoſi, & miſeriæ, Rom. 7. v. ult.

Summa pulchritudo.

§. 37 Nero totum theatrum Romæ auro illevit, inſtrumenta comica aurea fecit, miſſiones ligneas faciebat, hoc eſt teſſeras in vulgus pargebat, quibus inſcriptæ totæ domus, agri, fundi, argenti, gemmarum maximus cumulus. Domitianus in ſolius Capitolii deaurationem ſeptem milliones auri impendit. Salomon ex auro omnia conveſtiit in templo. At quid hæc omnia ad illam vitæ æternæ pulchritudinem? Quæ erit 1. *In Chriſti viſione.* 2. *In ſanctorum aſpectione.* 3. *In lucis claritate.* 4. *In corporis noſtri ſubtilitate.* 5. *In omni munditia.*

Gloria pro ignominia dabitur credentibus.

Benedictio, Matt. 25. Venite benedicti Patris mei. O dulcem Chriſti vocem Cant. 4. v. 8. & abundantiam omnium bonorum. Non erit ibi fames, non eſuries, non tenebræ. V. ſupra nullus dolor: omnia ibi erunt felicia: imo feliciſſima: Erit ibi amœnitas vernalis, lux æſtivalis, ubertas autumnalis, quies hyemalis.

Honor, Rom. 2, 7. 10. c. 9, 21. 2. Tim. 2, 21.

Amor Dei perfectus, qui in hac vita imperfectus fuit. Ille verò in viſione eſſentiæ divinæ orietur.

Securitas. 1. Ob ſtatum felicitatis, quem ibi ex toto obtinebimus. 1. Cor. 13. quia à facie ad faciem Deum videbimus.

2. Ob Chriſtum victorem de omnibus hoſtibus triumphantem. 1. Corinth. 15. *Mors tuus ubi ſtimulus?*

Ob projectum Satanam, Apoc. 12. & ad perpetuos cruciatus plenè damnatum, Matth. 25, 41. 46.

Acquiſitio. Vita æterna aut hic amittitur aut retinetur: ait Cyprian. *de Aſcenſ. Chriſti in cœlum.*

Perpetua Dei glorificatio.

§. 38 Anno Chriſti 459. Conſtantinopoli ædificatum eſt Cœnobium Acemetarum, hoc eſt inſomnium, qui per vices ordinum ſuorum, diu noctuque Deum laudabant.

At in vita æterna verè *erimus inſomnes:* ſemper enim Deum laudabimus & laudando amabimus. Ibi eſt Dei civitas. Pſ. 84. *Beati habitant in domo tua!* hic inchoativè, imperfectè Deum laudabimus: ibi conſummativè laudabimus, Apoc. 12, 10. 1. Cor. 15, 54. 55. Apoc. 4, 8. quia perfectè triumphabimus, coronâ immarceſſibili ornati ovabimus, 1. Pet. 5, 4. liberati ab omni malo exultabimus, 2. Tim. 4, 18. Auguſtin. de civit. Dei lib. XXII. c. 30. Omnia membra & viſcera incorruptibilis corporis proficient in laudibus Dei. Confer Tom 3. autorem libri de ſpiritu & anima, c. 60.

Officia noſtra circa vitam æternam.

§. 39 *Meditari eam debemus.* Ut Propheta Ezechiel Babylone captivus ſpirituali τῆς Jeruſalem viſione delectatus eſt, Ezech. 40. ſeq. Sic nos ad cœleſtem Jeruſalem adſpiremus in Babylone hujus mundi, Philip. 3, 20. Col. 3. v. 4.

Sicut *Abraham levans oculos terram promiſſam vidit*, Geneſ. 15, 8. Sic nos in cœlum oculos levemus, & cœleſtia contemplantes, jugi eorum deſiderio atque amore inflammemur. Quando Te, ô Domine, videbimus!

Pro ignominia nos gloriam accepturos esse, *consideremus.*

Sicut Agrippæ aurea catena data est pro ferreâ; sic nobis aurea catena datur in altera vita. Paulus Eberus *in histor. de Macchabæis.*

Momentanea omnia postponere debemus, 2. Corinth. 4, 17. 18.

Desiderare: Absolon videre faciem patris sui cupiebat, 2. Sam. 14, 32. Quantò magis faciem Dei nos desiderare debemus, 1. Joh. 3. *Videbimus Deum, sicut est.*

Cupimus superindui, 2. Cor. 5, 4. Vide Augustin. Tom. 8. col. 1289. a.

Philipp. 1. *Cupio dissolvi & esse cum Christo.* Eccles. 10. *Cor sapientis in dextra ejus.*

Verè cor dextrum habet, qui cœlum meditatur. Hieronym. *Justus sinistrum in se non habet: sed totum in eo dextrum est.* Hæc ille in hunc locum.

Sine hoc desiderio cor stabile non est nec fixum. Augustin. Tom. 9. col. 803. a.

§. 49 *Caveamus igitur secularibus plus justo implicari.* 2. Reg. 4, 29. *Neminem in via salutaveris:* Ita nos cursu celerrimo ad cœlum contendamus.

Prægustare debemus æternitatem. Considerando 1. Longi morbi molestias. Quid enim hæc vita est, nisi longus morbus? 2. Vitæ brevitatem. 3. Judicis adfuturi brevi celeritatem, Matth. 24, 42. 4. Piorum tribulationem brevem, 1. Pet. 1, 6. Esa. 54, 8.

Sola æternitas fine ullo fine est & termino. Reliqua omnia finita sunt, 2. Cor. 4. v. 17. seq.

Peccato resistere titillanti considerando æternitatem: *nam breve est, quod delectat: æternum, quod cruciat*; inquit ille.

Deterrere à peccatis, æternitatis consideratione, & quòd Deus impœnitenti non fit placatus, Rom 2. v. 5. 8. 2. Theff. 1. v. 7.

Plus laborare pro æternitate assequenda, quam pro temporali sustentatione, cui tamen homines, omnes impendunt vitæ solicitudines, Ps. 49, 12.

Studere ut securitati nostræ prospiciamus; de bonis temporalibus ut securi simus, nullum non lapidem movemus. Quantò magis de æternitate securi ut simus, laborare debemus: Atque hoc demum est, OPTIMUM ELIGERE, Luc. 10. v. 42. Unum à Deo petere, Ps. 27. v. 5. in domum patris venire, Joh. 14. v. 2. seq. cum Domino commorari, 1. Theff. 5. v. ult.

Cogitare, quod omnis spes liberationis nobis adempta sit in altero sæculo. Veram igitur in hoc quæramus liberationem, fide vera in Jesum, unicam æternitatis viam, ut ingrediamur *illam vitam* læti superatis omnibus hostibus, 2. Chron. 20. v. 27. 28. Sic & nos. *Applica* Vitam plenam omnibus bonis. Sunt verò hæc bona

§. 41 I. *Privativa*, v. g. absentia peccati & causarum ad peccandum inducentium. (Sunt verò causæ ad peccandum inducentes carnis proditio, Diaboli tentatio, mundi seductio, &c.)

Pœnarum peccati absentia. Vid. *plaga.*

Si quis unius noctis blandâ fruens quiete totis centum annis exquisita tormenta pati cogeretur, Chrysostom. hom. 22. ad popul. Antiochen. miserrimus omnino haberetur. Sic momentaneum, ac unius instar horæ est, quod delectat, æterna verò, quæ cruciabit malos, nox erit.

II. *Positiva sunt vel interna*, spectantia totum hominem, vide *Dei visio*, longe melior illa, de qua 1. Reg. 10, 8. *Lætitia* & exultatio, Dei *glorificatio*, Jubilatio, Imaginis Dei perfecta reformatio: vel *Spectantia*

I. *Animam*, in qua erit Dei & mysteriorum cognitio ratione *intellectus: voluntatis* verò sanitas perfecta & sanctitas in dilectione Dei & proximi. Deportatur quoque anima in sinum Abrahæ, Luc. 16, 22. τῷ illud æternæ refocillationis.

II. *Corpus quod erit* immortale nullis vitiis, noxiisve deforme, impassibile, clarum, Matth. 17, 45. Actor. 6, 15. firmum, sanum, agile, Es. 40, 31. Sap. 3, 7. Subtile, 1. Cor. 15, 42. gloriosum, Philip. 3, 21.

Externa bona v. 1. *Societas* electorum. 2. *Pulcherrima habitatio*, Ps. 84. v. 12. magis verò de vita æterna id verum erit. De sensuum omnium recreatione Bellarm. Tom. 6. Col. 595. a. b. c. pulcherrimè noster Philipp. Nicolai in Theoria vitæ æternæ. 3. Æternitas bonorum cœlestium. 4. Intensissima suavitas.

Et quies. 2. Chron. 17. *Dedi locum populo meo:* Magis id de æterna vita dixeris, in ea nobis locum Christus paravit, Joh. 14, 2. seq.

Et spirituali ebrietate inebriabimur. Augustinus Tom. 8. col. 273. Gaudio plenissimi triumphabimus, Matth. 25, 21. 23. & coronis quibus fulgebunt Martyres, castæ virgines, fideles Concionatores, vestibus candidis gloriæ, palmis victoriæ condecorati, Dan. 12, 2. 3.

Confer de hac beatitudine praxin pietatis Bailæ c. 14. Es. 60. *Videbis & affluesa, & mirabitur & dilatabitur cor tuum.* Loquuntur hæc verba de felici N. T. statu atque Evangelii claritate. Maximè verò in altera vita hæc erit felicitas. Erit enim in ea 1. Claritas cognitionis. 1. Cor. 13. *Videbimus Dominum à facie* ad faciem. 2. Jucunditas fruitionis. Matth. 17. *Bonum hic est esse.* 3. Perfectio dilectionis. In hac enim vita DEum non diligimus ex toto corde totaque anima: At erit in altera vita perfectio amoris: *fine fine Deum amabimus, sine fine eum laudabimus.* Vid. suprà num. 38.

§. 24 *Bona quoque vitæ æternæ maximè appetenda:*

1. Ob *securitatem.* Non enim possunt illa bona auferri.

2. Ob *satietatem*, Ps. 17. v. ult.

3. Ob *fertilitatem.* In his enim bonis omnia sunt bona, quæcunque appeti possunt.

4. Ob *stabilitatem*; non enim mutabilia sunt bona vitæ æternæ, sicut sunt bona præsentis seculi.

Non sunt obvia cognitioni nostræ: non n. cognoscuntur experientia plenè: nam sic Paulus cognovisset illa bona perfectè, in tertium cœlum

cœlum raptus, 2. Cor. 12, 2. non ex signo aliquo, sicut pluviam & alias res naturales ex suis cognoscimus signis. 3. Non ex investigatione rationis. 1. Cor. 2. *In cor hominis non ascendit.*

Languor animarum in cœlis. Bernh. c. 40. de passione Domini: *Sanabitur languor intolerabilis desiderii in perfruitione jucundissima* dilecti desiderati, *non tamen auferetur, imo augebitur idem desiderium &c.*

Vita æterna Matth. 8, 11. Convivium dicitur, non Absolonis 2. Sam. 13. in quo Ammon interfectus; non Ptolomæi 1. Maccab. 16, 16. Non Ahasveri &c. Esth. 1.

Sed 1. Augustissimum. 2. Nectar immortalitatis ibi erit. 3. Lignum vitæ. 4. Fluvius vitæ. 5. Copiosum convivium multitudine hospitum. Patriarchæ, Prophetæ, angeli. 6. Perpetuum erit, non terminabitur 180. diebus, ut Ahasveri, Esth. 1. 7. Non perturbabitur, ut convivium filiorum Jobi c. 1. 8. Non doloriferum, ut humana convivia sunt, sed 9. æternum lætitiâ ac saturitate plenum, Esa. 65, 13. Ps. 22. *Cor vestrum perpetuo vivet.*

Glorificatio nostri, quæ est

I. In regiorum vestimentorum induitione, Esth. 6. v. 8. Es. 61, 10. 2. in gloriosa equitatione. *Mardochai in equo Regis* olim equitabat: Pii in equo Dei, qui sunt nubes, Ps. 104, 3. vehentur, 1. Thess. 4, 17. 3. In coronæ impositione Eph. 6, 8. sic Sap. 5, 17.

Similia & varia comparata vitæ æternæ.

§. 43 Accubitus. *V. mensa.*

Ager (V. *Messis*) præ quo omnia vendenda, Matth. 13, 44. in quo æternæ beatitudinis thesaurus.

Æstas 1. *Consecutione;* Ut hyemem sequitur æstas, Gen. 8, 22. Ita post hujus vitæ hyemem vita æterna, terminans hyemem vitæ horridam, squalidamque.

2. *Frigoris & tempestatum transactione.* Ita frigus omne, omnisque cedet in altera vita tempestas, Esa. 35. v. 10. non cadet in beatos æstus, Apoc. 7, 17.

3. *Terminorum præfixione.* Suos habet æstas; sic vita æterna certum habet terminum à quo incipiat, cum videlicet Jesus noster de cœlo venturus est, 2. Thess. 1, 7. nullum habet terminum, in quo desinat: Esa. 66. *Sabbathum ex Sabbatho.*

4. *Contrarietate:* Ut æstati hyems est contraria; ita præsens hæc vita æternæ.

5. *Vitæ diversitate.* Molesta est hyeme: Jucunda est æstate; Sic quoque in altera vita.

6. *Æstatis nobilitate:* Sic quoque vitæ æternæ summa est nobilitas: versari cum Deo & cum Domino esse, 1. Thess. 4. v. ult.

7. *Æstatis jucunditate:* Omnia in vita æterna jucunda, Psal. 16. v. ult.

8. *Fertilitate* &c. Vide Apocal. 22. v. 1. 2. seq.

9. *Æstatem tonitrua*, fulminaque *præcedunt:* Vitam æternam signa & portenta plurima. Luc. 21. *Erunt signa* in sole, luna, &c.

Ager est 1. Amœnissimus. 2. Fertilissimus.

§. 44 *Cœna* 1. Perpetua, non brevis, Es. 35, 10.

2. Magna, non exigua, 1. Pet. 1, 9.

3. Exquisitissima ob gaudia. 1. Pet. 1, 9. ineffabilia.

4. Amplissima ob convivarum copiam. V. n. 42. suprà.

5. Desideratissima. Ps. 42. *Desiderat anima mea ad te:* quanto magis id fiet in altera vita.

6. Plenissima & refertissima.

7. Sufficientissima, & instructissima.

(α) *Ob temporis opportunitatem.* Nos enim Dominus famelicos tandem suo excipiet hospitio, 1. Thess. 4. ult. Joh. 14, 2. 2. Thess. 1, 7.

(β) *Loci congruitatem.* Joh. 14. *In domo Patris mei multæ sunt mansiones.*

(γ) *Invitantis hilaritatem.* Ose. 14. *Benefaciam illis.* Quanto magis in altera vita, Matth. 11. *Venite ad me omnes &c.*

(δ) *Ferculorum diversitatem,* panis, potus, palma, arbor Christus erit, Apoc. 22, 1.

(ε) *Convictorum dignitatem.* Matth. 8. *discumbent cum Abrahamo &c.*

(ζ) Ministrantium promptitudinem: hi erunt angeli, præstò nobis futuri, nos excepturi. Matth. 25. *Sancti angeli cum Christo.*

(η) *Luminarium claritatem.* Deus ipse lux nostra erit, Es. 60.

(θ) *Sonorum varietatem.* Erit ibi perpetuum Halleluja, & Panharmonia animarum & Angelorum, in Dei laudes conspirantium.

(ι) *Visionis excellentiam.* Videbimus enim Deum, 1. Joh. 3. Exod. 24, 11. Edebant & bibebant coram Domino. Sic & nos &c. in vita æterna.

Canaan terra typus fuit vitæ æternæ, Deut. 8, 8. c. 9, 5. 6. Hebr. 4.

1. Gratis quoque, ut illa, datur vita æterna: est χάρισμα Rom. 6. v. ult.

2. Jurata patribus; sic & nobis vita æterna. Ezech. 18. Vivo ego, nolo mortem peccatoris &c. En Dei juramentum!

Confer Augustinum tom. 8. col. 1241.

Convivium. Confer Cœna paulò ante. §. 45 Corona justitiæ, 2. Tim. 4. *reposita mihi* &c.

1. Justus est Judex qui dat. Ibid. d. l. Pauli.

2. Non dat ob merita nostra, sed suam gratiam, Rom. 6. *vita æterna donum Dei.*

Domus fabrefacta à Deo, 2. Cor. 5, 1.

1. Augustissima: artificem laudans suum.

2. Lætissima: quòd æternis circumfluat delitiis, Esa. 35, 10. 1. Pet. 1, 9.

3. Janua est Christus: Johan. 10. *Ego sum ostium.*

4. Sodomitæ, mundani, hanc domum non inveniunt, ut Genes. 19. nec hypocritæ, Matth. 7. *Non novi vos.*

5. Ædificavit hanc domum Deus noster illis qui ipsum diligunt, non homines. Exod. 1. Obstetrices &c. Deum timuerunt, qui *ædificavit illis domos.*

6. Gloriosissima: domus est enim Domini gloriæ.

7. Pulcherrima: ordine, musica, architecturâ.

8. Parata ab æterno, Matth. 25.

Eden, hortus 1. Voluptatis illius æternæ. D.

Rungius in Gen. p. 118. 2. Pulcherrimus. 3. Amœnissimus floribus æternitatis.

Fons. 1. Nos lætificans: sunt enim aquæ vitæ æternæ dulces, Ps. 46. Magis de Ecclesia triumphante dixeris, *flumina aquarum viventium lætificare urbem supernam.*

2. Recreans, ut Ps. 39, *Apud te est fons vitæ.* Atqui apud fontem ipsum major est quam apud rivulum recreatio. Esa. 58. vers. 11. *Aquæ non deficient*, quia perpetuus ibi fluvius erit, Apoc. 22, 1.

3. *Satians.* Num. 20, 6. *Aperi eis Domine* &c. (ut habet Vulgatus: in Hebræo v. non sunt hæc verba:) Vere has aquas dat nobis in altera vita Deus.

4. Ardens charitate fons erit, Deo charitatem ardentem nobis declarante.

5. Splendens visionis claritate.

§. 46 *Hæreditas.* 1. Alia à terrena: Hæc enim vivo patre possidetur. August. tom. 10. col. 231. b.

2. Gratuita: non datur ob merita, Gal. 3.

3. Immarcessibilem donans gloriam, 1. Pet. 1. v. 9.

Horreum Dei, Matth. 3, 12.

In hoc horreum sancti colliguntur. Hinc colligi dicuntur. Hi sunt triticum illud selectum.

Hospitium verum. 1. in quo hospes Deus.

2. Nos passivè hospites & cives, Psal. 39, 14.

3. Refocillandi ob iter, quod exantlavimus.

Jerusalem. 1. Data nobis promissione.

2. Sed data tandem sub rege Davide Jesu Christo, Domino nostro. Sub vero illo Salomone, pacis principe, Esa. 9. vitæ duce.

3. In hac Jerusalem non peregrinabimur amplius. Augustin. tom. 8. col. 1417. b.

4. In hac videbimus pacem: id quod vox Jerusalem notat.

§. 47 *Mansio.* 1. Dulcissima.

2. *Quietissima.* Apoc. 14. *Beati mortui in Domino.* Esa. 32, 18.

3. *Constantissima:* non mutabilis hæc domus.

Mensa. 1. Significata per mensam, Exod. 25, 2. Matth. 8, 11. Luc. 22, 3. Confer supra Convivium.

Messis. 1. Lætissima, Ps. 126. quâ in exultatione metemus.

2. Copiosissima: quâ perpetes delitias colligemus.

3. Odorosa, ob flores beatitudinis inexplicabiles.

4. Speciosa, ob fructus inæstimabiles.

Nuptiæ agni & sponsi. Augustin. tom. 8. col. 1446. a. Apoc. 19, 7. lætissimæ.

Pascua lætissima, Apoc. 7. Psal. 23. Confer Augustin. tom. 9. col. 728. c.

Patria vera. Phil. 3. in cœlis conversatio mea. Anaxagoras ab amicis omnibus bonis spoliatus, noluit judicio experiri suam innocentiam, sed sublatis in cœlum digitis, dixit: *ibi est patria mea: illam ego curo; non quæ supra terram.*

Portus. 1. Quo gaudebimus, quod naufrago hujus mundi mari elapsi sumus.

Paradisus. V. Prompt. Allegoriar. Tit. *vita æterna.*

Regnum gloriæ: in quo pii regnabunt, Matth. 25. Vide Augustin. tom. 9. col. 958. c.

Sabbathum. 1. Verum. 2. Interminabile. Vide Augustin. tom. 9. col. 923. c.

Sanctum Sanctorum: Sinus veri patris nostri: & matris nostræ, quæ est Ecclesia triumphans, ut ad ejus ubera requiescamus. §. 48

Tabernaculum: Saura lacerta cœca latet hyeme in terrâ: sed æstate visum recipit. Vide Isiodorum: sic cœci in terra sumus, terram gerentes hac hyeme: sed æstate vitæ æternæ recipiemus oculos.

Theatrum, in quo contemplabimur

1. Deum in sua majestate. 1. Cor. 13. à facie ad faciem.

2. Unum & Trinum, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.

3. Christum in sua humanitate. Job. 19. *Videbo in carne mea redemptorem meum.*

4. Aulam cœlestem paradisum illum.

5. Cibos spirituales, manna absconditum.

6. Discipulorum & sanctorum mansiones.

7. Omnem sapientiam, & scientiam.

8. Ordines Angelorum.

9. Stolas sanctorum, quibus hi erunt induti.

10. Opera. Apoc. 14. Opera sequentur eos.

Thesaurus semper inquirendus à nobis, Matth. 6. Non periturus, cœlestis, omnibus rebus præferendus.

VITIA.

Sunt defectus, omnesque enormitates, quæ virtutibus opponuntur.

Habentur & jactantur pro virtutibus. Sidonius Apollin. lib. 7. Epist. 9. Superbia vocatur munditiies, Tyrannis, Justitia; Avaritia, Parsimonia; Superstitio, devotio &c.

Tertullian. adv. Hermogen. c. 1. §. Hermogenes loquacitatem facundiam existimat; & imprudentiam constantiam deputat; & maledicere singulis officium bonæ conscientiæ judicat.

VITIS, palmes, racemus.

§. 1 Est ecclesia. Vide *Ecclesia.* Num. 17. Prompt. allegor. n. 1448. Vitis uxor. Vide *Uxor.*

Vitis pro populo Jerem. 50, 10. Vitis Messiæ Gen. 49, 11. Uxoris piæ Ps. 128, 3. Pacis 1. Reg. 4, 39. 1. Macchab. 14, 12. S. cœna vitis, i. vinum Matth. 26, 29. Vitis sapidissima. Accede, gusta, quam suavis sit Ps. 34. efficacissima. Dat enim vinum consolationis, dulcissima, ratione protuberationis gratiæ Dei, quæ ab hac vite fluit; debilis aspectu, Esa. 53. Psalm. 22. præstantissima virtute & gratia. Joh. 1. Ex illius plenitudine &c. gignunt generosum liquorem. Liquor ille sanguis Domini est, quo exhilaramur, confortamur, recreamur, mœsti, debiles, tristes. Horrida oculis mundanis. 1. Cor. 1. Jesus crucifixus stultitia & scandalum. Fructuosa, dans fructum fidei, spei, charitatis, meriti, sapien-

ſapientiæ, juſtitiæ, ſanctificationis, redemptionis, 1.Cor. 1. Vera vitis Joh. 15, 1. non picta, non ficta, ſed 2. ſolida, efficax. Vitis *Chriſti* palmites *ſunt credentes*. 1. Chriſto inſiti, 2. Succum ex eo trahentes. 3. Alligati ad palum, Chriſtum ipſum ſive virtute Spiritus S. colligati & vinculo fidei Chriſto adſtricti. 4. Purgati & aucti gratia Spiritus S. 5. Claviculis conſolationis adſtricti, ne turbine malorum moveantur. *Vitis Chriſtus ipſa vita*, Joh. 15, 1. Significata Num. 13. vid. Allegor. 776. in Promptuar. Erat illa uva & vitis I. Signum certò poſſidendæ terræ Canaan, toties jurejurando Patribus promiſſæ, Gen. 12, 7. c. 17, 8. Exod. 1, 8. II. Indicium fertilitatis ſummæ, qua cœleſtia quadantenus bona præfigurata ſunt, Hebr. 10, 1. III. Viri duo portantes ſpiritualem uvam Chriſtum ſunt duo populi, Judaicus, Chriſtianus. Auguſtinus ſermone 110. de tempore. Præceſſit ille Actor. 13, 46. Joh. 1. In ſua venit: ſecutus demum hic Rom. 1. obedientiam fidei. Epheſ. 2. domeſtici. IV. Admirabilis uva. Eſa. 9. admirabilis Chriſtus. V. Uvæ Copher, Cant. 1, 14. VI. In ligno crucis ſuſpenſa & portata uva: in ſermone Evangelii proclamata.

§. 2 Uvæ eximiæ magnitudinis circa Hebron, Gen. 23, 1. Teſtes ſunt terræ Palæſtinæ αὐτόπται. Marginiæ vites craſſæ, quas ne quidem duorum virorum juncta ſuperant brachia. Strabo lib. 2. In Mauritania vites duas æquare ulnas, ſcribuntur. Aureæ. Pompejo Damaſcum venienti Ariſtobulus ex ſolido auro confectam uvam dedit, quinque talentorum auri pondere præſtantem. Dario quoque aurea vitis fuit, cujus uvæ affabrè factæ ex gemmis pretioſiſſimis. Athenæus lib. 12. circa initium.

Vitium virtutes. Creſcere, Ezech. 19, 10. Frondeſcere, Oſ. 10, 1. Fructus ferre, non ſteriles eſſe, Jer. 8, 13. Joh. 15. ne ſint ligna inutilia, Ezech. 15, 2. non ſint infirmæ vites, Eſ. 24, 7. ſint pretioſæ, Ezech. 17, 8. plantatæ ad aquas, Ezech. 19, 10.

§. 3 *Opponitur* vitis bona labruſcis. Sunt verò labruſcæ vites ſylveſtres, Eſa. 5. v. 24. Sumus nos labruſcæ. Igitur opus habemus, ut 1. veræ viti Chriſto implantemur. 2. in Chriſto matureſcamus. 3. ejus calore percoquamur. Vide Allegor. 1371. Edere labruſcas Ezech. 18, 2. eſt peccatum. Idololatria verè peccatum eſt labruſcæ ſimile. Amarum enim eſt, Deum offendens, conſcientiam rodens, dentibus ſtuporem inducens, idque tandem efficiens, ut peccator Dei gratiam non guſtet, nec panem vitæ, neque nectar cœleſte deſideret. Labruſca eſt quoque imago hypocritarum, peccata ſua non agnoſcentium. Tales enim erant illi Iſraelitæ, nolentes dicere cum Davide & Daniele: Peccavimus nos & Patres noſtri. Auguſtinus cap. 46. Ench. ad Laurent. putat, *infantes involvi peccatis etiam parentum ſuorum*, nondum baptiſatos: qui tamen hujus loci prophetici ſenſus non eſt. Huc ſpectat vox: Racemus. Pauci racemi notant paucos ſuperfuturos eſſe, Eſai. 17, 6. Racemare, i. occidere errantes & vagos, Judic. 10. vaſtare & depopulari, Jerem. 6, 9.

VITULUS.

(1) Animal quadruplex, Gen. 18, 7. (2) Nomen idolorum in Dan & Bethel poſitorum. (3) Inimici Eccleſiæ: Tyranni, pſeudodoctores, Pſ. 68, 31. & Pſ. 22, 12. (4) Vitulus aureus, Exod. 32, 4. Deut. 9, 16. Pſ. 106, 19. Actor. 7, 41. (5) Leviticus, in ſacrificium adhibitus, Heb. 9, 12. 19. Exod. 24, 5. (6) Convivii, Gen. 18, 7. Luc. 15, 23. 27. (7) Ethnicus cultus olim ab Ægyptiis, in gratias pro ſuſtentatione in caritate annonæ agebant. Dictus etiam eſt Seraphis; erat corpore nigro, fronte candidâ, in tergo albâ notâ inſignis. Hunc demerſum in lacum Ægypti plangebant, lætati alio invento. Strabo lib. 17. Alexander ab Alexandro lib. 6. c. 2. Herodot. l. 2. Plin. l. 8. c. 46. Hos Iſraelitæ in deſerto ſecuti ſunt, non in ſpecie facti, (vivum enim vitulum non adorarunt) ſed in genere facti: putantes per vitulum ſe Deum Iſraelis colere. Neque enim tam hebetes erant Iſraelitæ, ut exiſtimarint ipſum vitulum Deum eſſe, ſed per illum tunc coli. (8) Fœderalis. Diſſecto enim vitulo olim pacta firmata, Gen. 34, 18. Confer Gen. 15. Huc Ethnicorum porca cæſa. (9) Regnum florens, Jerem. 46. v. 20. (10) Urbs potens, Eſa. 15, 5. Jerem. 48, 34. (11) Inobediens & rebellis, Oſ. 4, 16. (12) Euchariſticus, Oſ. 14, 3. Pſal. 51, 21.

VITUPERIUM, Vitupero. Vid. *Contumelia*.

ULCUS.

Ezechiæ 2. Reg. 20, 7. vox Hebræa שחין notat ulcus (1) proveniens ex caliditate. Rabbi Mardoch. in Concord. Buxtorf. in Lex. Rab. voce hac. Vide Exod. 9, 9. (2) producens inflationes carnis. (3) ſcatens fœdis puſtulis. (4) dolorem acutum adferens. Vide Philon. lib. 1. de vita Moſis, Ægyptiorum ulcera enarrans ulcus ardens. (5) Subſtantiam carnis inflammans. (6) Profundum & ſinuoſum ulcus. (7) Rivulis tabifici humoris fluens; Putant quidam ejus fuiſſe, quod Galenus Phagædænam appellat. (8) Rebelle, diuturnum ulcus. (9) Exedens carnem & arrodens. (10) Conjunctum cum ſacro, quem vocant, igni, qualis in peſtilentia oriri ſolet. Hippocrat. lib. 3. de morbis vulgaribus. (11) Conjunctum cum deliquio animi, & lepra. Hæc augent morbi, quocum Hiskias conflictatus eſt, magnitudinem & plenitudinem miſerationis divinæ Hiskiæ præſtitæ. Curatio illius ulceris ſine dubio miraculoſa fuit. V. Francis. Valleſium ſacræ philoſophiæ c. 39. ſicut luti impoſitio à Chriſto facta, Joh. 9. Arguit hæc Dei omnipotentiam, qui morbos etiam per ea, quæ morbo lege naturæ contraria ſunt, tollere poteſt, ut doceat, ſe cauſis ſecundis minimè eſſe alligatum.

ULTIMUS.

Ultimò ad primum notatur æqualitas. Act. 8, 9. Reliquus. Amos. 9. ultimum eorum occidam gladio.

ULTIO. Vide *Vindicta*.

§.1 1. Dei. Est enim ultionum Deus, Psal. 93. Exod. 32, 34. Num. 14, 34. Deuter. 32, 35. 41. Commodus Imperator persecutores Christianorum gladio ferit: ipse vero Christianis pepercit. Aurel. p. 137. Epit. Baron. Exemplum ultionis Dei in persecutores Christianorum. Sanguinolentos, 2. Chron. 24, 25. Pf. 79, 10. In malos homines, Jer. 5, 9. 29. c. 9, 9. c. 51, 36. Nahum. 1, 2. securos, Luc. 21, 22. contra Satanam à Christo victum, de quo triumphum egit, eique rependit pro Tyrannide in miseros homines, Esa. 35, 5. c. 61, 2.

§.2 Hominis. V. *Vindicta*. Mansuetudo prohibita Levit. 19, 18. damnosa; amittit enim homo bona sua, fidem, Dei gratiam, seipsum lædit, vindictæ cupidus Dei tribunal invadit. Malum pro malo reddere noluit Arianis Gregorius Nazianz. quod scriptum sit: mea est ultio, Rom. 12. Per quæ media exequatur Deus ultionem? nempe gladium, Job 8, 3. Levit. 26, 25. pestem, famem. Vide Titul. Plaga, creaturas, Sap. 5, 18. mortem pœnis provocatam, Num. 14, 34. destructionem, Pf. 8, 3. Tyrannos, Os. 5, 13. c. 10, 6. Gradus. Genes. 4, 24. septupla ultio. Affectio. Tarda Dei ultio, sed gravis suo tempore, deprecatione minime abolenda, Jerem. 15. Ezech. 14, 14. Zach. 11, 9. Timeamus igitur Dominum, iram ejus non exasperemus, non thesaurizemus, Rom. 2.

ULTRA.

Perpetuò. Exod. 17. Dominus regna Dei ultra.

ULULARE.

1. Idolis servire, iis cantare, Ose. 7. 2. Satyris tribuitur, vastatorum locorum incolis.

UMBILICUS.

1. Huic salubre. Prov. 3, 8. notat pietatis fructum, quâ gaudent DEum timentes: Synecdoche. 2. Non præcisus, notat statum miseriæ nostræ & peccati, Ezech. 16. 3. Potentia Satanæ, Job. 40, 11. 4. Montes, Judic. 9, 37. 5. Medium terræ, Ezech. 38, 12.

UMBRA. UMBRACULUM.

§.1 Sæpe in Scripturis hæc vox occurrit. Est verò I. *Naturalis umbra*, quæ fit ex absentia lucis aerem illuminantis objecto opaco corpore. Vide Opticos. II. *Miraculosa umbræ* retractio, Es. 38. 1. in signum vitæ prolongandæ. 2. promissionis Dei confirmandæ. 3. Omnipotentiæ ostendendæ, non hærebant in externa umbra, sed in verbo ab Apostolis prædicato tanta vi miraculorum præditis. 4. Miracula hæc defierunt, certo tantum tempori Evangelii plantandi destinata: V. *Miracula*. 5. Pontificis ossibus, vestibus, reliquiis virtutes sine Dei verbo adscribuntur. 6. Umbræ nulla infuit vis, sed facta umbra Petri, sanatio fidem Petri & doctrinam confirmavit. III. *Miraculosa umbræ sanatio* Actor. 5, 15. indicat 1. Abundantem divinæ, in Apostolis, potentiæ demonstrationem, etiam in umbra eorum elucescen-

§.2 tis. 2. Fidei virtutem, qua Christum respiciebant. IV. 1. *Dei præsidium & defensio*, Num. 14, 9. Judic. 9, 15. Pf. 17, 8. Pf. 36, 8. & 91, 1. 2. & 121, 5. Esa. 25, 4. 2. Justificando nos, umbram præbet, ne ab æstu iræ Dei consumamur, ne ab igne malæ conscientiæ aduramur, cùm nihil sit damnationis in his, qui sunt in Christo JEsu. 3. Nos renovando & liberando ab æstu concupiscentiæ. 4. Consolando nos in cruce, Psal. 4, 2. & 73, 1. Jer. 14. 5. Abscondendo nos & protegendo ab incursu milvorum & accipitrum infernalium. Vide Bernhard. serm. 4. super. Qui habitat. V. *Umbra petræ grata* Jesus Christus est omni pœnitenti animæ, in sicca hujus vitæ terra constitutæ. Esa. 32, 2. in hac valle miseriarum sub æstu iræ Dei. Psal. 32. fatiscenti penè rimis lachrymarum. VI. *Vitæ humanæ umbra*, Job. 8, 9. Psal. 102, 12. Ob fugacitatem ejus, 1. Chron. 30, 15. 1. Fugax & transitoria. 2. Mutabilis ut umbra: quia quanto dies longior, tanto minor umbra: contra major umbra, vesperâ. Sic vita hominis &c. 3. Umbra vitæ hujus lumen cœlestis visionis impedit. 4. Umbra hæc efficit Eclipsin animæ. Oven.

Ut solem tellus lunamque stat inter opacam,
Sic peccata inter meque Deumque meum.

5. Calorem amoris, quo in Deum ferri nos fas erat, umbra vitæ hujus reprimit, ut DEum ex toto corde non diligamus. Est enim lex spiritualis, nos carnales, Rom. 7. 6. Splendorem tollit: sic in vita hominis splendor divinæ lucis aliquando in tentationibus occultatur. Pf. 18. Caligo sub pedibus Dei. Confer 397. alleg. in prompt. VII. *Magistratus*, Jud. 9, 15. Ut n. 1. umbra arcet æstum: sic Magistratus turbas impedit, pacem fovet. 2. dat requiem: sic Magistratus vitam tranquillam. 1. Tim. 2, 2. tranquil. vitam &c. VIII. *Domus sua* cuique umbra est. Genes. 19. In umbra culminis mei venerunt. IX. *Umbra mortis varia* notat in sacris literis α. omnia infausta, Job. 3, 5. cap. 10, 21. β. Pericula, quibus fideles, ceu oves in tenebrosis vallibus, aberrantes à pastore ac lupis obnoxiæ terrentur. γ. Loca deserta, in quibus omnia nobis desunt. δ. Calamitates amnis. ε. Ignorantiam & errorem, Luc. 1, 79. Matth. 4, 16. Conf. Eph. 2, 11. 12. c. 4, 17. 18. ζ. Animæ terrorem, Esa. 2, 6. η. Servitutem, Psal. 44. Cooperuit nos umbra mortis. R. D. Kimchi. X. *Umbra senectutis*. Ut enim majores umbræ sunt vesperi: sic quoque duplicantur miseriæ, in senectute, Ecclesiast. 12. XI. *Umbra in altera vita* agnus erit, ne cadat in beatos æstus, Apocal. 7. v. 16. XII. *Caliginis oculorum*, Job. 16, 16.

§.3

UMBRACULUM.

Ab æstu Esai. 25, 4. Deus est. 1. abscondendo nos, Psal. 27, 5. 2. Æstum prohibendo, Apoc. 7. 3. Refrigerando.

UNDECIMA HORA.

Notat serum tempus, sub solis occasum, Matth. 20, 6. 9. *Vide Tit. HORÆ.*

UNGULA.

I. *Non relinquenda* in Ægypto, Exod. 10, 24. 26. Allegor. in Ceremoniis, adversariis libertatem nostram tentantibus, Gal. 2, 4. 5. nihil cedendum.

II. *Fissa*,

II. *Fiſſa*, nota pecudis ſacrificiis aptæ, Pſ. 69, 23. mundæ ad veſcendum, Deut. 14, 6.7. Levit. 11, 3. ſeq.

III. Chalybea, vis ſpiritualis Eccleſiæ, Mich. 4, 13. quam habet ex Deo.

UNCTIO.

§. 1 I. *Deſtinatio* ad honores regios & inſigne opus exantlandum, 1. Sam. 16. 2. Chron. 22, 7. II. *Davidis triplex.* I. 1. Sam. 16, 13. II. 2. Sam. 2, 4. III. 2. Sam. 5, 3. ſic Chriſtus unctus tripliciter. III. *Chriſti.* Eſa. 61, 1. Spiritus Domini ſuper me, eò quod unxit me. Unctus verò Chriſtus eſt juxta humanitatem. J. Damaſcen. lib. 3. c. 3. 6. F. *Ipſe ſeipſum unxit: Ungens quidem ut Deus ſua Deitate corpus. Unctus autem ut homo, vel Activa*, quâ Chriſtus caput nos, ceu membra ſua, ungit. IV. Chriſtianorum: Eaque *Spiritualis* qua uncti ſunt ad cognoſcendum Deum, 1. Johann. 2. Moralis, quæ varia eſt. Vide in ſeq. V. Levitica. Numeror. 7. Complevit Moſes tabernaculum & unxit. VI. Unctio ſacramentum falsò dictum. Vide noſtrum Chemnitium & H. Springlium contra hoc Sacramentum. Inſtituta à Sylveſtro Papa, teſte Caſſandro fol. 219. 220. Oper. Olim ſymbolicè adhibita in confirmatione, Caſſand. d. l. fol. 218. 219.

Modi varii unctionis. 1. Aſperſio. Aſpergit nos Deus hyſſopo, Pſal. 51. ſanguine Chriſti, 1. Petr. 1. Inunctio. Ungimur oleo Spiritus ſancti ad menſuram donationis Jeſu Chriſti, Epheſ. 4, 3. Perfuſio. Tit. 3. Spiritum ſanctum effudit (Deus) in nos opulenter per Jeſum Chriſtum &c. 4. Tactio. Tangit nos Spiritu ſancto, digito Dei. Tangit linguam, ut loquatur: cor, ut pœniteat.

§. 3 *Qui ungere debeant Chriſtum?*

Mens noſtra, ut credat in Chriſtum crucifixum: lingua, ut Deo gratias agat: manus, ut benè operetur. Vide Bernhard. ſerm. 2. de Reſurrectione Chriſti.

UNGUENTUM.

§. 1 *I. Nomen* ſponſi cœleſtis, 1. Spargens *odorem* gratum Deo Patri, Cant. 1. v. 1. 2.

2. Miſero peccatori. Matth. 1. nomen Jeſus, quod notat Salvatorem.

3. Odorem ſpargens Evangelii, 2. Cor. 2.

4. Sanans afflictos. Matth. 11. *Venite ad me omnes.*

5. Corroborans infirmos.

II. Unguentum triplex animæ fidelis. 1. *Contritionis.* Pſalm. 51. Spiritus contribulatus: Hujus mortarium eſt conſcientia. Bernhard. ſermon. in Cantic. Canticor. colum. 583. Hoc unguentum Luc. 7. Peccatrix Chriſto dedit. Confer Joh. 12. Hoc gaudent angeli, Luc. 15. 2. Devotionis, quod oritur ex conſideratione beneficiorum Dei in nos collatorum diligenti. Piſtillum eſt crebra meditatio. Ignis verò coquens eſt deſiderium. 3. Pietatis, quâ Deum jugiter colimus.

III. Unguentum extremum. Vid. *Unctio extrema.*

IV. Unguentum conviviale, quo Orientales in conviviis uſi, Matth. 26, 7. Marc. 14, 3. Luc. 7, 37. 46. Pſ. 23, 5. Ruth. 3, 3. 2. Sam. 14, 2. 2. Reg. 4, 2. Eſth. 2, 12. Judith. 10, 3. Amos. 6, 6. 2. Samuel. 12, 20.

UNGO. UNGUENTUM. UNCTIO, OLEUM.

Sunt unguenta. *1. Sanantia* verò vulnera Chriſti & miſericordia ejus. *2. Foventia* verò gratia Dei, quæ confert alacritatem. 3. Sanctificantia verò gratia Dei ſanctificans in opus miniſterii. Regum & ſacerdotale unguentum. *4. Delectantia* ſunt fructus juſtitiæ, bona opera, humilitas, patientia &c. Galat. 5. His unguentis delectatur Dominus. *5. Unguentum adulationis* abjiciend. Bernhard. ſermon. 2. in capite jejunii. §. Nota proinde ab init. §. Sed eſt. *6. Beneficentiæ*, quod pietatis unguentum vocat Bernhard. ſermon. 12. ſuper Cantic. Bonitatis Dei, quæ in *miſeris* peccatoribus redolet. Sic Luc. 7. Jeſu bonitas Mariæ Magdalenæ. Unde Bernhard. ſermon. 33. in Cantic. Canticor. ait: *Tribularer*, niſi ſcirem miſericordias Domini, miſericordias in capite, & miſericordias in corpore ejus, *quod eſt Eccleſia &c.* 7. *Conſcientiæ bonæ*, qua demulcetur mens hominis in fide Chriſti pacata. Bernhard. ſermon. 2. in capite jejunii, fere ſub finem §. Nota proinde &c. *8. Contritionis*, quod eſt pungitivum, ut loquitur Bernhard. ſermon. 12. ſuper Cantic. Canticor. faciens dolorem. Conſcientia enim eſt mortarium, in hac contere ſpecies peccatorum tuorum, igne pœnitentiæ coque in olla cordis tui ad ignem doloris. Vide Bernhard. ſermon. X. in Cantic. Canticor. 9. *Dona gratiarum ſunt unguenta*, Bernhard. ſermon. 33. in Cantic. Canticor. *10. Unctio mortuorum*, Gen. 50, 2. Matth. 26, 12. *11.* Evangelii prædicati. Id enim unguentum fuit fragrantiſſimum. 2. Corinth. 2. Chriſti bonus odor ſumus. *12. Gloriationis.* Benè ungitur qui gloriatur in Domino, & benè olet, per quem Dominus glorificatur coram hominibus. *13. Illuminationis*; Hoc unguento uncti ſunt credentes. 1. Joh. 2. Unctio docet vos omnia. *14. Humanitatis & humilitatis.* Bernhard. ſermon. 12 in Cantic. Si te ubique inter nos exhibeas affectuoſum, officioſum, ſi gratum, ſi tractabilem, ſi humilem, teſtimonium habebis ab omnibus, quòd fragres & ipſe unguentis optimis. *15. Lætitiæ.* Hoc unctus eſt Dominus. *16. Pietatis & gratitudinis*, cum homo colligit ſpecies beneficiorum Dei, eaque mente recolit. Bernhard. ſerm. X. columm. 584. §. At verò ſecundi; & ſermon. 57. in parvis. *17. Lenitatis & manſuetudinis.* Ita Bernhard. in ſentent. num. 13. illa Chriſti verba, Matth. 6. Unge caput tuum, & lava faciem tuam, *præcipit* [ait] *nobis lenitatem mentis in jejunio tenere.* *18. Miſericordiæ*, cujus odor Deo & hominibus eſt gratiſſimus. Vide Bernhard. ſermon. 12. in Cantic. §. *Tu quoque ſi te induas.* *19. Operum bonorum. Bene ungitur & bene redolet*, qui diligit bona coram Deo, & provident bona coram hominibus, ait

§. 2

Bernhardus fermon. 33. in Cantic. Canticor. 20. *Orationis.* Apoc. 6. odoramenta sanctorum. Bernhard. serm. 33. in Cantic. Canticor. Syr. 35. ascendit in cœlum orationis odor. Luc. 18. malus odor Pharisæi. 21. *Superbiæ vitandum.* 1. ob fugiendam libidinem, quę unguentis excitatur. Clem. Alexandrin. lib. 2. c. 7. pædagog. 2. ob profusionem sumptuum immodicam. 22. *Voluptatis* damnosæ. Sap. 2. Vino pretioso & unguento nos impleamus. 23. *Remissionis* peccatorum, quod unguentum Ecclesia accepit in munere & in mandato, & omnibus in Christi exemplo, hostibus quoque delicta remittentis. Luc. 15. Filius ille degener hoc odoratus est in patre, ait Bernhard. sermon. 33. in Cantic. Canticor. Vide Pinedam in c. 7. Ecclesiastis Salomonis. *Bonum nomen &c.* Ungebant quoque se veteres maximè diebus festis & solito lætioribus. Vide Ruth. 3, 3. 2. Samuel. 12, 20. cap. 14, 2. 2. Reg. 4, 2. Esther 2, 12. & quidem oleo, Ps. 104, 15. Judith. 10, 3. c. 16, 9. Unguentis Christiani. Clemens Alexandr. 2. pædagog. p. 18.

Unctio Pontificia, de quâ Dionysius cap. quarto Ecclesiasticæ Hierarchiæ, qui pluribus de unguento agit & ejus significatione. Confer Pontificale Venetiis excusum anno 1510. de consecratione olei, quo illa fit unctio moriturorum: Durand. lib. 6. Rational. Oleum, quod adhibetur in baptismo infantum. Vid. idem Pontificale. Oleum vel balsamum sacrum. Id. Pontificale.

UNICORNIS.

§. 1 Animal Indicum ferocissimum capite cervino, cruribus elephanto simile, caudâ apro, reliquis corporis partibus equo, Plinius lib. 8. cap. 21. Dicitur horribilem mugitum edere. Vide Ælian. lib. 16. cap. 4. de natura animali. D. Franzium in histor. animal. Psalm. 22, 22. Numer. 23, 22. Deut. 33, 17. Psalm. 92, 12. Esa. 34, 7. Job. 38, 8. vox ראם excutienda uberius.

UNICUS.

§. 1 *Afflictus*, derelictus, solitarius, Psalm. 22. v. 21. & 25. quia unicus sum & afflictus: Unicam meam i. animam derelictam, omni solatio destitutam. Psalm. 142. si respicio ad dexteram, nemo est: maxime in morte unicus es, ab omnibus derelictus. Confer Psalm. 35, 17.

Affinis *vox est solitarius*: qua ipsa angustia & calamitas innuitur, ut Levit. 16. vers. 22. Joh. 3. v. 7. nox illa sit solitaria. Psal. 102. v. 8. sicut passer solitarius in tecto. Threnor. 3, 28. *sedebit solitarius & tacebit.* Facit verò Deus ut solitarii simus & unici, eo fine: 1. Ut discamus orare. 2. Fidelitatem Dei 1. Cor. 10. v. 13. cognoscamus. 3. Mundi perfidiam intelligamus, Psal. 118. 4. Cum mundo non condemnemur, 1. Corinth. 11. 5. Gustemus Dei suavitatem, deficiente homini auxilio. Psalm. 27. Pater & mater dereliq. &c. Dominus suscepit me. 6. Confortemur à Domino, 2. Tim. 4, 7. Exaltemur tandem, ut Joseph, Daniel, David, Susanna.

UNIO V. *Margarita.*

UNITAS.

De ea quæ est in Deo nihil dicemus hic. Alias unitas multiplex est. 1. *Vitiosa*, v. g. in malo malorum, in malo & ad malum, Proverb. 1. Esa. 5. v. g. Latronum, Pyratarum, Ardelionum, Herodianorum & Pharisæorum, Matth. 22, 16. Pilati & Herodis, Luc. 23, 12. Seditiosorum, Numer. 16, 1. Judæorum & Judæ Ischariothæ, Matth. 26, 15. Sodomitarum, Genes. 19. Baalitarum contra Michæam & Eliam, 1. Reg. 18, 18 cap. 22, 12. Vide Luther. Domin. V. post Epiphan. in Postill. Eccles. Aliquando *unitas* simulata est; verbi gratia, Incolarum Samariæ, 2. Reg. 17, 33. Olim & hodie eorum, qui crepant unitatem sine re.

§ 2 *Unitas bruta & cœca*, in synagoga Judaica, in qua Rabbinis credit populus simplex. *Epicuræa*, eorum, qui se alicui professioni dedunt, ut Veneri litent, inque seculi delitiis luxurient, Apocal. 13, 17. Ezech. 23, 18. Philipp. 3. v. 20. Sapient. 2. Es. 5. Talis est compotatorum unitas. *Unitas ceremoniarum.* Ea si absit, non mox desinit esse Ecclesia vera; non enim ceremoniæ sunt de Essentia fidei. Et in primitiva Ecclesia variæ erant concertationes de jejunio, Pascha, more celebrandi Missam. Vide Augustin. Epist. 86. Interminabilis est ista consensio de jejunio Sabbathi, generans lites, non finiens quæstiones. Hæc Augustin. *Unitas mediorum ad salutem* est in Ecclesia vera & genuina. Vera non est in Ecclesia Pontificia, quoad doctrinam. Cornel. Agrippa præfat. in libr. de vanitate scientiarum refert, olim in Gymnasiis juvenes juramento sese addixisse certæ Philosophorum sectæ, sive Aristotelis, sive Boëthii, sive Thomæ. §. *Præterea in multis.* Sic quoque Johannes de Rada prolixè queritur præfatione in Controvers. Scotistarum & Thomistarum. Et *Gravina* cap. 23. de deposito fidei asserit, quod Thomistica & Augustiniana doctrina Apostolicum depositum defendat & tueatur. Igitur eos, qui à doctrina Thomistica dissentiunt, depositum Apostolicum non servare credendum est. Vide D. Gerhard. cap. 2. confess. Catholic. fol. 10. 11. seq. D. Luther. fol. 296. vid. §. Wo aber Liebe nichts ist. In postill. Eccles.

§. 3 *2. In bono: in causa Religionis* adversus communem hostem, v. g. orthodoxi & Ariani olim se conjunxerint contra Photinianos in Synodo Syrmiensi, teste Athanasio, fol. 360. lit. D. Tom. 2.

§. 4 Unitas consensus & concordiæ vel charitatis, Act. 4, 32. vel communitatis. Est enim charitas cæmentum, quod agglutinat lapides unumque parietem facit, Act. 2, 1. Plato Epist. 7. *Nihil aspectu jucundius est, quam bonorum virorum consensio.* Augustin. serm. 186. *Si vultis vivere de Spiritu Sancto, tenete charitatem, amate*

amate veritatem, desiderate unitatem, ut perveniatis ad æternitatem. Hæc ille. *Unitas consensus* quomodo sit rupta ab Episcopis Ecclesiæ primitivæ, Muscul. in Ps. 22. *Verba diviserant vestimenta.* *Unitas simplicitatis est in piis*, qui non sunt corde & corde, sive duplicis animi.

§. 5 *Unitas doctrinæ quæ consistit* in ipso fidei fundamento, sarto tecto conservandæ fidei: affert solatium, Rom. 1, 12. Communionis bonorum. Gal. 3, 28. *Omnes vos unus estis in Christo JESU.* Joh. 17, 21. *Omnes* (credentes) *unum sint.* Act. 2, 1. Unanimiter erant congregati Apostoli. Eph. 4. Unum baptisma. Una cœna 1. Cor. 11. c. 10, 16. Unus panis, una Dei misericordia, Rom. 10, 12. Una promissio, Gal. 3, 16. Christi cognitio, Eph. 4, 13. Unus Spiritus, Eph, 2, 18. Unus Salvator, Act. 4, 12. Una remissio peccatorum, Act. 10, 43. Fidei, Spei, Eph. 4, 16. Inter impios non est una fides. Una est inter pios, qui omnes obligantur ad unum caput ac Regem Jesum Christum, sicut corpus uno spiritu vivificatur. Uni fundamento domus superinstruitur. Sic unum est fundamentum, 1. Cor. 3, 11. Omnes surculi pendent ab uno oleæ trunco, sic nos à Christo, Rom. 11, 17. Omnes oves ad unum pastorem, Ezech. 34, 23. Unitas conjunctionis & societatis cum Patre & Filio, 1. Joh. 1, 6. Vocatur mansio in Patre & Filio, 1. Joh. 2, 3. & fit per fidem. Per hanc enim Deo agglutinamur, & per hanc Christus habitat in cordibus nostris, Eph. 3.

§. 6 *Unitas consortii & consuetudinis.* Gen. 2, 24. Erunt duo in carnem unam. *Unitas successionis*, h. e. Ecclesia est totum successivum, quod semper est in fluxu, ut flumen & fons, ut lumen solare se per orbem diffundit. *Unitas Spiritus*, qua uno spiritu gaudet Ecclesia. Jer. 32, 39. dabo vobis cor unum & unam viam, ut timeant me cunctis diebus. Sic unius corporis Ecclesiæ unum est vitale principium. Eph. 4, 4. Unum corpus & unus spiritus. 1. Cor. 3, 16. Spiritus Dei habitat in vobis. *Hypocritæ spiritum non habentes*, Judæ Ep. v. 19. 1. Cor. 7. *Qui adhæret Domino, unus cum eo* Spiritus est. Cant. 6. Una est columba mea amica mea. Hæc est Ecclesia verè una; sicut unum corpus è variis membris coagmentatur, Rom. 12. nempe ob unam fidem, spem, charitatem. Eph. 4. Unum corpus, sic membra in Ecclesia unitatem servare debent, ne fiat prodigium. *Unus spiritus: sicut ab una anima vivificamur*, regimur, nec quis à se repellit animam; sic in uno Spiritu stare debemus, unus novus homo esse, Eph. 2. *Est quoque unitas spiritus.* 1. Ob Christum qui fecit Judæos & Gentes unum. 2. unum verum hominem. 3. unum corpus Ecclesiæ. 4. est modus spiritualis non conjunctio corporum. Act. 2. *una anima, cor unum.* Confer 2. Chron. 5, 13. Una spes.

§. 7 E. in his terris dissidere non debemus, simus conjunctissimi ob unam hæreditatem in cœlis. Unitati non studentes 1. Sunt ingrati erga Dominum, suo sanguine omnes redimentem. 2. Ecclesiam scindunt unam, lacerant. 3. In corpus Domini peccant. 4. qui alios Ecclesiæ servatores obtrudunt, alias vias, cùm una sit fides.

Unitas in regno Tyrannico, cum mali Tyranno per omnia subscribunt. *Unitas* 1. Satanica in Dæmonibus, ne eorum regnum cadat, Luc. 11. 2. *Politica in prudentibus*, qui cordi involvunt noxas. 3. *Bruta*, qui alienis oculis vident, & fide implicita credunt. 4. *Ischariothica*, eorum, qui veritatem ob metum & avaritiam produnt. 5. *Tyrannica*, in inquisitoribus Hispanicis. 6. *Herodiana* in Jesuitis, Dominicanis, &c. contra fidem veram pugnantibus: aliàs inter se dissidentibus.

§. 8 *Qui sunt, qui tollunt unitatem Spiritus?* Hoc est, sua culpa efficiunt, ut Christiani non sint unum Spiritu. Qui 1. *Cultus electitios* venditant, his enim scinditur unitas, Col. 2. 2. *Schismata excitant* & sectas. Tales erant Ephesi, Act. 20, 29. Ideò monet Apostolus Eph. 4, 3. Servare unitatem spiritus. Hodieque 3. *Superbiunt ob* dona eximia & alios contemnunt. ut Luc. 18. Pharisæus ille. 4. *Rationis judicium sequuntur* & non judicium Spiritus sancti, qui solus per verbum nos ducit ad fidei unitatem. 5. *Anabaptistæ*, qui se separarunt ab Ecclesia.

§. 9 *Unitatis in Religione* conciliandæ medium 1. *Non est Ἀμνηστία.* Athanasius imperator olim hoc medio sopire voluit dissidia Religionis. D. Gesner. de concil p. 286. de dissidio Concilii Chalcedon. 2. *Non suspensio & antiquatio Elenchi nominalis.* 3. *Non circumcisio* articulorum fidei. 4. *Non usurpatio terminorum ambiguorum* vel generalium phraseων, sub quibus utraque pars delitescere potest. 5. *Non extenuatio litis*, ac si controversiæ Theologicæ essent de lana caprina, tenues, nec salutem æternam concernentes. 6. Sed unicum medium est, Veritatis confessio & sincerus amplexus.

Una est fides Patrum & *Ecclesiæ*, videatur Euseb. l. 1. c. 1. Irenæus lib. 4. c. 13. Epiphan initio libri c. hæres. Augustin. tract. 45. in Joh. l. 2. c. literas Petiliani, c. 37. l. 19. c. 13. 16. 17. cont. Faustum: Idem in Ps. 33. & 77. It. l. 2. c. 25. c. Pelagium & Cœlest. Hic tamen necessariò rejiciendi sunt atque excipiendi varii plurimique Patrum errores, sive in scripturarum expositione, in qua gravissimè & sæpissimè hallucinati sunt (quos hoc nomine commentatores Pontificii liberrime perstringunt: ut docet eorum inspectio,) sive in sententiarum propriarum earumque erronearum propositione, quæ magno numero ab aliis notatæ sunt ac obelisco transfixæ.

Porrò multiplex est:

§. 10 I. Patris & Filii essentia: Joh. 10. Ego & Pater unum sumus.

II. Credentium & Christi: Hæc est unio in Adamo secundo: qui non ad Dei imaginem creatus est, sed est ipsa imago Dei, Heb. 1.

III. Credentium inter sese. Estque vel fidei, vel morum. Fidei unitas est, quâ unâ fide gaudent Christiani inter se, una & sola vera est fides, Eph. 4.

IV. Christi unio cum carne nostra, quam assumpsit, Heb. 2, 14. Est hæc unio incarnationis.

V. Unio in altera vita, est Christi cum Ecclesia, Sponsi cum Sponsa.

VI. In homine triplex unio

1. Limi & Spiritus vitæ, v. in Adamo primo.

 2. Co-

2. Costæ & Spiritus vitæ. v. in Eva.

3. Unio animæ cum corpore in vulgari hominis generatione. Vide Bernhard. Serm. 2. de Nativit.

Causæ impellentes ad unitatem fidei servandam: sunt

1. Unus est Pater, non tolerans liberorum lites, domesticorum discordiam abominans.

2. Una mater Ecclesia, præcipiens pacem.

3. Una fides, ferens fructum concordiæ.

4. Unum baptisma, obligans ad charitatem.

5. Unus panis 1. Cor. 10, 17. ad concordiam obligans.

6. Unum corpus, Ephes. 4. in quo omnes membra conjuncta esse debemus. Nam

7. Omnes sumus membra, ad unitatem colligata.

8. Unus est Spiritus, quo cuncti impellimur.

9. Unus est Dominus, non ferens dissidia subditorum.

VII. Unitas Spei. Qui simul stetimus, pariter gaudebimus in cœlo, ait Cyprian. Epist. 77.

§. 11 VIII. Unitas mala. Mundi & carnis. Diabolici regni unitas, Luc. 11, 18. Hostium Christi, Ps. 2, 2. Esa. 5, 18.

Unitas fidei. Eph. 4. donec occurramus omnes. Sic est Ecclesia una, ut tamen semper extiterint in ea [non ex ea] sectæ plurimæ & hæreses: etiam tempore ipsorum Apostolorum, v.g. Hymenæus, Philetus, Hermogen. Nicolaitæ, Pseudoapostoli.

IX. Unitas simulata eorum qui dicunt se esse unum; non tamen revera sunt.

Unionis cum Christo requisita.

2. c. de fide p. 7. col. 8. Justin. fol. 103. c. 1. in 2. Joh. 2.

Una Ecclesia.

Et ejus unitas, in quo consistat?

I. Non in alligatione Ecclesiæ ad unum aliquod caput visibile, quale est Papa Romanus: Nam (1.) nihil in sacris literis est de hoc capite, neque Christus aut Apostoli uspiam aliquid de hoc capite præscripserunt. (2.) Illa quoque unitas vera non est, sed fucata atque impia. (3) Ipse Petrus & Paulus se pro capitibus Ecclesiæ non venditarunt: Id enim demum est factum, cum Rom. Ecclesia divitiis est aucta, fatente Greg. de Val. lib. 7. c. 8. §. Hæc ita ord. analys. fidei. (4.) Cessavit etiam hæc unio per schismata viginti quinque, quæ durarunt 125. annis: fatente Stapletono Relect. princ. fidei controv. 1. q. 5. art. p. 184.

§. 12

II. Non in omnimoda hæreseων exclusione. Nam & in 1. vera Apostolor. Ecclesia hæretici & sectarii fuerunt. 2. In Ecclesia primitiva Arius, Nestorius, Photinus. 3. In ipsa Ecclesia Romana plurimi pseudodoctorum extitere.

III. Consistit verò (1.) in uno capite Ecclesiæ, quod est Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Matth. 28. Eph. 4, 6. (2.) In uno fœdere Dei, cum Christo, & credentibus inter se. Uno fundamento Christo, 1. Cor. 3, 11. [3] In unitate mediorum ad salutem, unius principii fidei, cognitionis, fidei, sacramentorum. 4. In unitate conversationis, pietatis, & consensionis, per unum spiritum, Ephes. 4. 5. In unitate scopi, finis, & termini ad quem omnes contendimus, Eph. 4. Una spes vocationis.

VOCO.

Ambigua vox est, ideo distinguenda: §. 1

I. Deus cum dicitur vocare, notat 1. efficere. Sic *vocat ea, quæ non sunt, ut sint*, Rom. 4, 17. id est facit, creat, efficit.

2. Vocare *frumentum*, Ezech. 36, 29. id est dare benedictionem rei frumentariæ, eamque augere.

3. *Nomine* vocat Esa. 45, 4. c. 40, 20. id est accurate cognoscit populum suum, eique prospicit.

4. *Nomen* imponit *novum*, v. g. Abraham, Israel.

5. *Populum* vocat, liberat, transfert, eripit, Os. 11, 1. Matt. 2. v. ult. de Christo ut capite, quod olim in membris factum, prædicatur.

6. Punit, *gladium* vocat Jer. 29, 29. famem Ps. 105, 16. Esa. 22, 12. Jer. 9, 17. Thren. 1, 15. c. 2, 22. tanquam iræ ac vindictæ Ministrum, Ezech. 21, 10. 11.

7. Monuit, prædicavit, Jer. 7, 13. cap. 35, 17. Prov. 1, 24. Esa. 50, 2. c. 65, 12. per verbum & commonefactiones.

8. Elegit, restauravit, Es. 49, 1. c. 42, 6. c. 22, 20. c. 41, 9.

9. *Approbat, rejicit*: Es. 58, 5. & 13. jejunium, Sabbathum.

10. Invitat, Luc. 14, 7. 12. 13. Matth. 22, 30. ad gratiam, vitam æternam, 1. Tim. 6, 12. 1. Petr. 5, 10. 2. Petr. 1, 3. Eph. 1, 18.

Vocatur Deus Esa. 9, 6. c. 54, 5. 6. nomine, cultu, cum à nobis invocatur & colitur. §. 2

II. *Homo vocat*; appellat *nomine* & nomen imponit sive personæ, sive rei, Gen. 2, 19. 23. c. 5, 29. c. 5, 3.

Poscit. Genes. 12. vers. 18. *vocavit Pharao Abraham.*

Orat, interpellat, Es. 44, 5. Jer. 3, 4.

Dedidit se, Prov. 7, 4. *intelligentiam voca.*

Appellat patrem, Esa. 8. v. 4.

Vocatur Ecclesia, Es. 1, 26. c. 4, 3. c. 19, 18. Esa. 48, 1. c. 58, 12. c. 61, 3. 6. c. 62, 2. 4. 12. cap. 65, 15. Jerem. 3, 17. quod evocetur è cœtu malignorum, Actor. 2, 40.

Homo de nomine alicujus hominis, Gen. 48, 16. nihil ibi de adoratione Sanctorum. Sic Oleaster: Hunc rejicit Estius, scribens in h. l. Non necesse est *huc recurrere*. Sensus est, ut Ephraim & Manasses, tanquam ex Jacob geniti, nomine ejus gaudeant. Hæc Estius.

Dei, Ecclesiæ membrum esse, Es. 65, 1. c. 48.

Homo destinatur officio, Esa. 22, 20. statui, cultui, functioni.

Cæterum diversa est vocatio.

1. *Ministrorum.* Vide Rom. 11, 28. 1. Cor. 1, 26. 2. Tim. 1, 9. §. 3

2. Chri-

2. *Christianorum*, quæ vel est *singularis* in statibus distinctis: v. choro, foro, thoro. 1. Cor. 7. *Unusquisque donum suum habet à Deo.*

Vel communis ad regnum Dei, ejusque gratiam, gloriamque.

Ultimò *ad Deum ipsum*, ut hunc cognosceremus, cognitum amaremus, amato frueremur.

Luc. 14. *Homo fecit cœnam magnam.* Joh. 10. *Veni ut vitam habeant.*

§. 4 Causa efficiens vocationis hujusce Deus est, qui nos vocat, 1. Cor. 10. v. 9. 1. Petr. 2, 9. 2. Tim. 1, 9. *Deus vocavit nos vocatione sanctâ.* Huc spectat parabola Matth. 22, 4. Luc. 14. Apoc. 3. Sto ad ostium & pulso.

2. Timoth. 1, 10. *Illuminatio* filio Dei adscribitur. Hic factus est caput, Psal 18, 44. & lapis anguli, Psal. 118. v. 22. & fundamentum, 1. Cor. 3, 11. Rom. 15, 11. & vexillum, Es. 11, 10. Judex qui ponat judicium, Esa. 42, 4. Princeps, Es. 55, 4.

Impellens Dei propositum, non nostra opera, 2. Tim. 1, 9. Eph. 1, 5. Confer Deut. 7. v. 6. Sola Dei misericordia & fidelitas, 1. Cor. 1, 9. *Fidelis Deus est, qui nos vocavit ad communionem filii sui. Nos genuit voluntariè*, Jacob. 1, 18. (Filium verò genuit ab æterno ex sua substantia modo ineffabili) in Christo, Eph. 1, 5. 6. 7.

§. 5 Voluntas quoque vocantis Dei *seria* est, non signi solum, quia I. *Mandat* omnes venire, Esa. 55. Matth. 11, 28. & si non veniant, irascitur, Matth. 22. v. 7. Joh. 5, 40.

II. Omnes resipiscere, Act. 17, 30.

III. Omnes *instrui*, Coloss. 1, 28. vult seriò utique, non fictè, voluntatem lachrymis, minis declarans.

IV. Etiam *duros* mollefieri, Psalm. 95, 8. renuentes, Proverb. 1, 24. consilium Dei respuentes, Luc. 7, 30. Impœnitentes reverti, ac vias suas relinquere, Esa. 55, 6. 7. & nos lavare, Esa. 1. v. 16.

V. Populum rebellem vocat, Esa. 65, 2. nolentes colligit, Matth. 23. Es. 65, 12. c. 66, 4. & quidem manè, diluculo, Jer. 7. v. 13. 14. Non *semel*, sed *iteratis vicibus*, omnes homines serio vocavit in Adamo, Abrahamo & per reliquos Patriarchas, Prophetas, operarios in vineâ, aliosque servos: per Filium proprium, Matth. 21. qui gravissimis verbis Judæos vocavit paulò ante passionem, Matth. 21. & 22. capitibus. Confer Zachar. 1. v. 3. 4.

VI. Jurat, se nolle mortem morientis, Ezech. 18, 33. nolle duritiem: Ps. 95. *Nolite obdurare.*

VII. Deplorat lachrymis homines nolentes venire, Luc. 19. optat serio nostram salutem, Ps. 81. v. 14. Exclamat Es. 48, 18. *Utinam attendisses ad mandata mea!*

VIII. *Similibus* voluntatem seriam illustrat, v. g. *Vinitoris*. Esa. 5. *Quid non feci vineæ meæ Patris*, manus extendentis, Esa. 65, 2. *Regis nuptias* parantis, Matth. 22, 1. *Gallinæ*, Matt. 23. pullos sub alas colligentis. *Consiliarii* nobis salutaria suadentis, Proverb. 1. Luc. 7, 30. Accusatoris, omnem interitus culpam homini soli, non sibi adscribentis. Proverb. 1. *renuistis.* Matth. 23. *Tu noluisti.*

Judicis puniturì ideo homines, quod vocati noluerint *venire*. Ps. 95. Juravi: *credere*, 2. Thess. 1. v. 6. 7. seq. *Invitatoris*, Luc. 14. *Omnia parata*, Matth. 22. *Irati regis*, Luc. 14, 21.

§. 6 IX. Per signa, Sacramenta, quoque vocat. Pharaonem, Judæos, Achabum, Esa. 7, 14. & quidem tam seriò, quàm ipsa signa, sacramenta supplicia seria sunt, oculis ingeruntur, sentiuntur. An hæc nobis tantum à Deo picta ficta? absit! Omnes omnia tangunt, omnibus proponuntur, ut seriam gratiam amplectamur, Spiritui sancto non obluctemur.

X. Punit ut iratus judex & justus eos, qui vocati non veniunt.

Irascendo, Ps. 2, 7. Joh. 3, 36.

Alios *vocando* in locum eorum, qui noluerunt venire, Luc. 14, 22. Matth. 21, 41. Rom. 11.

Errore efficaci puniendo, 2. Thess. 2, 10.

Devastando per exercitum, Matth. 22, 8.

Interficiendo, Matth. 21, 41. c. 22, 8.

Rigore Judicii omnes commonefaciendo, Act. 17, 30. Mandat omnibus hominibus æternum damnando, Joh. 3, 18. c. 16, 9. Marc. 16. 2. Thess. 2, 10. c. 1, 6. 7. 8.

§. 7 *Instrumentales* sunt Doctores Ecclesiæ, servi Dei, Matth. 20, 2. misit servos suos, Heb. 1, 1. Luc. 14. v. 17. seq. Matth. 22, 6.

Gen. 19, 29. Angeli Lothum Sodomis eduxerunt ut servaretur. *Egredimini*, ajunt, *de loco isto*. Ita ministri divini verbi, sunt Angeli, qui nos à mundo ad Deum vocant, ut illum ceu Sodomam relinquamus, hunc, ut liberatorem amemus & timeamus, ad epulas veniamus, Esa. 55, 1.

2. Chron. 30. Hiskias ad festum Paschæ Israelitas per cursores & epistolas invitavit, quorum quidam venire noluerunt: Ita Deus vocat nos per Epistolam verbi sui, per ministros, 2. Cor. 5, 24. *legatos suos*: obsequamur vocanti & veniamus: non contemnamus cœleste Pascha 1. Cor. 5, 7. sed verâ fide illud comedamus, Joh. 6, 47. & 54. 55. 56. Actor. 10, 13. *Surge macta*: nempe gladio spirituali verbi seca, Eph. 6. instrue, doce. Olim Athenis cœtus civium voce præconis evocabantur: id vocabant ἐκκλησιάζειν. Confer Promptuar. Allegoriar. Tit. *Ministerium.*

§. 8 Media verò vocationis sunt verbum & sacramenta: per hæc enim Deus sibi Ecclesiam colligit quocunque in loco, Matth. 18. v. 20.

Collectio hæc quoque aggregatio dicitur, Gen. 49. v. 10. De *verbo*, vide infra; *verbum* vel *Scriptura*: de Sacramentis, vide suo loco Tit. *Sacram. Baptism. Eucharistia.*

Materialia.

§. 9 Terminus vocationis à quo, & ad quem? Actor. 26. v. 18. *Te mitto, ut aperias oculos cæcorum &c. ut convertantur 1. à tenebris inscitiæ in intellectu*, Eph. 4, 18.

Ad lucem. Cognitionis Dei, 1. Petr. 2, 9. 2. Pet. 1, 3. quæ in Dei verbo continetur.

Ad nuptias, Matth. 22, 1. & Apoc. 19, 5. *Beati qui ad cœnam agni vocati sunt.* Agnus sanè Christus, Apoc. 13, 8.

Pœnitentiam. Matth. 9, 14. sic Matthæus, sic peccatores omnes.

A potestate Satanæ. Actor. 26, 18. quæ ipsi est in filios incredulos.

A malitia, Actor. 3, 26. innatâ & perpetratâ.

Ex Ægypto mundi, Matth. 2, 15. Allegor.

Ad Deum, Actor. 26, 18. patrem, vitæ fontem.

Domum ejus, Ephes. 2, 19. quæ est Ecclesia, 1. Tim. 3, 16.

Libertatem, Gal. 5. v. 1. & immunitatem à Legis maledictione.

Ad accipiendam remissionem peccatorum, Actor. 2, 28. Sic Cornelius & socii ad hanc vocati sunt, Act. 10, 43. quæ *remissio* prædicatur Christi jussu, Luc. 24, 47.

Et hæreditatem, Act. 26, 18. Vide *Hæreditas. gloriam æternam*, 1. Pet. 5, 10.

Ad communionem Filii Dei, 1. Cor. 1. v. 9. Vide supra Tit. *Communio Sanctorum*, Ephes. 2, 19. Heb. 12, 22.

Ad gloriam admirabilem, 1. Pet. 2, 9. nempe quia hæc 1. Rationi ignota est, *oculus non vidit, auris non audivit*, 1. Cor. 2, 9. 2. variis bonis & donis locupletata, 2. Pet. 1. v. 3.

Ad justitiam regni Dei. Matt. 7. *Quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus, & cætera adjicientur vobis.*

Ad crucem ferendam. Matth. 16, 24. *tollat crucem suam & Christum sequatur.* Luc. 10. *mitto vos ut agnos inter lupos.* Jacob. 1. *probatus accipiat coronam vitæ:* agnus patiatur lupos.

Ad domandam carnem. Matth. 16, 24. abneget seipsum, si quis venire vult ad me. Gal. 5. crucifigat carnem cum desideriis.

§. 10 *Ad exercendam charitatem.* Ad eam enim quoque sumus vocati & præceptis Christi, & exempli sui documentis, Joh. 13. v. 15. c. 15. *sanctificationem* colendam, 1. Thess. 4. v. 3. 4. 8.

Ad salutem: Gen. 28. per scalam Jacobo visam ascenderunt Angeli Dei: Ita per vocationem Dei [quæ est scala ad cœlum & vitam æternam] in cœlum ascendimus, inq; cœlestibus versamur, ut tandem æternâ salute perfruamur.

Ad benè collocandum talentum: Matth. 25. Homo quidam vocavit servos suos & tradidit illis bona sua &c.

Ad operandum. Matth. 20. *Voca operarios.*

Ad mortem. Gregorius narrat lib. 1. c. 8. Dialog. 5. Anastasium voce cœlitus delapsâ (*veni Anastasi*) vocatum esse ad mortem.

§. 11 *Subjecta vocationis, sive personæ vocatæ.* Omnes homines universali prædicatione. Matth. 28. *Docete omnes gentes.* Rom. 10. *in omnem terram exivit* Sonus eorum, Coloss. 1, 23. & 6. Confer *Gentes* Titul.

Hinc vocatio universalis est, quæ probatur:

§. 12 I. *A generali Christi mandato*, quod dedit discipulis Matth. 28, 19. de docendis omnibus gentibus, prædicando Evangelio *omni creaturæ*, Marc. 16, 16.

II. *A discipulorum executione.* Prædicarunt hi in omni loco, Matth. 16, 20. omni creaturæ sub cœlo, Col. 1, 5. & 23. in omnem terram exivit sonus eorum, Rom. 10, 19.

III. *A generali vocatione Dei*, Es. 55, 1. Matth. 11, 28. Luc. 24, 47. Act. 17, 30. omnibus fidem exhibentis, omnes credere jubentis.

§. 13 IV. *Ab inductione singulari*, quâ demonstratur Evangelium ubique ab Apostolis prædicatum esse. Vide, si placet, Disputationem de gemina Vocatione Dei ad salutem Rostochii habitam. Confer *Irenæum* lib. 1. c. 3. adversus hæreses, qui testatur de Ecclesiis in Germania & oriente, ante sua tempora fundatis: Thomam Germanis fidem prædicasse, scribit Hieronym. in Catal. Script. Eccles. *Æthiopibus* ab Eunucho, Euseb. lib. 2. c. 1. In altera *Æthiopia*, Matthiam, qui in locum Judæ electus est, teste Hieron. in Catal. dicto. De compluribus populis idem asserit *Theodoret.* lib. 9. de curandis Græcor. affectionibus. Tertullian. contra Judæos, de abditis *etiam populis* & terræ partibus Origenes homil. 9. in Genesin. Idem in Ezech. homil. 4.

§. 14 V. *A Testimoniis Patrum.* Hilar. can. 25. in Matth. §. *Tum per omnes.* Theophyl. in cap. 24. Matth. Hieron. in idem. Non [inquit] puto, aliquam remansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret. Ambros. in cap. 10. ad Rom. §. quo Psalmographus &c. Euseb. lib. 2. c. 3. Just. Eccles. §. *Divina virtute & cooperatione* &c. Tertull. c. 37. Apologet. & Baron. Tom. 2. col. 105. n. 20. seq. Prosper. lib. 2. c. 24. de vocatione Gentium. Clem. Alexand. Exhort. ad Gent. ultra med. *Audite, qui longe estis: audite qui procul: nullis celatum est verbum. Lux est communis, omnibus illucescit hominibus.* Ambros. l. 2. c. 10. de vocatione: *Nulla pars mundi vacat Evangelio Christi. Et licet illa vocatio generalis quiescat: tamen & ista specialis jam universa est & facta communis.* Euseb. l. 1. de præparat. Evangel. §. *Salutarem ad Deum conversionem* &c.

§. 15 VI. A Testimonio Adversariorum: Bullinger. tom. 1. serm. 2. fol. 6. *Teneamus*, ait, *fratres verbum Dei & scripturas sanctas, revelatas esse omnibus hominibus, omnibus in mundo ætatibus, sexubus, ordinibus & conditionibus.* P. Martyr. Class. 4. Loc. Com. cap. 1. § 5. 6. 7. seq. *Ostendit & in V. & N. T. Evangelium prædicatum omnibus innotuisse. Imò intra viginti vel triginta annos Christi prædicationem ubique auditam esse*, è Chrysostomo ibid. probat.

Robert. Abbatus, cap. 5. Demonstrationis Antichristi, *vocationem per Evangelium & prædicationem universalem contra Bellarm. asserit eruditissimè.*

D. Paræus in Rom. 10. *Apostolus testatur non semel, in omnes orbis partes divulgatum Evangelium: ipsemet à Hierosolymis per omnes vicinas regiones in Illyricum usq; prædicavit*, Rom. 15, 19. *Marcus in Ægypto, Thomas in Indiis, Matthæus in Æthiopia, alii alibi præconiaverunt Evangelium. Bis idem scribit Apostolus* Coloss. 1, 6. & 23. *Quod si hodie Barbari Evangelium non habent, non sequitur, quod eorum majores non habuerint, quia plurimæ aliæ gentes sua ingratitudine illud amiserunt.* Hæc ille. Bullinger. in Coloss. 1. *Evangelium*

per

per universum terræ orbem prædicatum mirè fructificat.

§. 16 *Vocatæ quoque personæ ignobiles, contemptæ,* 1. Cor. 1, 18. *Non multi sapientes juxta carnem. Sed & vocati ad Ecclesiam sunt homines.* Nobiles v. g. Centurio apud Domini crucem.

Cornelius, Actor. 10.

Magi, Matth. 2.

Victorinus Rhetor nobilis, Augustin. lib. 8. c. 4. Confess.

Nebridius sanguine Imperatorio ortus. Hieronym. Epist. 9. ad Salvinam. Vide supra Nobilis.

Gentes quoque vocatas, præsignificatur Num. 8. Lampades & lucernæ gentes versus septentrionem habitantes ad lumen Evangelii conversas innotabant.

Ps. 29. *Vox Domini commovens solitudinem:* Hæc notat Gentilitatem, voce Evangelii commovendam olim. Hagg. 2. *Commovebo omnes gentes.*

Commonefacit verò vocatio Gentium de multis. 1. Dei Justitia, ipsum Gentibus non parsurum, cum populo suo non pepercerit, Rom. 11. 2. Ecclesiam non conservari carnali generatione. 3. Nec Politiam Mosis fuisse sufficientem. 4. Sola Dei gratia nobis peccata remitti. 5. Deum non respicere personas. 6. Ceremonias non esse ad salutem necessarias.

§. 17 *Finis summus vocationis est Dei gloria*, bonitate misericordiæ, Psalm. 117. per tot. Rom. 15, 9. 10. seq.

Finis & utilitas vocationis nostræ ad gratiam, & consequentia varia;

Frui beneficiis benedicti seminis, Gen. 12, 4. c. 18, 18. c. 22, 18. c. 26, 4. c. 28, 4.

Fieri hæredes, Psal. 2, 8.

Videre lucem magnam, Es. 9, 2. Matth. 4, 16.

Solari gentes, Hag. 2, 8.

Dici filios Dei viventis (nempe quos in suam familiam ascivit) Ose. 2, 23. c. 1, 10.

§. 18 *Officia vocatorum.*

Dei virtutes enarrare, 1. Pet. 2.

Gaudere & jubilare, Deut. 32, 43. Rom. 15, 10. laudare, Ps. 117. 1. Rom. 15, 11.

Pœnitere, Actor. 10, 11. Ps. 22, 28.

A tenebris recedere, & oculos aperire, Actor. 26, 18.

Obedire Psalm. 10, 50. vocanti Deo ob tria. 1. Dei amorem, ex quo te vocat. 2. Clamorem Prov. 1. 3. Honorem, quod te hominem, non angelos vocat.

Excitare se mutuò ad cultum, Es. 2, 3. Mich. 4. requirere Messiam, Es. 11. v. 10. Ipsum Gentes requirent, Esa. 65, 1. atque eum expectabunt, Esa. 42.

Ambulare in lumine, Esa. 60, 2.

Illuminari. Ibid.

Sanctè vivere, Levit. 19.

Ornare doctrinam Jesu Christi, Tit. 2.

Vitia hominum circa vocationem.

§. 19 Contemnere eam & nolle venire, Matth. 22. v. 5. c. 23.

Amare magis opes ac mundum, ejusque tenebras, Johan. 1. 2. Timoth. 4. v. 9. 1. Johan. 2, 15.

Spernere & Ministerium (ut Enthusiastæ) per quod sonat Dei vocatio.

Sequi vocantem 1. *Satanam* ad barathrum æternæ damnationis per peccata varia. Alleg. ut 2. Sam. 18. totus Israel secutus est rebellem Absolomum & Sebam, 2. Sam. 20, 1. 2.

2. *Mundum*, qui invitat ad honores, divitias, voluptates. 1. Joh. 2. Onera hæc sunt gravia & varia: at Christi suave jugum nemo vult sequi, Matth. 11. Psal. 2. *Projiciamus jugum.*

Repellere Dei regnum, Actor. 13, 46. Confer Prosper. lib. 2. de Vocat. Augustin. artic. 16. falsò ipsi imposito. Hilar. can. 24. in Matth. Invidere iis qui vocantur, Actor. 13, 15.

Resistere & calumniari verbum, Actor. 18, 6.

Persequi ministros & occidere, Matth. 23, 37.

Obstacula hominem, quo minus ad Deum veniat, impedientia sunt. 1. Divitiæ. 2. Deliciæ, Luc. 8. 3. Superbia, 1. Joh. 2, 15. 4. Pigritia, Ephes. 5, 8. 5. Obstinata impœnitentia, Ps. 95.

Itaque vocatio inefficax redditur vitio liberi arbitrii. Augustin. lib. 83. qq. quæst. 68. non odio absoluti decreti.

§. 20 *Pœnæ eorum* qui vocationi Dei contraeunt: Disperguntur & disperduntur à Deo, Ose. 1.

Non vult eorum misereri, Os 10, 2.

Aufert regnum ab eis, Matth. 21, 43.

Summovet candelabrum de loco, Apoc. 2.

Ridet eos in cladibus, Prov. 1.

Abscindit eos, ceu botros, Apoc. 14.

§. 21 *Tempus vocationis.* Deus vocat aliquando serò. Matth. 20. horâ undecima circa vesperam mundi. Jeremiam ab utero, Jerem. 1. At Paulum jam adultum. 1. Corint. 15. *Postremo & mihi &c.*

§. 22 Confortatio Dei vocatorum per verbum & Spiritum: hic est Spiritus roboris, Esai. 11. Illud est balsamum cordis, Jer. 15, 16.

Confirmatio per signa. Sic Gedeon Judic. 6. Abraham Genes. 12. cap. 15. Exod. 4. Mosen.

§. 23 Vide Gregor. M. in 1. Sam. 10. §. *Cum sancti viri. Quilibet sua vocatione sit contentus*, v. g. Jonathan multis victoriis insignis non invidet Davidi nec eum odit, sed ultro cedit pacta amicitia, 1. Sam. 18. In ea maneat, 1. Cor. 7.

Aliorum vocationes carpere aut scrutari non debemus: sic fecit Petrus. Joh. 11. Conversus &c. Hic autem quid. V. *Curiositas.*

VOLATILIA, VOLUCRES.

Vide Avis.

§. 1 Docent nos 1. De admirabili Dei providentia & cura. Matth. 6. v. 26. Inspicite volatilia &c.

2. *Insigni Magistratus* utilitate, sub quo vitam degemus pacatam, 1. Timoth. 2. v. 2. Dan. 4. v. 9.

3. *Divina precum exauditione.* Audit pullos corvorum, Ps. 147, 9. Quantò magis nos.

4. *Nostra pietate:* Ut enim aquilæ in altum volitant; sic nos alis fiduciæ & spei ad Dominum Esa. 40, 31. contendimus.

5. *Nostri ad cœlos* exaltatione. Matth. 24. Ubi cadaver, ibi aquilæ.

6. *Nostro ad vulnera Christi refugio*, ut columbæ ad petras, Cantic. 2, 14. Vide Bernhard. serm. 61. in Cantic. Canticor.

7. Nostra in his terris *calamitate*, Ps. 55, 7. Apoc. 12, 14.

8. *Diaboli perversitate*, qui instar volucrum semen è cordibus rapit, Luc. 8, 5. 12.

9. *Satanæ excubiis, nobis admodum periculosis*; Eph. 6, 12. qui revera est *prester volans*, Job. 1, 8. igne malæ concupiscentiæ corda hominum accendens, v. g. Cor Davidis adulteri, 2. Sam. 11. Judæ proditoris, Joh. 13.

10. *Pestilentia grassante*, Ps. 91, 5.

11. *Angelorum vigilantia* circa nos, & jussa Dei exequenda, Psal. 103, 20. & mysteria patefacienda, Es. 6, 2. 6. Daniel. 9, 21. Apoc. 8, 13. c. 14, 6.

12. *Evangelii prædicatione.* Hujus enim præcones avium instar volitant: quo sensu Chrysostomus alicubi Paulum *vocat alitem, pernicissima Evangelii prædicatione orbem terrarum complentem.* Huc illud Rom. 15, 19. Coloss. 1. v. 3. 26.

§. 2 13. Celerrimâ *Dei liberatione suorum*, 2. Samuel. 22, 11. Ps. 18, 11. Ps. 104, 3. & majestatis Dei declaratione.

14. *Admirabili volucrum creatione ex aquis*, in quibus tamen vivere non possunt: pisces possunt. Lutherus egregiè hic commentatur in Genes. c. 1. ad quem lectorem amando, ut legat sapientissimam hujus viri eloquentiam, & Dei admirabilem sapientiam. §. *Hoc autem primum.* 15. *Ciborum libertate.* Nam aves ratione materiæ cum piscibus convenire docet Brentius in Genesin. His si licet vesci, licitum quoque erit avibus vesci. Confer Ambros. l. 5. c. 14. Hexaemeri.

VOLUMEN.

§. 1 1. *Sacrum*, Ps. 40, 8. Heb. 10, 7. Esa. 8, 1.

2. *Historico-profanum*, Esdræ 2, 6.

3. *Singulare & propheticum*, Jer. 36, 6. 14. 20. 21. 23. 25. 27. 32. Et Zach. 5, 2. 3. visio dicitur volumen.

4. *Mysticum*, Ezech. 2. v. 9. 10. c. 3. v. 1. 2. 3.

VOLUNTARIUS.

§. 1 1. De *Deo* prædicatur. Ejus pluviæ, Ps. 68, 10. Evangelio sc. V. Evangelium.

2. De *homine*, operam, aut cultum, aut charitatem è Spiritu spontaneo offerente, Exod. 35, 22. 1. Chron. 29, 31. Psal. 110, 3. 1. Cor. 8, 3. Exod. 35, 29 c. 36, 3. Psalm. 119, 108. Lev. 22, 18. 21. vel cultum sine scriptura sibi fingente, Coloss. 2, 23.

VOLUNTAS.

§. 1 Multiplex. 1. Dei. Matth. 6. Fiat voluntas tua.

2. Nostra, vel hominis, quæ 1. Irregenita Deo inimica. 2. Regenita, attamen omni ex parte non sancta, Roman. 7. nec sanata.

3. Mundi: mala, pejor, pessima. Id enim vult mundus malus, quod non vult Deus optimus.

4. Satanæ, quæ omnia mala vult: nos cribrare cupit, id est tentare. Luc. 22. *Satanas voluit vos cribrare.*

Dei voluntati multa contraria fiunt

§. 2 1. Resistendo, Actor. 7, 51.

2. Eligendo ea quæ Deus non vult, Esai. 65, 12.

3. Non convertendo, Ezech. 33, 11. 2. Petr. 3, 9.

4. Consilium ejus spernendo, Luc. 7, 30.

5. Comedendo de arbore vetita, Gen. 3.

§. 3 Multiplex Dei [non in se, sed ratione objectorum] voluntas.

1. *Absoluta* & conditionata.

2. Antecedens & consequens. Damascenus lib. 2. c. 23.

3. *Abscondita*, de mysterio Evangelii, Rom. 16, 25. Coloss. 2, 26. Specialibus casibus & judiciis Dei. Vide D. Hunnium de Prædestinat. Luth. in 6. Genes.

4. *Revelata: de ipsa doctrina Evangelii*, in qua nobis suam voluntatem & salutis media revelari fecit, Actor. 20, 27. 1. Cor. 7.

Signi & beneplaciti. Signi est actus vel verbum aliquod, quo Deus manifestat interius suum consilium. Gregor. de Valent. Tom. 1. disp. 1. q. 9. Joh. de Combis lib. 1. c. 32. Compendii.

Aliis signi voluntas est Lex.

Beneplaciti, Evangelium. Vide 1. Cor. 1, 21.

Alii *voluntatem signi intelligunt* conditionatam, *beneplaciti absolutam.*

Beneplaciti, est ipsum internum Dei consilium.

Quomodo vero Reformati Dd. abutantur hac Scholasticorum distinctione, aliàs à nostris ostensum est. Scholastici fusè de Dei voluntate varia & intricata scribunt. Gab. Biel Lect. 68. 69. in Canon. & in lib. 1. dist. 46. Lombard. 1. Sent. distinct. 45. Estius in d. l. Joh. Altenstaig. in Lexic. V. Voluntas.

§. 4 *Voluntas Dei quomodo fiat?* Matth. 6. Fiat voluntas.

I. *Omne malum consilium impediendo.* [Est vero consilium malum Satanæ, mundi, carnis] Luth. in Catech. minor. Erasmus in modo simplici orandi.

II. *In bono nos conservando & confirmando* ad finem usque. Luther. in 3. Petit. ne à Dei voluntate deficiamus, sed in ea perseveremus.

III. *Nos sanctificando*, 1. Thess. 4. ac nostram voluntatem crucifigendo; obediendo Deo & voto Baptismi: peccata omnis generis vitando, quæ Deus non vult: sicut in cœlis angeli justè vivunt, sequestratâ omni vitiorum administrâ. Pulchrè Augustinus: *Fiat voluntas tua, ut quæ odis, odiamus, & quæ diligis, diligamus, & quæ præcipis, perficiamus.*

IV. In Christum *credendo.* Joh. 9. Hæc est volun-

voluntas ejus, qui me misit &c. & *nos ducendo* Pf. 73, 24. in voluntate sua.

V. *Pœnitendo.* 2. Pet. 3. Deus non vult quempiam perire &c, sed omnes agere pœnitentiam. Ef. 1. Lavate. Marc. 1. *Agite pœnitentiam & credite Evangelio.*

VI. *Patiendo crucem.* Hebr. 10. patientia vobis opus est &c. Persuadeamus igitur nobis, nihil esse bonum, nisi quod tu optimus velis. Sic ipse Dei filius voluntati patris sese subdidit, Matth. 26. nobis vestigia pressit imitandi obsequii. Confer Drexel. Tract. 2. §. 28. Tr. 11. p. 1406. & *imprimis Lutherum Dom.* 24. post Trinitatis fol. 441. a. b. 442. a.

VII. *Veritatis hostes pessundando.* Pf. 7. Convertatur dolor ejus in caput ejus &c.

§. 5 Alii ita efferunt: *Voluntas Dei vult* 1. Peccatorum *conversionem.*

2. *Nostram sanctificationē* 1. Thess. 4. Lev. 19.

3. Vult suorum mandatorum *impletionem.*

4. Suorum *flagellationem*, quam tamen dirigit in gloriam suam & Ecclesiæ locupletationem. Vide Lutherum fol. 194. a. Postill. Eccl. in festo Epiphan.

5. *Miseriæ aliorum sublationem.*

6. Vult Mosen & Prophetas à nobis audiri, Luc. 16.

7. Gratos nos esse 1. Thess. 4, 1. etiam in tribulatione. Actor. 5. gaudere.

8. Prophetas non spernere, 1. Thess. 5, 17.

9. Doctores audire, Actor. 9, 7.

10. Sequi consilia sapientum, Tob. 4, 19. & superiorum mandata.

11. Appendere vias, facta, consilia ad lancem verbi divini.

12. Considerare, quid animæ prosit.

13. Orare & gemere ad Deum, ut doceat nos, quid velit per nos fieri. Actor. 9. Domine, quid vis me facere?

14. Colere Deum ex præscripto verbi, Ef. 58. v. 4. & 13.

15. In temporalibus nos Deo subjicere, Deut. 3, 26. 27.

§. 6 *Christi eadem cum Patris voluntate*, etsi rogarit, ut calix ab ipso transiret. Vide Bernh. serm. 3. de resurrectione. §. *O Domine voluntas &c.* Ex hoc enim perspicitur, appetitum sensitivum & sensualitatem à morte abhorruisse, de quo pluribus Scholastici in 3. distinct. 17. Hugo Victorinus ubi de voluntatibus Christi.

Voluntas hominis.

§. 7 Facultas illa reformatur

1. Spiritus paupertate. Matth. 5. Beati pauperes spiritu.

2. *Humilitate*, ut Deo te subdas.

3. Sui ipsius odio. Joh. 12. *Qui odit animam suam &c.* Estque hoc odium sacra quædam phlebotomia, qua impurus sanguis emittitur, ne corruptionem adferat.

Officia nostra circa Dei voluntatem.

§. 8 I. *Cognoscere* voluntatem Dei, juxtaque eam admirari in variis judiciis [sic Apost. Rom. 11, 36. David Pf. 36, 8.] semper justis, etsi occultis, Confer Drexel. Tract. XI. §. 3. seq. c. 3.

Quærere illam, Joh. 5, 30.

Cumque voluntatem Dei fecerit Filius, quantò magis eam facere debet servus! Cyprian. in Orat. Domin.

2. *Obedire ei*, illam sequi, nosque ei conformare. Huc spectant phrases variæ. Facere voluntatem Dei, Pf. 143, 10. Matth. 7, 21. Dicere: non mea Domine, sed tua fiat voluntas, Matth. 26, 39. Joh. 4, 34. Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me. Cap. 6, 38. Facio voluntatem ejus, qui me misit.

Basil. in regulis fusius disputatis, respons. 5. *Voluntas Dei sit norma & regula operum nostrorum. Rectè quia voluntas Dei est sanctificatio nostra*, 1. Thess. 4. v. 3. & illius verbum unica sanctitatis mensura, Deut. 12, 8. Levit. 19, 5.

Resignare nos debemus voluntati Dei. Thaul. in colloq. Theologi & mendici p. 685. id est huic nos totos subjicere.

Ponderare, quod propria voluntas Adami fuerit fons omnium peccatorum. Augustin. in Psal. 70. Concion. 2.

Omnia debent nobis placere, quæ Deo placent, Rom. 12, 2.

Odisse, *quæ mundus æstimat. Amare paupertatem, odia mundi, mortem libenter amplecti. Vide Luther. in Dom. 1 post Epiph. in Postill. Eccl.*

Conformare nos divinæ voluntati: quod suprà resignare diximus.

Id [suo modo] agnovit Epictetus lib. 4. dissert. c. 7. *Id melius duco, quod Deus vult, quam quod ego.* Hæc ille.

In omnibus. Vide paulo ante. §. Quomodò fiat voluntas Dei?

Id demum grata est Deo hostia, Rom. 12. Abjicere aurum & argentum potuit quoque Crates Thebanus & Antisthenes. Nos verò ipsos Deo offerre debemus, ait Chrysost. hom. 5. ad populum Antioch. Confer Augustin. l. 1. Soliloq. c. 15. Basil. 28. Bernhard. serm. de Quadrupl. deb. *nosque velut in cœlo sistit.* Drexel. tract. XI. p. 1389.

Summo bono fruisci facit: Idem Tract. d. p. 1386. & cordis quiete.

§. 9 *Causæ impedientes, quò minus conformemur* voluntati Dei. Vide Commentatores in tertiam petitionem: Fiat voluntas tua.

1. *Satan. Gen.* 3. Nequaquam moriemini.

2. *Mundus*, qui seducit nos, dicens: sequimini me, facite meam voluntatem, quæ carni vestræ blanditur.

3. *Caro & voluntas* propria sibi dedita, de qua §. Voluntas humana.

§. 10 *Adjuncta. Sequitur eos*, qui voluntati Dei obtemperant.

1. Tristitia aliquando mentis. Matth. 26. Tristis anima.

2. *Odium & persecutio mundi.* Joh. 15. Si mundus vos &c.

3. *Propinquorum:* sic Josephum Gen. 37. fratres odio prosecuti sunt. V. *Tribulatio.* V. *Pietas.*

4. *Tentatio Satanæ* v. Christus ductus à Spiritu in desertum tentatur, Matth. 4.

Qui voluntatem carnis & suam faciunt, eos sequitur confusio. Of. 10. Confundetur Israel in volūtate sua. Sir. 18. à voluntate tua avertere.

Voluntas qualis Dei & hominis?

§. 11 Dei 1. *Optima*; Optimus enim non niſi optimè velle poteſt.

2. *Juſtiſſima*: Pſ. 119. Juſtus es Domine.

3. Sincerisſima. Deut. 32. Fidelis eſt Deus:

§. 12 *Non eſt occulta, ſed nobis patefacta* (1) *Indicativè*. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris. (2) *Imperative*. Convertimini ad me, Zach. 1. Eſ. 1. Lavate. Marc. 1. Credite. 3. *Optativè*, Oſ. 4, 15. Deut. 32, 29. (4) *Subjunctive*. Pſ. 81. *Si populus meus* &c. ſubjungit enim ſuæ voluntati noſtram obedientiam, Deut. 28. v. 1. 2. ſeq.

§. 13 *Cognitu neceſſaria*. 1. ut rectè credamus. Joh. 6. *Hæc eſt voluntas ejus qui miſit me*. 2. *ut piè vivamus*. 1. Theſſ. 4. Voluntas Domini ſanctificatio veſtra. 3. *Pœnitentiam agamus*, 2. Pet. 3 *Vult nullos perire*.

§. 14 Bona in homine ſufficit. Notabilis ſententia: *Benè velle ſufficit, licet non poſſis benè poſſe*.

I. Quoniam judices C. de appellationibus.

Bonam à nobis Deus requirit. Hæc enim eſt debitum, quo Deo obſtricti ſumus, fonti inexhauſto omnium bonorum.

Moderatur Dei voluntas diverſimodè; ut aliquando ſis ſanus, aliquando ægrotus, id eſt, aliquando dulcis, aliquando amara. (Auguſt. in Pſ. 35.) *Domini eſt voluntas*.

§. 15 *Impletio voluntatis in lege non fit à nobis*. Nemo enim legem implet. V. Lex. Voluntas in Evangelio. Joh. 6. *Hæc eſt voluntas ejus qui miſit me &c.* Impletur per Dei gratiam credendo in filium Dei, eumque audiendo.

Hæc *eſt agnitio voluntatis Dei*, Coloſſ. 1, 9. quâ debemus eſſe impleti.

§. 16 Difficilis hæc eſt agnitio. 1. Ob carnem incredulam. 2. Ob ſatanam tentantem, & corda noſtra turbantem, Joh. 14, 1. Confer *Luth.* fol. 440. b. 441. a. b. in Poſtill. Eccleſiaſtic.

§. 17 *Bona voluntas*. Luc. 2. *In hominibus bona voluntas*. Variè exponitur v. 1. Beza: in hominibus vertit; *inter homines benevolentia* quaſi dicant angeli: *Hoc nuncium* (de nato Meſſia) *placeat hominibus, arrideat eis tanta gratia Dei*, Tit. 2, 11. *gratia* filii, 1. Joh. 3, 1. *gratulentur ſibi de tanto munere*, Eſ. 9. gaudeant. 2. Alii *putant agi hic de Dei benevolentia erga homines*, quippe qui miſit Salvatorem, Eph. 1. v. 6. Bellarm. l. 1. c. 6. de bonis operibus, ut ſit ſenſus: Deus erga homines eſt bene volens. Rom. 8. *Quomodo non dabit &c.*

3. Hanc pacem hominibus annunciari, Eph. 1, 5. c. 2, 17. modò miniſterio Angelorum.

4. Piſcator ait, hæc verba *ad electos eſſe reſtringenda, quos Deus pro ſuo beneplacito* ad vitam æternam elegerit, Eph. 1, 5. In Not. Germanic. ad Luc. 2. v. 14. Falsò. *Omnibus namque hominibus miſſus Salvator eſt*.

5. Alii de operatione S. Sancti in hominibus quæ Deo placeat. D. Cramerus in Not. ad c. 2. v. 14. Luc. Hæc eſt hominum in Chriſto ἀνάπαυσις, acquieſcentia. Vident enim in Chriſto ſibi omnem *quietem, quâ animam* & corpus, paratam eſſe, Matth. 11. v. 30.

6. De evangelii & concionis *angelicæ fructu* hic agi exiſtimant alii, qui eſt, ut animæ noſtræ in Chriſto habeant quietem, Eſ. 55, 1, Matt. 11, 30.

7. Alii *de noſtro officio*, quod in poſterum probare debeamus, Rom. 12. voluntatem Dei, quæ eſt in Chriſtum credere, & piè vivere. Hi ſolum erunt participes gloriæ & pacis Chriſti. F. Lambert. in Luc.

8. Alii de *Chriſto*. In hoc enim ſolum Deus Pater habet εὐδοκίαν, Matth. 17. Ita ut omnia competant Chriſto. Hic eſt gloria Patris, Heb. 1. & ad gloriam, Philip. 2. Hic eſt Pax hominum, Eph. 2. Hic eſt in quo omnis eſt εὐδοκία.

Qualis hominis voluntas?

§. 18 Mala voluntas in homine eſt propria. Nam propria voluntas I. Ex parte Dei, ei eſt rebellis, Rom. 8, 7. Ideo vetuit ea facere Deus quæ nobis videntur. Deut. 12. Non facies quod rectum tibi videbitur. Beneficia Dei a nobis avertit, Eſ. 1.

II. *Angelorum bonorum*. His contrariatur propria voluntas noſtra: cum illi voluntatem Dei tantum efficiant, Pſ. 103. Malorum, quibus placet mala voluntas hominum.

III. *Chriſti, qui venit ut Patris* voluntatem faceret, jubet nos eandem facere, Matth. 7.

IV. Hominis mala voluntas. Ex parte inferni, quem meretur. Bernh. ſerm. 3. de Reſurrectione Domini: *Ceſſet propria voluntas & infernus non erit*.

V. *Ex parte animalium brutorum*, quæ divinam voluntatem faciunt; quanto magis nos. Pſ. 32. Ne ſitis ſicut mulus & equus &c.

§. 19 Præterea propria voluntas hominis:

1. *Fons peccati*: Eph. 2, 3. Facientes voluntatem carnis. Confer Rom. 6, 20.

2. *Manubrium Satanæ*. Achilles Abbas rogatus, quomodo Diabolus adverſum nos pugnaret? Reſpondit per voluntatem. Nam ligna ſunt animæ, ſecuris diabolus, manubrium voluntas noſtra eſt.

3. *Æs*, quo ſe peccator Satanæ vendit. Vide Ambroſ. lib. de vita beata.

4. *Miles*, quem ſibi Diabolus comparat & auctionatur. Ambroſ. d. l.

5. *Phantaſia inanis*, qua homo ebrius putat ſe Deo poſſe placere, Eſ. 58, 3.

6. *Adulatio mundi*; cui ſe homo conformat, Rom. 12.

7. *Rebellio*, quâ quis Dei præcepta abjicit, Prov. 3. v. 11. Sap. 3. v. 11. ut Cain Gen. 4.

8. *Indicium* naufragii mox ſecuturi: ſicut navis proxima eſt interitui, excuſſo puppis Magiſtro.

9. *Inimicitia* adverſus Deum, Rom. 8.

10. *Cæcitas* mentem pervertens, ut in ſuum pronus ruat homo exitium.

11. *Vipera peſſima* & nequisſima. Bernh. ſerm. de duplici baptiſmo.

§. 20 *Notæ malæ voluntatis*. 1. *Si quis velit* ea quæ non ad honorem Dei ſunt vel tendunt.

2. Non ad utilitatem proximi vergunt.

Si quis ea ſolum velit, quæ ſuæ libidini ſuisque motibus ſatisfaciant.

4. Dei dominio ſe ſubducit, & ſui vult eſſe juris.

5. Deo omnia tollit, & concupiſcentiæ inexplebili ſervit.

6. Vel-

6. Vellet Deum α. peccata vindicare nolle. β. vel non posse. γ. vel nescire.

7. Proficit in pejus semper & Diabolo locum præbet reversuro cum septem spiritibus.

§. 21 Claudimus hæc voto Augustini lib. X. c. 19. confess. *Da Domine quod jubes : & jube, quod vis! & clamamus: Quid me facere vis Domine?* Act. 9, 6. *Orandus Deus, ut bonam voluntatem instillet.* Psal. 143. Doce me Domine facere voluntatem tuam. Matth. 6. Fiat voluntas tua sicut in cœlo &c. Etenim hac sine in peccata tendimus: ut Adam mala voluntate se à Deo avertit. Vide Augustin. hom. 2. in Psalm. 70. §. Si quis perversè.

§. 22 *Nostra voluntas abroganda.* Luc. 9. Si quis vult post me venire, abneget seipsum & sequatur me, & meritò abroganda, Matth. 16, 22.

Dei implenda. Eph. 6. Faciatis voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate. Exemplo Christi, Ps. 40. *Voluntatem tuam &c.*

Dei verò voluntatem non faciens *Adam omnibus sese ærumnis obnoxium reddidit*, cum universa posteritate.

Adque eam omnes vires adornandæ: ut hæ Dei voluntati obsecundent, moremq; gerant.

§. 23 Exemplo angelorum, Ps. 103.

Christi ipsius, Joh. 4, 34. c. 5, 30. c. 6, 38. qui filius est; cur non multò magis obediat servus. Cyprian. serm. 6. in Explanat. orat. Dom.

Præmio. 1. Joh. 2, 15. manet in æternum &c. Vide latius Cyprian. loco jam dicto.

Abnegationis studio, quam Christo debemus, Matth. 16, 24.

Similia alia malæ voluntatis.

§. 24 *Bestia* miseras mentes exagitans, vellicans, ad peccatum irritans. Rom. 7. miser homo, quis me liberabit?

Concupiscentia, post quam ire non debemus. Sir. 18. non voluntatem nostram implere. Vid. Concupiscentia.

Fructus vetitæ arboris, qui nobis proponuntur ab Eva carne.

Fons omnis peccati, quod profluit à mala voluntate.

Hostis Deum impugnans. Rom. 8. Sapientia carnis est inimicitia adversus Deum.

Hydra Lernæa, cujus capite resecto licet, mox iterum alia enascuntur, quod olim Herculi contigisse fabulæ narrant.

Inimica DEI, cum DEI voluntati repugnet, præceptis eis morem non gerat, consilium DEI spernat, Prov. 1.

Lepra animæ, quæ omnes actiones inficit & corrumpit.

Morbus incurabilis ex toto. Rom. 7. miser homo, quis, &c.

Oculus veteris hominis, non nisi in tenebris versans.

Officina peccati: quod per voluntatem hominis tandem efficitur.

Pestis obedientiæ; mala namque voluntas inobedientiæ est mater.

Promptuarium iniquitatis: ut ex arbore mala, mali fructus.

Radix inobedientiæ, amarissima, Deo inimicissima.

Rebellio adversus sensus carnis, renatæ ex Deo:

Vena inobedientiæ, miseriæ, damnationis.

Venenum quo charitas in Deum extinguitur.

Urtica semper urens, pungens, vellicans.

Vipera pessima. Bernh. ser. 3. de Resurrect.

§. 25 *Opposita subjectioni voluntatis nostræ sunt* I. Hypocritica quævis subjectio, quâ non verè & ex animo quis se Deo subjicit, ejusq; voluntati.

II. Cum solis cœnobitis, vel Religionem ingressis ista obedientia assignatur.

III. Cum hæc subjectio superioribus præcipuè præstanda inculcatur: de qua Johan. Climacus grad. 4. Cum omnibus omninò fidelibus competat illa voluntatis nostræ ad divinam conformatio. Confer supra Obedientia. Infra Tit. Votum.

IV. Cum sub specie subjectionis & resignationis in voluntatem superioris id agitur, ut Magistratui, parentibus, cognatis, proximo debita subjectio & officia charitatis subtrahantur, quod ipsum voto illo obedientiæ, Monachis frequentato, fieri, ipsa dies clamat & experientia.

VOLUPTAS. CONCUPISCENTIA.

§. 1 *Quid ea nomine?*

Dicitur *voluptas* omnis è jucundo subjecto delectatio secundum carnem. (Est enim & voluptas & delectatio juxta Spiritum.) V. Gaudiū.

§. 2 *Causa efficiens est homo* irregenitus carnalibus sese concupiscentiis emancipans, ut hæ in membris ipsius regnent, Rom. 6.

Mundus. 1. Joh. 2, 16. solicitans ad voluptatem exemplo suo.

Satan malum cordi instillans ut Judæ, Joh. 13. Vide Augustin. l. 9. col. 393. b.

Joh. 8. v. 44. *Juxta concupiscentias Patris vestri* &c. Is verò pater Satan erat. Ibid. & v. 41.

§. 3 *Materia* 1. Joh. 2, 15. Johannis distinctio hæc est. I. Concupiscentia oculorum. II. Concupiscentia carnis. III. Superbia vitæ. Illa est, quæ potissimum oculis percipitur. v. luxus omnis visui subjectus: omniaque, quæ noxiis cupiditatibus animum illaqueant, ut spurca spectacula, gestus impudici, cantus vel saltationes impudicæ.

Ista, quæ in carnis delectatione quocunque modo occupatur.

Hæc fastus, arrogantia, ostentatio divitiarum. Vide August. lib. 10. c. 30. Confession. Gregor. lib. 34. c. 14. moral. Basil. Serm. Ne temporalibus simus affixi.

Operationes ejus:

§. 4 *Mortem inferre.* 1. Tim. 5, 5. Vidua quæ in delitiis est, vivens mortua est.

Attrahere pœnas. Apoc. 18, 7. Quantum (Babylon) se glorificavit & in delitiis fuit, tantum illi date tormentum & luctum. Et ecce utrumque in epulone, Luc. 16.

Non reddere beatum: Nam aliàs & animalia suas voluptates sectantia beata essent. Boethius de consolat.

Homines effœminare: etiam optimos, Davidem, Salo-

Salomonem, Samson. Ex Gentilibus, Herculem, M. Antonium, Sardanapalum, Balthasarem, Alexandrum Magnum.

Morti tradere. Illi cæsi sunt ex Israelitis, qui monilia Idolorum secum gestaverant in vestibus, 2. Macch. 12, 40. Sic qui voluptati litant occiduntur.

Eos planè dementare. Hannibal bellum gerens cum Afris vino deditis, castra vasis vino repletis reliquit ac deseruit: ebrios deinde Afros suppressit ac devicit. Vina vero Mandragorarum succo (illo quidem soporifero) antè Hannibal miscuerat. Non aliter agit Satan cum suis, quos voluptate dementat, & delectationem eis procreat, quâ inebriati ex inopino ab eodem supprimuntur & conficiuntur.

Membraque Circæis effœminat acrius herbis, ait Claudianus.

Verba effutire, Esa. 22, 13.

Peccare in Christi præcepta. Leges Lycurgi olim Spartanis contemptum voluptatum instillarunt, teste Agesilao. Et Christi præcepta idem non præstarent? Obstat voluptas!

Libertatem perdere. Lysimachus ab hoste Dromachete in Thracia victus, ob potum datum se illi dedidit, dixitque: *Dii boni! quam brevis voluptatis causa me ex Rege feci hominem servum.*

Patriæ oblivisci. Milites Thancusii (qui sibi Africam subjecit) Asiæ delitiis delectati fixis in ea sedibus, patriam repetere noluerunt. Zwinger. fol. 77. Theat. Hannibal Campaniæ delitiis captus, non periculis, non nivibus, non alpibus alias domitus.

Insanum reddere. Insana vox. Manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Dicamus potius: Jejunemus & oremus: cras enim moriemur. Vide Augustin. Tom. 8. col. 755. 756.

Captivare hominem: ut dolorem sibi attrahat. Sicut Lysimachus à Dromachete in Thracia victus, bibit captivas aquas, dixitque: Dii boni! brevis voluptatis causa ex Rege me feci servum. Plutarch. in Apophthegm.

Suffocare verbum: Luc. 8, 10. Semen inter spinas.

Hominem corrumpere, Eph. 4, 24.

§ 5 *Adjuncta.*

Brevis. V. Simil. Torrens Christus suis captoribus dicebat: Hæc est hora vestra.

Vana & inanis, Eccl. 2, 1. c. 7, 6.

Fallax & turpis, Rom. 13, 13.

Instabilis: Ecclesiast. 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

Adversa Christianismo: hic enim jubet Christum induere, & à voluptatibus abstinere, omni impietate abnegata, Tit. 2, 5.

Et charitati: si quis diligit mundum, charitas patris in eo non est.

§. 6 *Occasio fugienda.* Alexand. M. Darii uxorem & filias semel visas, postea videre noluit, dicens: Persicas fœminas magnos oculorum dolores esse. Plutarch. Sic voluptas primâ fronte jucunda, postea acerbissima fit: Imò molestissima: Est enim oculorum voluptas insatiabilis, 1. Joh. 2, 16. Prov. 27, 20.

Non expectanda. Gen. 31, 27. Jacob exutus servitio, non expectavit, ut tympanis & gaudio dimitteretur: Sic nos non expectemus mundi gaudia, Dei nos servitio addicturi; sed fugam è spirituali Babylone meditemur. §. 7

Voluptas contemnenda. §. 8

Nam voluptuosi serunt ventum, & metunt tempestatem, Os. 8, 7.

Brevis quoque & vita & voluptates, Sir. 18, 7. 8. Sap. 5, 1. 2. 3. seq.

Nos efficit mancipia & servos. Sic Lysimachus in Thracia devictus, ob sitim, quam tolerare non poterat: Dii, inquit, boni! quam brevis voluptatis causa ex Rege me servum feci. §. 9

Animam perdit: Cavendum igitur, ne voluptate eam perdamus. Aristippus expallescens ob periculum maris, atque reprehensus à milite, respondit: Tu pro anima nebulonis solicitus non fuisti: Ego verò pro anima Philosophi. Aug. l. 9. c. 4. de civit. Dei. Sic & tu, ô homo, navigans in mari voluptatum, cogita de anima, quam contra pugnant cupiditates.

Cor depravat, 1. Reg. 4. Voluptas est quæ cor hominis inclinat ad cultum ventris, Phil. 3, 19.

Probè igitur ponderanda: Tob. 6. Exenterati piscis cor & fel ad medicamenta erant necessaria. Exentera voluptatem: cor ejus damnatio: fel erit tristitia æterna. Hæc si cogitas, medicamen erunt. Levit. 2, 13. In omni sacrificio sal, non mel offerendum erat olim: sic tu animam tuam sale sapientiæ condi: nec voluptati habenas cede. Adhibe aquam ex cinere & lixivio ac sanguine non delecteris aquis dulcibus voluptatis mundanæ. §. 10

Ne nos à Patria abducat: Israelitæ in Elim 12. fontes & 70. palmas invenientes non sunt retardati ab itinere: Sic nec tu mundi delitiis morem gere, sed perge currere ad brabeum 1. Cor. 9. rejectis voluptatibus. Epictetus in Enchiridio c. 56. jubet examinemus 1. Tempus, quo fruimur voluptate. 2. Tempus post perceptam voluptatem, quo dolebis, teque ipse objurgabis.

Neve dilectionem Dei excludat, 1. Reg. 11. v. 2. 3.

Similia & Comparata.

Aqua maledicta, quæ hominem inflat & mortem tandem infert. Confer Num. 5. v. 21. §. 11

Aquæ si inscribas, nullum manet vestigium: sic nec in voluptate. G. Nyssen. hom. 5. in Ecclesiasten.

Avis obtorto capite Deo offerenda erat, Lev. 14, 14. Sic voluptas frangenda, ne ab illa frangaris & mollescas æterno exitio.

Aqua voluptatis te suffocare vult Satan, 2. Macch. 12, 4. Mundani homines & socii sunt ejusmodi proditores: hos fuge, 2. Tim. 3, 1 seq.

Adeps igni cremandus: sic omnis voluptas igni amoris divini consumenda. Consumes verò si Deum sincerè dilexeris. Ps. 4. lætificas.

Campus incultus, qui vomere pœnitentiæ non est proscissus: Sic cor hominis voluptuosi Deum non timet; legem non audit; lapidem in corde gerit.

Cibus contemnendus: Daniel 1. Daniel. regios cibos spernebat; Tu mundi voluptates & delitias!

Cantus Syrenum: Vide *Syrenes* suprà.

Cancer depascens ostream, quam ingreditur ubi illa se ad solem exposuit, Ambros.

Coluber venenosus, Proverb. 23, 30. cor extinguens. Vita cordis Deus est: Eum namque amare, est verè vivere. At qui diligit voluptatem, Deum, à quo non est illa voluptas 1. Joh. 2. odio habet.

Crocodilus est, quem alimus in corpore.

Dagon, quem qui colit, cum eodem periit; ut Judic. 16. Philistæi principes. Interibit quoque voluptas cum suis cultoribus; sed qui Deum colit, manet, 1. Joh. 2. v. 15. 16.

Voluptas mundi est aqua, in qua Satan residet & nos devorat: ut milites Reguli Romani ducis castra ad flumen figentis. V. Tit. Diaboli Insidiæ.

Alexander Magnus milites suos dehortatus est, ne biberent ex fluvio, cujus aquæ venenatæ erant, sed ut properantes fugerent eundem: Pariter voluptas mundi aqua est, veneno peccati & æternæ damnationis mentes nostras inficiens.

Æthnæus ignis in medullis hominum, Hieron. Epist. ad Furiam.

Apes mellito ore dulcorem præferunt, carpentibus verò illas aculeos infigunt: Sic voluptas dulcis primâ fronte, postea vero aculeos sauciatæ conscientiæ infigit. Rom. 6. Quis fructus è peccato? aculeus mortis.

Esca malorum; Plato: & in genere masculino. Mali enim homines amant voluptatem præ Deo, 2. Tim. 3, 3. Et in genere neutro. Ubi enim voluptas dominatur, ibi omnia mala (vitiorum puta & suppliciorum) dominantur.

Esca & cibus improborum: sicut piorum cibus & esca est pascha cum amaritudinibus, (Gloss. Interlinear. in Levit. 2.) id est vita cum doloribus & amaritudinibus mixta.

Exercitus periculosus, à quo nobis timendum, ut Scipio loquitur apud Livium.

Feræ in sylvis animalia; voluptates in mundo homines occidunt, ut non vivant Deo, sed carni & mundo, Rom. 8.

Flumen citò transit; sic voluptas. Chrysost. homil. 1. in Genesin. Et ut fluvius ripas corrodit; sic voluptas omnia valetudinis nostræ firmamenta.

Fœmina illa aspectu jucunda, sed postea exitium adferens, quæ Herculi sese obtulit: Vide Basilium hom. 24. de legendis Ethnicorum libris.

Fons esse dicitur in Parthia, cujus aquæ potæ homines effœminant. Florus lib. 4. c. 10.

Hamus Diaboli: Confer 1. Tim. 6, 9.

Herba venenata omnia corrumpens: inficit enim cor & omnia membra.

Hydrops insatiabilis & inextinguibilis.

Hospes qui semel admissus te cœlo expellit: Ergo periculosum est & stultum semel intromittere voluptatem, tanti mali causam.

Hædus non coquendus in lacte, Exod. 23, 19. Monuit Deus delitias esse fugiendas.

Hospes ille, domum cordis occupans: Sic Nathan Davidi dixit, 2. Sam. 12.

Idololatria est voluptas, ventrem ceu Deum colens, Rom. 16, 18. Phil. 3, 19.

Latro est voluptas, quæ te ideo amplectitur ut te strangulet, Senec.

Nutrix æterni vermis. Basilius in Exhort. ad Baptism. Voluptuosi namque in corpore suo alunt vermem malæ conscientiæ & dilatæ pœnitentiæ: Utrumque patet in epulone, Luc. 16.

Onus, si navi animæ tuæ imponas, naufragium facies: Chrysost. hom. 16. in Acta. Sensit hoc damnum epulo in inferno; quia agnoscere nec ille, nec alii volunt in hoc mundo, dicentes: Edamus, 1. Cor. 15.

Panthera animal ferocissimum odore suo animalia ad se pertracta crudelissimè devorat: non aliter voluptas.

Pomum Sodomiticum, extus pulchrum, intus putidum. Extus pulchrum visui, odoriferum odoratui, molle tactui, dulce gustui, dulce auditui est pomum voluptas; sed hæc omnia sempiterno luctu terminantur, Luc. 6. v. 24. 25 Sapient. 5. vers. 3. 4. seq. Luc. 16. Tu cruciaris.

Potus aurei poculi, qui inebriat nos. Apocal. 7, 4. aureum poculum meretricis Babylonicæ allegoricè (1) Mundus est *Babylon:* Vid. supra *Babel.* (2) *Poculum mundi* est voluptas, 1. Johan. 2, 15. (3) *Aureum est*, quod corruptæ carni aureum esse videatur, non quòd ex auro sit, sed potius voluptas vilior est auro. (4) Hoc poculo homines extremis temporibus maximè inebriabuntur, Matth. 24, 37. 38. 2. Timoth. 3, 3. 4. 2. Petr. 3, 3.

Radix morborum: Etenim omnes morbi ex voluptate.

Serpens cordi nostro sese 1. insinuans, ac illud 2. devorans. 3. tortuosus per varia vitiorum genera. Vide Ambros. l. 6. Epist. 42. Insinuat se voluptas per suggestionem; viam quærit per delectationem; devorat verò cor hominis per consensionem.

Spina corrumpens Dei verbum, Luc 8, 7. Est hoc semen sparsum, sed incorruptibile, 1. Pet. 1, 23. Suffocatur tamen à voluptate ita, ut homo voluptati deditus verbum quidem audiat, sed auditum mox abjiciat, ut illi Jer. 44. v. 16. 17. vel ne quidem audire sustineat, ut epulo Luc. 16. divini sermonis admodum negligens. Eruenda igitur voluptatis spina est, meditatione Gehennæ & brevitatis vitæ.

Sus nos luto involvens, Cl. Alexandr. Torrens est citò præterlabens, August. in Psal. 110. v. ult. brevis enim est voluptas, Luc 16. Sap 5. v. 4. 5. 6. 7. 8. 9. imò brevissima. Ipsa utique vita brevis est, Ps. 30, 7. sic in ea voluptas: 1. Corinth. 7. Præterit figura hujus seculi; ad hanc figuram spectat quoque voluptas. Vir sapiens aliquot similibus brevitatem hanc adumbrat c. 5. dicto loco.

Tyrannus compescendus: 1. Cor. 9. Subigo corpus meum: Ergo insurgit corpus & caro nostra. Benè: Nam militat concupiscentia adversus animam, 1. Pet. 2. & regnum in membris affectat, Rom. 6. & militat, Gal. 5. Jure igitur subigenda.

Ventus navim cordis naufragam reddens: Augustin. Tom. 9. col. 363. d. Voluptate namque pereunt homines, 1. Timoth. 6, 9. Cor nostrum hoc Noto impulsum facilè distrahitur ut navis, nimisque fatiscit variorum desideriorum, 1. Joh. 2, 15.

Vepres, corda nostra cruentantes. Chrysost. hom. 45. in Matth.

Summa igitur Veterum Philosophorum fuit insania, qui dixerunt voluptatem esse summum bonum. Vide Augustin. l. 5. c. 20. de civitate Dei.

§. 12 Exempla voluptuosorum: Vide J. Ravis. Textorem p. 1178. Offic. Confer Plutarch. lib. contra voluptates. Senec. Epist. 36.

VORACITAS. *Vide Gula, Temperantia.*

V O T A.

§. 1 Hebræis dicitur נדר votum animo conceptum, sed cum voce profertur, emitti id dicitur.

Vox ambigua: I. Pro petito cordis, ut simus divites, Ps. 144, 12. 13. II. Pro certo promisso, quo nos Deo obstringimus.

Quid votum?

§. 2 *Est species juramenti promissorii*, Deo præstita, de peragenda re licita & possibili Deoq; grata, ad aliquid impetrandum à Deo, vel gratitudinis declarandæ ergò.

Approbat vero Deus vota, Num. 30, 2. 3. Deut. 23, 21. Eccles. 5, 3. Psal. 50, 14. Psal. 76, 12. Nah. 1, 15.

§. 3 *Causa impellens* ad vota 1. Fides: 2. Charitas & Zelus erga Deum: 3. Dei mandatum, Ps. 76, 11. 4. Exempla.

Exempla votorum, Gen. 28, 20. Num. 21, 1. 1. Sam. 1, 10. 2. Sam. 11, 7. Jon. 1, 18. c. 2. v. 1. Ps. 66, 13. & 116, 14. & 119, 106. & 132, 1. Es. 19, 21.

5. Recordatio grata beneficiorum Dei: Ps. 116. Quid retribuam Domino &c.

6. Fiducia impetrandi majora à Deo beneficia: Gen. 28. Jacob. 1. Sam. 1. Anna.

7. Obedientia Deo serviendi, & promptitudo refrenandæ carnis, & domandæ concupiscentiæ, Job. 31, 1.

Sunt omninò solvenda,

§. 4 Deut. 23, 21. Ps. 26, 12. Actor. 18, 18.

Asa Rex Judæorum obtulit in domum Domini illa, quæ pater voverat, 2. Chron. 15. 2. Chron. 31. Israelitæ & Judæi.

§. 5 *Humiliter.*

Ut Berenice, quæ vota solvens ante tribunal Hierosolymorum nudo pede & abraso capillo supplicavit: Alex. ab Alexandro lib. 3. c. 22. ex Josepho.

3. Esdr. 8. Artaxerxes munera ex voto præcipit adferri Domino.

§. 6 *Observanter.*

Olim in V. T. vota solicitè redimenda erant hominum, animalium, domi, agri, Levit. 27, 1. 9. 14. 16.

§. 7 *Attamen prudenter*, 1. Sam. 14, 39. 44. c. 25, 22. Judic. 17, 3. Nam si malum sit votum, jure rescindendum est: Sic David votum de occidendo Nabale, 1. Sam. 25, 33. Non consummandum ut Herodes Marc. 6. & Jephte Judic. 11. (juxta nonnullos) fecerunt: Isidor. lib. 2. soliloqu. In malis promissis rescinde fidem: In turpi voto muta decretum: Quod incautè vovisti, ne facias.

§. 8 Vota monastica sub opinione meriti, cultus & necessitatis improbata meritò. Vide Apolog. Augustanæ Confessionis Tit. de Votis.

Differentia Voti.

§. 9 1. A desiderata & optante, Matth. 21, 9.

2. Ab oratione & precibus.

3. A nudo proposito: Vide part. 3. Examinis Concilii Tridentini Chemnitium.

4. A lege quæ etiam invitos obligat.

Itaque forma voti consistit in promissione Deo facta, ad laudem ipsius & gratitudinis nostræ declarationem. Confer D. Balduin. de Casib. Conscient.

Cui vovere debeamus?

§. 10 Soli Deo, Psal. 76, 12. Eccles. 5, 3. 4. Ps. 50, 56. Deut. 23. Levit. 7. Deut. 23, 21. Es. 19, 21. quippe conscio precum nostrarum, & promissionem liberè acceptanti.

Non Idolis, statuis, ventis: Augustus Imperator Circio vento vovit: Calabri Japygi vento: Thurii Boreæ: Græci ventis omnibus, quod Xerxis naves disjecissent.

Opi pro fertilitate, Sylvano pro incolumitate boum, *Polluci & Castori* pro secunda navigatione, Pani pro re pastoritiâ.

Non sanctis: 1. Quia non possunt dona dare.

2. Vota Deo fiunt: Jus Canon. Magister Sententiarum.

3. Ab uno Christo omnia bona, cui sancti subjecti sunt.

§. 11 *Sanctis materialiter, Deo formaliter voveri*, ficta distinctio est, nusquam in sacris literis scripta est. 2. 2. quæst 88. artic. 5. Thom. Ut mediatoribus, ait Bellarmin. lib. 3. c. 9. de beatitudine sanctorum. Nos verò negamus mediatores illos esse, Unus cum sit mediator, 1. Tim. 2, 5.

Quæ personæ vovere possunt?

§. 12 *(Romæ votum erat irritum, nisi autoritate & consensu Senatus & Pontificum firmatum esset.)* I. Omnes quæ sunt in fœdere gratiæ contentæ, vovent communia & specialia vota, fidelibus omnibus communia.

Rejicimus Bellarmini sententiam, quâ docet licere *cuivis vovere vota tria* Monastica, dummodo in eo sit usus liberi arbitrii, lib. 2. de Monachis, c. 35.

II. *Quæ sui est juris:* Ergò liberi invitis parentibus, in quorum sunt potestate, vovere non possunt illa Romanensium vota: Conf. Bellarmin. d. l. c. 36.

III. *Quæ non induunt suis votis opinionem* meriti, cultus & necessitatis.

IV. *Quæ*

IV. *Quæ non impediunt illa*, quæ Deus in verbo suo præcepit: sic vovens ut parentes, & proximum destituens peccat; v. g. vovens paupertatem, ut otio litet; Monasticam, ut bona suis tollat; obedientiam, ut non solum Christum, sed multos Magistros Matth. 23. audiat; castitatem, ut flammis illicitis ardeat, 1. Corinth. 7, 2.

§. 13 *Materia, quid vovere debeamus.*

1. Non est res aut naturaliter necessaria aut impossibilis: v. g. Si quis voveret, se velle mori nunquam, velle se nunquam peccare.

2. Non res mala & illicita; ut Actor. 23, 12. Deut. 23, 8. non repugnans dilectioni.

3. Non res indifferens.

4. Non res vana, inepta; v. g. Votum de pariete non aspiciendo; de pediculis è veste collectis in sinum reponendis, ut de Francisco scribitur.

Datur etiam votum præcepti: Vide Luther. Tom. 4. Jenens. fol. 157.

§. 14 *Distributio* 1. *Quædam communia, quædam singularia.* Communia: verb. gr. Votum generale Baptismi gloria sequitur. Milites sacræ militiæ sub vexillo Godofridi Bolionii palmis ornati fuerunt, reduces è sacra militia: Æmilius libro 4. Sub Christo nos omni vita meremus: olim hujus auspiciis reduces palmas victoriæ de hostibus indices præferemus, Apoc. 7.

Votum *gratitudinis*, *orationis*, Psalm. 50. Psalm. 56, 13.

§. 15 2. *Quædam ordinaria, quædam extraordinaria*, quæ suscipiuntur interdum ob necessitatem & periculum ingruens; ut Jos. 24. v. 25. Esdr. 10, 5. Num. 21, 3. 4.

§. 16 3. *Perpetua vel temporaria:* Illa pii præstant in tota vita, Ps. 34, 1. Hæc ad tempus præstantur, Actor. 18, 18.

4. *Publica*, ut Judic. 11, 31.

§. 17 Votum Jephte Judic. 11, 30. rectè accipiendum: Vulgatus non plenè vertit verba Spiritus Sancti, quæ sic habent: *Et erit Domino, & faciam ascendere in holocaustum.* Sensus est: Si homo egressus fuerit, voto illum Deo adstringam; Si pecus, offeram in holocaustum. De Votis Numer. 6. & Levit. 27. Verba: *Et erit Domino*, omisit vulgatus. Etiam SIXTI. Vid. *Codex.* Et notant, *Deo obstringi*, Levit. 27. vel dedicari. Deinde τὸ accipitur alibi disjunctivè; ut Proverb. 30, 8. Exod. 21, 15. & 17. cum Matth. 15, 4. quod etiam notat Buxtorff. lib. 2. cap. XXI. Thesauri Grammat. Jephte insuper fide verâ præditus fuit, contra quam immolare filiam pugnat. Id enim prohibitum erat Deuteron. 12. Jerem. 7. Psalm. 106. nec Deo placitum, Mich 6. Justitiam fide operatus est, Hebr. 11, 32. Atque filiam immolare citra Dei jussum injustitia est, quâ nulla est injustior: vers. 40. d. l. Sic verti debet: ad consolandum. Vox enim תנה est consolari ut Judic. 5, 11. differens justitias vel differere, vel spondere, aut fœdus inire. Marc. Marin. in arca Noæ.

Autoritatibus Patrum alios Patres opponimus. Ergo pro suis votis infeliciter pugnat Tirinus in Notis ad c. 11. Judic. ex hoc Jephte facto.

§. 18 Sunt tamen, qui textus literam Judic. 11, 33. 41. &c. prementes, statuant Jephtam verè immolasse filiam: ducti rationibus.

1. Quia vestes laceraverit Jephta, id non facturus, si filiam Deo virginem consecrasset.

2. Ipsa deflevit filia virginitatem, non deflesset, si virgo mansisset.

3. Virgines Israeliticæ quotannis ad lamentandum convenisse dicuntur לתנות. sic quoque Chaldæus. Alii ad celebrandum. Quâ lamentatione non fuisset opus virgine Deo consecrata: sive illustrem virginis memoriam singulis annis celebratam fuisse.

4. Quia populus & Seniores Israel condolentiam suam Jephtæ contestati sunt: nemo eorum Jephtæ viam ex lege patefecit redimendæ filiæ.

5. Quia Levit. 27. v. 23. scriptum est, potuisse redimi ea, quæ per votum nuncupata erant Domino. Non verò ea quæ Anathema חרם erant v. 27. 28. d. l. Levit. Imò interfici debebant, v. 29.

6. Quia Jephta dicit, se non posse revocare.

7. Non fuit simplex votum τοῦ Jephtæ, quod נדר dicitur, sed חרם. Illa enim vox generalis est; at speciem anathematis intelligi, patet ex verbis Jephtæ Judic. 11. v 33. *Erit Domino & offeram illud in holocaustum.*

8. Ut olim Deus legem repudii permisit ob duritiem cordis Iudæorum Matth. 19. v. 8. Sic quoque Deus hanc legem de Anathemate humano, temerariis Judæis permisit, ut Legislator; ut doceret, (1) parentibus & heris summum jus in liberos & servos non nisi judicio sacerdotum exercendum fuisse; secus quàm olim Ethnici statuerunt, cujus juris limites postmodum ab Imperatoribus mutati sunt. Vide Num. 18, 14. (2) Parentibus & heris suum secundum Deum honorem deferendum esse. Hinc eisdem quoque Parentibus Jus ad interficiendum eosdem filios, per judicem sanctè à Deo assertum. (3) Cavendas esse parentibus diras & imprecationes in liberos vibratas (4) Observantiam filiis inculcandam. (5) Ut Judæos de Christo futuro anathemate pro peccatis nostris commonefaceret, Gal. 3 sanctissimo omnino Deo anathemate, ut Levit. 27. v. 28. dicitur, & Christus ipse sanctissimus appellatur Dan. 9. v. 24. Luc. 1. v 34. ut hac legis pædagogiâ Gal. 3. ad Christum Judæi ducerentur. Ac sanè in multis filia Jephtæ, & sic cum Christo & Patre filium immolante pro nobis conveniunt. Vide Augustin. q. 49. Hinc etiam orta esse videntur per Diaboli, Dei simiæ, instinctum sacrificia Ethnicorum, sese pro salute patriæ devoventium. Huc illa, quæ de Iphigeniâ à Patre Agamemnone oblata in sacrificium narrantur, spectant. Iphigenia, quasi Jephthigenia, Ovid. lib. 2. metamorphos. Congruunt simul tempora τοῦ Jephtæ & Agamemnonis.

9. Accedunt autoritates veterum & recentium Dd. qui asserunt, Jephtam verè filiam occidendam obtulisse. Justin. Martyr q. 99. Tertull. contra Marcion. Greg. Nazianz. Orat. de Machab. Ambr. l.3. de virginibus & lib. 3. c. 12. officio. Hieronymus Epist. 34. ad Julian. Chrys. hom. de Jephta, Augustin. l. 1. c. 21. de civit. Dei, Theodor. in Judic. 4, 19. E Calvin. Martyr, Wolphius, Ravanell. in Biblioth. V. Sacrific. Num. 11. Præprimis Ludov. Capellus in Diatriba singulari, ex quo præcedentes rationes decerpsimus.

E Nostris Dd. D. Lutherus, in margine loci hujus libri Judicum: Balduinus in h. l. Judic. Conc. 50. Dn. Doct. Danhawerus Disputat. peculiari Argentorati habita ann. 34.

§. 19 Liberum erit Lectori judicium. Nobis á luculenta veritate, quæ ex textu Judic. XI. & vanitate contrariæ sententiæ radiat, inque est aprico, non est integrum recedere.

§. 20 Porrò sunt privata vota, ut Gen. 28. v. 20. Sunt publica Ecclesiæ vota: Quædam absoluta, quædam hypothetica, ut Genes. 28, 20. 1. Sam. 1, 11. Vera, hypocritica, ficta, falsa.

§. 21 Hypocritica. v. g. Vota Monachorum, de quibus mirè inter se Dd. Pontificii dissentiunt. Nam de voto paupertatis disputat Cellotius fol. 576. lib. 7. de Hierarchia c. 5. contra Claudium Seguenotum *de modo respondendi* ad Evangelicorum argumentum è Luc. 17. Dicite, servi inutiles sumus. Ingenuè carpsit Bellarminum non aptè nec verè respondentem Marcellin. de Pis. Tom. 3. Encyclop. fol. 595. 596.

§. 22 *De modo voti dimicant* inter se. Vide Domin. à Soto lib. 7. de justitia & jure q. 2. artic. 3. An consistat votum in quadam benedictione? alii affirmant, alii negant; teste Sanchetz lib. 5. c. 1. n. 2. *de voto solenni*, & Num. 11, 12. suos contra gregales disputat, eosque impugnat. Confer Lector, & mirabere lernam dissensionum. Dimicant quoque iidem: De votorum perfectione Cellotius l. 9. fol. 782. 784. 791. rejiciens Claudium Seguenotum. Sed de his latius in contradictonib. Pontific. part. 2. ad 2. præceptum.

§. 23 Cæterum improbamus *ejusmodi vota Monastica*, quia à Deo non præcepta: Esa. 1. *quis requirit hoc à manibus vestris*? Matth. 15. *frustra me colunt*, &c. Col. 2. De Filio Pater dixit Matth. 17. *hunc audite*. Paulus *omne Dei consilium nobis* revelavit, Actor. 20. nullibi tamen monachatum Ecclesiæ, sive ab hoc, sive ab illo commendatum legimus.

Exemplo Apostolico Catholico purioris *Ecclesiæ destituta*. Tantum innixa inventis hominum, & Bullis Paparum. V. Lutherum de Captiv. Babylon. tom. 2. Jen. Latin.

Fidei contraria, (Ro. 14. v. ult. Ex hac quod non est, peccatum est. Nihil autem est *ex fide*, *nisi quod est* & discitur ex verbo. Nuspiam verò Dei verbum docet monachatum.)

Et cultui Dei. Frustra n. monachatu (quippe est Præceptum humanum & cultus electitius) Deus colitur, Matth. 15, 9. Col. 2.

Libertati Christianæ inimica. vid. Luth. tom. 2. Jen. Lat. de Captiv. Babylon. f. 274. b. 275. a.

Impossibilia rectæque rationi adversa. Nam vovere rem, quæ planè est impossibilis, quæque non est in nostra potestate, id demum est absurdum, fatente Thoma 22. q. 88. artic. 8. At perpetuò se continere, id demum tale est: cum sit donum singulare non omnibus concessum nec pluribus, 1. Cor. 7, 5. 7. 17. Matt. 19, 11. 12. 1. Timoth. 5, 11.

Is qui non est in sua potestate malè id vovet, quod non habet. Hinc olim à Carolo M. vetitum fuit, ne quis nisi impetratâ à Carolo M. veniâ monachatum profiteretur.

§. 24 *Hypocritica*: 1. Tim. 4. *Erunt docentes in hypocrisi mendacium*. Quorsum enim votum paupertatis? annon libri Canonum ac decretalium pleni sunt Constitutionum super bonis acquirendis, administrandis, reditibusque procurandis. Jam pridem locum fecit hæc hypocrisis, ut cleri ejusmodi vulgo audiant *pauperes sine defectu*. Hinc etiam quondam Apostolici dici volebant, atque bona possidere nefas esse judicabant.

Charitati repugnantia. Qui enim monasterio se addicit, operam suam proximo subtrahit; & ob præcepta hominum Dei Præceptum transgreditur, Matth. 15.

§. 25 *Nova non Catholica*. Id enim Catholicum est, quod inde ab Apostolis ad nos propagatum. Atqui Monachatus non est ab Apostolis: Incepit enim potissimum tempore Basilii. Fatetur id Polydor. Vergilius lib. 7. c. 2. de Invent. rer. Johan. a Daventria in Harm. A. Confess. p. 510.

Falsis hypothesibus innixa. Docent enim Monachi, dari opera supererogationis; Monachatum esse secundum baptismum; mereri remissionem peccatorum, ac satisfacere pro his; legem posse impleri; esse verè Consilia Evangelica; virginitatis donum esse commune, dummodo id homines à Deo petant, &c.

Blasphema: Quia honorem nominis Dei impugnant. Docent enim votis monasticis satisfieri pro peccato, mereri remissionem peccatorum adeoque merito Christi atque baptismo hunc statum æquiparant. V. Luth. t. 6. Jen. Ger. f. 22. Hie werden sie vielleicht 2c. Docent etiam seculari sufficere ad salutem, si legem servet: at Religioso non sufficere. Ei namque opus esse Consiliis. Bonav. in 4. distinct. in art. 2. q. 2. ad prim. Thomas ibid. quæst. 6. art. 5. ad tertium.

§. 26 *Stulta*. Equidem stultum est relinquere præcepta Domini & audire nova præcepta servi & conservi: Jam Monachi audiunt Præcepta Superiorum, Prælatorum, Abbatum, & Dei præceptum de charitate in proximum impendenda negligunt & ipsa Dei præcepta exauctorant: quod etiam Pharisæis CHRISTUS rectissimè exprobrat Matth. 15. vers. 6.

Conjicere se in servitutem hominum, cum sis à Domino liberatus & liber factus: Joh. 8. Si vos Filius liberavit, vere liberi estis. 1. Cor. 7, 35. 23. Vetat, ne nobis laqueum injici patiamur vel hominum servi fiamus, tam caro à Domino pretio acquisiti. De hac libertate, quæ planè juris est divini, Lutherus elegantissime lib.

de votis. §. *Est libertas Christiana libertas conscientiæ &c.*

3. Id vovere quod in tua potestate non est: tale est votum perpetuæ continentiæ, ut modò dictum est.

4. Id facere quod Dei est præcepto adversum, quo spectant exempla cæcæ & impiæ obedientiæ, de quibus supra: vide obedientia.

§ 27 *Injusta*, id omnino injustum est, quo Christus læditur, & proximo id, quod ejus est, non tribuitur. Utrumque fit professione monachatus: De priori dictum est paulò ante: Posterius sic patet, quia liberi debitam charitatem parentibus subtrahunt, subditi servitia suis magistratibus, cum in sua potestate non sint, honorem negligunt debitum invitis illis in monasteria se abdentes.

§. 28 *Inanibus rationibus statuminata.* Jam pridem namque à doctis viris ostensum est ea scripturæ dicta corrumpi, quæ pro Monachatu adferre solent adversarii. Illi consuli possunt, qui has controversias ex professo tractarunt: nos hic vacamus moralib.

Reprehensa omnibus seculis fere ab ipsismet Scholæ Pontificiæ addictis hominibus, quorum testimonia collegit D. Gerhard. in Confessione Catholica. Erasmus in Enchiridio militis Christiani: *Non* (ait) *admodum desiderabimus tria illa vota ab hominibus reperta, in iis, qui primum illud & unicum votum, quod in baptismo non homini sed Christo nuncupavimus, sincerè pariterque servaverint.*

Gregor. Vicelius de semitis antiquis: *Vota abjiciuntur quibus quid vanius esse possit: siquidem juris divini ea neque sint, neque à quoquam servantur. Vovent non ut ea servent, sed ut per hunc prætextum monasterium ingressi sine labore ac sollicitudine vivant, & vivant in otio ac securitate, & saginentur ut plurimum ad stuprum usque.* Georg. Cassand. art. 25. consultationum. Confer Cajetanum in c. 19. Matth. in c. 6. Marci. Enchiridium militis Erasmi. Gerson. V.D. Gerh. Confessionem Catholicam, modò laudatam: Et Johannem Justum Landsbergium Dialogo peculiari vota monastica extollentem. Contra Lutheri librum de votis monasticis fidem & pietatem conculcantibus.

§. 29 *Vota tria sunt: Continentiæ, obedientiæ, paupertatis.* Thomas 2. 29. 186. artic. 3. 4. 5. Soto lib. 8. q. 5. artic. 3. de justitia & jure.

Promereri se per hæc vota regnum cœlorum Pighius controversiarum 14. Bellarmin. lib. 2. c. 9. 31. 32. de clericis. Soto in Confessione Cathol. Bernhard. in Rosario.

§. 30 *Solutio voti improbatur* Pontificiis. Vide 1. Busæum in Panario. V. voti solutio. Leonh. de Utino serm. 33. sed quid ad illum ex Augustino desumptum Canonem? Can. quidam distinct. XXVII. *Quidam nubentes post votum asserunt adulteros esse. Ego autem dico vobis, quod graviter peccant, qui tales dividunt.*

Et tamen ejusmodi conjugia sæpe dirempta fuisse in Gallia, testatur Innoc. Gentill. Apol. c. IV. §. 21. Thom. 22. q. 88. ait: potest contingere, ut in aliquo casu votum sit vel simpliciter malum, vel inutile, vel majoris mali impedimentum. Et ideo necesse est ut determinetur in tali casu votum servandum non esse.

In voto solenni castitatis non solum, sed & in aliis scandalosis vide Pap. Sylv. V. votum q. 5.

§. 31 *Origo vovendi non ex scriptura*, quia vox voti in illo significatu ibi non existit: sed ex Paganis ritibus est: de quibus Polydor. Verg. l. 5. de Inventoribus rerum §. invaluerat consuetudo.

Lampretiani olim non omnia in universum vota, (Lutzemb. in Catal. & Alphons. à Castro) sed tantum monastica orthodoxe damnarunt, ut fatetur Bellarminus ipse. Sic nec Lutherus in assertionibus omnia vota simpliciter damnavit, sed tantum monastica hypocritica & ipsa.

§. 32 *Votum sive optio alicujus boni vel mali* desiderabilis. Optabat Augustinus tria videre: Christum in carne, Paulum in ore fulminantem, Romam in flore & triumphos ejus.

Pyrrhus Epyrotarum Rex sanitatem, Darius unicum Zophyrum habere, quàm viginti Babylones occidere. Herod. l. 3. Augustus Cæsar agens annum 54. Scipionis fortitudinem, Pompeji benevolentiam, Cæsaris fortunam.

Auri, Rex Midas omnia aurum fieri optabat. Beatæ mortis. Luc. 2. Domine nunc dimittis. Philip. 1. Cupio dissolvi & esse cum Christo.

Caligula optabat unicam esse populo Romano cervicem, quo facilius uno ictu abscindi posset. Baptista Egnatius.

VOX.

§. 1 I. Dei, tonitru notat sæpissimè: Ex. 20, 18. 1. Sam. 12, 17. Invocabo Dominum & dabit voces, Job. 37, 4. c. 38, 34. c. 40, 4. Ps. 18, 14. Ps. 29, 13. Idem vero etiam de Evangelii prædicatione quidam accipiunt, huic dat *Dominus robur*, Ps. 68.

Ex his locis explicatur merito locus Joh. 12, 29. Apoc. 4, 5. c. 8, 5. c. 16, 18.

II. Alibi vocem legis intellige, quam audierunt parentes in Paradiso. Gen. 3. Audivi vocem.

§. 2 III. Christus vox Patris 1. Egrediens de mente Patris. 2. Producta ineffabiliter per generationem. 3. Prophetica loquens Johanni in Apocalypsi. 4. Sonora loquens de cœlo. 5. Suscitans mortuos Joh. 5. 6. Renovans Elementa. 7. Omnes judicans. 8. Præmians. 9. Condemnans.

IV. Clamans Johannes dicitur.

§. 3 1. Ob novam doctrinam ab ipso propositam. Major in Epistola die Joh. Baptist. fol. 462.

2 Ob Zelum quo ductus clamavit.

3. Ob Christum quem unicè sonuit docuitq;.

§. 4 V. Mala vox peccatoris, I. Quæ est *cras cras revertar ad Dominum*: At cur non hodie reverteris? II. *Detractionis*. III. *Elationis*. IV. *Adulationis*.

VI. Concupiscentiæ vox est perpetuæ suggestionis.

VII. Mundi vox est scandalosæ seductionis & vox illa conjugis Potipharis, Gen. 39.

VIII. Æternæ triumphationis & ovationis.

IX. In cœlo. Ap. 12, 10. erat 24. seniorum angelorum fidelium vox omnino 1. Lætissima Es. 35. gaudium perpetuum. 2. Deo gratissima, qui beatorum voces lætis accipit auribus, Apoc. 12, 10. 1. Cor. 15, 55. 3. Ipsis glorificatis mutuo intenta. Ut enim Cherubim clamant *Sanctus Sanctus Sanctus*. Sic quoque electi mutuo se excitabunt, sanctus, misericors, benignus Deus noster, Apoc. 7, 9.

§. 5 X. *Fabrica vocis humanæ admiranda describta* à Chytræo p. 586. in Deut. verba: verba pulcherrima hæc sunt: *Miranda profectò Dei sapientia, ut in tota humanæ naturæ fabricatione, ita etiam in hac vocis officinâ lucet, quod aere pulmonum compressione in annulos Trocheæ arteriæ* illiso vox existit, quæ in lingulâ, quæ γλωττὶς nominatur, confractione, vel delatione laterum acuta vel gravis, clara vel obscura fit, & palato, lingua, dentibus & labiis *variè formatur &c.* Hæc Chytræus.

§. 6 XI. Vox Prædicatoris fit 1. Exhortativa. 2. Consolatoria. 3. Convocativa. 4. Excitativa. 5. Modulativa: Instruat hanc vocem è scripturis, quæ nos exhortantur, 2. Tim. 3, 16. Excitant; Eph. 5, 14.

XII. Cujusvis pii vox fit 1. Exultantis in Deo. 2. Clamantis in mundi ergastulo. 3. Exultantis in salutari nostro, Luc. 1, 4. plorantis in mundo. Joh. 16. plorabitis & flebitis. 5. Confitentis peccata, Ps. 32. & instar columbæ gementis, Es. 38. sicut columba.

URBANITAS.

Virtus homiletica, concinnis & honestis dicteriis ad hilaritatem excitans, qua Cæsar excelluisse præ aliis commemoratur, Cic. 2. de Orat. De hac virtute Ethnici uberius. Confer supra modestia. Item Tit. Joci.

URBANUS.

Urbanus sanctus olim habitus Patronus tempestatis Luth. in c. 44. Jer. v. 17. in Glossa. Plurimi verò fuerunt hoc nomine insigniti. V. Baron. in Martyrologio.

URBS, Civitas.

§. 1 Ab orbe sic dicta, quod orbis olim formam expresserit. Alii aliter derivant.

Duplex civitas I. *Dei & Abelis*. II. *Mundi & Caini*. Vide Augustinum de civitate Dei.

§. 2 II. Civitas *alia terrestris*, quæ est præsentis vitæ misera conditio & habitatio. *Alia cœlestis*, Jerusalem, illa Ecclesia militans Galat. 4. Heb. 12, 22. Sancta, Apoc 11, 2. dilecta Apoc. 20, 9. Vide infr. Num. post triumphans, Apoc. 19. Hebr. 11, 16. Apoc. 14, 20. *stabilis illa* Hebr. 13, 14. à Christo condecoranda.

III. *Babylon Mystica* Apoc. 11, 8. 13. c. 16, 19. c. 17, 18. c. 18, 18. 19. 21. Ea est Roma, cujus artifex Antichristus, ut Antichristianæ.

IV. Civitas propriè dicta congregatio hominum in uno loco certis inter se legibus devinctorum. Ordinis hujus causa Deus Psal. 107, 36.

Pax in civitate quomodo conservanda?

§. 3 Pietate & timore Dei. 2. Justitiâ & qualitate. 3. Clementia & juris moderatione.

Tria urbis necessaria: I. Munitio adversus ho-

§. 4 stes & vim externam. II. Leges ad servandam concordiam. III. Religio numinis in templis.

Vires urbis curandæ, non externa species.

§. 5 Thucydid. lib. 1. sunt verò urbis *vires*: Concordia & fidei unitas. Hæ vires non in muris sed viris vere piis & fortibus consistunt, non paucis sed multis.

§. 6 *Vituperandæ ob vitia*: Ps. 55. num. 9. 10. 11. 12. Salvian. lib. VII. de gubernatione, queritur, *videre se Carthaginem quasi vitiis scaturientem, omni iniquitatum genere furentem, plenam turbis, magis turpitudinibus, plenam divitiis, magis vitiis &c.* Quæ ibi recenset, rapacitatem, impuritatem, luxum, errorum matrem, peccatorum ebrietatem. Greg. Nazian. Orat. 27. monet Constantinopolitanos, *ut sint primi virtute nō improbitate, primi optimis legibus.*

§. 7 *Laudandæ si studeant virtuti*, Chrysost. Tom. 5. hom. 17. fol. 144. G. H. 1. si in ea sint probi, Prov. 11, 12.

§. 8 Deflendæ: Aloysius Novarin. lib. 4. nu. 9. Schediasmat. Sacro-profanorum.

Preces pro iis fundendæ, Jer. 29, 7.

Vastatæ urbis depictio, Esa. 17, 1. 2. 10. 11. 12. Ezech. 26. v. 7. 8. 9. 10. 11. 17.

§. 9 *Urbs Byzantium in vinculum versa est* à Severo Cæsare Anno Christi 198.

§. 10 *Urbium eversionis causæ peccatum*, Jer. 22, 8. 9. *Sanguinis profusio*, Matth. 23, 29. 38. Act. 7, 52. 1. Thess. 2, 15. Luc. 21, 22. Ps. 9, 10. *Clamitat ad cœlum vox sanguinis.*

Blasphemia in Deum & Christum ejus, Deut. 18, 15. Matth. 23.

Tyrannis erga Ministros Dei. Matth. 23. Occidis Prophetas & lapidas &c.

Omnis generis peccata enormia; luxus, injustitia, rapinæ.

Impunitas scelerum Deo & hominibus invisa. Luxus V. Sen. Ep. 71. §. Omnes quæ usquam.

Idololatria Exod. 20, 7. Lev. 19, 12. Deut. 5, 11.

Mendacia fraus, Ps. 55, 10.

Malitia, Ps. 55, 10. 11.

Avaritia & monopolia, quibus pauperum gemitus procreantur.

Scortatio Gen. 19. & omnis generis vagæ libidines.

Ebrietas, Esa. 5. v. 11. Jer. 6, 13. Esa. 56, 11. c. 5, 8. c. 33, 1. Gal. 5, 19. Gen. 6.

Injustitia, Esa. 1.

Rixæ. Urbs Alexandria rixis & sanguine plena obsessa. Euseb. l. 7. c. 16. Baron. tom. 2. fol. 368. 369. annal.

Maledictio urbium, si non instaurentur; sic Jericho Jos. 9. Babylon Esa. 13. à Deo maledicta ob peccata.

Superbia & fastus, Esa. 13, 11. 19. 20. Ezech. 27. Violentia Jonæ 1.

Confer D. Rittershus. in Notis ad Salvian. Vide L. Florum lib. 1. c. 12. & 16. Histor.

§. 11 *Exempla magnarum urbium eversarum verò, ut* sunt: *Babylon* Chaldæorum metropolis, & Ninive Assyriorum. Vide Ninive, Chorazin, Bethsaida, Sodoma, Gomorha, *Adama*, Zeboim, Corinthus: Vide Spangenb. Chron. Pancirol. Part. 1. Tit. 34. ære Corinthiaco. Plin. l. 34. c. 2.

Constantinopolis: Vide Hist. in Chron. Philippi. *Jerusalem* ob peccata, Jer. 32, 31. 24. c. 33, 5. Confer eundem Jer. c. 11, 16. c. 6, 6. 7.

Maritimæ urbes, Es. 23, 4. 5. 6. 9. 10.

Urbs Jerusalem eversa justo Dei judicio, significat 1. Messiam jam exhibitum esse, quem frustra Judæi expectant. 2. Synagogam & Cultū Leviticum abolendum, Col. 2, 16. 17. Heb. 9, 11. 3. Regnum Messiæ non esse de hoc mundo, sustulit

ſtulit enim metropolim Judæorum. 4. Vitam corrigendam eſſe 1. Cor. 10. Si enim Deus tam ſanctæ urbi non pepercit, multò minus parcet aliis.

Oſe. 11. v. 14. *Non ingrediar civitatem, ait Dominus.* Hebræi ita explicant, referente Hieronymo: Ero in medio tui ſanctus & in nullam aliam civitatem te derelicta ingrediar.

Chaldæus *de urbe Jeruſalem explicat, ut ſit ſenſus:* non permutabo amplius Jeruſalem pro alia civitate. Tremell. Non invaſurus civitatem ſum, ſc. ut hoſtis. Rectius Lutherus exponit de urbe *Samaria & toto regno, quod diſſipaturum ſe eſſe minatur Dominus*, & ab eo gratiam temporalē averſurus, deletā omni politiā prorſus. Hæc ſententia rectè cohæret præcedentibus & literæ textus. Etenim politica adminiſtratio indicatur phraſi ingredi & egredi, Num. 27, 17. 2. Par. 1. & 1. Reg. 3. Neſcio ingredi & egredi.

§. 12 *Ob unum alterumve malum hominem ſæpe tota civitas* punitur, v. gr. ob Achan totus Iſrael cæditur, Joſuæ 7. Tota tribus Benjamin ferè deletur ob ſtupratam Levitæ conjugem à paucis nebulonibus.

§. 13 *In urbibus malis gemendum:* Ezech. 9. Notate omnes qui gemunt. Orandum. Jerem. 29. Orate pro civitate &c. pœnitendum Jonæ 1.

§. 14 *In urbibus non confidendum niſi Dei præſidio* fultæ ſint, ob amplitudinem ampliſſima, tamen corruit, ob munitionem: nulla n. eſt vis contra iram Dei. Ob ſanctitatem hypocriticam, quæ alicui urbi tranſcribitur. Cum non ſint omnes filii ſanctorum, qui tenent loca ſanctorum.

§. 15 *Lugenda verò urbium excidia.* Chriſtus ipſe flevit, Luc. 19. Scipio deleta Carthagine. Exemplo quoque Jeremiæ Thren. 1. ſeq. Jer. 9, 1. Plura vide exempla apud Zwing f. 101, 102. a Theat.

Babylon hodie dicitur Alcair. Ninive, Carthago, Numantia utraque funditus ſublata à Romanis. V. Meig. fol. 387. Nuclei hiſtor.

§. 16 *Deus conſervat urbes præclaras*, Pſ. 46. Eſa. 26, 2. ſi hæ illum colant, Eccleſiæ hoſpitia præbeant, juſtitiam colant.

§. 17 *Deteſtans malas urbes* (reſpectu incolarum, Pſ. 55, 10. 11. In Idololatricam civitatem venire renuens, Oſ. 11, 9.) ſcilicet Samariam Idololatricam. Super eam carbones iræ ſpargens. Confuſione explens, Pſ. 55, 10.

Flens ſuper illā, Luc. 19. Hoſtes congregans ad obſidendam.

§. 18 *Urbs abſque muro imago eſt viri, qui appetitum* iraſcibilem domare non poteſt.

Via ad urbem ignorata, Eccleſ. 10, 15. notat ignorantiam rei maximè neceſſariæ.

§. 19 *Civitas ſpiritualis.*

Eſt cœlum, Patria cœleſtis. Phil. 3. Converſatio noſtra in cœlis: 1. Non lutea domus Job. ſed perpetua, 2. Cor. 5.

2. Non miſera civitas, in quā mors regnat, Jer. 9, 21.

3. Ex hac expelli non poſſumus. Erimus enim ſemper cum Domino, 1. Theſſ. 4.

4. Ejus *defenſor* Deus eſt. Apoc. 19. Eam nullus hoſtis occupabit. Subjectis ac devictis hoſtibus omnibus, 1. Cor. 15.

5. *Tuta Civitas* ab incurſionibus hoſtium: Satan enim projectus eſt, Apoc. 12. Peccatum ſubmerſum, 1. Cor. 15. Diaboli vincti, & impii victi, 2. Theſſ. 1, 6. 7.

6. *Tranquillè* habitabimus ſub cœleſti Salomone, 1. Reg. 4, 25.

7. *Munita* ſatis Dei præſidio, nulli hoſti (omnes enim hoſtes ſunt proſtrati) pervia.

8. *Lucida* lumine Dei eam perpetuò inhabitantis, Apoc. 21.

9. *Instructa* omni delitiarum cœleſtium penu.

10. *Culta* habitaculis plurimis. Joh. 14. In domo Patris mei multæ ſunt manſiones.

11. *Libera* Civitas à Satana, peccato, miſeriā, ſuppliciis, mundo, maledicto legis, morbis, morte.

12. *Communio* ibi ſive κοινοπραξις cœleſtis omnium bonorum inter omnes ſanctos.

13. Æterna civitas erit 1. Theſſ. 4. ad Phil. 3. Converſatio noſtra eſt in cœlis, Hebr. 11. quam expectarunt Patriarchæ c. 13. Non *habemus civitatem manentem.* §. 20

Cives Dei ſumus, Pſal. 39, 1. Chriſtus *jus* civitatis nobis eſt promeritus. 2. *Privilegia* habemus. Sumus enim populus Dei, ejus peculium. 3. *Cives* in ſpe. Roman. 8. Spe ſalvi facti ſumus. 4. *Tuti in poſſeſſione.*

URSUS.

Urſus ſignificat 1. *Iram Dei*, Oſe. 13, 8. effundendam in præfractos peccatores. 2. *Hominis iram*, 2. Sam. 17, 8. *Stultitiam*, Prov. 17, 12. *Miſeriam*, Eſa. 59, 11.

De urſorum ferociā Philip. Camerar. part. 1. horar. ſubciſiv. c. 88. ex D. Franz. in hiſt. animal.

URTICA.

Urtica notat *interitum*, Sophon. 2, 9.

Malitiam hominum, quæ pungit, ardet, urit inſtar urticæ.

URIM.

Vide Exod. 28, 15. 30 Num. 27, 21. Eſd. 2, 63. Nehem. 7, 65. ſignificat *Evangelium, in quo* habemus verum lumen Chriſtum Jeſum & Patris voluntatem. Quid olim fuerit? *Reſplendeſcentia quædam promicans è gemmis in pectorali ſummi ſacerdotis contentis.*

Typus Meſſiæ Salvatoris, qui eſt I. *Lumen* ad revelationem gentium, Luc. 2.

II. *Rectitudo* in verbo, Juſtitia in merito. 1. Cor. 1. Chriſtus *factus eſt nobis juſtitia, ſapientia &c.* Hæc malè ad papatum applicantur. Vide Rungium in Exod. 28. Confer de hoc Urim Vatabl. in notis Bibl. ad Exod. G. Ameſium peculiari tract. 1633. Lugduni Edit. Torniell. in Annalibus.

URO.

Urit homo furens, perſequens, Pſal. 57, 5.

Uritur 1. Cor. 7. qui flammis venereæ concupiſcentiæ accenditur, quibus domandis honorabile conjugium in omnibus, Hebr. 13. ordinavit Dominus 1. Cor. 7. *Propter fornicationem &c.*

USURA.

§. 1 Dicitur ab utendo: alii quaſi uſus æris. Ambroſ. de Tobiā c. 13. Hebræis dicitur נֶשֶׁךְ morſus à radice נָשַׁךְ momordit, quia uſura ſerpentum

tum more mordet. Ex.22,25. מרבית Lev.25,37. תרבית Lev. 25,36. Conf. Ex. 22, 25. Deut.23,16. Pſ. 15. v. 5. Prov. 28, 8. Ezech. 18, 8.

§. 2 Rejicitur à Pontificiis Doctoribus. V. Eſtius in 3. d. 37. §. 26. Alphonſus à Caſtro Marant. Diſp. V. Praxis aurea. Covarruvias, Tom. 2. l. 3. c. 3. Variarum reſolutionum. Navarr. in appendice manuali. Valentia Tom. 3.

§. 3 Noſtri Theologi diſtinguunt. V. Balduin. in Caſibus Conſcientiæ. Gerhard. in L. Comm.

§. 4 Prohibita inter Judæos, Exod. 22, 25. Deut. 23, 19. Nehem. 5, 7. 8. Pſ. 15, 5. Prov. 28, 8. c. 22, 16. Jer. 15, 10. Ezech. 18, 8. c. 12, 12. Luc. 6, 34. c. 19, 8. Levit. 25, 35. 36. 37. 38.

§. 5 Ab Indis aliisque non frequentata, vel *abrogata*, qui non dant fœnori, nec depoſitum faciunt: Ælian. l. 4. hiſt. variarum. Archivi, Armeni, Sarmatæ olim vacabant permutationi mercium, non uſuræ. Olim etiam hæc ignota erat Germanis. Cornel. Tacit. lib. de moribus Germanorum.

Leo Imperator *uſuras ſuſtulit* teſte Zonarâ. Patavini uſuras Judæorum antiquarunt, quod res civium labefactarent. Ann. Chr. 1181. Philippus Rex Galliarum Judæos ob *quæſtum fœnebrem regno expulit*.

§. 6 *Res eſt fœdiſſima*. Chryſoſt. hom. 57. in Matt. Inde tot nomina & epitheta eidem uſuræ aſſignantur.

Superſtitio. Olim infeſto die ſolebant pedes S. Chriſtophori oſculari, ut feliciter lucrarentur. Leonh. de Utino ſerm. 17. ſub finem ferè.

Velatæ uſuræ ſunt montes pietatis, quos in Italia nonnulli excitarunt. Hi merito rejiciuntur. Nam 1. fœneratoriam artem ex profeſſo exercent, & quidem hoc fine, ut 2. à quibusvis promiſcuè accipiant, etiam à mendicis oſtiatim victum quærentibus, à ſervis, (& Dominis quidem inſciis) à filiis (citra parentum conſenſum.) 3. Quod immodicis ſumptibus gaudeant mutuantes & egenorum egeſtate abutantur. v. Clariſſ. D. Rivetum in Exod. p. 386. ſeq. *Eſt verè mons pietatis cumulatus æris acervus deſtinatus pauperum miſeriis, eo tamen omine eaque lege*, ut mutuatorius quisque exiguam pecuniam in ſingulos menſes conferat. Vide lat. Sotum l. 6. de Inſtit. & jure q. 1. art. 6. non ob mutuum, ſed, ut ajunt, ob ſtipendium *miniſtrorum, pignora excutientium* & dati acceptique rationes conſignantium.

Sedent inter ipſos quidem Pontificios qui hos montes rejiciunt, ut Sotus Cajet. quos ideo reprehendit Greg. de Valentia tom. 3. Diſp. V. q. 23.

§. 7 *Uſura mirabilis*. Refert Æneas Sylvius lib. 2. de geſtis Alphonſi, Conſtantinopoli Judæum quendam Chriſtiano certam auri ſummam mutuo dediſſe, hac lege, ut loco uſuræ dicto die carnis ſuæ uncias Chriſtianus dependeret. Sed ſoluto pretio pœnituit Chriſtianum ſtare pacto. Re delata ad Solymannum, fecit copiam, traditâ Judæo novaculâ, ut duas uncias excinderet, quod ſi minus plusvè excidiſſet, Judæum capite mulctatum iri. Deterritus Apella conditione plenâ periculi Chriſtianum abſolvit.

Aſpis mordens hominem. Autor Oper. Imperf. in Matt. hom. 12.

Beſtiæ ſunt avari uſurarii in avaritiæ ſpeluncis ſtabulantes. Ant. Guevarra tom. 3. Epiſt. 1. p. 2.

Bufones qui terrâ paſcuntur: ſic uſurarii flavam auri terram comedunt, hâc veſcuntur, fruuntur. Cupiditati damnatæ dediti.

Turpis lucri cupidiſſimi.

Dæmones, qui Comitiales morbos inducunt. Baſil. Tom. 1. *Concione in fœneratores*.

Excarnificatores Diaboli.

Fures, Cic. præf. libri de re ruſticâ.

Germen eſt multorum malorum, inæqualitatis, diſcordiarum. V. Livium lib. 2.

Homicidium proximi committunt uſurarii quem pecuniâ exugunt.

Laqueus eſt egeno omnis uſurarius.

Latrones Ambr. l. 3. Officiorum ſunt bonorum.

Morſus viperinus Baſil. hom. 2. in Pſ. 14. infligitur ab uſurariis.

Obſeſſi à Satana Luther. fol. 83. b. in Colloq. Menſalib. qui uſuris homines exugunt.

V. L. Balth. Rhavv lib. de uſuris commodato, ſolut. Regiment Chriſtlicher Liebe / Stralſ. 1643. Promptuar. Exempl. part. 2. fol. 467. Salmuth ad Tit. XIX. Pancirolli: de Uſura tract. de Tabernis D. Thumm.

Peſtes Reipublicæ, quam defraudant, inque ſua commoda omnia transferunt.

Raptores c. 14. q. 4. (ſi quis uſur.) Rapit namque uſurarius opes proximi.

Rete, quo implicatur proximus. Sagena hac in paupertatem traditur.

Sanguiſugæ ventri ſuo, ceu Deo aliorum ſanguinem & ſudorem ſacrificantes, Prov. 30, 15.

Sciſſio patrimoniorum & opum, quas habet proximus. Ambr. l. de Tobia. Abſorbentur hæ namque à gurgite uſurariorum avaritiâ.

Trucidatores pauperum c. 14. q. 2. Quid dicam? qui enim ſubtrahit pabulum, occidit.

Turbo in naufragium hominem conjiciens egenum. Chryſ. hom. V. in Matt. Ut in naufragio homines mergentur: ita uſurariorum decumanis fluctibus paulatim homines ſubmerguntur in animarum paupertatis mare. Venatio opum proximi, quæ per uſuras inſtituitur.

Cato de re ruſtic. Pejorem exiſtimabant fœneratorem quam furem.

Ambroſius lib. de Tobia: Uſuram petere eſt hominem ſuffocare.

§. 8 Pœnæ variæ: 1. Arcebantur olim à communione, etſi excommunicati non ſint.

2. Sepulturâ Eccleſiaſtica olim privabantur.

3. Oblationes eorum reſpuebantur.

4. A ſacramentis pœnitentiæ rejiciebantur.

5. Teſtamenta eorum irrita erant &c. V. c. quia in omnibus tit. de Uſuris. Clementin. eos de ſepultur. C. Quanquam 6. de Uſuris C. Michael de uſuris C. Infames. 3. 4. 7.

6. Olim uſurariis oſculum pacis non dabatur in Miſſa: domus uſurarii vocabatur *Domus Diaboli*. Ignis è domo ejus non petebatur, pueri ad occurſum ejus expaveſcebant. Guilhel. Peraldus tom. 2. ſummæ p. 64.

7. *Tenebantur ad reſtitutionem* uſuræ. 5. Decretal. tit. 19. cap. Cum tu manif.

§. 9 *Pœnæ divinæ uſurariorum*. V. Prov. 28, 8. Pſ. 15, 5. Ezech. 18, 8. Nehem. 5, 13.

Reſti-

Restituenda insuper usura(illicita) Neh. 5,11. *Adde Augustin.* Epist. 54.

UTERUS. UTER.

I. *Divinæ bonitatis & omniscientiæ.* Psal. 56,9. Pone lachrymas in utere tuo, id est non abjice lachrymarum mearum memoriam.

Uterus Esa. 46. *est verbum Dei* quo gestamur. Notatur verò 1. Summa Dei unio & conjunctio nobiscum. 2. Una vita. 3. Amor. 4. Sollicitudo.

Uterus Dei monet, 1. ut agnoscamus Dei curam: qui nostri curam in utero gerit. 2. Vivamus piè in utero, non in utero Rebeccæ simus. 3. Consolatio: Deus non sedebit usque ad senectã, qui in utero misericordiæ suæ nos fovebit.

II. *Humanæ Calamitatis.* Psal. 119, 83. fui sicut uter.

III. *Perversitatis:* Ps. 58, 4. Erraverunt (impii) ab utero.

IV. *Sapientiæ persuasionis,* Job. 32, 18.

V. *Ebrietatis,* Ose. 7, 5.

UTILITAS.

§. 1 *Publica præponenda* est privatæ. Camer. part. 1. c. 45. hor. subcisivar. Huc illud 1. Cor. 10, 33.

Utile est quod perpetuum prodest:
Ab omnibus quæritur, alteri præstat.

Salutare est proximi commodis, Tit. 3, 8. Esther. 3, 8.

§. 2 Eique est adjumento. 1. Tim. 4, 8. *Utilis est pietas ad quævis munia vitæ. Hujus & æternæ præmia cultor habet. Utilitas summa scripturæ,* 2. Tim. 3, 16. V. *Verbum Dei.*

§. 3 Collegarum ad Evangelii propagationem collaborantium, 2. Tim. 4. v. 11.

Inutile, quod ad commodum non facit: quo quis non juvatur v. g. ciborum distinctione, Hebr. 13, 9 quibus mens non fulcitur λογομαχία & rixosa disceptatione, 2. Tim. 2, 14.

UVA, *Confer VITIS.*

§. 1 *Sanguis Uvæ* Gen. 49, 11. Deut. 32, 14. i. e. vinum.

Acerba uva Jer. 31, 29. 30. Ez. 18, 2. notabant hac voce peccata majorum, ob quæ pœnas se luere (non ob peccata propria. Contra illud Ps. 106, 6. Judic. 7, 19.) putabant Judæi, Dan. 9, 5.

Vinacea uvarum, Os. 3, 1. Sunt dolia & lagenæ uvarum, diligebant Idololatræ: Nempe sic ventri serviunt falsi Doctores, Ps. 17, 14. Rom. 16, 18. Phil. 3, 19.

§. 2 *Quasi uvas in deserto* invenit Deus Israelitas: non quod perdiderit eos, sed quod sibi acquisiverit. Invenire enim est acquirere, ut Gen. 26. Prov. 18. Rom. 4. ceu funiculum hæreditatis, Deut. 32.

Notatur *Dei bonitas in quærendo populo,* & benevolentia ac delectatio in eodem, sicut viator delectaretur uva in deserto, quâ se lassum reficeret atque potaret. Vel quod Deus pios in deserto viderit Israelitarum posteros, florentes instar uvarum Deumque verum timentes, quo timore jam Israelitas planè destitutos, ceu idololatras, conqueritur Dominus voce Prophetę.

§. 3 Christus est uva spiritualis. 1. Oblata per ministros verbi, ut Num. 13, 24. Confer 1. Cor. 1, 23. prædicamus Christum, &c. 2. Cor. 5. Legatione pro Deo fungimur. 2. Orta è vite purissima virgine Mariæ, Esa. 7, 14. 3. Confortans pios in militiâ cœlesti ceu elephantes spirituales, Alleg. 1. Macch. 6, 4. Liganda in corde nostro vinculo notitiæ, assensu fiduciæ, Eph. 3. Christus habitat per fidem in cordibus nostris. Fide placatur Deus correlativè in Christo apprehenso, ut olim David ligaturis uvarum placabatur, 1. Sam. 25.

§. 4 Fructus spiritus sunt bonæ uvæ. Qui fructus? Vide Gal. 5. Quæ vitis? Homo fidelis à Christo dependens, Joh. 15. Quæ copia uvarum? Rara. Jer. 8. non est uva in vitibus.

§. 5 Uvæ fellis sunt mala opera & peccata horrenda Israelitarum, Deut. 32. v. 1. uvæ amarissimæ, sicut fel amarissimum est: Corporis quoque cutem fœdat, si in eo abundet ut in ictericis; sic animam uva fellis intus corrumpit, ut Act. 8. in felle amaritudinis. Sunt tamen qui etiam doctrinam falsam intelligant ab impiis profectam, aliis propinatam instarque veneni mortiferi diffusam.

WALDENSES.

De his vide D. Höpner. in Sax. Cathol. Balduinum de vera Christi Ecclesia ante tempora Lutheri, Catalog. testium veritatis M. Flacii. Eorum confessionem non absolutè sed secundum quid probavit Lutherus. V. Reformatam Pseudo-augustam.

Reliquiæ illorum in Gallia fuerunt, teste Innoc. Gentill. in præfatione Arologiæ. Conf. Balth. Lydii Waldensia cum grano salis lectitanda.

VULGUS.

Vitia 1. Vulgi levitas desultantis à David & associantis se Absolomo, 2. Sam. 16, 12. sic Judæi in passione Christi. Christum sequentes, laudantes, ac mox clamantes crucifige, Luc. 23. Athenienses Aristidem Photionem in exilium pepulerunt: sic Romani Ciceron. & Scipiones. Superstitio D. Camer. part. 1. c. 49. part. 2. c. 51. 2. Voluptatis amans Philo lib. de Joseph. 3 Ira excandescens. Sævitque animis ignobile vulgus. 4. Cupiditatibus æstuans. 5. In otio lasciviens. 6. Novitate gaudens. 7. Querelis in imperantes circumfluens. Plutarch. in Politic. 8. Pravæ consuetudini inhærens. 9. Ducibus suis innitens, quos sequitur ut ovis ovem. Polyb. l. 11. hist.

Multis contumeliis affectus ab Atheniensibus Themisticoles, quibus tamen multa beneficia præstiterat, se platano similem esse dixit, ad quam ingruente tempestate ceu umbram confugerent: at pulsâ illius nube mox vellicarent. Annon altissima platanus Christus noster Judæis? annon plurimi morbosi ab eo sanati, sub umbra ejus refecti sunt. Jam verò in passione vellicatur, cæditur, pungitur, condemnatur, crucifigitur. En mobile vulgus! en nebula! en mare populi inconstans!

VULNUS.

I. *Christi,* quæ nos sanant, Esa. 53. v. 1. sicut homo sanatur vulnere & sectione brachii sui: Certè brachium Domini Christus est Es. 53. V. supra Christus, hæc vulnera nos Christo.

II. Divini amoris, quibus vulnerari debet anima. Cant. 4. vulnerasti cor meum soror mea.

Pœnitentiæ & contritionis, doloris & conscientiæ angentis.

Cervus vulneratus in corde mugire dicitur: vulneravit te peccatum Syr. 19. in corde dole, Ps. 38. Ps. 32.

Com-

§.3 Compassionis, quibus cor nostrum transfixum esse debet. Col. 3. viscera miserationum.

§.4 III Vitii: cum homo à concupiscentia prava vulneratur, vid. Dan. 13. vulnerati amore Susannæ: vulneribusque his corrumpitur, cum garrulitate alios vulnerat & lædit, Jer. 9. Fugienda sunt peccatorum vulnera; difficulter enim sanantur si nimis frequententur, transeunt enim in habitum.

IV. Tribulationis, quæ Deus ipse incutit. Job. 5. Affligit exterius, ut sanet interius, Greg. 6. Moral. c. 14. Hæc vulnera cor aperiunt, ut ex eo prodeat pus quod latebat.

Fortitudinis Christianæ vulnera in cruce patent. V. supra tribulatio. Candidati Romæ olim sine tunicâ descendebant in capitolium, ut vulnera eorum conspicerentur, quæ ipsis ob Patriæ salutem inflicta fuerant.

V. Tentationis Diabolicæ. Habet enim Satan tela ignita Eph. 6.

§.5 VI. Corruptionis, nam homini per lapsum quatuor sunt inflicta vulnera:

1. Ignorantia in intellectu, 1. Cor. 2, 14. Eph. 4, 24.

2. Malitia in voluntate. Gen. 6. Figmentum cordis.

3. Infirmitas in corpore, Gen. 3. Syr. 10.

4. Concupiscentia in appetitu. Conf. Thom. part. 1. q. 85. Art. 3.

VULPES.

I. *Satan vitæ & saluti nostræ insidians*, astutus, fraudulentus. Origen. in Cantic. Canticor.

II. *Pseudo-doctores*, fidei insidiantes & Orthodoxis, Ez. 13, 4. Cant. 2, 15. Viti cœlestis doctrinæ nocentes plurimum: V. D. Frantz. p. 192. histor. animal. Hi sunt vulpes scandentes super muros Jerusalem Nehem. 4 Allegor.

III. *Tyranni*. Herodes vulpes Christo 1. insidians. 2. blanditiis se tegens & incrustans sanguinolentum animum, Luc. 13, 32. Aug. in Ps. 88. Horum fovea mundus est qui in malo jacet, 1. Johan. 5.

IV. *Executores divini judicii*, in quos tandem mali incidunt, Ps. 63, 11. De Saule occiso explicat Euthymius Thr. 5, 18.

V. *Dolosi homines & fraudulenti:* De his Persius Satyr. 5.

Astutam servat sub pectore vulpem.

August. in Ps. 80. 1. astuti. 2. pedibus velocissimi. Confer Gesn. de quadrupedibus: Plin. l. 28.

VULTUS.

Index animi & simulachrum, Eccl. 8, 10. Sapientia hominis lucet in vultu ejus. Seneca:

Vultusque ipsi scelera truculenti ferunt. Ovid.

Heu quam difficile est crimen non prodere vultu.

Agnitio vultus ponitur pro peccatis in vultu agentis, Es. 3, 8. Septuaginta vertunt confusionem.

UXOR.

§.1 *Virtuosa* laude dignissima, Prov. 31, 9. 10. seq. Sir. 26. v. 1. 2. 3. 4. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 25. 26. 27. A Deo donata Prov. 19, 14.

§.2 *Virtutes*: Pia sit & proba; uti Sara, Gen. 18, 12. Maria, Luc. 1. Manoæ uxor, Jud. 13, 3. Naëmi Ruth. 1, 8. Lois 2. Tim. 1. v. 5. Eunice mater Timothei ibid. Huc referendæ Christisequæ mulieres, Maria Magdalena, Maria Jacobi, & Joses mater filiorum Zebedæi, Matth. 27, 56. Salome, Marc. 15, 40. Maria Cleophæ uxor, Joh. 19, 25. Johanna uxor Cusæ ibid.

Non Idololatrica. Vide Judic. 17, 4. 1. Reg. 11, 8. c. 19, 11. c. 15, 13. Ezech. 8, 14.

Prudens ut Abigail. 2. Sam. 14, 2. Thecoitis illa reconcilians Absolonem patri Davidi.

Obediat marito, eumque honoret: huic enim est subjecta, 1. Cor. 14, 34. Eph. 5, 22. Col. 3, 18. 1. Petr. 3, 1. Est sub marito, Rom. 7, 2.

Non spernat ut uxor Jobi, Job. 2, 9. c. 19, 17. Esth. 1, 17. 20. *Amor conjugalis est radius quidam amoris inter Christum & Ecclesiam.* Ergo amet maritum & timeat, Eph. 5. v. 30. 1. Pet. 3, 6. Amet ut Sara Abrahamum, Tobiam, Rebecca Isaacum, Rahel Jacobum, Susanna Joachimum. V. Ruth. 1, 8.

Revereatur eundem Gen. 24, 64. 65. Eph. 5, 33.

Nullum ei maritum præferat, omnia se in suo habere pro certo habeat. Vid. Chrysost. hom. 42. & 26. in varia loca Matthæi.

Non occidat. Circe venefica mulier Sarmatarum Regem, cui nupserat, veneno: Clytemnestra uxor Agamemnonem è bello reducem, ope Ægysti adulteri, ferro: Semiramis maritum Ninum, conspirantibus cum ea satellitibus in carcere sustulit. Fabia mulier Fabium Fabricianum maritum interemit, ut eo liberius libidinem exerceret cum Petronio Valentano, formoso adolescente, Plutarch. in Parallel. Antonius Verus veneno dato à Lucilla uxore mortuus est.

Concordiæ studeat. Ejusmodi fuit Abigail pacem sanciens irato Davide, 1. Sam. 25. Non litibus, Prov. 19, 13. c. 25, 24. c. 7, 25. 17.

Fidelis erga maritum. Fulgos. l. 6. c. 7.

Mansueta sit, non iracunda ut Abigail, 1. Samuel. 25, 3. & Abelana illa, 2. Sam. 20, 16.

Laboriosa & diligens Prov. 31.

Comis, blanda & affabilis. Prov. 5. Cerva vel hinnulus.

Humilis, 1. Pet. 3, 6.

Non superba ut Michal, 2. Sam. 6, 16. 20. Jesabel, 1. Reg. 21, 7. 2. Reg. 9, 30. 31.

Humana & Constans in fide. Theogena Regis Siciliæ Agathoclis uxor ab ægro marito non est passa se divelli; sed dixit: nubendo se & adversæ sortis societatem iniisse.

Hypsicratæa Mithridatis Regis Ponti uxor exulem profugumque jugiter comitata est maritum.

Fœminæ Lacedæmoniæ mutatis vestibus viros liberos, se captivas reddiderunt.

Taciturna non litigiosa, Prov. 19. v. 13.

Parca & frugi materfamilias ut domi se contineat, Prov. 31, 13.

Castitas in gestibus, vestibus, sermone, conversatione contraria impudicitiæ, de qua Syr. 42, 14. 15. 16.

Hasdrubalis uxor, capta & incensa Carthagine captivitatis periculo exposita, Romanorum libidinem una cum duobus filiolis, sese in domum incensam conjiciens effugit. Idem fecit Dido fugiens Hyarte Regis Lydiæ amores.

Justitia erga domesticos.

Helena parùm casta post obitum Menelai mariti

mariti in Rhodum insulam exul pulsa est, ubi scortata cum Tlipolemo, post hujus mortem à conjuge Tlipolemi ab arbore suspensa est. Thais Alexandro persuasit incendi Persepolin Curt. l. 5. Cleopatra cum Antonio mœchata. Hic & vitam & dignitatem Cæsaream amisit.

Non quærat voluptatem carnis Cyrill. l. 2. c. 88. in Joh. c. 4. verba maritus tuus &c. non, qui ex voluptate convenerunt, sed qui secundum legem ex charitate consenserunt, sanctis cohabitare nuptiis dicuntur. Hæc Cyrill.

Concubinatus impurus pugnat cum hac castitate.

De Concubinis olim admissis in Lithvaniâ refert Munster. l. 4. Cosmograph. Æneas Sylvius c. 26. in descriptione Europæ.

Curiosa non sit.

Suadeat marito virtutes.

Pompeja Plantina dehortatur Julianum Cæsarem ab expilationibus.

Chelonis, Cleombroti conjux, patri impetrat liberationem è vinculis & captivitate. Plutarch. in vit.

Uxor Pilati.

Nõ fallax, nõ seducat maritum ut Eva, Thais.

Cultum corporis moderetur.

Olim pretio emebantur (id quod & hodie fit apud Turcas) 1. Reg. 18. v. 25. 2. Reg. 3. v. 14. Exod. 4, 25.

§. 3 *Heroicæ fœminæ* & eximiæ, ut Debora, Jud. 4, 10. Jael ibid. v. 22. Ruth 3. v. 11. Prov. 31, 10. Luc. 14. Uxorem duxi.

Nimiâ voluptatẽ mereq; carnalem insinuare Dominus videtur. F. Polygraccus de nimio mulierum amore accipit Dom. II. post Trin.

§. 4 *Uxor vitis sit.*

1. *Fertilitate.* Magna est vitis fertilitas; sic & uxoris piæ (si ita Deo visum erit.)

2. *Connexione.* Vitis ligno annexa est, ne hinc inde à ventis propellatur: sic uxor suo marito adhæreat, non vaga libidine circumferatur. Gen. 2. Adhærebit vir uxori suæ.

Valer. Max. l. 4. c. 6. de amore conjugali. Plutarch. & Bocatius de claris mulieribus. Jo. Ludov. Vives de officio fœminæ Christianæ. Baptista Fulgosus Tit. de amore conjugali.

Pœna: detur proximo uxor, Jer. 8, 10.

Lit. Z.

ZABULON.

TRibus Israelitica, Matt. 4, 15. à Zabulone, filio Jacobi & Lea Gen. 30, 20. dicta. Terra ejus, ab *oriente* mari Galilææ, *meridie* tribu Ischaschar, *occidente* mari Phœnicio, *Septentrione* tribu Naphtalim & Aser cincta: Vid. Gen. 49, 3.

ZABULUS.

Nomen Diaboli, apud Cyprianum, Hilarium, & alios. Existimant Philologi ex corrupta vocis Græcæ διάβολος lectione ortam vocem, ut pro διὰ Ζα & Βόλος, bulus lectum sit. Melius alii ex Dialecto Æolica esse ζα, pro διὰ. Apud Hesychiũ extat vox Ζαβάλλειν, quod notet ἐξαπατᾷν, decipere, ut Satan sit deceptor.

ZALMON.

Mons trans Jordanem versus ortum, Ps. 68. v. 15. Schindler. שלג Nix.

ZACHARIAS.

I. Pater Joan. Baptistæ.

Zacharias obmutuit; 1. Moses cum lege obmutescere debuit circumcisione sublatâ.

2. Os solvit in Dei laudes, ut cum filio fiat præco N. T.

3. Prophetat cum Filio & de Filio fol. 649. 650. Loquela ei restituta: Ostendit Dei pœnas & castigationes tandem finiri post actam pœnitentiam. Gratias Deo agit post tribulationem, Luc. 1. Sit nobis exemplo: Liberati à malo supplicii gratias agamus Deo supplices.

Canticum illius omni laude dignissimum: Vide egregiam ejus explicationem Lutheri.

II. Zacharias alius Filius Barachiæ 2. Chron. 24, 21. Matth. 23, 25. binominis sanè. Nam Jojadas ille quoque Barachiæ nomine dictus est: V. D. Gerhard. Non est lapsus memoriæ in Matthæo; contra accusationem Lud. Capelli in Spicilegio, in Matt.

ZEBEDÆUS.

§. 1 *Mater filiorũ* Zebedæi orat pro filiis Matt. 20. Sic Monica pro filio Augustino: Batsabe pro Salomone: Anna pro Samuel 1. Sam. 2. Paulus pater spiritualis pro filiis spiritualib. 1. Cor. 1.

§. 2 *Zebedæus* i. e. dotatus. Fuit maritus Salomes. Hæc mater Jacobi majoris & Johan. Evangelistæ, quæ putatur fuisse soror Josephi.

ZELOTES.

Deus est, cujus sponsa est Ecclesia suum Deum 1. Amans. 2. Agnoscens. 3. Colens. 4. Obediens 5. Invocans.

ZELOTYPIA.

§. 1 Vitium ac immodicus erga eum eamve, quem quamve amas, affectus, multa secum incommoda trahit, in flagitia præcipitat, & injustis suspicionibus innocentiam persæpe premit, sibique ipsi tortor existit.

§. 2 *Exempla* extant apud Richter. axiomat. 64. Oecon. Philippus Camerarius Centur. 1. c. 53. horar. subcisivar. Textor. p. 1312. Officinæ.

Theodosius Junior, apud Zwinger. f. 102. §. Theodos. in Theatr. & f. 113. 114. f. 80. b. §. impudent. Camerar. part. 1. p. 235. Hor. subcisiv. c. 53. & part. 2. c. 34. *Confer SUSPICIO.*

ZELUS.

§. 1 Zelus notat I. *Honestam virtutis in aliquo eminentis imitationem*, 1. Cor. 12, 31. 2. Cor. 9, 2. V. Hieron. in c. 5. ad Galat.

II. *Invidam seu livorem & cæcum impetum animi*, Act. 5, 17. c. 7, 9. c. 13, 45. c. 17, 5. Rom. 13, 13. 1. Cor. 3, 3. Ubi vox contentio adjuncta est; sic & Jac. 3, 14. sic inter Leam & Rebeccam & certamina inter doctos. V. Zwinger. f. 1275. 1294. Theat. & fol. 110. 1. Cor. 13, 4. 2. Chron. 12, 20. Ad Gal. 1, 14. æmulatorem paternarum Traditionum se fuisse, memorat Apostolus.

III. *Affectum Charitatis erga Deum atque eos, quos non nostri*, sed ipsorummet causa amamus sanctè. 2. Corint. 11, 2. Ps. 68, 10. 1. Reg. 19. Elias zelatus est. Paulus ex Zelo vult anathema Rom. 9, 2.

IV. *Sui ipsius amorem*, Gal. 4, 17. Cui prætexitur species Zelotypiæ.

V. *Iram adversus eos, qui indignè* Deum divinasq; res tractant atque in illum peccant, Num. 25, 7. sic Christus Joh. 2. v. 25. Ementes & vendentes templo ejecit, & pii Reges, qui cultum

tum Baaliticum abrogarunt, 2. Reg. 11, 18. cap. 23, 8. 12. 15. 2. Chron. 23, 17. c. 31. & seq.

Zelus est quidam amoris effectus, Tom. 1. 2. q. 28. artic. 4.

§. 2 *Zelus Dei est* (α) *impensus ille amor nostri*, ut ipsum solum amemus: Exod. 20. Non habebis Deos alienos coram me: Ibidem fortis Zelotes. Heb. קנא invidens usum rei amatæ (quæ nos sumus) aliis. Sic Scriptura de Deo humano more loquitur, quod contra Julianum Apostatã est observandũ, qui ex eo contumeliam fabrefecit Mosi, quod hunc Deo affectum tribuisset. Hujus amoris in Deo causa non est in nobis (nulla enim nobis est pulchritudo, nulla venustas) sed in ipso Deo immensus nempe illius erga nos favor: lege Chrysost. hom. 23. in 2. ad Cor.

(β) *Intensus ille fervor, puniendi populum suum*, in Deo, si fornicetur. V. Aug. l. 2. quæst. in Exod. qualis est fervor ulciscendi in casto viro, si ejus uxor fornicetur: Inde Zeli vox cum voce ignis de Deo enunciatur, Psal. 79, 5. Ezech. 36, 5. Zephan. 1, 18. vel diligentia custodiendi castitatem thori, Aug. l. q. 83. Orig. hom. 8. in Exod.

(γ) Sicut leo sævire dicitur in leænam alii sese commiscentem.

§. 3 *Zelus hominis est actus Charitatis* vel gradus ejus intensior divinitus accensus ad Zelandum pro Domini gloriâ. Dicitur aliàs Zelus justi amoris.

§. 4 *Zelus dicitur aliàs justa ira*: V. Basil. serm. 1. de ira & Chrysost. serm. 2. in Epist. ad Eph.

Aliàs *exacerbatio*: Act. 17, 16. exacerbabatur Spiritus Pauli. V. Chrysost. hom. 38. in Acta.

§. 5 *Zelus duplex est*: 1. *Ex amore amicitiæ* est vehemens animi motus, quo insurgitur adversus eum & illud quod amici bono repugnat.

2. *Ex amore concupiscentiæ*, quo insurgitur contra omne illud, quod obstat fruitioni quietæ ejus rei quam diligimus. Hæc est ambitiosorum Zelotyporum corrivalium.

§. 6 *Causa largiens* Deus est, Ezech. 23, 25. cap. 16, 42. è spirituali cellâ suâ eam depromens virtutem. Adi Bernh. serm. 49. in Cantic. Canticor.

Per verbum datur. Hoc prædicans Christus Zelum dedit discipulis Emaunticis, Luc. 24.

§. 7 *Proprietates Zeli*: (α) Zelus cum scientia Dei sit conjunctus: illâ enim scientiâ Dei carentes Judæi præpostero Zelo peccarunt. Rom. 11. Ignorantes Dei justitiam &c. (β) In verbo Dei (γ) & prudentia Christiana fundatus. (δ) Trahit secum Cordolium, si non omnia ex voto pietatis succedant, 2. Cor. 11, 29. Rom. 9, 2. Phil. 3, 18. Ps. 119, 139. (ε) Conjuncta est cum fortitudine, Ambros. in Ps. 118. & c. 8. Canticor. Dilectio fortis est ut mors. (ζ) Cum constantiâ in bono proposito, ne carni & sanguini acquiescamus, Gal. 1, 15. Theodoret. l. 5. c. 38. (η) Cum odio omnium eorum, qui Dei sunt inimici, Ps. 139, 21. seq. à quibus etiam nos segregemus fas est, Exod. 32, 26. (θ) cum prudentia & discretione. Bernh. serm. 19. in Cantic. Cantic. Deus vult se amari, non solum dulciter, sed & sapienter. Confer eundem serm. 49. in eadem Cantica.

§. 8 Est quoque in angelis Zelus ille sive charitas erga Deum & homines. Hinc שרפים ardentes dicuntur. Vide Ambros. in Ps. 118.

§. 9 *Sit quoque in ministris & sacerdotibus*: ut in Elia, 1. Reg. 19, 10. Joanne, Matt. 3. Petro, Paulo: ne illud audiant, *scio opera tua, neque frigidus es neque calidus*. Habeant linguas igneas Zelo Dei accensas, Actor. 11, 3. 2. Chron. 26. Azarias Pontifex Regi Oziæ sese opposuit; Sic Ambrosius Theodosio, Theodoret. l. 5. c. 17.

§. 10 *Et Christianis* quibuslibet. Aug. tract. 10. in Joannem: unumquemque Christianum zelus domus Dei comedat: Verbi gratiâ, vides fratrem currere ad theatra, prohibe, mone, contristare &c.

Bernh. super Cantic. *Zelum tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet constantia: sit fervidus, sit circumspectus, sit invictus, nec teporem habeat, nec discretione careat, nec timidus sit.*

§. 11 *Zeli boni actus sunt varii*.

1. Confiteri se ingenuè Dei servum esse.

2. Offerre se ob Dei gloriam plurimis præsentibusq; periculis, ut olim Macchabæi fecerunt.

3. Sua omnia postponere: ut Joram olim dixit Josaphato 2. Reg. 3. Ascendam, qui meus est, tuus est, populus meus, populus tuus, equi mei, equi tui. (Sic olim Massilienses fœminæ comas sibi omnes demessuerunt, ex quibus contexti funes nautici sunt navibus dirigendis apti, sine quibus hostibus urbem invadentibus resistere non poterant. Veget. l. 4. de re militari.)

4. Legitima potestate castigare eos, qui Deum nostrum contumeliis afficiunt, exemplo Eliæ 1. Reg. 8. Joh. Matth. 3. Elisæ 2. Reg. 2. τοῦ Jehu 2. Reg. 10. Veni mecum & vide Zelum meum pro Domino. Petri Act. 5. Mathatiæ 1. Mac. 2. Davidis Ps. 119. Tabescere me fecit Zelus meus.

§. 12 *Zeli cæci exempla*: Act. 5. Repleti Zelo, c. 17. Judæi Thess. Act. 9, 1. c. 22, 3. Gal. 1, 14. Phil. 3, 6. 1. Tim. 1, 13. Rom. 10, 2. 3.

§. 13 *Pontificios immodico Mariæ colendæ Zelo flagrare queritur*. Cajet. t. 3. opusc. 1. § Radicem &c. In Idololatria exercenda, Es. 16, 12. Lege erigenda, Gal. 4, 18. Traditionib. urgendis, Phil. 3.

Boni & laudabilis, sive justi; ut Deus Mosi iratus dixit: Annon frater tuus Aaron &c. Ex. 4, 14. Deut. 3, 26. c. 4, 21. in Israelitas, Exod. 32, 9. 10. Num. 11, 1. Jos. 22. v. 11. 2. Chron. 32, 12. Coram uno altari adorabitis. Christus ob cœcitatem Pharisæorum Zelo accensus, Marc. 3. 5. Matt. 21, 12. Joh. 2, 15. Samuel in Agagum, 1. Sam. 15, 33.

Sancti: Moses ob Pharaonem induratũ, Ex. 11, 8. vitulum, c. 32, 19 Core & socios, Num. 16, 15. Elias, 1. Reg. 19, 14. Nehemias, c. 5, 6. David Ps. 26, 5. & 139, 21. Pinehas, Num. 25, 7. Jos. 2, 24.

§. 14 *Zelum immoderatum erga Ecclesiam Romanam* nobis falsò tribuit Chavassius l. 2. de Notis Ecclesiæ p. 523. 529. *Miles spernens coronam Ethnicam, novam Ecclesiæ persecutionem* procreavit: Baron. Tit. 2. fol. 304. n. 40. En zeli immoderati exemplum! Tertull. libr. de corona militis.

§. 15 *Ad Zelum minus temperatum ii accedunt*, qui inter Reformatos Theologos vasa, olim in Papatu adhibita, ipsaque templa *aversantur*, sæpeque ut destruerentur autores fuerunt, ad minimum approbatores.

Sed ut olim laurus Apollini, myrtus Veneri, terra

terra Cereri, mare Neptuno, aër Jovi, ignis Vulcano sacra licet fuerint, nos tamen his omnibus utimur. Vide Augustin. Epist. 54. Sic quoque iis rebus, quas superstitio malas in se facere non potuit, liberè utimur.

§. 16 *Vtilitas Zeli. Vindicatio* gloriæ Dei, qua nihil nobis esse debet majus quidquam.

Lucrifactio animarum, quas Christus pretioso sanguine redemptas voluit. V. Chrysost. hom. 3. in 1. Tim. 2. Angelorum imitatio: Hi enim pro gloria Dei pugnant. Hos imitemur.

Gentium conversio: Hujus namque Apostoli causæ administræ, continuo divini Nominis Jesu Christi Zelo studioque arserunt, Rom. 15, 19

Spiritus sancti in nobis habitantis notificatio.

Qui enim Zelo Dei ardent, de igne Spiritus sancti ardent.

Dei complacentia in his qui Zelo ipsius sunt præditi. Vide exemplum Pinehas Num. 25, 6. Psal. 106, 30.

Zelus ob bonum impetrat malorum odium, Psal. 38, 21.

Zelus pacis inconsideratus. Frebos. fol. 18. §. 3. Institut.

§. 17 *Necessitas & causæ impulsivæ ad Zelum.*

(α) Dei mandatum de diligendo ipso ex toto corde, Deut. 6, 5.

(β) Status noster: Sumus enim Dei filii, servi redempti, milites, beneficiarii, Creaturæ. Meritò ergo zelemus pro Patre, Domino, Redemptore, Imperatore, benefico Domino, Creatore.

(γ) Instructa Dei panoplia, quam aperit nobis Paulus Ephes. 6, 11. 12. Chrysost. hom. 3. in Gen.

(δ) Concessa à Deo gratia quam non excutere debemus.

§. 18 *Zelus verus & pius est ignis in ossibus.*

1. Per verbum Dei & hujus spiritum accensus. Jer. 23. *Nonne verbum meum sicut ignis?*

2. Ardens in animo. Luc. 24. Nonne cor nostrum ardebat, &c.

3. Depascens cor pii qui videt malitiam hominum Deo reluctantium.

4. Non extinguendus: Ardet enim pro domo Domini, 1. Reg. 19. v. 10. ac Dei honore, Numer. 24, 13.

Non temere imitandus. V. §. Proprietates talis zeli hoc titul.

§. 19 *Nec studio pacis præposteræ mutandus*: ut illi fecerunt 1548. qui τὸ Interim nomina sua dederunt. Hos rectè Musculus in L. Com. Tit. de Evangel. carpsit. Andas Episcopus toti Ecclesiæ persecutionem attraxit nimio zelo: ut est in historia Ecclesiastica. Exempla zeli. Confer Promptuar. Exempl. fol. 213. Elias 1. Reg. 18. Mathathias 1. Maccab. 2, 24.

Christus ejecit vendentes ac ementes templo, Joh. 2. Luc. 19. Act. 6, 7. Stephanus. Petrus Act. 5. Paulus Rom. 9, 2. Ambrosius Theodosium templo abigens Tripart. lib. 9. c. 30.

Euseb. lib. 8. c. 5. narrat nobilem quendam, impium Cæsaris edictum contra Christianos publicè propositum Nicomediæ dilacerasse.

§. 20 *Fervor Spiritus* Rom. 12, 1. huc referri meritò debet. Consistit is I. In summa animi intentione in Deum & res spirituales. II. In jugi diligentiâ, quâ pietatem exerceamus. III. In perseverantia hujusce studii. Confer Basil. Regul. brevior. 259. Bernhard. serm. 3. de Ascensione Domini.

IV. Sit summa: Consistit in ardenti studio colendi Deum cupiditate & desiderio. Huc refer illud Matth. 5. Beati esurientes, &c.

A simili. Psal. 42. Ut cervus anhelus aquas desiderat: sic anima nostra ad Deum.

§. 21 *Impii Zelotæ apud Judæos*, omnia flammis & cædibus implentes, obsessis Hierosolymis. Testis est Josephus. Apud Christianos, qui zelo accensi ignoranter flammis & ferro eos transscribunt, qui Christi Evangelium profitentur. Joh. 16, 3. *Hæc facient vobis, quia non noverant patrem meum nec me.*

§. 22 Huc referendi Circumcelliones Donatistici. *Vide supra CIRCVMCELLIO.*

§. 23 *Effecta Zeli: Animo commoveri.*

Emendare perversa & corrigere. S. Antonius relicta solitudine Alexandriam venit, totam urbem circumivit, Athanasium præconem, sed Arianos hostes esse veritatis, liquido publicèque docuit. Theodoret. l. 4. c. 25. hist. Eccles. Confer Chrysost. hom. 17. ad populum Antiochenum.

Si non possis corrigere, saltem gemere, Ezechiel. 9, 4. Conf. August. Tract. 3. in Joh.

ZELO

§. 24 *Opponitur socordia, acedia, negligentia divinæ* gloriæ nostræque salutis.

Consistit ea I. In rerum terrenarum prælatione.

II. In rerum divinarum oblivione.

III. In mediorum ad salutem necessariorum neglectu. Digna Dei supplicio. Apoc. 22. qui sordet sordescat adhuc. Et increpationibus: quarum nonnullas vide Jer. 2, 8. cap. 50, 6. Ezech. 34, 2. Zach. 11, 3. Apoc. 3, 17. quibus in locis socordia sacerdotum perstringitur, doceturque necessitatem zeli omnibus Episcopis & pastoribus incumbere, Interprete J. Busæo c. 4. Tit. *Zelus; in Viridario.*

ZION, mons. V. *Sion.*

ZIZANIA. V. *Hæretici.*

§. 1 Est lolium Suidæ in Lexic. Levin. Lemnius lib. de herbis Biblic. c. 45. Græcis quoque *αἶρα* dicitur: quæ est *τοῦ σίτου διαφθορά.* Dioscor. l. 2. c. 26. Plin. l. 18. c. 26. Ambr. Hexaem. §. *Lolium & reliq.* Huc referunt quidam duo vocabula Hebræa, nempe קרח & באשה Job. 31, 4.

Chrysost. in Matth. 13. Zizania sunt hæreticorum conciliabula: *Quomodo erga ea nos gerere debeamus?*

1. Quærendo apud Deum, Psal. 12. Esa. 33. Weinen.

2. Non colludendo in hæreticis Zizaniis.

3. Magistratus opem implorando ut occurrat Zizaniis; sic Cyrill. Constantin.

4. Animum non despondendo, quia semper fuerunt Zizania.

5. Considerando finem habitura esse Zizania die Messis.

Cur tolerat ea Deus?

§. 2 Ut 1. Ostendat, se Deum esse longanimem, nolleque, ut quis pereat, 1. Tim. 2. 2. Pet. 3.

2. Inexcusabiles impios reddat, Rom. 2. v. 1. 5. 6.

3. Ipsi tritico parcat, ne simul evellatur cum Zizaniis, Matth. 13.

4. Pœnitendi tempus concedat.

5. Bonos & pios exerceat, qui inter Zizania flagellantur & ad officia pietatis excitantur.

6. Fidem clariorem reddat. Augustin. l. 7. c. 19. Confess. Improbatio hæreticorum facit eminere, quid Ecclesia sentiat, & quid habeat sana doctrina.

Hilar. l. 7. de Trinitat. veritas per ea ipsa, quæ ei adversantur, elucet.

7. Arma spiritualia *exacuat*. Hæretici sunt interficiendi sagittis spiritualibus, id est scripturarum testimoniis, ait Hieron. in Esa. 13, 17.

August. l. 1. c. 1. De Gen. Cont. Manich. Ut excutiat (homo Dei) pigritiam. Certè Athanasii diligentiam Arius exercuit. Nestorius Cyrilli. Pelagius Augustini.

8. Nostram patientiam augeat: August. l. 16. c. 2. de civit. Dei & l. 18. c. 51.

9. Probos & improbos manifestet: 1. Corinth. 11. Electi probentur: Deut. 13. Tentat vos Deus, &c.

10. *Impios puniat*. 2. Thess. 2. misit Deus efficaces errores. Vide Ambros. in h. l. Male ergo ex hac Dei tolerantia concluditur, Errores in fide non esse damnandos, ut volunt Arminiani & Epist. Terentian. p. 2.

Quomodo erga illa se gerere debeant?

§. 3 1. Ministri (α) Monere suos ut sibi caveant à Zizaniis.

(β) Non colludere cum Zizaniis.

(γ) Præcavere ne quoquo modo crescant Zizania.

(δ) Operam dare, ut posit seductos reducere, summam.

(ε) Non ferro, sed verbo contra Zizania dimicare, non argumentis ex Carnificum officinâ petitis, ut ait Hieron. Apol. advers. Ruffin. non ferro sed verbo agimus, inquit Augustin. l. 2. c. 68. contra Petil.

Impii sunt Zizania 1. Nomine; sunt enim herbæ noxiæ.

2. Effectu lædunt pios.

3. Adjuncto latent impii ad tempus ut Zizania.

Mali quoque Zizania sunt.

§. 4 I. Aspectu decipiunt externo, sicut herba lolii non differt ab herba tritici.

II. Aliquando bonos opprimunt & suffocant, ut Zizania triticum, eosque inficiunt & seducunt, & triticum pungunt, & vertigines generant capitis, hoc est sinistras piis cogitationes ingerunt, dum florent, Ps. 73. Jer. 12.

III. Tolerandi tamen, donec maturescant; sicut Zizania tolerantur tantisper, donec dignosci possint à tritico.

IV. Tandem comburendi, Matth. 3. ut Zizania, reconditis piis in cœli horreo.

V. Multa incommoda adferunt, sicuti Zizania vi quadam venenosa prædita inflativa & ventosa esse perhibentur. Non secus impii bonis viris sunt veneni instar, eosque seducunt, persæpe ad superbiam pelliciunt, & vanitatis vento inflant.

VI. Amant Zizania triticum, sicut umbra sequitur corpus.

VII. Agnosci non possunt in germinatione.

VIII. Igne tandem cremantur Zizania. Matth. 13. Agi in genere de omnibus malis, non de hæreticis tantum statuunt Jansenius in hoc loco & Tirinus Jesuita. Vid. Augustin. tomo X. serm. 39. de sanctis.

Unde fiant Zizania? §. 5

Ex corrupto tritico.

Ex abundantia humorum.

Ex vitio terræ, nimiaque hujus uligine.

Utraque finite crescere, id est, nolite omnia vi externa evellere & abolere. Id enim non sapit regni Christi indolem.

Zaniorum autor Deus non est, sed Satan, Matth. 13.

Zizania appellantur παρὰ τὸ σίνειν τὸν σῖτον, quod lædant triticum & frumentum.

1. Zizania habent externam felicitatem. §. 6

2. Locum communem cum tritico.

3. Eundem agrum, in quo seminata.

4. Unum patremfamilias qui illa tolerat.

ZONA. V. *Cingulum*.

Zona Jeremiæ, Jer. 13, 1. Sive *lumbare lineum*, symbolicè notat 1. Populi Israelitici cum Deo conjunctionem intimam. 2. Ejusdem rejectionem in Chaldæam, quam Euphrates alluit. v. 11. d. l. 3. Eaque hoc ænigmate Prophetico adumbrata est. Confer Jer. 7, 28. c. 18, 2. 3. Esa. 20, 2. 3. 4. Ose. 1, 2.

ZOROASTER. V. *Magia*.

Livium l. 30. Justin. l. 1. quem fulmine in cœlum subvectum & Dei amicum factum esse, discipuli ejusdem tradiderunt.

ZOROBABEL.

§. 1 Significat alienum à confusione. Est typus boni Magistratûs confusionem vitantis, ordine omnia gubernantis. Fuit Princeps in Juda, Hagg. 1, 1. Filius Phadajæ, qui fuit filius Jechoniæ, 1. Chron. 3, 19. Esdr. 2, 2. Ejus nepos esse putatur, qui Abihud dicitur, cum 1. Chron. 3, 19. non recenseatur inter filios Zorobabelis.

INDEX
Præcipuorum S. Scripturæ Locorum.
Prior numerus caput, versiculum alter, posterior paginam indicat.

Genesis.
1, 2. Spiritus Domini. 99. b.
2, 20. Adjutorium. 667. a
2, 21. Somnus Adami. 245. a
2, 22. Costa ex latere. 201. b
4, 4. Sacrificium. 191. b
4, 17. Ædific. civit. 220. a
7, 17. Arca elevata. 43. b
8, 8. Columba. 701. b
9, 23. Noa illusus. 195. b
11, 7. 8. Babylonii confusi. n. 136. Arrog. & 853. b
12, 1. Egredere ex patria. 720. a
19, 15. Properat Loth. 552. b
19, 19. Salva animam. 43. a
22, 13. Spinetum. 199. b
27, 28. Ros campi. 185. a
28, 12. Scala stans. 185. b
29, 10. Jacob cum Rahel. 98. b
32, 31. Lucta Jacobi. 87. b
35, 21. Pastores in agro. 183. b
39, 7. Uxor Potiph. 70. a
41, 22. Vestis byssina. 177. a
49, 8. Judas leo. 199. b
49, 11. Lavabit vestes. 201. b
49, 20. Panis pinguis. 216. b
50, 22. Joseph mitis. 193. a

Exodus.
4. Serpens prehensus. 179. b
- Manus leprosa. 133. arrog.
7, 12. Virga in colubrum. 185. a
10, 32. 759. b
12, 8. Lactuca sylvestris. 782. b. 846. b
12, 22. Postes sanguine illiti 99. b. 209. a
12, 26. 78. a
14. In littore maris. 851. b
15, 1. Canticum 102. b
15, 23. Aquæ in Mara. 857. a
17. Manus Mosis graves. 644. b
18. Adjunge tibi Viros. 57. a
20, 7. Nomen Dei in van. 702. a
22, 7. Depositum charitatis. 169. a
23, 14. Apparebitis trib. vicib. 720. a
23, 18. 966. b
24, 10. Apparitio Domini. 179. a
25, 3. Sacrificium. 213. b
25, 19. Duo Cherubim. n. 149. angel.
25, 31. Candelabrum. 174. b. 785. a
27, 2. Cancelli altaris. 199. a.
27, 19. Paxilli. 57. a
28, 4. Ephod. 216. b.
28, 8. Annuli aurei. 169. a
28, 19. Adamas. 785. a
29, 4. Lotus Aaron. 188. b
29, 20. Tinctæ aures. 192. a
29, 20. Pollicis tinctura. 736. b
30, 3. Altare thymiamatis. 211. b
31, 2. Bezaleel artifex. 216. a
33. Rupes in qua Moses. 200. a. 861. a
33, 11. Josua recessit non. 214. a
33, 23. 180. b.
35, 15. Labrum. 855. b
40, 12. Labrum Levitic. 201. a. 30.

Leviticus.
2, 11. Mel non offerendum. 598. b
4, 24. Sanguis hœdi. 201. a
5, 11. Ignis. 192. b. §. graviss.
7, 3. Cauda oblata. 830. a. 848. a
8, 26. Sacerdos cum canistro. 190. a
11, 7. 859. b
11, 33. 854. b
11, 38. 796. b
11, 47. 854. b
14, 6. Lignum cedrin. 205. a
20, ult. 44. b
27. Sacrificium purum. 191. b

Numerorum.
3, 5. Aaron proclamatus. 188. b
5. Aqua non nocens. 99. b
8, 7. Aquam sparges. 100. a
8, 21. Lavabant vestes. 201. a
9, 15. Nubes operuit. 709. a
10, 2. Tubæ argenteæ. 141.
11, 5. Recordamur piscium. 860. a
12, 16. Nubes recessit. 797. a
13, 24. Vitis & uva. 187. b
17. Virga Aaronis. 184. b
20, 11. Petra percussa. 199. a
21, 8. Serpens æneus. 203. b
25. Hasta Pinehæ. 199. b

Deuteronomium.
3, 27. Moses ascend. montem. 188. a
8, 9. Lapides ferrum 524. b
12, 27. Altare sparsum 199. b
16, 16. Apparebis coram. 720. a
18, 18. Prophetam excitabo. 645. b
21, 11. Si videris pulchram. 855. b
21, 15. Jus primogenituræ. 57. a
24, 19. Manipulus in agro: V. Manipuli.

Josua.

3. Area in Jordane. 188. b
10, 2. 3. 6. Appl. 212. a

Judicum.

7, 12. Gladius contra gladium. 403. b
14, 5 Figura Christi. 185. b
15. Maxilla. 55. a
16. Flamma micans. 200. a
Illusus Simson. 100. a
Moriens Simson. 204. b
20. Mors summi Sacerdot. 204. b

Ruth.

1. Boas typus Christi. 124. a

I. Samuelis.

9, 13. Non capere cibum, 190. b
11, 7. Vindicta magistratus. 125. b
11, 12. Oculos eruere. 189. a. 725. b
14, 4. Jonathan. 189. a
25, 24. Abigail placans. 193. b
25, 29. Fasciculus viventium. 357. a

II. Samuelis.

5, 7. seq. Ingressus Jerusalem. 191. a
12, 1. 4. Ovis. 667. a
18. Capilli Absalomi. 70. a
23, 15. Aqua ex Bethlehem. 183. b
24, 10. Cor pulsans Davidis. 817. b

I. Regum.

6, 4. 433. b
6, 25. Palmæ. 779. b
6, 31. Ostium. 214. b
8. Habitatio Dei. 179. a
10, 6. Regina Arabiæ. 826. b
10, 18. Thronus. 178. a
13, 3. Altare. 716. b

II. Regum.

5. Jordan mundans. 855. b
7, 21. Stercus columbinum. 355. b
22. Josias pius. 223. b

II. Chron.

9, 19. 212. a

Esra.

4, 12. 908. b

Esther.

7, 9. 204. b

Jacobi Liber.

3. Murmur. 786. a
11. Deus mari latior. 525. b
14. Numerus mensium. 710. b
15. Immundi cœli. 674. a
24, 7. 710. a
26, 11. Columna cœli. 229. a. 524. a

Psalmorum.

2. Ira excandesc. 45. a
2. Vasa confringet. 211. b
5. Sepulchrum patens. 135. a
22, 1. Cerva matut. 174. b
22, 15. Cor liquefactum. 200. b
23. Virga & baculus. 340. a
40. Aures aperuisti. 86. b
45, 3. Gratia labiorum. 86. b
45, 4. Gladius Herois. 403. b. 212. b
45, 8. Oleo te unxit. 217. b
45, 9. Eburnea palatia. 333. b
45, 11. Filia obliviscere domum. 718. a
57, 5. 853. b
58. Contritio dentium. 216. b
62, 10. Statera mendax. 433. a
Cor non apponere. 69. a
68. Dominus ascendit. 210. b
Captivata captivitas. 210. b
Fera calami. 130. a
72, 6. Descendit ros. 213. b
73, 23. 45. b. 46. a
75, 4. 229. a
75, 17. Expectare auxilium. 350. a
76, 5. Montes prædæ. 640. b
80, 6. Panis lachrymar. 519. b
81, 12. 716. a
82, 7. Dii estis. 572. b
83, 5. 704. b
85. Pax & justitia. 179. a
88, 6 Separati à Deo. 662. b
92. Justus ut palma. 769. b
97, 12. Nubes & caligo. 213. a
103. Aquilæ senectus. 62. a
115, 11. Omnis homo mendax. 433. b
133, 1. Ecce quàm bonum. 923. a
134, 1. Stare in templo. 829. b

Proverbia Salomonis.

9. Sapientia domum. 178. b
23, 25. 720. b
31, 16. Stringens lumbos. 238. b

Ecclesiastes Salomonis.

10, 16. De Rege puero. 913. b

Canticum Canticorum.

1. Myrrha. 140. Andr.
1, 5. Nigra sum. 62. b. 697. b
2, 1. Rosa in Saron. 924. a
2, 6. Manus. V. Manus.
2, 9. Sto post parietem. 214. b
3. Coronavit mater. 593. a
4, 13. 858. b
4, 6. Destillans myrrhâ. 852. a. 854. b
5, 2. Caput meum. 922. b
5, 6. Guttur Christi. 414. b
5, 7. 769. a. b
5, 9 87. b
5, 11. Quadrigæ. 886. a
8. Aquæ non extinxer. 192. a
8, 16. Ascensus delectab. 238. b
8, 11. Baal Hamon. 92. a. b

Esaias.

1. Bos agnoscit. 227. a
1, 22. Argentum scoria. 699. b

9. Virgam humeri. 190. a
9. Principatus super humer. 200. a
11, 5. Cingulum justitiæ. 912. a
11, 9. Virga ex Jesse. 177. b. 215. a
14, 12. Lucifer 552. b
14, 15. Jugum recedere. 505. a
16, 1. Petra. 183. a
16, 2. 697. b
24, 22. Fasciculus ad foveam. 357. a
25, 6. Medulla quæ? 598. b
28. Vexatio dat intellectum. 195. b
36. Rabsace. 189. a
38. Dispone domui. 304. b
42. Galamus quassatus. 130. a
43, 1. Vocare nomine. 703. a
45. Ut nubem precata. 709. a
49, 1. Meminisse nominis. 703. a
50, 6. 317. a
53, 1. seq. Christus ille servus. 191. a
60 Plantæ justitiæ. 841. a
62, 2. Nomen novum. 703. b.

Jeremias.

5, 5. Frangere Jugum. 505. a
6, 1. Elevare facem. 357. b
7. Noli orare pro populo. 716. b
7, 18. Ligna Idololatriæ. 546. b
12, 2. 841. a
13. Si Æthiops. 716. a
15, 7. Miserando lassus, 525. b
15, 10. Vir rixæ. 191. b
17, 11. Excludere ova. 697. b
20, 8. Jugum conterere. 505. b
24, 1. Canistra. 500. b

Lamenta Jeremiæ.

3, 26. Expectare in silentio. 350. a
3, 27. Portare jugum. 504. b
3, 44. Nubes interposita. 709. a
4, 8. Facies nigræ. 697. b

Ezechiel.

1, 11. Animalia. 124. b. 45. b. 441. a
2, 10. Væ scriptum. 191. a
8, 5. Abominatio. 832. a
9, 2. Atramentarium. 200. a
13, 10. Litura mala. 551. a
22, 18. Metallum impurum. 842. a
28, 1. Rex Tyri. 27. b
47, 1. Aqua scaturiens. 99. b

Daniel.

2, 31. Statua visa. 443. a
23, 5. Lapis comminuens. 118. b
2, 45. Lapis sine manibus hominum. 178. a
5, 27. Mene, mene. 317. a
6, 10. Apertio fenestræ. 361. b
7. Quatuor animalia. 46. a

Joel.

2. Montes stillabunt dulcedinem. 178. a

Amos.

5. Orion quis? 759. a
7, 1. Locustæ quæ? 55. a
9, 8 708. a

Jonas.

1. In mare projectus. 178. a. 192. a
4. Impatientia. 786. a

Michas.

7. Inimica. 475. a

Nahum.

1, 7. Confortans. 676. a

Habacuc.

3, 5. Montes seculi. 640. a
4, 3. Auster. 187. a

Sophonias.

1, 8. Vestis peregrina. 443. b

Zacharias.

3, 3. Impuræ vestes. 184. a
4, 2. Candelabrum. 427. a
6, 2. Equi nigri. 697. b
13, 5. Vestis Prophetæ. 769. a. b

Judithæ Liber.

13. Holofernes. 172. a

Sapientiæ Liber.

2, 7. Texam coronas. 924. a

Syrach.

11, 10. Error & tenebræ. 338. a
23, 11. Recidiva fugienda. 894. a
26, 10. Mulier scorpio. 664. b
41, 18. Labore suo. 791. a

Matthæus.

2. Bethlehem. 183. b
4. Tentatus in deserto. 336. b
5. Beati. 105. b
Pauperes. 122. b
5, 14. Lux mundi. 56. a
Sal terræ. 56. b
5, 26. Ultimum quadrantem. 886. a
5, 28. Cordis mœchatic. 238. b
6, 12. Libera nos à malo. 578. a
6. Quærite primum regnum. 886. b
7, 12. Quod tibi vis fieri. 164. b
7, 13. Intrate per portam. 860. a
7, 15. Cavete vobis. 871. b
8, 30. Porci. 859. b
8, 34. Gergaseni. 72. b
11, 25. Gratias tibi ago. 681. b
11, 28. Lassus. 525. b
11, 29. Requiem animabus. V. Quies. 200. a
12, 39. Generatio prava. 397. b
13, 6. Non habeat radicem. 890. a
13, 31. Sinapi. 201. b
13, 45. Margaritæ. 888. a
15, 9. 861. b
16, 18. Portæ inferorum. 860. a
16, 26. Damnum animæ. 43. a
18, 4. Pueri. 881. b
Magnus in regno cœlorum. 504. a

18, 11. Salvat, quod perierat. 213. a
19, 27. Relinquere omnia. 908. b
19, 28. Sedebunt. 56. b
19, 30. Primi novissimi. 864. b
20, 16. Pauci electi. 788. b
21, 13. Spelunca latronum. 67. b
22, 3. Nuptiæ. 712. a
22, 4. Omnia parata. 779. a
22, 39. Sicut te ipsum. 876. b
24, 17. Fugere in montes. 640. b
24, 28. Ubi cadaver. V. Cadaver.
25, 2. Virgines fatuæ. 494. b. 522. b
25, 43. Nudus fui. 710. a
26, 69. Petrus abnegans. 164. a

Marcus.

6, 13. Unctio. 643. a
10, 29. Relinquere omnia. 909. b
16, 5. Forma angeli. 516. b
16, 18. Non nocebit eis. 701. a. 114. a

Lucas.

1, 6. Sine querela. 888. b
Gladius. 403. b
2, 44. Quæsitus Christus. 886. a
7, 12. Filius viduæ. 190. b
8. Ager animæ. 44. a
15, 1. Appropinquab. 190. b
15. Ovicula perdita. 183. b. 192. a
15, 16. Siliquæ. 803. b
16, 29. Mosen & Prophetas. 45. b
16, 30. Pater Abraham. 45. a
18, 14. Qui humiliat. 442. a
18, 31. Assumpsit Jesus. 193. a.
18, 29. Relinquere omnia. 908. b
23, 28. Mulieres plorantes. 197. a
24, 26. Nonne oportebat. 694. b
24, 51. Benedixit Christus. 209. b

Johannes.

2, 15. Ejecit ementes. 125. b
4, 20. Monte hoc. V. Manasses.
5, 2. Bethesda. 114. a
5, 7. Cum movetur aqua. 98. b
5, 17. Pater operatur. 740. a
6. A Deo docti. 38. b
10, 1. 2. Ostium. 763. b
10, 9. Duodecim horæ. 55. b
10, 14. Cognosco oves meas. 214. a
10, 16. Unum ovile. 768. a
11, 43. Lazare, prodi foras. 847. b
12, 4. Odor unguenti. 851. a
13, 5. Pedes discipulorum. 824. b. 191. a
14, 2. Multæ mansiones 314. a
14, 18. Non relinquam vos. 759. b
15, 19. De mundo esse. 672. b
16, 6. Modicum & non videb. 203. b
19, 27. In propria 871. b
21, 16. Pasce oves meas. 718. b

Acta Apostolorum.

5. Satanas implevit nos. 841. b
6, 9. Libertini. 544. b
10, 11. Linteum demissum. 101. a. 239. a
10, 44. Cecidit S. Sanctus. 56. a
16, 16. Pythones. 884. b. 885. a
17, 28. Movemur & sumus. 874. b
23, 2. Paries dealbate. 778. b

Epistola ad Romanos.

1, 13. Volui venire. 233. a
1, 23. Gloria Dei. 74. a
1, 29. Malitia. 577. b
3, 8. Mala non facienda. 578. a
3, 28. Sine operibus. 739. b
7, 22. Homo interior. 910. a
8, 16. Abba. V. Abba.
8, 20. Expectatio creatur. 916. a
8, 34. Intercedit pro nobis. 213. b
8, 35. Nihil separabit. 159. b
10, 4. Finis legis Christus. 644. b
11, 7. Reliqui occalluêre. 724. a
11, 16. Primitiæ. 865. a
12, 2. Probate voluntat. 866. b
12, 17. Providete. 434. b
Pacem cum omnib. 793. b
16, 20. Conteret Satanam. 317. b

I. Ad Corinth.

2, 14. Animalis homo. 46. a
5. Azymi sincer. 90. a. 828. a
7, 21. Libertas. 544. a
10, 2. In Mosen baptisati. 644. b
10, 4. Christi conversatio. 184. b
10, 22. Qui stat, videat. 53. a
11, 7. Capilli muliebres. 663. a. 229. a
11, 28. Probet se homo. 667. a
12, 3. Anathema. 301. b
13, 3. Charitas, &c. 171. a
15, 9. Non dignus. 226.
15, 23. Primitiæ Christus. 865. a.
15, 26. Mors hostis. 646. b
15, 44. Resurget corpus. 46. a

II. Ad Corinth.

3, 4. Atramentum. 68. b
3, 14. Velum Mosis. 645. a
5, 14. Charitas Christi. 158. a
7, 5. Pugna, timor. 881. a

Ad Galatas.

4. Parvuli. 779. b
4, 19. Parturio. 779. a
5. Ambulare spiritu. 733. a
Crucifigunt carnem. 240. a. 851. b
6. Crucifixus mundo. 673. b

Ad Ephesios.

2, 19. 538. b
3, 17. Radicati. 889. b
3, 19. Plenitudo Dei. 841. b
4. Virum perfectum: V. Ætas. §. 83.
4, 19. Insensati. 716. a
5, 3. Fornicatio. 705. b
5, 14. Surge. 708. a
5, 18. Plenum fieri spiritu. 841. b
6, 10. Fortes in Domino. 921. b

Ad Philippenses.

1, 15. Communio in Evangelio. 230. b

1, 23. Esse cum Christo. 306. a. 340. a. 647. a.
3, 19. Deus venter. 93. a. 475. b. seq.
Confusio. 420. b

Colossens.

1, 13. Regnum. 903. a.
1, 16. Throni, dominat. 145
2, 11. Circumcis. 100. b
3, 1. Quæ sursum. 69. b
Induite viscera. 58. b

I. Ad Thessalonicens.

4, 10. Sanctificatio. 144. b
4, 13. Gentes. 655. b
Dormire. 714. a
4, 16. Dies illa. 403. b

II. Ad Thessalonicens.

2. Tanquam Deus. 771. b. 772. a
2, 14. 706. a

I. Ad Timotheum.

1, 8. Finis præcepti. 170. a
4, 8. Exercitatio. 347. b
6, 4. Novitas vocum. 707. a
6. Laquei divitum. 70. a

II. Ad Timotheum.

1, 6. Excita gratiam. 917. b
2, 17. Gangræna. 421. b
4. Corona iustitiæ. 156. a

Ad Titum.

1. Turpi lucri. 121. a

I. Petri.

1. Spes viva. 900. b
1. Castimonia animæ. 44. a
2, 5. Lapides rivi. 524. a
2. In hoc positi. 859. a
2. Peregrini. 819. b
2. Episcopus animarum. 212. b
3, 7. Vas infirmum. 664. a
3, 19. Quis nocebit? 700. b
4, 19. Commendent animas. 44. a
5. Leo rugiens. 297. a

II. Petri.

1, 9. Cœca vita. 128. b.

Ad Hebræos.

2, 14. Mortis imperium. 647. a
6, 6. Crucifigunt. 92. a
10, 29. 52. a
11. Civitate cœli. 70. b
12, 15. Radix. 890. a

Jacobi.

1, 22. Paralogismi. 774. b
1, 25. Lex libertatis. 341. b
1, 27. Immaculatum à mundo. 672. b
2, 10. Peccat in omnib. 804. a. b
5, 14. Unctio. 643. a

Apocalypsis.

1, 13. Cinctus mammillas. 216. b. 578. b
1, 15. Aquæ multæ. 55. b
2, 17. Scribam. 216. b
2, 17. Manna occultum. V. Manna.
Nomen novum. 703. b
3, 1. Scio opera. 704. b
3, 18. Collyrium. 181. b. 217. b
3, 20. Pulso ad ostium. 882. b
4, 6. Vitreum mare. 101. b
6, 5. Equi nigri. 697. b
6, 16. Montes tegentes nos. 200. a
7, 14. Laverunt vestes. 589. b
8, 1. Hora. 436. a
8, 11. Absinthium. 421. a
9, 7. Coronæ locustarum. 127. Amicus.
13, 11. Agnus loquens. 421. a
13, 19. Bestiæ numerus. 711. a
14, 13. Mortui in Domino. 662. b
15, 2. Mare vitreum. 101. b
16, 15. Nudus non sis. 710. b
17, 5. Mysterium Babylonis. 681. a
21, 12. Portæ duodecim. 57. a
21, 16. Quadrata urbs. 886. b
22, 1. 2. Fluvius aquæ. 216. a
22, 15. Radix Davidis. 180. a

INDEX RERUM.

Aaron quid notet. vid. Aaron. Christus. 216. a. exemplum infirmitatis. v. Aaron, n. 2. virga. 184. b.
Abba quid? v. s. l.
Abaddon. 296.
Abbas: batis Fuldensis contentio & ambitio. n. 116. sub fin. cujusdam famulus fit Cæsar. 361. a.
Abderitæ. 676. b.
Abel, exauditus. v. Abel, n. 1. typus. 191. b. 321. b. gratus 191. b.
Abeliani hæretici. v. s. l.
Abiathar. 348. a.
Ablegus. v. s. l. 296. a.
Abies, typus piorum. 163. b.
Abigail exemplar charitatis. 162. a. 352. b. 666. b.
Abjuratio Satanæ 102. b. malorum. 302. a.
Ablactati. v. Fides. v. Infirmitas.
Ablatum restituendum. v. Restitutio.
Ablutio peccatorum non fit martyrio. 589. b.
Abnegatio nostri. v. Tit. Ambitio: §. Dehort. Satanæ 608. a. Christi. vid. Petrus. Mundo. 672. b.
Abominatio. v. s. l.
Avaritia. Injustitia, n. 11. hac voce. Item 832. a. b.
Absalom. 70. a.
Abortus. v. s. l. non procurandus. 429. a.
Abraham. v. s. l.
humilitas ejus. 226. a.
vera fides. v. Abraham. §. Fidelis verè, lucta ejus §. Actum, Deus illius. 178. b. 282. b.
Abrenunciatio Satanæ. 102. a.
Absalom: avari. 308. b.
ejus cœna. 221.
Absinthium. 421. a.
Absolutio absoluti. 616. b. v. *Calculus*. absolutum decretum. 318. a.
Abstemii. 320. b.
Abstergere lachrymas. 520. b.
Abstinentia. v. Temperantia.
à generosis vinis. 143. c. b.
fabis. 351. a. cibis. 833. a.
concupiscentiis. 278. b.
Abusus. v. s. l.
bonorum Ecclesiasticor. 122. b.
Ceremoniarum. 155. c. b.
donorum divinorum. 71. a. 315. b.
initii anni. 186. b.
intellectus, n. 20. hac voce.
linguæ. 139. b. c.
nominis divini. 69. b.
Abyssus §. 86. tit. Affectus. octuplex. §. 22. miseriæ. 802. b.
maris. 223. b.
Academia vitæ humanæ. 248. b.
accendo, accensio. 156. iræ Dei.
acedia. v. suo loco, v. Pruina. v. 829. b.
acerra cor hominis. 223. a.
acetum Christo datum 197. b.
Accretio spiritualis. 273. a. b.
accusatio. v. s. l. avari. 73. a.
Christi 195. a.
Diaboli activa. 292. b.
accusatori quando credendum. 318. b.
accusati. v. *Calculus*. v. accusatio. s. l.
Achab, quid moneat. 334. a.
Achan. v. s. l.
Achazi historia. v. Achatz.
Acies peccati. 609. b. mortis. Satanæ. d. l.
Acra mons. 641. a.
actio hominis læditur avaritia. Vid. Tit. Ambitio, n. 112.
Actorides fratres. 246. b.
actus columbarum. v. columba, n. 228. a.
libidinosi. v. *Libido* 146. b.
charitatis plures. 165. b.
Aculei apum. v. Apes.
Adam. v. s. l.
Christus d. l. & 180. a.
Peccata. §. 41. hac voce.
Lapsus. 663. b. 805. a.
exercitium. 149. b.
ambitio. 353. b.
somnus. 201. b.
Adamas durus. 716. 788. a.
Adamitæ nudi. v. Adamitæ.
Adalbertus mirus Doctor. v. s. l.
Adeps. v. s. l.
Adhortatio. 298. a.
Adiaphora quæ? v. s. l.
cessatio eorum. 154. a.
non sunt necessaria. 154. a.
adulterata aliquando. 155. b.
Adjuratio. v. s. l.
Adjutorium. 667. a.
Admissionalis. v. Mediator.
Admonitio. v. s. l.
Adolphus Geldriæ Dux. 541. b.
Adoptatio in quo constituta. 73. b.
arma olim dabantur adoptatis. v. Adoptio. num. 7.
charisma adoptionis. 100. b.
Adonibezech Tyrannus. 221. b.
Adoratio arborum. 770. a.
non competit angelis. 37. a. §. non est crux. v. crux. Sancti. v. Sanctus. non montibus. 553. b.
Adrastus homicida. 348. a.
Adrianus C. humanissimus. 439. a. impatiens. 787. a.
Advena, virtutes ejus, requisita. §. 56.

advenas mactabant Scythæ. 674. b. Dianæ.
Adventus Christi. 177. b. Secundus: Ibidem. primus d. l. 180. b. dicitur ignis. 500. b. lampas. 523. a. ignis. 493. b.
Adulatio. v. f. l.
cognatorum. 224. a.
medici. 596. b.
Adulteria. 145. a. 146. b.
spirituale. 73. b. 172. d.
Adunari cor. 268. a.
Advocatus, Satanæ. 134. b. ut tractet clientes. §. 67. hoc Titul.
Advocata apud Irenæum quæ? 584. b.
Ædificatio, ædificium, Catechismi. 150. b.
Ecclesiæ. 216. a.
aliorum. 138. b.
huic inservientia. 153. a.
ceremoniæ. 152. b.
Ædiles olim ad temperantiam hortabantur. 95. b.
Æger, ægri, spiritualiter. 73. b. 847. b.
avari. 73. b.
peccatores. 150. b.
physicè ægroti olim sustentati è bonis Ecclesiæ. 122. a.
Sunt visitandi. 166. b.
Ægyptus, Ægyptii, animalia pro Diis habebant. v. Abominatio, n. 3. §. 78.
pueros circumcidebant anno ætatis 14. 219. b.
homines immolabant. vide Abraham. §. Philo.
quales domos incoluerint. 75. b.
mortuos consulebant. 306. b.
colunt crocodilum. 680. b.
morte suorum lætati. 650. b.
caput mortui convivis ostenderunt. 653. a. 655. a.
in conviviis peccabant. 267. a.
discordiâ perierunt. 234. b.
currus eorum visi in mari. §. 78. Tit. Ægyptus.
fons apud eos. v. Fons. 60. b.
corpora defunctorum asservarunt. 201. b.
Sapphirum de collo Judicis & Sacerdotis suspenderunt. 571. a.
Justitiam sine capite pinxerunt. 569. b.
Musicam prohibuerunt. 678. b.
bovis capiti omnia peccata imputabant. 674. b.
Ælius Pertinax, meretricis filius. 686. b.
Ælia olim Jerusalem. 488. a.
Æmulatio quæ? 130. b.
Æneas patrem flammis eripuit. 541. b.
Sylvius de mendac. 602. a.
Æneum altare. Tit. Æs. §. 8. n. 4.
Æneus serpens. 203. b. cœlum. §. 82.
Æquivocatio. Ejus exempla. 446. a.
Æquus animus: eô cantandum. 137. b.
Aër, cœlum. 129. a. venenatus. 641. b.
affectus nostri inquieti. v. Affectus. divinatio. 306. b.
Æs Corinth. 269. b.
Æs, ministri. 621. b.
Æschines Rempubl. rabioso cani assimilabat. 566. a.
Ærugo cordis. 717. a.
Æsculapius cœlum petens, de cœlo tactus. 209. (a.
Æsculus arbor. 444. b.
Æsopus. v. Sacci.
Æstimatio & honos. 220. b.
Æstas Judicii extremi. 500. b.
Æstus solis. v. Fames. Crucis. v. Tribulatio. Sylvas accendit. v. sylvæ.
maris. 223. b.
Ætas. v. f. l. se nescit. §. 83. perfectio ætatum apud Christianos. §. 84. Tit. Ætas.
Æterna vita. v. vita. v. Claritas. æternitas Dei. v. Deus.
Æthiopum filii. 699. 700. a. quomodo mortem per lictores nuncient. 652. a.
Affectus boni, mali. 577. a.
producunt cogitationes. 222. b. a.
Sunt aditus mentis. §. 86.
Sunt abyssus. d. l. arx. d. l.
gradus, per quos ambulamus. 117. Tit. ambulatio.
turbantur ambitione. §. 112.
oculos lædunt. 128. b.
Sunt corrigendi. 138. b. inordinati. 338. b.
odii Diaboli. v. Diabolus.
Euripus affectuum. 714. a.
Affectio animæ. v. Anima.
afflictio. v. Tribulatio cordis. 855. a.
Cananææ. 136. a.
piorum: ejus imago columba. 227. b.
diei. 299. b.
Agapetus sese cognoscens. 226. a.
Agar, quæ fuerit. 892. b.
Agathense Concilium. v. *Concilium.*
Agathocles humilis. 441. a.
Ager maledictus. v. Ager. boni. 321. b.
Ecclesia N. Testamenti, hac voc. n. 4.
Animæ. 44. a.
mundi, est ager sangvinis. v. Ager. depopulatio agrorum. 109. a.
cordis, non subactus. 222. b. Ecclesiæ 321. b.
agri donati Ecclesiæ. 120. b.
Agesilaus claudus. 271. a. bellaria respuit. 558. b.
de civibus Spartanis judicium. 676. b.
Agger cogitationum. 224. a.
Agilis, es esse debemus. 159. a.
Agis innocens Rex. 477. a.
Agnes. 666. b.
Agneta divinitus conservata. 37. a.
Agnitio sui ipsius. 440. a. peccati. 802. a.
Agnus Paschalis. 181. b. 208. a.
loquens, ut Draco. 421. a.
Ago circumspectè. 877. b.
Agonisantium tentationes. 660. a.
Agonothetes Deus pater. v. Agon.
Agricola. 612. b.
Agricultura.
Eleemosynæ 332. a.
Ecclesiæ. 321. b.
Agrippinæ matris Neronis votum: occidat (filius) modò imperet. §. 112. tit. Ambulatio.
Ahasverus. Ejus cœna 221. b.
Ahena Levitica. 99. b.
Ajax furiosus factus ex ambitione. §. 112. Tit. Ambitio.

ejus scutum septuplex. 221. a. se præ irâ occidit. 484. b.
Ala, conjugium. 248. b.
Alanus de Rupe autor rosariorum. 924. b.
Alæ Dei. 291. b.
Cherubim. 149. Tit. Angelus. Hominis multiplices, devotionis, desiderii. 120.
Tit. Ambulatio. Ineptæ. §. 97.
arithmetica, homini instar alæ est. v. Arithmetica.
Alacritas. 603. b.
Albæ vestes. v. vestes.
Alcestis resuscitatio. 915. b.
Alcibiades fugit judicium. 196. a.
exul factus. 358. b.
Christian. jejunat. 453. a.
Alcinoi horti. 436. b.
Alcon sagittarius petitus. 267. b.
Alcoran. v. s. l. a. 637. b.
Alea. v. s. l. inventa. d. l. 553. b.
Alcmæon matricida. 542. a.
Alexander M. affectus ejus erga Persas. 182. b.
liberalis. 285. b.
convivator. 320. a.
dedit bona subditis. 182. a.
Deus fictus. 85. b.
per nives reptavit. 184. a.
mensâ Darii pro scabello usus est. 107. b.
avarus. 71. a.
corporis defectus. 271. a.
medium contra serpentes. 290. a.
historiæ lectio sanat Alphonsum. 340. b.
inhumat Bucephalum. 356. a.
nuptias celebrat. 231. a.
vestes mutat. 182. b.
Invidus. 479. a.
amicis dedit vectigalia. 570. b.
Alexandri Severi pœna in calumniatores. 133. a.
Alex. M. sententia de Justit. 515. a.
clementia. 570. a.
prudentia in eligendo. 564. a.
occid. Clitum. 428. b.
Homeri lector. 528. b. increpat militem. 704. b.
cingit castra igne. 676. b.
Alex. Severus gaudet super morte. 590. b.
Alexander Papa imaginem Friderici Barbarossæ Turcico Cæsari prodidit. 574. a.
Papa VI. veneno periit. 659. b.
Alexander M. ut Deus cultus. 646. a.
ictus sagittâ. 643.
præparat se ad pugnam. 608. b.
Alexander faber, malus. 345. a.
Alexandria, æ, ibi circulator. 173.
Alienus cibus. v. cibus.
Alligatio cordis. 268. b.
Allium, copia ejus. 520. b.
Alphonsi nuptiæ, factæ filiæ. 181. b.
lectio Biblica. 340. b.
Satanus. d. l. equor. comitatum aversatus. 336. a.
laborat manibus. 518. a.
Ejus honor filialis. 541. b.
magnitudo. 570. a.
recognitio oneris gerendi Rempub. 566. b.
S. literarum studiosus. 528. b.
domans iræ. 485.
Altare æneum. §. 80. Tit. Æs. Cor. n. 2. Tit. Altare.
crudelitatis. §. 103. n. 1.
gratitud. 895. b.
Sparsum sangvine. 199. b.
novum sacrificii Christi. 217. b.
è terrâ factum. 174. b. 736. a.
lapideum. 102.
derasio altarium. v. §. Donatistis. v. Altare.
Sepultura sub iis. 590. a.
Altera vita. v. Vita.
Altissimus. 281. b.
Ambarvalia. 867. b.
Ambitio. v. s. l. §. 112. & 353. b. 771. b.
Ambros. de S. Agnetâ. 37. a.
solitudine. 337. a. ira. 485. b.
morit. 649. a.
excommunic. Theodosium. 345. a.
Ambulo, are dignè Deo. 122. 224. b.
Requisita. v. Ambulo. 877. a.
Christi ambulatio. 190. a.
via nostræ ambulationis. §. 117.
in spiritu. 733. a.
hominis, in tenebris. 127. b.
in dilectione. 165. b.
Amarulentia. v. s. l.
Amarus, amara omnia, quomodo dulcescant. 199. b.
Amalek. v. s. l. Satan. 296. a.
Amasis Rex Ægypti exegit rationem vitæ à subditis. 493. a.
Amen. 124.
balbuties nostra. 125.
fulcrum fiduciæ. 125.
Amianthus lapis. 148. v. Castitas.
Amicus Dei Abraham. v. Abraham. Amica. v. Ecclesia.
Amicitia cordis. 268. b.
mundi. v. mundus.
Amicitiæ præstantia. 133.
fugacitas. 127.
v. Hirundo. Virtutes amicorum. 129.
conjugalis amicitiæ tria fulcra. 585. b.
Amicitiæ & dilectionis funis. 142. b.
Amicus, ei dandum. 330. b.
convivia. v. convivia. Conf. 127.
constans in malis. 126.
Amissa. v. Restitutio.
Amissio gratiæ Dei. 144. a.
nominis Christiani. 133. a.
Amissio membror. v. Membra. Memoriæ. v. Memoria. 600. a.
Alex. M. dormiens argenteam pilam tenuit. 371. a.
Darii voluptates carpit. 558. b.
mundo uno contentus non fuit. 740. b.
Alexander III. Scotiæ Rex. 766. a.
Amo, mare, amandus corrector. 272. a.
Amor Dei. v. Charitas Dei, Hominum vanus. 165. a.
Dei. 224. b.
proximi. Ibid. unde? 225. b.

naturalis, extingvitur. §. 112. v. Ambitio.
mercenarius. 246. a.
mundi illicitus. 171. a.
varius. 165. a.
impurus. 143. b.
verus: ejus indicia. 141. a.
Sapientiæ humanæ, est carnalis. 79. b.
divinæ sapientiæ, sive verbi Dei. 79. b.
gradus amoris. 666. a.
partes amoris. 135. vid. Arrogantia. Christi amor. 160. b. 280. b.
calumniæ, malus. 134. a.
voluptatis. 164. b.
proximi amor. v. Proximus.
conjugum. 246. b. seq.
Amor mercenarius vetitus. 246. a.
Amplexus. 144. b.
Ampulla gloriæ humanæ. 406.
Amputatio genitalium partium. 143. b.
Amuletum. v. f. l.
vitiorum. v. Admonitio.
verbi Dei. 136.
Amyclæ pereunt. 652. a.
Anabaptistæ, horum congressus. 147. b.
tumulus. 137.
Anacharsis de navigantibus. 692. a.
Anacletus PP. 758. a.
Anachoretæ unde dicti? 336. b.
Analysis mors. 646. b.
Anathema, multa notat. 138.
digni anathemate. 124. a. id noluit Christo dicere Polycarpus. 301. b.
Anaxarchus Philosophus hostis adulationis. 85. a.
de pluribus mundis, patientia. 786. a.
Anchora fidei. 387. a. 124.
charitatis. 170. a.
sistens navem. 139.
Andreas. v. f. l. 141.
Rex Ungariæ. v. Ungari.
Angelus: vox ambigua. 143. 296. a.
quid? 144. a.
Angeli: non creant animas. 39. b.
§. non angeli. non adorandi. 37. a.
canunt. 136. b.
Seraphim. 144. a.
fugantur. 76. b.
equi albi. 336. a.
celeres sunt in agendo. v. Ala.
tuentur nos. 149. a.
ignis sunt. 456. b.
messores. 501. a.
modulantur. 136. b.
quos imitemur. 137. a.
gaudent de pœnitentia. 156. b.
ordines eorum. 37. b.
missio. 147.
nuncii. 711. a.
commilitones. Ibid.
natura angelorum. 273. a.
his mandat Clemens Papa. 146.
ab iisne expectandum cingulum? 143. b.
domicilia. 829. a.
Angularis lapis. v. Lapis.
Angves. v. Syria.
Angustia: in ea constituti clamamus. 220. b.
angustiæ mare. 582. a.
Angeronia Dea. 783. b.
Animalia grata. 409. b.
immunda. 798. a.
Anima. 39. Ejus nobilitas. 700. a.
damna. 798. b.
ancilla. 852. a.
cur juncta corpori. 40. b.
charitatis. 170. b.
cunæ ejus. 200. a.
ergastulum. 44. b.
non creatur ab angelis. 38. b.
non angeli immortalis. 41. b.
§. Contra. finis. 162. a.
defectibus laborans. 350. b.
similitudo creaturarum. 43. a.
cerea. 43. b.
hortus Dei. 436. b.
casta. 149. a.
facultas ejus. 40. a.
felix est. 225. b.
domus ejus. 270. a.
vulneratur. 279. a.
cruciatur. 223. a.
sitit. 279. a.
exhilaratur. 138. b.
judicatur. 651. a.
occiditur mala cogitatione. 222. b. 43. b.
commovetur. 138. b.
transmigrans. 45. b. v. Paradisus.
videt post mortem. 42. b.
non dormit. Incommoda animæ.
Superba est. v. Agar.
ex corpore transmigrat. 42. b.
peccatrix est Hagar. v. Hagar.
excellentia animæ. 42. b.
est ager. 44. a.
medela animæ. 595. b.
affectiones respectu Dei. 416. 42. a.
apparitiones. v. Apparitio. 44. 45.
adulterium animæ. v. Adulterium. Curanda diligenter. 43. a.
Anna Anglorum Regina. 649. a.
Antonius Picens impostor. 189. a.
ficte jejunat. ibid.
abbas calathos texuit. 743. a.
Antiochus iracundus. 484. a. egit gratias Deo, dempta sibi imperii parte. 566. b.
Antiochus arcem struxit in Acra. 663. a.
Anathemata R. Pontificum. 436. b.
Angvis, Hieroglyphicum Magistratus. 569. a.
Animalia proprie dicta: commoda præstant hominib. 46. a.
clamant. 220. b.
fidelia sunt. 170. b.
cognoscunt. 227. b.
cicurantur. 46. b.
parva nocent. 701. a.
mystica. 46. a.
immunda. 151. b.
docent veritatem. 46. b.
venenata cur creata. 273. a.
Idololatrice usurpata. vid. Abominatio. n. 3.

revelant homicidia. 431. a.
moraliter. §. 64. Tit. Adulatio. per ea punit Deus. 46. a. b.
Annatæ, unde natæ? 121. a.
Annuli aurei notant charitatem. 169. a.
datus annulus fine gemma. 65. a. S. Catharinæ. 47. a.
Annus: initium ejus à circumcisione. 186. b.
officia novo anno præstanda. 47. b.
Antichristus. v. f. l. 47. b.
vox ambigua. 48. a.
impii. 831. b.
serpens. 50. a.
mater illius. 48. b.
nox. 48. a. b.
signa. 49. a.
vitia. d. l.
confusio regni. 91. b.
Synagoga. 91. b.
tempus, locus. 50. a. b.
miracula. 627. b.
revelatio. 498. a. 919. a.
Antigonus diadema vocavit molestias & onera. 566. a. b.
Antiquitas Catechismi. 173. a.
non semper indicat verum. 50. a. b.
serpens antiquus. 296. a.
ficta Roman. 326. b.
Antiochi Gryphi erga fratrem dilectio. 165. a.
Antiochia nomen dedit Christianis. 173. a.
concussa motu terræ. 687. a.
Antiphanes de lucri cupidis. 604. a.
Antipas. v. d. l. Martyr.
Antipater albus. 444. b.
Antisthenes non vult laudari. 575. a. 527. a.
Rempublicam comparat igni. 565. b.
Antonius, Monachus Eremita. 337. a.
Episcopus Arianus sævus in Theodoretum orthodox. 748. a.
Antoninus Pius lapidatus noluit ulcisci injuriam. 895. a.
Anxietas cordis. 268. b.
Appellatio ad Papam vetita. 774. a.
Apelles dixit: nulla dies sine lineâ. 518. a. 830. b.
Aperio. v. f. l.
Aperti cœli. 210. a.
Apertio capitum. v. Nomen Jesu.
Apis, unde mel colligat. 922. b.
apes dedit Christus. 175. b.
tria officia. 518. a.
qui huic similes. 134. b. 148. b. 167. b. 621. b.
Apollinaris error. 339. b.
Ejus scripta à Juliano lecta. 502. b.
Apologia Justini martyris. v. Accusatio. §. Justinus.
Apophthegma. v. Johannes.
Apostasia. v. f. l.
Apostatæ blasphemi. 115. b.
quomodo tractandi. 53. b. 54. a.
exempl. 884. b.
Apostoli, vide 54. non in delitiis vixerunt. 783. b.
errant de Christo. 217. b.
vincula passi. 141. a.
calumnias. 134. a. 821. b.
traditæ leges. 152. b.
imitandi. 463. a.
veri, olim Judices. 493. b.
rivi. 929. a.
falsi. 58. a.
cur sic dicti? d. l.
Ibid. varia nomina eorum. conf. 314. a.
impediti. 54. b.
Orphani. 759. b.
Apostolici, hæretici. 59. a. 860. b.
Aprilis unde dictus. 603. a.
Appa, casta. 148. b.
filia Ducis Gihulfi.
Aprosopolepsia. 619. a.
Apoplexia. 790. a.
Apparitio Angelorum. 38.
non petenda. d. l.
Christi. 206. 207.
animarum falsa. 44. b. 45. a. 918. b.
Satanæ. 294. b. Dei gloriosa. 708. a. seq.
Appetitus inexplebilis. 74. a.
potus & cibi immodic. 219. a.
Apponere cor divitiis. v. Divitias. 69. a.
Arundo. v. Baculus.
Aqua, æ, misericordiam prædicant. 60. a.
à Deo creatæ. 59. b.
sursum scandunt. 60. b.
avaritiæ. 74. a.
baptismi. 99.
benedicta. 148. b. 61.
charitatis. 168. b.
passionis Christi. 191. b.
lateris Christi. 200. b. 201.
diluvii. 144. a.
divitiarum. 77. a.
ministerii. 59. b.
aqua viva. 281. a.
ejus sitis. 61. a.
limpidæ §. 33. Tit. Acedia.
schola bonitatis Dei. 60. b. 59. a.
amara aqua. §. 108.
lustralis. 59. b.
disparens. 98. a.
mutatio ejus triplex. 61. a.
data Xerxi, liberaliter pensata. 331. a.
medens sterilitati mulierum. 690. b.
meditationis aqua. 598. a.
suffocatus aquis. 659. a.
aquæ divisio. 546. b.
aqua expiabat omnia apud Gentiles. 675. a.
Aquarii hæretici. 244. a.
Aquila Johannes. 441. b.
Christus. vid. Christus.
occidit cervum. 293. a.
aquila Ecclesia. 322. b.
Aquilæ, Apostoli. 61. b.
Sancti. 126. b.
aquilis avari similes. 74. a.
Aquilo. 922. b.
Arma contra avaros. 77. a.

Ara, æ, erecta ab Augusto. 186. a.
Gentilium, quid præstiterint. d. l.
ad eum bos ductus. v. Bos.
Arabia pars Epha. 334. b.
Arabs Mahumeth : è bubulco Rex. 361. a.
Arabici negabant immortalitatem animarum. 41. §. Contra.
Arabes sævi. 674. b.
Aranea. v. Hypocrita. 62. a. v. 72. a.
divitiæ. 62. b.
venenata. 421. a.
inutilis. 442. b.
Aratrum Legis. 321.
Arbor scientiæ boni & mali. 62. a. 149. b.
sudoris Christi. 194. a.
vitæ. 546. b.
folia habens, non fructus. Tit. Adulatio. Effecta adulat. §. 61. 62.
mala. 802. a.
vitæ. 149. b.
Idololatriæ. 63. a.
bona. 829. a.
charitatis. 168. b.
sterilis. 103. a.
ferens nucem myristicam. 185. a.
quando fructum ferat. 274. a.
Eccl. arbor. 437. a.
accidentia varia arboris. 63. a.
amputatio. 62. b.
durities. 717. a.
ariditas. v. s. l.
vacua arbor. 63. a.
mirabilis arbor Lotus. v. Lotus. 175. b.
flores arboris bonæ. 62. b.
bonæ pii, malæ impii. 501. a.
aridum cor. 64. a.
arbores frondosæ, Dianæ olim consecratæ. 553. b.
Arca Noæ notat charitatem. 169. a.
quid in eâ fecerit Noa. 701. b.
Domini olim erat in delitiis. 162. b.
typus Ecclesiæ. 322. b.
conscientiæ. 251. a.
in Jordan posita. 188. b.
Dei facies. 352. velum. v. velum.
Arcus, dolus. 63. b.
quid notet in S. literis. 486. a.
Areopagiticum Judicium severissimum. v. Athenæ. Conf. 431. b.
Argentum scoria. 699. b.
Aromata tria linguæ. 548. a.
Aristobulus fratricida. 551. b.
Area Ecclesia. 322. 63. b.
Arena, cupiditas. v. Arena, suo loco. vid. Arcus.
Areo, ariditas. spiritualis. 64. a.
Architecti Ecclesiæ. 332. b. 620. b.
Archangelus quis? 453. b.
Arcus. 442. b.
Argyrus. C. liberalis. 568. a.
Aries, qui similes arietibus. 134. b.
Aristides exul. 348. a.
tolerans. 476. b.
Aristippus animam diligenter curavit. 43. a.
Aristoteles à tergo concupiscentias jubet contemplandas esse. 236. b.
suggerit Antidoton iræ. 485. b.
Arithmetica. v. s. l.
Arius blasphemus. 115. a. 551. b. 665. b.
ei addicti non dicebantur Christiani. 173. b.
provocat Athanasium. 418. b.
perit. 508. a.
baptismus Arianus occidit filium Cæsaris Valentis. 97. b.
grex mult. 668. b.
de Ario error Constantini. 304. a.
duxit Philosophos secum. 684. a.
libri condemnati. 546.
Arma. v. militia. Diaboli. 294. a. b.
olim adoptatis data. v. Adoptio.
Aro, as. cor. 267. b.
Arma. v. militia. 608. a.
animalium. 609. b.
Aroma spirituale passionis CHRISTI. 191. b. 205. a.
Arrha nostra, illata cœlo. 210. b.
nominis JESU. 187. a.
Arrogantium complura genera. v. Arrogant. n. 115. 133. 840. a.
Artaxerxis constitutio de mendacibus. 601. b.
Artemisiæ consilium. 570. b.
Articulus resurrectionis. 207. b.
Arturi gladius. 403. a.
Arx affectus hominis. v. Affectus. omnium vitiorum avaritia. 73. b.
dedita ob unum redimendum. 201. a.
Arundo. v. Baculus. v. Eversio regni. 442. a.
Aruspicina. v. Divinatio.
Ascendo, ascensus gravis. 74. a. Spiritualis. 211. a.
Christi. v. Christus. 209. b.
Æsculapii, fulmine repercussi. 209. a.
Mariæ. 45. b. 211. a.
piorum. 292. a.
Aselli omnes homines. 440. a.
asinarii Christiani. 458. b.
Asinus. 134. a.
asini avari. 74. a.
Athanasius, passus calumnias. 192. a. gloriosus. 242. b.
exul. 348. b.
Atheistæ qui? 134. b.
Athletæ Dei. 98. b. 173. a.
sobrii. 68. b.
Attentio auditorum. 80. a.
Attilæ gloriatio. 106. a.
oculi ignei. 211. b.
Augustini votum. 224. a.
error de balneis. 95. b.
sententia de Patribusfamiliâs. 149. b.
de castitate. 143. a.
cantico. 139. a.
ceremoniis. vid. de ceremoniarum multitudine. 155. a.
Atramentarium crucis. 200. a.

legis. 68. b.
peccati. 796. b.
Attractio. v. Funis.
Attributa Dei. v. Deus.
Item Christus incarnatus.
Avaritia, quid? 141. 84. b.
abominatio est. 73. b.
bestia. 74. a.
rotæ ejus. 309.
attributa varia. 73. a.
aucupium Satanæ. 74. a.
arx malorum. 73. b.
cupiditas inexplebilis. 74. a.
ascensus gravis. 74. a.
effecta plura. 69. a. b.
consumit hominem. 62. b.
blasphemare facit. 70. b.
avari ægroti. 73. b.
muli. 669. a.
asini. 74. a.
bona eorum fugitiva. 74. a.
quales sunt, vide pag. 69. 70. 71. seq. 80. 84. 268. b. 275. b. 303. 304. 309. 74. b. 76. b. currus. 275. a. 73. a. 76. b. 78. b. 82. b. 85. b. 302. b.
aucupium Satanæ, avaritia. 74. a.
ejus hamus. d. l. b.
ventus. 76. b.
Auditor. v. s. l.
auditus. 79. a.
audientes Deum cognoscunt. 224. b.
vitia auditorum. 79. a.
non audiendæ blasphemiæ. 86. b.
Augustus filios degeneres carcinomata vocavit. 541. a.
Senatores ante consessum, ad pietatem excitavit. 567. a.
humanus fuit. 570. b.
maledicentiam expertus. 547. b.
Avia colenda. 542. a.
Auceps Diabolus. 296. b.
Auditor candelabrum. 80. b.
obediens sit. 79. b. 82. a. 78. 79. 80. 81.
v. Auditor. s. l. 82. 83. 268.
Avis. Carnivoræ cui similes. 134. b. 74. a.
conf. 83. b. 296. b.
creatæ. 83. b.
aves produnt homicidium. 430. b.
Avicennæ sententia de semine. 144. b.
Aula, aulicus. 84. b.
calumniæ. 85. a.
membra Ecclesiæ. 326. a.
insidiæ. 86. a.
mutabilitas. 85. b.
Aves pictæ super thronum regium. 309. b.
Avis mœrore se conficiens. 846. b.
Nidus avium. v. Nidus.
Aureolæ quæ? 86. a.
aureum vellus. v. vellus.
Auriga Satanæ. 74. b.
Auris, es.
circumcidere. 220. a.
obturare ad blasphemias. 118. a.
incircumcisis auribus esse. 220. a. 715. a.
auribus non audire. 86. b.
sunt bilances. 545. a.
Aurum metallum, res vilissima. 73. b.
Christo oblatum. 188. a.
charitatis. 168. b. vitæ æternæ.
Deitatis Christi. §. 106. Tit. altar.
sangvinis pretiosi. 201. a.
fidei. 88. a.
auro non inserviendum. 73. a.
relinquendum. 120. b.
Aurelianus, infimis ortus natalibus. 686. b.
Assiduitas officii. §. 80. n. 3.
onera Reipublicæ. 566. b.
Asperitas. 580. b.
Aspis, huic similes. 134. b.
Astutia in calumniis. 132. a.
Asylum. a. rejecta. 68. a. b.
v. Pausanias.
verum Christus est. 68. d. l. 702. b.
Asmodæus. 296. a.
Aspersio. 218. b.
Aspides. 421. a.
Aspiratio ad Deum. 281. b.
Aspis aures in terram defodit. 308. b. 768. a.
Assyrii supplicantes. 754. a.
Astrologica divinatio. 306. b.
astrorum conjunctio. 355. a.
Astrologus. v. Atlas. 645. a.
Athenæ, domicilium artium. 68. b.
ibid. judicium. d. l. & 569. a.
hostiæ humanæ. 674. b.
Athenodori consilium de ira. 485. b.
Athias amans equos. 679. a.
Atys, filius Crœsi. 541. b.
Augurium. 306. b.
Augustin. errans tredecim annis. 339. a.
de Trinit. 283. a.
corvis. 272.
decimis. 278. a.
Baal. 90. b.
gratitudine Deo debitâ. 410. a.
Aurelii milites. 106. a.
Aurichalchum. 86. b.
Aurora. 87. h. v. *Pœnitentia.*
gratia Dei. 86. b. seq.
resurrectionis. 87. b.
vitæ humanæ. 87. b.
Aurum ductile. 624. b.
quid? 613. a.
verbi prædicati. 427. a.
Mitæ votum de auro. 437. b.
aurum spretum à M. Curtio. 571. a.
auro similes ministri. 621. b.
Astrum cordis. 267. b.
Astutia Satanæ. 294. b. hæreticorum. 419. a.
Athenienses. 659. b.
Atlas. 645. a.
Atlantici populi in solem blasphemi. 721. b.
Ave Maria. 584. b. 757. a.
Augustin. de Justitia. 604. a.
apophthegm. 649. a. 432. a.
de Dei justitia in malis. 715. a.
de meritis. 605. a.

Augustus Cæsar mansuetus. 580. b.
unde dictus? 603. a.
cupit planctum. 665. a.
dolet ob cladem Q. Vari. 849. b.
Auscultare quibus debeas. 133. b.
Auster, Christus. 187. a.
Austeritas. 439. a.
Autoritas hymnorum Ecclesiasticorum. 137. b.
doctrinæ. 189. b.
Scripturæ. v. Verbum Dei. Magistratus. v. Magistratus. Divini Ministerii. 621. a.
Autocheiriæ, in Circumcellionibus, Donatisticis. 218. b. c. 429. a.
Auxilium. v. s. l.
auxiliaris cohors. 227. a.
Dei opportunum. 287. a. 361. b.
externi auxilii subtractio. 288. b.
interni auxilii. 288. b.
auxilii divini suspensio. 717. a.
Axinomantia. 306. b.
Azyma, orum dies. 90. a.

B.

Baalzebub. 677. a.
v. suo loco. conf. 90. b.
de eo Augustin. 90. b.
muscas abigens. 91. ab init. 296. b.
Pegor. v. Pegor. 91. a.
Baal mundus. 90. b.
Baalim. 90. b. vasa. 223. b.
Libare ei. v. Libare.
Babylas martyr. 141. b.
Babylon: in ea turris. 353. b.
captivi Israëlitæ. 109. a. 678. b.
mundus. 91. b. 92. a.
infernus, d. l. Gentes. 91. a.
Synagoga Antichristi. 91. b.
conscientiæ malæ. 91. a.
captivitatis triplicis Judæorum. 109. a.
divitiæ sunt ejus opes. 308. a.
muri Babylon. miraculum. 670. a.
Babylonii confusi, n. 136.
Pinxerunt aves. 309. b.
inimici Israëlis. 475. a.
Rex eorum lucifer. 552. b.
Bacchanalia fugienda. 92. b. 93. a.
Bacchus turpis Deaster. 92. b.
Bactriani hominum cadavera fumo indurant & devorant. 659. b.
Baculus arundineus. 671. a.
portans Christum. 199. a.
verbum Dei. 120.
Satanæ quis? 93. b.
afflictionis, persecut. d. l.
arundineus, ambitio. 115.
occidens, doctrina venenata. 105. a.
Bacul, Apuliæ oppidum fame pressum. 356. a.
Balbuties nostra. 125. est Amen.
Baleares non utuntur nummis. 71. a.
Balneæ. 95. b.
baptismi balneum. d. l.
Balnea distincta olim. 96. a.
Balsamum. 96. a.
Christus d. l. qui ei similes. 148. b.
Sangvinis Christi. 215. a.
Baptismus, quid? v. suo loco. 156. b.
Christi. v. Christus.
baptismus Arianus occidit. 97. b.
aqua. 95. multiplex. v. baptismus.
Bethesda. 114. a.
Barbarorum mores. 104. b.
Barrabas dimissus. 196. b.
Bartholomæus. v. s. l.
Basilicæ conservandæ. 121. b. 120. 122.
Basiliscus. 134. b.
huic qui similes? d. l.
Baculus, panis. 770. b.
verbi. 622. a.
Episcoporum. 94. b.
mundi. 94. b.
moriturorum. 94. b. 95. a.
Philosophorum. 94. b.
Bajulare Evangelium. 227. b.
Balæna. 296. b.
Balneæ, luxuries. 95. a.
cum Judæis. d. l. b.
imagines earum. 96. a.
debilitant corpora. 95.
Balsamum humilitatis. 97. a.
Pœnitentiæ. d. l. a.
misericordiæ. 96. a.
Baltheus quid? 607. b.
Banus Eremita. 337. a.
Baptismus. v. s. l.
ostium cœli. 322. b.
sanat paralyticum. 99. a.
non consistit in Monachismo. 97.
Janua Ecclesiæ. 101. a.
Jordan. d. l.
varii errores. 102. 103. 104.
v. Sanctificatio.
corona olim baptizatis imposita. 102. b.
fons baptismi. 101. a.
mare. 99. a.
unctio. 98. b.
Exorcismus in eo. 350. a.
ritus. 916. a.
lavacrum est. 525. b.
oleum ad lubitum. 731. b.
pelvi figuratus. 817. a.
Barba signum libertatis. 104. a.
Bar-chobab. 879. b.
Bartholomæi sententia de Evangelio. 125. b.
venenum ejus. 195. a.
miraculum in India. 904. b.
Basilides Christum abnegat. 695. a.
Basiliscus. 296. b. 105. a. 50. a.
Basilius Cæsar, Abbatis famulus. 361. a.
Basilius Magnus liberalis in pauperes. 332. a.
Basilii Cæsaris gratitudo. 411. b.
Basilii patris constantia. 589. b.
de psalterio. 879.
Battologia. 833. b.
Baucides qui? 437. b.

Beatus quis verè ſit? 105. a.
Beatorum vitæ. 346. b.
Beatitudo. 290. b.
apud Matthæum deſcripta. 105. b.
amicitiæ cum Deo. 126.
commoda ejusdem. d. l. Ubi quærenda? 105. a
Bechtoldus ſeminator litium inter hæredes. 550. a.
Behemoth. 105. b. 333. b.
Belial. 105. b.
Beliſarius inops. 361. a. 670. b.
Bellarmini ſententia de lege Moſis. 154. b.
Bellaria Ageſilaus renuit. 558. b.
Belluæ indomitæ cogitationes. 222. a.
Bellum inteſtinum. 620. b.
propriè dictum cruentum. 144. a.
ſpirituale quadruplex Chriſtus ſuſtulit. 181. b.
multiplex. 111. a. 105. b.
morale, motor hujus. 134.
Bellum: jus in bello expirat. 67. a.
vaſtatio. 114.
captivatio. 140. b.
quomodo bella ceſſent. 165. a.
orandum in bello. 110. a.
Belli index olim columna. 572. b.
Bellorum præſes Luna. 557. a.
ejus ſimilia. 110. a. b.
cupido. 772. a.
qui bellare poſſunt. 107. a.
diſſolutio per conjugia. 109. b.
ſpirituale. 105. b.
dona bellica. 315. a.
Belli tempore non geſtanda corona. 553. a.
eo victimæ humanæ offerebantur. 674. b.
Belſazer drachma falſa. 317. a.
malum exemplum. 291. a.
ejus cœna. 221. b.
mors. 97. b.
Ben-chariba. 879. b.
Benè nobis, ſine Deo, eſſe non poteſt. 161. b.
Benedictio multiplex. 112. a.
Dei omnia donat. 190. a. 291. a.
eſt à Chriſto. 215. a.
Pontificia conſecratoria quæ? 113. b.
Benedicit Deus Eccleſiæ. 111. b.
Patriarchis benedictionem impetrat fides. 111. b.
Nos benedicere Deo, fas eſt. 66. a.
cibo. 142. a. b.
Benedicti dumetum. v. Dumetum. Caſtigatio carnis. 924. a.
Benedictus reliquit vim auri ingentem. 120. b.
ejus, contra libidinem remedium. 147. b.
humilitatis gradus. 440. b.
Benedicta aqua. v. Aqua.
Beneficentia. 285. b.
Beneficia Chriſti. 306. a.
meditanda. 158. b.
Dei multa. 409. a.
arceant nos à peccato. 160. b.
ſumma ſunt. 161. a.
Chriſti, & incarnationis ejus. 179. a. 215. b.
Beneficentia Patris cœleſtis. 73. a.
Beneficiis homines mulcentur. 439. a.
Beneplacitum Dei. 835. a.
Bernhard. de cogitationib. diffluente corde. 269.
manſveto Chriſto. v. Manſvetudo.
de Dæmone meridiano. 48. a.
Cantu. 139. a.
extingvenda libidine. 148. a.
ſententia: Religio peperit divitias &c. caſtitas. 148. a.
Beſtia, æ. 105. b.
his objecti martyres. 588. b.
dentatæ, his qui ſimiles. 134. b.
inexorabilis eſt avaritia. 74. a.
peccatum. 802. a.
homo. 798. b.
Beſtialitas. 147. a.
Bethel. 333. b.
Betheſda. 114. a. 521. a.
Bethlehem, quid moneat? 184. a.
de eo teſtantur Judæi. 183. b.
Beyerlingi accuſatio vana. 50. b.
Bezaleel Chriſtus. 216. a.
Bias de navigantibus. 692. a.
cognitione noſtri. 226. b.
concupiſcentia. 239. a.
Biblia exuſta. 546.
Bibere & inebriari quid ſit? 114. b.
Bileam magus. 114. b. 494. a.
Biblia. v. Scriptura.
Bilingves qui? 132. a.
Bilances aures. 545. a.
Biothanati. v. Martyres.
Bitumen charitatis. 169. b.
Blandina fidelis non vult jurare per fortunam Cæſaris. 173. b.
Blaſphemia non audienda. 118. a. 86. b.
colloquia. v. colloq. contemptus Dei. 114. b.
eam Apoſtatæ produnt. 115. b.
bella infelicia gerunt blaſphemi. v. Bellum.
blaſphemiæ exemplum. 118. b.
in damnatis. 115. b.
modus blaſphemiæ. 115. a. b.
effectus, dubitatio. 317. b.
atrocitas. 116. b.
deteſtanda. 118. a.
occaſio vitanda. 118. a.
pœna. 118. b.
mors. 117. b.
Boëthius occiſus. 431. a.
Bogoris converſio per picturam Judicii extremi. 461. a.
Boleslaus liberalis erga Eccleſiam. 120. b.
memor fuit priſtini ſtatus. 441. a.
III. Rex geſtat Patris imaginem. 702. b. 826. b.
Bona opera. v. Opera.
Bona, dedit ſubditis Alexander Severus. 182. a.
ſuſtentati olim ægroti è bonis Eccleſiaſticis. 122. a.
conſervata ab Epiſcopo, aucta. 120. a. b.
terrena malis quoque obtingunt. 361. a.
moralia impedit Satan. 292. b.
Bonum ſummum. 105. a.
Boni, defæcantur. 88. a.
iis dandum. 770. b.
mixti malis. 326. a.
Bona cœleſtia quæ? 409. b.
per bona temperanda mala. 577. b.

omnia dat Christus. 182. b.
Ecclesiastica quomodo cumulata. 120. a. b.
non conferenda malis. 123. b. v. Abusus.
mundana, qualia. 172. a.
avarorum, fugitiva. 74. a.
divitum dilapidantur. 144. b.
malè parta. 77. a.
non ob bona facienda sunt mala. 578. a.
Bonitas. 124. a.
Dei. 83. b. 283. b. 218. a. 301. a. 775. a.
in cibo. 218. a.
in Christi sangvine. 201. a.
tres gradus bonitatis. 211. a.
Bonum omissum, meditandum. 222. a.
Bona cogitatio. v. Cogitatio.
Conscientia. v. Conscientia.
Vita. v. Vita.
certamen bonum. v. Certamen.
mores. v. Mores.
Bos instructus ab Adalberto. v. Adalbertus.
coronatus olim ad aram ductus. 196. b.
agnoscit præsepe Domini sui. 227. a.
ei similis homo. 124. b. 125. a.
Judæus, ibid. juvenis imprudens. 125. a.
facies bovis. 124. b.
Bovis capiti peccata imputabant Ægyptii. 674. b.
nigri boves, albi redditi. 690. b.
Brabeutes quis? 156. a.
Brachia Christi sunt alæ. v. Ala. ad nostra charitatis praceptum alligandum. 158. a.
Brachium proximi edere. 125. b.
Brachyologia Catechetica. 150. a.
Brevitas mundi. 172. b.
vitæ. v. vita dierum. 229. a.
Bruchus, i, gulosi. 126. a. militis. d. l.
Brutum homo. 183. b.
Bruti justitia. 491. b.
Bubulcus Rex. 361. a.
Bucella. v. s. l.
Buccina. v. s. l.
Bucephalus sepultus. 356. a.
Bufo apparet Johanni XXII. in concilio. 206. b. 772. a.
Bulla Cœnæ Domini. v. Bulla.
Butyrum datum baptisatis. 102. b.

C.

CAbbala. v. s. l.
Cacodoxiæ non credendum. 154. a.
Cadaver stillans. v. Cadaver. 431. a.
combustio cadaverum. 650. a.
coctio. b.
unctio. 653. a. v. unctio.
aspersio. 650. b.
cadaver peccati. 796. b.
Cæcitas. 127. a. 144. a. 225. b. 271. a. 128. a. 73. a.
ingens. 442. a.
intellectus. 418. b.
Cæcilia convertit sponsum. 663. b.
vox ultima. 649. a.
Cæcilius Agrippa natus mox stetit pedibus. 689. a.
Cædes. 107. a.
est pœna. 144. a.
Cædere virgis. v. Virgæ. v. Henricus II.
Cælestinus Papa. v. Henricus IV.
Cælibatus damnosus. 247. a.
Cæna Julii Cæsaris. 221. b.
Christi. v. Sacramentum.
Cæsar leges præscripsit Ecclesiæ sine Papa. 571. a.
Cajetani error de Abrahamo. v. Abraham. §.
verè fidelis, de amando Deo. 159. a.
de nundinatoribus. Vide 2. Pet. 2, 3. loc.
Cain: ejus simultas. 224. a.
excommunic. 345. a. 352. a.
Satan. 296. b. lapis ejus primus. 129. b.
typus sectar. & Tyrannor. 494. a.
Ejus via. 494.
Cajus PP. ordines induxit. 758. b.
Furius agricola. v. Agricultura. s. l.
Caligula non quiescit. 293. a.
filius degener fuit. 543. b.
Manlius, Senatu pulsus. 761. b.
Calapha Rex Tartarorum mortis memor. 648. b
Calamitas, dolor. 312. b.
Calamus, i: feræ. 130. a. Pauli. 335. b.
Calathi duo. 443. b. texti ab Anton. Abb. 743. a.
Calcaneus morsus. 292. b.
Calcei:
albi olim dati baptisatis. 130. a. 102. b.
spirituales. 120.
pœnitentiæ. 130. a.
in tradenda possess. d. l.
patriciorum Roman. 130. a.
justitiæ Christi. 130. a.
superbiæ. 130. a. 556. b.
Calculus v. s. l. oratorii calculi. Vid. Maria §. cultus.
Caleb. 346. b.
Calidus, frigidus. 444. a.
Calix redemptionis. 130. a.
vindictæ. d. l.
Calliditas mundi. 672. b.
Callirhoë fons. 61. a.
Callus cordis. 716. b.
Calix. v. Martyrium.
Calor iræ Dei. v. s. l. cordis. 269. a.
passionis Christi. 191. b. 204. a.
fidei à Christo accensus. 216. a.
multiplex est. 114. b.
terræ calor. 699. a.
Calvariæ pictura veterum. 653. a.
Calviniani:
sententia eorum de ceremoniis nostris. 154. 155.
non eis credendum. d. l.
avertunt sese. 338. b.
de Exorcismo. 360. a.
festis. 365. b. Lutheranorum libris. 546. a.
ratione in mysteriis. 684. a.
pro omnibus orare non possunt. 749. b.
Calumnia quid? 133. b. 265. b.
in ea astutia. 132. a.
oritur ex ambitione. §. 117. Tit. Ambitio v. 134.
efficit homicidia. 428. b.
eam passi omnes pii, Apostoli. v. s. l.
Athanas. s. l. Christiani. v. Accusatio. Evangelii. 50. b.
similis est gladio. 135. v. d. l. Junipero. 505. a.

non

non est audienda. 133. b.
bona vita refutanda. d. l.
pœnis mactanda. 133. a. v. Alexander Sever.
non curanda. 133. a.
virtutibus superanda. d. l.
Cambyses sævus erga Harpagum. 85. b.
remedium famis. 356. a.
Cameli agnoscunt suam deformitatem. 130. a.
Camillus virgis cædi jubet ludimagistrum. 515. a
Campanæ: mali Christiani, n. 2. Tit. Æs.
Campaniæ delitiæ. 558. b.
Cana major. 135. b.
minor. 136. a.
Canaan, typus vitæ æternæ, 314. b.
Canalis. v. Minister.
Cananæa. 136. a.
filia hujus. 190. b.
conf. 666. b.
Canaan quid figurat. 851. a.
Cancelli altaris holocausti. 189. a.
Candela jurantium. 506. b.
Christus. 649. a.
Candelabrum. 174. b. 785. a.
v. Auditor. 80. b.
conf. 58. a.
crux. 199. b.
dignitas Episcopalis. 136. a.
Ecclesia. d. l. 322. b. conf. 427. a.
Lucens. 622. a.
Candida cœna. 221. b.
Candor auditorum. 82. b.
mulierum. 666. b.
cordis. 268. a.
Christianitatis obscuratus. 49. a.
erga Deum. 266. a.
Canis - nes, Diaboli, 296. b. 297. b. v. Canis.
hæretici. 421. a.
ministri. s. l.
gentiles. 151. a.
Antichristus. 50. a.
fidelis. 136. b. 368. a. 430. b
rabiosus canis respublica. 566. a.
docilis. 227. a.
noscit Dominum suum, ibid.
dilaniant Lucianum. v. Lucianus.
lambunt. 151. b. 615. b.
non admissi ad aram Minervæ. 619. a.
his similes gulosi, avari. 222. a. 74. a. alii 134. b.
Canto canticum. v. Canto. 137. 138. 139. 176.
versum à Deo in planctum. 139. b.
Cantica non obtrudenda Ecclesiæ. 139. b.
non eliminanda templis. 679. a.
Monachorum. v. Monachus.
Cantare in morte. 592. a.
Canistra. 500. b.
Canonici unde. 136. b.
Canonisatio. 140. a.
Canthari aurei. §. 86. V. affectus.
Canutus Rex impotentiæ arguitur. 360. a.
Capio. v. Hamus.
Captivitas. v. Babel. v. Jerusalem.
Capti in bello, redempti è bonis Ecclesiæ. 122. a. 806. b.
Captivitas spiritualis captivata. 210. b.
causa. 142. a.
qui captivi? 108. 109. 142. a.
avari. 72. b.
magistrat. 140. b.
Christus. 141. a. 194. b.
animæ captivitas. 42. b.
solutio. 182. a.
consequentia ejus. 67. a.
gloriatio. 141. b.
Captivi avari. 76. b.
Captivitas Dei, quâ ille nos captivos ducit. 140. b.
Captivorum patronus. v. Leonhard. venundatio. v. s. l.
Judæorum. 488. a. b.
Caput asini. 134. a.
immersum olim in baptismo. 102. b.
inclinatum Christi. 198. a. b.
motum, commiserantis. 140. b. &c.
lugentis. d. l. apertum, honoris. 401. b.
Capita Boëthii & Symmachi. 270. a.
visa. 431. a.
Carcer. 140. b.
Satanæ. 142. a.
animæ. 44. b.
mundi. d. l. a. Johannis. 142. a.
corporis. 226. a.
obedientiæ. 142. a.
confer 142. 232. a.
Carcinomata, filii degeneres. 541. a.
Cardinalis. v. s. l.
duo injusti. 502. b.
Cardinalis Alexandrinus deplorat dignitatem Cardinalitiam. 651. a.
Carnalis. 143. a.
Carnivoræ aves. v. Aves.
Caro, corrupta hominis natura, crucifig. 851. b.
quid? 153. b.
Hieronym. de ea. 143. a.
ager, in quo seminatur.
Babylon est. 91. b.
captiva. 141. a.
Ceremoniæ caro. 153. b.
circumcisio carnis. 220. a. Christi caro. vid. Christus. 221. b.
in ea venit Christus. v. Christus.
Carnaliter discumbere. 304. a.
Carolus Calvus. 543. b.
Caroli Calvi filiæ raptus. 543. b.
Caroli M. donatio. 364. b.
bellum cum Saxonibus. 567. a.
imperium ejus non est à Papa. 564.
constitutio ejus de mendicis. 602. b.
Quinti morituri verba. 280. b.
diligentia in orando. 567. b.
de mundanis. 712. b.
lachrymæ, quibus Augustani capituli preces pro se & fratre, in tam arduo negotio exambiit. 746. a.
Caroli Regis Siciliæ vox ultima. 644. b.
Carthago deleta peperit Romanis gaudia. 208. b.
nigro panno mœnia vestivere ingruente hoste. 578. a.
nobiles juvenes mactant. 674. b.

Caſſandri pallor. 205. b.
Caſtigatio Dei. 288. b.
corporis. 271. b.
moderata. 143. a.
Caſpii mortuos exurunt. 650. a.
Caſtea piſcis. 185. a.
Caſtigatio corporis. 271. b.
ſervorum. 426. b.
liberorum. 775. b.
Caſtimonia, caſtitas. 144. b. 84. a. 516. a.
animæ. 44. a. 149. a. 99. b.
animi. 143. a.
conjugii. 148. b.
mariti. v. maritus.
corporis: cauſæ impellentes. 144. a.
efficiens. 143. a.
ſubjectum etiam Epiſcopus. 335. a.
media. 143. b. 145. a.
adjuncta. 145. a.
neceſſitas. 146. a.
ſimile ejus: Amianthus lapis. 148. b.
aper. 148. b.
vinculum. d. l.
Exempla. 143. b. 148. b.
in balneis. 95. a. b.
colloquiis. 227. b.
lectionibus. 148. a.
diviſio caſtitatis. 148. b.
de ea Bernhard. 148. a.
Auguſtinus. 143. a.
Vide copioſè ad p. 148.
Caſus Tragici. 777. b.
Caſtor & Pollux. 627. b.
Caſtra. 149. a.
unde dicta. 667. b.
v. Corona caſtrenſis. 270. a.
Caſtratio. 342. b. 429. b.
Caſus reſervati Papæ. 121. b.
Catecheſis. 149. a. 150. a.
Ejus antiquitas. d. l. exercitium. d. l.
ſimilia. 154. ſeq.
norma ejus. 149. b. v. porrò ad p. 51. a.
Catena Levitica. 140. b.
amoris & honoris. 164. a.
tyrannica. 140. b.
Cathari. v. Novatus.
Cathedra: ejus conſtitutio. 151. b.
Catharina. Ei datus annulus. 47. a.
Catholiciſmus. 326. b.
Catholicum quid? 151. b.
Catilina ambitioſus, n. 116.
interimit filium. 665. b.
Cato Cenſorinus, quos receperit Romæ. 766. a.
roſis & veſtib. exceptus. 182. b.
minor noluit bibere aquam. 661. b.
Cauda oblata. 830. a.
Cavitas cordis. 269. a.
Cauſa peccati. 796. a.
ſecunda cauſ. non attend. d. l.
Cebetis tabula. 337. b.
Celebro. v. Cano. 136. b.
nomen Chriſti. 702. b.
Celeritas ſcientiæ divinæ. 289.
Celſi Imp. interitus. 361. a.
Cenſura patrum. v. Patres.
Cenſus Judæorum. 152. a.
Chriſti, ibid.
Centurio. 269. b.
Centrum charitatis. 170. a.
Cera mollis ſimile animæ. 43. b.
Cerberus quando ceſſet latrare. 615. b.
Cerebra pocula. 130. a.
Ceremoniæ. 152. b.
dicuntur caro. v. Caro.
cauſæ ceremoniarum. 152. b.
differunt à fidei doctrina. 154. a. b.
umbra. 153. b.
ad ædificationem hominum vergant, & gloriæ Dei inſerviant. 152. b.
adjuncta. 153. a.
abuſus. 155. b.
adulteratio. 155. b.
ceſſatio. 154. a.
multitudo. 155. a.
libertas, non abſolutè neceſſitas. 154. a.
contemptus. 154. a.
Pontificiæ. 155. b.
Cereus, ejus origo, accenſio. 156. a.
donatio. 102. b.
libertas in Aug. Conf. Eccleſiis. 156. a.
Certamen Chriſtianorum à Diabolico differt. 68. b.
bonum. 156. a.
ejus cauſa. d. l.
conſtantiſſimum. 156. b.
Certitudo fidei. 157. a.
baptiſatorum. 316. a.
ſcientiæ divinæ. 289. b.
Judicii extremi. 497. a.
Cervix- icis durities. 319. a.
Cervus. v. Hinnulus.
monet de multis. v. Cervus. ſ. l.
occiditur ab aquila. 293. a.
Cerva Chriſtus. 174. b.
v. Uxor. 587. b. Eccleſia. 322. b.
Cervi capti à canibus lachrymari dicuntur. 520. a.
Cervæ fiſtulis venatorum deceptæ. 678. a.
medentur ſibi dictamno. 569. b.
Ceſſatio donorum in primitiva Eccleſia. 316. b.
à labore. v. Sabbathum.
Cete grandia, montes inſulasque magnitudine æquantia. 157.
Cham Magiæ primus autor. 561. b.
Chamæleon. 115.
Character divini amoris. 201. a.
Chares, dives promiſſis, inops operis. 287. a.
§. Fidelis quoque.
Chariſma adoptionis. v. Adoptio.
Charitas. v. ſ. l.
eſt veſtis Joſephi. 169. a.
Vinum. 169. a. cœlum omnia tegens. 168. a.
effecta erga proximum multiplicia. 165. b.
exemplar Abigail. 162. a.
columbæ. 228. a.
annuli aurei. 169. a.
anchora. 169. b. 170. a.

aqua

aqua charitas est. 168. b.
anima. 170. b.
arbor vitæ. 168. b.
centrum. 178. a.
arca Noæ. 169. a.
Ignis. 165. b.
Jugum lene. 504. b.
lana. 523. b.
aurum. 168. b.
est bitumen. 159. b.
brachium. 158. a.
calor. 61. b.
Cherubim. 174. b.
caput virtutum. 169. a.
confer 170. prolixè.
pictura charitatis vetusta. 178. b.
dilatatio charitatis. 88. b.
neglectus, unde? 115. §. Cæcitas.
reflexio. 201. b.
sinceritas. 163. b.
fervor. 211. a.
pondus. 164. a.
Charitas in Christum. 176. a.
proximum & Deum simul. 163. b.
fratrem. 165. a.
Ministri. v. Minister.
activa est præstantior passiva. 165. b.
effecta varia. 165. seq.
Objectum, Deus, homo. 164. a. 166. b.
excellentia. 164. b.
necessitas. d. l. symbolum. 170.
Subjectum, Turcica charitas. 170. a.
Ethnica. 167. a. b.
Abrahamitica. 162. b.
Utilitas. 165. a.
Charybdis mundi. 171. b.
Chelidonia herba. 847. b.
Cherubim. v. Charitas. 169. b.
qui fuerint? 172. b.
nomen. 621. b.
quot? duo. 149.
Tit. Angeli, alæ eorum. d. l.
quid notent. 224. a.
ministri. 622. a.
Chiliastæ, error. 217. b.
Chinenses de transmigratione animarum. 45. b.
Chirographum amoris Christi. 100. a.
conscientiæ. 251. a.
Chiromantia. 306. b.
Chirurgi Ministri. 622. a.
Chilonis dicta aureis literis inscripta Delphis. 514. b. 549. b.
Chilpericus imperio exutus à Papa. 574. a.
Choreæ. 144. b.
Chorda infelix. 678. a.
Chorepiscopi. 142. b.
Chrestiani, olim dicti Christiani, contemptim habiti. 173. a. 265. b.
Christiani-smus, insignia ejus. 607. b. v. s. l.
quis verè Christianus. 174. a.
nomen amittitur. 133. a.
symboli loco habitum. 173. b.
quando inditum? 173.
sint perfecti. §. 84. Tit. ætas.
calumniis olim proscissi. 134. a.
accusati. v. Accusatio.
certamen eorum. 156. a.
officium. 146. b. miracula. 628. b.
candor, tandem obscuratus. 49. a.
sunt membra. 165. b.
charitatis eximiæ. 164. b. v. M. Aurel.
osores spectaculorum. 239. a.
dicti olim Galilæi, Nazareni. 173. a.
cæsi Romæ à Nerone. 231. a.
Asinarii. 458. lapides. 524. a.
Christianismus. 275. a.
malus. 173. b.
ejus labor. 517. b.
derisi olim Christiani ob litigia. 550. a.
Christus, cognitio ejus vera, necessaria, non carnalis. 225. a.
in sola Ecclesia invenitur. d. l.
unctio. 212. a. 177. b.
incarnatio: Ejus causa impellens. 178. b.
mirabilis est. 180. b.
quâ multa reliquit. 178. b.
summa ejus beneficia. 179. a.
Dei attributa omnia lucent in incarnatione. 178. a. b.
mysterium. d. l.
conceptio. 174. a.
Duæ naturæ. 177. a.
Deitas ejus, aurum. §. 106.
v. Altaria. v. A. & Ω. s. l.
humanitas. v. Christus. 143. a.
nativitas. v. 178. b. 179. a. b. 182. a. 183. 184. 364. b. 645.
miraculosa. 184. b.
per quam rerum facta est mutatio omnium. 179. b.
circumcisus 8. die. 219. a. b. 186. a.
causæ. d. l. b.
nominis Christi dignitas. 187. a.
arrha est. 187. a. aurum oblat. 188. a.
in medio Doctorum consedit. 188. a. b.
vox ejus magnes. §. 140.
paupertas. 78. a. oblatio in templo. 188. a.
censum dedit. 152. a. ignorantia. 457. a.
baptisatus. 188. b.
jejunavit. 188. b. 189. a.
lachrymavit. 520. b.
clarificatus. 220. b.
tentatus. 189. b.
accusatus persæpe. 352. b.
passus pro nobis, nos diligens. 161. a. 158. a.
spontaneè. 192. a.
§. Tygranes. §. Veteres Ethnici.
calicem deprecatus. 192. b.
justus. 217. a.
calor passionis. 191.
gladius. 191. a.
corona. 191. b.
calumniis petitus. 134. a.
accusatus. 195. a.
illusus. 195. b. v. Julianus.
extensus manibus. 198. a.
lachrymatus. 201. a. 520. a.
vestes divisæ. 198. b.

laboravit pro peccatis. 517. b.
arbor sudoris. 194. a. tergens. d. l.
captivus. 141. a.
nudatus. 196. b. 195. a.
indutus. 196. b.
inter latrones. 197. a.
caput inclinavit. 198. a. b.
brachia expansa, alæ sunt, asylum peccatorum. v. Ala.
altare nostrum factus. §. 106. Tit. Altaria. Vitis. 192. a. lavacrum. 525. b.
aquam effudit & sangvinem. 191. b. 200. b. 201. a.
januam cordis aperuit. 200. a.
aroma passionis dedit. 191. b. 205. a.
mel & apes. 175. b.
Sangvis v. ejus non miscendus cum lacte Mariæ. 201. a.
aurum est pretiosissimum. 201. a.
divinæ bonitatis abyssus. 201. a.
passio hæc cibus est. 191. b.
mors ejus leonina. 203. a.
purpurea. 201. b.
svavissima. 202. b.
miraculosa. 203. a.
gravissima. 192. b. seq.
sancta fide & memoriâ conservandâ. 201. b. §. conserva.
locus passion. 194. a. b. 197. a.
mors præfigurata. 175. b. 201. b. 204. b.
in cruce. 72. b. 274. b.
hac nos Christus placavit, ut holocaustum. 175. b. 205. a.
expiavit. 191. b.
refrigeravit. 201. b.
mundavit. 201. a.
mortem destruxit. 647. a.
Hinc liquet amoris Christi mensura. 191. b.
apertus liber passionis crebrò legendus. 192. a.
quò memoria nostra exerceatur. 191. b.
& errores de Christi passione vitentur. 204. b.
fuit necesse, eum mori. 694. b.
descendit ad inferna. 205. b.
Resurrexit. 914. v. Christus s. l. 91. b.
in medio discipulorum apparuit. 206. b. 207. a.
conversatus cum illis fuit. 207. a. b.
gavisus est de absconsione mysteriorum. 681. b.
adoratus fuit. v. Manipulus, ascendit. 209. a.
ascensio Christi. 209. b.
nubes dict. loc. capitis nostri dedicatio. 210. a.
vestigia Christi. 641. a. 639. b.
Exaltatio humanæ naturæ. 179. b. 209. b.
sessio ad dexteram Dei. 211. a.
omnipræsentia. 256. a.
Opera Christi, quædam *Regia*. vid. dominari. 313. b.
subditos peccatores recipere. 213. a.
canes repellere. 151. a.
philosophos gladio veritatis vincere. 187. b.
contemptos subditos defendere. 190. b.
errores de regno Christi. 218. a.
Prophetica v. doctrina: & cruce ædificare. vid.
Ædificatio: falsos prophetas insignire. 217. a.
Dei notitiâ nos imbuere. 224.
doctrinam veram instillare. 310. a. 311. b.
per verbum. 310. a.
nos notare calamario. 129. b.
modus doctrinæ. 310. a.
parabolis vestitæ. 190. a.
miracula edere (non in juventute. 188. b.)
quomodo illa consideranda. 189. b.
Sacerdotalia: per Christum ad Deum venire, eum cognoscere: hinc facies dicitur. 217. a.
populum pascere. 216. b.
est namque panis cœli. 181. b.
nos circumcidere. 219. a.
nobis mederi: est enim verus Samaritanus. 176. b.
purgare à lepra peccati. 217. a.
dona promereri. 314. a. 283. b.
placare nos. 176.
pacem reddere. 215. a.
Nomina & typi varii Christi ejus officia & beneficia adumbrantia.
Aaron. 216. a.
abies. v. Abies.
Adam. 180. a. v. Adam.
advocatus. v. s. l.
agnus Paschalis. 208. a.
auster. 185. a.
arbor. 62. a.
asylum. 68. a.
balsamum. 96. a.
benefactor. 215. b.
Bezaleel. 216. a.
Boas. 124. a.
candela. 649. a.
cerva. 176. b.
corona Christi triplex. 593. a.
cibator. 602. b.
David verus. 174. b.
Doctor spectatus. 189. b.
cœlestis. 310. b.
dux vitæ. 660. a.
Dominus Sabbathi. 217. a.
dominantium. 919. b.
donum nostrum. 314. a.
Ephraim verus. 175. a.
Fabri filius. 743. a.
Facies Dei. 217.
Fenestra Ecclesiæ. 361. b.
finis legis. 644. b.
fons vitæ. 341. b. flos. 752. b.
fructus eximius. 175. a.
fortis. 403. a.
frater. 500. a.
Homo cœnæ. 221. b.
Job. 733. a.
Innocens. 510. a.
Judex officium suum consummaturus. 494. b.
Imperator. 216. a.
Josua verus. 207. b.
Lapis. 730. a.

Legifer. 152. b.
lignum vitæ. 546. b.
Leo. 192. a.
Lucerna. 175. b.
Lapis angularis. 524. a.
Lux summa. 342. a.
Lumen. 555. a. b.
Margarita. 269. a. v. Margarita.
Manna. v. Manna.
mansuetus. v. Mansvetus.
Magister. 563. a.
Mediator. 208. a.
Olea spiritualis. 833. b.
Miracula. 627. a. b.
Oriens. 759. a.
pastor fidelissimus. 339. a. 766. b.
princeps nobilissimus. 179. b.
porta Ecclesiæ. 322. b.
Reconciliator. 126.
Pædagogus. 768. b.
Oleaster. 731. a.
Petra. 817. a.
Rex. 919. b.
Rosa. 924. a.
Sacerdos benedicens. 215. a.
ejus cydaris. 217. a.
Scala cœli. 176. b.
Scriba gestans calamarium. 129. b.
Surculus. 703. a.
Servator gratiosus. 37. b. §. Gratia.
Victor mortis, peccati. 647. a. 660. a. 659. b.
Rex, non terrenus. 217. b.
Templum. 653. a.
Veritas. 177. a.
Via salutis. 347. b. 177. a.
Victor: qui bellum quadruplex sustulit. 181. b
Virga. 346. b.
Chorepiscopus. 142. b.
Chrysostomi sententia. 150. a.
exigentis dictorum summam ab auditoribus, proditus ab hospite. 475. a.
Chymiæ proprietas & usus. 916. a.
Chymicorum ars. 917. a.
Cibus. 218. a.
donum Dei. 314. b. & potus. 354. a.
clavis cibi. 220. b.
delectus. v. Parco.
alienus non comedendus. 218. a.
distribuitur corpori. 166. b.
utilitas ejus. 218. a.
sumend. justo tempore. 413. b. 414. a.
vitandus malus. 127. Tit. Amicus.
nimium calidus. 143. b.
omninò benedicendus. 190. b. 112. a. b.
passionis Christi cibus. 191. b.
corporalis. 218. a. justè comparand. d. l.
discrimen ciborum. v. Discrimen.
cibi Diis oblati. 112. b.
spirituales cibi meditandi. 320. b.
à Christo dantur. 218. a.
excessus cibi fugiendus. 143. b.
pollutus. 576. b.
Cicada. 218. b. cor ejus fistulosum. d. l.
Ciconia: huic similes qui? 134. b.
novit suum tempus. 227. a.
Cicero exul. 348. b.
de mente. 577. a.
nobilitate. 699. b.
Cicuratio animalium. 46. b.
Cydaris typus Sacerdotii Christi. 217. a.
Ecclesia. 322. b.
Cilices montes coluerunt. 553. b.
Cilicium. 218. b.
Cinamomum. 218. b.
Cingari. 218. b.
Cingulum. 218. b.
Cingulum ab angelis expect. 142. b.
castitatis. 148. b.
officii Christi, promptè suscepti. 217. b.
Cinis. 218. b. homo, dies cinerum. d. l.
Abraham. 226. a.
Sparsio cinerum quid notet. 226. a. 218. b.
bibitio eorum. 650. a.
Circulator Alexandri M. 173. b.
Circumcelliones. 218. b.
sibi ipsis mortem consciscere. 218. b. 592. a. b.
Circumcisio ungvium. 220. a.
Judæorum. 155. b.
abrogata à Christo. 219. b.
Christi. v. Christus. 186. b.
spiritualis. 219. b.
impedita. 220. a.
aurium. 220. a.
cordis. v. cor. Oris. 220. a.
pedum. 220. a.
fœminarum. 219. a.
impugnata ab Ethnicis. 219. a.
Ægyptiorum, qui anno 14. pueros circumcidebant. 219. a.
Dicitur litera. 219. a.
Levitarum. 219. a.
Circumeo, is, it. Diabolus. 293. a.
Circulus. 153. b.
Circus. 220. a.
Circumspectio. 220. a. v. Prudentia.
Circumvenio. 220. a.
Cistertienses Monachi. 121. a.
Citharæ sunt creaturæ. 273. b.
Cithara aucta. 678. a.
petita à Gelimero. 630. a.
Civica corona. 270. a.
Cives, civis mors tragica. v. Thomas Pistor. v. Fames.
Civitas politicè dicta. 43. a.
Ejus Jus. v. Opifices.
mundus. 220. b.
Ecclesia. d. l. & 322. b.
duplex in mundo. 727. a.
dicta spiritualiter. 70. b. 220. a.
hujus cives. 280. a.
civitas munita. 622. a.
manens civitas. 281. a.
Clam percutere. 429. b.
Clamo, clamor: in bello. 617. b.
in angustia. 220. c. cordis. clamor: Abba. 4.
sangvinis. 220. b. oppressorum. 220. b.
militum. d. l. Sodomorum. d. l. fidelium. Ibid. Pseudoprophetar. laborant. d. l. peccatorum, ibid.

Classicianus injustè punitus. 543. b.
Claudius Cæsar principem Latinæ linguæ rudem officio removit. 547. a.
Claudius C. de Messalina. 664. a.
Claudicare. 442. b. 443. b.
Claudius Agesilaus. 271. a.
Jacobus, quid notet? 447. b. 448. a.
Clausio oculor. v. oculi.
Clavi, Christi. 197. b.
dilectionis. v. Tit. Altare. §. 106. 158.
Clavis pluviæ. 220. b. 285. b.
ligans. d. l. scientiæ. 220. b.
sepulchri. d. l. & 285. b.
uteri clavis. 220. b.
beneficentiæ clavis quadruplex. 285. b.
Ministrorum. 616. a.
Clausura cœli. 799. b.
Clemens Alexandr. 226. a.
VII. PP. mandat angelis. 146. 772. b.
Clementia. v. mansvetudo.
Exempla. 221. a. erga inimicos. 167. a.
Clemens Papa sævus in Ducem Venetorum & Regem Cypri. 574. a.
Conradinum Regem Siciliæ. ibid.
Cleomenis Regis Lacedæm. fidelitas. 368. a.
Cleopatræ philtrum. 171. b.
mors. 787. a.
Clericus unde dictus? 521. b.
omnes vocati à S. Sancto sunt clerici. 522. a.
Clerici avari. 69. a.
officia. 221. a.
iis datæ leges. 123. b.
cantores mali. 139. a.
privilegia. 221. a.
vitia, mores. d. l. tonsura unde? 758. a.
ociosi, rudes. 123. b.
olim Magistratui subjecti. 221. a.
fœminam amplexi. 221. a.
Clepsydra divinæ providentiæ. 281. b.
vitæ humanæ. v. Vita humana.
Clepsydræ similes auditores. 78. b.
Clibanus cordis. 223. b.
Confer. 442. b.
Clientes quomodo tractandi? §. 6. 7. Tit. Advocatus.
Clitumnus fluvius nigros boves reddit albos. 690.
Clod. Pollionis sævitia in servos. 426. b.
Clotildis convertit Clodovæum. 663. b.
Clypeus, fidei. 221. a. Deus. d. l.
Militari uti noluit Ludov. XII. Galliæ Rex. 221. a.
Coccinea lana. 175. b.
Codrus moritur pro patria. 192. a.
Cœcus, cœcitas. v. supra. Conf. p. 84. b.
Cœcum sacrificium Deo invisum. 127. a.
avarus cœcus. 74. b.
Paulus. 127. a.
Cœna Domini. v. Eucharistia.
mundana. 221. b.
Gentilium. d. l. magna. 221. b.
Heliogabali. 221. b.
Nabalis. ibid.
recreat fessos. 221. a.
picta cœna. d. l. sumptuosissima. 221. b.
Cohors varia. 227. a.
candida. 221. b. munda.
Cœlibatus. 149. a.
Colaphi Diaboli. 292. b.
Cœlum, cœli Apostoli. 55. b. 129. a.
Cœli patria non spernenda. 72. b. 787. b.
Ecclesia. 129. b. 324. b.
esse in cœlo, quid? 129. a.
clamor cœlorum. 183. a.
impuritas. 674. a.
apertio. 210. a.
operatio in homin. 914. a.
quando ascenderit cœlos Christus. 189. a.
arrha cœlo illata. 210. b.
Cœna: Absolomi. 221.
Ahasveri. d. l. b.
Belsazaris. 221. b. Domini J. C. 221. b. 156. b.
magna d. l. unde dicatur cœna. 221.
Friderici III. Imperatoris. 190. a.
Cogitatio.
unde dicta. 221. b.
causæ. 221. a. 222. a.
intellectus cœcus. 222. b.
bonæ: earum autor Deus. 222. a.
divinæ. 221. b.
circa quæ versentur. 222. a.
sunt in corde. 223. a. 268. a.
effectus bonarum cogitationum. 222. b.
sunt Dei vox. 222. a.
pruinæ candentes. 223.
reptilia Ægypti. d. l.
volatilia cœli. ibid.
tineæ cor exedentes. 223. b.
tempestas maris & abyssus. d. l.
non sint repellendæ. 223. a.
matutinæ quæ sint? 579. a.
sunt purgandæ à rebus terrenis. 223. a.
rectè dijudicandæ. 223. a.
in cultu Dei non sequendæ. 223. b.
verbo Dei muniendæ. 223. a.
vagæ. 223. a.
effectus malar. cogitation. immundæ. 221. b.
inquinant homin. 223. a.
malæ: earum origo. 222. b.
Diabol. sunt peccata. 222. a.
sunt fluvius murum exedens. 224. b.
canis non audiendus. 223. b.
vestes eluendæ. d. l.
blasphemæ. 115. b. 116. a.
ejiciendæ corde. 223. b.
ut ignis. 223. a.
ut Dii alieni. 223. b.
hostis. 223. b.
Idola d. l. morsus Satanæ. d. l.
Similia in genere.
Bellua indomita. 222. a.
Baalis vasa. 223. b.
Fluvius inundans. 223. b.
decipula. 120.
homicida. 222. b.
ignis. 223. b.
morsus Satanæ. 223. b.
scutum Diaboli. 223. b.
servitus. 222. a.
ossa fœtida. 224. a.

equus indomitus. 222. a.
crux animæ. 223. a.
muſcæ Ægypti. b. d. l.
animalia fera. 222. a.
Cœnobia. 221. a.
Cœnum. §. 49. tit. Ambitio.
Cognati adulatores. 224. a. quædam his in malum cedunt. 77. a. non ſunt ditandi è bonis Eccleſiæ. 123. b. iis Eleemoſynæ dandæ. 330. b. lites inter eos graviſſimæ. 224. a.
Cognitio Chriſti neceſſaria, ſuavis. 225. a. 224. a.
vera & valida. b. d. l.
non eſt carnalis. d. l.
exhilarat animam. 225. b.
eſt capitalis & gravis. 225. a.
gradus ejus, Ibid.
Dei neceſſaria. 224. b.
notata per alas Cherubim. d. l. a.
duplex. 225. a.
conf. 281. b.
è verbo Dei petenda. 225. a.
revelata. d. l.
hanc largitur Chriſtus. 224. a.
eſt radix vitæ. 224. b.
facit, ut Deum & proximum amemus. 224. b.
dignè Deo ambulemus. d. l.
& piè. 225. b.
non judicemur. Ibid.
hi vero noſcunt Deum, qui illum audiunt. 224. b.
& ad ipſum veniunt.
adjuncta cognitionis Dei. 224. b.
claritas. 220. b.
certitudo. 224. b.
profunditas, ibid.
imperfectio. 225. a.
bonitas. 224. b.
expetenda. 224. b.
non negligenda. d. l.
magni æſtimanda. 225. a.
ut illâ impleamur. Ibid.
naturalis, è libro conſcientiæ petenda. Ibid.
Cognitio noſtri, pedibus cherubim notata. 224. a.
ſui ipſius. 224. a.
difficilis eſt. 225. b.
& unde? Ibid.
magiſtra omnium ſcientiarum. 226. a.
docet prudentiam. 226. a.
pietatem. d. l.
neceſſaria eſt. 226. a.
de illa Crœſus. b. d. l.
de ea Bias. 226.
Plato. d. l. b.
Agapetus. 226. a.
aliorum exempla. d. l.
Animalium brutorum cognitio. 227. b.
v. Animalia.
Cohæredes cur dicti. 415. b.
Cohors, numerus militum. 227. a.
conſularis. 227. a.
Coitus injuſtus. 147. a.
Colla, Evangelio D. Johannis inſtructa. 665. a.
Collectæ quæ olim? 745. a.
Collectio Eleemoſynar. 152. b. 331. b.
Collega quis? 227. a.
virtutes. d. l.
Colligatio. 142. a.
Collis. 439. b.
Collocutio noſtra cum Deo. 217. b.
Colloquium. 227. a. b.
Moſis. 640. b.
blaſphema colloq. vitanda. 227. b.
Lutheri menſalia non abſolutè probanda. Ibid.
extemporanea. 227. b.
ſint caſta. 227. b.
Collyrium. 181. b. 227. b. 441. a. 855. a.
Colluctator Jacobi. 447. b.
Collum. 227. 6.
notat contumaciam. d. l.
inducere collum, i. e. ſervire. 505. a.
lupi. v. *lupus*.
Coloſſæ. 227. jus apud Rhodios miraculum. 670. a.
Colocynthis. 227. b.
Coloni, ſecuri. 406. b.
Columba Noachi. 227. b. 99.
columbarum virtutes. 228. a.
unde dictæ? Ibid.
Sunt imago mentis afflictæ. 227. b.
erant olim tabellariæ. 711. b.
Columna nubis & ignis. 228. b. 875. a.
proprii amoris. 133. Tit. Arrogant.
nubis, Chriſtus. 174. b.
potentiæ Dei. 228. b.
cœli. 229. a.
Eccleſiæ. 228. b.
fidei. d. l.
Magiſtratus. v. Magiſtratus.
Salomonis. 228. b.
ferrea, Miniſter veritatis. 322. b.
martyrii. 228. b.
belli index olim Romæ erecta. 572. b.
Comæ mulierum. 229. a.
Combibo. v. Ebrietas.
Cometa, æ. v. ſ. l. 229. a.
Comites. v. Societas.
Comitas. v. Humanitas.
Comœdia. vid. ſpectaculum, vix admittend. 565. a.
Commeatus. v. Bellum.
Commendatio. v. Laus.
Commendo, are animam Deo. 44. a.
Commentaria Catecheſeωs. v. Catecheſis Dei.
Commeſſatio. v. Ebrietas. 267. a.
Comminatio divina. 229. b.
Commixtio corporum. 270. b.
Commodatio. v. Depoſitum. Svadetur. 565. a.
Commodus Imperator. 353. a.
homicida ex ira. 484. b.
filius degener. 543. b.
Commune quid ſit. 230. a.
Communicare miniſtris. v. Auditor.
Communicatio calumniæ vetita. 133. b.
Chriſti nobis facta. 181. a.
aliorum peccatis communicare. 615. b. 796. a
Communio in Evang. 230. b. 231. a.
malorum. v. Societas, peccati. v. Peccat.
crucis. v. Tribulatio. Sanctorum. 231. a.

nostri cum Christo. 230. a. b. 231. a.
Libertatis. v. Libertas. Eucharistiæ. v. Eucharistia. v. Sacramenta. 230. b.
Communitas. 230. a.
Compassio. v. f. l. dolor ejus. 312. b.
ministri. 618. b.
erga cœcos. 127. b.
lapsos. 231. b.
hostes. v. charitas.
pauperes. v. Liberal. Eleemosyn.
maleficos. 514. a.
viduas. v. vidua. plagis affectos. 285. a.
miseros. 231. b. 232. a. b.
Pœna non compatientium. 232. b.
Compello ad intrand. v. Religio.
Compendium Evangelii est nomen Christi. 187. a.
Compes, des. 713. b. sub fin.
Compunctio. v. Pœnitentia.
Conatus piorum. v. Consilium.
Conchæ Judæi, quas interjacet Margarita Christus. 219. a.
Concidens cor. 268. a.
Conciliator noster Christus. 217. b.
Conceptio Mariæ. 582. b.
corporis. 270. b.
Concilia. 233. a.
indicens. 232. b.
necessitas. 233. a.
Concilium Agathense. 120. b.
Johann. XXII. Roman. 206. b.
concilio Papa est subjectus. 232. b.
ei etiam Laici intersint. 233. a.
Nicænum: in eo Philosophi. 684. a.
Conciliatio Religionum. v. unitas.
castitatis. 143. b.
Concio simplex. 82. a.
concionator. v. Minister. fabulis non utatur. 130. a.
Concordia. 268. b.
ministrorum. 620. b.
est murus. 234. a.
auditorum. 81. b.
cervorum. 234. b.
nomina concordiæ. 233. a.
est margarita. 234. a.
Concordes, vitæ æternæ hæredes. 222. a.
Satanica concordia. 234. b.
hostes Christi. 233. b.
discipuli. 302. b.
de concordia oratio Leonis Byzantii. 234. a.
Concubina. 234. b.
differentia à muliere. d. l.
Concubinatus. 145. b.
noxius. 234. b.
peccaminosus. 146. a.
impurus. 147. b.
licitus pro pecunia. 234. b.
Concubitus promiscuus. 134. b.
v. castitas.
Concupiscentia mala. v. f. l.
actus ejus varii. 239. a. b.
effectus ejus. 89. b.
luctam intentat. v. Adam, n. 3.
dolor ejus. 312. b.
subject. Cor. §. 8. Tit. Æs, n. 4.
similia ejus varia. 235. a. b. 236. 232. 237. a. b.
Planeta. d. l.
non explenda. 241. b.
sed extingvenda. d. l.
defœcanda, ibid.
deploranda. 241. b.
cur eam Deus relinquat. 242. a.
deprecanda est. 241. b.
à tergo videnda. 236. b.
Condemnatio. v. Minister.
ob solum nomen olim. 704. b. v. Tertullianum.
Condono. v. Remissio. Reconciliatio.
Conductio. v. *Justitia.*
Confessio. v. f. l. laudis Dei. v. Gratitudo.
Filii Dei. 194. b.
pœna eorum, qui Christum non confitentur. 243. b.
Confessio somniorum impudicorum. 639. a.
sit planè ingenua. 155. a.
peccatorum. 220. b.
timor in ea. 244. b.
doctrinæ. 150. a.
fidei. 242. a. 138. b.
nostræ personæ. 244. b.
miseriæ coram Deo. v. orationis materia.
culpæ. v. Pœnitentia. 292. b.
noxæ erga proxim. v. Reconciliatio. Mansvetudo. Mutua peccatorum confessio. 205. b. 804. b. 847. a. 848. a.
Confidentia in opib. 69. b. v. Fiducia in se. v. Fiducia.
in cogitationib. 442. a.
Confirmatio credentium. 150. a.
v. Perseverantia: ad Christi imaginem. 459. b.
Confortatio cordis, ut fiat. 89. a.
Confringere ut vasa. 211. b.
Confusio in regno Antichristi. 91. b.
Satanæ. 294. a. b.
impietatis. 852. a.
illi non obnoxii pii. 244. b.
Confutatio hæreticorum. 335. a.
Congressus. v. Conventicula.
Conjugalis castitas. 148. b.
Conjugium. v. f. l. probat. Roman. 245. b.
prohibitum ab Apostolicis. 59.
Abelianis. v. Abeliani.
ejus personæ. 245. b.
seminarium est. 284. b.
à Deo. 245. a.
Eô dissoluto sæpè inter principes bella 109. b.
debitum conjugii. 277. a.
ejus dignitas. 246. b.
incommoda. 247. a.
est Academia, ala. 248. b.
fulcrum, hortus, militia, portus, Schola, vitis. d. l. 248. b.
non sit corruptum, promiscuum. vid. Adamitæ. In conjugio calamitas. 442. a.

Conjux, ges, horum mutua officia. 246. a. 247. a.
Conniventia. 796. a.
Conſcientia quid? 832. a.
accuſat. 920. a.
Ejus principia. 250. a.
medulla. 251. a.
Liber naturalis. 225. a. 517. b.
peccatoris eſt Babel. 91. b. a.
cubile. 249. b.
labor conſcientiæ. 517. b.
bonæ ſtudendum. 155. a.
conſervandæ. 252. b.
quid ſit bona conſcientia. 250. b.
malæ macula. 71. b. 252. b.
cor conſcientiæ. 249. a.
turbæ. 191. b.
trabes ejus. 191. b.
actus conſcientiæ in rebus mediis, neceſſariis. 250. a.
chara ſit. 249. a.
ſit pura. 251. b.
pace fruens. d. l.
vocatur arca. 251. a.
Eremus. d. l. 249. b.
Echo. 249. b.
Petra, Palatium. 251. b.
ſpeculum, ſcopus, ſyndon, teſtis, theſaurus, venter, ungventum. d. l.
impura, mala, vermis. 72. a.
vas. 249. b. 716. a.
ejus vis in Gentilibus. 676. a.
nuditas conſcientiæ. 710. a.
Conſecratio. 61. a.
Conſenſus Patrum. v. Patres.
Conſervatio. v. Providentia. 875. a. 779. b. ſeq.
Conſideratio vitæ æternæ. 280. a.
Pœnarum. v. Pœna.
Conſilium, donum Spiritus Sancti. 315. a.
conſilium Dei, à Chriſto patefactum. 217. a.
hominis mali confunditur. 114.
Tit. Ambitio. fruſtra eſt. 106. b.
ſangvinolentum avertendum. 85. b.
malum. 143. b.
ideò attenti ſimus in conſiliis. 338. a.
conſilia nihili. 698. a.
Pontificia rejecta. 720. a.
Conſolatio Dei. 291. a.
in pauperie. 710. b.
Chriſtiana. v. ſ. l. Miniſtrorum. v. Miniſter.
clara. 220. b.
ſolida. 103. a.
è donis Dei. 316. a.
adverſ. Satanam. 298. b.
in morte. 652. b. 659. b.
Conſolatio mala. 184. a.
Conſperſio pulveris. 140. b.
Conſpiratores. 134. b.
Monachi, in Benedictum. 638. b.
Conſtantia, Licinii vidua favet Ario. 665. a.
Conſtantia Dei. 156. b.
Epiſcoporum. 335. a.
Apoſtolorum, inſignia ejus. 141. a.
piorum in malis. 126. 643. b.
cordis. 268. b.
Baſilii M. 589. b.
Conſtant. Cæſar de roſa. 924. a.
Conſtantinus fidem amplexus. 347. a.
Ejus epiſtola ad Nicomed. 120.
donatio fabuloſa. 316. b.
oſcula libat oculis Epiſcoporum effoſſis. 200. b.
errat in controverſia Arii. 304. a.
ſcripturam, ut canonem litium proponit. 305. a.
liberalis fuit. 120. b.
Idola diruit. 450. b.
pueri ſangvine purgatus. 201. a.
laudem nimiam recuſat. 527. a.
diſputationes procurat Nicææ. 304. b.
Conſtantinus. v. Sævus. §. 112. Tit. Ambitio.
Conſtantinopolitano Imperatori lapis offertur. 655. a.
Conſtantius Imperator, Antichriſtus. 47. b.
Conſtitutio cathedræ. 151. b.
Imperii de mendicis. 602. b.
Conſuetudo ferendæ crucis ligneæ. 247. b.
peccandi. v. peccatum. 795. b.
ingurgitandi. 319. a.
Conſultatio mala. 143. b.
Conſummatio creaturarum. 273. b.
v. Judicium extremum.
Contagium peccati. 674. b.
Contemplatio ſuperior. 120. Tit. Ambitio.
Contemnere alios. 442. b. a.
Chriſtum. 70. a.
honores. 435. b.
verbum. 151. a. 355. a.
pueros. 851. b.
magiſtratum. 134. b.
miniſtrum. 81. b.
defectu corporis laborantium. 130.
Contentatio. 620. b.
Contentio. v. Lis diſcipulorum. 302. b.
Conteri. 846. a.
Continet ſe Deus in cruce. 286. a.
Contra naturæ curſum. 292. a.
Contractus, objectum Juſtitiæ. 513. a.
Contriſtatio ob mortem conjugis. 247. a.
Contritio dentium. 216. b. 848. b. 846. a.
Contumacia notatur per collum durum. 227. b.
cordis. 268. b.
Contumelia quid? 134. b.
ut illata. 104. a.
nomina contumelioſa. 703. a.
Conturbatio domus propriæ. 73. b.
Conventicula. v. ſ. l.
Converſio hominis. 844. a. 316. a. 268. a.
v. Miniſter.
Cypriani. v. Cyprianus.
Converſatio Chriſti in his terris. 184. b.
Satanæ. 294. b.
hominum. v. ſocietas.
in cœlis. 279. b.
vetus. 265. a.
mala. 795. b.
Convicia. 133. b. 265. b. 668. a.
in bonos. 265.
Convivium cœleſte. 266. a. confer 279. b.

Christianorum convivia, quæ olim? 266. a. 712. a.
hodie multis peccatis inquinata. d. l. b.
Ægypt. 653. a.
olim in iis datæ coronæ. 270. a.
Græcorum. 558. b.
Herodis convivium. v. Herodes. Tit. Adulatio. §. 60.
Cophini. 267. a.
Cor, depictum. 240. b. 251. a.
varium est, aversum. 164. a.
durius petrâ. 219. a. 86. b. 220. a. 615. a. 669. a.
frigidum. 164. a.
pertusum. 73. a.
avarorum. 74. a.
maximum est in mundo. 75. a.
Est acerra. 223. a.
officina cogitationum. 223. a.
altare. v. Altare, n. 2.
est clibano simile. 223. b.
sepulchro fœtido. 224. a.
domui leprosæ. vid. Domus, fenestræ. 361. b.
attamen confortandum. 89. a.
à solo Deo. 244. b. 79. b.
sapientiâ dilatandum. 268. a.
& gaudio spirituali. 300. a.
ex eo Deus non expellendus. 70. a.
vas est ideò purgandum. 172. a.
eô sangvis Domini excipiendus. 201. b.
est convertendum. 268. a.
non sequendum. 267. b.
templum cordis. 674. b.
callum obducit. 716. b.
æruginem. 717. a.
præparandum. 222. b.
purgandum sangvine Christi. 217. a.
non apponendum divitiis. 69. a. &
C. v. Tit. Cor. circumcidendum. 220. a.
divisio cordis. 147. b.
præputium cordis. v. Præputium.
liquefactio cordis. 159. a.
quod condiendum. 267. b.
vagatio cordis in cogitationib. 269. a.
vita cordis. 169. a.
inflammatio. 158. a.
directio. 268. a.
debilitatio. 268. a.
qualitas. 830. a.
Cornelia Gracchorum mater. 593. a.
Cornelius Agrippa, de Ceremoniis Pontific. 155. b.
Centurio. 332. a.
Cornu Diaboli. 297. b.
salutis. 270. a.
Mosis. d. l.
Coprianus. v. Cyprianus.
Corinthii qui? 269. b.
spoliati. 565. b.
Corona, baptisatis olim imposita. 102. b.
Christi. 191. b.
locustarum. Tit. Amicus, n. 127.
piis danda. 156. a.
morituris 711. b.
Christi spinea. 196. a.
charitatis. 170. a.
altaris thymiamatis. 211. b.
finis. 829. b.
convivialis. 270. a.
Levitica. 270. a.
Pii Dei coronæ. 270. a.
Ministri. 622. a.
corona justitiæ. 269. b.
luxuriæ. 270. a.
Ministrorum corona. 269. b.
navalis, nuptialis, ovalis, obsidionalis, oleaginea radiata. d. l. 270. a.
gloriæ. 269. b.
triumphalis. 270. a.
Corona L. Fulvii. 553.
Corporales res. 410. a.
Corporalis. v. circumcisio. v. cibus, &c.
Corpus cur junctum sit animæ. 40. a. b.
caro. 143. a.
est curandum. 270. b.
est carcer. 225. a. 641. b. 44. b. 142. a.
officina dolorum. 44. b.
mala ejus. 577. a.
esca vermium. 218. a.
Sententia de corpore, Athanasii. 270. a.
Platonis. d. l. b.
Senecæ. d. l. varietas corporum. 270. b.
eorum ornatus. 271. a.
practica officia circa illa. Ibid. defectus illorum. 271. a.
status post mortem. dict. loc. reformatio. 270. b.
crematio. 422. b. 471. b.
aridum & fragile. 64. a.
corroboratio Dei. 291. a.
Origenis. 272. b.
Eô non abutendum. v. Abusus. diligendum. 164. a.
non debilitandum balneis. 95. a.
in sanctificatione possidendum. 144. b.
defectus ejus. 130. 271. a.
cultus. 274. b.
ut olim Ægyptii corpora servarint? 201. b.
Correctio affectuum. 138. b.
proximi, qualis esse debeat. 271. b.
requisita ejus reliqua. v. d. l. 615. b.
Corruptio verbi. 355. a. 292. b.
Corruptio sensuum. 417. b.
Cortinæ Judicii, apud Athenienses. 569. a.
Cortex spiritualis. 62. b.
arborum cibus. 356. a.
Corvi rapaces qui? 74. b.
immisericordes. 272. b.
typi impiorum. d. l.
Cosroës morti se obtulit ultrò. 201. b.
divinarum rerum amore arsit. 280. b.
impius. 429. b.
Cosroës Tyran. 821. b.
Costa, ex eâ mulier. 245. a.
Cot us Rex Thraciæ iratum moderans. 795. b.
Crabro - ones: his qui similes. 174. b.
Crassus miserè periit. 361. a.
Crœsus de cognitione sui. 226. b.
incertâ fortunâ usus. 361. a.
ejus filius. 679. b. v. Atys.

Cratinus pro patria mortuus. 787. b.
Crates divitias in mare abjecit. 310. a.
Creatio. 291. a.
mundi tempus. 669. b.
grato animo agnoscenda. 273. a.
hominis. v. Homo. 273. a.
avium. 83. b.
Finis cui? 273. a.
mirabilis. 611. 917.
animæ creaturarum. 43. a.
Defectus creationis. 271. a.
Creatoris potentia in araneis. 62. a.
scommata in creationem. 273. a.
cor creatur. 268. a.
creaturarum bonitas. 283. b.
consideratio. 273. b.
consummatio. 273. b. 916. a.
Crescere arbores. 63. a.
nos debemus. 62. b.
charitas. 273. b.
verbum. d. l.
Credentes discipuli Christi. 302. b.
domestici civitatis sanctæ. 322. b.
Credere in Ecclesiam. 273. b.
Credentium confirmatio. 150. a.
Credendi subtilitas. 338. b.
Credulitas. 502. a.
Crematio nobilium Alsatiæ. 574. a.
Cribrum. Ei similes quidam auditores. 78. b.
cribrat Satan. 292. b. 296.
Critici dies. 299. a.
Crocodilus. Ejus mors. 204. a.
lachrymæ. 520. a.
adoratio. 680. b.
Cruciatio animæ. 223. a.
Crucifixio. v. Christus, n. 197. a. & 274. a. 240. a.
altare. §. 103. n. 1.
Crudelitas, aulicorum. 85. b.
quis crudelis? 133. a.
Crux Christi: Ejus varia nomina & parabolæ. 199. a. b.
docet multa. d. l.
Forma ejus quæ? 197.
lignea crux olim cur portata? 274. b.
Cananæa. 136. a.
Crudelitas Satanæ. 294. b.
Crux Christi. 199. a.
adorata. 274. b.
v. Christus. piorum. v. Myrrha. 327. b. 336. a.
v. Tribulatio. 128. b.
olim in signum adhibita. 274. b.
crux est vepretum. 199. b.
Cubile leonis Judæ. 199. b.
Conscientiæ. 249. b.
non adoranda. 748. a.
Crystallus 622. a.
Culter, cultellus.
Osseus, vitreus. 96. a.
lapideus. 219. a.
petrinus. d. l.
qui similes cultro. 134. b.
Cultus sanctus conservandus. 121. b.
Dei. 153. a.
Gentium v. confusus. 91. a.
Idololatricus. 274. b.
Electitius. d. l. lingva Latinâ factus. 548. b.
Mariæ. v. *Maria*.
Cumulatio omnium malorum. 77. a.
Cunæ animæ nostræ quæ? 200. a.
Cupiditas carnalis arena est. v. Arena.
v. concupiscentia. v. Lucta. habet funes, quibus nos trahit. 142. b.
Cura corporis. 270. b.
Curia Romana. 275. b.
jure accusata. 121. b.
Curiositas. 838. a.
Curiosus - ositas, unde? 318. a. C. Polypragmomala sibi accersit. 157. b. (syne-
modum in laborando excedit. 301. a.
Curiosi faciles seductu. 417. b.
Curii contentatio. 492. a.
Curo - urare
debemus animam. 164. b.
commoda proximi. 166. b.
Curatus quis? 142. b.
Curro-rere. v. s. l. in bonis operibus. 275. a. debemus. 66. b.
non debemus. 81. a. 161. b.
Cursus. 275. a.
lacrymabilis. d. l.
media ad eum. 275. a.
certus sit. d. l.
non avarus, ibid.
Currus Ægyptiorum: horum vestigia in mari visa. §. 78.
Dei. 275. a.
Satanæ, huic insidunt avari. 74. b.
quatuor innixi rotis. d. l.
Israëlis, ministri. 622. b.
currus peccati. 802. b.
Custodia matutina. 275. b.
pedum. 824. b.
Custodio - ire.
Deus. v. Deus.
homo oculos & os. 143. b.
Custos - odes urbium, Episcopi. 213. a.
Custodia cordis. 268. b.
Cuyckii sententia de concubinatu. 145. b.
Cyathus aquæ vitæ. 100. a.
Cydon Corinth. hospitalis. 438. a.
Cygni quid notent. 443. a.
Cymbala ex Campania. v. Campania, n. 2.
Cymon pro patre carcerem subiit. 541. b.
Cynorexia. 74. b.
Cyprianus. Ejus visio. 285. a.
Conversio. 368. b.
dictus Coprianus. 265.
Martyr. 242. b.
sangvis ejus exceptus. 201. b.
mors. 649. b. 658. a.
Cyrillus, ejus de fide sententiâ. 150. a.
Cyrus, animam post mortem maximè videre, dixit. 42. b.
à canib. infans nutritus. 470. a.
Ejus labor inanis. 484. b.
Cyrus Christus. 500. b. (670. a.
domus Cyri pro mundi miraculo habita.
mandatum de canendo ante prælium hymno. 608. b.

D.

DÆmon, meridianus. De eo Bernhardus. 48. a. 296. b.
Simulat animas defunctorum. 918. b.
Expulsio ejus. 173. v. Obsessio.
Errores de Dæmoniis. 142.
Dæmones non fuerunt Gigantes. 402. b.
sunt feræ. 708. a.
Dæmoniaci, avari. 74. b.
olim in public. educti sunt, & Ecclesiæ commendati. 750. a.
Dagon: ejus locus. 275. b.
Dapsites maledicus, cruci affixus. 547. b.
Dalila, proditrix. 587. a.
Damna Adulterii. v. Adulter f. l.
reciproca damna. 133. a.
corporalia & spiritualia unde? §. 34.
Tit. Acedia animæ. 276. a.
Damnatio - onis Labor. 541. a.
æterna. 708. b.
damnati, hæreseon justa. 424. a.
Diaboli. 142. a.
carcer, ibid. 296. a.
Abigei. v. Abigei.
ad metalla Christiani. v. Persecutio. ad thermas. v. d. l.
damnati in inferno blasphemant. 115. b.
Damnet quomodo Deus? 276. a.
Damnatorum lachrymæ. 520. a.
Damnosus, a, um, convitium. 265. a.
Damon & Pythias amicissimi. 185. b.
Daniel pius. 280. b.
defendit famam. 352. b.
typus fori. 494. a.
Darius infelix deploratur à servo. 232. a. b.
induitur vestib. ab Alexandro. 510. a.
ejus scrinium. 538. a.
Dari. v. Do.
David Rex. Christus. 174. b.
homo David se cognoscit. 226. a.
peccat & luit pœnas. 152. a.
charitate præditus est. 157. b. 158. a.
è pastore Rex. 361. a.
deprecatus. 276. b.
diffisus. v. Diffidentia. Typus Christi. 276. b.
Heros d. l. virtutes ejus. 276. b. peccata. d. l.
David Georgius impostor errat de regno Christi. 218. a.
de matrimonio. 147. b.
Dea, quies Romæ. §. 32. Tit. Acedia.
Deæ nuptiis præfectæ. 712. b.
Dealbari. v. Nix.
Deastrorum nomina. v. Nomina.
Debellati irridentur. 108. a.
Debilitas cordis. 268. a.
Debitor, ut Deus. 277. a.
Debitorum pœnæ olim. 277. a.
Debitum charitatis. 170. a. 277. a.
multiplex. 270. b.
laudis. 137. a.
hominum. 277. a.
quomodo nobis fiant alii debitores. 277. b.
ut Deo solvamus debita. d. l.
conjugale debitum. 377. a.
obligationis. d. l.
officium. 277. a.
Decalogus, ex asse violatus. 266. b.
December unde dictus? 603. a.
Deceptio hominum. 293. a.
Decimæ olim datæ. 865. a.
Deo. 829. b. 119. b. 120. b.
Divisæ in 4. partes. d. l.
Eleemosynariæ decimæ. 278. a.
Monachor. d. l.
Species decimarum. 277. b.
Pharisæorum. 278. a.
Augustinus de decimis. 278. a.
Decipula mundi. 358. a.
Decius Tyrannus, prævisus. 285. a.
Declaratio Ceremoniarum. 155. b.
Declinatio ab ordine. 337. b. 338. b.
Decorum in Ecclesia. 153. a.
Decretum Dei. v. Prædestinatio.
Decumani. v. Publicani f. l.
Dedicatio Christi capitis. 210. a.
Defectus fortunæ non exprobrandi. 351. a.
non animæ. 350. b.
corporis. 271. a. 838. a.
prudentiæ. 338. a.
defectus animæ. 432. b.
proprii agnoscendi. 580. a.
proximi tolerandi. v. Mansvetudo.
Defectio à Religione. 52. a.
à fide. 147. b.
quietis. 72. a.
Defensio Ecclesiæ è bonis suis. 122. a.
nostri, à Deo est. 290. a.
Defensio Dei. v. Deus.
Christi. 211. b.
Ecclesiæ. 403. a. 709. a.
ministri. 602. b.
Deflet meretricem Pambo. 43. a.
Deformitas, agnita à Camelis. 130. a.
Defraudare proximum. v. Justitia, sacrificium. 155. a. b.
Defuncti, pro his quæ oblationes? 718. b.
Deitas ficta Alexandri M. 85. a.
Delatio licita. 278. a.
Delectatio è peccato. 718. a.
Deliberatio cordis. 268. a.
Delila: funes ejus. 147. b.
Delitiæ non sunt in Apostolis. 783. b.
Delphin fidelis. 368. a.
Delphis inscripta verba Chilonis aureis literis. 514. b.
Demeratus Rex exul. 384. b.
Demetrius Phalereus infelix. 405. a.
Spartanus, pestem depellere volens tauro. 674. a.
Polyorcetes naves fabricavit. 743. b.
Rex libellos supplices in aquas projecit. 747. a.
Democritus de corporibus asservandis. 654. b.
sepulcra sæpè visitavit. 653. a.
Demosthenes exul. 348. b.
De magistratu. 566. a.
auro corruptus. 675. b.
venenum bibit. 659. b.

Demonstrativum signum. v. Circumcisio.
Denarius quid notet? 278. b.
Denominatio ab hæreticis. 423. b.
Dens, dentatæ bestiæ. 134. b.
stridor dentium. 278. b.
otiosi dentes, ibid.
Denudatio vestium pœna. 109. a.
Depositio Regum. 774. a.
Depositum charitatis. 169. a.
fidei. 230. a.
libertatis. 155. a.
veteris hominis. 434. a.
Derasio Altarium. v. Altare.
Descensus in infernum. 74. a.
Christi. 205. b.
Desertio Ecclesiæ. 327. b.
Dei unde? 715. b. 717. a.
Desertum Johannis Baptistæ. 482. b.
Desiderium filiorum Dei. v. Abba, n. 4.
cœli. v. Ala. Christi. 159. a. 161. b.
Dei. 84. a.
multiplex. 278. b.
Dei. 279. a.
Servitii. d. l. Epuli sacri, ibidem.
orationis, mortis. 281. a.
oculorum. 279.
Similia desiderantium. d. l.
opposita. 280. b.
desiderium Charitatis. 279. b.
Desolatio unde? 136. v. abominatio.
Antichristi. 48. a.
Desperatio. 359. a.
unde? 318. a.
cavenda. 850. a.
destructio templi Domini. §. 76. Tit. ædificatio.
Determinatio peccatorum. 715. b.
Detestandæ blasphemiæ. 118. a.
detestatio contra Satanam. 298. a.
Devastatio boni ordinis. 109. b.
Devinctio charitatis. 165. b.
Devotio, est ala. v. 120. ministri. 617. a.
excitanda. 138. b. 84. a.
in ceremoniis quoque exercenda. 153. b.
devovere alios. 302. a.
desperatos. d. l.
Deus. Israëlis. 282. a.
Jehova. 282. a.
Deus Abrahami, Isaaci quid? 178. b.
de ejus cognitione varii scripserunt. 226. b.
Viæ tres ad cognitionem. 281. b. (283. b.
essentia ejus. 273. b. 282. b.
omnipotentia. 218. a.
an depingendus Deus? v. Pictura.
omnisapientia. 83. b. 269. a. 133. b.
bonitas. 285. b.
attributa consideranda. 801. b.
appellatio multiplex. 281. b.
patefactio. 272. b.
beneplacitum. 835. a. 283. b.
varia ei attribuuntur: Hinc dicitur Abrahami Deus. 178. b. 282. a.
altissimus. v. altare & 281. b.
auxiliator. v. Auxilium. beneficus post pœnas. 840. b. baculum habens. 93. b. 284. a. b.
dans nobis bona 314. b. plus respiciens. 285. b
estque portus noster. 284. b.
omnes admittens. 286. b.
conf. 524. b.
septuplex Dei bonitas. 284. b.
bonus: omnia benedicendo donans. 190. a.
Clemens. v. Ala. Conf. 60. b.
cœnæ magnæ autor. 221. b.
custos. 275. b.
deserit tamen. 717. a.
ditissimus. 69. b. 306. a.
nos ditans. 306. a.
debitor. v. s. l.
diligens nos. v. Abba, n. 3.
dolens. 312. a.
clemens. 483. a.
defensor noster. Hinc clypeus dicitur. 221. a. 291. a.
director. 302. a.
divinationis causa. 306. a.
fabricator. 351. a.
fidelis Deus. 287. a.
gratiosus. Hinc rori comparatur. 88. a.
habitans in nobis. 306. a.
Immutabilis. 283. b.
Juvans in certamine. 68. b.
Ignis. 282. a.
Ira Dei. 456. a.
Invisibilis. 283. b.
Justus, homines captivans. 140. b.
Justus, non excitat malos. 715. a.
irascitur, ignis. 456. a.
non indurat. 715. a.
non placatur à Maria. 289. a.
Judex rectus. 288. a.
puniens peccata peccatis. 288. a. 287. b.
malum non faciens. 287. b.
mala compensans, ibid.
Latior mari. 525. b.
Lux. 554. a. b.
Majestas Dei. 719. a.
manifestatio. 918. a.
magnitudo misericordiæ. 830. a.
Misericors. v. 60. a.
vult omnium salutem. 286. a.
Ibid. declarata hæc bonitas major erga homines, quam angelos. 284. a. c. 631. a.
Necessitas non est. 694. a.
omnipotens: Ideò dextera & brachium ei assignantur, v. Brachium. 83. b. 290. b. 289. b.
Omniscius. 290. a. 289. b.
Conf. 221. a.
Optimus, sine quo nobis benè esse non potest. 161. b.
Omnipræsens. 285. b. 290. a.
Confer 148. a.
dux noster. 282. b.
in malis. 287. b.
Petra. 817. a. b.
pastor, utens baculo. 93. b.
paterfamilias. 782. b.
pugnans pro nobis. 187. a.
ridens. 920. a.
Sapiens. 425. b.
Scientia Dei gratiosa. 289. b.

Rece-

Recedit ab homine. 302. a. 894. a.
non tamen in sempitern. repellit. 912. a.
Refugium. 898. b.
tolerat induratos. 468. a.
vindex in bellis. v. Bella. 106. a.
calumniarum. 133. b.
avaritiæ. 76. b.
unus. 282. b.
utitur impiis. 464. a.
Tres personæ impervestigabiles 283. a. 282. b.
Opera Dei. v. Opera s. l.
inscrutabilia. 291. a.
mirabilissima. 290. b.
Justissima, pulcherrima. d. l.
Creatio hominis ad imaginem Dei. 459. b.
Itaque amandus à nobis. v. Charitas, cognoscendus. 315. a. v. Cognitio.
desiderandus. 279. a.
ei corde adhærendum. 267. a. 207. a.
grates dicendæ. 940. b.
gloria ejus amplificanda. 150. a.
colendus. 315. a.
non contemnendus. 309. b. 318. a.
meditanda ejus opera. 291. a.
Confer 290. b.
ei non repugnandum. 900. b.
Deus falsus.
venter. 266. b.
magnus vir. 358. a.
Diabolus, vox ea ambigua. 291. a.
Rex Diabol. 919. b.
quis? 292. a.
Baal. 906.
venator. 189. a.
Basiliscus. v. Basiliscus. Satan. 296. b.
Tyrannus à Christo victus. 189. a. 210. a.
odium. 294. a.
Potentia. 105. b.
technæ. 270.
terretur precibus. 220. b.
à Deo cohibetur. 140. b.
discedit ab homine. 302. a.
Ejus laquei. v. Laquei.
Draco est. 317. b.
primogeniti Ægyptiorum. 297. b.
Varia nomina & similia. 296. a.
balæna. 296. b.
Deus seculi. 297. b.
gladiator. 297. a.
Goliath. Ibid.
Inimicus. 297. a.
Ismaël. 297. a.
Laban. d. l.
latro. d. l.
lupus, ibid.
malleus universæ terræ. 297. b.
mendax, ibid.
milvus rapax.
Nimroth.
Perdix.
Pater mendacii.
Pharao.
Pyrata. 247.
Eques. 297. b.
Sichem, Sissera.
tortor. 294. a.
venator. 297. b.
versipellis. 298.
ursus. 298. a. d. l.
volucres cœli. 298. a.
Diaconus, i. officia eorum. 120. a.
Diaconissarum duratio. 298. b.
Diadema magistratus onera. 566. a. b.
Diæta neglecta. 641. b.
Diana. 670. a.
Dictamnus vulnerum CHRISTI. 200. a. 596. b.
Dianæ templum combust. 353.
Didrachmam solvit Christus. 317. a.
Dies nostri tres. 459. a.
Dies quid? 299. a.
Domini. d. l. 299. a.
nativitatis qualis. 184. a.
cinerum quis? 218. b.
Iræ. 299. a.
Judicii. v. Judicium. Martyrum. v. Martyr.
Diffamatio peccatorum. v. Accusatio.
Diffidentia Davidis erga Deum. 152. b.
justa. 299. b.
causa. 317. b.
Digiti jurantium. 506. b.
Digna vita. v. vita. Deo digna. 300. a.
Episcoporum dignitas. 336. a.
Dignitas Evangelii. 299. b.
Dii alieni. 223. b.
impotentes. 300. a.
Magistratus. 572. a.
Dilapidatio bonorum Ecclesiæ. 124. a.
Dilatio auxilii divini. 361. b.
promissi. 870. a.
Dilectio. v. Amicitia, Charitas, Funis Christi. v. Christus.
Apostolorum. 162. b.
Abrahami. v. Abraham.
Dei dilectio. v. Charitas. Sapphirus.
Error de illa. v. Sotus. Christi. v. Christus.
Felicitas. v. Felicitas.
Diligentia araneorum. 62. a.
Ejus exempla. 300. b.
discipulorum. 302. b.
effecta. d. l. 300. b.
Adjuncta opposita, ibid.
Ministri. 620. b.
Diluvium. 60. b. 144. a. 301. a.
submersi peccati. v. Baptismus. 301. b.
Satanæ. 201. a.
mortis. 301. a.
in Thessalia tempore Mosis. 301. a.
Conf. 701. b.
Diluculum multiplex. 301. a.
juventutis, pœnitentiæ, mortis, &c. vid. dict. loc.
Dimensio Dei misericordiæ. 631. a.
Dimissio Barrabas. v. Barrabas.
Dio Cass. de servis ægrotis. 426. b.
Diocletianus lætus imperio sese abdicans. 72. a. 740.

Diogenes Cynicus. 239. a.
de convivio. 266. a.
Alexandro M. 360. a.
Judicio temerario. 503. b.
responso, quod dedit Alexandro M. 651. b.
Dionysius R. electus. 348. b.
Dioscori ambitio. Tit. Ambitio, n. 116.
Dipsades serpentes. 421. b.
Diræ vitandæ. 301. b. 302.
parentib. 301. b.
Directio quid? 288. b.
gressuum. 874. b.
cordis. 267. b.
Diaboli arma. 294. a. mons ardens. 494.
multa mala efficit, sed tamen ex permissione Dei. 294. a.
bona opera impedit. 292. b.
auditum verbi. d. l. fallit. 293. a.
Deum terribil. pingit. 293. b.
exagitat homines. 293. a.
terret. 294. a. tentat. d. l.
occidit. 293. a.
peccare facit. b. d. l.
occupat certa loca. 293. b.
animalia. 294. a.
rationalia. 293. a.
mendacii pater. 601. a.
levia facit, quæ gravia sunt. 292. a.
statum integritatis impedit. 292. b.
spoliat. 293. b.
omnia regna mundi ostendit. 293. b.
ventre repit. 295. b.
malus est. 294. b.
omnia non scit. 295. a.
oratione & fide depellendus est. 298. a.
Vinctus, aliquando solvendus. 295.
In statu damnationis constitutus. 295. a.
Immundus est. 294. b.
seduxit Adamum. 601. a.
Dominator. 295. b.
arma ejus. 608. a.
insidiæ. 609. a.
mortis imperium habuit. 647. a.
Disciplina Ecclesiastica moderata. 329. a.
differt à Politica. 344.
Disciplinæ interlapsæ causæ. 344.
Discipuli Christi fugiunt. 193. b.
ambitiosi. 302. b.
quod prædixerat eis sæpe Christus. 192. a.
officium discipulorum. 79. a.
reverentia. 302. b.
interrogati de cibo. Cur? 190. b.
à Christo loti. 191. a.
varii sunt. 302. b.
vitia discipulorum. 302. b.
officia. 303. a.
obedientia. d. l. obsequium. 826. a.
Discordia ex avaritia. 71. a.
v. Inimicitia. quid? 303. a.
discipulorum. 302. b.
semper in Ecclesia fuerunt. 304. a.
Turcæ petunt precib. suis, ut Germani sint discordes. 475. b.
in fidei doctrina. 303. b.
causa, defectus charitatis. 303. a.
tyrannis. 303. b.
mendacia. d. l.
periit hac Ægyptus. 334. b.
Discretio quid? 304.
Discrimen ciborum. v. Cibus.
Discumbere. 304. b.
Dispensatores ministri. 622. b.
Disperdere. 204. a. quotuplex. d. l.
Dissensiones Monachorum. 635. b.
Dissimulatio aliquando bona. 133. b.
Dissolutio belli. v. Bellum.
Dissolvi quid? 306. a.
Dissonantia jejunii non tollit unitatem fidei. 153. a. 154. a.
Disparitio aquæ. 98. a.
Dispensatio Simoniaca. v. Simonia.
Ceremoniarum. v. Ceremonia.
Papæ. 774. a.
Dispersio. Superborum. v. Superbia.
hominum. v. Exilium. 107. b.
Iracundorum. 304. a.
Dispositio omnium. 874. a.
domus suæ. 304. b.
Disputandi audacia. 418.
Disputatio. v. s. l.
modus. 305. a.
qui? 304. b. conf. 305.
cum infirmis. 154. a.
de angelis, varia. 142.
principium ejus, sola scriptura. 304. b.
Dissimulatio licita. 877. a.
Distinctio ceremoniarum à doctrina fidei. 153. b
δουλείας, λατρείας. 318. b. 745. a.
Ditari spiritualiter. v. Divitiæ & 182. a. 306. a.
Divinatio quid? 306. a. Conf. 318. a.
pœnæ. 307.
exempla. d. l. & 402. a.
Divites, horum vitia. 309. b.
desideria. 278. b.
Exempla divitum. 307. b.
Divitiæ spirituales. v. Divitiæ Dei. 606. b.
temporales sunt. 124. b.
aqua. 77. a.
Dii alieni. 308. a.
aranea. 62. b.
Bel. 308. a.
sunt ossa arida. 74. a.
fel aspidum. 308. a.
alæ ineptæ. §. 97.
Corrasio earum injusta. 106. a.
adeoque flocci habendæ. 73. a.
abutendum iis non est. v. abusus.
sed spernendæ. 310. a.
ut vanæ. 307. b.
vitiosæ. 307. b.
à nobis relinquendæ. 308. a.
nocivæ. 74. a.
cum multis difficultatib. conjunctæ. 307. b.
à Crate Thebano in mare projectæ. 310. a.
à Stoicis spretæ. 307. b.
dubio eventu præditæ. 204. b.
perdicibus similes. 817. b.
Doceo, & Christus orare. 216. b.
Docilitas, auditoris virtus. v. Auditor.
canis docilitas. 136. b.

Dociles Episcopi. 335. a.
Doctor Christus. 310. b.
fidelis sit. 310. b.
Doctrinâ instructus. 157. b.
basis Ecclesiæ. 105. a. 322. b.
debet audiri. 79. a.
disputare. 304. b.
caput Doctorum Christus. 217. a. 302. b.
Doctores varii. 310. a.
gradus eorum. 311. a.
in pretio habiti. 311. b.
sint tabelliones Dei. 335. b.
rudes, olim Tridentum missi. 123. b.
Gradus Doctoratus magno fuit Luthero solatio. 311. b.
non est ritus Apostolic. 758. a.
Doctrina de angelis utilis. 142.
prava est absynthium. v. Absynthium.
Alcorani impia. v. Alcoran.
falsa occidit, estque baculus venenatus. 105. a.
araneæ tela. 62. b.
Christi doctrina est Margarita. v. Margarita, Ministri. 618. a.
Christi, gravis. 310. b.
jugum. 504. b.
vera. 906. a.
plena, ibid. dulcissima, utilissima. 311. a.
fermento bono simillima. 362. b.
autoritate divina. 189. b. error innatus. 127. b.
propagatio doctrinæ. 312. a.
Doctrina falsa fermentum. 368. b. litura. 551. a.
Dolor unde dictus? 312. a.
multiplex. d. l.
Dei. 312.
Christi. 313. a.
Diaboli. 312.
moralis. d. l. cordis. 268. a.
spiritualis. 312. b.
animi, corporis. 838. b.
amarus. v. Amarus.
naturalis. 312. a.
martyrum, cur non perceptus? 791. b.
peccati. 849. a. 799. b.
Dolositas. 84. b.
Dolus bonus. 313. a.
malus. 313. a.
non concinnandus. b. d. l.
in laborando. 422. a.
Domestici infideles. 313. b.
Domicilium Dei. 892. a.
Satanæ. 831. b.
artium olim Athenæ. 68. b.
Dominicus dies. v. Dies.
Dominium Christi. 210. b. 211. b.
in res humanas, nemo habet. 313. b.
Dominus. v. Christus.
Sabbathi Dominus Christus. 217. a. 313. b.
Domini difficiles, his serviendum. 85. b.
Domus Levitica, expianda. 217. a.
spiritualis, ædificanda. §. 75.
Tit. ædificium Dei. 281. a. 297. a.
mundi felicitas ruinosa domus. 358. a.
cœli domus. 314. a.
propria domus. 314. a.
orationis. d. l. animæ. 270. a. 847. a.
domus olim purgata. 675. a.
nativitatis Christi. 184. a.
desolatio, exustio domuum. 108. b.
conturbatio propriæ domus, unde? 73. b.
Domus Israëlitarum in terra Gosen. 313. a.
tenebrarum domus, mundus. 281. a.
Dominica uxor Valentis Imperatoris Gothos placavit. 664. b.
Dominicani ordinis Monasteria. 637. b.
Domitianus. Ejus nomen deletum à Senatu Romano. 464. b.
lapidibus resplendescentibus parietes stravit. 524. b.
arrogans fuit. 570. b.
quendam damnavit. 704. b.
Dona quæ sint? 314. a.
finis. 316. a.
quotuplicia. d. l. b.
eorum abusus. 266. b.
usus. 315. a. seq.
Dona aurea. v. munera.
Dona nostra ignorare debemus. 440. b.
non ob ea nos efferre. 440. a.
Donatio spoliorum. 120. b.
Constantini. v. Constantinus.
Donatistæ. 317. a.
Donaria. 119. b. in usus sacros.
Dona. Abusus eorum. v. Abusus. Dei perfecta. 314. a.
Donatistæ altaribus inimici. §. 105.
Tit. Altare. Donatus. 665. a.
usus est Luciliâ. v. f. l.
Donum Dei, Christus. 182. a.
Dona Spiritus Sancti. 427. a. v. Lucerna.
Dormitio animæ. 44. b.
corporis. 31. a.
in Christo. 714. a.
Dormitoria mortuorum. 221. a.
Dorsum Christi, Dei. 317. a.
Dorothæus Monachus lapides colligit. 518. a.
Dos nostra sangvis Christi. 201. b.
Dothan, Ecclesiæ typus. 317. a.
Drachmæ inventor. 317. a. quid illa? ibid.
Draco, unde dictus? 317. a.
quid notet? d. l.
Satan est. 296. b.
Draconis lex de otiosis. 764. b. 766. a.
Draco Tyrannus. 317. b.
Draconum habitatio, ibid.
Dubitatio. 317. b.
ejus origo. 318. a.
vitanda. d. l. Exempla dubitantium, ibid.
Duces. v. Princeps, Magistratus.
angeli. 149.
milites Christiani. v. Militia.
Dudaim quid sit? 318. b.
Duleia, latreia. 745. a.
Duo Testamenta, duæ alæ. v. Ala.
Duellum. 866. b. 883. b.
Dulcedo Christi. 216. b. Conf. 318. b.
Dulcescant amara quomodo? 199. b.
δουλεία, λατρεία. 318. b.
Dumetum in rosetum versum. 924. a. b.
Duplex corpus hominis. 270. b.
Duratio Legum. 154. b.
Ecclesiæ nota non est. 326. b.
Duritia in Deo. 319. a.
Durum cor. v. Cor. 268. a.

Dux Deus. 319. a.
bellicus, quæ ejus requisita? 109. b. 110. a.
Georgius. 659. a.
Ecclesiæ est Christus. 319. a.
Würtenbergicus confisus suis subditis. 571. a.
Venetorum catenis vinctus, iniquè tractatus. v. Clemens Papa.
Dux cœcus ad credendum. 338. b.
Dydimus Alexandrinus cœcus. 271.

E.

EBrietas. Ejus nomina. 319. a.
caro corrupta, consvetudo mala. 310. a. 320. b.
v. s. l. aucup. animæ. 324. a.
fugienda. 320. a.
multiplex. 319. a. effecta. v. d. l.
capitale vitium. 320. a.
Ebrii S. Sancto. v. Apostoli. v. S. Sanctus. hæretici. 421. b.
inebriari quid? 114. b.
Ebrii moraliter malè avari. 74. b.
in vanum se excusant. 797. b.
Ecclesia ejus paterfamilias. 322. b.
agricultura est. 332. a.
clerus est. 521. b.
fundata in Christo. 228. b.
columnæ ejus quæ? 228. b.
janua. v. Janua.
ancilla Dei. 321. b.
aquila. 322. a.
ager. v. Ager, n. 4.
area est. 63. b. 322. b.
amica Christi. 321. b.
aurora. 87. b.
arca Noæ. 322. b.
cœlum. 129. b.
Bethel spirituale. 322. b.
candelabrum. 136. b.
civitas cœlestis. 220. b.
columna. 228. b.
Eden. 313. a.
firmamentum. 323. a.
grani Sinapis instar. 323. a.
luna. 323. b.
Maria ejus typus. 198. b.
Nidus Dei. 322. b.
mons. 640. a.
Navis. 324. a.
nidus bonorum. v. Nidus.
ovile. d. l. 768. a.
Portus. 324. b.
Schola. 324. b.
Sinus. 322. b.
Sponsa. 325. a.
Vas Petro visum. 325. b.
Membra Ecclesiæ: boni, mali. 326. a.
Ejus officium. 611. a.
messis. 606. b.
militia. 608. a.
vocatio. 611. a.
formatio. 633. a.
conservatio Ecclesiæ in montium cavernis. 668. b.
Effecta Ecclesiæ:
orare. v. 322. b.
Adjuncta Ecclesiæ, dilatatio. 300. a.
benedictio. 111. b.
Unitas. 326. b.
gloria. 141. b.
bona. v. Bona Eccl.
fortuna. 134. b.
regimen. 280. a.
Impuritas. 327. b.
præsidium angeli. v. Angelus.
Oratio. v. Amaleck.
Notæ. 316. b.
Conjunctio Judaicæ & Gentilis. v. Abba, n. 2.
obscuritas. 325. a.
defensio Ecclesiæ. 122. a.
duratio. 326. b.
oppugnatio. 498. a.
Ecebolius Apostata. 53. b.
Echo conscientiæ. 249. b.
Egestas. 603. a.
Ecclipsis solis. 203. a.
animæ. 172. a.
Eden hortus. 323. a.
Edom. v. Esau. 475. a.
Edere ad Dei gloriam. 404. a.
Edere brachium proximi. 125. b.
Educare liberos. 775. b. 776. a.
Effusio donorum Dei. 306. a.
Ejectio è terra. 147. a. v. Plaga.
Electitius cultus. v. Cultus.
Electio. v. Prædestinatio.
Electuarium Eucharistiæ. 214. b.
Electi non soli regenerantur. 900. b.
Eleemosynæ. v. s. l. collectio earum. 152. b. vid. p. 329. 330. 331.
ociosis non dandæ. 330. b. cognatis, ibid.
hilari animo. 331. a.
impellentes causæ. 329. b. charitas. 330. a.
non merentur gratiam justificationis. 331. a.
Huc decimæ. 278. a.
Elementa, Ceremoniæ. 153. b.
rudimenta fidei. 333. a. Legis. d. l.
physica homini inserviunt. 270. b. 329. b.
Elenchus ministri. 612. b. 614. b.
mundi, quid moneant. 273. a. 333. a.
Elephas intellectu sagax. 227. a.
cornutus. 333. b. superatus. 202. b.
septingenti Elephantes in exercitu Persarum fuerunt. 334. a.
Satanæ imago. 333. b. Solem adorant. 755. a.
typus roboris Satanæ. 333. b.
Elevare facem. 357. b.
Elias typus Christi. 175. a. 334. a.
Johannes. v. Johannes.
ut in cœlos ascenderit? 211. a.
in excelsis immolârit. 343. a.
Elisabetha, quid notet? 334. a.
Elymas, excommunicatus. 345.
Emo, is. v. s. l.
Empedocles cædem cantu impediit. 678. a.
Emptæ olim uxores. 65. a.
Emptio & Venditio. 513. a.
Encratitæ; horum propago Abeliani hæretici.

Enoch, ut in cœlum aſcenderit? 211. a.
mors extraordinaria. 659. a.
Enſis à Trajano contra Trajanum. 515. a.
Epaminondas juſtus. 491. b.
gaviſus de laurea reportata viventib. adhuc parentibus. 542. a.
Epicurei. 820. b.
Epha pars Arabiæ. 334. b.
Ephebi jurant. 516. a.
Epheſus Joniæ civitas. 334. b.
Ephod, quid notet. 216. b. 344. b.
an, id faciendo, peccarit Gideon. 402. b.
Ephraim Chriſtus. 175. a.
Epieikia in fide. 579. b. c. 580. a.
Epicuræorum furor. 668. b.
Epicurus, eiſmus. 267. a. 344. b.
de cupiditate. 740. b.
creatione. 669. b.
Epiphanius pro ſecundis nuptiis. 712. b. 713. a.
Epiſtatis noſter Filius Dei. v. Agon.
Epiphanii ſententia de ſerpentibus. 829. a.
Epiſcopus. 142. b.
Idem olim cum Presbytero. 757. b.
oret pro auditoribus. 335. a.
Chorepiſcopus. d. l.
animarum. 212. b.
urbium. 213. a.
terrarum. d. l.
captivus. v. Babylas.
baculi olim Epiſcoporum. 94. b.
hi legabant ſua bona. 120. b.
hæredibus deſtituti. d. l.
Epiſcopi rudes Tridentum miſſi. 123. b.
Epiſcopalis dignitas. 136. a.
Epiſcopi conſervent bona Eccleſiæ. 120. a.
ſint eruditi. 335. a. conſtantes. 335. a.
orthodoxi. d. l. pii, manſueti, ſapientes, vigilantes, diligentes, ibid.
patientes miſeriarum. 200. b.
oſculis Cæſaris honorati. d. l.
refutent hæreticos. 335. a.
Epiſtola catholica quæ? 151. b.
Wimpelengi quæ? 124. a.
S. Scripturæ. 335. b.
Epitome virtutum. 170. a.
Ἐπιχαιρεκακία. 335.
Epulum. 335. b. Evangelii.
Equi, Chriſtiani. 336. a.
mali miniſtri. 622. b.
Equus currens ad prælium. 856.
indomiti cogitationes noſtræ. 222. d.
Equis non delectatus Alphonſus. 336. a.
Equites Romani. 494. a.
Equitis Abb. remedium contra libidinem. 148. a.
Equus Diaboli. 297. b.
Equi Idololat. 336. a.
angeli albi equi. 336.
Ergaſtulum animæ corpus. 44. b.
Eraſmi Roterod. vox ultima. 649. b.
Eraſmus de Muſica. 677. b.
Eremus multiplex. 336. a. 337. a.
origo vitæ in illa unde? b. d. l.
non facit beatiorem, non Monachum, non à concupiſcentia liberum. 336. a. 337. a.
conſcientiæ Eremus. 249. b. 251. a.
Eremitarum exempla. 337. a.
Johannes non fuit Eremita. 336. b.
Error, es, cauſæ hujus. 337. b.
vitæ, doctrinæ. 127. b.
unde hi? 127. b.
de baptiſmo. 103. a. 104. a.
Dæmoniis, angelis. 142.
Chriſti paſſione. 204. b.
in ſolitudine. 337. b.
animalis. d. l.
Errorem inducit Diabolus. 293. a.
Error de Diaconiſſis. v. Diaconiſſa.
de Religione. 337. b.
τῆς φιλαυτίας. d. l. intemperantiæ. d. l.
ei obviandum. 339. a.
non defendendus. d. l.
quia eſt contagio, ibid.
Error in quærendo. 887. a.
reſurrectione. v. Reſurrectio.
Erubeſco. v. Pudor, modeſtia.
ob peccata. 849. b.
Eruditio. Conf. Docti, rina, Doctor.
ejus initium. 149. a.
Eſaias Evangel. Martyr. 339. b.
ejus duo miracula. 626. b.
Eſau litigioſus. 224. a.
mundanorum typus. 172. a. 329. a. 308. a.
non damnatus. 329. a.
Eſca vermium. 218. a.
Esdra. 339. b.
Eſſe in cœlo, quid? 129. a.
Eſſentia Dei. 224. b.
v. Deus. v. Abyſſus.
Eſſæi Jeſuitis comparati. 339. b. 340. a.
Eſpenſæi gratiarum actio. 142. b.
Eſther. 666. b.
Eſurio, ire.
avari eſuriunt. 72. a.
Ethnica vita. 401. a.
Ethnici, a, um. v. Gentiles.
myſteria eorum. 685. b.
certamen. 156. a.
Dii eorum. 282. b.
ſententia Ethnicorum de apparitionibus mortuorum. 45. a.
creatione. 272. b.
circumciſione. 219. a.
caſtitate. 143. b.
miraculis. 198. b.
libidinoſi. 147. a.
teſtes Chriſti. 178. a.
qui victimas explorarunt. 192. a.
§. Veteres Ethnici.
recordatio Ethniciſmi. 417. a.
conſolationes eorum contra mortem vanæ. 659. b.
tædæ in funeribus adhibitæ. 650. b.
Judicia de ſexu muliebri. 668. a.
excitatio mortuorum. 915. b.
Philoſophia recentior quàm Hebr. 820. b.
Battologia. 833. b.
Eva, typus Eccleſiæ. 340. a.
triplex peccatum. 663. b.
formatio. 161. a.

Evagrius Eremita. 337. a.
Monach. Pelagianus. 637. b.
Evander Ptolomæus matricida. 542. a.
Evangelium, pluvia. v. Pluvia. 205. 923. a. 922. b.
buccina. vid. Buccina. non est causa famis. 354.
quatuor ejus volumina columnæ civitatis Dei. 322. b.
prædicatores ejus, nubes. 709. a.
sigillum. 141. a. b.
cœna magna. 341. b.
communio. v. Communio.
Epulum. 335. b.
vespere promulgatum. 221. a.
breve & longum. 125. b.
pretiosum, lux clara. 342. a.
columna. 322. b. 341. a. 299. b.
justitiam ostendit. 510. b.
media propaganda. 141. a.
prædicatio. 341. b.
mamma est. 578. b.
universalitas. 341. a. 156. b.
unitas. 341. a.
æternitas. 341. a.
non appendendum collo. 227. b.
debitum Evangelii. 277. a.
est aqua vitæ. 341. b.
gladius. d. l. pluvia. 342. a.
virga. d. l. thesaurus. 342. a.
dignitas. 299. b.
Eucharistia. v. Sacrament.
ejus oblationes. 718. b.
effectus. 661. a.
Euclides mansvetus. 580. b.
Elementa hujus. 677. b.
Evectio Christianorum. v. Tit. Ager.
Eversio regni. v. Arundo.
Evisceratio araneorum. 72. a.
Enuchus. v. s. l. 342. b.
Evomitio populorum. 144. a.
Euripus affectuum. 714. a.
Eusebius Vercellensis exul. 348. b.
Nicomediensis Arianus. 437. b.
Eutychianus hæreticus pater Monachorum. 637. b.
Exacerbatio Dei. v. Zelus.
Examen discipulorum. 614. a.
Exagitatio Diaboli. 293. a.
Exauditio nostri, non ob opera. 702. b.
dilata cur? 751. b.
Exaltatio Christi, piorum. 209. b. 343. a.
Dei. 291. b. 342.
cornuum. 270. a.
Examen. v. Conscientia. serpentis. 203. b.
à Deo est. 439. b.
Excœcatio. 133.
v. Arrogantia. 70.
v. Avar. per Diabolum. 293. a.
cordis. 715. b.
Exauditio. 291. a. v. Deus.
Excandescentia. v. Ira.
Excellentia animæ. 42. b. 182. b.
duodecim hominis excellentiæ. 431. b.
Excelsa. 343. a.
Excelsus in potu & cibo. 143. b.
Excisio Familiæ. v. Familia.
Excitatio quid? 288. b.
Dei. 345. b. 917. b.
Ethnicorum. v. Ethnici.
Excitator conscientiæ. 251. a.
Excommunicatio, & de hujus adjunctis. 343. 344. 345. 95.
laicorum hæreticorum. 424. b.
Tyrannis. 344. b.
Excogitatio Canticor. 139. b.
Excubiæ angelorum. 149.
Excusatio multiplex. 345. 346.
requisita ejus. d. l.
immisericordium. 632. b.
peccantium. 796. a.
Pallia. 769. b. 804. b.
Execratio. v. Diræ.
Exempla mala, bona, piorum. 831. a.
variorum. 347.
Ecclesiastica. 81. a.
Heroica. 347.
singularia, ibid.
pietatis. v. Pietas bona. 346. b.
Exempla avaror. v. Avari. castorum. v. Casti.
Calumniatorum. v. Calumnia.
Cananææ. v. Cananæa, qui bonis prælucere debeant exemplis. 347. a.
Exercitium Adami. 149. b.
memoriæ est passio Christi. 191. b. spei. 141. b.
pietat. castit. patient. v. s. l. bonorum operum impedit Diabolus. 292. b.
Exercitia hypocritica. 444. b.
Exercitus hostilis. 106. a.
Ecclesia. 322. b. Satan. 396. b.
Exercitui militari ferarum imagines prælatæ olim. 402. a.
Exhæredatio. 416. b.
Exilium pœna. 144. a. ejus salus. 348. a.
causæ. v. Advena. §. 54. conf. 133. a.
solatia in eo. 348. b. vita exilium. d. l.
omnis boni. 797. b. unde? d. l.
Exitus ex Ægypto. v. Israëlitæ. mundo. 172. b.
& cur? d. l. arrogantium. v. Arrogantia.
vitæ hujus. v. Ægyptus, n. 5.
hæreticorum. 424. a. 420. b.
Exhortatio. v. Minister, Magistratus.
Exorcismus §. 45. Tit Adjuratio. 349. b.
Exorcismus frustra tentatus per 6. menses. 723. b.
Exornatio nostri. 285. a.
Expectatio. v. expecto. Speculor. Spes auxilii. 350. a. creaturarum. 916. a.
Experientia spiritualium hominum. 350. b. v. s. l.
Expectatio miraculorum. 629. b.
Exprobratio. v. Irrisio, Contumelia, convitia, peccatorum in Judicio extr. 495. b.
Explorator Satanas. 297. a.
Exploratio. v. Probatio ingeniorum. 777. a.
Expulsio Dei ex corde. 70. a.
Exsiccatio. 63. b. spiritualis.
Extemporanea colloquia. v. Colloquia.
Extensio manuum Christi. 198. a.
& reliqui positus corporis. d. l. cordis. 279. b.
Extispicia Gentilium. 306. b. 351. a.

Exules derisi. 108. 109.
solari eosdem. 37. a. §. Exules.
eorum locus sub cœlo. 348. b.
Exulum exempla. 348. a. b.
Exundatio aquarum. 301. a.
Exustio palmarum. 218. b.
urbium. 108. a. frumenti. 355. a.
Exutus Christus. 195. a.

F.

FAba, Deus Ægyptiorum. 351. a.
frugalitatem docet, d. l. ad mortuos pertinet, ib.
Faber. v. f. l. è fabro ferrar. Cæsar. 361. a.
Faber Callinic. invenit ignem, naves sub aquis exurentem. 743. b.
Fabri Filius Christus. 743. a.
Fabulæ non prædicandæ. 130. a.
de Gigantib. Fabula. v. Gigas.
vox. 351. a. b. Græcorum fabulæ. d. l.
Æsopicæ, ibid. de Philemone. 437. b.
Fabius respuit aurum. 73. a. 742. a.
Fabricius contempsit oblatas à Pyrrho provincias. 569. b.
Facies Dei, Christus. 217. a. 351. b.
Christi violata. 196. b. Ecclesiæ. 352. a.
hominum. 351. bovis. 124. b.
angelorum. 351. b. animi index. 351. b.
conscientiæ. 251. b. panes facierum. 352. a.
nigræ facies. 697.
Tit. Facies Mosis. 644. b.
Facio. v. f. l.
Factio. v. Ambitio, n. 112.
Factiones aulicorum. 85. b.
origo 913. b.
Factor verbi. v. Verbum.
Facultas animæ. 40. a.
Falconia amantissima rerum divinarum. 664. b
Fallacia ambitionis. 122.
amicitiæ, n. 127. 132.
Diaboli. 293. a.
cogitationum. 221. b.
prophetiæ. 151. a.
Scorti. 84. b.
Falsarius. v. Crimen falsi.
Falsi libri. v. Libri.
prophetæ. v. Hæretici.
Falsitatis requisita. 274. a.
Falx Christi. 352. a.
Fama, bona, mala. 72. a. 352. b. 132. a.
pervadit celerrimè. 353. b.
fallit sæpe. d. l. defendenda. 352. 353. a.
sinistra Deo commendanda. 354. a.
post mortem. 352. b.
malorum fama citò perit. 353. b.
nigris olim depicta alis. 353. a.
sequitur eos, qui secreta revelant. 353. a.
Fames unde? conf. Bellum. 109. a.
quid? 354. a. 356. a.
avaritiæ inexplebilis. 71. a.
causæ ejus. 355. a. 354. a. b.
eâ laborantes è bonis Ecclesiæ sustentandi, 122. a.
summa. 356. a.
hac periit Pausanias apud asylum. 68. a.
exempla 355. fusissima.
Martyrii fames. 355. b.
spiritualis. 355. b.
remedium famis. 356. a.
cessatio. 355. b.
Fasciculus myrrhæ. 164. a.
ad foveam. 357. a.
Fasciæ & panni Christi. 184. a.
Fascinum affectuum. v. affectus.
v. Error mundi. 358. a.
Fastidium hominum. 133. a.
præsentis status. 89. a.
Fatalia quædam. 873. a.
Fatuitas virginum quinque. 147. b.
v. Continentia. conf. 239. a.
Fatuorum risus. 920. a.
Fatum. v. Providentia.
Favor humanus. 357. a. b.
aulicus. d. l.
Fax charitatis. 168. a.
elevare facem. 357. b.
Familia Dei. 273. b.
malis commixta. 356. b.
est lucerna. 357. a.
impiæ pœnæ. d. l. plur. exempla.
inconstantia familiarum. 306. b.
hæ cur numeratæ in Genes. 396. b.
Familiaritas. v. Amicitia. v. Societas.
Famosi libelli. v. Libelli.
Famulus. v. Servus. E quodam fit Cæsar. 361. a.
Fanatici, miracula. 628. a.
Fasces, virga & securis. 566. b.
Fas in bellis. 754. b.
Febris, febricitans: huic similis avarus. 74. b.
v. Morbus.
Februarius unde dictus? 602. b.
Feciales ministri. 622. b.
Fel, Christo præbitum. 197. b.
crucis, purgat oculos. 128. b.
uva fellis. v. Uva. sine felle ovis. 197. b.
hypocritarum. 443. a.
Feles: his qui similes? 135. a.
Felix, Præses Judææ. 361. a.
Felicitas mundi, variis similitudinibus adumbratur. 354. 357. b. 358. 359. 360.
momentanea. d. l. 359. b.
Felix, felicitas è Christi cognitione. 225. b.
Christi præsentia. 212. a.
Dei dilectione. 160. a.
agricultura. v. f. l.
in expediendis rebus. 433. b.
Femur. v. f. l.
Fenestra cordis. 361. b.
Fenestra sensus. 361. b.
orationis. 361. b.
Fera inexpugnabilis, avaritia. 74. b. 362. a. 361. b.
Fercula cœnæ magnæ. 221. b.
picta. 358. a.
bonitatis Dei. 218. a.
malitiæ. 577. b.
Fernandus Rex vocatus ad tribunal Dei. v. Accusatio. §. 25. & p. 491. b.
Fermentum avaritiæ. 74. b.
prohibitum. 363. a.
Ferrum odii concoquendum, ut ferrum concoquit Struthio. 167. b.
Ferri varia significata. 363. a.

per ferrum candens probatio. v. Kunigunda. 491. a.
Fera, feræ, Diaboli. 708. a.
Fervor cordis. 159. a. 363. a.
Fertilitas. v. Agricultura.
Superbiæ. 362. b.
Iræ. v. Ira.
Festinatio doloris. 363. b.
offendiculi, ibid.
prudentiæ ad bona, mala, ibid.
divini auxilii, ibid.
Festa. 299. a.
abusus eorum. 366. b. 367. a.
in luctum versa. 367. a.
Hebræorum. 363. 364.
Græcorum, ibid.
profanata. 366. a.
Christianor. 364. b. 365.
multitudo. 367. d.
officia circa festa. 365.
expiationis. 191.
natalium Christi. 364. b.
luctuosum, ibid.
Mariæ festa. 583. b.
Festuca. v. s. l.
Ficus, cui maledixit Christus. 367. b.
mala, bona. d. l. imago Magistr. parent. ibid.
avaritiæ symbolum. 569. b.
Fideles pii, clamant. 220.
certant. 156. a.
Dei habitacula sunt. 510. a.
Fidelia animalia quædam. 170. b. 151. b.
canis. 136. b.
leones. 368. a.
Delphini. d. l.
magistratus. 84. a.
Fides: Ejus analogia. v. Analogia.
baculus. v. Baculus. 94. b.
Unde? 150. a.
calor est accensus à Christo. 216. a.
incorruptibilis. §. 80. Tit. Æs.
clypeus. 221. a.
ala. v. Ala. columna. 228. b.
radix. 225. b.
simulata. 442. b.
multa notat. 368. a.
est vestis benè custodienda. 710. b.
eam dat Deus. 315. a.
impedit Satan. 292. b.
non est medium ex multis. 370. b.
consistit. 371. b.
non dubitat. 317. b.
Satanæ resistit. 298. a.
est radius. 368. b.
diluculum. 301. a.
aurum. 88. a. 283. b.
insignia spiritualia. 322. b.
apprehendit Dei verbum. 93. b.
in sinum Dei nos colligit. v. Ablactati.
confitetur Christum. 138. b.
est lampas. 522. b.
accipit adoptionem. v. Adoptio.
benedictionem. 111. b.
oleum est. 731. b.
Ejus vox: Amen. 125.
simplicitas. 372. b.
Unitas. 372. b.
manifestatio. 371. b.
certitudo. 158. b.
excellentia. 372. a.
Claritas. 220. b.
perseverantia. 371. b.
propagatio. 150. a.
granum est. 407. a.
imbecillitas. v. Arundo. 372. a.
confirmatio. 371. b.
cum spe nexus. 372. b.
conservatio. 372. a.
tentatio. 372. a.
an fides servanda hæreticis. 423. b.
Justificatio. 510. b. effic. non formaliter.
accretio. 273. b.
Fidelitas. Dei. 287. a.
hominis. v. 321. b.
erga proximum. 170. b.
doctoris. 310. b.
confœderati. 367. b.
ovium. 309. a.
aulicorum. 85. a.
Christianorum. 103. a. 367. b.
juvenum erga Rempubl. 516. a.
Violatur aliquando. 85. b.
Exemplum. 368. a.
leone. Delphino. d. l.
adhortatio ad fidelitatem. 298. a.
Fiducia. v. s. l. 308. a. 355. a.
In solo Deo collocanda. 875. b. seq.
Fides servanda. 85. b. è Cœlio Rhod.
Figmentum. v. mox.
Figulus in figmentum transiit. 179. a.
Figura mortis Christi. 202. a.
crucis. 274. a. cordis. v. Cor.
Filia pia. 541. a.
Filiatio nostra lucet ex charitate. 167. a.
Filii degeneres. 541. a.
Filiolus placans. v. Themistocles.
Filius Dei sponte se obtulit. 178. a.
nostra vulnera curavit. d. l.
est Epistatis in Agone. v. Agon.
Achanis filii cur puniti? v. Achan.
Filius unde dicatur? 541. b.
Filia Pharaonis adoptat Mosen. §. 51. Tit. Adoptio.
Filiæ Acediæ. v. Acedia.
Filii Diaboli. 600. b.
non occidendi. 775. b.
Finis animæ. v. Anima.
Incarnationis. v. Incarnatio.
Legis finis Christus. 644. b.
præcepti. 170. a. Canticor. v. Cantic.
Finis, cinis. 218. b.
Firmamentum Ecclesiæ. 323. a.
Firmum cor. 268. a.
Fiscus. Ejus Jus. 120. b.
Fiscella Mosis. 645. a.
Fistulæ jejunii. 189. a.
venatorum, decipiunt cervas. 678. a.
Flagellum, lingvæ. 153. a.
servorum apud Roman. 195. b.
Satanæ. 74. b.

Flagellatus Christus. 195. b.
Flamen. v. Baptismus.
Flamma iræ Dei, 200. a.
 sacrificii miraculosa. d. l.
 concupiscentiæ. 146. b.
 charitatis. 168. a.
 ignis: ex hac puer liberatus. §. 122. Angelus.
Flavii Vespasiani avaritia. 84. b.
Flavianus occisus in concilio. 668. b.
Flera. 846. b.
Fletus Christi in cruce. 201. a.
 P. Scipionis ob Carthagin. 232. a.
 alius, ob Syracusas. 232. a.
Floralis processio. 867. b.
Flores arboris. 62. b. v. Arbor.
 fragrantissimi. 148. b.
 spirituales. 62. a.
Flos Jesse. 175. a. 752. b.
 mundi felicitas. 358. a.
Flores decidui. 421. b.
Florinus de causa peccati. 796. a.
Floralia, & vinalia fuerunt festa à Romanis celebrata. 921. a.
Fluctus mundi. 139.
Flumina martyrum. 335. b.
 mizraim. 698. b.
Fluvii Paradisi. 149. b. 223. a.
 submersor. hæreticorum. 179. a.
Fluvius murum exedens. 224. b.
 hæreticos mergens. 179. a.
Fœdus, ejus arca. 63. b.
 signaculum. 98. b.
 humanorum fœderum vanitas. 106. b.
Fœminæ olim remotæ à castris militum. 667. b.
 felices imperio. d. l.
 nobiles conservatæ. 37. a. §. 11.
 Homin. quædam peperit cacodæm. 525. a.
 etiam baptismi administr. 219. a.
 harum amplexus licitus quibus? 221. a.
 iis usus vini olim ignotus. 320. a.
 propagant hæreses. 417. a. 665. a.
Fœmur Jacobi. 489.
Fœnerator Lycus. 281. a.
Folia: his destituta arbor. §. 61. Tit. Adulatio.
 bona arbor folia habet. 62. b.
 quæ non decidunt. 63. a.
 olivæ folia. 99. a.
Follis bonorum operum. 170. b.
Fons gratiæ & salutis vulnera Christi. 200. a. b. 213. a.
 baptismi. 101. a.
 admirabilis in Christo. 179. b.
 Ægyptiorum, qualis. 60. b.
 Atheniensium. 61. a.
 oblivionem inducens. 60. b.
 vitæ Christus. 175. a.
 aquarum. 627. a.
Fons in se aquas retinens. 74. b.
 leo fluens ad Tyberim. 186. a.
Fortuna: nomen respuendum. 433. b.
Forma Rerum publicar. v. Res publica.
Formatæ literæ. 438. a.
Formatio cordis. 268. a.
Formicæ aurum colligentes. 822. a.
Formositas castitatis. 145. a. 146. a.
 donum corporale. 315. a.
Fornax hæc vita. 130. b. 135. b.
 ferrea, Ægyptus. v. Ægyptus.
 in extremo Judicio, facies Dei. 495. a.
Fornicatio. 69. b. 70. a. 297. a. 701. b.
Fortis: in Domino. 921. b.
 dilectio. 162. a.
Fortes viri laudandi. 205. a.
 mulieres. 425. a.
Fortitudo bellica. 106. b.
 Satanæ. 296. a.
 cordis. 268. a.
 ministri. 619. a.
 mulierum. 666. b.
 Phocionis. 140. Andr.
 piorum. 61. b.
 officii. §. 80. Tit. Æs.
 pugnæ. 156. b.
 fovea Diaboli. 120.
 mundi. 172. a. 358. a.
 peccati. 854. a.
Fortuna: per Cæsaris fortunam jurare coacti. 173. b. v. Polycarpus.
 Ejus depictio. 361. a.
 defectus fortunæ nemini exprobrandi. 351. a.
 inconstans fortuna. 556. b.
Fractio panis. 770. b.
 cordis. 268. b.
 cornu. 270. a.
 frigidum cor. 164. a.
Francisci libidinis remedium. 145. a. 221. b.
 humilitas. 183. b.
 Ordinis Francisci fertilitas. 637. b.
Franciscus Dux, injustus, à Deo punitus. 492. a.
Franc. Vallesius punit Gandavenses. 459. a.
 Dandalus captivus PP. Cœlestini. 574. b.
Fraternitas cum Christo. 181. b. 220. b.
Fratres. 246. b. fratricida. 551. b. 429. b.
Freyburgi quid acciderit. 291. a.
Frenum oculorum. 148. b.
 servitutis excussit Christus. 190. a.
 peccati, est timor. 497. b.
Friderici Cæs. promissum λύτρον. 142. a.
 blasphemia. 118. b.
 cœna opulenta. 190. a.
 Barbarossa, proditus Sultano. 574. a.
Friderico IV. venenum propinat. 574. a.
Frigidus. 444. a.
Frons olivæ. 175. a.
Fructus avaritiæ. v. Avaritia.
 peccati. v. Peccatum. 141. a.
 Christus eximius. 175. a.
 charitatis. 169. b. pœnitentiæ. 852. b.
 agrorum. v. Ager.
 castitatis. v. Castitas.
Fruges vastatæ. 126. a.
Frumentum Ecclesiæ. 120. a.
 Turcarum. 355. a.
 Pompejus curavit cum vitæ periculo. 568. b.
Fructus læsi. 265. b.
Frugalitas in convivio. 266. a.
Fucus, ci. 884. b.
Fuga Christi. Tit. Ambitio. §. Dehortans.
 angelorum bonorum. 76. b.
 Diaboli. 138. b.

Hominis, unde? 106. b.
poena Dei est. 107. b.
Fuga an licita? 822. a.
tempore pestis. 816. a.
Fulcrum est conjugium. 248. b.
Fuldensis Abbas. v. Abbas.
Fulgur. 283. a.
Satan. 297. a.
Legis. 852. a.
Ministri. 622. b.
Fulmen sensit Æsculapius. 209. a.
Fullonis officina. 95.
Fumus (Barthol.) de 7. præcepto. 914. a.
Fumus gloriæ humanæ. 128. b.
mundi. 358. b. 405. a.
Fumigans. v. Titio.
Functio officii. 361. a.
Fundamentum. 149. in Christo fundatum esse, quid sit? 62. b.
Fundata Ecclesia. v. Ecclesia.
bonitas Dei in foedere Christi. 284. b.
Fundus: hoc sine avaritia est. 73. a.
Fungi: effecta eorum. 435. b.
Funis. 140. b.
charitatis. 170. a.
colligationis. 142. a.
attractionis. 142. b.
captivitatis. 142. b.
Mundi. 142. b.
Dalilæ. 147. b.
mortis. v. mors. 141. b.
spei. 139. v. Anchora.
inferni. 142. b.
Rahabæ. 162. a.
Furiosus Ajax. §. 112. Tit. Ambitio. 924. a.
furiosum convitium. 265. a.
Fur Diabolus. 297. a.
furum consumtio. 356. a.
furari cor. 268. a.
Furor provocatur à libidine. 320. b.
Futura, tria consideranda. 222.

G.

GAbriel, nuncius DEI. 183.
Galea piorum crux Christi. 199. a.
Spiritualis. 607. b.
Galeri rubr. 142. b.
Galilæi olim dicti Christiani. 173. a.
Galieni Imperatoris ἀστοργία. 136. a.
Galli cantantes Prophetæ. 708. a.
descriptio gallorum. 622. b.
divinans gallus. 883. b.
Gallina Christus. 213. a. 175. a.
Gamaliel. 818. a.
Gandavenses cæsi. 459. a.
Gangræna. 241. b.
Garizim mons, in eo templum. v. Manasses.
Garrulitas. 79. a.
Gaudium in re amata. 166. a.
non in calumnia. 133. b.
in malis. 335. b.
nostri gaudii sit particeps proximus. 166. a.
ineffabile. 281. a.
Josephi. 291. a.
ob nostri contemptum. 441. a.
Gaudii lachrymæ. v. Lachrymæ.
in conjuge gaudium. v. Maritus.
in martyrio. 590. b.
gaudio mortui. 659. a.
Gazophylacion conscientiæ. 251. a.
Dei, sunt montes. 639. b.
Gehenna meditanda. 143. b.
Geilena Franconiæ Ducissa obsessa. 723. a.
Gela, castissima. 148. b.
Gemitus, ûs procreatio. 77. a.
Christi gemitus. 191. b. C. cicada piorum. 428. a.
Gemma: hac sine annulus. 65. a.
Spiritual. gemmæ Apostoli. 56. b. 270. a.
Genealogia multiplex. vid. s. l.
Christi. d. l. 397. a.
hæreticorum. d. l.
Gentilium. d. l.
Generatio, ejus clavis. 285. b.
Spiritualis. v. Generatio.
prava. 397. b.
nubis. 708. b.
Filii Dei, perperam oppugnata. 665. a.
Genethliaci. 307. b.
Genitalia. 134. b.
amputare. 143. b.
Genius Cæsaris. v. Accusatio. §. Justinus. vid. Genius s. l.
Gens, vox ambigua. 398.
Gentes, præputiata corda. 220. a.
coecæ. 39. a. §. Doctrinal. unde? 128. a.
Dei ignorantes. 225. b.
miseræ. 398.
profanæ. 151. a.
non conversæ. 91. a.
earum schola. 129. a.
crediderunt infernum. 470. b.
vexatæ à Diabolo. 399. a.
coluerunt plures Deos. 398.
miracula. 627. b.
Gentiles de summo bono. 105. a.
eorum aræ. 214. a.
lustrationes & mundationes. 674. b. 675. a.
charitas erga hostes. 167. b.
conscientia. 675. a.
desiderium. 278. b.
Genus. 136. a.
fabulosæ Genealogiæ. 397.
Genuflectio. 401. a.
Genus Christi. 180. a.
Genua tenere, quid? 401. b.
Geometriæ laus. 402. a.
Geomantia. 306. b.
Gergaseni impii. 124. 307. b.
Germani. v. s. l.
lucos pro Diis coluerunt. 553. b.
Germaniæ principes contra Indulgentias. 121. a.
Germani de animarum transmigratione. 45. b.
Germen Christus. 175. a.
Gestus quid? 144. b.

hypocritic. 444. b.
pii, decentes. 138. a.
impudici. 146. b. 143. b.
Gibellini qui? 550. a.
Gibeonitæ. 444. b.
Gideon, an peccarit? v. Ephod.
Gigas-antum fabula, 115. Tit. Ambitio.
Gigantes hæretici. 403. a.
Gigantibus similes obdurati. 716. b.
Gigas geminæ substantiæ, 175. 402. b.
Gihon mons. 641. a.
Gilimer Rex Vandalorum miser. 630. a.
Gisco, placabilis. 221. a.
non occidit. d. l.
Gladius quid olim? 921. a.
Gladiator Diabolus. 297. a.
Gladius. 135. a.
Christi. 648. a.
passionis Christi. 191. a. & 212. b.
Goliathi. 199. a.
verbi. 403.
gladius contra gladium. d. l. Mariæ, ibid.
in Juramento adhibitus. 506. b.
Gloria Dei. 408. a.
finis actionum nostrarum. 154. a.
regnum gloriæ. 216. 141. b. 220. b.
charitatis. 167. a.
piorum. 88. b.
impii Attilæ. 106. a.
cœli. 129. b.
Ecclesiæ gloria. 141. b.
viri. 265. b.
Gloria vitæ æternæ. 404. 710. b.
mundi gloria. 709. a.
hujus vitæ non quærenda. §. 111.
Tit. Ambitio. mundi gloria, stupa. 441. a.
vox Gloriæ ambigua. 404. a.
Gloriæ corona. 269. b.
Glorificatio Christi. 404. b.
Dei passiva. 406. a.
Gloriosè discumbere. 304. a.
Gloriari in loco. 444. b.
Gloriatio non in nobilitate, non in miraculis. 590. b. 700. b.
Gnostici: horum congressus. 147. b. 590. b.
Goduinus Comes, extinctus buccellâ panis. 508. a.
Golgatha, quæ pars montis. 641. a.
Goliath, Satan. 297. a.
Gordianus Cæsar, lachrymatus. 520. a.
Gordius martyr velox ad patiendum. 658. a.
Gosen, terra. 323. a.
Gracchorum mater. 593. a.
Graculus Æsopicus. 699. b.
Gradus ambulationis. 17. Tit. Ambulatio.
ætatis. v. Ætas. conscientiæ bonæ. 252. a.
doctoratus, fuit Lutherum solatus. 311. b.
ascensionis ad Deum. 292. a.
tolli potest. 311. a.
pœnarum inferni. 738. a.
in inferno. 471. a.
pœnarum. 797.
Græci, ut supplicent. 754. a.
convivia eorum scholæ sobrietatis. 558. b.
Græcissa. 151. a.
Græci non lugent infantes. 453. a.
offerunt homines. 674. b.
altaria. 895. b.
Gramen felicitatis mundi. 358. a.
Granatensis de peccatis parvis. 802. a.
Grammatici: de casto & pudico. 143. a.
Grando. 355. a.
monet de multis. 406. b.
Gradus misericordiæ. 631. b.
Gramen. 400. b.
Granum mirabile Christus. 175. a.
Sinapis. 201. b.
Ecclesia. 323. a.
contritum granum Christus. 407. a.
vitæ æternæ. 738. a.
Gratia Dei. 84. est diluculum. 301. a. 44. b.
mensa est. 221. a.
aurora. 86. b. 87. a. 408. a.
amittitur. 144. a.
obsignatur. 156. b.
justificat nos. 510.
status gratiæ. §. 58. Tit. Advenæ.
aulicæ gratiæ vices. 86. a.
Christi sola servat. 37. b. §. Gratia.
est pondus spirituale. 96. b.
crescit. 273. a.
justificans. 331. a.
non respuenda. 287. a.
non negligenda. 408. a.
ejus rivi. 923. b.
Multiplex. 661. a.
Gratiarum actio. 111. a.
Gratiæ, Gentilium Deæ, quid notent? 408. b.
Gratitudo. v. s. l. 408. 409.
Syllæ. v. Sylla.
Gratitudo bovis. 125. b.
hominis erga Deum. 84. a.
præceptorem. 302. b.
pro aquis. 61. a.
creaturis. 273. a.
debitum ex gratitudine. 277. a.
Basilii Cæsar. gratitudo. 411. b.
erga nutricem. 714. b.
Gravamina centum Nationis Germanorum. 121. a.
Gravedo aurium. 715. a.
Gravidæ mulieres sacrificia Deabus Prosæ & Postverræ apud Romanos immolabant. 688. b.
Gravitas passionis Christi. v. Christus.
iræ Dei. v. Deus.
peccati. 805. a.
Gregor. Nazianz. de Juliano. 351. b.
M. de superbia. 772. a.
Gregor. IX. Sodomiam compescere studuit. 145. b.
de Valentia cavillum. 140. a.
P. P. Gregorii XIII. liberalitas. 306. a.
Grex ovium. 101. b.
pecudum. v. Grex.
Gressus qui? v. s. l.
Grues ministri. 622. b.

Gubernator, minister. 622. b.
Gula, fons vitiorum. 414. a.
Gulosi, bruchis similes. 126. a.
Gryphi. 74. b.
Gubernatio omnium rerum. 874. b.
Guelfi qui? 550. a.
Guinea palmas mirandas habet. 769. b.
Gusto. v. s. l. qui gustent. 414. b.
Guttur sponsi. 414. b.
Gymnosophistæ, eorum cœna, hospites. 218. a.

H.

HAbitatio. v. Inhabitatio.
habitationes Ægyptiorum. 57. b.
Draconum. 317. b.
Clericorum cum Monialibus. 639. a.
Hadrianus Cæsar justus. 568. a.
Hadriani de anima versus. 652. b.
Hæreditas cœlestis. 144. b. 222. a.
litibus non turbanda. 550. a.
hæreditas relinquenda. 590. b.
Hæretici Basilisci. 105.
hæreticorum bellum. 105. b.
refutatio. 150. a.
baptismus. 98. a.
hypocrisis. 444. b.
vitatio. 81. a.
miracula. 628. b. 629. b.
Sophismata. v. Hæretici.
aquarii hæretici. 244. a.
Idololatræ. 452. a.
superbi. 338. b.
non ἁπλῶς occidendi. 420. b.
Similia eorum. 422. 423.
visiones. 918. b.
latrones. 525. b.
jactitabant martyria. 590. a.
miracula. 628. b. 629. a. b.
Papæ hæresis. 774. a.
Haman suspensus. 204. b. v. Purim.
Hamus animarum avaritia. 74. b.
capiens Satanam. 199. a.
Mundi hamus. v. Ambitio, n. 4.
Hanna defendit famam. 352. b.
Hannibal delitiis Italiæ periit. 558. b.
veneno extinctus. 659. b.
odium Romanorum. 726. b. 728. a.
armatus dormit. 654. a.
Harioli Deo exosi. v. Abominatio.
Harpaste vetula cœca. 346. a.
Harpates corrumpit auro Demosthenem. 675. b.
Hasdrubal victus peperit lætitiam populo Romano. 211. b.
Hasmonæi. 425. b.
Hasta Pinehæ. 199. b.
Hatto depastus à muribus. 46. b. 676. b.
Hagar. v. Gentes. Ecclesia. v. Anima.
Conf. 424. b.
Filius ejectus. 500. b.
Hebenus arbor. 717. a.
Helcesaitæ Christum abnegarunt. 242. b.
Helena Trojam evertit. 666. a.
Heliotropium in aulis. 85. b.
Heliogabali cœna. 221. b. 358. a.
Helleborus. 675. a.
Hemmerlingii querela. 123. b.
Henric. Cuyckius de concubinatu. 145. b.
Henricus Rex trib. Papis abstulit Papatum. 565. a.
Henric. III. & IV. occisi. 574. a.
Henric. II. Hostiâ venenata interemptus. 574. a.
Henrico IV. corona imposita pede Papæ decussa. 574. b.
Henrici VI. corona. 772.
Heraclius didicit humilitatem. 182. a.
Patricida fuit. 542. a.
lachrymatus. 630. a.
pro eo P. Chrysologus. 589. a.
Heracleonitæ ungunt corpora mortuorum. 643. a.
Herba pro cibo. 356. a. 558. b.
Hermaphroditus peste ablatus. 642. b.
Herodes cantibus dementatus. 139. b.
ejus liberalitas tempore famis. 568. b.
Herodiani qui? 426. a.
Herculis cursus. 275. a.
Herostratus exussit templum Dianæ Ephesinæ. 353. b.
Heroum Ethnicor. canonisatio. 140. a.
Hiero monachus. 45. b.
Hieronymus de pudicitiâ. 143. b.
labore. 148. a.
rore. 923. a.
voce Belial. 105.
carne. 143. a.
Hilarion Abbas Biblia legit assiduè. 528. b.
Hilarionis oratio. 241. b.
Eremitæ. 337. a.
Hilaritas Eleemosynarum. 301. b.
post sacrificia peracta. 427. b. §. 1.
Hilarius exul. 348. b.
Hildabertus. v. Peregrinatio.
Hildebrandus Papa insidiatus vitæ Cæsaris. 574. a.
Hinnitus equi placet Athiæ. 679. a.
Hinnulus. v. Cervus.
Hippias Dux. 348. b.
Hippocrates è montibus herbas collegit. 639. b.
Hippotyphia, fastus & fiducia in equis. 336. a.
Hirci impii. 831. b.
Hirundo, ejus natura. 616. a.
advolans. 127.
Historia utilis, maximè sacra. 428. a.
Historicus maledicus. 547. b.
Hœdus sanctus. 201. a. 428. a.
Holocaustum passionis Christi. 191. b. 175. b.
Holofernes. 172. a.
Homeri liber. 538. a.
Homo integer creatus à Deo. 224. a.
refectus à Christo. 224. b.
tria cognoscat. 221. b.
cœna homo Christus. 221. b.
pulvis homo. 226. b.
caro. 143. a.
cœci intellectu. 225. a.
fractus per peccatum. 224. b.
factus brutum. 183. b.
bovi similis. 124. b. 125. a.
in luto peccati jacentes. 185. b.

Homo. 431. seq.
armatus. 297. a.
Generatio, miser. 630. a. b.
ejus status. 280. b.
nihil est. 698. a.
hospes in terris. 281. a.
lapsus. 284. a.
dives. 306. a.
directus à Deo. 302. a.
ignis. 456. b.
statera ejus. 433. a.
vetus homo. 434. a.
Homicida calumniator. 132. a.
homicidæ. 124. a.
avari. 74. b. 73. 69.
homicida Satan. 106. a.
Adrastus. 348. a.
Homicidium sævius adulterio. §. 72. Tit. Adulter. abortus. v. Abortus.
pessimos fructus gignit. 430. a. b. 431. a.
non placabile. 431. b.
Honestum quid. 439. b.
scire & facere. 617. b.
Honor quid? 434. b.
ejus claritas. 220. b.
non affectandus, ut periculosus, n. 113. Tit. Ambitio.
Medico tribuendus. 596. a.
auditorum honor. 81. b.
partiendus cum aliis. 440. b.
quomodo gerendus. 436. a.
homicidio non est asserendus. 428. b.
Honor diligentiæ. 300. b.
queritur de honoribus Pius. V. 436. a.
mutabilis honor. 435. a.
inter conjuges. 585. b.
deploratus à Pio V. 651. a.
Horæ Canonicæ. 140. a. 136. b.
Hora multiplex. 436. a. b.
Horatius sororicida expulsus. 384. a.
Horizon futuri mundi. 647. b.
Horologium Christi. 193. b. 194. a.
Horreum cœli. 501. a.
Horribilitas blasphemiæ. v. Blasphemia.
Horti. 437.
ministri. 623. a.
Hortulani officium. 830. b.
Hortus conjugii. 248. b.
animæ. 745. b.
conscientiæ. 249. b.
fructus hortor. 437. a.
Hospitalitas. 84. a.
auditorum. 83. a.
Episcopi. 335. a.
non exhibenda malis. 437. b.
triduana Indorum. 565. a.
Hospites olim. 638. b.
Hostia verus panis. 770. b.
Hostia humana. v. Victima.
Hostia & Sacerdos Christus simul. 217. b.
mortis Christi hostia. 202. b.
hostes etiam Sabbatho oppugnandi. 155. b.
vincendi. 166. b. 167. a.
tolerandi. 476. a.
imago eorum. 275. b.
hostes spirituales. 608. b.
hostis armatus. 609. b.
Hugo modestus. 634. a.
Humanitas Christi. v. Christus.
Mulieris. 667. a.
Humanum quid? 439. a.
Humeri Christi. 192. a.
Humiliare nos debemus. 211. a.
in donis. 315. b.
corde. 288. a.
Humilitas. v. f. l. optima. 606. a.
Christi nativitatis. 184. a.
baptisati. 188. b.
ministri. 183. b. 185. b.
corporis. 270. b. 626. a.
derisa humilitas. 442. a.
est viola. 436. b.
auditorum. 83. a. 81. b.
hominis, quam docet cognitio Dei. 225. b.
est fundament. virtutis. 441. b.
coram Deo. 66. b.
erga Christum. 182. a.
docta cœlitus. 182. a.
spiritus humilitas. 62. b.
certaminis. 156. b.
balsamo similis. 97. a.
cum de Deo agimus, humiles simus. 440. a.
Humi prolapsus Christus. 193. b.
Humiditas ex rore. 922. b.
Humores oculorum pravi. 128. b.
avari. 75. a.
Hyacinsthus. 877. b.
Hyæna. 442. a.
Hydria ministerii. 442. a.
Hydromantia. 306. a.
Hyems nativit. Christi. 85. a. 184. a.
miseriæ vitæ. 442. a.
Hymnor. Ecclesiast. autores. 137. b.
v. Cano. 136. b.
Hypocrisis. 442. b.
arcus dolosus. 63. b. 442. b.
pœna. 304. a.
exempla. 446. a.
æquivocatio. 445. a.
vitia. 445. b.
in monachis. 442. mel. v. mel. 443. b.
Hypocrita est araneus. 62. a.
labrusca. 444. a.
Hypostasis. v. f. l.
Hyppolyti sævitia. 127. a.
Hyssopus. 33. 447. a. 855. b.

I.

Jacob, typus Christi. 175. b.
Servitus. 829. b.
Scala ejus CHRISTUS. 185. b. 199. a.
claudicatio quid notet? 447. b. 448. a.
Zebedæi Filius. v. Zebedæus.
Alphei. v. Jacob.
Jacobitæ hæretici circumciderunt fœminas. 219. a.
Jaël imago concupiscentiæ. 448. a.
Jagello conversus. 567. a. Lithuanos ad fidem duxit.
Jamblichi gallus omen præbet. 883. b.
Janua - æ: has claudi, risit Diogenes Cynicus. 239. a.

Janua Ecclesiæ. 214. a.
Dei triplex. 764. a.
baptismus. 101. a.
cordis janua. 200. a.
sensuum. 239. a.
Satanæ. 294. a.
Vitiorum. v. Ira.
Januarius unde dictus? 602. b.
Janus, inventor drachmæ. 317. a.
Japonii Indi, in quô ponant nobilitatem. 603. b.
Jaspis, lapis. 141. imago Doctorum Ecclesiæ. 448. a.
Ibycus poëta occisus. 430. b.
Icari alæ. §. 97.
Ichneumon. 768. a.
Idololatria. 448. a.
causa famis. 355. a.
sub arboribus. 63. a.
origo ejus. 448. b.
oratio Idololatr. v. oratio.
avaritiæ. v. 75. a.
primatus. v. Athenæ.
Pœna Idololatrar. 142. a.
repulsa à milite. 450. b.
spiritualis. 452. a.
mulierum Idololatric. 665. a.
Idolothyta an edenda? 667. a. §. Nicolaitæ.
Idolum Sidoniorum. 66. b. 67. a.
desolationis. 48. a.
Antichristus.
cogitationum. 223. b.
à magistratu abroganda Idola. 450. b.
Jecur transfigere quid? v. Jecur.
Jejunium quid? 143. b. 148. a.
quale Christi? 188. b. 189. a.
Lutheri. 241. b.
dissonantia jejunii. 154. a.
dolosum Monachi. 189. a.
pium. 298. a.
pro peccatis. 453. b.
Mosis, Eliæ. 452. b.
Pharisaicum. d. l.
Pontific. 454. b.
hæretic. 453. a.
quadragesimale. d. l. b.
Turcic. 453. a.
Judaicum. 453. a.
Ethicum. d. l.
ut sit decus? 454. b.
placeat? 452. b.
non est absolutum. 455. a.
tempus jejunii in libertate Ecclesiæ situm est. 455. b. 885. a.
Jeremias Christi typus. 455. b.
Jerobeami mors. 659. a.
Jerusalem. 197. a.
Jerusalem Ecclesia. 322. b.
dicta olim Ælia. 488. a.
decies expugnata. 427. b.
Jesabel. 665. a.
Jesse flos. 175. a.
JESUS mel in ore. 187. a.
nomen JESU. v. Nomen: ad id caput aperitur. 401. b.
induitur JESUS. 468. a.
fons vitæ. 647. a.
pastor. 781. a.
Ignavia. 301. a.
facit diu quempiam dormire. d. l.
excutienda militib. 609. a. 301. a.
Ignatii visio. 137. a.
mors punita. 687. a.
Ignis Deus. 456. a.
apparitio Ignis. 817. a.
divinæ in sacris complacentiæ. v. Abel.
ambitionis. 115.
Iræ proprietas. 283. a.
avaritiæ. 75. a.
Satanæ. 297. a.
mundi alienus. 172. a.
ministerii. 623. a.
charitatis. 165. 167. 168. b.
libidinis. 147. a.
cogitationum. 223. a.
conscientiæ. 249. b.
desiderii. 279. a.
Supplicii. 144. a. 147. a. 135. a.
inferni. 471. a. 456. b.
urens sub aquis. 743. b.
culinæ. 472. b.
Judicii extremi. 445. a.
Reipublicæ. 565. b.
cinxit castra Alexander M. 676. b.
probat pios. 141. a.
Ignominia avarorum. 73. a. 77. a.
Ignorantia simplex. 457. b.
Dei. 225. a. 457. a.
morbus est, n. 112. Tit. Ambitio.
improbitas est. 226. a. obstinata. 457. b.
infirma. d. l.
affectata. 225. a. 268. a.
sui ipsius. 338. b. 457. a. 502. a.
Providentiæ. 457. b.
contentiosa ignorantia. 457. b.
rerum & personarum. 457. a.
peccata ex ea. 606. a.
Illuminatio Dei. 29. a. fenestra est. 361. b.
subjectum recipiens cor. 267. b. 817. a.
Illusor obsidetur à Satana. 723. a.
Illusus, Christus. v. Simson. 100. a.
Illyrides ter solum totâ vitâ loti. 95. b.
Imaginatio. Ejus vis. 742. b.
Imago Christi, David. 276. b.
Christi cui conformamur. 459. b.
conscientiæ. 209. b.
vitæ piorum. 346. b.
Dei. 459. b.
Lux fuit. 554. b.
ad hanc creatus homo. 489. b.
essentialis Dei imago. 459. a.
Patris terreni imaginem gestavit è collo Boleslaus III. Rex Poloniæ. 702. b.
historicæ imagines licitæ. 460. 461.
differunt ab Idolis. 459. a.
quomodo adorandæ, discrepant inter se Pontificii. 462. a. b.
Imago bonorum Dei. 922. a. b.
Imbecillitas agnoscenda. 439. a.
Imber gratiæ Dei. 44. b.

Imitatio angelorum. 137. a.
Dei. 167. a. 462. b.
Regum bonor. 167. a.
Immaculatus à mundo quis? 672. b.
Immanuel. 187. b.
Immiſericordia. 71. b. 272. b. 332. b.
Immodica. v. Venus.
Immolatio pollutorum. 155. b.
Immortalitas animæ. v. Anima.
Immunda animalia. 151. b.
cogitationes immundæ. 221. b.
cor. 268. a. Satan. 294. b.
Immunitas locorum conceſſa Eccleſiæ. 120. b.
Eccleſiarum. v. Aſylum.
Immutabilis Deus. 283. b.
Immutatio duplex in alterâ vitâ. 463. b.
Extremo die. 916. a.
Impatientia blaſphemat. 114. b.
Impedimenta Apoſtolorum. 54. b. 787. a.
Imperator rebellioni reſiſtat. 839. b.
Chriſtus. 216. a.
favor populi olim Imperatores conſtituit. 95. a.
Imperitus. v. Medicus.
Imperia Monarchalia. 140. b.
Dei imperium. v. manus.
Imperfectio. 271. a.
Impietas. v. ſ. l. v. Manipulus.
Impii numiſmata non à Deo. 317. a.
Deo ſubjecti. 873. b.
abuſi divitiis. 74. a. dubit. 317. b.
aulici. 85. a. arietes. v. Aries, deſerti à Deo. 202. a. 304. Iis utitur Deus. 464. a.
eorum Patriarcha Cain. v. Cain.
ſunt tolerandi. 413. a.
ſunt Moab. 159. a.
vide porro. 830. 831. 832. 833. ſeq.
Imperſuaſibilitas. 721. b.
Impletio legis. 214. a. v. Lex.
Implere omnia quid ſit? 214. a.
Impœnitentia. 304. a. 855. a. v. Pœnit.
Impoſitio manuum. 703. a. v. Manus.
Impoſtores tenaces. 824. a.
Impoſſibilitas amoris Dei. 159. a.
Impotentia falſ. Deorum. 300. a.
Impreſſa crux. 274. b.
Imprudentia avaritiæ. 72. b. 75. a.
Impudentia Satanæ. 294. b.
Impudicitia. v. caſtitas, Maritus.
Impulſio Satanæ ad ambitionem. v. Ambitio.
Impurus amor. v. Amor.
Concubinatus. v. ſ. l.
impuri quomodo à Deo admittantur. 286. b.
Eccleſia impura. 327. b.
Imputatio noſtrorum peccatorum. 193. b.
juſtitiæ Chriſti. 466. a. b.
Ægyptiorum peccata bovi imputata. v. Bos.
Incantatio. v. Magia. Conf. 833. b.
Incarnatio. v. Chriſtus.
Incendium iræ Dei. 201. a.
quomodo extinguatur? ibid.
quando contingant ut plurim. 712. a.
Incenſus. 147. a.
Inclementia. 84. a.
Inclinatio cordis. 268. a.
Incommoda Veneris. v. Venus.
Incredulitas. 141. a.
Incorrigibile convitium. 265. b.
Incrementa Reipublicæ. 913. b.
Incurabile peccatum. v. Peccatum.
India: in eâ Dracones. 317. a.
Indi triduo hoſpites excipieb. 565. a.
ſtagnum Silia omnia ſubmergit. 690. b.
ſepulturæ mos. 650. a.
Indocti Deo grati. 311. b.
oſores literarum. d. l.
Indigentib. dandæ Eleemoſynæ. 330. b.
Indolentia cordis. 268. b.
Indoles puerorum. 881. a. 516. a.
Induere viſcera. 158. b.
Indulgentia-æ, turpitudo earum. 121. a.
Induratio cordis. 268. a.
ejus cauſa Deus non eſt. 468. b. 715. a.
quomodo. v. ſuſtineat induratos? d. l. a.
quos induret? 716. a.
homo ſe ipſum indurat. 715. b.
notæ indurationis. 716. b.
Induſtria. v. ſ. l.
Ineſcatio mundi. 358. b.
Inexcuſabile peccat. avaritiæ. 73. a.
inexcuſabiles Gentes. 399. b.
Infantes, occiſi. v. Herodes. non baptiſati ſalvantur. 470. a. 494. a.
pro recens natis, Romani terram adorabant. 688. a.
illos Pſylli ſerpentibus exponebant. d. l.
Thraces deplorabant, ibid.
mirabil. conſervati. 873. a.
Infelicitas unde? 433. b. 913. b.
Infernus: Ejus funes. 142. b.
corpus. 270. b.
Baal. 90. b. Babel. 92. a.
deſcenſus ad eum. v. Chriſtus.
dolor. 312. b.
diluvium erit. 301. b.
eremus. 336. b.
inſatiabilis. 472. a.
verè datur. 470. a. b. ubi ſit? 471. a. æternus. 472. a. non irridendus. 458. b.
à Deo, ut Judice, paratus. 471. a.
ultimum eſt malum. 577. a.
Roma mammon inferni. 123. a.
Infidelitas negativa eſt peccatum. 467. a.
Mahumetis II. Infidelitas. 368. a.
Infirmitas noſtra. v. Ablactati.
ejus exempla. *Aaron*, n. 2.
corporis noſtri. 270. b.
cordis. 268. a. 432. b.
Informatio noſtri. 285. a.
Inflammatio cordis noſtri unde? 158. a.
Ingratitudo diſcipul. 302. b.
Ingenuus Confeſſor. v. Confeſſor. 155. a.
Ingratus. v. mutus. 355. a.
Ingenia exploranda. 777. a.
acuta degenerant. 416. b. 417. a.
Præcocia. v. Nervæ. 516. a.
Ingratitudo. v. Gratitudo. toleranda. 895. a.
diſcipulorum. 302. b.

Ingressio Christi in urbem Jerusalem. 191. a.
Diaboli. 293. a.
Inhabitatio S. Trinitatis. 474. a.
Satanæ. 474. b.
Christi. 474. a.
Inhospitalitas. 438. a.
Inimici crucis CHRISTI. 475. b. 476. a.
Inimici Christianorum. 156. b.
diligendi. 166. b. 167. a.
CHRISTI. 151. a.
Inimicus diabolus. 297. a.
corpus. 270. b.
Inimicitia cordis. 268. b.
Initium anni. 186. b.
Injuria in Deum. 406. a.
Injuriæ obliviscendæ. 718. a.
Injustitia punita. 492. a. 515. b.
avaritiæ. 71. b. 73. a.
est abominatio. v. Abominatio.
Innocentiæ carcer. 142. a. c. 512. b.
calumniat. 133. a.
CHRISTI. 195. b. 509. b.
Innocentii IV. mandatum. 142. b.
Friderico Imperatori venenum propinavit. 574. a.
Nobiles in Alsatio cremavit, ibid.
Inopinata mors. v. Vita.
Inobedientia erga legem Dei. 355. a. 105. b.
causa ejus. 69. b. 318. a.
erga magistratum. 355. a.
Inquisitio hæretica. 772. b.
Insani avari. 75. a.
Insatiabiles avari. 73. a.
Inscribere nomen JESU. 187. b.
Cordi. 268. a.
Inscrutabilia Dei oper. 291. a.
Insecta. 355. a.
Inseparabilitas amoris Dei. 158. b.
Inscitia causa Judicii temerarii. 502. a.
Insidiæ Diaboli. 294. b.
aulicorum adv. Principes. 86. a.
quomodo cessent. 165. a.
hominum. v. Arcus.
Insignia spiritualia. 322. b.
Insitio nostri in Christum. 181. a.
Instauratio cordis. 267. b. 917. b.
Instrumenta Musica. 137. a.
Insula emersit aquis. 478. a.
Insultantes Deo. 716. a. 802. b.
Integritas vitæ. 103. a.
cordis. 268. a.
ora obturat hostium. 719. a.
Intellectus: abusus ejus. vid. Intellectus, n. 20.
aberrans. 338. a.
cœcus, mater cogitationum. 799. a. 222. b.
aversio. 338. b.
intelligens cor. 268. a.
Interim: ejus explicatio. 154. a.
Interrogatio discipulorum de cibo. 196. b.
Inventio cordis. 268. b.
Invidia. 300. b.
Satanæ. 394. b. 303. b.
Confer 479. b.
Invisibilis Deus. 283. b.
Invitatio qualis. 266. a.
Inundatio. 294. a. 355. a.
Invocandi vox quid notet? 745. a.
Job: typus Christi tentati. 198. b. 753. a.
exempl. patientiæ. 350. b.
ejus filii oppressi. 358. b.
Imago status thori. 494. a.
impatiens, unde? 786. a.
Joci, qui liciti? 481. a. b.
Johannes: ejus carcer. 142. a.
Apophthegma. 165. a.
Elias. 334. a.
Eremita non fuit. 336. b.
ignis. 481. b.
statua viva. 481. b.
aquila. d. l.
baptista. 482. a.
ejus desertum. b. d. l.
mors. 640. b.
Evangelium collò gestatum. 227. b.
Apostolus templum Ephesi corrui fecit. 904. b.
Johann. Ferdinand. cœcus. 271. a.
Gothus, Gerund. præsul, exul. 348. b.
Monachus, se castigans. 271. b.
Joh. Gaulbertus. 896. a.
Johannes Frideric. Elector quotidie Deo supplex factus. 567. a.
Johannes Judæus interfecit fratrem JESUM P. Max. Solymis. 429. b.
Johann. P. P. XXII.
concilium celebrat. 206. b.
errat de animâ. 44. b.
Johann. Elector Saxoniæ placidè mortuus. 659. a.
Johann. Constantinopolit. ambitio, n. 116. Tit. Ambit.
Jojadas. v. Accusatio. §. Jojadæ.
Jonas. 178. 192.
typus Christi. 483. a.
Jonathan seductor. 879. b.
Joram morbo percussus. 643. b.
Jordan. baptismi. 101. a.
crucis. 72. b.
arca in eo. 188. b.
Josephus: CHRISTUS. 175. b.
exul. 248. b.
cognoscitur à fratribus. 224. b.
vestis. 177. a.
clemens erga fratres. 221. a.
cœna fratrum. d. l.
è servo Dominus. 361. a.
vestis ejus, charitas. 169. a.
Confer 651. a.
Josias. 223. b.
Sustulit equos solis. 336. a.
typus CHRISTI. 207. b.
Josua, typus CHRISTI. 207. b.
exemplar boni. 346. b. 483. a.
Iphicrates Cerdonis filius. 686. b.
militem dorm. occidit. 608. b.
Ira Dei. 84. a. 288. a. 289. a. 797. a. 580. b.
hominis, janua vitiorum. 485. a.
in ea misericordia. 286. a.

flamma est. 200. a.
ejus effecta. 288. b
provocatur malis cogitationibus. 223. b.
homicidio. 430. a.
sedatur. 167. b.
potentia ejus. 290. b.
eam subiit Christus. 192. b. §.
divinæ iræ, homicidium. 450. a.
Ira Dei erga mortuos. 151. b. 430. a.
fermentum iracundiæ. 362. a.
causa discordiæ. 303. b.
pœna iræ. 304. a.
Iræ dies. 299. a.
Ira non excusanda. 485. a.
obnubilat veritatem. 484. a.
Irenæi sententia de inquisitione Dei. 283. b.
Irenes sævitia in filium. 725. a.
Irreverentia auditorum. 81. b.
Irreconciliabilis. 896. b. a.
Iris. v. Arcus: symbol. bonitatis Dei. 284. b.
typus Christi. 175. b.
Irrisio debellatorum. 108. a.
Exulum. 109. a. 151. a.
quomodo Deo tribuatur. 459. a.
hic. v. irrideri minimè debet. 458. b.
Isaac, typus Christi. 175. b.
Sarcina illius. 109. a.
immolatio. 202. b.
in ea quatuordecim occurrunt. 722. a.
Isis filium Orum excitasse fingitur. 915. b.
Isidis Idolum in Ægypto portatur. 420. a.
Ismaël excommunic. 345. a.
Diabolus. 297. a.
Israelitæ, Israel, vox ambigua. 486. a.
castra eorum. 149. a.
Exitus, fabulis Gentilium conspurcatus. v. Accusatio. §. de Exitu.
census. 152. a.
adoratio vituli. 308. a.
currus. 275. a.
cur vexati in Ægypto? 486. b.
Judæ tribus nobilissima. 180. a.
Judæa, ejus præsides. 489. b.
Judæi, boves. 125. a.
observantia eorum. 154. a.
expurgatio fermenti. 362. b.
circumcisio. v. circumcisio.
peregrinatio in deserto. 486. b.
captivitas Babylonica. 109. a.
testimonium de Bethlehem. 183. b.
mittunt ad Johann. 487. a.
increduli circa miracula Christi. 189. b.
prærogativis donati. 865. a.
retrocesserunt. 193. b.
Christo insultarunt. 198. b.
de Christi regno errarunt. 217. b.
his Gentes conjunctæ. 400. b.
dati in reprob. sensum. 490. a.
cœci. 486. b.
ludibrium eorum tempore Hadriani C. 488. a.
tribus eorum mixtæ. 488. a.
noctuis similes. 502. b.
Conversio eorum ante extrem. Judicium. 489. a.
Judaicæ Ceremoniæ. v. Ceremoniæ.
Judaismi ager. v. Ager.
valles. 56. a.
Judas, lapis durus. 716. b.
expertus Christi clementiam. 193. b.
Proditor. 194. b.
ei similes. 75. a.
cur Oeconomus factus? 491. a.
Judex Christus. 216. a. 919. a.
homo non peccet in leges. 492. b.
sit clemens. d. l.
suâ sorte content. ibid.
Judices pii. 494. b.
non accip. dona. 314. b. 569. b. 494. a.
Judicium Dei considerandum. 222. a. 408. a.
animarum. 651. a.
humanum fugit Alcibiades. 196. a.
divinum. 291. b. 287. b.
ejus dies. 299. a.
locus, olim portæ. 492. b.
causæ subvertentes Judicium. d. l.
Atheniensium. 569. a.
horrenda Dei Judicia. 493. a.
imperscrutabilia. 493. a.
particularia. 501. b. 497.
sunt typi universalis Judicii. d. l.
aliud discretionis: aliud definitionis. 502. a.
Extremum Judicium, varia hujus nomina. 500. b.
figura. 493. b.
quid? 493. a.
causa effic. administr. d. l. 495. a. 593. b.
objecta, omnes homines. 494. a. 495. b.
Impii. 494. b.
forma & processus. 494. b. 495. a.
Finis. 494. a.
locus. 495. b.
Affection. certitudo. 493. a.
incertitudo. 479. a.
consequentia varia. 495. a.
signa: solennis conversio Judæorum. 498. a.
sali trepidatio. 498. a.
Rigor. 496. b.
terribilitas. d. l.
æquitas. 496. a. b.
tarditas. 498. a.
ignorantia temporis. 495. b.
claritas. 496. b.
officia nostra circa Judicium extremum. 499. a.
Judicium temerarium: exempla. 502. b.
causa. 502. a.
similia. 504. a.
pœnæ. 502. b.
meritò igitur fugiendum. 503. a.
& contemnendum, ibid.
Judicium Salomonis. 574. a. de Simei.
Juditha filia Caroli Calvi Cæsaris rapta. 543. b.

Jugum.

Jugum. 504. a.
politicum. 504. a.
Damnatio. 505.a.b.
boum quid? 125.b.
Christi jugum. 212. b. 504. b.
Oeconomic. 504.a.
charitatis. 170. a.
supplicii. 504. a.
Satanæ. 295. b.
frangere, auferre, &c. 505. a.
portare à juventute. 504.b.
Juge sacrificium. 213.
Jugurtha de Roma venali. 675. b.
Julianus: Ejus Sarcasmus. 122. b. 351. a.
blasphemia. 115.a.
dolor ob collapsam Nicomediam. 232.
legit scripta Apollinaris. 502. b.
facies ejus, malæ indolis præludium. 351.b.
Julianus Saba, Eremita. 337.a.
Julius unde dictus? 603.a.
Julii Cæsaris cœna. 221.b.
hypocrisis. 445.a.
ad herbas & radices assuefecit milites. 558.b.
P.P. tertii blasphemans ira. 484.b.
Julii Drusi ædes. 444. a.
Julitta, Martyr. 590. b.
de ea Basilius. d.l. non timuit mortem. 648.a.
Jumenta, currus Satanæ. 74.b.
Jumentum David. 505.a.
Juni perus. 505.a.
typus multarum rerum. d.l.
Juno, culta sacrificiis. 714.a.
Junius unde dictus? 603.a.
Jupiter cultus sanguine humano. 674. b.
Baali nomine notatus. 90.b.
pictus sine aurib. in Creta. 514. b.
ejus simulachrum mundi miraculum. 670.a.
Juramentum, licitum. 507. a.
divinum, grave. 156.b.
cur juret? 505.b.
quotuplex? d. l. a.
per genium Cæsaris jurare jussi Christiani. §. Justin.
quotuplex? 508.a.
materia. 505. b.
forma. 506.a.
per quod jurand. 505.b.
per oculos. 725. a.
finis. 506. a.
Ceremoniæ. d. l. b.
affectionis in jurante. 506. b.
impia Juram. non servanda. 507. b.
pia servanda. 507. a.
non sint levia. 508. b.
quando laxetur juramentum. 506. a.
perjuri puniti. 508. a. v. Ottocarus, Valens.
Jurgia. v. Lites. illorum consequens homicidia & maledicta. 428. b.
Jus Gentium violatum. 107. a.
Regium. 919.b.
civile. 509. a. Canonicum. d. l.
Jurisprudentia quid? 508. b.
Jus primogenitorum. 509. a.
Jussio benedictionis. 111.a.
Justi per fidem. 4. conf. 830. b.
lampades. 523. b.
Justificatio, ejus doctrina necess. 153. a. 208. a. 509. a.
forensis vox. 509. a.
Confirmatio hujus. 156. b.
in ea ostenditur Deus. 288. a.
causa ejus. 509. b.
impellens. 510. b.
recipiens. d. l.
forma. 510. a.
finis. 511. b.
Justina favet Arianis. 655. a.
Justinianus in Eutychianismum pertractus ab uxore. 665. a.
pictura Justiniano defuncto substrata. 648. b.
Justinus Martyr de ascensu Æsculapii. 209.
Apologia: Tit. Accusatio. §. Justinus. 242.b.
defendit famam. 352. b.
Justinus II. Ejus constitutio Imperialis. 67. b.
Justitia Dei. 84. a. 59. a. 287. b.
falx. 501. a. 647. a.
rigida. 318. a.
legalis. 512. b.
arma ejus. §. 33. Tit. Accusatio.
vestes. 217. b.
corona. 269. b.
distributiva. 514. a.
vindicativa Justitia. §. 5. Tit. Abel.
reverenda. 840. b.
Christi justitia. 130. a. v. Justitia.
diluculum justitiæ. 301. a.
falsa justitia. 371. b.
infusa. 510. b.
Evangelica. 512. b.
non sit venalis. 568. a.
hypocritica. 512. b.
Justitia Zaleuci. 491. b.
quid? 512. a.
ab Ægypt. sine capite picta. 569. b.
Objectum. 512.b.
vita proximi. 513. a.
multiplex justitia. 512. b. 513. seq.
exempla Justitiæ. 515. a.
præmia. 514.
Justitia personæ. 512.b.
facti, ibid.
officia circa justitiam. 515.b.
pictura ejus. 568. b.
Justus Jonas puer, servatus. 870.a.
Juvare proximum. 166.
Jutha Othonis Cæsaris filia rapta à Bolislao. 543.b.
Juvenis educatio. 121. b. castitas. 145. a. 148. a.
Heroicus animus. 516.a.
mortem habent à tergo. 647.a.
imprudentia. 125.a.
virtutes. 515.b
otiosus non sit. 516. b.
recordatio mortis. 648. b.
Juventus diluculum. 301.a.
vitia. 516. a.
similia ejus. 516.b.
virtutes. d. l.

K.

KAbula. 715.a.
Κακία. 577. b.
Kedar, filius Iſmaëlis. 517.a.
Κέρμα quid ſit? 711.a.
Kidron. 517. a.
Kunigunda Auguſta candens ſerrum calcat. 491. a.
Kyrie-Eleiſon unde? 517. a.

L.

LAban Diabolus. 297. a. 517.a.
Labia Eccleſiæ. 517. a.
Labi in peccata. 796.a.
Laborator doloſus. 427. a.
Laborioſus curſus. 275. a.
Labor: animi quis? 517. b.
Dei labor, rogando. 525. b.
non fugiendus. 301. a.
quid? 517. b.
vita æterna. 517. b.
agricolarum. v. Agricultura.
Hieronymi admonitio de illo. 148.a.
clamor laborantium. 220. b.
Labor monachorum. 121. a. 743. a.
Eccleſiæ conſecratus, d.l.
quorundam Miniſtrorum. 122.a.
vanitas laboris. 519. a.
imbecillitas. d. l.
perpetuitas. 518. a.
acerbitas. d. l. b.
Univerſalitas: omnes homines laborare debent. 518. a.
fori labor. 517. b.
moderatio ejus. 518. b.
exempl. Alphonſi. 518. a.
affectiones laboris. 518. b.
effectus. 518. b.
in choro quis? 517. b.
thoro? ibid.
impiorum labor. 518.a.
Labrum baptiſmi. v. Baptiſmus.
Labruſca hypocriſis. 444. a.
Labyrinthus affectuum. v. Affectus.
Lac quid ſignificet? 519. b.
doctrinæ rudimenta, ibid.
Lac ſuave Chriſtus. 629. b. 175. b.
Catechiſmus. 149. a. 151. a.
Mariæ, non miſcendum cum ſanguine Chriſti. 201.a.
Lac olim datum baptiſatis. 102.b.
Lacedæmonii quomodo pugnaverint. 180. b.
horum clades Leuctrica. 551. b.
è ſcriptis cauſas cognoſcebant. 569. a.
opibus luxuriati à virtute receſſerunt. 741.a.
ſola pulcra & bona à diis petebant. 748. b.
Lacero. 519. b.
Lachrymæ Chriſti quinque vicibus effuſæ. 190. b.
quid doceant, ibid.
multiplices. 520. a.
effectus. 521. a. 519. b.
fallentium. 520. a.
Eccleſiæ, ibid.
pœnitentiam, ibid. 849. a.
piorum. 845.a.
dolentium. 520. a.
gaudentium, ibid.
cervorum captorum, ibid.
mulierum. 664. a.
habere eas pro cibo. 519. b.
Lachrymabilis curſus vitæ. 275.a.
Lactantii error de Magiſtrat. 431.b.
Lactuca. 521. a. 780. a.
Laco revocat ſententiam. 716. b.
Lacus. 521. a.
Aſphaltites. 582. a. §. Orientale.
Læſio blaſphemiæ. v. Blaſphemia. majeſtatis læſæ nomine accuſatus Chriſtus. 505. b.
activa, paſſiva. 521. a.
Lætitia Satanæ in malis. 294. b.
animæ. 138. b.
è cibo. 218. a.
aſcenſione Chriſti. 211. b. a.
in adverſis. 84. a.
Lætus, Ægypti præfectus, hypocrita. 445. a.
Lagena corporis. 522.b.
Laici liberales. 120. b.
unde dicti? 521.b.
poſſunt diſputare. 304.b.
conciliis intereſſe. 233.a.
quomodo diſtinguantur à clericis? 521. b.
Laix lignum igni non obnoxium. 785.b.
Lambo, inſtar canis. 151.b.
Lamentum. 522. b.
Lamiarum oculi. v. Manſuetudo.
Lamina. 510.a. 522.b.
Lampas Chriſtiana. 523.a. 522.b.
nuptialis. 523. a. mundi. d.l.
mulier. 668. a.
Lampretarum ſex millia in cœna adpoſuit Julius Cæſar. 220.b.
Lamuel quis? 523. b.
Lamuſius Rex, è meretrice natus. 586. b.
Lana hypocriſis. 523. b.
coccinea quid notet? 175. b. 523. b.
Lancea. 523. b.
Languor ſpiritualis. 159.a.
Laniena hominum. 144. a. conf. 431.b.
Laodamus de navigantibus. 692. b.
Laodicea urbs. 524.a.
immolata virgo. 674. b.
Lanx. 523. b.
in Chriſti manu. 443.b.
Lapidatio. 524.b.
Lapideum altare. v. Altare.
cor. 80. b.
cultri lapidei. 219. a.
Lapis: angularis Chriſtus. 175.
mundi. 524. a.
omnia comminuens. 118. b.
Cæſaris Maximiliani. 524.b.
Jeruſalem, non relinq. 504.b.
Dei bonitas. 524.b.
Lapis blaſphemiæ recidit in blaſphemantem. 118. b.
durus Judas. 716. b.
fetiens, quis huic ſimilis? 175. a.

lapi-

manetes Rom. 843. a.
asbestus. 163. b.
ædificii Satanæ primus Cain. 129. b.
offensionis Christus. 730. a.
sepulchri, electus. 655. a.
Lapides Apostoli. 56. b. 141.
Christiani: Tit. *Ædificatio*. 524. a.
collecti à Dorotheo Monacho. 518. a.
corda dura. 524. b. in Zione.
lapides ministri. 623. a.
Lapsus: contra hunc Remedia. 525. a.
Laquei Diaboli. 70. a. 75. a.
divitiarum. 120.
felicitatis mundi. 358. b.
Laqueus mundi. 671. b.
Larva Diaboli. 143. b.
illicitæ larvæ. 528. a.
licitæ. 525. a.
Lascivia. 146. b. 525. b.
Lassus miserando. 525. b. Deus.
homo lassus. 525. b.
Lateres. 525. b.
Latitudo, cordis Dei scientia eximia. 525. b.
Latitudo Deo adscripta. 525. b.
regni Christi. 212. a.
cordis fidelis. 268. a.
Dei bonitatis. 284. b.
Latreia. 318. b.
& duleia. d. l.
Latro: Diabolus. 297. a.
Coracosa. 846. b.
primus martyr. 197. b. 198. a.
in cruce virtutib. præditus. 196. b. 197. a.
cur illi Christus non responderit. 197. a.
peccata agnovit. 226. a.
cœlum impetravit. 197. b.
Latro crucifixus. 525. b.
Latrones qui? 708. a.
avari. 73. a. 75. a.
astuti. 293. a.
hæretici. 525. b.
Latus: Adami. 201. b. 200. a. b.
Christi: ex quo aqua. 200. b.
Lavacrum baptismi. 101. b. Dei. 525. b. 523. b.
Lavare oves. 101. b.
cor suum. 525. b.
Laurea corona. 270. a.
Laurea Christi. 609. a.
Laurentii, Hungariæ Palatini vox. 167. a.
Laurentius de Aponte de peccat. 805. b.
Laus fortium virorum. 205. a.
Laus Psalmorum. v. Psalmi.
Laudes cupere rei amatæ. 166. a.
Laus, laudo, quid laus. 525. b.
Dei laus. 527. b.
mirabiliter cantata. 590. b.
Laus hominis. 527. a.
effectus. d. l.
Object. Deus laud. 526. a.
seipsum nemo laudet. 526. a. b.
Eventus laudis. 527. a.
recusata nimia laus à Constantino M. 527. a.
ab Antisthene d. l.
modus laudandi. 526. a.
Laus fugienda. 440. b.
media adipiscendæ laudis. 526. b.
decem homines à Deo laudati. 432. b.
amplificata laus Dei. 848. a.
Laxare rete. 527. b.
Lazarus pauper. 310. a. Conf. 527. b.
Bonamici de psalmis David. 879. b.
Leæna Christus. 192. a.
Lea. 727. b.
Lecanomantia. 306. b.
Lectio Biblior. v. Verbum Dei.
Alexandri M. affecit Regem Alphonsum. 340. b.
causæ impellentes ad lectionem. 528. a.
Lectoris requisita. 538. b.
præparatio. 528. a.
Lectio ad mensam. d. l.
Lectus, in eo baptisati olim. 102. b.
Legale debitum. 277. a.
Legata Ecclesiæ. 120. b.
Legati Apostoli. 57. b.
ministri. 623. a.
Legionaria cohors. 227. a.
Legislator. v. Lex.
Legitimatio nostri. 180. a.
Lego. v. Libri.
Lenocinium. 147. b.
Lenones, unde dicti? 147. b.
Lenire iram. 289. a.
Leo P. P. Litanias instituit. 578. a.
Basilii Imperat. natus voce psittaci liberatus. 282. a.
Judæ. 199. b.
Bizantinus suadet concordiam. 234. a.
in morte, Christus. 203. a. 175. b.
antichristus. 50. a.
Satan. 297. a. 699. b.
Imperator Leo, clemens. 167. a.
Bizantin. de concordia. 234. a.
Leones crucifixi, portis præfixi. 202. b. 241. a.
Leo non sis in domo. 586. a.
Leonides, æ cœna. v Cœna.
Leonhardus, patronus captivorum. 141. b.
Leontia, casta. 143. b.
Lepra, peccati. 99. a.
corporis: utramque curat Christus. 217. b.
suo sanguine. 201. a.
domus. 217. a.
cor nostrum 217. a.
Miriam. v. Mirjam.
Leprosi avari. 71. a.
decem illi. 642. b.
ille procidens coram Jesu. 643. a.
quomodo curentur. 615. b.
Lethargia. 845. a. 856. b.
Leviathan. 297. b.
squamæ ejus. 716. b.
Levitæ præsciderunt sibi pollices in Babel. 678. b.
Levitica ahena. vid. Ahena.
Corona. vid. suo loco.
Levitas in peccando. 84. b.
Lex non scripta. v. Cabala.
Christi institutæ Leges. 152. b.

in pectorali summi sacerdotis. 217. a.
legislator. 156.a.
in genere, est Hagar. v. Hagar.
Jugum spirituale. 504. b.
Ceremonialis est instar castri. 149.a.
Vid. Ceremoniæ.
Naturæ prohibet damnum. 276. a.
Conscientiæ. 251. a.
Talionis. 514. a.
typus Gentium. 527. b.
Moralis.
aratrum est. 321. b.
ejus transgressio ab avaro. 69. b. & 71. b.
est meridies calidissimus. 221. a.
non impletur in hac vita. 135.
Bellarmini sententia de Lege. Vid. Bellarmin.
Lex atramentum. 335. b. 68. b.
Naturæ Lex. 152. b. 117. a.
Apostolicæ leges. 152. b.
duratio legum. 154. b.
multitudo. 153. b.
variatio. 154. b.
impletio à Christo præstita. 214. a.
expositio. 190. a.
custodienda. 217. a. 276. b.
desideranda. 279. a.
usurpanda. 154. b.
populo prælegenda. 339. b.
stabilienda. 570. a.
Libare Baalim. 90. b.
Libellatici, qui olim? 244. a.
Libelli proscripti. 772. b. 773. a.
Libelli famosi. 134. b.
Libri sacri legendi. 528. a.
extremi Judicii. 496. b.
supplices, rejecti à Demetrio. 747. a.
Liber Scripturæ. v. Verbum Dei.
mundi. 225. a. 669. b.
conscientiæ. 249. b. 517. b. Dei. 272. b.
passionis Christi. 192. a.
hæreticorum non legendi. 424. b.
Libri ab hæreticis corrupti. 420. a.
Libri Gentilium an legendi? 545. b.
an hæreticorum? d. l.
Libri prohibiti à Calv. 546. a.
Liberalitas. v. f. l. 699. b. v. Buccella.
Veterum in largiendis Ecclesiæ bonis. 126. a.
Dei. 329. b.
piorum. 61. b.
Herodis. v. Herodes.
auditorum. 82. a.
Gregorii P. P. XIII. 306. a.
Libra Dei, hominum. 605. b.
Liberatio Levitica. 898. a. 914. b.
Liberatio piorum. 280. a. 578. b.
fenestra est. 361. b.
Liberator Christus. 500. a.
in Judicio extremo. 494. b.
Liberi alieni sunt avari. 73. b.
maledicti. 301. b.
comesti præ fame. 356. a.
sunt grati parentib. 410.
non puniendi ob parentes. 543. b.
Liberorum mors tragica. 777. b.
Libertas angelorum. 37. b.
ceremoniarum 153. b. 155. b.
depositum Ecclesiæ. 155. a.
libertatis politicæ signum, barba. 104. a.
Conf. 544. a.
Libertini negant angelos esse. 144.
qui olim? 544. b.
Libido. 146. b.
verborum. 146. b.
cordis. 222. a.
rixandi. v. *Rixæ*.
corporis: vaga. 146. b.
actus libidinosi. 146. b.
exempla. 147. a.
pœnæ: maledictio. 147. a.
medium exstinguendæ. 148. a.
V. Bernhard. 147. b.
de Licio. v. Robertus.
Libido. v. Nero.
Licinius Imperator, hostis literarum. 311. b.
Licitus, a, um. v. *Subjecta*, quæ licita.
Lictor, mortis index. 652. a.
Ligna cedrina. 205. a.
fungosa. 443. a.
carnis Christi. §. 106. Tit. Altare.
vincens Satanam. 199. a.
Ligno similes. 135. a.
Ligna Idololatriæ, pueri in Idololatria occupati. 546. vitæ. 546. b.
Ligandi clavis. v. Clavis.
Lilium Christus. 180. a.
castitas. 436. b.
Lima.
conscientiæ. 251. a.
Limbus. v. Paradisus.
Λιμεγχονία, fames. 354. b.
Liminæi fratres se mutuo confoderunt. 485. a.
Limites libidinis. 153. a.
Limus quid notet? 433 a.
Linea Catechismus. 151. a.
Lingua Dei, ignis devorans. 495. a.
Indica intelligitur ab Elephante. 227. a.
abusus linguæ varii. 139. b.
flagellum. 135. a.
duplex lingua. 132. a.
loquax. 79. a.
Lingua divisionis aquæ. 546. b.
Linguæ tria aromata. 548. a.
novacula. v. Novacula.
Lingua Latina necessaria in Jure. 547. a.
In ea fieri sacra primus Papa Vitalianus instituit. 548. b.
frenanda. 877. b.
confusio linguarum. 813. b.
Linteamen, linteum cœlitus demissum. 101. a.
cordis nostri Christum recipit. 201. b.
sudoris Christi. 194. a.
Linum Asbestinum. 916. a.
Lippitudo oculorum. 227. b.
Liquefactio cordis. 159. a. 279. b. 268. a.
Lis, unde dicta? 549. a. est peccatum. 550. a.
Litera: circumcisio. 219. a.
legis externa, elem. mundi. 333. a.

Literæ commendatitiæ Veterum. 526. a.
formatæ quæ olim? 438. a.
Literæ, arum, exosæ Licinio. 311. b.
Livoniæ Urbs Nihusium. 287.
Locrenses Ebrietatem pro capitali peccato habebant. 320. a.
Lites amatæ. 419. b.
Christian. 550. a.
Litura mala est falsa doctrina. 551.
Locus nativitat. passionis Christi. v. Christus.
nobis paratus. 281. a.
Dagonis. 275. b.
In loco non gloriandum. 444. b.
sacer locus, desideratus. 279. a.
à Deo reprobatus. 403. a.
infamis redditus per hæreticos. 418. a.
pœnis cumulatus, ibid.
Locustæ. 552. a.
Loqui, ut Draco. 421. a.
Lequi Dei verb. 614. a.
ex abrupto. 679. b.
Loth typus Ecclesiæ. 552. b.
Loti ter solum in tota vita Illyrides. 95. a.
Lotio pedum discipulorum. 191. a.
Lotus, arbor mirabilis. 175. b.
Levitica lotio. 525. b.
Lubeca: ordinis observans, curatrix viduarum. 760. a.
Lucani otiosis dicam scripserunt. 764. b.
Lucas pictor. 743. a.
Luceo: lucere debemus. 66. b.
Lucerna. 175. b.
propheta. 871. a.
Christus, Apostoli. 57. b.
Lucernæ, dona S. sancti. 427. a. pii. 556. a.
Lucia periit acu. 659. a.
Lucianus à canib. dilaceratus. 117. b.
Lucilii amicitia. 128.
Lucifer Rex Babylonis. 552. b.
L. Fulvius in carcerem conjectus, ob gestatam coronam. 553. a.
L. Maximinus nihil bonorum reliquit. 565. b.
Lucilla, factiosa, apud Donatistas, fœmina. 655. a.
Lucius, liberalis in Ecclesiam. 724. a.
Lucta fidei in Abrahamo. Vid. Abraham. §. Actum.
concupiscentiæ. v. Adam, num. 3.
Lucrum. 604. a.
Luctus. 317. a.
non super infantibus. 553. a.
super morte Christi. 202. a.
clade Cannensi Romanor. 110. a.
pueris. 553. a.
non ob fortes liberos. 711. a.
maritæ. 587. a.
sit moderatus. 650. a.
significatus nuditate. 716. a.
apud Ethnicos. 650. b.
ob inimicos, ibid.
Lucus martius. v. Lucus.
Germanorum templa luci. 553. b.
Ludibrium inconstantis sortis. 358. b.
Ludovicus XII. Gallorum Rex: clypeus ejus. 221. a.
non timet machinas bellicas 189. a.
tulit leges. 123. b.
punit dirarum imprecatores. 302. a.
castigavit corpus. 271. b.
Judiciis intentus fuit. 570. a.
Lumbi succincti. 829. b.
Christi. 912. b.
Lumen, ejus pater. 282. a.
Ejus generatio. 127. b.
defectus. 282. b. 338. a.
Spirituale verbi. v. Verbum. 127. b.
Confer Lux.
conscientiæ. 249. b.
propheticum. 282. b.
ministri. 623. a. Christus. 555. a. b.
Luminare minus Ecclesia. 323. b.
Luna: Ecclesia. 323. b. Illius figura in calceis Romanor. gestata & cur? 556. b.
bellorum olim præses habita. 557. a.
adorata Lunæburgi. 556. b.
Error de Luna. 557. a. tres 868. a.
Lupanaria publica. 146. a. 147. b.
Lupi devorant asinos palpando. §. 62. Tit. Adulatio, Diabolus lupus. 297. a.
avari, lupi. 75. a.
ad tonitru colla submittunt. 494. a.
an ex hominib. fiant lupi? 557. a.
in Anglia non sunt. 557. b.
prælati aliquando. v. Prælatus.
collum durum. 716. a.
Lustro. v. Mundus. *Mundatio.*
Ethnica lustratio. 883. a.
Lustralis aqua. 59. b.
Lustrationes Gentilium. 674. b. 675. a.
Lusus aleæ. v Alea.
vitandus. 143. b.
Lutherani: Eorum ordo. 758. b.
Lutherus, doctoris gradu se solatus. 311. b.
macerat se jejunio. 241. b.
liberatur à larvatis, Wormatia redux. 525. a.
distinguit Christianos. 522. b.
de musica. 679. a.
Psalmi ejus corrupti à Socin. 678. b.
de stylo simplice. 614. b.
non prohibet bona opera. 7 8. b.
in morte quid dixerit. 657. b. 649. b.
Colloquia Mensalia. 227. b.
Lutheranorum libri a Calvin. prohibiti. 546. a.
Lutum. 433. a.
peccati. 802. b.
avaritiæ. 75. a.
Luteæ cogitationes. 222. a.
voluptates. 120.
Lux vera Christus. 176. a. 178. a. 214.
Lucis ortus. 185.
effecta. 56. a.
manifestatio divinæ claritatis. 220. b.
non spernenda. 224. b.

una in mundo. 120. b.
corporalis. 282. a.
spiritualis, ibid.
Lux Deus multis modis dicitur. 554. b. 282. a.
Luxuria. 146. b.
humor malus. 128. b.
balneorum. 95. a.
ædificiorum. 334. a.
Lybii læti in morte suorum. 650. b.
Lycaon: Ejus in liberos sævitia. v. Abraham. §. Philo. C. 463. a.
Lycurgus vetuit suos peregrinari. 565. a.
jussit in bello Musicam exerceri. 678. a.
Lycus fœnerator: Fraus ejus. 251. a. 603. b.
Lydi invenerunt aleas. v. Alea.
Lydiæ cor apertum. 528. a.
Lyræ: his similes, n. 1. Tit. Æs. usus ejus. 754. b.
Lysimachus ob sitim hosti se dedit. 558. b.
Lytron. 758. b. Cæsaris Friderici pro filio. 142. a.
redemptionis. 201. a.

M.

MAcedon. ritus in supplicando. 754. a.
Machomet flet, vindictæ cupidus. 520. b.
Magia, ut tollat morbum. 642. a.
Magi, in illorum adventu quintuplex revelatio. 188. a.
V. Magus: miracula. 629. a.
Macarii Alexandr. castigatio corporis. 271. b.
Mytilinensis sævitia in hospites. 430. b.
Macies avaror. 72. a.
corporis. 270. b.
Macula peccati. 147. b. 213.
conscientiæ. 71. b.
sacrificii. 155. b.
famæ. 132. b.
Maculatio, sacrificii per peccata. 155. b.
Magister Christus. 563. a. 302. b.
stra, conscientia. 251. b.
Magistratus. v. suo loco.
est minister Dei. 120. a.
captivitas. 140. b.
captator famæ bonæ. 353. b.
contemptus. 134. b.
ordinet Cantica. 138. a.
sit doctus. 547. a.
pius. 567. a.
disputat. 304. b.
tenebrarum, Satan est. 297. a.
vindicat ritè. 514. a.
supplicia inferat. 431. b.
quando non debeat audiri. 567. b.
huic jurandum. 505. b.
simile Draco. 568. a.
olim inquirebat scelera velo. 566. b.
obediendum ei. 720. b.
Oeconomus Dei. 729. b.
Regius Magistratus. 919. a.
officii gravitas. 566. a.
à simili ab inferno. d. l. quam agnovit Antiochus Magnus. 566. b.
Religiones non misceat. 567. a.
verax sit. 602.
peccata sua redargui permittat. 566. a.
Ossa sunt. 763. a.
subscriptio olim quî facta? 724. a.
Magna Cœna. v. Cœna. 221. b.
Magnes, Christi vox. 140.
Magnificat Mariæ. 182. b. 183.
Magog, de eo Judæorum fabula. 574. b.
Magus Bileam. 114. b.
Magi olim Christiani dicti. 134. b.
in Samariam introducti. 561. b.
Incantationes Magicæ. 430. a.
Magiæ inventor. 561. b.
Mahumetes, Arabs, è bubulco Rex. 361. a.
Mahum. II. infidelis. 368. a.
Othomannus cochlearia lignea fecit. 743. b.
Majestas infinita: Ejus claritas. 220. b.
Christi ostensa Judæis. 496. b.
Dei. 719. a.
Majus unde dictus? 603. a.
Μαλακία: hac laborantibus similes avari. 75. a.
Mala arbor. 62. b.
Mala publica, quid in his agend. 578. a.
Mala communia bonis & malis. 578. a.
Malachias. v. Artaxerxes.
Malchus cæsus. 195. a.
Maledictio. 113. 133. a. libidinis. 147. a.
ejus cumulatio. 144. a.
liberorum. 301. b.
fugienda. 181. a. 302. a.
Jobi, quæ? 576. a.
maledictiones occidunt. 430. a.
Mali: Angeli. 837. a.
corpora eorum. 271. a. conf. 268. a.
dispersio. 304. a.
differentia eorum. 577. a.
ossa sunt. 762. b.
Mali in bonum conversio. 875. a.
Malis uti debemus. 589. a.
Malignitas. 577. b.
Malitia. 576. 577. b.
impotens. 132. a.
Satanæ. v. Satan, fermentum. 362. a.
Malleolus matricida in sutus culeo. 542. a.
Malleus, Satanam conterens. 199. b.
terræ. 297. b.
Malum, Deus non facit. 287. b.
supplicii à Deo est. 576. b.
ut à Deo permissum. v. Permissio.
commissum: de eo dolendum. 222. a.
præsens futurum. 578. a.
pœnæ. 837. b.
Malum bono viro non potest accidere. 701. a.
hujus vitæ, &c. 837. b. seq.
non faciendum, ut eveniant bona. 578. a.
Mamma. v. Evangelium.
Mammæa didicit fidem Christian. 578. b.
Mammon. 578. b.
inferni, Roma. 123. a.
divitiæ temporales. 308. a.
Manates lapis. 843. a.
Manasses. 843. b.
Mandata ficta Rom. Pontificiis. 121. a.
Mandræ olim quæ? v. Abbas. §. 6.
Manè quid cogitandum? 579. a.

Maneo-es-et: nobiscum Deus. 290. a.
Manichæi, de sole & luna. 690. a.
rejecerunt festum Paschæ. 365. a.
Manlia gens. 704. b. abjicit nomen.
Manna, Christus. 176. a. 184. b. 180. a.
nominis Jesu. 187. a.
charitatis. 169. a.
Mancipium Diaboli. 830. a.
Manifestatio Dei. 918. a.
Mansio in Deo. 159. b.
Mansuetudo. 228. a.
virtus Episcopi. 335. a.
pulsatur aliquot modis. 580. a. seq.
similia. 581. a.
mulierum. 666. b.
Manus Dei. 285. b. v. manus.
invisibilis. 279. a.
Christi expansæ. 198. a.
leprosa Mosis. 133.
circumcidenda. 220. a.
protensa in baptismo olim. 102. b.
elevata olim, in Juramento. 506. b.
omissa in pictura Judicum. 514. b. 569. b.
manus spiritualis Christum prensans. 510. b.
Manumissio spiritualis. 203. b.
Marcion arundo fuit. 338. b.
repetiit baptismum ob quodvis peccatum 104. a. muliere usus est in hæresi propagandâ 665. a. ejus discipuli statuerunt diversa principia. 215. b.
M. Æmil. Securus. v. Conscientia.
Marc. Attilius servat juram. 507. b.
Aurelius Cæsar de dicto: Quod tibi vis fieri. 164. b.
de signis judicii. 498. a.
M. Cato tolerans. 476. b.
M. Curius. 310. a.
M. Curtius aurum sprevit. 571. a.
M. Curtius in foveam se dedit præcipitem. 204. a.
M. Crassus auro potus periit. 508. a.
M. Crassus instruit servos. 427. a.
M. Marculus flet ob Syracusas. 232. a.
Marci nomen Gens Manliana respuit. 704. b.
Martianus Cæsar è fabro ferrario. 361. a.
Marcus Scaurus Coss. patre carbonario natus. 743. a.
Mare: ejus mirabilia. 60. b.
profunditas. v. Profundit.
multiplex. 59. b.
angustiæ. 582. a.
baptismi. 99. a.
mortuum. 834. a.
mergens Satanam. 101. b.
mundi. 834. b.
charitatis. 168. b.
mundi. 59. b.
de mari. 692. b.
arenæ maris. v. Arenæ.
stella ejus. v. Stella.
Margarita charitatis. 68. b.
Apostoli. 56. b.
in conchis. 922. b.
Maria Magdalena. 666. b.
Mater Domini: Ejus festa. 365. a.
concepta in peccato. 582. b.
cur purificata. 583. a.
ut colatur à Luthero. 583. b.
cœlum est. 182. b.
imago Ecclesiæ. 198. b. 323. b.
ancilla Dei. 361. a.
septem verba Mariæ. 182. a.
statio sub cruce. 584. a.
rorem cœlestem excepit. 185. a.
non juvat martyres. 588 b. §. causa.
Canticum Mariæ. 182. 183.
non adoranda. 583. b.
ascensio. 45. b. 211. a. 584. a.
salutatio. 583.
visitatio. d. l. Festa. 584. a. b.
lac ejus non miscendum cum sanguine filii. 101. a.
non placat Deum. 289. a.
distrahitur cogitationibus. 404. a.
dicitur patrona Caroli filii Reginæ Sueciæ. 585. b.
intercessio. 585. a.
sanctitas. 584. a.
gladius. 583. b.
cultus unde? d. l. v. Irenæus.
non adoranda. 784.
Martialis Episcopus, Christum abnegat. 695. a.
Martius. 603. a.
Martyres. 151. a.
falsi. 590. a. 592. a. Ethnici. d. l.
captivi, sustentati a bonis Ecclesiæ. 122. a. 141. a.
columnæ Ecclesiæ. 228. b.
Antipas. v. Antipas.
primus Martyr, latro. 179. b. 198. a.
non adorandi. 590. a.
sustentatio è bonis Ecclesiæ. 120. b.
bona eorum Ecclesiæ data, ibid.
acta eorundem. v. Notarius.
oculis privati. 589. b.
poplites resecti. v. Poples.
bestiis objecti. 588. b.
dolorum expertes (πῶς) 591. b.
his gavisi. 590. b.
vota ultima eorum. d. l. a.
meditationes. 590. b.
Similia. 591. a.
non sepulti. 590. b.
sepulti sub altarib. 590. a.
dies illorum notati, ibid.
rosis coronati. 924. a.
Martyrii catena. 140. b.
differentia. 193. a.
modi varii. 588. b.
Massa conscientiæ. 249. b.
Massagetæ defunctorum sanguinem potarunt, dein inhumarunt. 666. b.
Massilienses otiosos finibus ejiciunt. 764. b.
armatis urb. interdixerunt. 609. b.
mortuos riserunt. 650. b.
Mathematica divinatio. 306. b.
Mater Ecclesiæ, quæ? 397.
uterus, semen, partus. d. l.
calumniæ. v. Calumnia. 130. a.
Antichristi. v. Antichristus. 48. b.
stuprata. v. Stuprum.
fidelium Ecclesia est. 323. b.
transgressionis, avaritia. 75. a.
Matris cur mentio in 4. præcepto. 592. b.
Ejus officium: gaudium. 593. a.

Matricida. 348. a.
culeo insutus, mari immersus. 542. a.
Matrimonium, de eo David Georgius. 147. b.
non sit coactum. 777. b.
Matutina custodia. 375. b.
Mauri feroces. 37. a. §. Ferorum.
Mauritius ex Notario Imperator. 631. a.
Ejus ultima verba. 649. b.
Mausoli sepulchrum. 670. a.
Maxilla.
eam percutere. 594. a.
Maximiani Tyrannis. 589. b.
Maximinus è pecorum pastore Cæsar. 361. a.
Maximiliani pietas. 831. a.
Maximilla. 665. a.
Maximum cor hominis in mundo. 75. a.
Medela vulnerum Christi. 200. a.
Medea induxit Magiam in Thessaliam. 561. b.
Media profligandæ libidinis. 148. a.
currendi. 275. a.
Mediator Christus. 208. a. 216. a.
admissionalis. 217. b.
actus. 595. b.
Medicamentum miraculosum. 101. b.
animæ. 595. b.
impium. 595. b.
Medicus. 127. a.
Christus. 127. a. 214. a. 596. a.
Medicina fidei, est Amen. 125.
animæ. 852. a. v. Mansuetudo.
Cur non sit efficax medicina corporis? 596. b.
crucis. 866. a.
Mediocritas. 596. 597.
Meditatio quid? 517. b. 597. seq.
operum Dei. 291. a.
passionis Christi. 204. b. 205. a.
mortis. 202. b.
beneficiorum Dei. 158. b.
auditorum, activa, verbi divini. 80. a.
inferni. 148. a.
Medulla conscientiæ. 251. a. conf. 598. b.
Medullina patrem occidit. 542. a.
Mel Christi, qui est mel in ore. 187. a.
dantis oleum. 201. b.
mundi. 171. b.
verbi divini. 311. b.
Deo non offerend. 443. b.
adulationis. v. Tit. Adulatio.
datum olim baptisatis. 102. b.
Melle conservata corpora. 654. b.
unde mel apes. 922. b.
Meletiani. v. Novatus.
Membra, Christiani. 165. b.
Membra sibi homo non mutilet. 429. a.
Membrorum defectus. 271. a.
subjecta planetis. 270. b.
abusus. d. l. putrida membra hæretici. 422. a.
Memmius judicat Catonem. 504. a.
Memnon percutit criminatorem. 265. b.
Memorativum signum. v. Circumcisio.
Memoria. v. suo loco. mortalitatis. 113.
Tit. Ambitio. sensus. 432. a.
martyrum. 592. a.
Christi, colenda. 158. a.
Mendaces, Satan. 297. b.
dispersi. 304. a. 295. a.
omnes homines. 433. a. 601. b.
vitium. 601. a.
Mendacia. v. s. l. non amanda. 79. b.
insunt mercaturæ. 204. b.
non extimescamus illa. 601. b.
origo. d. l. Pœna mendacium. v. Artaxerxes.
in eis non fidendum. 81. a.
sunt causa discordiæ. 303. b.
Mendicus. 361. a.
Mendicitas monastica. 601. b. 602. a.
Mens: ejus privatio. 114. Tit. Ambit. cœcitas. 144. a. calor. 598. a.
Mennonis statua. 481. b.
Mens pura colit Deum. 675. a.
Mensa gratiæ Dei. 221. conf. 602. b.
Christi, quibus epulis instructa. 602. b.
Darii, Alexandri M. scabellum. 107. b.
Mensæ notatio. 602. b.
Menses Judaici. 489. a.
numerati. 710. b.
lunaris. 603. a. 602. b.
Menstrua mulierum. 664. a.
Mensura amoris Christi. 191. b.
misericordiæ Dei. 852. a.
iniquitatis. 603. a.
instit. 603. a.
Menstrui causa, juxta Lemnium. 603. a.
Mercatura. 603. b. 604. a.
vitia, virtutes. d. l. accid. 204. b.
Mercenarius avarus. 75. a.
fessus recreatur. 221. a. cœnâ.
Merces, quoque dicitur gratia. 605. a.
Meretrix spiritualis. 115. v. Ambitio.
Corporalis ex, ea Rex Lamusius. 686. b.
Meridies, lex. 211. a.
Meriti requisita. 606. a.
in eo non confidend. 331. a. 648. b.
Merita Monastica, nihil: Tit. Abyssus, n. 111.
Christi: de his non dubitandum. 318. a.
Bernhard. rejicit merita. 415. a.
ob ea non exaudimur. 702. b.
dubia sunt. 606. a.
Meritum Christi durans. 215. a.
plenissimum. d. l. benedicit nobis. 111. a.
Messalina uxor Claudii Cæs. 664. a. 665. b.
Messis vitæ æternæ. v. Manipulus.
Messis judicii. 606. b.
Messor infelix avarus. 75. a.
Metalla utilia. 606. b.
Metallares servi. 44. b.
Metellus pro patre moritur. 541. b.
Methodiæ Satanæ. 294. b.
Methodius monachus. 461. a.
pictor judicii extremi. d. l.
Metus pœnarum. 840. b.
Midæ votum. 437. b.
Migrationes populorum. v. popul.
Militia spiritualis. 610. a.
milites. 298. a.
Apostoli. 58. a.
conjuges. 248. b.
Christiani. v. Militia. s. l. 151. a.

Catechetici. 151. a.
instrumenta militiæ. 607. b.
seculares milites, olim è bonis Ecclesiæ sustentati. 122. b.
avari. 75. b.
conficientes se mutuò. 205. b.
buccina accensi. v. Buccina.
mali, bruchi sunt. 126. a.
certantes. 156. a. fortes. 603. b.
clamantes, hostem terrentes. 220. b. 607. b.
confessores. 852. b.
sobrii, casti. 68. b. v. ATHLETÆ.
Eorum cohors. 227. a.
sub M. Aurelio. 106. a.
obsequentissimi Scipionis Africani. 719. b.
Alexandri Severi mandatum de castigando milite. 607. a. conf. 608. 609.
Milvus rapax Satan. 297. b.
Ministerium est hydria. 442. a.
Ministri DEI. 151. a.
ordo. 325. b.
angeli DEI. 182. a.
corona. 269. b.
vocati. 81. a. v. Vocatio: sunt æs. 621. b.
doceant è Scripturis. 81. a.
quos auditores dextrè audiant. 80.
verba illorum non floccipendant. 82.
sunt apes. 621. b.
ad cœnam DEI invitant. 221. b.
sunt instar aquæ. 59. b.
casti. 149. a.
fenestræ. 361. b.
calamitosi. 125. a.
certantes. 156. a.
contempti. 81. b.
non tristitiâ afficiendi. d. l.
læsi. 83. b.
illusi. 81. b.
oppressi. 83. a.
nuncii. 711. a.
occisi. d. l. nubib. similes. 709. a.
sustentandi, è bonis Ecclesiæ, largiter. 122. a.
his obediendum. 720. b.
quidam etiam victum sibi quæsiverunt suis laboribus. d. l. accommodare se debent suis auditoribus. 641. a.
aurei sunt. 624. b.
angeli. 621. b.
ceremonias curent. 612. b.
corripiant. 618. b.
Integri. 618. b.
Intelligentes. 619. a.
Luceant. 617. a.
Mensæ aureæ, messores, milites. v. 623. a.
opera bona inculcent. 614. b.
mala carpant. 615. a.
personas non respiciant. 619. a.
soliciti. 612. a.
scientia instructi. 611. b.
terrena non amant. 617. a.
vitæ immaculatæ. 617. b.
Minois, impudica. 666. a.
Mirabilia maris. v. mare.
Mirabilis Deus. 283. a.
opera ejus. 290. b.
Mirabilia sex in Joh. Baptista. 482. b.
Miracul. mundi. v. Babyl. v. Rhodii. 670. a.
Miracula in Christi nativitate. 179. a. 148. b. 627. b.
incarnatione. 178. b.
passione. 203. a. Sabbatho. 189. a.
morte. 202. a.
angelorum. 625. a.
naturæ. 639. b.
subjecta miraculorum. 625. b.
Instrumenta. 625. b.
varia de miraculis a. b. 625. seq. ad 627.
Christi quomodo attendenda. 189. b.
an ille in juventute fecerit. 188. b.
præcipua ejus miracula. v. Christus.
Ethnici de miraculis. 189. b.
Christi non intellex. Judæi. 189. b.
ostentata sunt signa Judicii. 498. non sanctitatis. 629. b. non sunt necessaria. 626. b.
cessant. 629. b.
miraculosa aqua. 59. b.
Antichristi miracula. 627. b.
Apostolorum. 628. a.
Mirjam. 642. b.
à lepra curata. 217. b.
sed non per Mosen. d. l.
ut excommunicata. 345. a.
Mirificatio piorum. 875. b.
Miser quis? 630. b. homo. 605. b. 630. b. a.
Miseria: ejus fons. 297. a. est ignis. 456. b.
jugum. 505. a.
hyems. 442. a.
deflenda. 630. a.
multiplex. d. l. militum. 607. a.
panni induti. 184. a.
Misericordia. v. suo loco.
Dei, balsamum est. 96. a.
in eâ confidendum. 606. a. magna est. 631. b.
rubet. 88. b. purgat. 605. b.
Christi erga populum. 216. b.
hominum simulata. 333. a.
illicita. d. l.
vertitur Dei misericordia aliquando in iram & justitiam. 286. b.
finis misericordiæ. 286. b.
Exempl. Augusti Cæsaris. 570. b.
hominis quid? 631. b.
ad eam quæ nos impellant. 631. b.
Misericord. object. effect. v. 632. a. seq.
Missio angelorum. v. Angeli. Apostolor. v. Apostoli.
ministrorum. v. Ministri.
Mitis. v. Abigail.
Mitissimus Doctor, Christus. 310. b.
Mites qui sint? 580. a.
Mixtura bonor. & malorum. 89. a.
Myrrha crucis. 140. Tit. Andr.
ejus fasciculus. 164.
Mizraim fluvius. 698. b.
Moab. impii. 495. a.
Moderatio jejunii. v. Jejun. Pontific.
Modestia. 630. a. 633. b. 634. a. 637. b.
Modicum Christi. 203. b.
vanitatis. 634. temperantiæ. d. l.
vitæ. 634. b. fidei. d. l.
Mœror spiritualis, quomodo deponatur? 138. b.
Mola, quid? 494. a. 635. a.

moles peccati. 717. a.
Mollities. 147. a.
Momentum oculi, felicitas mundi. 359. a.
Monachi, horum decimæ. 278. a. 635. a.
otium. 121. a.
correctio. 271. b. Veteres monachi. 636. a.
laborabant olim, & fructus laborum Ecclesiæ dabant. 121. a.
fictum cujusdam jejunium. 189. vitia. 638. b.
laus. 635. b.
multitudo eorum. 637. b.
temporis abusus. 637. a.
charitatis neglectus. d. l.
conspiratio in Benedictum. 838. b.
hæresis. 637. b.
quies. 637. a. labor. d. l.
Pharisæi. 818. a.
tonsura. 637. b.
multiplicatio. 637. a.
vestitus. 637. b. a.
veteres monachi, qui? 638. b.
Regulæ eorum variæ. 903. b.
Locus. 637. a.
malitia quorundam. 635. a.
merita. d. l.
ordines eor. & Judicia de his. 638. a.
Pharisaismus. 638. a.
Rapacitas. d. l.
Monarchia. 639. a. quarta. 903. b.
Monasteria quæ? &c. v. 637. 638. 639. Thebaidos.
Monasterium quale? d. l.
Monachismus baptismus. 97. b.
causa. 635. a.
temere judicat de aliis. 503. a.
nuptiæ post votum. 637. a.
Moneta charitatis. 170. a.
Monialis-um vitia. 639. a. 147. b. origo. 638. b.
Monica mater Augustini pia. 339. a. 521. a. 665. b. 666. b. somnium. 666. b.
Mons-ontes. 172. b.
stillantes. 178. a.
Apostoli. 56. a.
qui non ascendendi? 189. a.
de quo Christus descendat. 190. b.
Oliveti mons. 209. b.
qui nos tegant montes. 200. a.
ardens, Diabolus. 494.
non adorandus. v. Adoratio.
pro Deo cultus. 553. b.
montes seculi. 640. a.
varie accipitur mons. 639. a.
unde fiant montes? 639. b.
finis & utilitas. 630. a.
sunt DEI Gazophylacia. 639. b.
varii montes in scripturis. 639. b.
Abarim. d. l.
Ararat. 639. b.
Carmel. 639. b.
Devotionis. 640. b.
Ebul. d. l. & 641. a.
Ephraim. 639. b.
Ferri. 639. b.
Gilboa. d. l.
Gilead. d. l.
Grisim. 639. b. 641. a.
Hebron. d. l.
Justitiæ. 640. a.
Jerusalem 4. erant. 641. a.
Libanus. d. l.
Morija d. l. 639.
Neba. 139. b.
Olivarum. d. l.
Piorum. 687. a.
Prædæ. 640. b.
Regni CHRISTI. 640. a.
Samaria. 639. b.
Satanas mons. 640. a.
Sehir. d. l.
Sinai. 639. b. 640. a.
Superbi. d. l.
Thabor. 639. b.
Monstra
humana, malorum præsaga. 639. a.
domitores monstrorum. d. l.
Montanus primus jejuniorum auctor. 452. b.
propagavit hæresin suam per Maximillam & Priscillam. 665. a.
hæreticus. 665. a.
Morbus corporis: depulsi musicâ. 678. a.
quid? 641. b. v. s. l. cordis. 269. a.
unde? 641. b.
spirituales. 220. a.
Gallicus in Germaniâ quando cœperit? 641. b.
Consequentia morborum. 647. a.
morbus per successionem. 642. b.
Morbosi avari. 75. b.
alii. 135. a.
causa depellens morbos. 642. a. 644. a.
procreans. 641. b.
effecta. 642. a.
commoda. 644. a.
adjuncta utilitas. 642. a. seq.
similia. 641. b. 644. a.
genera. 641. a.
officia. 642. b. seq.
divisiones morborum. 642. a.
Corporales. v. g. Febris. 642. b.
Spirituales. Triplex est in anima. 642. a.
Morituri: horum baculus quis? 94. b. 95. a.
non lugeant. 711. b. 590. b.
tentantur. 651. a.
in os datus triens. 652. b. conf. 280. b.
Morositas. 439. a.
toleranda. 580. a.
Monachi hypocritæ. 442. a.
Monachus Berlin. blasphemus. 790. a.
Mors Christi
hostia est. v. Hostia.
mors mortis. 201. b.
figuræ hujus. 202. a.
Theriace spiritualis. 201. b.
effecta ejus plurima. 202. b.
mortem in vitam convertit. 179. b.
spontanea. 201. b. 647. b.

ama-

amarum poculum. d. l.
pro omnib. 181. b. 202. a.
quibusdam est mors (per accidens) 215. a.
regeneratio nostri. 647. b.
Mors martyrum, differt à Christi morte. 203. a.
beata quæ? 714. b.
Mors quid? 291. a.
est diluvium. 301. b.
mors benè consideranda, est exitus noster. 499. a. 222. a. desideranda. 280. b.
recordatio ejus. 266. a.
Ignominiosa. 133. a.
non optanda. 281. a.
Tragica & horribilis Thomæ Pistorii & aliorum. 117. b. 108. b. 144. b.
funes mortis. 142. b.
spontanea Cosrois. 201. b.
oblivio ejus est rota avari. 309. b.
Mortis varia nomina. 646. b.
cur dicatur hostis. d. l.
porta vitæ æternæ. 648. a.
quid sit? 649. a.
vere mors. 646. a.
præfigurata. 646. a.
ejus paradoxon. 657. b.
tria notabilia in unius cujuslibet morte. 651. b.
causa mortis. 647. a.
primo homini non erat connaturalis. 647. a.
effecta varia. 651. b.
huc Apophthegmata moriturorum. 649. a.
Subjectum omnis homo. 647. a.
ob pœnam. 646. b.
Adjuncta mortis. 652. a.
tentatio à Satanâ. 651. a.
necessaria ob Dei decretum. 652. b.
ingrata naturæ. 655. b. 652. a.
pretiosa. 657. b.
certa. 652. b.
impendens. 646. b. ejus signa.
amara. 655. b.
& cur? 652. a.
placida. 659. a.
optanda. 649. a.
incerta. 652. b.
præmatura. 659. a.
tristis gentibus. 655. b.
Consequentia mortem. 647. b.
mortis similia & epitheta. 656. a. 608. a.
placida. 659. a.
non placida sequitur vitam impiam. 659. a. vel violenta. d. l.
præmatura. 659. a.
ut Mosis & Aaronis. d. l.
Usæ, Amasiæ, Simri. d. l.
animæ mors per peccatum. 659. a. 646. b. a.
in malo. 658. b.
piorum.
Impiorum. 659. a.
tarda.
repentina. 659.
non arguit. 658. b.
Prima Naturalis, cujus tria signa. 646. a. b.
Secunda. 646. b.
Spiritualis in bono. 659. a.
Juniorum: cur æquo animo toleranda? 658. b.
senum. d. l.
officia circa mortem. 660. b. 648. a.
Eam meditari. 653. a.
quomodo? 653. b.
cum metu. d. l. semper. 648. b. 653. b.
perpendere. 652. b.
etsi hanc Satan impediat meditationem. 653. b.
præparare nos ad eandem. 654. a. 648. a.
memoriam recolere. Vide exempla. 655. a. 654. b.
desiderare. 648. b. 649. a.
& quo respectu? 655. b.
imò amplexibus suscipere. 648. b.
Eam non timere. 655. b. 648. a.
nec ob hanc eandem tristari. d. l.
verum hanc addiscere quotidie. 648. a.
non oblivisci. d. l.
Mors vox ambig. 664. b.
spiritualis. 354. b.
animæ, 42. a.
eâ non delectatur Deus. 286. a.
species. 659. a.
allegoriæ. 653. a.
memoranda. 599. b.
Mortificatio quid? 660. b.
causa ejus efficiens, procreans, materia, ibid.
ordo. 662. a.
adjuncta. 661. a.
labor, effecta, utilitas, exempla, præmia, causæ administræ, ibid.
Mores corrupti in aulis. 86. a.
Morsus Satanæ. v. Cogitatio. 223. b.
Mortui, in peccato. v. Peccatum.
devotione. 205. b.
gaudio. 659. a.
pediculis. v. pediculus.
ira DEI adversus quosdam. 151. b.
non redimuntur sanguine. 403. a.
in montib. mortui. 641. a.
uncti. 643. a. b. 650. a.
ob mortem læti. 650. b.
comitandi. 650. b.
non consulendi. 662. b.
separati à Deo. 662. b.
pulvere conspersi. 654. b.
lugendi. v. Luctus.
oculorum apertio. 650. a.
non proscindendi calumniis. 650. a.
non molossis objiciendi. 650. b.
in eos non sæviendum. 662. b.
felices sunt. d. l. 652. b.
Moses, vox illa, unde? 644. a.
splendor. 644. b.
ritus. 920. b.
claritas ejus. 220. b.
Conf. 646. a. 644. b.
humilitas. 226. a.
non salvat. 213. a.
familiaritas cum Deo. 217. a.
quando natus? 644. a.
ut olim servatus in fiscella. 645. a.

pastor fuit. 644. b.
quomodo accuset. 645. a.
ejus defectus. 645. b.
contemporanei Mosis. d. l. a.
quomodo opponatur Christo? 645. b.
eidem sit similis. 615. b. 644. b.
apparitio Mosi facta. 645. b.
in eo baptisati Judæi. 644. b.
Excellentiæ Mosis. 645. b.
mortuus. 659. a.
non translatus. 646. a.
sepultus. 646. a.
Ascensio ejus facta. 645. b.
Moses & prophetæ quid? 613. b.
Manus ejus graves. 644. b.
doctor. 151. b.
virga serpens. 185. a.
audiendus. 45. b.
ejus tempore fuit diluvium Thessalicū. 301. a.
cornua illius quæ? 270. a.
mitissimus fuit. 476. b.
Propheta. 645. b.
officium. 644. b.
Moses, Saracenus Eremita. 337. a.
Cretensis. 644. b.
Mosis scripta lecta Platoni. 645. b.
Motio capitis ludificantis. 140. b.
commiserentis. d. l.
Motus velox piorum. 61. b.
cordis. 269. a.
Mulcta pecuniaria: olim data Ecclesiæ. 120. b.
Mulier: vox hæc varie sumitur. 662.
unde hæc vox? d. l.
primum lapsa. 663. a.
etsi ad DEI imaginem quoque creata. d. l.
data viro in adjutorium. 667. a.
vas infirmum. 664. a.
quædam res magnas gesserunt. 663. b.
virtutes earum & officia. 666. b. 667. a.
prudentes. 665. b.
bonæ. 664. b.
castæ. 665. b.
sapientes. 665. b.
piæ. 664. b.
Impiæ & veneficæ quædam. 665. b.
in Ecclesia docere non debet. 663. b.
privatim. v. d. l.
ornatus lascivus. 665. b.
domum curet & rem familiarem. 667. a. b.
affectibus mutabilis. 664. a.
morbis obnoxiæ variis. 667. b.
ora lacerarunt in luctu. 650. b.
taciturnæ. 666. b.
steriles quæ? 664. a.
ebriæ, lotæ, nudæ. 665. a.
superstitiosæ. d. l.
suppliciis mactatæ. 663. a. b.
Lampades, vites. 668. a.
Similia alia. 667. b.
Grandævæ, ut increpandæ? 663. b.
Politice consideratæ. 667. b.
in Scythia fuisse dicuntur, qui vel solo aspectu homines occiderunt. 726. b.
choros mulierum duxit Nicolaus Antiochenus. 665. a. vide Concubina.
facta ex costa. 245. a.
obsessa à spectaculo. 239. a.
Mulieres plorantes, Christo passo. 197. a.
fortes Germanor. 402. a.
Mulieris alæ duæ. v. Ala.
inimica mulier. 475.
pœna post lapsum. 663. b.
quid mulier? 611. b.
Multiplicatio: Ceremoniarum. 153. b. 155. b.
cultus. 818. a.
legum humanarum. 153. b.
librorum. 779. a.
Multitudo hominum: Monachor. 673. b. 354. b.
non sequenda ad malum. 668. b. 906. b.
librorum. 545. b.
Ecclesiæ. 668. b.
Mulus. 668. b. 669. a.
Mundani, qui? 172. b. a.
Mundatio cordis. 267. b. 616. b.
Mundi (adjectivè) olim qui? 153. b.
Multiplex significatio. 669. a. b.
Mundus-i. oculus Deus. 290. a.
ob hominem creatus. 432. a. 669. b.
(Substantive) est arca Noæ. 670. b.
abies. v. Abies.
Arca Noæ. 495. a.
ager. v. Ager sanguinis.
Ægyptus. v. Ægyptus.
Baal. 90. b.
Babel. 91. b. 92. a.
cathedra pestis. 671. a.
carcer nos captivans. 142. a. 141. a. 170. b. 671. a.
domus tenebrarum. 281. a.
civitas terrestris. 220. b.
desertum. 669. b.
ignis alienus. 172. a.
Holofernes. 172. a.
Palæstina. 172. a.
hospitium triste. §. 56. Tit. Advena.
malus est. 670. a.
mare. 57. b. 671. b.
Pisces, rete &c.
nidus malorum. 597. b.
noverca piorum. v. Advena.
serpens. 272. a.
amicitiam colit perfidam. 130.
fluctuosus. 139.
captivitas. 671. a.
bona caduca habet. 172. a.
res futiles. 171. a.
funes. 142. b.
baculum. 94. b.
agmen ejus dupl. 795. a.
alas quatuor. v. Ala.
tentat Deum. 224. a.
Deo notus est. 444. a.
cœna perfida. 221. b.
ei adhærendum non est. v. Adulterium. & 171. a. v. Charitas.
Christo repugnat. 212. a.

venenum habet. 171. b.
vallis igitur relinquenda. 172. b.
ſeptum ejus triplex. 90. b.
exire mundo debemus. 172. b. C. 414. b.
quia Sodoma eſt. a. d. l.
& philtrum illius vitandum. 171. b.
habet Deum triplicem, Tit. Ægyptus. §. 78.
cœcus eſt. 671. a.
duratio ejus. 670. a.
fugax. 672. b.
liber Dei. 669. b.
aqueus. 671. b.
miſerabilis, variabilis. 670. a.
Pavo. 672. a.
ſepulchrum. 672. a.
ſtabulum homin. peſſimorum. 672. a.
via. 672. b.
officia erga mundum.
ei non conformari. 672. b.
abnegare. 672. b.
vitare ejus calliditatem. 672. b.
non amare. d. l.
Munera non captanda. 314. b.
§. 68. Titul. Advocat. quia excœcant. 128. a.
C. 569. b.
Munera, dona, in Eccleſia. 328. b.
Munificentia. 266. b.
Munire cor. 267. b.
Murmur. 786. a.
Murus, aſcenſu ſuperatus. Hinc corona muralis.
murica. 270. a.
conſcientiæ murus. 251. a.
Paulus ritè eum ſuperat. 676. b.
murus Babylonicus mundi miraculum. 670. a.
Murmur Jobi. 786. a.
cavendum. 840. b.
Mus Diabolus. 297. b.
mures pellunt Sennacheribum. 676. b.
Hattonem depaſcunt. 46. b.
Popielum. 430. b. 676. b.
Muſca, æ, hac interiit Papa Adrianus. 604. b.
Ægyptiacæ, ſunt malæ cogitationes. v. Cogitatio. non viſæ in templo. 677. a.
Muſcas abegit olim Baal. 90. b. 91. a. 677. a.
Muſcipula, opes. 308. b.
Muſculus (w) de apertione capitis ad nomen JESU. 401. b.
Muſica. v. Cano. 136. b.
inſtrumenta ejus. 137. a.
quibus exhilarat. 266. a.
pellit morbos, v. morbus.
accendit milites. 678. a.
inviſa Ægyptiis. d. l. b.
Mutabilitas honoris. 435. a.
Mutatio per peccatum. 797. b. 798. a.
Mutatio aquæ triplex. 61. a.
Ceremoniarum 155. b.
omnium rerum per Chriſtum. 179. b.
nominum. 704. a.
Mutilatio verborum. 274. a.
Mutius Scævola. 313. a.
Mutus, homo patiens. 719. a.
miniſter. 605. a. 613. b.
Myriotechnes Satan. 295. a.
Myſteria Ethnicorum. 685. b.
qui ad illa admiſſi? d. l.
Chriſtianorum myſteria non ſcrutanda ratione. 684. a. b.
confer. 625. a.

N.

NAbal: cœna ejus. 221. b.
piger. §. 32. Tit. Acedia.
Nabathæi ocioſos puniverunt. 764. b.
Nahas oculos volens eruere. 725. b.
Naim. 190. b. 647. b.
Narciſſus conf. 508. a.
paſſus calumniam. v. Accuſatio.
§. Hilarius.
quæ pœna calumniatorum. 137. a.
Naſſa piſcium. v. 714. a. Nuptiæ.
Natalia celebrantes occiſi. 687. a.
Nathalia convertit Adrian. 663. b.
Natio Germanica. v. Gravamen.
Nati, mox ſtantes, ut Cæcilius Agrippa. 689. a.
Nativitas. v. ſ. l. noſtra. 275. a.
nuda. 709. b.
CHRISTI. v. CHRISTUS. 184. a.
Natura: hac nil melius. 285. b.
lex ejus. 152. a. b. 117. a.
debitum. 277. a.
ſublunarium rerum. 273. a.
ejus miracula. 625. a.
Naturalis Dei cognitio. v. Cognitio. dolor. v. Dolor.
Navalis corona. 270. a.
Naufragi tabulam ſuſpendebant olim Neptuno. 692. b.
Naufragium cauſat famem. 355. a.
naufragi hæretici. 422. a.
Navigo imprudenter: ſic avari. 75. b.
de navigatione, impia Ethnicorum Judicia. 692. a.
Biantis vox ad navigantes. 752. b.
Navis filo tracta ſericô. 883. b.
quomodo ſiſtatur. 139.
ſpirituales. 102. a.
Eccleſia. 324. a.
Ptolomæi Philopatoris. 324. a.
Turcarum fractæ, merſæ. 355. a.
ſolem navi ſimilem, dixerunt Manichæi. 690. b.
Naulum datum mortuo. 652. b.
Nautæ in mundo ſumus. 139.
Nazaræanus nomen ejus. 703. a.
capilli. 706. b.
verus. 176. a.
Nazaræni olim Chriſtiani dicti. 173. a.
Nazaræorum vota. 693. a.
qualia?
Nazianzeni (Gregor.) riſus. 920. b.
Nebucadnezar, mons elatus. 640. b.

Nebula rationis.142.
avaritiæ. 75. b.
Necessitas castitatis. v. castitas.
Catechismi. 150. a.
diligentiæ. v. s. l.
charitatis. 164. b.
correctionis. v. correctio.
peccandi, non injicitur à Deo. 518. a.
nec ipse Deus est necessitas. 694.
passionis Christi. 694. b.
operum bonor. 694. b.
Neglectus Templor. v. Templa.
castitatis v. castitas.
Negotiatio avarorum Sacerdotum. 121. a.
spiritualis. 623. b.
Νεκρομαντεία. 306. b.
Nemora Ecclesiæ data. 120. b.
Neptunus. v. Naufragus.
Nequam Satan. 297. b. 295. a.
Nero hamo aureo piscatus est. v. Ambitio, n. 4. 741. b.
delituit suæ domi, ob cædem Christianorum. 232. a.
neminem purum esse à libidine dixit. 503. b.
matricida. 542. a.
fratrem veneno sustulit. 659. a.
eo mortuo, læta Roma. 208. b.
Nervi Ceremoniæ. 153. b.
charitatis. 169. a.
Nestor honorat conjugem. 664. a.
Neuhausen, oppid. obsessum. 287. a.
Neutrales rejicit Solon. 696. b.
Nicasii de Werda, cœcitas. 271. a.
Nicodemus. 302. b.
Confer 697. a.
Nicolaus Eremita Underwaldensis. 241. b. 337. a.
Nicolaus Antiochenus, autor sectæ. 697. a. conf. 665. a.
Nicolaitæ ritus Gentilium imitati. 697. a.
Nicomedia; quid ibi acciderit? 364. b.
Nidus Ecclesiæ quis? 199. b. 322. b.
mundus, malorum nidus. 697. b.
Niger: Elleborus purgans domum. 675. a.
equi nigri. 697. b.
facies nigræ. 697.
Nihili abyssus sumus. Abyssus n. 111.
Nihil. v. s. l. homo nihil. 698. a.
Nilus: ejus aquæ miræ. 60. a.
Nimroth, Diabolus. 297. b.
Ninive exemplum. 346. b. v. Ninive.
Nitor virtutis. 66. a.
Nix per eam reptat Alexander. 184. a.
multa monet. 698. b.
eam supra dealbari. 694.
Noa. Ejus columba. 227. b.
arca notat charitatem. 169. a.
ipse typus chori. 494. a.
exitus ex arca. 701. b.
eum imitentur ministri. 623.
Nobilis v. s. l. virtutes. 700. a.
non glorietur. d. l.
nobilitatio tribus Judæ. 180. a.
nobiles Alsatiæ cremati. 574. a.
nobilitas triplex. 699. b.
Imagines eorum. v. Nobil.
Noceo, non debes nocere. 701. a.
piis non nocent mortifera. d. l.
parva animalia etiam nocent. 701. a.
v. Talpæ. Mures.
Noctua-æ. 135. a.
Nomen Dei. 291. b.
variè sumitur. 702. a.
τῦ λόγυ. v. Pherecyd.
v. Abusus.
Blasphemia punita. v. blasphemia.
confugiamus ad illud. 292. a.
non profanemus. 291. b. 702. a.
Deastrorum nomina non repetenda. 705. b.
Christi. 225. a.
est compendium. 187. a.
gloriosum. 187. b.
arrha. v. Arrha.
gerit nostrum nomen Christus. 216. a.
Ecclesiæ nomen. v. Ecclesia. potens nomen JESU. 187. b.
Christi nomen vincit Philosophum. 187. b.
quædam fatalia. 703. a.
Unde sumpta? 703. b.
Deastrorum usurpanda. 705. b.
Christianorum. 173. a.
monent nos 704. a.
in baptismo collatum. 98. a.
olim Symbolicum. v. Christiani. 173. b.
amissum. 133. a.
non conspurc. 704. a.
non prodest sine pietate. 173. a.
Sanctorum, cur olim infantibus indita? 102.
Sanguine Christi scripta. 884. b.
filiorum Israel. 702. b. 703. a.
professionalia nomina non abjicienda. 173. b.
eligendorum publicè proposita. 564. a.
non vivendum male, bono nomine prædito. 173. a.
non pervertenda nomina in convitium. 265. b.
non mutanda in fraudem. 274. a.
nomen Jesu cordi inscribere debemus. 187. b.
multa involvit. 702. b.
celebrandum. 702. b.
Quinque hominibus nomina ante nativitatem data. 432. b.
Nomothetes quis? 156. a.
Norma Catechismi. v. Catechismus.
Noscere. v. s. l.
Nosse se ipsum. 225. b.
Notarii. v. s. l.
è notario Mauritius Cæsar. 361. a.
Nota fidei & pietatis. 330. a.
Notæ inustio. 133. a.
Martyrum notæ. 588. a. b.
Notatio cordis. 296. a.
Damasci. v. s. l.

Noti-

Notitia Dei, 904. b.
Ejus causa. 224. a.
essentiæ Dei. 281. b.
voluntatis. d. l. operum, ibid.
Satanæ. 295. a.
Philosophica. 281. b.
Novacula è petra. 219. a. peccati. 803. a.
Novatus. v. s. l. error ejus. 578. a. 843. b.
Novatianus jubebat jurare suos per corpus & sanguinem Domini. 505. b.
November unde sic dictus? 603. a.
Novissima in Christo. 181. b.
varia novissima. v. Novissima.
Novitas vocum. 707. a.
Novus homo. 433. b. v. Homo. nomen novum. 703. a.
Nox Antichristus. 48. a. b.
v. Testam. 708. a.
passionis Christi. 191. b. 193. b.
mundi. 708. a.
nox physica monet de multis. 707.
Tribulationis nox. 708. b.
ultimorum temporum. 708. b.
Nubes: Christus. 176.
gratiæ Dei, & caliginis. 213. a.
cogitationis malæ. 224. a.
columnæ, Christus. 174. a. 228.
ascensionis Christi. 209. b.
Apostoli. 56. b.
mundi vana. 709. a.
densa. v. caligo roris. 284. b.
sterilis. v. Avari. 75. b.
nos involvens. 176. a.
consequentia nubium. 56. b.
candida nubes, Judicii imago. 493. b.
monet de multis. 708. b.
generatio, ibid.
fulgurans, imago ministri. 623. b.
Nubilum cœlum. 852. a.
Nudatus Christus. 196 b. 200. a. 710. a.
Nudi Adamitæ olim vivebant in speluncis. v. Adamitæ.
Nudipedialia. 709. b.
Nuditas animæ. 709. b. 802. b.
conscientiæ. 710. a.
Nugigeruli, qui? 710. b. v. Nugæ.
Numeratio mensium. 710. b.
Nummus olim triplex sponsæ. 65. a.
Nummis Baleares non utuntur. 71. a.
Numisma adulterinum impius est. 317. a.
Nuncius malus. 711. b.
cœlest. bonus. d. l. a.
Nuptiæ Christi
spirituales. 181. b.
corporales: Earum castitas. 148. b.
magnificentia. 181. b.
Friderici III. nuptiæ. 231. a.
secundæ nuptiæ non damnandæ. 425. b. 714. a. b.
variæ. 712. a.
nuptialis corona. 270. a.
confirmatio nuptiarum. 613. b.
incommoda nuptiarum. 713. b.
Epiphanius pro nuptiis. 712. b. 713. a.
Secundæ, licitæ. 613. a.
Deæ nuptiis præfectæ. 712. b.
compedes nuptiales. 713. b.
variæ nuptiæ. d. l.
vitæ æternæ. 712. b.
ritus. 248. b.
Nutrix Magistratus. v. suo loco.
Spiritualis, Christus. 176. 714. b.
corporalis, erga eam gratitudo. 714. b.
Nutritio liberorum. 593. b.
nutritii Ecclesiæ ministri. 623. b.
Nux myristica. 185. a.

O.

Obduratio. v. s. l.
orietur è meritis juste punitis. 715. b.
Causæ, Effecta, Exempla. d. l.
vitaoda. 717. a. 799. b.
Obedientia. v. s. l. 714. b. 720. a.
auditorum. 79. b. 82. a.
liberorum. v. Liberi. discipulorum. v. s. l.
subditorum. v. subditi.
carcer obedientiæ. 142. a.
Confer 105. b.
juvenum erga senes. 515. b.
CHRISTI activa, passiva. 509. b.
charitatis est jugum. 504. b.
Effectus. 720. b.
obedientiæ CHRISTI regula. 904. a.
Obfirmatio cordis. 79. b.
Objurgatio. 272. a.
Oblatio CHRISTI in templo. 188. a.
pro nobis. 180. a.
defunctis. 718. b.
spontanea. 178. a.
v. Oblatio.
Obligatio. v. Vulnera. debitum. 277. a.
militum. 609. a. v. miles.
mortificationis. 662. a.
Oblivio DEI unde nascatur? 718. v. s. loc. 717. b. 795. a.
repugnat charitati. 164. a.
mandati divini. §. 112.
Tit. Ambitio.
facit eam ebrietas. 320.
bonorum oblivisci non est æquum. 718. a.
fons inducens oblivionem. 66. b.
oblivio beneficii. 412. a.
quædam oblivio laudabilis. 717. b.
mundi, utilis, justa. 718. a.
meritorum justa. 606. a.
Obscœna cantica. 139. b.
v. Cantica.
Obscurum cor. 268. a.
Observantia Judæorum. 154. a.
Christianorum. 103. a.
nominis DEI. 291. b.
Obsessio Satanica. 140. b.
etiam bonorum. 723. b.
Spiritualis avarorum. 70. b.

Dæmoniaca. 75. b. 293. b.
suum. 115.
urbium. 108. a.
Neuhusii. 287. a.
Obsidionalis corona. 270. a.
Obsignatio Spiritus Sancti. 156. b.
gratiæ per Sacramenta. d. l.
Sepulchri Christi. 203. b.
Obstetrices Ægyptiæ. 666. b.
Obstinati homines. 336. a.
Obtemperare. v. obedientia.
correctioni. 272. d.
Obtrectatio. 303. b.
Obturare ora hostica. 719. a.
Occallescere quid sit? 724. a.
Occasio calumniæ fugienda. 134. a.
peccandi. 661. a. 795. b. 801. a.
Occultatio nominum. 704. b. 705. a.
Occisio. 147. a. v. Homicidium.
vitanda. 143. b.
Diaboli. 293. a.
Occulta Dei Judicia. 288. a. 278. b.
Ociosi dentes. v. Dentes.
O ciósi non alendi. 330. b.
Occupo. v. Loca.
Octavius Cæsar ramos arborum erexit. 181. a.
October unde dictus? 603. a.
Oculi Christi quales? 725. a.
Oculos claudere quid sit? 715. b.
Oculus quid? 144. b.
mundi, Deus. 290. a.
oculi effossi Episcopis. 200. b.
abigeis, v. Abigei. olim per eos jurarunt. 725. a.
Spirituales Ecclesiæ. 61. b. 55. a.
affectus pravi mentem turbant. 128. b.
fenestræ. 239. a.
itaque custodiendi oculi. 143. b.
non claudendi 128. b.
corrumpuntur. 128. a.
ministri. 623. b.
Igniti Attilæ. 211. b.
circumcidendi. 220. a.
curantur felle crucis. 128. b.
Superiores sunt oculi. 165. b.
desiderium oculorum. 279. b.
fenestræ concupiscentiæ. 239. a.
Oculi cordis sunt spongia. 529. b.
oculi contusi. 725. b.
Oculis privati martyres. 589. b. §. Ignominia.
nolentes adorare imagines. 725. a.
Oculos aperiebant in rogo cremandis. 650. a.
Odium DEI. 164. a.
Sapientiæ. 79. b.
peccati, bonum. 84. b.
Satanæ. 295. a.
personale. 339. a.
doctrinæ. 79. b.
Hannibalis. 726. b.
excitatio odii. 77. a.
malorum, concoquendum. 167. b.
destruit virtutes. §. 76. T. *Ædificatio.*
causa Judicii temerarii. 502. a.
mundi. 670. b.
Odor turpis avaritiæ. 75. b.
CHRISTI, qualis? 190. a.
spiritualis. 96. b.
plantarum DEI. 841. a.
pœnitentiæ. 851. a.
Rosæ odor. 922. b.
necat scarabæos. 924. a.
Oeconomica dona. 315. a.
labor Oeconomicus. 518. a.
Offendiculum obscœnorum Canticorum. 139. b.
Offerre nos Deo debemus.
Officinæ fulloniæ. v. Fullo. 95. a.
Officium hujus debitum. 277. a.
In eo simus fortes. §. 80. Tit. Æs.
assidui. d. l. n. 3.
ministri. v. s. l.
auditorum. v. Auditor. 78. b.
Clericor. v. Clerici, Cardinales.
Diaconorum. v. Diaconi.
circa nativitatem Christi. v. Christus.
circa cor. 267. a.
corpus. 271. b.
legati, ministri &c. v. suis locis.
angelos. v. Angeli.
apostatas. v. Apostatæ.
Ceremonias. v. Ceremoniæ.
calumnias, advenas. s. l.
captivos. v. captivitas.
Og, Diabolus. 297. b.
Ogygis diluvium. 301. a.
Oleaster. 731. a.
Olea virescens. 148. b.
ramus ejus index misericordia DEI. 286. a.
divinans. 731. a.
Oleaginea corona. v. corona.
Oleum: Sp. Sancti. 96. a. 217. b. 427. b.
bonitatis DEI. 285. a.
unctionis. 201. a.
conscientiæ. 251. a.
baptismi. 102. a. 731. b.
sacrificii 731. a.
post lavacrum. 96. a.
Sacerdotii. 613. b.
sanguinis CHRISTI. 201. b.
ministerii. 623. b.
charitatis. 169. b.
miraculosi fluxus. 186. a.
datum à Christo. 201. b.
notat charitatem. 523. a.
effectus. 633. a.
Olivæ ramus notat misericordiam. 286. b.
frons pacis signum. 175. a.
duæ apud Zachar. quid notent? 427. b.
Oliveti mons. 641. a. 639. b.
Olympius blasphemus de cœlo tactus. 117. b.
Omnia animalium. 46. a.
Omnipræsentia DEI. 290. a.
humanitatis. 265. a.
Omniscientia, sapientia DEI. v. Deus. 289. b.
Onus.
crucis. v. Tribulatio, avaritiæ. 75. b.
legis. v Lex.
Onychus notat candorem animi. 477. a.
Onyx quid? 614. b.

Opera Dei. 290. b. v. Deus.
Opera bona. 275. a. non fidend. in iis. 511. b.
non justificant. 510. a.
quomodo necessaria justificatis? 694. b.
fideliũ & infideliũ opera, ut differant. 738. a.
Opertio capitis, lugentium. 140. b.
Operari salutem cum tremore. 440. b. (646. b.
cum cessamus operari, mortis signum est.
Opes injustæ. v. Divitiæ. quid? 604. b. 606. b.
multæ. 913. b. comes earum pœna. 73. b.
non in iis confidendum. 69. b. & Tit. Fiduciæ.
sunt figuræ fugitivæ. 308. b. stercus. 309.
differunt à spiritualib. 310. a. sunt gramẽ 309 a.
muscipulæ. 308. b. laquei. d. l. viscus, ibid.
Umbra. 76. b. attamen dona. 315. a.
fœnum. 309. a.
non ergo amandæ. 308. b. rejectæ. 544. a.
Opifices. v. s. l.
olim jure civitatis donati à Numa. 743. a.
Opilio gratias agit pro creatione. 273. a.
Opinio gignit convitium. 265. b. pertinax. 339. a.
Opposita. v. suis titulis.
Oppressio, pressi, pœna. 355. a.
clamor eorum. §. 26. Tit. Accusatio. 220. b.
Optare incommoda. 166. a. finem Sabbathi. 69.
Opus-pera. v. suo loco. (b.
Dei, prædicata ab animalib. 46. b.
Conf. 290. ordinata. d. l.
misericordiæ. v. Misericordia. Diaboli. 647. a.
Christi, tria insignia. 189. b. (b.
Sabbathi. v. Sabbathum. Monachorum. 636.
bonorum auspicium. 222. b. revelatio. 223. a.
Gentilium à Deo compensata. 737. a.
sunt arma. v. Arma. pinguia. B. Butyrum.
Ortus solis spiritualis. 184. b. 179. b.
Ortus hominum multiplex. 432. b.
Oraculum Patris de Christo. 217. a. testatũ. 186.
fusum in templo Apollinis. 885. a.
consultum ab Augusto. d. l.
obmutuerunt illa. 185. b. 186. a.
de curanda cœcitate. 127. a.
Oratio. v. Oro.
Oratio, Rhetorica, divina. 756. a.
hortus animæ. 745. b.
forma in oratione Dominica. 756. b.
justorum. 607. b. plurium efficax. 746. a.
mortificat carnem. 661. a.
situs orantium, Oriens. 755. a.
Ordo Ecclesiæ. 152. b. creationis. 273. a.
virtutum. 337. b. angelorum. 37. b.
monachorum. 638. a.
Ceremoniarum. 153. a.
ministerii. 621. b.
Catechismi. v. Catechismus. 84. a.
boni ordinis devastatio. 109. b.
Ordines Pontificii à Cajo PP. introducti. 758. b.
multi, prohibiti. 638. a. bello quidam sacrandi, ex ordine D. Francisci. 637. b. ritus. 758. a. b.
Oriens: Christus. v. Christus. pii. 759. a.
ad eum conversi orantes. 755. a.
Origo Monachorum. v. Monachi.
Orion: quis? 759. a.
Orus ab Iside fingitur excitatus. 915. b.
Orestes matricida. 348. a.
Organa Musica. 154. seq. 677. b.
Origenes erravit. 339. b. roboratus. 272. b.
concupiscentiam deprecatus. 241. b.
Eunuchus. 342. b. matri multa bona præstitit. 543. a.
Origo Ceremoniarum. 151. b. cereorum. 156. a.
Cinerum. 218. b. Canonicorum. 136. b.
Diaboli. 292. a.
Orniandus Episcop. opes temnit. 544. a.
Orno-or, arbor floribus. 62. b.
Cantica pietate ornanda. 139.
gloriose ornari. 141. b.
Oro, oratio, v. s. l. 148. a.
docuit hanc Christus. 216. b. est clypeus. 151. a.
impeditur ambitione. Tit. Ambitio, n. 112.
quis oret? Christus pro nobis. 214. b.
Episcopus pro suis auditoribus. 335. a.
pro quibus. 198. a. b. inimicis. 476. a.
Doctoribus. 81. b. qui non possint pro omnibus orare. 749. b. pro liberis. 775.
Quando? in bellis. 110. a. 578. sub fin.
Qualis? assidua. 143. b. 840. b.
Exemplum Caroli V. oratoris pientissimi. 567. b.
Idololatrica. 766. a.
Effectus, depellit Satanam. 298. a.
Orphani, his tributũ remissum. 760. a. v. Lubeca.
Os circumcidendum. 220. a.
Dei, ministri. 623. b. lacerare ora. 650. b.
obstructum Theodoreto. 748. a.
Ore cicada ut carere dicatur. 218. b.
Oscilla, in memoriam mortis. 648. b.
Oscitantia quærendi Deum. 338. a.
Oscula. 144. b. v. suo loco. (761. a.
Constantini M. V. Constantinus. terræ data. infelicia. 761. b. C. Manlii.
Ossa oleo stillantia. 141 Andr. divitiæ ossa arida. v. Divitiæ. Martyrum. 590. a. sub fin.
Ossei cultri, vitrei. 96. a.
Ossa Josephi. 651. a.
Ostendo digito quid sit? 299. b.
Ostiarius & Ostiariorum olim? officia. d. l.
Ostium cœli Christus. 176. a. 214. b. 763. b. seq.
baptismus. 322. b.
balnearum ostia qualia olim? 96. a.
Ostracismus quid fuerit? 348. a. (120. b.
Otho dat prædæ decimam partem Monasterio.
Otho I. per barbam juravit. v. Juro.
Otho filius Friderici Barbarossæ vincitur. 542 a.
Otho Imperator pedib. cõculcatur à Papa. 547.
Ottocarus periit ob perjurium. 508 a. (a.
Otium. v. s. l. prohibitum monachis. 121. a.
Vitandum. 143. b. 148. a. (699. b.
abundantia. v. Abundo. non facit nobilem.
ab otiosis exacta olim vitæ ratio. 764.
eis subtracta salaria. 764. b. 766. a.
Ova excludere. 697. b.
Ovalis corona. 370. ½ a. (216.
Ovicula curata. 317. b. signata à pastore Christo.
Ovidius allegat. 920. a.
Ovile Christi. 324. a. unum est. 768. a.
Ovilla vestis. 185. a. (197. b.
Ovis, oves nos. 719. a. Christ. ovis, sine felle.
Ovium Pastor. v. Pastor. imponit eas humeris. 192. a.
cognoscit. 214. a. signat. 216. b. curat eas. 217. b.
Ovinam pellem induit. 185. a.

Christiani oves, auditores. 79. a.
ubi lavetur grex ovium. 101. b.
homines, oves. 766. b.

P.

Pacifici auditores. 81. b. filii Dei. 222. a.
Pacificatio pœnitentiæ. 852. a.
Pædagogus ceremoniæ. 153. b. Christus. 768. b.
Paphnutius conjugii fautor in Concil. Nicæno. 668. b.
Palæstina mundi. 172. a.
Palatium conscientiæ. 251. b.
Paleæ dispersæ. 108. a.
Pallas, virgine cæsa placatur. 674. b.
Pallium. 769. a.
Pallia excusationum. 769. b.
Pallor faciei in Cassandro. 205. b.
ob peccata. 849. b. mortem. 769. b.
Palma Christus. 176. b. palmæ natura. v. Palma.
incisa olim sepulchris. 770. a.
sanctificata. 770. a.
Palpebræ: usus earum. 634. b. v. Palpebræ.
Pambo deflet meretricem. 43. a. 520. a.
Panifragii libertas. 153. b.
Panis Dominus & Domini. 771. a.
Christi pinguis. 216. b. facierum. 352. a.
cœli Christus. 181. b. vitæ Christus. 176. b.
fermentatus laudabilis. 90. a. ex Plinio.
lachrymar. 519. b.
multiplex. 770. a. b. azymus. 838. a.
Panionius castratus. 342. b.
Panni miseriæ Christi. 184. a.
Panni nigri mœniis appensi. 571. a.
Pannificum dolus. 604. a.
Panthera. 803. a.
Παντοκράτωρ: vox explicata §. 1. α & ω.
Papæ, potestas. 772. b. excommunicatio. 772. b.
de eo onus Ecclesiæ. 123. a.
Concilio subjectus. 23. b.
non dictabat olim Ecclesiæ Leges. 571. a.
Papatu privatus. 565. a.
insolens in Othonem. 574. a.
Conradinum. 574. a.
Imperium non dedit. 564. a.
vitia. 771. a. b. delitiæ. 738. a.
Paphnutius scortum terruit Dei omnipræsentia. 148. a.
Papinianus justus. 491. b.
Parabolæ cur à Christo propositæ? 190. a.
v. Parabola: à Christo. 774. a.
Paracletus. 774. b.
Paradisus: fluvii ejus. 149. b.
typus Ecclesiæ. 324. b. 251. b. 436. b.
in eo factus homo. 700. a. v. f. l.
Paralyticus sanatus. 99. a.
Parare aleas. v. Alea.
Pardi, similes avaris. 75. b.
Parens. v. Diræ. 301. b. horum officia. 775. a.
Parentes honorandi. 541. b. conf. 630.
Mali non imitandi. 541. a. non devorandi. 543. a.
gaudent de filiis 542. a.
non sint molles. 777. a. b.
Paries dealbatus. 443. a.
Paroimia v. f. l.
Parricida. 429. a. 542. a. 778. b.
persecutor patris. 541. b.
Parsimonia in conviv. 266. a. 587. a.
Parsimonia. 667. b. mulierum. v. Parsim.
Partarithus Rex exul. 348. b.
Partes crucis Christi. 274. b.
Parthi occiderunt Crassum. 361. a.
eorum Reges acuerunt cuspides telorum. 743. b.
Participatio Christi. 209. a.
Particularis vocatio. v. Vocatio.
Parturientes. v. Obstetrix.
Partus Mariæ. v. Maria.
Partus monstros. v. Monstra. 778. b.
difficilis causæ. 779. a.
Parva peccata. 802. a.
Parvuli. v. Puer. conservati. 779. b. 780. a.
mortui. 658. b.
Parysatis inventrix Scaphismi. 473.
Pascha verum. 191. b. v. Agnus. 191. b.
Christi passio. rejectum. 365. a.
à Manich. Christus. 217. b.
contentio de Pascha. 365. a.
lætandum Pascha. 208. b.
non remittenda in eo devotio. 155. b.
Paschalis cereus. 156. a.
Papa concitat filium cont. patrem. 574. a.
Pascua. 212. b. veri pastoris. v. f. l. spiritualia. v. d. l.
Passio Christi: Solstitium. 203. b.
holocaustum. 191. b. torcular. d. l.
quotuplex. d. l. qualis. 192. a.
modi varii passionis Christi. 194. b.
notitia ejusd. 193. b. §. Christus.
effectus. 203. b. 204.
meditanda. 204. b. 205. a.
Passio animi: animæ. 42. a. 139. a.
fidelium. 212. b. (bel, n. 2.
Pastor Christus. v. Christus. 500. b. 176. b. v. A-
pascit nos. 190. a. 215. a.
quærit ovem. 183. a.
Deus. 781. a.
Pastoris filius Tamerlanes. 686. b.
Pastores quærunt Christum. 179. 183. b.
Patefactio Dei. 291. b. 272. b.
per animas, defunctos, angelos. 918. a.
doctrinæ probatæ. 919. a.
Patens sepulchrum. 135. a.
Pater Deus. 282. b.
cœlestis. v. Pater. 73. a.
familias sit castus. 124. b.
familias, Deus Ecclesiæ. 322. b.
officium. 269. b. de eo Augustin. 149. b.
luminum. 282. a.
Paternitas. 295. b.
Patientia. 642. b. ministri 618. b.
mutos reddit. 719. a.
conjugum. 714. a.
auditorum. 83. a. cœcorum. 127. a.
causæ ad eam impellentes 141. b.
Patres. Dd. Ecclesiæ. v. Minister.
de ceremoniis Judæorum rejiciendis. 154. b.
meritis. 605. a.
Patria. Paradisus, amissa. §. 42. Tit. Adam.
cœli, non spernenda. 72. b. amanda. 281. a.
quia τὸ πολίτευμα nostrum est. 281. a.
Patriarchæ, benedicti à Deo. 111. b.

peregrinati. §.57. Tit. Advena. scholæ. 149. b.
Patricius factus Christianus. 662. b.
Patricii Romæ, queis calceis induti? 130. a.
Patrimonium Christi malè tractatum. 124. a.
cœleste, ex Augustin. 416. a.
Patrini in baptismo. 102. b.
Patrocinium sceleratis non præstandum. 67. b.
Patronus noster Christus. 715. a.
Paucitas salvandor. 222. a.
Paula, deflet peccata levia. 802. a.
vidua Romana. 440. a.
Pauliniani, olim rebaptisati. 102. a.
Paulus Apostolus: accusatus falsò. 790. a.
cicada Evangelica. 218. b.
famam defendit. 352. b.
indignus Apostolatu. 226.
per muros demissus. 676. b.
calamus ejus. 335. b. opera moralia excludit à justificatione. 739. b.
cœcus, quomodo. 127. a.
Eremita. 337. a.
Paulus Æmilius milites dextre gubernavit. 610. a.
constans in certamine. 156. b.
Paulus. III. Papa: pœnitet se Papam electum fuisse: maluit fuisse cocum Capuccinæ familiæ. 653. a.
Paulus Samosatenus ex Antiochia. 551. b.
mulieres laudum sibi fecit præcones. 665. a.
Pauper. Ei cibus dandus. 218. b.
è bonis Ecclesiæ alendus. 122. a.
avarus pauper. 72. a.
Christus. 78. a. v. Vendere pauperibus.
Lazarus. 310. a.
non est opprimendus. 358. a.
Paupertas. v. s. l. nuditas. 602. a. 710. a.
Christi. 78. a. monastica. 791. a.
è malè raptis bonis 77. a.
Pavo mundus. 672 a.
Pausanias fame interiit. 68. a.
patriæ proditor. 787. b.
Pax, reddita à Christo. 215. a.
conscientiæ. 251. b. Christi. 794. a.
cum Deo. 292. b. Religionis Pax. 794. b.
quid pax? causæ. 793.
Paxilli, quid notent? 57. a.
Peccator: Aaron. v. Aaron. §. 2.
similis ægroto. 150. b. Baalitis. 90. b.
à Christo receptus. 213. a.
Præfracti peccatores. 129. b.
Peccatum. v. s. l. 609. b. 794. b. seq.
abominatio. v. Abominatio.
antecedens obdurationem. 716. a.
supprimit hominem. 717. a.
ei respondet. 913. a.
Generale peccatum. 133. a.
Adami octuplex. §. 41.
crudelissimum. 133. a.
sceleratissimum. 133. a.
in Deum. 286. b. 289. a.
proximum. d. l.
peccare facit Diabolus. 293. b.
contaminat peccatum. 674. b.
abyssus. v. Abyssus.
in S. sanctum. 806. b.
Chirographum. 173. a. clamor. 220. b.
funes habet. 142. b. Occasio. 795. b.
nigros facit. v. Æthiops.
hominem enervat. 899. a.
macula. 147. b. incurabile est. 133. a.
captivos efficit. 141. a. carcer est. 142. a.
miseria. 126. a. turpitudo. v. Cadaver.
imputatio peccatorum. v. Imputatio. v. Bos.
determinatio peccati. 715. b.
omnes ei homines subjecti. 605. b.
status peccati. 707. b.
supplicia peccati & fructus. 141. a.
mors, morbus. 641. b.
bellum. 106. a.
ablutio peccati non fit martyrio. 689. b.
occasio peccandi. v. Occasio.
aggravantia peccatum. 800. b.
redarguenda peccata. 566. a.
agnoscenda. 840. b.
iis resistendum. 900. b.
pœnæ cogitandæ. v. Pœna, Plaga.
Pecor-orum mactatio. 109. a.
ablatio. v. Abigei.
Pecunia redimit concubinatum. 234. b.
Pegor Baal. 191. a.
Pelicanus. 878.
Pellis: pellium comestio præ fame. 356. a.
ovina pellis à Christo indutâ. 185. a.
Penelope casta. 148. b.
Penicillus sanguis Christi. 213. b.
Penna charitatis. 169. a.
spiritualis. v. Affectus.
Pensilia balnea. 95. a.
Pentecoste. v. s. l.
Pepuziani errant de baptismo. 103. a.
Percusio Dei. 106. b. 288. a.
Percussor puniendus. 429. a.
Percutere maxillam. 494. a.
clam. 429. b.
Perdix. 297. b.
Peregrinatio. v. s. l.
Advena vita Christianorum. §. 57. Tit.
prohibita peregrinatio. 565. a.
Peregrini amandi. v. Advena. & 164. a. 280. b.
donandi. 330. b.
vestis peregrini. 443. b.
forma peregrini. 207. a.
debitum peregrinorum. 278. b.
loca. 818. b.
Perfectio ætatis, in quo consistat? v. Ætas.
nulla est in hac Vitâ. V. Perfectio.
Perfidia. 438. b.
Pericles: hujus correctio. 144. b. 239. b.
tolerantia 476. b.
amor conjugis. v. Maritus.
sedulitas officii. 730. b.
Periculum ob Satanam. 189. b.
cœcitatem. 127. b.
non revelans est inimicus. 615. a.
Perjurium. 507. b. 508.
Polemarchus. Saul ibid.
Perjuraturi non admittendi. 505. a.
puniuntur. 508. a.

Permissio mali quæ? 577. b. ex August. 701. a. 715. a.
Persæ, eorum carcer. 142. a.
diliguntur ab Alexand. M. 182. b.
opinio de Deo. 281. b.
cultores ignis. 456. a.
orant. 754. a.
osores mendacii. 601. 602.
Persecutio. 184. a. Conf. Tit. Abel, n. 3.
qui persequantur? 151. b.
ut cogitationes revelentur. 223. a.
ministrorum persecutio. 142. a.
crux Ecclesiæ. 327. b.
Cypriano revelata. 285. a.
Persepolis igne cremata. 772. a.
Perseverantia. Vid. suo loco. 822. b. seq. 824. a. 829. b.
Cananææ. 136. a.
defectus illius. 147. b.
Persona: eam non respicit Deus. 288. a.
publica maxime peccat. 276. b.
non respicienda in Judicio. 491. b.
Pertinacia. 833. a.
Perversio verbi Dei. 81. b. cordis. 268. a.
Perversorum meditatio. 268. a.
illis perversus Deus. 289. a.
Pes, dirigendus. v. Via. v. Ambulo.
circumcidendus. 220. a.
dirigendus. v. Via. v. Ambulatio.
tegendus. V. Cherubim.
nudi pedes. v. Nudipedalia.
Pestis contagiosa. v. Pestis. 815. a.
avaritiæ. v. Avaritia. 75. b.
quomodo depellere voluerint Gentiles? 674. b.
remedia pestis. 815. a.
Petere in nomine Jesu. 702. b.
Petitio. v. Oratio. cur assurgendum? 166. a. b.
Petra: bis percussa. 199. a.
dat mel & oleum. 201. b.
scelerata petra. 589. b.
Christus petra. 176. b.
circumcidit cor nostrum. 219. a.
Deum cognoscere facit. 225. b.
conscientiæ petra. 251. b.
Petrus, Apostolus moriturus pro Christo. 210. b.
abnegat illum. 164. a. 193. b.
famam defendit. 352. b. febricitat. 816. b.
Petrus Damianus. 211. a. de Mariæ ascensione.
Petrus Chrysologus de Herode. 589. a.
Petrus a Soto cavillatur Evangelicos. 140. a.
Phaces Sophista in jurando. 507. b.
Phantasmata res terrenæ. 359. a.
Pharao Satan. 104. b. 99. a. 297. b.
induratus quomodo? 468. b.
mons superbus. 640. b.
Pharisæi: decimæ. 278. a.
Phengitis, qualis lapis? 524. b.
Pherecides, scrutans nomen τȣ̃ λόγȣ, in morbum incidit. 174. a.
Philadelphus flet ob Biblia. 520. b.
Philagrius iracundus. 484. a.
Philautia. v. Amor sui. Arrogantia, de ea Plato. 136.
Philemon: de eo fabula. 437. b.
Philippi Melanchth. excusatio. 580. a.
Philippus Augustus Franciæ Rex, precibus à Deo impetratus. 182. a.
Philippus Macedonum Rex, temperans iræ. 485. b. mortis mane singulis recordans. 653. a.
Philosophi olim baculos gestabant. 187. b. æternitatem Christi oppugnarunt. 684. a.
Philosophus Logodædalus nomine Christi vincitur. 187. b.
Philosophia non spernenda a Theologo. 820. a. Ethnicorũ recentior, quam Hebræor. d. l.
Philtrum Cleopatræ. 171. b. mundi noxiũ. 171. b.
Phocas descriptus. 922. a.
Rom. Pontif. evexit. 922. a.
Phocion, fortis. 140. Tit. Andreas. innocens. 477. a. munerum respuens. 675. b. ultima verba. 649. b
Phœnices in bello & peste homines immolabant. 674. b.
Phœnix mortis index. 653. a.
Photiniani errant de regno Christi. 218. a.
Potiphar deceptus a muliere. 666. b. 667. b.
Physica de sole, stellis. 220. b.
Picta cœna, v. Cœna.
Pictura. v. 611. b. charitatis. 178. b.
faciei Petri & Pauli. 773. a.
Judicii extremi. 461. a.
Dei, an licita? 460. a. b.
Piè vivendum. 298. a.
Pietas. 84. a. Episcopi. 335. a.
auditorum. 78. b. Eremus. 336. a.
aulicorum. 84. b. 85. b. convivii. 266. b.
ducis bellici. 109. b. mulieris. 664. b.
Conf. 830. 831. seq.
Piger-gritia. §. 32. Tit. Acedia.
Pigritia, famis causa. 355. a.
Pii, v. P. P. detestatio honoris Papalis. 651. a. 773. a. 436. a.
Pii qui sint? 610. a.
Deum cognoscunt. 224. b. à puero. 829. b.
a Christo cibantur. 218. a.
divitiis rectè utuntur. 74. a.
probantur. 141. a. colunt pietat. 830. b.
dubitant. 317. b. præmia. 830. b.
sunt fortes. 61. b. v. Fortitudo.
pretiosi Deo. 89. quot modis? ibid.
muli. 669. a.
similes abieti. v. Abies.
arbori altæ. 62. a. b. luci. 556. a.
columbis. 228. a. dorso aratri. 317. a.
arcæ. 829. b.
rosis inter spinas. 167. b.
radix eorum. 62. a. ambulant in valle. 640. a.
exaltatio. 343. a.
coronæ Dei. 270. a. domus. 297. b.
morti subjecti. 647. b.
Pila argentea Alex. Magni. 571. a.
Pilatus. v. s. l. mors. 833. b.
ejus prætorium. 195. a.
ei responsio negata. 195. b.
Pinehas: ejus hasta. 199. b.
Pingo-is-it, Diabolus Deum. 293. b.
Pinguedo, felicitas mundi. 359. a.

Pipinus: vigilans in servandis Ecclesiæ bonis. 119. b.
Piscatio spiritualis. 834. b.
Piscatores ministri. 623. b. Politici, 834. a. Electi à Christo. 189. b. 834. a.
Pisces. v. s. l. 834. a.
majores, sunt avari. 75. b. 317. b.
Piscinæ. 834. b.
Piscis mirus. 414. a.
Placare, placavit Deum Christus. V. Christus, Deus. 835. a.
nos hinc placati. 214. a.
Placere sibi ipsi. 835. b. aliis. d. l.
Placere: placent Deo, qui eum cognoscunt. 224. b. 835. b. Christo. 158. b.
proximo. 66. a.
cunctis placens. 146. a.
Placilla impedit Romæ vastationem. 664. b.
Plaga. v. Pœna. non sentire Dei plagam. 715. a. §. Obduratio.
Plagium. v. s. l.
Planeta conscientiæ. 237. b.
Plango, planctus. v. s. l.
in hunc versa cantica. 139. b.
Plantatores ministri. 623. b.
Plantæ justitiæ. 841. a. v. Planta.
Plato. v. s. l. de cognitione nostri. 226. b. philautia. 136. corpore. 270. b. vino. 320. a. Judicio extremo. 493. a. temperans fuit. 558. b. de mari fugiendo. 692. b
Mosis scripta legit. 645. b.
de anima, quid senserit? 915. b.
Platonicorum error de mediatore. 595. a.
purgatorio. v. Purgator.
Plenilunium est felicitas mundi, 358. b.
Plenus, plenitudo, quæ in Christo? 186. b. v. Plenitudo.
Plinius de olea divinante. 731. a.
Plumbi mira natura. 842. a.
Pluto depictus à Veterib. 742. a.
Pluvia. v. s. l. congelata. v. Buccella.
clavis ejus, quæ? 220. b.
Christus pluvia. 176. b.
Evangelii. v. Evangelium.
Serotina. 285. a. pœnitentiæ. 851. b.
clavis ejus. 285. b.
causat, si desit, famem. 355. a.
pluvia cladis. 842. b.
Poculum aureum, venenatum, quid? 127. Tit. Amicus. Oblivionis. 717. b.
mortis Christi. 201. b. varia pocula. v. Potus.
Pœna Dei v. Pœna. v. Plaga. tarda. 280. a.
privata, publica, unde? 144. b. 836. b.
est cœcitas. 128. a.
bruchus. 126. a.
absinthium. v. Absinthium.
quomodo attrahatur? 717. a.
quorum? non confitentium. 343. b.
mercatorum. 604. a.
Apostatarum. 53. a. immisericord. 633. a
auditorum malorum. 82. b. 83. b.
blasphemorum. 117. a. 625. a.
persecutorum Ministerii. 142. a. 821. b.
spoliatorum Ecclesiæ. 122. b. 123. a.
adulterii. v. Adulterium.
bene considerandæ Dei pœnæ. 837. b. 222. a.
pœna Protoplastorum. 288. b.
purgatorii. 884. a. peccator. 800. a. 804. b.
officia in pœnis. 840. b. v. 836. 838. & seq.
variæ. 840. a. mitigatio. 836. a. 840. b.
Pœnitentia. v. s. l. 84. a.
quid? & causæ ejus, ibid.
Similia pœnitentiæ: aurora. 87. a.
est balsamum. 97.
calcei pœnitentiæ. 130. a.
circumcisio spiritualis. 219. b.
diluculum. 301. a. eremus. 336. a.
excitanda in nobis. 205. b.
tempore belli. 110. a.
Sera in inferno. 77. a.
non differenda. 853. a.
difficilis. d. l.
Pœnitentiaria Taxa. v. Taxa.
Poëtæ fabulatores. 398. b.
Poggius de nobilitate. 699. b.
Politiæ fulcra. 585. b.
Pollices præcisi. 678. b.
is tinctura. 736. b.
Pollutio a. v. s. l.
animæ. 133. a.
variis fit modis. 145. b.
Polluta non immolanda. 155. b.
Polonia-æ, Rex Popielus. II. 676. b.
Polycarpus renuit jurare per fortunam Cæsaris. 173. b.
anathema Christo dicere. 301. b. 735. a.
laudavit Deum in morte. 650. a. 658. a.
Polycrates crucifixus. 359.
Polygamia. v. Alcoran. v. s. l.
Poma immatura. 611. b.
Pompeja Julianum ab avaritia detraxit. 664. b.
Pompejus spoliat templum Hierosolymitanum. 152. a.
rei frumentariæ prospicit. 568.
Pomponii Læti correctio. 271. b.
Pompositas quid? 141. a.
Pondus. v. s. l. divinæ gratiæ. 96. b.
charitatis, quâ ad Deum trahimur. 174. a. 170. b.
Pondera ignota. 604. a. finis ponder. 604. a.
Πονηρία. 577. b.
Pontifex Romanus, avarus. 47. a.
V. Papa. mandata ejus. 121. a.
anathemata. 436. b.
Pontificii, de rejiciendis Ceremoniis Judaicis. 153. b. 154. b.
consecrationibus. 113. b. V. Benedictio.
regno Christi. 218.
adorandis Imaginib. 462.
Pont. Pilatus. 859. a.
Pontici homines devorant parentes. 543. a.
Popielus a murib. consumptus. 430. b. 676. b.
Poplites excisi. 589. b.
Populus. v. s. l. Ejus favor quæsitus ab Imperatoribus. 95. a.
fidelis acclamavit olim Amen. 125.
evomitio populorum. 144. a.
numeratio Davidis. v. Numero.
Portitores mensæ sacræ. 623. b.

Porta. v. f. l. Porto. f. l.
coeli. 179. a.
urbium, crucifixis leonibus convestitę. 202. b.
Portentum. v. f. l.
Portus Dei, Ecclesia. 324. b.
Dei bonitas. 284. b.
conjugium. 248. b.
Possessio hæreditatis. 144. b.
quomodo olim tradita? 130. a.
donor. divinorum. 634. b.
Posteri nobilium. v. Nobiles.
Postverra, Dea Gentilium. 688. b.
Potentia Dei. 228. b. 290. a.
nominis Jesu. 187. b.
Diaboli. v. Diabolus. 295. b.
belli. v. Arcus.
nominis Jesu. 187. b.
Papæ. 773. b. temporalis, dubia. 774. a.
Potus. v. f. l.
Pravum cor. 268. a.
Præceps, præcipitia. 862. a.
Præceptor. v. f. l. præceptum. v. Decalogus, Lex. Dei, de cantando. 136. b. hominum. 861. b.
finis præcepti. 170. a. de damno. 276. a.
Præcipitantia. 878. b.
Prædestinatio. v. f. l.
Prædæ, templis datæ. 120. b.
Prædicare quid sit? 621. a.
Christum. 613. a. v. Prædic.
Prædicatio Evangelii. v. Evangelium. v. Ala. nota Ecclesiæ. 326. a.
est labor animi. 517. b.
Prædicator non currat. 81. a.
falsus quis? 689. a. Evangelicus. 709. a.
Præfiguratio. v. Circumcisio.
Prægnantes. v. f. l.
Prælati mali, Baal. 90. b.
Ecclesiasticorum officia. v. Aaron. §. 4.
Præliati olim immissis facibus sibi invicem. 754. b.
Præmia Dei. 439. b. v. Præmia.
ambulatorum. 123.
auditorum. 83. a. cursus. 275. a.
victorum. 130. a. Eleemosynarum. 331. a.
Præparatio ad lectionem. 528. a.
Præputium carnis. v. Circumcisio.
cordis. 220. a. 268. a. v. Præputium.
Præsagia. 864. a.
Presbyteri Ægypti ordinab. ministros. 757. b.
Præscientia. 874. a. v. Prædest.
Præscriptio. v. f. l.
Præservatio à peccato. 804. a.
Præsentia tria consideranda. 222. a.
Christi in Ecclesia. 214. a. Dei ob oculos ponenda. 290. a.
Præsepe Christi multa docet. 184. a.
Præstantia amicitiæ. v. Amicitia.
Præstigia Satanæ in excitandis morbis. 915. b.
Præsumptio humana. 603. a.
Præterita tria considerand. 222. a.
Præsides Judææ. v. Judæa.
Præsidium imbecillitatis humanæ. 300. b.
Præstantia misericordiæ. v. Misericord.
Preces faciunt nos crescere. 285. b.
sunt turres. 322. b. lampades. 523. a.
Preces cohibeant cogitationes. 224. a.
fundendæ pro omnibus. 81. a.
non negligendæ. 218. a. non longæ. 123. b.
Pretiosi pii. v. Pii.
sanguis. v. Sanguis.
Pretia rerum. 565. a.
Priapus. v. Pegor Baal.
Primislaus Rex. 686. b.
Primitiæ ciborum, Diis consecratæ. 112. b. v. f. l.
Primogeniti. 149. b. 186. a. typi Diabolorum qui? 297. b.
Princeps Christus. 179. b. v. Princeps.
Principum vitia. 913. b.
Principium. v. f. l. medium, finis charitas. 170. a.
Principia inscripta cordi. 250. a.
Prisca, seductrix. 665. a.
Privatio mentis. 114.
Privilegia Ecclesiæ. v. Bona Eccles. Clericorum. 221. a.
Probatio nostri. 709. a. castitatis. 146. a.
sui ipsius. n. 112. Tit. Ambitio.
spirituum. 81. a. per ignem. 141. a.
ferrum. 491. a. aquam. 568. b.
Probitas auditorum. v. Auditor.
ei studendum. 597. b.
Procrastinatio pœnitentiæ. 845. b.
Proclus invenit Specula naves accendentia. 743. b.
Procidere. v. f. l.
Prodigia. 868. a.
Prodigalitas. v. f. l.
Proditio, proditor. 475. a. 868. b. §. Severian.
Proditrix Dalila. 587. a.
Proximum prodere. 132. a. occidere est. 430. a.
Profana exempla diligentiæ. 300. b.
Profanatio nominis Dei. 291. b.
Professor. v. f. l.
Proficere in pietate. v. Abundare in cognitione. 224. a.
Proficientes qui? 869. a.
Profunda cognitio. v. Cognitio. corda 268. a.
Profundum octuplex. §. 22.
Progressus in vita nova. 707. b.
Prohibitio Ceremoniarum Judaicarum. 154. b.
Proles amanda. 774. a.
Prometheus & Epimetheus Mosi Synchroni. 645. a.
Promissio universalis Evangelii. 156. b. v. Evangelium.
Diaboli. 293. b. Dei. 869. b.
Promptitudo militum. 608. b.
olim pictâ aure notata Ægyptiis. 827. b.
Promptuarium omnis solatii. 191. b.
Προνοεῖν, quid sit? 434. b.
Pronubi ministri. 623. b.
Pronum esse ad malum. 268. a.
Propagatio Evangelii. 141. hominum. 432. b.
peccati. 805. a.
Prophetæ de Ceremoniis. 152. b.
testes de Christo. 178. a. Mos. 645. b.
scholæ. 149. b. v. Propheta.

Magnus

- magnus propheta Christus. 302. b.
Prophetæ, galli V. T. 708. a.
Prophetia & sacerdotium, conjuncta. 218. b.
lumen. 282. b. Adami. 432. a.
non prohibenda. 79. b.
falsa. 151. a. revelatio. 919. a.
effecta ejus. 58. b. adjuncta, ibid.
Propinquus Deus. 290. a.
Propitiatorium, minister. 623. b. Christus. 176. b.
Propositum Dei. 871. b. V. Prædestin.
Propria domus. 314. a.
Prosa, Dea partûs. 688. b.
Προσκαιροι, veram habent fidem. 511. a.
Proscriptio malorum ex Ecclesia. v. s. l.
Proselyti. 871. a.
Prospicere de cœlo. 874. b.
Protectio Dei. 291. b. 288. b. 514. a.
Protensio manus. V. Manus.
Protervia. v. s. l.
Protervi. 304. a.
Protestantes à Rom. Eccl. recess. 773. a.
Protoplasti vestiti. 286. b.
Proverbia quæ? 872. a.
Providentia Dei. v. s. l. 84. a.
clavis est. 285. b. 523. b. 514. a.
erga aves. 697. b. assidua est. 578. b. 579. a.
Providere bona. 434. b.
Provocatio ad Dei judicium. V. Accusatio. §. 24. 29.
Proximus quis? V. s. l. 164. b.
ei non maledicendum. 302. a.
non prodendus. 132. a. levandus. 166. b.
ejus amor temperandus. 165. a.
non rodendus. 132. a.
Prudentia. V. s. l. 84. a. columbarum. 228. a.
apud nos ipsos. 878. b.
placandi. V. Abigail.
ambulandi. 119. a. certandi. 156. b.
audiendi. 81. b. aulicorum. 85. a.
in mansuetudine. 580. b. militum. 609. b.
ministror. V. Minister. in risu. 920. a.
Pruina. V. Cogitatio. v. s. l.
Prurigo. v. s. l.
Psalmi sexti compositio. 276. b.
laus Psalmorum. 276. b.
Pseudoapostoli. 58. a. b.
Pseudoprophetæ. V. Prophetæ. 879. b. seq.
eorum clamor. 220. b. cavendi. 217.
Psallo. V. Cano, Canticum.
Psalmus quid? 139. a. V. s. l.
Psalterium quid? 139. de eo Judicium. 879. b.
Psylli serpentibus exponunt infantes & cur? (680. a.
Ptolomæi Philopatoris navis. 324. a.
Ptolomæus, Ægypti Monachus, providentiam negavit. 637. b.
Publicani. v. s. l.
se cognoscens publicanus. 226. a. Ecclesiæ membra sunt. 326. a.
P. Scipio flet ob Carthaginem deletam. 232. a.
Pudicitia: Pudor. v. s. l. de ea Hieron. 143. b.
opposita illi. 146. b. conf. 639. a.
à peccato. 799. a. 880. b. tribulatione. 881. a.
Pudoris correctio. 271. b.
Puellæ martyres. V. Agnes.
Puer-ri, circumcisi. Vid. Ægyptii. explorati a Gymnosophistis. 218. a.
baptisati olim. 103. a. servati. 780. a.
sceptris admoti. 913. b.
mortui circumcisi. 219. a.
Pueri capitis damnatus. 431. b.
Pueri Idololatrici. 546. b.
immolati. Sepulti sub arâ. 674. b.
Pueritia. v. s. l.
Pugna. v. Certamen. 608. a. locus. 610. a.
Pugnæ Apostolorum, Deo visæ. 156. b.
carnis & castitatis. 145. a.
Dei pugna. 106. b. fructus. 610. a.
præparatio ad eam. 608. b.
Pulcher-um: Certamen. v. Certamen.
Pulchritudo charitatis. 160. a. v. Pulchritudo.
Pulchra in mundo. 669. b.
Pulvis conspersus. 140. b. homo pulvis. 226. b.
non gloriandum de pulvere, n. 113. Tit. Ambitio.
Pulvis mortuis inspersus. 654. b.
Pulvinaria Ethnicorum. 883. a.
Punctio cordis. 268. a.
Punio-is-it, Deus per animalia. 46. a. b.
Conf. 144. a. peccata. 288. a. 836. a.
Punitio per dorsum notata. 317. a.
Puncti, illachrymati. 520. b.
Pupilla conservanda.
Pupilli v. s. l.
eorum bona, tempore belli Punici secundi, publicæ fidei commissa. 760. a.
Purgatio animæ. 99. a. cordis. 267. b.
Ethnicor. 883. a.
Purgatorium. Carcer. 142. a. avaritiæ. 76. a.
Purgo-as-at, Christus. 217. a.
Purim festum. v. Purim.
Puritas Dei. 144. a.
cordis, bona est. 211. a. 251. b.
ejus monimentum. 151. b.
Purpura mortis. 201. b.
Pusillanimitas. §. 30. Tit. Acedia.
tota avari. 309. b.
Putatio. 144. b.
Puteus profundus. 441. b.
Putredo spiritualis. 63. a. æterna. 96. a.
Putrefactio, ut impediatur. 56. b. 57. a.
Pyramis Nili. 670. a. conf. 915. b.
Pyrrhi medicus. 515. a.
Pyratæ-a, Diabolus. 297. b.
Pyromantia. 306. b.
Pyropus ingens. 554. b.
Pythagoras de cultu Dei. 678. a.
Pythagoræi. 820. b.
Pythagoræi Philosophi de voce articulata. 753. a.
componebant se ad labores & requiem lyra. 745. b. de sole. 617. b.
Pythias & Damon, amici. 185. b.
Pythomenæ Alexandrinæ. 122.

Q.

Quadragesima multiplex. 885. a.
Quadratus Apologiã edidit pro Christianis. 51. a.
Quadrata civitas Ecclesia. 322. b.
Quærere Dominum. Unde? 158. b.
Quærit nos Deus. 286. a.
Quæstio-ones. v. s. l.

Quæstus. v. Lucrum.
Qualitas Correctoris. v. Correctio.
Quatuor hominum genera bello inepta. 673. a.
Querela: hominum expedita. 179. b.
Hemmerlingii de statu Ecclesiæ. 123.
Quærentes Dominum, quotuplices? 431. b.
& ille non quærendus in deserto. 500. a.
Quies, olim Dea apud Roman. §. 32. Tit. Acedia.
quæ Caligulæ noctu fuerit. 293. a.
quid notet. 889. a. quomodo Deo tribuatur 889. a.
nulla quies avaris. 72. a.
in Philosophia non est. v. Quies.
Quomodo? vox ea quotupl. significationis. 889. a.
Quintiliani contemnebant baptismum. 103. a.
Q. Vibius Seronus ad Dei ultionem provocat. 541. b.

R.

Rabbini de Sabbathi sanctificatione. 364. b. conf. 889. a.
Rabies canis in Republ. 566. a.
Rabsace. 189. a.
Racha. 889.
Rachel. 666. b. 889. b.
Radiatus-a-um: coronæ radiatæ. 270. a.
Radicati in charitate. 889. b.
non radicati, non habere radicem. 890. a.
Radius solis, quo nomine vocetur. 86. b.
Radix: vir bonus. 889. b. pietatis. 830. b.
Christus. 176. b. Davidis. 180. a.
piorum quæ? 62. a. impiorum. 841. a.
charitatis. 169. b. Parabolas. 774. b.
avaritiæ. 76. a. peccati. 853. a.
terræ, pro cibo in fame. 356. a.
amara. 890. a. radix rei quæ? 890. a.
fidei. 889. b.
Rages in Media 890. a.
Rahab. 162. a. 666. b. 890. a.
Rami homines. 180. a. bonor. operum. 62. a.
ramorum erectio. 181. a.
extendendi à nobis. 890. b.
Ranæ hæretici. 423. a.
Rancor. 580. b.
Ratio exigenda à subditis. 493. a.
Rasio. 140. b.
Ravennensis Ecclesia, unde habeat sua bona? 120. b.
Raphael Christus. 179. b.
Rapina. 107. b. 890. b.
olim Ecclesiis data. 120. b.
Raptor avarus. 76. a.
Raptus. 146. b. 891. a. liberorum. 777. a.
Bolislai. 543. b.
Judithæ, filiæ Caroli Calvi. 543. b.
Rasura. 891. a.
Ratio: nebula est. 142. ei confisi Calviniani. 684. a. b. captivanda. 891. a. ea non abutendum. d. l. est Hagar. 892. b.
Reatus peccati. 797. a. (666. b.
Rebecca humilis. 439. b. typus Ecclesiæ. 893. b.
Rebellio. 893. b.
Rebellis-les Cæsari. 134. b.
Rebellis Satan. 295. a.
Receptivitas cordis. 268. a.
Rechabitæ Gentiles. 894. a.
Recidiva peccati. 894. a. 830. a.
Reconciliatio, quando olim facta? 205. a. 131. quid &c. 894. 896. b.
Recordatio Dei. 896. b.
nostra. 160. b. pristini status, utilis. 441. a.
Martyrum. 590. b. multiplex. 897. a.
Recta via, ambulatio. v. Via, Ambulatio.
rectum cor. 268. a.
recte secare verbum. 612. a.
Rectitudo Dei justitia, bonitas. 897. b.
hominum. d. l. quæ ejus sors. d. l.
Rector summus, Deus. 897. b.
Recumbere supra pectus Christi, quid? 889. a.
Reddere bona pro malis. 119. a.
Christo, quid? 897. b. homini, quotup. 867. b.
Redemptio Calix. 130. a.
solius Christi. 215. a. b.
quomodo? 142. a.
unius, arcis deditione. 201. a.
captorum in bello. 122. a.
hominum. 898. a. causæ &c. d. l.
Reditus Ecclesiastici. v. Bona Ecclesiast.
Reflexio charitatis paternæ. 201. b.
Refocillatio nostri. 214. a.
Reformatio corporis. 270. b.
Refrigescit charitas. 164. a.
Refrigerium æstus. 201. b.
varia refrigeria. 898. b.
Refugia varia. 898. b.
Regeneratio. Ejus causa, partes, effecta, subjecta, adjuncta. 899. a. b.
differt a resurrectione. 900. b.
non soli electi. d. l. finis. d. l. conf. 923. a.
Regeneratio per baptismum. 99. b. V. *Regeneratio*. difficilis est. 901. a. miraculosa. 101. b.
imperfecta. 901. b. regeneratorum bellum. 105. b. signa eorum. 901. a.
necessitas regenerationis. 901. a.
similia, nomina. 902. a. b. 899. a.
Regimen Ecclesiæ duplex. 326. a.
Regina, prole felix. 593. b.
Regium Jus apud Hebræos. 919. b.
Regnum Christi non Chiliasticum. 217. b.
Nec mundanum. 217. b. sed excellens. 89. a.
triplex. 211. b. 903. a. b. potentiæ. 919. b. 903. a.
gloriæ. 919. b.
Satanæ. 903. a. Conscientiæ, ibid.
gratiæ, differt à mundano. 212. b.
quod auferetur. 216. a.
cœlorum regnum est Ecclesia. 324. b.
est in anima. 42. b.
latitudo hujus regni. 212. a.
Sacerdotale, quid? 214. a. Satanæ. 296. a.
Judæorum temporale. 217. b.
mundanorum principum regna. 903. b.
differunt à Christi regno. d. l.
vastantur. 108. b. scinduntur. 106. b.
Regula. v. Verbum Dei.
in Adiaphoris observanda. 154. a.
obedientiæ. 720. a.
Monachorum. 636. b. multiplices. 903. b.
mensurandi. 904. a.
Regulus à Christo reprehensus. 904. a.
quis fuerit? d. l.
Religio unde dicatur. 904. a. quid sit? b.
Turcarum. v. Alcoran.

Christianorum defensa Apologiis. 51. a. b.
Ejus Encomia, miracula. 904. b. 907. a.
Excellentia. 908. a. (907. b.
inReligione sua quemque non posse salvari.
variæ sunt. 909. a.
Judicia varia de Religione. 908. b.
è multitudine non æstimanda. 906. b.
inculcanda. 907. b.
non deformanda. 907. a.
armis non imperanda. 906. a.
hostes veræ Relig. 908. b.
Falsa Religio odiosa. 907. a. 908. b.
peperit divitias. 120. b.
v. Bernhard.
Religiones non miscendæ à magistrat. 567. a. 902. b.
non mutanda. 908. a.
defectio à Religione. 52. a.
an plures tolerandæ? 908. a.
Religiosi. v. Avari.
Relinquo-ere.
omnia ob Deum. 160. a. 908. b.
vim auri immensam reliquit Benedictus. 120. b.
calumniam in manu hostis. 133. b.
Reliquiæ-arum nundinatio. 818. 909. a. b.
absurda. 910. a. 909. a. b. fusius.
Remedia Acediæ. v. Acedia.
avaritiæ. 78. a.
ebrietatis. 320. b.
libidinis. 147. b.
Remiges spirituales. 624. a.
Remissio peccatorum. 291. a.
ejus causa. 911. a.
Exempl. 649. a.
Synonyma. 910. b.
Remissio legalis, ibid.
homo ut remittat peccata. 910. b.
homini remittat, fas est. 911. b.
Renes quotuplices. 912. a.
Renunciatio peccatis facta. 852. b.
Repagula firmare. 912. a.
Repetitio baptismi. 102. a.
Rephaim. 402. b.
Repræsentationis signum. 219. a.
Reprehensio calumniæ. v. calumnia.
v. correctio.
Requisita Christianorum. 173. b.
correctionis. 271. b.
crucifixionis. v. s. l.
Reservatio cereorum. v. cerei.
casuum conscientiæ. 772. b.
Res terrenæ phantasmata. 359. a.
abjiciendæ. 614. b.
Respublica, mutatio unde? 913. b.
Variæ formæ. d. l. a.
infelicitas. 913. b.
servitus. d. l.
similia Reipubl. 913. b.
unde cadat? ibid.
Resistere Deo.
Apostolis. 58. b.
peccato. 801. b.
Respicio-is-it. Deus pios. 285. b.
personas quis respicit? 823. b.
Respondere. vox quid notet. 912. b.
Responsio: auditus hanc antecedat. 910. a.
Christi suspensa. 197. b. 195. b.
mortuorum. 912. b.
quibus non? 913. a.
qualis esse debeat? 912. 913. a.
Restitutio varia. 914. a.
amissorum. 132.
excellentiæ nostræ per Christum. 182. b.
injustè ablata restituenda. 120. a.
de his Augustin. Epist. ad Macedon.
hæc requirit justitia. 513. a.
honoris restitutio. 436. a.
Resurrectio unde probetur? 915. a.
conf. 914. b. 915. b.
quid doceat? 208. a.
clavis. 285. b.
Christi terrens. 208. b.
efficiens. 915. b.
Christus prædicans. 207. a.
effecta resurrectionis. 207. b.
mysterium est. 916. a.
necessaria. Ejus causæ, Subj. adjuncta. 900. a. 915. 916. fusc. obscuritas. 916. b.
mortuorum, auroræ similis. 87. b.
spiritualis. 914. b. a.
effectus ejus. Ibid.
Errores varii de Resurrectione. 917. a.
officia circa Resurrect. 917. b.
Resurrectio ex mortuis, & a morte, ut differant? 914. b.
liberationis resurrectio. 914. b.
Resuscitatio nostri. 181. b.
corporum spiritualis. 219. a.
articulus gravissimus. 207.
Glauci. 915. b.
Herculis activa. 916. b.
Æsculapii. 915. b.
Retia Diaboli. 297. b.
spirituale rete. 918. a.
rumpitur. 917. b.
Retiarii. 403. a.
Revelare aurem, quid? 86. b.
Revelatio Dei per S. Sanctum. 919. a.
Magis facta quintuplex. 188. a.
impiarum rerum. 45. a. b.
cogitationum. 223. a.
plenaria. 499. a.
hominum, ibid.
Laurent. de Aponte de Revelationib. 918. b.
materiæ revelatæ. 918. b.
hominis monentis. 919. a.
Christi venturi ad Judicium. d. l.
Reverentia angelorum. v. Angelus. 148.
erga senes. 515. b.
in silentio. 83. a.
erga Christum, parentes. vid. Liberi, ministros. 81. b.
Reviviscant quomodo peccata. 805. a.
Reus (innocens) gaudet asylis. 67. a.
ei, in rebus dubiis mage, quam accusatori credendum. 318. b.
Rex Deus. 282. b. 719. b.
Christus qualis? 222. a.

officia erga illum. 919. b.
regem agnoscit Elephas. 227. a.
superbiæ Rex. v. Ambitio.
Jerosolymitanus, ut olim coronatus. 196. b.
novus: de quo fama. 186. a.
urbis Ninives. 346. b.
Ægypti, dictus Draco. 317. b.
Persarum sol. 573. b.
mors Rex. 919. b.
Regibus non maledicend. 547. b.
Rex fidelis. 819. b.
Rhetorica necessaria. 757. a.
divina, oratio. 756. a.
Rhodii hominem Saturno immolant. 674. b.
Rigor mortis. 646. b.
Risus vitæ æternæ. 920. a.
peccans. 920. b.
stultus. 920. a. invidus. b.
Ritus baptismi. 102. a.
ceremoniæ. 153. a.
pœnitentium. 857. a.
nuptiarum. 248. b.
circa defunctos. 651. b.
Gentilium. 697. a. §. Nicol. Pontificior. in ordinatione. 758. a. b.
Rivus cogitationum. 223. b.
lachrymarum. 921. a.
Apost. prædicationis. 921. a.
aquarum. 920. b.
gratiæ Dei. 923. b.
Dei rivuli. 921. a.
Rixæ. v. Litigia, libido rixandi. 305. b.
rixas ciere. 132. b.
Robigalia, festum Rom. 941. a.
Robur, varie significat. 921. a.
ornamentum juventutis. 516. a.
quæ spectant ad robur conciliandum. 621. b.
Rodere proximum, quid sit? 132. a.
Rodericus Hispanias amisit infelici concubitu. 665. b.
Robertus de Licio: de nomine Jesu. 187. b.
Rogus, ut olim instructus. 650. a.
Romæ num sederit Episcopus Petrus. 922. a.
quid Romæ obtulerint sæviente peste. 642. b.
descriptio Romæ aliqualis. 921. b.
Romana sedes. v. Phocas. 820. b.
Romani. Census eorum. 152. a.
læti de victo Hasdrubale. 211. b.
curia Romana recte accusata. 121. b. 275. b.
de conjugio Judicium. 245. b.
de L. Latina. 547. a.
scuta eorum. 716. b.
Romanorum cura. 922. a.
Romanus venen. propinat Patri. 429. b.
Rosa, pii. 167. b.
charitatis. 169. b.
honoris. 182. a.
Christus rosa. 183. b.
folia rubra rosar. 923. b.
ortus. 924. a.
signum mortalit. 924. a.
gaudii. 924. a.
coronæ ex iis. 923. b.
mortific. index. 924. a.
funerib. adhibita. d. l.
sensus oblectat. 923. a. 924. b.
frugifera est. 923. b.
sylvestris. 923. b.
Rosariorum oratoriorum autor. 924. b.
Ros-oris: de eo fuse. 922. seq. per Categor. caus. effect. adjunct. subj.
Ejus generatio. 185. a.
Christus ros. 185. a. 213. b.
descendit. 923. a.
S. Sanctus. v. Margarita.
ros manens. 922. b.
dispersus. 922. b.
Ros lucis. d. l.
Rotæ currus Satanæ. 74. b. avari. 309. b.
Rotilius exul exceptus ab Asiaticis. 348. b.
Rubeo, rubens misericordia. 88. b.
Rubigo, ut pellatur. Tit. Æs. §. 81.
Rudis, rudiorum institutio. 149. b.
Rudimenta Christianismi. 333. a.
Rudolphi Austriaci injustitia. 492. a.
mansuetudo, gravitas. 570. a.
Ruffinus, pectens caput obiit. 659. a.
Ruina fatalis. Tit. Ambitio. n. 114.
Rupertus de Evæ peccato. 663. b.
Rupes crucis in qua stamus. 200. a.
Rupilius ex publicano Consul. 743. a.
Rustici quæstio quædam. 734. b.

S.

SAbbathum: conscientiæ. 251. a.
Ejus Dominus. 217. a.
eo dimicandum est. 155. b.
opera illius. 304. b.
in illo multa miracula fecit Christus. 189. b.
non est profanandum. 524. b.
Sacci duo Æsopi. 502. a.
Saccus humanitatis. 176. b.
cordis. 62. a.
Sacellum sacrum. v. Asylum.
Sacerdos Junonis, ut olim pictus. 612. a.
vestes ejus quæ? 614. a.
Domus ejus. v. Domus.
Christus. 217. b. perfectus. 217. a.
ejus typus Aaron. num. 3.
V. T. fulgens vestibus. 217. b.
ejus domus. 154.
vestis ejus. 217. b.
summus adjurans Jesum. §. 44. v. Adjuratio
regnum. 214. a.
primi olim in Jordane. 347. a.
Sacerdotium & prophetia conjuncta olim. (216. b.
Sacramenta quid? 153. a.
Ceremoniæ Judaicæ. 154. a.
instituta in Evangelio. 154. b.
triplex verbum in eis. 98. a.
administratio eorum. 326 a.
obsignant gratiam. 156. b.
Ordinis Sacramentum non datur. 757. a.
Sacra Judæorum. 154. a.
Sacramentarii hypocritæ. 445. a.
Sacrificalia dona. 315. a. convivia. 266. a.

Sacrificium contra pestem. 815. b.
Christi, præstantia. 940. a. v. Christus. v. Adeps. § 43.
cœcum, Deo invisum. 127. a. 525. b.
purum, omnia redimens. 197. b.
juge quid notet? 213. b.
novum. 217. Abelis v. Abel.
Judæorum. 154. a.
non defraudandum. 155. b.
gratitudinis quale. 411. b.
post sacrificia hilaritas. 427. b.
Sacrilegium. 147. a.
Saddai. 82. b.
Sadducæi. 144.
dicti Karaim. 517. a.
negant judicium extremum. 403. a.
Sævitia, sævus. v. Amarit. Tyrannis. exempla. Cambyses. Constantinus. V. Cæsar. v. Const. Hippolytus. v. Hippol.
Satanæ. vid. suo loc. Lycaon. v. Tit. Abraham.
Saga mulier Magos in Samariam introduxit. 561. b.
Sagæ grandines concitarunt. 406. b.
lachrymari nequeunt. 520. b.
aqua non probandæ. 568. b.
Sagitta: impudic. visionis. 239. b.
charitatis. 129. a.
Christi, acuta. 190. a.
calumniæ. 135. b.
Sagittarius peritus. v. Alcon.
Sagittarii spirituales ministri. 624. a.
Sal verbi divini. 43. b.
quid in se habeat? 613. b.
charitatis. 169. b.
Sapientiæ. v. Altare. n. 2.
oblatum in sacrificiis. 410. a.
terræ sal. 624. a.
Salaminiorum mos sepulturæ. 650. b.
Salmero de intercessione Mariæ. 585. a.
Salomo. Ejus Regia, Sella. 212. a.
duæ columnæ. 228. b.
Idolol. in excelsis. 343. a.
Salsa mola quid? 635. a.
Saltatrix non audienda. 139. b.
Saltus non procurandus. 139. b.
Salvandorum paucitas. 222. a.
difficultas. d. l.
Salvius Cocceianus occisus celebrans natalia patrui. 687. a.
Salvo-as-at: Christus. 232. a.
Salus, ejus cornu. 270. a.
quid in eo requiratur. 829. a.
electorum promovenda. 141. b.
discentium. 150. a.
fons salutis. v. Fons, a quo dependeat salus nostra. 829. a.
Samaria, in hanc Magi inducti. 561. b.
Samaritanus Christus. 176.
avarus. 76. a. 308. b.
Samnites spreti. 310. a.
Samosatenus. 551. b.
Samuel gratus in præceptorem. 301. b.
in excels. immolat. 343. a.
Sancti, mirabiles. 625. a.
agnoscunt suos defectus. 226. a.
pro nobis passi non sunt. 193. b.
negligentes circa Pascha. 155. b.
casti. 144. a.
montes. 640. b.
sunt aquilæ. 126. b.
defunctis non est cantandum. 137. b.
nomina eorum olim infantib. indita. 102.
communio Sanctorum 231. a.
Judices erunt mundi. 493. b.
eorum miracula falso scripta. 628. a.
mors pretiosa. 653. a.
Sanctifico-as-at, palmas. 770. a.
baptismus. 99. b.
nomen DEI sanctificand. 702. a.
altaris Sanctificatio. 611. a.
Sanctitas Mariæ & aliorum. 584. a.
Sanctitatis signa non sunt miracula. 629.
Sanctitas DEI. 144. a. 289. b.
angelorum. 275. a.
Sander. osculatus trabem. 850. a.
Saneballat condidit templum. v. Manasses.
Sanguis: hœdi. 201. a.
pueri. 201. a.
Ejus vena bona charitas. 169. a.
humanus non effundendus. 355. a.
Christi, effusus. 201. a.
septem vicib. 217. b.
pretiosus. 201. a.
purgans. 217. a. 261. a.
ferculum magnum. 221. b.
reliquiæ ejus. v. Reliquiæ.
rubens. 88. a.
Sanans balsamum. 215. a.
Sparsus septem vicibus. 217. a.
viam munit. 216. a.
typus ejus. 217. b.
Sanguis martyr. sigillum. 335. b.
stillans e cadavere quid? v. Cadaver.
clamat. 220. b.
Sponsus sanguinum. 208. a.
Sanguinolenti. 420. f. Dolosi.
Sanhedrim viri compatientes. 514. a.
Sanies. 135. b.
Sanitas. 315. a.
Sano-as-at: Christus sputo. 190. b.
quando? 96. b.
Sano-or. sanamur intra triduum vitæ. 96. b.
Sapientia DEI. 289. b.
v. Argentum. Conf. 84. a. 218. a.
fluit e cognitione DEI. 224. b.
operum DEI. 290. b.
creatione membrorũ. 598. a. b. cordis. 268. a.
Episcopi. 335. a.
possessio. v. Possessio. acquirenda cum labore. 517. b.
mundi augetur 598. a.
pastoris 611. b.
mulierum. 665. b.
unde Christiana Sapientia? 924. a.
Similis rosæ. d. l.
Sapphirus. 283. b.
de collo Judicis & sacerdotis suspens. 571. a.
Sara humilis. 665. b.
Saraceni nocent Imperio. 151. a.

abstemii fuerunt. 320. b.
grandinibus pulsi sunt. 406. 407. a.
Sardoa lex de otiosis. 764. b.
Sardonicus risus. 920. b.
Sarmenticii olim dicti Christiani. 173. a.
Satan est hostis ministrorum. 621. a.
miracula vera non facit. 625. b.
quomodo expellatur a Pontificiis? 723. a.
est Pharao. 620. b. turbat pacem. 794. a.
impedit Religionem. 905. b.
similis τῷ Leviathan. 297. a.
impios ædificat. 831. b.
vastat. 66. b. accusat. 292. b.
persequitur. 295. b.
Ambitionem inducit. v. Ambitio.
hypocrita est. 442. b. sævit. 293. b.
abrenunciatio. 102. a.
impudentia. 294. b.
est Satan nequam. 297. b. 298. a.
rebellis. 295.
Goliath. 297. a.
potens. d. l. ejus desiderium. 278. b.
millеartifex. 295. a.
lapsus de cœlo. 210. a.
autor hæreticorum. v. Hæresis. destructor. 296. a.
judicabitur. 494. a.
projicietur. 317. b. 210. a.
est leo. 699. b.
divinationis causa. 306. a.
in aëre versatur. 294. a.
proprietates ejus. 296. a.
opera ejus sunt multa. 292. a. b.
fallit homines. 293. a.
in quibus agat. 294. a.
salutem impedit. 292. b.
pestil. doctr. serit. 310. a.
Indoles ejus. 84. b.
imago. 275. b.
astutia. 294. b.
auceps. 296. b.
malus, πονηρός. 297. b.
auriga. 74. b.
avis. 296. b.
calumniator. 297. b.
artifex calumniarum. 131.
primus. 134. a.
homines occidit. 106. a.
conversatur. 294. b.
obsidet. 140. b.
currum avaritiæ trahit. 69. a. 74. b.
percutit baculo. 93. b.
flagellat. 74. b.
avaritiam instillat. 74. a.
Tyrannus. 296. a.
volumina ejus. 189. a.
Submersus in mari vitreo. 101. b.
carcer ejus. 141. a.
Draco. 296. b.
advocatus. 134. b.
lapsus. 284. a.
Satisfactio. Superstitiosa. 121. a.
non fingenda ex Eleemosynis datis. 331. a.
Satio: non satiat honor. 435. a.
Satiati obliviscuntur DEI. 717. b.
Satrapa-æ duo occidunt Belsazarem. 97. b.
Saturnus, victimis hum. placatus. 674. b.
Saul odio plenus. 224. a.
Saxea scamna jurant. 506. b.
Saxoniæ Elector bona Ecclesiæ rite impendit. 121. b.
Saxones a Carolo Magno ad fidem conversi. 567. a.
Saxum charitatis. 170. b.
mollefactum. 816. b.
Scabellum Christi. v. Christus.
DEI. v. Terra.
Alexandri M. mensa Darii. 107. b.
Scala cœli. 176. b.
Jacobi. 185. b. 199. a.
Christus est, crux Christi.
ministri. 624. a.
Scandalum. v. suo loco.
Canticorum obscœnorum. 139. b.
libidinis. 146. b.
infirmorum. 155. a.
Scarabæus a sole excœcatur. 716. b.
odore necatur. v. odor.
Scatebræ lachrymar. 521. a.
Scelus non est fama. 253. b.
Sceptrum Christi. v. Regnum.
cognitionis DEI. 224. b.
mundi triplex. 90. b.
regale, ut sit depictum ab Ægyptiis. 566. b.
regni gratiæ. 903. a.
Schammai parrhesia. 779. a.
Schaphi ministri. 624. a.
Scharon: rosa. 924. a.
Schisma. v. suo loco.
mala ejus in Ecclesia. 132. b.
non tollit fidem. 303. b.
miracula Schismatic. 629. a.
Schola. v. s. l. DEI. 273. b. 324. b.
omnium gentium est cœlum. 129. b.
Patriarcharum. 149. b.
crucis, est conjugium. 248. b.
piorum. 281. a.
Scholastici quæstionarii. 887. b.
Schwenckfeldianismus de homine. 434. a.
Scientia DEI. 289. b. 281. b.
clavis ejus. 220. b.
quædam inepta. v. Ala. §. 97.
credentis & bona. 156. b.
DEI, qua nos Deum cognoscimus, crescit.
Ejus perfectio. 289. b. (273. b.
scientia est Spir. S. donum. 315. a.
Diabolorum scientia. 295. a.
Scindere corda. 846. a.
Scintillæ, cogitationum malarum. 224. a.
Scipio African. obsequentissimos milites habuit. 791. b. num. 15.
amicos sibi conciliavit. 570. b.
diligenter oravit. 567. b.
pistores dulciarios castris exegit. 558. b.
Scipio minor severus in milites. 609. a.
Scirpus. 443. a.
Scissio regni a DEO. 106. b.
veli. 203. a.

Sciſſura petræ. 224. b.
Scopæ pœnitentiæ. 847. a.
Scopus, conſcientia. 251. b.
Scoria, corrupti ſtatus. v. Argentum & 699. b.
Scorpio, huic ſimiles. 135. a.
Scortatio. 146. b. 144. b.
nefanda. 145. a.
fallacia ſcorti. 84. b.
pœna ſubſeq. 144. a.
Scortum territum Dei omnipræſentia. 148. a.
Scortum mundus. 435. b.
Scoti ſententia de Reſurr. 916. a.
Scripta: ex his cauſas cognoſcebant Lacedæmonii. 569. a.
Scriptura. v. Verbum DEI.
CHRISTI miracula ſunt. 189. b.
Canon litium Theologicar. 305. a.
diſputationum principium. 304. b.
Epiſtola DEI ad nos miſſa. 335. b.
Ignorantia ejus. 338. a.
Ei contradicunt hæretici. 419. a.
ejus abuſus. 418. a.
ſigillum, ſanguis martyrum. 335. b.
lectio ejusd. aſſidua. 528. b.
rejicit merita. 605. a.
Scrutari. myſteria. 128. v. Myſteria.
Scutum invictum, Deus. 221. a.
malæ cogitationes, Diaboli. 223. b.
charitatis. 170. a.
conjuncta ſcuta Romanor. 716. b.
Scythæ calices fabrefaciunt e craniis hoſtium. 130. a.
omnes advenas Dianæ immolarunt. 974. b.
ritu quodam orant. 754. a.
reges mortuos cum vulneribus deplorant. 650. b.
Sebaſtianus non liberat a peſte. 815. b.
Secare verbum DEI. 612. a.
Secreta non revelanda. 131. b.
nam male audit revelans. 353. a.
Sectarii. 494. a.
Seculum: ejus Deus. 297. b.
Securi avari. 71. a.
Securitas. 84. b. 801. a. b.
mala eſt. §. 33. Tit. Acedia.
bona. v. Benedictio.
ebrietatis. 319. a.
eſt cauſa famis. 355. a.
præcedit diem extremum. 498. a.
fidei. 514. a.
mundi 708. a. 670. b.
mortis memoria expellenda. 655. a.
Securis Romanorum. 566. b.
poſita ad radicem arboris. 890. a.
Sedile excelſius. 151. b.
Sedo-are convitia. 265. b.
Seductor animæ: Satan. v. ſ. l.
affectus mali. v. Affectus.
Seductus Auguſtinus. 339. a.
per tredecim annos, per mendacia ſeducti. 601. b.
Sedulitas. 84. a. Conf. Diligentia.
Segetes proſtratæ. 355. a. homines in Judicio. 501. a.
Sejanus Coſſ. pro Deo habitus. 354. a.
a Tiberio occiſus ob ambitum. 565. b.
Seleucus Alex. M. ab offic. Rex. 361. a.
Sella perforata Pontif. 441. b.
Selyman patrem Bajazetem armis adortus. 541. b.
Semen verbi. v. Verbum.
Seminarium conjugii. 248. b.
Seminatores Apoſtoli. 57. b.
miniſtri. 624. a.
Semino, inter ſpinas. 76. a.
Semiramis nutrita ab avibus. 470. a.
ejus horti. 437. a.
σεμνότης quid? 434. b.
Seneca de corpore. 270. b.
mundi interitu. 670. a.
Senectus abundans. 300. b.
picta. 741. b.
Sennacherib mons elatus. 640. b.
Senſus corporeus, feneſtra. 361. b.
cœcus eſt. 338. b.
carnis. 278. b.
Domini. 291. b.
januæ. 239. a.
rectus. 119. v. Ambulatio.
Senſus noſtri fatui. 239. a. b. 432. a.
Senſus carentia, mortis indicina. 646. b.
Sentina affectuum. v. Affectus.
Sentire plagas. 715. a.
Sennacherib muribus vexatus. 676. b.
Senum conſilia ſequenda. 516. a.
Separatio a Deo. 210. a.
ſeparati a Deo. 662. b.
Septem miracula mundi. 670. a.
Philoſophi lugent Alex. M. 657. b.
propria Satanæ. 296. a.
vicibus Chriſtus ſanguinem fudit. §. 106. Tit. Altare.
dies azymorum. 90. a.
September unde dictus? 603. a.
Septemplex ſcutum Ajacis. 221. a.
DEI bonitas. 284. b.
Sepulturæ varii modi. 650. b.
v. Salaminii.
Sequi-quor. v. ſ. l.
ſequentes Chriſtum contemnuntur. 190. b.
non ſequendum multos. 668. b.
Sepulchrum, ſepultura, Chriſti. 203. b.
ejus fructus. d. l.
triduum ſepulturæ. 206. a.
cordis ſepulchrum. 224. a.
Ægyptiorum ſepulchra. 75. b. 742. a.
clavis ſepulchri. 220. b.
negatio, defectus ſepulturæ. 109. b.
moliri ſibi ſepulchrum. 70. b.
ſpiritualis ſepultura. 102. a.
patenti ſepulchro, qui ſimiles? 135. a.
dealbatum quid? 359. a.
ſepultura Bucephali. 356. a.
guloſorum. 414. a.
Simandii, monitorium. 514. b.
Martyrum quî ornata? 770. a.
Sepultura ſpiritualis. 102. a.
Seraphion Abbas monachos labori addixit. 743. a.
Seraphim. 144. a.
Sergius PP. feſti Purificationis autor. 884. a.

Sergius orator. 95. a.
Sergius monachus Alcoranifex. 637. b.
Sermo Christi. v. Servo.
Serpens-entes, latent inter vepres. 70. a.
  Princeps, Basiliscus. 105. a.
  his qui similes? 135. a.
  superant Elephantes. 202. b.
Serpens a Christo prensus. 179. b.
Serpentes quidam bibituri venenum deponere dicuntur. 752. b.
  bibitio. 829. a.
  Antichristus serpens. 50. a.
  æneus. 203. b.
  ab Alex. M. fugatus. 290. a.
  antiquus. 297. b.
Sertorii amor cervæ. 909. a.
Servare Christi sermonem. 158. b.
Servi DEI. 57. b.
  hominis; ægroti non rejiciendi. 426. b.
  instituendi. 427. a.
Servio ire peccato. 797. b.
  dominis malis. 85. b.
  avaritiæ. 76. a. 72. a. b. 73. a.
  charitati. 170. a.
Servitus. Ejus professio. 139. a.
  honesta. 826. b.
  peccati. 838. a.
  legalis servitus a Christo abrogata. 190. a.
  stellarum. 66. b.
  Servorum Romanorum. 195. b.
  metallares servi. 44. b.
  venundatio servorum. 109. a.
  fugitivi servi. 222. a.
  Jovis cæsi, non occisi. 515. a.
Sesostris Regis felicitas. 360. a.
Sessio Christi. 211. b.
Severianus proditor Chrysostomi. 475. a.
Severi Cæsaris dictum: Laboremus. 518. a.
  ultima vox. 650. a.
Sexus fœmineus Deo gratus. 663. b.
  Ethnicis vituperatus. 668. a.
Sicarii non habent libertatem. 67. b.
Siccitas. 843. a.
Sichem, Diabolus. 297. b.
Siclus quis? v. s. l.
  charitatis. 169. b.
Sicut te ipsum quid? 166. b.
Sidonii: Eorum Idola. 66. b. 67. a.
Sidus spirituale. 267. b.
Sigillum vulnerum Christi. 200. b.
  charitatis. 170. a.
  Evangelium. 141. a.
  Sanguis Christi. 98. b.
  Scripturæ. 335. b.
  hæreditatis nostræ. 415. b.
Sigismundi I. Regis Pol. mansuetudo. 580. b.
Signa judicii extremi. v. Judicium.
  nativitatis Christi. 186. a.
  accretionis spiritualis 274. a.
Signaculum sancti baptismi. 102. a.
  fœderis, sanguis Christi. 98. b.
Signatæ oviculæ a Christo. 216. b.
Signiferi ministri. 614. a.
Significatio Ceremoniarum. 152. b.
  denarii. 276. b. coronæ Leviticæ. 270. a.
Signum humilitatis. 440. b. seq.
  amoris DEI. 184. b.
  peccatoris. v. corvus. v. Christianor. 438. a.
  charitatis. 106. a.
  literarum formatarum. 438. a.
Silentii pœna. 601. a.
Silentium Amyclas prodidit. 652. a.
Silentium patientiæ. 950. a.
Silia, stagnum Indorum mirabile. 690. b.
Silices cordis. 716. b.
Simandii Regis sepulchrum. 514. b.
Simei. 494. a.
Simia stulta. 133 v. Arrogantia.
Similago, gratitudo. 411. b.
Simonia. v. s. l.
Simoniaca successio. 121. b.
  dispensatio. v. Simonia.
Simonides de Deo. 283. a.
Simon Magus, Helena ejus. 665. a.
Simplex Concio. v. Concio.
Simplicitas. v. Ablactati.
  columbarum. 228. a.
  cordis. 268. a.
Simri peccata. 647. a.
Simson Christus. 185. b.
  illusus Simson. 100. a.
  crines. 441. b.
Simulatio.
  simulatum quid? 165. a.
Simultates cognatorum gravissimæ. 224. a.
  Saulis. 224. a. Esavi. d. l.
Sinapi: Ejus granum. 201. b.
Sinceritas bonitatis. 284. a.
  cordis. 268. a.
Sinuessanæ aquæ. 690. b.
Sinus Abrahami. 332. a.
Sion mons altiss. 641. a.
Siroche patricida. 542. a.
Sisamnes Judex excoriatus 491. b.
Sissera, Diabolus. 297. b.
Sitio, sitis. v. s. l. animæ. 279. a.
  aquæ vivæ. 61. a.
  ob sitim amissa libertas. 558. b.
Situs cordis. 296. a.
Sobrietas Græcorum. 558. b.
Societas. v. s. l. Diaboli. 70.
  mala. 143. fugienda. 148. a. 338. a.
Sociniani de Justific. 511. a.
  Lutheri Psalmos cantarunt: corruper. 678. b.
  Novati errorem reducunt. 806. b.
  resurrectionem negant. 915 b.
Socrates de visione Angelorum S. Ignatii. 137. a.
  mortem sibi insonti gloriosam duxit. 658. b.
  veneno periit. 659. b.
Sodoma mundi. 172. a.
  ejus rex Diabolus. 297. b.
Sodomia. 145. 147. a.
  Romæ frequentata. 145. b.
Sodomitæ cœci. 128. a. superbi. 640. b.
  pœnæ. 145. b.
  peccata quinque. 805. a.
  clamor eorum. 220. b.
Sogdiani juvenes lætabundi mortui. 655. b.

Solatium ministri. 613. b.
opponend. miseriæ. 630. b.
Solennitas indicta ab Israelitis. v. Buccina.
Sol. Ejus vires. 289. b.
ut videatur? 388. b.
Christus penetrat speculas. 185. a. 176. b. 177. a.
proprietates solis. 831. a.
ortus incarnatione. 184. b. 179. b.
charitatis sol. 168. b.
Idololatrici solis equi sublati. 336. a.
æstus solis accendit sylvas. 355. a.
conspectus solis. 282. b.
vicissitudo. 283. b.
solis lumen gradus signat vitæ æternæ præmiorum. 738. a.
Rex Persarum dictus sol. 573. b.
Sol excœcat. 716. b.
blasphematus à quibusdam. 721. b.
de sole, Pythagoras. 617. b.
magnitudo. 831. a.
Solatia Dei. 282. b.
Christi. 179. b.
ex omnisc. 290. a.
advenarum. §. 59. Tit. Advena.
captivorum. 140. b. 142. a.
exulum. 37. a.
Solicitudo. 317. b. 567. a.
de Ecclesiâ.
Solitudo, de hac Ambrosius. 337. a.
non facit mox pios, ut liberos a mundo. 636. a.
Solon stabilit leges. 570. a.
neutrales esse vetat. 696. b.
ociosos. 766. a.
lugentes. 650. b.
pupillos curavit. 760. a.
parentibus præcepit, ut filios suos ad opificium addiscendum educarent. 766. a.
Solstitium passionis. 203. b.
Solvendi potestas: divina, ministerialis. 220. b.
Solvendus Satan. 295. b.
Somnio-mnia. v. Monica.
revelant altaria. §. 105. v. Altaria.
impudica monialium. 639. a.
humana non curanda. 717. b.
Somniator avarus. 76. a.
Somnus quid? 608. b.
ab eo expergiscendum. Tit. Acedia. §. 31. sub finem.
Adami somnus, mortis Christi typus. 201. b.
Aristotelis parsimonia somni. 654. a.
Sonus cicadæ per fistulam. 218. b.
Sophismata hæreticorum. v. Hæretici.
Sophocles correctus à Pericle. 144. b. 239. b.
Sordes animæ. 95. a.
Sors Christianorum. 134. b.
boni consulenda. 838. a.
Sotus: Ejus error de diligendo Deo. 159. b.
doctrina de apparitionibus. 45. b.
Spado Persicus lugens sortem Regis. 232. a.
Spartani, de corporis defectu. 271. a.
obeso homine jusso exire Theatro. 558. b.
Spartana, non luget filios. 711. b.
Spectacula amata. 239. a.
Christianis olim invisa. d. l.
periculosa. 239. a.
homicidia. 431. a.
Spectra. v. suo loco. causa eorum. 294. b.
terruere Francisc. Davidem in carcere. 118. a.
in ædib. Athenis. 294. a.
de stupratoribus matrum testantur. 294. b.
Speculatores ministri. 624. a.
Speculum inficitur menstruo. 603. a.
accendens naves. 743. b.
admonitionis. v. Admonitio. §. Requisit.
fulgentissimum. 272. b.
Iræ Dei. 191. b.
erga mortuos. 151. b.
cordis, conscientiæ. 267. b.
meditationis. 598. a.
Speratus Martyr, gaudens mori. 593. b.
Sperno. v. contemno.
Spernenda calumnia. 133. b.
Spes. v. suo loco. exercitium ejus. 141. b.
Cananææ. 136. a.
non in liberis. 775. b.
erecta. 181. b.
non spe pecca. 801. b.
cognitionis Dei effectus. 224. b.
non collocanda in opus operatum. 155. b.
est ala spiritualis. v. Ala.
militum spes. 608. b.
viva spes. 900. b.
Spina-æ affectuum. v. Affectus.
divitiarum. 72. a. 308. a. b.
dorsi humani. v. Angues.
homines mali. 196. a. 167. b.
avari. 76. a.
concupiscentes. 241. b.
volutare se in spinis. 143. b.
Spinea corona. v. corona.
Spinosa, rosa. 923. b.
Spiritualis circumcisio. v. Circumcisio.
cibus. 218. a. &c. cursus. 275. a.
Spirit. S. expulsus. 797. b.
Spiritus ministri. 624. a.
probandi. 81. a.
Spirit. est columba. 228. a.
donum Dei. 314. a.
obsignat. 156. b. 335. b.
clamat. v. Advocatus.
humiles facit. 62. b.
est ignis. 486. a.
ei non resistendum. 224. b.
retentio spiritus. 144. b.
Justificatio. 510. b.
Spiritus nostri desiderium. 279. a.
operatio S. Sancti. 523. a.
est oleum. 731. b.
immundus spiritus. 297. b.
Spiritualis homo experientia præditus. 350. b.
Splendor Patris. 177. a.
Evangelii. v. Evangelium in corde. 268. b.
Spolia: dividit Christus. 314. b.
Conf. 107. b.
Ecclesiæ olim data. 120. b.
exemplo Boleslai Regis Poloniæ. 120. b.

templi Judaici donata à Constantino. d. l.
Diaboli spolia. 293. b.
Spoliatio bonorum malè raptorum. 77. a.
Spongia, auditores. 78. b.
Sponsa Ecclesia. 228. a. 325. a. 611. a.
charitatis. 170. a.
nummus triplex sponsæ olim. 63. a.
quomodo dicatur venire. 160. a.
Sponsæ verba apud Romanos. 586. a.
ritus, cum patrios lares relinqueret. 667. b.
Sponsalia clandestina. 542. b.
Sponsus sanguinum. 208. a.
Spontaneitas. §. 35. Tit. Acedia cordis. 268. a.
Spurcities: spurca cavenda. 138. a.
Sputum: Christi sanat. 190. b.
Squamæ Leviathanis. 716. b.
in oculis quæ? d. l.
peccatorum. 800. a.
Stabulum nati Christi. 183. b.
Stadium, ejus cursus. 275. a.
Stancari error. 595. a.
Stare in malitia. 577. a.
stando mortui. 659. a.
Statera hominum mendax. 433. a.
redemtionis. 199. b.
affectuum. v. Affectus.
Statira, filia Darii nupta. 231. a.
Statua fracta felicitas mundi. 359. b.
Danielis. 443. a.
Statuæ Gentilium. 120. b.
Ecclesiis datæ. d. l.
Statua damnata ab Atheniensib. 431. b.
Status humani generis multiplex. 161. a.
Diabolorum. 295. a.
gratiæ. 171. b.
integritatis. 292. b.
Israelitarum. v. Argentum.
Ecclesiæ triplex. §. III. Tit. de Angelis.
Christi tristis. v. calor.
corporum post mortem. 271. a.
thori status. 494. a. Confer 427. b.
status pristini recordari debemus. 441. a.
moriturorum status. 651. a.
gratiæ mulierum. 663. b.
vitæ, ob peccatum. 797 b.
peccati præs. præt. futur. 799. b.
Stella-æ. ministri. 624. a.
apostoli. 55. b. 56. a.
monent de multis rebus. 65. b. 66. a.
maris stella Christus. 177. a.
stella cœli servit. 66. b. (121. b.
Stella (Didacus) de successione Simoniaca.
Stephanus anachoreta funes è palmis texuit.
Papa IV. Sævus in mortuos. 662. b. (743. a.
Rex Polon. ejus tria Apophthegmata Cedro digna. 650. a.
Stercus avaritiæ. 76. a.
columbinum. 355. b.
Sterilitas spiritualis. 63. a.
corporali medetur. 709. a.
mulierum, sublata. 664. a.
Stereomantia. 306. b.
Stigmata militum Roman. olim. 495. a.
Stimuli admonitionum. §. 48. Tit. Admonitio Dei. 840. b.
Stipendia, quomodo olim distributa Romæ? (494. a.
Stipes quid? 62. a.
Stoici. 820. b.
divitias rejecerunt. 707. b.
de affectibus. 631. a.
Stolæ albæ. 589. b.
Storgæ naturales deletæ. 838. a.
Stoffelii mors Tragica. 117. b.
Stratagema. 128.
Strenæ ministrorum. 364. b. 365. a.
Stridor dentium. 278. b.
Struthio ferrum concoquit. 167. b.
Stulti non honorandi. 435. b. 436. a.
Stultitia, Stultus: v. Græci.
in ambulando. 118. Tit. Ambulatio.
avaritia. 73. b.
ambitione. n. 113. Ambitio.
conviviis. 265. a.
corde. 268. b.
stultis Genealogiis. 397.
Stupa accensa index mortalitatis. 441. a.
Stupidum desiderium mortis. 281. a.
stupiditas hominum. 225. a.
Stuprum. 146. b.
Strenæ: quas dant Ministri. 364. b. 365. a.
Stylus simplex decet præconem Dei. 614. a.
Subditi. v. s. l. puniuntur ob malos magistratus. 567. b.
Subdola catena. 140. b.
Subjici Deo debemus. 719. a.
Sublimia non scrutanda. 128. b.
Substantia carnis. 143. a.
geminæ Gigas Christus. 175. a.
Subtilitas credendi 318. b.
Subtractio auxilii. 288. b.
gratiæ Dei. 408. b.
Successio Simoniaca. 121. b.
Paparum. 773. a.
Succus venenatus. 135. b.
ei similes auditores qui? 786.
Sudor Christi sanguineus. 194. a.
arboris cujusdam. d. l.
Christi lavat nos. 97. a.
Suffitus non placat angelos, num. 146. Tit. Angelus.
Suffocati aquis. 659. a. Conf. 654. b.
peccatorum suffocatio. 851. b.
Suggestio peccati. 796. b.
Suiipsius cognitio. 225. b.
cruciatio est avaritia. 73. b.
Sumere in vanum Dei nomen. 702. a.
Superbia, quid? 84. b. 141. a.
v. Ambitio. 147. b.
collum durum 227. b.
falsor. prophetarum. 59. a.
arrogantium. 133.
calcei. 130. a.
ejus domus. 214. a.
pœnæ. 114. 106. a.
fermentum. 362. b.
impedit cognitionem nostri. 245. b.
mater hæreseos. 338. b.
Superbiæ Satanæ. 295. b.
mater discordiæ. 303. b.
pacem turbat. 793. b.

matrix ejus cor. 268. a.
poena: dispersio. 304. a.
calceus superbiæ. v. Calceus.
errorem parit. 417. a.
hæresin. 420. a.
Papæ superbia. 771. b.
Superiores sunt oculi. 165. b.
Superstitio. v. s. l. quid sit? 833. a.
Superstitiosæ Ceremoniæ. 152. b.
dediti Cingari superstitionibus. 218. b.
Observatio superstitionum. 833. a.
exempla. d.l partes. 833. b.
Supplico: ritus supplicant. 733. a.
Supplicatio. Ethnica. v. Processio.
Supplicia devoventium sese. 302. a.
Supplicii dilatatio. 300. a.
Supplicium. a. v. Plaga. v. poena.
cumulatio eorum. 109. a.
æternorum meditatio. 148. a.
crucis. 274. b.
mendacium. 601. a.
à Magistratu inflictum, justum. 431. b.
Suppositi falsi, pro veris libri. 274. a.
Surculus Christus. 703. a. §. Contumel.
Surdi: qui reddantur? 70. b.
Surgere. 708. b.
Sus, sues obsessæ. 115. v. Ambitio. informatæ. v. Adalbertus.
Suspendium spirituale. 70. a.
Suspensio auxilii Dei. 717. a.
Suspiria. v. Gemitus.
ad Deum. 160. b.
Sustentatio ministri. 620. b.
liberorum. 775. b.
Susurro, atio. 131. b.
peccatum Ethnicum. 132. b.
Sylla parcit sontib. 852. b.
sepulchris. 895. a.
grates agit proprio sanguine. 409. b.
Sylvester I. PP. unctionis autor. 758. b.
Sylvæ accensæ æstu solis. 355. a.
in ea ursus. v. Ursus.
Symmachi caput visum. 431. a.
Synagoga Antichristi. 91. b.
Judæorum abrogata. 154. b.
Syndon conscientiæ. 251. b.
Syngrapha, æ, combustæ ab Adriano Cæsare. 204. a.
Syphax Rex in carcere mortuus. 358. b.
Syri inscindunt carnem sibi. 650. b.
infideles olim. 367. b.
Syria habet angues mirabiles. 438. a.

T.

Tabelliones Dei sunt Ecclesiæ Doctores. 335. b.
Tabellariæ columbæ quæ olim? 711. b.
Tabitha Eleemosynas erogat. 332. a.
Tabernaculum, Christus. 177. a.
in tabernaculo excub. mulieres. 664. b.
Tabula cordis. 268. b.
Cebetis, ostendens causas erroris. 337. b.
mala tabula. 443. b.
Taceo, ad calumniam non tacendum. 134. a.
quando? 910. a.
Taciturnitas ministri. 620. a.
Tactus quid? 144. b.
Tædium divini sermonis. 79. b.
Tages puer, Dæmonium esse creditur. 306. b.
Taisan, Filius Dei, dicitur Imperator Turcicus. 572. b.
Talenta quæ? 610. b.
Talpa æ: his similes. 76. b. 128. b.
suffoderunt urbem Thessaliæ. 677. a.
Tamerlanes: Ejus adventus. 496. a.
pastoris filius. 686. b.
Tangere terram quid sit? 840. a.
Tarquinius superbus exul. 348. b.
hortulanus. 743. b.
Taurus Diabolus. 297. b. tauro immolato pestem abigere tentat Demetrius. 674. b.
Taxa poenitentiaria. 121. a.
Tela, telæ. his similes. 135. b. 803. b.
Temeritas culpanda. 688. 689. a.
Temperantia. 143. b. in convivio. 266. b.
hortatores ad eam olim ædiles. 95. b.
necessaria. 661. a. Mulier. 666. b. &c.
Temperatio malorum per bona. 577. b.
Temperies cordis. 269. a. crucis. 291. a.
Templum. v. s. l. Ephesinum. 670. a. 904. b.
Dianæ. 353. b. Judaicum. 125. b. cordis. 674. b. Ecclesiæ. §. 76. Tit. Ædific. Antichristi. 50. b. Gregorii. 327. in eo jus belli expirat. 67. a. neglectus. 79. b. renuit Tiberius. 568. b. denegata hæreticis. 614. b.
deprædatio. 152. a. templi Apollinis Delphici inscriptio, γνῶθι σεαυτόν. 225. b.
Judaici spolia. 120. b.
Templum pietatis unde sit ædificatum? 541. a.
mos ingrediendi templum. 617. b.
Templum Arianis traditum. 665. a. Christus templum. 753. a.
Temporales divitiæ. v. Divitiæ. 307. b.
Tempus adventus Christi. 180. b.
passionis. 193. b. suum novit ciconia. 227. a.
eo abuti non est fas. v. Abusus.
amissum benè considerandum. 222. a.
gratiæ, non negligend. 717. a.
ultimum, nox. 708. b.
Tendentia ad Deum. 267. a.
Tenebræ impediunt visum. 128. a.
avaritiæ. 76. b. vitæ. 203. a.
in his non ambulandum. 127. b.
Tenebrarum magistratus. 297. a.
Tenerum cor. 265. a.
Tento, are, tentati morituri. 651. a.
Tentatio Dei. v. Abraham.
mundi, Diaboli, carnis. 224. a. Conf. 293. b.
orta de non exauditis precibus. 751. b.
carnis. 831. a. impiorum, mundi, ibid.
Christi adumbrata variis typis. 189. a.
agonisantium. 660. a. vento similis est. 87. b.
Tentorium Dei, Ecclesia. 325. a.
Tepor, tepiditas. v. s. l. & conf. 44. a.
Virginum. 147. b.
Terminus ascensionis. v. Christus. vitæ. v. Vita.
hujus termini tres. 275. a.
Terentius Varro patre lanione natus. 743. a.

Tergum Dei quid? 177. a.
Terra adorata à Romanis. 688. a.
cordis. 849. a. mundi. 172. a.
motus ejus: tempore Christi resurgentis. 206. a. alius. 327. a. calor. 699. a.
recipit semen. 615. a.
divisio inter hostes. 108. a.
Canaan typus vitæ æternæ. 314. b.
sancta unde dicatur? 489. a.
monet de humilitate. §. 102. Tit. Altare.
caro terra. 432. b.
vastatur. 107. b. vapor. 185. b.
Episcopi terrarum. 212. b. 213. a.
Terrena non amanda. 360. a. b.
Terror Satanæ. 294. a.
hominis in animalia. 433. a.
conscientiæ in homicidis. 430. b. 431. a.
Judicii extremi. 496. a. 500. a.
Terrestris civitas in Cain figurata. 220. b.
Tertullianus tuetur famam. 352. b.
de Genealogia hæreticorum. 397. a.
de innocentia Christianor. 704. b.
Tessera Eleemosynarum. 330. a.
Testamenta condenda. 777. b. seq.
Testimonium S. sancti est sigillum Scripturæ. 335. b.
Testis, es, Christi, multi. 178. a.
etiam Ethnici. d. l. conscientia. 249. b.
Dei, qui faciant mendaces. 715. b.
Textor Diabolus. 294. a.
Thales Milesius lapsus, irrisus. 615. a.
Tharasius ante electionem omnibus in templo ostensus. 757. b.
Thaumaturgi calumniam passi exemplũ. 133. b.
Theatrum Dei lucidissimum. 272. b.
Thebani pingebant Judices sine manibus, & oculis. 569. b.
Themistocles de divitiis temnendis. 73. a.
profugus gratiam impetrat. 217. a.
inscriptio Scuti. 755. a.
ad Simonid. Themistocles. 823. b.
Theodoret. de Platone. 841. b.
Theodoricus Rex bona Ecclesiæ curat. 120. a.
Theodori Martyris amor erga Christũ. 280. b.
Theodosius excommunicatus ab Ambrosio. 345. a. Junior omnib. pepercit. 570. b.
in agone ille constitutus, de Ecclesia solicitus. 567. a.
Theologi, a: Colloquia eorum. 227. b.
certamina. 156. a.
non sunt litigiatores. 550. b.
Theophylact. de miraculis Satanæ. 625. b.
Theophilus Cæsar, pretia rerum exploravit. 565. a.
Theophrasti Lesbii ultima verba. 650. a.
Theopomp. respuit honores. 741. a.
Theramnes Tyrann. 820. a.
Theriace spiritualis. 191. b. 201. b.
Thesaurarium, Christi vulnera. 200. b.
Thesauri 652. a.
Thesaurus iræ: avaritia. 76. b.
amicitiæ. 127. charitatis. 170. a.
castitatis. 148. b. conscientiæ. 249. b.
Thessaliæ urbs suffossa à talpis. 677. a.
Thomæ Aquin. diligentia in legendo. 528. b.
de Nicolao. v. Nicolaitæ.
de miraculis. 625. a.
Thomæ Mori mors. 658. b.
Thomas Pistorius. Ejus mors. 117.
Thraces deflent infantes natos. 688. a.
flent natos, rident mortuos homines. 553. a.
Thrasybulus exul. 348. b.
Thronus Regis. 185. b.
ornatus quatuor avibus à Babyloniis. 309. b. 741. b.
Thucydides exul. 348. b.
Thuribulum in manu. 177. a.
Thurificati, qui olim? 244. a.
Tiberius: asyla abrogavit. 68. a.
virtutes suas populo commendavit. 568. b.
non sacras, sed laboriosas occupationes suas dixit. 441. a.
Timagenes historicus, maledicus in Augustum. 547. b.
Timiditas in Confessione, ut dispellenda. 244. b
Timon, solitarius. 246. b.
Timor gladius. 922. a.
est ala. v. Ala.
non tormenta. 189. a.
donum S. sancti. 315. a.
Timoris cujusdam correctio. 270. b.
filialis est jugum. 504. b.
peccati frænum. 497. b.
Timotheus Milesius exul ob chordam Citharæ additam. 678. a.
Timotheus circumcisus. 219. b.
Tinea, huic avari similes. 76. b.
Tinnio, tinniens æs. v. Æs.
Titulus crucis Christi. 198. b. 199. a. ob solos titulos damnati olim Christiani. 704. b.
Tituli amabiles dandi. 441. a.
Titus C. moriturus, pœnitens. 649. a. 653. a.
Ejus virtus. 919. b.
Titus Tacitus: Ejus responsio ad convitiatorem. 133. b.
Titi Manlii filius securi percussus. 478. b.
Tolerantia. 580. a.
proximi. 166. a.
in malis. 184. a. convitii. 265. b.
omnium. 285. b.
Tolerare omnia. 171. a. malos. 875. a.
Tolli cor ut dicatur? 268. a.
Tonitru terretur lupus. 404. a.
Tonsor, tõnsura Monialium prohibita olim. 639. a.
cujusdam avaritia.
Torcular passionis. 191. b.
Tortor sibi Diabolus. 294. a.
Toxicum avaritiæ. 76. b.
Traditio. v. Cabala: humanæ Traditiones jugum. 504. a. 505. a.
Tragica mors blasphemorum. 117. b. 144. b. 77. a.
Trajanus Cæsar vestes discidit. 98. a.
strictum in se ensem prætori tradidit. 515. a.
Uxor ejus modesta fuit. 665. b.
Tranquillatio cordis. 849. b.
Transfiguratio Christi. 187. b.
Transmigratio animarum. 45. b.

Traditio de Sabbatho. 364. b.
Transitus per mare rubrum. 97. b.
à morte ad vitam. 208. b.
in Pascha triplex. 780. a.
Trasyllus avaris similis. 76. b. imaginatus sibi, omnes se naves in portu possidere. 742. b.
Tria futura consideranda. 222. a.
ad falsitatem requisita. 274. a.
Tribulatio. v. s. l. ager est. V. Ager.
Conf. 317. a. Dorsum.
baptismus. 97. b. aurichalcum. 86. b.
carcer. 142. a. nox. 708. b.
calor. 130. b. modicum. 634. b.
candelabrum crucis. 199. b.
fel crucis cœcos reddit. 128. b.
jugum est. 504. b.
Vepretum crucis sive tribulationis. 199. b.
Tribuli crucis. 321. b.
Tribunal Dei. v. Accusatio. §. 25.
Christi, crux est. 199. b. conscientiæ. 249. b.
Tributa Ecclesiæ remissa. 120. b.
& viduis, orphanis. 760. a.
Tridentini Episcopi. 123. b. rudes, ibid.
Triduum sepulturæ. 206. a. vitæ. 96. b.
Trinitas in Deo impervestigabilis. 282. b. 283. a. 432. a.
Trismegistus, quis? 645. a.
Tristitia cordis. 268. b. hâc non afficiendi Ministri. 81. b. animæ. 194. a. matris. v. mater. parentum. 778. a.
angelorum. 800. a. ob peccatum. 841. b.
Triumphus 208. a. Ejus corona. 270. a.
Troja, culpâ Helenæ eversa. 666. a.
Tuba argentea. 141. amoris Christi. 199. b.
archangeli. 493. ministri. 624. b.
Tucia virgo Vestalis. 853. b.
Tullia, Servii Tullii filia exul. 348. b.
impietas erga Patrem. 542. a. 429. b.
Tumultus Anabaptistarum. 137.
Tunica charitatis. 170. a.
Turbatio animæ. 44. a.
Turbid. objectum. 338. a.
Turbo ambitionis. 115. Tit. Ambitio.
Turcæ petunt in precibus suis, ut Christiani sint discordes. 475. b.
sunt ignominiosi in Christum. 476. a.
Turciæ princeps. V. Taisan.
Turpilucri. 121. a.
Turpitudo quid? 434. b.
avaritiæ. 73. b. mendicitatis. 602. a.
blasphemiæ. 116. b. Canticorum. 139. b.
desiderii mortis. 281. c. Indulgentiarũ. 121. a.
libidinis. 146. b. lucri. 121. a.
Turris Babyl. cur extructa? 353. b.
Turres impositæ olim Elephantis. 334. a.
Ecclesiæ turres sunt preces. 322. b.
Pharus. 670. a.
Turtur oblatus pro nobis. 177. a.
Tygranes: Ejus amor, erga conjugem, magnus. 192. a. 161. a.
Tygris Antichristus. 50. a.
Tyrrhenus lapis natat. 794. b.
Tyrannis, causa discordiæ. 303. b.
usurpata in excommunicatione. 344. b.
Tyrannus ebrius est. 319. a. Draco. 317. b. avarus. 76. b. Conf. 640. b.
cœna Tyrannica. 221. b.
destruit Ecclesiam. §. 76. Tit. ædificatio.
Tyrii catenâ aureâ ligant Apollinem. 755.
Tyrocinium. 149. a.

V.

VAccæ, hæretici. 423. a.
Vacua arbor. 63. a.
Vacuitas spiritualis. 842. a.
Væ æternum avaris. 77. a.
Vagi latrones. v. Cain.
maledicti à parentibus. 301. b.
Valentinianus I. PP. decrevit, ne Clerici adirent domos pupillorum. 760. a.
Valens, Cæsar: Ejus filius occisus. 97. b.
perjurus comburitur. 508. a.
Valentinianus Cæsar exul. 249. a. Conf. 242. b.
constitutio de mensuris. 603. a.
Valentinian. I. de domibus viduarum. 760. a.
Valentinianorum error de Martyrib. 588. b.
unctione mortuorum. 643. b.
Valentinus opera fœminæ usus. 665. a.
Valeri9 Agricola viduas tributo exsolvit. 760. a.
Vallis mundi relinquenda. 172. b.
humilitatis. 441. b.
lachrymarum & tenebrarum. 640. b.
Valor ceremoniarum. 153. a.
Vanitas quid? 145. a. hominis. 433. a. 443.
avaritiæ. 73. b. laboris. 519. a.
voluptatis. v. voluptas.
convitii. 265. a.
mundi. 670. b.
Vapor, quid? 149. b.
nocens, ambitio. 115.
terræ. 185. b. aëris. v. Aër.
Vapulatio. 133. a.
Variatio legum. 154. b.
Varietas corporum. 270. b.
Vas cordis nostri. 172. a. 427. a. 817. b.
Dei. 270. b. conscientiæ. 249. b. 848. b.
Petri, typus Ecclesiæ. 325. b.
fragilia vasa, conservata à Deo. 149. 624. a.
Tit. Angeli. §. Erga.
Iræ. v. Figulus.
Vastator Satanas. 66. b.
Vastatio per bella. 114. Tit. Ambitio.
regnorum 108. b. terræ. 107. b.
frugum. 126. a.
Vbera cervæ. v. Cerva.
fasciculo myrrhæ instructa. 164. a.
Vbique orandum. 830. b.
Vectigalia non exacta ab Ecclesia. 120. b.
Amicis data ab Alexandro. 570. b.
Vectis divini verbi. 180. b. Minist. vectes. 624. b.
Vehementia clamoris fidelium. 220. b.
Velleris aurei ordo. 158. a.
Velocitas audiendi. 79. a.
Velum arcæ. 177. a.
templi Hierosolymitani. 203. a.
in judiciis obductum olim. 566. b.
Mosis, quid? 645. a. 919. a.
Ventilabrum vanitatis est mundi felicitas. 359. b.

Vena boni sanguinis. 169. a.
Venator Diabolus. 189. a. 297. b.
Venditio terræ. 108. a.
facultatum Basilii M. 332. a.
Venditorum servitus. 109. a.
Venenum patri propinat Romanus. 429. b.
deponit serpens. 752. b.
virtutis. 359. b. basilisci. 105. a.
mundi. 171. b. civitatis, ociosi. 516. b.
mortis. 200. b. in hostia. 574. a. serpentum. 99 a. superbus. §. 112. Tit. Ambitio: similes veneno. 135. b. perierunt veneno. 659. b.
Venia danda inimicis. 167. a.
Venialia peccata. 805. b.
Veneti: Dux eorum F. Dandalo. V. Franc. 574. a.
Venit ad nos Christus. 180. a. Sponsa. 160. a.
Venter conscientia. 251. b.
Ventre repit serpens. 295. b.
Ventus. v. Altaria.
Venti ministri. 624. b.
Venundatio captivorum. 109. a.
Venus immodica. 144. b.
opplens oculos. 128. a.
adversus vincendus. 167. b.
avaritia. 76. b. exurens. 417.
mundi. 87. b.
Vepres, latibulum serpentum. 70. a.
Vepretum crucis. 199. b.
Veracitas ministri. 620. b.
Verber: verberi similes. 135. b.
Verberatus Christus. 195. b. 196. a.
Verbera calumniatorum. 132. b.
Verba, verbum: Septem verba Christi quid doceant? 198. b.
libidinosa. 146. b. turpia. v. Lingua.
calumniosa. v. Calumnia. 131. b.
perversa. v. Tit. Advocatus. p. 67.
Verborum mutilatio. 274. a.
Verbum Dei. 607. b. cordi appendendum. 136.
justificat. 510. b. regenerat. 899. b.
quid? 143. b. ignis est. 456. a. defectus ejus. 354. b.
exprimendum. 80. b. semen est. 321. b.
in sacramentis triplex. 98. a.
est vectis. 180. b. Margarita. v. Margarita.
gladius. 403. b.
officia nostra circa verbum. v. Verbum.
illud non contemnendum. 151. a. 718. a.
meditandum. 597. b.
defectus verbi, fames. 354. b.
Veritas quid? 601. b. Dei in promissis. 156. b.
Christus veritas. 177. a. 214. b.
seqvens veritatem, Christum sequitur. 601. a.
Instillatio veritatis. 133. b.
ut dependeat ab antiquitate? 50. b. 51. a.
contempta. 715. a.
Vermis, filius Dei. 177. a.
conscientiæ vermis. 72. a.
Vermium esca: homo. 218. a.
Versipellis Satan. 298. a.
Vertigo hominum. 875. a.
Vespa- æ, harum indoles. 616. a.
Vespasianus punit calumniatores. 133. a.
Amat aviam. 542. a.
Ejus spolia combusta. 837. b.
Vespera agni Paschal. 208. b.
crucis & horæ mortis. 221. a.
prædicati Evangelii. 221. a.
Siculæ lanienæ. 431.
Vestis-es, albæ in luctu 650. b.
Christi, ministri. 674. b.
Innocentiæ. 509. b.
lavat Mesfias in sanguine uvæ. 201. b.
longæ ejusdem nos protegunt. 212. b.
divisæ, quid notent? 198. b.
Ei detractæ. 109. a.
summi sacerdotis in V.T. 217. b.
mutatæ. 185. a.
his nos vestit. 98. b.
Adami pelliceæ. §. 42. v. Adam. 646. a.
Confer. 286. b.
Josephi byssina. 177. a. v. Justificatio: nota charitatis. 169. a.
Trajanus scidit vestes. 98. b.
Sacerdotis vestes pulchræ. 217. a.
peregrinæ. 443. b. laneæ. d. l.
fidei custodienda. 710. b.
malæ cogitationum vestes eluendæ. 223. b.
albæ vestes. 693. a.
Ecclesiæ. 62. b.
lugubres, mortis memorialia. 656. a.
prælatorum. v. Aaron, num. 8. lascivæ mulierum. 665. b.
candidæ vestes in Ecclesiis quibusdam Evangelicis usitatæ. 155. a.
mutatæ ab Alexandro. 182. b.
gloriæ cœlestis. 710. b.
Deus, nostra in Judicio. 710. a.
lavare quid sit? 589. b.
Vestibus Alexandri indutus Darius. 510. a.
Vestitus non efficit castitatem. 145. a.
Vesuvius mons, olim jucundissimus, nunc terribilis. 472. b.
Vetus homo. v. Conversatio.
Veterani milites veniam orant ab Alexandro. (846. b.
Vexatio ut det intellectum. 196. b.
Vexillum Christianorum. 98. b. 99. a.
charitatis. 170. a.
Dei super nos. 159. b.
Via justorum. 829. a.
Ambulationis. 117. v. Tit. Ambulatio.
peccati. 803. b.
cognitionis Dei triplex. 281. b.
lapsus. 525. a.
mundi via. 672. b.
charitatis. 170. a.
cordis. 268. b.
Domini: In ea progrediendum. v. Abundo.
mala. 120. v. Ambulatio.
Satanæ. 294. a.
Viator celer. 614. a.
Victima Christus. 217. a.
voluntaria. 192. a. §. Veteres Ethnici oblata pro frugibus. v. Ambarvalia, humanæ oblatæ. 674. b. in Creta, ibid.
Victor: Christus. 189. a. 215. b.
Victor Uticensis de Martyrib. Deum mirabiliter laudantibus. 590. b.
Victorum præmia. 130. a.
risus. 920.

Victoria Christi. 180. b.
Satanæ passiva. 29[illegible] a.
à solo Deo est. v. [illegible]maleck. Cananææ de Christo relata. 136. a.
documenta victo[illegible]æ. 141. b.
hostis. 108.
Vidua, lachrymæ. 520. a.
cura pro viduis. 760. a.
Video-ere quid debeamus. 127. b.
Videndo non videre quid sit. d. l.
Videntes ministri. 624. b.
Vigil. Minister. v. Minister. 624. b.
miles. 608. b.
Vigilantia nostra. 84. b. 182. a. 66.
Satanæ. 295. b.
Episcopi. 335. a.
ministri. 618. b.
Villegisius humilis patre rhedario natus. 436. a.
Vincio-vinctus. v. Vincula.
Vinco, ere, calumniā patientiā & vita pia. 133. a.
Vincuntur hostes, & quomodo. 166. b. 167. a.
Vincula. 140. b.
animæ sunt affectus. v. Affectus. 44. b.
ærea peccatorum. §. 82. Tit. Æs.
charitatis triplicatum. 163. b. 169. b. 170. a. b.
Apostolorum. 141. a.
Martyrum. 195. a.
Judæorum. 219. a.
Vindicta. v. Ultio.
Dei. v. Deus.
Magistratus. 125. b.
privata mortem infert. 167. b.
Extraordinaria. 514. a.
deplorata, cùm non possit sumi. 520. b.
Vinea. 325. b.
abolita. 796. a.
Vinum prohibitum à Platone. 320. a.
fœminis apud Roman. 666. b.
abstinentia ab eo. 143. b.
Sacerdotum. 619. b.
baptisatis datum. 102. b.
suffocatus Dux. 659. a.
Viola passionis Christi. 192. a.
humilitatis. 436. b.
Violatio fidei. v. Fides. 85. b.
Violentæ cogitationes. v. Cogitatio.
Vipera inimicus. 167. b.
huic similes. 135. a.
noverca. v. Noverca.
Vir malus, radix. 889. b.
expeditus. v. Cervis.
rixæ. 191. b.
gloria viri. 265. b.
perfecti viri simus. §. 83. Tit. Ætas.
constantes. 88. a.
primipilares, columnæ Ecclesiæ. 228. b.
Viredo spiritualis. 97. a. 63. a.
Vires, corroboratio earum. 156. b.
Virga, gæ: his cæsus Henric. II. 574. b.
pœnæ virga. 840. b.
Christi. 215. a.
Jesse. 177. b.
Mosis in colubrum versa. 185. a.
Rom. prælata. 566. b.
Virginitas corporis. 143. a. cordis. d. l.
fatuæ virgines. v. Virgo.
Virgo, violata. 109. b.
fatua. 147. b.
sustentatæ olim è bonis Ecclesiæ. 122. a.
fatuæ sunt sensus nostri. 239. a. 494. b.
Maria. 583. a.
pudicitia. 639. a.
Virtus-utes. modicum. 634. b.
amicorum. 129. a.
aulicorum. 84. b.
collegarum. 227. a.
ministrorum. 616. b.
circa calumnias. 133. a.
eas docent animalia. 46. b.
Cananææ. 136. a.
pictura. 828. b.
convivii. 266. a.
virtuosus. 636. a.
Epitome virtutum. 170. a.
Davidis virtutes. v. David.
Episcopi. v. Episcopus. Regum. 919. a.
discipulorum. v. Discipuli.
Magistratus, populo proponendæ. 568. b.
militum. 607. a.
mercatorum. 603. b.
Virus literæ dictæ. 311. b.
Viscera gratiæ Christi erga omnes. v. Adam. n. 9.
Viscus mundi. 172. a. 308. b.
Visio Dei, hæreticorum. 918. b.
ab anima. 44. b. 291. b.
Impudica. 239. b.
Visitatio animarum. 291. b.
ejus dies. 299. a.
gratiosa. 817. a.
Visitator Christus. 213. a.
bellicus. 106. b.
ægrotorum. 166. b.
captivorum. 181. b.
Visus externus. 144. b.
impedit aliquando. 128. a. 283. a.
Visus Deus patribus. 283. b.
Vitri puritas quid notet? 523. a.
in illo corpor. servata. 650. a.
Vitreum mare. v. Mare.
Vita Dei. v. Deus. 290. b.
angelica. 141. a.
Emendatio vitæ. 840. b.
Christus vitæ fons. 175. a. 214. a. b.
ejus panis. 176. b.
Christiani. 608. b.
Adami vita. Huc arbor vitæ. 149. b.
mors fenestræ. 361. b.
nobilitas. 699. b.
arbor vitæ. 546. b.
nuptiæ. 712. b.
humana: Ejus ingressus vilis. 226.
est dies status. 499. a.
progressus fragilis. 226. b.
egressus flebilis. 226. b.
brevis est. 133. a. 222. a. 924. a.
longæva. 788. a.
captivitas. 141. b.
fornax. 130. b.

aurora. 87. b.
exilium. 248. a.
cursus. 275. a.
fragilis. v. Mansio.
spiritualis, ejus radix fides. v. Fides.
charitas. 169. a.
cognitio Dei. 224. b.
restituitur & qui? 852. b.
confortatur. 88. a.
aulicorum molesta. 86. a.
Secularium arundinetum. v. Arundo.
voluptuosorum. 141. a.
malorum cœca. 128. b.
nomini respondeat. 704. b.
sanctorum, digna vocatione. 173. a. b.
Exitus vitæ mors Tragic. inopina. 275. a. 77. a.
ejus desiderium. 279. a.
æterna vita, quid? 281. a.
aurum. 89. a.
convivium. 266. a.
corona. 269. b.
in ea concordia. 222. a.
gloriosa. 709. a.
nova. v. Novitas vitæ.
dicitur resurrectio. 914. b.
solitaria Timonis. 246. b.
privata publicæ anteponenda. 566. b.
vallis lachrymarum. 520. b.
purgatorium. v. f. l.
Vitalianus Papa cultum in lingua Latina primus instituit. 548. b.
Vitia Antichristi. 49. a.
populi. v. Populus.
Clericorum. 221. a.
discipulorum. 302. b.
Vitis vera. 177. b.
Ecclesia. 325. b.
elegantissima, Christus. 192. a.
fructifera. 97. a. b.
conjugium. 248. b.
Vitium. v. Peccat. Opera mala.
dilatatio vitii. 300. a.
Vitiosus dolor. 312. b.
Monachorum vitia. 638. b.
Vitta atra mortis memoria. 648. b.
Vitulus adoratus ab Ægyptiis. tit. Ægypt9. §. 78.
Aaronis, imago hæreticorum, 423. a.
Vivarium Dei. 272. b.
Vivificatio nostri per S. sanctum. 511. b.
novi hominis. 900. a.
Vivo: quomodo vivendum? 279. b.
Vladislai R. mors miseranda. 508. a.
Vladislaus à concubina veneno sublatus. 659. b.
Vlcus putridum. 115.
Vlmus, typus avarorum. 76. b.
Vlpianus justus. 430. a.
Vltio privata illicita. 167. a. v. *Vindicta.*
remissa. 896. a. 895. a.
Vltor Deus. 289. a. 541. §. Q. Vibius.
Vmbra Ceremoniarum. 153. b.
divitiarum. 76. b.
felicitatis mundi 359. b.
Unctio Dei bonitas. 285. a.
nostri in baptismo. 98. b.
Apostolorum unde? 643. b.
olim adhibita. 43. a.
Valentinianorum. v. Valentiniani.
Christi. 21?. a. b. 177. b.
Pontificia à Sylvestro I. instituta. 758. b.
Vngariæ Rex, suis magister fuit. 567. a.
Vnguentum, amoris Christi. 161. b.
Conscientiæ. 251. b.
Vnguis, um circumcisio. 220. a.
Vnio in Christo. 181. a.
fidelium. 161. b.
Vnitas Essentiæ in Deo. 282. b.
spiritualis unde solvatur? 72. a.
Ecclesiæ proprietas. 326. b.
Vnum illud, ad quod omnia referuntur, homo est. 273. a.
Vnum cor. 268. a.
Vocatio quid? 611. a.
Dei. 144. a.
Particularis non est. 318. a.
Ministri. v. Ministrorum.
nobilium rara. 700. b.
Gentium admiranda. 399. b. 400. a. b.
Vocare nomine. 703. a.
nomen super aliquem. 703. a.
Voces, ministri. 622. b.
Volucres cœli, Diaboli. 298. a.
Volumina Satanæ. 189.
Legis. v. Lex.
Voluntas Dei, cognitu difficilis. 224. a.
ejus objectum. d. l. 281. d.
hominis mala. 220. a.
occidit. 430. a.
cogit memoriam. 221. b.
Voluptas non amanda. 164. b.
Darii exprobranda. 558. b.
oleum mundi. 523. a.
ei deditus Sergius orator. 95. a.
nocet animæ. 920. b.
Vomer divini verbi 843. a.
Vomicæ filii degeneres. 541. a.
Vomitus bonus. 846. b.
Votum Augustini: de videndo Christo. 279. b.
Vota ultima Martyrum. 589. a. (224. a.
Monialium. 639. a.
Vox Dei bona cogitatio. 222. a.
Christi, est magnes. 140. §. Andr.
calumniatoris. 134. b. Archangeli. 492. b.
Vrbana cohors. 227. a.
Vrbs, bes, captæ, ubi refugium exustis illis. 67. a. 108. a.
Vrgemur: à Christi charitate. 158. a.
Vrias: uxor ejus ovis. 667. a.
Vrsi. Diaboli. 298. a.
in sylva. 717. a.
Vsias templo exire jussus. 642. b.
Vsus altarium: v. Altare. §. Varii usus.
legum. 154. b. v. Abusus.
Vterus, apertus. 157. a.
ejus clavis. 220. b.
Vti malis benè debemus. 589. a.
Vtilitas charitatis. v. Charitas.
Uva Christus. 180. b. fellis. v. Affectus.
Vulnerare bis. 830. a.
Vulnera, vulneri similes. 135. b.
Christi, sunt arca Noæ. 100. a.

dictamnus. 200. a.
peccatorum. 848. b.
fons salutis. 200. a.
janua patefaciens, medela. 200. b.
cordis. 43. b. 159. b.
sanantur. 96. a.
venenata. 179. b.
obligata à Christo. 98. b.
charitatis. 170. a. sigillum. 200. b.
thesaurus. 200. b.
animæ vulnera. 279. a.
corporis. 270. b.
Idololatrica Gentilium. 401. a.
Aquilii vulnera ostensa. 805. a.
Vulpes hypocritæ. 443. b.
Vultur conscientiæ. 249. b.
Vultus torvus, 431. a. humanus. 438. b.
Vxor. v. s. l. olim empta. 65. a.
cerva, columna, lucerna. 587. b.

W.

WErda, cœcus. v. Nicasius.
Weigel. de suppliciis Magistr. 431. b.
Weinsbergensium mulierum fides erga maritos. 667. a.
Wimphelingi Epistola. 124. a.

X.

XAntippus. 541. b.
Xenophanes dixit, homines in luna habitare. 557. a.
Xenophon privatam publicæ vitæ prætulit. 566. b.
Xerxes pro haustu aquæ scyphum aureum dedit. 331. a.
fugacitatem vitæ humanæ deflevit. 232. b.
bonum consilium sprevit. 570. b.
hostis Themistoclis. 852. b.

Z.

ZAchæi amor. 162. a.
Zachariæ uxor fuit soror Annæ, quæ fuit mater Mariæ Deiparæ. 334. a.
Zacharias PP. Chilpericum Regem Galliæ regno exuit. 574. a.
Zaleuci Lex de adulterio. 515. a.
Zanch. de apertione capitis ad nomen Jesu. 401. b.
Zelus. 618. a.
Zizania. Eorum messores. 218. b.
hæretici. 423. a.
Zona aurea. 216. b.
Zoroastres, primus Magiæ autor. 561. b.
ejus pater Chamus fuisse putatur. d. l.
Zozymus PP. autor cereorum. 156. a.
Zwinglii error de salute Gentilium. 390. a. b.

LECTORI BIBLIOPOLA.

Nondum de revisione hujus Operis novaque ejusdem editione cogitaveram, cum aliquot jamjam plagulæ pro defectibus, uti vocamus, supplendis, erant typis exaratæ: sed præter opinionem in illas irrepserunt nonnullæ mendæ typographicæ; hinc de iisdem te monere censui. Vale.

pag. 241. column. a. lin. 32. lege ad Titum. col. b. l. 52. Origenem pag. 246. b. l. 17. Apemantum. l. 26. Procre. p. 248. b. l. 21. ut conjugio. p. 250. a. l. 1. syntheresis. p. 252. a. l. 35. Singulis. l. 37. Indepravabilis. p. ead. colum. b. l. 34. commendatione. p. 254. b. §. 105. l. 7. Lopez. lin. 11. conscientia. p. 255. a. l. 16. pro nimia, lege, prava qualitas. p. 264. b. l. ult. ἐνεργείᾳ. p. 351. b. l. 3. שכינה l. 4. שכן p. 352. b. §. 5. l. 21. Actor. 2, 14. 15. p. 357. a. l. 1. 1. Sam. 2, 31. 32. seq. cap. 3. p. 358. §. 5. Sic facessit ilico Umbratilis. p. 1105. b. l. 12. Alexandri. p. 1106. b. l. 14. Ei. p. 1107. b. l. 35. initiales literas. l. 39. Pomifera sine circumflex. p. 1110. a. l. 28. confer c. 23, 6. Extollentiam oculorum ne dederis mihi. b. l. 14. dicitis. p. 1112. a. §. 2. l. 3. præacuto rostello, eoque. p. 1113. b. l. 2. comedendus, p. 1116. a. §. 7. lin. penult. Rosweid. b. l. 12. Exod. 21. l. 40. in Psalm. 48. l. 4. à fine. Dum enim pro Deum. p. 1120. a. l. 2. Epist. ad Tit. p. 1122. b. §. 2. l. 1. Zwinger fol. 63. l. 8. à fine post vocem permanes add. numer. 2. p. 1123. b. §. 3. l. 4. trophæa. p. 1124. b. l. 4. Bernhard. p. 1125. a. l. 7. ceu suo altari. l. 11. post Syr. 4, 10. adde Judith. 16, 28. Job. 14, 3. c. 31, 16. ead. pag. col. b. l. 3. peculiaribus. l. 5. Thecuitis. p. 1134. a. l. 3. prudentum. l. 4. à fine. fol. 20. §. Milesiæ. p. 1137. b. §. 11. l. 3. Lucius von Cyrenen. l. 31. col. b. p. 1140. § 9. l. 1. Voracitate. p. 1141. num. 10. lege col. 1737. col. num. 11. extingvenda. p. 1142. a. l. 6. videntis. p. 1144. a. § 22. l. 8. ut. p. 1145. a. l. 2. hic. p. 1146. a. § 31. l. 3. lætitia. b. §. 32. l. 3. quondam. p. 1146. a. l. 27. ut olim Græci coronati ovabant. p. 1148. b. l. 9. videlicet. b. in margine pro §. 24. pone §. 42. p. 1151. b. l. 4. quadrupes. l. 44. phagedænam. p. 1152. b. UMBRACULUM ab æstu. p. 1153. a. l. 30. ante vocem Inunctio ponatur numer. 2. l. 32. Ephes. 4, 7. 3. p. 1154. l. antepenultim. hominum. p. 1164. b. l. 6. & 7. à fine leg. igne. p. 1165. a. l. 20. à fine Fera. p. 1166. b. §. 9. l. 1. à desiderante. p. 1167. a. l. 2. vovens &.

FINIS.